Digitized by Google

4c.
I.

Digitized by Google

13-12 F 26

PRACTICARVM
CONCLVSIONVM
IVRIS
In omni Foro frequentiorum.

DOMINICI TT. S. ONVPHRII
S. R. E. PRESB. CARD. TVSCHI

Tomus Primus.

IN QVIBVS PRAETER SPIRITVALES, ECCLESIASTICAS, Legales, iudiciarias, ceterasq. materias Canonicas, prophanas, ciuiles, criminales, & mixtas in vtroq. foro magis frequentes, miro ordine digestas, receptasque opiniones vbique Asteriſco ⋆ notatas, aliqua multarum insignium Ecclesiarum, Ordinum Regularium, Militiarum, Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, & aliorum locorum mores, consuetudines, statuta, indulta, & priuilegia, ut obiter a doctoribus citatis sunt relata, ordine Alphabetico continentur, ac declarantur.

OPVS OMNIBVS IVDICIBVS CIVILIBVS, ET CRIMINALIBVS tam Ecclesiasticis, quam secularibus, ac præcipue Prælatis, Aduocatis, causarum patronis, & vtriusque iuris peritis necessarium ac perutile, theoricam & praxim in omni fere materia continens.

Qua vero in hoc Primo Tomo continentur Index Conclusionum demonstrat.

CVM PRIVILEGIIS.

ROMÆ, Ex Typographia Stephani Paulini. MDCV.
PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

S. D. N.
D. PAVLO V.
PONT. OPT. MAX.

DOMINICVS
TITVLI S. ONVPHRII
S. R. E. PRESBYTER
CARD. TVSCHVS.
P. F.

TVDIIS legum dum ab ineunte ætate vacarem BEATISSIME PATER, ac deinceps tum priuatis, tum publicis cauſis agendis, tum denique multis, & illis quidem præcipuis iudiciorum muneribus, foris, & in Vrbe obeundis, quamplurima notatu digna mihi paſsim occurrerent, dedi operam quantum potui, vt quæcunque vel ſtudio, vel vſu comparata didiciſſem, ea ipſe in Commentarios ſumma cum diligentia quotidie referrem, quæ mihi aliquando, ac forte cæteris vſui eſſe poſſent.

Digitized by Google

Cumque iam multa collegiſſem, operæpretium me facturum putabam, ſi etiam iuris tum Ciuilis, tum Canonici conſultiſsimorum virorum fere omnium reſponſa, quæ conſilia vocantur ſummatim colligerem, & vna cum alijs obſeruationibus meis in vnum quaſi corpus conflata digererem, vt in tam multiplici opinionum varietate, & iudiciorum quaſi conflictu congruentes, diſcrepantesve ſententiæ, rerum difficilium declarationes, additiones, exceptiones, quas ampliationes, & limitationes vocant, tum deciſiones ſingularum quæſtionum eſſent in promptu, & ſub omnium conſpectu collocarentur. Itaque reſponſa omnia vigintiquinque veterum, & inſignium vtriuſque iuris peritorum a Dyno, cæteris antiquiore, vſque ad Alexandrum ab Imola ea diligentia in compendium redegi, vt nihil ferè eorum ſinguli ſiue data opera, & conſulto, ſiue obiter, & aliud agendo pertractauerint, quod non ſit a me ſuo quidque loco, ac certo rerum ordine optime diſpoſitum, & collocatum, vt facile cuique ſit non modo conſentientium, verum etiam diſſidentium inter ſe Doctorum ſententias (etiamſi quid in re aliqua ſibi non conſtare eorum quiſpiam videatur) ſtatim inuenire. Ex hoc igitur labore meo tria potiſsimum, ni fallor, ab huius ætatis hominibus percipi beneficia poſſe confido. Primum quod omnia fermè ipſorum quæ collegi iuriſprudentum

Digitized by Google

dentum dicta, vel confusa digeruntur, vel obscura declarantur, vel occulta in lucem proferuntur. Et quicquid ex inepto, quod appellant summario in illorum responsis vel omissum, vel difficile inuentu erat, hic cuique obuium, & promptum redditur, & ob oculos ponitur. Ex quo aliud etiam consequitur commodum, vt hinc quilibet, siue Patroni causarum, siue Aduocati, siue denique Iudicis munere fungatur, facile queat omnes ferè occurrentes casus inuenire, & materiam de qua controuertitur explicatam inspicere, quo promptè, & absque magno labore causas in foro tueri, de iure respondere, ac demum ius dicere possit. Postremum illud est (quoniam ars longa, ac vita breuis) vt quod ab vno perfici non potuerit (cum facile sit inuentis addere) id alij maiori studio, & otio prætermissos a me, seu veteres, seu recentiores iurisperitos perlustrando eorum sententias colligere, & inchoatum opus perficere, atque omnibus numeris absoluere poterunt. Hos igitur exiguos, & qualescunque labores, licet rudes, & imperfectos in octo volumina distinctos Tibi Beatissime Pater libenter offero, dedico, & consecro, tuoque grauissimo iudicio subijcio, vt eos pro insigni sapientia tua iudicare, suprema authoritate protegere, singulari clementia tueri, meque tui studiosissimum, ac multis nominibus tibi deuinctissimum

Digitized by Google

ſumma humanitate complecti, & fouere Beatitudo Tua non grauetur, quam vt Mundi Rector Deus diu incolumem, ac ſaluam eſſe velit, nuncupatis votis exopto. Romæ die 15. Menſis Auguſti MDCV.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

VT commodi causa, Lector beneuole hoc difficile, & multorum annorum labore paratum opus profero in lucem rogatus ab amicis, & beneuolis meis, quibus deesse non potui. Opus continet octo volumina, quorum tria prima in ordine iam impressa pro arrha exhibentur. Reliqua vero quinque continuata impressione cuduntur; si quid in eo dignum, & labore meo, & tui legendi desiderio inueneris, illi acceptum referas, a quo omne datum optimum, & donum perfectum procedit a Patre luminum, illi inquam, qui linguas infantium facit disertas. Ne vero te perplexum reddant variæ consiliorum Baldi, & Ægidij Bellameræ editiones, in quibus non vno, eodemq; modo ipsa consilia numerantur, scito nos Baldi consilijs Lugduni per Matthæum Antonianum anno 1559. Ægidij vero anno 1579. per Ziletum editis vsos esse. Et vlterius scito loca, in quibus consulentes allegantur, si quidem initium consilij, versiculus, & numerus apponitur, sine alia indagatione sequi poteris; vbi vero aliquando consilia allegantur multiplicia sine initio consilij, sine numero, & sine versiculo, ea scito esse desumpta ex motiuis, & decisionibus manuscriptis Rotalibus factis Romæ, Florentiæ, & Bononiæ, prout iacebant, quibus in locis longo tẽpore mihi ius dicere contigit, & prout coram me deducebantur, ita describi curabã, & ideo si in eis aliquid erratum forte repereris, non mihi, sed descriptorum culpæ adscribas. Summaria non adhibui, quia ipsæmet Conclusiones pro summario sunt, & ne volumina multiplicarentur. Conclusiones, quæ breuiores videbuntur, de materia frequenti non sunt, & satis fuit loca communia indicare. Appositi quoque sunt Asterisci * ad communes opiniones indicandas, quæ sunt fere in quauis Conclusione infinitæ. Manus item ☞ illæ reijciunt te ad alium locum, in quo vel materia tractatur, vel locus citatus inseruit proposito, quod fecimus ne opus magis excresceret, quam nostra voluntas ferret, ne què semel dicta repeteremus. Denique quos authorés consulentes nihil penitus omisso, quotue ex illis consilia, & quæstiones, ac demum quot etiam Conclusiones sub vno quoque elemento alphabetico collegerim, sequens cathalogus indicabit. Vale.

Authores

AVTHORES SVNT.

Dyni consilia	53	Raphaelis Cumani	190
Oldradi	333	Raphaelis Fulgosij	243
conf. fin. diuersorum.	1	Ioannis de Imola	148
Federici de Senis	303	Pauli de Castro liber primus	474
Ioannis Calderini	562	liber secundus.	468
Signoroli Homodei	263	Abbatis Panor. liber prim.	109
Bart. liber primus	244	liber secundus	118
liber secundus	117	Dominici de S. Geminiano	153
quæstio.	21	Ludouici Romani	523
tria commentaria	3	Ioannis de Anania	503
Baldi liber primus	500	Angeli Aretini	141
liber secundus	500	Alex. de Imola liber primus	140
liber tertius	439	liber secundus	224
liber quartus	501	liber tertius	120
liber quintus.	503	liber quartus	135
Angeli de Perusio	405	liber quintus	189
Lapi allegationes	140	liber sextus	258
Ægidij Bellameræ	48	liber septimus	217
Christophori Castillionei	39	Accesserunt Clari quæst.	110
Petri Ancharani	443	Donationum	29
Antonij de Butrio	82	Emphyteuticarum	58
item in fin. Hier. Torti	1	Feudalium	91
Cardinalis Zabarellæ.	154	Criminalium	100
Floriani de Sancto Petro	26	Et super 12.5 criminalium	12
item tres quæstiones	3		

In totum sunt consilia, & quæst. 10065.

CONCLVSIONES.

Sub littera		L	Conclus. 459
A	Conclus. 570	M	443
B	136	N	165
C	1124	O	258
D	820	P	982
E	685	Q	50
F	568	R	372
G	83	S	928
H	176	T	461
I	640	V	407

In totum sunt Conclus. 9272.

PAVLVS

Digitized by Google

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM sicut accepimus dilectus filius Stephanus Paulinus in Vrbe Impressor quoddam opus inscriptum Practicæ Conclusiones Iuris in omni foro frequentiores, octo volumina valde magna, continentia à Dilecto filio Nostro Dominico Tituli Sancti Onuphrij Presbytero Cardinale Tusco nuncupato multis laboribus ex omnibus penè authoribus Canonistis, & Legistis cumulatum typis cudere intendat, vereaturque, ne postquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt hoc ipsum opus typis cudi facere curent in ipsius Stephani præiudicium: Nos eius indemnitati, ne ex impressione huiusmodi nimium dispendium patiatur, prouidere, ipsumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & a quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eidem Stephano Impressori, vt decennio proximo à primæua dicti operis, dummodo à Magistro Sacri Palatij antea approbatum sit, impressione computando durante, nemo tam in Vrbe, & vniuerso statu nostro Ecclesiastico immediate, vel mediate nobis subiecto, quam extra statum prædictum, vbicunq; locorum, & gentium opus supradictum, sine speciali dicti Stephani Impressoris, aut eius hæredum, & successorum, aut ab eo, & eis causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs sine huiusmodi licentia impressum vendere, aut venale habere, seu proponere possit, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis, & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis, in Vrbe videlicet, & statu Ecclesiastico prædictis sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium pro vna Camere nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Stephano Impressori, seu eius hæredibus, & successoribus, aut ab eis causam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus accusatori, & iudici exequenti irremissibiliter applicandis, extra statum vero Ecclesiasticum sub excommunicationis sententia eo ipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto durante decennio opus supradictum, aut quamlibet illius partem, tam in magno, quam in parvo folio, etiam prętextu declarationum, siue additionum, tam in Vrbe, & in reliquo statu Ecclesiastico, quam extra, sine huiusmodi licentia imprimere, aut ab alijs impressum vendere, aut venale habere, seu proponere quoquo modo audeant, seu præsumant. Mandantes dilectis filijs Nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Pręsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs iustitiæ ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum status Nostri Ecclesiastici prædicti quatenus eidem Stephano, eiusque hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes quandocunque ab eodem Stephano, seu alijs prędictis fuerint requisiti pœnas prędictas contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam in ipso opere impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Iunij MDCV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

RVDOL-

Digitized by Google

RVDOLPHVS SECVNDVS Diuina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Notum facimus tenore præsentium vniuersis; Exponi nobis curauit fidelis syncere nobis dilectus Stephanus Paulinus Vrbis Typographus se in communem iuris studiosorum vtilitatem, & commodum opus quoddam Iuridicum, quod inscribitur (Practicæ Conclusiones iuris in omni foro frequentiores Dominici Cardinalis Tuschi) in octo volumina distinctum Typis edere decreuisse, Ne igitur ipse per aliorum fraudes, qui vel vitiosa imitatione, vel alijs sinistris machinationibus (vt fieri solet) laborum suorum fructu, & emolumento, quę inde sperer destituatur, humillime Nobis supplicauit, vt sibi auctoritate Cęsarea, ac priuilegio nostro clementer subuenire dignaremur. Nos itaque prædicti Typographi indemnitati cum in opere hoc edendo, haud exiguos sumptus, & labores suscipiat, consultum cupientes. Considerantes etiam quam Practicæ illæ Conclusiones, ijs maxime qui Iuris prudentię, ac rebus forensibus operam nauant, vtiles, atque proficuæ futuræ sint; tenore præsentium, ex nostra certa scientia, statuimus, & sancimus, ne quis omnino per totum Romanum Imperium, Regnaq; Prouincias Nostras hereditarias, cuiuscunque status, gradus, aut conditionis existat, prędictas Practicas Conclusiones per viginti annos, à primo illius editionis die computandos, sine prędicti Stephani Paulini, aut hæredum suorum consensu in totum, vel in parte, simili, vel alio charactere, modo, vel forma imprimere, emulari, recudere, vendere, distrahereue, publice, vel occulte ausit, sub pœna confiscationis illius, quod sit contra mandatum, ac priuilegium hoc nostrum perperam quidem excusum, & aliunde adductum, vel venditum est; ac decem insuper Marcharum auri puri mulcta, pro dimidio Fisco nostro Cęsareo, fraudis vindici, pro reliquo vero ipsi Stephano Paulino, seu illius hęredi sine spe venię pendenda, dummodo tamen ad minus terna operis istius exempla ipse Typographus propriis suis sumptibus quam primum ad Cancellariam nostram Aulicam transmittat. Mandamus ergo vniuersis, & singulis nostris, & Sacri Romani Imperii, Regnorumq; & Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis, & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, præsertim vero iis, qui in Magistratu constituti sunt, ac vel Superiorum, vel suo ipsius nomine, & loco Iuris, & Iustitię administrationem exercent, ne quenquam hoc priuilegium, seu interdictum nostrum impune violare, spernere, vel negligere patiantur, sed si quos contumaces comperierint, præscripta pœna plecti, & quibuscunq; recti fieri potest modis, coerceri curent, quatenus & ipsi grauissimam indignationem nostram, & eandem mulctam incurrere nolnerint. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri impressione munitarum. Datum in Arce Nostra Regia Pragę die vigesima Mensis Nouembris, Anno Domini MDCIV. Regnorum Nostrorum Romani Trigesimo, Hungarici Trigesimotertio, & Bohemici itidem Trigesimo.

Rudol. Imperat.

Rud. Coraducius.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium.
Io. Barvitius.

HENRY

Digitized by Google

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre, A nos amis, & feaux les gens tenans nos Courts di Parlement, Bailliz, Seneſchaulx, Iuges ouleurs, lieutenans, & aultres nos Iuſticiers, & officiers quil appartiendra ſalut. Ayans entendu que Notre Couſin le Cardinal Toſco à nagueres composè vne oeuure intitulee Practicę Concluſiones Iuris, la faculte dell'impreſſion de la quelle il à accordè à Rome à certains imprimeurs au quels il en à donnè pouuoir particulier. Et deſirons empeſcher que l'Impreſſion s'en face en ceſtuy Notre Royaume ace preiudice de l'intention de Notre dict Couſin, & de la priere, & requiſition quil Nous en à faict fayre. Nous à ces cauſes vous mandons & tres expreſſement enioingnons par ces preſentes ſignees de Notre main que vous ayez à faire de Notre part tres expreſſes inhibitions, & deffenſes à tous les Imprimeurs de chacun de voz pouuoirs, & iuriſdictions d'imprimer, ou faire imprimer la ditte oeuure, voulans que ſy auluens d'eulx contreuiennent aces dittes deffences apres la publi cation dicelles, ils en ſoyent punis, & chaſtiés par la rigueur de Nos ordonnances, & comme il eſt accouſtumè en tel cas de ce faire, & à chacun de vous donnons plain pouuoir puiſſance, auctorite, commiſſion, & mandement ſpecial, mandons à tous nos officiers, & ſubiects, que à bous en ce faiſant ſoyt obey. Cartel eſt Notre plaiſir. Donnè à Monceau le 18. e Iour de Iuillet l'an de grace Mil ſixcents quatre, & de Notre Regne le Quinzieſme.

Henry

Par le Roy
De Neufuille

Locus † ſigilli ceræ flauæ, En parchemin.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS
AD LECTOREM.

EXPECTABAM in dies nonnullorum aliorum Principum priuilegia præſcriptis ſimilia, quæ iam expedita eſſe ab eorum Curijs,& tranſmiſſa,certior factus ſum ; Et cum ſine illis omnino opus diuulgare nollem, adeo me magna emptorum multitudo interpellauit, vt me reluctantem,& pene inuitum impulerit ad edendum. Edidi Deo bene iuuante. Et ideo cætera Priuilegia in Quarto Tomo, qui nunc cuditur, & propediem etiam edetur, imprimentur. Interim bene vale, bonique animum noſtrum conſule.

Digitized by Google

INDEX
OMNIVM CONCLVSIONVM
QVAE IN HOC PRIMO VOLVMINE CONTINENTVR.

PRIMA littera, à, & ab, prepoſitiones habent multos ſignificatus, concluſio. 1. pag. 1
Aaron ſummus ſacerdos. concl. 2. 3
Abba, & Abbas quid ſint. concl. 3, 4
Abbas quis poßit eligi, concl. 4. 5
Abbas habet multa priuilegia honoris. concluſ. 5. ead. pag.
Abbas, & Prælatus regulares habent multa priuilegia. concl. 6. 6
Abbas quid poßit in ſuos religioſos, concl. 7. eadem pag.
Abbas ante benedictionem quid poßit. concl. 8. 9
Abbas quid poßit quando habet iura Epiſcopalia, concl. 9. eadem pag.
Abbates exempti quid poſsint, vel non, & in quibus ſubijciantur, &c. con. 10. 10
Abbas dicitur ordinarius in Eccleſiis ſibi ſubiectis. concl 11. 11
Abbas obligat monaſterium quoad multa. concl. 12. ead. pag.
Abbas cum conſenſu conuentus multa poteſt. concl. 13. ead pag.
Abbas, & Prælatus præſumitur de conſenſu Capituli facere. cõcl. 14. 12
Abbas quæ poteſt ſolus, & quæ non. concl. 15. ead. pag.
Abbas quid poßit circa abſolutiones, & diſpenſationes ſuorum mon. cõcl. 16. 13
Abbas quid poſsit circa beneficia, & collationes beneficiorum. cõcl. 17. 14
Abbas non obligatur iuramento contra vtilitatẽ monaſterij, & Eccl. cõcl. 18. 15
Abbas in quibus eſt melioris, vel deterioris cõdit. quã ſimplex mon. cõcl 19. 15
Abbas præſumitur fauere ſuis monachis. concl. 20. ead. page
Abbas Cluniacenſis caput ordinis quid poſsit. concl. 21. ead. pag.
Abbates S. Benedicti habent multa priuilegia. concl. 22. ead. pag.
Abbas Farfenſis, & alij qui habent iuriſdictionem temp. quid poſ. cõcl. 23. 16
Abbas ſancti Galgani Senarum, & eius priuilegia. concl. 24. ead pag.
Abbas ex quibus remoueri poteſt. concl. 25. ead. pag.
Abbatiſſa quæ eſſe poſsit, vel non, & quando habeat dignitat. cõcl. 26. eadem pag.
Abbatiſſa electa confirmatur, & benedicitur, & quid operetur. concl. 27. 17
Abbatiſſa monialium quid poſsit etiã circa ſacramentor. & c. cõcl. 28. ead. pag.
Abbatia an ſit dignitas, & quibus æquiparetur. concluſ. 29. 18
Abbatia habet multa ſpecialia. concl. 30. ead. pag.
Ablatum quomodo, & quando dicatur. concl. 31. eadem pag.
Ablatini abſoluti important conditionem. concl. 32. ead. pag.
Abſentia multiplex, & in quibus excuſat, & in quibus non. concl. 33. ead. pag.

Digitized by Google

Absentia nocet in multis, & quibus, concl 34. pag. 20
Absens, vel praesens quis dicatur, concl. 35. 21
Absentes quando, & in quibus vocandi sunt, concl. 36. 22
Absens an possit puniri, & an possit cõtra absentẽ Iudex, & c. cõcl. 37. *ead. pag.*
Absenti nõ acquiritur nisi per nũciũ, uel epistolã. & quomodo proce. cõcl. 38. 23
Absenti, & ignoranti potest beneficium Ecclesiasticum conferri. cõcl 39. 41
Absoluere potest, qui potest condemnare, & qualiter procedat. concl. 40. *ead pag.*
Absoluere in dubio nocentem melius est, quam condemnare, & c. concl. 41. 32
Absoluere non debet Iudex in dubio multis casibus. concl. 42. 34
Absolucre à casibus Episcopo reseruatis qui possint. concl. 43. 35
Absolutionis effectus, & quotuplex sit absolutio, concl. 44. *eadem pag.*
Absolutio in foro conscientiæ quid sit & operetur. concl. 45 *ead. pag.*
Absolutionis causa habet multa priuilegia, vt quilibet adm. cõcl. 46. *ead. pag.*
Absolutio ad cautelam à quibus possit dari. concl. 47. *eadem pag.*
Absolutio ad cautelam an concedi possit à delegato concl. 48. 36
Absolutio ad cautelam quando concedenda excommun. & c. cõcl. 49. *ead. pag.*
Absolutio expressa quibus casibus requiratur, vel tacita sufficiat. cõcl. 50. 36
Absolutio manuum violentarum in clericos cui competat, concl. 51. 37
Absolutio generalis restringitur ad causam expressam. concl. 52. *ead pag.*
Absolutus a delicto an possit iterum accusari, vel inquiri, cõcl. 53. *ead. pag.*
Absolutio a iuramento multiplex. con. 54. 43
Absolutio ad effectum agendi, quando, & qualiter peti possit. cãcl. 55. 44
Absolutio simplex a iuramento quando concedenda. & quid oper. concl. 56. 45
Absolutio à iuramento per quem possit concedi. concl. 57. 47
Absolutio à iuramento quando necessaria, vel non, cõcl. 58. 48
Absolutio à iuramento requirit causam legitimam exprimi. concl. 59. 53
Absolutio à iuramento quam cognitionem requirat. concl. 60. 54
Absolutio a iuramento ad effectum agendi an requirat citat. partis. cõcl. 61. 55
Absolutio à iuramento non datur multis casibus, concl. 62. 56
Absolutio à iuramento ad effectum excipiendi quando detur. concl. 63. 59
Absolutio a iuramento ad effectum agendi quando subreptitia, conclus. 64. 60
Absurdum quid sit, & quando dicatur, concl. 65. *ead. pag.*
Absurditas vitanda in omni dispositione, concl. 66. 62
Abundans cautela non nocet. concl. 67. 63
Abundare in cautelis quando sit necesse, concl. 68. 66
Acceptatio quid sit, & a quo fieri possit. concl. 69. *ead. pag.* A
Acceptatio debet expresse fieri, & quando secus. conclus. 70. *eadem pag.*
Acceptatio quale ius conferat expectanti. concl. 71. *eadem pag.*
Acceptandi tempus quando incipiat currere expectantibus, cõcl. 72. 67
Accepilatio multiplex, & quid operetur. concl. 73. *ead. pag.*
Accepilatio quid sit, & an probet veram solutionem, concl. 74. 68
Accessorium quid sit, & quando dicatur, con. 75. 69
Accessorium sequitur naturam sui principalis. con. 76. *ead. pag.* A

Acceſſoriũ ſequitur principale neceſſariũ, quãdo eſt cõſequens. concl 77. pag. 71
Acceſſoria, quæ veniunt in conſequentiam, quãdo attendantur. concl. 78. 72
Acceſſorium quando non ſequitur ſuum principale. concl. 79. 73
Acceſſus ad rem ſuam quando, & qualiter debeatur. concl. 80. ead. pag.
Acceſſus in electionibus quando fieri poſſit. concluſ 81. 74
Accidentia poſſunt mutari non vitiata ſubſtantia, ſecus è cõtra, concl. 82. ead pag.
Accingendus de proximo habetur pro accincto. concl. 83. 75
Accollatio facta in ſe de aliquo credito, vel negocio, quid ſit, & oper. concl. 84. 77.
Actus extraiudiciales qui dicantur. concl. 85. eadem pag.
Acta iudicialia, quæ dicantur, & qualiter probentur, &c. concl. 86. ead. pag.
Actus, qui dicantur eſſe de actis, & qui non. concl. 87. ead. pag.
Acta iudicialia per quem ſcribi debeant. concluſ. 88. 78
Acta iudicialia probant plene ſine teſtibus. concl. 89. ead. pag.
Acta iudicij ad vnum finem facta, an probent ad alium. concluſ. 90. 79
Acta iudicij coram vno Iudice, vel arbitro facta, & c. concl. 91. ead. pag.
Acta iudicialia, quæ pereant perempta inſtantia. concluſ. 92. 80
Acta iudicialia quando ſunt communia. concl. 93. ead. pag.
Acta iudicij nulla quando poſſunt conualidari. concl. 94. 81
Actio quid ſit, & vnde proueniat. concl. 95. ead. pag.
Actio directa, & vtilis, & in quo differant. concluſ. 96 82
Actiones perſonales, & directa ita inhærẽt oßibus, & perſonæ, & c. concl. 97. 83
Actio perſonalis ex quibus oriatur, & quid ſit. concl. 98. ead pag.
Actio perſonalis contra quos non competat, vel competat. concl. 99. 84
Actio vtilis præfertur actioni directæ. concl. 100. 86
Actio directa, & actio contraria, quæ dicatur. concl. 101. 87
Actio vtilis competit ſine ceßione. concluſ. 102. 88
Actiones reales, quæ eſſe dicantur. concluſ. 103. ead. pag.
Actio realis contra dominum nominatum, quãdo dirigẽda, vel nõ. cõcl. 104. 89
Actio mixta hypothecaria, & contra quos, & quibus detur. cõcl 105. ead pag.
Actio ex lege, vel ſtatuto oritur, & qualis. concluſ. 106. 91
Actio ex teſtamento quando competat, & qualis. concl. 107. ead pag.
Actionem habens ad rem, quando rem ipſam habere dicatur. concl. 108. 92
Actio non datur ſine obligatione, & nemo ſine actione, & c. cõcl. 109. ead pag.
Actio in factum quid ſit, & quando competat. concl. 110. 95
Actio confeſſoria, vel negatoria competunt pro ſeruitute. concl. 111. ead pag.
Actio redhibitoria, reuocatoria, reſtitutoria, & reſciſſ. & c. concl. 112. ead. pag.
Actio criminalis non datur ſine ciuili. concluſ. 113. 96
Actio perſonalis propter rem poſſeſſam quando ceſſet. concl. 114. eadem pag.
Actio quando extinguatur, ſi ceſſat id ob quod actio datur. concl. 115. ead pag.
Actio extincta quando reuiuiſcat, vel non. concluſ. 116. eadem pag.
Actore non probante reus abſoluitur: concl. 117. 97
Actor quando, & in quibus caſibus reus exiſtat, & e contra. concl. 118. 101
Actori non licet, quod reo non licet, concl. 119. 103

Digitized by Google

Actori faciendum est, & in quibus. concl. 120. *pag.* 103
Actor debet esse certus in sua petitione, & quãdo, & debet, & c. concl. 121. 104
Actor sequitur forum rei, & quando, concl. 122. 105
Actor ad lites, qualiter possit constitui, & quomodo, concl. 123. 106
Actor, vel syndicus pro vniuersitate, vel minore potest, & c. cõcl. 124. *ead pag.*
Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. concl. 125. *ead. pag.*
Actus factus ex causa inualida est nullus, licet gerens ex cau. & c. cõcl. 126. 107
Actus humani omnes regulãtur, & pendent a tribus, volunt. & c. cõcl. 127. 109
Actus legitimi qui dicantur, & sint, & e contra. concl. 128. 110
Actus legitimi non possunt stare in suspenso & quando secus. concl. 129. 111
Actus si fiat in exequutione alterius, regulatur secundũ, & c. cõcl. 130. *ead. pag.*
Actus vnus si plura facta contineat, quando dicantur, & c. concl. 131. *ead pag.*
Actus vnus operatur ficte plura facta interuenisse iuris minist. concl. 132. 112
Actus vnus potest habere plures effectus, concl. 133. *eadem pag.*
Actus vnus quando satisfaciat pluribus, quantum si tot essent, & c. cõcl 134. 113
Actus debet interpretari, vt aliquid operetur, nõ vt sit inut. cõcl. 135. *ead: pag.*
Actus validus in dubio interpretari debet, concl. 136. 114
Actus quando omni meliori modo censeatur factus, concluſ. 137. 118
Actus in dubio vtilis gerenti interpretatur. concl. 138. 119
Actus nullus, nullum producit effectum, concl. 139. *eadem pag.*
Actus nullus redditur si requisita ad actũ nõ apparet temp. & e. concl. 140. 121
Actus contra legem factus quando valet, vel non, concl. 141. *eadem pag.*
Actus contra legem factus ex iusta ignorantia non valet, concl. 142. 123
Actus nullus, vel prohibitus quando valet contra gerentem, conel. 143. *ead. pag.*
Actus nullus quando reddatur, quia deuenit ad casum, & c. concl. 144. 124
Actus irritandus non dicitur nullus, & quando secus, concluſ. 145. *ead. pag.*
Actus inutilis quandoque producitur a iure, conel. 146. 126
Actus in dubio quo nomine dicatur factus. concl. 147. *eadem pag.*
Actus gestus ab eo, qui plures personas repræsentat, & c. concl. 148. 127
Actus præsumitur gestus ex causa necessaria potius, quam: & c. conel. 149. 128
Actus proximus quis dicatur in eo qui attentat delinquere, & c. concl. 150. 129
Actum gerens, vel acceptans dicitur se obligare secundũ, & c. concl. 151. 130
Actus præsumitur factus in exequutione tituli præcedentis. concl. 152. 131
Actus quando principio, vel fini attribuitur. concl. 153. *ead. pag.*
Actus attribuitur ordinanti, non exequenti. concl. 154. 132
Accursius glossator, & diuersa de eo, concl. 155. *ead. pag.*
Accusatio quid sit, & quid continere debeat, concluſ. 156. *ead. pag.*
Accusatio quam solemitatem requirat, cõcl. 157. 133
Accusatio vt procedat quam specificationem requirat. concl. 158. *ead. pag.*
Accusatio quando requirat dolum, & scientiam accusati, & c. concl. 159. 134
Accusare qui possint, vel nõ, con. 160. *ead pag.*
Accusare qui possint, vel non de damno dato, concl. 161. 136
Accusatio an possit fieri a pluribus, & cõtra plures. concl. 162. 137

Accuſari qui poſſint, vel non, & an ſemel accuſatus, &c. concl. 163. *pag.* 137
Accuſatus non accuſat ſuum accuſatorem, & quando ſecus. concl. 164. 138
Accuſatio pro quibus delictis fieri poſſit, vel non. concl. 165. *ead. pag.*
Accuſator quãdo teneatur, vel nõ, ſe inſcribere ad pœnã tal. concl. 166. *ead. pag.*
Accuſator an poſsit deſiſtere ab accuſatione. concl. 167. 140
Accuſatus an poſsit abſolui quãdo accuſator deſiſtit ab, &c. cõcl. 168. *ead. pag.*
Accuſatio contra ſuperiorem præſumitur ex inuãtida. concl. 169. 141
Accuſatio in pari cauſa probationum fauetur. concl. 170. *ead. pag.*
Accuſatus, vel inquiſitus, an poſsit adminiſtrare. concl. 171. *eadem pag.*
Accuſatus quando nõ poſsit condẽnari, etiã probato delicto. concl. 172. *ead. pag.*
Adam formatus in agro Damaſceno. concl. 173. 142
Adæquatio quid ſit, & importet. concl. 174. 143
Adhærere alteri quis dicatur, & quid operetur adhæſio. concl. 175. *eadem pag.*
Adhærere quando quis dicatur appellationi. concl. 176. *eadem pag.*
Adiectus ſolutioni, & contractui quis dicatur, & qualiter fiat. concl. 177. 144
Adiectus ſolutioni quid poſsit. concl. 178. *eadem pag.*
Adiectus exigens, qua actione conueniri poſsit. concl. 179. 145
Adiecti poteſtas quibus modis finiatur. concl. 180. *ead. pag.*
Adiectiua plura copulata quando concurrere debent, vel non. concl. 181. *ead. pag.*
Additamentum ſequitur naturam eius, cui adijcitur. concl. 182. *ead. pag.*
Aditio hæreditatis quid ſit, & quando fieri poſsit, vel non ab incer. concl. 183. 146
Aditio hæreditatis debet eſſe certa, concl. 184. 147
Aditio hæreditatis infra quantum tempus fieri debeat. concl. 185. 150
Aditio hæreditatis eſt quid facti, ideo debet probari. concl. 186. *ead. pag.*
Aditio hæreditatis quem effectum habeat, & operetur, concl. 187. 152
Aditio hæreditatis eſt neceſſaria, vt agere poſsit hæres, concl. 188. *eadem pag.*
Aditio hæreditatis quando neceſſaria ſit, vt legata debeantur, concl. 189. 153
Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. concl. 190. *ead. pag.*
Aditio hæreditatis in ſuis ex quibus inducatur, concl. 191. 161
Aditio hæreditatis infanti, & pupillo delata, ex quibus indu. con. 192. 162
Aditio hæreditatis quando ex actu indifferenti inducatur, concl. 193. 164
Aditio hæreditatis per quos fieri poſsit. concl. 194. *ead. pag.*
Aditio hæreditatis quando excluditur ex alio titulo. concl. 195. 166
Adiudicatio bonorum quid ſit, quando, & qualiter fiat, &c. concl. 196. *ead. pag.*
Adiudicatio bonorum facta quid ſit, & quando valeat, concl. 197. *ead. pag.*
Adiudicatio, & in ſolutum datio, quæ requirat vt valeat, concluſ. 198 169
Adiudicatio bonorum de quibus bonis, & qualiter fiat, concl. 199. 170
Adiunctus quis dicatur, & quandiu duret, concl. 200. *ead. pag.*
Adminiſtratores qui, & quales, & quid poſsint. vel non, concl. 201. *ead. pag.*
Adminiſtrator quilibet tenetur conficere inuentarium, & lib. concl. 202. 172
Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem, & c. concl. 203. 174
Adminiſtrator quando, qualiter, & de quibus adminiſtratis, & c. cõcl. 204. 178
Adminiſtrator de quibus rationem reddere teneatur, & c. concluſ. 205. 179

Digitized by Google

Adminiſtrator rei cõmunis, qua actione cõueniatur pro diuiſ. cõcl. 206. pag. 180
Adminiſtratoris bona qualiter ſint obligata. concl. 207. *eadem pag.*
Adminiſtratoribus qua compenſanda in odium, & fauorem. concl. 208. 181
Adminiſtrator qualiter, & de quibus condemnetur. concl. 209. *ead. pag.*
Adminiſtrator condemnatus ante liquidationem qualiter releu. concl. 210. 182
Adminiſtrator ex quibus priuetur. concl. 211. 183
Adminiſtrator de quibus acquiſiuiſſe dicatur. concl. 212. *ead. pag.*
Adminiſtratori an, & quando debeatur ſalarium. concl. 213. *ead. pag.*
Adoptio & arrogatio quid ſint, & qualiter fiant. concl. 214. *ead. pag.*
Adoptare, vel arrogare qui prohibentur. concl. 215. 184
Adoptiui filij quando ſuccedant vel non. concluſ. 216. *ead. pag.*
Adſcriptitij qui dicantur. concluſ. 217. *ead. pag.*
Aduentus ad locum quando, & qualiter dicatur. concluſ. 218. 185
Aduerbiorum natura qualis. concl. 219. *ead pag.*
Adulatio non laudabilis, & quando ſecus. concl. 220. *ead. pag.*
Adulterium graue delictum, & an ſit crimen publicũ, vel priuatũ. concl. 221. 185
Adulterium quando committatur, & inter quos. concl. 222. *ead. pag.*
Adulterium ex quibus probetur, vel non. concl 223. 187
Adulterium præſumitur voluntarium. concluſ. 224. 188
Adulterij pœnæ, quæ, & quot ſint. concl. 225. *ead. pag.*
Adulterium quando, & per quos accuſari poſſit. concl. 226. 191
Adultera mulier quibus priuetur, vel non. concluſ. 227. 192
Adulterij cauſa an ſit fori Eccleſiaſtici, & quando. concl. 228. 196
Aduantia prohibita, & quando non. concl. 229. *ead. pag.*
Aduocati habent multa priuilegia. concl. 230. 198
Aduocatus quando inducat excuſationem pro ſuo clientulo. concl. 231. 198
Aduocati qualiter ſe gerere debeant circa conſilia. concluſ. 232. *ead. pag.*
Aduocatorum mala profeßio. concluſ. 233. *ead pag.*
Aeris corruptio cauſatur ex fœtore. concluſ. 234. *ead. pag.*
Affectio, & amor quando maior vni, quam alteri. concluſ. 235. 199
Affectio non cadit in pecunia, ſed in alijs rebus, & bonis. concl. 236. *ead. pag.*
Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuileg. &c. concl. 237. 199
Affictus quid ſit, & qualis dicatur contractus ficti. concl. 238. 201
Affinitas quotuplex, quid ſit, qualiter contrahatur, quandiu duret, conc. 239. 201
Afflictio non eſt addenda afflicto. concluſ. 240. 202
Agere inuitus nemo compellitur, & qualiter procedat. concluſ. 241. *ead. pag.*
Agere pro Eccleſia quando, & qui poſſunt. concluſ. 242. 203
Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non poteſt obtinere, & c. con. 243. 203
Agnatorum appellatione qui comprehendantur, vel non, & c. concl. 244. 208
Agnationis conſeruandæ ratio quando attendatur, vel non. concl. 245. 212
Aggreſſor in dubio præſumitur in dolo, & culpa. concluſ. 246. 214
Agricultura habet multa priuilegia. concl. 247. *ead. pag.*
Agrigentina ciuitas, & eius ſtatuta, & priuilegia, & conſuetud. concl. 248. 215

Digitized by Google

Alba ciuitas,& eius statuta, ac consuetudines, conel.249 pag. 215
Alberga,& canalcata quid sint. concl.250. ead.pag.
Albingana ciuitas,& eius statuta,priuilegia,& consuetudines.cõcl.251.ead.pag.
Allegari debet id,quod est fundamentum intentionis. conclus.252. eadem pag.
Allegationes in iure qualiter fieri debent. concl. 253. 218
Allegatio sola tituli quandoque sufficit. concl.254. eadem pag.
Alexandria ciuitas,eius statuta,priuilegia,& consuetudines.cõcl.255. ead.pag.
Alienare res alienata,vel legata quando debeatur, conc. 256. 219
Alienatio quid sit,& qua dicatur alienatio.cõcl.257. ead. pag.
Alienatio est permissa regulariter cuicunque, conc. 258. 221
Alienatio fideicommissi,& rei prohibita alienari quando,&c. cõcl.259. 222
Alienatio permissa quãdo verificetur in institutione haredis.cõcl.260. ead pag.
Alienatione prohibita,quid sit prohibitum,conclus.261. 224
Alienatione prohibita,qua alienatio permittatur,&c. concl. 262. 226
Alienatione prohibita,an sit prohibita haredis institutio,&c. con.263. 228
Alienatione prohibita quando impropria alienatio comprehen. cõcl 264. 232
Alienatio bonorum à quibus prohiberi possit, concl. 265. ead pag.
Alienatio qualiter prohiberi possit in contractu,vt non,&c.concl.266.ead.pag.
Alienatio nulla non obstat alienanti,& quando secus. concl. 267. 233
Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. concluf, 268. 235
Alienatio non præsumitur,& quomodo procedat. concl.269. eadem pag.
Alienatio generalis non comprehendit prohibita. concl. 270. ead.pag.
Alienatio bonorum Ecclesiæ vt valeat requirit causam,&c. concl. 271. 236
Alienatio bonorum Ecclesiæ quando nulla,vel annullanda.cõcl.272. 240
Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita regulariter. concl. 273. 241
Alienatio bonorum Ecclesiæ prohibita consanguineis Præl. cõcl. 274. 247
Alienatio bonorum Ecclesiæ an authoritate Episc. fieri,&c. concl. 275. 248
Alienatio bonorum Religionis qua requirit vt sit valida, concl.276. 249
Alienatio bonorum Ecclesiæ solitorum locari quando valeat,&c.cõcl.277. 252
Alienari solita bona Ecclesiæ quando dicantur,vel non. concl. 278. 255
Alienatio bonorum Ecclesiæ an valeat pro melioramentis facien.cõcl.279. 256
Alienatio bonorum Ecclesiæ quando præsumantur in vtilit. con.280. ead.pag.
Alienatio bonorum Ecclesiæ nõ venit in quacunque gener. conceff.cõcl.281. 257
Alimẽtorũ appellatione quid veniãt,siue sint legata,siue,&c.cõcl. 282. ead.pag.
Alimenta debentur ex fructibus,& qualiter taxentur, concl. 283. 259
Alimenta debentur inspectis facultatibus,& alijs. concl. 284. ead.pag.
Alimenta qualiter taxanda per iudicem.cõcl.285. 260
Alimenta habent multa specialia,& priuilegia. conc.286. 261
Alimentare qui teneantur de iure,& quomodo,& quando, conc.287. 264
Alimentandus quando teneatur operari,vel non præstãti alim. cõc.288. 273
Alimentorum legatum non debetur nisi semel,& quãdo secus,cõc.289. 274
Alimenta legata personam non egrediuntur, cõc.290. eadem pag.
Alimenta in quibus debeantur an in specie,vel pecunia, cõc.291. 275

Digitized by Google

Alimenta quando, & ex quibus cenſeantur legata. concl.292. pag. 275
Alimenta legata à plurib. & plurib. legatarijs qualiter deb. cõcl 293. ead. pag.
Alimentorum legatum an purum, vel conditionale. concl.294. 276
Alimenta debita vxori, vel legata a marito quando &c. concl. 295. ead. pag.
Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. concl. 296. 277
Alimenta legata in domo teſtatoris qualiter debeantur, &c. cõcl. 297. 278
Alimenta relicta ad declarationem alterius qualiter debean. cõcl. 298 281
Alimenta legata annua, an pro præterito tempore debeantur, &c. con. 299. 282
Alimenta qualiter petantur, vel repetantur, concl. 300. 283
Alimenta præſtita conſanguineo quibus coniecturis cẽſ. & c. cõcl. 301. ead. pag.
Alimenta præſtita ab obligato, vel pietatis cauſa, quando, & c. concl. 302. 284
Alimenta a quo, & de cuius bonis præſtita dicantur. cõcl. 303. 287
Alimentorum legatum quando perdatur, vel non concl. 304. eadem pag.
Alimenta quando debeantur ſucceſſori in beneficio, concl. 305. 288
Alimẽta legata de alieno qualiter debeãtur ab har. legãtis. cõcl. 306. ead. pag.
Alimentorum conuentio an reſcindatur ex capite læſionis, concl. 307. ead. pag.
Alimenta an poßint remitti, & qualiter, concl. 308. eadem pag.
Alimenta pendente lite quando, & quibus debeantur. concluſ. 309. 289
Aliud eſt venditio, aliud promißio de vendendo cum multis, & c. concl. 310. 291
Altare portatile a quo concedi poßit. concluſio. 311. 293
Altari ſeruiens de Altari viuere debet, concluſ. 312. ead pag.
Alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. concl. 313. ead. pag.
Alternatiua collatio pluribus competens qualiter computetur. concl. 314. ead. pag.
Alternatiua diſpoſitio quando tanquam incerta non proced. & c. concl. 315. 294
Alternatiua dat electionem debitori, & quando. concluſ. 316. ead. pag.
Alternatiuorum ſufficit alterũ eſſe verũ, & alternat. nõ cop. & c. concl. 317. 295
Altitudo qua ſit, & qualiter menſuretur, & probetur, concl. 318. 296
Alueus fluminis quid ſit, & cuius ſit, & qua liceant in alueo fieri. cõcl. 319. ead. pag.
Aluiani caſtrum & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. concl. 320. 297
Aluuio quid ſit, quando habeat locum, vel non, quid oper. & c. cõcl. 321. ead. pag.
Ambaſciatores cui acquirant donata. concl. 322. 299
Ambaſciatores qua poßint, & quanon. concl 323. eadem pag.
Ambaſciatores ſecuri, & a quibus tuti eſſe debeant, & c. cõcl. 324. eadem pag.
Ambitio quando, & in quibus reprobetur. concl. 325. 300
Amicitia aquiparatur conſanguinitati, & quando, & c. con. 326. ead. pag.
Amor quid ſit, & operetur, & qualiter probetur, vel præſum. concl. 327. 301
Annata, & annatiſta vnde habeant originem. concl. 328. ead. pag.
Ancona ciuitas, & eius priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines, cõcl 329. ead. pag.
Angaria, & angarij homines qui dicantur. cõcl. 330. 302
Anglia conſuetudo, ſtatuta, & priuilegia. concl. 331. 303
Animalia bruta qualiter delinquendo puniantur, vel oblig. & c. cõcl. 332. ead. pag.
Animæ fauore multa ſpecialia introducuntur. concl. 333. eadem pag.
Animus, & intentio attenditur, & quid operetur. concl. 334. eadem pag.

Digitized by Google

*Animus hominis mutabilis,& velox.concl.*335 pag.305
*Animus,& intentio ex quibus probetur. concl.*336. eadem pag.
*Anniuersarium pro anima relictum,qualiter,& vbi celebrandum.cõcl.*337 306
*Annona quid sit,& importet,& de cura habenda de ea. cõcl.*338. ead.pag.
*Antiquitas habet priuilegia plura,& operatur multa.concl.*339. 307
*Antiquitas laudatur,& facta antiquorum circa diuersa..cõcl.*340. 308
*Antiquum qualiter,& quando aliquid dicatur. concl.*341. ead.pag.
*Annui reddituus an inter immobilia computentur,& quando.concl.*342. 311
*Annulus ad quid inuentus,& an probet matrimonium.conclus.*343. 312
*Annuli sponsaliorum,an censeantur donari, & vxoris fiant.concl.*344. 313
*Annus quid sit,& qualiter diuersimode cõputetur,& incipiat. cõcl.*345. ead.pag.
*Apparenter aliquid esse quando sufficiat,licet non existenter. concl.*346. 314
Appellatio quid sit,& in quo differat a prouocatione. concl. 347. ead.pag.
Appellatio est de genere permissorum . concl. 348. 315
*Appellatio de vno ad alium quando arguat subiectionem,concl.*349. ead.pag.
Appellatio coram quo,& qualiter interponenda,conclus. 350. 316
*Appellatio coram honestis personis quando valeat.conclus.*351. ead.pag.
*Appellatio ad quem debeat fieri. conclus.*352, 317
*Appellatio ad Imperatorem,vel Principẽ an possit cognosci,& c.concl.*353.322
*Appellatio debet constare,quod est interposita infra x. dies.cõcl.*354. ead.pag.
*Appellatio infra decem dies a die habita notitia sufficit , concl.*355. 324
Appellari potest diebus feriatis etiam in honorem Dei, concl. 356. 325
*Appellatio an in scriptis sit facienda,vel non,& c. concl.*357. ead. pag.
Appellatio a diffinitiua in quo differat ab interloquutoria, concl. 358. 326
*Appellatio ab interloquutoria an admittatur,& quando, concl.*359. ead.pag.
*Appellatio quando requirat causam exprimi in appellat. vel nõ,concl.*360.329
Appellare non potest non grauatus,neque a futuro grauam.& c.concl. 361.331
*Appellare qui teneantur,& qui prosequi etiam obligentur,concl.*362. ead.pag.
*Appellatio vnius quando prosit alijs,concl.*363. 332
*Appellatio quando vna vel plures,concl.*364. ead.pag.
Appellationes plures si fiant,quæ attendi debeat, concl. 365. 333
Appellari quando possit ab vno capitulo sententiæ,concl. 366. ead.pag.
*Appellatio ad effectum obtinendi repositionem datur,& quãdo,cõcl.*367. 334
*Appellatio quando interponenda a denegatione admiss.& c.cõcl.*368.ead.pag.
*Appellationi quando,& qualiter deferendum.concl.*369. ead.pag.
*Appellationis delatio quid operetur,& quid sit,& qualiter,& c.cõcl.*370.335
*Appellatio quando deuoluat negocium principale ad superiorẽ.concl.*371.336
Appellatio locorum inferiorum Baronum *deuoluitur ad,& c.concl.*372. 337
Appellatio extraiudicialis qualiter interpretanda sit,vt rel. cõcl. 373. 338
*Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad curiam. concl.*374.ead.pag.
*Appellatione pendente nihil est innouandum . concl.*375. ead.pag.
*Appellatione pẽdente nõ potest Iudex a quo procedere,& c.cõcl.*376. 340
Appellatio suspẽdit iudicatum,& sentẽtiam . conclus. 377. ead. pag.

Appellationis prosequendæ tempora quæ sint, concl. 378. *pag.* 342
Appellationis prosequendæ tempora omnibus currunt, &c. concl. 379. 343
Appellans quam diligentiam facere debeat, ne app. deseratur. cõcl. 380. 344
Appellationis prosequendæ tempora quando possunt, &c. conclus. 381. *ead pag.*
Appellanti quæ tempora sint præfixa, vel possint præfigi, concl. 382. 345
Appellanti non potest præfigi terminus ad finiendam causam, cõcl. 383. 346
Appellans quando teneatur exprimere præfixionẽ term. concl. 384. *ead. pag.*
Appellans si non seruat terminum præfixum, quando, &c. concl. 385. *ead. pag.*
Appellationi an, & quando possit renunciari, concl. 386. *ead. pag.*
Appellationi quando, & ex quibus cẽseatur renunciatum. concl. 387. 349
Appellare nolens quando approbet sententiam. concl. 388. *ead. pag.*
Appellãs si comparet coram Iudice à quo, quando videatur, &c. cõcl. 389. 350
Appellare quando non sit necesse, concl 390. *ead. pag.*
Appellatio quando, & in quibus sit necessaria, concl. 391. 351
Appellationi in dubio est fauendum, & qualiter proc. conclus. 392. *ead. pag.*
Appellans quando restituatur aduersus desertionem. conclus. 393. 352
Appellatio an possit cumulari cum nullitate conclus. 394. *ead. pag.*
Appellationis causa an sit eadem cum principali, concl. 395. 354
Appellatio nulla ex quibus reddatur, conc. 396. 355
Appellatio friuola quando dicatur, & effectus illius, cõcl. 397. 356
Appellatio remoueri per quos Principes possit, concl 398. 357
Appellatio quando tolli possit per statutum, & sublata, &c. concl. 399. *ead pag.*
Appellatio remota in rescripto, vel alias qualiter, & de qua int. concl. 400. 358
Appellatio remota ex quibus verbis censeatur, concl. 401. 359
Appellatio multis casibus non admittitur. concl. 402. *ead. pag.*
Appellatio contra tres sententias conformes non datur, conclus. 403. 361
Appellatio super notorio non admittitur, concl. 404. *ead. pag.*
Appellatio à sententia iuris non admittitur, conclus. 405. 362
Appellatio à sententia Principis an detur, & quando, conclus. 406. *ead. pag.*
Appellatio non datur in possessorio, & quando, concl. 407. 363
Appellatio non datur in spolio, & quando secus, conclus. 408. 366
Appellatio an detur ab immissione ex testamento, & quando, concl 409. 366
Appellatio ab exequutione non datur, & quando secus, cõclus. 410. 367
Appellatio à sententia exequutoris an suspendat exequutionem. cõcl. 411. 369
Appellatio a correctione quando admittatur, vel non, concl. 412. *ead pag.*
Appellatio non datur a sententia arbitri. cõcl. 413. 370
Appellatio an detur à sententia confirmante laudum. conclu. 414. *ead. pag.*
Appellatio non datur in ijs quæ sunt arbitraria Iudici, & c. conclu. 415. 372
Appellatio à sententia capit. ali quando detur, vel non. cõcl. 416. *ead. pag.*
Appellare an possit confessus. concl. 417. 373
Appellans quando remittatur ad Iudicem grauantem, concl. 418. 374
Appellatio a sententia lata de consilio, vel ad relationẽ, & c. cõcl. 419. *ead. pag.*
Appellans nõ cõpellitur ab appellato prosequi appell. & c. conc. 420. *ead pag.*

Appel-

Digitized by Google

Appellans an teneatur exhibere ſententiam,& acta,& c.concl.421. pag.374
Appellatus quando poßit preuenire appellantem in commiſſ. concl.422. 375
Appellatus quando poßit preuenire,vel non appellantem,& c.concl.423. 375
Apoſtaſia quid ſit,& quis dicatur apoſtata,& qualiter probet.con.424.ead.pag.
Apoſtatantes religioſi à quibus poßint abſolui, concl. 425. 376
Apoſtilla quando vitiat,& quando probet, vel non, concl. 426. ead.pag.
Apoſtoli appellationis multiplices,& de natura ſingulorum, concl. 427. 377
Apoſtoli ab appellante qualiter petendi, concluſ.428. 378
Apoſtolorum denegatio habet vim deuolutionis appell.concl.429. eadem pag.
Apotheca quid ſit. concl. 430. 379
Approbare quando quis dicatur,& quomodo non, concl.431. eadem pag.
Approbatio perſona alicuius non extenditur ad aliam,& c. concl.432.ead.pag.
Approbatus ad vnum beneficium poteſt reprobari ad aliud,& c.conc.435. 380
Apulie ſtatuta, conſuetudines,& priuilegia, concl.434. eadem pag.
Aquaductus,& ius irrigandi quando competat,& qualiter prob. conc.435. 380
Aqua ducenda ius quando,& qualiter conſeruetur,& c. concl. 436. 381
Aquilegienſis ciuitas,& eius ſtatuta,priuilegia,& conſuet. concl.437. 382
Acquirens quando omnibus haredibus acquirat,vel non, concl. 438. 383
Acquirens pro ſe,& filijs,an filijs poßit praiudicare, concl. 439. eadem pag.
Acquirere alteri quando,& per quos poßit,vel non, concl.440. 386
Acquirere nolle,& alienare ſunt diuerſa, concl. 441. 390
Acquirere quid ſit,& acquiſitum quot modis dicatur,& c. concl. 442. 393
Acquiſiuiſſe an quis in dubio præſumatur de ſuo,vel de alieno.concl.443. 394
Arrharum datio quid operetur,& quando probetur datio arrhar.concl.444. 395
Arrha data quando perdatur,vel reſtituatur duplicata,concl.445. ead. pag.
Aratro ſi ſubijciatur terra qualiter redimi poßit, concl.446. 396
Arbitri,& arbitratores eſſe qui poſsint,vel non, concl.447. 397
Arbiter,& arbitrator in quo differant, concl.448. 398
Arbitrator quis dicatur,& quid poſsit,& quis arbiter, concl.449. 401
Arbitrorum iurisdictio quantum duret, concl. 450. 403
Arbiter an extra locum compromiſsi poſsit laudare, concl. 451. 405
Arbiter an, & quando dicatur Iudex ordinarius,& c. concl.452. ead.pag.
Arbiter etiã vigore ſtatuti electus an dicatur Iudex.& c. concl.453. ead.pag.
Arbiter licet habeat arctiſsimã poteſtatem,tamen poteſt,& c.concl.454. 406
Arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum. concl. 455. 408
Arbitri poſſunt multa ſicut Iudices,non tamen vltra. concl.456. 409
Arbitri non poſſunt multa ſicut Iudices. concl. 457. ead.pag.
Arbiter,& arbitrator de iure,& de facto quid poſsit. concl.458. 410
Arbitri & arbitratores quando prorogare poſsint inſtantiam. con. 459. 411
Arbitri quando ſuper non compromiſsis pronunciare poſsint. concl. 460. 413
Arbitri quando poſſunt compelli ad acceptan. arbitran.& c. concl.461. 413
Arbiter tertius qualiter eligatur,& quid poſsit. concl.462. 414
Arbitri ſuper diuerſis quando ſuper toto tenentur pronunciare. concl.463. 415

Arbitri plures qualiter pronũciare debeãt, & valeãt sent. concl. 464. pag. 415
Arbitramentum quid sit, & quid laudum, & in dubio, & c. concl. 465. 418
Arbitramentum, vel laudum operatur multa, & qualiter prob. concl. 466. 419
Arbitramentum reducitur ad arbitrium boni viri, conclus. 467. ead. pag.
Arbitramentum quando, & ex quibus nullum dicatur, conclus. 468. 420
Arbitris in quibus credatur, vel non, conclus. 469. 421
Arbitrio alicuius si quid committitur, regulatur secundum, & c. concl. 470. 422
Arbitrio Iudicis multa committuntur, conclus. 471. 424
Arbitriũ Iudicis quando succedat loco arbitrij primatorũ, & c. concl. 472. 426
Arbitrium Iudicis ad quæ se extendat in pœnalibus, & c. conclus. 473. 427
Arbitrium operatur multa. conclus. 474. 428
Arbitrio Iudicis quando standũ, & de multiplici arbitrio, concl. 475. ead. pag.
Arbitrium datur ad aliquid faciendũ, quid comprehendat. concl 476. ead pag.
Arbitrium boni viri succedit in multis dispositionibus. concl. 477. 430
Arbitrium reseruatum quando morte extinguatur, conclus. 478. ead. pag.
Arbor quid sit, & arbusta, seu arbustum per quot pedes & c. concl. 479. ead. pag.
Arbores in fundo alieno habere licitum est. concl. 480. 431
Arborum incisio qualiter, & quibus prohibita, conclus. 481. ead. pag.
Archidiaconus, & eius officium quid sit, & quibus præferatur. concl 482. ead pag.
Archiepiscopus potest multa in diœcesi sui suffraganei, & qua non. concl. 483. 433
Archimia non est ars prohibita, concl. 484. ead. pag.
Archipresbyter, & eius officiũ quid sit, & quibus præferatur. concl. 485. ead. pag.
Archiuium publicum, & eius scripturæ quando probent. conclus. 486. 434
Arestum carceri æquiparatur, & qui possint arestari. conclus. 487. 435
Aretina ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. concl. 488. ead. pag.
Argenta terræ statuta, consuetudines, & priuilegia. concl. 489. 436
Arguere licet ab authoritate insignium virorum. concl. 490. ead pag.
Argumentum concludens ab omni parte quando valet. concl. 491. 437
Argumentum valet à sufficienti partium enumeratione. concl. 492. ead. pag.
Argumentum valet à communiter contingentibus. concl. 493. eadem pag.
Argumentum valet ab eo quod statuens interrogatus respond. concl. 494. 439
Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates. concl. 495. 441
Argumentũ valet de constitutione, & statuto ad rescripta, concl. 496. ead. pag.
Argumentum de statuto ad pactum valet, & è contra, concl 497. 442
Argumentum valet à contrario sensu, conclus. 498. ead. pag.
Argumentum quando valet de toto ad partem, & è contra, concl. 499. 449
Argumentum ab ethymologia vocabuli quando valet. concl. 500. ead. pag.
Argumentum valet de maiori ad minus, & quando. concl. 501. ead. pag.
Argumentum valet de personis ad res, & e conuerso. concl. 502. 450
Argumentum valet à coniunctione plurium dispositionũ. concl. 503. ead. pag.
Argumentum valet dere ad tempus. conclus. 504. ead. pag.
Argumentum valet de loco ad tempus, & è contra. conclus. 505. 451
Argumentum valet de temporalibus ad spiritualia, & c. conclus. 506. ead. pag.

Digitized by Google

Argumentum valet de vno ad aliud, concl. 507. pag. 451
Argumentum de tanquam, quid ſit, & quando valeat, concl. 508. 452
Argumentum ceſſat probato contrario. concluſ. 509. ead. pag.
Argumentum non valet in multis caſibus ſequentibus. concl 510. ead. pag.
Argumentum non valet in multis caſibus, in quibus datur, &c. concl. 511. 453
Ariminenſis ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia, concl. 512. 454
Ariſtotelis laudes. concl. 513. ead pag.
Armorum appellatione quid veniat. concl. 514. ead. pag.
Armorum vſus prohibitus, & quando non, concl. 515. 455
Arma, & inſignia familiarum quid operentur, &c. concl. 516. eadem pag.
Arroten ciuitas eſt Ro. Eccleſ. eius ſtatuta, conſuet. & priuileg. concl 517. 456.
Ars iuuat artificem, & quid ſit ars. concl. 518. ead. pag.
Artifex quis dicatur, & quando deſinat eſſe vel non. concluſ. 519. ead. pag.
Artifex inſignis habet multa priuilegia, conclus. 520 457
Articulus quid ſit, & vnde formetur, & cenſetur admiſſus. concl. 521. ead. pag.
Articulus quando dicatur ſufficiens, vel non. concluſ. 522. ead. pag.
Articuli quando captioſi, & impliciti, vel defectuoſi. concluſ. 523. 458
Articuli impertinentes an admittendi, & qua requirantur, & c. concl. 524. 459
Articulus iuris quando procedat vel non. concl. 525. ead. pag.
Articuli in cauſa ſummaria quando loco petitionis, & c. concl. 526. 460
Articuli poſt publicationem teſtium, qui debent admitti, concl 527. ead. pag.
Articulus fama qualiter formandus, vt probet famam. concluſ. 528. ead. pag.
Articulus obiectiuus quãdo dicatur, & admittatur, vel nõ. concl. 529. ead pag.
Aſculana ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. concluſ. 530. 461
Aſſaſinium quid ſit, vel aſſaſinus, & qualiter probetur, & c. concl. 531. ead pag.
Aſſenſus in quibus non eſt denegandus, concluſ. 532. 464
Aſſertioni alicuius quando ſtandum eſt, vel non. concl. 533. ead. pag.
Aſſertioni Iudicis, vel alterius quando ſtandum. concluſ. 534. ead pag.
Aſſertioni gerentis actum ex cauſa permiſſum an credatur, concluſ. 535. 465
Aſſerenti quando ſtandum eſt, & an debeat iurare, concl. 536. 464
Aſſicuratores nauium qualiter obligentur, & quid ſit aſſicurare, concl. 537. 468
Aſſignare quando importat dominij tranſlationem, vel non, concl. 538. ead. pag.
Aſſiſium, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia, concluſ. 539. ead. pag.
Aſſiſtentia iuris communis, licet non adſit, non tamen, & c. concl. 540. 469
Aſtenſis ciuitas, eiuſq; ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia, concl. 541. ead. pag.
Attentata qua dicantur, & ex quibus probentur, concl. 542. 471
Attentata ſunt reuocanda ante omnia. concluſ. 543. 472
Attẽtata ſi ante omnia reuocãda ſunt per quẽ reuocari poſsint. cõcl 544. 472
Attẽtatorum reuocatio ſapit poſſeſſorium, & duplex attẽtatum. concl. 545. 473
Attentata an reuocẽtur quãdo cõſtat de non iure petentis ea reu. cõcl. 546. 473
Attentata non reuocantur ante omnia, concluſ. 547. ead. pag.
Attentata ſunt magis priuilegiata, quam ſpolium, concl. 548. 474
Attentata habent multa ſpecialia, & an detur remiſſoria, & c. concl. 549. 474

Digitized by Google

Atrox delictum, & iniuria quando dicatur. concl. 550. pag. 474
Auaritia omnium malorum radix, & qui præsumantur auari. cõcl. 551. 475
Auditores contradictarum quam iurisdictionem habeant, concl. 552. eadem pag.
Auditores Rotæ aliqui antiqui, & Auditorum priuilegia, cõcl. 553. 476
Auditores Rotæ quam iurisdictionem habeant, concl. 554. ead. pag.
Augmentum regulatur secundum principale. concl. 555. 477
Augmentum quando mutet substantiam rei augmentatæ, concl. 556. ead pag.
Augures prohibentur. conclus. 557. eadem pag.
Augustana ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. cõcl. 558. ead. pag.
Auia, & auus quando veniant appellatione matris, &c. cõcl. 559. eadem pag.
Aninionensis ciuitas, & status est Eccles. Rom. eius statuta, consue. cõcl. 560. 478
Auocatio causæ ex quibus inducatur, concl. 561. ead. pag.
Auocatio, & commissio causæ operatur multa, concl. 562. 479
Aurem qui tangit, totum corpus tangere dicitur. concl. 563. ead. pag.
Authenticorum quorundam interpretatio. concl. ead pag.
Authoritate propria quando aliquid possit fieri. concl. 564. eadem pag.
Authorari nemo potest in re sua ad commodum suum. cõcl. 565. ead. pag.
Authoritas superioris quomodo, & qualiter interponenda, &c. con. 566. 482
Author, & principalis dans causam delicto punitur de omni, &c. cõcl. 567. 483
Auximana ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. conclus. 568. 484
Auxilium multiplex, & eius species ponũtur, & quæ pœna ten. cõcl. 569. ead. pag.
Auxilium, & opem multis modis quis præstare dicitur, &c. concl. 570. 487

B

Bagnoli castrum, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia, concl. 1. 491
Bannimenta, & crida qualiter intelligenda. conclus. 2. ead. pag.
Bannimenta de quibus possit facere officialis. concl. 3. 492
Bannimenta non ligant ignorantes, & quando secus, concl. 4. eadem pag.
Bannimenta in quibus locis fieri debeant, & quid operentur. concl. 5. 493
Bannimenta quid operentur, & quantum durent. cõcl. 6. ead. pag.
Bannum an sit sententia. concl. 7. ead. pag.
Bannum, seu exilium quid sit, & quo iure introductum. concl. 8. 494
Bannitorũ plures sunt species, & qualiter quis probetur bannitus. concl. 9. ead. pag.
Banniti an possint testari. conclus. 10. 495
Banniti nostri temporis quibus æquiparentur, concl. 11. ead. pag.
Banniti an, & quando habeantur pro mortuis. conclus. 12. 497
Banniti, & relegati, quorum actuum sint capaces. concl. 13. 499
Bannitus filius an faciat patri succedere fiscum. concl. 14. 502
Banniti simpliciter quanto tempore bannum duret. concl. 15. 503
Banniti ex vno loco, an sint banniti ex alio. concl. 16. ead. pag.
Bannitorum receptator quãdo possit puniri, vel nõ. concl. 17. ead. pag.
Banniti, & relegati frangentes confinia, quæ pœna puniãtur. concl. 18. 505

Digitized by Google

Banniti possunt impune offendi, & quando. concluſ 19 pag. 505
Baptiſmus eſt ſacramentum principale, & nō reiteratur, & quando. concl. 20. 510
Baptiſmus non facit beneficium curatum. concl. 21. ead pag.
Baptiſmus quid requirat, & qualiter fiat, concl. 22. ead pag.
Baptiſmus quas pœnas remittat, vel non, concl. 23. ead. pag.
Baptizatus quãdo quis dicatur, & qualiter probetur quis bapt. concl. 24. ead. pag.
Baptizari non possunt filij inuitis parentibus, & quando ſecus. concl 25. 511
Baratteria quid ſit, ex quibus inducatur, & quomodo prob. concl 26. eadem pag.
Baro quis dicatur, & quem gradum dignitatis obtineat, concluſ. 27. ead. pag.
Barones, & Comites quid possint. concl. 28. ead. pag.
Baronia appellationes ad quæ deuoluantur, concl. 29. 514
Baſtardi qualiter habilitentur ad ordines, concl. 30. ead. pag.
Bauari Imperatoris geſta damnantur, concl. 31. 514
Beghinæ, & fratres tertij ordinis an ſint perſonæ Eccleſiaſtica, concl. 32. 515
Bella, & acquiſitiones erant ante ius ciuile ſine ordine. concl. 33. eadem pag.
Bellum ex quibus dicatur vel probetur iuſtum, vel iniuſtum. concl. 34. 516
Bellum quando licitum dicatur. concl. 35. 517
Bellum quis poſsit indicere, concluſ. 36. 518
Bellum quibus poſsit indici, & qualiter indicendum, concluſ. 37. 519
Bellum mala multa operatur. concluſ. 38. ead. pag.
Bello capta quando efficiantur capientium. concl. 39. ead. pag.
Bello acquiſita quando communicanda inter ſocios, vel non. cõcl. 40. 420
Belli cauſa acquiſita quando poſsint licite retineri, concl 41. ead. pag.
Bello occupata ſi recuperantur ſunt reſtituenda dominis ſuis concl. 42. 521
Beluecenſis ciuitas, eiuſq; ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. concl. 43. 522
Bellunenſis ciuitas, eiuſq; ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. cõcl. 44. ead. pag.
Benedictio Eccleſiæ quid ſit, & quæ requirat. cõcl. 45. ead. pag.
Benedictio ſuper populum quotuplex. concl. 46. ead. pag.
Benedictio Abbatum, & Abbatiſſarum, quæ etiam eſt quadã, & c. cõcl. 47. 523
Benefacere tenemur benefacienti, concluſ. 48. ead. pag.
Beneficium principis late interpretatur. concluſ. 49. ead. pag.
Beneficium principis late non interpretatur multis caſibus, concluſ. 50. 525
Beneficiũ, & gratia principis quãdo ſtrictã recipit interpretationẽ, cõcl. 51, 526
Beneficium inuito non confertur, & qualiter procedat. concl. 52. ead. pag.
Beneficium quid ſit, & benef. Eccleſiaſt. qualia ab initio. concluſ. 53. 527
Beneficia Eccleſiaſt. qualia præſumantur a primæua erectione. concl. 54. 528
Beneficia Eccleſiaſt. de ſui natura omnia ſunt perpetua. concluſ. 55. ead pag.
Beneficium Eccleſiaſt. non poteſt conferri laico. concl. 56. 529
Beneficium qualificatum an poſsit conferri non qualificato. concl. 57. 530
Beneficia Eccleſiaſt. non poſsunt detineri ſine Canonica inſtit. con. 58. ead. pag.
Beneficij appellatione veniunt omnia beneficia, & quæ. concl. 59. 531
Beneficium ſimplex quod dicatur, concluſ. 60. eadem pag.
Beneficia plura ſimplicia habere non eſt prohibitum. concl. 61. ead. pag.

Digitized by Google

Beneficia quæ dicantur requirere residentiam, vel non. concl. 62. pag 532
Beneficia curata quæ dicantur, & quæ simplicia. concl. 63. 533
Beneficia incompatibilia quæ dicantur. concl. 64. ead. pag.
Beneficia plura curata retineri non possunt. concl. 65. 534
Beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt, &c. concl. 66. 536
Beneficia regularia regularibus, secularia secularibus conferẽda. concl. 67. 537
Beneficiati plures ad eundem titulum, & eandem Ecclesiam, &c. concl. 68. 537
Beneficia incompatibilia si quis assequatur quando, & quom. cõcl. 69. 538
Beneficia qualiter vacent per assequutionem iuris in plurib. incõp. cõcl. 70. 540
Beneficia promoti ad Episcopatum vacant, & quando. conclus. 71. 541
Beneficia ingredientis religionem quando vacent. concl. 72. 542
Beneficiatus vltra onera solita non obligatur. concl. 73. ead. pag.
Beneficiatus ad quæ obligetur beneficio, concl. 74. 543
Beneficia reseruata quæ dicantur. concl. 75. ead. pag.
Beneficia reseruata per vacat. in Curia à solo Papa conf. concl. 76. ead. pag.
Beneficium affectũ quando dicatur per appositionẽ manus PP. concl. 77. 544
Beneficiatus quando, & quis dicatur. concl. 78. eadem pag.
Beneficiatus an aquiparetur vsufructuario, an vsuario. concl. 79. 545
Beneficiatus agens nomine suo debet docere de titulo. concl. 80. 546
Beneficiatus agit possessorio, & petitorio contra denegãtes &c. cõcl. 81. ead. pag.
Beneficiatus in quibus nomine Ecclesiæ agere debet. concl. 82. 547
Beneficialis causa est summaria. conclus. 83. ead. pag.
Beneficialis, causa habet multa specialia. concl 84. ead. pag.
Beneficium collatum absenti quando vacat, vel non. concl. 85. 548
Beneficij collatio ad quem spectet de iure, conclus. eadem pag.
Beneficij collatio, siue renunciatio probari potest per testes, &c. concl. ead pag.
Beneficiatus solut decimas Papales, nõ autẽ pẽsionarius, &c. cõcl. 86. ead. pag.
Benemeritæ habent multa specialia, & qualiter probentur conclus. 87. ead. pag.
Beneuenti ciuitas, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia. conclus. 88. 549
Beneplacitum alicuius quando durare dicatur, vel non. cõcl. 89. ead. pag.
Bergomi ciuitas, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia. cõcl. 90. 551
Beroarijs quomodo, & in quibus credatur, vel non. concl. ead. pag.
Biblia quanta sit authoritas. concl. eadem pag.
Bigamus, & bigamia quid sit, & operetur. concl. 91. ead. pag.
Binubium parentum malum pro filijs, concl. 552
Bisuntina ciuitas, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia, conclus. 92. ead. pag.
Bibiena terra, eiusq; statuta, priuilegia, & consuetudines. cõcl. 93. ead. pag.
Bitona terra, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia. conclus. 94. ead. pag.
Blasphemia quid sit, & qua pœna puniatur. conclus. 95. ead. pag.
Blasphemia an sit crimen Ecclesiasticum, vel seculare. cõcl. 96. 553
Bobij ciuitas, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia. concl. 97. ead. pag.
Bohemia prouincia, statuta, & consuetudines. concl. 98. 554
Bona conditionis quem esse qualiter probetur, concl. ead. pag.

Digitized by Google

Bonitas, & bona qualitas alicuius quomodo probetur, concl. pag. 554
Bona fama probata per testes praualet mala fame. concl. eadem pag.
Bona fidei possessor quis dicatur, vel præsumatur. cõcl. 99. ead. pag.
Bona fides quando præsumatur in præscribente, vel non cõcl. 100. 557
Bonorum appellatione quid veniat, concl 101. 559
Bonorum multa sunt species, & denominationes, concl. 102. 561
Bonorum mobilium appellatione quid veniat. cõcl 103. ead. pag.
Bonorum immobilium appellatione quid veniat. cõcl. 104. 563
Bona mobilia ab immobilibus differũt, & cui loco applicẽtur. con. 105. ead. pag.
Bona mobilia cuius esse præsumantur, concl. 106. 564
Bona consumpta esse naturaliter qualiter probetur. cõcl. ead. pag.
Bona fuisse hypothecata qui dicit probare debet & qualiter. conc. eadem pag.
Bona fuisse in bonis testatoris quomodo, & qualiter probetur. cõcl. ead. pag.
Bona peruenisse de patre in filium asserenti incũbit onus probandi. cõc. ead. pag.
Bona intelliguntur deducto ære alieno, concl. ead. pag.
Bona aduẽtitia, & profectitia quæ dicantur, & in quibus diff cõc. 107. ead pag.
Bona quando paterna, materna, vel fraterna esse dicantur. cõcl. 108. 565
Bona esse in bonis qualiter intelligantur. conc. 109. 567
Bona paraphernalia quæ sint, & cui sint restituenda. cõcl. 110. 568
Bona Ecclesiarum cuius esse dicantur, & quibus distribuenda. cõc 111 ead pag.
Bona per Prælatum acquisita an sint hæredũ, vel Ecclesiæ. concl. 112. ead. pag.
Bona patrimonalia clericorum qualiter subsint foro Eccles. concl. 113. 570
Bona patrimonialia clericorum quibus subsint: concl. 114. eadem pag.
Bona aliquem non habere probatur ex æstimi libro, & alijs modis. cõcl. 573
Bona non sufficere, & alia bona non extare qualiter probetur. cõcl. eadem pag.
Bona qualiter pro derelictis habeantur, vt licita sit occupatio. cõcl. 115. ead. pag.
Bona defuncti vacantia qualiter probentur, conclus. ead pag.
Bona communia esse qualiter probentur. conclus. ead. pag.
Bona esse acquisita per filium ex bonis patris quomodo probetur. con. ead. pag.
Bona hereditaria quæ dicantur, vel non. conc. 116. ead. pag.
Bona fides non patitur multa. concl. 117. 574
Bonorum possessio cõtra tabulas quæ sit, & quando competat. cõcl. 118. ead. pag.
Bonorum possessio secundum tabulas quid sit, & quando cõpetat. cõcl. 119. 575
Bononia ciuitas, & facta illius notabilia aliqua. concl. 120. 576
Bononia statuta circa diuersa in ciuilibus. concl. 121. 581
Bononia statuta criminalia. concl. 122. 586
Bonus quilibet præsumitur, & quando secus, concl. 123. 588
Bonum perũsse quomodo probetur. concl. ead. pag.
Bracharensis Ecclesiæ statuta, & priuilegia: conclus. 124. ead. pag.
Brachium seculare quando inuocari possit, & concedi debeat: cõcl. 125. ead. pag.
Brachium militare quando, & quibus modis concedendum, concl. 126. ead pag.
Breuitas est attendenda, concl. 127. 591
Breuitas termini in Iudice arguit iniquitatem, & quid in alijs, conc. ead. pag.

Breuitas temporis quando faciat præsumi dolum,&c. concl. pag. 591
Britonorij ciuitas, eiusq. statuta, consuetudines,& priuilegia. concl. 128. ead. pag.
Britonum consuetudines, statuta,& priuilegia. cõcl. 129. ead. pag.
Brixellum oppidum supra Padum. concl. 130. ead. pag.
Brixiensis ciuitas, eiusq. statuta, consuetudines,& priuilegia. cõcl. 131. ead. pag.
Broccardica materia quæ dicatur. cõcl. 132. 593
Broccardicum quod potui nolui, quod volui implere,&c. cõcl. 133. eadem pag.
Bullæ imperfectæ fides non adhibenda. conc. 597
Bullam prouisionis producens præsumitur expediuisse,&c. concl. ead pag.
Bullæ perditæ tenor qualiter probetur. cõcl. ead. pag.
Bullæ sumptum ex regestro quando probet, vel non, conc. ead. pag.
Bullettinum quod sit pro teste, an probet,& quando. cõcl. ead. pag.
Burgi sancti Sepulchri ciuitas statuta, consuetudines,& priuil. cõc. 134. ead. pag.
Burgus Vallis Tarij, eiusq. statuta, consuetudines,& priuileg. concl. 135. ead. pag.
Buxetum,& Villa Sambuxeti,& eius statuta, consuetud.& c. cõc. 136. 598

C

Caduca quando efficiatur dispositio, vel non, cõcl. 1. 599
Caducitas probatur ex non solutione. conc. ead. pag.
Caducitas quando,& ex quibus probatur remissa. cõcl. eadem pag.
Calagurritanæ Ecclesiæ consuetudo, statuta,& priuilegia: cõcl. 2. ead. pag.
Calculus quid sit,& vbi requiritur ibi debet esse intricatio,& c. concl. 3. ead. pag.
Calculatores quando eligendi,& quam iurisdictionem habeãt. cõc. 4 ead. pag.
Calculus quando dicatur erratus, vt iterum calculari,& c. cõcl. 5. 601
Calculus an inducat liberationem,& qualem. concl. 6. ead. pag.
Calculatio,& saldum quando habeat vim rei iudicatæ. cõcl. 7. 602
Calij ciuitas,& eius statuta, consuetudines,& priuilegia. concl. 8. ead. pag.
Calumnia quid sit,& quid calumniator,& qua pœna pun.& c. cõcl. 9. ead. pag.
Calumnia excusatur multis casibus. conclus. 10. 605
Cambia,& recambia mercatorum qua,& an licita sint. concl. 11. ead. pag.
Cambiator quando teneatur ad pecunias receptas,& c. concl. 12. 607
Cambiorum litteræ operantur multa. concl. 13. 607
Cambia semel recepta quandiu durent. concl. 14. ead. pag.
Camera Apostolica quid sit,& bona Cameralia. cõcl. 15. 608
Camerarius Sedis Apostolicæ,& eius officium. conc. 16. ead. pag.
Camerini ciuitas, eiusq. statuta, consuetudines,& priuilegia. conc. 17. ead. pag.
Campanile quid sit,& campanæ ad quid inuentæ sunt. concl. 18. 609
Campsor, eiusq. libri quam probationem faciant. concluſ. ead. pag.
Cancellariæ expeditiones,& circa aliqua. concl. 19. ead. pag.
Cancellatio duplex, vna verbo,& in scriptis, alia facto,& c. concl. 20. 610
Cancellatio quando attendenda,& quid operetur. concluſ. 21. ead. pag.
Cancellatio quando probet solutionem, vel non,& c. concl. 22. 611
Canon quid sit,& appellatione canonis quid veniat. concl. 23. 613

Digitized by Google

Canonis præſtatio probat ſubiectionem.concl. pag. 613
Canones ligant omnes,& ab omnibus debent obſeruari.concluſ.24. ead pag.
Canones præferuntur legibus,& quando.concl.25. ead.pag.
Canones æquitatem amplectuntur,& qualiter interpretandi.conc.26. 614
Canoniſtarum laudes,& abuſus. conc.27. ead.pag.
Canonica prouiſio,vel promotio quando dicatur. conc.28 ead. pag.
Canonicatus quid ſit,& eius appellatione quid veniat.conc.29 ead.pag.
Canonicus an poßit eſſe ſine prebenda. conc 30 615
Canonicus an habeat dignitatẽ,& quas prærogatiuas,&c. conc.31 ead pag.
Canonicorum certus numerus in Eccleſia quando &c.concl.32 ead.pag.
Canonici ſupranumerarij qui dicantur,& qua poßint, concl.33 ead.pag.
Canonici debent eſſe in ſacris,& quando. conc.34 616
Canonicatus in cathedrali à quibus conferantur. concl.35 ead.pag.
Canonicatus in collegiata à quibus conferantur. conc.36 ead.pag.
Canonici proſequentes appellationem electi,an expẽſis &c.conc.37 ead.pag.
Canonicus ſucceſſor in ius Canonici defuncti non ſuccedit.conc.38 ead.pag.
Canonici Regulares quando inſtituti,& quis fuit auctor eorũ. concl.39 617
Canonici Regulares an ligẽtur vt Monachi regulares,&c.conc.40. ead. pag.
Canoniʒatio Sanctorum qualiter,& à quibus facienda.conc.41 ead.pag.
Cantoria non eſt dignitas,& quando ſecus. conc.42 618
Cantus quomodo probetur.conc. 619
Cappellania honoris Prothonotariatus,Auditor Rotæ qualiter &c.conc. ead.pag.
Capita creditorum falliti quid poßint. cõcl. ead pag.
Capitalis cauſa quando dicatur,vel non. concl.43. ead. pag.
Capitula plura canonica interpretantur. concl.44. ead. pag.
Capit. reintegranda, tertia quæſtione prima,quibus,&c. conc.45. 621
Capitulum,& capitulares perſonæ quæ dicantur. concl.46. 627
Capitulariter fieri quæ debeant,& quæ à ſingulis &c. concl.47 ead.pag.
Capitulum de Iure communi poteſt circa capitularia. concl.48 628
Capitulum quæ poßit facere,vocatis abſentibus,vel non. concl.49 ead pag.
Capitulum agens,vel excipiens,quando præiudicat,&c.concl.50 ead pag.
Capitulum non dicitur habere proprie ſucceſſorem. concl.51 ead.pag.
Capitulum habens menſam ſeparatam ab Epiſcopo reg &c. concl.52 629
Capitulum quæ poßit facere ſine Epiſcopo. concl.53 ead.pag.
Capitulum quæ non poßit ſine Epiſcopo. concl.54 630
Capitulum Eccleſia quando debet conſulere,vel conſ.&c.concl.55. ead.pag.
Capitulum ſede vacante quæ poßit facere,vel non. concl.56. ead.pag.
Capitulum ſede vacante poteſt reuocare ex cauſa ſtatutũ,&c.concl.57. 633
Capitulum ſede vacante non poteſt ſtatuere contra &c.conc.58. ead pag.
Capitulum generale Ordinis,quæ poßit,vel non. concl.59 ead.pag.
Capitula ſeparata,& diuerſa diuerſam inducunt,&c. concl.60. ead. pag.
Caporales qui dicantur. concl. 61 634
Caprarius cuſtos quid probare debeat,vt excuſetur de inter.&c. concl. ead.pag.
Captatoria voluntas quæ dicatur,vel non. concl. 62 ead pag.

Capti in bello quando relaxandi, vel non. concl. 63. pag. 636
Captiuorum redemptio pia est, & habet multa &c. concl. 64. eadem pag.
Captura multis nominibus dicitur, concl. 65. 637
Captura, & inuentio quando requiratur in fragranti. cõcl. 66. ead. pag.
Captura pro non facto vt fiat, qualiter concedenda, concl. 67. ead. pag.
Captura qualiter committenda, & de pœna resist. & c. concl. 68. ead. pag.
Captura personæ in criminalibus ex quibus licita, concl. 69. 638
Captura personæ in ciuilibus quando licita, vel non, cõcl. 70. 639
Captura suspecti ex quibus valida, vel non. cõcl. 71. 640
Captus in alieno territorio quando restituendus, vel non, cõcl. 72. 642
Captura nulla est ex multis, concl. 73. 643
Captura nulla qualiter conualidetur, cõcl. 74. ead. pag.
Capto iniuste quibus remedijs succurratur, cõcl. 75. 644
Capua ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia, conc. 76. ead. pag.
Caput vnicum competit cuicunque corpori vero, vel mistico. conc. 77. ead. pag.
Caput præualet cæteris membris, cõcl. 78. 645
Carcer quid sit, & quod sit mala mansio, conc. 79. ead pag.
Carcerari nemo potest pro debito ciuili, & qualiter procedat, conc. 80. 646
Carcerari qui possint, vel non, & à quibus, conc. 81. 647
Carceratus quis dicatur, concl 82. ead. pag.
Carceratus quando ex alia causa potest arrestari, vel non, cõcl. 83. ead. pag.
Carcerati si liberentur, an possint iterum carcerari, concl. 84. 649
Carceris perpetui pœna an possit imponi, & quid operetur, cõcl. 85. ead. pag.
Carcerari non debet clericus antequam constet de crimine, cõcl. 86. ead. pag.
Carcerati quando relaxandi, vel non, data fideiussione, cõcl. 87. 650
Carcerati aufugientes, qua pœna puniuntur, conc. 88. 651
Carceratus quando possit contrahere, vel non, & quid possit, cõcl. 89. 652
Carceratorum priuilegia multa, concl. 90. 654
Carceratus si reperitur mortuus præsumitur culpa custod. & c. cõcl. ead. pag.
Carceratorum odia, concl. 91. ead. pag.
Carceratus non potest esse testis, & non probat, & quãdo secus, cõcl. 655
Carceratus quando possit citari, vel non, concl. 92. ead. pag.
Carcerum impensa an spectet ad Principem, vel ad &c. conc. 93. ead. pag.
Carcer priuatus prohibitus, & qua sit pœna, cõcl. 94. ead. pag.
Cardinales quando esse cœperunt varia opiniones recitantur, conc. 95. 656
Cardinales qui sint, & eorum officium, conc. 96. ead. pag.
Cardinalatus an sit officium, & an per promotionem, & c. conc. 97. ead. pag.
Cardinales creantur à Papa, conc. 98. ead. pag.
Cardinales familiares Papæ sunt vnum corpus cum eo, concl. 99. 657
Cardinalium priuilegia multa, concl. 100. ead. pag.
Cardinales curiales sunt, & subsunt iurisdictioni curialium, concl. 101. 659
Cardinalem, vel Episcopum offendens qua pœna puniatur, cõcl. 102. 660
Cardinalis assertioni quando stetur, vel non, concl. 103. ead. pag.
Cardinalium collegium quid possit Sede vacante, cõcl. 104. 661

Digitized by Google

Carnalis copula ex quibus probetur. concl.105. pag.661
Carpi Terra,eius statuta,consuetudiues,& priuilegia.conc.106. 662
Carta maculosa reddit scripturam suspectam. concl. ead.pag.
Casale Montisferrati,eius statuta,consuetudines,& priuil.concl.107. ead.pag.
Cassare quid significet,& qualiter accipiatur. concl.108. 663
Caste,& honeste viuere quid importet. concl 109. ead.pag.
Castellanus quando teneatur de custodia,vel non. concl.110. ead.pag.
Castigatio leuis quibus permittatur,& in quas personas.concl.111. 664
Castillioni Terra,eiusq. statuta,consuetudines,& priuilegia.cõcl.112. 665
Castrensia,vel quasi,quæ esse dicantur. conc.113. ead.pag.
Castri Noui in diœcesi Parmæ statuta,consuetudines,& priuil.conc.114. 666
Castrum,Villa,Ciuitas,quid sint: cõcl.115. ead.pag.
Castri appellatione quid veniat.conc.116. 667
Castra,& municipia quam iurisdictionem habeant.conc.117. 669
Castra separata non sunt de ciuitate,vel districtu,& c.conc.118. ead. pag.
Castra multa in statu Ecclesiæ libera.cõcl.119. ead.pag.
Castrum habens villas sub se,& ad quid obligentur villæ & c.cõcl.120. 670
Castra adificare,vel reædificare quando liceat,vel non.conc.121. ead.pag.
Castro vendito quid sit venditum,an etiam iurisdict.& c.conc.122. ead.pag.
Castro legato quid veniat. concl.123. 674
Castro donato quid veniat. concl.124. ead.pag.
Castrensis ciuitas,eius statuta,consuetudines,& priuilegia.conc.125. 675
Casum fortuitum allegans probare debet,& quando secus.cõcl. ead.pag.
Casus naufragij,furti,& similium non præsumitur,sed,& c. concl. ead.pag.
Catanensis ciuitas,eiusq; statuta,consuetudines,& priuil. concl.126. ead.pag.
Catari ciuitas,statuta,consuetudines,& priuilegia eius.concl.127. 676
Catastrum quid sit,& contineat,& an probet. conc.128. ead.pag.
Catastrorum reuisores quales,& quam auctoritatem habeãt.conc.129. 678
Cathaloniæ statuta,consuetudines,& priuilegia, cõcl.130. ead.pag.
Cathedralis Ecclesia est parrochialis generalis omnibus.cõcl.131. ead.pag.
Cathedraticum quid sit,& à quibus solui debeat.conc.132. ead.pag.
Cauillationes,& figmenta fugienda,& quid sint.cõcl.133. 679
Causa quid sit,& est multiplex,materialis,efficiens,formalis,& c.cõcl.134. 680
Causa substantialis quæ sit. conc.135. ead.pag.
Causa finalis expressa regulat actum,& quomodo.conc.136. 681
Causa finalis,vel efficiens regulans actum,si cessat facit,& c.cõcl.137. 682
Causa causans est causa causati,& quando secus. conc.138. 684
Causam ab alio ille dicitur habere,qui habet titulum ab eo.cõcl.139. 685
Causa iniusta,& erronea rescindit actum,vel contractũ.cõcl.140. ead.pag.
Causa finalis quando dicatur,& quando impulsiua,& c.conc.141. ead.pag.
Causa impulsiua quæ dicatur. conc.142. 687
Causæ plures quando requirantur,vel vna tantum,& c.conc.143. ead.pag.
Causæ plures quando plures effectus operantur,vel non.cõcl.144. ead.pag.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Causa proxima attenditur, non remota, & quando secus. cõc. 145. pag. 688
Causa legis quomodo, & ex quibus eliciatur. conc. 146. 689
Causa naturalis præfertur accidentali. concl. 147. ead. pag.
Causa permissiua, & prohibitiua si concurrunt, qua & c. concl. 148. 690
Causa necessaria, & voluntaria si concurrant, qua & c. concl. 149. ead. pag.
Causa differt à modo. concl. 150. ead. pag.
Causa legitima in alienatione rei Ecclesiastica qua sit, & an & c. conc. 691
Causa iusta quando dicatur, & quid operetur. conc. 151. ead. pag.
Causa qualibet excusat à pœna. conc. 152. 692
Causa cognitio quando sit necessaria, vel non, & qualiter & c. cõcl. 153. 695
Causa cognitio quando censeatur necessario demandata. conc. 154. ead. pag.
Causa cognitio quando censeatur necessario demandata. conc. 154. ead. pag.
Causa quid sit loquendo de causa iudiciali. cõcl. 155. 696
Causam iniustam fouere quis, quando, & quibus præsumatur. cõc. ead. pag.
Causarum multæ sunt species fori Ecclesiastici. conc. 156. ead. pag.
Causa beneficialis, vel prophana qua dicatur. conc. 157. 697
Causa Ecclesiæ per quos tractari possit. conc. 158. ead. pag.
Causa quando de iure canonico agitur, secundum ius & c. conc. ead. pag.
Causarum continentia non debent diuidi. cõcl. 159. ead. pag.
Causa nõ appellabilis quando, & ex quibus efficiatur & c. cõc. 160. ead. pag.
Causa dua lucratiua regulariter in eadem persona, & in ead. & c. conc. 698
Causatiue multa fiunt qua directo non conceduntur. cõcl. 161. ead. pag.
Cautela quando noceant, vel iuuent, & illis vtendum sit. conc. 162. 700
Cautela diuersa pro spurijs instituẽdis valida, vt capiant & c. cõcl. 163. 701
Cautela ex quibus acquiritur ius ex modo agendi. conc. 164. 702
Cautela diuersa circa diuersa. concl. 165. ead. pag.
Cautio fideiussoria præstanda multiplex. conc. 166. 703
Cautio quid importet, & quandiu duret. conc. 167. 704
Cautionem de pluribus si quis petit per dolum etiam plus & c. concl. 705
Cautio de expensis reficiendis in iudicio à quibus præstetur. cõcl. 168. ead. pag.
Cautionem de iudicio sisti tenetur ille præstare, qui immob. conc. ead. pag.
Cautio de non offendendo quando præstanda. conc. 169. ead. pag.
Cautio obligatoria à quibus debeatur. conc. 170. 706
Cautio quibus casibus sit præstanda à suspectis. conc. 171. ead pag.
Cautio quibus casibus non est præstanda. conc. 172. 707
Cauere obligatus qualiter liberetur. conc. 173. ead. pag.
Cautio fideiussoria quibus casibus praciſe sit præstanda & c. cõcl. 174. ead. pag.
Cautio iuratoria quando admittenda. conc. 175. 709
Cautio vsufructuarij, & legatarij quid operetur. conc. 176. 710
Cautio Mutiana quid sit, & qualiter præstanda. conc. 177. ead. pag.
Cæcus quorum sit capax, vel non, & qualiter probetur, vel & c. conc. 178. 712
Cæcus qualiter testari, & contrahere possit. conc. 179. ead. pag.
Cedens bonis à debito liberatur, & quando secus. conc. ead. pag.
Cedens bonis quando dicatur ad pinguiorem fortunam & c. cõc. 180. ead. pag.

ce-

Digitized by Google

Cedens bonis non tenetur niſi in quantum facere poteſt, conc. pag. 713
Cedens ad quid obligetur ceßionario, & e contra, concl. 181. ead. pag.
Cedens iura, an, & quando contra ſeipſum cedere teneatur, conc. 182. 714
Cedens iura vni, poſtea ſi cedat alteri, ſecunda ceßio nulla eſt, cõc. 183. ead. pag.
Cedens non poteſt præiudicare ceßionario, & quando ſecus, conc. 184. 715
Cedens iura quando poßit exigere à debitore, vel non, conc. 185. ead. pag.
Cella, ſeu cellula quid ſit, conc. 186. 718
Cenetenſis ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. conc. 187. ead. pag.
Cenſitores qui dicantur, conc. 188. 720
Cenſura Eccleſiaſtica quid ſint. conc. 189. eadem pag.
Cenſus ſolutio quid operetur, & quando arguat ſubiectionem. cõcl. 190. ead. pag.
Cenſualis contractus cuius natura eſſe dicatur, & qualis. conc. 191. 721
Cenſuario, qua actio detur, & quid probare debeat. concl. 192. ead. pag.
Cenſus conſtituens in annuo reditu licite vendi poteſt. conc. 193. 722
Cenſus annui inter immobilia computantur, conc. 194. ead. pag.
Cenſus probatur per ſolutionem annuam 30. *vel* 40. *annor. & c. cõc.* ead. pag.
Cenſus ex quibus probetur, vel non, conc. ead. pag.
Cenſus annuus quomodo præſcribitur, & qualiter debeatur, cõc. 195. ead. pag.
Certam ſcientiam interueniſſe aſſerenti incumbit probatio, & c. conc. 723
Certioratio, & intimatio debet fieri in multis, conc. 196. eadem pag.
Certioratio non eſt neceſſaria mulieri, vel minori multis caſibus. cõc. 197. 724
Certioratio regulariter requiritur minori, & mulieri, renunciant. cõc. 198. 724
Certificatio non præſumitur niſi probetur, conc. 725
Certus an, & quando debeat certiorari, conc. 199. ead. pag.
Certum quando dicatur aliquid eſſe. conc. 200. ead. pag.
Caſena ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia, conc. 201. 727
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, & quando ſecus, conc. 202. 728
Ceſſio iurium quid ſit, & qualiter fiat, & eſt permiſſa, & quando. cõc. 203. 730
Ceßio iurium requirit titulum vt valeat, conc. 204. 731
Ceſsio iurium quid operetur, vel non. conc. 205. 732
Ceſsio pendente lite facta an valeat, conc. 206. 733
Ceſsio iurium quando valeat, vel non. conc. 207. 734
Ceſsio in potentiorem prohibita, & quare, conc. 208. ead. pag.
Ceſsio iurium quando præſumatur fraudolenta, vel non. concl. 209. 735
Ceſsio iurium comprehendit futura. concl. 210. 738
Ceſsio iurium debet fieri ex neceſsitate multis caſibus. concl. 211. ead. pag.
Ceſsio de quibus fieri poſsit, & de quibus non. concluſ. 212. 742
Ceſsionarius vtitur eodem iure quo vteretur cedens. concl. 213. 743
Ceſsionarius qualiter agere poſsit, & debeat. concl. 214. 745
Ceſsio iurium ſimpliciter facta non habet locũ cõtra cedentẽ, & c. cõcl. 215. 746
Ceſsio iurium, ſi qua cedens habet, non obligat cedentem. concl. 216. 747
Ceſsio bonorum ad quid inuenta, & quid operetur. concl. 217. ead. pag.
Ceſsio bonorum quibus permiſſa, quomodo, & quando fieri poßit. conc. 218. 748

Ceßio bonorum prohibetur multis caſibus.concl.219. pag.749
Charitas quid ſit,& a quo incipiat,ſeu quomodo ordinetur.conc. 220.ead.pag.
Cheri ciuitas,eiuſque ſtatuta,conſuetudines, & priuilegia,conc.221. 750
Chyrographum quando omnino probet.conc. ead: pag.
Chriſma quid ſit,& a quo peti debeat,conc. 222. ead pag.
Chriſtianam aliquem eſſe quomodo,& qualiter probetur,conc. 751
Chriſti actiones ſunt fidelium inſtructiones cõcluſio qualiter,etc.conc.223.751
Chronicarum,& hiſtoriarum ſcriptura probat,& quando ſecus concl. ead.pag.
Cibi appellatione quid veniat,& an contineatur potus,conc. 224. ead.pag.
Cicatrix quid ſit,conc.225. ead.pag.
Cifra quid ſit & quem effectum habeat, & an probet,conc.226. ead. pag.
Cimiterium Eccleſia quid ſit,& ex quibus probetur,vel non,conc.227. 752
Circumducere, & circumſcribere quid importent,concl.228. eadem pag.
Circuitus vitandus eſt,& quando ſecus,conc.229. ead.pag.
Citatio non valet ſine commiſſione iudicis,& quando ſecus,&c.conc. 230. 753
Citatio quid continere debeat,& quando valeat,vel non,&c. conc.231. 755
Citatio incerta quando dicatur,& quando valeat,vel non,conc. 232. 756
Citatio pro ſingulis diebus,& horis quando valeat,vel non,&c conc.233.757
Citatio indiſcreta,& nulla ex termino nimis breui,&c.conc. 234.ead.pag.
Citatio indiſcreta,& nulla contra impeditum legitimo, &c.concl. 235. 758
Citatio indiſcreta,& nulla ad locum non tutum, &c.conclu. 236. ead. pag.
Citatio nulla quando annullat omnia inde ſequuta conc. 237. 759
Citatio non dicitur legitima multis modis, & caſibus,conc. 238. ead.pag.
Citatio iudicis ſecularis contra clericum non valet, &c. conc. 239. 760
Citatio generalis,& ſub nomine appellatiuo contra hæredes,&c con.240.761
Citatio extra territorium quando valeat,vel non, concl. 241. 762
Citatio tempore feriarum,vel feſtiuo in honorem Dei,&c.con.242. 763
Citatio pro certo die,vel certo actu non valet pro alio die, &c. conc.243.764
Citatio contra exemptum quando afficiat,vel non,conc.244 765
Citatio in criminalibus quando eſt nulla,& annullat,&c.con.245. ead.pag.
Citatio nulla,& inualida quando,& ex quibus conualidetur,conc.246. 766
Citatio vna quando ſufficiat,vel plures requirantur,concl.247. 767
Citatio perſonalis quando fieri debeat ex neceſsitate, &c. concl. 248. ead.pag.
Citatio ad domum quando ſufficiat,vel non,conc. 249. 768
Citatio ad beneficium,& Eccleſiam de qua agitur quando,&c.con.250.770
Citatio contra vniuerſitatem qualiter debeat fieri,&c.conc.251. ead.pag.
Citatio contra impuberem,vel filium familias quomodo,&c. conc.252. 771
Citatio pro intereſſe citati,vel ſi ſua putauerit intereſſe,&c.concl.253. 771
Citatio ad totam cauſam in quibus arctet citatum,concl.254. 773
Citatio per edictum per quos fieri poſsit,& quando operetur,conc.255.ead.pa.
Citatio per edictum quando,& contra quos fieri poſsit.&c. conc. 256. 774
Citatio generalis per edictum quando ſufficiat,& quid operetur.cõc.257.777
Citatio per præconem,contra quos fieri poſsit,vel non,concl.258. 778

Digitized by Google

Citatio per praconem qualiter facienda.conc.259. pag.778
Citationes per audientiam contradictarum quales,conc.260. ead.pag.
Citatio per audientiam contradictarum contra quos fiat. conc.261. 779
Citatio operatur multa,conc.262. ead.pag.
Citatio quando faciat citatum legitimum contradictorem, conc.263. 780
Citatio realis qua dicatur,conc.264. ead.pag.
Citatus qualiter expectandus,concl.265. ead.pag.
Citatio qualiter,& ex quibus probetur,concl. ead.pag.
Citatus quomodo impedimentum,& casum probare possit,conc. 781
Citatio circumducitur multis modis,conc.266. ead.pag.
Citationis notitia quomodo probari possit,conc. ead.pag.
Citatio quando præsumatur,vel non,conc.267. ead.pag.
Citatio est necessaria in onoquoque actu præiudiciali, conc.268. 782
Citatio ad sententiam requiritur specifica,& specialis,& c.concl.269: 785
Citatio an possit omitti per Principem,conc.270. 787
Citatio an,& quando possit remitti a lege, vel a consuetudine, cõcl.271. 788
Citatio non est necessaria in multis,conc.272. 789
Citandi non sunt multi ex necessitate,conc.273. 793
Ciues qui dicantur,& qui coriatenses,conc.274. 794
Ciues recepti multiplices,& qualiter acquiratur ciuilitas,& c.cõcl.275. 797
Ciuilitas concessa quid conferat effectiue ciui, conc 276. 798
Ciuilitas a quibus concedi possit concl 277. 801
Ciuilitas quomodo,& ex quibus probetur, vel præsumatur.conc.278. ead.pa.
Ciuilitas quando,& ex quibus perdatur, vel non.concl. 279. ead.pag.
Ciuitas significatur diuersis modis,& quid veniat & c.concl. 280. 802
Ciuitatis esse probantur omnia,quæ intra fines consistunt.concl. 803
Ciuitas an habeat iurisdictionem,& quando illam,& c.concl.281. ead.pag.
Ciuitas qualiter obligetur ex mutuo,& alijs contractibus.cõcl.282. ead pag.
Ciuitas castelli,& eius statuta,consuetudines,& priuilegia.concl.283. 804
Ciuitatensis ciuitas,eiusq statuta,consuetudines,& priuilegia.cõc.284. 805
Clandestinitas sapit dolum,& operatur multa & c.cõc.285. ead.pag.
Clauica,seu cloaca a quo debeatur reparari conc 286. 806
Claudicatio non admittitur,& quando secus.conc.287. ead. pag
Claues quid significent,& important.conc 288. 807
Clausula in principio posita quando referatur ad sequentia,& c.cõc. 289. ea.pa.
Clausula in medio posita ad quæ referenda,& quid operetur.conc.290. 808
Clausula in fine posita quando refertur ad omnia,& c.cõc.291. eadem pag.
Clausula codicillaris operatur multa,& quando secus.conc.292. 813
Clausula compromissorum,& earum importantia. conc.293, 825
Clausula contractuum opponuntur,vt probent,& operentur.conc. 827
Clausula contractuum diuersa,& earum importantia.conc.294. ead. ag.
Clausula,et quibus dederis quid operetur.conc 295. 828
Clausula,omnia et singula,quid operetur.conc.296. 829

Cla-

Digitized by Google

Clauſula ad habendum, tenendũ, & quicquid placuerit, &c. cõcl. 297. pag. 831
Clauſula & ſi plus res valet, donat, quid operetur. conc. 298. 832
Clauſula promittens habere ratum, & non contrafacere, &c. conc. 299. 833
Clauſula rato manente contractu quid operetur. conc. 300. ead. pag.
Clauſula & pro potiori cautela quid operetur. conc. 301. 834
Clauſula, &c. quid comprehendat, & quæ poſſint addi per not. cõcl. 302. 835
Clauſulas ſolitas, vel cateratas an poſſit notarius ſucceſſor, &c. concl. 303. 837
Clauſula quæ de ſtylo notariorũ apponũtur, nõ muliũ oper. conc. 304. ead. pag.
Clauſula, quæ inſunt tacite abſque expreßione. conc. 305. 839
Clauſula inſolita, quo pacto probetur appoſita, vel ſecus. conc. 840
Clauſula inſolita quando vitiant contractum, vel non. conc. 306. ead. pag.
Clauſula renunciationum quid operentur. concl. 307. ead. pag.
Clauſula cum iuribus, & pertinentijs quid importet. conc. 308. ead. pag.
Clauſula generalis poſt ſpecialem ſpecificationem quid operetur. conc. 309. 841
Clauſula reſeruato beneplacito in contractu quid operetur. conc. 310. 842
Clauſula, & non alias, aliter, nec alio modo quid operetur. conc. 311. ead. pag.
Clauſula exequutiua nõ ampliant diſpoſitionẽ, imo nõ valẽt, &c. concl. 312 832
Clauſula diuerſa gratiarum, & de clauſula quam duxeris, &c. conc. 313. 845
Clauſula anteferri qualis ſit, & quid operetur. conc. 314. ead. pag.
Clauſula aut ſi aliqui, &c. quid operetur. conc. 315. 846
Clauſula ad collationem, prouiſionem, & præſentationem, &c. conc. 316. 847
Clauſula vocatis vocandis quid operetur. conc. 317. ead. pag.
Clauſula inducatis in poſſeſſionẽ, & manuteneatis, quid oper. cõcl. 318. ead. pag.
Clauſula amoto quolibet illicito detentore quid importet. conc. 319. 848
Clauſula contradictores, &c. quid importet. conc. 320. ead. pag.
Clauſula vos duo, aut vnus veſtrum quid operetur, conc. 321. ead. pag.
Clauſula coniunctim, vel diuiſim quid operetur, conc. 322. 849
Clauſula cum annexis, & connexis quid operetur. cõcl. 323. ead. pag.
Clauſula ſingula ſingulis congrue referendo quid operetur. cõcl. 324 ead. pag.
Clauſula generalis poſt enumerationẽ ſpecierum multa oper. cõc. 325. ead. pag.
Clauſula ſi eũ vitæ laudabilis eſſe repereris, in gratia de prom. &c. cõcl. 326. 850
Clauſula dummodo non niſi pro quatuor ſcripſerimus, &c. concl. 327. ead. pag.
Clauſula dummodo eorũ diſpoſitio ad nos hac vice pertin. concl. 328. ead. pag.
Clauſula dũmodo tẽpore datæ præſentiũ nõ ſit alicui ius, &c cõc. 329. ead. pag.
Clauſula ſine præiudicio alieno quid importet. concl. 330. 851
Clauſula præſeruatiua iuris, & gratiæ antiquæ, quæ ſint. conc. 331. ead. pag.
Clauſula ſine præiudicio alicuius iuris ſui quid operetur. conc. 332. 852
Clauſula ſaluo iure imperij, & quorumlibet aliorũ quid oper. cõcl. 333. ead. pag.
Clauſula ſaluis capitulis, & alijs diſpoſitionibus, quid oper. conc. 334. ead. pag.
Clauſula ſalua gradus prærogatiua quid operetur. concl. 335. 853
Clauſula etiam ſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatũ. cõcl. 336. ead. pag.
Clauſula ſiue prämiſſo, ſiue alio quouis modo vacet in collat. cõc. 337. ead pag.
Clauſul. etiã si litigioſũ, vel lis pẽdeat indeciſa, cuius litis, &c. cõc. 338. ead. pag.

Clau-

Digitized by Google

Clauſula pro expreſsis habentes, quid operetur. conc. 339. pag. 854
Clauſula ex certa ſcientia principis quid operetur. conc. 340. 855
Clauſula ex certa ſcientia Principis quando ineſſe &c. conc. 341. 857
Clauſula de plenitudine poteſtatis quid operetur. conc. 342. 858
Clauſula ſupplentes omnes defectus quid operetur. concl. 343. ead. pag.
Clauſula, & ſic per quoſcunque iudices iudicari, & c. ſublata & c. cõc. 344. 859
Clauſula ſublata facultate aliter iudicandi quid operetur. conc. 345. 860
Clauſula derogatoria quando ſufficiat, vel non. conc. 346. ead. pag.
Clauſula derogatoria circa diuerſa operatur multa. conc. 347. 861
Clauſula non obſtantium in reſcriptis quid operentur. cõcl. 348. ead. pag.
Clauſula circa non obſtan. in clauſula, aut ſi aliqui Apoſt. & c. conc. 349. 862
Clauſula quorum omnium tenores & c. derogatoria quid & c. conc. 350. 864
Clauſula prouiſo quod beneficium propterea diuinis non & c. conc. 351. 865
Clauſula nulli ergo omnino hominum liceat, quid operetur. cõc. 352. ead. pag.
Clauſula, toties, quoties, quid operetur. conc. 353. ead. pag.
Clauſula in omnibus, & per omnia, quid operetur. conc. 354. ead. pag.
Clauſula ipſo iure, & facto quid importet, conc. 355. 867
Clauſula legitimationum diuerſa, & quid operentur, conc. 356. ead. pag.
Clauſula libellorum diuerſa, & quid operentur, conc. 357. 870
Clauſula omni meliori modo quid operetur, conc. 358. 871
Clauſula ius, & iuſtitiam miniſtrari petens, quid operetur, conc. 359. 874
Clauſula præceptorum, & ſi ſenſeris te grauatum cõpareas, & c. cõc. 360. 876
Clauſula iudiciorum diuerſa, & quid operentur, conc. 361. 877
Clauſula animo, melius deliberandi quid operetur, conc. 362. ead. pag.
Clauſula ſententiarum diuerſarum, quid operentur, conc. 363. 878
Clauſula mandatorum procura diuerſa, & quid operentur, cõc. 364. ead. pag.
Clauſula reſcriptorum circa iuſtitiam faciendam & c. conc. 365. 879
Clauſula reſcriptorum circa ſummariam cognitionem, & c. cõc. 366. ead. pag.
Clauſula reſcriptorum circa iuriſdictionem conditionalem & c. conc. 367. 880
Clauſula reſcriptorum importantes cauſæ cognitionem, vel non. cõc. 368. 881
Clauſula reſcriptorum circa diuerſa quid operentur. conc. 369. ead. pag.
Clauſula fœudales diuerſæ, & quid operentur, conc. 370. 882
Clauſula teſtamentorum diuerſa, & quid operentur, conc. 371. ead. pag.
Clauſula vnionum quæ, & quid operentur, conc. 372. eadem pag.
Clementia laudatur in principibus, conc. 373. eadem pag.
Clementinarum intellectus, primo clement. vt calumnijs & c. cõcl. 374. 883
Clementina 2. §. 1. *de pœniten. & remiſsio. & aliqua alia & c. conc.* 375. 884
Clericatus multa operatur, conc. 376. ead. pag.
Clerici vnde dicantur, & alij ſeculares, alij regulares, & c. conc. 377. ead. pag.
Clericatus qualiter probetur, vel præſumatur, vel e contra, conc. 378. 885
Clerici quales eſſe debent, conc. 379. 887
Clerici non poſſunt multa alijs permiſſa, conc. 380. ead. pag.
Clerici non poſſunt mercari, vel ſecularia negocia tractare, conc. 381. 888

Digitized by Google

Clerici non poſſunt effundere ſanguinem humanum.conc.382. pag.888
Clerici ſunt de populo,& alij in dignitate conſtituti,conc.383. ead.pag.
Clerici digniores,& maiores quocunque laico,conc.384. 889
Clerici non ſubſunt Principibus ſecularibus,& coram &c.conc.385. 890
Clericus coram ſeculari comeniri poteſt certis caſibus &c.conc.386. 893
Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori,conc.387. 896
Clericus trahens clericum coram ſeculari perdit cauſam,&c.conc.388. 897
Clerici à quibus accuſari poſſunt,vel non,conc.389. ead.pag.
Clericus quando torqueri,& puniri poßit,conc.390. 898
Clerici pro quibus delictis poßint deponi,conc.391. ead.pag.
Clericus beneficiatus quando perdat beneficium,conc.392. ead.pag.
Clericus ſacerdos conſecrat etiam ſi ſit in delicto,conc.393. ead.pag.
Clericus inſeruiens Eccleſiæ quid conſequi debeat,conc.394. ead.pag.
Clerici coniugati quando gaudeant priuilegio clericali,&c.conc.395. ead.pag.
Clericus de quibus teſtari poßit,vel non,conc.396. 901
Clericus teſtatur de fructibus Eccleſiaſticis,& alijs,ſi,&c. conc.397. 903
Clericalis tonſura habet multa ſpecialia,conc.398. 904
Clerus quid ſit,& contineat,conc.399. ead.pag.
Clerus quæ poßit,vel non,conc.400. 905
Gluſina ciuitas,eius ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia,conc.401. ead pag.
Coadiutor quando,& ex quibus cauſis detur,& quid poßit,conc.402. ead pag.
Coadiutor datur multis modis,& quid operetur coadiutoria,conc.403. 906
Codicilli quid ſint,& quid operentur,conc.404. eadem pag.
Codicilli quot teſtes requirant,quales,& qualem ſolemnitatẽ,conc.405. 907
Codicillis quando hæreditas dari poßit,vel non,conc.406. 908
Codicillaris diſpoſitio qualiter intelligenda,conc.407. 910
Codicilli quomodo,& qualiter reuocantur,conc.408. eadem pag.
Cogitatio ſola non eſt delictum,& quando ſecus,concl.409. ead.pag.
Cogitatus in genere quando ſufficiat,vel non,conc.410. 911
Cognatio ſpiritualis,& compaternitas quid requirat,&c.conc.411. ead.pag.
Cognatus,& cognatio ſpiritualis an repellat à teſtimonio,conc. 912
Cognitio eſt multiplex,& quotuplex,conc.412. ead.pag.
Coitus impotentia qualiter probetur,concl. ead.pag.
Coitus carnales qui punibiles,& qui non,concl.413. ead.pag.
Coitus quando præſumatur,vel non,& qualiter probetur.conc. 914
Collatio bonorum à quo peti,& fieri debeat.concl.414. ead.pag.
Collatio bonorum quibus fieri debeat,& quibus non.concl.415. 915
Collatio bonorum quando fieri debeat,vel non.concl.416. ead.pag.
Collatio bonorum non fit multis caſibus.concl.417. 917
Collatio dotis quando,& qualiter fiat.concl.418. 918
Collatio,electio,& inſtitutio quid ſint,& in quo differant.concl.419. 919
Collatio habet vim electionis,& confirmationis,&c.concl.420. ead.pag.
Collatio beneficiorum eſt fructus conferendi beneficia.concl 421. ead.pag.

Digitized by Google

Collatio beneficiorum debet esse perpetua.concl.422. pag.920
Collatio beneficiorum inseruientibus facienda est. conc.423. ead.pag.
Collatio cõpetens Episcopo arguit subiectionem in eum &c.cõc.424. ead.pag.
Collatio beneficij facta criminoso quando valet,vel non.conc.425. ead.pag.
Collatio facta inhabili,non valet. conc. 426. 921
Collator si indigno conferat,an priuetur iure conferendi. conc.427. ead.pag.
Collatio beneficij sub conditione quando valeat,vel non.conc.428. ead.pag.
Collatio beneficij non vacantis est nulla. conc.429. 922
Collatio beneficij vacantis de iure,& non de facto &c.cõc.430. ead.pag.
Collatio beneficij facta ex vna causa,an valeat ex alia &c.431. ead.pag.
Collatio vacaturi an possit per Episcopum committi,&c. conc.432. 923
Collatio facta absenti quid operetur antequam ille &c. conc 433. 924
Collatio dignitatum non competit Episcopo sine capitulo.conc.434. 925
Collatio facta per Ordinarium quando valeat,&c.conc.435. ead.pag.
Collatio infra mensem primi expectantis est nulla. conc.436. ead.pag.
Collatio Papæ,an,& quando præiudicet expectantibus.cõc.437. ead.pag.
Collatio beneficij iurispatronatus facta per Ordinarium &c.conc.438. 926
Collatio beneficij iurispatronatus ad præsentationem qualiter &c.cõc.439. 927
Collatio tacita non inducitur,nisi fiat expressa. conc.440. ead.pag.
Collatio beneficij tacita ex quibus inducatur. conc.441. 928
Collatio Papæ non mutat statum beneficij. conc.442. eadem pag.
Collatio Papæ quando alteret naturã beneficij collati. conc.443. ead.pag.
Collatio in vim facultatis Papæ qualiter reguletur. conc.444. 929
Collatio à diuersis facta sub eadem data,si qua est &c.conc.445. ead.pag.
Collatio pluribus facta præualet in data anterior. conc.446. 930
Collatio valida beneficij qualiter,& ex quibus probetur.conc. ead.pag.
Collator an possit esse testis pro illo cui contulit beneficium. conc. ead.pag.
Collectarum onera,quæ sint,& à quibus solui debeant,&c.conc.447. ead.pag.
Collectarum impositionum diuersa species. conc.448. 932
Collecta quomodo,& super quibus imponuntur. conc.449. 933
Collecta & impositiones onerum per quos,& quibus impon. conc.450. 934
Collectas fuisse solutas quomodo,& qualiter probatur.conc. 935
Collectiua nomina quæ sint. conc.451. ead.pag.
Collectoris facultas,& commissio non probatur nisi,&c.conc. ead.pag.
Collegium quid sit,& quæ requirantur ad essentiam,&c.conc.452. ead.pag.
Collegium faciunt in vnum collecti. conc.453. 936
Collegium nunquam moritur. conc.454. ead.pag.
Collegia licita habent multa priuilegia. conc.455. ead.pag.
Collegia omnia illicita nisi sint approbata.concl.456. 937
Collegiatus potest esse testis pro collegio,& quando secus.conc. ead.pag.
Collegio dissoluto,& extincto ad quæ bona collegij &c. conc.457. ead.pag.
Collegiata Ecclesia quæ dicatur,& ex quibus probetur. conc.458. 938
Collegiatarum Prælati,& capitulum quid possint,&c. conc.459. ead.pag.

Collis terræ, eius statuta, consuetudines, & primilegia, concl. 460. pag. 939
Colonus qui dicatur, concl. 461. ead. pag.
Colonus non suo, sed nomine domini possidet, concl. 462. ead. pag.
Colonus qualiter possessionem domino dicatur interuertere, cõcl. 463. 940
Colonus partiarius dicitur socius, & qualiter fructus &c. conc. 464. ead. pag.
Colonus partiarius obligatur domino ad multa, cõcl. 465. 941
Colonus partiarius qualiter bona laborare, & dimitt. & c. cõcl. 466. ead. pag.
Colonus quando possit expelli, vel non, cõcl. 467. 942
Colonus expulsus qualiter teneatur ad pẽsiones, vel nõ, cõcl. 468. 943
Colonus an possit esse testis pro domino suo, cõcl. ead. pag.
Color quæsitus quid sit, & operetur. concl. 469. eadem pag.
Color quomodo, & qualiter probetur. concl. 944
Colorata possessio, & coloratus titulus quando dicatur. concl. 470. ead pag.
Colluſio ne fiat datur assistentia iuri, & de effectu colluſionis. conc. 471. ead. pag.
Comacli ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & primilegia. cõcl. 472. ead. pag.
Commenda beneficiorum multiplex. concl. 473. ead. pag.
Commendare beneficia quis possit, vel non. conc. 474. 945
Commendatarius non est Prælatus, & quando secus, & c. concl. 475. ead pag.
Commendare, seu recommendare quid importet. concl. 476. 946
Comes præsumitur habere comitatum allodialem, non, & c. concl. eadem pag.
Comminatio etiam præcisa, quod alias non valeat actus, & c conc. 477. ead. pag.
Commissio, seu rescriptum in quo plura narrantur, substimetur & c. concl. 947
Comitatini qui dicantur. concl. 478. ead. pag.
Comitatus quid sit, & illius appellatione quid veniat. concl. 479. ead. pag.
Comiti Palatino asserenti habere facultatem legitimandi, & c. conc. ead. pag.
Commodati contractus, & eius natura. concl. 480. ead. pag.
Commodatum præsumitur gratia commodatarij factũ, & c. concl. ead pag.
Commodatarius ad quæ teneatur pro re commodata, & c. concl. 481. 948
Comparatiuum quid sit. concl. 482. ead. pag.
Comparatio litterarum quæ requirat, & qualiter fiat. & c. conc. 483. ead pag.
Comparatio litterarum sola non releuat, & quando secus. concl. 484. 949
Comparatio scripturæ pronunciatæ quid operetur, concl. 485. 950
Comparationis probatio qualiter fiat, concl. eadem pag.
Compatermitas, vel alia parentela non contrahitur cum & c. conc. 486. ead. pag.
Compater an possit esse testis pro compatre, & filio spirituali. conc. ead. pag.
Compensatio quid sit, & an sit retentio. concl. 487. ead pag.
Compensatio an sit solutio vera, vel ficta, concl. 488. 951
Compensatio in quibus fiat, vel non, & quando, concl. 489. 953
Compensatio non admittitur multis casibus, concl. 490. 955
Compensare an teneatur cessionarius sicut cedens. concl. 491. 959
Compensationis exceptio quando, & per quos possit opponi, cõcl. 492. ead. pag.
Compensatio quando fiat ipso iure, concl. 493. 960
Compensatio quando in dubio præsumitur, vel non, concl. 494. 961

Com-

Compensationis exceptio quando dicatur reiecta.conc.495. pag.963
Complices delicti qui presumantur. concluſ. ead.pag.
Componere aliquid in quacunque arte,& profeßione,&c. concl.496. ead. pag.
Compromiſſum quid ſit,& eius natura.cõcl.497. ead.pag.
Compromiſſum ſuper quibus fieri poßit,& an valeat,&c.concl.498. 965
Compromitti quæ non poßint.concl.499. ead. pag.
Compromitti an poßint ſemel laudata. cõcl. 500. 967
Compromittere qui non poßint,vel e contra. cõcl.501. 970
Compromiſſum factum ab Eccleſia,Vniuerſitate,&c. concl.502. 972
Compromiſſum alieno nomine factum quando,&c. concl.503. ead.pag.
Compromitti in quas perſonas poßit,vel non. concl.504. 973
Compromitti quæ cauſa non poßint in laicum. concl.505. 974
Compromiſſum à diuerſis partibus poteſt fieri,&c. conc.506. 975
Compromiſſum cum fideiuſſoribus quando obliget,&c. conc. 507. ead.pag.
Compromiſſum an valeat in duos cum facultate elig.&c. conc.508. ead.pag.
Compromiſſum in duos,vel tres qualiter obliget,&c. conc.509. 977
Compromiſſum,vel remiſßio in certum Iudicem an,&c. concl.510. ead.pag.
Compromiſſorum formulæ,& pacta,& quid operentur.concl.511. 978
Compromiſſorum formulæ latiſßimæ,& diuerſæ. conc.512. ead. pag.
Compromiſſum tacitum qualiter fiat. conc.513. ead.pag.
Compromittere quando quis compelli poſsit.conc.514. 979
Compromiſsi tempus quando incipiat currere. concl.515. ead.pag.
Compromiſsi inſtantia an currat tempore feriato. conc.516. 980
Compromiſsi tempus,& non laudi attenditur,& quãdo conc.517. ead.pag.
Compromiſsi prorogatio ſi fiat,an ſit idem comprom.&c.conc.518. 981
Compromiſſum generale quæ comprehendat,vel non. conc.519. 983
Compromiſſum generale qualiter interpretandum. conc.520. 985
Compromiſſum generale quale dicatur in dubio.conc.521. 986
Compromiſſum quando dicatur purum, vel cõditionale.conc.522. 987
Compromiſſum quando in arbitrum,vel arbitratorẽ dicatur.cõcl.523. 988
Compromiſſo pendente an poſsit agi via ordinaria. concl.524. ead.pag.
Compromiſſum quando ſuſpendat inſtantiam,vel non.concl.525. 990
Cõpromittens quando dicatur cõtrauenire,vt cadat in pœn.conc.526. ead.pag.
Compromiſſum ſecundum an tollat primum. concl.527. 992
Compromiſſum non valet multis caſibus. concl.528. ead.pag
Compromiſſum quando nullum in totum,vel in parte. concl.529. ead. pag.
Compromiſſum qualiter probetur. concl.530. 993
Compromiſſum quando,& qualiter expiret. concl.531. ead.pag.
Compulſorialis Iudex quid poſsit. concl.532. 995
Communio quomodo ſit probanda,& ex quibus præſumatur. concl. ead.pag.
Communio excuſat,& multa operatur. concl.533. ead.pag.
Commune inter plures quando dicatur ſingulorum. concl.534 997
Communio arit discordiam,ideo communio perpetua,&c.conc.535. ead.pag.

Com-

Digitized by Google

Communionem facere quando quis compellatur, concl. 536. pag. 998
Communicatio bonorum quando fiat, & de quibus, &c. concl. 537. 999
Communicatio bonorũ quãdo non fiat inter cõmunionẽ, &c. cõcl. 538. ead. pag.
Communio, quam teſtator præcipit quid importet. concl. 539. ead. pag.
Communio bonorum quando facta dicatur, & qualiter probetur, vel præſumatur. concl. 540. ead pag.
Communio anditus, & portæ inter coniunctos quid oper. cõcl. 541. 1000
Communis res quando poſſit in totum ab vno alienari, vel locari. concl. 542. ead. pag.
Communitas quid ſit, qualiter poſſit vendere, & quæ requirantur pro ſolemnitate. concluſ. 543. ead. pag.

Digitized by Google

PRACTICAE CONCLVSIONES IVRIS In omni Foro frequentiores.

ILL.MI ET REVEREND.MI D.

DOMINICI S.R.E. TT. S. ONVPHRII
Presbyteri Cardinalis Tuſchi, Epiſcopi Tiburtini, I.V.D.
Ex antiquiſsimo, ac Comitiſſæ Matthildis munificentia celebri Oppido Caſtellarani, Ciuis originarij Regienſis.

EXCERPTAE TAM EX OMNIBVS, ET QVIBVSCVMQ. Conſilijs Alexandri ab Imola, & alijs XXIV. Conſulentibus, qui eum tempore anteceſſerunt, ea diligentia, vt nihil penitus fuerit prætermiſſum, quam etiam obiter ex diuerſis Canoniſtis, Legiſtis, & recentioribus Conſulentibus, cum ampliationibus, limitationibus, extenſionibus, reſtrictionibus, & declarationibus, ita vt vnuſquiſque ſub ſuis congruis locis inſpicere poſsit, in quibus in vnaquaque Concluſione Doctores conueniant, in quibus diſſentiant, & quando conciliari poſsint.

A, PRIMA LITTERA,

A, & Ab, præpoſitiones habent multos ſignificatus. Concluſio I.

1

Est prima littera Alphabeti Græci, qui ſcribitur α, vt dicit tex. in c. ab exordio. 35. diſt. ibi, poſtquam autem Chriſtus venit in fine temporum; & α, reuoluit ad ω, vbi gloſſ. in ver. o, & a.

2 A, prima littera in omnibus Alphabetis not. in d. c. ab exordio. 35. diſtinct. & dicit Bertach. in ver. A, eſt prima littera.

3 A, principium, & imperfectionem deſignat; o, quæ eſt vltima littera Græcorum, importat perfectionem. gloſſ. in c. poſtquam. in ver. pro ω, 13. quæſt. 2.

Vide, Dictiones aduerbiales multæ ſunt, & importantia earum. Concluſ. 237.

Initiat. 4 A, præpoſitio eſt principium termini à quo, & denotat imperfectionem, vt dixit gloſſ. in d. c. poſtquam. in ver. pro o, 13. q. 2.

Separat. 5 Separationem dicit hæc littera, ſeu præpoſitio A, vt per Bart. in l. meminiſſe. in fine. ff. de off. Proconſ. Alex. conſ. 42. In cauſa, & lite. nu. 5. li. 3. Felin. in c. placuit. num. 4. ver. & dum iſte tex. de præſcript. vbi Apoſtil. in ver. ex. late Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. nu. 53.

Diuidit. 6 Et in tantum ſeparat, vt diuidat partem à ſuo toto, dicit Bald. in c. pen. nu. 3. de off. leg. & propterea recte dicitur, quod diuidit.

Priuat. 7 Priuationem quoque importat dictio A, quod idem eſt, quod dicitur importare excluſionem, vt dicit Bertach. in ver. A, præpoſitio, vbi, quod priuat, & excludit; ſed ponendo omnia vocabula Doctorum, ſiue ſit ſeparatio, ſiue excluſio, ſiue priuatio, importat hæc omnia. l. datio. §. fi. in fi. vbi * gloſſ. & * omnes. ff. de actio. empti. ibi, à Bronduſio, ideſt, ab alio loco diuerſo à Bronduſio, & quod ſit priuatiua, & excluſiua, Crauett. conſil. 156. n. 6. ver. rurſus apparet.

Exclud. 8 Excluſionem quoque importat termini à quo, & hoc caſu eſſe regulare, dicit idem Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. nu. 51. vt propterea dies termini à quo excludat, ne computetur in termino, vt idem Tiraq. n. 17. & 18. qui plurimos adducit, & nu. 22. dicit hanc ſequendam, quia ſeruatur de conſuetudine, & idem dicit Iaſ. & quod eſt * communis, * & magis communis, in l. 1. n. 20. & * ſeq. ff. ſi quis cautio. vbi Alex. n. 12. dicit magis * communem.

Includit. 9 Contrarium, quod imò incluſionem importat, & quod dies termini computetur in termino, de

Digitized by Google

momento ad momentum; idem Tiraq.d.tract.de retract.lignag.n.19.& quod importet immediatũ tempus.l.2.ff.de orig.iur.ibi, à cæde, à Regibus, ideſt, immediate poſt cædem, poſt Reges: vide omnino Lexiçon iuris.

10 Declara, ſi primam teneas,quod excludat non procedere in caſibus 15. & ſic ſunt 15.limitationes,quas Tiraq. ponit d.tract. de retract. lignag. à n.23.vſque ad n.42. Si vero teneas ſecundam contrariam, declara non procedere ſex modis,& ſunt ſex limitationes,ibi à n.42.vſque ad n.50.

Excludit. 11 Declara ſecundo,quia ſemper ſeparat dictio A, vel Ab,ſeu excludit,ſed uis eſt an ponatur termino dici, vel actus,vt ſi a die excludat ſemper diẽ, & incipiat à ſequenti;ſi ab actu incipiat, puta,ab hinc,ſemper excludat actum, ſed ſtatim incipiat ab actu; quod per alia verba dicit Bald. in l.fi.§. Senatores.in 1.lectu.ff.de Senato.aut ponitur termino intrinſeco,& includit; aut termino extrinſeco,& excludit; aut ineſt eadem conditio extremorum, & includit; aut contraria,& excludit.

In diſpoſitione legis 12 Et procedit in dilatione,vel termino legis.l.eũ qui Calendis. in princ.ff.de verb. obligat. plene Alex.in l.1.n.12.& ſeq.ver. in textu ibi, ff.ſi quis cautio. plenius Tiraq. de retract.lignag.§.1.glo. 11. n.17.& ſeq.vbi pro vtraque, & hanc conſuetudine ſeruari dicit,& tenendam.

Statui. 13 Idem in ſtatuto diſponente, quod cauſæ terminentur infra 60. dies, à die litis conteſtatæ, quia nõ cõputatur dies,in quo lis cõteſtatur. Alber.in dictionario, in ver. A,præpoſitio,ver. ex quibus. plene Tiraq.de retract. lignag.§.1,glo.11.n. 25.

14 Vel, quod citatus compareat infra quinque dies,a die præſentatæ citationis.Alber. in dictio. ver.A,præpoſitio. verſ. ex quibus.

15 Vel, quod a vigilia B. Mariæ ſint feriæ per 10. dies, non includitur vigilia.Alber. vbi ſup.

16 Vel, quod fiat concordia infra tot dies a die inceptæ proceſſus,non continetur dies cepti proceſſus. Franc.Curt.in addit.ad Alex. d.l.1.nu.17. ver. adde dictum Baldi.ff.ſi quis cautio, Brixien. in repert. littera A.

17 Reſtringe ſingulariter quando ſtatutũ diſponit idem,quod ius commune, ne ſit ſuperfluum,quia tunc dies termini, qui non computaretur in termino bene computatur,ne ſtatutum ſit fruſtratorium.Alex.conſ.87.Nos Doctores. in fi.li.7. quod eſt Collegij Paduani, ſequitur Tiraq. de retract. lignag.§.1.gloſſ.11.n. 48.

Hominis. 18 Idem in diſpoſitione Hominis.Iaſ.d.l.1.nu.20. ff.ſi quis cautio. Ideo ſi terminus ſtatuatur trium dierum,vel alias, ab hodie, vel a die ſtatuti termini,quia dictio,vel præpoſitio A,ſeparat,excludit,& priuat,& dies,in quo ſtatutus eſt terminus ab Homine, non cõprehenditur: & communem* opinionem eſſe,& ita ſeruari in palatijs dicit Iaſ. Alex.d.l.1.n.15.ver. ſecus autẽ. ff.ſi quis cautio.

Vltima voluntate. 19 Siue in vltima voluntate.

Inter vivos. 20 Siue inter viuos.

In iudicio 21 Siue in iudicialibus.

22 Item,ſiue apponatur ſuper loco,ſiue ſuper tempore. Bal.in l.3.§.fi.in fi.ff.de actio empt.

In teſtib*. 23 Siue in teſte deponente, quod vidit talem poſſidere à 40. annis citra; quia præpoſitio A, quæ inducit ſeparationem,priuationem,& excluſionẽ, non concludit de quadraginta annis,& quia quod heri fuit,fuit a 40.annis citra.Alex.conſil.45.Viſis atteſtationibus,n.7.ver. item de tempore.li.2.

Vide plenius Teſtes deponentes a decem annis citra,non concludunt de tempore. Concluſ. 272.

24 Vel ſi dicat à prima hora noctis fuit præſens, quoniam tunc neceſſario excludit primam horam, quia intelligitur ea pulſata ſtatim poſt. Aret.conſ. 71.Diligenter,& mature.in fi.ver. item præfatus Lucas.

Includit,& excludit ſimul. 25 Extende,quia terminus aſſignatus à tali die operatur, quod ille dies non cadit in termino, ſed erit in lucrum eius, cui aſſignatur terminus, & ideo poteſt in illa die is, cui terminus aſſignatur gerere actum prout in termino, licet ſit extra terminum excluſa. Aretin. in l. ſi ex duobus. ff. de duobus reis. late Tiraq. qui plurimos allegat de retract. lignag. §.1.glo.11.nu.30.ver. 6.limita.

Ambigua. 26 Ambigua tamen eſt,quia quandoque includit, quandoque excludit. Oldradi conſ.49.in princ.& quandoque ſeparat excluſo termino a quo,in totum,ve ſi dicatur à die tali, tunc dies non includitur. Alex.d.l.1.n.17.ff.ſi quis cautio: quandoq; ſeparat immediate per modum puncti. Bald.cõſ. 356. Nota pro Duce.n.2. verſ. ſequitur quarta. lib. 5. Alex. d.l.1.n.17.ff.ſi quis cautio. cum ſeq. Corn.conſ.279.vbi recitatis opinionibus, pro vtraque diſtinguit; an materia ſit odioſa, & ſeparat de momento, aut fauorabilis, & non computatur dies termini. lib.4.

27 Declara ex mente Baldi,& aliorum in l.ſi.§.Senatores. ff.de Senat. quia dictio A, vel Ab, includit,quando eſt eadem ratio extremorum: ſi vero eſt diuerſa excludit,vt ſi vendo tibi a tali arbore, includitur ſi arbor eſt mea,ſi aliena ſecus, quia eſt diuerſa ratio extremorũ: ité includit ſi ponitur ſuper termino intrinſeco, excludit vero ſi ſuper termino extrinſeco, vt in eodem exemplo.

28 Vide de hac materia Docto.in c. ſtatutum, de præb.in 6.vbi Gemin.n.11.Franch.n.5.ſic concludunt;aut conſtat de mente legis,res eſt clara; aut nõ cõſtat,& id,quod magis eſt veriſimile,vt includat,vel excludat; aut odioſa, & excludit; aut fauorabilis,& includit, & ſemper contra eum, qui loquitur fit interpretatio.

A, & Ab, idem. 29 Idem importat quod dictio Ab, Tiraq. de retract.lignag.n.51.& ſeq.§.1.glo.11.

A, & ex idem. 30 Idem,quod dictio ex; nam paria ſunt dicere à die termini,vel ab hodie, vel ex die termini. Alex. d.l.1.ff.ſi quis cautio.n. 17. & 18. plene Tiraq. de retract.lignag. glo.11.§.1.n.51.& ſeq.

A, & poſt idem. 31 Idem,quod dictio poſt, quia ſeparat eodem modo,vt dies termini non includatur. Tiraqu. d. tract. de retract. lignag.§. 1. glo.11.nu.53. glo.in l.neminem.C. de Decur. lib. 10. in ver. neminem, ibi,ab initio,videlicet poſt initium.

A,& ſine idem. 32 Idem, quod dictio,ſine,quia cum ſit priuatiua importat idem,quod dictio priuans.l.1.§. ij quibus,vbi gloſſ.exponens in ver. apolides,dicit, à, & ab,videlicet ſine, polides,ideſt ciuitate,ſic ſine ciuitate,ff.de legat.3.Alber.in dictio.in ver.A.

A, & in, idem. 33 Idem,quod dictio, in, quandoque licet impropriè. auth.de nupt.§.nec illud. ibi, ex ſolido, hoc eſt in totum inſolidum. Brixien.in repert.A.

A, & per idem. 34 Idem,quod dictio,per, quãdoque & impropriè, l.ſeruo legato.§.ſi ſeruum.ff.de legat.1.ibi,a legato,hoc eſt,per legatarium.Alberic.in dict. in ver. A. Brixien. in repert. ver. A. vbi concord. adducit.eſt tex.in l.1.C.ad l.fauia.de plagia.ibi,à quo, hoc eſt, per quem.

A,& ad, idem. 35 Idem,quod dictio,ad,ſed impropriè,iuxta illud

Vir-

Virgilij, nuper à nauibus itis, hoc est, ad naues itis, sed istud est poeticum, ideo non curandum.

A, & aliæ dictiones idem. 36 Idem etiam quod dictiones, contra, ob, propter, & similes, de quibus infra ver. Ab.

A, subaudiatur. 37 Subauditur hæc dictio quandoque à iure, ff. de re militari. l. milites agrum, ibi, militia, hoc est, à militia.

Loci propinquitatē. 38 Loci propinquitatem denotat quandoque, vt qui venit à theatro, venire dicatur a loco proximo theatro; è theatro autem venit, qui in theatro fuit, vt dicit Lexicon Iuris, quod est Iacobi Spiegelij in princ.

Loci identitatem. 39 Identitatem etiam loci denotat, vt qui venit, vel rediit ab Vrbe, a theatro intelligatur, quia fuit in Vrbe, vel theatro à quo venit.

Ministerij importat. 40 Ministerium significat si iungatur certis nominibus, vt a manu, a studijs, a secretis, a cunabulis, vel quid simile, vt plurima exempla reperies apud Lexicon Iuris, præfati Iacobi Spiegelij, qui allegat iura, & authoritates.

Causam efficientem. 41 A, præpositio si iungitur verbo sum, es, est, vel verbo effectiuo, ponit causam efficientem, veluti si dicatur filius est a patre. Bald. in l. ex arrali, post princ. ver. adde. C. de actio. empti. Cassane. in consuet. Burgund. tit. de foresta. 2. §. 4. ver. des la. sain & Michel n. 2. fol. 371. pag. 1. Apostill. ad Bertach. ver. A, præpositio.

42 A, A, A, hæc vox, seu syllaba triplicata, humilitatem designat, vt in Hieremia Propheta c. 1. de quo etiã in c. in scripturis 8. quæst. 1. vbi Archid.

43 Defectum in proferente denotat repetita, & triplicata, vt in Hieremia importat humilitatis signum, quia ad prædicandum non esset dignus, videlicet, defectibus ætatis, scientię, & eloquentię, vel experientiæ, vt dicit Archid. in d. c. in scripturis. 8. q. 1.

44 Abhominationem etiam significat. Ezechiel c. 1. ibi, in stercore, quod egreditur de homine cooperies illud in oculis eorum, & dixi, A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta. Alber. in suo dictio. vbi hæc omnia ponit.

45 Dolentis quandoque interiectio est, Hierem. c. 14. Gladio, fame, & peste consumes eos, & dixi, A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt non videbitis gladium, & Ioel. c. 1. Clamante dixi, A, a, a, quia prope est dies. Alber. d. suo dictionario.

46 Ah, hæc littera cum aspiratione, h, iuncta, importat dolorem. c. Ecclesias. §. arguit. 13. q. 1.

47 Ab, est dictio, quæ importat idem, quod præpositio A, de qua supra dixi; solum in hoc differunt, quod dictio A, præponitur termino, qui non incipit a vocali, sed a consonante. Dictio Ab, totum contrarium, quia semper poni debet ante terminum, qui incipiat a vocali, & non a consonante, iuxta illud:

Quod facit A, facit Ab, sed in hoc differre videtur,
Ab, cum vocali, reliquis A, vult sociari.

48 Ideo importat quandoque exclusionem, quandoque inclusionem, quandoque separationem, exclusionem, & priuationem, prout de præpositione A, fuit dictum. Alex. in l. 1. n. 17. & 18. ff. si quis cautio. Hæc omnia ponit plenè Alber. in dict. Berta. & Brixien. in repertorijs. & quod idem per omnia importent. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 11. n. 51. & seq.

Ab, & contra, idem. 49 Importat hæc dictio Ab, idem quod dictio, contra. l. commissa. ff. de publica. ibi, ab hæredibus, hoc est, contra hæredes.

50 Idem etiam importat quod dictio, ob, vt l. vnica. C. si quis imper. maledix. ibi, ab iniuria, hoc est, ob iniuriam. Ab, & ob idem.

51 Idem etiam importat, quod dictio, propter, c. scriptum 14. q. 5. ibi, neque enim in Omnipotentis Dei iudicio, quid, sed a quo detur inspicitur; a quo, idest, propter quod, an propter charitatē, amorem, vel commodum, vel per hypocrisin. A, & propter, idem.

52 Hinc dicitur, quod hæc dictio importat causã remotam, quia sicuti dictio, ob, vel propter, denotat causam remotam. Bart. in l. non dubium. n. 23. C. de legib. Ita hæc dictio, & ita arguit licet non declaratiuè. Bertach. in repert. in ver. Ab, præpositio nu. mihi 2. Causa remota.

53 Idem etiam, quod dictio, valde, importat, vt dicit Bertach. in ver. Ab, nu. mihi 5. allegat tex. in c. Ecclesias. §. ad hæc 33. quæst. 1. qui non probat. Ab, & valde, idem.

54 Idem, quod per, c. ab excommunicato de rescr. videlicet, per excommunicatum, vbi ibi exponit Io. Calder. Ab, & per idem.

55 Idem etiam, quod aliæ dictiones, de quibus supra, A, præpositio.

56 Importat compositum, vt Abamita, soror Aui, Abauunculus, frater Abauiæ; Abauus, pater Proaui; Abauia, mater proaui, & multa similia composita, vide in d. Lexicon Iuris Spiegelij. Compositum facit.

57 Importat etiam quandoque complementum dictionis, cui adiungitur, vt absoluo, hoc est, omnino libero, vt dicit idem Iacob. Spiegel. in suo Lexicon Iuris, verb. ab. Complementum.

58 Item importat ministerium, prout si dicitur ab actis importat ministerium recipientem acta, vel registrantem in actis. Iaco. Spieg. in d. Lexicon Iur. Ministerij.

59 Item importat compositum contrarium: nam alienare sonat in rem propriam, abalienare in rē alienam, ideo vendens rem alienam, dicitur abalienare. l. ex hoc edicto. ff. de alien. Iud. mut. causa fact. Compositum contrarium.

60 Sic, & ab aliquo soluere dicitur, qui proprium debitum per alium soluit. Iacob. Spiegel. d. Lexicon Iuris. ver. ab aliquo, & ex aliquo. Per alium fieri.

61 Sumitur quandoque illatiue, quandoq. electiue, quandoque effectiue, & varijs modis, secundū materiam suppositam, vt dicit Io. Cald. relatiue in c. ab excommunicato, de rescr. n. 3.

62 Abaces erant vasorum pretiosiorum reconditoria. l. hæres. ff. legat. 3. vide Iacob. Spiegel. qui plura, & fusius ponit in suo Lexicon Iuris.

63 Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt, vnde Abactores, quos Abigeos Iureconsultus appellat, sunt qui vnum equum, vel plures, & totidem boues, capras decem, porcos quinque abegerunt. Iacob. Spiegel. in Lexicon Iuris.

64 Ab aliquo peti, pro eo, quod aliquis petit. Alber. in l. cum pater. §. ex pactis. ff. de pact. dotal. prout è conuerso ab aliquo non peti, idest, ne exigat. l. vltima. §. si pater. ff. eod. tit.

Vide Dictiones aduerbiales multæ, & quid importent. Conclus. 237.

Vide Dictiones aduerbiales, quando includit, vel excludant. Conclus. 290.

Aaron Summus Sacerdos.
Conclusio II.

1 AARON fuit summus Sacerdos, vna cum Moyse fratre eius, 21. dist. cap. 1. vbi, quod

mandato Dei Aaron fuit à Moyſe conſtitutus ſummus Sacerdos, & ibi de alijs ordinibus, quo modo,& a quibus originem habuerint.

2 Vide multa de Aaron,& filijs eius,& de Sacerdotio,& de charitate Aaron,quæ ponunt Brixien. & Bertach. quæ parum neceſſaria ſcire Legiſtis, ſed Theologis credidi; ideo non multa ſcribere volui.

3 Notatu dignum eſſe credidi, id,quod dictum eſt a Domino,in Numeris,ad Aaron: Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, ego Dominus benedicam eis, vt gratiam traditam per miniſterium ordinati tranſfundat hominibus,nec voluntas Sacerdotis obeſſe,aut prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis, vt eſt tex.1.q.1. c.dictum eſt: per quem probatur Sacerdotium à Deo eſſe, & quod mala vita Sacerdotis non obeſt Sacramento; vnde Sacerdotibus obediendum eſt omnino,quia ſunt miniſtri Dei,& ab eo ordinati, etiam ſi aliqui eſſent mali.

Abba, & Abbas quid ſint. Concluſ. III.

1 ABBA Pater,de quo 23.quæſt.4.c.hæc autem vita. in fi. eſt verbum Hebraicum ſecundum quoſdam,ſecundum alios eſt Syricum,non Hebraicum;Pater vero eſt verbum Græcum,vel Latinum, & omnes nationes, & linguæ conueniunt in eandem vocem, Abba Pater, & importat idem quod Pater,ætate,honore,& cura, vt Alciat. in l. 1. C. de in ius vocan. Alber. in dictio.in ver.Abba Pater, vbi in fin.dicit quod propterea Abbates Patres appellantur.

2 Abbas dicitur idem, quod Abba,hoc eſt Pater, Abba Pater,& eſt verbum Syricum,& omnes conueniunt Hebræi,Græci, & Latini in hac dictione. Alciat.in l.1.C.de in ius vocan.

3 Abbas igitur idem eſt, quod Abba,& ſignificat Patrem,ætate,honore,& cura;& ideo Abbates Patres eſſe dicuntur.c.vltimo.de regular. Spiegel.in ſuo Lexicon Iuris.ver.Abbas.

4 Nomẽ Abbatis eſt potius ſollicitudinis, quam ordinis,vel honoris.c.tuam.de ætat.& qualit.vbi gloſ. in ver. non aſcendat, ſecundum quam gloſ. quod habeat Abbas ſimplex officium,pronunciauit in Conſiſtorio Clemens Papa, ſed tamen, quod Abbatia ſit dignitas, recenſet Felinus in c. decernimus,in princ. de Iudi. ſed Io. Monach. & Archidiac. quos ipſe allegat de pronuncia Papæ, non dicunt id, vide Gemin.in cap.licet.num. 10. de præben. in 6. qui dicit eſſe dignitatem, & Abbas in dicto cap. tuam. de ætat. & qualitat. col.pen.ver.oppo.cum gloſ. dicit eſſe de iure antiquo, vel diſpenſatiue,ſecus de iure hodie,quia honoris eſt.

5 Et quod ſit nomen honoris, & dignitatis, licet non ordinis, tradit Card.clem.1.n.3.de reſcript. per c.indemnitatibus. §.verum, de election. in 6. Archidiac.& alij in cap.licet.de præben.in 6. in princ. vbi.quod Abbatia eſt dignitas, & Abbas eſt nomen dignitatis.

Vide Abbatia an ſit dignitas, Concluſ. 29.

6 Et Abbas præ alijs eſt honorandus. c. cum ad monaſterium.in ver. Abbas. de ſtat. Monach. ita Card.Zabar.d.clem.1.de reſcript.n.3.ver.quæro, An nomen.

7 nõ Præcedit Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, in Eccleſia;Abbas vero eos præcedit extra Eccleſiã.

Vide Abbas habet multa priuilegia honoris. Concluſ.5.n.5.& ſeq.

8 Et propterea Conſules, ſeu Priores artium multis in locis improprie Abbates appellantur. Alciat.in l.collegarum.ff.de verb.ſignific.

9 Et appellatur Archimandrita Abbas Monachorum, prout exponit gl.in Epiſtola.inter claras.§. manifeſtũ igitur.in ver.Archimandrita.C.de ſumma Trinit.Alber.in dictio.ver. Abbas Monachor.

10 Apud Græcos appellatur Papas,quod eſt Pater reuerentię,vt dicit Spiegel.in d.Lexic.ver.Abbas.

11 Abbas tamen Monachus dicitur,& appellatione Monachorum continetur in materia indifferenti. c.fin.vbi Felin.in princ. de ſimon. vbi,quod licet efficiatur Abbas, non tamen definit eſſe monachus, prout de Rectore ſcholarium dicitur,qui non definit eſſe ſcholaris.

12 Extende, quia ſi fiat legatum deveſte omnibus monachis continebitur Abbas in legato,tanquam monachus.Felin.d. c.fin.in princ.de ſimo.Roman. conſ.259.n.5. vbi,quod in fauorabilibus appellatione monachi, venit Abbas.

13 Reſtringe in odioſis, quia appellatione monachorum non venit Abbas.Felin.d.c.fi.de ſimon.n. 2.ver.fallit. Roman. conſ.259. In caſu propoſito. n.5.vbi Apoſtil.in ver.in odioſis: & rationem allegat Roman. d. conſ.259. in fine.quia in odioſis appellatione ſimplicium non veniunt mixta, & ſimul iuncta; igitur non venit Abbas, licet ſit monachus, quia non eſt ſimpliciter monachus.

14 Reſtringe etiam in materia fauorabili, quando eſſet facienda prouiſio per Abbatem, quia non contineretur ipſe,vt ſibi prouideret in conceſſione de prouidendo monachis.Feli.d.c.fin. n.3.ver. fallit ſecundo.de ſimon.

Vide Legatum generale quando debetur habenti legatum ſpeciale, vel non. Concluſ. 125.

15 Amplia,quia Abbates etiam dicuntur, licet improprie, Rectores, aliqui in Aragonia, & eorum vxores dicuntur Abbatiſſę, ſed non ſunt proprietales, vt Card. Zabarel. in clem. attendentes. §. ſtatuimus.in 5.quæſt.de ſtat.monac.

16 Extende, quia etiam aliqui monachi dicuntur Abbates ſine Abbatiali dignitate. Abb.conſ.101. in quæſt.n.1.ver.Nam Papa. lib.1.

17 Abbas eſt caput Monaſterij monachorum, & Scarioth.fuit Abbas monachorum primo loco,vt refert Colleg. Paduan.conſ.2.poſt conſilia Zabarel.num.26.& ſeq.vbi de antiquitate Abbatum, & monachorum, & Caccialup.conſ. 4.poſt conſ. Zabarel.n.5.6. & ſeq. vbi quod Sanctus Scarioth. fuit Abbas in teſtamento veteri cum monachis,& Monaſterio,& plura de antiquitate Abbatum, & monachorum, tam in teſtamento veteri,quam in primitiua Eccleſia.

18 Abbatum, & Priorum, aliqui ſunt de maioribus, & iſti ſunt Prelati, qui habent maiorem curam, & adminiſtrationem. cap. in ſingulis. de ſtat.regul.& iſti maiores appellantur Patres.cap. fin.de regul.

19 Aliqui ſunt Abbates inferiores ſuppoſiti maioribus Abbatibus,qui licet ſint Prelati, & Conuentum habeant,& dignitatem,tamen non habent pleuam adminiſtrationem maiorum Prelatorum, quando maiores Prelati exiſtunt in d. Conuentu, quia iſti inferiores non vadunt ad Capitulum gene-

generale, nec etiam admitterentur si vellent ire, vt per Federic.de Sen.conſ.88.in 1.reſponſ.Lapi.

20 Alij etiam ſunt Abbates ſubiecti maioribus quoad inſtitutionem,& deſtitutionem, viſitationem,& correctionem,& quoad reliqua ſunt exempti,de iſtis ponit exemplum Federic.de Sen.conſ. 100.in princip.vbi de facultate eorum, vt poſſint ea, quæ alij Abbates.

21 Alij ſunt Abbates ſolo nomine, prout aliqui monachi ſine Abbatiali dignitate, vocantur tamen Patres. Abbas conſ.101. In quęſt.num.1.ver. Nam Papa. lib. 1.

22 Abbatiſſa quoque ad inſtar Abbatis dicitur, licet ſit vocabulum vſurpatum; vt Alciat. lib. 2. parerg. & eam æquiparari. Abbati in adminiſtratione. Bald.dicit cap.1. qui fœuda dare poſſ.

23 Et abbas dicitur is,qui deſijt eſſe Abbas ſecundum Eraſmum, vt inquit Spiegel. Lexicon Iuris. ver. Abbas, licet ipſe doceat honoris cauſa commemorari Exquęſtorem, Exconſulem, quia fuit quæſtor, vel conſul.

24 Abbas Ioachim fuit tempore Vrbani Tertij 1188. qui multa ſcripſit; & futura prædixit,vt dicit Alber. in ſuo diction.ver.Abbas,& de iſto Abbate meminit text. in cap. 2.de ſumma Trinit. in princip. vbi damnatur, dum dixit Petrum Lombardum hæreticum, & opinio iſtius Abbatis hæretica dicitur, dum voluit trinas eſſe perſonas, & quaternitatem aſtruebat ex ſubſtantia Diuina, vt dicit text. quem tamen excuſat. in fi. quia omnia ſua ſcripta ſubmiſit Sanctæ Matri Eccleſiæ omnium Dominæ,& Magiſtrę.

25 Sancti Miniati Abbas, ſcripſit in iure Canonico, & dicitur Abbas antiquus.

26 Panormitanus Abbas pariter ſcripſit in iure Canonico,& fuit Abbas Monaſterij Monacenſis, Referendarius Papæ, & Auditor Camerę, prout ipſe ſe ſubſcribit in Conſilijs 97. 98. 99. & 100. & tandem fuit Cardinalis, prout intitulatur in operibus ſuis.

Abbas quis poſsit eligi. Concluſ. IV.

1 ABBAS poteſt eſſe homicida, & irregularis, & non exiſtens Presbyter, qui tamen non poſſet eſſe Epiſcopus.Oldrad.conſ.14.ver.& idem in Monaſterijs. num.11. Innocen. in cap.tuam., in fine. de ætat. & qualitat. vbi, quod Abbas eſt nomen ſollicitudinis, non autem honoris, vel dignitatis, & idem dicit gloſ. ibi, in ver. non aſcendat.

2 Laicus etiam de more Curiæ poteſt eſſe Abbas, ſed eſt prærogatiua ſpecialis in Curia, quia hodie debet effici Abbas tantum Clericus, quando extra Curiam. Abb. in cap. tuam. de ætat. & qualitat.circa fin.col. pen. & quod debeat hodie eſſe Clericus, & talis, quod poſsit eſſe Presbyter.Aegid.conſ.5.n.21.& 22.

3 Contrarium, quod imo Abbas non poſsit eligi, niſi Sacerdos ſit, & quatenus diſpenſatiue eligatur Clericus debeat fieri Sacerdos,eſt text. in cap. 1. de ętat. & qualit.

4 Monachus, qui dimiſerat habitum ſuæ Religionis ex leuitate, ſi eſt reuerſus ad Religionẽ,& reaſſumpſit habitum, & fuit abſolutus,poteſt eligi Abbas. Oldrad. conſ.202.Quidam monachus. per totum, ſecus ſi fuiſſet apoſtata irregularis.

5 Infamis etiam poteſt eſſe Abbas, quia à ciuilibus muneribus non excluditur, vt dicit eadem gl.in c.tuam,de ætat.& qual.in ver.non aſcendat.

6 Declara,quia iſta ſunt de iure antiquo, vel diſpenſatiue in caſu neceſſitatis. Ita etiam dicit Abb.in d.c.tuam.col.penult. ver.oppo.cum gl. de ętat. & qualit. & ita in terminis declarat Aegid. Bellam.conſ.5.n.21. & 22.,vbi quod hodie eſt dignitas Abbatia, & non aſſumitur niſi Clericus habilis ad Sacerdotium.

7 Amplia, quia Abbas vnius Monaſterij, & Ordinis poteſt eligi in Epiſcopum, & Abbatem alterius Monaſterij,& Ordinis. cap.ſi Abbatem. de elect. in 6.Abb.in cap. cum venerabilis.in 1.not. de conſuet.

8 Declara, quia non debet conſentire tali electioni ſine licentia ſui Superioris, & non valet conſuetudo contraria. cap. cum venerabilis. de conſuet.

9 Limita, quod nouitius non poteſt eligi in Abbatem. Feder.de Sen.conſ.258.& 259. in fin. ver. tertio & vltimo.

10 Limita, quia monachus vnius Monaſterij non poteſt eligi Abbas alterius Religionis. Gemin. in c.cum ſingula.§.prohibemus.n.3.de præben.in 6.clem.1.de elect.

11 Aetatem debet habere legitimam eligendus in Abbatem, vt ſaltem attingat annum ętatis ſuę vigeſimum quintum.Oldrad.conſ.14. nu.11. verſ. & idem in Monaſterio.

Abbas habet multa priuilegia honoris. Concluſ. V.

1 ABBAS habet dignitatem,quia Abbatia hodie eſt dignitas, quicquid fuerit de iure antiquo. Aegid. Bellam.conſ.5.n. 21.& 22. Declarat Abb.in c.tuam.de ætat.& qualit.col. pen.ver. oppono.Zabarel.in clem.1. nu.3.de reſcript.plene Felin.in c.meminimus.n.5.ver.vlterius quęro, de accuſat. vbi quod etiam Abbatiſſa habet dignitatem.

2 Extende in tantum, vt neque comprehendatur dignitas Abbatialis ſub nomine dignitatis, prout neque Epiſcopalis in odioſis. Archid. & alij in cap.2.de præben. in 6. in princip. vbi Domin.num.10.

3 Amplia,quia præ alijs eſt honorandus Abbas, & primum locum habet in Monaſterio.Zabarel.d. clem.1.n.3.de reſcript.per cap. cum ad Monaſterium.in ver.Abbas.de ſtat.monach.

4 Extende, quia appellatur Pater. Abbas c.ſi.de regul. quæ dictio facit eum excellere inter alios, ætate, honore, & cura, vt dicit Spiegel. in ſuo Lexicon Iuris, ver. Abbas.

5 Amplia, quia præcedit Canonicum Cathedralis Eccleſiæ extra Eccleſiam, & extra proceſſiones, in Eccleſia, & proceſſionibus ſecus, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, quæ eſſet ſeruanda: Ita diſtinguit Felin.in cap.paſtoralis. num.9. ver.gloſ. in ver.ſuperiores, vſque in finem, vbi, quod eſt controuerſia, quis præcedat; ſed quod præcedat Abbas extra Eccleſiam, & proceſſiones non eſt dubium, & etiam in Eccleſia, & proceſſionibus, ſi eſſet conſuetudo, ceſſante conſuetudine Canonici non ſeparantur ab Epiſcopo,

Digitized by Google

& idem dicit Felin. in c. meminimus.n.6. ver.limita dictum Baldi,de accuſatio. quia in ijs, quæ fiunt collegialiter non ſeparantur ab Epiſcopo.

Vide Clerici vnde dicantur, & alij ſeculares, alij regulares,& qui prȩcedant. Concluſ.377. nu. 8. & ſeq.

Vide Prȩcedere quis debeat inter plures. Concluſ.477.

6 Amplia, quia ſponſus Eccleſiȩ ſuę dicitur Abbas, & eo mortuo dicitur Eccleſia viduata,prout in omnibus habentibus dignitatem cum adminiſtratione. Innocen. in cap. qui propter. in princ. ver. viduatis, de election. Bart.in l.ſi ita quis. §. is cui.n.3.ver.quarto,inter Monaſterium.ff.de legat. 2.

7 Amplia, quia æquiparatur Archidiacono,& ſic ſe habet ad ſuos monachos, prout Prælatus Collegiatæ ad ſuos Canonicos. Aegid. Bellam. d. conſ.5.n.47.ver.ſed forte.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Abbas, & Prælatus regulares habent multa priuilegia. Concluſ. VI.

1 ABBAS, & Prȩlatus religioſus, licet remaneat obligatus voto,tamen durante dignitate abſoluitur ab obſeruantia multorum, quæ reſpiciunt obligationem aliorum. Feder. de Sen. conſ.5.n.5.ver.vnde ſciendum, & ibi n.2.in princip.ver.in contrarium, vbi quod deſinit eſſe monachus.

2 Primum locum poſt Abbatem debet habere etiam dimiſſo officio in memoriam, & reuerentiam priſtinæ dignitatis. Federic.d. conſ.5.nu.2. col.3.circa fin.ver.in 4.quæſtione,iuncto fine dicti conſilij, ver.in 4.quæſtione, vbi tenet hanc partem, & idem Federic. conſil. 19. quidam monachus. num.6. ver.ſed poſito,ſine veri præiudicio, vbi in fin.ver.ad vltimam quȩſtionem, ita ſoluit, & dicit,quod ita ſeruat conſuetudo, & de hac eadem generali conſuetudine. ibidem ſub nu.6.ver. & pro iſta parte.

3 Poteſtas Monaſterij tota reſidet in Abbate. cap.nullam 18.quæſt.2. Federic.de Sen.conſ.100. colum.2.ver.ſed oppono, vbi quod intelligitur, quod monachi non habent poteſtatem in Abbatem, non tamen quod propterea ſolus poſſit ipſe adminiſtrare.

4 Correctionem monachorum ſuorum habet Abbas de iure, vt per Hoſtienſ.in cap.reprȩhenſibilis, de appell.

5 Degradari facere poteſt Abbas ſuum monachum, quando falſificauit litteras Papȩ, & poteſt conuocare vicinos Epiſcopos ad degradandum, & facta degradatione illum debet tradere Curiæ ſeculari. Feder. de Sen. conſ.219.Si notarium, per totum.

6 Contrarium, quod vbi agitur de degradatione punitio ſpectet ad Epiſcopum non ad Abbatem,tenet Aegid. conſ. 5. num. 7. ver.excipio tamen, Imo quod vbi agitur de grauioribus criminibus ſolus Epiſcopus procedat, tenet ibi nu. 32. vbi dicit omnes * concordare.

Vide plenius Concluſione proxima ſequente. num.25.& ſeq.

7 Capi, & carcerari poteſt facere Abbas ſuum monachum ſuſpectum de falſitate commiſſa in literis Papæ, & captum, vel tranſmittere Papæ, vel retinere cuſtoditum donec Papa reſcribat, alias diceretur fautor.Federic.de Senis conſ.219. circa finem.

8 Amplia, quia Abbas ſuccedens in iurepatronatus laicorum habet eadem priuilegia in iurepatronatus, quod habet in ſuo proprio iurepatronatus ex particulari priuilegio. c.vnico.de iurepatr.in 6.

9 Limita, quia non poteſt Prȩlatus religioſus contra regulam aliquid innouare in ſuos religioſos, & in hoc non tenentur illi obedire. Gemin. conſ. 135.n.2.ver.non tamen poſſet.

Vide Concluſionem proximam ſequentem, & Concluſionem proximam prȩcedentem.

Abbas quid poſsit in ſuos religioſos. Concluſ. VII.

1 ABBAS poteſt vendicare monachum ſuum exiſtentem in alio Monaſterio adiecta cauſa de iure Canonico, quia in poteſtate Abbatis eſt, ſicuti Pater vendicat filium adiecta cauſa de iure ciuili,quia in poteſtate eſt. Ita Bart.in l.1.§. 1.per hanc. ff. de rei vendic. vbi Bald. & alij in §. per hanc. il 1. dicunt, quod licet vendicatio non habeat locum ratione dominij, habet tamen locum ratione poteſtatis,& obedientiæ.

2 Amplia, quia Abbas non poteſt obligari verſus monachum ſuum, quia quicquid acquirit monachus, acquirit Abbati, prout filius Patri, ſeruus Domino. Igitur non poteſt ſibiipſi obligari Abbas, & conſequenter non tenetur ad promiſſa monacho ſuo. Bartol. pulchre in l. ſed & ſi quis. §. idem Iulianus. ff. de vſufruct.

3 Extende, quia ſi Abbas concedit Prioratum manualem monacho ad vitam ſuam poterit nihilominus reuocare. Franc.Aret.conſ.63.num.4. ver.vnde dicit Federicus.

4 Amplia, quia excommunicat, & punit monachos,& religioſos ſuos.gloſ.in cap.de perſona, in ver. monachum 11. quæſt. 1. Bertach.in ver. Abbas poteſt excommunicare, num. 18. vbi adducit concordantes.

5 Extende,quia abſoluit multis caſibus, de quibus Abbas quid poſſit circa abſolution.Conc.16.

6 Amplia, quia Abbas poteſt dare licentiam ſuo monacho celebrandi, & prædicandi extra Monaſterium,& alijs in ſuo Monaſterio. Innoc.in c.excommunicamus.in gl.ab Apoſt. Sede, de hæret.

7 Amplia,quia Abbas poteſt corrigere, punire, & de ſuo Monaſterio expellere monachos inobedientes, ſecundum conſtitutiones Religionis, c. quanto.de offic.ordin.vbi Abb.num.4.in fi.

8 Amplia,quia poteſt inquirere contra ſuos monachos ſuper delictis per eos commiſſis, & eos punire, quia habet ordinariam iuriſdictionem. Calder. conſ. 405. in princ. alias 20. de regular. vbi quod eſt communis*opinio,quod poſſunt Abbates capere, & detinere ſuos monachos, & punire ſiue in forma iudicij, ſiue non,quia habent ordinariam iuriſdictionem, & hanc partem tenet Guiliel.Germondi inter conſ.Aegid.Bellam.conſ. 5.vbi late hnc proſequitur, & Martinus de Salma ibidem num.17.& ſeq.ver.ſed adhuc reſtat. Rom. conſ. 375.In propoſita.

Exten-

9 Extende, siue delinquat monachus in Monasterio, siue extra, quia iurisdictio Abbatis in suos monachos non est per modum territorij, sed in capita, ideo vbiq; eam exercet. Ægid. conſ. 5. n. 20. & seq. ver. sed occurrit dubium, & num. 17. vbi dicit quod monachus vbique fictione iuris semper est in claustro, & est consilium Martini de Salma, & quia monachus per professionem ponit Abbatem super caput suum. nu. 22. quod est Guil. Valter. Auditoris Rotæ, & n. 25. ver. quis ergo dubitat, vbi quod totus mundus est pro claustro monachi, quoad subiectionem.

10 Amplia, vt etiam Abbas possit procedere contra suos religiosos pro delicto commisso contra se ipsum, quando est notorium, quia in notorijs Prælati procedunt etiam in causa propria. Calder. conſ. 405. alias 20. de regular. circa medium. ver. nec obstat si dicatur.

11 Amplia, quia maiorem habet Abbas authoritatem, & iurisdictionem in suos monachos, quam Episcopus in suos Clericos, quia Episcopus non excommunicat, non capit existentem extra Diœcesim, Abbas vbiq; excommunicat, & capit monachum, quia totus mundus est pro claustro. Aegid. conſ. 5. n. 25. quod est consilium Andreæ Cardinalis Nematensis.

12 Contrarium, quod imo non possit Abbas exercere iurisdictionem, nisi in modicis, vt Pedaneus, & secundum regulam Aegid. conſ. 5. nu. 30. & 31. latius num. 47. ver. sed forte dices, vbi, quod æquiparatur defensoribus Ciuitatum.

13 Declara, quia in delictis commissis in Monasterio, Abbas habet maiorem authoritatem in suum monachum, quam Episcopus, secus si delinquat extra Monasterium. Rom. conſ. 375. in fin.

14 Amplia, quia si Monachi nolunt obedire suo Abbati, potest via iuris eos compellere ad licitam, & honestam obedientiam, & potest circa hoc introitus Monasterij expendere, quia cum habeat coercionem, debet etiam habere ea, quę veniunt in consequentiam. Gemin. conſ. 135. n. 2. vsque in fin. ver. ad id, quod.

15 Amplia, quia Abbas potest inquirere, & condemnare monachum suum de homicidio commisso, & ad eum spectat, non ad Episcopum siue puniat secundum regulam, siue secundum ius commune. Aegid. Bellam. conſ. 5. nu. 2. & seq. quod est consilium Guil. Germondi, qui fuit Vrbanus V. vbi latissime, maxime n. 4. & ibi qualiter fiat processus per Abbatem, & num. 17. cum seq. ver. sed adhuc restat.

16 Contrarium in grauibus, prout in furto, homicidio, & similibus, dicit Aegid. d. conſ. 5. nu. 29. in fine. & 30. vbi reddit rationem, quia Episcopus æquiparatur Præsidi, Abbas Pedaneo iudici, ideo non cognoscit de grauioribus, & vsque in fin. tollit omnia contraria.

17 Declara, quia si esset crimẽ, pro quo veniret imponenda pœna depositionis, Abbas non potest punire, sed Episcopus: communem * opinionem dicit Rom. conſ. 375. in proposita quæstione.

18 Et non seruat ordinem iuris Abbas in correctione monachi, nec datur appellatio. Lap. alleg. 53. n. 3. ver. sed vlterius dico; etiam si via iuris procedere cœpisset, reuertitur ad viam sine ordine. Aegid. conſ. 5. nu. 5. & seq. quod est Vrbani V. & idem dicunt Io. de Lignano, & Gaspar Calderin. inserti in eodem consilio Aegid. 5. nu. 12.

19 Extende maxime in leuibus criminibus, quia ab Abbate, & non ab Episcopo punietur. Aegid. conſ. 5. n. 17. ver. sed remanet dubium.

20 Extende etiam in grauioribus, quia (præter accusationem, quando venit deponendus) per Abbatem punitur. Aegid. conſ. 5. n. 17. ver. sed adhuc restat; vbi probat, quod Abbas potest excommunicare monachum suum, & punire secundum * omnes, * ergo etiam alia crimina punire, quia maior pœna excommunicatio est.

21 Extende quantum ad correctionem claustralem nullus dubitat, quin spectet ad Abbatem. Aegid. conſ. 5. n. 14. ver. Dominus Martinus.

Imo si negligit corripere peccat, & punitur.

Vide Abbas, ex quibus remoueri potest. Concluſ. 25. num. 3.

22 Extende, quia in ijs, quę respiciunt regulam, & modum viuendi, punitio, & correctio spectat ad Abbatem, & Superiorem Religiosum, non ad Episcopum. Io. de Lignano inter conſ. Aegidij, conſ. 5. n. 8. incipit, in quæstione præmissa, quod est etiam subscriptum à Gaspar. Calder. & idem tenet in subscriptione Laur. de Pinu nu. 14. vbi extendit vbicunque agitur de regulari correctione, summaria, vel plenaria.

23 Extende, quia ratione contractus non potest conueniri monachus, quia non potest agere, neq; conueniri, si tamen de facto est conueniendus, debet coram Abbate conueniri. Io. de Lignano conſ. suo, inter conſ. Aegid. 5. num. 8. & seq. ver. secunda conclusio, & nu. 14. ver. si vero agatur, quod est Martini de Salma, vbi idem repetit, etiam si iurauit monachus,

24 Extende, quia Abbas suos monachos punire, & excommunicare potest. gl. in cap. de persona, in glos. in ver. monachum 11. q. 1.

25 Restringe, quãdo ageretur de degradatione monachi, quia spectat ad Episcopum, non ad Abbatem. Ægid. d. conſ. 5. n. 7. ver. excipio, quod est Vrbani Quinti; & idem tenent Io. de Lignano, & Gaspar Calder. in eodem conſ. Ægid. n. 13. ver. septima conclusio: vbi videntur declarare, quando agitur per viam accusationis ad depositionem, vel degradationem, & n. 23. quod est consilium Guil. Valterij, & num. 14. quod est consil. Laur. de Pinu, dicit * communem.

26 Contrarium, quando iuris ordine seruato veniret pœna degradationis sine accusatione, quia ex quo Abbas potest mutare pœnam in carcere, & ieiunio, procedit Abbas, Ægid. d. conſ. 5. n. 14. in subscriptione Laurentij, & idem n. 23. in alia subscriptione Cardinalis.

27 Restringe, quando Abbas esset absens, & remotus à loco, vel mortuus, quia tunc Episc. procedet contra monac. Ægid. d. conſ. 5. n. 7. & seq. ver. concludo, quod est Vrbani V. & reddit rationem, quia distantia viarum inducit forum.

28 Contrarium tenet Ægid. nu. 17. d. conſ. 5. quod est Martini de Salma, quia fingitur esse in claustro monachus, & quia vbique subest Abbati suo, & n. 22. quod est Guil. Valterij.

29 Restringe, quando Abbas esset negligens in puniendo, quia Episcopus potest punire monachum delinquentem. Ægid. d. conſ. 5. n. 8. quod est Vrbani Quinti. Roman. conſ. 375. ver. si vero: & dicitur negligens, si minorem pœnam, quam ius requirat imposuit.

30 Restringe in delictis notorijs. Ægid. d. conſ. 5. num.

num. 8. quod eſt Vrbani Quinti.

31 Reſtringe, quando Religioſus eſt extra Monaſterium, vel delinquit extra Monaſterium. Aegid. d.conſ.5.n.8. quod eſt Vrbani Quinti. in fine.

32 Reſtringe, quando obligatus eſſet monachus de licentia Abbatis, in caſu, in quo Monaſterium tenetur, & tunc coram Epiſcopo conueniri debet Monaſterium, ne Iudex in cauſa ſua ſit Abbas. Aegid. d.conſ.5.n.9.ver.quarta concluſio, quod eſt Io. de Lignano, & Gaſpar. Calder. & n.15. quod eſt Martini de Salma: & eſt ratio, quia Abbas tenetur defendere Monaſterium.

33 Reſtringe in cauſis ciuilibus, in caſibus, in quibus poteſt contrahere, tunc enim poteſt coram Abbate, & coram Epiſcopo conueniri. Aegid. conſ.5.n.9. ver.tertia concluſio, quod eſt Io. de Lignano, & n.14.ver.ſi vero agatur, vbi extendit, etiam ſi adſit iuramentum monachi, & eſt conſil. Martini de Salma.

34 Imo, quod coram Abbate ſolo, tenet Agid. d. cõſ.5.n.15. quod eſt Mart. de Salma, & n.16. & 17.

35 Reſtringe, quia vbicunque agitur contra Monachũ criminoſum ſine accuſatione pro crimine, punitio ſpectat ad Abbatem; ſi vero ad accuſationem, ſpectat ad Abbatem, & Epiſcopum, & eſt locus electioni pro accuſante. Aegid. d. conſ. 5. n. 10.ver.ſexta concluſio, quod eſt Io. de Lignano, & Gaſpar. Calder.

36 Declara omnes extenſiones, & reſtrictiones, quia ſtatur conſuetudini, quæ poteſt dare iuriſdictionem. Ideo ſi conſuetudo eſt, quod Abbas procedat, vel Epiſcopus procedat, ſtatur conſuetudini. Io. de Lignano, & Gaſpar Calder. in conſ. Aegid. 5.n.9. & 10.ver.quinta concluſio, & plenius n.14. in ver. D. Martinus de Salma.

37 Imo quando agitur de puniendo monacho ad accuſationem, ſemper cognitio ſpectat ad Epiſcopum communem, dicit Laur. de Pinu in d.conſ. Aegid. 5.n.14.ver. Laurentius autem; vbi reſtringit, quando per tale delictum ſit degradandus de iure, quia carcere, & ieiunijs poteſt commutari per Abbatẽ; ſi non, proceditur ad accuſationẽ.

38 Declara, quia ſi non agitur ad accuſationem, directe punitio ſpectat ad Abbatem, veluti ſi ad denunciationem, vel per inquiſitionem, quia licet inquiſitio, vel denunciatio ſuccedant loco accuſationis, tamen non eſt proprie accuſatio, & Abbas punit. Aegid. conſ.5.nu.14.ver. ſi autem iure aliquo, quod eſt Martini de Salma.

39 Contrarium, quia ſiue agatur ad accuſationem, ſiue per inquiſitionem in grauibus ſolus Epiſcopus punit, quia in arduis Abbates non poſſunt ſe intromittere iudicialiter, & ordine ſeruato. Aegid. d.conſ.5.n.32. vbi dicit * communem, & quod omnes concordant in hoc.

40 Reſtringe, quia correctio ſpectat ad Epiſcopum, quando agitur pro crimine falſi in litteris Papę. Aegid. d.conſ.5.n.14.ver.ſi autem, quod eſt Martini de Salma.

41 Refert tres opiniones Abb. in c. quanto. nu 3. & ſeq.ver.in gloſ.de off.ordin. prima reprobatur, quæ eſt, ſi Abbas non eſt conſecratus, punitio ſpectat ad Epiſcopum, quia conſecratio nihil refert; ſecunda in leuibus Abbas corrigit in grauioribus Epiſcopus; tertia quando agitur de punitione ſecundum regulam, Abbas punit, aut ſecundum ius commune, & ad accuſationem, & Epiſcopus.

42 Declara totam iſtam materiam, an punitio monachi in grauioribus ſpectet ad Epiſcopum, vel ad Abbatem, vt per Guil. Valterium Auditorem Rotæ, cuius conſil. inſeritur inter conſ. Aegidij Bellam. conſ.5.num.21. & ſeq. vt ſi eſt puniendus ſecundum regularia inſtituta ſpectet ad Abbatem; ſi ſecundum ius commune ſeruato ordine iudiciario ſpectet ad Epiſcopum, ad quem ſpectat etiam ſemper, vbi agitur de degradatione, & quod ita opiniones contrarię conciliantur.

43 Vel ſecundo declara, vt Epiſcopus habeat habitu iuriſdictionem in monachos, quia vbiq; habet curam animarum in ſua Diœceſi. Ideo ſit locus præuentioni etiam ſi agatur de crimine graui, & procedatur iuris ordine ſeruato. Aegid. d. conſ. num. 22.

44 Tertio declara, quia pro delictis monachi, maxime in Monaſterio commiſſis, etiam grauioribus, prout quando interuenit homicidium, licet pœna degradationis veniat imponenda, Abbas puniet, quando non ad accuſationem, licet in forma iuris procedat. Aegid. conſ.5.num.23. In conſ. Cardinalis. ver. Dominus Sauaricus.

45 Declara abſolute hoc modo poſt omnes alias declarationes, quia multi ſunt caſus indubitabiles, in quibus iuriſdictio ſpectat ad Abbatem ſine difficultate, & ad Epiſcopum ſine difficultate, quos ponit Aegid. d.conſ.5. Monachus. nu. 26. & ſeq. ver. quid dicendum, vbi referuntur 11. caſus, quorum quinque primi ad Abbatem, ſex vero vltimi ad Epiſcopum ſpectant, vt infra videlicet.

46 Primus caſus, ſi habet priuilegium clarum.

Secundus caſus, ſi habet conſuetudinem, pro ſe.

Tertius, quando agitur de obſeruantia regulari, vt non obſeruans puniatur ſecundum regulam.

Quartus, quando agitur de pœna pro quocunque delicto ſecundum regulam.

Quintus, qui eſt 11. quando agitur de leuioribus criminibus de plano puniendis.

47 Primus, qui eſt quintus in ordine, cum agitur per viam accuſationis pro crimine, pro quo degradatio facienda eſt.

Secundus, qui eſt ſextus, quando in crimine ad vtrumque ſpectante, Abbas eſt negligens.

Tertius, qui eſt ſeptimus, quando agitur de crimine notorio, & Abbas ſtatim non punit.

Quartus, qui eſt octauus, quando ad Epiſcopum eſſet appellatum.

Quintus, qui eſt decimus, quando monachus contraxit obligando Monaſterium, Epiſcopus ſolus cognoſcit.

Sextus, qui eſt duodecimus, quando Epiſcopus iam præuenit Abbatem.

48 Quando monachus contraxit, qui non poteſt contrahere, nullus eſt iudex etiam ſi iurauit, eſt nonus caſus.

49 Aliquando ambo, videlicet, Abbas, & Epiſcopus poſſunt excommunicare monachum habentem Prioratũ manualẽ, quia ratione Prioratus, dicitur locus Abbatiæ; ratione vero diœceſis ſubeſt Epiſcopo. Ideo vterq; excõmunicare poteſt diuerſis reſpectibus. Innoc. in c. volentes, circa fi. de priuil. quem text. licet ſit capitulum primum. eod. tit. lib.6. tamen illud legit inter Decretales.

50 Amplia, quia Prælatus, & Abbas poteſt multa in ſuos monachos, & pro ſuis monachis, prout pater pro filio, & Dominus pro ſeruo.

Vide Prælatus poteſt multa pro ſuis Religioſis. Concluſ. 508.

Limita

51 Limita,quia non poteſt Abbas reuocare monachum ſuum à cura animarum ſibi commiſſa per Epiſcop. Innoc.in c.1.circa fi.de cappell.monach.

Vide Epiſcopus quid poſſit circa religioſos. Concluſ.246.

Vide Abbas ſolus non poteſt multa,& quę poſſit. Concluſ.15.

Vide Prelati inferiores,quam iuriſdictionem habent. Concluſ.496.

Vide plenius, Religioſi qualiter à ſuo Prelato corripiantur,& puniantur. Concluſ.147.

Abbas ante benedictionem, quid poſsit. Concluſ. VIII.

1 ABBAS, & alij inferiores ſtatim,quod ſunt electi, & confirmati etiam ante benedictionem,quę large accipitur pro conſecratione, ſunt vere Abbates,de ſtylo Cancellariç, ſecus in Epiſcopis, qui ante conſecrationem dicuntur electi. Oldrad.conſ.14.ver.ſed quod iſte.nu.4.& ſeq. Felin.in c.meminimus,in princip.de accuſat.& plenius in c.inter Monaſterium.in princ.de re iudic. vbi ſequitur Oldrad.& ibi.Abb.in fi.n.25.dicit eſſe * communem, & in c. quanto. nu.4.

2 Et quod dicitur de Abbate habet locum etiam in Abbatiſſa, quia ante benedictionem eſt Abbatiſſa. Felinus in d.cap.meminimus.de accuſatio. in princip.

Vide Abbatiſſa electa confirmatur, & benedicitur. Concluſ.27.

3 Extende, quia Abbas confirmatus, licet nondum benedictus, non ſolum dicitur Abbas; ſed etiam ſi habet iura Pontificalia poteſt vti Mitra, baculo paſtorali,anulo,& alijs Pontificalibus.Abbas in c.inter Monaſterium.in vlt.col. ver.quęro vlterius.n.25.de re iudic.vbi dicit * communem, & Zabarel.idem tenet in clem. attendentes. in 6. queſt.de ſtat.monach.

4 Benedictio Abbatum non habet tempus preciſum, intra quod ea debeat peti. Oldrad.conſ.14. in princ. ver. item ſi hoc.

5 Characterem,neq; ordinem confert benedictio Abbatum,prout conſecratio Epiſcopor. Imo Abbates non benedicuntur niſi ſit de conſuetudine introductum. Oldrad. conſ.14.ver.ad aliud.nu.8.

6 Ordines non confert Abbas ante benedictionem ſuſceptam, non quia benedictio conferat facultatem, ſed quia dat exercitium Abbati ordines conferendi. Oldrad.conſ.14.in fin. ver. item non obſtat, quod intelligit Abbas in cap. tuam. de ętat. & qualitat. dummodo ſit Presbyter effectus, ſed Oldrad. ibi, vult, quod ſi eſt Presbyter etiam conferat ordines,non benedictus.

7 Baculum paſtoralis non defert Abbas ante benedictionem,quia ante non traditur,ſed tamen forte poſſet illo vti cum ſit Abbas, ſecundum Oldrad.d.conſ.14.in fi.& quod non vtatur,quia non habet plenitudinemofficij, neque punit. Innoc. in cap.quanto,de offic.ordin.

8 Contrarium,quod imo exerceat Pontificalia ſi habet, dicit Abbas in c.inter Monaſterium. in fi. de re iudic.vide ſupra in 1.extenſione, & in cap. quanto. n.3.& 4.de offic.ordin.

9 Benedictio Abbatum, licet de conſuetudine fiat in die Dominico,non tamen eſt neceſſarium, ſicut nec benedictio altaris neceſſario debet fieri die Dominico, ſed tutius eſt quod die Dominico fiat.Oldrad.conſ.14.n.9.& ſeq. verſ.ad aliud;vbi, quod benedictio, & conſecratio Virginum debet fieri die Dominico, quia ita iure cautum eſt, & * hęc eſt communis * opinio. Abbas in c. cum ſis, de conſecr.Eccleſ.in fine.

10 Contrarium,quod omni die poſſit fieri hęc benedictio Abbatis, ſicuti poſſunt conferri ordines minores,dicit Zabarel.in d.clem. attendentes. §. ſtatuimus.queſt.9.de ſtat.monach.

11 Iuramentum fidelitatis in benedictione preſtat Abbas, Papę, & Eccleſię Romanę, ſicut preſtare tenentur Epiſcopi in conſecratione, de quo eſt tex.in c.Ego N.de iur.iuran.vt ibi Abbas,in prin.

Vide plene, benedictio Abbatum, & Abbatiſſarum quid conferat, & à quibus fieri poſſit. Concluſ.47.

Vide Epiſcopus non dicitur ante conſecrationem, ſed electus. Concluſ.231.

Abbas,quid poſsit,quando habet iura Epiſcopalia. Concl. IX.

1 ABBAS habens vſum Mitrę, & anulorum, & baculi intra ſepta ſui Monaſterij, ſecundum ſuum priuilegium, poteſt vti iſtis Pontificalibus ſecundum tenorem priuilegij.Lap.allegat.19.in princ. An Abbas.

2 Et iſta Pontificalia conceduntur Abbatibus, potius ad decorem ſuarum Eccleſiarum,quam ad ſignificationem eorum, ad quę in Epiſcopo fuerunt inſtituta.c.vt Apoſtolicę.de priuil.in 6.Abb. plene in cap. inter Monaſterium. in fine. de re iudicata.

3 Amplia, vt ſi inuitatur ad aliud Monaſterium exemptum,poterit celebrare in Põtificalibus, ſecus ſi Monaſteriũ non eſſet exemptũ.Lap.d.alleg. 19.in fi.vbi dicit quod procedit etiã,quod habeat iſta Pontificalia in ſuo Monaſterio ex priuilegio.

4 Amplia quia poteſt abſoluere ſuos Religioſos ab excommunicatione lata à Canone, ſecus ſi non habet iura Epiſcopalia. Federicus de Senis. conſ. 14.num.4. ver.ſi tamen dictus Abbas, per clement. primam, cum ibi not. de rebus Eccleſ. non alienan.

Vide Abbas quid poſſit circa abſolutiones, & diſpenſationes ſuorum monachorum. Concluſione 16.

5 Amplia, quia Abbates habentes vſum Pontificalium poſſunt ordinare ſuos monachos, vſque ad Lectoratum. Zabarel. d.clem. attendentes. §. ſtatuimus, num. 3. in 9.quęſt. de ſtat.monachor. Gemin. in cap. Abbates. de priuil. in 6. & hanc * magis * communem dicit Bertach.in repert.ver. Abbas conferre poteſt. Anton. de Butr. conſ.19. num.15.ver.ad quartum, vbi, quod poſſunt conferre quatuor minores.

6 Extende, quia Abbas habens priuilegium ampliſſimũ,quod poſſit omnia,prout Epiſc. prout in terra Burgi S. Sepulchri, non poteſt ea,quę ſunt ordinis Epiſcopalis, licet poſſit dare ordines minores ſuis monachis in ſuo Monaſterio. Item ex conſuetudine omnibus in terra Burgi. Ant.de Butrio d.conſ.19.n.15.ver.ad quartum,cum ſeq.maxime n.16. vbi quę ſint ordinis,vel non.

Declara

Digitized by Google

7 Declara, quia non profeſſis non debet conferrẽ ordines minores, quia poſſent recedere. Io. And. in c. cum contingat. de ætat. & qualit. & in c. Abbates. de priuil. in 6. in fi. Rebuff. in praxi, de cleric. & a quibus, & quomodo ordinentur. nu. 14. & ſeq. vbi, quod nõ debent ordinari infra annũ ante profeſſionẽ, ſed ſi ſunt ordinati, tenet ordinatio, & habẽt executionem ordinum. Lap. in c. cum nullus, n. 4. & ſeq. de temp. ordin. li. 6. & ibi Ant. de Butrio dicit, quod ante factum debet abſtinere, poſt factum valet collatio.

8 Amplia, quia poſſunt benedicere veſtes, imagines, cruces, & ſimilia, pro vſu ſuarũ Eccleſiarũ, & ſaltem de facto hoc faciunt. Card. Zabare. d. clem. attendentes. §. ſtatuimus, in q. 9. de ſtat. monach.

9 Contrarium de iure, quod non poſſint benedicere veſtes ſacras, & ſimilia, quia iſta benedictio eſt ordinis Epiſcopalis, quia ſolemnis eſt, dicit idem Zabar. d. clem. attendences, §. ſtatuimus. q. 9. de ſtatu monachorum.

10 Abbas æquiparatur Archidiacono, ſicut alij Prælati inferiores, & ſic ſe habet ad ſuos monachos, ſicut Prælatus Collegiatæ ad ſuos Canonicos. Ægid. conſ. 5. n. 47. ver. ſed forte, vbi reprobat, quod dicitur æquiparari magiſtratibus defenſorum, quia Eccleſiaſticæ dignitates, non ſunt ad ſimilitudinem ſæcularium.

11 Immo quando monaſterium eſt exemptum, Abbas habet ius Epiſcopale in ſuo monaſterio; ideo æquiparatur Epiſcopo, Bald. in authen. cauſam quæ. n. 6. ver. in gloſſ. quid ſi eſt. C. de Epiſc. & cleric. & idem dicit Aret. conſ. 63. In præſenti cõſultatione, n. 4. ver. pro ijs facit optime, vbi, quod in locis ſibi pleno iure ſubiectis, habet iura Epiſcopalia, dummodo non tangant ea, quæ ſunt ordinis.

12 Poſſunt iſta Pontificalia Abbatibus ex priuilegio competere.

13 Item ex conſuetudine, quia etiã præſcribi poſſunt, ex quo ſunt iuriſdictionis, non ordinis. Zabarel. in clem. attendentes. §. ſtatuimus. in 8. quæſt. de ſtatu monachorum.

14 Concluſio eſt, quod Abbates exempti habent iura Epiſcopalia in ſuis monaſterijs exemptis, ideo funguntur vice Epiſcopi, dummodo non attentent ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. Aretin. conſ. 63. In præſenti conſultatione. n. 4. ver. pro ijs facit, vbi, quod conferunt curata, & omnia beneficia pleno iure ad monaſterium ſpectantia, quia iſta ſunt iuriſdictionis. vide plenius Ant. de Butr. conſ. 19. per totum, vbi, quod ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis non exercent.

15 Limita, quia Abbas habens vſum Pontificaliũ ex priuilegio, non poteſt illis vti in locis non exemptis. Lap. allegat. 19. in fine.

16 Extende etiam ſi locus eſſet de iuriſdictione tẽporali Abbatis, quia in eo non poterit ſolemniter benedicere. Zabar. in clem. attendentes. §. ſtatuimus in 7. quæſt. num. 3. de ſtat. monach.

17 Reſtringe, niſi adſit ſtylus, vel conſuetudo, prout in terra Burgi S. Sepulchri, quia tunc etiam extra monaſterium poterit vti inſignijs Epiſcopalibus, quoad ordines minores. Ant. de Butr. conſ. 19. num. 15. in 4. dubio.

18 Limita, quia non poſſunt Abbates habentes vſum Mitræ, exercere ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis; ideo non poſſunt oleum Chriſmatis benedicere, neque chriſmare, & ſimilia. Anton. de Butr. d. conſil. 19. num. 18. ver. ad quintum.

19 Idem, quia licet poſſint benedicere, non tamen conſecrare, quia conſecratio reſpicit ordinem Epiſcopalem. Ant. de Butr. conſ. 19. n. 12. & 13.

20 Idem, quia Indulgentiam non concedũt, quia licet aliqui teneant, quod ſit iuriſdictionis, tamẽ * magis communis * opinio eſt, quod ſit ordinis. Ant. de Butr. d. conſ. 19. n. 21. ver. venio ad vltimum, vſque in finem.

Abbates exempti quid poſsint, vel non, & in quibus ſubijciantur Ordinario, vel non. Concl. X.

1 ABBAS exemptus ſi habet cappellas, quæ habent populum tenetur venire ad Synodum. c. ex ore, de priuil. quod declarat Abb. in c. quod ſuper ijs, circa med. ver. in gloſſ. 1. de maior. & obedien. vt procedat quando populus eſt ſub iuriſdictione Epiſcopi, ſecus ſi ſub iuriſdictione Abbatis, & ipſe Abbas per ſe ipſum curã gereret, quia tunc non obligatur, ſi vero populus eſſet quidem ſub cura Abbatis, & per alios gubernaret, tunc alij, qui habent curam populi tenentur ire ad Synodum, non Abbas.

2 Abbates exempti tenentur iurare Romano Põtifici non alienare aliquid inconſulto Romano Põtifice, & iſtud iuramentum operatur, quod nullo modo alienare poſſunt, etiam ex cauſa vtilitatis, vel neceſsitatis.
Vide plene Iuramentũ de nõ alienãdo bona Eccleſiæ, an impediat ſolemnẽ alienationẽ. Concl. 513.

3 Extende, quia nedum non poſſunt alienare, ſed neque compromittere, ſtante iuramento. Rom. d. conſ. 369. Circa primum. n. 18. ver. tria autem, vbi plena Apoſtil. in ver. compromittere, dat concor.

4 Amplia, quia non poſſunt renunciare priuilegio obtento, quod ſint immediate ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, etiam ſi vellẽt, quia priuilegium mixtum reſpicit Papam. Rom. d. conſ. 369. ſub n. 18. dum allegat c. cum tẽpore, de arbitr. vbi Apoſtil. hoc dicit in ver. c. cum tempore, & dat concord.

5 Amplia, quia licet poſſit Abbas agere, & conſtituere procuratorem ad agendum, nomine Monaſterij, ſine conſenſu Capituli, ſeu Conuentus, ſecundum * communem; non tamen poteſt ardua ſolus expedire ſine conſenſu Cõuentus, vel Capituli. Rom. cõſ. 369. n. 21. verſ. tertia eſt ratio.
Vide plenius Prælatus ſolus habens conuentũ, non conſtituit procuratorem, & quando ſecus. Concluſione 500.

6 Amplia, quia Abbates exempti habent iura Epiſcopalia in ſuis monaſterijs exemptis; ſed tamen non exercent ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. Ant. de Butr. conſ. 19. per totum.
Vide, Abbas quid poſſit, quando habet iura Epiſcopalia. Concluſione proxima præcedente.

7 Limita, quia Abbates habẽtes populũ, tenentur ire ad Synodum Epiſcopi, ratione populi non exempti, & idem de alijs Prælatis exemptis, ſecus ſi non habent populum. c. Abbates, 18. q. 1. c. quod ſuper ijs, de maior. & obed. Oldrad. conſ. 254. nu. 19. ver. octauo opponitur. Feder. conſ. 88. in 1. reſponſ. Lapi, circa med. & idem Feder. conſ. 182. in princ.

8 Limita, vt idem ſit de Prioribus, quia diſpoſitum

ſicut in Abbatibus, videtur diſpoſitum in Prioribus.c.fin.de regul.c.in ſingulis de ſtat.regul.

6 Vide Priores ſunt multiplices, & quid poſſint. Concl.708.

9 Limita,quia iſti Abbates, & Priores maiores, & Conuentuales, qui ratione parrochiæ ſubſunt Epiſcopo,tenentur ire ad Synodum Epiſcopi; ſed etiam viſitantur,& corriguntur ab Epiſcopo, & etiam viſitantur,& corriguntur a ſuo Capitulo generali,vel prouinciali,ad quod tenentur ire, & ſic duplex onus ſubſtinere tenentur. Federic. de Sen. conſ.88.Reuerende Pater. in 1.reſponſ.Lapi.

10 Limita, vt immo iſti Abbates, & Priores, in Prioratibus,& Abbatijs habentibus curam,& Epiſcopo ſuppoſitis,debent inſtitui,vel confirmari ab Epiſcopo, antequam adminiſtrent curam animarum; ita videtur velle Innoc.in c.in ſingulis nu.3. ver.ſed quis confirmabis.de ſtat.mon.

11 Limita,quia Abbates exempti,ſi habent aliqua membra non exempta,quoad illa tenentur ad obſeruantiam ſtatutorum Epiſcopi, & ſubſunt Epiſcopo,& debent ire ad Synodum, prout alij non exempti.Feder.de Sen.cõſ.182. Statuto Epiſcopi, in princ. ver. item Abbas exemptus. allegat tex. cum gloſſ.in c.1.priuil.lib.6.

Vide Epiſcopus habet iuriſdictionem in locis exemptis quoad multa. Concluſ.241.

Vide Epiſcopus in quibus caſibus habet iuriſdictionem in exemptos. Concl. 242.

Vide plenius Exempti in quibus ſubſunt locorum ordinarijs. Concluſ. 561. & Concluſione ibi proxima ſequente.

Abbas dicitur Ordinarius in Eccleſijs ſibi ſubiectis. Concl. XI.

1 ABBAS in Eccleſijs ſibi ſubiectis dicitur Ordinarius ſicut Epiſcopus;& ideo poteſt eſſe Iudex in cauſis ſuarum Eccleſiarum ſubiectarum, Angel.Aretin.conſ.99.Videndum cenſeo. in prin.

Vide infra Concl.21.nu.3.& per totam.& Concluſione ibi proxima ſeq.

2 Et ſicut in alienatione bonorum Eccleſiæ,requiritur conſenſus Epiſcopi; ita conſenſus Abbatis in alienatione bonorum Eccleſiæ ſubiectæ Abbati. Angel.Aret.d.conſ.99.in princ.

3 Et quid poſſit Abbas circa abſolutiones, & diſpenſationes ſuorum monachorum Concl. 16. & quid circa beneficia,Concl.17. & quid circa alia, Concluſ.12.& 13.& ſeq.proxime.

Abbas obligat Monaſterium quoad multa. Concl. XII.

1 OBLIGATVR Abbas, & monaſterium ex cõtractu Monachi etiam fugitiui,ſindici monaſterij licet reuocati, quando reuocatio non eſt nota,& ſoluentes tali miniſtro liberantur. Bart. in l.ſi non ſortem.§.qui filio.ff.de cond.indeb.

2 Extende, quia ſemper, quod Abbas concedit adminiſtrationẽ peculij monacho particulari obligatur Abbas,& Cõuentus,ſicut Dominus ex cõtractu ſerui habentis talem adminiſtrationem. Abb.conſ.44.Ad deciſionem.nu. 5.lib.2.ver.præterea,& ſecundo.

3 Amplia,quia ſi Abbas de pecunia mea,quam habebat, dum debuit emere nomine meo, prout habebat mandatum,emit pro monaſterio,obligat monaſterium ad reſtituendum, ne cum aliena iactura monaſterium locupletetur. Bald. in l.1. nu. 21.in q.11.C.ſi ſeruus exter.

4 Amplia,quia Abbas poteſt concedere expreſſe, & tacite per conniuẽtiam monacho particulari, vt habeat bona ſibi legata,vel adminiſtrationem aliquorum bonorum.Abb.conſ.44.n.3.& ſeq.li.2.

5 Amplia,quia Abbas poteſt locare bona monaſterij ad modicum tempus, & valet locatio mero iure,etiam quoad ſucceſſorem,niſi probetur in damnum Eccleſiæ.Zabarel.conſ.95. nu.4.ver. ſed etiam ſi non interueniſſet. per tot.

6 Amplia,quia compromittit, & emologat laudũ dummodo non deueniatur ad venditionem bonorum.Zabar.d.conſ.95.col.fin.ver.ad aliud dubiũ.

7 Amplia, quia ex confeſſione Abbatis præiudicatur monaſterio, dummodo non deueniatur ad alienationem bonorum.Zabar.d. conſ. 95.in fi.

8 Amplia,quia quod poteſt tutor, poteſt Abbas, qui æquiparatur tutori,quia immo maior eſt poteſtas Prælati,& Abbatis,quam tutoris. Zabarel. conſ.95.n.4.ver.ſed etiam ſi non interueniſſet.

9 Et plena adminiſtratio bonorum,& monaſterij reſidet penes Abbatẽ, non autẽ penes monachos particulares.Abb.conſ.44.Ad deciſionẽ.n.2.li.2.

10 Limita in mutuo,quia niſi probetur verſum in vtilitatẽ monaſterij non obligat,ſecus in alijs cõtractibus gratia vtriuſq; factis.Zaba.cõſ. 95.n.6.

Vide plenius Prælatus contrahendo, vel confitendo quando obliget Eccleſiam,vel nõn. Concluſione 506.

Vide Maſcard.concl.1160. cum duabus ibi ſequen.vbi pleniſſime.

Abbas cum conſenſu Conuentus multa poteſt. Concl. XIII.

1 ABBAS cum conſenſu ſui Capituli,& Conuẽtus poteſt cõcedere ſtatutum,& illud firmare ſine licentia ſui Superioris, in præiudicium proprium,& ſuorum monachorũ, & valet, in caſibus tamen non contrarijs iuri communi.Federic. de Sen.conſ.100.Factum tale eſt:vbi eſt caſus, vbi enumerat quid poſſit Abbas, & qualiter valeat cõſuetudo,& ſtatutum reſtringens authoritatem Abbatis exempti.

2 Reſtringe,quia ſtatutum Abbatis,& Conuentus exemptorum non valet,niſi ſit confirmatum a Sede Apoſtolica, ſed bene poteſt adhiberi cautela, quod iuretur, quia quoad iurantes valebit, ſi eſt alias honeſtum. Card.Zabar.conſ. 6.in fin.

Vide Epiſcopus poteſt facere ſtatuta pœnalia. Concluſ.249. cum Concl. ibi proxima ſeq.

3 Alienationes bonorum Conuentus, & Monaſterij facere poſſunt Abbas, & Conuentus per ſe, & procuratorem conſtituere, quando præceſſit tractatus,cauſę cognitio,& deliberatio,alias procurator conſtitui non poteſt.Feder.de Sen. conſil. 100.n.3.ver.non obſtat.

4 Declara,vt prædicta procedant,quod Abbas,& Conuentus poſſunt facere ſtatuta,& illa alterare, ac alienare,ſolum, quando interuenit authoritas Epiſcopi,alias autem non poſſunt Abbas, & Conuentus ligare ſucceſſorem.Feder.de Sen.conſ.259. in pinc. ver. quæritur numquid.

Vide

Vide plenius Alienatio bonorum Religionis, quæ requirat, vt sit valida. Concluſ. 276.

5 Declara, quia Abbas vbi cum conſenſu Conuentus aliquid facere debet, ſi non faciat mentionem de Conuentu, præſumitur, quod de conſenſu Cõuentus faciat, niſi adſit dictio taxatiua, Ego Abbas ſolus, &c. Feder. de Sen. conſ. 259. verſ. ſed poſito, circa princ.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

6 Amplia, quia Abbas, & Conuentus poſſunt adire hæreditatem delatam monacho ſuo, etiam ſine ipſo, quia non habet velle, neque nolle, & licet ſit controuerſa quæſtio, tamen affirmatiua eſt communis * opinio. Felin. in c. in præſentia. col. penul. num. 57. de probatio.

7 Extẽde, quia etiam ſi monachus eſſet mortuus, monaſterium poteſt adire hæreditatem delatam monacho, qui obijt antequam adiret. Felin. d. c. in præſentia. nu. 57. ver. Decimo quæro. de prob.

8 Extende, quia poteſt etiam repudiare hæreditatem delatã monacho, ſine illo, & valebit repudiatio. Feli. d. c. in præſentia, de prob. col. pen. nu. 57. ver. decimo quæro. de prob. vbi dicit communem, & * communem dicit Iaſ. in l. legatum. col. 3. & ſeq. num. 13. & ſeq. ff. de leg. 1. plene Apoſtil. ad Rom. conſ. 184. Viſis, quę narrantur, vbi plurimos allegat.

9 Extende, quia poteſt repudiare legatum, quia in quærendis non requiritur ſolemnitas. Feder. de Sen. conſ. 9. incipit Caſus talis eſt, res aliqua, ſequitur Rom. d. conſ. 184. Viſis quæ narrantur, vbi Apoſtil. 1. atteſtatur de communi, & ratio eſt, quia in quærendis poteſt præiudicare, nec obſtat, quod dominium legati ab initio ſit Eccleſiæ, quia non eſt irreuocabiliter, vt ibi Roman.

10 Extende, quæ dicuntur de Abbate, habent locũ in Abbatiſſa. Rom. d. conſ. 184. Viſis.

11 Amplia, quia poteſt tranſigere ſine ſolemnitatibus in quærendis monaſterio, quia ſi poteſt repudiare, multo magis tranſigere: indubitatum dicit Ro. d. conſ. 184. Viſis quæ narrantur, vbi eſt caſus.

12 Limita, quia non poſſet Abbas, vel Conuentus acceptare electionem factam de monacho. Fel. d. c. in præſentia. n. 57. ver. & in monacho patet. col. penult. de prob.

Vide Epiſcopus poteſt multa ſine conſenſu Capituli, & quando ſecus. Concluſ. 257.

Vide plenius Prælatus cum Capitulo in iudicialibus præiudicat, & quando non. Concluſ. 503. & quid in extraiudicialibus. Concl. 504. & quid ſi relinquat. Concluſ. 505. & quid ſi contrahat, vel confitetur. Concluſ. 506.

Abbas, & prælatus præſumitur de conſenſu Capituli facere. Concluſio XIV.

1 ABBAS, licet non poſſit facere aliquid, niſi de conſenſu ſui cõuentus, tamen ſi facit aliquid nulla facta mẽtione de Cõuentu, præſumitur facere omnia cum cõſenſu Conuentus, donec probetur contrariũ. Fede. de Sen. conſ. 259. circa prin. ver. ſed poſito ſine præiudicio, vbi maxime dicit procedere ſi conſtat de tractatu.

2 Amplia, vt idẽ ſit in Epiſcopo cũ conſenſu Capituli, patre cum cõſenſu filij, marito cũ conſenſu vxoris, quia actus ſemper eſt cõcipiendus in perſonã eius, qui facit; nec eſt neceſſe dicere de conſenſu talis, quia poteſt quandocunque conſentire. Fed. de Sen. conſ. 259. vltra med. verſ. præterea & hoc eſt valde notandum.

3 Amplia in vnione facta per Epiſcopum, quia licet non appareat de conſenſu Capituli, tamen is præſumitur interueniſſe, ex quo non fuit oppoſitũ ante perfectum actum. Gemin. conſ. 87. ver. ad ſecundum, per tot.

4 Limita, quando adeſſet clauſula taxatiua, vt Abbas tantum; vel, ego Abbas ſolus, quia tunc non oritur præſumptio, quod non adſit conſenſus Conuentus. Federic. de Sen. d. conſ. 259. in prin. ver. ſed poſito.

5 Limita, quando ante perfectum actum fuiſſet oppoſitum de conſenſu Capituli, quia tunc oppoſitio operatur, quod ceſſat præſumptio, niſi probetur conſenſus. Gemin. d. conſ. 87. col. 1. in fin. verſ. nec obſtat.

Vide Conſenſus Epiſcopi, vel Capituli, quanto tempore præſumatur. Concluſione 746.

Vide Capitulum Eccleſiæ quando conſentire, vel conſulere debet Epiſcopo, an tunc Epiſcopus poſſit ſolus. Concluſ. 53.

Vide Epiſcopus habens collationem communem cum Capitulo, ſolus non confert. Concl. 259.

Vide plenius Solemnitas præſumitur, & quanto tempore. Concluſ. 322. cum duobus Concluſionibus ibi proxime ſeqq. vbi quid in iudicialibus, quid in extraiudicialibus, & quid in alienatione bonorum Eccleſiæ. Concluſ. 326.

Vide Maſcard. concluſ. 2. vbi late.

Abbas quæ poteſt ſolus, & quæ non. Concluſio XV.

1 ABBAS non poteſt ſolus ſine ſcientia, vel conſenſu Conuentus, ſubijcere Monaſterium exemptum alicui, a quo Monaſterium erat exemptum. Innoc. in c. cum dilectus filius, vltra med. in ver. repromiſit. de religioſ. domib.

2 Extende, vt nec cum conſenſu ſui Capituli, vel Conuentus ſui, poſſit vnire Eccleſiã ſibi pleno iure ſubiectã, quia ex quo vnio eſt ſpecies alienationis, requiruntur ſolemnitates debitæ, & authoritas Epiſcopi. Cald. conſ. 321. alias 9. de reb. Eccleſ. vbi, quod talis vnio præbet titulum ad præſcribendum.

3 Extende, quia non poteſt ſubijcere Monaſterium ſuum Ordinario ſubiectum, alteri ſine licentia Ordinarij, quia eſt ſpecies alienationis. Anchar. in c. ſicut. in 3. not. de exceſſ. Prælat.

4 Amplia, vt nec poſſit amittere poſſeſſionem alicuius alterius iuris ſine ſcientia, vel conſenſu Conuentus. Idem Innoc. d. c. cum dilectus. in ver. repromiſit. de religioſ. domib. Oldrad. conſ. 209. num. 4. ver. ſecundum.

5 Amplia, quia ſolus non poteſt alienare ſine conſenſu Capituli, quantumcunque ſit exemptus. clem. 1. de rebus Eccleſ. non alienan. Feder. de Sen. conſ. 100. col. 2. in princ. ver. ſequitur in conceſſionibus, & reformationibus. Imo non poteſt etiam cum Conuentu alienare ſine licentia Superioris. Feder. de Sen. conſ. 143. in princ.

Vide Alienatio bonorum Religionis, quę requirat, vt ſit valida. Concluſ. 276.

6 Extende, vt non poſſit etiam vnire Eccleſiam

ſibi

ſibi pleno iure ſubiectam, minuſque ſuum Monaſterium ſuo Ordinario ſubiectũ,poſſit alteri ſubijcere.Bertach.in ver.Abbas ſubiectus Epiſcopo.

7 Amplia,quia nec temporalem conceſſionem poteſt facere ſine Conuentu. Feder. d. conſ. 100. col.2.in prin.ver.ſequitur infra conceſſionibus.

8 Amplia idem eſſe in inſtitutionibus,& deſtitutionibus beneficiatorũ,& creationibus monachorum, & conuerſorum. cap.nouit de ijs,quę fiunt à Pręlat. Feder.d.conſ.100.in princ.nu.2. ver. item ſequitur.

9 Amplia in excommunicatione, ſuſpenſione,priuatione, & ſimilibus, quia debet ea facere cum conſenſu Conuentus.Feder.d.conſ.100.ver.ſequitur in excommunicando,col.2.

10 Amplia, quia ſolus Abbas, vel alius Pręlatus habens Conuentum,vel Collegiũ, non poteſt conſtituere Procuratorem. Oldrad.conſ. 130. omnia prolixitate,in princ.ver.modo ex prędictis.

11 Contrarium tenet Feder.de Sen.conſ.214.in fi. & conſ.227.vbi,quod poteſt reuocare ſolus.

12 Declara,vt in ver. Procurator an à ſolo Pręlato quando conſtitui poſſit. Concluſ.816.

13 Limita, quia poteſt ſolus Pręlatus conſentire, quod Epiſcopus erigat Tribunal in loco exẽpto etiam inuitis ſubditis,vt per Feder.conſ.2. col.1. in fi.ver.pręterea ſi locus,qui,forte deberet intelligi de ſolo Pręlato,ideſt cum ſuo Capitulo.

14 Limita,quia ſolus Abbas,& Pręlatus poteſt agere in iudicio,etiam in ijs, quę pertinent ad Conuentum.Innoc.in c.edoceri, de reſcript. Feder. d. conſ. 100.in princ. ver.videamus.

15 Limita,quia ſolus Pręlatus, & Abbas reuocat Procuratorem conſtitutum à Pręlato, & Capitulo.Feder.de Sen.conſ.214.circa fi.& 227. per tot. declara prout Procuratoris reuocatio.Conc.861.

16 Limita, quia ſolus Abbas, & Pręlatus habens adminiſtrationem agit in iudicio, & conuenitur ſine Conuentu.Abb.poſt Innoc.& alios in c. edoceri,de reſcript.vbi n.6. ver. ad tertiam quæſtionem dicit communem * opinionem, vbi Felin.n. * 2.dicit * communem.

Vide plenius Pręlatus quando agere, & tueri poſſit ſine Capitulo,& è contra. Concluſ.499.

17 Extende,vt procedat etiam in ijs,quæ ſunt cõmunia inter Pręlatum,& Conuentum, quia ſolus poteſt agere,& conueniri,quia habet adminiſtrationem.Felin.d.c.edoceri.n.2.ver.ſolus Pręlatus, * vbi dicit * communem, de reſcript.

18 Extende,quia in ijs, in quibus poteſt ſolus agere,& conueniri, poteſt etiam Procuratorem conſtituere, * communem dicit Abb.d.c.edoceri.nu. * 8.ver.in 4.quęſtione,de reſcript.vbi Feli.n.6. ver. ſolus Pręlatus dat Procuratorem.

19 Declara extenſionem, dummodo Oeconomum generalem non conſtituat,qui haberet iuriſdictionem in alios, & ſic talis Procurator ardua non explicet, ita dicit intelligendum Innocentium. Abb.d.c.edoceri.nu.9.ver.dicit tamen,vbi Felin. n.6. in fi.ver.limitat, de reſcript.

20 Reſtringe igitur limitationem, & extenſiones in arduis,quia non poteſt ſolus Pręlatus agere, neque conueniri ſine Conuentu.Abb.d.c.edoceri. n.6.ver.& tene menti,vbi Felin.num.3.ver.prima declaratio,de reſcript.multis modis declarat, & quando dicatur arduum, vel non.

21 Reſtringe, niſi eſſet diuiſa adminiſtratio, quia tunc non poſſet agere, neque conueniri,neq; Procuratorem dare quoad ea, in quibus non habet adminiſtrationem. Felin.d.c.edoceri.num.5.ver. quarta declaratio,de reſcript.

22 Limita, quoad deputationem miniſtrorum ſeruientium Monaſterio, quia ſolus Abbas illos deputat,& amouet.Feder.de Sen.conſ.95.num.3. ver.item ſuper eo,quod queritur,de familiaribus. Gemin.conſ.135.ver.ad primum,in princ.

23 Limita, quia ſolus Abbas poteſt reuocare ad clauſtrum monachos de Eccleſijs,& beneficijs manualibus.Feder. conſ.259. Caſus talis eſt poſito, in princ.

24 Extende hanc limitationem in tantum eſſe veram, vt non valeat ſtatutum factum per Abbatem, & Conuentum in præiudicium ſucceſſoris, quia clauſtrales non poſſunt eſſe perpetui, etiam volente Abbate.Feder.d.conſ.259.nu.2.ver. quæritur nunquid,in princ.

25 Limita,quia poteſt Abbas ratificare geſta per ſolum Conuentũ,quia licet ſolus Conuentus non agat ſine Prælato, ſi tamen agit poteſt Prælatus ratum habere,& valebit.Abb.d.c.edoceri. nu.12. ver. ad ſextum,de reſcript.vbi Apoſtil. vbi Felin. n.7.in ver.ſequi poteſt.

26 Limita,quia licet Abbas,vt valide obliget Monaſteriũ debeat cũ decreto Iudicis, & Superioris facere, tamen ſecus eſt ſi pro alio contrahat,quia non requiritur decretum,neque ſolemnitas. Bal. in l.1.n.20.ver. modo quæritur in 10. quęſt. C. ſi ſeru. exter.

27 Extende, quia valide vendit,vel cedit iura Abbas ſine decreto, quando pro alio, vel mandato alterius,facit,quod notabile dicit Bald.d.l.1.nu. 20.& ſeq.C.ſi ſeru.extero.

28 Limita,quia ſi cauſa eſt inſtituta contra Abbatem,& Conuentũ ſimul, & lata ſit ſententia cõtra eos,& appellauerint,poteſt ſolus Abbas, vel ſolus Conuentus petere, & obtinere abſolui,ſi non conſtat de iure contra illum. Rot. deciſ. 9. de re iudic.alias 206.in nou.

29 Limita,quia ſi Monaſterium inſtituatur hæres, poteſt fideicommiſſum iniungi Abbati; ſicuti ſi Ciuitas inſtituatur poteſt fideicommiſſum iniungi rectoribus,& ſic de alijs, & valebit.Bart.in l. ſi fuerit,deleg.3.

30 Extende,quia eo caſu ſolus Abbas reſtituet fideicommiſſum.Bald.in l.penul.in princ.ver.quæro ſi vnum Monaſterium.C.ad Trebell.

Vide Pręlatus ſolus quid poſſit ſine Conuentu, & Capitulo. Conciul. 498.

Abbas quid poſsit circa abſolutiones,& diſpenſationes ſuorum monachorum.Conc.XVI.

1 ABBAS eſt competens Iudex,& Confeſſor ſuorum monachor.clem.1.§.ſane,de ſtat.regul.

2 Item nedũ in ijs,quæ ſunt de foro pœnitentiali eſt Iudex,& Confeſſor,ſed etiam in ijs,quę ſunt de foro iudiciali.c.illi.in fi.6.q.6. & de vtroq; per Feder.conſ.14.n.2. ver.ſecundo, vbi,quod Abbas eſt ordinarius Iudex ſuper monachos.

3 Regula igitur affirmatiua eſt,quod Abbas poteſt abſoluere ſuos monachos, vbi non agitur de prędiudicio Tertij,& in foro pœnitentiali in omnibus caſibus non reſeruatis, neq; contra Canonẽ, cum ſit Confeſſor ſuorũ monachorũ per prędicta.

4 Regula alia eſt negatiua, quod non poteſt abſoluere Abbas, neq; diſpenſare in caſibus contra

Canonem,videlicet,quando pœna excommunicationis, vel alias infertur à Canone, niſi in caſibus à iure expreſſis.Feder.de Sen.conſ.14.Monachus Peruſinus.nu.4.ver.ſolutio credo,vbi, quod ita inuenit ſcriptum per D.Berengarium Epiſcopum Betonicen. compoſitorem libri 6. qui atteſtatur,quod ſui ſocij,& Bonifacius Papa VIII.ita ſentiebant, ſequitur Abb. & Felin. in c.monachi. n.2.& ſeq.de ſent. excommun.

3 Amplia, quod Abbas ex ſua ordinaria authoritate, quando non habet Pontificalia, non poteſt abſoluere, neque diſpenſare cum ſuo monacho, qui tenuit arma intra ſepta Mónaſterij, ſine licentia ſui Superioris, ſed poterit per Epiſcopum abſolui.Feder.de Sen.conſ.14.Monachus Peruſinus,per tot.

6 Contra hanc ampliationem,quod imo Abbas, & quicunque Prælatus immediatus regularis poſſit abſoluere ſuum religioſum excommunicatum à Canone, quando Canon non reſeruat abſolutionẽ Papæ.Calder.conſ.538.alias 6.de ſent.exc.

7 Amplia,quia non poteſt abſoluere monachum, qui falſificauit litteras Papæ, quia eſt excommunicatus,& abſolutio eſt reſeruata Papæ.Feder.de Sen.conſ.219.Si notoriũ,per tot.vbi quod ſi delictum eſt notorium debet conuocare Epiſcopos vicinos, & degradare talem monachum, & tradere Curiæ ſeculari.

8 Limita,niſi Abbas haberet iura Epiſcopalia in ſua parrochia,quia tũc poſſet abſoluere etiam in caſibus contra Canonem. Feder.d. conſ.14. nu.4. ver. ſi autem dictus Abbas: & idem in quolibet Prælato exempto,etiam in Abbatiſſa monialium, quæ poteſt deputare Confeſſorem, qui abſoluat etiam à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Feder.conſ. 95.col.pen.ver.conſequenter. Felin.d.c.monachi. n.2.in 1.limit.de ſent.excom.

9 Limita in xxxv.caſibus,in quibus Abbas ſine iuribus Pontificalibus abſoluit, & diſpenſat cũ ſuis monachis,de quibus per Specul.in tit.de diſpenſ. §.ſunt quoq; ver.Abbas quoq; à n.4.vſque in fin.

10 Limita, quia abſoluit monachos ſe inuicem verberantes in Monaſterio,abſq; eo,quod teneantur ſe præſentare conſpectui Papæ. c.monachi, de ſent.excom.vbi Felin.dicit,quod eſt caſus ſpecialis.n.2.ver.& ad iſtum text.

11 Extende,vt procedat etiã in alijs Prioribus Monaſteriorum,ne detur materia vagãdi monachis. Felin.d.c.monachi,in princ.de ſent.excomm.

12 Limita, quia abſoluit monachos excommunicatos per Conſtitutiones regulæ. Felin.d.c.monachi.n.3.ver.ſecundo limita,de ſent.excom.

13 Limita,quando Abbas excommunicauit, quia tunc poteſt abſoluere.Abb.& ibi Felin.in d.c.monachi.n.4.ver.tertio limita,de ſent.excom.

14 Limita,quia Abbas habens priuilegium diſpenſandi cum monacho ſuo ſuper irregularitate impoſita à Canone, poterit etiam diſpenſare ſuper irregularitate impoſita à Conſtitutione,etiam ab ea, quam incurrit,quia excommunicatus celebrauit, quia non eſt diſpenſatio, ſed facultas diſpenſandi,& eſt fauorabilis, non odioſa. Calder.conſ. 404.alias 19. de regul. & in ſimili Feder. de Sen. conſ.168.n.2.

15 Limita,quia Prelati exempti poſſunt abſoluere ſuos ſubditos,in caſibus Epiſcopo reſeruatis.

Vide infra,Abſoluere à caſibus.Concluſ. 43.

16 Limita,quia abſoluit ſuum religioſum,qui manus violentas iniecit in Clericum, de quo in ver. Abſolutio manuum violentarum in Clericos cui competat. Concluſ.51.

Abbas quid poſsit circa benef.& collationes beneficior.Conc.XVII.

1 ABBAS committit beneficia manualia ſuæ Abbatiæ ad placitum, quibus vult.

2 Extende, quia etiam ſi committeret manualia ad vitam monachi,adhuc poteſt illũ reuocare ad placitum.Franc.Aret.conſ.63.In præſenti conſultatione,n.4.ver.vnde dicit Feder. Abb. in c. cum inter R.in 2.not.de elect.& eſt conſ.Feder.de Sen. 239.Caſus talis,in princ.

3 Extende in tantũ Prioratus obedientiarios eſſe manuales, vt poſſit Abbas pro libito ſuo ſine cauſa reuocare.Io.And.in c.cum ſingula,de præb. in 6.vbi Gemin.n.10.ver.ſed circa præmiſſa; vbi, quod licet poſſet Prior manualis porrigere querelam Superiori,prout ſeruus contra Dominũ male tractantem; puta, ſi amoueretur propter odium, tamen apud Italos non admittitur querela.

4 Reſtringe, quando manuale ex certa ſcientia daretur per Papam ad vitam, quia Abbas non poſſet remouere.Abb.in c.cum inter R. in 2. not. n.2.& n.10.ver.in gloſ.2.de election.

5 Amplia, quia Abbates exempti in Eccleſijs, & locis pleno iure ſibi ſubiectis dicuntur habere iuriſdict. Epiſcopalem,dũmodo non tangãt ea,quæ ſunt ordinis.Ideo in benefic.ad eorũ prouiſionem manualẽ ſpectantibus poſſunt committere curam animarum, quando plena diſpoſitio ad eos ſpectat. Franc. Aret.d.conſ.63.n.4.ver.pro ijs facit.

Vide infra Concluſ. 21. & 22. vbi de Abbate Cluniacen. & Abbatibus Sancti Benedicti.

6 Extende,quia in beneficijs vacantibus,quæ ſpectant ad ſuam collationem,poſſunt Abbates apponere Oeconomũ, deputare Cuſtodem,agere nomine beneficij,locare fructus,& alia facere, quæ poteſt Epiſcopus, dummodo ſibi aliquid non approprient,ſed reſeruent ſucceſſori,vel Eccleſiæ. Aret. d.conſ.63.n.4.& ſeq.ver.ijs breuiter.

7 Extende,vt prædicta extenſio procedat etiam,ſi beneficij collatio eſſet deuoluta ad alium,quia licet priuetur collatione; non tamen priuatur alijs facultatibus,quia deuolutio eſt odioſa.Fran.Aretin.d.conſ.63.n.6.ver.ſed præmiſſis.

8 Extende, quia in Eccleſijs pleno iure ſubiectis Abbatibus, ipſi conſequenter habent iuriſdictionem in Clericos inſtitutos in eiſdem: vnde ſicut Eccleſia eſt exempta,ita Clerici in ea inſtituti efficiuntur exempti.c.cum per exemptionem,de priuil.in 6.Abb.in c.ijs,quæ,col.2.ver.nota 3.de maior.& obedien.

9 Amplia,quia Abbas poteſt in Prioratibus ſibi ſubiectis,& Grangijs habentibus bona ſufficiẽtia, deputare Priorẽ,& Conuentũ, etiam ſi nunquam ibi fuerint monachi,neq; Prior,quia in iſtis concernentibus cultum diuinum,non inſpicitur,quid actum fuerit,ſed quid debuerit fieri; ſi vero bona non ſufficiunt,poſſunt talia loca vniri per habentem authoritatem, & debet deputari Clericus ſecularis pro cultu diuino. Abb.conſ.25. Quoniam de infraſcriptis, lib. 2.

10 Amplia, quia cura totius Monaſterij, & locorum ſubiectorum Monaſterio pertinet ad Abbatem. cap. cum ad Monaſterium, in ver.tales, de ſtatu regul. Abb.conſ.25.in princip.ver.item video,lib.2.

Limita,

11 Limita, quia non poteſt vnire beneficia ſibi ſubiecta pleno iure, licet quoad ſimplicia poſſit vnionem præſcribere. Gemin.d.cap.cum ſingula. num.8.ver.an Abbas poſſit, de præben. in 6.

Vide infra Concluſ.22.nu.2.

12 Declara, quia regularia beneficia ſunt regularibus, & ſecularia ſecularibus conferenda, vt diſponit Sacrum Conc.Trid. ſeſſ.14.de reformat. cap.10.& ſeſſ.25.cap.21.poſt med.

Vide Beneficia regularia. Concluſ.68.

Abbas non obligatur iuramento contra vtilitatem monaſterij,& Eccleſiæ. Concl.XVIII.

1 ABBAS Sancti Benedicti, ſi iurauit in manibus certi Prælati non ſui, non recipere aliquos monachos, niſi de licentia dicti Prælati, non obligatur ex tali iuramento,ex quo nó ad eũ ſolum, ſed etiam ad Conuentum ſpectabat recipere monachos: Ideo poteſt propria authoritate contrauenire, ſi ſubeſt vtilitas, vel neceſſitas Monaſterij, quod recipiantur monachi, vel ſi Epiſcopus hoc præcipiat. Oldrad.conſ.97. Factum tale eſt, quidam Abbas.

Vide Iuramentum in præiudicium Eccleſiæ non valet. Concluſ.509.

Vide Iuramentum non obligat in multis. Concluſ. 511.

Abbas in quibus eſt melioris, vel deterioris conditionis, quam ſimplex monachus. Concl.XIX.

1 ABBAS delinquens acrius punitur, quam ſimplex monachus. Innocen. in cap. dilectus filius, in verb.abbatibus, de ſimon.

2 Limita, quia non compellitur Abbas ad obſeruantiam pactorum initorum cum ſuo monacho, ſed bene hortatur ad hoc,& eſt ratio,quia non cadit obligatio Abbatis cum ſuo monacho. Bald.in l.ſi liber.C.de cond. ob cauſam, & l. interpoſitas. n.5.ver.vltimo quod Dominus.C.de tranſact.vbi idem de pact.inter Domin.& ſeru.item inter Patrem,& filium,& eſt ratio,quia quicquid acquirit monachus, acquirit Abbati: igitur Abbas non obligatur ſibi. Bart.pulchre in l.ſed,& ſi quis. §. Iulianus.ff.de vſufruct.

Abbas præſumitur fauere ſuis monachis. Concl.XX.

1 ABBAS præſumitur fauere ſuis religioſis, & ideo authores Abbates in opinionibus,quę fauent monachis ſunt ſuſpecti. Ægid. conſ.2. nu. 35.ver.ſed quid præſumemus.

2 Lapus,qui fuit Abbas,& monachus,mouetur affectione religioſorum,in decidenda quæſtione, an ad Abbatem,vel Epiſcopum ſpectet iuriſdictio puniendi monachum via ordinaria, quia decidit, quod ad Abbatem, cum tamẽ ad Abbatem ſolùm ſpectet iuriſdictio,quando agitur de pœna ſecundum regulã;ſecus ſi via iuris. Ægid.conſ.5.col.3. & plenius dicit de Lapo Abbate Florentino, reprobãdo eũ,d.conſ.5.n.32.in fi.ver.& 1.reſpõdeo.

Poteſt tamen eſſe teſtis pro ſuo Monaſterio, & ſuis monachis,& quando ſecus.

Vide Maſtard. Concluſ.3. vbi late.

Abbas Cluniacenſis caput ordinis, quid poſsit.Concl.XXI.

1 ABBAS Ordinis Cluniacen. dicitur Abbas loci Cluniacen.& ipſe eſt caput in ſuo Ordine,alij Abbates ſunt membra, quia cũ ipſe denominetur à toto,habet prerogatiuam,vt præſit omnibus,& propter alias prærogatiuas,& priuilegia. Oldrad.conſ.204.Prima quæſtio,in princ.

2 Viſitare,& corrigere poteſt Abbas Cluniacen. omnes ſubditos, tam mediatos, quam immediatos,tam de iure,quam ex priuilegijs Apoſtolicis, ac de conſuetudine.Oldrad.d.conſ.204.nu.5.ver. item quæritur.

3 Habet ordinariam poteſtatem, & iuriſdictionem in ſubditos,quia ab Vniuerſitate eligitur, & à Papa confirmatur.Oldrad.d.conſ.204. ver.item quæritur. vbi etiam inſerit verba priuilegij conceſſi à Papa Nicolao dicto Abbati.

Supra Concluſ. 11. vbi, quod in Eccleſijs ſibi ſubiectis ſunt Abbates ordinarij.

4 Decimas exigere poteſt de noualibus infra ſuas Parrochias ex priuil.Nicolai Papę,& Gregor.IX. de quo Oldrad.conſ.109. vbi inſerit priuilegium.

5 Ordo Cluniacen. eſt regulę S. Benedicti de obſeruantia,prout eſt Monaſterium S. Marię Regalis Oppidi Ciuitat. Nageren.Calagurrit.dioec. in Hiſpan. prout vidi priuilegium Honorij Papę, & alia priuilegia. In quibus dicitur hunc ordinem eſſe Sancti Benedicti de obſeruantia.

Vide Religio Sancti Benedicti, & eius ſpecies ordinum. Concluſ. 138.

6 Et eſt exemptus à iuriſdictione Epiſcopor. & eſt in pacifica poſſeſſione.Abbas conſ.56.Videtur primo,in fin.lib.1.

Abbates S. Benedicti habent multa priuilegia.Concl.XXII.

1 ABBATES S.Benedicti habent iuriſdictionem Epiſcopalem,& ſunt exẽpti: Ideo poſſunt vnire beneficia ad ſuam collationẽ ſpectantia,ſecus eſt, quãdo nõ habent iuriſdictionẽ Epiſcop.licet ſint exempti, & habeãt iuriſdictionem. Card.Zabar.conſ.47.Reuerende Pater,per totũ.

Vide ſupra Abbas quid poſſit circa beneficia. Concluſ.17.& Conci.præced. proxima,quę eſt 21.

2 Extende,quia poteſt vnire Grangias,& Manſes, quę ſunt ad illius adminiſtrationem conceſſa. Card.Zabar.d.conſ.47.num.3.

Vide ſupra Concluſ.17. in fi.n.11.

Vide plenius vnire Monaſteria ex quibus cauſis liceat Prælato Religioſo. Concluſ. 138.

3 Et poteſt præſcribere, vt committat curam animarum in Eccleſijs ſibi ſubiectis.Card.Zabar. d.conſ.47. num.3.

4 Imo abſque præſcriptione committit curam animarum in Eccleſijs ſibi ſubiectis, quando

Digitized by Google

ſubſunt eidem pleno iure, & talem commiſſionem facit tanquam Vicarius Epiſcopi. Card.Zabar.d.conſ.47.n.3.

5 In Beneficijs manualibus,& in quibus ad tempus poteſt inſtituere, poteſt etiam deſtituere ad libitum ſuum.Card.Zabar.d.conſ.47.n.3.

Abbas Farfenſis, & alij qui habent iuriſdictionem temporalem, quid poſsint. Concl.XXIII.

1 ABBATIA Farfenſis eſt de Territorio Eccleſiæ Romanæ, & in temporalibus Territorium Farfen.eſt Abbatiæ.c.ſi duobus,ad finem,de appellat. Rom.conſ.275.Quoad primum,in fin.n.9.ver.quæ quidem iuris Canonici.

2 Et ad Abbatem Farfen.ſpectant pleno iure Caſtra, & Territorium Farfen. & ideo licite potuit vnire Caſtri Tribici Territorium Territorio Caſtri Montopuli,vt per Rom. d. conſ. 275. in princip. & per tot. vbi, quod Abbates præſcripſerunt hoc ius vniendi, etiam non requiſito Epiſcopo, & quod tale ius eſt præſcriptibile.

3 Abbas Sancti Saluatoris de Monte Annato habet iuriſdictionem temporalem in dicto Caſtro ex conceſſionibus imperialibus. Ideo regularia ſpectant ad Abbatem,non ad Communitatẽ,niſi quædam ex concordia,quæ Communitati concedantur. Abb.conſ.6.In quęſtione,in princip.lib.2.vbi col.2.circa fi.quod appellatur ad Abbatem, tam in ciuilibus,quam in criminalibus.

4 Extende, quia habentes iuriſdictionem Abbates, ſi moriantur iuriſdictio ſpectat ad Conuentum,non autem ad Communitatem Caſtri,vel Ciuitatis.Abb.d.conſ.6.col.2.in fin.lib.2.

Abbas ſancti Galgani Senarum, & eius priuilegia. Conc.XXIV.

1 MONASTERIVM, & monachi ſancti Galgani hoſpitalitatem ſeruant,& magnas elemoſynas faciunt.Feder.de Sen.conſ.207. In Chriſti nomine Amen.Nos Gripholus,circa fin.ver.reſpondetur 1. vbi quod eſt ordinis Ciſtertienſis.

2 Exemptionem habent ab omnibus gabellis etiam pro vena ferrea, quam habent in Inſula Ilbę,ex qua ferrum artificio faciunt, & pro tranſitu nihil ſoluunt.Feder.de Sen.d.conſ.207.per tot.

3 Acquiſiuit Abbas S. Galgani de anno 1241. à Communitate Cluſij ſyluas,plana, & bona prope dictum Monaſterium,in loco dicto,Monte Sepio, de quo Bald.conſ.237.Factum ſuper quo.li.4.vbi, quod non venit in venditione ius gabellæ, & pedagij, quod habebat commune Cluſij,& idem dicit conſ.238.eod.lib.

4 Non tenetur ſoluere decimas,& alia onera,niſi in loco vbi eſt Monaſterium, videlicet,in Diœceſi Volaterrana,quia licet habeat bona in Diœceſibus Aretin.Maſſanen.Senen. & Groſſetan. in quibus fecit Grangias;tamen non poteſt compelli ad onera, niſi in loco Volaterrano, vbi eſt Monaſterium. Feder. de Sen.conſ.151. Thema tale eſt,per totum,ſequitur Caſtrenſ.conſ.8.col.fi. ver. vnde patet.lib.1.

5 Emit,ſeu acquiſiuit Monaſterium ſancti Galgani à Communitate Cluſina ſyluas,& bona prope Monaſterium in loco, qui dicitur Monte Sepio, de anno 1242. Bald. conſ.237. Factum ſuper quo conſilium,per tot. lib. 4. vbi quod non acquiſiuerunt iuriſdictionem, licet competeret Communitati vendenti, quia non eſt facta mentio, & propter exiguum pretium.

Abbas ex quibus remoueri poteſt. Concluſ. XXV.

1 ABBAS poteſt remoueri etiam ſi ſit confirmatus, ſi non eſt ſufficiens. Innoc.in cap.licet heli.num.2.de ſimon.

2 Extende, quia imo ſuſpectus Prælatus de dilapidatione poteſt remoueri ab adminiſtratione, & non ſufficit cautio de conſeruanda Eccleſia indemne. Abb.d.c.licet heli.n.20.de ſimo.vbi,quod probata ſuſpitione remouetur, non ante, ſed inhibetur alienatio.

3 Extende, quia Prælatus, & Pater quantuncumque boni ſi non corrigunt ſubditos, & filios malos,tenentur,& peccant,& puniuntur in hac vita, & in alia, quia citius moriuntur propter negligentiam, & peccatum in omittendo. Ita Abb. in d.c.licet heli.nu.2.in 1.notab.& ſeq. vbi Felin. in princ.de ſimon.

Vide Abbas, quid poſſit in ſuos Religioſos Concluſ. 7. per totam.

Abbatiſſa, quæ eſſe poſsit, vel non, & quando habeat dignitatem. Concluſ. XXVI.

1 ABBATISSA non poteſt fieri mulier corrupta, ſine diſpenſatione Epiſcopi, & non ſufficit mandatum generale Vicarij ad hoc. Calder.conſ. 70. An Vicarius generalis, alias 3. de offic. Vicarij.

2 Et quod debeat Abbatiſſa eſſe Virgo, alias non poſſit eſſe Abbatiſſa. Felin.in c.meminimus. num.4.de accuſat. Zabarell.in clementina attendentes. §. ſtatuimus, in quæſt. 10. & 11. de ſtat. monachor.

3 Extende, vt neque Epiſcopus poſſit diſpenſare cum moniali corrupta, vt efficiatur Abbatiſſa, quando corruptio eſt notoria. Calder.conſ.70. in fin. ver. item non tenuit, quod eſt 3.de offic.Vicar. Felinus cap. meminimus. num. 4. ver. numquid vero, de accuſat. Zabarel.in clementina attendentes. §.ſtatuimus. quæſt.11. num.3.de ſtat. monachor.

4 Bene Papa diſpenſat, quod corrupta viro fiat monialium Abbatiſſa. Cardin. Zabarell. in cap. attendentes. §. ſtatuimus, de ſtat. monachor. quæſt. 11.

5 Amplia, quia illegitima non poteſt eſſe Abbatiſſa. Felinus d. cap.meminimus. num. 4. de accuſation.

6 Amplia, quia Abbatiſſa non debet eſſe minor triginta annis, ſive eligatur, ſive prouideatur, ſive etiam coram Epiſcopo poſtuletur, quia Epiſcopus ſuper ætate non diſpenſat. Cardinal. Zabarell.in clement. attendentes. §.ſtatuimus.

mus. num.2.ver.quæro cuius ætatis, de stat.monach. & triginta anni debent esse completi . Zabarell.clement.fin.num.7.ver.fallit in Abbatissis, de ætat.& qualitat. Oldrad.cons.14.n.11.ver. & idem in Monasterio .

7 Dignitatem habet Abbatissa, sicut Abbas. Felin. cap. meminimus , de accusatio. num. 5.ver. vlterius quæro .

8 Restringe in Abbatissis, quæ non habent Conuentum, vel Collegium, prout sunt in Aragonia, quia multi Rectores dicuntur Abbates, & eorum vxores dicuntur Abbatissæ, sed improprie.Zabarel. in clem.attendentes.§. statuimus,in 5.quæst. n.2.de stat.monach.

Abbatissa electa confirmatur,& benedicitur,& quid operetur benedictio.Conc.XXVII.

ABBATISSA creatur per electionem , non autem per collationem Episcopi , & ad Episcopum spectat confirmatio . Alex. cons. 142. Viso processu . num. 10. ver. constat autem . lib. 6.

2 Abbatissa electa debet confirmari,& benedici, quæ benedictio est loco consecrationis . Felin.in c. meminimus,in princ. de accusat. & ibi etiam Abb. in princ. & alij .

3 Et licet Episcopus confirmatus , & non consecratus dicatur electus; non autem Episcopus;tamen secus est in Abbate , & Abbatissa , qui ante benedictionem dicuntur Abbas , & Abbatissa . Felin.c.meminimus, de accusat. in princ.

Vide Episcopus non dicitur ante consecrationem,sed electus.Conclus.231.

4 Quid operetur benedictio , an possit reiterari , & à quo fieri possit .

Vide Benedictio Abbatum , quid conferat , & à quibus fieri possit.Conclus.47.

5 Amplia in tantum Abbatissam debere benedici , vt si non recipiat benedictionem infra annum debeat priuari . Imo sit priuata ipso iure . Zabarel.in clem. attendentes . §. statuimus, in princip.& in fi.quæst. 12. vbi quod priuatur ipso iure , de stat. monach. vbi quæst. 11. quod non habet locum in Abbate .

6 Limita , nisi sit consuetudo in contrarium , puta , quia per quadraginta annos non fuerit facta benedictio,quia valebit. Card.Zabar.d.clem. attendentes.§.statuimus.n.2.ver. secundo quæro, de stat. monach. & latius in 3. quæstione , ibi , quinto quæro. Abb. d. cap. meminimus , de accusat.num.5.& seq.

7 Et Abbas benedictus habet collationem ordinum;non sic in Abbatissa, quia collatio ordinum est virile officium. Abb. d.c.meminimus. num.6. de accusat.

8 Et qualiter fiat eius electio . Vide Electio Abbatissæ qualiter fiat,& de forma elect. Concl. 87.

Abbatissa monialium quid possit etiam circa sacramentorum susceptionem. Concl.XXVIII.

1 ABBATISSA monialium potest non admittere nouitiam sibi præsentatam à Patrono Monasterij in fine anni professionis emittendæ , si non est idonea . Feder. de Sen.cons.95. super dubitationum. num. 2. ver. sed in hoc est differentia .

2 Ampliæ , quia sicut Abbas , & Conuentus potest repudiare hæreditatem sine solemnitate.Feli. in c.in præsentia.col.pen.n.57.de probation. qui * dicit * communem.Ita etiam Abbatissa cum Conuentu potest repudiare hæreditatem , vel legatum, & super quærendis præiudicare Monasterio, & transigere.Rom.cons.184.Visis,quę narrantur, * vbi Apostil.dat concord.& dicit * communem.

3 Ministros Monasterij masculos , & fœminas pro seruitijs Monasterij potest Abbatissa deputare , & assumere , etiam sine Patrona Monasterij , quia ista spectant ad Abbatissam , & Patrona non habet se intromittere . Feder. d. cons.95. num.3. in fin.ver. item super eo , quod quæritur, de familiaribus .

4 Cappellanum præsentatum per Patronum Monasterij potest impedire,ne instituatur, si est inuenis , vel non idoneus , & debent admitti oppositiones. Feder.de Sen.d.cons.95.nu.3.ver. item super eo, quod quęritur .

5 Declara , & restringe , quod Cappellanum iam institutum non potest Abbatissa amouere , etiam cum Conuentu;si tamen fuerit dignus amotione,debet amoueri ex facilioribus causis,quam amouentur alij instituti , etiam inuito Patrono. cap. ea , quæ, & cap. penul. de statu regular. Federicus dicto consil. 95.num. 3. ver. institutum vero .

6 Declara,quod si non admitterent Abbatissa, & Conuentus Cappellanum sibi datum , & institutum,possunt compelli per Superiores , per censuram Ecclesiasticam.Feder.de Sen.d.cons.95.nu.3. ver.item super eo,quod quęritur qua pœna .

7 Absoluere potest Confessor monialium exemptarum in casibus Episcopo reseruatis,quia exempti censentur;quasi habere iurisdictionem Episcopalem , vt not. in clem. vnica,de reb.Eccles. non alienan.& propter periculum recurrendi ad Papam, cui soli subsunt . cap.fin.de pœnit.& remiss. Feder.d.cons.95.col.3.ver. consequenter , circa præmissa .

8 Sacramenta debent Abbatissa , & Moniales suscipere à suo Cappellano instituto,& nó ab alio .

9 Amplia , quia imo si Abbatissa est exempta,vt non habeat proximum Superiorem super se,absq; alia licentia potest ipsa dare licentiam accipiendi Sacramenta suis monialibus;nisi Constitutiones sue obstent , etiam inuito Patrono , & alio Superiore . Feder. d. cons.95.n.4. col.3.in princ. ver. item ad id, quod dictum est .

10 Amplia , quia Abbatissa monialium, licet non possit exercere curã animarũ , potest tamẽ alteri committere curam,etiam amouendo ad beneplacitum . Rota decis. 21. de præben. quæ est Besignet. Felinus in cap. dilecta , in princ. de maior. & obedien.

11 Limita, nisi habeant priuilegia circa hoc deputandi,& assumendi ministros,qui præbeant Sacramenta; quia eadem priuilegia,quę habet Religio vniuersalis de illo ordine,competũt cuilibet Monasterio. Feder.de Sen.cons.95.nu.4.ver. item in eo, quod quæritur, quid dubij .

12 Limita,nisi Prælatus , ad quem spectat confirmatio Abbatissę daret licentiam , quod assumerent

rent Sacramenta ab alijs deputatis, vel deputandis. Feder. d. conſ. 95. n. 4. verſ. ſi vero de hoc.

13 Limita, niſi Cappellanus monialium deputatus ad hoc, daret licentiam, quod ab alio, vel alijs poſſent recipere Sacramenta, quia cum ſit ordinarius Curatus earum, poſſet hoc facere. Feder. d. conſ. 95. num. 4. ver. item videtur quod ille.

14 Declara omnes limitationes procedere in monialibus de licentia ſuæ Abbatiſſæ, quia alias ſine licentia Abbatiſſæ non poſſunt moniales, etiam de licentia Epiſcopi, vel Cappellani accipere Sacramenta ab alio, quam à deputato. Federic. de Sen. conſ. 95. num. 4. col. 3. in princip. ver. item circa hoc.

Vide Mulier non eſt capax multorum. Concluſ. 414.

Abbatia an ſit dignitas, & quibus æparetur. Concl. XXIX.

1 ABBATIA regulariter Epiſcopatui æquiparatur in multis; ſed tamen hoc non intelligitur niſi in caſibus à iure expreſſis. Oldra. conſ. 14. ver. non obſtat, circa fin. nu. 10. quia vt ipſe dicit, ibi, in princ. conſilij, inter inferiora beneficia computatur. cap. cum in cunctis. ſ. inferiora, de election.

2 Abbatiam non eſſe dignitatem, & ita fuiſſe declaratum, vel dubitatum, tenent Io. Monach. & Archid. in cap. licet. de præben. ſed ibi Io. And. dicit de vſu Curiæ hoc non ſeruari, quia vt ibi refert Franc. nu. 5. imo eſt dignitas in primo gradu. Felin. in cap. decernimus, in princ. de iudic. vbi refert iſta; ſed re vera Archid. & Io. Monach. non dicunt in locis allegatis: & quod ſit dignitas refert Collegium Paduan. conſ. 2. poſt conſ. Zabarell. num. 24. & ſeq.

Vide concl. ſeq. vbi, quod eſt dignitas, & æquiparatur Epiſcopatui.

3 Expectans non capit Abbatiam, quæ non cadit ſub nomine beneficij, cum ſpeciali nota ſit digna, quia dicitur in primo dignitatis gradu, ſicut Epiſcopatus. Lap. alleg. 85. num. 10. ver. ſed nunquid, & num. 11. qui etiam dicit, quod habet multas prærogatiuas, quia de ea conſiſtorialiter prouidetur, & non fit mentio in prouiſione de Cura.

4 Declara, quod Abbatia quandoque non eſt dignitas, nec habet curam, neque aliam prærogatiuam. Federic. de Sen. conſ. 132. Caſus talis eſt. num. 2. ver. & prima declaratio; quia conſuetudine poteſt introduci, quod beneficium perdat ſuam naturam, vt ibi, ver. & videmus.

5 Declara, quod antiquitus Abbatia non erat dignitas, ſed onus, quia poterat eſſe Abbas, non capax iuriſdictionis, hodie ſecus eſt, quia non aſſumitur niſi Clericus, & qui poſſit eſſe Sacerdos: Ideo hodie habet iuriſdictionem, eſt dignitas, habet poteſtatem excommunicandi Abbas, 511
& habet merum, & mixtum imperium in conſequentiam. Ægid. conſ. 5. num. 21. & 22. ver. Dominus Guilielmus.

6 Amplia in tantum Abbatiam eſſe dignitatem, vt etiam ſi ſit Abbatia monialium dicatur dignitas, & Abbatiſſa habet dignitatem, ſicut Abbas. Felinus in cap. meminimus. num. 5. ver. vlterius quæro, de accuſation.

Vide Abba, & Abbas quid ſint. Concluſione 3. maxime num. 4.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

Abbatia habet multa ſpecialia. Concluſ. XXX.

1 ABBATIA dicitur in primo dignitatis gradu, ſicut Epiſcopatus, & cæteræ dignitates appellantur inferiores. Lap. alleg. 85. nu. 11. vers. item Abbatia allegat. cap. ſi quis deincepa 16. quæſt. 7.

Vide Concluſ. præcedenti, vbi pro veraque parte.

2 Prouiſio Abbatiæ debet pronunciari, & expediri in Conſiſtorio, ſicut Epiſcopatus. Lap. d. alleg. 85. n. 11. ver. item de illis.

3 Cura, licet immineat Abbatiæ; non tamen de ea fit mentio in prouiſione, ſicut in prouiſione aliorum beneficiorum. Lap. alleg. 85. nu. 11. in fin. ver. item in illis.

4 Exequutor non datur in illis impetranti, ſicut in alijs. Lap. d. alleg. 85. n. 11. in fin.

5 Non cadit Abbatia ſub expectativa, quia appellatione beneficij non continetur. Lap. alleg. 85. num. 11. in princ.

Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Ablatum quomodo, & quando dicatur. Concluſ. XXXI.

1 ABLATVM dicitur quod manibus per raptum arripitur. Rom. conſ. 164. Hæc quinque argumenta, in princip. vbi Apoſtill. in ver. per raptum.

2 Aliquando auferre, pro accipere ſumitur. d. Apoſtil. ad Roman. conſ. 164. in princ. in ver. per raptum.

3 Ablatum male debet reſtitui, alias non dimittitur peccatum. cap. non dimittitur, de reg. iur.

Vide plenius in verſi Malè ablatum. Concluſione 23.

Et iterum ver. reſtituere. Concl. 303. vbi late.

4 Et reſtitutio debet fieri ei, à quo fuit male ablatum, ſi certa eſt perſona; ſi incerta acquiritur Eccleſiæ vniuerſali, & per eam, vel per Epiſcopum debet fieri reſtitutio, ſeu diſtributio pauperibus. Abb. conſ. 34. Attingam, in fi. lib. 1. vbi, quod eſt dubium, an teſtator, qui abſtulit, vel hæres eius poſſit ipſe eligere pauperes.

Vide legatum factum pro male ablatis non eſt proprie legatum. Concl. 144.

Ablatiui abſoluti important conditionem. Concl. XXXII.

1 ABLATIVI abſoluti ſapiunt, & important conditionem, vt ff. de vſur. l. cuictis. Calder. conſ. 546. alias 1. de verb. ſignific. l. cuictis agris. ff. de vſur. Bart. in l. 1. in 7. quæſt. ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. Rip. & alij in rubr. ff. ſolut. matrim. Alexan. conſ. 119. col. 2. lib. 1. Cornc. conſ. 156. n. 7. & conſ. 216. num. 4. lib. 4. plene Rimin. Iun. qui citat infinitos, conſ. 37. num. 9. & dicit,

Digitized by Google

dicit, quod ista conditio inducta debet impleri formaliter. Alex. conſ. 78. Viſo, in fin. lib. 5.

2 Et iſti Ablatiui abſoluti, reſoluuntur in, ſi, vel poſtquam. Ideo, ſi condemnatur poſſeſſor ad dimittendum bona ſolutis melioramentis prius, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi ſoluantur melioramenta prius, vel poſtquam prius ſoluta fuerint melioramenta. Ita Corne. d. conſ. 156. nu. 2. lib. 4. & conſ. 160. num. 7. eod. lib. Nam conditio ſuſpendit actum, vſque ad purificationem conditionis. l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. Socin. Iun. conſ. 1. n. 33. lib. 1. & conſ. 172. n. 15. lib. 2. & conſ. 145. nu. 7. lib. 3. Caſtrenſ. conſ. 249. Statutum Paduæ, col. 2. in princip. lib. 2. vbi Apoſtil. citat Bald. conſ. 9. libro 1.

3 Amplia in tantum, vt niſi primo conditio purificetur, non ponatur aliquid in eſſe. Calderin. d. conſ. 546. alias 1. de verb. ſignif.

Vide plenius Conditio nihil ponit in eſſe, & quando procedat. Concluſ. 591.

4 Extende etiam ſi proferantur à teſte important conditionem, Anchar. conſ. 331. Viſis diligenter, n. 3.

5 Extende, vt Ablatiui abſoluti importent conditionem momentaneam, non autem ſucceſſiuam, veluti ſi ſtatutum dicat, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant: Intelligitur, quod ſufficit momento extare maſculos tempore ſucceſſionis, quia licet moriantur, conditio fuit purificata. Baldus conſ. 111. Ad conſeruationem, in fi. lib. 2.

6 Extende, quia oblatio, quæ debet eſſe pura, ſi fiat conditionalis per ablatiuos abſolutos, non eſt bona, neque releuat offerentem. Alexan. d. conſil. 78. in fin. lib. 5. num. 29. ver. quinto, dicta proteſtatio.

7 Extende, quia ablatiui abſoluti important conditionem, ſiue proferantur à lege, ſiue ab Homine. Rainer. de Forli. conſ. 68. inter conſ. Signorol. n. 14. ver. & hoc ſic probo.

8 Declara, quia ablatiui abſoluti ab homine, ſemper important conditionem; à lege vero ſi profertur in vim narrationis, & ſequitur diſpoſitio iuris, & important conditionem; ſi vero præcedit diſpoſitio iuris, & ſequitur narratio per ablatiuos abſolutos non important conditionem, ſed narrationem, & diſpoſitionem. Signorol. Homod. conſil. 69. num. 18. ver. circa quod.

9 Amplia in tantum ablatiuos abſolutos importare conditionem, vt illa debeat impleri in forma ſpecifica. Rimin. Iun. d. conſ. 37. num. 9. & ſeq. vbi citat plures.

10 Et ideo ſi quis donat ſecundo loco per hæc verba, caſſata, & annullata prima donatione per donantem facta; donat eadem bona Titio, cenſetur donare ſecundo loco ſub conditione, videlicet, poſtquam prima donatio fuerit caſſata, & reuocata, vel ſi reuocabitur, & caſſabitur via iuris. Ideo ante purificatam donationem primam, ſecunda non habet effectum. Alex. conſ. 78. Viſis, quam eleganter, circa fi. ver. item ad vnum. lib. 4.

Vide Conditio ex quibus inducatur. Concluſ. 581. maxime n. 29. & ſeq.

11 Amplia, quia ablatiui abſoluti prolati ab eo, qui habet poteſtatem diſponendi important fideicommiſſum, l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. ff. de legat. 3. Alex. conſ. 185. Viſo titulo. nu. 5. ver. octauo videtur. lib. 2. vbi quod etiam important conſequenter diſpoſitionem.

Vide, Filij poſiti in conditione. Concl. 367.

12 Declarat idem Alex. d. conſ. 185. num. 18. in fi. & n. 19. ver. octauo non obſtat. li. 2. vbi dicit, quod licet verba enunciatiua conditionaliter prolata non diſponant; tamen fallit, quando per ablatiuos abſolutos, & verba ablatiui abſoluti diriguntur ad eum, qui vult agere.

13 Vel quando verba ablatiui abſoluti important quandam exequutionem circa rem, in quam inducitur fideicommiſſum, tunc diſponunt, & important fideicommiſſum, ſecus ſi important quandam denominationem. Alex. d. conſ. 185. num. 19. ver. præterea. lib. 2.

14 Vel quando verba enunciatiua ſunt per ablatiuos abſolutos vere, quia diſponunt, alias ſecus. Alexan. d. conſ. 185. n. 19. ver. vel, & quarto. libro 2.

15 Extende, vt idem ſit in ſtatutis, quia ablatiui abſoluti diſponunt, prout, ſi ſtatutum dicat, quod extantibus agnatis, mater non ſuccedat, quia agnati diſpoſitiue cenſentur vocati. Alex. d. conſ. 185. n. 6. ver. nono fortificatur. lib. 2.

Quando verba dicantur diſpoſitiua, vel enunciatiua.

Vide, in ver. Verba diſpoſitiua. Concl. 83.

Et quando verba enunciatiua diſponant, vel non.

Vide, Verba enunciatiua. Concluſ. 82.

16 Amplia, quia ablatiui abſoluti important conditionem, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. Alex. conſ. 119. Viſo proceſſu. col. 2. n. 1. in fi. ver. ſed iſta eſt, lib. 1.

17 Limita, vt non procedat, quando ablatiui abſoluti applicantur rei omnino extituræ, quia important diem, & non conditionem. Oldrad. conſ. 223. in princip. ver. ad quæſtiones, vbi quod vnio facta dignitati cedentibus, vel decedentibus Rectoribus beneficij vniti, non eſt conditionalis, quia dignitas eſt perpetuo duratura, ſicut ſi fieret perſonæ vnio propter incertitudinem.

18 Limita, quia ablatiui abſoluti non faciunt conditionem, quando iunguntur collationi bonorum faciendæ, per eum, qui honoratur. Nam Pater, qui inſtituit filias, deficientibus maſculis, remittendo dotes ſuas in communi, licet vna decedat, tamen tranſmittit ad ſuos ius legitimæ, quia illa verba abſoluta remittendo dotes ſuas, non important conditionem, quæ impediret tranſmiſſionem ad ſuos. Bald. conſ. 69. Cum ſtatutum Ciuitatis. num. 6. ver. item non obſtant, libro 1.

19 Limita, quia ablatiui abſoluti non faciunt conditionem, ſed modificationem, veluti ſi vicinus poteſt rem venditam retrahere ſoluto pretio, videlicet, quatenus ſoluat pretium, alias non. Caſtrenſ. d. conſ. 249. in fin. lib. 2. vbi ad hoc allegat plura iura.

20 Limita, quia nunquam important conditionem, quando poſſunt importare fideicommiſſum. Bart. in l. à teſtatore. num. 3. de condit. & demonſtrat. Corbul. tract. de iure, Emphyt. fol. 208. num. 7. vbi dat exemplum in vendente rem emphyteuticam, ſaluo beneplacito directi Domini, quia importat fideicommiſſum in Dominum, quando eſt deuentum ad traditionem.

21 Limita, quando eſt deuentum ad traditionem rei Emphyteuticæ, vel fœudi, ſaluo, & reſeruato

uato beneplacito Domini, quia valet alienatio, quoad contrahentes,& inducitur caducitas, tanquam de re alienata ſine conſenſu Domini; ſecus ſi eſſet dictum, ſaluo beneplacito, & non alias, aliter, nec alio modo. Corbul.d.tract.fol.107.& * ſeq. vbi plura adducit, & de magis * communi atteſtatur, ſicut etiam de communi. Clar. in §. emphyteuſis, nu.5. ver. item quæro, & in §.feudum.quæſt.31.nu.5. Tiraq.de retract.lignag.§.1. gloſ.2.n.26.& 28.

22 Limita, quia ablatiui abſoluti applicati ad determinationi verbi præſentis, vel præteriti, important diſpoſitionem, non conditionem; ſecus ſi verbo futuri temporis. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in princ.in ver. ruptis.

23 Limita, quia ablatiui abſolute prolati ab habente poteſtatem diſponendi, diſponunt, Rom. plene conſ. 32. Viſa municipali. n.7. ver.clarum enim eſt, vbi Apoſtil. in ver. diſpoſitionem dat concordantes. Bald. conſ.88. circa ſecundum. n.2.ver.ſecundo quia.lib.3.

Vide Regulam primam incerti Authoris. poſt Regulas Soc. Reg. 1. Ablatiui abſoluti regulariter faciunt conditionem, vbi ampliat tribus modis, & limitat quinque.

Abſentia multiplex,& in quibus excuſat, & in quibus non. Concl. XXXIII.

1 ABSENTIA eſt triplicis ſpeciei: Alia eſt neceſſaria, vt in bannitis, & iſta eſt omnino neceſſaria: Alia neceſſaria, & voluntaria, vt cauſa Reipublicæ: Alia probabilis, vt ſtudentium: Alia voluntaria omnino, vt ementium, & vendentium. gloſ.in l.aut religioſis. ff.de Procur. Felin.in c.conſultationibus, in princ.de off. delegat. Adde,& aliam abſentiam cum dolo, & proteruitate, prout in contumace, & qui non vult comparere, qui in ſui odium habetur pro præſente.l.properandum.§.ſin autem.C.de Iud.Tu vide plenius per Iaſ.in §.rurſus, in princip.inſtit.de actio. vbi ponit quinque genera abſentiarum, & de ſingulis tractat.

2 Neceſſaria bannitis ſemper nocet, & nunquam iuuat abſentem: quia bannitus, qui neceſſario abeſt, retinet omnia, quæ ſunt ei oneroſa: Ideo habetur pro præſente in damnoſis, vt ſoluat onera. Bald. conſ. 54.Statuto Terræ, ante med. ver.ſed contra.lib.5.& retinet munera oneroſa. Roman. conſ.73.num.3. ver.hęc autem regula. In reliquis damnoſis habetur pro forenſe,& peregrino, & abſente in eius odium. Alexand. conſ. 75. num.10. libro 1.

Vide Banniti, & relegati. Concluſ.53.

3 Neceſſaria, & voluntaria dicitur, quę cauſa Reipublicæ eſt, & iſta non debet nocere abſenti, neque alteri; ſed imo habetur pro præſente in fauorabilibus. l. abſentia.ff.de regul.iur.

4 Et dicitur ex cauſa neceſſaria abeſſe, qui ex cauſa Religionis abeſt, videlicet, fauore Religionis. Caſtrenſ.in l.filius familias.§.Procuratorem,in fi.ff.de Procur.

5 Voluntaria omnino aliquando nocet, & inducit pœnam: Ideo Curiales, qui ſine licentia ſe abſentarunt puniuntur reuertentes,& ſi per biennium ſteterint, ponuntur poſt quintum in ordine eius,quem præcedebant; ſi per triennium ponuntur poſt decimum; ſi per quadriennium incipiunt tanquam nouiſſimi; ſi per quinquennium ſpoliantur, & priuantur cingulo, quo erant honorati, & ſic pro mortuis habentur. Bart. in l. penul. C.de domeſt. & profeſſor.lib. 12. Alexan. conſ. 54. Viſo puncto.n.5.lib.4.quod eſt Vincentij Palęotti.

6 Sic Scholaris abſens à ſtudio per quinquennium priuatur matricula, & de nouo veniens ad ſtudium debet iterum matriculari. Alex. d.conſ. 54.num.5.lib.4.

7 Et forenſis, qui contraxerat domicilium in loco, ſi recedit, & ſtat abſens per quinquennium, præſumitur dereliquiſſe domicilium. Alexan. d. conſ.54. nu.5. lib.4. maxime quando reuerſus eſt ad Patriam ſuam.

8 Aliquando excuſat, vt ſaltem abſens voluntarie dicatur habere iuſtam ignorantiam; & ideo in damnoſis excuſatur. Oldrad.d.conſ.313. num. 7. & ſeq. vbi plura ponit exempla.

9 Item, ſiue ſit maior, ſiue minor reſtituitur in integrum ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, quia abſentia inducit iuſtam ignorantiam.

Vide,Reſtitutio in integrum ex clauſula. Concluſ. 289.

Vide, Ignorantia facti alieni.Concl.16.

10 Aliquando confert iuriſdictionem, vt abſens dicatur impeditus: Nam abſentia delegati, qui præuenit ſuum collegam in ſolidum,operatur; vt collega præuentus, qui non poterat procedere, procedat ſtante impedimento præuenientis, vel eius abſentia, quę equiparatur impedimento. Feder. de Sen. conſ. 230. Venit ad me. col.pen.num.2.verſ.reſtat autem cognoſcere.

11 Aliquando confert beneficium alteri, & cauſę, prout in Aduocato abſente, vel impedito, quia inducit excuſationem pro clientulo. Federic.de Sen.conſ.114.Super puncto,in princ.

Vide, In ver. Aduocatus, quando inducat excuſationem clientulo ſuo. Concl.231.

Aliquando nocet abſentia abſentibus.

Vide Concluſ.proximam ſeq.

12 Probatur abſentia multis modis, maxime per litteras abſentis ſcribentis ex loco remoto,quod ille eſſet in loco remoto. Feder. de Sen.conſ.230. in 4. reſponſio.incip.Quod autem. ver. item de abſentia.

13 Contrarium tenet Federic.in d.conſ.230. in 5. reſponſio.incip. Attendatis, in princ. vbi, quod non ſequitur,heri erat Piſis, ergo hodie eſt ibidē.

14 Declara, quia probatur de tempore litterarum ſcriptarum, & concordant prædicta.

Abſentia nocet in multis,& quibus. Concluſ. XXXIV.

1 ABSENTES pauperes à Ciuitate, vel loco domicilij, legantis pauperibus non continentur ſub tali legato,quod intelligitur factum pauperibus in Ciuitate, vel loco legantis. Alex. conſ.91.Repetitus.num.7. ver. item vltra prędicta. lib. 7.

2 Amplia, quia licet maritus teneatur adhibere medicos vxori, alias perdit lucrum quartæ, vel alterius partis dotis, tamen ſi mulier eſt extra Ciuitatem, non tenetur mittere medicum extra.

Digitized b

extra Ciuitatem. Alexan.d.conſ.91.n.7. lib.7.

3 Amplia, quia excuſſio bonorum fit de bonis ſub iuriſdictione Iudicis exequentis, non autem extra iuriſdictionem.Alex.d.conſ.91.nu.7.lib.7.

4 Sic abſentes, & extra Prouinciam, qui deberent intereſſe electioni, non vocantur,ſi commode fieri non poteſt. Alex.d.conſ.91.n.7. lib.7.

5 Sic abſens per longum tempus à Ciuitate, & Prouincia, qui prætendit cadere ſub legato qualificato paupertatis, non intrat in diſcuſſione facienda de pauperibus.Alex.d.conſ.91.num.7.& 8. lib.7.

6 Extende, maxime in abſente per decennium, quia præſumitur non habuiſſe animum redeundi. Alex.d.conſ.91. num. 8. ver.& per lapſum decennij, lib.7.

7 Amplia, quia in Curia eſt prouerbium vulgare, quod abſentes habentur pro mortuis.

8 Et ad ſonum Campanæ conuocantur comedentes ad tinellum, & pro abſentibus oſſa.

9 Amplia, quia abſentes, qui tenentur reſidere, puniuntur multis modis, vt in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap.1. & 2. de reform. iterum ſeſſ. 23. cap.1.de reform.& ſeſſ.23.cap.12.

10 Limita, quia abſens in multis releuatur, & eſt melioris conditionis in præſcriptione, quia habens titulum præſcribit decennio contra preſentes,& contra abſentes requiruntur viginti anni.

Vide Præſcriptio 16. annorum inter preſentes. Concluſ.572.

11 Item præſumitur ignorantia in eo, qui abeſt à loco, & datur reſtitutio, & multa ſimilia, quæ ſuis locis ſunt poſita.

Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Abſens, vel præſens quis dicatur. Concluſ. XXXV.

1 ABSENTES dicuntur eſſe Canonici, vel de Vniuerſitate, qui non ſunt in Ciuitate, vel in loco ſeruitij non degunt. l.quoties. C. de legation.lib.10.Ita intelligit Calder. conſ.3. de conſtit.in fi.

2 Abſens dicitur, qui eſt in alieno territorio. Bart.in l.3.§.1.in 8.quæſt.ff.de duob.reis. gloſ. & Angel.in auth.de fideiuſſ.in princ. Bald.in l.ſciendum,in princ.de fideiuſſ.

3 Amplia, quia abeſſe dicitur ad effectum conſequendi exemptionem, quæ conceditur abſentibus reuertentibus ad habitandum, ille, qui abeſt cum familia, licet quandoque fuerit in Ciuitate receſſurus, quia ſicut dicitur non eſſe in loco, qui acceſſit,ſtatim receſſurus, ſic etiam abeſſe dicitur, qui abeſt cum domicilio hoc caſu. Angel. conſ.270.Statuto Ciuitatis,per totum.

4 Amplia, quia in materia, an quis dicatur, vel preſumatur abſens, vel preſens, ſi ſunt diuerſi domicilij, dicitur quis abeſſe; ſi vero ſunt eiuſdem domicilij, dicitur præſens.Bal.conſ.431. Caſus talis eſt,num.2.ver.modo venio,lib.1.

5 Extende ampliationem, in materia præſcriptionis, quæ inter præſentes completur decem annis cum titulo, & inter abſentes viginti annis, vt is dicatur præſens, qui habet domicilium in eadem iuriſdictione, licet cum perſona ſua, diu fuerit abſens, quia ſibi imputandum eſt, Bald.conſ.488.Sequens quæſtio,in fin.ver,ſed dubitatur.lib.1.Et eſt text.clarus in l.fin. C. de præſcript.long.temp.vbi * omnes.

6 Et quod abſens, ſiue actor, ſiue reus ex cauſa voluntaria teneatur mittere procuratorem.Bart. & alij in l.1.num.3.ff.de diuer.& temporal. præſcriptio.

7 Declara,vt per Alexan.conſ.89.circa fin.lib.5. plene Soc.in cap.quoniam frequenter,vt lit.non conteſtat. Angel. conſ. 270. Statutum Ciuitatis, vbi quod is, qui reliquit familiam, & filios in loco,non dicitur ſe abſentaſſe,reſpectu domicilij.

8 Declara plenius, quia dicitur præſens ad effectum præſcriptionis, is, qui habitat ſub eodem Præſide, vel Ducatu;quia licet ſint Ciuitates, & loca diuerſa,tamẽ quando ſunt ſub eodem Principe,reputatur præſens:Quãdo vero Ciuitates ſunt diuerſi dominij, vel Ciuitates habent ſuum proprium Regnũ,& de facto non recognoſcunt Superiorem, tunc quælibet Ciuitas facit Prouinciam, prout Peruſium,& Senarum.Alex.conſ.89. Excellentiſſimi, in fin. num. 18. ver. item non obſtat. lib. 5. vbi Apoſtill. in ver. eodem, dat concordantes.

Vide Maſcard. plene Concluſio 7. An & quando abſentia in præſcriptione,

9 Onus autẽ probãdi,quod ſint ſub diuerſis Præſidibus, vt dicantur abſentes incumbit aſſerenti, ſecundum Alex.d.conſ.89.in fin. nu.18. ver. item non obſtat.lib.5.allegat Angel.in l.emptor. C. de præſcript.longi temp.atteſtantem vidiſſe millies ita ſeruari.Crauet.conſ.140.n.3.

10 Contrarium tenet Alex.conſ.92.Viſo,& opportune, in fin. num. 29. lib.5. vbi, quod debet eſſe cautus Aduocatus allegantis præſcripcionem decennalem, vt probet preſentiam cum titulo,alias ſuccumberet, quia preſentia eſt facti, & non præſumitur, & ibi Apoſtil. in ver. præſentem dat concordan.& reprobat Alex. d.conſ. 89. Crauet. conſ. 240.n.3.

11 Abſens, vel præſens dicitur ſecundum vſum communem loquendi, videlicet, qui abeſt à loco ſui domicilij, dicitur eſſe abſens, licet in loco habeat domicilium, quamuis aliquando ſit res dubia,an de abſentia perſonę,vel domicilij dicatur abſens.Caſtrenſ.conſ.94. Poſito quod iſta eſſet, in fin.ver. ſuper eo vero.lib.1.

12 Declara, quia abſentia in diſpoſitione ſtatutaria, intelligi debet magis proprie de abſentia perſonæ,etiam in materia preſcriptionis,quia licet ſtatutum patiatur interpretationem iuris cõmunis,tamẽ illud eſt verum,niſi ius commune diſponat improprie.Caſtrenſ.d.conſ.94. in fi.lib.1.

13 Declara totam iſtam materiam ſecundum plenam Apoſtil.ad Rom.conſ.454.In re præſenti. n. 3. In ver. à Ciuitate, vbi Rom. ad effectum, vt quis dicatur abſens, vt poſſit facta diligentia citari ad domum, quod debet eſſe abſens à Ciuitate, & Comitatu, quia in materia indifferenti appellatione Vrbis venit Comitatus, & Apoſtil. in princ. citat Dec. in cap.cum omnes.num.7.de conſtit.

Secundo, abeſſe dicitur, qui extra Vrbis continentia reperitur.d. Apoſtil.in ver. à Ciuitate. verſ. 1.

Tertio, qui abeſt à iudicio dicitur abeſſe. d. Apoſtil.

Quarto, qui non eſt in Prouincia dicitur abeſſe, vbi ſupra.

Quinto,

Quinto, quando tantum abeſt, quòd vox exaudiri non poteſt, vbi ſupra.

Sexto, qui in loco eſt, ſed de facili conueniri non poteſt. vbi ſupra.

Septimo, qui extrà Regnum eſt, dicitur abeſſe, vbi ſupra.

Octauo, qui non eſt in Diœceſi, dicitur abeſſe, vbi ſupra.

Nono, qui in Territorio quidem eſt, ſed non ſinè maximo incommodo venire poteſt, vbi ſupra.

Decimo, qui latitat, quiquè ſi præſens eſſet iudicium ſuſcipere compelleretur, vbi ſupra.

Vndecimo, qui in domo non reperitur, vbi ſupra.

14 Et diuerſis reſpectibus conſideratur abſentia: Nàm ad effectum, vt creditor non teneatur facere diſcuſſionem contra principalem abſentem, & abſens dicitur, qui eſt in alieno territorio, videlicet, non in territorio, vbi iudicium agitatur, ſecundum veras concluſiones, Alex. conſ. 100. Diſcuſſus, nu. 11. ver. & accipitur abſens. lib. 5. Rom. conſ. 93.

15 Contrarium, quòd imò ſufficiat, quod principalis debitor ſit in loco vicino, & facilis diſcuſſionis, vt non ſit abſens, ſed præſens, tenet Alex. conſ. 84. in fi. lib. 3. quem ſequitur Apoſtil. ad Alex. d. conſ. 100. num. 11. lib. 5.

16 Et an abſentia, vel præſentia præſumatur, & quis probare debeat.

Vide Præſentia quando preſumatur in actu, vel non. Concluſio. 605.

Vide etiam Maſcardum concluſione 5. An, & quando præſentia, vel abſentia præſumatur, & concluſio 6. vbi quando abſenti præſumatur in bonam, vel malam partem, & concluſ. 7. vbi quod in præſcriptione, & concluſio 8. quid in iudicijs, & concluſio 9. quid in ſtipulationibus, & concluſio 10. & 11. quomodo probetur.

Abſentes quando, & in quibus vocandi ſunt. Concluſ. XXXVI.

1 ABSENTES vocandi ſunt in quatuor caſibus in toto iure Can. videlicet inelectionibus, item in collationibus prębendarum, quando pertinet ad Capitulum, item in receptione Canonicorum, item in ceſſationibus à diuinis, & in primis tribus caſibus, non eſt nullum, quòd fit ipſis non vocatis. ſed poteſt appellari, & agi de cõtemptu, in quarto caſu, quando fit ſtatutum contra ceſſantes à diuinis, omnes ſunt vocandi, & ſi non vocãtur, erit nullum. Oldrad. conſ. 259. impugnatur, col. fi. num. 8. ver. prætereà nos poſſumus.

2 Adde quod in ijs, quæ fiunt ex neceſſitate, vt electiones, & ſimilia, non eſt nullum, quod ſit non vocatis abſentibus, quia poſſunt appellare, & proſequi contemptum: in ijs verò, quæ fiunt ex voluntate, & in quibus agitur de ijs, quæ ad ſingulos pertinent, tunc factum non vocatis abſentibus eſt nullum, Oldrad. d. conſ. 259. num. 8. ver. vel poteſt intelligi.

3 Declara, quia abſentes non ſunt vocandi niſi in tribus caſibus, vbi agitur de electione, receptione Canonicorum, & ceſſatione à diuinis. quando due partes ex tribus ſunt præſentes, ſed ſi non ſunt præſentes duę partes ex tribus, videntur vocandi abſentes, ſecundum Calder. conſ. 3. An duæ partes, de Conſtit. qui dicit in tribus caſibus debere vocari, etiam ſi duæ partes ex tribus ſint pręſentes, in alijs non; & ita intelligi gloſ. in c. cum omnes de conſtit. quod conſilium duplicatur conſ 260. alias 4. de ijs, quę fiunt à Prelat.

4 Declara, ſecundo, quia pręſentes in loco, vbi morantur ad ſeruitia debent in omnibus vocari, alias ſtatutum, & actus celebratus non vocatis pręſentibus in loco eſt nullus. Calder. d. conſ. 3. de conſtit. in fi. ver. ſi vero non requiſiti, allegat text. in l. quoties, C. de legatio. lib 10. vbi etiam Bart. quod duplicatur conſ. 260. alias 4. de ijs, quę fiunt à Prelat. & intelligit pręſentem, vt nedum ſit in loco, ſed etiam inſeruiat.

5 Amplia, quia vbi agitur de alienatione bonorum Eccleſię abſentes de Capitulo ſunt vocandi ſecus in alijs contractibus, Bald. conſ 475. quidã Io. Abbas num. 11. ver. ſaluo quod ad illud, lib. 1.

6 Amplia, quia non vocati dicuntur contempti, & contemptus poteſt annullari facere actum factum, eo contempto, qui debuit fieri eo vocato.

Vide, Contemptus qui debuit vocari concluſ. 962.

Abſens an poſsit puniri, & anpoſſit contra abſentem Iudex procedere, & quando, Concl. XXXVII.

1 ABSENS licet de iure Ciuili non poſſit puniri, tamen eſt ſecus de iure Canonico, quia ſufficit, quod liqueat de cauſa, & illa ſit cõteſtata, Oldrad. conſ. 65. in prine.

2 Amplia, quod Abſens poteſt excõmunicari, Oldrad. conſ. 183. num. 6. tamen non incurrit irregularitatem, ſi ignorans celebrat, Oldrad. conſ. 184. num. 8. & ſeq.

3 Amplia, quia Epiſcopus ad finem extirpandi vitia ſuę Diœceſis poteſt procedere contra abſentem, Lap. alleg. 10. num. 2. ver. hic multa effundit, & nu. 3. vbi, quod vbi agitur de periculo animæ proceditur contra abſentem.

4 Amplia, quia contra vſurariũ abſentẽ poteſt procedi ad declarationem contractus vſurarij celebrati in loco procedentis, etiam ſi vſurarius non ſit ſubditus, Lap. alleg. 16. numero. 4. ver. ſecundo, dubitat.

5 Amplia in omni cauſa beneficiali, matrimoniali, & alias de ſui natura ſummaria, in qua cõteſtatio litis non requiritur, quia contra abſentem poteſt procedi, & ſententia ferri, Lap. d. alleg. 10. num. 4. ver. ſecundo dubitat, vſq. ad verſ. tertio diſputat.

6 Amplia, quod contra abſentem poteſt procedi ad miſsionem in poſſeſsionem, & ad omnes actus, qui loco miſsionis ſunt, Lap. d. alleg. 10. nu. 4. ver. ſecundo dubitat.

Vide Miſsio in poſſeſsionem quibus equiparetur, Concluſione 288.

7 Amplia, quia de iure Canonico abſens, qui aufugit ex carcere poteſt condemnari ad carceres perpetuos, Io. de Anan. conſ. 1. num. 7. vbi Bolognin. Apoſtill. ibi num. 18.

8 Amplia, quia vbicunque abſens, ſeu fugiens habetur

betur pro confeſſo poteſt contra eum procedi.l. in eos ff. de cuſtod. reorum, Florian.de S. Petro queſt.2. num. 11. ver. quinto talis fugiens; qui tamen intelligit, quod fugiens effracto carcere habetur pro confeſſo de iure communi, ſecus ſi negligentia cuſtodis carceratus fugiat ſine fractura.

9 Amplia,quando abſens eſt cõuictus de delicto, quia poteſt condemnari. Florian. de S. Petro d. queſt. 2. num. 11. ver. quinto talis fugiens.

10 Amplia, quia poteſt procedi contra abſentem, quando eſt vere confeſſus.

11 Extende, quia abſens poteſt condemnari ex confeſſione iudiciali facta, licet proceſſus ſit nullus, Innoc. in c. qualiter,& quando, de accuſat. Bart. in l. ſi. confeſſus ff. de cuſto. reorum.

12 Declara,quia ſi eſt coram Iudice incompetenti omnino,ita quod non poteſt etiã iuriſdictio prorogari, proceſſus, & confeſſio ſunt nulli, & nullo modo poteſt condemnari,licet profit,ne poſſit poſtea confeſſus variare, etiam coram competenti, Florian. d. quæſt. 2.in 1.part. in fi. num. 13.ver. ſecundo caſu.

13 Si vero proceſſus eſſet nullus non defectu iuriſdictionis, ſed quia non ſint ſeruata ſolemnia, vel propter defectum perſonæ accuſatoris,ſi principaliter agitur de delicto,& accuſatus confitetur expreſſe,poteſt condemnari,ſi vero tacite, vel in conſequentiam alterius delicti,non poteſt abſens condemnari,Florian. d. queſt. 2. in fine principij num. 13. ver. aut eſt facta.

14 Reſtringe, quando confeſſio eſt extraiudicialis, quia non præcedente valido proceſſu abſens non poteſt condemnari, Florian. d. queſt. 2. nu. 12. ver. dico ergo.

15 Reſtringe, vt idem ſit, quando confeſſio eſſet coram Iudice,ſed non in forma iudicij,Florian.d. queſt. 2. num.12.ver. idem ſi coram Iudice.

16 Limita de iure Ciuili, quia abſens non poteſt puniri in cauſa capitali.l. abſentem, C. de accuſ.
* & eſt cõmunis *opinio,Clar. in §.fi. queſt 44. in princ.quia non poteſt haberi pro confeſſo; plene Florian. de Sancto Petro, queſt. 2. num. 9. & ſequen. ver. nunc veniamus.

17 Et hanc eſſe regulam, quod in cauſa capitali abſens non poteſt condemnari,ponit Bart. in extrauag. ad reprimendum,in ver. nec ex eorum abſentia,circa fi. num. 16. ver. & regulariter.

18 Extende, vt procedat etiam ſi liquide conſtet,
* de delicto * communem dicit de iure Comuni Iul.Clar. §. fi. queſt. 44. in princ.

19 Extende, quia etiã de iure Canonico nõ poteſt deueniri ad condemnationem lite non conteſtata,& ſic contra abſentem *communem dicit Abb.
* in c. veritatis. poſt num. 20. & 27. de dol.& contum. ſequitur Clar. d. §. fi. queſt. 44. in princ.

20 Extende in tantum, quod in criminali cauſa contra abſentem,non poſſunt teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam, Clar. d. §. fi. queſt. 44. in princ. ver. & hoc adeo verum, vbi dicit
* communem.

21 Reſtringe, quia ille text. non procedit quando pœna minor, quam capitis imponitur,prout eſt pœna perpetui carceris, Ludouic. Bologn. in addit. ad conſ. 1. Io. de Anan. num. 18. in fi.

22 Reſtringe, quando imponitur pœna relegatio-
* nis,& infra * communem dicit Clar. d. queſt. 44. in princ. ver. hanc tamen concluſionem, Flo. in 2. queſt. num.11. ver. 2. vbi, quod ſi pœna eſt arbitraria,& à relegatione infra, poteſt procedi à relegatione ſupra,ſecus, * communé dicit
* d. queſt. 2. col. penul. num. 11. in fi.vbi loquitur ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non.

23 Reſtringe in crimine læſæ maieſtatis, vt in extrauag. Federici,item in alio caſu.l.lex Cornelia §. conſtitutum,ver.& qui hoc crimine.ff.de ſicar. item in caſu l. ne diu. C. de pœnis, ita Florian. de Sancto Petro in queſt. 2. num. 9. in fi. ver. ſecundo qualitas.

24 Vide omnino Bart d. extrauag. ad reprimendum, quæ eſt Henrici ſeptimi, in ver. diffinitiuam; vbi quod de iure antiquo poterat procedi, quia ſuperuenit prohibitio iuris Ciuilis per l. abſentem ff. de pœnis,& allegat alias leges, ex quibus contra abſentem procedi poteſt.

25 Modus autem procedendi contra delinquentem abſentem de iure cõmuni eſt, quia citatur ad comparendum, & ſe excuſandum de delicto, ſeu fit intimatio, quod compareat infra certum terminum,& ſi erit contumax, Iudex facit eius bona inuentariari, & deinde facit eum citare per proclamata,vel alias,prout ſtatutum diſponit, & fit intimatio,quod bona eius ſunt annotata, & ſi infra annum comparet, & ſe defendit, debet abſolui cum reſtitutione bonorum, ſi vero poſt annum compareat licet probet innocentiam, bene abſoluitur,ſed bona nõ reſtituuntur propter contumaciam, ita Clar. queſt. 44. col. 1. in fi.

26 Sed hodie de conſuetudine Italiæ ꝓpter ſtatuta non fit adnotatio bonorum, ſed duntaxat mobilium, & loco adnotationis immobiliũ ſucceſſit bannum,Clar d.queſt. 44. num. 3.ver. ſedhodie.

Vide plenius contumax pro delicto, qualiter condemnetur. Concl. 1017.

Abſenti non acquiritur niſi per nuncium, vel epiſtolam, & quomodo procedat. Con.XXXVIII.

1 REGVLA, quod abſenti non acquiritur, niſi per nuncium, vel epiſtolam, & non ſufficit,quod quis faciat pactum, vel acceptilationem, vel repudiationem actionis ſibi competentis,etiam in iudicio,niſi Iudex acceptauerit, Caſtrenſ. plene conſ. 393. Vt attingamus, num. 2. ver. pro cuius intelligentia, lib. 1. & iterum conſ.183. In cauſa, qua vertitur, col 2. ver. ſecundo principaliter, lib. 1. vbi quod concordia ſine nuncio, vel epiſtola non valet inter abſentes.

2 Amplia, quia obligatio nulla contrahi poteſt cum abſente, niſi interueniat nuncius, vel epiſtola, & tunc requiritur acceptatio abſentis, Anchar. conſ. 398. Dominus R. in princ. Alex. conſ. 131. In cauſa.num. 6. & ſeq. in fi. ver. neq; prædictis obſtat, lib. 4. ideo concordia non valet inter abſentes, niſi interueniat nuncius, vel epiſtola, Caſtrenſ. conſ. 183. In cauſa, quę vertitur, col. 2. ver. ſecundo principaliter, lib. 1.

3 Extende in familiaritate, in donatione, in collatione beneficij,& alijs quę non inducũt acquiſitionem abſenti,niſi acceptauerit,Anchar. d.cõſ. 398. in princ.

4 Amplia, quia poſſeſſio non acquiritur abſenti, niſi poſt ratificationem, & Socin. Iun. conſ.136.
num.

Digitized by Google

num.10.& ſeq.lib.2.Caſtrenſ.conſ.332. In cauſa Silueſtri.col.fin.ver.ſolum reſtat tollere. lib.1.

5 Extende, quia abſenti non acquiritur etiam per conſtitutum poſſeſſio ciuilis, licet per Notarium fit facta acceptatio,quia requiritur acceptatio eius,ad cuius fauorem fit, quia animo fit acquiſitio poſſeſſionis.Socin.d.conſ.126.nu.10. & ſeq.lib.2.vbi quod illud,quod dicitur per conſtitutum acquiri poſſeſſionem, habet locum, ſi fiat præſenti,ſecus ſi abſenti.

6 Contrarium tenet Caſtrenſ.conſ.183.In cauſa, quæ vertitur.col.final.lib.1. vbi quod teſtes eſſe poſſunt loco Nuncij.

7 Amplia,quia dominium non acquiritur abſenti.Caſtrenſ.d.conſ.332. col.fin.ver. ſolum reſtat. libro 1.

8 Amplia, quia abſenti, & ignoranti ex contractu inter viuos,non acquiritur actio, nec obligatio,quia requiritur præſentia vera,vel ficta, & dicitur ficta,quæ eſt per medium Nuncij, vel litterarum.Ægid.Bellam.conſ.8.in princ.

9 Extende, quia alteri per alterum non acquiritur obligatio.l.obligatio iſta. ff.de verb. obligat. Ægid. d.conſ.8.n.3.

10 Contrarium tamen de iure Canonico tenet idem Aegid.d.conſ.8.n.4.ver.tertio videtur idem poſſe.

11 Declara, quia etiam de iure ciuili abſenti acquiritur,& per alterum in tribus caſibus.

12 Primus,ſi quis donat rem propriam alicui;ita quod in certum caſum deueniat ex liberalitate donantis alteri abſenti vel futuro in eſſe. l. quoties.C.de donatio.quę ſub modo.Aegid.conſ. 8.n.6.ver.primus caſus.

13 Secundus caſus,ſi quis paciſcatur ſuper re ſua, etiam ceſſante donatione, quod ad alium perueniat certo caſu, quia alteri per alterum acquiritur actio. l. publica, in princ. ff. de Procurat. cum ibi not. Aegid. d. conſ.8. num.6.ver. ſecundus caſus.

14 Et idem ſi paciſcatur de re non ſua,quę futura eſt ſua,vt in fœudo fœminæ, quæ non habet filios in poteſtate;tamen illis,& extraneis acquirit fœudum.Aegid.vbi ſupra,vbi idem in emphyteuſi, & dicit ſe ita Romæ iudicaſſe.

15 Tertius caſus eſt, quando vni donatur contemplatione alterius, quia ſi conſtat de voluntate donantis, acquiritur actio ei, cuius contemplatione donatur.Aegid.d.conſ.8.num.6.ver.tertius caſus eſt.

16 Idem, ſi recipiens acquirat nomine abſentis. Aegid. vbi ſupra.

17 Idem,ſi recipiens eſt talis,per quem conſueuit, & poteſt de iure acquiri illi, cuius contemplatione donatur.Aegid.vbi ſupra.

18 Amplia, quia recipiens Inueſtituram fœudalem pro ſe, & fratribus abſentibus, non acquirit fratribus, neque eorum filijs, niſi ratificauerint Inueſtituram.Alex.conſ.22.Viſo titulo, in princ.lib.5.vbi Apoſtil.in ver. ratificata, vbi in fin. tuetur hanc partem, quia adeſt mutua obligatio oneroſa.

19 Contrarium tenent plures, quos eadem Apoſtilla ad Alex.d.conſ.22.lib.5.in ver.ratificata.

20 Amplia, quia ſi fiat delegatio debitoris per Eccleſiam alicui creditori Eccleſiæ, vel alterius perſonæ, non valet delegatio, donec ſit acceptata per creditorem, cui facta eſt, ideo ante poterit exigi à debitore delegato per delegantem.Dinus conſ. 17. Thema tale eſt,quędam Eccleſia, in princ.

21 Extende, vt idem ſit in eo, cui à teſtatore eſt legatum, quod ſoluat, quia licet miſerit Epiſtolam ille delegatus ad ſoluendum ei, cui eſt facienda ſolutio, tamen poteſt pœnitere delegatus, antequam Epiſtola ſit acceptata. Dinus d.conſil. 17.n.6.ver.item ad præmiſſa,

22 Amplia,quia ſi tradidi alicui non Procuratori abſentis rem aliquam perferendam ipſi abſenti, non acquiritur dominium,antequam ei fiat traditio, licet tertio fuerit facta traditio contemplatione abſentis. Dinus d.conſ.17.num.4.ver.& ad huius confirmationem.

23 Extende idem in donatione, quia ſi dono, & trado miniſtro rem donatam, vt perferat ad donatarium, antequam ipſe acceptet,non acquirit aliquid. Dinus d. conſ. 17.num.5. ver. item pro hoc facit.

24 Extende idem in venditione, & omni contractu, qui poſſit fieri cum abſentibus, quia ſi non interuenit Procurator,non habet locum ille contractus, donec ab abſente fiat acceptatio. Ita, quod ſi non acceptet, actus habetur pro non facto.Dinus d.conſ.17.num.5. ver. item communiter ſentiunt,vbi dicit * communem.Alexan.conſ. 40.circa primum,in fi.lib.5.

25 Amplia, quia non valet pax, neque remiſſio iniuriæ facta abſenti,niſi aliquis pro abſente acceptauerit.Alex.conſ.131.In cauſa. num.9. lib.4. ver. vbi dicit, quod remiſſio, & dicit * communem.

26 Amplia, quia abſenti ſi per Epiſtolam aliquid conceditur etiã in fauorabilibus, imo in libertate conceſſa,non acquiritur,nec Epiſtola habet effectum, niſi poſtquam peruenerit ad illum, cui ſcribitur.Oldrad.conſ.183. Factum tale eſt, vacante. num.6.ver. item alia ratione, cum ſeq.

27 Amplia, quia ſi quis faciat obligationem vice, & nomine Titij abſentis,pro quo de rato,&c. quia non repræſentat Titij perſonam propriam vere. l. oſſa, ff. de religioſ. & ſumpt. fune. ratificatio vt valeat, requiritur præſentia partium, vel ſaltem Nuncius, vel Epiſtola. Socinus conſ.105.lib.4.

28 Amplia in tutela, quia licet tutor non poſſit dari habenti tutorem; tamen poteſt dari, quando primus tutor fuit datus abſens, & nondum acceptauit tutelam. Bald.conſ.144.circa fin.ver. & ſic etiam datur nouus tutor,lib.4.

29 Amplia in tantum abſenti non acquiri, vt ſi ego deſcribo Titium abſentem creditorem meum in meo libro, licet Titius abſens ratam habeat talem deſcriptionem; tamen ego non ſum obligatus ipſi Titio. Dinus conſ.17.Thema tale eſt, quædam Eccleſia, in princ.

30 Amplia,quia ex ſcriptura priuata non acquiritur abſenti.Innoc.c.1.de fid.inſtrum.

31 Declara, vt per Rom.conſ.86.n.11. ver.quinto non videtur.

32 Amplia, vt multo magis procedat in re odioſa, quia ſi quis abſens excommunicatur non habet locum, niſi poſtquam litteræ peruenerint ad excommunicatum, quando per litteras erat lata excommunicatio, puta, vniuerſis, & ſingulis. Oldrad. d.conſ.183. num.6. ver. item alia ratione, cum ſeq.

Decla-

33 Declara, quod licet ignorans excommunicatus non incurrat irregularitatem, si celebret: tamen detecta excommunicatione, & inducta scientia repellitur ab electione de eo facta, post excommunicationem. Oldrad. consil. 184. nu. 8. ver. nititur etiam, cum seq.

34 Amplia in commissione compromissi facta à Iudice, vel à partibus, quia potest fieri absenti, sed antequam acceptauerit, potest Iudex talem commissionem reuocare. Bald. consil. 144. Factum sic proponitur, per totum, maxime circa med. ver. in contrarium, lib. 4.

35 Acceptatio compromissi inducitur, si arbiter procedere patitur coram se. Anchar. consil. 261. n. 1. ver. praterea apparet.

36 Absenti si concedatur iurisdictio per litteras is non habet iurisdictionem, nisi postquam litteras receperit. c. super eo, il 2. de appell. Oldrad. consil. 183. n. 7. ver. cum in re etiam.

37 Amplia, vt idem sit quando Iudex ex forma statuti elegit arbitrum absentem, quia antequam habuerit notitiam, & acceptationem fecerit, nedum non habet iurisdictionem, sed alius potest eligi eius loco. Bald. consil. 144. Factum sic proponitur. lib. 4.

38 Amplia, quia idem est in omni contractu, & donatione, quia si donatur absenti, etiam Notario stipulante, non acquiritur absenti dominium, donec ratificauerit. Decius late consilio 225. num. 8. vsque in fin. incipit, Magister Joannes, vbi multa ponit exempla in constituto, donatione, & alijs: plenissime Rotan. allegat infinitos cons. 19. in princip. libro primo, licet ipse teneat contrarium. Bero. consilio 4. per totum, libro primo. Castrens. consilio 195. In secundo dubio, libro secundo; vbi, quod stipulatio Notarij nihil operatur, nisi sequuta ratificatione donatarij, quia tunc vtilis sine cessione acquiritur, & hanc communem * dicit Purpur. consilio 396. num. 56. & sequen. maxime num. 58. & hanc etiam tenet Rota Romana in nouissimis, parte prima, decisione 683. num. 3. & sequen. ver. sed caue, & vide infra num. 86. vbi procedit in omni contractu.

39 Extende, quia ante acceptationem factam, poterit donans reuocare donationem, etiam si Notarius sit stipulatus pro absente donatario. Castrens. consil. 195. Visis ijs, in secundo dubio, lib. 2. sequitur Dec. cons. 432. Cum sit, in fin. Socin. Iun. cons. 116. num. 14. & seq. lib. 2. Idem Dec. cons. 226. & cons. 598. Visis ijs, in fin. Gerard. Mazol. cons. 66. in princ. vbi, quod pro hac parte fuit iudicatum, prout etiam ita vidisse iudicari, dicit apostil. ad Dec. consilio 238. communem * dicit Alciat. in cap. cum contingat, num. 244. de iur. iuran. quem citat cum multis alijs. Roland. cons. 19. num. 10. lib. 1. licet postea teneat contrarium.

Vide plenius Donatio facta absenti, quando possit reuocari, vel non. Conclus. 640.

Vide Notarius tamquam publica persona potest multa, & quę non. Conclus. 99.

40 Contrariũ, quod imo si Notarius sit stipulatus pro donatario absente, donatio nõ possit reuocari, quia acquiritur absenti, ita quod ad hæredes eranſmittit, tenet Socinus Iun. consil. 118. lib. 3. vbi num. 13. & sequen. dicit * omnes ita tenere, allegat Castrens. sibi contrarium, in l. qui Romę. §. Flanius. ff. de verborum obligat. Dec. quoque sibi contrarium cons. 238. Primo non videtur. col. 3. ver. non obstant allegata. Corne. cons. 50. lib. 1. & consil. 2. Viso supradicto, vol. 4. & plenius idem Socin. cons. 67. num. 8. & seq. & cons. 127. num. 8. lib. 3. vbi dicit * communem, & hanc tenet Socin. Sen. cons. 136. Multum eleganter. circa finem. ver. secundo, & vltimo, lib. 1. infinitos pro vtraque parte allegat Roland. à Vall. consil. 19. per totum, & hanc veriorem tuetur, num. 22. libro primo; vbi reprobat Alciat. in cap. cum contingat, dum dicit contrariam * communem, & dicit non verum, & Cranet. consil. 19. num. 10. ver capio tertium.

Vide plurimos, in ver. Emens, pro persona nominata, & nominanda. Conclusione 132. num. 30. ver. Extende etiam si prima, & Conclus. ibi proxima seq.

41 Declara, vt per Rusn. cons. 47. num. 2. & seq. maxime num. 4. lib. 5. quod per Notarium acquiritur absenti etiam ante ratificationem, sed reuocabiliter, post acceptationem irreuocabiliter, & quod est somnium dicere, quod non acquiratur, & repetit cons. 119. num. 8. lib. 1. vbi quod absens poterit non velle acceptare, ideo acquiritur reuocabiliter.

Declara, quia si constaret de mente, prima opinio, & extensio procederet, alias non. Ita Socin. Iun. cons. 67. n. 8. lib. 3. cum seq. vel alio modo, vt idem Soc. Iun. cons. 118. Visis, num. 13. lib. 2. & seq. quia licet sit dubium, quando, dono tibi, vt post mortem tuam Caio acquiratur, pro quo Caio nullus acceptauit, tamen quando Notarius pro eo acceptauit, non fit reuocatio, & nu. 16. dicit * communem,

42 Declara, quia, vt acquiratur vtilis sine cessione, sufficit, quod Notarius stipulatus fuerit, vel acceptauerit pro absente, nec requiritur acceptatio, quoad vtilem actionem. Alex. cons. 31. num. 16. lib. 6. vbi apostilla ponit concordantes plurimos, secus quoad dominium. Purpur. d. cons. 396. nu. 56. & seq. vbi num. 58. dicit * communem.

Vide etiam plenius infra n. 72. & multis seq.

43 Extende in tantum, vt etiam non possit sequi ratificatio in præiudicium eius, cui medio tempore ius acquiritur. Dec. cons. 225. nu. 14. plene Bologn. cons. 39. n. 6. Corne. cons. 221. n. 10. & seq. li. 3. Mazol. cons. 66. nu. 10. & seq. late Tiraq. de constit. in 3. parte. limit. 30. n. 6. & seq.

44 Extende, vt procedat etiam stante statuto, quod absenti acquiratur sine cessione, vt est Bononiæ, super quo Bologn. cons. 39. in princ. per totum, quia intelligitur sequuta ratificatione absentis, & ita tenet Montrerentius Glossator in dicto statuto, rubr. de concessione contra commune, in fine, in vltima glossa, vbi pro vtraque allegat, & hanc tenet.

45 Contrarium in statuto Bononiæ tenuit Grat. cons. 12. lib. 1. nu. 27. & hanc tenuit Rota Bonon. vt citat glos. in d. statuto, de cessio. contra commune, in vltima apostilla.

46 Extende idem si extent litterę Principis, quod absenti possit acquiri, & donari, quia debent intelligi, quod valeat talis donatio sequuta ratificatione. Ita Marius Anguissol. cons. 130. num. 19. & seq. vbi clare hoc demonstrat.

47 Declarat apostilla ad statutum simile Florentię,

rubr.qualiter alteri. cap. 39.lib.2.quod de iure communi ſit verior opinio, quod ex ſtipulatione Notarij acquiratur ratificatio; ſecus ſi ſtatutum hoc diſponat, quod abſenti quæri poſſit, vt aliquid operetur.

48 Declara, quia ſi diſpoſitio eſt mere fauorabilis abſenti, non requiritur ratificatio, ſecus ſi ipſe quoque abſens obligaretur in aliquo. Socinus Iun.conſ.118.n.12.lib.2.Rubeus Alexandrin.conſil.117.num.5.Cephal.conſ.33. num.13. communem * dicit Burſat.conſ.118.Dum inſtrumenta, in princ.ver.non obſtat modo.

49 Et maxime, quando conſtat, quod ſciuit abſens. Rol. à Vall.conſ.4.n. 27.& ſeq. lib. 2. Burſat.d.conſ.118.n.10. & ſeq.

50 Declara, quia ſi interuenit iuramentum, abſenti acquiritur ſine ratificatione. Rubeus.Alex. conſ.117.nu.9.Anchar. Regien. queſt.38.n.6.lib. 1.& magis communem * dicit Burſat. d.conſilio 118.num.5.& communem * etiam dicit Soc.Iun. d.conſ.118.Viſis,n.16.lib.2.

51 Contrarium, quod iuramentum nihil operetur circa hoc, late Bero.conſil.4.lib.1. nu.34. & multis ſeqq.per totum,vbi etiam loquitur in Eccleſia, cui acquiritur,vt intelligatur ſecuta ratificatione,& iterum Bero.conſ.199.n.4.lib.3.

52 Declara, quia ſunt multi caſus ſpeciales, in quibus abſenti acquiritur, prout in dote. Bart. conſ.123.li.1.etiam ſine iuramento,& per quemcunque, vide plenius infra n.141.

53 Idem in diuiſione. Bart.d.conſ. 123. lib.1.nu. 3. ver. præterea iſta diuiſio. Ruin.conſ.40.nu.5. & 6. lib.4.

54 Idem in confeſſione, vel ratificatione, quæ fit ad declarandum animum, vel computandum. Cravet. de antiquit.temp. part.1. limit.2. §.viſo, de verbis, num. 45. & ſeq. quia ſemper acquiritur abſenti.

55 Idem in ſcriptura libri, quę ſemper loquitur, * communem * dicit Rip. in l.admonendi.nu.118. ff.de iur.iuran. maxime in libro publico, quia videtur datum mandatum ab abſente.

56 Idem in epiſtola. Alex.conſ. 90.Circa primum dubium,lib.4.

57 Idem in mutuo.l.certi conditio. §. ſi nummos, vbi Doct.ff.ſi cert.pet.Caſtrenſ.conſ.195.Viſis, n. 2.lib.2.vbi,quod in mutuo eſt caſus ſpecialis, & plenius infra n.135.& 136.

58 Et quando requiratur ceſſio, vel acquiratur ſine ceſſione.

Vide. Actio vtilis competit ſine ceſſione, & quando ſecus. Concluſ.102

Vide. Ceſſio iurium debet fieri ex neceſſitate multis caſibus.Concluſ.111.

Vide infra. Acquirere alteri, quando, & per quos poſsit,vel non.Concluſ.440.

59 Extende in adoptione,& arrogatione,quæ fieri non poteſt,niſi vtroque præſente,& loquente.l.2. & l. poſt mortem.§.fi.ff.de adoptio.

60 Reſtringe in ceſsione iurium, quia ex ſtipulatione Notarij acquiritur abſenti, ſine ceſsione, Roland.à Vall.conſ.19.n.18.lib.1. Alex.conſ.31. nu.16.lib 6.vbi,quod acquiritur vtilis actio ſine ceſsione, & ibi Apoſtil.in ver.vtilis.

61 Abſenti non acquiritur antequam acceptet, & ideo ſi quis offerat alicui dare, vel ſoluere abſenti, antequam acceptauerit oblationem factam, licita eſt pœnitentia, & reuocatio. Ruin. conſil. 166.in princ.lib.5.Alex.conſ.131. In cauſa. nu.9. ver. quinimo, lib.4.

62 Extende, quia vbicunque ex cauſa voluntaria aliquid confertur in abſentem, poteſt reuocari antequam acceptet. Alex.d.conſ.131.num.10.lib.4. Dec.conſ.226.

63 Extende in electione, quia eligentes abſentem, antequam acceptet poſſunt reuocare electionem. Ruin.d.conſ.166.in princ.lib.5.

64 Extende in donatione facta abſenti, quia poteſt reuocari antequam acceptet. Ruin. d.conſil. 166.in princ.lib.5.Cephal.conſ.33.in princ. vbi, quod imo ſi moriatur donans ante ratificationem, non poteſt ratificatio fieri poſt obitum, * quia res donata eſt hæredum, & dicit * communem, vide plenius ſupra numero 38. & ſequentibus.

65 Amplia in tantum non valere aliquam diſpoſitionem ad fauorem abſentis, pro quo nullus acceptauit, vt poſſit quandocunque ante acceptationem reuocari. Alexan.conſ.131.n.9. ver.quinimo.lib.4.& adde extenſionem, ſupra num.20. & plenius ſupra num.38.& ſeq.vbi videas pro vtraque, & declarationes.

66 Extende in liberatione, & acceptatione, quia vbi pactum debet adeſſe, non acquiritur abſenti. Fulgoſ.conſ.134.col.2. nu.2. Bald.conſ.251. Duorei.num.1.in fin.lib.3.Caſtrenſ.conſ.459. num.2. libro primo, vbi, quod non liberat abſentem, in quem verba diriguntur,maxime ante acceptationem.

67 Amplia, quia ſi quis hæres inſtituatur, non acquiritur ſibi ignoranti ipſo iure, ſed ſub conditione, ſi voluerit: Ideo ſi moritur antequam acceptauerit, non tranſmittit ad ſuos hæredes. Bartol. conſilio 12.Si quis inſtituitur, in princ. libro primo.

68 Extende, vt idem ſit in fideicommiſſo debito, ex clauſula codicillari, rupto teſtamento per hæredes ab inteſtato, quia ſi ignorauit, & non acceptauit viuens non acquiritur ſibi, neque tranſmittit. Bartol. conſilio 12.num.2.& ſequenti. ver. modo pone, vbi Apoſtill. in ver. ignoranti, lib.1.

69 Reſtringe in legato, quia acquiritur ignoranti, & tranſmittit ad hæredes, licet moriatur antequam agnouerit.Bart.d.conſ. 12.n.2.ver. ſed in legato, lib. 1.

70 Amplia.vt procedat etiam ſi adſit præſens procurator eius, cui fit oblatio, & acceptet, quia, niſi habeat mandarum ſpeciale, vel ſufficiens ad hoc, illa acceptatio non facit, quod ius acquiratur. Ruinus dicto conſilio 166.numero ſecundo, libro quinto.

71 Amplia, quia abſenti etiam per ſtipulationem non acquiritur, ideo ſi quis ſtipulatur tertio, vt quia fit obligatio, puta, mihi de dando, vel ſolvendo Titio, ipſi Titio non acquiritur, ſed mihi quanti mea intereſt. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuletur,vbi gloſ.Bart.& ſcribentes. ff.de verb.obligat.& in l.1.ff.de pact.

72 Amplia etiã ſi interueniat ſtipulatio Notarij, nam non acquiritur abſenti,donec ratum habeat, & ſic irreuocabiliter quoad abſentem. Ruin. d. conſ.119. nu.8.lib.1.

Vide ſupra. Amplia numero 38. & ſequenti, vbi plenius.

73 Contrarium, quod imo per filium, ſeruum, Tutorem,

Tutorem, Curatorem, Procuratorem, & Notarium acquiratur absenti, tenet Rolan. à Vall. conſ. 19. nu. 16. & per tot. lib. 1. vbi infinitos allegat, quod non requiritur ratificatio absentis. Caſtrenſ. conſ. 195. nu. 2. lib. 2. vbi, quod ſi Notarius eſſet in poteſtate donatarij acquireret ſine ratificatione.

74 Declara pluribus modis Rolandus d. conſil. 19. num. 26. & ſequen. libro primo, quod non requiritur ratificatio abſentis in ijs, quæ actiue acquiruntur; ſecus ſi actiue, & paſſiue. Item non requiritur ratificatio, quoad acquiſitionem ſimplicem; ſed bene quoad acquiſitionem irreuocabilem.

75 Ratificatio autem inducitur eo ipſo, quod actus eſt vtilis, & abſens ſciat. Rolan. d. conſ. 19. num. 34. & ſeq.

76 Item inducitur non minus facto, quam verbo. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Romanus conſilio 291. numero 3. verſ. certum eſt. vbi Apoſtilla in verb. intelligi. & ideo ſi agit, ratificat.

77 Imo, quando Notarius fuit ſtipulatus pro abſente, nedum acquiritur actio perſonalis abſenti, ſed etiam dominium, mediante conſtituto, etiam ſi conferatur in abſentem, & ignorantem. Guidop. deciſ. 49. Ita vt donans non poſſit pœnitere, etiam ante ratificationem. Corne. conſ. 2. lib. 4. quicquid dixerit Dec. in multis conſilijs contra communem.

Vide plenius, in ver. Donatio facta abſenti, Concluſ. 640.

78 Et quod in donatione acquiratur dominium etiam abſenti, ſequuta traditione vera, vel ficta, eſt text. inſtit. de donat. §. 1. & 2. Pariſ. conſil. 90. col. pen. lib. 3.

79 Amplia, quia creditor regulariter non poteſt agere contra ceſſionarium, qui ſuſcepit onus ſoluendi creditoribus cedentis. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. l. poſt venditionem. C. de pact. Socin. conſ. 236. n. 1. lib. 2. Tiraquel. de retract. §. 1. gloſ. 14. num. 116.

80 Reſtringe ſotte Florentię propter ſtatutum, ſub rubr. 59. Qualiter alteri per alterum acquiratur, maxime quando Notarius in Inſtrumento eſſet ſtipulans pro omnibus, quorum intereſt.

81 Reſtringe, quando cedens non eſſet ſoluendo. Anchar. conſ. 5. Quia tunc recta via poteſt agitari contra fideiuſſores, & maximè ſtante ſtatuto Florentiæ. rubrica 59. de reiect. excuſat. bonorum.

82 Amplia, quia quãuis debitor promittat ſoluere abſenti de voluntate ſui creditoris, & mandato; tamen ſi tẽpore promiſſionis nullus ſtipulatur pro abſente, actio abſenti non acquiritur, nec poterit agi contra eundem. gloſſ. final. in §. ſed & ſi quis. inſtit. de inutil. ſtipul. & eſt text. in §. ſi quis alij, vbi gloſ. declarat, & in §. alteri, vbi ratio redditur. inſtitut. eodem titulo, & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verborum oblig. vbi Iaſ. declarat.

83 Amplia, quia abſenti non acquiritur ex ceſſione, etiam manu cedentis ſubſcripta, quando is, cui ceſſio eſt facta, erat abſens tempore confectę ſcripturæ. Roman. conſ. 86. num. 11. ver. ſecundo, & in verſ. vltimo hoc ſequitur, vbi, quod * iſta eſt communis * opinio, à qua qui recedit non eſt ſani capitis, & ibi Apoſtill. in ver. communis opinio, quę citat plurimos.

84 Extende maxime, quando ceſſio fit interueniente pretio, quia venditioni aſsimilatur, & comparatur; venditio autem non poteſt fieri abſenti. Romanus conſilio 86. numero duodecimo, vbi Apoſtill. in ver. ſimilis, quæ dat plures concord.

85 Reſtringe in ceſsione actionum reſultante in conſequentiam reſtitutionis hæreditatis, quia ſpecialeeſt, vt ea fieri poſsit abſenti. Ergo in contrarium eſt ius commune. Rom. d. conſ. 86. num. 11. ver. tertio quia.

86 Amplia generaliter in omni contractu, in quo ambarum partium conſenſus requiritur, quia ex eo abſenti non acquiritur. Romanus d. conſil. 86. num. 11. ver. in omni etenim, & plenius ſupra num. 38. & ſeq.

Vide Contractus non poteſt celebrari inter abſentes, & quando ſecus. Concl. 979.

87 Amplia, quia actio non remittitur, etiam per pactum, vel acceptilationem, aut repudiationem factam preſenti, niſi ope exceptionis, quoad ciuilem, licet naturalis remittatur. Ideo non poteſt tertius excipere de iure tertij, non excluſiuo, ipſo iure. Caſtrenſ. d. conſ. 393. in fin. ver. prẽterea, lib. 1.

88 Limita, quia licet abſenti, & alteri per alterum non acquiratur actio ſine ceſsione tamẽ acquiritur exceptio. Caſtren. conſ. 342. In cauſa Fratalex. num. 2. ver. ſecundo reſpondetur. lib. 2. Alexan. conſ. 40. circa primum, num. 6. ver. tertio prẽſuppono, & numero octauo, ver. quinto prẽſuppono, libro quinto; vbi, quod eſt exceptio litis finitæ, quę impedit litis ingreſſum, & conſilio 177. Viſis, & lectis, ver. prẽterea, libro ſeptimo.

Et quando requiratur ceſsio eius, qui pro abſente acquirit, vel non.

Vide Acquirere alteri, quando, & per quos poſsit. Concluſ. 440.

89 Limita, vt non procedat, quando fit delegatio creditori per debitorem, quia poſtquam delegatus, & is, cui facta eſt delegatio conſenſerunt, facta eſt liberatio inter delegantem, & eum, cui facta eſt delegatio. Ideo reuocari non poteſt. Dimus dicto conſilio 17. per totum, in fine, vbi eſt caſus.

90 Limita, quia in obligatione perſonali, acquiritur per Procuratorem, & negociorum geſtorem in perſonam ſuam, quæ poſtea debet cedi Domino. Ita Caſtrenſ. d. conſ. 332. col. fi. verſ. ſolum reſtat. lib. 1.

91 Extende, quia ceſſa actione perſonalis obligationis principali, dicitur ceſſa etiam actio fideiuſſoria ad illam obligationem, licet nulla ſit facta mentio, & acquiritur, etiam principali ignoranti. Caſtrenſ. d. conſ. 332. col. fi. ver. ſed obligatio perſonalis, lib. 1.

92 Extende, quia imo principali fuit quæſita actio, cedenda, eo ipſo, quod fuit in perſonam negociorum geſtoris quæſita, antequam ſciuerit, vel ratificauerit, quod probatur, quia potuiſſet liberare ante ratificationem, ergo, Ita Caſtren. dicto conſilio 332. circa finem, ver. ſecundo ad idem. lib. 1.

93 Limita, quia multis modis acquiritur abſenti, quandoque propter identitatem perſonarum,

quandoque propter neceſſitatem officij, quandoque propter authoritatem perſonæ, quandoque propter prætoriam ſolemnitatem, quandoque propter rei connexitatem, quandoque propter perſonarum præſentiam, vel bonitatem, quandoque propter deficientis actus vtilitatem, quandoque propter affectionem rei, vel æquitatem, quandoque propter poſſeſſionem, & proprietatem hoc contingit, vt late per Aegidium conſil. 17. num. 9.

94 Limita, quia licet ſit regula, quod non acquiritur actio ſtipulatione, vel pacto, alteri, vel abſenti; tamen illud procedit, quando verba exequutiua non diriguntur in perſonam præſentis, & ſtipulantis, ſed alterius, vt ſi Titius ſtipuletur, promittis Caio, quod ſibi ſolues, vel dabis, quia non valet, ſecus ſi verba concipiuntur in præſentem, promittis mihi dare decem pro Caio, vel mihi nomine Caij, quia valet, & eſt communis * opinio. Alexan. conſil. 40. circa primum, numero ſeptimo. ver. quarto præſuppono. libro quinto.

95 Limita, quia acquiritur abſenti irreuocabiliter, ſi Notarius eſt ſtipulatus pro abſente, etiam antequam abſens ratificet; Ita vt ſi moriatur tranſmittit ad ſuos hæredes. Corne. conſil. 50. lib. 1. & conſ. 2. lib. 4. Dec. conſ. 238. Primo videtur. num. 5. ver. non obſtant allegata. Socinus Iun. conſ. 118. num. 11. & ſequen. lib. 2. & plenius * conſ. 67. num. 8. & conſ. 213. num. 8. lib. 3. vbi de * communi.

96 Et quod Notarius poſſit ſtipulari pro abſente nominatim, & etiam pro abſente incerto, & ſic pro omnibus, quorum intereſt. Bart. & alij in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuletur. ff. de verb. oblig. vbi * Alex. dicit * communem.

97 Imo etiam poteſt ſtipulari pro non exiſtentibus in rerum natura incertis, & ſic pro deſcendentibus naſcituris. Guidop. deciſ. 267. & deciſ. 457. & conſ. 12. & conſ. 60. Iaſ. d. §. ſi ſtipuletur, num. 13.

98 Et quod plus eſt, non requiritur ceſſio abſenti, quia ſine ceſſione acquiritur ex ſtipulatu. Iaſ. d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulet. num. 15. Corne. conſ. 50. lib. 1.

99 Imo ſi dominium eſt acquiſitum primo acquirenti, tranſit etiam ad alios de gradu in gradum, abſque alia traditione. Decius conſilio 239. nu. 6. & in l. traditionibus. num. 14. C. de pact.

Vide infra numero 157. & ſequenti, maximè num. 159.

100 Limita, quia ſi reperitur ſcriptura, in qua Titius iurat ſe reſtituturum duas domos filiabus Seij, ſi Seius illum inſtituat hæredem, & reperiatur teſtamentum, in quo Seius ſimpliciter inſtituit Titium hæredem, datur actio filiabus Seij, vt recuperent duas domos cum fructibus à die motæ litis, non attento quod dicatur pactum nudum, & abſenti non acquiratur actio per alterum, quia inſtitutio hæredis facta cenſetur in exequutione apocæ prædictæ. Ita Aegidius conſilio octauo per totum, vbi plura hinc inde adducit, & tandem dixit hanc veram, & quod ita fuit iudicatum.

101 Limita, quia abſenti acquiritur ex iuramento in omni contractu. Aegidius Bellamera conſ. 17. num. 9. plene Alexan. conſ. 207. lib. 7. in princ. & maximè quando ſtipulatio facta fuit nomine abſentis, cum iuramento. Alexan. conſil. 208. eod. lib. 7.

Vide Stipulari alteri per alterum, quando poſſit; vel non. Concluſione 704. n. 13. & ſeq.

102 Limita, quando fit ſcriptura, quæ ſemper loquitur, quia loco Nuncij eſt, vel Epiſtolæ. Item quando eſt adeo effecta res notoria, & geminata, quod eſt publica apud omnes, quia Populus loco Nuncij eſt. Caſtrenſ. conſ. 115. nu. 6. lib. 1. & conſ. 434. Viſis. col. 3. in fin. ver. ijs viſis. libro primo, vbi quod propria ſcriptura, quæ ſemper conſtat in libro nummularij, probat pro abſente.

103 Extende, vt procedat, tam in ſcriptura in libro nũmularij eius manu propria, quam etiam manu tertij de illius commiſsione ſcripta, quia ex quo conſtat, & apparet, probat pro abſente, & abſenti acquiritur depoſitum pro eo confeſſatum in libris campſoris. Caſtrenſ. dicto conſilio 434. columna tertia, in fine. ver. ijs viſis, lib. 1.

104 Limita, quia confeſsio pluries repetita, & toties, quod tranſit in notorium, ſeu publicam vocẽ, & famam nocet, quia ſicut ſi adeſſet Nuncius portans abſenti præiudicat. Ita etiam ſi adeſt fama, quaſi fama portet abſenti, & ſit loco Nuncij obeſt. Caſtrenſ. dicto conſilio 115. prope finem, num. 6. libro 1.

105 Limita, quia ex ſtatuto ſemper acquiritur conditio ex ſtatuto, ſi fiat quod ſtatutum mandat, ſiue dirigat verba ad partes, ſiue non. Alexan. dd. conſ. 207. in princ. & 208. lib. 7.

106 Extende idem ex conſuetudine generali, quia ſtatim acquiritur abſenti, & ignoranti, prout in legato; & ideo dos, quæ ſoluto matrimonio de iure communi reſtitui debet Patri, & ex conſuetudine generali filijs, dicitur ex titulo particulari, quia conſuetudo aufert ab Auo, & tradit filijs. Caſtrenſ. conſ. 129. Statuta Piſana. nu. 4. lib. 1. & quod titulo particulari, non iure ſucceſsionis capiant filij. Bart. conſ. 190. Gisbertus, circa fin. lib. 1.

107 Limita, quia de iure Canonico non curitur præſentia, ſed acquiritur abſenti, dummodo donatio facta abſenti probari poſsit. Aegid. Bellam. conſil. 8. num. 4. ver. in contrarium.

108 Extende in collatione facta abſenti de beneficio, quia valet dummodo accepetur infra tempus præfixum. c. ſi tibi abſenti, de præben. lib. 6. Aegid. d. conſ. 8. nu. 4.

Vide plenius Concluſione proxima ſeq.

109 Limita, quia actio ſemper acquiritur abſenti, ex pacto appoſito per dominum in traditione rei ſuæ, quæ remanet ſua. Caſtrenſis conſilio 434. Viſis omnibus, columna finali, ver. & primo, lib. 1.

110 Limita, quia excepta ſtipulatione, regulariter in alijs contractibus non requiritur præſentia, ſed ſufficit conſenſus, vel rei traditio. Caſtrenſ. dicto conſilio 434. columna finali, verſ. ſecundo, libro 1.

111 Limita in donatione cauſa mortis, quia poteſt fieri abſenti. Cin. in l. 1. in ſecunda quæſtione. C. de donation. cauſa mortis. Aegidius conſilio octauo. num. 4.

112 Extende in donatione facta pauperibus, quia valet, licet donatarij ſint abſentes, ſed iſti duo ſunt caſus ſpeciales, vt dicit Aegidius d. conſil. 8. num.

num. 4. & dicit se declarasse in cap. 1. de pact. quæst. 4.

113 Limita, quia licet in donatione expressa inter viuos requiratur præsentia, vel Nuncius, vel Epistola, alias non valet, tamen secus est in donatione tacita, quia acquiritur absenti. Alex. cons. 99. super 1. nu. 3. ver. confirmo. lib. 7.

114 Extende, vt idem sit in pacto, quia non valet, & ex eo non acquiritur, nisi inter præsentes, vel nisi adsit Nuncius, vel Epistola, & secus est in pacto tacito, quia acquiritur absenti. Alex. d. cons. 99. n. 3. lib. 7.

115 Extende in omni dispositione tacita, quia acquiritur absenti. Alex. d. cons. 99. n. 3. lib. 7.

116 Limita, quia absenti acquiritur ex legato, & ex institutione. Ægid. Bellam. cons. 17. nu. 4. plenius Castrens. cons. 171. In casu præsenti, in princ. lib. 2. infra n. 133.

Declarat Negus. de pignor. in 3. membro 2. partis. n. 3. vt in legato particulari transeat actio realis sine cessione, secus in actione personali, vel in fideicommisso.

117 Extende, quia filij, qui mortua matre retinent dotem, quę de iure communi debetur patri, dicuntur habere ab Auo titulo singulari consuetudinis. Bart. cons. 190. in fin. lib. 1. ideo acquiritur prout legatum absenti, & ignoranti. Castrens. cons. 129. num. 4. lib. 1.

118 Limita, quia seruitus acquiritur prędio futuro. Aegid. d. cons 17. n. 4.

119 Limita, quia pauperibus absentibus, & ignorantibus acquiritur ex lege, & priuilegio, & sine acceptatione, quia non propter eos tantum, sed propter Deum censetur datum & impensum esse. Castrens. cons. 315. super eo, quod quæritur. col. 3. in princ. ver. at in casu nostro, n. 4. lib. 1.

120 Limita, quia pater, & mater possunt pro filio absente acquirere. Aegidius Bellamera cons. 17. num. 9.

121 Limita, quia absenti acquiritur etiam si persona publica non acceptauerit, pro absente, & actus non potest reuocari fauore piæ causæ celebratus: Ideo depositum factum pro vsuris restituendis non potest reuocari. Baldus cons. 83. In primis videndum est, in princ. lib. 1.

122 Limita in deposito, quia actio depositi acquiritur absenti ex pacto inter deponentem, & depositarium. l. Publia. ff. depositi. Bald. cons. 83. in princ. lib. 1.

123 Limita, quia per constitutum acquiritur absenti, quia non attenditur ius ciuile, sed ius gentium. l. 1. in princ. ff. de constit. pecun. Ideo si quis scribat suo debitori, vt soluat absenti, & debitor subscribat, acquiritur absenti per talem obligationem, actio de constituta pecunia; plene decis. Ianuen. 45. per tot.

124 Limita, nisi concessio fiat per priuilegium, quia acquiritur absenti, etiam in ijs, quę sapiunt contractum, prout si concedatur ciuilitas alicui, quæ potest concedi absenti, & sufficit, quod ratificet: Bald. cons. 349. Statuto Placentiæ. n. 3. ver. venio ad secundum. lib. 1.

125 Extende plenius, vt per Rotam decisione 14. libro secundo, in nouissimis, vbi quod acquiritur priuilegium absenti, etiam ignoranti, vel saltem scienti, & declarat ibi pluribus modis.

126 Extende, quia per Inuestituram acquiritur absenti secundum à die ratificationis, & acceptationis absentis. Alex. cons. 92. perspectis. n. 9. ver. circa secundum. lib. 6.

127 Limita speciale esse in donatione facta sub modo implendo ad fauorem tertij absentis, quia absenti quæritur actio vtilis. l. quoties. C. de donat. quę sub modo. Bald. cons. 238. Ad euidentiam præmittendum, lib. 3.

128 Extende, quia si donatur Titio, & post eius mortem Seio, mortuo Titio, acquiritur Seio actio ad donata. l. quoties. cum ibi not. C. de donat. quæ sub modo, qui text. procedit etiam, quoad realem actionem. Dec. cons. 239. l. 1. C. de donat. glo. in l. 1. C. de donatio. caus. mort. quæ illum text. extendit ad donationem inter viuos, & quam sequuntur * communiter Docto. in l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.

129 Dubitat de hac extensione Soc. Iun. cons. 118. Visis. n. 13. lib. 2.

130 Extende, quia nedum competit actio vtilis, sed etiam directa, quia directe fuit donatum etiam Seio post mortem Titij, Notario stipulante, quãuis ex sola stipulatione Notarij quęratur actio vtilis absenti, etiam sine cessione de iure communi, ad not. in l. 1. & 2. ff. rem pupilli saluam fore. Ruin. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebell. & cõs. 119. Primo per ordiné. col. 4. lib. 1. ver. secũdo principaliter. Dec. cons. 226. Magister Ioannes. Ias. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligat.

131 Declara, quia l. quoties. C. de donat. quæ sub modo, ponit casum specialem in actione danda ex pacto donantis, in donatione appositio. contra donatarium, illi, in quem effectus donationis conferebatur certo casu, & non in casu dandæ actionis donatario contra tertium possessorem. Aegidius Bellamera consilio 39. numero 2. ver. nec obstat.

132 Extende, quia acquiritur descendentibus etiam non natis, etiam si nullus stipuletur, vel accepter pro eis. Bald. in l. 3. in vltima quęstio. C. de vsucap. pro donato.

133 Limita in legato, vel collato ex testamento, quia absenti potest legari. Bald. d. cons. 238. lib. 3. & supra nu. 116.

134 Limita, quia electo ad magistratum publicum etiam absenti, & ignoranti, imo inuito, acquiritur ius, licet non acquiratur administratio, vel exercitium, quando electio non expectat confirmationem. Abb. cons. 47. n. 3. lib. 1.

135 Limita in mutuo, quia acquiritur absenti, etiam ante ratificationem. Gabr. cons. 62. n. 6. lib. 1. & est speciale in mutuo, vt acquiratur absenti non sequuta ratificatione. Castren. cons. 195. nu. 2. lib. 2. & supra num. 57.

136 Et quod sit speciale in mutuo, quia ex numeratione facta nomine absentis, acquiritur absenti actio personalis, & hypothecaria. Castrens. cons. 345. Viso puncto, colum. final. ver. nam est speciale. lib. 2.

137 Limita, quia acquiritur absenti, quando trado rem meam, vel in qua ius habeo, cum pacto, quod alteri tertio tradatur, quia tertio absenti acquiritur. Aegid. Bellam. cons. 17. num. 8. ver. nam quando ego trado.

138 Limita in electione facta de absente ad beneficium, quia sibi quæritur ius, nec potest reuocari. Bald. cons. 144. in fi. lib. 4. per text. in cap. publicato, de elect.

139 Limita ex pacto in rei traditione, quia acquiritur abſenti. Ægid.d.conſ.17.n.8.in fin.ver.ite ex pacto, vbi, quod etiam ex æquitate datur actio abſenti, licet pactum non ſit ſuper traditione rei.

140 Extende, quia ſimpliciter ex pacto acquiritur abſenti. Rom.conſ. 89.col.fi.ver.& conſequenter.

141 Limita fauore dotis, quia acquiritur mulieri abſenti, ex verbis etiam enunciatiuis. Bartol. conſ.123.Factum ſic ſe habet.lib.1. ſequitur Dec. conſ.35.in princ.n.4.& ſeq.qui allegat alios concord. & quod ſit ſpeciale in dote, quod mulieri abſenti acquiratur, eſt text. in l.1.§.accedit. C.de rei vxor.actio.l.fi.C.de iur.dot.Caſtrenſ.conſ.91. Quod præfata ſententia arbitralis, ver. breuiter ego reperio, lib.2. plene Rom.ſingul.540. verba enunciatiua, vbi Apoſtill.dat concord. Alex.conſ. 4.n.8.ver.quod iſtud ſit verum.lib.2. Socin. conſ. 158.pro cuius difficultatis.lib.2. & quod acquiratur abſenti, hoc caſu pleniſſime Alex.conſ.99.Super primo, in princ.lib.7.

Vide Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant, & quando ſecus, Concluſione 81. num. 335.& ſeq.

142 Extende, vt procedat etiam in laudo lato, inter fratres diuiſorio, quia ſi vni bona ſunt plura obuenta, & adiudicata, vt teneatur dotare filiam fratris, poterit filia agere ex tali laudo, licet fuerit abſens. Bart.d.conſ.123. lib.1. Rom.d. ſingul.590.& facit tex.in l.2.C.de dot. permiſſio.

Vide, Dos habet multa priuilegia ſpecialia. Concluſ.742.n.27.& ſeq.& n.51.

143 Imo, ſi bona alienarentur, poterit filia, cui bona ex laudo inter fratres lato fuerunt adiudicata, recuperare, quia ipſi abſenti acquiritur, quando laudum eſt latum, præcedente valido compromiſſo, vel eſt ratificatum, etiam ſi Notarius non ſit ſtipulatus pro muliere. Iaſ.in l.ex ijs. C.de milit.teſtam.col.1. verſ. ſecundo ſingulariter fallit, & ideo obtinebit contra emptorem, etiam non probato, quod eſſent in bonis fratrum tempore laudi diuiſorij, quia diuiſio hoc ſupponit. l.1. ff. famil. herciſ.Socin.conſ.46. In cauſa magnifici, in princ.lib.3.

144 Extende, quia priuilegium, quod abſenti acquiratur, in cauſa dotis habet locum, nedum in muliere, ſed etiam in filijs, & hæredibus mulieris. l.aſſiduis.§.exceptis. C.qui potior.in pigno. habean.Socinus conſ.158.pro cuius difficultatis. ver. quod quidem priuilegium.lib.2.

145 Extende, vt procedat idē ſi quilibet extraneus dedit dotem viro, quia acquiritur vxori abſenti, quicunque ſit ille, qui dat dotē etiam ſi ſit extraneus. Bart.d.conſ.123.lib.1. Factum ſic ſe habet, quod ampliat Alex.d. conſ.4. Videtur.col.4. ver. primo enim dico.n.20, lib.2. vt procedat etiam ſi non conſtet de traditione dotis.

146 Reſtringe in depoſito, quia ſi quis deponat penes aliquem pecunias, quæ debeant ſeruire pro dote mulieris abſentis, ſi deponens recuperat ſuum depoſitum non poteſt moleſtari depoſitarius, quia abſenti mulieri non acquiritur.

Vide, & declara in ver. Depoſitum factum pro abſente. Concluſ.213.n.7.& 8.

147 Limita in conductione, & emphyteuſi, quia etiam pro abſentibus poteſt fieri ſtipulatio, & acquiſitio. Dec.conſ.18.Corne.32.37.Circa primum, lib.3.Guidop.deciſ.267.& deciſ. 457. & deciſ.505.& ſingul.23.ver.pactum factum; & conſil. 12.& conſ.60. Vbi in feudo, & omnibus contractibus.

148 Et emphyteuſis conceſſa abſentibus vnicuique ratificanti acquiſita dicitur pro virili. Bald.conſ. 251. Conſiderandum eſt, in princ.lib.2. Dec.conſ. 263.in princ. & conſ.326.

Vide, Emphyteuſis, quando competat per ius accreſcendi, vel non. Concl.176.

149 Extende, quia per ſtipulationem factam per Patrem acquirentem emphyteuſim pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, dicitur acquiſitum vtile, ius, & vtilis actio ex contractu Patris, vel alterius aſcendentis.l.quocunque. §.2.vbi Bart. ff.de verbor.oblig.& in l.quod dicitur.ff.eod.tit.Iaſ.in l.2. n.214.C.de iur.emphyt.

150 Et competit deſcendentibus rei vendicatio. l. 1.in princ.ff.ſi ager vectigal. per quem text. ita tenet Speculator in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 45.

151 Declara, prædicta procedere, quando primo acquirenti fuit facta traditio, ſine qua non poteſt quæri vtile dominium, neque vtilis actio in rem l.traditionibus. C.de pact. ita Corne.conſil. 237.In hac conſultatione, ver.ijs tamen non obſtantibus, lib.1.& conſ.133.137.In præſenti.num. 24.ver.tamen ſemper, lib.2.

152 Contra declarationem idem Corn.conſ.37.Circa primum.n.17.lib.3.

153 Declara, quia neceſſaria eſt traditio vera, vel ficta, vel quod aliquid interuenerit, quod ſit, vel eſſe poſſit loco traditionis.

Vide in ver. Dominium rerum qualiter transferatur. Concluſ.801.num.31.& num.33.cum ſeq.

154 Probatur autem traditio præſumptiua ex eo, quod primus acquirens ſoluit Canonem vniformem. Angel. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic.

155 Et non requiritur mandatum ipſorum deſcendentium, neque ratificatio, ex quo agitur de vtilitate eorum. Bart. in l. quo enim. ff. rem ratam haberi. Dec.in l. traditionibus. C. de pact. num. 15.

156 Et dato, quod requiratur, ſatis dicitur ratificare, ſi petunt emphyteuſim, vel agunt ex contractu acquiſitionis factæ nomine ſuo. Bald. conſil. 14. Punctus. lib.4.Dec.conſ.486.circa fin.

157 Extende, quia per Patrem, & Notarium acquiritur deſcendētibus, tā natis, quam naſcituris, & in rerum natura non exiſtentibus ſine ceſſione. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipulet.n.15.ff.de verb. obligat.Corne.conſ.50. lib.1.l.ſi quis operas. ff. de oper.liber.Bart.in l.quod dicitur, vbi Alber. Angel.& alij. ff. de verborum obligat. Guidop. deciſ.267.

158 Et talis ſtipulatio intelligitur ordine ſucceſſiuo vni poſt alium, vt viuente primo, ius ſit in ſuſpenſo, quoad alios. Boer. deciſ.172.n.6.

159 Et primo decedente transfertur in ſequentem, ſine noua traditione, quia ſufficit traditio facta primo, vt tranſeat ad alios ſequentes, eueniente conditione. Dec.conſ.239.num.6.& conſ.468. n. 28.& conſ.498.n.19.& in l.traditionibus. n.14.& ſeq. C.de pact.& ſup.n.99.

160 Limita in confeſsione, & pacto liberatorio, quia acquiritur abſenti, interueniente ſtipulatione Notarij. Fulgoſ.conſ.190.in princ.

161 Contrarium, quod etiam diſpoſitio liberatoria non profit abſenti, quando aliquis pro eo

non

Digitized by Google

non acceptauit, tradit Alex.conſ.131.In cauſa.n. 8 lib.4.vbi Apoſtil.in ver.liberatoria,dicit communem, * & dat concord.

162 Declara ; quia ſi liberatio fieret per modum confeſſionis , quia fuit ſatisfactus, valet pro abſente,ſecus ſi per viã pacti,& conuentionis,Alex. d. conſ. 131. num. 8. in fi. & ſeq. lib.4 vbi ponit plura ſimilia de remiſſione iniurię,de pace , & ſimilibus , quæ non valent pro abſente , ſi aliquis * pro eo non acceptauit,& dicit magis * cõmunẽ.

163 Extende in renunciatione , quando quis abſens renunciat iuri ſuo , pro re , quæ eſt penes tertium abſentem, quia abdicat ius à ſe , & in alium transfert , Caſtellio , conſ. 10.num. 35. ver. poteſt quis .

164 Limita fauore piæ cauſę,quia piæ cauſę acquiritur .

Declara , vt plene in ver. Depoſitum Concl. 313. ver. contrarium,num. 7. & 8 .

165 Limita , quia filio nondum nato , & naſcituro acquiritur, Guidop. conſ. 54. in fi. num.6.

166 Limita in fęudalibus , quia frater acquirit fratri abſenti , Alex. conſ. 92. perſpectis num. 9. ver. circa ſecundum , cum ſeq. lib. 6. vbi ſi non acquireretur accreſceret ipſi acquirenti fratri totum .

167 Limita in alluuione,quia acquiritur dominiũ & poſſeſſio abſenti, & ignoranti miniſterio legis , Caſſad. deciſ. vnica , tit. de rer. diuiſio , quæ eſt poſt deciſio.ſuper regul. in fi.

168 Limita in confeſſione facta , quæ non reuocatur ex intervallo niſi docto de errore etiam ſi ſit facta abſenti,quia illa inducit probationem,non autem acquirit abſenti , Ruin. d. conſ. 166. in princ.lib. quinto .

169 Extende in ijs. in quibus poteſt acquiri abſenti, quia non poteſt fieri reuocatio , Ruin. d.conſ.166. in princ. lib. quinto .

170 Idem in mutuo dicit ſpeciale, Deci. conſ. 225. Quod alteri per alterum acquiritur actio.

Vide , Plene de hac materia , quando poſſit acquiri abſenti, vel non,& ſi acquiritur , quando ſit neceſſaria ceſſio actionis, vel non , ver. acquirere alteri quando,& per quos poſſit Concl. 440.

Vide in ver. Ceſſio iurium debet fieri ex neceſſitate , Concl. 211.

Vide,in ver. Stipulari alteri per alterum quando poſſit , Concl 704.

Vide plene per Ant. Gabriel. lib.3.tit.de verb, obligatio.Concl.1.ſtipulari alteri nemo poteſt.

Abſenti, & ignoranti poteſt beneficium Eccleſiaſticum conferri, Concl. XXXIX.

1 BENEFICIVM Eccleſiaſticum poteſt conferri abſenti,& ignoranti,c. ſi tibi abſẽti. de præben. in 6. quod declarat Calder. conſ.222.in fi. ver. mihi enim,alias 1. de præbend. procedere , quando alius etiam ſine mandato meo , recipit nomine meo. Bald.conſ. 349. Statuto Placentiæ, num. 3.ver. venio ad ſecundum,lib. 1. & quod requiratur Nuncius, vel epiſtola,videtur velle Anc. conſ.398. Dominus R. in princ. Cardin. Zabare. conſ. 33.nu. 2. ver. item.& alia .

2 Et requiritur conſenſus abſentis, vt acceptet , antequam ſibi acquiratur ius in beneficio, Anchar. d. conſ 308. in princ.

3 Et idem in quocunque priuilegio,vel beneficio Principis,quia licet poſſit concedi etiam cum decreto irritanti abſenti , tamen antequam ſciat abſens,non habet vires , neque effectum , Roma. d.conſ. 130.col penul. num. 19. vbi plura allegat.

4 Amplia , vt nedum procedat in beneficio Eccleſiaſtico,ſed etiam in omni alio beneficio veluti in priuilegio ciuilitatis ; in legitimatione facta per oblationem curiæ,quia quæ per priuilegium conceduntur abſenti,&ignoranti,concedi poſſunt. & ſufficit , quod poſtea ratificet , Bald. d. conſ. 349.Statuto Placentię num. 3. ver. venio ad ſecundum , lib. 1. Card. Zabar. conſ. 15.num.2.

5 Extende idem in donatione,in familiaritate,& ſimilibus, Anchar. d. conſ. 398. in princ. Card. Zabar.conſ. 35. num. 2.

6 Extende,quia poteſt excommunicatus , vel ſuſpenſus abſens abſolui , quia abſolutio poteſt ſibi concedi , licet ſit abſens,& idem in abſolutione à iuramento ad effectum agendi,pro vt ad effectum dicendi veritatem , quia eſt priuilegium abſolutio, Card. Zabar conſ. 35.Ad dubia,num. 2. vbi ponit multa exempla .

7 Amplia , quia abſenti acquiritur beneficium collarum ab ordinario , vt non poſſit alteri conferre,donec ipſe repudiauerit,d. c. ſi tibi abſenti, de pręben. in 6.

8 Rationem aſſignat Berous conſ. 4. nn.44. lib. 1. quia Epiſcopus confert ex neceſſitate,non mirum ſi non poteſt reuocare .

9 Declara,quia non procedit in Papa, quia antequam abſens acceptauerit,poteſt Papa alteri conferre. & reuocare primam collationem factam abſenti,Guidop. conſ. 48. Si apparet num. 2.& ſeq.

10 Amplia. quia priuilegium,vel beneficium poteſt concedi abſenti , & valet conceſſio;ſed an beneficium dicatur vacare, antequam acceptauerit , vel non .

11 Vide , Beneficium collatum abſenti , quando vacet,vel non , Concl. 85.

Vide, Collatio facta abſenti , an faciat ceſſare reſeruationem,& quid operetur , Concl. 433.

Abſoluere poteſt , qui poteſt condemnare,& qualiter procedat. Concl. XXXX.

1 REGVLA eſt , quod is poteſt abſoluere, qui poteſt condemnare, quia eadem poteſtas eſt ligandi , atque ſoluendi; c. verbum,de pœnit. diſtinct. 1. c. cum inferior,de maior. & obedient. & ideo valet argumentum negatiuum , & affirmatiuum : non poteſt condemnare , ergo nec abſoluere,Feder.de Sen.conſ.14.Monachus Peruſinus,nu. 4. ver. in ſecunda quæſtione : & hoc modo arguit regula,nemo qui condemnare non poteſt,abſoluere poteſt ff.de regul.Iur.vbi plene Deci.& Cagnol.

2 Amplia , quia qui non poteſt ligare,non poteſt abſoluere, etiam ſi exemptus ſe ſubijciat, quando is, qui vult abſoluere omnino eſt extraneus, & incompetens, Feder. d. conſ. 14. num. 6. ver. item Prior;vbi ſoluit multa contraria,hoc modo, ſecus ſi non eſt omnino extraneus , vt in proxima limitatione .

Vide

Digitized by Google

Vide, Abſolutionis effectus. Concl 44.

Vide regulam 2. incerti authoris, poſt regulas Socini, Abſoluere non poteſt, qui condemnare non poteſt, vbi limitat tribus modis.

3 Limita, & declara, quod regula procedit quando de iure communi, quis non poteſt ligare, ergo nec abſoluere, ſecus ſi de iure ſpeciali ex priuilegio, quia licet Epiſcopus non poſſit excommunicare, neque ligare exemptos, tamen poteſt illos volentes abſoluere in caſibus, in quibus de iure communi, alios ſubditos abſolueret. Feder. de Sen. d. conſ. 14. num. 4. ver. in 2. queſtione vſque in fi. vbi eſt caſus conſilij, quod Epiſcopus abſoluit monachos volẽtes, quamuis exemptos, illaqueatos à Canone.

4 Limita, quia Prior hoſpitalis abſoluit ſuum Prælatum, quem ligare non poteſt, cap. canonica, de ſent. excom. Feder. de Sen. conſ. 14 circa fi. num. 6. ver. item Prior hoſpitalis, vbi reſpondet ad contraria.

5 Declara, quia licet in manu ſupremi principis ſit plena facultas abſoluendi condemnatos: tamen ſano modo intelligas, ita vt nõ tollat ius partis offenſæ niſi ex magna cauſa publicæ vtilitatis, ita Io. Bapt. Plotus conſ 78. per totum, qui etiã loquitur in Imperatore, & Rege, vt ſine concordia partis offenſæ, non poſsit graciare homicidam voluntarium; vide eũ, quia ſano iudicio loquitur,

Abſoluere in dubio nocentem, melius eſt, quam condemnare innocentem, & qualiter procedat. Concl. XLI.

1 ABSOLVERE debet potius Iudex in dubio, quam condemnare. c. 3. de probatio l. ſemper in obſcuris. ff. de regul. Iur.

Vide, Iudex in quam partẽ, Concl. 391. & ſeq.

2 Et quia tutius eſt ex benignitate, ideſt ex remiſſione præmium expectare, quam de anaritia reddere rationem 26. queſt. fi. Alex. conſ. 51. Cum dicatur, in fi. lib. 4.

3 Amplia, quia ſanctius eſt abſoluere nocentem, quam condemnare innocentem, l. abſentem ff. de pẽn.

4 Extende, etiam ſi derogetur in aliquo iuri, quia licet magis credatur teſtibus affirmantibus, quam negatibus, tamen ſi agitur de probatione ad liberandum, & condemnandum, præferuntur teſtes negantes pro abſolutoria.

Vide, Teſtes affirmantes prẽualent negantibus, & quãdo ſecus. Concluſione 259. n. 23. ſeq. & n. 41.

5 Extende, quia verba, quę poſſunt capi in bonum ſenſum, & malũ, ſemper capiuntur in bonum.

Vide, Preſumitur bonum in dubio, Concl. 616, & ibi declaratur, niſi adſint preſumptiones vrgentiores.

6 Et verba rei debent interpretari prout fauorabilius eſt ipſi Reo, Alex. conſ 35. In cauſa, & lite, nu. 5. lib. 5.

7 Et licet ad probandam identitatem rei ſufficiat verificare denominationem, rei cum duabus demonſtrationibus, licet aliæ demonſtrationes non verificentur, tamen, ſecus eſt, ſi agatur, vt is, qui negauit identitatem inciderit in pœnam, quia ſufficit, quod vna demonſtratio non verificetur, vel reddatur dubia, ſeu equinoca, etiam ſi de præterito fuiſſet vera, Alex. plene d. conſ 35. num. 2. & ſeq. ver. 2. præſuppono, lib. 5.

8 Extende, quia dolus non præſumitur.

Vide, Dolus non preſumitur, & quando ſecus, Concl. 572.

Et in ver. Fraus non preſumitur, Concl 476.

9 Extende, quia imo licet teſtes accuſatoris ad offenſam ſint magis idonei, quam teſtes accuſati ad defenſam; tamen magis creditur teſtibus pro defenſione, & innocentia, Iaſ. conſ. 167. col. pen. lib. 4.

10 Extende, quia magis creditur teſtibus deponentibus de bona fama, quam de mala.

Vide, Teſtes contrarij in concurſu, qui præualere debent. Concl. 239. num 29. & ſeq.

11 Amplia, etiam ſi accuſator probauit delictum per duos clericos, vel teſtes dignores, & innocentia per duos laicos, quia poteſt abſolui: plura Alciat. reg. 3. præſumpt. 44. num. 8. & ſeq.

12 Amplia, quia benignor pars amplectenda eſt, l. ſemper in dubijs, ff. de regul. Iur.

Vide, Delictum non preſumitur, Concl. 165.

Vide Verba dubia interpretari debent, vt delictum excludant. Concl. 107.

13 Amplia, quia ſuſpenſus, ſi laqueus conteritur debet abſolui, ſi fuerat proteſtatus de innocentia, Alciat. reg. 3. preſumpt. 44. num. 6.

14 Amplia, quia æquitas magis, quam rigor eſt amplectenda, l. in omnibus. ff. de regul. iur.

15 Amplia, quia lex abhorret, nedum quod innocens condemnetur nocenti ad pœnam, ſed etiam quod nocens ad immoderatam pœnam condemnetur, Ioannes de Imol. conſilio 147. num. 12. circa fin.

16 Amplia, quia in dubio debet dari abſolutio, potius, quam condemnatio, etiam ſi neceſſe ſit preſumere delictum in reo qui debet abſolui, quia ad hunc effectum, & ad beneficium ſuum iſta preſumptio admittitur, Roma. conſ. 304. Plura ſunt in princ. num. 3. vbi Apoſtil. in ver. ſingularis dat plures concord.

17 Amplia quia ſi reperitur in rixa mortuus plura vel pauciora vulnera habẽs, quam fuerint perſonę in rixa, ſi non conſtat, quis lætaliter vulnerauerit, licet vnus vulneraſſe neceſſario dicatur, tamẽ nullus poteſt cõdẽnari pœna homicidij, quia in dubio fit mitior interpretatio, ita plene Marſ. Sing. 217. ter, vel quater, vbi plurimos allegat: & quia delinquẽtis incertitudo excuſat, & hanc cõmunem. * & magis communem dicit Clar. in §. homicidium, n. 37. vbi quod pœna pecuniaria arbitrio ſunt condemnandi, & eſt conſ. Anchar. 216. Subſcriptum à Gaſpar. Calder. Anchar. & Salic. ſequitur Alex. conſ. 14. Ponderatis narratis. num. 7. & ſeq. lib. 3. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 418. & ſeq. vbi infinitos allegat.

Vide, Homicidium in rixa commiſſum, qua pœna puniatur Concl. 149.

18 Extende, quia procedit etiã, quoad torturam, quia torqueri nemo poteſt, niſi eſſent plus inditiati aliqui, quam alij, vel propter fugam, vel malam conditionem, Marſil. Sing. 217. num. 2. Alc. reg. 3 præſumpt. 44. num. 4. & ſeq.

19 Reſtringe niſi aliquis in rixa fuerit malæ conditionis, & ſolitus talia facere, quia ipſe cenſetur reus, & culpoſus, Marſil. d. rubr. C. de probat. n. 418. ver. non omitto tamen. Carrer. in prax. n. 4.

Re-

20 Restringe nisi vnus esset officialis, & qui posset præcipere,& obuiare,& non fecit,in simili Ancha. cons.158.in.3.& seq.& de Caporali. Carrer.in praxi.fol.115.n.6.& 213.n.5.

21 Restringe, nisi essemus in homicidio appensate facto, quia tunc omnes tenentur de homicidio. Marsil. d. sing. 217. in fin. & hanc communem * dicit Clar. in §.homicidium.n.37.vbi tamen distinguit plures casus.

22 Vide tamen Carrer.in praxi,fol.111.maxime n.2.& seq. vbi dicit non procedere in Regno, & vbi sunt statuta.

23 Restringe quoad pœnam pecuniariam, quia extraordinaria pœna pecuniaria puniri possunt. * Anchar.d.cons.216.nu.6. vbi dicit omnes * ita tenere.

24 Amplia,quia idem in duobus delinquentibus, quia licet constet de delicto, sed nescitur, quis ex duobus fuerit delinquens, licet alter eorum necessario deliquerit, tamen melius est ambos absoluere, quam ambos condemnare. Roman. cons.401.Et præsupposito per totum,vbi Apostil. 1. plurimos concord. allegat.

25 Extende, vt idem sit in duobus rixantibus, vel aggressoribus,quia si non constat, quis fuerit aggressor, licet sint opiniones, an interfectus, vel superstes aggressor fuerit,de quibus plene Alciat. de præsumpt.reg.3.præsumpt.39.tamen ibi an.§. quod potius absoluendus est, quam condemnandus, propter incertitudinem delinquentis, si non potest constare, quis primo aggressus sit alium; plene Tiraqu.de iure primog.q.17.opin.6. n. 17. vbi plurimos allegat.

Vide Aggressor in dubio præsumitur in dolo. Conclusione 247.

26 Et ideo Clar.in §.fin.quæst.60. num.31. dicit, quod etiam in pœna pecuniaria procedit, quia pœna pecuniaria insultus, vel primæ euaginationis non debetur, quando non constat quis primo euaginauit propter incertitudinem, & quod ita seruauit Senatus; subiungit tamen, quod Doctores * tenent contrarium,quando agitur de pœna fiscali.

27 Declara extensionem multis modis, vt præsumatur aggressor mortuus si rixosus, si fortior, si magis armatus, si superstes acclamauit, vel similes coniecturæ concurrunt contra mortuum; & è conuerso, si concurrunt contra viuentem, plene Alciat.d.reg.3.præsumpt.39.& fuit dictum Fulgos.in d.l.1.§.cum arietes. ff.si quadrup. vbi considerat, & contra iuuenem,si alius senex,contra minantem, & plures coniecturas; Vide omnino Onded.cons.99.num.21.& seq. vbi fidem, & licet dicat esse opiniones, quod mortuus imo præsumatur aggressus, & quod viuens possit torqueri; tamen distinguit, quod si vterque est vulneratus, tunc mortuus præsumitur aggressor, secus si solus mortuus esset vulneratus, & dicit, quod superstes non potest torqueri, & maxime quando extant præsumptiones pro eo.

28 Extende in ruptura pacis, quia si non constat, quis primo percusserit, vel dederit causam, in dubio fit absolutio respectu priuatorum: Bart. & ibi alij in l.1.§.cum Arietes. ff. si quadrup.paup. fecis. quod prosequitur Marsil. in rub. C. de probat. num. 406. qui restringit, quoad interesse partis.

29 Extende idem in duobus inuicem insultantibus. Marsil. dicta rubr. C. de probation. num. 413.& seq.

30 Restringe,respectu pœnæ Fisco applicãde,quia si vnus percussit prius,alter postea non videntur posse agere ad pœnã, secus in Fisco. Vide Bald.& ibi Angel.& Imol.in l.semel mora. ff. solut.matr. Alex.in addit.ad Bart.in rub. ff.si quadrup.paup. fecis. Cagnol.in l.si quis maior. num. 94. C. de transact.

31 Contrarium, quia imo etiam ratione Fisci, si reperitur ensis prohibitus sub porticu, in quo sunt plures, nullus punitur, si non constat cuius fuerit.Marsil.d.rubr.C.de probation.num.413.& forte quia casus diuersus, & nullus delinquens apparet. Vide infra num.36.& 37.

32 Limita,nisi actor probasset intentionem suam, quia per probationem dubiam rei non debet Iudex absoluere reum, sed condemnare. Feder. de Sen.cons.153.circa fin.ver.è contra videtur.

Vide Absoluere non debet Iudex in dubio multis casibus.Conclus.proxima seq.

33 Limita,vbi imminet periculum animæ, quia in dubio facienda est condemnatio, vt peccatum tollatur. Feder.de Sen. d.cons.153. ver. item vbi vertitur. in fin.

34 Extende, vel nisi agatur de fauore animæ, & causæ piæ. Bald. consilio 39.num.2.& 3.lib.1.

35 Declara, quia condemnatio in dubio fieri debet in foro conscientiæ, secus est in foro contentioso, nisi ageretur de scandalo publico. Ita Decian.cons.8.n.50.ver.non obstat.lib.1.

36 Limita, quia in dubio pars magis rigorosa tenenda est, quando agitur de pœna pecuniaria Fisco applicanda, quia si duo habentes pacem reperti sunt rixari,& se percutere, licet non conflet, quis primo insultauerit, & licet vnus illicite, alter licite fuisse dici posset, tamen propter incertitudinem ambo sunt condemnandi. Bal. in l.1.§.cum Arietes.ff.si quadrup.paup.fecis.& ibi Alber. & Florian. de S.Petro, nu. 6.sequitur Angel.de malef. in ver. & dictus Titius se defendendo, num.37.& seq.vbi August. Arimin.in addit. Octauia. Vulpel. tract.de tregua,& pace, quæst. fin.vbi mouentur, ne delicta remaneant impunita, & quia dant operam rei illicitæ. Allegantur etiam Bart.in l.si in rixa.ff. de sicar. Bald. Angel. & Imol.in l.semel mora.ff.solut.matr.& hanc partem tuetur Cephal.cons.35.n.27.& seq. lib.1. vbi quicquid sit inter partes, quia mutua compensatione tolluntur delicta, in Fisco secus est, quia exigit ab vtroq; sed reuera non loquitur,quando non constat,quis primo,sed quando pluries hinc inde illata est offensa.

37 Contrarium, quod imo sint absoluendi, quia impossibile est, quod ambo darent operam rei illicitę, ex quo solus aggressor incidit in pœnam, non qui se defendit; ideo potius sint absoluendi, per regulam, quod sanctius est nocentem absoluere,quam innocentem condẽnare, tenet Alciat. tract.de præsumpt.reg.3. præsumpt.39.nu.5. plene Fulgos.d.l.1.§.cum Arietes, vbi reprobat Bal. & respondet omnibus allegatis per eum, vt loquantur, vel quando constat de aggressoribus, non de vulnere, vel quia dabat operam rei illicitę, quod non est necessario dicendum in duobus rixantibus,plene Apostil.Ber.Landria.ad Angel.de malef.tit.& dictus Titius se defendendo,n. 37. vbi, quod doctrina Bart.in l.si in rixa. ff. de sicar.

ſicar. quæ allegatur pro contraria, non facit, quia loquitur, quando conſtat, quod omnes dabant operam rei illicitæ, alias ſecus, & Fulgoſ. ſequitur Corne. conſ. 274. nu. 7. & ſeq. lib. 1. licet recedat, quando ſequutum eſt homicidium, vt ſuperſtes grauatus non ſit abſoluendus, & idem tenet Boſſ. titul. de homicid. num. 89. & ſeq. clare Boer. deciſ. 237. per totam, vbi opiniones pro vtraq; recitat, & tandem num. 4. vſque in fin. declarat, quod Iudex poteſt punire delictum in vtroque, ſed non de pace rupta, quando non conſtat quis primo offenderit. Idé tenet clare Bonif. Vital. in tract. de malef. tit. de pace, n. 21. Menoch. de arbitr. caſ. 363. num. 15. & ſeq. maxime num. 18. vbi citat Boer. & pleniſſime Nicol. Moron. tract. de fide, tregua, & pace, quæſtione 118. numero 7. vbi quod Fiſcus exigit pœnam delicti ab vtroque, non autem pœnam pacis ruptæ, & ita loquitur Felin. poſt Abb. in c. 1. de tregua nu. 5. vbi punitur inſultus, non autem eſt locus pœnæ fractæ pacis.

38 Declara, vt per Clar. in praxi. §. fin. quæſt. 60. n. 31. vbi, quod Senatus quandoque vnam, quandoque aliam ſeruauit opinionem; ſed tamen dicit, quod in pecuniaria pœna ſolum ſeruanda eſſet limitatio, ſecus in pœna corporali.

39 Declara, quia quando clare non conſtaret de ruptura pacis, ſed ſola præſumptione, tunc pœna ordinaria non poteſt imponi. Boſſ. tit. de conuict. n. 40. & ſeq. vbi loquitur tam in pœna corporali, quam pecuniaria.

40 Declara, quia ſi inter rixantes ſequutum eſt homicidium alterius rixantium, licet non conſtet quis primo inſultauerit, tamẽ præſumitur contra ſuperuiuentem, qui interfecit, maxime quando concurrunt aliqua. Corne. conſ. 274. num. 9. & ſeq. lib. 1.

41 Declara, vt prima opinio, & ſic limitatio procedat, quoad pœnam delicti, quam Fiſcus exigit ab vtroque, ne delicta remaneant impunita, ſecus quoad pœnam pacis ruptæ. Ita Boer. deciſ. 237. col. fin. Vital. de pace. nu. 21. Moron. de pace, quæſt. 118. per totam.

42 Declara, quia ſi ſumus in mutua iniuria verbali, non intereſt Reipublicæ. Ideo abſoluendi ſunt, ſi non conſtat de eo, qui fuerit primus; ſecus ſi iniuria eſt perſonalis, vt quia ſe inuicem percuſſerint. Ita Felin. in c. dilecti filij. n. 16. ver. tertia declaratio, de exception.

43 Declara, quia is, qui inſultum fecit, dicitur dediſſe cauſam alteri ad ſe defendendum, & ſi præparauit ſe ad inſultum. Boſſ. tit. de homicid. num. 88. & ſeq.

44 Limita pluribus caſibus, quia in dubio durior pars tenenda, non benignior, de quibus Marſil. ſingul. 218. Regulam habemus. Primus eſt, quando diſcordant Periti. An ſit vulnus mortale, quia in dubio, quod ſit mortale.

45 Contrarium tenent Bald. & Cuman. ac alij, quos refert Marſil. d. ſingul. 218. n. 2.

Vide Pœna mitior, quando eligenda, vel ſecus. Concluſ. 219.

Secundus, quando confeſſio rei eſt dubia, an metu tormentorum, vel ſpontanea, quia in dubio ſpontanea præſumitur. Marſilius dicto ſing. 218. num. 3.

Tertius, quando conſilium datum obligat ad delictum, quia in dubio præſumitur, quod Mandatarius non eſſet aliter facturus. Marſil. d. ſing. 218. num. 4.

Quartus, Confeſſio, quæ poteſt referri ad delictum, vel non delictum, in dubio refertur ad delictum. Marſil. d. ſing. 218. n. 5.

Contrarium idem Marſil. ibi num. 5. ver. contrarium.

Quintus, quia in delicto Vniuerſitatis, licet non conſtet, qui deliquerit, tamen in dubio tenentur omnes, non autem abſoluuntur. Marſil. d. ſingul. 218. n. 6.

Sextus, quia ſi Notario ob falſum inſtrumentum abſcindi debet manus, in dubio dextera debet abſcindi. Marſil. d. ſing. 218. n. 7.

Septimus, quando ſumus in grauioribus delictis, pœna ſeuerior, & acrior ſumenda eſt in dubio. Boſſ. in praxi, tit. de coitu damnato. num. 82. & in atrociſſimis pœna capitalis ſumitur pro vltimo ſupplicio naturali. Boſſ. titulo de pœnum. 16.

Vide Miſericordiam debet Iudex exercere. Concluſione 274. vbi plura de Clementia, & Miſericordia.

Vide Seueritas per Iudicem exercenda. Concluſione 237. vbi plura de Seueritate, & rigore exercendis.

Abſoluere non debet Iudex in dubio multis caſibus. Concluſ. XLII.

1 ABSOLVERE non debet Iudex in dubio, quando agitur de periculo animæ ex abſolutione. Ideo obligatus reſtituere vſuras, licet doceat de reſtitutione particularium vſurarũ diuerſis perſonis facta, tamen debet condemnari ad reſtitutionem confeſſatam per defunctum, ſi non apparet, quod ſint eædem vſuræ, quia maius eſt periculum animæ, ſi non fiat reſtitutio, quam importet damnum, ſi bis ſoluantur, & reſtituantur. Feder. de Sen. conſ. 153. col. fin. ver. præmiſſa locum habent, vſque in fin.

2 Amplia fauore pie cauſæ, & animæ, alio caſu. ſi teſtator inſtituit filiam naſcituram in 500. Florenis, & quod ſi decedat antequam nupſerit diſtribuantur pro anima teſtatoris, eueniatq; quod non naſcatur. Ita quod habetur pro non ſcripto, & ſi eſt legatum accreſcit ſubſtituto ſine onere, ſi eſt hæreditas accreſcit cum onere, ex quo non eſt hereditas, neque legatum, propter inſtitutionem in quantitate, dicit Bald. conſ. 39. num. 1. in fin. cum ſeq. lib. 1. quod præſumitur legatum, vt onus non tranſeat, quia fauorabilior eſt liberatio, ſed tamen quia onus eſt fauore pie cauſæ determinat contra.

3 Et multi ſunt caſus, in quibus in dubio inclinandum eſt adeſſe peccatum, vt non aperiatur via peccato, & vt abſtineatur. c. iuuenis, de ſponſalib. plene Abb. in cap. 1. de ſeruit. ſed iſtud procedit in foro conſcientiæ, vel ſi agatur de ſcandalo, alias ſecus. Decian. conſ. 8. nu. 50. ver. quia facile, lib. 1.

Vide, in ver. Peccatum omnino vitandum. Concluſ. 193.

4 Amplia quando dubitatur de facultate eius qui abſoluit.

Vide

Vide Excommunicatus ſi abſoluatur. Concluſione 459.

Abſoluere a caſibus Epiſcopo reſeruatis, qui poſsint. Concluſ. XLIII.

1 PRAELATI exempti quoad ſuos ſubiectos exemptos habere vid entur iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem: Ideo poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, Feder. de Sen. conſi.95. Super dubitationum,col.penul.ver.conſequenter. circa prẽmiſſa : vbi reddit rationem , quia aliàs non eſſet prouiſum ſaluti exemptorum.

2 Et de Abbate,quod poſſit abſoluere ſuos ſubditos,quando habet iura Epiſcopalia, vel eſt exemptus .

Vide ſupra,Abbas quid poſſit circa abſolutiones. Concluſ. 16.

3 Amplia,vt procedat nedum ſi ipſi exempti per ſe abſoluant,ſed etiam ſi deputent perſonam, quę debet abſoluere , quia poterit abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,Feder. d.conſi.95.col.penul. verſic. conſequenter , qui loquitur in confeſſione Monialium exemptarum.

4 Amplia quia Pœnitetiarij deputati habent eandem authoritatem in foro pœnitentię , quam habent Epiſcopi,niſi aliter ſit prouiſum per ſuperiores, Calder. conſil. 2. de teſtib.aliàs 168.verſi. Sed ſaluo ſaniori conſilio .

Vide.Pœnitentiarij, Concluſ. 261.

5 Limita in confeſſoribus Fratrum Prædicatorum,& Minorum,quia non poſſunt abſoluere in caſibus Epiſcopo reſeruatis, clem. 2. §. ſi vero, de ſepult .

6 Declara hanc limitationem , vt procedat reſpectu ſubditorum Epiſcopi , qui non poſſunt abſolui ab iſtis Fratribus,ſecus quoad non ſubditos,quia ſi deputantur confeſſores à Prælato exẽpto,poterunt abſoluere exemptos in caſibus Epiſcopo reſeruatis: Ita Feder.de Sen.conſil.95, col. penul. verſi. Conſequenter circa præmiſſa .

Abſolutionis effectus, & quotuplex ſit Abſolutio.Concluſ. XLIIII.

1 ABSOLVTIO tantum purgat , & liberat, quantum excommunicatio illaqueat, Oldr. conſil.202.Quidam monachus.numer.3.verſic.eſt enim regulare .

2 Abſolutio alia eſt iudicialis,alia extraiudicialis;iudicialis eſt, quæ pręiudicium tertij reſpicit, & prouenit ab excommunicatione lata in foro Iudiciali , quæ pariter requirit abſolutionem. Federic. de Sen. conſil. 14. numero 2. verſic. & ſi dicatur .

3 Extraiudicialis abſolutio eſt , quæ in foro pœnitentiali confertur,& nõ reſpicit pręiudicium tertij.c. 2. de pœnit. & remiſſ.in 6. cum ibi not. Feder. d. conſil.14.num.2 verſi.2. & num. 4. in fin. verſic. In 2. quæſtione .

4 Omnis autem abſolutio ſiue in foro Iudiciali, ſiue in foro Pœnitentiali eſt inriſdictionis,& ſi fiat abſolutio iudicialis à Iudice incompetente , non valet:& idem de pœnitentiali,ſi fiat à non habente authoritatem,ſeu iuriſdictionem, Feder. dicto conſil. 14. num. 4. circa fin. verſi. in 2. quæſtione,vbi quod nec valet conſuetudo contraria .

Vide. Abſoluere poteſt , qui poteſt condẽnare qualiter intelligatur.Concluſione 40.

Abſolutio in foro conſcientiæ quid ſit,& operetur. Concl. XLV.

1 ABSOLVTIONEM in foro cõſcientię nun quã denegat Eccleſia redeunti ad eam , in foro animæ. c. ſuper eo,de hæret. in 6.

Vide. Eccleſia nunquam claudit gremium Pœnitentibus. Concluſ. 14.

2 Operatur hæc abſolutio in foro conſcientiæ,ſolum quoad Deum, & pœnam æternam, nõ quoad temporalem. Ideo abſolutus in foro conſcientiæ poteſt puniri in foro fori,de eodem delicto ,.Couar. var. reſolut. lib.2.c.10.nu.2.

Declara,vt in ver. Pœnitentia quando excuſet. Concluſione 262.

Abſolutionis cauſa habet multa priuilegia,vt quilibet admittatur. Concluſ. XLVI.

1 ACTVS , qui tendunt ad abſoluendum vinculum,quod aliàs impediret agentem permittuntur durante ipſo vinculo diſſoluendo, ideo excommunicatus admittitur ad ceſſionem bonorum,quia ex ea tollitur vinculum excommunicationis,Feder.de Sen. conſil.193.in prin.

2 Amplia,vt idem ſit in ſeruo,qui licet nõ poſſit eſſe in iudicio, l. ſeruus, C. de iudi. tamen poteſt eſſe in iudicio ad petendam abſolutionem, l. iuxta. ff. de iudi. Feder. d. conſil. 193. in princ.

Vide alios caſus ſimiles, in ver. Excommunicatus quando repellatur. Concluſ. 455. & ſeq.

Abſolutio ad cautelam a quibus poſsit dari. Concluſ. XLVII.

1 ABSOLVTIO ad cautelam ab excommunicatione,quæ non prętenditur nulla,regulariter debet peti ab eo,qui excommunicauit , & ad eum excommunicatus eſt remittendus. c. ad reprimendam,de offic.ordin. Oldrad.conſil. 278. nu. 3. verſi. ſuper 3.

2 Et excommunicatus ab Ordinario,vel ſuo Officiali,vel delegato non poteſt abſolui ab alio Ordinario ſuperiore,ſed remittendus eſt ad Ordinarium,qui excommunicauit.Roman.conſil. 387. In terminis præpoſitę.num. 4. verſic. 2. Idem, quod intelligit niſi ſententia eſſet confirmata per Papam,quia ſolus Papa eo caſu poteſt abſoluere.

3 Declara niſi ad ſuperiorem eſſet appellatum ab ipſo Ordinario , quia Iudex appellationis poſſet abſoluere, vt infra, Abſolutio ad cautelam,Concluſ. 49 .

4 Limita in teſtibus excommunicatis , qui proferendo teſtimonio , quando alias veritas patere non poteſt , de conſuetudine poſſunt abſolui ad cautelam,c.veniens in fin.vbi Hoſtienſ. de teſtib. Oldrad,d.conſi.278.nu.3.verſi.ſuper tertio.

Vide

Vide Excommunicatus ab Ordinario à quo poſſit abſolui,vel non, Concluſ. 465.

Abſolutio ad cautelam, An concedi poſsit a Delegato. Concluſ. XLVIII.

1 ABSOLVTIO ad cautelam non poteſt dari per Iudicem delegatum,niſi ſit expreſſe ſibi conceſſum,Oldrad.conſi.145.in princ. ex mente Innocen.Hoſtienſ. & Ioan.Monac.in cap.ſolet, in princip. de ſenten. excom. in 6. Sed loquitur Oldrad.in Iudice delegato remiſſorie, vt non abſoluat teſtes ad cautelam;niſi ſit ſibi conceſſum.

2 Contrarium tamen allegat Oldrad.dict.conſil. 145.in princ.tenere Archid.in c.ſolet, de ſentent. excom. in 6. & adducit text.in c. ad præſentiam, de appell.

3 Amplia , quia delegatus non poteſt abſoluere excommunicatũ à ſe poſt annum,niſi eſſet appellatum ab excommunicatione , quia tunc poſt annum abſoluit,Calder.conſil. 74. An Legatus,aliàs primo,de offi.delegat.

Vide Iudex delegatus , quando habeat , Concluſ. 440.

4 Limita , quia datur abſolutio ad cautelam per Iudicem delegatum ad cauſam appellationis, quando appellans poſt appellationem fuit excommunicatus, etiam ex ſola appellatione interpoſitã probabiliter,licet adhuc non iuſtificata, & antequam Iudex appellationis cæperit cognoſcere, Feder.de Sen.conſil.198.Caſus talis eſt,lata fuit.

5 Limita,quia Iudex delegatus ſi ſibi mandatur, quod abſoluat excommunicatum ad cautelam,facta ſatisfactione, ſufficit etiam ſi detur cautio de parendo, dummodo non ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, quia ita eſt de iure reſcriptum interpretandum,Calderin.conſi.25. Si mandatur, aliàs 2.de reſcript. quod eſt conſilium Gaſpar. Calder. & duplicatur per Io. Calder.eius patrem conſil. 532. quod eſt primum de ſentent. excommunicatio.

Abſolutio ad cautelam,quando concedenda excommunicato, & qualiter probetur.Concluſ. XLIX.

1 ABSOLVTIO ad cautelam ab excommunicatione lata per Iudicem à quo, poſt appellationem interpoſitam debet concedi per Iudicem ad quem,etiam antequam cognoſcat an bene, vel male ſit excommunicatus , dummodo conſtet infra decem dies eſſe appellatum,& quod appellatio ſit releuans,licet nõ ſit iuſtificata cauſa appellationis,Feder. de Sen. conſil. 198.Caſus talis eſt,lata fuit.in princ. allegat c. per tuas, de ſent.excom.& c.venerabilibus. §. ſed ſi ex cauſa, & §.fi.eod.tit.lib.6.

2 Amplia,vt ſit concedenda talis abſolucio,quando excommunicatio fuit lata propter expenſas non ſolutas,ante ſolutionem expenſarum , Feder. d. conſi.198.in prin.& in verſi. ſed opponitur , & dicitur.nu. primo.

3 Amplia,vt ſit danda abſolutio ad cautelam,nedum ſi excommunicatio ſit particularis,ſed etiam ſi ſit generalis contra omnes de certo loco , vel terra, ſecus ſi eſſet latum interdictum) Feder. d. conſi.198.in princ.verſi. ſed à ſententia, nu. 1.

4 Ratio poteſt eſſe,nedũ dubitatur de validitate excommunicationis,ipſe excommunicatus priuetur conſortio aliorum interim ,quod non eſt admittendum,ita Feder.d.conſi.198.num.3.verſi. ſi enim deberemus.

5 Amplia , quia abſolutio ad cautelam ſemper danda eſt,data cautione de parendo quãdo offenſa non eſt manifeſta,etiam ſi in reſcripto mandaretur abſolui facta ſatisfactione , quia ſufficeret cautio de parendo,Calder.conſil.25. ſi mandatur aliàs 2.de reſcript.& eſt conſilium Gaſparis Calder.quod duplicatur à Io.Calder. conſi.532.quod eſt primum,de ſent.excom.

6 Amplia quia excommunicatus à pluribus , vel ab eodem pluries poteſt abſolui ab vna excommunicatione tantũ,firmis manentibus alijs, ſed ſi ab eodem ſuperiore non abſoluitur niſi caueat quod ab aliis etiã excõmunicationibus abſolutionẽ impetrabit,c.cũ pro cauſa, vbi gl.& Abb.& in c.officij,de ſent.excõ.vbi gl. in verſ.exhibere nõ debet.

7 Limita,quia abſolutio ad cautelam non datur à ſententia interdicti , prout à ſententia excom. Feder.d.conſi.198.num. 1. verſic.ſed à ſententia.

8 Limita quia abſolutio non datur excommunicato ad cautelam , quando eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa,niſi prius pareat ; & dicitur excommunicatus pro manifeſta offenſa,quando apparet excommunicatio per ſententiam , quæ tranſiuit in iudicatum,Feder.de Sen.d.conſi. 198. in princ.verſi.ſed opponitur,num. 1.& 2.

9 Declara, quia quando excommunicatus eſſet pro manifeſta offenſa,vel quia iniecit manus violentas in clericos,tenetur iurare & cauere de parendo mandatis Eccle.c.ex tenore de ſent.excom. vbi gl. in verbo debeat . Et licet poſſit omitti tale iuramentum,quia non eſt de ſubſtantia abſolutionis,tamen non debet omitti.glo.in c.cum deſideres in fin.in verſic. niſi forma Eccleſiæ,de ſent. excom.Et vide ſupra num.6.

Declara,vt in verſic.Excommunicatus pro manifeſta offenſa, Concluſ.463.

Et in verſi. Excommunicatus ingrediens Religionem, Concluſ. 461.

Qualiter autem probetur excommunicationis abſolutio plene Maſcard.concluſio 12.

Abſolutio expreſſa quibus caſibus requiratur, vel tacita ſufficiat. Concluſ. L.

1 ABSOLVTIO ab interdicto Eccleſiaſtico requiritur ſpecialiter ab homine,nec ſufficit,ſi pars territorij interdicti alienaretur. Feder. de Sen.conſil. 32,in princ.verſi.ad præmiſſa.

2 Amplia, quia afficit interdictũ etiã natos poſt interdictum,donec abſoluantur,imo etiam afficit mortuos ciuiliter.

Declara vt plenius in verſi.Interdictum Eccleſiaſticum contra populum quos comprehendat, Concluſ. 277.

3 Amplia in infamia incurſa, quæ nõ tollitur per pœnitentiam , ſed requiritur abſolutio. Feder. de Sen.

Sen.d.consil.32. in princ.num.1.

Vide plenius in ver.Infamia ex quibus tollatur. Concluſ.115.

Abſolutio manuum violentarum in Clericos, cui competat, & quomodo facienda. Concl.LI.

1 EPISCOPVS poteſt abſoluere Clericum ſibi ſubditum, qui in alium Clericum ſuæ Diœceſis, vel Ciuitatis, Beneficiatum in eadem Eccleſia iniecit manus violentas, dummodo iniuria ſit leuis, Lap.alleg.77.In Dei nomine Amen. c. peruenit, de ſent.excom. & c.cum illorum,eod.tit.

2 Amplia,vt idem poſſit Prælatus quoad ſuos Religioſos Clauſtrales.d.c. cum illorum, de ſent. excom.Lap. allegat.74.n.5.verſ. hic eſt quod talibus.

3 Extende,vt etiam Prælatus Religioſus abſoluat ſuos Religioſos, etiam ſi manus iniecerint in Religioſos alterius Ordinis,vel Monaſterij;facta tamẽ ſatisfactione offenſis, quia Prælatus percuſſi debet verberare Religioſum excommunicatum,Calder. conſ. 91. in fin. quod eſt conſ. 1. An Epiſcopus, de offic. Ordin.ver. nec eſt verum, vbi quod requiritur citatio Abbatis offenſi.

4 Regula tamen eſt in contrariũ,quia percutiens Clericum incidit in pœnam can. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4. quod diſponit eum teneri ſe præſentare conſpectui Papæ, & ſic ab ipſo Papa regulariter debet abſolui, & procederent prædicta, etiam ſi percutiat Clericum primæ tonſuræ, ſed procedit in graui percuſſione, ſecus in leui.

Vide. Percutiens Clericum incidit in pœnam Canonis. Concluſ.274. vbi pleniſſime.

5 Iuramentum, & cautionẽ præſtare debent abſoluendi ob iniectionẽ manuum violentarum in clericos,vel ob manifeſtã offenſam de parendo mandatis Eccleſię.c.ex tenore,de ſent.excõ.vbi gl.in ver. debeat,dicit,quod forma eſt generalis circa licita. c.ad hęc,il a.de appel.& idẽ repetit tex.in c.ad hęc, de ſent.excom. quod non debet dari abſolutio,niſi prout eſt iuris,& caueat de parẽdo mãdatis eccleſ.

6 Et licet huiuſmodi iuramentũ poſſit aliquando remitti,quia nõn eſt de ſubſtantia abſolutionis,ſed ad cautelã,tamen nõ debet omitti, vt dicit gl.in c. eũ deſideres.in fi.in ver.niſi forma eccleſix.allegat tex.cõcord.& maxime in c. ſuper eo,de ſent.excõ. vbi quod illi,qui poſſunt induci, non cõpelluntur.

Abſolutio generalis reſtringitur ad cauſam expreſsã. Concl.LII.

1 ABSOLVTIO quantũcumq. generalis conceſſa, reſtringitur tantũ ad cauſas in precibus expreſſas.Oldr.conſ.184.n.9.ver.nititur etiã electus.

2 Amplia in tranſactione generali,facta inter plures, quia reſtringitur ad cauſam expreſſam, & ad narratam.Bald.conſ.411.in facto proponitur,li.5. Quod eſt Angel. de Perufio.

3 Amplia etiam in pacto liberatorio gratuito generali,quia reſtringitur ad cauſam expreſſam.Baldus dict.conſ.411.lib.5. per tot.

4 Amplia in ſententia generali mandante, quod partes generaliter ſe abſoluant, vel in laudo,quia reſtringitur ad cauſas expreſſas,non autem ad incogitata.Bald.conſ.411.lib.5.

5 Declara, vt plenius in verb. Conſenſus non traſitur ad ignorata. Concluſ.754.

6 Amplia,quia ſentẽtia lata ex cauſa expreſſa reſtringit ſententiam. Vide. Sententia lata ex cauſa expreſſa in ea regulari debet, Concl.146.

7 Limita, quia quietatio generalis bene trahitur ad cogitata generaliter Bald.d.conſil.411.num.3. ver.quis ergo. lib.5.

Vide. Tranſactio per verba generalia quando reſtringatur, vel non. Concluſ.354.

8 Declara,quia excommunicatus à pluribus ſuperioribus, vel ab eodẽ ſuperiore propter plura delicta,vel commiſſa,ſi abſoluitur ab vna excõmunicatione, quod poteſt fieri, erit quidem abſolutus, ſed non propterea quoad alias excommunicationes,ideo erit adhuc vitandus. Bene verũ eſt,quod ſi ab eodem ſuperiore petatur, non debet abſolui, niſi caueat,quod abſoluetur etiam ab alijs,ita tex. cum gloſſ. & ibi Abb. poſt alios in c.cum pro cauſa, & plenius in c. officij, de ſent. excom. vbi gloſſ. fin. in verſ. exhibere non debet.

Abſolutus à delicto an poſsit iterum accuſari,vel inquiri de eodem. Concluſ. LIII.

1 ABSOLVTVS à delicto pro quo quis accuſabatur, non poteſt iterum accuſari ab eodem, de eodem delicto. Bartol. in l. ſi cui, §. ijſdem, in princ.ff.de accuſatio.c. de ijs de accuſatio.* communem dicit Iul.Clar.in praxi.§.fin.q.57.in princ. Couarru.variar. reſolutio. c.10.lib.2. in princ.

2 Extende, vt procedat ſiue accuſatio fuerit pro delicto criminaliter,ſiue ciuiliter,quia ſemel abſolutus non amplius accuſatur. Clar.d.§.fin.q.57.n. 2. vbi de * communi, maxime quando accuſatus fuit abſolutus tanquam innocens, vt ibi.

3 Amplia,vt procedat etiã,quando abſolutio fuit lata in iudicio denunciationis,vel inquiſitionis cõtra reũ,quia non poteſt vlterius inquiri;vel denunciari pro eodẽ.Bart. in l. Diuus.n.11.verſ.vlterius quæro.ff. de cuſtod.reorum.& in l. ſi cui,§.ijſdem. n.4.ver.Quæro hic loquitur.ff. de accuſatio. & eſt * cõmunis*opinio,vt per Clar.d.§.fi.q.57.n.7.ver. Sed quid ſi proceſſum,& n.8.ver. Idemq. dicendũ.

4 Extende idem, quando abſolutus fuit ſuper denunciatione, quia à pari procedunt indicia ſuper denunciatione, cum indicijs cum inquiſitione. Clar.d.§.fin.q.57.nu.8. in fi. verſ. idque.

5 Reſtringe quando in cauſa inquiſitionis, prout de iure Canonico, pœna ordinaria non eſſet impoſita,quia poterit de nouo accuſari ab eo, qui ſuam * proſequitur iniuriam,* communem dicit Clar.d. §.fin.q.57.nu.8. verſ. Sed hæc quidem.

6 Contra reſtrictionem tenet Clarus, quãdo fuit citatus is,qui vult de nouo accuſare, ibi nu.8.

7 Declara, vt plene per Angel.Aret. conſ.110. In themate ſupradicto,in princ.quia ſi quis eſt abſolutus à iudice procedente per inquiſitionẽ,poteſt ad accuſationẽ eius,qui proſequitur ſuã iniuriam,vel ſuorũ,& ignorauit proceſſum per inquiſitionẽ,iterũ de eodẽ delicto inquiri, & probatur ignorantia per iuramentũ,vbi allegat pro vtraq; opinione,& hãc tuetur:ſi vero accuſans ſciuit,tũc diſtinguitur, aut ſententia abſolutoria eſt valida, & non poteſt iterũ puniri,aut ſententia eſt,vel nulla,vel iniuſta, aut ex falſa cauſa,& poteſt iterum inquiri.Idẽ Angel.Aret.d.cõſ.110.n.34.& ſeq.ver.capio ſecundũ.

8 Nulla autem dicitur ſententia abſolutoria lata

per Iudicem inquirentem cõtra reum inquisitum, & contumacem nullo petente, vel interueniente pro eo. Item est nulla, si antequã lata sit, fuerit reus citatus ad respondendum inquisitioni. Angel. Aretin. dict. consil. 110. num. 40. versic. secundo fuit processum, cum seq.

9 Amplia in laico inquisito ab Episcopo, quia cognouerit Monialem, quia si absoluatur non potest inquiri, super eodem crimine à iudice seculari, propter personam Monialis, vel Clerici, de iure Canonico, quia de delicto commisso in Clericum, vel Monachum, Episcopus plene potest absoluere. Baldus consil. 260. Facta est per Episcopum, per totum, maxime in fin. lib. 3.

10 Restringe, vt non procedat in alio crimine mixto, in quo persona Ecclesiastica non offenditur, quia de iure ciuili iudex secularis potest inquirere; non obstante absolutoria data per Episcopum. Bald. dicto consil. 260. per totum, maxime in fin. libro tertio, sic è conuerso eadem ratione absolutus à iudice seculari poterit in delicto mixti fori inquiri per Ecclesiasticum, si habet legitima indicia, infra num. 40. & sequen.

11 Amplia, vt procedat etiam, si quis ex gratia fuit absolutus ab eo, qui potest facere gratiam, quia nõ potest accusari vlterius, communem * dicit Clar. dicto §. fin. q. 57. nu. 9. ver. habet etiam locum, vbi dicit, quod crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur, & plenius q. 59. in princip. vbi loquitur in Principe supremo, ad quem spectat facere gratias. Couarruuariar. resolut. lib. 2. cap. 10. in princ.

12 Nam gratia habetur pro solutione pœnæ, gl. & ibi Doctor. in cap. de ijs, de accusat. Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 2. solutio autem pœnæ habetur pro absolutione. Bald. in auth. sed nouo iure, nu. 4. C. de seruis fugit.

13 Restringe, vt non procedat, quando procederetur in loco originis, & delicti sub diuersis Principibus, quia tunc gratia facta in vno loco non reluat in alio quin possit accusari. Iul. Clar. d. §. fin. q. 57. nu. 9. vers. scias tamen.

14 Restringe, quando fuisset facta compositio per Vicarium Episcopi super delicto, vel alium Iudicem. Clar. d. §. fi. q. 57. nu. 12. in fin. ver. & Paul. de Castro conf. 548. lib. 1.

15 Restringe, quando absolutio esset in foro conscientiæ, quia non impedit procedi in foro fori. Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 2.

16 Amplia, quia multo minus potest iterum puniri ille, qui semel fuit punitus pro eodem crimine. Clar. dicta qu. 57. nu. 12. ver. dictum est, vbi quod non subest aliqua difficultas.

17 Extende, vt procedat etiam si esset punitus minori pœna, quia adhuc non posset pro eodẽ delicto iterum puniri, & ita seruari in pract. dicit Clar. dicto §. final. q. 57. nu. 12. ver. sed si fuit punitus.

18 Declara extensionem, nisi iudex per fraudẽ imposuisset minorem pœnam, quia tunc de iure posset iterum accusari, & puniri, & ita fecisse Senatũ Mediolani, attestatur Cla. d. §. fi q. 57. n 12. ver. q tamẽ.

19 Amplia, vt procedat etiam in relaxato ex carceribus absque absolutione, quia ex quo erat carceratus, & inquisitus pro delicto, ex relaxatione præsumitur innocens, Alex. conf. 180. In causa Angelorum, num. 8. & 9. vers. vlterius etiam, lib. 2. maxime quando fuit tortus, & facta contra eum diligentia super delicto.

20 Amplia, maxime, quando delictum, & illius punitio spectat ad Ecclesiasticum, quia tunc potest punire, & facta punitione à seculari reus non potest molestari, veluti si iurisdictio Ecclesiast. ca turbetur. Iunica. ff. si quis iudex, coobtempe. l. nullum. C. de testibus. Bald. in l. si quis. ff. de iurisd. omn. iudic. Aufrer. de potest. Iudic. secul. in person. Ecclesiastic. fallen. 11. n. 22. Marian. Socin. in c. licet suscepto, casu 40.

21 Extende, quia sententia fori Ecclesiastici, & è contra, tollit vlteriorem punitionem fori secularis, & è contra in ijs, quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, vel è contra. Bald. cons. 260. Facta est inquisitio, in fin. lib. 1. Alciat. in cap. 1. nu. 130. in prima limitatione, de offic. Ordin.

22 Limita, nisi doceatur de præuaricatione accusatoria, vel denunciantis, aut inquirentis, quia poterit iterum accusari ab eo, qui prosequitur iniuriam suam, vel inquiri. Bart. d. l. is cui. §. ijdem, in princ. ff. de accusat. & est communis * opinio. Iul. Clar. d. §. fin. q. 57. nu. 5. vbi reddit rationem, quia non debet obesse dolus primi accusantis, secundo accusare volenti, pro quo stat fauor publicus.

23 Extende, vt idem sit, si accusans, & prosequens, propriam iniuriam ignorasset accusationem, denunciationem, & inquisitionem, quia poterit admitti ad accusandum absolutum semel, Bart. dicta l. is cui. §. ijdem, in principio, ff. de accusat. Iul. Clar. d. §. fin. quæst. 57. num. 4.

24 Declara extensionẽ, vt procedat si probet ignorantiam per iuramentum & subsit magna causa, vt quia, sumus in atrocioribus, alias non, Clar. dicto §. fin. q. 57. nu. 4. vbi, quod in causa, quæ non erat atrocior, fecit Senatus dare cautionem accusatori de nouo, de expensis, & damnis refundendis.

25 Limita, quando absolutus esset accusatus, vel denunciatus, aut inquisitus de delicto eo, quia probatum non esset, quia potest accusari, denunciari, & inquiri de nouo, secundum * communem, de qua Clar. in §. fin. q. 57. nu. 2. in fin.

26 Extende etiam, quando reus absoluitur, quia non est plene probatum delictum, & fuit tortus, & purgauit indicia, quia dicitur absolutus rebus sic stantibus, & si noua indicia superueniunt, potest iterum molestari. Clar. in §. fin. q. 62. num. 2. vbi, quod de iure deberet diffinitiue absolui.

27 Extende quia in dubio sententia censetur lata, quia non fuerit probatum, non autẽ, quia innocens fuerit repertus. Iul. Clar. dicto §. final. q. 57. n. 3. vbi * dicit * communem, & relatiue q. 62. nu. 3.

28 Contrarium, quod absolutus de crimine, quia non est probatum, non possit vlterius inquiri, neq; accusari de eodem crimine ad eundem finem; secus ad alium finem, tenet Roman. conf. 223. Præmissa, per totum, vbi ad eundem finem ait deductũ esse crimen, quando primo fuit accusatus criminaliter, & secundo pariter criminaliter; secus si primo criminaliter, secundo ciuiliter, vel è contra.

29 Extende, vt quod dicitur de crimine, & de accusatione, vt sententia lata, quia non est probatum, inducat exceptionem rei iudicatæ ad eundem finem, idẽ sit in sententia in ciuili, quia non sit probatũ, quia est diffinitiua, & valet argumentum de iudicio ciuili ad criminale in hoc; plene Roman. dicto conf. 223. in fin. vbi apostill. dat concord.

30 Declara totam istam materiam, quia, aut ista sententia, quia non est probatum, fuit lata in iudicio exequutiuo simpliciter, vel etiam si in iu-

dicio

dicio ordinario nulla facta præfixione termini, & tunc non parit exceptionem iudicati, si vero fuit terminus præfixus in causa ordinaria bene operatur exceptionem iudicati ad eundem finem.

Vide. Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, & sententia absolutoria, quia non est probatum, differunt. Conclus. 169. vbi late.

31 Declara extensionem, quia non seruatur in multis locis, maxime Mediolani, quia si fertur sententia absolutoria, quia non probatum est delictum, fertur rebus sic stantibus; si vero fertur, quia constet de innocentia, fertur simpliciter: ita seruari dicit idem Clar. d. §. fin. quæst. 57. n. 3. & repetit plenius quæst. 62. nu. 2. ver. forma autem absolutionis.

32 Et in casibus, in quibus absolutio fit ob non probationem, eo casu debet præstare absolutus fideiussionem de se repræsentando: ita communiter seruari dicit Clar. d. §. fin. quæst. 62. num. 2. licet dicat, quod in statu Mediolani hoc non seruatur.

33 Limita, quando sententia esset lata propter falsas probationes, & non sit cognitum de falsitate, quia semper potest rescindi. l. 1. C. si ex falsis. Bart. & Alex. in l. Diuus, ff. de re iudic. quod procedit, siue sit capitalis, siue criminalis, siue non. & infra quantum tempus, late Bossius in praxi, titulo si ex falsis, numero quarto, vsque in finem.

34 Extende etiam si is, pro quo lata est sententia, non est particeps falsitatis. Alex. in l. Diuus, n. 10. ff. de re iudic.

35 Declara, quia non sufficit præsumpta falsitas. Boss. in tit. de falsis, num. 74.

36 Limita, quando accusatus fuit absolutus transactione offensi, quia poterit nihilominus accusari à tertio, qui prosequitur suam iniuriam. Clar. dicto §. finali, quæstione 58. num. 4. ver. sed pone; vbi dicit * communem, & relatiue quæst. 57. num. 6.

37 Limita, quia absolutoria lata super iure, & non super facto non excludit, quin possit iterum procedi, veluti si absolnitur, quia non reperitur in dolo, vel delinquens, quia talis sententia non nocet alicui, quin agere possit: ita Angel. Aret. d. cons. 110. n. 15. & sequ. ver. secundo est lata.

38 Limita, quando delinquens fuit absolutus in foro pœnitentiali, quia potest accusari in foro iudiciali; communem * dicit Clar. dicto §. fin. quæst. 57. num. 10. ver. sed nunquid, & * omnes hoc appprobant.

39 Extende etiam si in foro pœnitentiali fuisset punitus pœna condecenti, quia non tollitur pœna iudicialis secundum * omnes, plene Iul. Clar. in §. finali, quæstione 57. numero 10. ver. idemque dicendum.

40 Limita in absoluto à Iudice Ecclesiastico de crimine mixti fori, quia si delinquens absolutus est laicus poterit accusari, & puniri de nouo coram Iudice seculari. Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. ver. sed hic occurrit, vbi dicit * communem, & monetur, quia iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separatę, & distinctæ; ideo absolutio lata in vno foro non præiudicat in alio, & ad hoc allegat Didac. Couarruu. variar. resolution. libro secundo, cap. 10. numero sexto. qui omnium esse consensu receptum dicit.

41 Extende in casu conuerso, quando Iudex secularis absoluit laicum in causa, & delicto mixti fori, quia poterit per Iudicem Ecclesiasticum inquiri, & apud eum accusari, & puniri per eandem rationem, quia sunt iurisdictiones distinctæ, & separatæ, & sententia lata absolutoria in vno foro, non præiudicat in alio foro, vt idem Couarruuias dicit d. cap. 10. nu. 6. & Clarus d. §. fin. quæst. 57. num. 11. & ita in terminis Aflict. decis. 219. in foro, In fin.

Vide plene Bald. cons. 260. Facta est per Episcopum inquisitio. lib. 3. per totum, vbi allegat pro vtraque opinione plurima argumenta, quod absolutus non possit puniri, postea allegat contrarium, & tandem dicit, quod de iure ciuili absolutus ab Ecclesiastico potest puniri, sed de iure Canonico secus est, si plene est absolutus.

42 Declara, quia verissima est limitatio, & extensio, quãdo absolutio esset facta rebus sic stãtibus, vel exhactenus deductis, vel etiam absolutio esset simplex, quia in dubio præsumitur lata, quia non constitit de delicto secundum * communẽ, de qua idem Clar. d. q. 57. n. 3. ver. sed hic quæro, & ratio est in promptu, quia potest contingere, quod coram Iudice, qui absoluit, non cõstiterit de delicto, & coram alio, qui vult inquirere, extẽt indicia, & probationes sufficientes ad inquirendum, secus esset si moueretur ad defatigandum ipsum semel absolutum, & vt daret aliam absolutoriam, quia hoc non esset licitum.

43 Declara, quia si esset facta absolutio, quia accusatus sit innocens, vel nõ deliquerit, tunc non posset talis absolutus accusari, vel puniri corã alio. Clar. d. q. 57. n. 2. ver. & hęc quidem conclusio; vbi * dicit communem, & vide supra in princ.

44 Declara, seu extende limitationem, vt procedat sine dubio, quando absolutio esset solum in foro pœnitentiæ, etiã si pœnitentia fuisset publica, quia poterit puniri pro delicto temporaliter, tam per Ecclesiasticum, quam per seculare, vt per Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 10. maxime nu. 3. ver. sexto * idem, vbi de * cõmuni, & per tot. cap. ponit alios casus, quos videas, quia plene examinat materiã.

45 Limitat idem Clar. in d. §. fi. quæst. 57. n. 14. ver. sed quæro, vt etiam laicus punitus de delicto mixti fori à Iudice Ecclesiastico, possit iterum accusari, & puniri coram Iudice seculari pro eodem-met delicto, & dicit, quod ista est communis * opinio, pro qua allegat Alciat. in c. 1. de off. ordin. dicentem, quod Felin. in c. de ijs, n. 10. de accusat. * attestatur hanc * communem, licet fateatur in libro suo non reperisse Fel. de communi attestantem; immo si illum videas. nu. 13. vers. vndecimo limita, tenet totum contrarium, quia dicit, quod Bald. pro ista parte allegatus in l. placet. C. de sacros. Eccles. loquitur, quando pœna spiritualis fuit imposita ab Ecclesiastico, & sic de pœna in foro conscientię, quæ non tollit temporalem, item dicit, quod Bald. pro ista limitatione allegatus in l. 1. C. de summa Trinit. non determinat aliquid, prout est verisimum, quia dũ ibi Bal. sub n. 7. ver. modo circa hoc, allegat pro vtraq; parte, subiũgit, sed hic aliter non determino, quia pendet de facto: item Felin. in dicto cap. de ijs, num. 13. citat plures pro contraria parte, vt infra dicetur, & Couarruuias variarum resolutionum, libro 2.

cap. 10. num. 6. dicit falſum eſſe quod Felin. atteſtetur hanc eſſe * cõmunem Allegat etiã Clar. Anton. Gomez. de delict. c. 1. nu. 40. verſ. Quarta concluſio, qui citat plures, & dicit magis verã & *cõmunẽ ſed reuera ipſe loquitur in atrocioribus delictis expreſſe, & quia ſe fundat ſuper cap. fin. §. per hoc de pœn. in 6. & ita eiam intelligit Farinaccius de inquiſitio. q. 4. n. 10. verſic. Tertius eſt caſus, & licet pro hac parte Farinacius. d. q. 4. n. 7. ver. Limita 2. allegãdo plurimos dicat, quod eſt magis vera, & magis *cõmunis opinio, teſte d. Gomez. de delict. n. 40. tamen ipſe Gomez. vbi ſupra loquitur in atrocioribus, & nõ dicit magis verã & magis cõmunem, ſed dicit magis veram & cõmunẽ, ſubiungit etiã Clarus rationẽ à ſe ipſo quia iuriſdictiones Eccleſiaſtica & ſecularis ſunt prorſus diſtincte & ſeparate. Ideo, &c.

46 Contra limitationem tenent quaſi omnes Canoniſtę, vt per Hoſtien. in c. tuę de procur. & plenius in c. 1. in fin. de officio Ordina. quem ibi ſequuntur Io. Andre. Ægidius Bellame. Bald. Ant. de Butr. Cardin. Zabarell. in 10. quęſtio. Io. de Imola ibidem in fi. Abbas, Barbatia. nu. 88. qui omnes dicunt opinionem Hoſtien. eſſe notabilem, licet aliqui dicant ſi vera eſt eſſe notabilem. Io. de Anania in c. poſtulaſti in fin. de Iudę. adeo quod conſtat non dubio eſſe cõmunem Canoniſtarum, ſed quod * etiam ſit communis opinio * Legiſtarum atteſtatur Abbas in d. c. tuæ, nu. 5. verſ. vnde in propoſito de procur. vbi dicit quod Legiſtę communiter dicunt, quod aut accuſatio tendit ad vindictam, & tunc ex quo ſemel egit vno modo non poteſt tentare aliam viam, ſecus ſi accuſatio concernebat intereſſe proprium, & rem familiarẽ, & pro iſta parte facit vnum fundamentum quod ipſe Gomez. d. c. 1. de delictis. n. 4. verſi. pro quibus aperte facit, dicit videri inconuincibile, quia quando per diuerſas leges diuerſę pœnę imponuntur, vna impoſita & exacta, non poteſt imponi alia, dato quod minor ſit impoſita, de quo ipſe Gomez ibi nu. 39. verſic. * Vnum tamen; citat plures, & dicit * cõmunem per tex. in l. Prætor edixit, §. ſi dicatur. ff. de iniur. & pro iſta parte eſt tex. apertus in c. fi. de exceptio. * lib. 6. & Docto. ibi. * omnes.

47 Declara totam iſtam materiam adeo confuſe & male intellectam propter intereſſe Principum Eccleſiaſticorum, & Secularium, ſeu potius eorũ iudicum, qui vt ipſis blandiãtur, iuriſdictionem Eccleſiaſticã conculcare nituntur, & quotidie oriuntur giurgia, & ſcãdala, & pauperes plectũtur Achiui: totq. ſunt ſententiæ, quot ſunt capita in hoc articulo; ita vt licitum fuerit vnicuiq. ſcribere, & libere loqui; vt etiam aliquando fatua & pudẽda aliquid DD. ſcripſerint, quę omnia ad vnum rectũ ſenſum dirigi poſſunt, ſi ęquo animo, & recto iudicio per diſtinctiones iuridicas examinentur.

48 Prima igitur Regula indubitata eſt; quia ſi agitur de conueniendo, vel puniendo Sacerdote, vel Clerico beneficiato, aut aliàs qualificato, ſecundum formam Sacri Concilij Tridẽtini Seſſio. 23. cap. 6. de reformatio. Princeps & Iudex ſecularis nullam prorſus habet iuriſdictionem, cap. cum non ab homine, de iudi. c. nullus iudicum, & cap. ſi diligenti, de foro competen. & eſt etiam de iure ciuili ſtatutum, vt in l. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleri. Quod extẽdas prout plene Grãmat. dec. 61. per totam, & plenius Clar. in §. fi. quæſt. 37. in prin. quia neq. valet conſuetudo, neq. præſcriptio contraria neq. prorogatio, neq. conſenſus Clerici.

Vide plenius. Clerici non ſubſunt Principibus ſecularibus. Concluſ. 585.

Idem eſt ſi agatur de delicto Eccleſiaſtico cognoſcendo, prout, an ſit vſura, an ſimonia, & de ſimilibus de quibus per Doctores in cap. cum ſit generale, de foro compet. quia ſolus Iudex Eccleſiaſticus priuatiue ad Principes & Iudices ſecu
* lares, poteſt cognoſcere ſecundum * communẽ, de qua Ægid. Bellame. d. c. cum ſit generale. nu. 16. verſi. ſed quo modo ergo; & alij.

50 Et e conuerſo ſi agitur de conueniendo, vel puniendo laico inter laicos. pariter Regula eſt indubitata, quod ſpectat ad ſolum Principem & Iudicem ſecularem, & quod Iudex Eccleſiaſticus nullam exercere poteſt iuriſdictionẽ in mere laicos, l. 3. ff. de offi. præſid. per quem tex. ſecularis habet intentionem fundatã, niſi Eccleſiaſticus doceat de
* qualitate, vel priuilegio cõtrario vt dicũt * omnes in d. c. cum ſit generale vbi Bellame. n. 14. ver. 3. modo poteſt dici, cũ infinitis quę adduci poſſet.

51 Et in hac prima Regula procedit optime argumentum, quo vtitur ſępe Clarus d. §. fi. q. 57. n. 11. & n. 14. quod ex quo iuriſdictiones ſunt ſeparatę, vna non pręiudicat alteri, & ſi Eccleſiaſticus puniret laicum in caſu ſpectante ad ſecularem, non poteſt inferre pręiudicium ſeculari, quin in ſolidum & ipſe puniat, ſicuti neq. e conuerſo, ſed non procedit in caſibus mixti fori in quibus, qui pręuenit procedere debet, vt infra dicitur, & ipſemet Clarus ſibi contrarius hoc fatetur d. §. fi. q. 38. nu. 9. & ſeq.
* vbi dicit * communem.

52 Iſta prima Regula, quod ſecularis Princeps, vel Iudex nullo modo poſſit punire presbyterum, vel Clericum qualificatum ſecundum formã Concilij Tridẽ. eſt incõcuſſa, & nullã admittit reſtrictionẽ, quia ſecularis eſt incapax iuriſdictionis in Clericos, & circa ſpiritualia, exceptis caſibus quando talis Clericus à ſuo ſuperiore Eccleſiaſtico eſſet degradatus, ſeu denudatus ordinibus in ſpecie, vel etiam in genere, prout quando Clericus eſſet aſſaſſinus. per c. 1. cum ibi not. de homic. in 6. vel quando eſſet effectus incorrigibilis & monitus ter a ſuo Epiſcopo perſeueraret ſe immiſcendo enormibus, quia tunc perdit priuilegium, vt plene per Clarum d. §. fi. q. 36. nu. 21. & ſeq. per totã, maxime. n. 19. & ſeq. & nu. 35. & ſeq. Adeo quod licet Clericus falſum deponens coram Iudice ſeculari offendat iuriſdictionem ſecularem, non tamen poteſt ab eo puniri propter incapacitatem ſecu-
* laris, & iſta eſt cõmunis * opino, vt dicit Afflict. dec. 230. Fuit per relatorẽ, in pri. vbi in fi. ait quod iſta eſt tutior in cõſcientia, quia cõſciẽtia didicit male dicta continere, & quia diuiſum Imperium cũ Ioue Cęſar habet, plures citat de cõmuni Clar. d. §. fi. q. 38. n. 14. vbi, quod ita ſeruatur in practica.

53 In caſu vero conuerſo totum contrarium eſt, quia laicus deponens falſum coram Eccleſiaſtico poteſt puniri, quia ex quo deliquit coram Eccleſiaſtico tale delictum efficitur mixti fori & erit locus preuentioni inter Iudicẽ Eccleſiaſticũ, & ſecularẽ. Afflict. dec. 219. in foro Archiepiſcopi per totã, & infra proxime in 2. Regul. dicetur idem eſt in caſu denegate iuſtitię, quia etiam inter laicos recurritur ad Eccleſiaſticũ, vel cum ſuperior non adeſt, vel vacãte Imperio, & aliis caſibus, vt not. in c. licet ex ſuſcepto, de foro competen.

54 Secunda Regula eſt, quia licet iuriſdictiones diuerſę

diuersæ, & separatę, siue ambæ sint Ecclesiasticæ, prout inter Abbatem, & Prælatum inferiorem, & Episcopum; siue inter seculares, prout inter Prætores, & Gubernatores Ciuitatum; siue inter plures Principes seculares; siue inter Ecclesiasticum, & secularem, quando occurrit delictum, quod per plures potest puniri, ne quis pro eodem delicto, amplius quã semel puniatur ille, qui prę-nenit regulariter debet habere causam, & alter debet remittere cognitionem ad eũ, qui pręuenit, & abstinere, quia neq; ipse Deus vindicabit bis in idipsum in tribulatione. cap. quid ergo 23. q. 5. & semel punitus non debet iterum pro eodem delicto puniri. cap. licet, de offic. lega. melius in l. licet. ff. nautę caupo. stabul. in fin. vbi plena glo. in verb. exceptio.

55 Infertur propterea quod si quis existens in vno territorio exoneret archibusium ad interficiendum seu vulnerandum existentem in alieno territorio, & vulnerauerit, seu interfecerit, poterit puniri per ambos Dominos dictorum territoriorũ diuersorum, sed tamen nobis de eodem delicto
* puniatur erit locus pręuentioni, cõmunem * dicit Abb. in c. fin. de foro compet. num. 25. & seq. ver. nunc quæro de quibusdam: vbi congerit multa similia de eo, qui litigauit in vno territorio, & spoliauit in alio. Item de eo, qui adduxit puellam ex vno territorio, & stuprauit in alio; sic etiam de eo qui commisit delictum in confinio duorum dominorum, quia vterque procedit, tamen de iure communi ille, qui prævenit, cognoscere debet; ita etiam Feli. ibi post alios. & in c. 1. in 3. not. de præsumptio. plura cumulat attestando de communi. Clar. in §. fi. quæst. 38. num. 9. & seq. ver. item pone.

56 Consequenter etiam infertur, quod si laicus offendat Clericum, vel committat sacrilegium, aut peccatum, vel delictum mixti fori, quia potest puniri tam à iudice Ecclesiastico, quam etiam à seculari. cap. cum sit generale, de foro compet. l. placet. C. de Sacros. Eccles. l. fi quis in hoc genus. C. de Episc. & Cleric. erit locus prævention i, & qui prævenerit, ille debet esse Iudex, & alter remittet causam ad eum, qui prœuenit de iure Canonico, est tex. in cap. proposuisti, de foro compet.
* vbi *omnes, & de iure ciuili est tex. in l. si quis postea. ff. de Iudic. qui textus cum sint clari in vtroq; foro, & sint fundati super maxima æquitate ad tollendas confusiones iurisdictionum, & fraudes debent omnino seruari.

57 Ista prœuentio considerat ur ex multis quandoque ex sola citatione etiam verbali legitime facta quandoque litis contestatione, de quibus Ias. in l. si pluribus. nu. 24. ff. de legat. 1. quandoque ex sententia, vel executione partis sententiæ in causa pœnę pecuniariæ, etiam contra contumacem. Bal. cons. 124. Quidã Cagnus, per totum, maxime, in fi. num. 2. ver. teneo quod melior. lib. 5. Sed maxime habet locum quando quis habet delinquentem captum, vel etiam sponte constitutum, quia tunc ille prefertur: licet alius prævenerit in citatione, & condemnatione, dummodo captura, vel constitutio non sit affectata, & facta in fraudem, & alteri Iudici notificata, vt plenè post alios Felin. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 25. ver. extra glossam de constitutio. & plenè Bossius tit. de foro comp. nu. 96. & seq. ver. dicit tamen Barto.

58 Hęc prœuentio quandoque turbida est, puta, quia eadem die fit ab vtroque Iudice facta citatio, vel quia inter plures delinquentes vnus est captus ab vno Iudice, alius ab altero Iudice, & quilibet prętendit habere prœuentionem, vel quia obstinati Iudices, & pares, non volunt sibi ipsis cedere, si quidem sunt sub eodem Principe recurrendum est ad Principem ne contingat diuersas sententias ferri, qui causam totam remittet ad illum Iudicem, per quem magis iustitiæ locus aperiri videatur; si vero sunt Iudices diuersorum Dominiorum temporalium debent sibi inuicem indicia communicare, & simul sententias conformes proferre, vt plenè Bossius dicto titulo, de foro compet. n. 104. ver. tertio dic, quod si eadem hora. Si vero contentio est inter Ecclesiasticum, & secularem tunc maior prefertur minori, & sic Ecclesiasticus debet cognoscere in dubio: ita dicit Ant. de Butr. in c. cæterum. num. 9. ver. nota hoc dictum, de Iudic. quem citat Felin. in c. pastoralis. n. 4. ver. limitatur, de rescript. vbi dicit nunquam obliuiscaris hoc dictum, quod etiam videtur tenere inter plures Dominos temporales. Bosius de foro comp. num. 111. & seq. vt dignior cognoscat, & ad eum causa pertineat. Barbatia consil. 31. stat. 1. num. 2. lib. 2.

59 Prout idem in simili dicimus quando pro eodẽ delicto Clericus, & plures laici inquiruntur potest Clericus petere se remitti, & debet remitti ad Ecclesiasticũ, & ne cõtinętia causarũ diuideatur, & ne diuersę sententię ferãtur. Et quia magis dignũ trahit ad se minus dignũ. etiã laici debent eo casu remitti ad Ecclesiasticum, vt per Anton. de Prato veteri in l. 1. in fi. ff. quę sent. sine appella. rescind. quam sequitur Feli. plures alios citans in cap. 1. col. 5. num. 6. post med. vers. & dixit d. Anton. de prescriptio. Socin. in d. c. cum Senatus, in fin. ff. de reb. dub. vbi quod vidit in praxi seruari. ver. quarta conclusio, vbi citat plurimos, & plenius Soc. cons. 12. Quoniam in prælentiarum. numero 17. ver. & est adeo potens. li. 1. vbi tollit omnia contraria, & extendit etiã si vnicus Clericus sit, & plures laici, quando materia est indiuidua. Secus si diuidua, & citat plurimos. & plenissme Bossius de foro compet. num. 146. & sequen. vbi dicit, quod si laicis esset imponenda pœna sanguinis, quæ non posset imponi per Ecclesiasticum, quod tunc debet Ecclesiasticus laicos remittere, vt puniantur pœna condigna: licet etiam alleget in contrarium Soci. in l. cum Senatus. in fine. ff. de reb. dub. & infra dicetur.

Vide. Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl. 435.

50 Sunt tamen aliqui casus, in quibus non attenditur prœuentio, sed vterque Iudex procedit totaliter, & ad totam pœnam, veluti si laicus delinquens est contumax, quia nec Iudex, nec accusator audiretur quatenus allegaret fuisse prœuentum coram alio, ita Bartolus in l. sepulchri violati. ver. circa primũ. nu. 2. & seq. ff. de sepul. viola. plene Socin. cons. 237. Difficultate. ver. sed præmissis. lib. 2. Bossius tit. de foro compet. num. 82. & seq. vbi declarant non procedere si comparuisset post contumaciam, & se constituisset coram Iudice prœueniente, quia posset opponere exceptionem prœuentionis, vide infra n. 64.

61 Idem quando delictum fuit commissum in confinio duorum Dominorum contentioso, quia vterque procedit, & puniet tamquam in suo territorio, & quod licet communis sit opinio de iure

communi,quod qui pręuenit procedat,ſed cõtrariũ ſeruatur iſto caſu de cõſuetudine,ita Clar.d.q. 38.num.11. ver.præterea quæro : quod etiam affirmat Boſſius de foro compet. n. 60. vbi allegat rationem ſpecialitatis , ne ſibi præiudicent ; ſed tamen num. 115. dicit , quod debent concordare in proceſſu , ne ſententiæ ferantur diuerſæ,& nu. 111.vult,quod dignior cognoſcat .

62 Et ex præmiſſis patet , quod in caſibus mixti fori,licet iuriſdictiones ſint prorſus ſeparatę,non tamen eſt verum ſemper, quod vna non impediat aliam , quia imo totum contrarium eſt , quod per præventionem vna impedit aliam , niſi incertis caſibus ſpecialibus,d. cap. propoſuiſti, de foro compet.d.l.ſi quis poſtea.ff.de iudic.& Bald. in l.nullum.n.7. ver.ſed an punitio.C.de teſtib.dicit,quod licet vi territorij vterque poſſit punire, tamen ſecus eſt vi iuris cõmunis,quod prævalet.

63 Tertia eſt Regula, quia in cauſis mixti fori , ſi Iudex Eccleſiaſticus , vel ſecularis,qui prævenit, potuit imponere pœnam condignam delicto , & impoſuit, talis ſic cõdemnatus, & punitus ſemel, non poterit ab alio moleſtari , quia cum vterque ſit Iudex , vt in c.cum ſit generale , de foro competen.& qui prævenit efficiatur ſolus Iudex.d.l. Il quis poſtea.ff.de Iudicijs,& punitio ſit condigna delicto , nemo pro eodem delicto bis puniri debet.d.l.licet. ff.de naute caupo. ſtabul.& ibi gl. in ver.exceptio,& eſt tex.in c.ſi.de exceptio.li.6.vbi quod ſicuti tenetur Eccleſiaſticus admittere exceptionem rei iudicatę coram ſeculari obtentæ , dummodo non vergat in diſpendium ſalutis animæ , ita ſi ſecularis non admittit exceptionem rei iudicatæ coram Eccleſiaſtico obtentæ , poteſt compelli per cenſuras Eccleſiaſticas ab ipſo Iudice Eccleſiaſtico : & quod punitus à Iudice Eccleſiaſtico pœna condigna,non poſſit vlterius moleſtari à ſeculari,neque è cõuerſo,eſt tex.in c.de ijs, de accuſ. qui licet loquatur in abſoluto,tamẽ idẽ multo magis in condemnato pœna cõdigna procedet, & ita in terminis tenet gloſ.penul. in c.fęlicis,in ver.adimimus,de pœnis,in 6.quam ibi communiter tenent omnes * Canoniſtę,vt per Ioann. Monach.n.15. & ſeq.ver.contra, abſolutus ſemel. Io. Andr.n.19. ver. dicit Ioann.Monach. Archidiac.n.17.ver.ſubſequenter,& ver. ediderunt.Anchar.num.8. ver. quintodecimo nota.Geminian. ibi in §.per hoc,& Franchus , qui omnes volunt , quod ſi pœna eſt condigna , ſecularis non poſſit moleſtare;ſi nõ cõdigna ſupplebit in eo,quod defecit Eccleſiaſticus in atrocibus delictis ; ſecus in ordinarijs per illum text.qui loquitur , vel in caſu ſpeciali , vel ſaltem in atrocibus , & hoc idem etiam ſentiunt Anton.de Butr.in c.1.n.26.de off. ordin. in fin.ver.veritas eſt,vbi etiam Ioannes de Imola in fin.Guidop.num.16.& idem etiam tenet Abbas in c.tuæ.nu.5. ver.vnde in propoſito,dum allegat tex.in c.ſęlicis, de pœnis,& ibi diſtinctionem Ioann.Andr. & hanc eandem opinionem tenent Legiſtæ,maxime Bald.in l.nullum,nu.7. ver. ſed an punitio facta.C.de teſtib. vbi ex mente Iacob.de Beluiſ. tollit contraria.Quod iuriſdictiones diuerſæ , & diſtinctę nihil operantur contra ius cõmune, & in iſtis terminis loquitur Caccial. in l.1. C.de ſumma Trinit. n.17.in fi.ver.quintus caſus , eandemq. opinionem tenent Fulgoſ. Caſtrenſ. & plenius Ioan.Sicard. in l.nullum. C. de teſtib. & ſic patet , quod iſta eſt vera,& communis Canoniſtarũ,& Legiſtarũ opinio, & ita etiam Couarr.varia.reſolutio.lib.2.cap.10.num.6. ver. eſt tamẽ intelligẽda; tenet quod in praxi expediret multũ,quod ita obſeruaretur, & in hoc etiam nullam ſubeſſe difficultatem, atteſtatur Clarus d. §.fin.quæſt.57.num.12.ver.dictum eſt .

64 Intelligas prædictã regulam procedere,quando punitus eſt præſens , & ſatisfecit ; ſecus ſi contumax fuit , vel non ſatisfecit , vt declarat idem Caccialup.d.l.1.de ſum.Trin.nu.17. ver. primus caſus,& ver. ſecundus caſus, quia alias Iudicium eluderetur , & ſupra n. 60. ver.ſunt tamen aliqui caſus.

65 Contra iſtam Regulam, quæ indubitata eſt,inſurgunt aliqui aſſerentes ex capite ſuo,quod licet Epiſcopus poſſit in cauſa mixti fori punire laicum; tamen punitio non poteſt eſſe niſi ſpiritualis , vt excommunicet , non autem poteſt punire temporaliter , neq; capere;mouentur fallaci fundamento , ex l. placet. C.de ſacroſ.Eccleſ.vbi per illum tex. puniuntur onera imponentes Eccleſijs, & Eccleſiaſticis, quia excommunicantur per Epiſcopum , & temporaliter puniuntur per ſecularem. Item ex tex. in cap. cum Epiſcopus,de offic. ordin. in 6. vbi dicitur , quod Epiſcopus in ſua diœceſi exercet iuriſdictionem liberã, & capit,& punit Clericos;ergo argumẽto ducto à contrario ſenſu,Epiſcop' procedere cõtra laicos nõ poteſt, niſi excõmunicare,non autẽ pœnã temporalẽ eis imponere,& alios textus à cõtrario ſenſu ſimiles adducunt, & iſte error ſupinus apud multos inualuiţ , vt Iul. Clar.in §.fin.quæſt.37. in fin.num.8. ver. vnum tamen dicat ſeruari Mediolani , & ab * ea vti communi * non recedendum , qui tamen cum eſſet vir eruditiſſimus , non audet dicere , ſuper qua ratione fundetur , quia ſciebat non poſſe ſubſtineri . Nam certum , & indubitatum apud omnes eſt,quod argumentũ à contrario ſenſu non valet,quando ex eo corrigeretur ius com- * mune. *communem dicit Alex.conſ.69.Viſa facti, in fin.lib.1.maxime quando lex à qua ſumitur argumentum à contrario aliquid operatur ſine argumento, vt declarat Rom.conſ.399.Vt præſens conſultatio.n.6.& ſeq. vbi apoſtilla in ver.verio- * rem dicit * communem . Vnde cum habeamus tex, claros de iure Canonico , in quibus Epiſcopus poteſt carcerare , & punire temporaliter laicos in cauſis , & delictis mixti fori, vt in cap.attendendum 17.q.4.& in c.contra idolorum cultores 25.q.5.& in cap.1.de adult.vbi neceſſario loquitur in laico, quia ducere in vxorem compellitur , vel caſtigatur, & ita plene Gemin. in d.cap. cum Epiſcopus.nu.9.ver.mihi nunquam placuit, de offic.ordin.in 6.& ibi Franch.in 4.not.& nu.3. plenius Barbat.inter conſilia criminalia,conſ.93. Scribitur Sapientiæ. nu.12. in fi.cum ſeq.ver.& ſi quiſpiam.tomo 1.criminal. vbi tollit omnia,vſq; in fin.& ad l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſufficiat reſponſio, quam ad alium finem dedit Clar. in §. emphitheuſis.q.18.ver.nec dicatur; vbi,quod totus titulus.C.de ſacroſ. Eccleſ. & C. de Epiſc. & Cleric.eſt nullus , ex quo diſponit ſecularis ſine iuriſdictione de perſonis , & rebus Eccleſiæ , & * quod eſt cõmunis* opinio , & nullus diſcrepat.

66 Extende hanc regulam , vt punitus à Iudice Eccleſiaſtico non poſſit puniri à ſeculari , neque è conuerſo, etiam ſi eſſet punitus in pœna minori & ſic in pœna extraordinaria : ita tenent fere omnes

nes Legiſtę, vt per Cinum in l. nullum, in fin.C. de teſtib.in fin. vbi reprobat ibi gloſ. fin. quam dicit eſſe additam, quia licet Iudex extra ordinem puniuerit teſtem falſum deponentem coram ſe,tamé iſte teſtis nõ poterit puniri à ſuoOrdinario,licet pœna minori fuerit punitus, & idé dicit Bar.ibi in fi.in vtraque lectura, & Alber.ibi in finalibus verbis, & Angel. Salic. quoque in finalibus verbis, vbi ſe remittit ad ea, que dixit in l. qui de crimine.C.de accuſatio.vbi nu.13. ver. ex prædictis capiat reus conſilium, vbi tenet hanc partem; eandem opinionem plenius tenet Cinus in l.vbi falſi crimen,in fi.C.ad leg.Cornel.de falſ. qui mouetur ea ratione, quia pœna impoſita ad vindictam non poteſt vlterius intentari. l.licet.ff. naute caupo. ſtabul.ſequitur Bart.in l.2. §.ſi publico, in fin. ff. de adult. vbi quando duo iudicia tendunt ad vindictam, vnum indiſtincte tollitur propter aliud non attento, vtrum ſit plus in vno, quam in alio.l.prętor.§.1.ff.de iniur.& hanc com
* munem Legiſtarum eſſe * opinionem dicit Abb. d.cap. tuæ.num.5.ver. exemplum in ſacrilegio,de procurator.

67 Pro iſta extenſione faciunt ea, quæ dicit Caccialup. in d.l.1.C.de ſumma Trinit. num.17. in tertio caſu,ver.in contrarium facit; & rurſus in quarto caſu, ver. quinimo, & fortius; vbi, quod, pœna Eccleſiaſtici, licet minor ſit, tamen ex quo eſt temporalis, & ad vindictam: & ex conſtitutione Canonica, & eſt plena, & ordinaria debet ſufficere,quia, an maior,vel minor ſit, non conſideratur. d. l.prętor edixit. §.primo, ff. de iniur.

68 Secundo facit, quia Iudex ex cauſa poteſt augere, & minorare pœnam iuris communis, & pœnam ſtatuti. Clar.d.§.fi. quæſt.85.ver.vlterius quæro.plenius Couar.variar.reſolut.lib.2.cap.9. num.8.ver.duodecimo.

Vide.Pœna poteſt minui per Iudicem ex cauſa. Concluſione 225.

69 Tertio facit,quia clarum eſt,quod ſi Iudex Eccleſiaſticus componeret iam condemnatum, vel gratiam faceret condemnato, talis gratia, vel diſpenſatio eum liberaret, ne poſſit vlterius puniri. Clar. d.§.fi.quæſt.57.nu.9. vbi dicit * communem.

70 Contrariũ tenent multi, quod imo ſi Eccleſiaſticus non puniuit in pœna ordinaria maiori,poſſit ſecularis de nouo punire, quia reipublicę intereſt, ne delicta remaneant impunita, ita Bald. d. l.nullum, in fin. C.de teſtibus,& Fulgoſ.ibi dicit, quod ita ſeruatur in practica, & plene ibi Caſtren.& Ioan.Sicard. & videntur tenere Canoniſtę in d.c.ſęlicis, de pœn.in 6.de quibus ſupra num.63.dum volunt, quod punitus poſſit puniri in eo, quod defuit de pęna ordinaria.

71 Declara, quia ſi ſumus in delictis, & criminibus ordinarijs vera ſit extenſio: ſi vero ſumus in delictis atrocibus, tunc ne delicta remaneant impunita, poteſt puniri delinquens in eo pluri, in quo Eccleſiaſticus non puniuit,vel non potuit punire; ita loquuntur Canoniſtę in d.c. ſęlicis, de pęnis,in 6.qui tex.loquitur,vel in atrocioribº,vel
* in caſu ſpeciali, & ita etiam * omnes alij Legiſtæ loquuntur,& declarant Ant.Gomez de delict.
* c.1.n.4.ver.quarta concluſio,vbi dicit * communem, & poſt eum .Farinac. d. q. 4. nu.10. & ſeq.
* ver.quartus caſus.vbi dicit,magis * communem, & num.11.ver.quintus caſus, qui etiam pulcherrime diſtinguit, quomodo fiat iſta ſecunda punitio in ijs, quę ſunt diuidua, & ſi pęna pecuniaria ſit ſoluta, an reſtitui debeat per Iudicé ſecularé, ſi vult in perſonam punire: ſi vero per Eccleſiaſticum ſit punitus pęna afflictiua, quę non poteſt reſtitui, tunc mitiori pęna ſit laicus puniendus, quia ſubeſt legitima cauſa.

72 Limita, quando Iudices ſunt ſub diuerſis dominis iuriſdictionem exercentibus, puta, Iudice domicilij, vel originis,& delicti,quia vterq; procedit. Clar.d.§.fi.quæſt.57.n.13. verſ.ſcias etiam & punitio,& ſolutio pęnæ facta coram vno, non tollit condemnationem factam corã alio de conſuetudine, ſecus ſi ſub eodé domino ſunt iudices.

73 Limita in atrocioribus, quia poteſt eſſe tanta atrocitas delicti, vt non obſtante punitione facta per vnũ Iudicem, poſſit puniri etiam per aliũ. Clar.d.§.fi.quæſt.57.in fin.& Farinac.d.quæſt. 4.
* n.11. vbi dicit * communem.

74 Limita, quia non valet abſolutio per modum compoſitionis ante formatam inquiſitionem ſolemnem ſuper delicto, quia talis compoſitio facta ſuper adulterio Parochiani Rectoris per Vicarium, vel Epiſcopum dicitur extorſio, maxime, quando adulterium eſt qualificatum, & aggrauatum, ſuper quo Epiſcopus non poſſet diſpenſare, & reus poteſt iterum puniri.Ita Caſtr. conſ.349.Notandum, quod per totum, lib.1. vbi loquitur, quando ſola informatio ſecreta erat capta, quia compoſitio, eo caſu, non poteſt habere vim ſententiæ,

75 Extende, maxime ſi eſt facta à Vicario,etiam habente facultatem faciendi compoſitiones, quia intelligitur de leuioribus criminibus. Caſtrenſ. dicto conſ.349.col.2.ver. quod autem, lib.1.

Vide plene. Condemnatus ſemel non poteſt vlterius condemnari, & quando ſecus. Concluſione 571.

Abſolutio a iuramento multiplex. Concluſ. LIV.

1 ABSOLVTIO à iuramento, duplex eſt: vna eſt præiudicialis, quæ fit ad effectum tollendi in totum iuramentum, & vires eius: de qua per Oldrad. conſ. 120. incip. Ad duplicem, in princ. quem refert,& ſequitur Ancharan.conſ.18.In quæſtione, quæ vertitur, num.11. ver. tertio. Bald. conſ. 460. Vicarius Epiſcopi, lib. 5. vbi, quod iſta abſolutio non datur ſine cauſæ cognitione, videlicet, niſi conſtet de dolo, vel metu, aut nimia reuerentia iurantis. Anchar. conſ.382.num.3.& ſeq. Ægid.Bellam.plene conſ.30.num.11.& ſeq.Alexan.conſ.213.Viſis,ac ponderatis,per tot.li.7. Vbi,quod requiritur cauſę cognitio, ſed ex celeri expeditione non annullatur,quando cognitio cauſæ non eſt omiſſa.

2 Hanc etiam appellant alij abſolutionem, quę fit ad effectum cauſæ, vel ad probationem in cauſa, vt per Rotam deciſ. 8. alias 767. de iur. iuran.in antiq. ſciendum eſt,in fin.ver.ſi autem.

3 Caſtrenſ.conſ.259.col.fin.ver.poſſet etiam dubitari appellat hanc plenam relaxationem,quam aſſerit impleri ex probationibus factis poſt primam relaxationem ſimplicem, abſque eo, quod debeat noua abſolutio impartiri, quem ſequitur

Afflict.

Afflict.deciſ.322. Dominus Cicus, in fin. ver.nec obſtat.n.11.& ſeq.

4 Et hæc cum ſit præiudicialis requirit citationem partis,vt per Rotam d.deciſ.8.de iur. iuran. in antiq. in fin. Oldrad. d. conſ.120.in princ.Anchar.conſ.18.n.11.ver,tertio.

5 Et nedum citationem partis ,ſed plenam cauſæ cognitionem , alias eſt ipſo iure nulla relaxatio . Anchar, d. conſ.382.Retento ordine , num. 4.& ſeq. ver.in ſecunda autem,& probat optima ratione, nã iuraméti relaxatio ſpectat primo ad partem , poſtea ad Iudicem , ſed deuolutio non fit Iudici , antequam pars ſit requiſita,ergo,&c.& dicit valere argumentum de toto ad partem , ſi totus contractus non poteſt tolli ſine citatione, ergo nec iuramentum , quod eſt pars contractus.

6 Cauſæ cognitio præſumitur interueniſſe , ſi Iudex dicat viſis , &c. quando partes fuerunt præſentes , & non contradixerunt. Alex. d.conſ.213. num.3.& ſeq. ver.nec obſtat , ſi diceretur , vſque in fin. lib.7.

7 Extende in tantum eſſe nullam hanc abſolutionem à iuramento confirmante contractum, ſine citatione , vt Iudex ſecularis non teneatur exequi , quia ſi conſtat , quod pars non eſt citata , debet magis præſumi pro contractu valido , quam pro abſolutione nulla . Anchar.d.conſ.382. num.10.& ſeq.ver.& hoc pro vero .

8 Extende , quia imo quando talis abſolutio eſt ad inſtantiam partis,non citata parte,facta pars quę egit contra iuramentum incidit in pœnas.l.ſi quis maior. C. de tranſact.Ita Anchar.conſ.382. num.8.& ſeq.ver.& ex hoc .

9 Operatur hęc abſolutio plena lata cum cauſæ cognitione , quod inſtrumentum nullum , quod conualidatur per iuramentum ſublato iuramento per abſolutionem remanet nullum . Item inſtrumentum validum , quod ob læſionem vltra dimidiam poſſet reſcindi ſine iuramento , licet iuramentum operetur , quod cenſeatur renunciaſſe læſioni ; tamen ſublato iuramento contractus remanet validus;eo modo , quo eſſet ſine iuramento , vt poſſit reſcindi, ita Alex.d.conſ.213.Viſis, ac ponderatis.n.2.lib.7.vbi ſaluat opiniones,quæ videbantur contrarię cum iſta diſtinctione,quam etiam approbat ibi apoſtill.in ver.ſaluat, quę dat plures concord.

10 Et propterea dicit , quod pactum de non ſuccedendo ſine iuramento eſt nullum cum iuramento vero eſt validum, ſi abſolutio fiat à iuramento cum cauſæ cognitione , tunc quia ceſſat iuramentum , erit nullum , prout ſi eſſet factum ſine iuramento.Alex.d.conſ.213. in princip. lib.7.

Vide.Abſolutio ſimplex à iuramento , quando concedenda , & quid operetur. Concluſ.56.

11 Alia eſt ſimplex abſolutio ad effectum agendi, per quam non tollitur iuramentum , nec vires eius , ſed ſolum habilitatur iurans , vt poſſit allegare ea , quę de iure operantur , vt iuramentum non valeat . Anchar. d.conſ.18. n.11.ver.tertio . Oldrad.conſ.120.ver.ad ſecundum effectum, n.2. Bald.conſ.460.Vicarius Epiſcopi,lib.5. Caſtrenſ. conſ.259.col.3.verſ.ſed remanet, lib.2. vbi,quod ex iſta pręſeruatur ius partibus .

12 Et iſta eſt ſummaria cognitio , & fit ante relaxationem.Ægid.Bellam.conſ.30.n.11.

13 Et iſta abſolutio ſimplex ad effectum agendi duplex eſt,quia poteſt concedi à parte , cui iuramentum fuit præſtitum , & compellitur relaxare.

Vide Iuramentum poteſt remitti inter iurantes, & quando ſecus. Concluſ.515.

14 Alia , quæ datur per Superiorem , & licet aliqui tenuerint,quod iſta à Superiore non ſit concedenda , niſi in ſubſidium , quando pars non vult remittere iuramentum , tamen veritas eſt in contrarium,quod ſunt remedia æque principalia.Abbas in ſua quæſt. 2. col. pen. in fin.verſ. & circa hunc caſum .

15 Tertia ſpecies eſt, quia differt abſolutio à iuramento, & à reſtitutione in integrum aduerſus iuramentum. Nam is, qui iurauit, pura, maior, vel minor læſus abſoluitur à iuramento , non autem reſtituitur aduerſus iuramentum . Si vero alteri detulit iuramentum, qui iurauit , & ex tali iuramento delato , & ſuſcepto lęditur enormiſſimè, reſtitui debet aduerſus tale iuramentum ſuſceptum, & delatum:ſi minor fuit is,qui detulit.Abbas d.conſ.107.num.6.ver.& ideo notanter dixit.

16 Abſolutionum ad effectum agendi alia eſt gratioſa .

17 Alia eſt in forma commiſſionis Iudici . Rota in antiq. deciſ. 8. de iureiuran .alias 767.incipit, ſciendum .

18 Et vtraq;abſolutio fit in eadé inſtantia ad abbreuiandas lites , quia Iudex ſummariè cognoſcit, an ſubſit cauſa abſoluendi ad effectum agendi,& abſoluit,& poſtea plenè cognoſcit, an ſit reſcindendus contractus. Vide plenè Aegid. Bella. conſ.30.n.11.vbi reddit rationem .

19 Sed ſi abſolutio fit ab Epiſcopo , & Eccleſiaſtico , & cauſa introducatur coram Iudice ſeculari, dicas, quod abſolutio , quæ eſt habilitatio à iuramento fit cum cauſæ cognitione, vt ſummariè conſtet de dolo,vel læſione,& fit non citata parte.Poſtea coram Iudice ſeculari fit pleniſſima cauſæ cognitio, & ſi fertur ſententia; ad fauorem abſoluti non indiget alia abſolutione , ſi contra eum;reincidit in periurium , & debet abſolui à periurio firmo manente iuramento . Ita Caſtren.conſ.259. circa primum. col.3.vſque in fin. ver.ſed remanet dubium.lib. 2.

Abſolutio ad effectum agendi quando, & qualiter peti poſsit. Concl. LV.

1 ABSOLVTIO à iuramento,in quibus caſibus peti poſſit.Abbas conſ.71.Quinque dubia.col. vltima, lib. 2. Roma. conſ. 437. In caſu propoſito. circa fin. vbi plena Apoſtilla . Imol. & Alex.in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig.Alex.conſ.42.Super præmiſſo themate. col. fin.lib.1.&conſ.59.Viſo inſtrumento.lib.1.& conſ. 39. Viſo ſtatuto. lib. 4. & pleniſſimè Curt. Senior conſ. 65.num.22.& ſeq.vbi, quod debet peti ab Eccleſiaſtico,& non à ſeculari , etiam Principe abſoluto ,ex cauſa,& ſine cauſa non debet dari.& quando iuramentum confirmat contractum , vel ceſſat dolus,læſio,& machinatio,non datur;& ſi conceditur ad effectum experiendi in iudicio,non tamen Iudex debet tollere ſine cauſa iuramentum.

2 Et non debet peti, abſque expreſſione cauſæ, & minus conceditur abſque cauſa . Abb. in c. non eſt

de

de voto, & quæ concurrere debeant, vt concedatur. Iaſ. conſ. 177. lib. 2. vbi latè. num. 6. ver. reſtat alia dubitatio, vſque in fi. vbi, quòd ex cauſa datur, etiam ſi ſit triplicatum.

Vide. Abſolutio ſimplex à iuramento, Concluſione proxima ſequente. num. 14.

3 Et debet cauſa propter quam petitur, allegari, quia, niſi allegetur, cauſa deceptionis, vel læſionis, non præſumitur. Caſtrenſ. conſilio 174. Contra ſuperius conſulta. columna final. verſ. Iciendum eſt. lib. 1. plenius Abb. dicto conſ. 71. in fine. lib. 1. vbi quod neque Papa ſine cauſa tollit iuramentum. Roman. d. conſ. 437. in finalibus verbis. Alex. d. conſ. 42. n. 19. et ſeq. lib. 1. Curt. Sen. d. conſ 65. n. 26. verſ. tertia concluſio.

4 Amplia, quia peti debet ante litem conteſtatam, & antequam iurans ſit effectus periurus. Alexand. conſ. 17. lib. 3. Natta conſ. 145. num. 21. & conſ. 233.

Vide. Abſolutio non datur. Concl. 62. nu. 17. & ſequenti.

5 Amplia, quia in petitione abſolutionis à iuramento neceſſe eſt, quòd vertatur peccatũ eius contra quem petitur abſolutio, videlicet, vt ex parte eius interuenerit dolus, vel metus, vel quæſtus illicitus, videlicet, vltra dimidiam, quę habet dolum re ipſa, alias non ſufficit læſio iurantis, quę ſit licita, & permiſſa. Alex. conſ. 222. Viſa facti. nu. 5. & 6. ver. benè facit. lib. 2.

Vide infra. Abſolutio à iuramento requirit cauſam. Concluſ. 59. num. 4. & ſeq. vbi habes cauſas legitimas.

Abſolutio ſimplex a iuramento, quando concedenda, & quid operetur. Conc. LVI.

1 DATVR abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vbicumque iurans fuit deceptus, & læſus, dolo aduerſarij. Bald conſ. 175. Statutum prohibens. lib. 4. vbi videtur velle, quod conſtet.

2 Extende maxime ad fauorem minoris, qui contraxit contra formam ſtatuti, quia dolus præſumitur ex parte eius, qui contraxit cum tali minore in caſu prohibito. Bald. conſ. 178. Iſtud ſtatutum. lib. 3. Iaſ. d. conſ. 177. num. 6. lib. 2.

3 Extende multo magis quando pater decepit filiam minorem renunciantem, quia debet dari abſolutio à iuramento, alias eſſet vinculum iniquitatis. Caſtren. conſ. 455. Ad primum. num. 5. verſ. poſſet etiam. lib. 2. vbi, quod licet filia renuncians patri, & læſa poſſit ſine interitu ſalutis ſeruare iuramentum, tamen pater non eſt ſine peccato, & ideo debet dari abſolutio.

4 Et ſine abſolutione, iurans non debet propria auctoritate venire contra, quandocunq. ipſe iuramentum ſine interitu ſalutis poteſt illud ſeruare, etiam ſi ex parte eius, cui fuit iuratum adſit peccatum. Caſtren. d. conſ. 455. col. pen. ver. prius tamen obtenta. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 65. num. 23. ver. tutius tamen eſt.

Vide. Abſolutio à iuramento, quando neceſſaria, vel non. Conc. 58. maxime n. 15. & ſeq.

5 Amplia, quia vbicumque iuramentum eſt illicitum, & iniuſtum ex parte recipientis, licet poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ex parte iurantis, tamé poteſt peti abſolutio ab Epiſ. & debet concedi, vel recipiens iniuſte tale iuramentum compellitur relaxare. Abb. conſ. 8. Tria. n. 5. ver. moueor. lib. 2. & conſ. 12. Et ſi copioſus. col. 2. in fi. ver. & iuramentum. eod. lib. 2. & plenius conſ. 107. Quatuor ſunt. col. 3. in princ. num. 3. ver. reſtat nunc. lib. 2. Alex. conſ. 222. Viſa facti. num. 5. & 6. lib. 2. verſ. bene facit.

6 Extende, quia vbicumque iuramentum non habet tres comites iudicium, veritatem, & iuſtitiam, eſt locus abſolutioni, vel relaxationi, quia non obligat. Abb. conſ. 8. nu. 6. ver. item. & 2 lib. 2, vbi iudicium ſumit pro diſcretione, iuſtitiam pro re non iuſta, & rationabili, alias eſſet vinculum iniquitatis, quod eſſe non debet.

7 Extende, quia vbicumque iuramentum habet in ſe turpitudinem, prout, quod vſuræ non repetantur, vel quid ſimile ſemper poteſt peti abſolutio. c. ſi vero, de iure iuran. quod licet loquatur de abſolutione Papæ, tamen procedit etiam in inferiore, prout in Epiſcopo. Abb. d. conſ. 12. col. 2. in fi. ver. ſed circa abſolutionem. lib. 2.

Vide. Iuramentum de ſoluendis vſuris remittere tenetur creditor. Concluſione 516.

8 Et dicitur ineſſe turpitudo ex parte recipientis, quando fit actus contra legem, puta, donatio vltra 500. ſine inſinuatione. Aba. conſ. 107. col. 3. in prin. * lib. 2. vbi dicit *communem, & n. 6. & ſeq.

9 Item quando interuenit magna læſio, quia tunc etiam re ipſa ineſt dolus, licet non ex proposito. * Abb. d. conſ. 107. col. 3. in princ. lib. 2. vbi dicit * * communem, & * idem repetit. n. 6. & ſeq.

10 Item multo magis, quando dolus interuenit ex proposito, veluti, quia conſanguinei minoris donantis aſſeruerint donationem cedere in vtilitatem minoris, quod ſemper eſt falſum, quia donare eſt perdere. Abb. d. conſ. 107. col. 3. in princ. * lib. 2. vbi dicit *communem, & repetit. num. 6. & ſequen.

11 Item multo magis, quando concurrunt predicta ſimul, videlicet, quod ſit actus contra legem, concurrat læſio dolus ex proposito, & petens eſt minor. Abb. d. conſ. 107. n. 4. lib. 2.

12 Item ſi reuerentia patris interuenit in donatione filiæ. Abb. d. conſ. 107. n. 5. lib. 2.

13 Amplia, quia vbicumque quis iurat actum factũ contra legem, vel ſtatutum; ex parte recipientis ineſt dolus, vel turpitudo, & ideo recipiens compellitur relaxare iuramentum, quando iurans eſt læſus. Abb. d. conſ. 8. col. fi. num. 7. lib. 2.

Declarat tamen aliter Roma. conſ. 437. In caſu proposito. num. 11. ver. quoad tertium dic, vt per eum.

Extende vt infra. Abſolutio à iuramento requirit cauſam. Concl. 59. nu. 4. & ſeq.

Vide. Iuramentum, quando quis teneatur remittere, tanquam exactum ſuper prohibito. Concluſione 517.

14 Cauſa tamen legitima, propter quam debet concedi hæc abſolutio ſimplex, debet allegari, & exprimi. Sarnen. in tract. breuium. num. 46. Aimon conſ. 7. num. 3. qui dicit, quod Iudex Eccleſiaſticus non poteſt illam concedere niſi ex cauſa legitima, puta, doli ex proposito, vel re ipſa, & loquitur in minore.

Imo

Imo petens debet cauſam exprimere.

Vide. Abſolutio ad effectum. Concluſione præcedenti.nu.1.& ſeq.

Vide plenius. Abſolutio à iuramento requirit cauſam exprimi.Concl.59.

15 Citatio partis,an requiratur.

Vide plene,ver.Abſolutio à iuramento, an requirat citationem.Concl.61.

16 Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, operatur, quod non tollitur iuramentum, ſi quod ſit, ſed habilitatur agens, vt poſſit ea deducere, quę de iure faciunt iuramentum non eſſe obligatorium. Oldrad.conſ. 120.Ad duplicem.num.2.ver. ad ſecundum.Anchar. conſ. 18. In queſtione, quæ vertitur.nu.11.ver.tertio. Caſtren.conſ. 259. Circa primum. num. 2.ver. ſed remanet dubium.lib. 2.plene Crauett.conſ. 7. num. 7. ver. intentio autem Iudicis.

17 Et iſta abſolutio ſimplex eſt quędã relaxatio iuramenti, quæ operatur, vt qui non poterat audiri obſtante iuramento, audiatur ſine metu periurij.Caſtren.conſ.143.Viſo proceſſu,in principio. ver.2.reſpondetur.lib.2.

18 Amplia, quod licet ſit ſimplex abſolutio ad effectum agendi,tamen impletur, & ſit plena ad effectum pœnitus tollendi iuramentum ex probationibus, parte vocata, poſtea factis, abſque eo, quod requiratur alia abſolutio. Caſtren. d. conſ. 259.lib.2. col.fi.ver.poſſet etiam dubitari,quem ſequitur Afflict.deciſ.322.col.fi.ver.nec obſtat.ſequitur Crauett.d.conſ.7.nu.7.allegat Bald. conſ. 460. Vicarius Epiſcopi.lib.5.

19 Declara,quia ſi iuramentum confirmat contractum, vt quia minor dixit cum iuramento.ſe maiorem iuxta Auth.Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi.vel quia mulier fundum dotalem cum iuramento vendidit, & alias, vbicumque ſubſtantia contractus non eſt prohibita, ſed ſolus effectus,tunc abſolutio non tollit effectum iuramenti, ſed relaxat iurantem, vt poſſit impugnare contractum, ſi vero contractus ſubſtantia eſt prohibita, vel perſona minoris, ſine certa ſolemnitate contrahens etiam cum iuramento, quo caſu contractus,eſt nullus, & iuramentum non confirmat,tunc abſolutio à iramento operatur plenum effectum, quia ſublato iuramento, contractus eſt nullus. Ita Angel.conſ.160.Domina Catherina.n. 3.col.3.ver.dicet quis,& ſequitur Abb. conſ. 107. quatuor ſunt. nu. 5.ver.ad tertium dubium.lib.2. vbi clarius dicit, quod ſi iuramentum conualidat contractum,abſolutio operatur ſolum,quod contraueniens non dicitur periurus, & ſic non repellitur. Ideo debet reſtitui aduerſus contractum, prout maior,puta,ex eo,quia eſt læſus enormiter, vel dolo inductus,&c. Si vero non conualidat contractum nullum;eo ipſo,quod eſt abſolutus à iuramento, poteſt ex contractu nullo vendicare rem ſuam.Si vero contractus eſt mero iure validus,ſed propter læſionem, vel dolum reſcindendus,obtenta abſolutione reſtitui debet contra contractum, vt idem Abb.plenius ibi num. 6. & ſequen. & pleniſſime Crauett. conſ. 7. num. 6. & ſequen. ver. quin imo.

Vide plenius.Abſolutio a iuramento non datur multis caſibus. Concluſione 62.nu.5.& ſeq.

Videas omnino Cur.Sen.conſ.65.in fi.vbi,quod fatuus eſt Iudex,qui credit abſolutionẽ a iuramento confirmatorio contractus tollere contractum, niſi probetur dolus,metus, vel turpitudo, & magna eſt differentia. An iuramentum relaxetur totaliter.An ad effectum agendi, & quod ſæpe erratur non intelligendo terminos abſolutionum iſtarum:vide infra.num.22.& ſeq.

20 Operatur multa abſolutio a iuramento, quia debilitat contractum, facit ceſſare abſolutionem, quę non ceſſaret. Interponit moras debitoris, & forte etiam facit vacillare inſtrumentum, nedetur exequutio,plene Anchar.conſ. 98. Prædictis ſubtiliter,per totum.

21 Contrarium,quod imo iuramentum præſtitum ſuper cõtractu ſolemniter inito tollat beneficium Prętoris in obtinenda reſtitutione aduerſus contractum iuratum.Bart.Bald.& *omnes in l.1.C.ſi aduerſ.venditio. Ideo data abſolutione, non poteſt reſtitui abſolutus aduerſus contractum, ſed intelligas, vt non poſſit Prætor reſtituere aduerſus contractum durante iuramento, ſed obtenta abſolutione a iuramento,ſecus eſt.Ita Abb.conſil. 107.Quatuor ſunt.col.pen.n.6.lib.2.

22 Extende,quia operatur perinde, ac ſi non eſſet iuratum, quando eſt in pleniſſima forma, quantũ ad hoc, vt audiatur, reſtituaturq; in integrum læſus,& ſimilia. Socin.Iun.conſ.47.num.37. lib.3.

23 Imo quando datur expreſſe cum decreto, quod perinde ſit, ac ſi non eſſet iuratum,vt tranſeat in iudicatum, & oſtendat iuramentum iniquum ad effectum, vel quod reſtituatur,vel agat abſolutus libere actione ſibi competenti,vel officio Iudicis, ac ſi non iuraſſet.Ant.de Butr.d.conſ. 45. num. 2. ver.ſed quicquid ſit.

24 Non tamẽ tollitur vis iuramenti,niſi quatenus probetur poſtea in iudicio,fraus, vel dolus,ſed ſolum abſolutus habilitatur ad ea deducendum in iudicio ſine metu periurij.Caſtrenſ.conſ.259.Circa primum.col.fi.lib.2.ſequitur Feli.in cap.1.col. penult. in 8.queſt.de iureiuran. Afflict.deciſ.220. n.10.& ſeq.& ſupra.nu.39.

25 Et quando eſt data abſolutio ſolum ad effectum agendi, quod contractus nihilominus ſit validus,& quoad quæ,vide Guidopap.deciſ.226.incipit,Item fuit, &c.

26 Declara, quia abſolutio à iuramẽto tollit effectum iuramenti, ſed non tollit contractum, quia valeat mero iure, quia dolus non tollit tranſactionem, vt dicatur nulla, quando eſt ex parte debitoris reſiſtentis adhibitus, ſecus ſi dolus eſſet Actoris. Caſtren. conſ.164.Contra ſuperius conſulta.col.fi.ver. ſupereſt aliud.lib.1.Crauet. conſ. 7.num.6.& ſeq.

74 Vide omnino Caſtillion.conſ.24.num.60.& ſequen.vſque in fin. verſ.cuius cauſa aduertendum eſt,vbi dicit, quod iuramentum habet duos effectus, vnum ſpirituale, quia ligat animam, quoad Deum.Ita vt volens contrarium aſſerere, vel facere non audiatur, quia eſſet periurus,& in hoc primo effectu Papa ſolus prouidet, nec iſtud tranſit ad hęredes, vel ſucceſſores, quia perſonaliſſimum eſt. Secundus effectus eſt temporalis, qui à lege Ciuili inducitur, quod minor iurans contractum cenſeatur per fictionem maior factus, & iſte effectus cum habeat ſuam perfectionem, quia ſtatim, quod contraxit, vt maior, non poteſt reſcindere, niſi prout maior poſſet. Idcirco abſolutio a iuramento non tollit ius quæſitum, ſed ſolum tollit primum effectum, ne poſſit contrarium aſſerere. Secundus effectus non poteſt tolli, niſi eo modo, quo maior contrahens poſſet reſcindere,vide cum quia plene explicat.

Ca-

28 Castrens. conſ. 290. Viſa ſupradicta. num. 2. col. 2. ver. ſed dubitatur, & nu. 3. lib. 2. diſtinguit, quod tale iuramentum nullo modo poteſt relaxari per Epiſcopum, quando conualidat contractum, quia niſi ſit dolo, vel metu extortum, vel ſuper re prohibita Ordinarius non poteſt tollere tale iuramentum. Grauett. conſ. 7. num. 7. ver. ſecundo reſpondeo, & magis* communem dicit Curt. Senior conſ. 63. num. 21. ver. ſed præmiſſis omnibus, vbi, quod neque ſufficit dolus re ipſa ex læſione, quia non æquiparatur hoc caſu dolo vero, vide cum vſque in finem, quia pleniſſime loquitur.

29 In Papa vero dicit, quod licet poſſit tollere effectum iuramenti quoad ius Canonicum, non tamen quoad ius Ciuile, quia hoc modo tolleret ius quæſitum inductum ex Authen. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. venditio. & dato, quod hoc poſſet, ſolum poteſt quoad ſibi ſubditos tollere, ius quæſitum, ibi plene apoſtill. ad d. conſ. Caſtr. 290. col. 2. ver. ſed dubitatur, & ver. ſed dubium, & num. 3. lib. 2. Grauett. d. conſ. 7. nu. 7. ver. ſecundo reſpondeo.

30 Limita, quia non poteſt dari abſolutio à iuramento etiam per Papam quando iuramentum omni ex parte eſt licitum, videlicet ex parte iurantis, ex parte eius, cui iuratur, & ex parte materiæ, ſuper qua iuratur. Abbas in ſua quæſt. ſtante ſtatuto. col. 16. ver. primus ergo caſus, & conſ. 21. in fi. lib. 1.

Abſolutio à iuramento per quem poſsit concedi. Conclu. LVII.

31 ABSOLVTIO ad effectum agendi poteſt concedi per Epiſcopum ſuperiorem eius, qui iurauit, ſiue ſit abſolutio, ſiue remiſsio, vt per Calde. conſ. 182. in principio, alias 6. de iureiuran. Bald. conſ. 328. Quædam puella, in princ. num. 5. ver. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 3. vbi loquitur in abſolutione minoris cum iuramento de non veniendo contra, vt dicatur abſolutio Papalis, ex quo fouetur per Canones Papales, & idem Bald. conſ. 287. Proponitur quod, in fin. lib. 5. & quod hæc abſolutio ſpectet ad Epiſcopum. Deci. conſ. 180. col. 3. in fin.

2 Declara, quia ſuperior abſoluit iurantem, quando pars, cui fuit iuratum recuſat remittere iuramentum, quia ipſa pars poteſt abſoluere, & remittere ſine ſuperiore. c. 1. de iureiuran. Cald. conſ. 184. alias 8. de iureiuran.

Vide. Iuramentum quando quis teneatur remittere. Concl. 515.

3 Adde, quia eſt contentio inter Doctores. An Epiſcopus poſſit abſoluere à iuramento ad effectum agendi abſque eo, quod prius fiat diligentia, quod pars relaxet, & aliqui tenent, quod prius debeat requiri pars, vt relaxet, iuxta c. 1. de iureiuran. & ſi pars non vult abſoluere, tunc adeundus ſit Epiſcopus, qui abſoluat, alias non: alij tenent contrarium, quod poſſit Epiſcopus abſoluere, etiam ſi pars, cui fuit iuratum non ſit requiſita ad relaxandum quia nullibi datur iſte ordo, & hanc veriorem dicit Abb. conſ. 12. Et ſi copioſius. col. 2. in fin. ver. & expreſſius. lib. 2. ſub num. 5. vbi num. 6. reddit rationem, quia ex tali iuramento turpiter recepto acquiritur Deo, non parti, ergo Iudex, qui tenet locum Dei, poteſt abſoluere.

4 Amplia, vt Epiſcopus proprius poſſit abſoluere ſubditum, etiam quando iurauit contractum factum cum non ſubdito, & extra diœceſim fuit celebratus contractus. Calderinus conſ. 91. An Epiſcopus, alias 1. de officio Ordinarij. & duplicatur conſilio 128. alias 14. de for. competen. vbi quod is, qui poteſt compellere ad obſeruantiam, poteſt abſoluere. Lap. alleg. 10. diſputat hic plura in principio, vbi idem caſus ponitur, ſed figurat contractum celebratum per forenſem vſuratium, tunc abſentem in diœceſi, & Calderin. d. conſ. 182. alias 6. de iureiuran. quod quaſi eſt idem cum conſ. 91.

Vide. Iuramentum de ſoluendis vſuris remittere tenetur debitor. Concl. 516.

5 Amplia, vt etiam Epiſcopus ratione fori habitationis poſſit pariter talem abſolutionem dare, prout ſi Ferrarienſis ſtudeat Bononiæ poteſt abſolui etiam ab Epiſcopo Bononiæ. Calder. d. conſ. 91. alias 1. de offic. Ordin. vbi idē eſt etiā ſi iurauit ſuper contractu alibi celebrato, & cum non ſubdito, quod duplicatur conſ. 128. alias 14. de Iudi. & ſunt conſ. Gaſpar. Calder. & Io. Calder. conſ. 182. alias 6. de iureiuran. vbi idem dicit, & quod eſt locus præuentioni inter Epiſcopum originis, & habitationis iurantis.

6 Extende, vt nec ſit neceſſaria citatio, vel vocatio Epiſcopi proprij eius, qui iurauit, neque Epiſcopi loci, in quo iuratum eſt. Calder. conſ. 91. circa fi. alias 1. de offic. Ordin. & duplicatur conſ. 128. alias 14. de Iudic.

7 Extende, vt nec iſti duo Epiſcopi, qui in ſolidum poſſunt abſoluere, debeant conuenire, quia ſufficit, quod alter eorum ſine participatione cum altero fecerit. Calder. conſ. 182. in fi. alias 6. de iureiuran.

Vide. Abſolutio à iuramento an requirat citationem partis Concl. 61. num. 16. & ſeq.

8 Amplia, quia Epiſcopus abſoluit minorem, qui contraxit contra ſtatutum inductum ob publicam vtilitatem, & eſt læſus, quia daretur etiam reſtitutio in integrum. Bald. conſ. 177. Iſtud ſtatutum, per tot. lib. 3.

9 Extende, quia de conſuetudine Epiſcopus Bononiæ dat abſolutiones etiam non citata parte. Imol. quem ſequitur Felin. in c. 2. n. 24. de iureiur. & quod valeat iſta conſuetudo. Beccius conſilio 63. circa fin. Natta etiam idem teſtatur de Epiſcopo Alexandrino, & Bononiæ, conſilio 167. numero 6.

10 Amplia, quia Capitulum Sede vacante, cum ſuccedat loco Epiſcopi, poteſt abſoluere à iuramento, ſicut Epiſcopus, quia reſpicit hæc abſolutio iuriſdictionem, quæ reſidet in Capitulo. Cardin. Zabarel. conſ. 35. n. 3. ver. ad ſecundum.

Vide Capitulum Sede vacante quæ poſſit. Concluſione 56.

11 Amplia, quia etiam Legatus de latere poteſt concedere abſolutionem à iuramento, etiam in caſu quando dubium eſt, an ſit obligatorium, vel non Calder. conſ. 180. per tot. alias 4. de iureiuran.

12 Amplia, quia abſolutio à iuramento præſtito ſuper re prohibita poteſt peti, & debet agens iuramentū relaxare via exceptionis etiam corā iudice ſeculari. Fed. de Sen. cōſ. 272. in fi. ver. & credo.

Extende

per Iudicem inquirentem cõtra reum inquisitum, & contumacem nullo petente, vel intercedente pro eo. Item est nulla, si antequã lata sit, fuerit reus citatus ad respondendum inquisitioni. Angel. Aretin. dict. consil. 110. num. 40. versic. secundo fuit processum, cum seq.

9 Amplia in laico inquisito ab Episcopo, quia cognouerit Monialem, quia si absoluatur non potest inquiri, super eodem crimine à iudice seculari, propter personam Monialis, vel Clerici de iure Canonico, quia de delicto commisso in Clericum, vel Monachum, Episcopus plene potest absoluere. Baldus consil. 260. Facta est per Episcopum, per totum, maxime in fin. lib. 3.

10 Restringo, vt non procedat in alio crimine mixto, in quo persona Ecclesiastica non offenditur, quia de iure ciuili iudex secularis potest inquirere; non obstante absolutoria data per Episcopum. Bald. dicto consil. 260. per totum, maxime in fin. libro tertio, sic è conuerso eadem ratione absolutus à iudice seculari poterit in delicto mixti fori inquiri per Ecclesiasticum, si habet legitima indicia, infra num. 40. & seqnen.

11 Amplia, vt procedat etiam, si quis ex gratia fuit absolutus ab eo, qui potest facere gratiam, quia nõ * potest accusari vlterius, communem * dicit Clar. dicto §. fin. q. 57. nu. 9. ver. habet etiam locum. vbi dicit, quod crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur, & plenius q. 59. in princip. vbi loquitur in Principe supremo, ad quem spectat facere gratias. Couarruu. variar. resolut. lib. 2. cap. 10. in princ.

12 Nam gratia habetur pro solutione pœnæ, gl. & ibi Doctor. in cap. de ijs, de accusat. Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 2. solutio autem pœnæ habetur pro absolutione. Bald. in auth. sed nouo iure, nu. 4. C. de seruis fugit.

13 Restringe, vt non procedat, quando procederetur in loco originis, & delicti sub diuersis Principibus, quia tunc gratia facta in vno loco non releuat in alio quin possit accusari. Iul. Clar. d. §. fin. q. 57. nu. 9. vers. scias tamen.

14 Restringe, quando fuisset facta compositio per Vicarium Episcopi super delicto, vel alium Iudicem. Clar. d. §. fi. q. 57. nu. 12. in fin. ver. & Paul. de Castro cons. 548. lib. 1.

15 Restringe, quando absolutio esset in foro conscientiæ, quia non impedit procedi in foro fori. Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 2.

16 Amplia, quia multo minus potest iterum puniri ille, qui semel fuit punitus pro eodem crimine. Clar. dicta qu. 57. nu. 12. ver. dictum est, vbi quod non subest aliqua difficultas.

17 Extende, vt procedat etiam si esset punitus minori pœna, quia adhuc non posset pro eodẽ delicto iterum puniri, & ita seruari in pract. dicit Clar. dicto §. final. q. 57. nu. 12. ver. sed si fuit punitus.

18 Declara extensionem, nisi iudex per fraudẽ imposuisset minorem pœnam, quia tunc de iure posset iterum accusari, & puniri, & ita fecisse Senatũ Mediolani, attestatur Cla. d. §. fi q. 57. n 12. ver. q tamẽ.

19 Amplia, vt procedat etiam in relaxato ex carceribus absque absolutione, quia ex quo erat carceratus, & inquisitus pro delicto, ex relaxatione præsumitur innocens, Alex. cons. 180. In causa Angelorum, num. 8. & 9. vers. viterius etiam, lib. 2. maxime quando fuit tortus, & facta contra eum diligentia super delicto.

20 Amplia, maxime, quando delictum, & illius punitio spectat ad Ecclesiasticum, quia tunc. potest punire, & facta punitione à seculari reus non potest molestari, veluti si iurisdictio Ecclesiast. ca torberur. l. vnica. ff. si quis iudici, vel obtemper. l. nullum. C. de testibus. Bald. in l. si quis. ff. de iurisd. omn. iudic. Autor. de potest. Iudic. secul. in person. Ecclesiastic. fallen. 13. n. 22. Marian. Socin. in c. licet suscepto, casu 40.

21 Extende, quia sententia fori Ecclesiastici, & è contra, tollit viteriorem punitionem fori secularis: & è contra in ijs, quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, vel è contra. Bald. cons. 260. Facta est inquisitio, in fin. lib. 1. Alciat. in cap. 3. nu. 130. in prima limitatione, de offic. Ordin.

22 Limita, nisi doceatur de prævaricatione accusatoris, vel denunciantis, aut inquirentis, quia poterit iterum accusari ab eo, qui prosequitur iniuriam suam, vel inquiri. Bart. d. l. is cui. §. ijdem, in prine ff. de accusat. & est communis * opinio. Iul. Clar. d. §. fin. q. 57. nu. 5. vbi reddit rationem, quia non debet obesse dolus primi accusantis, secundo accusare volenti, pro quo stat fauor publicus.

23 Extende, vt idem sit, si accusans, & prosequens propriam iniuriam ignorasset accusationem, denunciationem, & inquisitionem, quia poterit admitti ad accusandum absolutum semel, Bart. dicta l. is cui. §. ijdem, in principio, ff. de accusat. Iulia Clar. d. §. fin. quæst. 57. num. 4.

24 Declara extensionẽ, vt procedat si probet ignorantiam per iuramentum & subsit magna causa, vt quia, sumus in atrocioribus, alias non, Clar. dicto §. fin. q. 57. nu. 4. vbi, quod in causa, quæ non erat atrocior, fecit Senatus dare cautionem accusatori de nouo, de expensis, & damnis refoiendis.

25 Limita, quando absolutus esset accusatus, vel denunciatus, aut inquisitus de delicto eo, quia probatum non esset, quia potest accusari, denunciari, & inquiri de nouo, secundum * communem, de qua Clar. in §. fin. q. 57. nu. 2. in fin.

26 Extende etiam, quando reus absoluitur, quia non est plene probatum delictum, & fuit tortus, & purgauit indicia, quia dicitur absolutus rebus sic stantibus, & si noua indicia superueniunt, potest iterum molestari. Clar. in §. fin. q. 62. num. 2. vbi, quod de iure deberet diffinitiue absolui.

27 Extende quia in dubio sententia censetur lata, quia non fuerit probatum, non autẽ, quia innocens fuerit repertus. Iul. Clar. dicto §. final. q. 57. n. 3. vbi * dicit communem, & relatiue q. 62. nu. 3.

28 Contrarium, quod absolutus de crimine, quia non est probatum, non possit viterius inquiri, neq; accusari de eodem crimine ad eundem finem; secus ad alium finem, tenet Roman. cons. 223. Præmissa, per totum, vbi ad eundem finem ait deductũ esse crimen, quando primo fuit accusatus criminaliter, & secundo pariter criminaliter; secus si primo criminaliter, secundo ciuiliter, vel è contra.

29 Extende, vt quod dicitur de crimine, & de accusatione, vt sententia lata, quia non est probatum, inducat exceptionem rei iudicatæ ad eundem finem, idẽ sit in sententia in ciuili, quia non sit probatũ, quia est diffinitiua, & valet argumentum de iudicio ciuili ad criminale in hoc; plene Roman. dicto cons. 223. in fin. vbi apostill. dat concord.

30 Declara totam istam materiam, quia, aut ista sententia, quia non est probatum, fuit lata in iudicio exequutiuo simpliciter, vel etiam si in iudicio

dicio ordinario nulla facta præfixione termini, & tunc non parit exceptionem iudicati, si vero fuit terminus prefixus in causa ordinaria bene operatur exceptionem iudicati ad eundem finem.

Vide. Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, & sententia absolutoria, quia non est probatum, differunt. Concluſ. 169. vbi late.

31 Declara extensionem, quia non seruatur in multis locis, maxime Mediolani, quia si fertur sententia absolutoria, quia non probatum est delictum, fertur rebus sic stantibus; si vero fertur, quia constet de innocentia, fertur simpliciter: ita seruari dicit idem Clar. d. §. fin. quæst. 57. n. 3. & repetit plenius quæst. 62. nu. 2. ver. forma autem absolutionis.

32 Et in casibus, in quibus absolutio fit ob non probationem, eo casu debet præstare absolutus fideiussionem de se repræsentando: ita communiter seruari dicit Clar. d. §. fin. quæst. 62. num. 2. licet dicat, quod in statu Mediolani hoc non seruatur.

33 Limita, quando sententia esset lata propter falsas probationes, & non sit cognitum de falsitate, quia semper potest rescindi. l. 1. C. si ex falsis. Bart. & Alex. in l. Diuus, ff. de re iudic. quod procedit, siue sit capitalis, siue criminalis, siue non. & infra quantum tempus, late Bossius in praxi, titulo si ex falsis, numero quarto, vsque in finem.

34 Extende etiam si is, pro quo lata est sententia, non est particeps falsitatis. Alex. in l. Diuus, n. 10. ff. de re iudic.

35 Declara, quia non sufficit præsumpta falsitas. Boss. in tit. de falsis, num. 74.

36 Limita, quando accusatus fuit absolutus transactione offensi, quia poterit nihilominus accusari à tertio, qui prosequitur suam iniuriam. Clar. dicto §. finali, quæstione 58. num. 4. ver. sed pone; vbi dicit * communem, & relatine quæst. 57. num. 6.

37 Limita, quia absolutoria lata super iure, & non super facto non excludit, quin possit iterum procedi, veluti si absoluitur, quia non reperitur in dolo, vel delinquens, quia talis sententia non nocet alicui, quin agere possit: ita Angel. Aret. d. cons. 110. n. 15. & sequ. ver. secundo est lata.

38 Limita, quando delinquens fuit absolutus in foro pœnitentiali, quia potest accusari in foro iudiciali; communem * dicit Clar. dicto §. fin. quæst. 57. num. 10. ver. sed nunquid, & * omnes hoc appprobant.

39 Extende etiam si in foro pœnitentiali fuisset punitus pœna condecenti, quia non tollitur pœna iudicialis secundum * omnes, plene Iul. Clar. in §. finali, quæstione 57. numero 10. ver. idemque dicendum.

40 Limita in absoluto à Iudice Ecclesiastico de crimine mixti fori, quia si delinquens absolutus est laicus poterit accusari, & puniri de nouo coram Iudice seculari. Clar. in §. fin. quæst. 57. num. 11. ver. sed hic occurrit, vbi dicit * communem, & mouetur, quia iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separatę, & distinctæ; ideo absolutio lata in vno foro non præiudicat in alio, & ad hoc allegat Didac. Couarruu. variar. resolution. libro secundo, cap. 19. numero sexto. qui omnium esse consensu receptum dicit.

41 Extende in casu conuerso, quando Iudex secularis absoluit laicum in causa, & delicto mixti fori, quia poterit per Iudicem Ecclesiasticum inquiri, & apud eum accusari, & puniri per eandem rationem, quia sunt iurisdictiones distinctæ, & separatæ, & sententia lata absolutoria in vno foro, non præiudicat in alio foro, vt idem Couarruuias dicit d. cap. 10. nu. 6. & Clarus d. §. fin. quæst. 57. num. 11. & ita in terminis Affict. decis. 219. in foro, In fin.

Vide plene Bald. cons. 260. Facta est per Episcopum inquisitio. lib. 3. per totum, vbi allegat pro vtraque opinione plurima argumenta, quod absolutus non possit puniri, postea allegat contrarium, & tandem dicit, quod de iure ciuili absolutus ab Ecclesiastico potest puniri, sed de iure Canonico secus est, si plene est absolutus.

42 Declara, quia verissima est limitatio, & extensio, quãdo absolutio esset facta rebus sic stãtibus, vel exhactenus deductis, vel etiam absolutio esset simplex, quia in dubio præsumitur lata, quia non * constitit de delicto secundum * communẽ, de qua idem Clar. d. q. 57. n. 3. ver. sed hic quæro, & ratio est in promptu, quia potest contingere, quod coram Iudice, qui absoluit, non cõstiterit de delicto, & coram alio, qui vult inquirere, extẽt indicia, & probationes sufficientes ad inquirendum, secus esset si moueretur ad defatigandum ipsum semel absolutum, & vt daret aliam absolutoriam, quia hoc non esset licitum.

43 Declara, quia si esset facta absolutio, quia accusatus sit innocens, vel nõ deliquerit, tunc non posset talis absolutus accusari, vel puniri corã alio. Clar. d. q. 57. n. 2. ver. & hęc quidem conclusio; vbi * dicit * communem, & vide supra in princ.

44 Declara, seu extende limitationem, vt procedat sine dubio, quando absolutio esset solum in foro pœnitentiæ, etiã si pœnitentia fuisset publica, quia poterit puniri pro delicto temporaliter, tam per Ecclesiasticum, quam per secularẽ, vt per Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 10. maxime nu. 3. ver. sexto * idem, vbi de * cõmuni, & per tot. cap. ponit alios casus, quos videas, quia plene examinat materiã.

45 Limitat idem Clar. in d. §. fi. quæst. 57. n. 14. ver. sed quæro, vt etiam laicus punitus de delicto mixti fori à Iudice Ecclesiastico, possit iterum accusari, & puniri coram Iudice seculari pro eodem- * met delicto, & dicit, quod ista est communis * opinio, pro qua allegat Alciat. in c. 1. de off. ordin. dicentem, quod Felin. in c. de ijs, n. 10. de accusat. * attestatur hanc * communem, licet fateatur in libro suo non reperisse Fel. de communi attestantem; immo si illum videas. nu. 13. vers. vndecimo limita, tenet totum contrarium, quia dicit, quod Bald. pro ista parte allegatus in l. placet. C. de sacros. Eccles. loquitur, quando pœna spiritualis fuit imposita ab Ecclesiastico, & sic de pœna in foro conscientię, quæ non tollit temporalem, item dicit, quod Bald. pro ista limitatione allegatus in l. 1. C. de summa Trinit. non determinat aliquid, prout est verisimum, quia dũ ibi Bal. sub n. 7. ver. modo circa hoc, allegat pro vtraq; parte, subiũgit, sed hic aliter non determino, quia pendet de facto: item Felin. in dicto cap. de ijs, num. 13. citat plures pro contraria parte, vt infra dicetur, & Couarruuias variarum resolutionum, libro 2.

cap. 10. num. 6. dicit falſum eſſe quod Felin. atteſtetur hanc eſſe * cõmunem Allegat etiã Clar. An
* ton. Gomez. de delict. c. 1. nu. 40. verſ. Quarta concluſio, qui citat plures, & dicit magis verã & *cõmunẽ ſed reuera ipſe loquitur in atrocioribus delictis expreſſe, & quia ſe fundat ſuper cap. fin. §. per hoc de pœn. in 6. & ita etiam intelligit Farinaccius de inquiſitio. q. 4. n. 10. verſic. Tertius eſt caſus, & licet pro hac parte Farinacius. d. q. 4. n. 7. ver. Limita 2. allegãdo plurimos dicat, quod
* eſt magis vera, & magis *cõmunis opinio, teſte d. Gomez. de delict. n. 40. tamen ipſe Gomez. vbi ſupra loquitur in atrocioribus, & nõ dicit magis verã & magis cõmunem, ſed dicit magis veram & cõmunẽ, ſubiungit etiã Clarus rationẽ à ſe ipſo quia iuriſdictiones Eccleſiaſtica & ſecularis ſunt prorſus diſtincte & ſeparate. Ideo, &c.

46 Contra limitationem tenent quaſi omnes Canoniſtę, vt per Hoſtien. in c. tuę de procur. & plenius in c. 1. in fin. de officio Ordina. quem ibi ſequuntur Io. Andre. Ægidius Bellame. Bald. Ant. de Butr. Cardin. Zabarell. in 10. quęſtio. Io. de Imola ibidem in fi. Abbas, Barbatia. nu. 88. qui omnes dicunt opinionem Hoſtien. eſſe notabilem, licet aliqui dicant ſi vera eſt eſſe notabilem. Io. de Anania in c. poſtulaſti in fin. de Iudę. adeo quod conſtat ſine dubio eſſe cõmunem Canoniſtarum, ſed quod
* etiam ſit communis opinio * Legiſtarum atteſtatur Abbas in d. c. tuæ, nu. 5. verſ. vnde in propoſito de procur. vbi dicit quod Legiſtę communiter dicunt, quod aut accuſatio tendit ad vindictam, & tunc ex quo ſemel egit vno modo non poteſt tentare aliam viam, ſecus ſi accuſatio concernebat intereſſe proprium, & rem familiarẽ, & pro iſta parte facit vnum fundamentum quod ipſe Gomez. d. c. 1. de delictis. n. 4. verſi. pro quibus aperte facit, dicit videri inconuincibile, quia quando per diuerſas leges diuerſę pœnę imponuntur, vna impoſita & exacta, non poteſt imponi alia, dato quod minor ſit impoſita, de quo ipſe Gomez ibi nu. 39. verſic.
* Vnum tamen; citat plures, & dicit * cõmunem per tex. in l. Prætor edixit, §. fi dicatur. ff. de iniur. & pro iſta parte eſt tex. apertus in c. fi. de exceptio.
* lib. 6. & Docto. ibi. * omnes.

47 Declara totam iſtam materiam adeo confuſe & male intellectam propter intereſſe Principum Eccleſiaſticorum, & Secularium, ſeu potius eorũ iudicum, qui vt ipſis blandiãtur, iuriſdictionem Eccleſiaſticã conculcare nituntur, & quotidie oriuntur giurgia, & ſcãdala, & pauperes plectũtur Achiui: totq. ſunt ſententiæ, quot ſunt capita in hoc articulo; ita vt licitum fuerit vnicuiq. ſcribere, & libere loqui; vt etiam aliquando fatua & pudẽda aliquid DD. ſcripſerint, quę omnia ad vnum rectũ ſenſum dirigi poſſunt, ſi ęquo animo, & recto iudicio per diſtinctiones iuridicas examinentur.

48 Prima igitur Regula indubitata eſt; quia ſi agitur de conueniendo, vel puniendo Sacerdote, vel Clerico beneficiato, aut aliàs qualificato, ſecundum formam Sacri Concilij Tridẽtini Seſſio. 23. cap. 6. de reformatio. Princeps & Iudex ſecularis nullam prorſus habet iuriſdictionem, cap. cum non ab homine, de iudi. c. nullus iudicum, & cap. ſi diligenti, de foro competen. & eſt etiam de iure ciuili ſtatutum, vt in l. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleri. Quod extẽdas prout plene Grãmat. dec. 61. per totam, & plenius Clar. in §. fi. quæſt. 37. in prin. quia neq. valet conſuetudo, neq. præſcriptio contraria neq. prorogatio, neq. conſenſus Clerici.

Vide plenius. Clerici non ſubſunt Principibus ſecularibus. Concluſ. 585.

Idem eſt ſi agatur de delicto Eccleſiaſtico cognoſcendo, prout, an ſit vſura, an ſimonia, & de ſimilibus de quibus per Doctores in cap. cum ſit generale, de foro compet. quia ſolus Iudex Eccleſiaſticus priuatiue ad Principes & Iudices ſecu
* lares, poteſt cognoſcere ſecundum * communẽ, de qua Ægid. Bellame. d. c. cum ſit generale. nu. 16. verſi. ſed quo modo ergo; & alij.

50 Et e conuerſo ſi agitur de conueniendo, vel puniendo laico inter laicos. pariter Regula eſt indubitata, quod ſpectat ad ſolum Principem & Iudicem ſecularem, & quod Iudex Eccleſiaſticus nullam exercere poteſt iuriſdictionẽ in mere laicos, l. 3. ff. de offi. præſid. per quem tex. ſecularis habet intentionem fundatã, niſi Eccleſiaſticus doceat de
* qualitate, vel priuilegio cõtrario vt dicũt * omnes in d. c. cum ſit generale vbi Bellame. n. 14. ver. 3. modo poteſt dici, cũ infinitis quę adduci poſſẽt.

51 Et in hac prima Regula procedit optime argumentum, quo vtitur ſępe Clarus d. §. fi. q. 57. n. 11. & n. 14. quod ex quo iuriſdictiones ſunt ſeparatę, vna non pręiudicat alteri, & ſi Eccleſiaſticus puniret laicum in caſu ſpectante ad ſecularem, non poteſt inferre pręiudicium ſeculari, quin in ſolidum & ipſe puniat, ſicuti neq. e conuerſo, ſed non procedit in cauſis mixti fori in quibus, qui pręuenit procedere debet, vt infra dicitur, & ipſemet Clarus ſibi contrarius hoc fatetur d. §. fi. q. 38. nu. 9. & ſeq.
* vbi dicit * communem.

52 Iſta prima Regula, quod ſecularis Princeps, vel Iudex nullo modo poſſit punire presbyterum, vel Clericum qualificatum ſecundum formã Concilij Tridẽ. eſt incõcuſſa, & nullã admittit reſtrictionẽ, quia ſecularis eſt incapax iuriſdictionis in Clericos, & circa ſpiritualia, exceptis caſibus quando talis Clericus à ſuo ſuperiore Eccleſiaſtico eſſet degradatus, ſeu denudatus ordinibus in ſpecie, vel etiam in genere, prout quando Clericus eſſet aſſaſſinus. per c. 1. cum ibi not. de homic. in 6. vel quando eſſet effectus incorrigibilis & monitus ter a ſuo Epiſcopo perſeueraret ſe immiſcendo enormibus, quia tunc perdit priuilegium, vt plene per Clarum d. §. fi. q. 36. nu. 21. & ſeq. per totã, maxime. n. 29. & ſeq. & nu. 35. & ſeq. Adeo quod licet Clericus falſum deponens coram Iudice ſeculari offendat iuriſdictionem ſecularem, non tamen poteſt ab eo puniri propter incapacitatem ſecu-
* laris, & iſta eſt cõmunis * opino, vt dicit Aſflict. dec. 230. Fuit per relatorẽ, in pri. vbi in fi. ait quod iſta eſt tutior in cõſcientia, quia cõſciẽtia didicit male dicta continere, & quia diuiſum Imperium cũ Ioue Cęſar habet, plures citat de cõmuni Clar. d. §. fi. q. 38. n. 14. vbi, quod ita ſeruatur in practica.

53 In caſu vero conuerſo totum contrarium eſt, quia laicus deponens falſum coram Eccleſiaſtico poteſt puniri, quia ex quo deliquit coram Eccleſiaſtico tale delictum efficitur mixti fori & erit locus preuentioni inter Iudicẽ Eccleſiaſticũ, & ſecularẽ. Aſflict. dec. 219. in foro Archiepiſcopi per totã, & infra proxime in 2. Regul. dicetur. Idem eſt in caſu denegatę iuſtitię, quia etiam inter laicos recurritur ad Eccleſiaſticũ, vel cum ſuperior non adeſt, vel vacãte Imperio, & aliis caſibus, vt not. in c. licet ex ſuſcepto, de foro competen.

54 Secunda Regula eſt, quia licet iuriſdictiones

diuerſę

diuersæ, & separatę, siue ambæ sint Ecclesiasticæ, prout inter Abbatem, & Prælatum inferiorem, & Episcopum; siue inter seculares, prout inter Prætores, & Gubernatores Ciuitatum; siue inter plures Principes seculares; siue inter Ecclesiasticum, & secularem; quando occurrit delictum, quod per plures potest puniri, ne quis pro eodem delicto, amplius quã semel puniatur ille, qui prę-
venit regulariter debet habere causam, & alter debet remittere cognitionem ad eũ, qui prę-venit, & abstinere, quia neq; ipse Deus vindicabit bis in idipsum in tribulatione. cap. quid ergo 23. q. 5. & semel punitus non debet iterum pro eodem delicto puniri. cap. licet, de offic. lega. melius in l. licet. ff. nautę caupo. stabul. in fin. vbi plena glo. in verb. exceptio.

55 Infertur propterea quod si quis existens in vno territorio exoneret archibusium ad interficiendum seu vulnerandum existentem in alieno territorio, & vulnerauerit, seu interfecerit, poterit puniri per ambos Dominos dictorum territoriorũ diuersorum, sed tamen nobis de eodem delicto
* puniatur erit locus pręuentioni, cõmunem * dicit Abb. in c. fin. de foro compet. num. 25. & seq. ver. nunc quæro de quibusdam: vbi congerit multa similia de eo, qui litigauit in vno territorio, & spoliauit in alio. Item de eo, qui adduxit puellam ex vno territorio, & stuprauit in alio; sic etiam de eo qui commisit delictum in confinio duorum dominorum, quia vterque procedit, tamen de iure communi ille, qui præuenit, cognoscere debet; ita etiam Feli. ibi post alios. & in c. 1. in 3. not. de præsumptio. plura cumulat attestando de communi. Clar. in §. fi. quæst. 38. num. 9. & seq. ver. Item pone.

56 Consequenter etiam infertur, quod si laicus offendat Clericum, vel committat sacrilegium, aut peccatum, vel delictum mixti fori, quia potest puniri tam à iudice Ecclesiastico, quam etiam à seculari. cap. cum sit generale, de foro compet. l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cleric. erit locus præuentioni, & qui præuenerit, ille debet esse Iudex, & alter remittet causam ad eum, qui pręuenit de iure Canonico, est tex. in cap. proposuisti, de foro compet.
* vbi * omnes, & de iure ciuili est tex. in l. si quis postea. ff. de Iudic. qui textus cum sint clari in vtroq; foro, & sint fundati super maxima æquitate ad tollendas confusiones iurisdictionum, & fraudes debent omnino seruari.

57 Ista pręuentio consideratur ex multis quandoque ex sola citatione etiam verbali legitime facta quandoque litis contestatione, de quibus Iaf. in l. si pluribus. nu. 24. ff. de legat. 1. quandoque ex sententia, vel executione partis sententiæ in causa pœnę pecuniariæ, etiam contra contumacem. Bal. cons. 124. Quidã Cagnus, per totum, maxime, in fi. num. 2. ver. teneo quod melior. lib. 5. Sed maxime habet locum quando quis habet delinquentem captum, vel etiam sponte constitutum, quia tunc ille pręfertur: licet alius præuenerit in citatione, & condemnatione, dummodo captura, vel constitutio non sit affectata, & facta in fraudem, & alteri Iudici notificata, vt plenè post alios Felin. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 25. ver. extra glossam de constitutio. & plenè Bossius tit. de foro comp. nu. 96. & seq. ver. dicit tamen Barto.

58 Hęc præuentio quandoque turbida est, puta, quia eadem die fit ab vtroque Iudice facta citatio, vel quia inter plures delinquentes vnus est captus ab vno Iudice, alius ab altero Iudice, & quilibet prętendit habere pręuentionem, vel quia obstinati Iudices, & pares, non volunt sibi ipsis cedere, si quidem sunt sub eodem Principe recurrendum est ad Principem ne contingat diuersas sententias ferri, qui causam totam remittet ad illum Iudicem, per quem magis institiæ locus aperiri videatur; si vero sunt Iudices diuersorum Dominiorum temporalium debent sibi inuicem indicia communicare, & simul sententias conformes proferre, vt plenè Bossius dicto titulo, de foro compet. n. 104. ver. tertio dic, quod si eadem hora. Si vero contentio est inter Ecclesiasticum, & secularem tunc maior pręfertur minori, & sic Ecclesiasticus debet cognoscere in dubio: ita dicit Ant. de Butr. in c. cæterum. num. 9. ver. nota hoc dictum, de Iudic. quem citat Felin. in c. pastoralis. n. 4. ver. limitatur, de rescript. vbi dicit nunquam obliuiscaris hoc dictum, quod etiam videtur tenere inter plures Dominos temporales. Bossius de foro comp. num. 111. & seq. vt dignior cognoscat, & ad eum causa pertineat. Barbatia consil. 31. stat. 1. num. 2. lib. 2.

59 Prout idem in simili dicimus quando pro eodẽ delicto Clericus, & plures laici inquiruntur potest Clericus petere se remitti, & debet remitti ad Ecclesiasticũ, & ne cõtinẽtia causarũ diuideatur, & ne diuersę sententię ferãtur. Et quia magis dignũ trahit ad se minus dignũ, etiã laici debent eo casu remitti ad Ecclesiasticum, vt per Anton. de Prato veteri in l. 1. in fi. ff. quę sent. sine appella. rescind. quam sequitur Feli. plures alios citans in cap. 1. col. 5. num. 6. post med. vers. & dixit d. Anton. de prescriptio. Socin. in d. c. cum Senatus, in fin. ff. de reb. dub. vbi quod vidit in praxi seruari. ver. quarta conclusio, vbi citat plurimos, & plenius Soc. cons. 12. Quoniam in præsentiarum. numero 17. ver. & est adeo potens. li. 1. vbi tollit omnia contraria, & extendit etiã si vnicus Clericus sit, & plures laici, quando materia est indiuidua. Secus si diuidua, & citat plurimos. & plenissime Bossius de foro compet. num. 146. & sequen. vbi dicit, quod si laicis esset imponenda pœna sanguinis, quæ non posset imponi per Ecclesiasticum, quod tunc debet Ecclesiasticus laicos remittere, vt puniantur pœna condigna: licet etiam alleget in contrarium Soci. in l. cum Senatus. in fine. ff. de reb. dub. & infra dicetur.

Vide. Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl. 435.

50 Sunt tamen aliqui casus, in quibus non attenditur pręuentio, sed vterque Iudex procedit totaliter, & ad totam pœnam, veluti si laicus delinquens est contumax, quia nec Iudex, nec accusator audiretur quatenus allegaret fuisse præuentum coram alio, ita Bartolus in l. sepulchri violati. ver. circa primũ. nu. 2. & seq. ff. de sepul. viola. plene Socin. cons. 237. Difficultate. ver. sed præmissis. lib. 2. Bossius tit. de foro compet. num. 82. & seq. vbi declarant non procedere si comparuisset post contumaciam, & se constituisset coram Iudice pręueniente, quia posset opponere exceptionem pręuentionis, vide infra n. 64.

61 Idem quando delictum fuit commissum in confinio duorum Dominorum contentioso, quia vterque procedit, & puniet tamquam in suo territorio, & quod licet communis sit opinio de iure

communi,quod qui prẽuenit procedat,ſed cõtrariũ ſeruatur iſto caſu de cõſuetudine,ita Clar.d.q. 38.num.11. ver.præterea quæro : quod etiam affirmat Boſſius de foro compet. n. 60. vbi allegat rationem ſpecialitatis, ne ſibi præiudicent ; ſed tamen num. 115. dicit, quod debent concordare in proceſſu, ne ſententiæ ferantur diuerſæ,& nu. 111.vult,quod dignior cognoſcat .

62 Et ex præmiſſis patet, quod in caſibus mixti fori,licet iuriſdictiones ſint prorſus ſeparatę,non tamen eſt verum ſemper, quod vna non impediat aliam, quia imo totum contrarium eſt, quod per præuentionem vna impedit aliam, niſi incertis caſibus ſpecialibus,d. cap. propoſuiſti, de foro compet.d.l.ſi quis poſtea.ff.de iudic.& Bald. in l.nullum.n.7. ver.ſed an punitio.C.de teſtib.dicit,quod licet vi territorij vterque poſſit punire, tamen ſecus eſt vi iuris cõmunis,quod præualet.

63 Tertia eſt Regula, quia in cauſis mixti fori, ſi Iudex Eccleſiaſticus, vel ſecularis,qui præuenit, potuit imponere pœnam condignam delicto, & impoſuit, talis ſic cõdemnatus, & punitus ſemel, non poterit ab alio moleſtari, quia cum vterque ſit Iudex, vt in c.cum ſit generale, de foro competen.& qui præuenit efficiatur ſolus Iudex.d.l. ſi quis poſtea.ff.de Iudicijs,& punitio ſit condigna delicto, nemo pro eodem delicto bis puniri debet.d.l.licet.ff.de naute caupo. ſtabul.& ibi gl. in ver.exceptio,& eſt tex.in c.ſi.de exceptio.li.6.vbi quod ſicuti tenetur Eccleſiaſticus admittere exceptionem rei iudicatę coram ſeculari obtentæ, dummodo non vergat in diſpendium ſalutis animæ, ita ſi ſecularis non admittit exceptionem rei iudicatæ coram Eccleſiaſtico obtentæ, poteſt compelli per cenſuras Eccleſiaſticas ab ipſo Iudice Eccleſiaſtico : & quod punitus à Iudice Eccleſiaſtico pœna condigna,non poſſit vlterius moleſtari à ſeculari,neque è cõuerſo,eſt tex.in c.de ijs, de accuſ. qui licet loquatur in abſoluto,tamẽ idẽ multo magis in condemnato pœna cõdigna procedet, & ita in terminis tenet gloſ.penul.in c.ſęlicis,in ver.adimimus,de pœnis,in 6.quam ibi communiter tenent omnes * Canoniſtę,vt per Ioann. Monach.n.15. & ſeq.ver.contra, abſolutus ſemel. Io. Andr.n.19. ver. dicit Ioann.Monach. Archidiac.n.17.ver.ſubſequenter,& ver. ediderunt.Anchar.num.8. ver. quintodecimo nota.Geminian. ibi in §.per hoc,& Franchus, qui omnes volunt, quod ſi pœna eſt condigna, ſecularis non poſſit moleſtare;ſi nõ cõdigna ſupplebit in eo,quod defecit Eccleſiaſticus in atrocibus delictis ; ſecus in ordinarijs per illum text.qui loquitur, vel in caſu ſpeciali, vel ſaltem in atrocibus, & hoc idem etiam ſentiunt Anton.de Butr.in c.1.n.26.de off. ordin. in fin.ver.veritas eſt,vbi etiam Ioannes de Imola in fin.Guidop.num.16.& idem etiam tenet Abbas in c.tuæ.nu.5. ver.vnde in propoſito,dum allegat tex.in c.ſęlicis, de pœnis,& ibi diſtinctionem Ioann.Andr. & hanc eandem opinionem tenent Legiſtæ,maxime Bald.in l.nullum,nu.7. ver. ſed an punitio facta.C.de teſtib. vbi ex mente Iacob.de Beluiſ. tollit contraria.Quod iuriſdictiones diuerſæ, & diſtinctę nihil operantur contra ius cõmune, & in iſtis terminis loquitur Caccial. in l.1. C.de ſumma Trinit. n.17.in fi.ver.quintus caſus, eandemq. opinionem tenent Fulgoſ. Caſtrenſ. & plenius Ioan.Sicard. in l.nullum. C. de teſtib. & ſic patet, quod iſta eſt vera,& communis Canoniſtarũ,& Legiſtarũ opinio, & ita etiam Couarr.varia.reſolutio.lib.2.cap.10.num.6. ver. eſt tamẽ intelligẽda; tenet quod in praxi expediret multũ,quod ita obſeruaretur, & in hoc etiam nullam ſubeſſe difficultatem, atteſtatur Clarus d. §.fin.quæſt.57.num.12.ver.dictum eſt.

64 Intelligas prædictã regulam procedere,quando punitus eſt præſens, & ſatisfecit; ſecus ſi contumax fuit, vel non ſatisfecit, vt declarat idem Caccialup.d.l.1.de ſum.Trin.nu.17. ver. primus caſus,& ver. ſecundus caſus, quia alias Iudicium eluderetur, & ſupra n. 60. ver,ſunt tamen aliqui caſus.

65 Contra iſtam Regulam, quæ indubitata eſt,inſurgunt aliqui aſſerentes ex capite ſuo,quod licet Epiſcopus poſſit in cauſa mixti fori punire laicum; tamen punitio non poteſt eſſe niſi ſpiritualis, vt excommunicet, non autem poteſt punire temporaliter, neq; capere;mouentur fallaci fundamento, ex l. placet. C.de ſacroſ.Eccleſ.vbi per illum tex. puniuntur onera imponentes Eccleſijs, & Eccleſiaſticis, quia excommunicantur per Epiſcopum, & temporaliter puniuntur per ſeculares. Item ex tex. in cap. cum Epiſcopus,de offic. ordin. in 6. vbi dicitur, quod Epiſcopus in ſua diœceſi exercet iuriſdictionem liberã, & capit,& punit Clericos;ergo arguméto ducto à contrario ſenſu,Epiſcop' procedere cõtra laicos nõ poteſt, niſi excõmunicare,non autẽ pœnã temporalẽ eis imponere,& alios textus à cõtrario ſenſu ſimiles adducunt, & iſte error ſupinus apud multos inualuit, vt Iul. Clar.in §.fin.quæſt.37. in fin.num.8. ver. vnum tamen dicat ſeruari Mediolani, & ab * ea vti communi * non recedendum, qui tamen cum eſſet vir eruditiſſimus, non audet dicere, ſuper qua ratione fundetur, quia ſciebat non poſſe ſubſtineri. Nam certum, & indubitatum apud omnes eſt,quod argumentũ à contrario ſenſu non valet,quando ex eo corrigeretur ius com- * mune. *communem dicit Alex.conſ.69.Viſa facti, in fin.lib.2.maxime quando lex à qua ſumitur argumentum à contrario aliquid operatur ſine argumento, vt declarat Rom.conſ.399.Vt præſens conſultatio.n.6.& ſeq. vbi apoſtilla in ver.verio- * rem dicit * communem . Vnde cum habeamus tex. claros de iure Canonico, in quibus Epiſcopus poteſt carcerare, & punire temporaliter laicos in cauſis, & delictis mixti fori, vt in cap.attendendum 17.q.4.& in c.contra idolorum cultores 25.q.5.& in cap.2.de adult.vbi neceſſario loquitur in laico, quia ducere in vxorem compellitur, vel caſtigatur, & ita plene Gemin. in d.cap. cum Epiſcopus.nu.9.ver.mihi nunquam placuit, de offic.ordin.in 6.& ibi Franch.in 4.not.& nu.3. plenius Barbat.inter conſilia criminalia,conſ.93. Scribitur Sapientiæ. nu.12. in fi.cum ſeq.ver.& ſi quiſpiam.tomo 1.criminal. vbi tollit omnia,vſq; in fin.& ad l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. ſufficiat reſponſio, quam ad alium finem dedit Clar. in §. emphitheuſis.q.28.ver.nec dicatur; vbi,quod totus titulus.C.de ſacroſ. Eccleſ. & C. de Epiſc. & Cleric.eſt nullus, ex quo diſponit ſecularis ſine iuriſdictione de perſonis, & rebus Eccleſiæ, & * quod eſt cõmunis* opinio, & nullus diſcrepat.

66 Extende hanc regulam, vt punitus à Iudice Eccleſiaſtico non poſſit puniri à ſeculari, neque è conuerſo, etiam ſi eſſet punitus in pœna minori & ſic in pœna extraordinaria : ita tenent fere omnes

nes Legiſtę, vt per Cinum in l. nullum, in fin.C. de teſtib.in fin. vbi reprobat ibi gloſ. fin. quam dicit eſſe additam, quia licet Iudex extra ordinem puniuerit teſtem falſum deponentem coram ſe,tamẽ iſte teſtis nõ poterit puniri à ſuoOrdinario,licet pœna minori fuerit punitus, & idẽ dicit Bar.ibi in fi.in vtraque lectura, & Alber.ibi in finalibus verbis, & Angel. Salic. quoque in finalibus verbis, vbi ſe remittit ad ea, quę dixit in l. qui de crimine.C.de accuſatio.vbi nu.13. ver. ex prædictis capiat reus conſilium, vbi tenet hanc partem; eandem opinionem plenius tenet Cinus in l.vbi falſi crimen,in fi.C.ad leg.Cornel.de falſ. qui mouetur ea ratione, quia pœna impoſita ad vindictam non poteſt vlterius intentari. l.licet.ff. naute caupo. ſtabul.ſequitur Bart.in l.2. §.ſi publico, in fin. ff. de adult. vbi quando duo iudicia tendunt ad vindictam, vnum indiſtincte tollitur propter aliud non attento, vtrum ſit plus in vno, quam in alio.l.prętor.§.1.ff.de iniur.& hanc communem Legiſtarum eſſe * opinionem dicit Abb. d.cap. tuæ.num.5.ver. exemplum in ſacrilegio,de procurator. *

67 Pro iſta extenſione faciunt ea, quæ dicit Cacialup. in d.l.1.C.de ſumma Trinit. num.17. in tertio caſu,ver.in contrarium facit; & rurſus in quarto caſu, ver. quinimo, & fortius; vbi, quod, pœna Eccleſiaſtici, licet minor ſit, tamen ex quo eſt temporalis, & ad vindictam: & ex conſtitutione Canonica, & eſt plena, & ordinaria debet ſufficere,quia, an maior,vel minor ſit, non conſideratur. d. l.prętor edixit. §.primo, ff. de iniur.

68 Secundo facit, quia Iudex ex cauſa poteſt augere, & minorare pœnam iuris communis, & pœnam ſtatuti. Clar.d.§.fi. quæſt.85.ver.vlterius quæro.plenius Couar.variar.reſolut.lib.2.cap.9. num.8.ver.duodecimo.

Vide.Pœna poteſt minui per Iudicem ex cauſa. Concluſione 225.

69 Tertio facit,quia clarum eſt,quod ſi Iudex Eccleſiaſticus componeret iam condemnatum, vel gratiam faceret condemnato, talis gratia, vel diſpenſatio eum liberaret, ne poſſit vlterius puniri. Clar. d.§.fi.quæſt.57.nu.9. vbi dicit * communem. *

70 Contrariũ tenent multi, quod imo ſi Eccleſiaſticus non puniuit in pœna ordinaria maiori,poſſit ſecularis de nouo punire, quia reipublicę intereſt, ne delicta remaneant impunita, ita Bald. d. l.nullum, in fin. C.de teſtibus,& Fulgoſ.ibi dicit, quod ita ſeruatur in practica, & plene ibi Caſtren.& Ioan.Sicard. & videntur tenere Canoniſtę in d.c.fęlicis, de pœn.in 6.de quibus ſupra num.63.dum volunt, quod punitus poſſit puniri in eo, quod defuit de pęna ordinaria.

71 Declara, quia ſi ſumus in delictis, & criminibus ordinarijs vera ſit extenſio: ſi vero ſumus in delictis atrocibus, tunc ne delicta remaneant impunita, poteſt puniri delinquens in eo pluri, in quo Eccleſiaſticus non puniuit,vel non potuit punire; ita loquuntur Canoniſtę in d.c. fęlicis, de pęnis,in 6.qui tex.loquitur,vel in atrocioribꝰ,vel * in caſu ſpeciali, & ita etiam * omnes alij Legiſtæ loquuntur,& declarant Ant.Gomez de delict. * c.1.n.4.ver.quarta concluſio,vbi dicit * communem, & poſt eum .Farinac. d. q. 4. nu.10. & ſeq. * ver.quartus caſus.vbi dicit,magis * communem, & num.11.ver.quintus caſus, qui etiam pulcherrime diſtinguit, quomodo fiat iſta ſecunda punitio in ijs, quę ſunt diuidua, & ſi pęna pecuniaria ſit ſoluta, an reſtitui debeat per Iudicẽ ſecularẽ, ſi vult in perſonam punire: ſi vero per Eccleſiaſticum ſit punitus pęna afflictiua, quę non poteſt reſtitui; tunc mitiori pęna ſit laicus puniendus, quia ſubeſt legitima cauſa.

72 Limita, quando Iudices ſunt ſub diuerſis dominis iuriſdictionem exercentibus, puta, Iudice domicilij, vel originis,& delicti,quia vterq; procedit. Clar.d.§.fi.quæſt.57.n.13. verſ.ſcias etiam & punitio,& ſolutio pęnæ facta coram vno, non tollit condemnationem factam corã alio de conſuetudine, ſecus ſi ſub eodẽ domino ſunt iudices.

73 Limita in atrocioribus, quia poteſt eſſe tanta atrocitas delicti, vt non obſtante punitione facta per vnũ Iudicem, poſſit puniri etiam per aliũ. Clar.d.§.fi.quæſt.57.in fin.& Farinac.d.quæſt. 4. * n.11. vbi dicit * communem.

74 Limita, quia non valet abſolutio per modum compoſitionis ante formatam inquiſitionem ſolemnem ſuper delicto, quia talis compoſitio facta ſuper adulterio Parochiani Rectoris per Vicarium, vel Epiſcopum dicitur extorſio, maxime, quando adulterium eſt qualificatum, & aggrauatum, ſuper quo Epiſcopus non poſſet diſpenſare, & reus poteſt iterum puniri.Ita Caſtr. conſ.349.Notandum, quod per totum, lib.1. vbi loquitur, quando ſola informatio ſecreta erat capta, quia compoſitio, eo caſu, non poteſt habere vim ſententiæ,

75 Extende, maxime ſi eſt facta à Vicario,etiam habente facultatem faciendi compoſitiones, quia intelligitur de leuioribus criminibus. Caſtrenſ. dicto conſ.349.col.2.ver. quod autem, lib.1.

Vide plene. Condemnatus ſemel non poteſt vlterius condemnari, & quando ſecus. Concluſione 571.

Abſolutio a iuramento multiplex. Concluſ. LIV.

1 ABSOLVTIO à iuramento, duplex eſt: vna eſt præiudicialis, quæ fit ad effectum tollendi in totum iuramentum, & vires eius; de qua per Oldrad. conſ. 120. incip. Ad duplicem, in princ. quem refert,& ſequitur Ancharan.conſ.18.In quæſtione, quæ vertitur, num.11. ver. tertio. Bald. conſ. 460. Vicarius Epiſcopi, lib. 5. vbi, quod iſta abſolutio non datur ſine cauſæ cognitione, videlicet, niſi conſtet de dolo, vel metu, aut nimia reuerentia iurantis. Anchar. conſ.382.num.3.& ſeq. Ægid.Bellam.plene conſ.30.num.11.& ſeq.Alexan.conſ.213.Viſis,ac ponderatis,per tot.li.7. Vbi,quod requiritur cauſę cognitio, ſed ex celeri expeditione non annullatur,quando cognitio cauſæ non eſt omiſſa.

2 Hanc etiam appellant alij abſolutionem, quę fit ad effectum cauſæ, vel ad probationem in cauſa, vt per Rotam deciſ. 8. alias 767. de iur. iuran.in antiq. ſciendum eſt,in fin.ver.ſi autem.

3 Caſtrenſ.conſ.259.col.fin.ver.poſſet etiam dubitari appellat hanc plenam relaxationem,quam aſſerit impleri ex probationibus factis poſt primam relaxationem ſimplicem, abſque eo, quod debeat noua abſolutio impartiri, quem ſequitur

Afflict.

Afflict.deciſ.322. Dominus Cicus, in fin. ver.nec obſtat.n.11.& ſeq.

4 Et hæc cum ſit præiudicialis requirit citationem partis,vt per Rotam d.deciſ.8.de iur. iuran. in antiq. in fin. Oldrad. d. conſ.120.in princ.Anchar.conſ.18.n.11.ver,tertio.

5 Et nedum citationem partis ,ſed plenam cauſæ cognitionem , alias eſt ipſo iure nulla relaxatio . Anchar, d. conſ.382.Retento ordine , num. 4.& ſeq. ver.in ſecunda autem,& probat optima ratione, nã iuramẽti relaxatio ſpectat primo ad partem , poſtea ad Iudicem , ſed deuolutio non fit Iudici , antequam pars ſit requiſita,ergo,&c.& dicit valere argumentum de toto ad partem , ſi totus contractus non poteſt tolli ſine citatione, ergo nec iuramentum , quod eſt pars contractus.

6 Cauſæ cognitio præſumitur interueniſſe , ſi Iudex dicat viſis , &c. quando partes fuerunt præſentes , & non contradixerunt. Alex. d.conſ.213. num.3.& ſeq. ver.nec obſtat , ſi diceretur , vſque in fin. lib.7.

7 Extende in tantum eſſe nullam hanc abſolutionem à iuramento confirmante contractum, ſine citatione , vt Iudex ſecularis non teneatur exequi , quia ſi conſtat , quod pars non eſt citata , debet magis præſumi pro contractu valido , quam pro abſolutione nulla . Anchar.d.conſ.382. num.10.& ſeq.ver.& hoc pro vero .

8 Extende , quia imo quando talis abſolutio eſt ad inſtantiam partis,non citata parte,facta pars quę egit contra iuramentum incidit in pœnas.l.ſi quis maior. C. de tranſact.Ita Anchar.conſ.382, num.8.& ſeq.ver.& ex hoc .

9 Operatur hęc abſolutio plena lata cum cauſæ cognitione , quod inſtrumentum nullum , quod conualidatur per iuramentum ſublato iuramento per abſolutionem remanet nullum . Item inſtrumentum validum , quod ob leſionem vltra dimidiam poſſet reſcindi ſine iuramento , licet iuramentum operetur , quod cenſeatur renunciaſſe læſioni ; tamen ſublato iuramento contractus remanet validus;eo modo , quo eſſet ſine iuramento , vt poſſit reſcindi, ita Alex.d.conſ.213.Viſis, ac ponderatis.n.2.lib.7.vbi ſaluat opiniones,quæ videbantur contrarię cum iſta diſtinctione,quam etiam approbat ibi apoſtill.in ver.ſaluat, quę dat plures concord.

10 Et propterea dicit , quod pactum de non ſuccedendo ſine iuramento eſt nullum cum iuramento vero eſt validum, ſi abſolutio fiat à iuramento cum cauſæ cognitione , tunc quia ceſſat iuramentum , erit nullum , prout ſi eſſet factum ſine iuramento.Alex.d.conſ.213. in princip. lib.7.

Vide.Abſolutio ſimplex à iuramento , quando concedenda , & quid operetur. Concluſ.56.

11 Alia eſt ſimplex abſolutio ad effectum agendi , per quam non tollitur iuramentum , nec vires eius , ſed ſolum habilitatur iurans , vt poſſit allegare ea , quę de iure operantur , vt iuramentum non valeat . Anchar. d.conſ.18. n.11.ver.tertio . Oldrad.conſ.120.ver.ad ſecundum effectum, n.2. Bald.conſ.460.Vicarius Epiſcopi,lib.5. Caſtrenſ. conſ.259.col.3.verſ.ſed remanet, lib.2. vbi,quod ex iſta prçſeruatur ius partibus .

12 Et iſta eſt ſummaria cognitio , & fit ante relaxationem.Ægid.Bellam.conſ.30.n.11.

13 Et iſta abſolutio ſimplex ad effectum agendi duplex eſt,quia poteſt concedi à parte , cui iuramentum fuit præſtitum , & compellitur relaxare.

Vide Iuramentum poteſt remitti inter iurantes, & quando ſecus. Concluſ.515.

14 Alia , quæ datur per Superiorem , & licet aliqui tenuerint,quod iſta à Superiore non ſit concedenda , niſi in ſubſidium , quando pars non vult remittere iuramentum , tamen veritas eſt in contrarium,quod ſunt remedia æque principalia.Abbas in ſua quæſt. 2. col. pen. in fin.verſ. & circa hunc caſum .

15 Tertia ſpecies eſt, quia differt abſolutio à iuramento, & à reſtitutione in integrum aduerſus iuramentum. Nam is, qui iurauit, puta, maior, vel minor læſus abſoluitur à iuramento , non autem reſtituitur aduerſus iuramentum . Si vero alteri detulit iuramentum, qui iurauit , & ex tali iuramento delato , & ſuſcepto leditur enormiſſimè, reſtitui debet aduerſus tale iuramentum ſuſceptum, & delatum:ſi minor fuit is,qui detulit.Abbas d.conſ.107.num.6.ver.& ideo notanter dixit.

16 Abſolutionum ad effectum agendi alia eſt gratioſa .

17 Alia eſt in forma commiſſionis Iudici . Rota in antiq. deciſ. 8. de iureiuran .alias 767.incipit, ſciendum .

18 Et vtraq;abſolutio fit in eadẽ inſtantia ad abbreuiandas lites , quia Iudex ſummariè cognoſcit, an ſubſit cauſa abſoluendi ad effectum agendi,& abſoluit,& poſtea plenè cognoſcit, an ſit reſcindendus contractus. Vide plenè Aegid. Bella. conſ.30.n.11.vbi reddit rationem .

19 Sed ſi abſolutio ſit ab Epiſcopo , & Eccleſiaſtico , & cauſa introducatur coram Iudice ſeculari, dicas, quod abſolutio , quæ eſt habilitatio à iuramento ſit cum cauſæ cognitione, vt ſummariè conſtet de dolo,vel leſione,& ſit non citata parte.Poſtea coram Iudice ſeculari ſit pleniſſima cauſæ cognitio, & ſi ſertur ſententia; ad fauorem abſoluti non indiget alia abſolutione , ſi contra eum;reincidit in periurium , & debet abſolui à periurio firmo manente iuramento . Ita Caſtren.conſ.259. circa primum. col.3.vſque in fin. ver.ſed remanet dubium.lib. 2.

Abſolutio ad effectum agendi quando, & qualiter peti poſsit. Concl. LV.

1 ABSOLVTIO à iuramento,in quibus caſibus peti poſſit.Abbas conſ.71.Quinque dubia.col. vltima. lib. 2. Roma. conſ. 437. In caſu propoſito. circa fin. vbi plena Apoſtilla . Imol. & Alex.in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig.Alex.conſ.42.Super præmiſſo themate. col. fin.lib.1.&conſ.59.Viſo inſtrumento.lib.1.& conſ. 39. Viſo ſtatuto. lib. 4. & pleniſſimè Curt. Senior conſ. 65.num.22.& ſeq.vbi, quod debet peti ab Eccleſiaſtico,& non à ſeculari , etiam Principe abſoluto ,ex cauſa,& ſine cauſa non debet dari,& quando iuramentum confirmat contractum , vel ceſſat dolus,leſio,& machinatio,non datur;& ſi conceditur ad effectum experiendi in iudicio,non tamen Iudex debet tollere ſine cauſa iuramentum.

2 Et non debet peti, abſque expreſſione cauſæ, & minus conceditur abſque cauſa . Abb. in c. non eſt

de

de voto, & quæ concurrere debeant, vt concedatur. Ias. conſ. 177. lib. 2. vbi latè. num. 6. ver. reſtat alia dubitatio, vſque in fi. vbi, quòd ex cauſa datur, etiam ſi ſit triplicatum.

Vide. Abſolutio ſimplex à iuramento, Concluſione proxima ſequente. num. 14.

3 Et debet cauſa propter quam petitur, allegari, quia, niſi allegetur, cauſa deceptionis, vel læſionis, non præſumitur. Caſtrenſ. conſilio 174. Contra ſuperius conſulta. columna final. verſ. ſciendum eſt. lib. 1. plenius Abb. dicto conſ. 71. in fine. lib. 1. vbi quod neque Papa ſine cauſa tollit iuramentum. Roman. d. conſ. 437. in finalibus verbis. Alex. d. conſ. 42. n. 19. et ſeq. lib. 1. Curt. Sen. d. conſ 65. n. 26. verſ. tertia concluſio.

4 Amplia, quia peti debet ante litem conteſtatam, & antequam iurans ſit effectus periurus. Alexand. conſ. 17. lib. 3. Natta conſ. 145. num. 21. & conſ. 233.

Vide. Abſolutio non datur. Concl. 62. nu. 27. & ſequenti.

5 Amplia, quia in petitione abſolutionis à iuramento neceſſe eſt, quòd vertatur peccatũ eius contra quem petitur abſolutio, videlicet, vt ex parte eius interuenerit dolus, vel metus, vel quæſtus illicitus, videlicet, vltra dimidiam, quę habet dolum re ipſa, alias non ſufficit læſio iurantis, quę ſit licita, & permiſſa. Alex. conſ. 222. Viſa facti. nu. 5. & 6. ver. benè facit. lib. 2.

Vide infra. Abſolutio à iuramento requirit cauſam. Concluſ. 59. num. 4. & ſeq. vbi habes cauſas legitimas.

Abſolutio ſimplex a iuramento, quando concedenda, & quid operetur. Conc. LVI.

1 DATVR abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vbicumque iurans fuit deceptus, & læſus, dolo aduerſarij. Bald conſ. 175. Statutum prohibens. lib. 4. vbi videtur velle, quod conſtet.

2 Extende maxime ad fauorem minoris, qui contraxit contra formam ſtatuti, quia dolus præſumitur ex parte eius, qui contraxit cum tali minore in caſu prohibito. Bald. conſ. 178. Iſtud ſtatutum. lib. 3. Ias. d. conſ. 177. num. 6. lib. 2.

3 Extende multo magis quando pater decepit filiam minorem renunciantem, quia debet dari abſolutio à iuramento, alias eſſet vinculum iniquitatis. Caſtren. conſ. 455. Ad primum. num. 5. verſ. poſſet etiam. lib. 2. vbi, quod licet filia renuncians patri, & læſa poſſit ſine interitu ſalutis ſeruare iuramentum, tamen pater non eſt ſine peccato, & ideo debet dari abſolutio.

4 Et ſine abſolutione, iurans non debet propria auctoritate venire contra, quandocunq. ipſe iuramentum ſine interitu ſalutis poteſt illud ſeruare, etiam ſi ex parte eius, cui fuit iuratum adſit peccatum. Caſtren. d. conſ. 455. col. pen. ver. prius tamen obtenta. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 65. num. 23. ver. tutius tamen eſt.

Vide. Abſolutio à iuramento, quando neceſſaria, vel non. Conc. 58. maxime n. 15. & ſeq.

5 Amplia, quia vbicumque iuramentum eſt illicitum, & iniuſtum ex parte recipientis, licet poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ex parte iurantis, tamẽ poteſt peti abſolutio ab Epiſ. & debet concedi, vel recipiens iniuſte tale iuramentum compellitur relaxare. Abb. conſ. 8. Tria. n. 5. ver. moueor. lib. 2. & conſ. 12. Et ſi copioſus. col. 2. in fi. ver. & iuramentum. eod. lib. 2. & plenius conſ. 107. Quatuor ſunt. col. 3. in princ. num. 3. ver. reſtat nunc. lib. 2. Alex. conſ. 222. Viſa facti. num. 5. & 6. lib. 2. verſ. bene facit.

6 Extende, quia vbicumque iuramentum non habet tres comites iudicium, veritatem, & iuſtitiam, eſt locus abſolutioni, vel relaxationi, quia non obligat. Abb. conſ. 8. nu. 6. ver. item. & 2 lib. 2, vbi iudicium ſumit pro diſcretione, iuſtitiam pro re non iuſta, & rationabili, alias eſſet vinculum iniquitatis, quod eſſe non debet.

7 Extende, quia vbicumque iuramentum habet in ſe turpitudinem, prout, quod vſuræ non repetantur, vel quid ſimile ſemper poteſt peti abſolutio. c. ſi vero, de iureiuran. quod licet loquatur de abſolutione Papæ, tamen procedit etiam in inferiore, prout in Epiſcopo. Abb. d. conſ. 12. col. 2. in fi. ver. ſed circa abſolutionem. lib. 2.

Vide. Iuramentum de ſoluendis vſuris remittere tenetur creditor. Concluſione 516.

8 Et dicitur ineſſe turpitudo ex parte recipientis, quando fit actus contra legem, puta, donatio vltra 500. ſine inſinuatione. Aba. conſ. 107. col. 3. in prin. * lib. 2. vbi dicit *communem, & n. 6. & ſeq.

9 Item quando interuenit magna læſio, quia tunc etiam re ipſa ineſt dolus, licet non ex propoſito. * Abb. d. conſ. 107. col. 3. in princ. lib. 2. vbi dicit * * communem, & * idem repetit. n. 6. & ſeq.

10 Item multo magis, quando dolus interuenit ex propoſito, veluti, quia conſanguinei minoris donantis aſſeruerint donationem cedere in vtilitatem minoris, quod ſemper eſt falſum, quia donare eſt perdere. Abb. d. conſ. 107. col. 3. in princ. * lib. 2. vbi dicit *communem, & repetit. num. 6. & ſequen.

11 Item multo magis, quando concurrunt prædicta ſimul, videlicet, quod ſit actus contra legem, concurrat læſio dolus ex propoſito, & petens eſt minor. Abb. d. conſ. 107. n. 4. lib. 2.

12 Item ſi reuerentia patris interuenit in donatione filiæ. Abb. d. conſ. 107. n. 5. lib. 2.

13 Amplia, quia vbicumque quis iurat actum factũ contra legem, vel ſtatutum; ex parte recipientis ineſt dolus, vel turpitudo, & ideo recipiens compellitur relaxare iuramentum, quando iurans eſt læſus. Abb. d. conſ. 8. col. fi. num. 7. lib. 2.

Declarat tamen aliter Roma. conſ. 437. In caſu propoſito. num. 11. ver. quoad tertium dic, vt per eum.

Extende vt infra. Abſolutio à iuramento requirit cauſam. Concl. 59. nu. 4. & ſeq.

Vide. Iuramentum, quando quis teneatur remittere, tanquam exactum ſuper prohibito. Concluſione 517.

14 Cauſa tamen legitima, propter quam debet concedi hæc abſolutio ſimplex, debet allegari, & expri mi. Sarnen. in tract. breuium. num. 46. Aimon conſ. 7. num. 3. qui dicit, quod Iudex Eccleſiaſticus non poteſt illam concedere niſi ex cauſa legitima, puta, doli ex propoſito, vel re ipſa, & loquitur in minore.

Imo

Imo petens debet cauſam exprimere.

Vide. Abſolutio ad effectum. Concluſione præcedenti.nu.2.& ſeq.

Vide plenius. Abſolutio à iuramento requirit cauſam exprimi.Concl.59.

15 Citatio partis,an requiratur.

Vide plene,ver.Abſolutio à iuramento, an requirat citationem.Concl.61.

16 Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, operatur, quod non tollitur iuramentum, ſi quod ſit, ſed habilitatur agens, vt poſſit ea deducere, quę de iure faciunt iuramentum non eſſe obligatorium. Oldrad.conſ. 120.Ad duplicem.num.2.ver. ad ſecundum.Anchar. conſ. 18. In quęſtione, quæ vertitur.nu.11.ver.tertio. Caſtren.conſ. 259. Circa primum. num. 2.ver. ſed remanet dubium.lib. 2.plene Crauett.conſ. 7. num. 7. ver. intentio autem Iudicis.

17 Et iſta abſolutio ſimplex eſt quędã relaxatio iuramenti, quæ operatur, vt qui non poterat audiri obſtante iuramento, audiatur ſine metu periurij.Caſtren.conſ.143.Viſo proceſſu,in principio. ver.2.reſpondetur.lib.2.

18 Amplia, quod licet ſit ſimplex abſolutio ad effectum agendi,tamen impletur, & fit plena ad effectum pœnitus tollendi iuramentum ex probationibus, parte vocata, poſtea factis, abſque eo, quod requiratur alia abſolutio. Caſtren. d. conſ. 259.lib.2. col.fi.ver.poſſet etiam dubitari,quem ſequitur Afflict.deciſ.322.col.fi.ver.nec obſtat.ſequitur Crauett.d.conſ.7.nu.7.allegat Bald. conſ. 460. Vicarius Epiſcopi.lib.5.

19 Declara,quia ſi iuramentum confirmat contractum, vt quia minor dixit cum iuramento.ſe maiorem iuxta Auth.Sacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendi.vel quia mulier fundum dotalem cum iuramento vendidit, & alias, vbicumque ſubſtantia contractus non eſt prohibita, ſed ſolus effectus,tunc abſolutio non tollit effectum iuramenti, ſed relaxat iurantem, vt poſſit impugnare contractum, ſi vero contractus ſubſtantia eſt prohibita, vel perſona minoris, ſine certa ſolemnitate contrahens etiam cum iuramento, quo caſu contractus,eſt nullus, & iuramentum non confirmat,tunc abſolutio à iramento operatur plenum effectum, quia ſublato iuramento, contractus eſt nullus. Ita Angel.conſ.160.Domina Catherina.n. 3.col.3.ver.dicet quis,& ſequitur Abb. conſ. 107. quatuor ſunt. nu. 5.ver.ad tertium dubium.lib.2. vbi clarius dicit, quod ſi iuramentum conualidat contractum,abſolutio operatur ſolum,quod contraueniens non dicitur periurus, & ſic non repellitur. Ideo debet reſtitui aduerſus contractum, prout maior,puta,ex eo,quia eſt læſus enormiter, vel dolo inductus,&c. Si vero non conualidat contractum nullum;eo ipſo,quod eſt abſolutus à iuramento, poteſt ex contractu nullo vendicare rem ſuam.Si vero contractus eſt mero iure validus,ſed propter læſionem, vel dolum reſcindendus,obtenta abſolutione reſtitui debet contra contractum, vt idem Abb.plenius ibi num. 6. & ſequen. & pleniſſime Crauett. conſ.7. num. 6. & ſequen. ver. quin imo.

Vide plenius.Abſolutio a iuramento non datur multis caſibus. Concluſione 62.nu.5.& ſeq.

Videas omnino Cur.Sen.conſ.65.in fi.vbi,quod fatuus eſt Iudex,qui credit abſolutionẽ a iuramento confirmatorio contractus tollere contractum, niſi probetur dolus,metus, vel turpitudo, & magna eſt differentia. An iuramentum relaxetur totaliter.An ad effectum agendi, & quod ſæpe erratur non intelligendo terminos abſolutionum iſtarum:vide infra.num.22.& ſeq.

20 Operatur multa abſolutio a iuramento, quia debilitat contractum, facit ceſſare abſolutionem, quę non ceſſaret. Interponit moras debitoris, & forte etiam facit vacillare inſtrumentum, nedetur exequutio,plene Anchar.conſ. 98. Prædictis ſubtiliter,per totum.

21 Contrarium,quod imo iuramentum præſtitum ſuper cõtractu ſolemniter inito tollat beneficium Prętoris in obtinenda reſtitutione aduerſus con-
* tractum iuratum.Bart.Bald.&*omnes in l.1.C.ſi aduerſ.venditio. Ideo data abſolutione, non poteſt reſtitui abſolutus aduerſus contractum, ſed intelligas, vt non poſſit Prætor reſtituere aduerſus contractum durante iuramento, ſed obtenta abſolutione a iuramento,ſecus eſt.Ita Abb.conſil. 107.Quatuor ſunt.col.pen.n.6.lib.2.

22 Extende,quia operatur perinde, ac ſi non eſſet iuratum, quando eſt in pleniſſima forma, quantũ ad hoc, vt audiatur, reſtituaturq; in integrum læſus,& ſimilia. Socin.Iun.conſ.47.num.37. lib.3.

23 Imo quando datur expreſſe cum decreto, quod perinde ſit, ac ſi non eſſet iuratum,vt tranſeat in iudicatum, & oſtendat iuramentum iniquum ad effectum, vel quod reſtituatur,vel agat abſolutus libere actione ſibi competenti,vel officio Iudicis, ac ſi non iuraſſet.Ant.de Butr.d.conſ. 45. num. 2. ver.ſed quicquid ſit.

24 Non tamẽ tollitur vis iuramenti,niſi quatenus probetur poſtea in iudicio,fraus, vel dolus,ſed ſolum abſolutus habilitatur ad ea deducendum in iudicio ſine metu periurij.Caſtrenſ.conſ.259.Circa primum.col.fi.lib.2.ſequitur Feli.in cap.1.col. penult. in 8.queſt.de iureiuran. Afflict.deciſ.220. n.10. & ſeq.& ſupra.nu.39.

25 Et quando eſt data abſolutio ſolum ad effectum agendi, quod contractus nihilominus ſit validus,& quoad quæ,vide Guidopap.deciſ.226.incipit,Item fuit, &c.

26 Declara, quia abſolutio à iuramẽto tollit effectum iuramenti, ſed non tollit contractum, quia valeat mero iure, quia dolus non tollit tranſactionem, vt dicatur nulla, quando eſt ex parte debitoris reſiſtentis adhibitus, ſecus ſi dolus eſſet Actoris. Caſtren. conſ.164.Contra ſuperius conſulta.col.fi.ver. ſupereſt aliud.lib.1.Crauet. conſ. 7.num.6.& ſeq.

74 Vide omnino Caſtillion.conſ.24.num.60.& ſequen.vſque in fin. verſ.cuius cauſa aduertendum eſt,vbi dicit, quod iuramentum habet duos effectus, vnum ſpirituale, quia ligat animam, quoad Deum.Ita vt volens contrarium aſſerere, vel facere non audiatur, quia eſſet periurus,& in hoc primo effectu Papa ſolus prouidet, nec iſtud tranſit ad hęredes, vel ſucceſſores, quia perſonaliſſimum eſt. Secundus effectus eſt temporalis, qui à lege Ciuili inducitur, quod minor iurans contractum cenſeatur per fictionem maior factus, & iſte effectus cum habeat ſuam perfectionem, quia ſtatim, quod contraxit, vt maior, non poteſt reſcindere, niſi prout maior poſſet. Idcirco abſolutio a iuramento non tollit ius quæſitum, ſed ſolum tollit primum effectum, ne poſſit contrarium aſſerere. Secundus effectus non poteſt tolli, niſi eo modo, quo maior contrahens poſſet reſcindere,vide cum quia plene explicat.

Ca-

28 .Castrens.cons.290. Visa supradicta.num.2.col. 2.ver. sed dubitatur, & nu.3.lib.2.distinguit,quod tale iuramentum nullo modo potest relaxari per Episcopum, quando conualidat contractum,quia nisi fit dolo, vel metu extortum,vel super re prohibita Ordinarius non potest tollere tale iuramentum. Cravett.cons.7.num.7. ver.secundo respondeo,& magis* communem dicit Curt. Senior cons.63.num.25.ver. sed præmissis omnibus,vbi quod hoc non sufficit dolus re ipsa ex læsione, quia non æquiparatur hoc casu dolo vero,vide eum vsque in finem quia plenissime loquitur.

29 In Papa vero dicit, quod licet possit tollere effectum iuramenti quoad ius Canonicum, non tamen quoad ius Ciuile, quia hoc modo tolleret ius quæsitum inductum ex Authen. Sacramenta puberum.C. si aduers.venditio. & dato, quod hoc posset, solum potest quoad sibi subditos tollere, ius quæsitum, ibi plena apostill. ad d. cons.Castr. 290.col.2.ver. sed dubitatur,& ver. sed dubium,& num.3.lib.2.Cravett. d.cons.7.nu.7. ver. secundo respondeo.

30 Limita, quia non potest dari absolutio à iuramento etiam per Papam quando iuramentum cuius ex parte est licitum, videlicet ex parte iurantis, ex parte eius, cui iuratur, & ex parte materiæ, super qua iuratur. Abbas in sua quæst. 2. dante statuto.col.16.ver.primus ergo casus,& cons.21. in fi.lib.1.

Absolutio à iuramento per quem possit concedi. Concluſ. LVII.

1 ABSOLVTIO ad effectum agendi potest concedi per Episcopum superiorem eius, qui iurauit, siue sit absolutio, siue remissio, vt per Calde. cons.182. in principio, alias 6. de iureiuran. Bald.cons.328. Quædam puella,in princ. num.5.ver.nec obstat, si dicatur. lib.3. vbi loquitur in absolutione minoris cum iuramento de non veniendo contra, vt dicatur absolutio Papalis,ex quo fouetur per Canones Papales, & idem Bald. cons.287. Proponitur quod, in fin. lib. 5. & quod hæc absolutio spectet ad Episcopum. Deci. cons. 180.col.3. in fin.

2 Declara,quia superior absoluit iurantem,quando pars, cui fuit iuratum recusat remittere iuramentum,quia ipsa pars potest absoluere, & remittere sine superiore. c.1. de iureiuran. Cald. cons. 184. alias 8. de iureiuran.

Vide. Iuramentum quando quis teneatur remittere.Concl.515.

3 Adde, quia est contentio inter Doctores. An Episcopus possit absoluere à iuramento ad effectum agendi absque eo,quod prius fiat diligentia, quod pars relaxet, & aliqui tenent, quod prius debeat requiri pars,vt relaxet,iuxta c.1. de iureiuran. & si pars non vult absoluere,tunc adeundus sit Episcopus, qui absoluat, alias non: alij tenent contrarium, quod possit Episcopus absoluere, etiam si pars,cui fuit iuratum non sit requisita ad relaxandum quia nullibi datur iste ordo,& hanc veriorem dicit Abb.cons.12.Et si copiosius. col.2. in fin.ver.& expressius.lib.2.sub num.5.vbi num.6. reddit rationem, quia ex tali iuramento turpiter recepto acquiritur Deo, non parti, ergo Iudex, qui tenet locum Dei, potest absoluere.

4 Amplia,vt Episcopus proprius possit absoluere subditum, etiam quando iurauit contractum factum cum non subdito, & extra diœcesim fuit celebratus contractus. Calderinus cons.91. An Episcopus, alias 1. de officio Ordinarij. & duplicatur consilio 128. alias 14. de for. competen. vbi quod is, qui potest compellere ad obseruantiam, potest absoluere. Lap. alleg. 10. disputat hic plura in principio, vbi idem casus ponitur, sed figurat contractum celebratum per forensem vsurarium, tunc absentem in diœcesi, & Calderin.d.cons.182. alias 6. de iureiuran. quod quasi est idem cum cons.91.

Vide. Iuramentum de soluendis vsuris remittere tenetur debitor. Concl.516.

5 Amplia, vt etiam Episcopus ratione fori habitationis possit pariter talem absolutionem dare, prout si Ferrariensis studeat Bononiæ potest absolui etiam ab Episcopo Bononiæ. Calder.d.cons. 91.alias 1.de offic.Ordin.vbi idē est etiā si iurauit super contractu alibi celebrato,& cum non subdito. quod duplicatur cons.128. alias 14. de Iudi. & sunt cons. Gaspar.Calder. & Io. Calder.cons.182. alias 6.de iureiuran.vbi idem dicit,& quod est locus præuentioni inter Episcopum originis, & habitationis iurantis.

6 Extende, vt nec sit necessaria citatio, vel vocatio Episcopi proprij eius, qui iurauit, neque Episcopi loci,in quo iuratum est. Calder.cons.91. circa fi. alias 1. de offic.Ordin.& duplicatur cons. 128. alias 14. de Iudic.

7 Extende, vt nec isti duo Episcopi, qui in solidum possunt absoluere, debeant conuenire, quia sufficit,quod alter eorum sine participatione cum altero fecerit.Calder.cons.182.in fi.alias 6. de iureiuran.

Vide. Absolutio à iuramento an requirat citationem partis Concl.61.num.16. & seq.

8 Amplia,quia Episcopus absoluit minorem, qui contraxit contra statutum inductum ob publicam vtilitatem,& est læsus, quia daretur etiam restitutio in integrum. Bald. cons.177. Istud statutum, per tot.lib.3.

9 Extende, quia de consuetudine Episcopus Bononiæ dat absolutiones etiam non citata parte. Imol. quem sequitur Felin.in c.1.n.14. de iureiur. & quod valeat ista consuetudo. Beccius consilio 63. circa fin. Natta etiam idem testatur de Episcopo Alexandrino, & Bononiæ, consilio 167. numero 6.

10 Amplia, quia Capitulum Sede vacante, cum succedat loco Episcopi, potest absoluere à iuramento, sicut Episcopus, quia respicit hæc absolutio iurisdictionem, quæ residet in Capitulo. Cardin. Zabarel.cons.35.n.3. ver. ad secundum.

Vide Capitulum Sede vacante quæ possit. Conclusione 56.

11 Amplia, quia etiam Legatus de latere potest concedere absolutionem à iuramento,etiam in casu quando dubium est,an sit obligatorium,vel non Calder.cons.180. per tot. alias 4. de iureiuran.

12 Amplia, quia absolutio à iuramento præstito super re prohibita potest peti,& debet agens iuramentū relaxare via exceptionis etiam corā iudice seculari. Fed. de Sen.cōs.271.in fi.ver. & credo.

Extende

13 Extende, quia pars, cui eſt iuratum poteſt remittere iuramentum, nec indiget iurans tali caſu alia abſolutione, quia omne iuramentum parti præſtitum habet tacitam conditionem, ſi pars, cui eſt iuratum, velit ſeruari, vel non, quia Deus aliter non vult. Caſtren. conſ. 210. Et ponderatis. nu. 2. lib. 2.

14 Et quod pars, cui eſt iuratum, poſſit de iure Ciuili relaxare iuramentum ipſi iuranti, ſunt texclari, & doctrina apud Angel. Aret. conſ. 87. In caſu, & themate. num. 41. & ſeq. ver. ne dicat dictus adultus.

15 Contrarium, quod imo relaxatio iuramenti, quantumcumq. ſuper re prohibita præſtiti, debeat peti coram Eccleſiaſtico iudice, neceſſariò tenet Caſtren. conſ. 196. in princ. li. 2. & idem tenet Hoſtien. in c. ſignificauit, de cenſib. ver. interdixit, vbi quod quantumcumque ſit temerarium iuramentum non debet iurans contrauenire, niſi conſulta * Romana Eccleſia, & hanc * magis communem, & tutiorem viam dicit Fulgoſ. conſ. 121. in princ. & per totum.

16 Declarat Angel. Aret. d. conſ. 87. nu. 41. & ſeq. verſ. nec dicat, quod poteſt fieri relaxatio à parte, cui eſt iuratum, quando pars, quæ iurauit acceptat relaxationem; ſi vero non acceptat, poteſt adire Epiſcopum, & petere abſolutionem ad effectum agendi, & ante non eſt in mora, neque ſibi currit tempus.

Vide. Iuramentum poteſt remitti inter iurantes, & quando ſecus. Concl. 515.

17 Limita quando eſt dubiũ. An abſolutio ſit concedenda, quia debet concedi per PP. Socin. conſ. 115. Circa primam, li. 1. n. 8. ver. vnum non omitto. Alex. conſ. 122. Viſa facti narratione. n. 10. ver. denique, lib. 2. vbi, quod dicitur dubia res, quando adſunt opiniones Doctorum hinc inde.

18 Contrarium, quod imo poſſit concedi per Legatum Apoſtolicum conſuluit Calder. conſil. 181. alias 4. de iureiuran. vbi loquitur in iuramento præſtito ſuper confœderatione, ex qua præſumebatur mala cauſa, vt poſſet Legatus abſolvere.

19 Declara, quia abſolutio gratioſa à iuramento ſpectat ad ſolum Papam, quando non eſt abſolutio circa ea, quæ ſpectant ad diſputationem fori, alias ſolus Epiſcopus poteſt abſoluere. Bald. conſ. 328. n. 5. ver. nec obſtat. lib. 3.

20 Limita, quia Epiſcopus non poteſt habilitare, neque diſpenſare, aut abſoluere à iuramento ad effectum agendi, quando ſemel fuit contrauentum, & eſt incurſum periurium. Geminian. conſ. 105. n. 8. & 9. ver. licet enim reperiatur.

Vide plenius infra Abſolutio à iuramento non datur. Concl. 62. nu. 27.

21 Limita, quia iudex laicus de hac abſolutione nullo modo ſe intromittit cum ſit res ſpiritualis. Caſtren. conſ. 196. Super primo quæſito, in princ. lib. 2. vbi apoſtill. citat Socin. conſ. 115. Circa primam quæſtionem, per tot. lib. 1.

22 Extende in tantum, vt nec laico poſſit per iudicem Eccleſiaſticum committi. Caſtren. d. conſ. 196. in princ. lib. 2.

23 Extende, quia non venit in generali commiſſione facta Eccleſiaſtico, & laico de omnibus cauſis, quæ pendebant coram Epiſcopo, quia ſi ſimul Eccleſiaſticus, & laicus bigamus incapax ſpiritualium, abſoluerunt, abſolutio eſt nulla, ratione mixturæ prohibitæ. Caſtrenſ. d. conſ. 196. in princ. lib. 2.

24 Extende, vt procedat etiam ſi procuratores partium conſenſerunt, quia non poſſunt renunciare huic exceptioni ex mandato generali, quia requiritur mandatum ſpeciale. Caſtrenſ. dicto conſ. 196. in principio. ver. nec obſtat conſenſus. lib. 2.

25 Extende quia nedum nulla eſt relaxatio iuramenti facta per laicum, ſed etiam totus proceſſus poſtea factus ſuper dicta abſolutione reddit nullus. Caſtren. d. conſ. 196. num. 5. lib. 2.

26 Extende quia neque Princeps ſupremus poteſt ſe intromittere vllo modo de iuramento ſecundum magis * communes, & veras opiniones, ſeu concluſiones. Curt. Sen. conſ. 65. nu. 21. & ſeq. & nu. 25. vbi plura cumulat.

Abſolutio à iuramento quando neceſſaria, vel non. Concl. LVIII.

1 ABSOLVTIO à iuramento eſt neceſſaria ad hoc vt quis poſſit agere, quia non debet propria authoritate venire contra iuramentum, quando poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Caſtren. conſil. 455. Ad primum. n. 6. verſic. prius tamen; lib. 2. Hoſtienſ. in cap. ſignificauit, in princ. in gloſſ. Interdixit, de cenſibus: vbi quod quantumcumque ſit temerarium iuramentum, non debet iurans contrauenire, niſi conſilio requiſito à Romana Eccl. & fiet, &c. tribus 21. 24. vbi gl. exponit, quod iuramenta ſunt ſoluenda, videlicet irritanda, quando quis malè iurat, quando incaute, & quando pueri, vel puellæ iurarunt, & quod requiratur abſolutio, etiam ſi iuramentum non ſit obligatorium. Petr. de Anchar. conſ. 34. num. * 15. verſic. item quod licet, & communem * dicit Anch. conſ. 382. Retento ordine, in princ. vbi, quod ſpectat hæc cognitio ad iudicem, non ad partẽ, ne ſit iudex in cauſa propria. An iuramentum valeat, vel non. Caſtrenſ. conſ. 174. Contra ſuperius conſulta, col. 1. in fin. ver. concluditur, lib. 1. vbi apoſtill. in ver. contra.

2 Amplia etiam ſi iuramentum eſſet ſuper ſolutione vſurarum prohibita, quia ſi iurauit ſoluere, & non contrauenire, compellitur ad ſolutionem, niſi abſoluatur. Feder. de Sen. conſ. 300. in fi. nu. 2. ver. item dico, quod debitor, & quod de conſuetudine detur abſolutio. Calder. conſ. 183. in fi. alias 7. de iureiuran.

3 Amplia in tranſactione, quia etiam ſi adſit læſio, & dolus, requiritur abſolutio à iuramento antequam agatur, quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Io. de Anan. conſ. 33. in fin. vbi Bologn. in fin.

4 Extende in laudo emologato, quando concinet enormiſſimam læſionem, quia debet obtineri abſolutio à iuramento citata parte, & cum cauſæ cognitione. Ancharan. conſil. 198. in principio; & non ſolet concedi, niſi ſummatim cognito de læſione, iuxta notata in cap. 1. & cap. debitores de iureiuran.

Vide. Reductio ad arbitrium boni viri non habet locum multis caſibus, & quando ſecus. Concl. 73. maxime nu. 7. & ſeq.

5 Imo non conſtito de læſione, Papa non ſolet con-

Digitized by Google

concedere abſolutionem à iuramento. Socinus conſ. 111. num. 10. libro 1. allegat Abb. in cap. cum contingat, de iur. iuran. ſed dicas hoc eſſe in abſolutione plenaria, non autem ad effectum agendi.

6 Amplia in minore, qui ceſſit iura hæreditatis, & confeſſus eſt pretium cum iuramento, quia ſi deceptus eſt, ex quo numeratio non fuit facta, debet prius abſolui. Anchar. conſ. 338. Viſa copia, in fin. & per tot.

7 Amplia, vt procedat etiam reſpectu tertij, cuius interſit, quia licet alteri ſit iuratum, tamen ad hoc, vt iurans poſſit contrauenire etiam cum tertio, cui non iurauit debet abſolui. Gaſpar. Calder. conſ. 139. in fin. alias vnic. de ferijs, vbi reprobat Anchar. contra tenentem.

8 Amplia, vt procedat etiam, ſi iuramentum aſſeratur dolo partis, vel metu præſtitum, quia licet non obliget, tamen debet obtineri abſolutio. Petr. de Anchar. conſ. 18. num. 6. ver. reſtat * igitur, vſque in fin. & eſt magis communis * opinio, vt per Fulgoſ. conſ. 121. n. 3.

9 Reſtringe certis caſibus, quando geſta per metum ſunt ipſo iure nulla. Anchar. dicto conſil. 382. in princ.

10 Declara tamen, quando metus eſt apparens ex inſtrumento, alias debet ſequi declaratoria, quod ſit nullus contractus, quando metus eſt latens. Anchar. d. conſ. 382. in princ.

11 Amplia, quia idem eſt in iuramento metu extorto, quia voluntas coacta voluntas eſt, & non tendit ad interitum ſalutis æternæ. Ideo obligat donec abſoluatur à Iudice Eccleſiaſtico. Fulgoſ. d. conſ. 121. Quidam S. agit, num. 3. vbi dicit ma- * gis * communem.

12 Amplia idem, ſi dolo ſit præſtitum iuramentum, quia neceſſaria eſt abſolutio à iuramento. Io. de Anan. conſ. 33. circa primum, in fin. vbi Bolign. in apoſtil. in fin.

13 Amplia, quia abſolutio eſt neceſſaria ad relaxationem iuramenti, etiam ſi dicatur contra bonos mores, vel contra bonum obedientiæ. Ita quod non obliget, vt Calder. conſ. 180. alias 4. de iur. iuran. qui loquitur in iuramento non obligatorio, vt abſolutio Superioris ſit danda.

14 Contrarium, vt abſolutio, & relaxatio ab homine ſit neceſſaria, ſolum, quando iuramentum obligat; ſecus autem quando non obligat, quia imo propria authoritate poteſt iurans contrauenire, maxime quando iuramentum vergit ad deteriorem exitum, tenet Calderin. conſil. 183. num. 2. ver. non obſtat ſi dicatur iuramentum, alias 7. de iur. iuran. & idem tenet Geminian. conſil. 51. Super præmiſſo dubio, per totum, maxime in fin. vbi quod minor contrahens, & iurans contra ſtatutum, quia iuramentum operatur peccatum mortale, vel ſaltem veniale, ob inobedientiam non ligatur, ſed poteſt ſine abſolutione contrauenire.

15 Declara, quia tutius eſt petere abſolutionem à iuramento, licet iuramentum non ſit obligatorium, vel illicitum. Calderin. conſil. 184. alias 8. de iur. iuran. ver. ſed ijs non obſtantibus, vbi ponit plures caſus, in quibus iuramenta non ſunt ſoluenda, ſed imo ſunt irrita, & idem tenet Bald. conſ. 483. Viſo ſtatuto, in fin. vbi dicit, quod ſtatutum non poteſt inducere. vt ſint licita periuria, licet poſſit tollere effectum iuramenti, præſuppoſito contractum doloſum, vel nullum, lib. 4. Angel. conſ. 218. in fin. vbi tuetur non requiri; tamen dicit tutius eſſe, quod obtineatur, & conſil. 215. in fin. verſ. nec etiam aduerſatur. Fulgoſ. conſil. 121. in princ. dicit ma- * gis * communem, quod abſolutio requiritur etiam ſi iuramentum ſit metu extortum, quia tutior eſt via: idem tenet Alexan. conſil. 42. nu. 6. lib. 1. vbi, quod ſiue ſit ex dolo ex propoſito, ſiue re ipſa, & ſiue à maiore, ſiue non, quibus caſibus non ligat, tutius eſt abſolutionem petere. Anchar. conſ. 180. Viſa diligenter, in fin. plenius etiam Curt. Sen. conſ. 65. num. 23. & 24. ver. tutius tamen eſt, & infra n. 27. & n. 34. & ſeq. & nu. 53. & ſeq. & nu. 78.

16 Et quod ſit ſemper neceſſaria abſolutio à iuramento, quia alias iuramentum nihil operaretur, * dicit Alex. eſſe communem * opinionem, conſil. 125. num. 9. ver. & ideo dixit, lib. 1. Ancharan. idem dicit, quia alias, quis eſſet Iudex in cauſa propria, ſi ſtaretur ſuę aſſertioni, & voluntati. conſ. 382. retento ordine, in princ. vbi dicit, quod * omnes * ita tenent.

17 Extende, quia abſolutio eſt neceſſaria, etiam ſi iuramentum ſit dolo, vel metu extortum. Innoc. & ibi Io. Andr. & alij in cap. ad aures, quod met. cauſ. Angel. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Bald. in rubr. C. de rer. permutatio. in fin. Hoſtienſ. in ſumma, tit. de iur. iuran. §. quomodo cenſeatur, ver. ſi quis igitur, clarius Archidiac. in * cap. quamuis, eod. tit. lib. 6. & communem * dicit Imol. in cap. cum contingat, num. 32. de iur. iuran. Natta conſ. 144. vbi tollit contraria. Abb. in ſua quæſtione ſecunda, colum. 13. numer. 16. & ſequen. ver. quartus caſus, & colum. 16. in fin. ver. ſextus caſus.

18 Declara, quia ſi metus, vel dolus eſt apparens ex inſtrumento, vel iuramentum vergat ad interitum ſalutis apparenter, non requiritur abſolutio, alias ſi eſt latens metus, vel dolus, requiritur. Anchar. d. conſ. 382. in princ.

19 Declara, quia requiritur abſolutio Superioris, etiam ſi iuramentum ſit nullum, quando copia Superioris poteſt haberi, alias ſecus. Card. Zabarell. conſ. 35. col. 2. in princip. ver. quod ſi non poſſet, & conſ. 137. num. 4. ver. dicitur autem obligatorium.

20 Regula igitur eſt, quod ſi iuramentum eſt irritum ipſo iure, & non valet, quia non habet tres comites, vel ſubſunt cauſæ annullantes, non requiritur abſolutio, ſi vero valet mero iure, & ſit annullandum, requiritur abſolutio. Ita Calderin. dicto conſ. 184. alias 8. de iur. iuran.

21 Extende, quia quando adeſt maxima læſio vltra dimidiam: ita quod dolus re ipſa interuenit, non requiritur abſolutio. Dec. d. conſ. 179. Viſa renunciatione, num. 7.

22 Contrarium Alexan. d. conſ. 42. nu. 6. lib. 1. vbi, quod tutius eſt eam obtinere. & idem dicit conſ. 125. Viſis, & conſideratis. col. 1. ver. licet dicat, libro 1. ſupra numero 15. & hæc eſt veritas amplectenda.

23 Amplia, quia abſolutio eſt neceſſaria etiam reo debitori, qui iurauit in apoca priuata, ſoluere, & non venire contra, quia licet alleget apocam vſurariam non debet audiri, niſi obtenta abſolutione. Bald. conſ. 8. Punctus quęſtionis, circa fin. lib. 4.

34 Limita, quando falſa ſuggeſtione minor fuit inductus ad renunciandum, quia iuramentum non eſt obligatorium, quoad ignorata, & ea, quæ quis non renunciaſſet, ceſſante falſa ſuggeſtione. Feder. de Sen. conſ. 199. in princip. ver. ſed contrarium, iuncto fin. ver. ex ijs poteſt. Anchar. conſ. 180. in fi. vbi, quod non eſt neceſſaria abſolutio, tamen tutius eſt petere.

35 Extende idem eſſe, quando dolo minor fuit inductus ad iurandum contractum bonæ fidei. Bald. conſilio 213. Punctus talis eſt, in princip. ver. ex hoc infertur, libro primo, licet in fine dicat Epiſcopum debere relaxare tale iuramentum, in ſubſidium.

36 Limita in hærede iurantis, quia in eo non eſt neceſſaria abſolutio. Socin. conſ. 115. circa primam quæſtionem, num. 11. ver. non omitto, lib. 1. idem in alio ſucceſſore infra num. 49. & nu. 69. cum multis ſeq. Vide tamen Pariſ. conſ. 75. num. 23. lib. 3. qui dicit, quod licet hæres non teneatur petere abſolutionem à iuramento defuncti, tamen ſi petat ad cautelam non ſibi præiudicat.

37 Limita in minore alienante læſo vltra dimidiam, quia non requiritur abſolutio à iuramento. Cuma. conſ. 180. Videtur prima fronte, nu. 4. licet dicat tutius eſſe, quod obtineatur, & quod iuramentum non valeat, nec requiratur abſolutio. Anton. de Butr. in cap. cum contingat, in 4. caſ. princ. de iur. iur. licet dicat cautius eſſe obtinere abſolutionem, ſequitur Alex. conſ. 89. Viſo, lib. 2. Corne. conſ. 133. In hac, col. 4. lib. 3. vbi infinitos allegat. Curt. conſ. 65. col. 2. n. 22. & ſeq. ver. tutius tamen, & Barba. conſ. 53. volum. 2. per tot. Alex. conſ. 125. Viſis, lib. 1. & ſupra nu. 15. & ſeq. & infra n. 34. & ſeq.

38 Extende, quia refutatio filiæ facta Patri non ſeruata forma ſtatuti, non validatur per iuramentum, licet debeat relaxari per Epiſcopum. Bald. conſ. 483. Viſo, lib. 4. & conſ. 78. lib. 2. Dec. conſil. 180. Viſa, per totum, & conſ. 181. Satis.

39 Extende, quia minor 25. annis, quæ renunciauit Patri, non obligatur iuramento, quia præſumitur ignorare vires patrimonij paterni, & legati ſibi facti, late Federic. de Sen. conſ. 199. An. D. Angela. Iaſ. in l. de ijs, ff. de tranſaction.

30 Imo etiam ſi diceretur certiorata minor in inſtrumento, non valeret iuramentum, niſi aliunde probaretur certioratio. Curt. conſ. 43. Areti. conſ. 92. Viſo legato, col. 2. de quo vide pro vtraque. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. col 11. & 12. n. 54. & ſeq.

31 Idem ſi minor læſus enormiſſime cum iuramento promiſit non contrauenire ex aliqua cauſa, quia poteſt petere reſtitutionem in integrum, & contrauenire etiam non petita abſolutione. Cuman. conſil. 18. Abb. conſil. 8. & conſil. 207. Alex. in l. ſciendum, col. 13. num. .ff. de verbor. oblig.
* vbi dicit * communem. Grãmat. conſ. 128. Ciuili,
* n. 11. & ſeq. vbi plures citat, & dicit hanc eſſe * communem, & pro hac parte.

Vide. Reſtitutio in integrum non datur multis caſibus etiam minori. Concl. 295. nu. 24.

32 Contrarium tenet Alex. conſ. 125. num. 9. ver.
* & ideo dicit, libro 1. vbi dicit * communem, & quod non poſſit audiri læſus etiam minor, niſi obtenta prius abſolutione à iuramento. Bald. Nouell. tract. de dot. in 7. par. in 1. priuil. in 20. limit. Pariſ. conſ. 75. lib. 3. n. 20. qui loquitur in muliere, ſed in minore, vt non audiatur ſi iurauit non contrauenire, & non agat ad reſtitutionem, quia iuramentum facit eum maiorem, quando maxime interuenit decretum, pleniſſime Iaſ. d. l. ſciendum. n. 32. ver. iſtam gloſſam, ff. de verb. oblig. vbi
* pro vtraque, & dicit hanc magis * communem.

33 Declara, quia non eſt neceſſaria, ſi læſio eſt enormiſſima; tamen cautius facit, ſi petit, & obtineat abſolui. Ant. de Butr. in c. cum contingat, in 4. caſ. princip. de iur. iuran.

Vide plenius Corne. conſ. 133. In hac. lib. 3. &
* eſt magis communis * opinio Canoniſtarum, quod debet obtineri abſolutio, vt dicit Fulgoſ. conſ. 121. n. 3. Anchar. conſ. 18. n. 6. vſque in fin. & conſ. 180. in fi. & infra proxime.

34 Et quod tutius ſit ſemper recipere abſolutionem à iuramento ab Epiſcopo, etiam in caſibus, in quibus iuramentum, tanquam iniquum non obſtaret; puta, quia detectum ſit, quod ex falſa cauſa eſt præſtitum iuramentum. Alex. conſ. 89. Viſo puncto, col. fi. n. 15. & 16. li. 2. maxime in ver. vel ſi voluerit, & idem dicit Alex. conſ. 168. Super primo, in fin. lib. 1. & ſupra num. 15.

35 Declara, quia ſi conſtat de dolo, vel metu, aut fraude commiſſa in contractu, quia tunc non eſt obligatorium, ſecundum Legiſtas non indiget abſolutione; ſecundum Canoniſtas obligat mero iure: ideo indiget abſolutione, & tutius eſt illã habere, & in hac materia ſtandũ eſt Canoniſtis, ita Afflict. deciſ. 163. In cauſa Lucillę, per tot. vbi Vrſil. citat pro vtraque infinitos, & licet quatuor de conſilio tenuerint ibi opinionẽ Legiſtarũ, & ſolus Afflict. tenuerit Canoniſtarũ, tamen in deciſ. 322. eiuſdem Afflict. n. 6. obtenta fuit abſolutio ab Eccleſiaſtico, licet conſtaret de metu.

36 Limita in iuramento præſtito de ſeruando contractu, quia ſi eſt, vel detegitur ſimulatum iuramentum non obſtat, ſed poteſt dari de ſimulatione, ſecus ſi iuramentum eſſet de ſeruandis omnibus ſupradictis, quia tunc obligat, nec ſimulatio tollit omnia. Calder. conſ. 177. alias 1. de iur. iuran.

37 Limita, quando iuramentum non eſt in ſpecie, ſed in genere, & iurans dicit non cogitaſſe de caſu ſpeciali, per quem contrauenit, quia iuramentum nihil operatur, veluti ſi donans iurauit non contrauenire, & poſtea donatio fiat nulla, propter omiſſam regiſtrationem infra tempus: vt per Feder. de Sen. conſ. 281. vel ſi non fuit inſinuata, quia ſi in ſpecie non eſt iuratum, vel renunciatum ſuper hoc, iuramentum non ſe extendit. Calder. conſ. 178. alias 2. de iur. iuran.

38 Limita in impubere, quia ſicut non obligatur iuramento: Ita non eſt neceſſaria abſolutio, niſi eſſet doli capax, vide Afflict. deciſ. 322. Dominus Cicus, in princ. vbi recitat opiniones contrarias, & dicit hanc eſſe Bartol. & Canoniſtarum
* communem, & cui ſtandum eſt.

39 Limita in alienatione rei Eccleſiaſticæ factæ ſine ſolemnitatibus, quia abſque abſolutione, is, qui alienauit cum iuramento poteſt reſcindere contractum. Pariſ. conſ. 31. Circa præſentem difficultatem, nu. 10. & 11. lib. 4. infra num. 48.

40 Limita, quando iuramentum vergit ad interitum ſalutis, quia non requiritur abſolutio. Anchar. d. conſ. 382. in princ.

41 Et idẽ eſt, quando eſt illicitum, quia in eo, quod eſt deſtruendum, authoritas Superioris non eſt neceſſaria.

ceſſaria. Card. Zaberel. conſi. 55. colum. 1. in fin. ver. ad ſecundum.

42 Limita, quia minor prohibitus à ſtatuto contrahere, & iurare, ſi contraueniat non obligatur ex tali iuramento contra præceptum ſuperioris, quia peccat mortaliter; vel ſi eſt conſilium reuerentiæ veniendo contra, peccat venialiter, ideo non obligatur, & ſine abſolutione poteſt contrauenire, Gemin. conſi. 51. Super præmiſſo per totum, imo Bald. conſil. 283. Iuri publico, circa med. verſi. & licet, lib. 4. dicit, quod iſto caſu lex, vel ſtatutum vicem Apoſtoli tenet, circa remiſſionem iuramenti, vt non valeat, neque obliget.

43 Contrarium dicit Bald. quod tutius ſit petere abſolutionem. conſi. 483. in fi. lib. 4.

44 Declara, quia ſtante ſtatuto, quod iuramentum præſumatur dolo extortum non requiritur abſolutio.

Vide. Minor cum iuramento, valide contrahit, & quando ſecus, Concluſione 252. num. 14. & ſeq. & num. 23. & ſeq.

Vide plenius. Abſolutio à iuramento non datur multis caſibus. Concluſione 62. num. 49. & ſeq.

45 Tu declara melius quam alius, vt per Abb. in quæſt. 2. ſtante ſtatuto. col. 13. & ſeq. vſq. in fi. vbi diſtinguit per vndecim caſus, & allegat prius pro affirmatiua, quod debeat audiri per quatuor argumenta, poſtea quod non, per quinque fundamenta; tandem diſtinguit vndecim caſus, ad quos ſemper recurras, & in octauo caſu amplectitur caſum minoris. col. 17. & 18. Et dicit, quod ſi lex, vel ſtatutũ prohibet minorem ſine certa ſolemnitate, ex cauſa publicę vtilitatis ſe obligare, & iuramentum præſumatur doloſum, vel alias, tũc iuramentum non obligat, & non eſt neceſſaria aliqua abſolutio.

46 Si vero ſtatutum reſpicit priuatam vtilitatem principaliter, prout ſtatuta cõmuniter reſpiciunt fauorẽ minorum principaliter, & ſecundario publicam vtilitatem, licet Feder. de Sen. & Anton. de Butr. quos allegat, teneant, quod iuramentum valet, tamen debet dari abſolutio. Ipſe reprobat hoc, quod ex quo valet, quia potuerunt renunciare fauori ſuo, non debent abſolui, quia materia peccãti, ſeu iuramenti proſterneretur in totum, & reſpondet ad omnia contraria, vt d. caſu 8. vbi excipit caſum, quando minor eſſet læſus, quia tunc ratione læſionis, ex quo recipiens iuramentum turpiter recepit, debet abſolui, & quia ineſt dolus, vt plene examinat ibi, col. 18. & 19. in nono caſu. & infra, nu. 54. & ſeq.

47 Vide etiam Roman. conſil. 437. In caſu propoſito, num. 11. vſq. in fin. ver. quoad tertium; vbi, quod iuramentum præſtitum contra legem diuinam, debet à parte remitti, & ſi non remittatur debet à ſuperiore relaxari; ſi vero eſt contra legem humanam præſtitum non debet remitti per partem, neq. per ſuperiorem, quia aliàs leges de iuramento eſſent ludibrio, & quia iuramentum ſeruari debet, ſi ſine interitu ſalutis poteſt ſeruari, &
* hanc eſſe * communem dicit ibi apoſtil. in ver. Nec relaxatio, quæ citat plurimos, quia niſi ſit dolo, vel metu extortum, valet contra legem humanam, & quod non poſſit ſuperior relaxare, ibi, in fin. expreſſe dicit Roman. & apoſtil. fin. dat concordan.

48 Limita, quando iuramentum non ligat, vt quia eſt in præiudicium Eccleſię, vel præſtitum nullo præſente, & recipiente, quia quando iuramentum non ligat, non requiritur abſolutio. Geminia. conſi. 60. n. 7. ver. Ex iſtis infertur, & ſupra, n. 39.

49 Limita in ſucceſſore, qui non iurauit per ſe ipſum, quia iuramentum eſt perſonale, ideo ſi Canonicus nouus eſt receptus, qui non interuenit iuramento præſtito ſupra contractu facto etiam capitulariter per alios, non eget talis Canonicus abſolutione à tali iuramento. Geminia. conſil. 60. numer. 7. verſic. Item Canonici nouiter. & in hęrede, ſupra numer. 26. & ſucceſſoribus vniuerſitatum, infra nũ. 69. & ſeq.

50 Limita in iuramento prodigi interdicti, quia ſi alienauit cum iuramento non valet alienatio, neq. iuramentum ipſo iure. Fede. de Sen. conſi. 31. per tot. Bald. conſi. 259. Quæritur vtrum, & conſi. 260. lib. 1.

51 Limita in contractu ſimulato, quia poteſt dicere de ſimulatione, is, qui iurauit ſimpliciter contractum ſimulatum, abſq. abſolutione. Iaſ. in §. fuerat. inſtit. de actio. n. 87. & num. 88. vbi apoſtill. in ver. Iurantem. dicit, hoc iuramentum eſſe pictum, & nihil valet. Calder. conſil. 117. alias. 1. de iur. iuran. Angel. Aretin. conſil. 30. Videtur dicendum. num. 29. & ita etiam videtur tenere Alexand. in l. nemo poteſt, numer. 16. ver. Sed eſt dubium. ff. deleg. 1. vbi dicit * communem, & ibi Iaſ. numer. 44. ver. tertio principaliter.

52 Contrarium quando iurauit is, qui dicit de ſimulatione omnia contẽta eſſe vera, vel iurauit non allegare ſimulationem, quia non audiretur vllo modo, etiam obtenta abſolutione, Alexand. dict. l. nemo poteſt. ff. deleg. 1. numer. 16. vbi Iaſ. num. 46. ver. pondera tu proueẽte. Sed dicas, quod abſolutione obtenta poteſt dare de
* ſimulatione ſecundum * communem, de qua Socin. conſil. 155. Præſtantiſſime lib. 2. in fin. Riminal. Iun. conſil. 62. per totum, vbi tollit omnia contraria.

53 Declara, quia ad bene eſſe peti debet, & obtineri. Caſtren. conſil. 168. ſuper primo, in fin. lib. 1. Angel. Aret. dict. conſi. 30. numer. 29. & 30. ſupra nu. 15.

54 Vide Abbatem pleniſſime examinantem in ſua quæſt. 2. ſtante ſtatuto. col. 10. cum ſeq. numer. 12. in fi. cum ſeq. ver. Nunc deſcendens ad tertiũ. vbi allegat multa, pro vtraq. opinione, quod nõ ſit neceſſaria, facit quinq. argumenta: & quod ſit neceſſaria abſolutio in contractu ſimulato, facit quatuor argumenta: tandem col. 11. ver. Ad ſolutionem, recitat diſtinctionem. Anton. de Butr. in c. cũ contingat de iur. iur. Poſtea ponit ipſe ſex caſus, quos videas, cũ ipſe totã materiam magis explicet, vt infra, & maxime col. 17. ver. octauus caſus.

Declara, quia ſi ſtatutũ eſt ratione priuatæ vtilitatis principaliter, prout præſumitur valet iuramentum, & non debet abſolui; quia potuit iuri ſuo renunciare; ſecus ſi eſſet in fauorem publicum principaliter, quia non valet iuramentum, & reſpondet ad omnia contraria, ſupra numer. 45. & ſequen.

55 Extendit, quod non ſit neceſſaria abſolutio, quãdo ſimulatio eſt, quia nõ intendunt partes id, quod agunt ſimulate valere, vel obſeruare. Abbas dicta quæſtione 2. colum. 11. in fine, verſi. puto conſiderandum, & hoc ideo, quia

deficit conſenſus ambarum partium, & plenius Abb. ibi col.12.ver. primus caſus.

56 Idem eſt in ſimulatione contractus ad contractũ videlicet,quãdo agunt partes,quod cõtractus factus, & iuratus non ſeruetur, veluti ſi extat gabella pro venditione, & non pro donatione, ſi donatio fiat ad fraudandam gabellam, & agitur quod non ſeruetur vt donatio,iuramentũ nõ eget abſolutione. Abbas dicta quęſtione ſecunda,col. 11. in fi.n.15.ſecus ſi agatur, vt contractus apparens, & ſimulatus ſeruetur, quando poteſt ſeruari ſine peccato.

57 Idem eſt,quando agunt ſimulatũ contractum, qui ſeruari debet, quia ſi eſt illicitus, vel cum peccato, iuramentum non obligat. Abbas dicta quæſtione ſecunda, colum. 11. in fine, ex mente Butrij.

58 Contrarium in ſecundo, & tertio caſu, tenet Abbas dicta quęſt.2. col.12. ver. ſecundus caſus, quia cum agatur de deceptione alterius, & de turpitudine iurantis, non debet audiri, & requiritur abſolutio.

59 Idem eſt quãdo fit cõtractus ſimulatus ad contractũ,qui non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis, vel quando eſt contra bonos mores, quia tunc nõ requiritur abſolutio. Abbas dicta quęſt.2. n. 18. ver.quintus caſus, & rurſus colum.16. ver.ſecundus caſus.

60 Idem eſt,quando quis iurat alteri calide,quia vnum in ore, aliud in corde eſt, quia iuramentum intelligitur ſecundum mentem recipientis, quando habuit rectum intellectum, & ſic Deus recipit, ideo debet obligari, nec auditur niſi abſoluatur. Abb.dicta quęſt.2.col.13.n.18. ver. ſextus caſus, diſtingue vt ibi.

61 Extende,quando poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis,ſed eſt cõtra bonos mores,quia non requiritur abſolutio. Abb.dicta quęſt.2.col.16.ver.tertius caſus, quod tamen declara, vt ibi colum.17. ver. ſeptimus caſus.

62 Reſtringe, quando ſimulatio eſt iuramento firmata, & eſt dubium, an iuramentum ſit ſimulatum,puta,quia id non poteſt probari, ſed adſunt coniecturę, ſemper in dubio debet abſolutio peti, quia tutior via eſt eligenda. Abb. d. quęſt. 2. col. 13. nu.16. &ſequen.ver.quartus caſus.

63 Reſtringe, quando iuramentum eſt calore iracundiæ preſtitum, vt ſi quis iurauit nunquam loqui cum tali, debet abſolui, . Abbas dicta quęſtione ſecunda, colum.16. num.21. ver.quartus caſus.

64 Reſtringe, quando iuramentum à principio eſt ſuper materia indifferenti; ſed poſtea deuenit ad caſum, ſi cogitaſſet, non iuraſſet, prout ſi iurauit non negociari, vel non recipere feudum. Abb. dicta quęſtione ſecunda, colum. 16. num.21. ver. quintus caſus.

65 Reſtringe, quando iuramentum eſt in contractu, in quo interuenit dolus, vel metus, quia non obligatur iuramento, ſed tamen tutius eſt, vt abſoluatur.Abb.d.quęſt.2.col.16.in fin.& 17. in princ. ver. ſextus caſus.

66 Reſtringe, quando iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis, & maxime concurrente turpitudine etiam ex parte materię, ſuper qua iuratur, quia valet iuramentum. Ideo debet ſequi abſolutio, quod procedit, etiam ſtante ſtatuto in loco, quod filius familias, vel minor non poſſit obligari ſine certa ſolemnitate. Abbas d. quæſt. 2. col. 17. ver. ſeptimus caſus, vbi declarat.

67 Limita, quando is, qui iurauit obtinuit ſententiam fauorabilem, & ſibi non fuit oppoſitum de iuramento, quia valet ſententia, quę ſi tranſiuit in iudicatum, non poteſt excipi de periurio, quia agens ex ſententia non contrauenit iuramento, neque ſententia poteſt dici nulla. Lap. alleg. 25. an minor, num. 3. ver. ad quartum, vſque in fin. in ſimili facit Bald. conſ. 289. Breuiter me expedirem, libro 5. vbi, quod ſi actum eſt ſuper exequutione inſtrumenti, & Iudex ſecularis, non obſtante ſimulatione ſimpliciter oppoſita mandauit illud exequi,non retardatur ſententia,etiam ſi reus velit opponere qualificatam ſimulationem vſurarum coram Eccleſiaſtico,quia non debet impediri exequutio, ſed cognoſci ſine inhibitione, vel data cautione de reſtituendo. Bald. conſ.290. In cauſa iſtorum, lib. 5. & ſic abſolutio non eſt neceſſaria hoc caſu,lata ſententia, quia nihil fuit oppoſitum.

68 Limita in Vniuerſitate, quia Vniuerſitas eſt perſona imaginaria, non habens animam, neque corpus: ideo non ligatur iuramento, nec requiritur abſolutio. Gemin. conſ.60.n.7. ver.& procedit hoc.& conſ.83.in princ.

69 Extende, vt neque ſingulares perſonæ ligentur iuramento per Vniuerſitatem præſtito, niſi ſint ijdem, qui iurauerunt. Gemin. d.conſ.60. nu.7. ver. ſingulares autem.

70 Extende, quia neque ſucceſſores in ipſa Vniuerſitate obligantur iuramento prędeceſſorum,ideo poſſunt agere ſine abſolutione. Gemin. d. conſil. 60.num. 7. ver. & hanc concluſionem, & conſil. 83. in princ.

71 Extende, vt neque obligentur illi, qui de Vniuerſitate poſtea ſunt effecti, quia ipſi non iurarunt, neque præſentes fuerunt. Gemin. d. conſil. 60.num.7.ver. ex ijs etiam infertur, & conſ. 83. in princip.

72 Extende, vt imo iuramentum non obliget Vniuerſitatem, etiam ſi adſint aliqui in Vniuerſitate, qui iurauerunt, quando non conſtituunt maiorem partem Vniuerſitatis, ſed minorem. Geminianus dicto conſilio 83. in principio, & per totum.

73 Limita, quando eſt contra bonos mores, puta ſuper contractu ſimulato, vel contractu prohibito à lege, maxime ſi prohibitio eſt odio recipientis iuramentum, quia ſicuti non valet iſtis caſibus, ita non requiritur abſolutio à iuramento, quia lex ciuilis poteſt interpretari iuramentum, ne ſe extendat ad illicitos contractus. Caſtrenſ. conſil. 195.numero 5. ver. prima eſt, per totum lib. 2.

74 Limita in eo, qui per dolum, & metum tranſegit. Angel.conſil.215.in fin.vel etiam compromiſit. Angel. conſ. 218. in fin. vbi dicit, quod licet non ſit obligatorium iuramentum, etiam de non veniendo contra, tamen tutius eſt ab eo petere abſolutionem.

75 Declara, quia non requiritur abſolutio,quando metus,vel dolus apparet ex inſtrumento,alias ſi eſt latens debet ſequi declaratio Iudicis, vt ex illo contractu non poſſit conueniri. Anchar.conſ. 382. retento ordine, in princ.

76 Limita in eo, qui compromiſit, & iurauit non petere

petere reductionem ad arbitrium boni viri, quia ſi laudum eſt latum continens errorem, vel dolum manifeſtum poteſt iurans ſine alia abſolutione venire contra, & petere reductionem. Bal. conſ. 55. Ad euidentiam præmittendum. numero 2. ver. ſecundo caſu, & in fin. ver. item apparet, libro tertio. plene Caſtrenſ. conſil. 259. Circa primum, col. 2. ver. circa quartum, lib. 2. vbi, quod ſi arbiter eſt in vero dolo, is, qui iurauit non petere reductionem, petet ſine abſolutione, quia iuramentum eſſet contra bonos mores. Angel. Areti. dicto conſilio 47. num. 48. vbi iuramentum habet tacitam conditionem, ſi æque, & iuſte ſit laudatum.

77 Extende idem, quando fuit latum laudum extra perſonas, vel res, inter quas fuit aſſumptus. Bald. d. conſ. 55. per tot. lib. 3.

78 Declara, quia abſolutio ad cautelam poteſt, & debet peti. Caſtrenſ. dicto conſil. 259. n. 2. col. 2. in fin. lib. 2. ſupra num. 15.

79 Extende, quando compromiſſum erat ad pronunciandum de iure tantum, quia ſi extra ius pronunciat, dicitur extra compromiſſa pronunciare, & nõ requiritur abſolutio. Angel. Aret. conſ. 87. In caſu, nu. 47. & ſeq. ver. nam ſicut compromiſſum.

80 Reſtringe, quando eſt velatus dolus, quia neceſſaria eſt abſolutio, etiam obtinenda citata parte. Bald. dicto conſil. 55. num. 2. ver. tertio caſu, libro 3.

81 Contrarium, & melius Caſtrenſ. dicto conſ. 259. col. 2. & ſeq. ver. circa quartum, lib. 2. quod ſi dolus arbitri fuit præſumptus non verus, eſt neceſſaria abſolutio, quæ poteſt concedi parte inuita, & ſic non citata, quia is, contra quem compellitur, ex quo licite non poſſet recipere, quod prætendit ex dolo præſumpto.

82 Declara, quia Iudex Eccleſiaſticus poteſt præcipere ſeculari, vt non procedat in cauſa, donec cognoſcat, an iuramentum habens tacitam conditionem, ſi iuſte fuerit laudatum obliget, & ſi obligat inhibet, ſin minus abſoluit, vel dimittit iurantem, vt agat. Bald. conſ. 193. Iuramentum niquandoque, lib. 4.

83 Limita in eo, qui donauit cum iuramento de non veniendo contra, quia ſi donatio indigeat inſinuatione, & non ſit inſinuata infra tempus debitum, poteſt donans venire contra ſine abſolutione. Bald. conſ. 371. Factum ſic proponitur. nu. 3. ver. ſed videamus, & in fi. lib. 3. vbi tamen in fi. dicit cautius eſſe petere propter regulam Canoniſtarum.

84 Limita, quia vbicunque lex prohibet contractum, & tollit etiam conſenſum contrahentium, ſine certa ſolemnitate, iuramentum nihil operatur, quia ſine conſenſu non valet. Bald. d. conſ. 283. circa med. ver. & licet ſubtiliter, lib. 4. vide ſupra n. 42. & ſeq.

Abſolutio a iuramento requirit cauſam legitimam exprimi. Concluſ. LIX.

1 CAVSA legitima debet exprimi ab eo, qui petit abſolutionem à iuramento, alias Iudex Eccleſiaſticus non poteſt illam concedere, & dicitur cauſa legitima ſi allegatur dolus ex proposito, vel re ipſa. Crauet. conſ. 7. Einimundus, num. 3. ver. nec tale iuramentum, vbi num. 6. ver. ceſſante autem, dicit, quod ceſſante cauſa prædicta, vel turpitudinis, non datur. Dec. conſ. 180. Viſa renunciatione, num. 3. ver. & idem concludit, vbi. quod non datur abſolutio, niſi iuramentum ſit dolo, metu, vel ſuper re illicita extortum, & cauſam legitimam eſſe dicit Alex. conſil. 42. col. penul. in fin. num. 19. lib. 1. quando, quis eſſet inductus propter minas, vel mendacium, & Bald. conſ. 39. Proponitur, quod celebratus fuit, num. 2. ver. modo veniamus, lib. 3. vbi, quod is, qui vult reſcindere venditionem iuratam debet abſolui, & abſolutio non datur, niſi alleget cauſam rationabilem, puta, vſurarum, vel quid ſimile, & quod non poſſit dari, niſi cauſa exprimatur à petente. Iaſ. plene conſ. 177. lib. 2. & Caſtren. conſ. 174. Contra ſuperius conſulta, col. fin. ver. ſciendum tamen eſt, lib. 1.

Vide. Abſolutio ad effectum agendi, quando, & qualiter peti poſſit. Concluſione 55. numero 2. & ſequen.

2 Amplia in tantum, vt nec minori detur abſolutio, ceſſantibus cauſis legitimis ſupradictis. Crauett. d. conſ. 7. n. 6. ver. ceſſante autem, vbi dicit * communem.

3 Amplia, vt nec Papa det abſolutionem à iuramento ſine iuſta cauſa. gloſ. 2. in cap. quanto, de iur. iuran. quod procedit, etiam in inferioribus, vt de vtroque Calder. conſil. 184. circa fin. ver. & gloſ. alias 8. de iur. iuran. & Abb. conſilio 12. Vt clare, col. fin. lib. 1. vbi, quod quando iuramentum non habet turpitudinem ex parte iurantis, neque ex parte eius, cui iuratur, neque Papa ſolet abſoluere, quia ſine cauſa abſoluere non poteſt.

4 Cauſæ igitur ſunt legitimæ, ſi propter dolum, quis iurauit, ſiue dolus ſit ex proposito, ſiue re ipſa, vt per Crauet. d. conſ. 7. num. 3. ver. nec tale iuramentum.

5 Extende, vt imo dolus præſumptus ſufficiat pro relaxatione, & abſolutione à iuramento. Calderin. conſil. 184. in fin. alias 8. de iur. iuran.

6 Item metus dicitur cauſa legitima, vt per Dec. conſil. 180. num. 3. ver. & idem concludit: idem tenet Alex. conſ. 42. col. penul. num. 19. lib. 1. qui loquitur de minis.

7 Læſio enormis eſt legitima cauſa abſoluendi à iuramento. Calder. conſ. 8. de iur. iuran. alias 184. Afflict. deciſione 263. per totam, & deciſione 322. num. 4. & ſequen. maxime num. 6. & quid in minore, quid in maiore, pleniſſime Abbas in ſua quæſt. 2. col. 18. & 19. ver. nonus caſus; vbi, quid ſi per verba generalia eſſet renunciatum læſioni, & concludit, quod ſi læſio eſt modica, non debet dari abſolutio minori, neque maiori, ſi enormis, vel enormiſſima debet dari, etiam ſi per verba generalia eſſet renunciatum enormi, & enormiſsimæ læſioni, quia ſunt clauſulæ Notariorum de ſtylo, & quia vbi eſt enormis læſio ineſt dolus ex parte recipientis, ſaltem re ipſa, qui æquiparatur vero dolo, & contra doloſum ſemper datur abſolutio, licet aliqui in hoc contrarium teneant, quod non detur abſolutio, quando per verba generalia renunciauit, quod admittit, quando verba ſunt clara.

8 Minæ præcedentes præbent iuſtam cauſam dan di abſolutionem à iuramento. Alex. d.conſ. 42. num 19.col.penul.in fin.lib.1.

9 Mendacium, vt ſi quis per mendacia fuiſſet inductus ad contrahendum, vel iurandum, quia hæc eſt cauſa legitima abſoluendi. Alex. d.conſ. 42. nu.19.col.pen.in fin.lib.1.

10 Turpitudo eſt cauſa legitima abſoluendi à iuramento ad effectum agendi iurantem. Crauet. conſ.7.num.6. ver.ceſſante.

11 Declara, vt procedat,quando turpitudo eſt ex parte recipientis, vt in promiſſione vſurarum. Dec. d.conſ.180. nu.3.Abb.conſ.12.lib.2. in fin. qui hoc dicit clare.

12 Peccatum, ſeu iniquitas præbet cauſam abſoluendi, quia non debet eſſe vinculum iniquitatis iuramentum, nec debet eſſe nutritiuum peccati, cap. cum contingat,de iur. iuran. Alex.qui hoc intelligit, quando non poſſet ſeruari ſine interitu ſalutis in conſ. 42. num. 18. lib. 1. col. penul. verſ.item reſpondeo, quod intellige in quocunque interueniente, etiam ſi non contrahat. Caſtren.conſ.174.Contra ſuperius, n.2.lib.1.vbi exemplificat in Patre,qui induxit filiam ad renunciandum fraude, quia ex quo filia læſa eſt, & Pater eſt in peccato, concedi debet abſolutio.

13 Iniuſtitia, ſeu captioſitas iuramenti ſufficit pro cauſa relaxationis, quæ preſumitur in ruſtico, muliere, & minore, ſi conſtat contractum eis eſſe damnoſum, quia ſimplicitate inducti cenſentur. Dec. conſ.180.num.4.in fin.ver.pro qua benefacit.

14 Si is, qui impugnat relaxationem iuramenti, non eſt ille, cui fuit iuratum, is licet ex contractu iurato prętendat intereſſe, facta ſibi communicatione contractus, tamen non impedit abſolutionem. Petr.de Anchar. conſ. 18. num.9.ver. tertio hoc probatur.

15 Minoritas iurantis, quando non iurauit ſe maiorem, ſed ſimpliciter, eſt cauſa ſufficiens ad obtinendam abſolutionem à iuramento. Anchar. d. conſil. 18.num.9. ver. quarto præſuppoſito.

16 Impubertas, quia qui doli capax non eſt, non obligatur iuramento,ex quo deficit iudiciũ,quod eſt vnum ex tribus, quę concomitari debent iuramentum. Calder. conſ. 184. alias 8.de iur.iuran.in princ.

17 Regulariter omnes cauſę reducuntur ad tres principales, quando deficit veritas, iudicium, & iuſtitia, quæ debent ſemper concomitare iuramentum, & quando vnum deficit, tunc iuramentum non valet, & eſt cauſa legitima,quæ reducuntur per alia verba ad tres caſus, quando malum continet iuramentum,quando incautum, & quando indiſcretum, puta, à puero eſt præſtitum. Calder.conſil. 184. alias 8.de iur. iuran.vbi late proſequitur.

18 Generaliter vbicunque iuramentum, ſi ſeruetur, inducit peccatum in eo, cui iuratum eſt,debet dari abſolutio, licet ex parte eius, qui iurauit poſſit ſeruari, veluti ſi ſunt ſolutæ vſuræ, Il iurans eſſet læſus, vltra dimidiam, quia eo caſu eſt in præſumpto dolo, & ſic in peccato; ſed eſt ſecus,ſi infra dimidiam eſſet læſio, quia eſt permiſſa. Alex.plene conſ.222.nu.5.& ſeq. ver. bene facit, libro ſecundo.

Vide. Abſolutio ſimplex à iuramento, quando concedenda. Concluſione 56. num.5. & ſeq. vbi exprimuntur cauſæ legitimæ abſoluendi à iuramento.

Vide. Abſolutio ſimplex à iuramento,quando concedenda. Concluſ.56.

Abſolutio a iuramento quam cognitionem requirat. Concluſ. LX.

1 ABSOLVTIO à iuramento pręſtito de non contraueniendo inſtrumento,quod accuſatur vſurarium, ad hoc, vt detur, requirit ſaltem ſemiplenam probationem, quod inſtrumentum ſit vſurarium. Feder. de Sen. conſ. 300. Factum tale eſt, debitor,in fin.ver. item dico, quod ad hoc, ſequitur Gemin.conſ.16.nu.5. ver. ſuper 20. vſque in fin. quod eſt ſubſcriptum à Math. de Matheſila.

2 Contrarium, quod immo ſufficiat probatio per iuramentum, & præſumptio, quia agitur de leui prejudicio, tenet Petr. de Anchar. conſ. 18. In quæſtione, quę vertitur, n.9. & 10.ver.quarto prefuppoſito.

3 Declara, quia ſi petitur abſolutio à iuramento, vel propter dolum, vel aliam cauſam aſſertam,illa debet probari,alias aperiretur via periurijs, quia ſi daretur ſub conditione, quatenus probet, in plenaria abſolutione,ſi contingat non probari, remaneret periurus, & ita tenere omnes * Canoniſtas, dicit Caſtrenſ.conſ. 259. circa primum,in fin.lib.2.

4 Declara tamen, quod probatio talis non releuat in negocio principali.Feder.d.conſ.300.in fi.

5 Vide plene Guid.Pap.deciſ.224.vbi quę requirantur,vt Iudex Eccleſiaſticus diſpenſet ſuper iuramento.

6 Et generaliter, quod in abſolutione, & habilitatione à iuramento requiratur cauſę cognitio, & conſequenter partis citatio, plene Alex.conſil. 222.Viſa facti.nu.8.ver. preterea reſpondeo, lib. 2. vbi apoſtil.dat concord.ſed etiam in habilitatione ſimplici, dat contrarios.

7 Amplia, quia abſolutio à iuramento cum tendat ad hoc, vt doloſus liberetur à peccato, eſt cauſa ſummaria, & ſummarie cognoſcenda.Petr. de Anchar. cuius conſ.eſt conſ. Calder.139.alias vnicum de ferijs, in princ. & idem Anchar.conſ. 18.num.9.& ſeq. ver. quarto præſuppoſito. Bald. conſ.55.Ad euidentiam premittendum.nu.2. ver. tertio eſt premittendum,lib.3.

8 Amplia, vt tempore feriarum iſta abſolutio poſſit expediri, tanquam cauſa ſummaria, & fauorabilis.Petr. de Anchar.d.conſ.inter conſ.Calder.139.alias vnic.de ferijs,in princ.Felin.in c.1. de iureiur. in fin. intelligendo de ferijs in fauorem hominum.

9 Contrarium tenet Gaſpar. Calder. dicto conſ. 139.in fin.quod eſt vnicum, de ferijs, vbi reprobat Anchar.ibi.

Amplia, quia requirit citationem partis.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Digitized by Google

Absolutio a iuramento ad effectum agendi,an requirat citationem partis.Concluſ.LXI.

1 ABSOLVTIO à iuramento plena, per quã tollitur effectus iuramenti, & ipſum iuramentum requirit citationem partis,ex quo eſt prę iudicialis.Oldrad.conſil.120.in princ. Rot.in antiq.dec.8.de iur.iuran.in fin.alias 767.ſciendum. Bald.conſi.259.Quæritur vtrũ. in fi.lib.2.Anchar. conſ.298.Prædictis ſubtiliter,in princ.pleniſſime. Felin.in c.1.de iure iur.nu.23. verſi. quarto quęro,quia,vbi requiritur cauſę cognitio,ibi neceſſaria eſt citatio ſine dubio.

2 Declara, vt non procedat in abſolutione a iuramento conceſſa ei, qui iurauerat ſoluere creditori ſuo, quando propter paupertatem, & ceſſionem bonorum per debitorem factam declaratur, ipſum non teneri ad iuratam obligationem, quia non requiritur citatio,ex quo pars citata non poterat contradicere.Calder. conſil.173.alias 7. de iur. iurand.per totum,vbi late.

3 Amplia, vt etiam requiratur citatio partis in abſolutione ſimplici à iuramento ad effectum agẽdi.Bald.conſil.55.Ad euidentiam pręmittendũ, n. 2.ver.Tertio pręmittendum,vbi loquitur in petẽte reductionem ad arbitrium boni viri.li. 3.& adducit rationem,quia iſta requirunt ſaltem ſummariam cognitionem.Felin.in c. 1.ver.4.quęro,de iure iuran.nume.23.& ſeq.ver.contrarium.Barbat. conſil.24.Clementiſſime,col.8.lib.2.Abb.conſ.12. * & ſi copioſius col.fin.lib.2. & hanc * communem dicit Alex.conſi.39.lib. 4. Iaſ. in l.nec quicquam. §.vbi decretum.num.49.ff.de offi. Proconſ. & Lega.Felin.in c.1.col.8.num.25.de iur.iuran.vbi dicit quod iſta opinio quod citetur pars eſt tutior, * & ibi *communiter Docto.quia pars lædi poteſt, & quod requiratur,Abb.in quęſt.2.col.fin.in prin. Alex.plene.conſi.222.Viſa facti. num.8. lib.2.vbi Apoſtil.in ver.habilitatio,citat pro vtraq. parte.

4 Extende,in eo, qui abſoluit, vel tranſegit, aut promiſit non petere, quia requiritur citatio partis,ex quo inhabilis habilitatur,& infertur pręiudicium,ſiue magnum,ſiue paruum, quia cõtra inauditã partem,nihil poſſumus diffinire, Anchar. conſi.382.Retento ordine.nu.3.& ſeq.

5 Extende, quia imo infertur magnum pręiudicium propter moras debitoris,& quia contractus iuratus conqualſatur.& debilitatur, ideo requiritur cauſæ cognitio,& citatio partis,alias abſolutio eſt nulla vel ſaltem iniuſta,& declaranda nulla.Anchar.pleniſſime,cõſi.298.Prædictis ſubtiliter per totum.

6 Contrarium, quod imo non requiratur citatio partis tenent.Rot.dec.8.de iur. iuran. alias 767. Sciendum,in antiq.Afflict.dec.210.numer.19.cum * ſeq.vbi dicit magis * communem,& de communi atteſtatur Alciat.in c.cum contingat. num. 44. & * 224.de iur.iuran.& de magis *communi. Natta conſi.167.Perſpectis,& diligenter,num. 5. vbi dicit,ita * communiter ſeruari,& hanc magis * cõmunem dicit Rolan.à Vall.conſi.34.Alex. conſil. 49.num.10.lib.4.Ruin.conſi.17.onum. 30. lib.1.& ita ſeruatur in practica, vt per Imol. in c.debitores,col.2.de iur.iuran.Ruiio. conſi. ſupra citato, plene Socin.Iun.conſi.47.num. 38. lib. 3. allegat Oldrad.conſil.120.Ad duplicem finem, Addit. ad deci.Tholoſ.62. & ita ſeruari;plenilune Caſtren. conſil. 259.Circa primum.col.3.ver ſed remanet * lib.2.licet in fine dicat Canoniſtas * omnes tenere, quod requiratur probatio cauſæ. Alex. conſil. 49.paucis,num.10.lib.4.quod eſt Anton. de Prato veteri, vbi quod præſentia Dei ſupplet. Plures citat Felin.dict.c. 1. numer. 24. ver. cęterum de iure iuran.

7 Declara,vt ſi abſolutio petatur ſolũ ad effectum habilitandi iurantem, vt detegat fraudem contractus.debet dari etiam parte nõ citata,vel etiã contradicente,quia agitur de modico præiudicio, Pet.de Anchar.conſi.18.In quæſtione,nu.10.& 11. Bald.conſi.460.Vicarius Epiſcopi,lib.5.Caſtrenſ. conſ.259.col.3.ver.ſed remanet dubium,vbi quod reſeruatur ius parti in plenario iudicio.

8 Contrarium tenet Alex.conſi.222.num.8.lib.2. quod ex quo requiritur cauſę cognitio, neceſſario requiritur ſemper citatio,ſiue agatur de abſolutione à iurameuto confirmante contractum,ſiue non, quia etiam in ſola habilitatione requiritur citatio partis,& Apoſtil. ibi in verb. habilitatio, dat plures concord.pro vtraq. parte, quod requiratur citatio,& non requiratur,quando abſolutio ſolum inducit habilitationẽ iurantis,vide eos, quia plures ſunt pro declaratione, quam pro iſto contrario.

9 Declara, quia quando abſolutio datur à iuramento ad effectum agendi,cũ ſolum poſſit allegare cauſas,propter quas iuramentum non obligat, tunc non requiritur citatio, quia non perimit ius partis,alias ſecus, & quia videtur data ſub cõdicione ſi cauſa ſubeſt,& probabitur vt Fel.d.c. 1.n. 25.verſ.& in hac varietate de iure iur. vbi tamen dicit tutiorem viam eſſe,quod fiat citatio.

10 Declara, quia facta citatione in contumaciam poteſt concedi habilitatio,Guidop. deciſ.224. & 225.

11 Declarat plene Abb.d.conſi.12,col.fi. verſi. An autem.lib. 2. quod duæ ſunt opiniones contrariæ; Prima Pauli de Eleaz.& Calder. quod requiratur citatio ſolum,quando ex iuramento firmatur contractus,quia ſi petitur abſolutio a iuramento firmante contractum,& contractus ſemoto iuramẽto annullatur,neceſſaria eſt citatio;ſi vero non firmatur contractus,non ſit neceſſaria citatio, quia iſte eſt actus quaſi pœnitentialis, & extraiudicialis:& hanc partem dicit tenere Anton. de Butrio. in c.debitores de iure iuran.quia turpitudo recipientis operatur,quod ex tali iuramento ſibi non acquiritur,ſed Deo,vnde ſufficit pręſentia Dei repreſentata per Iudicem Eccleſiaſticum, tutius tamen eſt,ſi citatur.Tu dicas quod ſeruanda eſt cõſuetudo loci prout Imol.& poſt eum Felin.in c.1. nu.24.in fi.de iur.iuran.vbi dicit de practica Epiſcopi Bononię, quod non fiat citatio.

12 Sed cõtrariam dicit Abb.veriorẽ d.cõſ.12.in fi. ver.aliã opinionẽ.quia ſummaria cognitio requiritur, quę ſine parte haberi non poteſt.lib. 2. & quia non poteſt negari,quin interſit creditoris.

13 Declarat Alex.cõſi.49.paucis,n.10.lib.4.Quod eſt Anto.de Prato veteri,quod non requiritur citatio,quia ex iuramento non oritur actio parti, ſed Deo,& ideo cum Deus vbiq.ſit pręſens, valet abſolutio, ſicuti dicimus de parte præſente, quæ non citatur, & dat ſimilia de diſpenſatione in priuile-

priuilegio, in quibus non tangitur niſi ius ſuperioris,quia non fit citatio.

Declarat Affict. d.deciſ.220.nu.10.& ſeq.quod magis communis opinio eſt, quod abſol. valet ſine citatione partis, tamen ſi eſſet ſubreptitia, vel obreptitia, quia tacitum eſt, quod debuit exprimi,vel expreſſum, quod non eſt verum, annullatur, & non valet.

14 Amplia, niſi abſolutio à iuramento peteretur ad effectum tollendi obligationem, quę dicitur vſuraria, quia debet tunc pars citari,& cauſa examinari.Oldrad.conſ.120.in princ.

15 Limita,quia abſolutio à iuramento ad effectum detegendi contractum vſurarium, non requirit citationem partis,quia non læditur ius partis non citatę,quod illæſum remanet.Oldrad.conſ.120.ad duplicem finem. ver. ad ſecundum.

16 Limita, quia Epiſcopus Bonon. abſoluere à iuramento Ferrarienſem Bononiç ſtudentem, poteſt,etiam ſi iurauit ſuper contractu celebrato extra territorium, & cum forenſe, nec debet citari Epiſcopus proprius abſoluendi, neque Epiſcopus loci, in quo fuit iuratum. Calder.conſ.91.An Epiſcopus,alias 1.de offic. Ord. quod duplicatur conſil.128.alias 14.de iudi.& idem Calder. conſ. 182. alias 6.de iureiuran.

17 Limita, vbicumque agitur de abſolutione à iuramento ad effectum habilitandi eum, qui iurauit,dumtaxat ad effectum, vt poſsit detegere nullitatem, & fraudem contractus, quia datur ſine citatione partis, nec requiritur ſolemnis examinatio, quia non agitur de graui præiudicio. Petr. de Anchar.conſ.18.In quçſtione, nu.10.& 11. vbi dat ſimile de ſeruo petente veniam.Calderin.conſilio 183.in.fin.ver.idem videmus, alias 7.de iureiurand.

18 Limita, quia non requiritur citatio partis in abſolutione à iuramento, quando fuit temerarium ex parte præſtantis. Gemin.conſ.60.in.fi.n.8.ver.& in hac abſolutione.

19 Limita, quia citatio partis non requiritur in abſolutione à iuramento, quando tale iuramentum non ligat iurantem ex diſpoſitione iuris communis. Geminian.conſil. 60. in fin. ver. & idem etiam.

20 Limita, quia vbicumque fit abſolutio à iuramento ad effectum agendi, fit ſine citatione partis, ſi pars citanda eſt abſens, ita Gemi. d.conſil. 60.in fi.vbi dicit hoc non habere pro abſoluto, licet ſuper hoc alleget iura.

21 Limita,quia abſolutio à iuramento de ſoluendis vſuris,expreſſe de generali conſuetudine conceditur non citata parte. Calder.conſ. 183. in fin. ver.item conſtat alias 7.de iureiuran.

22 Limita, quia non eſt vocanda pars,quando datur abſolutio à iuramento illicito,quia ex eo alicui non potuit acquiri. Card. Zabarell. con. 35. n.2.vbi loquitur in eo, qui iurauit, non reuelare fideicommiſſum factum pro ſpurio.

Abſolutio a iuramento non datur multis caſibus. Concl. LXII.

1 ABSOLVTIO à iuramento non datur, quando fuit preſtitum ſponte, & ſine dolo. Alexan. conſ. 59. Viſo inſtrumento, circa fin. nu. 10. ver.non obſtat quod vltimo,lib.1.vbi dicit *magis* communem,& loquitur in eo,qui recepit iuramentum à ſponte contrahente contra formam ſtatuti laicorum, ſed tamen recipiens non ſciebat qualitatem propter quam ſtatutum prohibebat, quod conſilium duplicatur, libro 4. ſub num. 59.

2 Extende,quia iuramentum licitum, & non habens turpitudinem ex parte iurantis, neque eius cui iuratur,non relaxatur,neque datur abſolutio, quia iſto caſu, neque Papa abſolueret,quia faceret ſine cauſa. Abb.conſ. 12.Vt clare.col.fi.lib.1. plenius in quæſt.2.col.16.ver.primus caſus.Felin. in d.cap.1.num. 23. ver. & iſta ſunt amodo vera, de iureiuran.

3 Amplia, quod non datur abſolutio à iuramento,vbicumque iuramentum non continet quid turpe, vel non ſit nutritiuũ peccati,quia ſi poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis,ſeruari debet.Alex. conſ. 42.Super præmiſſo. col.pen. num. 18. ver.poſtremo, & numero 19. libro 1. vbi reſpondet ad id, quod non dicitur eſſe vinculum iniquitatis, nec continet iniuſtitiam, vbi poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis.

4 Et ideo licet laicus ſit incapax cauſę ſpiritualis, tamen valet compromiſſum,& laudum propter iuramentum ſuper vſuris præteritis, nec datur abſolutio, quia poſſunt præteritæ vſuræ remitti, ſecus futuræ. Petr. Anchar. conſ. 98. Iſtam quęſtionem, in fine, ſequitur Alexand. conſil. 91. Viſis actis. num. 2. circa fin. verſic. ita eſt in propoſito. lib. 2.

5 Amplia, quia non datur vbicumque iuramentum validat contractum, quo ceſſante, contractus non valeret ex legis diſpoſitione, vt in caſu auth. Sacramenta puberum,& alijs caſibus,quibus ſuppletur ſolemnitas, vt per Alex. d.conſ. 42.col.penul. nu. 19. in fin. lib.1. late Socin.conſ.115. Circa primam.num.6. ver.an ſit abſolutio concedenda.lib.1.Bald conſ. 175. Statutum prohibens. lib. 4. vbi,quod minor iurans ſe maiorem,non abſolnitur.Bald.conſ. 259. Queritur vtrum.lib.2.in fi.& quod non detur in caſu auth. Sacramenta puberum. Alex. conſ.125.nu.8.& ſeq. lib.1. Abb.conſil. 71.lib.1.in fin.

6 Extende,quia etiam conceſſa abſolutione à iuramento ad effectum agendi non tollitur virtus iuramenti validatiua contractus, ſed ſolum periurium. Ratio eſt quia ex interpoſitione iuramenti contractus habuit ſuam firmitatem,& propterea, licet ceſſet cauſa confirmans, tamen ex quo non ſuperuenit cauſa,quę annullet, non irritatur contractus,argumento eius, quod habetur in cap. factum legitimum,de reg.iur. in 6. Bart.in l.ex facto,in principio. ff.de vulg. & pupill. Doctor.in l. ex ſcriptura. ff. de condit. & demonſtr. Abbas d. cap.cum contingat.num.9.de iureiurand. Felin.in cap.1.eod.tit.num. 26.Angel.conſ.160.Et ita clare decidit Cor.conſ.112.num. 2. lib. 4. vbi, quod ſiue concedatur abſolutio, ſiue ceſſet iuramentum per mortem iurantis, contractus non deſinit eſſe validus.

7 Declara extenſionem ſine dubio, quando abſolutio eſt conceſſa ſolum ad effectum agendi, quia eſt mera habilitatio, & maxime quando data eſt ſine cauſę cognitione, & non citata parte. Alciat. dicto cap. cum contingat.num.114. cum ſequen. de iureiuran.

8 Si vero eſt conceſſa abſolutio,prout concedenda eſt

da est, si constat de lęsione minoris. Decius conſ. 403.col. penul. vbi alios citat, tunc conceſſa abſolutione reſtitui debet in integrum ſtante lęſione ex contractu. Ita Corn. conſ. 45. col.2. lib.2.Dec. conſ.180.col.pen.circa fi.

9 Dicas,quod ſi minor medio iuramento dixit ſe maiorem, ſciens ſe minorem,& iuramit obſeruare contractum certus de valore, poſtea maior factus eum ratum habuit medio iuramento,non poteſt abſolui prętextu lęſionis, cui renunciauit per ratihabitionem, & Epiſcop.abſoluens eum diffinitiue,aduerſus contractum nulliter,&iniuſte facit, & per appellationem debet reuocari.Abb.d.conſ. 71 per totum.libro 1 maxime in fin.

10 Extende, quia mulier, vel minor iurantes non venire contra contractum non abſoluuntur à iuramento. Alex.conſ.42.n.22.lib.1.

11 Cōtrarium,quod imo detur abſolutio à iuram. in caſu auth. Sacramenta puberum,eſt magis com
* munis* opinio,vt per Curt.Iun.conſ.152.n.7.lib, 1.& ideo iuramentum ſuper contractu prohibito, non conualidat contractum,& debet dari abſolutio ab eo.

12 Extende, quia adeo contractus iuramento firmatus efficitur irretractabilis, vt nec ratione cuiuſuis enormis lęſionis poſſit impetrari abſolutio
* a iuramento,vt communiter *cōcludunt gl.& Doctores in l.2.C.de reſcind.& in cap.pœn. de empt. & vendit. Alex. conſ.42. Super pręmiſſo themate. lib.1.&conſ. 51.Viſis,& conſideratis.lib.2.Curtius
* conſ. 66.vbi dicit* cōmunem.Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.& Alexand. conſ. 59. Viſo inſtrumento.lib.1.& conſ. 39.Viſo ſtatuto.lib.4.Imol.in c.cū contingat. de iureiur.n.53.& ſeq.ver.itē attē de.& ver.datur ſic limitatio.Abb.cōſ.71.Quinque dubia. col.fi.li.1.Rom.cōſ.437.In caſu propoſito.

13 Declara niſi conſtaret de dolo ex propoſito, vel quando per mendacium fuit ſeducta mulier, vel minor. Alex.d.conſ.42.n.19.in.fi.lib.1.

14 Declara, quia aut contractus eſt prohibitus principaliter odio creditoris, & tunc ſe obligans cum iuramento poteſt abſolui, aut prohibitio principaliter eſt fauore perſonę, & tunc peti non poteſt abſolutio,vt in caſu auth.Sacramenta. Vide Socin d.conſ. 115.num. 7.ſic diſtingentem, ex mente Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.in 4.& & 5.membro.lib. 1.

15 Idem quod detur abſolutio, quando maior iurauit non ſeruata ſolemnitate ſtatuti prohibentis contrahi cum minore ſine tali ſolemnitate, vel quando ſtatutum ad tollendas fraudes emanauit, vt certa ſolemnitas adhibeatur,alias fraus pręſumatur, vel qnando minor inhabilitatur ratione conſenſus. Bald.conſ. 476. Conſiderandum.lib.3. per totum.

16 Idem quando minor alienauit cum iuramento contra formam ſtatuti introducti ob publicam vtilitatem,quia datur abſolutio ab Epiſcopo, ex quo pręſumitur deceptio ex dolo, & eſt contra publicam vtilitatem,& quia hoc caſu non confirmatur contractus ex iuramento, quando prohibitio eſt ob publicam vtilitatem. Bald.conſ. 177.Iſtud ſtatutum,per totum lib.4.

17 Extende, vt procedat etiam ſi ſtatutum ſuper dicta ſolemnitate, deneget minori reſtitutionem in integrū, quia per hoc non tollitur auxilium abſolutionis à iuramento, quando eſt læſus.Alex.d. conſ.125.col.2.ver. ex iſto ſequitur. lib.1.

18 Extende,vt nedum procedat in contractu alienationis ſtabilium minoris,cum iuramento facte, ſed etiam in renunciatione iurium, puta, ex cauſa legitimæ, quia cum iura applicentur ad immobilia, reputantur immobilia. Idcirco non valet contractus contra ſolemnitatem ſtatuti,loquentis de alienatione immobilium ſine certa ſolemnitate, & datur abſolutio. Alexand. dicto conſil. 125. column.2. verſ. ſecundo principali fundamento. libro 1.

19 Idem eſt quando minor,qui iurauit, eſſet læſus vltra dimidiam,quia datur abſolutio à iuramento ex abundanti, licet non ſit neceſſaria iſto caſu, vt per Cuman. conſ. 180. Videtur prima fronte. nu. 4. Alexan. conſ. 125. Viſis,& conſideratis,in principio lib. 1.

20 Declara, quia datur abſolutio, niſi minor, vel maior læſus fuiſſet ſciens,& de ſcientia conſtaret, Alexan. dicto conſil. 125. num. 6.in fin.ver.non obſtat igitur,& num. 7. lib. 1. vbi apoſtill.allegat Deci.conſ.583.

21 Extende etiam ſi ſit iuratum per minorem non venire contra ex cauſa enormiſſimæ lęſionis ratione minoris ętatis, ſecus ſi dixiſſet non venire contra ex cauſa enormiſſimæ leſionis, & ex cauſa minoris ętatis, vel ex quacumque cauſa. Alexan. conſ. 125.col.1.verſ.licet dicat.lib.1.

22 Extende etiam ſi in alienatione minor dixit, quod ſi plus valebat donabat, quia adhuc poteſt abſolui ratione enormiſſimæ lęſionis. Alex. dicto conſ.125.col.1. in fi. & dicit Ant. lib.1. quia iſta clauſula de ſtylo notariorum apponitur.

23 Declara niſi donaſſet illud plus ex certa ſcientia.Alex.d.conſ.125.nu.6.lib.1.

24 Declara ſecundo niſi interuenerit dolus,vel metus, quia tunc etiam iſtis caſibus iuramentum debet relaxari:ſecus ex eo ſolo, quod ſine iuramento contractus non valebat.Ita Caſtren. conſ. 455. num. 6.ver. prius tamen obtenta. lib. 2. Anchar. conſ.18.In quæſtione,quę vertitur. num. 7. & ſeq. vbi quod omne iuramentum dolo, vel metu præſtitum non eſt obligatorium. Bald. conſ. 175. vbi quod ſi minor eſt circumuentus dolo aduerſarij debet abſolui non obſtante iuramento,de non veniendo contra,ſecus quoad iuramentum, in quo aſſeruit ſe maiorem. lib. 4. Bald.d.conſ.259.in fine. lib.1.& hanc partem tuetur Anchar.conſ.180.Viſa diligenter.n.1.4.& ſeq.vbi tollit contraria,quæ procedunt,quando ceſſat dolus ex propoſito, vel re ipſa.& conſ.375.n.3.

25 Declara tertio, quando minor iurauit ſimpliciter, ſed non iurauit ſuper maiori ętate, quia tunc poteſt abſolui, ex quo non iurauit iuxta formam auth. Sacramenta, licet iurauerit non venire contra.Caſtren.d.conſ. 455.Ad primum.n.6.li. 2.vbi hoc videtur innuere.

26 Declara,quia quando conſtat de lęſione minoris debet iuramentum relaxari,vt per Deci. conſ. 403.col.pen.vbi alios citat.

Vide ad prędicta. Abſolutio ſimplex. Concluſione 56.num.19.

27 Amplia, quia Abſolutio a iuramento non datur ei, qui iuramento contrauenit, & eſt effectus periurus. Feder.de Sen.conſ. 30.in fin. ver.item dico, quia fruſtra legis auxilium implorat, &c. ſequitur Roma.conſ.326.In præſenti conſultatione, vbi apoſtill.in ver.291.dat plures concord. Alex. conſ.222.viſa facti narratione.num.9.ver.& fine dubio

dubio.lib. 2.& allegat Ancharan. conſ. 198.in fi. & idem Alex.conſ. 17.nu.3.lib.3.ver. quinimo nec videtur, vbi,quod eſt magis communis*opinio. Albert. Brun. conſ.46. Anchar,conſ.200. num. 3. ver,præterea præſuppoſito. Gozad.conſ.69.num. 21.ubi*dicit communem,vbi quod dicitur periurus ſi contrauenit, vel non ſoluit termino lapſo. Alexand.conſ. 83.Interrogatus.num.7.vbi dicit* magis communem.libro 5. vbi apoſtill. dat alios concord. Licet male dicat in praxi non curari, & plenius Alex.conſ. 118.Viſo inſtrumento,in fi.lib. 7.quia fruſtra legis beneficium implorat, qui in legem committit.c.quia fruſtra,de vſuris.

28 Et quod abſolutio non detur ei, qui eſt effectus periurus. Imol.in cap.debitores,de iureiur. Abb. c.1.eodem tit.ubi Feli.num.28. ver. ſeptimo quæro. Laurentius de Rodulphis. cap. conſuluit, de vſur.quæſt.124.Alex.conſ.17.col.2.num.4. vol.3. Natta conſ.145.num.25.& conſ.233.n.3.

29 Extende, quia non poteſt talis abſolutio dari ei, qui periurium incurrit, niſi per Papam, vel Collegium Cardinalium, quia cum periurus ſit infamis non poteſt reſtitui niſi per Principem ad famam.Cardin.Zabar.conſ.35.nu.7.

30 Extende, vt pariter is, qui promiſit cum iuramento ſoluere infra certum terminum,lapſo termino,ſi non ſoluit, non debet abſolui, quia dicitur in mora conſtitutus, & maxime ſi fuit interpellatus. Feder.de Sen.con.301.in fin. Anch.conſ. 198. Prędictis ſubtiliter.n.3.

31 Declara vltimam extenſionem, vt per Alexan. conſ.49.numero 20.libro quarto,vbi, quod poteſt non abſoluere lapſo termino, etiam non citata parte.

32 Contrarium, quod imo is, qui debebat ſoluere intra terminum non ſoluit,& poſt terminum,ſi petat abſolui à iuramento, debeat abſolui non obſtante, quod ſit periurus,tenet Io. Andr. in c. debitores,de iureiuran. quia dicit ipſe, is, qui iurauit non venire contra, ſed ſoluere vſuras, in quantum non ſoluit peccauit, & eſt periurus, ſed ſi eſt paratus ſoluere, & facta ſolutione debet abſolui, alias non facta ſolutione, non debet audiri, ſuper abſolutione, quia eſſet perſeuerans in peccato, & periurio.Ita Abb.d.quæſt.2.ſtante ſtatuto.col. penult.ver. decimus caſus:vbi, quod quando petens abſolutionem non perſeuerat in periurio debet abſolui, & ſic iuſta cauſa attendi debet. Apoſtill. ad Alexand. conſ. 83. Interrogatus.num.7. lib. 5. in ver.incidit,& ita tenet Ant.de Prato veteri inter conſ.Alex.conſ.49.paucis.n.20.ver.& ſimiliter etiam dixit.lib. 4.

33 Declara, quia ſi is, qui eſt effectus periurus, quia cõtrauenit iuramento, petat prius abſolui à periuro incurſo,& deinde petit abſolui à iuramento ad effectum agendi, iſto modo poteſt procedere abſolutio, alias ſi abſoluatur ſolũ à iuram. abſolutio ſimpliciter erit nulla,& ſubreptitia.Afflict. deciſ. 220.in fin. ver. tertia ſubreptio.Et ita etiã Felin.in cap. 1. de iureiura. numero 28. ver. ſed conſidera.vbi dat cautelam, quod periurus confiteatur Sacerdoti de periurio, & abſoluatur, quia facta pœnitentia poterit abſolui à iuramento ad effectum agendi,quia conſtat de emendatione.

34 Si vero iurauit omnia, & ſingula vera eſſe,quæ tamen ſunt ſimulata, & falſa, tunc Feder.de Sen. tenet, quod poſſit petere abſolutionem, quia non eſt periurus .Ant.de Butr.contrarium ſentit,quia allegat turpitudinem ſuam, ideo non poteſt verſi re niſi via denunciationis Euangelicæ, cui non poteſt renunciari, prout ambos contrariantes ſibi inuicem refert Abb.q.2.in fi.col. penul. ver. in ſecundo vero modo, quos conciliat ibi. Sed dicas, quod turpitudo non obſtat per ea, quæ plenilime Ruminald. Iun.conſ.62,num. 18. & maitis ſeq.vſque in fi.vbi pulchre tollit contraria omnia de turpitudine.

35 Declarat Abb.d. quæſt. 2.col.pen.in fin.ver.in ſecundo vero, quod ſi is, qui iurauit vera ea, quæ erant falſa, & ſimulata,aliqua neceſſitate fecit,debet abſolui, quia turpitudo maior reſidet in recipiente iuramentum, alias ſi ceſſante neceſſitate fecit ex dolo ipſe iurans, quia eſt periurus,& perſeuerans, non auditur, ſi vero periurus momento, & non perſeuerans,auditur.

36 Reſtringe, quia imo Epiſcopus, & Sede vacante Capitulum poſſunt abſoluere à iuramento periurum,antequam ſit declaratus periurus, quia ante non eſt infamis. Card. Zabar. d.conſ.35. num. 7.vſque in fin.vbi idem dicit in teſte periuro,quia non eſt infamis ante declarationem,& prędictam limitationem videtur intelligere, quando periurus non eſt notorius, & quod Epiſcopus poſſit, præſupponit Abb. in quæſt. 2. col. pen.verſ.decimus caſus.

37 Reſtringe,quia abſolutio periuro datur, quando concurrunt cauſę multæ excuſantes,quia tunc facilior eſt abſolutio. Card.d.conſ.35.num.5.in fin.& 6.ver. ſed concludo, vbi ſecundum menſuram contemptus, Deus metitur quantitatem reatus.

38 Amplia, quia non datur abſolutio à iuramento vbicumque fuit etiam iuratum non petere abſolutionem à iuramento, vt in ſimili Feder. de Sen. conſ. 125.circa fi. ver.& pro hoc faciunt,vbi quod non datur reductio ad arbitrium boni viri, quando in ſpecie eſt iuratum ſuper ea non petenda.Ancharan.conſ. 200. In quæſtione prædicta: & quia eſſet periurus, qui non auditur, plene Roman. d. conſ. 326. In prędenti, in principio, vbi,quod non iuuatur, quia valet ex parte iurantis, & petendo efficitur periurus,ideo non auditur.

39 Extende ampliationem etiam ſi eſſet minor, is qui iurauit non petere abſolutionem, quia petendo efficitur periurus, & non auditur. Roman. d. conſ. 326.in princ.col.2.

40 Contrariũ,quod imo is qui iurauit non petere abſolutionem,ſi petat illam contra tale iuramentum audiatur,& valeat,tenent Ruin.conſ.103.Ponderatis.col.vltima. ver.vel ſaltem antequam audiatur. lib. 4 & alij, quos adducit prima apoſtill. ad Rom.d.conſ.326.in ver.iuramenti.

41 Declarat Roman.d. conſilio 326. in principio. quod ex quo ille, cui fuit iuratum perſeuerat in delicto, poterit ſuperior,cui fuerit hoc denunciatum compellere eum, ad remittendum iuramentum.

42 Declarat ſecunda Apoſtill. ad d. conſ. Roman. 326.in verb. audiri, vt poſſit peti hęc abſolutio dummodo petatur, antequam petatur abſolutio ſimplex a iuramento de non contraueniendo, vbi citat plurimos.

43 Declarat Abb. in ſua quęſt. 2.in fine.ver. vndecimus, quia licet non poſſit abſolui tamen remanent duo remedia,quod Iudex procedat ex officio ad correctionem peccati,vel ad denuciationem Euan-

Euangelicam, quæ nunquam sunt sublata.

44 Amplia, quia non datur absolutio à iuramento, quando lęsus vltra dimidiam promisit non petere restitutionem ex isto capite, cum iuramento, quia si erat certus non absoluitur, secus si erat deceptus. Bal. consil. 175. lib. 4. per totum,

45 Amplia, quia non datur vbicumque redditur frustratoria. & quia nulla potest competere actio absolutionem petenti. Roman. consil. 36. In causa Dominæ Camillę, in princ. vbi apostill. in ver. effectum citat Felin. c. 1. col. fi. ver. decimoquarto, de iureiuran.

46 Amplia, quia non datur ei, qui iurauit non petere reductionem laudi, quando laudum est latum bona fide. Bald. consil. 55. Ad euidentiam prędmittendum, circa principium. ver. secundo prędmittendum. lib. 3.

47 Amplia, quia iuramentum præstitum ex conuentione non relaxatur, neque datur absolutio ab eo, nisi esset appositum in fraudem legis. Bal. consil. 39. Proponitur, quod celebratus. numero 2. ver. modo veniamus, vbi dicit hoc sub verbo forte. libro 3.

48 Amplia, quia iuramentum de non veniendo contra contractum celebratum cum decreto Iudicis, & prędstitum ad delationem Iudicis, non relaxatur propter magnã prędsumptionẽ, quæ est pro Iudice, & propter effectum iuramenti, quod dicitur iudicialiter præstitum. Bald. dicto consil. 39. num. 2. ver. modo veniamus, & num. 3. lib. 3.

49 Amplia, quia licet statutum laicorum non possit tollere iuramentum, si tamen statutum dat certam solemnitatem, & tollit iuramentum, non datur absolutio à iuramento.

Vide. Absolutio à iuramento, quando necessaria, vel non. Concl. 58. nu. 42. & seq.

50 Contrarium tenet Idem Alexan. quod imo detur, d. consil. 125. num. 2. ver. quinimo dato. lib. 1. & per totum.

51 Declara quia si manifeste constat, quod is, qui exegit iuramen. puta à minore, vel filio familias contra formã statuti, manifeste sciebat recipere in fraudem statuti, & in casu prohibito à statuto, tunc datur absolutio à iuramento, secus si manifeste non constat, quod contra statutum contraheret, veluti si statutum tollat alienationem vltimorum bonorum mariti in prędiudicium vxoris, sine certa solemnitate; quia si non constat, quod sint vltima bona, non datur absolutio, Ita declarat Alex. consil. 59. Viso instrumento, numer. 10. versic. nec obstat, quod iuramentum, lib. 1.

52 Amplia, quia absolutio à iuramento nunquam datur, quando iuramentum est præstitum sponte, & sine dolo recipientis. Alex. consil. 59. viso instrumento, num. 10. ver. Non obstat quod vltimo. lib. 2. vbi dicit magis * communem. Castren. cõsi. 174. contra superius consulta, in princ. lib. 1. vbi in prin. & numer. 2. ver. Concluditur, & col. 2. in fin. ver. merito ergo, quod quando sine peccato iurantis potest seruari, valet ipso iure; sed si non potest seruari sine peccato eius cui iuratur, relaxari debet, vbi apostill. allegat Socin. consil. 38. col. fi. sub numer. 21. ver. Nec obstat, & consil. 115. lib. 1.

53 Extende, quia non datur vbicunque iuramentum est assertorium veritatis, & is, qui petit absolutionem vult dicere contrarium, quia non datur, ex quo paratur via periurio. Ideo, qui iurauit omnia vera, non auditur, neq. debet absolui: vt dicat esse simulata, & non vera, si iuramentum fuit sponte præstitum. * communem dicit Gozad. consil. 69. numer. 21. & seq. & num. 16. cum seq. Anchar. consil. 200. per totum.

54 Extende, quia absolutio non datur à iuramento præstito super scientia, si velit iurans dicere, quod ignorauit, quia neq. admittitur probatio cõtrarij eius, quod pendet ab animo, quando semel animum cum iuramento declarauit. Anchar. cõsi. 159. Rationes, quæ superius. numer. 7. & seq. ver. quoad secundum.

55 Extende, quia non datur absolutio à iuramento super confessione, vel assertione certa, si velit iurans contrarium asserere, quia in contrariis nõ datur absolutio. Anchar. d. consil. 200. vbi, quę dicantur contraria.

56 Restringe, quando cõtrarietas possit euitari, puta, si quis dixit cum iuramento aliquid, & non negat illud, sed dicit dolosum, vel iniustum, vel nõ licitum, quia tunc iuramentum non extenditur de vno ad aliud, secus si inest contrarietas. Anchar. d. consil. 200. per totum, vbi est casus.

57 Amplia, quia nõ datur absolutio à iuramento præstito, super compromisso facto vigore statuti compellentis ad compromissum. Anchar. d. cõsil. 159. numer. 7. versi. quoad secundum, & seq.

58 Amplia, quia vbicunque iuramentum validat cõtractum, non datur absolutio à iuramento sine causæ cognitione, quia perimitur ius partis. Anchar. consil. 198. Prædictis subtiliter, in princ. & quę requirantur eo casu. Iaſ. in l. si opus. col. 2. ff. de nou. oper. nunciat.

Absolutio a iuramento ad effectum excipiendi, quando detur Concluſ. LXIII.

1 ABSOLVTIO à iuramento ad effectum excipiendi, non datur, sed prius debet implere contractum, is, qui iurauit soluere, vel facere quando illud implementum de se nõ est illicitum, neq. inducit peccatum, respectu iurantis. Ideo, qui promisit soluere vsuras cum iuramento, compellitur soluere, & deinde repetit. c. debitores, de iure iur.

2 Contrarium, quod imo absolutio soleat dari, tam ad effectum agendi, quam excipiendi. apostil. ad Ant. de Butr. consil. 45. in ver. Absolutio, vbi quod etiam datur parte non citata, allegat Curt. Iun. consi. 152. num. 8. Socin. Iun. consil. 47. numer. 18. & consi. 50. num. 8. lib. 3. Ferret. cõsi. 149. Cranet. consil. 7. nu. 7. Couar. variar. resolut. c. 4. nu. 6. Pedemont. dec. 78.

3 Declara, vt procedat, quãdo factũ, & implementum est licitum ex parte iurantis, & iam tempus soluendi veniſſet, quia tunc non datur absolutio ad effectum excipiendi, sed prius impletur iuramentum, ita Hostiens. in d. c. debitores, circa prin. ver. dicas quando vsura; vbi, hoc tenet, siue creditor, siue debitor egerint, siue nõ, quia iuramentum debet seruari, quando potest sine interitu salutis, d. c. debitores, de iur. iur.

4 Ratio est, cur magis difficulter detur absolutio ad effectum excipiendi, quia posset differri bonum ius creditoris, sine causæ cognitione.

Contrarium

5 Contrarium, quod imo abſolutio ſit neceſſaria ei, qui iurauit ſoluere, & non contrauenire, ſi vocatus in iudicio, vult excipere de vſuris, tenet Bald.conſ.8. Punctus quæſtionis,lib.4.

6 Limita, quia datur abſolutio, & remiſſio iuramenti de ſoluendis vſuris, quando ante aduentum terminum debiti egit, vel excepit, vt ſibi iuramentum remitteretur, quia tunc datur abſolutio, vel remiſſio iuramenti ſecundum Oldrad. conſ. 186.per tot.

7 Declara, dummodo Iudici conſtet, quod ex cauſa vſuraria iuramentum ſit præſtitum, alias ſecus, & ſic datur cum cauſæ cognitione, & citata parte, & non ſimpliciter, prout in abſolutione ad effectum agendi; ita videtur velle Innoc. in d. cap. debitores, in princ. ibi, ſi vero non ſit preſens, de iur.iuran.

8 Extende declarationem, vt idem ſit in eo, qui petit abſolui à iuramento de non contraueniendo laudo, etiam iniquo, quia ſi vult audiri ſuper reductione, non ſufficit, quod alleget cauſam ſufficientem; ſed debet illam probare veram. Calder. conſ. 110. circa fin. ver. ad id, quod quæritur, alias 1. de arbitr.vbi, quod ambo peti poſſunt in eodem libello relaxatio iuramenti, & reductio laudi, quia ordine ſucceſſiuo fieri poterunt, vt primo abſoluatur, deinde fiat reductio.

9 Limita, quia abſolutio à iuramento datur ad effectum excipiendi ſimpliciter, & prout quando datur ad effectum agendi, quando eſt præſtitum ſuper facto, cuius implementum non eſſet licitum, vt ſi promiſi dare gladium per totum hodie Titio, & Titius ſit effectus furioſus, quia non obligor, etiam ſine abſolutione. Innoc. & Hoſtienſ. in d.c.debitores, de iur.iuran.

Abſolutio a iuramento ad effectum agendi, quando ſubreptitia, vel nulla.Concl.LXIV.

1 ABSOLVTIO à iuramento ad effectum agendi dicitur ſubrepitia, & conſequenter nulla, ſi eſt ſimpliciter obtenta; quando adſunt plura iuramenta; puta, de non veniendo contra, & non impetranda abſolutione, & impetrata non vti, quia debet de omnibus iuramentis ſpecificam facere mentionem, alias eſt ſubreptitia, & nulla, & non valet. Roman. plene conſil. 326. In preſenti conſultatione, per totum, vbi, quod ex parte iurantis, valet tale iuramentum de non petenda abſolutione, & de non vtenda impetrata, licet ex parte eius, cui iuratur, non ſit licitum, & compellitur relaxare per modum denunciationis, quia cum iurauerit non petere, petendo efficitur periurus, & ideo non auditur, ſi petat directe abſolutionem. Afflict. deciſ. 220. quem ſequitur Apoſtil.ad Alex.conſ.222.n.8.lib. 3.in ver. habilitatio, in fi.

2 Contrarium in hoc vltimo, quod imo etiam ſi quis iurauit non petere abſolutionem, ſi illam petat,dari debeat. Ruin. conſ. 103. Ponderatis, col.vlt.ver.vel ſaltem antequam audiatur, lib. 4. cum alijs,quos allegat apoſtil.prima ad Rom. d. conſ. 326.in ver.Iuramenti.

3 Declara, quia licet dari debeat; tamen ſi eſſet data non narrato iuramento ſpeciali de non petendo,eſſet nulla. Afflict.d.deciſ.220.col.3.

Declara plenius, vt ſupra. Abſolutio à iuramento non datur.Concl.62.n.38.& ſeq.

4 Extende etiam ſi generaliter ſit expreſſum ſe iuraſſe, nullatenus poſſe contrauenire, quia ſermo generalis non tollit ſubreptionem, niſi exprimatur modus. Roman. d.conſ.326. col.fin. n. 11. & ſeq.ver. nec refragatur, vſque in fin. vbi plena Apoſtil. in ver. modus, dat concord. vbi Roman.in fin.dicit,quod generalitas parit obſcuritatem, & non tollit ſubreptionem.

Vide. Duplex funiculus multa operatur. Concluſione 810.

5 Amplia, quia ſi is, qui incidit in periurium obtinet abſolui tacito, quod inciderit in periurio, abſolutio, tanquam ſubreptitia eſt nulla, Alex. conſ.83.Interrogatus.num.6.& 7. ver. & ſubdit, lib.5.clare Felin.in c.1.num.28.ver.ſeptimo quæro, de iur.iuran.

Abſurdum,quid ſit,& quando dicatur.Concluſ. LXV.

1 ABSVRDITAS magna dicitur, quando deſtruitur diſpoſitio teſtatoris. Ioann. de Anan. conſ.66.circa fin. ver. & nulla poteſt eſſe: & nullus dubitat, quin abſurda dicatur interpretatio, per quam impugnatur, vel deſtruitur voluntas teſtatoris. Roman. conſ. 138. ver. ad ſecundum. Abb. conſ.37.in princ. ver. item pone aliud abſurdum, lib.2.

2 Extende, quia abſurdum dicitur, quod obligatus in ſolidum non poſſit conueniri, quia hoc eſſet iniquum, ergo abſurdum. Roman. conſ.392. circa primum, in fin. numero 24. ver. ſed abſurdum.

3 Extende idem, quando redderetur eluſoria, vel fruſtratoria, licet firma ſtaret, quia eſſet abſurdum. Anchar. conſ.179.Prima facie,n.5.

4 Extende, quia maior abſurditas, quæ inueniri poſſit, eſt illa, quando inducta ad vnum finem contrarium operarentur.Rom.conſ.399. Vt præſens conſultatio, num.6.

5 Extende, quia abſurdum dicitur, ſi fiat interpretatio, per quam teſtator ſibi ipſi contradicat, vel ſeipſum incontinenti corrigat.Rom.conſ.112. Viſa præmiſſa, ver.item extat.

6 Amplia, quando ſequeretur fatuitas, videlicet id, quod non eſt ſecundum ius, & naturam. Signorol. conſil.188.numero ſeptimo, ver.item eſt aduertendum, & melius numero ſecundo, vbi late.

7 Amplia,quia diceretur abſurdum, ſi ſtatutum plus iuris transferret in hæredem, vel creditorem, quam haberet defunctus. Rom. conſ.159. Super eo, in princ.

8 Extende idem, ſi daret, quod hæres diuerſo iure iudicaretur à defuncto. Roman. dicto conſil. 159. in princip.

9 Amplia, quia abſurdum eſt, quod ignorans incidat in pœnam, & ſibi currat, & labatur tempus, antequam ſciat. Roman. conſ. 409. Quoad primum.num.4.& 5.

10 Amplia,quia abſurdum reſultat,quando is,qui obediret, eſſet deterioris conditionis, quam ille, qui non obediret legi, vel teſtatori. Dec. conſil. 425. num. 19.

Exten-

11 Extende, quando maior pœna imponeretur pro paruo delicto, quam pro magno.

Vide. Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens. Conclus. 190.

12 Amplia, quia absurdum dicitur, si Collegium nomine collectiuo positum in dispositione, scindatur in singulares personas, & singula capita. Abb. cons. 37. in princ. lib. 2.

13 Amplia, quia absurdum dicitur, si dispositio trahatur ad hoc, quod de re mea alius sine meo consensu disponere possit, & sic statutum disponens, quod hæres possit disponere de rebus defuncti, intelligi debet, si hæres in illa re defuncto succedat. Roman. cons. 159. col. 2. in princip. ver. secundo principaliter.

14 Amplia, quia absurdum est, interpretari statutum, quod velit Princeps tollere dominium, vel possessionem alterius, eo non citato, vel absque culpa domini, vel possessoris. Alex. cons. 83. Visa facti. num. 12. & seq. lib. 2.

15 Amplia, quia absurdum est, quod quis locupletetur cum aliena iactura, quia est contra ius naturale. l. iure naturali. ff. de reg. iur. & procedit etiam in minore, secundum Roman. consil. 316. Circa propositam, num. 5. & 6. ver. cæterum si aliter; vbi, quod statutum non potest tollere hoc ius naturale.

16 Amplia, quia absurdum est dicere, quod ea, quæ spiritu Dei aguntur, subiaceant legibus humanis. Roman. cons. 345. Circa primum. nu. 23. ver. secunda ratio.

17 Amplia, quia dicitur absurdum, si magis dilectus, minus consequatur, quam minus dilectus ex interpretatione dubia. Crauett. cons. 62. num. 7. Rolan. à Vall. cons. 82. num. 32. & 33. lib. 3. vbi dicit * communem. Abb. cons. 78. Circa primum, col. 1. ver. mihi tamen non placet, lib. 2. Alexan. plene cons. 93. alias num. 7. & seq. lib. 3. vbi dicit magis * communem, quod consilium Alexandri est subscriptum à tribus alijs Doctoribus, vbi num. 10. quod coniuncta resoluitur in disiunctam, & è contra. Alexan. cons. 139. Circa primum, in princ. lib. 6.

18 Et propterea fideicommissum ab absurdo vitando extenditur de persona ad personam, maxime, quando fauore agnationis fuit in filio inductum, quia censetur etiam in substituto minus dilecto repetitum, ne bona exeant de agnatione, * communem * Crauet. cons. 113. n. 3.

19 Declara, quia quandoque non est absurdum, quod proximior sit melioris conditionis, quam remotior. Alex. cons. 38. col. fi. lib. 6. Brun. cons. 10. col. 2. Alexandrin. cons. 22. Crauett. qui eos citat cons. 98. num. 15. ver. tertio respondeo, & plenius cons. 306. nu. 5. ver. nec obstat, vbi dat tres responsiones, & plenius cons. 161. n. 17. vbi dat quinque responsiones, & vna est, quod minus dilectus, si releuatur in aliquo, istud est ex æquitate.

20 Declara, quia procedit in filijs, & descendentibus testatoris tantum, non in alijs extraneis, licet magis dilectis. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 13. ver. hunc etiam, vbi allegat Alexan. cons. 64. ad fin. lib. 5. Socin. Iun. cons. 119. num. 28. lib. 1.

21 Et idem, quando pia causa, & pauperes vocati excluderentur etiam à filijs, & descendentibus in eo, quod non concernit legitimam. Alex. cons. 92. num. 8. ver. posset etiam, lib. 3. & cons. 93. n. 7. & seq. lib. 3. quod est plurium Doctorum, & Alexandri.

22 Et absurdissimum dicitur, si interpretatio mentis Patris fieret, per quam filia testatoris excluderetur, & admitteretur remotior femina. Alexan. cons. 17. Circumspectis, nu. 5. & seq. ver. hoc, & tertio. lib. 7. vbi, quod esset sensus, & absurdissimus, & iniquus.

Vide. Affectio, & Amor, quando maior vni, quam alteri. Conclus. 234.

23 Declara, quia absurdum hoc casu admittitur negatiue, & priuatiue; puta, proximior non admittitur, ergo nec remotior, sed non procedit passiue, & affirmatiue, prout testator grauauit proximiorem, ergo remotiorem, quia non est verum semper. Crauett. d. cons. 306. num. 5. ver. tertio respondeo, circa fin. vbi dat exemplum de prohibitione alienationis in filios, quę non transit ad nepotes.

24 Contra declarationes facit Castrens. cons. 454. Quæritur, circa med. ver. sed in contrarium. lib. 2. vbi, quod si testator magis diligat masculos filios, quos instituit, quam fęminas, quas in re certa instituit, si faciat fideicommissum, in quo vltimo morienti substituat filias fęminas, & filias filiarum, à maiori substituit etiam filias fęminas masculorum, quia absurdum esset, quod filiæ magis dilectorum excluderentur à filiabus fęminarum exclusarum.

25 Declarat Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. quem sequitur Alex. cons. 38. in fin. li. 6. quod imo testator præsumitur eandem charitatem habuisse versus substitutos, quam habuit versus primos filios institutos, quos sicuti prætulit filiabus: ita etiam neptes ex filio, licet sint remotiores, & hanc eandem rationem per alia verba ponit Alexan. consil. 52. num. 21. libro 4. vbi, quod magis præsumitur diligere neptes ex filio, quam filias, quia longior memoria conseruatur testatoris.

26 Plenius etiam declarat in eodem casu, Bolognin. cuius est consil. Alexan. 52. Inuocato, numero 18. & seq. libro quarto, ver. ad hoc respondeo, quod non est absurdum, quod neptis ex filio excludat substitutum ipsi filio decedenti sine liberis, etiam si testator excluserit proprias filias dotatas, quia cum filię fuerint dotatę, neptes non, licet ex accedenti succedant, & habeant, plus quam habuerint filię, potuit etiam euenire contrarium, quod nihil habuissent, & propter dubium euentum multa admittuntur, quæ non admitterentur, & dat alias solutiones, quas videas.

27 Et quod absurdum sit vitandum, ne minus dilectus præferatur, vel sit melioris conditionis, quam magis dilectus. plene Crauett. consil. 130. numero 6. & sequen. vbi quod substitutio reciproca facta in primo gradu, censetur repetita in secundo gradu, ne minus dilecti, &c. & tollit, quod non dicitur omissum, quãdo in vno casu fuit prouisum, quia sufficit aliqua prouisio, & n. 8. & seq. docet de absurdo, & sequitur Decian. cons. 41. n. 58. ver. nono, lib. 1. vbi quod absurdum est, quod minus dilecti sint liberi, ab onere, quo magis dilecti obligantur, & plenius consi. 103. n. 34. lib. 2. vbi fideicommissi onus est in primis, ergo in remotis.

18 Abſurdum eſt,quod pater priuet filium legitima, item quod fœmina filia præferatur filio maſculo, vel quod extraneus prœferatur deſcendentibus teſtatoris. Abb. conſil. 78. per totum. lib. ſecundo.

19 Item abſurdum eſt,quod minus dilectus prœferatur magis dilecto.Grat.conſi.32.nu.10.& 11.& conſi.101.nu. 19. lib. 2. Gabriel.tit. de fideicom. Concluſ.4.num.25.

30 Amplia,quia abſurdum eſſet dicere,quod colla tor de Diœceſi, vel in Diœceſi non dicatur Epiſcopus,licet reperiatur extra Diœceſim.Rom. conſi. 376.nu.9.

31 Amplia,quia abſurdum eſſet ſi liceret ſupplicare à ſententia Papæ,vel Imperatoris, prout licet, & non liceret à ſententia Iudicis mercatoris. Io. de Imol. conſi.145.nu. 2.

Abſurditas vitanda in omni diſpoſitione. Concluſ. LXVI.

1 ABSVRDVM ab omni diſpoſitione vitandum.l. nam abſurdum,ff.de bon.libert.Pet. Anchar.conſi.80.Retento ordine.n.7.Io.de Imol. conſ.145.nu.2 Io.de Anan.conſi.27.Viſo caſu. nu. 6.in fin. Abb. conſi. 37. arbitror in prin. ver. ſed iſte intellectus,lib.2.

2 Et abſurdum eſſet ſi licitum eſſet ſupplicare à ſententia Papæ,& Imperatoris, prout licet, non autem à ſententia Iudicis mercatoris,Io. de Imola.d.conſi.145. nu.2.

3 Et verba legis,licet de futuro ſint intelligenda quando ſunt ſubiunctiui præteriti, & futuri temporis,ſi tamen abſurdum ſequitur, quod inæqualitas laborantium in Eccleſia Dei inducereтur inter æquales, important præteritum, & futurum, Roman. conſil. 333. Quoad primum, numer. 5. vbi apoſtil.

4 Et ſoluere debens decimam agnorum.licet debeat eam ſtatim agno nato, tamen debet lactari per aliquot dies,ne pereat, vt tollatur abſurditas,quod ſolutio eſſet inutilis, vel parum vtilis.Oldrad.conſi.236.nu.2. ver. Si vero illud non cognoſcatur.

5 Amplia,quia licet appellatione hœredum veniant hœredes extranei, tamen ſecus eſt ſi ſequeretur abſurdum, quia intelligitur de deſcendentibus. Caſtrenſ. conſil. 453. Ego Paulus,ver. tertius,lib.2.

6 Amplia quod in omni quantumcumque plena, & generali poteſtate attributa,ſemper ſubauditur, dummodo,ne quid turpe, vel illicitum, & abſurdum fiat, Lap. alleg.129.num. 4. ver.non obſtat, vbi quod etiam potius violanda eſt litera, quam quod abſurdum ſequatur,l.ſcire oportet.§. aliud, ff.de excuſat.tuto.

7 Amplia, quia, vt abſurdum euitetur repetitio fit de contentis in lege antiqua ad legem ſequentem,de eadem materia loquentem,quia tantum operatur euitatio abſurdi, quantum eadem ratio militans.Roman.conſi.345.circa primum.nu. 22. ver.Cæterum.

8 Amplia, quia valet argumentum,cauſa euitandi abſurdum.Bald.conſ.2.Verba.Statuti,nu.5.ver. Item hoc probatur.lib.1

9 Amplia in ſtatutis,quia verba,quod fratres teneantur ad debita fratris,quando eſt fugitiuus,& ſtant ad vnum panem,licet dicant de contractibus celebratis,& celebrandis, tamen intelliguntur de celebrandis poſt ſtatutum,& ante fugam,ne ſequatur abſurdum,quod poſt fugam poſſit fratres obligare, Cuman. conſil.146. Simon, & Helias,numer.2.

10 Et quod ſtatuta debeant interpretari, ne ſequatur abſurdum,& ne poſſint à ſapientibus reprehẽdi.Socin.conſ.24.Viſis ac diligenter col.2.& conſ. 63.in cauſa vertente,col.5.ver. ſtatuta autem, & conſi. 84. Viſa prœfata facti contingentia,colum. 3. ver. debent enim ſtatuta, per tex.in l.Seruius ariſto, ff. de legat. prœſtand. Roman. conſ. 399.nu.6.

11 Et de Statuto Florentiæ,quod tenens bona poſſeſſa per defunctum cenſeatur hæres, & teneatur ad debita,non habeat locum in fideicommiſſario vniuerſali poſſidente bona reſtitutioni obnoxia propter abſurdum vitandum.Caſtrenſ.conſ.55.bona de quibus,lib.1.

12 Et ſtatutum,quod reus habens cauſam à debitore, non poſſit ſe excuſare, debet intelligi ſi habet cauſam quoad bona,quæ eſſent in dominio debitoris,ſecus ſi aliter,vt tollatur abſurdum, quod tertius poſſet mitti in tenutam bonorum alterius, quæ debitor alteri nulliter vendidit. Rom. conſil. 157.nu.3.ver.Si quis dicat.

13 Et ſtatutum Florentiæ,quod loca montium ſpectent ad hæredes,vel creditores defuncti;debet intelligi,ſi erant libera defuncti, alias ſequeretur abſurdum,quod plus iuris haberet hæres, & creditor,quam defunctus.Roma.conſ.159. Super eo, in princ.

14 Et quod non ſit ſumendum argumentum à contrario ſenſu,ex quo abſurdum ſequeretur.Roma. conſ.392.Circa primum,in fin.nu.24.ver.ſupereſt ergo. & conſil.399.numer. 6. ver. iis tamen, vbi apoſtill.

15 Et ſtatutum,quod nullus poſſit rem, quam non allibrauit in extimo, petere; non habet locum ia re non ſua,ſed ſibi debita, quia alias eſſet abſurdum quod rem, non ſuam,& ex qua non percipit fructus, deberet allibrare.Roman. conſi. 485. In caſu, num.3.ver. quoad ſecundum,vbi apoſtil. in ver.abſurditas.

16 Amplia, quia verba vniuerſalia reſtringuntur ad euitandum abſurdum: ideo ſi ſtatutum dicat, quod omnes ſententiæ arbitrorum mandentur exequutioni, reſtringitur ad validas, vt tollatur abſurdum, Caſtrenſ. in l. inter omnes, numer. 4. ver. & not. hic gloſ. ff. qui ſatiſd. cogan.

17 Et verba impropriãtur,& intelliguntur eo modo,quo poſſunt ad euitandum abſurdum. Alexan. conſi.61.ſuper eo,de quo nu.4.lib.1.

18 Amplia,quia licet inſtitutio in re certa, vel in quãtitate,vel ſubſtitutio directa,quandoque trahatur ad vniuerſalem inſtitutionem, vel ſubſtitutionem, tamen ſi inducitur abſurdum, ſecus eſt, Bald. conſil. 223. Subſtitutio facta; lib. 4. per totum.

19 Amplia,quia donatio facta à marito pro equalitate dotis vxori non conſtituitur plena traditione,alias ſequeretur abſurdum, quod dos nullã afferret

Digitized by Google

afferret marito vtilitatem. Bald. conſ. 224. Si donatio propter nuptias, lib. 4.

20 Amplia, quia ad euitandum abſurdum verba impropriantur, ideo duæ negatiuę, quæ important vnam affirmatiuam, importabunt negationem duplicatam, vt tollatur abſurdum. Signor. Homod. conſ. 34. Si quæritur nunquid, ante med. Ruin. conſ. 37. num. 4. lib. 3.

21 Et verba ſtatuti impropriantur ad euitandum abſurdum. Alexan. conſ. 52. Viſo themate. num. 2. lib. 1.

22 Extende, quia multo magis verba ſecundum propriam ſignificationem intelliguntur ad vitandum abſurdum. Ruin. conſ. 37. n. 4. lib. 3.

23 Amplia, quia ſtatutum etiam correctorium extenditur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, ad tollendum abſurdum, ne proximior excludatur à perſona magis dilecta. Ruin. conſ. 37. n. 4. & ſeq. lib. 3.

24 Extende, quia abſurdum eſt, quod quis poſſit alteri concedere licentiam, quod ſit exequutor teſtamenti, & ipſemet non poſsit eſſe exequutor. Caſtrenſ. conſil. 13. Super primo dubio, in princ. lib. 1.

25 Extende, quia in caſu conuerſo abſurdum eſt, quod ſi excluditur mater, quæ eſt cauſa affinitatis, quod alij affines ex ea admittantur. Corn. conſ. 188. libro 2. Ruin. d. conſ. 37. nu. 4. lib. 3.

26 Amplia, quia ab abſurdo vitando, verba ſtatuti generaliter loquentia diſtinguuntur, ideo ſi ſtatutum diſponit, quod ſtante hęrede maſculo filia dotata non ſuccedat, intelligitur de hęrede maſculo deſcendente, non de tranſuerſali, & de quocunque, quia ſequeretur abſurdum. Caſtren. conſil. 47. Proponitur in Caſtro, libro primo, circa med.

27 Idē eſt in ſtatuto, quod ſtantibus maſculis, &c. quia intelligitur de legitimis, & naturalibus, non de arrogatis, quia licet arrogatus æqualiter ſuccedat, tamen eſt abſurdum, quod excludat feminas legitimas, & naturales. Ioann. de Anan. conſ. 37. num. 6. in fin.

28 Idem eſt in ſtatuto, quod victus victori in expenſis habeatur pro condemnato, quia intelligitur, niſi habeat iuſtam cauſam litigandi, quia alias eſſet ſtatutum abſurdum. Fulgoſ. conſil. 139. circa fin. ver. ad tertium, de ſtatuto.

29 Idem eſt in ſtatuto loquente, quod non poſsit fieri datio in ſolutum de re communi non requiſito conſorte, quia ad tollendum abſurdum reſtringitur ſtatutum ad voluntariam dationem in ſolutum, non autem ad iudicialem, & coactam. Alex. conſ. 52. num. 2. lib. 1.

30 Item licitum eſt recedere à propria ſignificatione verborum ſtatuti, ad euitandum abſurdum. Alex. conſ. 80. Viſo, & opportune, num. 8. ver. confirmantur prædicta, libro 1.

31 Et maſculinum concipit femininum ad euitandum abſurdum. Alex. conſ. 80. num. 14. lib. 1. ver. pro hoc etiam.

32 Item diſpoſita in ſtatuto, quæ cenſerentur formalia, non ſunt formalia, ſi ſequeretur abſurdum. Anchar. conſ. 159. Rationes, quæ ſuperius, in princ. ver. ſecundo hoc probatur.

33 Item ſtatutum dans certam ſolemnitatem contractibus minorum, alias ſint nulli, non habet locum in minore, qui iurauit ſe maiorem, quia præſumitur dixiſſe ad decipiendum, & abſurdum eſſet, quod ſtatutum faueret doloſis, & decipientibus. Anchar. conſ. 226. num. 5.

34 Amplia, quia abſurdum dicitur reſultare, quando diſpoſitio redderetur fruſtratoria; ideo valet argumentum ab abſurdo vitando, vt efficax ſit diſpoſitio non eluſoria. Anchar. conſ. 179. Prima facie videretur, n. 5. ver. ſaluo tamen.

35 Amplia, quia argumentum ab abſurdo admittitur etiam contra piam cauſam: ideo ſi concurrat fauor animæ ex vna, & abſurditas intellectus, puta contrarietas, vel eluſoria diſpoſitio, ceſſat cauſæ pix, & prævalet abſurditas, vt ea tollatur omnino. Card. Zabar. conſ. 49. per tot. maxime num. 3. & ſeq.

36 Item contra minorem, quia quod abſurditas euitetur, eſt de iure naturali, quod non poteſt tolli, vel mutari. Rom. conſ. 316. Circa propoſitam. num. 5. & ſeq. ver. cæterum.

37 Amplia in interpretatione gratiæ expectatiuæ. Rom. conſ. 376. num. 9.

38 Amplia, quia nulla eſt diſpoſitio tam lata, ſeu larga, quæ non reſtringatur, ſi ſequitur abſurdum. Alexan. conſ. 83. Viſa facti, num. 11. in fin. & num. 12. lib. 2. ver. iuuantur prædicta, vbi apoſtill. in ver. abſurdum.

39 Amplia, quia ad euitandum abſurdum eſt locus interpretationi, etiam ſi ſtatutum excludat omnem interpretationem. Alex. conſ. 50. num. 11. ver. etiam ex hoc colligitur, lib. 1.

40 Extende, quia ſtatutum diſponens filiam excludi a ſucceſſione, ſtantibus filijs maſculis, ſi eſt dotata intelligitur, vt excludatur ſolum à ſucceſſione eius, qui dotauit, quia abſurdum eſſet, quod pro dote vna excluderetur à ſucceſſione plurium. Petr. Anchar. conſ. 80. n. 6. & 7.

41 Extende, quia in vltima voluntate interpretatio fieri ſic debet, vt vitetur abſurdū. Abb. conſ. 37. Arbitror, in prin. ver. ſed iſte intellectus, lib. 2.

42 Et non ſolum interpretatio reijcitur, quę abſurdum inducit, ſed imo interpretatio, quæ facit ceſſare abſurdum admitti debet. Abb. conſil. 78. col. 2. ver. præterea, & ſecundo, lib. 2.

43 Limita, quia abſurdum, & iniquum non dicitur & ſi dici poteſt, tolleratur, quod pars, in cuius facultate erat, voluit ſic facere. Caſtrenſ. conſ. 153. ſuper primo, col. 2. circa fi. ver. ſed ſi ita dicimus, lib. 1. allegat. l. cum Pater. §. Titio. ff. de leg. 2. ibi, ſed iniquitatem occurrere.

Abundans cautela non nocet. Concluſ. LXVII.

1 ABVNDANS cautela non nocet. l. teſtamentum. C. de teſtam. & hanc eſſe iuris regulam dicit Rom. conſ. 343. Ex propoſito. n. 7.

2 Amplia, quia citatio non neceſſaria, ſi fiat vna die pro alia, & actus expediatur alio die, quam citationis, ſubſtinetur, quando ſine citatione poterat fieri, quia quæ abundant non vitiant. l. 3. §. penul. vbi gloſ. ff. de bono. poſſeſſ. Bart. in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. infra num. 22.

3 Amplia, vt actus, qui non eſt de ſubſtantia, prout eſt cauſa in appellatione à diffinitiua, non debet vitiare appellationem, ſi adijciatur. Lap. alleg. 6. in fin.

4 Amplia in titulis ſuperfluis, nam ſi quis facit

actum, vt adminiſtrator Epiſcopatus, licet exprimat in conceſſione talis Dux, Archiepiſcopus, &c. illi tituli abundantes ſtant demonſtratiue, & non vitiant. Roman. conſ. 343. num. 6. & 7.

5 Amplia, vt procedat etiam, ſi id, quod abundat non eſt ſolemniter factum, ſed nullum, quia non vitiat. Feder. de Sen. conſ. 211. col. 3. in princ. ver. reſtat ergo reſpondere: vbi, quod quando Iudex poteſt procedere ad exequutionem ſine ſententia, ſi feratur ſententia, quę non ſit lecta, vel non lata in ſcriptis, non eſt nulla.

6 Amplia, quia ſi fiat demonſtratio rei, vel perſonę per continia, vel demonſtrationes tres, cum duę ſufficiant, licet tertia abundans ſit falſa, non vitiat. Roman. d. conſ. 343. num. 7.

7 Amplia in iudiciis, quia id, quod fit ex abundanti, licet fiat inepte non vitiat, vt in libello, in cauſa ſummaria, quia ex quo non requiritur, ſi fiat inepte non vitiat. Iaſ. in l. vinum, num. 33. ver. primo habes. col. penul. ff. ſi cert. petat. vbi multa ſimilia. Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in ver. & figura. num. 8. vbi concluſio in petitione, in cauſa ſummaria non requiritur, ergo ſi concluſio inepta ponatur, non vitiat. Angel. Aretin. conſ. 100. n. 9.

8 Extende, quia ſi offeratur libellus minus legitimus in cauſa, in qua non requiritur libellus, non vitiat. Roman. conſil. 497. dubitatur, numero 6.

9 Extende in libello, quia libellus habens clauſulam abundantem, ex qua reſultat ineptitudo, ſi ſine tali clauſula libellus poteſt eſſe aptus, ſuſtinetur. Signorol. conſil. 41. Omiſſa narratione, in princ.

10 Extende in inquiſitione criminali, quę non eſt neceſſaria, vt quia Iudex libero arbitrio poteſt punire; ſi tamen formatur inquiſitio, non habens requiſita, non vitiat. Soci. conſ. 188. Viſa bulla, in fin. num. 10. lib. 2.

11 Amplia in probatione ſuperflua, quæ licet ſit nulla, tamen non vitiat. Bald. conſ. 28. nu. 2. ver. item in depoſito, lib. 1.

12 Extende in teſtibus, vel alia ſolemnitate non neceſſaria, quia ſi adhibeantur minus legitimi, & inhabiles actus non vitiatur. Roman. conſ. 497. nu. 7. ver. ad idem.

13 Extende idem, ſi fuerunt examinati minus legitime; puta, ab officiali, qui non eſt Notarius, quia ſi abundant, non nocet iudicio valido ſine iſtis teſtibus. Alexand. conſil. 120. Viſo proceſſu, num. 5. ver. tamen iſtis non obſtantibus, libro 7.

14 Amplia in extraiudicialibus, quia actus, qui potuit expediri ſine preſentia Iudicis, ſi fiat in preſentia Iudicis, & minus ſolemniter valet. Iaſ. in l. vinum. num. 33. ver. ſecundo confirmo. ff. ſi cert. petat.

15 Extende, quia in iis, in quibus decretum Iudicis non eſt neceſſarium, ſi interponatur à Iudice incompetenti, non vitiat. Signorol. conſ. 227. num. 2. ver. hęc reſponſio.

16 Extende, etiam ſi Iudex ſit incompetens, quia valet confeſſio Clerici coram Iudice ſeculari, non tanquam probatio, ſed tanquam confeſſio extraiudicialis. Calder. conſ. 126. n. 3. ver. nunc reſtat videre, vſque in fi.

17 Amplia in eo, qui propria authoritate poteſt ex conuentione capere poſſeſſionem rei, quia ſi cepit iudicialiter, & minus legitime valet. Bald. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in 6. colum. ver. ſed dubitatur, ſi poſſum ingredi. ff. de offic. proconſul. quem ſequitur Iaſ. in dicta l. vinum. numero 33. ver. ſecundo confirmo. ff. ſi cert. petat.

18 Extende, quia authoritas Iudicis defectiua non vitiat poſſeſſionem captam, quę propria authoritate ſine Iudice poterat capi. Ancharan. conſ. 363. in fin. allegat ita conſuluiſſe Iacob. Mareſcalcum eximium Doctorem.

19 Idem in authoritate Patris, vel Aui ſuperabundante in aditione filij, quæ non vitat, niſi adfit error in adeunte. Roman. dicto conſ. 52. nu. 9. & 10. ver. ceterum.

20 Amplia in teſtamento militis, quia ſi non requirantur teſtes, & adhibeat non idoneos, non vitiatur teſtamentum. Iaſ. in d. l. vinum. num. 33. in fin. ver. tertio confirmo. ff. ſi cert. petat.

21 Amplia in depoſito nulliter facto, in caſu, in quo ſola oblatio verbalis ſufficit, quia non vitiat, ex quo abundat. Crauet. conſ. 331. n. 15.

22 Amplia in citatione partis, quia vbicunque non eſt neceſſaria citatio, ſi fiat, & nulliter fiat, non propterea actus redditur nullus. Marſil. in l. de vnoquoque. num. 42. ver. iſtud tamen. ff. de re iud. vbi multos allegat Roman. conſil. 497. Diligenter. numero 5. & 6. ver. tertio etiam poteſt, vbi plena apoſtill. in ver. non vitiat, dat concord.

23 Extende in iudicio agitato cum maiore, qui comparuit cum curatore, quia licet curator ſit nulliter datus, ex quo maiori dari non potuit, tamen valet iudicium, ſi ipſe, qui erat maior comparuit, quia abundat cura nulliter data. Signorol. conſil. 238. col. 2. ver. ſed prædictis circumſcriptis, vbi dat regulam, quod actus perſonæ cum vitio interuenientis, non vitiat actum ſine vitio intenuementis. l. fin. C. de tutel.

24 Extende, quia licet citatio ad ſententiam requirat peremptorium de iure communi, alias eſt nulla; tamen ſi nulliter citatus compareat, & eſt præſens in iudicio tempore ſententię, conualidatur ſententia, quia præſens non citatur. Alexan. conſ. 213. Viſo proceſſu, in princip. ver. non obſtat etiam quarta, cum ſequen. lib. 2. vbi num. 3. ver. pro quo etiam dicit, quod iſto caſu præſumitur preſens ex iſta cauſa.

25 Et idem in citatione facta nulliter ſine commiſſione Iudicis, quia ſi pars citata comparet, & eſt præſens in iudicio conualidatur, quia non eſt neceſſaria, & abundat. Alexan. dicto conſil. 123. num. 3. in fin. ver. & poſito, quod iſta citatio, lib. 2.

26 Et generaliter, quod omne vitium citationis tollatur, & purgetur per citati comparitionem. plene Tiraquell. de retract. lignag. §. nono, gloſſ. ſecunda, numero 17. cum ſequen. verſic. ſed illud eſt.

27 Declara, ſeu reſtringe, niſi comparens eſſet ibi ad effectum impugnandi, & impugnaret ſententiam, vel ex alia cauſa.

Vide. Preſentia in iudicio ad vnum finem, an præiudicet ad alium finem. Conc. 604. n. 23. & ſeq.

28 Amplia in inſtrumento probando falſo, quia teſtes inſtrumentarij ſuperabundantes non vitiant inſtrumentum, licet dicant ſingulariter contra inſtrumentum, videlicet non vidiſſe,

non

non interfuiſſe, vel quid ſimile, quando fama bona Notarij, ſubeſt, & alius numerus teſtium ſufficiens remanet, etiam ſi alij mortui ſint. Bald. conſ. 37. Quidam tabellio, per totum, lib. 1. ſecus inquit ſi deponerent contextualiter contra inſtrumentum, videlicet, quod non fuerit celebratum ipſis præſentibus.

29 Amplia in donatione inter perſonas prohibitas, quæ valet, ſi interuenit traditio, & confirmatur morte donantis, etiam ſi ſit facta propter merita, quę non probantur, vel non ſunt vera, quia licet non valeat inter perſonas prohibitas, niſi merita probentur: tamen intelligitur, niſi morte confirmetur, quia expreſsio meritorum non neceſſaria, ſed abundans, licet non probetur, non tamen vitiat, quin confirmetur morte. Ang. Aret. conſ. 100. In caſu prædicto, in princ. maxime nu. 8. & ſeq.

30 Amplia in abſolutione à iuramento defuncti, quia cum tale iuramentum, quoad animam non liget hęredem, ideo non tenetur petere abſolutionem; ſi tamen petat non ſibi præiudicat, quia abundans cautela non nocet. Pariſ. conſ. 75. num. 23. & ſeq. lib. 3.

31 Amplia in ſententia interlocutoria, quę non fertur in ſcriptis, prout diffinitiua, neque continet relationem actorum, vt per Corne. conſ. 262. Pro euidentia, num. 2. libro 4. Si tamen eſt in ſcriptis lata, & cum relatione actorum viſis, &c. non vitiatur, quia abundans cautela, &c. Corn. * dicto conſilio 262. numero 6. libro 4. vbi dicit * communem.

32 Extende, quia ſententia non vitiatur, ſi cauſæ veræ adijciatur cauſa falſa abundans. Rom conſ. 343. ex propoſito, num. 8.

33 Amplia in ſolemnitate non neceſſaria, quia ſi adhibeatur, & nulliter, non vitiat. Put. deciſ. 344. num. 5. lib. 2.

34 Amplia, quia ſicut omiſſio valoris non vitiat gratiam, motu proprio factam, de prouiſione beneficij: ita expreſſio valoris inepta, vel falſa, aut ſuperflua non vitiabit gratiam. Anchar. conſil. 295. Pro clariori, numero 9. & numero 13. vbi late.

35 Amplia in citatione infantis filij familias, quia licet ipſe citari non poſſit, ſed pater eius, tanquam Pater, & legitimus adminiſtrator; ſi tamen ex abundanti citetur ipſe, & Pater tanquam Pater, & legitimus adminiſtrator, non vitiatur citatio. glo. in §. multis. §. tranſitu. inſtitut. de libert. Dec. conſ. 163. col. 6. in princ. Alex. in l. 1. col. 5. ff. de iuriſd. omn. Iudic. facit Socin. conſ. 99. & conſ. 101. lib. 4.

36 Limita, niſi id, quod abundat per errorem, loco neceſſarij, & requiſiti ſit appoſitum, quia tunc vitiatur tota diſpoſitio. Petr. de Ancharan. conſ. 1. per totum, vbi, quod arbiter habens facultatem arbitrandi, ſub pœna partibus applicanda, ſi laudauit applicando pœnam Fiſco, non valet ſententia in aliquo, quia applicatio facta Fiſco, non abundat, ſed per errorem eſt facta loco partium, maxime quando conſtat, quod vigore laudi ita laudauit, quia repugnat poteſtas voluntati.

37 Et idem in adeunte, cum authoritate eius, cuius non intereſt, quia non vitiatur, niſi nomine eius, qui authoritatem interponit aditio fieret, quia tunc error vitiat. Roman. conſil. 512. Quoad primum. num. 10. ver. nec refragatur.

38 Limita in dilatione, quę debet eſſe competens etiam ſi aſſignetur in caſu, in quo non debebat aſſignari. Calder. conſi. 134. alias 2. de dilatio.

39 Limita in libello, quia licet cauſa non ſit exprimenda; ſi tamen exprimitur inepta, vitiatur libellus. Bald. conſ. 472. Statuto communis, nu. 5. in fin. lib. 1. & conſil. 320. Relicti fuerunt, circa fin. lib. 2. vbi, quod expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

40 Extende, vt idem ſit in ſuſpitione Iudicis allegata, quia licet non debeat exprimi de neceſſitate; ſi tamen exprimatur, & inepte, vitiatur allegatio. Bald. dicto conſil. 472. numer. 5. in fin. libro 1.

41 Limita in pacto nudo liberatorio, in quo licet cauſa non ſit exprimenda; ſi tamen exprimatur, & ſit erronea, ſeu falſa, vitiatur pactum nudum. Bald. conſ. 189. Creditor cum filio, in fi. lib. 2. Iaſ. in l. creditori, in princ. C. de pact.

42 Limita, quia licet ea, quæ abundant non vitiant; tamen omittenda ſunt ea, quę non ſunt neceſſaria; ideo interrogatio fieri non debet, quæ non releuat. Dinus conſil. 23. Super quęſtione. num. 7.

43 Limita in contractu ſuſpecto, quia abundantes cautelæ augent ſuſpicionem. Tiber. Decian. conſ. 32. num. 65. lib. 3. Ancharan. conſil. 157. Ex ordine, in fin.

Vide. Cautelę quando noceant, vel iuuent, & illis vtendum ſit. Concluſ. 162.

44 Limita, quia licet hęres poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem hæreditatis; ſi tamen adit Iudicem, vt aſſociet eum, licet non requiratur citatio alicuius perſonę, tamen requiritur, quod Iudici conſtet eſſe hęredem, & conſtet in actis, alias poſſeſsio eſſet nulla. Bartol. conſil. 82. Quęſtio commiſſa, col. 1. ver. aut dicemus, lib. 2. quod eſt Collegij Piſani.

45 Sic dicimus in emphyteuta, & conductore, qui finita locatione poſſunt expelli propria authoritate; ſi tamen dominus adeat Iudicem, vt aſſocier, debet Iudici conſtare, quod ſit facta locatio, & finita.

46 Limita multis caſibus, quia habens pactum exequutiuum capiendi propria authoritate poſſeſsionem rei, adueniente caſu conuento, ſi adeat Iudicem, non poteſt poſtea propria authoritate capere. Neguſ. de pignor. in quarta parte, num. 25.

47 Extende, quia is, qui poteſt agere via exequutiua, ſi intentat iudicium ordinarium, non poteſt reuerti ad viam exequutiuam, quia ſibi prę-iudicat.

Vide. Exequutiuum iudicium differt ab ordinario in multis. Concluſione 470. numero 15. & ſequen.

48 Extende regulariter, quia via, quam elegiſti tibi pateat.

Vide. Eligens vnam actionem, quando alteri renunciare videatur. Concl. 105.

49 Limita, quia licet in cauſa ſummaria non requiratur libellus, vel accuſatio ſolemnis, ſed qualis qualis petitio. clement. ſæpe, de verborum ſignification. Tamen in accuſatione, in crimine lęſæ maieſtatis, in qua poteſt procedi ſummarie, & de plano per accuſationem, & inquiſitionem, debet accuſatio, & inquiſitio eſſe apta,

& ſolemnis, & inepta vitiat, ne poſſit procedi, quia illa verba, per inquiſitionem, & accuſationem, debent intelligi de valida. Bart. plene in extraug. ad reprimendum, in ver. per inquiſitionem. nu. 27. ver. ſed quæro.

Vide. Actus inutilis quandoque producitur à iure. Concl. 146.

Vide. Cauſæ plures, quando plures operentur effectus, vel non. Concl. 145.

Vide. Superfluitas verborum in interpretatione non admittitur. Concluſ. 896.

Abundare in cautelis, quando ſit neceſſe. Concluſ. LXVIII.

1 IN caſibus dubijs, an actus requirat certam ſolemnitatem, vel non ex abundanti, debet illa ſolemnitas adhiberi, ad tollendum dubiũ. Ita Guidopap. deciſ. 149. ſecunda concluſio, circa fi. vbi, quod ſi eſt opinio diſputabilis, quod aliquid ſit neceſſarium, vel non, cautius eſt illud adhibere, licet non ſit neceſſarium, ad tollendas diſputationes.

2 Subhaſtatio rerum minoris alienandarum, debet fieri in loco domicilij minoris. l. magis. §. illud ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cura, ſed ſi res eſt extra domicilium minoris in alio territorio, videtur, quod fieri debeat in loco rei ſitæ. l. ſi prędium. C. de pręd. & alijs rebus minor. Tamen quia res eſt dubia, an ſufficiat in vno loco, cautela datur ex neceſſitate, quod fiat in vtroque loco. Cald. conſ. 277. alias 1. de empt. & vendit.

3 Diſpenſatio inter contrahentes matrimonium inter quos eſt dubium de cognatione ſpirituali debet adhiberi etiam ſi de iure poſſet teneri, quod cognatio non ſit contracta propter defectum intentionis. Gemin. conſ. 130. quoad delictum maxime in fin.

4 Regulariter vbi agitur de timore peccati in dubio ad ſe eximendum à peccato, datur cautela, quod potius præſumatur peccatum, ad illud tollendum, quam alias. cap. iuuenis, de ſponſalib.

Acceptatio quid ſit, & a quo fieri poſsit. Concluſ. LXIX.

1 ACCEPTATIO eſt actus nudi facti, & ideo poteſt fieri acceptatio benef. etiam per excommunicatum. Zabarell. conſ. 103. col. fi. nu. 9. & conſ. 104. num. 1.

2 Actus legitimus dicitur acceptatio, ideo non recipit conditionem. Zabarell. conſ. 103. n. 8. ver. ad ſecundum.

3 Acceptatio beneficij facta per laicum Procuratorio nomine valet, quia non reperitur laicus prohibitus. Cald. conſ. 222. alias 1. de præben.

4 Et quod poſſit fieri acceptatio per procuratorem expectantis, tenet Anchar. conſ. 413. nu. 4. & dicit, quod debet eſſe certa.

5 Amplia, quia poteſt fieri per excommunicatum, quia acceptatio eſt nudi facti. Zabarell. conſ. 103. num. 9.

Acceptatio debet expreſſe fieri, & quando ſecus. Concl. LXX.

1 ACCEPTATIO beneficij non dicitur facta, nec valet ſi exequutor aſſignauit præbendam procuratori, qui non declarauit acceptare, licet petierit ſibi tradi inſtrumentum aſſignationis. Calder. conſ. 223. alias 2. de præben. vbi multa ſimilia ponit.

2 Amplia, quia nedum debet eſſe expreſſa, ſed etiam debet eſſe certa. Ideo acceptatio generalis, & incerta non releuat, nec facit, quod currat menſis, quia ignorans vacationem non poteſt acceptare, ſicut neq. conferre. Anchconſ. 413. vltra rationes, per totum.

Vide. Expreſſum vbi requiritur, non ſufficit tacitum, neque præſumptum. Concl. 650.

3 Amplia, quia debet eſſe certa, & ſpecialis. Anchar. conſ. 413, vltra rationes, per totum. Zabarell. conſ. 99. per totum.

4 Limita in fauorabilibus, & ijs, quę ſunt appetibilia, quia ſufficit ſcientia, vt quis dicatur acceptaſſe, & conſentire. Iaſ. in l. quę dotis. ff. ſolut. matrim. n. 7. ver. ſecundus caſus.

Vide. Scientia, & patientia. Concluſ. 59.

5 Extende, quia Donatarius dicitur acceptare donationem, eo ipſo, quod ſcit, & non contradicit. Ita vt ius in eum dicatur tranſlatum irreuocabiliter, ſi donatio eſt irreuocabilis. Crauett. conſ. 261. n. 5. Deci. in reg. ſemper, qui non prohibet. ff. de reg. iur. Roland. à Valle conſ. 18. num. 34. lib. 1. cum ſeq. pleniſs. Guidop. conſ. 23. n. 11. & ſequen. ver. & ſi opponatur, vbi reſtringit niſi conſtaret, quod donans velit certiorari de acceptatione expreſſa.

6 Extende in marito acquirente pro ſe, & vxore, quia eo ipſo, quod ſciuit vxor, dicitur acceptaſſe. Dec. conſ. 58. pro tenui num. 2. ver. ex eo ſequitur Roland. à Valle conſ. 4. nu. 28. & ſeq. lib. 2. Burſat. conſ. 118. num. 4. & ſequen. plene Crauett. conſil. 261. num. 5.

7 Extende in emptione facta à Tertio ſuo, & nomine Titij, quia ſi Titius ſciuit, præſumitur acceptaſſe, ſeu ratum habuiſſe, etiam quocumque modo ſciuerit. Rolend. à Valle conſ. 4. num. 28. lib. 2. vbi quod ſcientia preſumitur in vicinis, vel ſimul habitantibus, & ad omnia prędicta allegat. Guidopap. conſilio 23. col. 8. verſic. & ſi opponatur.

8 Extende generaliter, quia legitimatus cenſetur conſentire legitimationi. Bald. conſ. 146. Titulus Principis. nu. 8. lib. 1.

Vide. Conſenſus tacitus, & ſcientia reſultans, quando ſufficiat. Concl. 747.

Vide. Conſenſus expreſſus requiritur multis caſibus. Concluſ. 746.

Acceptatio quale ius conferat expectanti. Concl. LXXI.

1 EXPECTANS ad beneficium, quod duxerit acceptandum, per acceptationem beneficij vacantis, acquirit ius ad rem. Gemin. conſ.

Digitized by Google

conſ.103. num.7.ver.non obſtat ſi dicatur.

2 Et æquiparatur acceptatio electioni,ideo debet eſſe circa,& non generalis,prout electio. Anchar. conſi.413.vltra rationes per totum,& nu.3.

Acceptandi tempus quãdo incipiat currere expectantibus. Concluſ.LXXII.

1 ACCEPTATIONIS tempus præfixum expectantibus currit à tempore notæ vacationis in Eccleſia,Oldrad.conſi.198.circa primum,n. 7.ver.ad quartum.

2 Amplia in tantũ,vt poſt menſem præfixum à die notæ vacationis expectans in forma pauperum, non poſſit acceptare etiam ſi beneficium vacat de iure tantũ.Oldrad.conſi.282.in fi. ver.quartũ.

3 Amplia idẽ in quolibet expectãte in genere,quia beneficium debet acceptare à die notæ vacationis infra tempus ſibi præfixum.Lap.allegat.85. n. 9.ver.ſed quæro quando.

4 Et acceptatio debet eſſe certa, & ſpecialis,non autem generica,& incerta,quia non poteſt cadere acceptatio,neque collatio in ignorante. Anchar. conſi.413.vltra rationes,per tot. vbi quod ſi non fiat expreſſa,& à certo non valet. Zabarel. conſi. 99. per totum,vbi latiſſime,quod menſis non currit,niſi à die acceptationis,ſpecialis,non autem generalis ſufficit.

5 Amplia,quia poſt acceptationem certam currit menſis expectanti ad faciendum, ſibi prouideri . Anchar. conſil. 413. numer. 3. in fin. & numer.4.

6 Reſtringe,quia menſis non currit ad faciendũ ſi bi prouidere à die acceptationis incertæ,& generalis.Anchar.d.conſi.413.nu.3.& ſeq. Zabarel. d. conſi.99.vbi multa.

7 Declara,quia menſis datus ad ſibi faciendũ prouideri à die acceptationis intelligitur,vt dies termini non cadat in termino,& ſic dies acceptationis non computatur in menſe dato. Anchar. dict. conſil.413.in fin.

Acceptilatio multiplex , & quid operetur . Concluſ. LXXIII.

1 ACCEPTILATIO multiplex,quia aliquã do fit pure,aliquando ſub conditione.

2 Conditionalis acceptilatio , videlicet ſub conditione fieri non poteſt,l.4.ff.de acceptilat.Sed bene poteſt fieri acceptilatio de debito conditionali,& extituro. Bald.in l.ſi quis à certo,ver. opponitur,quod acceptilatio,ff.de condi.ob cauſ. Dec. in l.actus legitimi.ff. de reg.iur.

3 Conditionalis dicitur pura , quando ius competit de præſenti facienti acceptilationem.Signo. conſil. 188. numer. 15. ver. Vnum nolo omittere.l.ſi ſub conditione.ff.de acceptil.

4 Et in acceptilatione poteſt deduci ius competens,ſine actione, ſiue proſequutione , ſiue officio Iudicis. §. Item per acceptilationem inſtit. quib. mod.tollitur obligatio.

5 Fieri non poteſt.niſi per illum,qui habet ius illud acceptilatum,vel petitionem ad illud.Signor. d.cõſi.188.numer.16. & vbi non eſt debitum , vel actio,vel officium Iudicis,non poteſt acceptilatio fieri.l.per iuſiurandum.§.ſi legatorum, & in l. niſi conſentiat.ff.de acceptilatio.

6 Et licet acceptilatio præſupponat obligationem, & ſic ius acceptilatum præexiſtere, tamen procedit etiam ſi ſit in potentia , & fieri. l. ſi ſub conditione,& ibi Bart.& Caſtrenſ.Imol. & alij.ff. de ſolutio.

7 Operatur acceptilatio facta per eum , qui poteſt eſſe hæres,vt inducatur aditio,& ceſſet ius accreſcendi.Signor.d.conſi. 188.nu.16.ver.cum igitur,plenius,conſi. 165.nu.10.& ſeq.

8 Extende,quia operatur traditionem ei, in quo. acceptilatur,videlicet ad eius fauorem,cui fit acceptilatio.Signorol.d.conſi.188.n.17.plenius.165 nu.10.& ſeq.maxime nu.30.

9 Extende,quia acceptilatio à debitore dotis facta per maritum inducit liberationẽ, quaſi maritus accepto ferens videatur tradidiſſe , & donaſſe debitori.l.à viro.ff.de iur. dot. & ipſe tenetur ad dotem acceptilatam.

10 Extende,quia licet renunciatio habeat effectum ſubſiſtentem cauſa renunciationis tantum, ſi tamen interuenit etiam acceptilatio perpetuo excluditur is;qui per acceptilationem renunciauit.Roman.conſil.22.nu.3.ver.propoſita ergo.

11 Liberationem inducit acceptilatio.l. 1.ff.de acceptilatio.quod intellige in iis,quæ verbis ſunt inducta in obligatione.Roma,conſi. 209. pro verificatione.nu.2.

12 Et quod plene liberet acceptilatio. Vide.Solutioextinguit obligationẽ.Cõc.140.n.16.

13 Imo,quod acceptilatio ita inducat liberationẽ, vt ſicut ſolutione eius,quod debetur, tollitur omnis obligatio,ita etiam acceptilatione. Rom.cõſi. 46.in prin.ver.aut enim.

14 Si vero obligatio non verbis , ſed rebus conſiſtat,& contracta ſit acceptilatio non liberat ipſo iure,ſed ope exceptionis.l.ſi acceptilatũ.ff. de acceptilatio. Et idem in iis, quæ iure gentium debentur,vt per Galiaul. in repet.rubr.ff.de verbor. obliga.nu.149.

15 Declara quia,acceptilatio liberat,ſicut ſolutio, ſi fiat à creditore,ſecus ſi à Procuratore,vel ab eo, qui habet mãdatũ à lege,vel homine,prout ſocius, & correus , quia liberat à toto ſi facit acceptilationem in contractu verbis celebrato , in contractu recontracto , liberat ſolum à parte ſua , quia tranſit in pactum de non petendo.Roma.d. conſil. 209.per totum.

16 Declara,niſi adſit aquiliana ſtipulatio, quia tũc liberat ipſo iure indiſtinctẽ,idem Lancell.Galiaula d. repet.rubr.ff.de verb.obliga.n.149.& ſeq. vbi plura de effectu acceptilationis.

17 Item operatur acceptilatio, quod nõ poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.Roma cõſi. 46.nu.2.vbi Apoſtill. allegat Bart.in l. ſi ex pluribus,in princ.ff.de verbor.obliga.

18 Acceptilatio fit mediante ſtipulatione aquiliana , & iſta liberat ipſo iure ab omni obligatione. Ideo ponitur illa clauſula,videlicet , liberarunt ſe inuicem,per aquilianam ſtipulationem præcedentem,& acceptilationem ſubſequentem , de qua in l.actione.C.de tranſact.Galiaula,in repet.rub. ff. de verb.oblig.nu.149. vbi plura.

19 Plus operatur acceptilatio,quam pactum de nõ petendo , quia remiſſio per pactum non habet

vim

vim solutionis: prout acceptilatio. Bart. & alij per illum text. in l. si. marito. §. si pater. ff. solut. matrimonio, vbi maxime Castren. num. 3. declarat, & quod acceptilatio habeat vim solutionis. Bart. in l. 3. §. nunc de effectu. num. 4. & ibi etiam gloss. ff. de liber. legat. Doctor. in l. cum Aquiliana. ff. de transaction. Roman. consil. 46. in principio: vbi quod ita liberat acceptilatio, vt solutio.

20 Si tamen pactum de non petendo esset impersonaliter conceptum, tunc idem operatur, quod acceptilatio. Castren. d. l. si marito. §. 1. ff. solut. matrim.

21 Dicas, quod acceptilatio ita liberat ipso iure, sicut solutio, quando facta est præcedente Aquiliana stipulatione, secus si sine Aquiliana stipulatione, quia liberat ope exceptionis. Galiaula d. rub. ff. de verb. oblig. n. 149.

Acceptilatio quid sit, & an probet veram solutionem. Concluſ. LXXIV.

1 ACCEPTILATIO est confessio de recepto, quæ non probat veram numerationem Bar in l. 1. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. quem sequitur Bal. in rubr. C. eod. tit. vbi, quod per acceptilationem, seu confessionem de recepto non tollitur actio naturalis competens, nisi per exceptionem. Idem Bald. in l si. C. de compensat. Socin. in l. Iulianus, la 1. ff. de condit. & demonstr. in principio: vbi, quod qui acceptilationem facit, non dicitur dare, & aliud est dare, aliud remittere, & facilius quis remittit, quam det. Cumani. cons. 24. Testator filio, in principio, & num. 3. vbi, quod aliud est confiteri habuisse, aliud acceptum habere, quod est Cumani, Christophori de Castilliono, Prosdocimi de Comitibus, & Andrici de Alano.

2 Adde, quia confessio, & liberatio facta, quia dicit liberans se fuisse satisfactum, & quia habuit, dicitur repugnantiam continere, si dicat, quod propterea liberat per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem. Angel. d. cons. 189. in fi.

3 Qualiter autem fiat acceptilatio per Aquilianam stipulationem est tex. in l. & vna. §. eius. ff. de acceptilation. Angel. cons. 189. Anno ab eius natiuitate, vbi in fi. quod non cõtinet conditionalia, nisi fiat expressa de eis mentio, & quod per Aquilianam stipulationem, ab Aquilio inuentam, deducatur omnis obligatio, & per acceptilationẽ tollatur præcedente Aquiliana stipulat. est tex. in §. 1. instit. quib. mod. toll. obl. & in l. actione. C. de transactio. & propterea clausula de stylo introducta est, quod per Aquilianam stipulationem præcedentem, & acceptilationem sebsequentem tollitur omnis obligatio. Galiaula in repet. rubr. ff. de ver. oblig. num. 149.

4 Amplia, vt idem sit in confessione de recepto simpliciter facta etiam si dicat, quod confitetur habuisse, & recepisse à tali dante, & actualiter soluente, quia cum possint omnia referri ad præteritum, non probatur vera numeratio, vel solutio. Bart. in l. si ex cautione, in secunda lectur. C. de non numerat. pecun. Bald. in l. si ex pretio, eod. tit. Iaſ. in l. singularia. num. 49. ver. quarto limita. ff. de iureiur. Aret. instit. de litter. oblig. num. 8. ver. quid si in instrumento. Felin. in cap. si cautio. numero 52. ver, modo dicta regula, de fide instrumentorum.

Vide plenius. Confessio de recepto non probat veram numerationem. Concl. 655.

5 Amplia, vt idem sit in compensatione, quę non probat veram solutionem, sed fictam, tamen etiam quando pecunia est parata solutioni, probat. l. Iulianus. l. a 1. ff. de condit. & demonstr. vbi Bar. Castren. Socin. & alij, quia aliud est dare, aliud remittere, vel compensare.

Vide. Compensatio, an sit solutio vera, vel ficta. Concluſ. 488.

6 Amplia in tantum acceptilationem nudam non probare veram solutionem, vt si fiat de debito liquido censeatur donatio, quę indiget insinuatione. Comman. d. cons. 24. in principio, & idem tenet Lancellott. Galiaula in repet. rubr. ff. de ver. obligat; num. 149. & seq. vbi pro vtraque parte, & quòd indigeat insinuatione, quia in dubio potius secundum substantiã, vt acceptum ferat, quam vt probetur numeratio. Socin. cons. 92. Viso instrumento in fi. lib. 4.

7 Declara, vt per Socin. consil. 159. versic. & ex prædictis, libro 2. vt procedat donatio inducta ex acceptilatione nisi cesset causa, vel probetur error.

8 Extẽde quia si maritus accepto tulit dotẽ à debitore vxoris. fingitur dotẽ recepisse, & dono tradidisse debitori. Ideo tenetur vxori. l. vir ab eo, & in l. à viro. ff. de iur. dot. vbi Odofred. Bald. & alij. Ruin. consil. 133. nu. 4. & seq. vers. secundo modo. lib. 4. vbi idem dicit in pacto de non petendo, & infra num. 14.

9 Declara, vt procedat, quãdo maritus sine iussu vxoris fecit acceptilationem, secus si iussu vxoris quia tũc cedẽdo iura liberatur. Bal. & alij. d. l. à viro. ff. de iur. dot. & in l debitores cũ l. sane. ff. eod.

10 Amplia, quia acceptilatio non tollit errorem, quia potest rescindi, si sine causa fiat. Socin cons. 159. num. 23. lib. 2.

11 Limita, nisi Notarius attestaretur. quod habuerit in præsentia sua, quia tunc probatur vera solutio, & vera numeratio, vt per Bart. in d. l. si ex cautione. C. de non numerat. pecun. & alios supra allegatos, etiam si deinde apponeretur acceptilatio, quia ea censetur de stylo Notarij. Barbat. in addit. ad Bald. in rub. de reuoc. ijs, quę in fraudem C. in ver. Indicia.

Vide plenius. Confessio de recepto non probat veram solutionem, & quando secus. Concl. 655.

12 Limita, nisi res, quã quis cõfitetur recepisse, vel tradidisse esset præsens in loco, vt possessio rei, pecunia, & similia, tunc enim propter præsentiã rei præsumitur vera numeratio, vel traditio, vt per Bart. & alios in l. prædia. ff. de acquir possess. licet Socin. in l. Iulianus, la 1. ff. de condit. & demonstr. in princ. ver. sed aduerte, videatur velle, quod præsentia rei requiratur solum in specie, non in quantitate, & sic quoad pecuniam non requiratur præsentia.

Vide. Dare, importat dominium transferre. Concluſ. 56

13 Limita in dote quando præcedit promissio, quia per acceptilationem, seu confessionem de recepto probatur vera numeratio, etiam in præjudicium terti; Affict. decis. 402. per totam. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. nu. 81. & seq.

Et

14 Et quod ſit ſpeciale in dote, quod acceptilatio habet vim naturalis ſolutionis, quoad repetitionem, & exactionem à marito, qui accepto tulit. Bald.in l. penul.§.ſi.vir.ff.ſolut.matri. vbi Angel. & ſup.nu.8.& 9.

15 Limita,quia licet acceptilatio non probet verã ſolutionem,ſeu numerationem, probat tamen fictam,& ſic habet effectum ſolutionis quoad liberationem in præiudicium confitentis.Socin.dict.l. Iulianus,la prima.ff.de condit. & demonſtra. col. 2.verſi.1.nota,quod tamen intelligas,vt per Bald. in l. 4. C. ad Velleian. quia ficta ſolutio, vt eſt acceptilatio non operatur idem,quod vera.

16 Limita,quoad forum conſcientię, quia vſurarius,qui tenetur reſtituere vſuras, ſponte, & non per dolum,ſed liberaliter liberetur,& is, cui reſtitutio debet fieri,donet,vel remittat vſuras,dicitur ſatisfeciſſe vere, ita quod eſt tutus in foro poli, ac ſi vere reſtituiſſet,& alter vere recepiſſet.Federic. de Sen. conſil. 184. in prin. vbi dicit * communem.

Vide plenius. Vſurarius, tenetur reſtituere vſuras. Concluſ. 351. numer. 19. & multis ſequen.

17 Limita,quia quando præcedit confeſſio de recepto,& renunciatur exceptioni non numeratę pecunię, quæ poſt triginta dies probat ſolutionem, licet ſubſequatur acceptilatio, non tamen minus probat veram ſolutionem, quia cẽſetur ex abundanti adiecta acceptilatio.Cuman.d.conſ.24. in princ.ver. in contrarium,& nu.3. ver. aliud eſt enim,

Vide,& declara.Exceptio non numeratę pecuniæ, poteſt opponi. Concluſione 416. numer. 16. & ſequen.

Acceſſorium quid ſit, & quando dicatur.Concluſ. LXXV.

1 ACCESSORIVM eſt triplex, quia quędam ſunt acceſſoria per viam neceſſitatis, quædam per viam ęquitatis, & quædam per viam inhęrentię, vt per Bald. & Prępoſ. in c.dilectus de appel.Albert.Brun.in tract. de augu. in 1. concluſ.princip.nu.11.

2 Amplia, quia præambula cognitio ad cauſam dicitur acceſſoria, veluti ſi ſtatutum mandat fieri compromiſſum inter conſanguineos, & compelli per iudicem, quia compulſio eſt acceſſoria, tanquam præambula. Pet.de Anchar. conſi.78. ex verbis,nu.1.& ſeq.vbi,quod ſequitur eandem naturam principalis,quia ſi eſt appellabilis,vel non cauſa principalis, ita prępparatoria.

3 Amplia,quia qualitas dicitur acceſſoria ad factum, & delictum.ideo ſublato facto, vel delicto tollitur qualitas tanquam acceſſoria,quando ſumus in remiſſione partium informatarum; ſecus in remiſſione Principis,quãdo eſt qualitas aggrauans. Bald. conſil. 378. Videtur mihi, in fin. lib. 4.ſequitur Roman. conſi.449.Inquiritur, in fi. vbi apoſtil.reddit rationem.

Vide. Qualitas non entis, conſiderari non poteſt Concluſ. 6.

4 Limita,quia nõ dicitur acceſſorium id,quod nõ venit proprie ex ſignificatione vocabuli. Calder. conſil.215. in fi. ver. nec obſtat.alias 9. de appel. vbi,quod commiſſa cauſa appellationis non committatur commiſſa exequutio, ſi contingat inſtantiam tranſire deſertam.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. Concluſ. LXXVI.

1 ACCESSORIVM ſequitur naturã ſui principalis,c.acceſſorium.de reg.iur.

2 Et ideo quando vnum trahit conſequentiam ab alio,ſi non valet primum,neq. valet reliquum. Signor. conſi.90.nu.16.& 18.

3 Amplia,quod Eccleſia vnita,ſequitur naturam Eccleſiæ,cui eſt facta vnio.Oldrad.conſi.257. nu. 16.ver.quod autem,& multis ſeqq.

4 Amplia in guarantigia, & præcepto habente executionem paratam,quia ſi non valet principale inſtrumentum, non valet guarentigia.Soci. in l.1.n.79.ver.quarto limita.ff.ſolut matrim.

5 Amplia,quia membra Monaſterij,ſequuntur caput, videlicet ipſum Monaſterium cui ſubſunt, ideo membra in loco diuerſo exiſtentia, ſoluere debent onera in loco Monaſterij principalis, & idem in ſolutione decimarum Papalium.Feder. de Sen.conſil.151.nu.3.ver. Item conſtat.

6 Amplia,quia quęſtio acceſſoria cauſata à principali cognitione,cognoſcitur abeodẽ Iudice,& ideo cauſa dotis, vel alimentorum, tanquam acceſſorie ad cauſam adulterij,debet cognoſci per Eccleſiaſticum Iudicem,quando agitur de adulterio ad ſeparationem thori.Feder.de Sen. conſil.236. in princ.

7 Amplia,quia renũciatio,& cõſenſus,qui pręſtatur ad fauorẽ emptoris de re renũciantis, licet ſit largo modo donatio, tamen non eſt proprie donatio,ſed acceſſoria ad venditionem.Ideo non requiritur inſinuatio,etiam ſi excedat 500. aureos, quia ſequitur naturam principalis venditionis. Calder. conſil. 118. alias 2. de emptio. & venditione.

8 Amplia, quia cõtractus venditionis ſi eſt ſimulatus,etiam pactum de retrouendendo, & diſtractus proueniens ex venditione ſimulata, dicitur pariter ſimulatus.Bald. conſil. 54. Caſus breuis,nu.2.ver.In contrarium,lib.1.

9 Extende,quia imo prẽcarium,conſtitutum, iuramentum,& omnes aliç clauſulæ contractus ſunt ſimulatæ, & nihil operantur, quando contractus ſimulatus eſt,Bald.conſil. 66. Inter virum & vxorem, lib. 1. Gozad. conſil. 28. numer. 29. & 33. Et declara, quoad iuramentum: infra numer. 13. & ſeq.

10 Extende, quia ſi contractus tollitur, tollitur etiam hypotheca ex eodem contractu. Bald.conſ. 118.in fin.lib.1.Alex.conſi.142.nu.2.lib.5.Gozad. conſil. 28.nu.29.& 33.infra.nu.12.

11 Amplia,quia ſi legitimatio eſt ſubreptitia, & nulla,quia non eſt facta mentio,quod legitimatus eſſet ſpurius, etiam clauſula non obſtante, nihil operatur, quia obreptio, & ſubreptio gratiæ principalis, reddit etiam ſubrepetitiam clauſulam acceſſoriam.Bal.conſ.81.Quidam Simoninus.lib.1.

12 Amplia, quia caſſato principali contractu,caſſatur obligatio hypothecę in eodem contractu ſa

ta, ideo caſſata alienatione cenſetur caſſata omnis hypotheca. Alex.conſ.22.in princip.lib.1.Socin.conſ.215.in fin.lib.2.Bald. conſ.275.Præmiſſo ſtatuto Cõmunis Veronæ.lib.5.ver. nec eſt amhigendum. Iaſ. conſil. 133.num. 20. lib.3. multos congerit Menoch.conſ. 58.lib.1.num.11.ſed in fi. num. 68. verſ. non obſtat octauum, vbi declarat multis modis, & qualiter procedat, ſic etiam declarat Gloſſator Statut.Bonon. de dotib. reſtit. fol. 257.vide ſupra num.10.

13 Extende, quia caſſato inſtrumento iurato,caſſatur etiam iuramentum. gloſſ.in l.ſi Patronus.§. fi.ff.quæ in fraud.credit.Bald.in l.Imperator. col. pen.ff. ſtatu homi.& in l.1. colum.5.verſic. quæro vtrum iuramentum donationis.C.de inoff. donat.

14 Contrarium,quod imo ſit ſpeciale in iuramento, quia annullato principali, non annullatur iuramentum illi acceſſorium, quia pro iuramento quis obligatur magis Deo, quam homini,& nulla ſolemnitas, vel prohibitio humana impedire poteſt obligationem Deo.Alex. conſ.38. Viſa petitione.n.8.ver.non obſtat prædictis.lib.3.vbi quod eſt ſpeciale in iuramento.

15 Declara, quia ſi iuramentum eſt interpoſitum in fraudem,& præiudicium alterius tunc nihil operatur in præiudicium tertij, & annullato principali, tale iuramentum acceſſorium annullatur. Alex.d.conſ.38. num.8.in fi.verſ.non obſtat,quod dicit.Bald.lib.3.

16 Amplia, quia ſi non appellatur à laudo inter conſanguineos lato vigore ſtatuti, compellentis ad compromiſſum. Ita non appellabitur à ſententia præambulæ compulſionis, tamquam acceſſoria. Ancharan. conſil. 78. Ex verbis ſententiæ, per totum.

17 Amplia, quia de delicto acceſſorio non poteſt conſtare ſi non conſtat de principali. Bald.conſil. 497.De acceſſorio delicto.lib.1.in princ.

18 Extende, quia vbi principalis non tenetur ad pœnam, neque acceſſorius tenetur.Bal.conſ.495. Ex nullo capite,in fi.ver.nec enim.lib. 1.vbi,quod is qui credebat fraudaſſe gabellam, ſi aliquid ſoluit famulo Datiarij,vt taceret, non tenetur famulus,ſi re vera ſoluens non fraudauerat,ſed dubito quia diuerſa ſunt delicta,ex quo famulus ex intentione paſſus eſt corrumpi.

19 Amplia, quia licet alimenta non preſcribantur niſi ſpatio 30.annorum, vel forte nunquam, ſi tamen ſunt acceſſoria, & debita in conſequentiam vſusfructus, tunc præſcribuntur eo tempore, quo vſusfructus.Franc.Marc. deciſ.831. quæritur anpropter. per tot.

20 Extende in actione, quia licet non præſcribatur minori ſpacio 30.annorum,fallit tamen,quando eſt acceſſoria ad vſumfructum. Franc. Marc. deciſ.829.quæritur qualiter, per tot.

21 Amplia, quia obligatio fideiuſſoris acceſſoria habet eamdem naturam, & conditionem,quam habet obligatio principalis; ideo ſi promittit frater ſorori ſponſæ,& eius ſponſo dotem, & ſe obligent ſimpliciter cõſanguinei fratris,ſi non ſequitur matrimonium, ſicuti frater liberatur,quia in principali obligatione ineſt conditio ſi ſequatur matrimonium, vel ſi non peccaret ſponſus cõtra legẽ ſponſaliorũ,vel aliquod peius contigeret, ut,quia efficeretur leproſus,vel ſine naſo.Ita etiã obligatio acceſſoria habet eaſdem conditiones. Abb.conſ.48.Attingam.col.1.ver. nec obſtat iuramentum,iuncta colum.2.in fi.ver. deſcendo. lib.1.

22 Amplia, quia pendente cauſa principali, & incidenti acceſſoria, ſi principalis eſt finita, dicitur etiam finita acceſſoria; puta, actor negauit poſitionem veram, per quam incidit in pœnam ſtatuti: ſi obtinuit in cauſa principali, quæ eſt finita per ſententiam, non poterit moleſtari pro pœna negatæ poſitionis. Ancharan.conſil.145.Si dicta poſitio.

23 Extende, quia omne officium Iudicis extinguitur finita cauſa, in qua poterat Iudex ex officio aliquid facere. Anchar.d.conſ.145.nu.2.

24 Extende, quia finita cauſa petitorij per tres conformes,extinguitur omne poſſeſſorium, quod abſorbetur à petitorio. Alex.conſ.45. Viſa facti,in * principio, lib. 3.vbi dicit* communem,& iterum conſ. 76.In cauſa,& lite,in princip. ver. & ad hoc * oſtendendum,lib.2.vbi * de communi.

25 Amplia in decreto irritanti ſuper lege, vel conſtitutione,quia cum ſit acceſſorium, ſequitur naturã legis,cui adijcitur:nã licet de natura decreti ſit,quod ſtatim ligat etiã ignorantes:tamen ſecus eſt ſi ſit acceſſorium legi,quia nõ ligat,niſi prout lex, videlicet poſt duos menſes à die publicationis. Rom.conſ.330.Circa primum.num.11. & 13. ver.quoad tertium, vbi plena apoſtill.in ver.puto,dat concord.& dicit * communem.

26 Amplia, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, etiam ſi acceſſorium ſit dignius, quam principale. Roman. d.conſ. 330. num. 13. in fin.vbi apoſtill.in ver.dignius,dat concord.

27 Extende, quia ea, quę habent diuerſam naturam ſi annectuntur acceſſorie alteri rei diuerſę, tunc res annexa, tanquam acceſſoria perdit ſuam naturam, & recipit naturam principalis, cui ſit annexio.Roman.conſ.330.num. 14. & ſeq. vbi videas plura exempla.

28 Primo allegat cap. ſuper eo,dè preben.in 6.vbi Parochialis eſt incompatibilis cum perſonatu curato,ſi tamen vniatur perſonatui,efficitur compatibilis., quia mutat naturam ſuam, & aſſumit naturam eius, cui vnitur. Roman. dicto conſil 330.num. 14.

29 Secundo in donatione cauſa mortis, quæ non reuocatur niſi fiat reuocatio, tamen ſi facta eſt in teſtamento aſſumit ita naturam teſtamenti, vt teſtamento euaneſcente, euaneſcat donatio in eo contenta.Roman. d.conſ. 330.num. 14. & 15. ver. ſecundo probatur.

30 Tertio in exequutore dato, quia mortuo delegante,expirat datio exequutoris re integra,ſecus ſi exequutor eſſet datus in gratia pura: quia ſicuti gratia eſt perpetua, ita etiam datio executoris acceſſoria mutat naturam. Roman. d. conſ. 330. num. 17. verſ. item probatur,allegat cap.ſi ſuper gratia,de officio delegati.

31 Quarto, decretum irritans in diſpoſitioni conditionali ſuſpenditur in ſuo effectu in diem conditionis.clem.vnica de conceſ.præb. licet de ſui natura liget ſtatim etiam ignorantes. Rom.d.conſ. 330. num.11. verſ. quoad tertium, iuncto nu. 17. verſ.ſecundo principaliter.

Vide. Acceſſorium ſequitur principale neceſſario quando eſt conſequens.Concl.proxima ſeq.

Vide.Clauſulæ exequutiuę non ampliant diſpoſitionem, imo non valent, niſi valeat diſpoſitio principalis.Concl.306.nu.33.& ſeq.

32 Limita multis modis,de quibus Menoch. conſ. 58.num

58. num. 63. & sequen. libro 1. videlicet, quando principale annullatur iure ordinario, secus si iure speciali: puta, ratione statuti. Crauett. quæst. de indemnit. mulier. nu. 4.

33 Extende, quando principale in totum annullatur, secus si in parte. Menoch. d. consil. 58. numer. 68. ver. respondeo quarto. Crauett. d. quæst. de indemn. mulier. n. 40. ver. 4.

34 Extende, quando diuersa ratio militat, vt quia in principali tractatur de damno, & in accessorio tractatur de lucro. Menoch. d. consil. 58. in fi. ver. ita etiam non refragatur. Crauett. vbi supra. num. 47.

35 Extende, vbi agitur de pœna delinquẽtis in eadem persona, quia si non potest puniri in principali delicto punitur in accessorio, ne remaneat impunitus. Bartol. in sua quæst. 15. statuto Ciuitatis, in fin. principij. versic. vndecimo probo, iuncto fin. quæst. vers. non obstant vndecima, vbi, quod sufficit, quod possit puniri de iure communi pro principali delicto, licet non possit secundum formam statuti.

36 Limita, quia accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando habet diuersam rationem. Alexand. consil. 4. Circa primum. num. 5. libro 1.

37 Extende in fideiussione; quæ licet non valeat, si non valet obligatio principalis, tamen fallit quando est iurata, quia tunc diuersa est ratio. Alex. d. consil. 4. num. 5. lib. 1.

38 Limita multis modis, vt infra, Accessorium non sequitur suum principale. Concluſ. 79.

Vide vnita Ecclesia mutat naturam, & sequitur naturam Ecclesiæ, cui est facta vnio. Concl. 243.

Vide incertum authorem post regulas Soci. reg. 3. Accessorium sequitur naturam sui principalis, vbi limitat quando est diuersa ratio, de quo supra num. 36.

Accessorium sequitur principale necessarium, quando est consequens. Concluſ. LXXVII.

1 ACCESSORIVM quando venit in necessariam consequentiam principalis, concesso principali, censetur concessum accessorium, & alia sine quibus stare non potest. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. Feder. de Sen. conſ. 163. in princ. ver. in contrarium, & conſ. 186. in princ

2 Facit conſ. Oldrad. 11. Thema tale est; vbi, concesso priuilegio pauperibus infirmis, ne pro redditibus, qui pro eis impenduntur, soluant decimas, comprehenduntur etiam ea, quæ expenduntur, pro alijs ministris necessarijs, sine quibus stare non possunt, vbi multa similia allegat.

3 Amplia, quia probato principali, probatum dicitur accessorium, plene Mascard. concluſ. 14. An si probatum fuerit principale, & concluſ. 15. vbi, quod accessorium iuramento probatur.

4 Et pater dans filiæ in potestate existenti facultatem donandi dotem sibi datam, videtur eam emancipare. l. si permittente. ff. ad Maced. Oldrad. conſ. 26. ver. sed contrarium.

5 Et pater, vel dominus concedendo filio peculium, vel seruo, dicitur etiam concedere facultatẽ obligationis contrahendæ cum ijs, qui in potestate concedentis sunt. l. sed si damnum. §. 1. ff. de pecul. Oldrad. conſ. 26. ver. secundo probatur.

6 Monasterium postulans Abbatem mendicantẽ, & nihil proprij habentẽ tenetur facere expensas pro expeditione, & prosequutione postulationis ex quo fine expensis non potest sortiri effectum. Oldrad. conſil. 27. vers. quarto videtur, vbi quod legata militia, veniunt omnes expensæ ad ingressum militiæ.

7 Et vsufructu legato, debetur a proprietario via, & seruitus, sine quibus vsusfructus non posset effectum sortiri. l. 1. §. 1. ff. si vsufruct. pet. Oldrad. conſ. 27. in princ. ver. & breuiter.

8 Cui conceditur finis, concessa etiam censentur ea, per quę peruenitur ad finẽ. Oldrad. qui multa similia congerit conſ. 225. Grauamina. nu. 13. ver. circa secundum: vbi quod concesso hausu, concessum est iter; & relicto horreo, est relictus trãsitus, & adducit multa similia.

9 Et concessa sepultura, censetur concessa delatio mortui processionaliter, quia hoc est de laudabili cõsuetudine, quod processionaliter mortui deferãtur. Olrad. d. d. conſ. 225. n. 14. in fi. ver. vltimo videtur, & sic aliquo cõcesso, omnia, quę de laudabili consuetudine veniunt, censentur concessa.

10 Et concessa sepultura, censetur concessa celebratio pro defunctis. Feder. de Sen. conſ. 186. in princ. & per totum.

11 Minor, qui ex forma statuti non potest obligari sine consensu patris, obligatur consequenter circa ea, quæ sunt in sequelam matrimonij. Ideo mulier minor recipiens iocalia à marito obligatur ad restitutionem, non obstante statuto. Signorol. Homod. conſ. 49. In quæstione vertente. col. 2. in fi. ver. item non obstat.

12 Amplia, quia in dispositione hominis vno commisso, censetur nedum commissum accessorium, sine quo illud commissum expediri non potest, sed etiam censetur commissum accessorium, sine quo actus posset expediri, quando melius potest expediri cum accessorio. Aretin. in cap. de restib. C. de test. col. 3. quem sequitur Dec. in c. vt debitus, num. 14. col. penul. de appell. ver. nam commissio extenditur.

Vide. Iurisdictio concessa, ad quæ se extendat. Concl. 549.

13 Amplia, vt cum aliquid conceditur etiam omnia, quæ commissum plenum faciunt, intelliguntur concessa. auth. vt liber. de cæsero. §. 1. in glos. Feder. de Sen. conſ. 216. Domino Feder. in princ.

14 Amplia, quia licet Iudex causarum ciuilium non habeat cognitionem criminalium causarum, tamen incidenter habet, si in causa ciuili committatur contumacia, vel inobedientia, ratione dependentię necessarię. Feder. de Sen. conſ. 302. nu. 3. ver. officiales vero.

15 Amplia, quia in mandato hominis, nedum veniunt ea, quæ sunt necessaria ad explicandum mãdatum, quando talia possent expresse committi, sed etiam veniunt eadem, licet expresse non potuissent mandari, quando concurrunt quatuor, quod actus tendant in eam causam. Item concurrat euidens necessitas. Item quod non excedatur summa. Item, quod concurrat temporis, & loci commodum. Bald. plene conſ. 379. Quando super facto. num. 5. ver. secundo modo. lib. 3. vbi vult, quod dato mandato ad bellum possint imponi

poni onera,& accipi pecuniæ, & alia, quæ non possunt mandari expresse,sine quibus bellum fieri non potest.

16 Amplia, quia legatum liberationis extenditur ad accessorium vsurarum contractarum post testamentum. Abb.cons.35. Arbitror.nu.2.lib.2.

17 Restringe, quia restitutio in integrum quoad sortem principalem, non releuat quoad vsuras ex principali sorte debitas. Abb. d. cons.35. in princ.lib.2.

18 Amplia, quia licet iurisdictio ex rescripto concessa expiret morte concedentis,re integra, Item quãdo gratia principalis est nulla expiret iurisdictio data in consequentiã, tamen secus est in iurisdictione accessoria ad gratiam, quia sicuti gratia non expirat morte concedentis re integra. Ita neque expirat iurisdictio accessoria, vt sequatur naturam sui principalis. Abb.in consilio 34.Super quęstionis. num. 5.versic.quinimo,& nu.6.lib.2.

19 Amplia in casu contrario, quia sublato principali,accessorium sublatum esse,necesse est. Anch. cons.394.Dubium est.num.3.

20 Et homicidio non probato, non potest probari accessorium ad illud;puta,mandatum,auxilium, & similia. Bald. consil.259. Verba inquisitionis. num.6.ver.sed & illud.lib.1.& quod remoto principali,remoueatur accessorium, sine quo stare non potest. Alex.plene cons.32.Opportune considerato,in principio. lib.2. vbi plena apostilla in ver.accessorium,dat plurimos concor.

21 Et sublato contractu principali, cessat pactum in eodem contractu appositum. Anchar. consil. 394.num. 3.& plenius.num.5.vbi quod concomitantiæ cessant, quando cessat principale, & annullata diuisione, tanquam ex falsa causa, dominij translatio,pacta,stipulationes,promissiones de euictione,de defendendo, & de non molestando,tanquam appendiciæ cessant. Ancharan. cons.291.super pluribus.nu.7.

22 Et actus, qui venit in consequentiam alterius regulatur secundum primum actum.

Vide.Actus si fiat in executione alterius.Concluf. 130.

23 Et gratia super qua emananit monitorių, subreptitia,vel nulla existente,nullum redditur monitorium super ea fundatum.Anchar.cons.297.Efficacibus, in princ,Abb. cons. 34. super quæstionis materia.num. 5. col. 2. ver. subreptio autem. lib. 2. vbi, quod gratia subreptitia,quę est nulla operatur,quod processus executionis meri, vel cum causæ cognitione sit nullus.

24 Et contractu principali annullato, iuramentum,guarentigia,hypotheca, & omnia alia accessoria redduntur nulla.Gozad.cons.28.n.27.& seq. vbi late plene Roman.cons.42. Visis que egregie. num.3.ver.secundo quia:vbi,quod annullato contractu,vel instrumento annullatur guarentigia, & & quælibet clausula,& ibi apostill.in ver. clausula,dat plurimos concord.

25 Extende, quia quando contractus ex se est simulatus, etiam constitutum est simulatum,& non operatur, quod ex quo venditor sit in possessione per longum tempus, cesset simulatio, quia procederet contrarium,quando nulla alia coniectura simulationis adesset,nisi possessio.Rom.cons.246 Clarissime,in princ. vbi Apostill. in ver. adminiculis,dat concord.

26 Extende,quia sublato fundamento corruit om

ne super ædificatum. Bart.in q.6. Lapus num. 1. ver.quinto probatur.

27 Et ideo inter permutantes beneficia non valet permutatio, si alter permutantium non habet ius in re,quam permutat, quia principaliter regulatur permutatio, ex iure permutantium. Gemin. cons.21.in fin.

28 Idem est in optione, quæ præsupponit Canonicum titulum optantis in præbenda dimissa. Ideo cessante principali, optio non valet accessoria.Rot decis.10.in antiq.de præben.in fin. & Gemin. d. cons. 21. num. 10. vers. non obstat alia, vsque in fin.

29 Et si laudum est nullum, pœna in laudo apposita non tenet. Alex.d.cons 32.in princ.lib.2.

30 Et si instrumentum est nullum, guarentigia in eo, & aliæ clausulæ corruunt cum instrumento. Alex.d.cons.32.in princ.lib.2.

31 Declara. quia si quis cum iuramento se obligat & promittit sub certa pœna non allegare nullitatem laudi, vel instrumenti: licet instrumentum esset nullum, vel laudum nullum;tamen committitur pœna promissa. Ita Alex. d. cons. 32.num. 6. ver. modo superest. lib.2.& num. 7. maxime, quando cum iuramento est promissa, & in ijs, quæ non sunt contra publicam vtilitatem, & hoc modo declarantur præmissa,& sequentia omnia, vbi,quod licet quis non possit bona Ecclesię alienare,neq; de eis compromissum facere ob publicam vtilitatem: si tamen particularis nomine suo promittit pœnam, si contraueniatur,pœna valet cum iuramento, quia non est contra publicam vtilitatem.

32 Et qui non potest renunciare solemnitati, vel aliquid facere, non etiam potest pœnam promittere,& si promittat, non obligatur, quia annullato principali, annullatur accessorium pactum, vel pœna adiecta. Alex.d cons.32.tum.2.& sequen. lib. 2. vbi Clericus, qui bona Ecclesię non potest alienare, nec potest compromittere sub pœna,& qui non potest instantiam prorogare, si prorogat sub pœna,non valet pœna, quia accessorium non valet,vt ibi.

33 Declarat iterum Alex. d.cons. 30.num. 7.in fi. cum sequen.ver.postremo non obstat tertium.lib. 2. quia si quis promittit sub pœna non reclamare à laudo etiam cum iuramento,licet non respiciat publicam vtilitatem: tamen appellando, pœnam non incurrit,quia inest clausula,si iuste laudatum fuerit,vnde non committitur pœna, donec appareat, an iuste,vel iniuste fuerit laudatum.

34 Limita, vt concesso principali non censeantur concessa omnia, sine quibus commode illud fieri nequit, quando sunt talia, quæ verisimiliter non fuerunt cogitata, & sunt nimis ardua. Feder. de Sen. cons. 191.Quæstio talis est scholaris. num.3. ver. & si opponatur.

Vide.Accessorium sequitur naturam sui principalis.Concl.prox.præced..

Accessoria, quæ veniunt in consequentiam, quando attendantur. Concl. LXXVIII.

1 ACCESSORIA, & ea, quæ veniunt in consequentiam non attenduntur,sed ea,quę sunt

fiunt principaliter. Oldrad. consil. 170.ver. Nec moueat, & consi. 200. versic. Præterea, circa finem.

2 Extende quia, si principale est permissum, prout appellatio die feriata in honorem Dei, censetur etiam permissus rogitus Notarij, qui venit in consequentiam. Anchar. consil. 361. Visa plena, nu. 6. ver. Sed fortius.

3 Amplia, quia Princeps, qui non potest tollere ius quæsitum de iure gentium, vel naturali, illud tollit, quando est quęsitum de iure Ciuili, in consequentiam iuris Ciuilis, quia sicut potest tollere ius Ciuile: Ita etiam ius narurale, & gentium, quando pendet à iure Ciuili. Deci. in cap. quæ in Ecclesiarum. numer. 122. ver. sed tamen responderi, de constit. & plene. Gozad. consil. 5. numer. 17. vbi dat exemplum de eo, qui ex præscriptione acquisiuit, & multa allegat.

4 Extende, quia Papa, qui potest tollere ius Ecclesiasticum, sed non ius profanum naturale, si tamen ipsum ius profanum pendet à iure Ecclesiastico, potest tolli per Papam, Feli. d. c. quę in Ecclesiarum. nu. 40. de constit.

5 Extende, quia Papa, qui potest tollere votum, potest etiam tollere ius naturale quæsitum ex voto, quia venit in consequentiam. Felin. dict. c. quæ in Ecclesiarum, numer. 40. de constit. & ibi Deci. numer. 122. & sequen. allegant Innocen. & alios in c. 2. de voto.

6 Amplia, quia secundum prædicta, idem videtur etiam in priuatis, quia si faciunt pacem, vel alium actum conditionalem, qui vult vti aliquo iure consequenti in vim pacis factæ debet illo vti secundum modos, & conditiones principalis dispositionis, & ita coram Sanctissimo Domino nostro Clemẽte VIII. fuit resolutum die Martis 12. Octobris 1593. me proponente in vna Spoletana Pacis: in qua erant pacta extraordinaria, & fuit dictum, quod pax est voluntaria, quia nemo ad eam compellitur, & aliter noluerunt partes pacem facere, ideo rupta dici non potest, nisi secundum pacta, & faciunt iura allegata in mea informatione super hoc facta, & ius fisci quæritur tantum a pace in consequentiam, quia ea non facta, non potest quæri de ruptura.

7 Extende in Clericis, & non subditis statuto laicorum, quia si volunt allegare beneficium statuti, & illo vti, tenentur vti cũ suis qualitatibus, prout principaliter fuit ordinatum. Deci. in c. Ecclesię Sanctę Marię, n. 225. de constit. vbi Apostill. allegat concord.

8 Extende etiam contra fiscum, & piam causam, quia in hoc non sunt priuilegiati, quia si volunt vti contractu, vel statuto tenentur, ad vnguem seruare omnia dispositа in contractu, vel statuto. Deci. consil. 531. Accurante, per tot. in princ.

9 Limita, quando in accessorio militat diuersa ratio, quia tunc est verũ, quod imo attenditur, vt principale. Alex. consil. 4. Circa primum, numer. 5. lib. 1.

Vide. Plenius, iu ver. Principalis dispositio attenditur; non quæ in consequentiam. Conclusione 662.

Vide etiam Principaliter fieri multa prohibentur, quę admittuntur in consequentiam. Concluſ. 663.

Accessorium quando non sequitur suum principale. Concluſ. LXXVIIII.

2 ACCESSORIVM non sequitur principale in actibus denotantibus translationem dominij, quando omnino non cohæret principali, sed ab eo est diuisibile. Oldrad. consi. 121. num. 9. ver. quarto, in actibus.

3 Amplia, vt idem sit in adiacentiis ad ipsum principale, quia non censentur transire, nisi de illis sit dictum. l. si quando. C. de bon. vacant. Oldrad. consi. 121. n. 11. ver. 6. videtur expressum.

3 Amplia, quod accessoria non censentur concessa, concesso principali, quando illud, quod dicitur accessorium est arduum, & non fuit verisimiliter cogitatum à, concedente. Fede. de Sen. consil. 191. num. 3. ver. Et si opponatur.

4 Amplia, quãdo diuersa ratio militat in accessorio, quam in principali. Alexan. consi. 4. Circa primum. nu. 5. lib. 1.

5 Amplia, quia quando accessorium non potest valere, vt accessorium, valet vt principale. Alex. consi. 4. numer. 5. ver. potest, & quarto & nu. 6. lib. 1. vbi exemplificat, vt stipulatio adiecta confessioni, intelligatur principalis, quia vti accessoria non valeret ad disponendum.

6 Amplia, quia si principale non valet, vt quia in re speciali annullatur, bene valet obligatio fideiussoria. & sic accessorium. Alex. consil. 59. viso instrumento, num. 11. ver. quoad secundum, lib. 1.

7 Declara, quia si principalis obligatio est nulla aliter quam iure speciali, tunc, & fideiussio redditur nulla, apostili. ad Alex. d. cons. 59. n. 11. ver. accessoria, lib. 1.

8 Contrarium in hypotheca, quæ est accessoria personali, quia si tollitur personalis ex rescripto Principis, tollitur etiam accessoria, secus si alias, quam ex rescripto Principis, l. intellire. C. de luitio. pigno.

6 Amplia, quia hypotheca, licet sit accessoria personali obligationi, tamen si habens hypothecam decedat sine hęrede, & sic deficiat personalis, nõ tamen definit hypothecaria realis, plene Io. de Imol. cons. 10. Viso instrumẽto, per tot. vbi late pro vtra que parte, hanc tenet.

Vide supra. Accessorium, sequitur naturam sui principalis. Concluſ. 76. & sequen. vbi habes ampliationes, & limitationes.

Accessus ad rem suam, quando, & qualiter debeatur. Cõcl. LXXX.

1 ACCESSVS ad rem suã per fundum suum, vel per viam publicam negari nõ potest de iure. Bal. consi. 390. Factum tale est, quidam. numer. 2. ver. super secundo. lib. 4.

2 Amplia, quia possum habere accessum ad fundũ meum, etiam inuito domino, per agrum alienum, quando mihi est constituta seruitus in fundo alieno. Bal. d. consi. 390. nu. secundo. ver. 2. casu, lib. 4.

3 Extende, quia habẽs arborẽ in fundo alieno cũ seruitute eundi, & redeundi illa valet, & debetur.

Vide. Arbores in fundo alieno. concluſ. 480.

4 Extende, quia is, qui habet aditum iure ſeruitutis per domum alienam, poteſt eo vti, inuito domino domus.

Vide. Seruitus, qualiter conſtituatur. Concluſ. 221. num. 23. & ſeq.

5 Declara, quia ſi fratres, & conſortes communicant aditum portæ, non tranſit illa communicatio ad extraneos, maxime, quando communicantes habent filias, & vxores, & hoc niſi ex neceſſitate aliunde non haberent aditum. Anchar. conſ. 379. Ioannes, & P. vbi pro vtraque, & ſic diſtinguit.

Vide. Communio aditus, & Portæ. Concluſione 541.

6 Limita, quia ceſſante ſeruitute, quis non poteſt accedere per fundum alienum ad rem ſuam, inuito domino fundi, per quem vult acceſſum habere. Bald. d. conſ. 390. circa fin. lib. 4.

Acceſſus in electionibus, quando fieri poſsit. Concluſ. LXXXI.

1 FACTIS pluribus electionibus, regulariter non eſt licitus acceſſus ad minorem partem, ſed ſolum de minori ad maiorem partem datur acceſſus, Franc. Marcus deciſ. 1034. in princip. & deciſ. 927.

2 Extende, quia etiam ſi vota ſint æqualia, non poteſt dari acceſſus de vna electione ad aliam, quia neutra valet. Marc. d. deciſ. 1034.

3 Reſtringe in electione Papæ, quia admittitur acceſſus, nedum de maiori parte ad minorem, ſed etiam pro eo, qui habet vnicum votum, ſecus ſi nullum. Hoſtienſ. in c. licet, de election. vbi Butri. num. 33. Franc. Marcus deciſ. 1034. vbi, quod acceſſus datur ad minorem partem in electionibus Papæ, & monialium.

Accidentia poſſunt mutari, non vitiata ſubſtantia, ſecus e contra. Concl. LXXXII.

1 ACCIDENTIA contractus poſſunt mutari, nec vitiatur contractus, ſecus ſi mutatur ſubſtantia. Calder. conſ. 314. ante med. ver. ad cuius declarationem, alias 11. de feud. vbi, quod pacta, & conuentiones feudales poſſunt alterari ex conuentione, nec dicitur vitiari ſubſtantia.

2 Facias regulam, quod quædam ſunt ſubſtantialia contractus, quædam naturalia, quædam accidentalia, vt declarat Berengarius in repet. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. n. 45. & ſeq.

3 Subſtantialia contractus ſunt ea, quibus per contrahentes non expreſſis contractus ſubſiſtere non poteſt, prout conſenſus in omni contractu, in emptione, & venditione res, & pretium, in mutuo, quod res recipiat functionem, & iſta tolli non poſſunt vllo modo. Berengarius d. l. pacta conuenta, n. 45. & ſeq. ff. de contrahen. emptio. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. adeo autem. ff. de pact.

Vide. Emptio, & venditio, ex quibus dicatur perfecta. Concl. 124.

4 Extende, quia nedum ſubſtantialia non poſſunt pacto tolli, vel mutari, ſed nec conſuetudine remoueri. Franc. Niconitius in repet. rubr. de noui oper. nunciat. num. 130. & ſequen.

3 Naturalia vero, quæ authoritate legis contractui inſunt, etiam ſi de illis partes nihil dixerint, & hæc dicuntur naturalia intrinſeca, quæ non ſunt ſubſtantiæ, licet abeſſe non poſſint, prout albedo Cigno, nigredo Coruo, & hæc naturalia tolli non poſſunt pacto, remanente contractu; prout in donatione cauſa mortis, quod poſſit reuocari, quia ſi fiat pactum contrarium, non poteſt eſſe cauſa mortis; in mutuo, quod idem in genere reſtituatur, ſi fiat pactum contrarium non eſt mutuum; in venditione, quod tranſeat dominium, ſi fiat pactum contrarium, non eſt venditio. Ita Berengarius in l. pacta conuenta. num. 47. & ſeq. ff. de contrahen. empt.

6 Naturalia extrinſeca ſunt, quæ inſunt à lege contractui, etiam ſi non exprimantur, tolli tamen poſſunt pacto, remanente contractu, vt in venditione ineſt euictio, poteſt conueniri contrarium; in emphyteuſi ineſt caducitas, poteſt conueniri alia pœna, remanente contractu. Berengar. d. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. n. 50. & de iſtis naturalibus, quæ inducunt ſubſtantiam, vel non.

Vide plenius, in ver. Pacta contra naturalia contractus. Concluſ. 17.

Vide. Cauſa, quid ſit, & eſt multiplex. Conc. 134. nu. 9. & ſeq. vbi quæ naturalis, quæ accidentalis.

7 Accidentia contractus ſunt ea, quæ per legem non inſunt, & ſine quibus contractus ſtare poteſt. Berengar. d. l. pacta conuenta, num. 51. ff. de contrahen. emptio.

8 Regulariter accidentalia, & cauſalia non mutant rei naturam; ideo Caſtra, quæ de ſui natura ſunt ſubiecta Ciuitati, ſi propter accidens bellum fuerunt ſeparata, ceſſante accidenti non mutarunt naturam. Abb. conſ. 62. In controuerſia. n. 8. in fin. & n. 9. ver. de iure communi, lib. 2. & n. 10. vbi ponit exempla.

9 Extende, quia is, qui caſualiter abeſt, vel caſualiter adeſt, non dicitur abeſſe, neque adeſſe, & ſic per accidens. Abb. d. conſ. 62. col. 4. in fin. nu. 10. vbi ponit plura exempla de ſcholaribus, qui non fortiuntur domicilium in ſtudio; in rebus venalibus, quę caſualiter ſunt in domo, nec veniunt in legato eorum, quæ ſunt in domo.

10 Extende, quia datia, quæ competunt ratione certi loci, ſi per accidens ratione belli fuerunt exacta in alio loco, non mutant naturam ſuam, quin ſint illius loci, pro quo exigebantur. Abb. conſ. 62. col. 8. num. 15. in fin. ver. non obſtat quod dicitur, lib. 2. & num. 16.

11 Et accidentia abeſſe, & adeſſe poſſunt præter ſubiecti corruptionem. Sebaſt. Medic. de diffinit. bonor. poſſ. diffinitio 100. nu. 23. & 27.

12 Et qualitas adueniens enti non mutat ſubſtantiam, ſed naturam. Brun. de aug. in 3. quæſt. principal. num. 7.

13 Non tamen poteſt eſſe accidens ſine ſubiecto. Balb. de præſcriptio. in ver. celſus. nu. 24. tom. 17. fol. 113. Horat. Mandoſ. de priuil. ad inſtar. gloſ. 11. n. 20. tom. 18. fol. 134. Bald. in c. ſignificante. ver. nam accidẽtia, de appell. apoſtil. ad conſ. Ro. 91. Viſis, ac percunctatis, n. 8. in ver. qualitas.

Vide. Eſſentia rei, debet dari, vt ſit locus qualitati. Concluſ. 332.

Vide plenius in ver. Qualitas non entis. Concluſ. 6.

Et ac-

Digitized by Google

14 Et accidentia possunt miraculose mutare subiectum, alias non. Brun.de augum.quæst.3.princip. num.2.vel melius dicas,accidentia, vel qualitas non possunt stare sine subiecto, nisi per viam miraculi. Anchar.cons.208.num.17.

15 Et causa naturalis est,quæ sine expressione inest contractui de sui natura, prout in mutuo, quod æque bonum reddatur; accidentalis, quando actui iam substantiato, aliquid adijcitur, quod non venit ex illo contractu. Marant.in sua praxi. part.2.num.29.& 30.

Vide. Essentia debet dari, vt sit locus qualitati. Conclus. 334.

Vide. Qualitas non entis considerari non potest. Conclus. 6.

Accingendus de proximo habetur pro accincto. Conclus. LXXXIII.

1 DE proximo accingendus habetur pro accincto.l. ex eo tempore. ff. de testam. militar. Felin.in c.eam te,num.16.ver.erat iste electus,de rescript. vbi infinitos casus ponit, & declarat. Ias. pariter in auth. si qua mulier.num.23.& seq. C. de sacrosc.Eccles. vbi plura similia adducit,quæ videas,& ibi declarat, & iterum Ias.in l.admonendi, in 1. lect. num.53. ver.ista tamen regula cum seq. ff.si cert.petat.vbi plura.

2 Et moriturus omnino, prout vulneratus mortifere, qui non potest viuere habetur pro occiso, & ideo potest vulnerans condemnari de occiso, licet melius sit expectare mortem vulnerati; ita Boher.decis 323.n.6.circa fin.& est doctrina Baldi in l.bello.ff.de excusat.tutor.

3 Amplia, quia sicut Iudæi puniuntur, si aliquid machinantur contra fidem Catholicam, vel Christianam: ita etiam puniuntur, si remouent cum dolo, vel fallacia volentem baptizari,quia accingendus habetur pro accincto, & qui impedit viam, impedit terminum. Bald.cons.315. Iudæis tutela,in princ. lib. 1.

4 Amplia, quia habetur pro perdito, quod de proximo est perdendum. Anchar. cons.430. n.2.

5 Amplia,quia habetur pro mortuo de proximo moriturus, & habet tractum retro, quandoque ad tempus infirmitatis. Anchar.d.cons.430.num.2. sequitur Felin.in c.eam te.n.16. ver. resultabit ergo, de rescript.

6 Declara, vt per Alex.cons.12.Viso instrumento,in fin.lib.1.vt procedat,quando non potest loqui, & caret intellectu infirmans.

7 Amplia,quia mulier habetur pro copulata viro, & tradu&a ad domum viri, quæ de proximo erat copulanda ad effectum, vt maritus dotem lucretur. Alex.cons.129. Super primo. n.7.& seq. ver. istis sic præmissis. lib. 7. vbi, quod stante statuto, quod maritus lucretur dotem, si vxor fuit copulata, & tradu&a, sufficit, quod esset in itinere, vt traduceretur, sed mortua in itinere, maxime, quando maritus, vel alius pro eo fecit expensas.

8 Extende, quia etiam si statutum loquatur, quod maritus lucretur dotem vxoris,quando fuit copulata viro actuali copula, tamen habebit locum, si erat destinata ad copulam, licet nondum copulata,si maritus sustinebat onera,& expensas, Alex.d.cons. 129.n.9. ver.tertio,quia lib.7.

9 Extende,vt idem sit, multo magis,quando statutum diceret, quod lucretur dotem, si mulier fuit tradu&a ad domum viri, quia si de loco mulieris ad locum viri traducebatur, & moriatur antequam domum viri ingrediatur habetur pro tradu&a,quia de proximo erat traducenda.Alex. d.cons.129.nu.10.ver.quinto probatur.lib.7. maxime si maritus onera sustinebat, vt ibi dicit Alexan. vbi etiam quod domus sumitur pro loco, vbi est domicilium.

10 Amplia, quia habetur pro dato, quod paratum est, vt detur.Anchar.d.cons.430.n.2.

11 Amplia, quia potentia de facili reducibilis ad actum habetur pro ipso actu, & ideo spes firma, & non variabilis, quam habet primogenitus succedendi in maioratu, habetur pro successione, & licet moriatur, tamen transmittit ad filium suum licet ipse non successerit. Abb.cons.85. In præsenti. col.2.ver.moueor,lib.1.& cons.91. Quoad primum.num.3.lib.1.Felin.in c.eam te.num.16. ver. resultabit ergo,de rescript.

12 Amplia, quia id,quod ab euentu proximo tertio acquiri debet, non potest sine fraude dirigi, vt in alium deriuetur.Ancharan. dicto cons. 430. Fuisset expediens,per totum,vbi est casus, & ponuntur in fine multa similia.

13 Extende, quia si senex, & infirmus permutat beneficium pingue cum tenui, quod breui erat vacaturum ad fauorem expectantium, licet permutatio non impediatur per expectantes, tamen secus est si est de beneficio proxime vacaturo,quia præsumitur violenta, ex quo de proximo ab euentu beneficium vacaturum habetur pro vacante. Fastol. dubio 22. & Rota decis. 2.de præsumpt.in antiq. alias 340.

14 Extende, quia in conditione de futuro si quis recedet, sufficit, quod cæperit recedere ex Prouincia, vel Regno; secus si per verba præteriti, si quis recesserit infra talem terminum, quia requiritur factum expletum. Alex.cons.194. Perspectis ijs.num. 3. ver. modo dico, lib. 6. vbi apostill.in ver. cæperit.

15 Sic in statuto prohibente extrahi granum, si loquitur per verba præteriti, requiritur actus consumatus, si per verba futuri, si quis extraheret, sufficit, quod cæperit extrahere, vt condemnari possit, quia actus cæptus habetur pro perfecto, & non creditur tali contrafacienti, si dicat, quod pœnituerat. Alex.d.cons.194. nu.3. & seq. vsque in fin.

16 Extende in emphyteusi, & fœudo, quia Ecclesia licite denegat alienationem seni, & infirmo, per cuius obitum fœudum, vel emphyteusis deproximo est reuersurum, vel reuersura ad Ecclesiam.

17 Imo licentia concessa non suffragatur, si alienatio fiat ab eo, qui est in extremis, vel ab eius procuratore, per cuius obitum emphyteusis reuersura erat ad Ecclesiam. Gratus cons. 110. in princ.lib.1.vbi,quod habetur pro mortuo.

18 Amplia in simili, quia multa cæpta fieri, dicuntur facta, quando sumus in fauorabilibus, secus si in odiosis. Bart. cons.36. Statuto Ciuitatis Assisij, lib.1.& ibi citat iura hoc probantia.

19 Cõtrariũ allegat apostill.ad Bart.d.consi.36.in

ver. verbum facta.lib. 1. quod imo non dicitur factum,donec aliquid ſupereſt agendum,l. penul. C. ad Sillan.

20 Declara,quia ſi materia eſt fauorabilis,factum dicitur,licet non perfectum,ſi odioſa ſecus. Bart. d.conſi.36.lib.1.Io.Igneus in l.1.§. ſerui appellatione,col.fin.ff.ad Sillania.quem citat, & ſequitur apoſtilla ad Alexan.conſi.129.num.7.in ver. proximo.lib.7.

21 Declara,quia materia eſt brocardica,vt habeatur pro facto,quod de proximo debet fieri, quia non eſt ſemper verum, & ſunt infinita hinc inde exempla.Roma.in l.admonendi,nu.49.de iur.iur. plene in l.1.§.Idem quęſiit.ff.ad Sillan.

22 Declara igitur,quia de proximo faciendum,habetur pro facto, quando concurrit propria natura rei,vt reuertatur ad ſuam naturã,prout in grano fato,quod antequã ſeminetur,dicitur eſſe inter mobilia,poſtquam fatum eſt,& pendet,dicitur eſſe pars rei,& ſic immobile,ſed tamen,quia de proximo reuertitur ad ſuam naturam, cadit in legato omnium mobilium, licet tempore teſtamenti ſit fructus pendens propter deſtinationem de proximo ſecundum ſuam naturam, & quia habet cauſam de præterito, non de futuro,Caſtrenſ.conſi. 332. Videtur dicendum,colum.2. ver.breuiter,libro 1.

23 Declara alio modo,quia quando aliquid de neceſſitate iuris debet fieri , petitio,quod illud fiat, licet non ſit factum,habetur pro facto exemplum, emphiteota, qui debet inueſtiri, ſi petat inueſtiri, habetur pro inueſtito, ita vt ipſi tãquam inueſtito ſuccedatur,Caſtren.conſi.338. Ad primum,in fin. ver.& prædicta.lib.2.

Vide alia ſimilia in ver. Factum dicitur, quod neceſſario debet fieri.Concluſ. 20.

24 Declara melius,quia cauſa proxima attẽditur, nõ remota,quod fallit,quãdo remota nõ eſt multum remota,& vtraque eſt in rerum natura, plene Franc.Areti.conſi.6.Viſo,num.10. ver. confirmatur,vſque in fin.vbi, quod res deſtinata ad ædificium,habetur pro ædificij parte, quando concurrunt,quod beneficium eſt cæptum , & pars perfecta annexa parti, cui res deſtinata debet accedere;ſecus ſi ædificium non eſt cęptum,& res non eſt in rerum natura, & ſic multum remota , non aptata.

25 Ampliа,quia regula , de proximo accingendus habetur pro accincto,procedit maxime,quando agitur de excludenda falſitate,vel delicto, ideo ſi inſtrumentum continet aliquid factum,quod de proximo debebat fieri,ceſſat falſitas, quia quęlibet cauſa &c. Ioan. de Imol. conſil. 31. ad primum.

26 Amplia,quia de proximo condemnandus,habetur pro condemnato.Roman.in l.admonendi, nu. 49.ff.de iur.iur.

27 Et ideo licet fideiuſſor non agat ad reuocationem,niſi ſit moleſtatus,vel condemnatus , tamen fallit,quando eſt obligatus per inſtrumentum habens exequutionem paratam.Alex.conſi.72.Viſis num.6.lib.2.quia tunc habetur pro condemnato, & ibi apoſtill. in ver. condemnato,quæ pro vtraque citat .

28 Extende,vt idem ſit in abſoluendo de proximo, quia habetur pro abſoluto.Rma.d. l. admonendi, nu.49.ff.de iur.iur.

29 Limita multis exemplis, quia imo de proximo accingendus non habetur pro accincto , & deſtinatio animi non releuat , quia imo deſtinatum non habetur pro impleto , & res non iudicatur ab eo,quod erit,ſed ab eo , quod eſt , & ideo materia eſt Brocardica;vt dicit Feli.c.cum adeo, nu.4.& ſequenti de reſcript.maxime,nu.6. vbi allegat.Alex.& Areti.& alios.

30 Et ideo diſcipuli, qui ſperant ſe futuros magiſtros,non gaudent priuilegio magiſtrorum,& qui eſt futurus religioſus,non gaudet priuilegio religioſi.Roman.dict.conſi.137.numer.4. ver.nec refragatur,vſque in fin.

31 Limita,quia vbi agitur de forma, vel de pena incurrenda , vel vbi ſpes proxima eſt fallibilis, tunc de proximo accingendus , non habetur pro accincto , neque actus perficiendus,habetur pro perfecto. Felin. in c. eam te , numer. 16. in fin. ver.tamen diuerſis modis limitatur, de reſcript.

32 Limita,quia licet beneficia vacent per promotionem ad Epiſcopatum,& conſecrationem , tamen non habentur pro vacantibus, vſq. ad vltimum momentum,etiam ſi de proximo ſit promouendus , & collatio facta ante,eſt nulla. Anchar. conſil. 397.Apparet ex narratis , in fin. ſequitur Felin. dict. c. eam te. num.16.ver. reſultabit ergo,de reſcript.

33 Limita, quia de proximo expellendus non habetur pro expulſo,quin interim exigat , & conſequatur fructus poſſeſſionis,quam habet.Anchar. conſi.285.Tria principaliter.nu. 4. & ſeq. vbi loquitur in eo,qui ſoluit Ioanni Bentiuolo,dum imminebat expulſio ex Ciuitate Bononię,quia iuſta fuit exactio,& maxime,quia expulſio erat dubia, licet proxima ab effectu ſubſequuto.

33 Limita in Clerico de proximo creando,quia ſi non eſt Clericus actu, non poteſt habere beneficium,quantumcunque incedat in habitu,& tonſura,& promoueatur ſtatim,Felin.in c. cum adeo, num. 4. & ſequent.vbi ponit multos caſus, de reſcript.

35 Extende , quia res non recipit determinationem ab eo,quod erit,ſed ab eo , quod eſt de præſenti.Felin.d.c.cum adeo de reſcript.nu.4.ver.addatis.pro communi.

36 Extende,quia ingreſſurus Monaſterium, & profeſſurus religionem,non habetur pro ingreſſo,neque pro profeſſo,vt dici poſſit miles cęleſtis militię,& gaudeat priuilegio militari. Roma. conſil. 237.Oppoſitionem.num.4.ver.nec refragatur vſque in fi.& ibi apoſtil,in ver.ſperatur.

37 Contrarium Clar. in §.teſtamentum,quæſt.28. * nu.2.ver.quia imo,vbi dicit * communem.

38 Limita in odioſis, quia de proximo bãniendus non habetur pro bannito, vt poſſit offendi vigore ſtatuti,neq.è conuerſo de proximo rebannicndus habetur pro rebãnito.Iaſ.in d.l.ſi qua mulier. 23.C.de Sacroſa.Eccleſiiis.

Vide infra.Actionem habens. Concluſ.108.per totam.

Vide . Euentus,qui contingere poſſunt,quando conſiderandi,vel non.Concluſ. 347.cum aliis, ibi ſequentibus.

Vide.Factum aliquid eſſe,quando dicatur.Concluſ.23.

Vide.Ius in ſpe,quando dicatur conſiderabile. Concluſ.629.

Vide.Spes proxima,quando conſiderabilis. Concluſ.366

Accolla-

Accollatio facta in se de aliquo credito, vel negocio, quid sit, & operetur. Concluſ.LXXXIV.

1 ACCOLLATIO facta per aliquem de certo credito, vel negocio in seipsum, est quædam subrogatio facta ad commoda, & incommoda crediti, vel negotij.

Vide. Debitorem alienum acceptans, periculo suo facere dicitur, & quando secus. Concl. 39.

Actus extraiudiciales qui dicantur. Concluſ. LXXXV.

1 EXTRAIVDICIALES actus dicuntur, qui fiunt extra iudicium sine contradictorio, & potius appellantur facta, quam acta, quia acta dicuntur iudicialia, facta dicuntur extraiudicialia, gesta dicuntur, quæ sine verbis fiunt. Ita Guidop. decis. 616. de actis. n. 3.

2 Amplia, quia confirmatio electionis, licet fiat præmisso edicto, de quo in c. fin. de election. in 6. tamen dicitur extraiudicialiter fieri, quando non interuenit specialis contradictor. Gemin. consil. 87. col. 1. vltra med. ver. item in actibus.

3 Amplia in vnione beneficiorum, quia dicitur actus extraiudicialis. Gemin. d. consil. 87. ver. ad secundum, in princ. & per tot.

Vide infra. Actus, qui dicantur esse de actis, & qui non. Concluſ. 87.

4 Amplia. quia omnes actus extraiudiciales dicuntur facti in iudicio non contentioso, sed ex officio, & propterea iudicium non dicitur contentiosum, quando fit aliquid, quod potest fieri absente parte, prout deputatio Oeconomi, subdelegatio, & similia. Lap. alleg. 82. nu. 2. & 3. vbi, quod ista, licet fiant in iudicio; tamen non sunt de processu, neque acta iudicij dicuntur.

5 Appellatio non est actus iudicialis, ideo potest interponi omni loco, omni tempore, & extra iudicium. Io. de Anan. consil. 93. in fin. ver. quod autem dicitur.

Vide. Appellari potest diebus feriatis, etiam in honorem Dei. Concluſ. 366.

Acta iudicialia, quæ dicantur, & qualiter probentur, & an præsumantur. Conc. LXXXVI.

1 SENTENTIA Iudicis continetur appellatione actorum iudicialium: ideo si statutum prohibet acta posse rogari coram Iudice. nisi per certum Notarium, neq; sententia poterit rogari, nisi per eundem Notarium. Bald. consil. 137. Ad officiū Iusdicentis. lib. 3. Guidopap. decis. 616. in fin.

2 Generaliter appellatione actorum veniunt omnia, quæ fiunt in iudicio contradictorio, & omnia, quę fiunt etiam sine contradictione, in quibus decretum Iudicis interponitur. apostil. ad Guid. Pap. decis. 616. in ver. acta.

3 Et proprie gesta in iudicio appellantur acta, gesta extra iudicium appellantur facta, quę vero fiunt sine verbis, appellantur gesta. Ita Guidop. d. decis. 616. num. 4.

4 Acta causę dicuntur confessiones, & testes, & ea, quæ respiciunt factum; acta vero iudicij dicuntur citationes, satisdationes, & similia. glos. in clemen. sępe, in ver. defensiones, de verbor. signific. Canonistę in c. causam, de testib. Archid. in c. indemnitatibus. §. si vero, de testib. in 6. plene Guidop. decis. 616. n. 4. vbi, quod probationes dicuntur acta litis, vel causæ, citationes, & similia, acta iudicij.

5 Acta vero ordinaria iudicij sunt libellus, seu petitio, litis contestatio, iuramentum calumnię, & ista tolluntur per absolutionem ab obseruatione iudicij; non tamen tolluntur acta probatoria, prout testes, & alię probationes, quę reiterari non debent. Bart. in l. cum lite. ff. iudi. fol. vbi Alex. & idem Alex. consil. 58. Visa petitione. li. 2. Abb. & Felin. in c. causam. il 1. de testib. quia acta probatoria, non dicuntur acta iudicij, sed acta causæ, vt ipsi dicunt.

6 Acta causæ notoriam probationem inducunt, c. cum olim, de verbor. signif. c. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. & hoc, quando sunt publicata, non aliter. l. gesta. C. de re iudic.

7 Item quando concluſum est in causa, & non aliter faciunt probationem notoriam, quia donec potest probari contrarium, non dicitur probatio notoria. glos. in c. significauerunt, de testib. in ver. liquere, plene Natta consil. 51. num. 18. & seq. Iaſ. in l. admonendi. ff. de iur. iuran. n. 50. & seq. in secunda lectura. ver. ex ista secunda lectura.

8 Extende, vt procedant prædicta, quod acta causæ notoriam probationem inducunt, etiam si in eis non sint adhibiti testes. Zabarel. consil. 41. cum pręsupponatur in facto.

Vide. Acta iudicialia infra. Concluſ. 89.

Vide. Iudicij calor multa operatur. Conc. 483.

9 Declara, vt procedat extensio, quoad acta iudicialia; secus si fieret contractus in iudicio, quia debent adhiberi testes. Bald. in rubr. C. de fid. instrum in 2. colum.

10 Restringe, & declara, quia. vt probent acta, debent habere signum, vel sigillum Iudicis, prout instrumentum debet habere signum Notarij, alias non probat. Ita Guidop. decis. 616. de actis, n. 5.

11 Et regulariter, aut fit instrumentum de actis per Notarium causę de mandato Iudicis, aut vbi non fit instrumentum, prout in Parlamento Delphin. fit littera testificatoria. Guidop. d. decis. 616. in princip.

12 Probari non possunt acta iudicialia, nisi per scripturam regulariter, & quando secus.

Vide plene. Probatio per testes non admittitur si potest fieri per scripturā. Conc. 772. n. 5. & seq.

13 Neque præsumuntur acta, nisi appareant, & ista est regula, quę fallit in antiquis, & multis casibus.

Actus, qui dicantur esse de actis, & qui non. Concluſ. LXXXVII.

1 COMMISSIO receptionis testium, est de actis, & processu: ideo arbiter, & arbitrator, qui potest procedere de iure, & de facto, ordine seruato, & non seruato, potest etiam committere iura-

menta.& examen teſtium ſecus,ſi non haberet facultatem liberam,vt ſupra Bal.conſ.296.Ioannes q. M. per totum,maxime in fi. lib.1.

2 Amplia, quia conteſtatio litis dicitur eſſe de actis. Bald conſi. 150.caſus actualiter.nu. 1. in fi.n.2.& 3.ver.nõ obſtat ſecundũ,motiuũ,lib.2.

3 Ampiia,quia citationes,litis conteſtatio, libellus,iuramentum calumniæ, & alia, quę reſpiciunt iudicium,dicuntur de actis iudicij; alia vero,quæ reſpiciunt factum,vel probationem,dicuntur de actis litis,ſeu cauſę,vt declarat plene Guidop.dec.616.nu.4.

Vide in certũ authorẽ poſt regul.Soci.reg.3 citatio dicitur de proceſſu,vbi declarat,quando citatio ſit de actis,vel non.

4 Limita, quia inſtrumentum productum non eſt de actis, ſed debet per regiſtrationem fieri de actis,imo etiam facta regiſtratione,quia reddi debet parti,non eſt de actis.Anchar.conſ.173.Circa primum,n.4.

5 Contra limitationem,quod imo decretum,inſtrumẽtum,& iura producta ſint de actis, & ſemel producta ſint effecta communia.Ita quod vtraq. pars poſſit eis vti, prout etiam idem dicitur de teſtibus productis.Roman.conſil.433.Quoad primum,n.10.ver.Quoad vltimum; vbi idem de cõfeſſione facta,& acceptata,vt nõ poſſit reuocari.

6 Reſtringe quando quis comburit, vel corrumpit inſtrumentum productum,quia dicitur corrũpere acta,cum corrumpat productionem, quę eſt de actis.Anchar.conſil.173.n.9.

7 Reſtringe, quando inſtrumentum productum arguitur de falſo,quia tunc debet reponi in actis, & non penes partem, ideo tunc eſt de actis. Anchar.d.conſi.173.num.9.& ſeq.

8 Limita,quia ea,quæ exhibentur Iudici pro informatione animi ſui quia non ſunt de actis, & ideo parti non ſunt concedenda,quia talia dicuntur exhibita,non producta,ita Guidop.deciſ.241. an aliqua,in prin.& deciſ.241.in prin.

9 Et ideo allegationes nõ dicuntur de actis.apoſtil.in d.deciſ.Guidop.241.vbi allegat Specul.pro contrario,ſed dicit,quod de conſuetudine non ſeruatur,quia allegationes non producuntur,ſed exhibentur,& ideo neceſſario non eſt danda copia parti ſi tamen Iudex velit dare,poteſt,quia ſunt in iure;& in iis,quę ſunt iuris,Iudex ſupplet.ita apoſtil.ad dec. Guidop.a.ver.apparet,quod non.

10 Limita,quia cedulæ,quæ dantur confidentium, & ſuſpectorum conſultorum nõ ſunt de actis, quia lacerantur, ideo non auditur petens exhiberi, ſi non conſtat,quod extent.Io.de Anan.conſi.93.nu.2.in fin.ver.nec iuuat.

11 Limita,quia citationes licet ſint de actis regulariter,tamen prima citatio,& oblatio libelli, & alia,quæ fiunt,tanquam preambula litis,non ſunt de actis,vel de proceſſu, & quamuis iudicium, & proceſſus incipiat à citatione, tamen non intelligitur,de prima.Iaſon.in conſi.31.vol.1.

Vide.Actus extraiudiciales,qui dicantur. Concluſione. 85.

12 Probari debent acta iudicij,per ſcripturam regulariter.

Vide.Probatio per teſtes non admittitur,ſi per ſcripturam fieri poteſt.Concluſ.772.

13 Reſtringe,quia probantur etiam per confeſſionẽ partis,& alijs legitimis documentis.Bald. cõſ. 150.Caſus actualiter,n.4.ver.Itẽ nõ obſtat,lib.2.

Acta iudicialia per quem ſcribi debeant. Concluſ. LXXXVIII.

1 ACTA iudicialia debent ſcribi per Notariũ actuarium ad hoc deputatum per Iudicem, Rom.conſ.281.In re preſenti,in fi.n.5.ver.quoad ſecundum,vſq.in fin.

2 Extende in tantum,quod etiam ſtatutum,quod rogitus fieri debeant per dũos Notarios,non habet locum in rogitu actorum iudicialium, quia imo neque de conſenſu partium, valeret rogitus per alium,vel alios factus.Rom.d.conſ.281.n.5.& 6.vbi apoſtil.in ver.conſcribat.

3 Extende,quia is,qui cæpit ſcribere acta debet etiam perficere vſq.in finem, alias non probant acta per alium ſcripta,quam per eum, qui fuit à Iudice deputatus,Rom.d. conſi.281.n.6.& ibi apoſtill. in ver.conſcribat.Alexan.conſ.120.Viſo proceſſu,nu.5.ver.tertio obuiat.lib.7.

4 Declara,quia valent acta etiam criminalia ſcripta per alium Notarium,poſtquam alius cęperat, quando primus eſſet abſens,vel impeditus. Alex. conſ.120.n.6.in fi.ver.ſtante quod,lib.7.

5 Amplia in tantũ,quod Iudex,vel arbiter iudicare debens, non poteſt ſcribere acta coram ſe facta,& abſq. Notario,gloſ. in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. Anton. de Butri. conſil. 32. num.2.ver.Item ſi nunc arbitri.

6 Et eſt ratio,quia acta ſcribi debent de mãdato Iudicis,& quia nemo poteſt ſibi mandare,& quis duplici officio fungi non poteſt, prout hæc omnia apoſtil.magna ad ſingul.primum Matheſil. vbi late,& quia,vt inquit Anton.de Butr.dict.conſi. 32. non poteſt Iudex fungi officio Iudicis,& teſtis, ibi in princ.

7 Declara, quia ampliatio procedit in caſibus grauioribus, in cauſis vero leuibus,& ſummariis, ſi Iudex eſt Notarius poteſt ipſe rogari de actis, & ita declarat Matheſil.d.notabil.1.& ibi apoſtill. plena,quæ num.16.dicit,cauſas viles, & breuiores eſſe,quę non excedunt quinq. ſcuta.

Amplia,quia ſicuti acta iudicij coram Iudice debent ſcribi, ita etiam coram arbitro, alias nõ probantur,neq. probant.Socin.regul. 5. Acta coram arbitris facta ſunt ſcribenda,vbi limitat duobus modis in cauſis breuioribus,& ſummariis, & quando partes darent arbitro licentiam.

Acta Iudicialia probant plene ſine teſtibus. Concluſ. LXXXIX.

1 ACTA facta in iudicio, probant plene etiam ſi in eis non ſint deſcripti aliqui teſtes,quia calor iudicij hoc operatur, c.quoniam contra,de probat. Alexand. conſil. 13. numer. 8. lib. 1. Bologn. in additio. ad conſil. Ioan. de Anan.85.n.4.

Vide. Iudicij calor multa operatur, Concluſione. 483.

2 Declara,quia non procedit coram arbitro, vel arbitratore.Alex.conſ.13.n.8.lib.1.

Declara

3 Declara procedere solum in actis, quæ necessario fiunt in iudicio contentioso, secundum Lap. alleg.82.num.2.ver.speciale est. Ideo constitutio procuratoris, Oeconomi subdelegatio, & alia facta in iudicio,debent testibus conscribi, & muniri, vt ibi.

4 Declara concurrentibus duobus, scilicet,quando sunt publica, secus si sunt occulta, & quando est in causa conclusum, quia probant plene.

Vide supra. Acta iudicialia. Conclusione 86. num.6.& seq.

5 Limita in procuratore constituto in iudicio, & ad iudicia,quia non probat sine testibus. Lap.alleg.82.n.4.ver.item solum.

6 Limita in actis factis in iudicio ex officio suo, quando non est necesse, quod talis actus fiat in iudicio contentioso, vt est deputatio Oeconomi, quia debent adhiberi testes, alias non probant. Lap.alleg.82.n.2.ver.quia regula,& idem in collatione beneficij, & similibus.

7 Limita in delegatione, vel subdelegatione, quia debent adhiberi testes, licet fiat in iudicio, quia non dicitur de actis iudicij, & non valet sine testibus. Innoc.in d. cap. quoniam contra, de probat.& in c.ad audientiam, de testib. Lap.dicta allegat.82.num.3.ver.vnde delegatio.

8 Limita in sententia diffinitiua, & interloquutoria, & in contestatione litis, quia communiter in istis adhibentur testes. Lap.d.alleg.82.n.3. ver. vnde in sentētia,in fi. ver.itē ac sine testibus.

9 Limita,quia acta iudicij tumpta à Notario nō deputato,nō probāt sine testib.Lap.d.alle.82.n.3.

10 Limita, quia licet non requirantur testes in ijs,quæ geruntur in iudicio, tamen non procedit, quando fieret contractus in iudicio, quia debent testes adhiberi,alias non probaret instrumentum. Bal.in rubr.C.de fid.instrum.col.2.

11 Limita in insinuatione donationis,quę licet fiat in iudicio, tamen debent testes adhiberi. Lap. d. alleg.82.n.4.ver.item tex.

Acta iudicij ad vnum finem facta, an probent ad alium. Concl. XC.

1 ACTA iudicij facta ad vnum finem non probant inter alias personas ad alium finem. Feder. de Sen.conf. 223. Domino Nicolao, maxime si pendet appellatio, à sententia lata super illis actis, vt ibi.

Vide. Res inter alios acta,tertio non præiudicat. Conclus.264.

Vide Soc. regula 6. Acta facta in vno iudicio, non probant in alio inter diuersas personas, & limitat quatuor modis.

2 Extende, quia acta iudicij summarij non probant in plenario, etiam inter easdem personas. cap. veniens, de testib. l.pennl.ff.de ijs, qui sunt sui, vel alien. iuris.

3 Declara extensionem, vt procedat, quando aliquid fuit deductum in iudicio incidenter, & non principaliter, prout si filius petat alimenta, & deducit summarie, & probat se filium, vt consequatur alimenta, nec in iudicio plenario sufficit illa probatio filiationis incidenter, & summarie facta. Ita declarat Abb. conf. 50. Circa quęstionem, col. 2.in fin. ver. non obstat, lib. 1. vbi dicit,quod idem est, quādo in iudicio summario agebatur ad vnum finem, in plenario ad alium finem; & secus esse, si in vtroque agebatur ad eundem finem, licet primum iudicium esset summarium, vel exequutiuum, quia si in vtroque factæ sunt plenæ probationes, probant in vtroque, & plenius Anchar. conf.146.In præd.quæst. n.7. & * seq. vsque in fin. ver. sed subtilius; vbi dicit * communem,quod acta in vno iudicio,non faciunt fidem in alio, etiam inter easdem partes, quando variatur modus agendi.

4 Limita inter easdem personas, quia regula est, quod cui nocet, vel prodest sententia, pariter eidem nocere, & prodesse debent acta. Alexand. conf. 61. Viso processu, num. 9. ver. ita etiam dicimus, lib. 2. vbi apostill. in ver. nocere, dat concord. & adde Dec. consil. 700. Quod est vltimum, num. 5.

5 Extende, quod dicitur de eisdem personis, vt habeat locum etiam in habentibus causam ab eis, & representantibus, plene Alexan. dicto consil. 61. num.7. & multis seq. ver. Item pręsuppono. lib. 2.

Vide. Acta iudicij coram vno Iudice in Conclusione proxima sequen.

Vide. Confessio in iudicio facta. Conclusione 639.num. 54.& seq.

Vide. Probatio ad vnum finem facta. Concluſ.783.

Vide. Sententia in vno iudicio. Conclusione 175.

Vide. Testes examinati in vno iudicio. Concluſ.269.

Vide. Præsentia in iudicio ad vnum finem, an præiudicet ad alium finem. Concl. 604.

Acta iudicij coram vno Iudice, vel arbitro facta, quando probent coram alio, vel non.Conc.XCI.

1 ACTA coram vno arbitro, probant coram alio successiuo arbitro,in quem partes compromiserunt, quando acta sunt publica,& factum respiciunt. Bald.conf.147. Inuentarium hæredis, in fin. ver. sequitur videre. lib.4.

2 Amplia, quia acta causæ, quæ respiciunt factum coram Iudice seculari, probant etiam coram Iudice Ecclesiastico, & spirituali inter easdem partes. Capel. Tholos. decis. 199. item fuit quæsitum; vbi secus est, quoad acta concernentia instantiam, & Guidop.q.36.

3 Amplia, quia imo inter easdem personas faciunt fidem, etiam in alia causa, penitus diuersa, & separata. Addit. 1.ad decis. Tholos. 199.

Vide plene per Mascard. Conclus.33. Acta iudicij facta in vno iudicio, quando probent in alio inter easdem personas, & quæ requirantur.

4 Generaliter, quando acta causæ coram vno Iudice, probent coram alio Iudice, varij varia tenent, plene Anchar. conf. 146. in fin. Alexand. conf. 82. In causa.col. 2. num. 5. ver. quia dato. lib. 1. Guidop. decis. 136. vbi apostilla se remittit ad plenam apostill. ad decis.Cappellæ Tholos. 199. sed quia confusa est materia, recurre, & vide plenius Felin. in cap.causam. il 1.de testib.vbi facit regulam affirmatiuam, quod probent acta

causę

cauſę inter eaſdem perſonas, prout ſunt probationes, & ſimilia factum reſpicientia, & diſtinguit multos caſus, ſecus eſt, ſi reſpiciunt inſtantiam. Deci. in l. 2. ad fin. C. de eden. Alex. conſ. 58. Viſa petitione, lib. 2. & vide plene per Iaſ. in d. l. 2. C. de eden. num. 18. in fin. cum ſeq. ver. in vltima parte gloſſæ, vbi dicit materiam intricatam, & per diſtinctiones ponit regulas cum fallentijs multis.

3 Declara, quod in caſibus, in quibus acta in iudicio vno, probent in alio, ſemper debet intelligi ſi producantur, alias non. Alex. conſ. 82. col. 2. nu. 4. & 5. ver. nec obſtat. lib. 1. & talis productio non debet eſſe generica, produco omnes, ſed ſpecialis apoſtill. 1. ad deciſ. Toloſ. 198. quod intellige ſecundum Iaſ. d. l. 2. num. 14. ver. ex tertia lectura. C. de eden. vt coram ſubrogato Iudice non requiratur productio, ſed viſio, ſed bene coram alio diuerſo Iudice requiritur productio.

5 Et iſta productio debet fieri in ſecundo iudicio in ſpecie, ſecus ſi generalis productio fieret, quia diceret, producit omnes proceſſus, & omnia acta, quia non relenaret. Ita apoſtill. 1. ad deciſ. Toloſ. 198.

Quid in teſtibus, & probationibus.

Vide. Teſtes examinati in vno iudicio. Concluſione 269.

6 Limita, quia non probant acta, & probationes, factę in vno iudicio, in alio, ſi debito modo non ſunt factæ. Guidopapæ deciſ. 136. ſi acta. num. 2. ſi autem non ſunt debito modo.

7 Limita, quia acta in iudicio ſummario non probant etiam inter eaſdem partes, in plenario iudicio. Bart. in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bonor. rapto. nu. 5. & ſeq. ver. quæro vtrum probationes.

8 Reſtringe in confeſſione principalis facta in iudicio ſummario, quia nocet vbique in plenario. Felin. in c. 1. col. pen. vt lit. non conteſt.

9 Declara reſtrictionem, vt non procedat, quando in iudicio ſummario fuiſſet pronunciatum contra illam confeſſionem, quia tunc non præiudicat. gl. ſi. in authent. Item poſſeſſor. C. qui potior. in pignor. habean. in ver. transferat. Alexan. Socin. & Iaſ. in l. qui Romæ. §. ſcientia. ff. de verbor. oblig. in principio. Felin. in cap. Capitulum, de reſcrip. Marſil. ſing. 257. Nemo audiendus eſt, per totum, maxime num. 3. & 4.

10 Contrarium, quod imo acta facta in iudicio poſſeſſorio ſummario inter eaſdem perſonas probent in petitorio, & plenario, tenuit Guidopap. deciſ. 136. circa fin. verſ. reſtat ergo vbi eſt caſus deciſionis.

11 Limita, quia acta iudicij ciuilis, non probant in cauſa criminali. Bart. in l. 2. §. 1. num. 5. & ſeq. ff. vi bono. rapto.

Vide. Confeſſio in iudicio ciuili, Concl. 671.

Vide. Probatio, & acta in cauſa criminali. Concluſione 790.

Vide plenius per Maſcar. concluſione 34. Acta & geſta in cauſa ciuili, an probent in criminali.

12 Reſtringe, niſi ad inſtructionem, vt fiat inquiſitio generalis. Ita Bald. in l. adita, in 9. col. C. de eden. quem refert, & ſequitur Guidop. deciſ. 136. ver. in cauſa autem criminali.

13 Reſtringe, quia probant pro reo, vt Guidopap. d. deciſ. 136. circa fin. verſ. in cauſa autem criminali.

14 Limita, quia acta ordinaria iudicij coram Arbitro facta, non probant coram Iudice. Socin. reg. 8. Acta ordinaria iudicij, vbi ponit tres fallentias.

15 Limita, quia etiam inter eaſdem perſonas non probant acta iudicij facta ad alium finem. Soc. reg. 7. Acta facta in vna ex pluribus inſtantijs, vbi limitat quinque modis.

Vide. Acta iudicij ad vnum finem facta. Concl. prox. præced.

Vide. Sententia lata in vno iudicio, quando prę iudicet in alio. Concl. 175.

Vide. Teſtes examinati in vno iudicio, an probent in alio. Concl. 269.

Vide ver. Confeſſio in iudicio facta. Concluſione. 641.

Vide. Confeſſio in iudicio ciuili. Concluſ. 671.

Vide. Probatio ad vnum finem facta. Concluſione. 783.

Vide Soci. in regula 4. Acta facta in vno iudicio, in alio fidem non faciunt: vbi limitat duobus modis, & plenius in regula 6.

Acta iudicialia, quæ pereant, perempta inſtantia. Concluſ. XCII.

1 REGVLA eſt, quod perempta inſtantia, pereunt omnia acta pertinentia ad ordinem iudiciarium. Alex. conſ. 58. Viſa petitione. lib. 2. vbi exemplificat in libello, litis conteſtatione, iuramento calumniæ, & ſimilibus, quę pertinent ad ordinem.

2 Declara, quia reſpicientia merita cauſę, non pereunt, ſed probant in alia inſtantia: prout probationes, confeſſiones, & ſimilia. Angel. conſ. 155. In quæſtione vertente. col. fin. verſ. ſuper tertio. Abb. conſil. fin. col. penul. ver. venio ad tertium. lib. 2.

Vide Duas proximas concluſiones præcedentes.

Vide plenius, in ver. Inſtantia cauſę deſerta. Concluſ. 214.

Acta iudicialia, quando ſunt communia. Concl. XCIII.

1 COMMVNIA dicuntur inſtrumenta, & alia iura producta in iudicio. Anchar. conſ. 288. Index de iure. num. 19. ver. ſi enim producit, etiam ſi producantur, ad defenſam producentis. Roman. conſ. 433. Quoad primum. num. 10. & ſequen. ver. quoad vltimum.

2 Amplia, quia probationes factæ in iudicio ſunt communes. Anchar. d. conſ. 208. n. 19.

3 Extende in teſtibus examinatis, quia effecti ſunt communes, tanquam de actis, & probant pro vtraque parte. Roman. d. conſil. 533. nu. 11. vbi apoſtill. in ver. auferri, dat concord.

4 Extende, quoad confeſſionem factam in iudicio, & acceptatam, quia eſt communis, & de actis. Ideo in præiudicium partis non poteſt reuocari. Rom. d. conſ. 433. circa fi. vbi Apoſtil. in ver. non poteſt, dat concord.

Vide. Producta in iudicio, quando communia efficiantur. Concl. 875.

5 Limita, quia poſitio negata, non eſt communis neganti. Ideo non poteſt ſe exilla iuuare. Ancharan.

Digitized by Google

charan. dicto consilio 208. numero 19.

6 Restringe, nisi negata positio probaretur, quia tunc esset communis neganti, & posset vti probatione communi. Anchar. conf. 208. n. 19.

Acta Iudicij nulla quando possunt conualidari. Concluſ. XCIV.

1 ACTA, & processus nullus, licet partes consentiant, quod super eo, tamquam valido pronuncietur, sententia tamen erit nulla, quia non possunt partes sanare substantialia iudicij. Guidopap. decis. 216. Iudex de voluntate partium.

2 Extende, quia in criminali processu non potest sequi condemnatio valida, si processus est nullus, etiam de consensu partium, quia omnino erit nulla. Guidopap. d. decis. 216. num. 3.

3 Restringe, quia non procedit concluſio coram supremis Iudicibus, quia non adstringuntur ad solemnia iudicij. Guidopap. d. decis. 216. nu. 1.

4 Restringe, quoad testes examinatos parte non citata, quæ si consensit, quod probent potest valida sententia ferri, Guidopap. d. decis. 216. n. 2. vbi quod ita seruatur.

5 Limita, quia licet partes non possint conualidare sententiam nullam, vt valeat tamquam sententia, tamen possunt consensu suo conualidare, vt valeat, tanquam pactum, & conuentio. De quo plene in ver. Broccardum, quod potui, nolui, &c. Concl. 133. nu. 42. cum multis seqq. vbi vide plures instantias, & declarationes.

Actio, quid sit, & vnde proueniat. Concluſ. XCV.

1 ACTIO nihil aliud est, quam ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur. Inst. de actio. in princ. vbi Iaſ. nu. 13. dicit, quod capitur multis modis verbum, actio.

2 Et dicit Iaſ. ibi in §. 1. supereſt. nu. 19. de actio. quod sicut argumentum apud Logicos dicitur, quod concludit ex propositione maioris, & minoris, & consequentiæ, ita apud Legistas argumentum dicitur actio, & repetit clarius in §. æque, numero 48.

3 Et omnis actio est directa, vel vtilis. Directa est, quæ causatur ex obligatione ad fauorem eius, pro quo directe fit obligatio.

Vide. Actio directa, & vtilis. Concluſ. sequenti proxima.

Et plenius infra. Actio non datur sine obligatione. Concl. 109. in princ.

4 Vtilis vero causatur ex æquitate vbicumque verba directa sunt pro Titio, cui promittitur solutio ad sui ipsius commodum: si vero ad commodum alterius absentis, absenti competit vtilis, verbigratia, promitto soluere Titio presenti pro Seio, Seius habet vtilem tantum, plene Bald. conſ. 18. lib. 4. Alex. conf. 207. num. 2. lib. 7.

Vide. Concluſionem proxime sequentem. verſ. item vtilis. num. 6. cum seq.

5 Et appellatione actionis intelligitur de forma, quæ possit in iudicio deduci, & exerceri. Signorol. conf. 217. num. 6.

6 Alia est diuisio actionum, quia aliquæ sunt directæ, aliquæ vero sunt contrariæ, de quibus plenè Alex. conſ. 214. quando dolus. num. 2. & seq. ver. Excellentissime Doctor. lib. 7.

Vide, actio directa, & contraria, quæ dicantur. Conclusione 101.

7 Actio, aut est generalis, prout actio tutelæ, negociorum gestorum pro socio, & similes, aut particularis, & generalis potest intentari multis modis, videlicet, in genere, prout, si peto socium condemnari ad reddendam rationem administrationis, & reliqua restituendum, & sic libellus generalis, & incertus quoad quantitatem admittitur. Item potest intentari etiam in specie, prout si peto socium condemnari ad mille, quorum restat debitor occasione societatis, vel saldi, & sic actio potest particulariter intentari. Alex. plene conſ. 80. Viso processu, in princ. lib. 4. & quod possit in specie intentari. Idem Alex. conſ. 170. Circa primum. nu. 3. ver. nam etiam. lib. 2.

8 Extende. quia libellus generalis, peto quicquid habes in tali Villa, subsistetur, & valet. Alexan. conſ. 187. In hac causa, in princ. lib. 2. vbi apostill. in ver. procedere, dat concord. & dicit, ibi Alex. quod in generali actione sufficit petitio generalis, & in speciali actione requiritur specialis.

9 Declara, quia quando actio generalis proponitur, & libellus generalis admissus est, duo sunt modi prosequendi, & probãdi, vnus, quod specialiter fiat postea probatio, de rebus particularib. & hoc casu sẽtẽtia debet ferri particularis. Alius modus est, quando etiam facta probatione in genere debet ferri sententia generalis, quę expectat postea liquidationem in specie; antequam fiat exequutio. Ita Alex. d. conſ. 187. in princ. ver. & si diceretur. lib. 2. vbi quod si esset facta probatio in specie, quoad aliqua, & in genere, quoad alia poterit ferri sententia specialis, quoad probata specialiter, & generalis, quoad probata generaliter.

10 Introductę sunt actiones, vt in iudicium deduantur, & succedant in locum officij, quod manu regali exercebatur. l. 2. in princ. §. deinde. ff. de orig. iur. Signorol. conſ. 217. num. 9. quia antequam essent actiones introductę de iure ciuili omnia manu regia, & via facti exequebantur. Alex. conſ. 134. animaduersis. num. 4. ver. non obstat, & iterum num. 43. lib. 6.

11 Officium Iudicis proprie non est actio, sed bene venit sub nomine actionis cum dictione vniuersali, vt si cedo actionem mihi ex quacumque causa, vel ratione competentem. Alex. conſ. 102. Viso Themate. num. 3. lib. 6.

12 Obligatio est mater actionis, sed nullum datur medium inter obligationem, & actionem. Signorol. conſ. 217. n. 8. vbi idem dicit inter dominium, & rei vendicationem in habitu, & abstracto: nam datur medium, &c.

Vide. Actio non datur sine obligatione. Concluſione 109.

13 Actiones omnes, aut sunt naturales.

14 Aut Ciuiles.

15 Aut Compulsoriæ, prout illæ, quæ oriuntur ex rescripto Principis, quia nec sunt naturales, neque ciuiles, sed oritur, quoddam ius compulsorium, quod expeditur officio Iudicis. Castrenſ. conſ. 339. Quia exceptiones. num. 4. lib. 1.

Aliquæ

16 Alique ſunt bonę fidei,aliquę ſtricti iuris. Iaſ. in §.actionum,in princ.inſtit.de actio.vbi enumerat,quæ ſint bonæ fidei,quæ non.

17 Actiones omnes, aut ſunt perſonales, prout quando ex contractu,vel quaſi, aut ex delicto,vel quaſi oriuntur, vt per Iaſ. inſtit. de actio. §. omnium.num.49.melius in princ.& num. 3.

18 Et per actiones perſonales petimus id, quod nobis debetur,& ad nos pertinet.Iaſ.in §.quędam n.18.inſtit. de actio.

19 Aut ſunt reales, prout quando oriuntur ratione dominij,vel rei ad nos pertinentis.Iaſ.d.§.omnium.num.49.& melius.nu.5. inſtit. de actio.

20 Et realis ſemper oritur ex iure, quod quis habet in re, & ſic ratione dominij.Iaſ. vbi ſup. & in §.quędam.n.18,inſtit.de actio.& melius in §. omnium.num.3.eod.tit.

21 Aut ſunt mixtę,quæ non ſunt mere perſonales, neque mere reales. Iaſ.in §.actionum.num.5. inſtit. de actio.

22 Aut in rem ſcriptæ, prout quando proueniunt à contractu, vel quaſi,maleficio, vel quaſi, & ſic origine ſunt perſonales, ſed perſequutoriæ in rem,quia ſequuntur poſſeſſorem rei, & etiam tales ſunt omnes actiones interdictorum.Iaſ.§.omnium.num.6.inſtit.de actio.

23 Et iſtæ in rem ſcriptæ dicuntur eſſe ius incorporale rei annexum, per quod competit actio confeſſoria, vel negatoria, quæ poteſt exerceri directe, vel vtiliter contra quemcumque occupantem rem alienam.Caſtren.d.conſ.336. Laudatio,in fin.lib. 1.

24 Actiones omnes,aut ſunt natiuæ,videlicet,quæ habent materiam præexiſtentem, ex qua oriri poſſit, aut datiuæ,videlicet,quæ non habent materiam præexiſtentem, ſed dantur à lege ex quadam æquitate.l.iuris gentium. §. 1. ff.de pact.vbi Bart.dicit ſingulare&, plene Iaſ. inſtit.de actio. §. rurſus. numero 78. & ſequenti.

Actio directa, & vtilis, & in quo differant. Concluſ. XCVI.

1 ACTIO directa eſt illa, quæ oritur directe ex aliqua obligatione,veluti ſi ego depono ſcuta mille penes Titium, quia tenetur mihi actione directa ex depoſito. Caſtrenſ. conſil. 434. Viſis omnibus. colum. fin. verſ. nunc ergo. libro 1.

Vide plura alia exempla in ver. Actio perſonalis,ex quibus oriatur.Concl.98.

2 Extende, quia iſta actio directa perſonalis,quę oritur ex contractu, vel quaſi,ex delicto, vel quaſi ita inhæret oſſibus, & perſonę habentis, vt non poſsit cedi.

Vide infra. Actiones perſonales, & directæ. Concluſ. 97.

3 Oritur tamen aliquando hæc actio perſonalis in ſubſidium ſine obligatione;prout ſi quis habuit; vel exegit rem meam,vel creditum meum,vt compellatur exhibere, vel vt detur contra eum actio in factum. Caſtren. conſ. 62.Pręſuppoſito, vt dicitur.lib.1.& uide multa ſimilia exempla, & declara,vt procedat,quando ex cauſa lucratiua tertius poſsidet.

Vide infra. Actio perſonalis contra quos non competat. Concl.99. In limitationibus, & maxime num.29.& ſeq.

4 Extende, quia actio directa etiam datur ei, qui habet actionem à iure ex contractu,& eius Aduerſario, quando idem contractus in ſuo correlatiuo variatur nomine, prout emptio,& venditio,quia eodem nomine non appellatur, ſic neque contrahentes, quia vnus appellatur emptor,alter venditor. Nam vtrique datur actio directa, videlicet emptori, & venditori ex illo contractu. Ita Alex. conſ.214.quando dolus.nu.3.ver.chriſt. Domine. lib.7.vbi apoſtilla dicit communem.

5 Vtilis vero actio dicitur actio contraria, quę competit ei, qui non habet diuerſitatem in contractu, & neque in perſona contrahentium,prout in depoſito, quia non mutat nomen, ſed dicitur depoſitum tam in deponente, quam recipiente,& non mutatur etiam nomen in contrahentibus, quia vnus dicitur deponens, alter depoſitarius formatus à deponente, & directa competit ſoli deponenti contraria, & vtilis depoſitario ex æquitate,& interpretatione.Alexan.d.conſil.214.num. 4. lib. 7.

6 Item vtilis actio dicitur ex diuerſis, prout directa,& ita denominatur ab vtilitate.quia ex depoſito a me facto ad vtilitatem Titij, vel ad fauorem Titij, Titius dicitur habere vtilem actionem, & ego directam. Caſtren.d.conſ.434.col.fi.in principio.ver.nunc ergo quæritur.lib 1.

7 Et cauſatur iſta vtilis,ex æquitate,& interpretatione, vt ſubueniatur ſibi.Alex. d.conſ.214.nu. 4.in fine.ver.quamuis.lib.7.

Vide concluſionem proximam præcedentem.

8 Ex alio etiam dicimus actionem vtilem alicui competere, quando creditor cedit creditum alteri,quia apud eum remanet actio directa, ideſt illa obligatio debitoris, ſic concepta verbis directis, quæ tolli,& transferri non poteſt,ideo tranſit vtilis actio in ceſſionarium ſola, quia eſſet impoſsibile facere,quod à principio Ceſsionarius ſit creditor,prout cedens.Din conſ.47.n.2.& 3.

9 Similiter dicimus vtile dominium eſſe penes feudatarium, emphyteutam, conductorem ad decem annos,quia tanto tempore dominium vtile acquiritur, quia re vera ipſi percipiunt vtilitatem, & fructus.Alex. conſ. 168. Stantibus, in princ. & per totum.lib.6.

Vide. Dominium directum,& vtile. Concluſione 611.

10 Sic etiam dicimus actionem vtilem nedum realem, ſed etiam perſonalem. quæ competit mihi contra nomen debitoris mei.Alex.conſ. 17.requiſitus.n.4.lib.1.

11 Et nedum datur vtilis perſequutoria rei, & ſic realis, ſed etiam hypothecaria vtilis aduerſus debitorem debitoris. Alexan.d.conſ.17. num. 4. lib. 1.& num.5.ver. ſecunda ratione, qui tamen hoc negat quando per exequutionem ſententiæ, & ſic per ſolutionem eſſet ſemel extincta ipſa actio in illo caſu, quod qualiter ſit verum, vide Vrſil. ad deciſio.Afflict.190.n.5.vbi declarat.

12 Imo, licet regulariter vtilis, vel directa perſonalis non detur quando nullus contractus, vel quaſi,non interceſsit,vt per Alex.d.conſ.17.num. 4. lib. 1. tamen vtilis cauſatur quandoque ex ſola æquitate, veluti ſi res pignoraui Titio, & Titius vendi-

vendidit res pignoratas Lucio, certe actio personalis, quam contra Titium habebam ex pignore, non transit in Lucium, sed bene creatur ex æquitate quædam actio vtilis. Bald. cons. 18. Punctus quæstionis. lib. 4.

Vide. Actio non datur sine obligatione. Concl. 109. num. 47. & seq.

13 Item oritur actio vtilis ex interpretatione, & ideo vbicumque statutum facit mentionem actionis, de directa intelligitur. Bartol. in 2. quæstion. Pisanæ Ciuitatis. num. 4. vers. quarto hoc probatur, in principio.

14 Declarat Bart. dict. quæst. 2. In solutione. nu. 3. ver. ad quartum, quia licet actio vtilis sit ex interpretatione, non tamen sequitur, quod iudicium super vtili sit ex interpretatione,, sed dicitur iudicium vere, sicuti si super actione directa esset.

15 Et multa priuilegia habet actio directa, quæ non competunt vtili; infra Conclus. proxime seq. n. 12. & e conuerso, multa priuilegia habet vtilis, quæ non competunt directæ.

Vide. Actio vtilis præfertur directæ. Conclusione 100.

16 Differunt etiam, quia actio vtilis, & realis competit etiam si nulla causa allegetur. Directa vero, & personalis requirit causæ expressionem, alias non competit. Ias. in §. item si quis n. 42. & seq. instit. de actio. & reddit ibi rationem.

Actiones personales, & directæ, ita inhærent ossibus, & personæ, vt non possint cedi. Concluf. XCVII.

1 ACTIONES personales, & directæ inhærent personæ, & ossibus, in tantum, vt non possint alteri cedi, neque à persona abdicari. Ancharan. consil. 5. Pro parte nobilis. num. 5. & 6. ver. si vero cessio, & est text. in l. 3. ff. pro socio, plene Ias. in §. omnium. nu. 1. vbi plene, & apostill. ibi in ver. personam. l. actionum genera. ff. de actio. & oblig: Cranett. cons. 298. num 7.

Vide. Cessio, de quibus fieri possit, & de quibus non Concluf. 212.

2 Declara, quia licet directa actio cedi non possit, si tamen cedatur, remanebit inefficax apud cedentem, neque erit locus. l. 3. C. de nouatio. vt possit exigere à debitore ante notificationem. Ita Alexan. in l. ex asse. num. 6. ff. ad Trebell. vbi dicit ita tenere, ibi Bart. & cum eo communiter * alij Doctor. transeunt, & ita videtur Alex. concludere, & ad hoc fuit alias allegatus.

3 Caue, quia non dicunt Bartol. & Alexan. quod si cedantur directę remaneant inefficaces, sed dicunt, & est verum, quod licet primus cedens trãsferat in primum cessionarium solas vtiles, tamen apud cedentem remanent directæ, & ideo potest debitor soluere cedenti, qui habet directas, quod non procedit si cessionarius cedat alteri, quia cum cedat vtiles solas, quas habet, apud eum nihil remanet. Ideo eidem primo cessionario solui non potest, etiam si non interuenerint aliqua, de quibus in l. 3. C. de nouation. Limitat tamen Alex. quod etiam si debitor ignorans secundam cessionẽ solueret primo cessionario liberaretur.

Declara, quia directa actio; & vtilis cedi potest, ita tamen, vt cessionarius directam nomine cedentis, vtilem vero nomine suo exerceat. Din. cons. 47. Visa, & diligenter. n. 2. & 3. Imo cessionarius ipso iure dicitur procurator in rem suam. l. qui stipendia. C. de procurat. Ias. in l. si se non obtulit, in 3. not. ff. de re indic.

5 Restringe, quia licet actio directa cedi non possit, tamen cessionarius illã exercere potest nomine cedentis. l. qui stipendia. C. de procurat. quia Cessionarius dicitur procurator in rem suam. Ias. in l. si non se obtulit, in 3. not. ff. de re iudic.

6 Declara restrictionem procedere in directa personali, secus in directa reali, seu in rem, quia illa bene cedi potest. Din. d. cons. 47. nu. 3.

7 Et dicitur personalis, quæ oritur à contractu, vel quasi; Realis vero, quæ habet originem à re. plene Ias. instit. de actio. §. omnium. n. 49. & seq. & realis transit sine cessione. Cranett. cons. 198. nu. 10. Signorol. Homod. cons. 4. Stauto Ciuitatis. n. 2. vers. secundo probat, & vide, quia differunt origine, effectu, & modo proponendi.

Infra. Actio personalis, contra quos. Concl. 99. n. 8. & seq.

8 Amplia, quia multa sunt remedia personalia, & actiones personę competentes, quę nullo modo cedi possunt, de quo dicas, vt

In ver. Cessio, de quibus fieri possit, & de quibus non. Concl. 212.

9 Limita, quia actio personalis potest cedi emptori, vt saltem tueatur excipiendo, sic videtur velle Cranet. cons. 298. nu. 7. in fin.

Vide plenius. Actio personalis, contra quos non competat, vel secus. Concl. 99. n. 43. & seq.

10 Limita, quia potest lex, vel statutum operari, quod actio directa transeat in cessionarium, sicut vtilis. Castrens. consil. 171. In casu præsenti. col. 2. ver. item secundo. lib. 2.

11 Extende, quia hoc posset Senatus consultum Trebellianum si vellet, quia cum istud sit de iure ciuili introductum, & Senatus consultum sit ius ciuile, hoc potest. Ita Bart. in d. l. ex asse. ff. ad Trebell. n. 3. ver. quero fideicommissus, & ibi* omnes.

12 Directa actio habet multa priuilegia, quæ non competunt vtili actioni, & ideo multæ exceptiones possunt competere contra vtiles actiones, quę non competunt contra directas gl. in l. emptor, & ibi Bal. C. de hæred. vel action. vend gl. & Bar. in l. 2. & 2. C. de actio. & obligat. gl. in l. quoties, in princip. & ibi Bar. ff. de admin. tutor. Ias. in l. 1. nu. 8. C. de transact.

13 E conuerso vtilis præfertur directæ in cõcursu. Vide. Actio vtilis præfertur. Concl. 100.

Actio personalis, ex quibus oriatur, & quid sit. Concl. XCVIII.

1 ACTIO personalis oritur inter emptorem, & venditorem, ex empto, vel vendito, quando non est sequuta traditio rei venditæ. Bal. cons. 96. Factum sic se habere videtur, circa med. vers. item est præmittendum ad euidentiam. lib. 1. & cons. 69. Inter virum, & vxorem, in fi. ver. personali etiam. lib. 1. vbi, quod agitur personali, contra venditorem, ut tradat.

2 Extende, quia etiã actio rescissoria propter læsionẽ dicitur ex empto, & personalis, secundum * com-

Digitized by Google

communem . Io. de Imol. conſ. 30. In caſu præmiſſo , per totum .

3 Amplia , quia ex omni contractu etiam pignoratitio oritur ſolum actio perſonalis.inſtit.quib. mod.re.contrahi. oblig. §.creditor , & inſtit. de oblig.§.ſequens .

4 Declara , quia in pignoratitia competit actio debitori contra creditorem creditoris rem pignoratam detinentem . gloſ. in l. grege.§ ſecundo.ff. de pignor. Bald.plene pro vtraque parte,conſ. 18. Punctus queſtionis, lib. 4.

5 Amplia in pacto de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate debitoris, quia licet pactum ſit in rem ſcriptam , & per illud detur auocatio poſſeſſionis , tamen oritur ex actione perſonali extenſa , quę afficit omnem poſſeſſorem , & eſt perſonalis,& non realis actio. Signorol. Homod. conſ. 4. Statuto Ciuitatis, per totum.

6 Amplia , quia actio perſonalis vtilis competit creditori aduerſus nomen debitoris obligatum : ideo poteſt primus creditor agere perſonali vtili aduerſus debitorem ſui debitoris,facta excuſſione . Alexan.conſ.17. Requiſitus in cauſa.num.4. libro 1.

7 Amplia , quia actio perſonalis oritur ex locato , & ex emphyteuſi.Rom.conſ. 311.In caſu propoſitæ conſultationis,in princ.

8 Amplia , quia actio de dote eſt perſonalis , & competit contra illum , qui recepit dotem , vel cuius nomine recepta fuit . Caſtrenſ. conſ. 357. Primo videndum, in princip. lib. 1. licet etiam competat hypothecaria.C.de rei vxor.actio. li.1.

9 Limita , quia actio perſonalis non datur , vbi ceſſat contractus,& obligatio ex contractu. Alex. conſ.184.In cauſa, & lite , nu.6. ver. inſuper non poteſt obtinere.lib.6.

10 Declara , quia actio perſonalis non poteſt oriri , niſi ex obligatione , quæ obligatio neceſſario debet eſſe , vel ex contractu, vel ex quaſi contractu , aut ex delicto , vel quaſi delicto , inſtit. de actio.§.omnium,& ibi Iaſ.in princ. vbi,quod perſonalis eſt , quia non egreditur perſonam , plene Feder. de Sen. conſ. 218. Domine Franciſce , in princ. vbi , quod valet argumentum , non ſum tibi obligatus ex contractu , vel quaſi , neque ex delicto , vel quaſi , ergo non potes agere contra me .

Vide plenius infra . Actio perſonalis contra quos non competat . Concluſ. proxima ſeq. vbi habes multas extenſiones, reſtrictiones, & declarationes .

Actio perſonalis contra quos non competat, vel competat . Concl.XCIX.

1 ACTIO perſonalis non competit contra tertium poſſeſſorem.Bald.conſ. 36. Factum ſic ſe habere videtur,circa med.ver.item eſt præmittendum ad euidentiam,lib.1.vbi, quod non ſequitur fundum actio ex empto , quia eſt perſonalis,& idem repetit conſ.455.lib.1.vbi duplicatur. Alex.conſ.11 per tot.lib.3.l.1.§.ſi hęres. ff.ad Trebell. vbi gloſ.in ver. ſequitur.Caſtrenſ.n.2. Iaſ.n. 3.& alij. Alex. conſ. 92. perſpectis.num.7. lib. 1. Iaſ. conſ 37.num. 9.& ſeq.lib.1.& conſ.109.lib.4. Natta conſil. 159.Vidi allegationes, num.2.cum ſequenti , late Tiraq. de retract. lignag.§.8. gloſ. 5.num.7.

2 Declara,quia, quis ratione rei,pro qua conuenitur, non eſt vere perſonaliter obligatus,ſed largo modo propter rem dicitur obligatus , ſic dicit Alex. conſ. 185.in cauſa,& lite.num.5.ver. quia etiam ratione rei.lib.6.

3 Amplia,quia actio pignoratitia oriens ex contractu , tanquam perſonalis non competit contra emptorem rei pignoratitiæ , ſoluto, vel compenſato pretio, quia perſonales ſunt omnes actiones, quæ ex contractu naſcuntur. l. 2. ff.de pignor.inſtit.de oblig.§.ſequens .

4 Declara ſecundum Bald.conſ.18.Punctus quæſtionis , quod licet directa actio non competat ; tamen competit vtilis ex æquitate iuris Canonici . lib.4. vbi pulchre loquitur , & dat caſum , in quo etiam directa competit actio pignoratitia , videlicet, debitori contra creditorem creditoris, ad quem res pignorata deuenit .

5 Secus eſt , ſi nomen debitoris eſſet , quia licet competat creditori creditoris perſonalis vtilis , vel etiam hypothecaria vtilis aduerſus debitorem debitoris , tamen eo debitore debitoris ſoluente ſuo creditori , vel ceſſionario , extinguitur omnis actio , neque agit creditor creditoris contra ceſſionarium, cui eſt facta ſolutio. Alex.conſ. 17. Requiſitus.num.4.& ſeq.lib.1.

6 Amplia , quia is, qui habet actionem perſonalem ad redimendum aliquid , ſi illud , quod poteſt redimi , alienetur; actio perſonalis ad redimendum , non tranſit in poſſeſſorem . Bald. conſ. 38. Proponitur,quod,per tot. maxime num.2.lib. 3. Alex.conſ.10.lib.1.

Vide . Pactum de retrouendendo non obligat quoad multa . Concluſ.29.

7 Declara,& reſtringe multis modis, vt per Cranett.conſ. 12.n.7.& ſeq.

8 Cognoſcitur autem actio perſonalis ab actione reali , quia perſonalis naſcitur ab obligatione , realis naſcitur à iure cauſato in re, non autem ab obligatione.Signorol.Homod.conſ.4. Statuto Ciuitatis , n.2.ver.ſecundo probat.

9 Item ex effectu,quia in perſonali petitur aduerſarium condemnari ad aliquid faciendum,in reali petitur declarare ius competere ad rem.Signorol.d.conſ.4.n.4.

10 Item ex modo proponendi,quia perſonalis proponitur contra obligatum, realis contra poſſeſſorem.Signorol.d.conſ.4.nu.5.

11 Amplia , quia actio ex empto ad pretium non competit domino rei, contra illum, qui emit rem alienam à tertio : quia in particularibus pretium non ſuccedit loco rei , neque dominus rei venditæ poteſt ratificare id, quod ſuo nomine geſtum non eſt , ſed debet agere ad rem ſuam rei vendicatione , vel alias. Alex. plene conſ. 49. In cauſa,per totum, lib.5.

12 Amplia,quia actio perſonalis non ſequitur fundũ,neq; ſingularem ſucceſſorem. Rom. conſ. 311. In caſu propoſitæ conſultationis,in princ.& conſ. 388.In caſu propoſiti,n.8.& conſ.488.Hæc ſequeſtratio,in fin.l.1.§.ſi quis.ff.ad Trebell. l.nam aduerſus.C.ſi cert.petat.Caſtrenſ.conſ.330.Viſis, & conſideratis , col.2.ver. nec etiam tranſit , lib.1. vbi tollit contraria. Rom. conſ. 311. In caſu, in princ. vbi apoſtil. 1.

13 Extende , quia petens reſcindi laudum , per quod

quod bona ſui debitoris fuerunt adiudicata tertio inter debitorem, & tertium poſſeſſorem, non auditur, niſi prius declarato eius credito cum debitore, vel eius hærede, & facta excuſſione bonorum debitoris, gloſ. in §. Item ſi quis in fraudem, in ver. poſſeſſis, & ibi Doctor. maxime Iaſ. numer. 65. in fin. cum ſequent. ver. gloſ. in ver. poſſeſſis, vbi de * communi, & limitat multis modis, l. 1. & l. penultim. C. de reuocand. iis quę in fraud. Et ſi eſt poſſeſſor ex cauſa onerosa requiritur dolus, videlicet, quod ſciuerit fraudem; ſi ex cauſa lucratiua, ſecus eſt. Plene Iaſ. d. §. Item ſi quis. numer. 33. & ſequent. inſtitut. de actionibus.

14 Extende, quia actio perſonalis non ſequitur poſſeſſorem fundi, l. fin. vbi gloſ. ff. de contrahen. emptio. & ideo non datur contra tertium poſſeſſorem, qui titulo poſſidet.

15 Extende, quia actio perſonalis, non competit contra ſucceſſorem ex pacto, vel contractu etiam in ducatu, quia dicitur ſingularis ſucceſſor. Aegid. Bellamer. conſil. 39. in princip. ver. ad ſecundum.

16 Extéde multo magis, quando ſucceſſor eſt ſingularis mediatus, & non habet cauſam immediatam ab obligato. Aegid. dict. conſi. 39. numer. 2. ver. & idem videtur.

17 Extende, quia ſocius omnium bonorum, licet poſſit agere actione perſonali contra ſocium, qui emit nomine proprio, & pecunia communi, vt communicet rem emptam, tamen non poterit agere contra ſingularem ſucceſſorem. Alexand. conſil. 152. In cauſa, & lite, numer. 6. ver. Forius dico lib. 7. vbi apoſtill. in ver. Actio da concord.

18 Declara, vt per Socin. conſil. 80. num. 2. ver. Reſpectu autem. lib. 3.

19 Amplia, quia vendens hæreditatem cum pacto, quod emptor teneatur ſatisfacere creditoribus non liberatur hæres, quin teneatur ſoluere, & creditores non poſſunt conuenire emptorem, ex pacto obligatum. l. ratio iuris. C. de hæred. vel actio. vendi. plene. Bald. & alij ibi. Crauett. conſi. 12. nu. 6. & ſequent.

20 Reſtringe fauore fiſci, quia fiſcus vendens hæreditatem, liberatur, & agunt creditores contra emptorem. l. 1. C. de hæred. vel action. vend.

21 Reſtringe, quando eſt in rem ſcriptum pactum, prout pactum de retrouendendo, quia poteſt exerceri contra ſingularem ſucceſſorem, quando ſciuit pactum, vel fuit conuentum, quod teneatur ſucceſſor. Ita Crauett. d. conſi. 12. in fin. Et plenius, conſi. 201. numer. 4. in fin. vbi dicit non habere difficultatem, quando adeſt hypotheca, ex qua fuit actum, & ſucceſſor ſe obligauit. Plene Iaſ. in §. Item, ſi quis in fraudem, inſtit. de actio. num. 33. & ſequent. vbi loquitur, idem ſi poſſeſſor ſciuit, quia tunc eſt in fraude, & numer. 33. ver. & iuxta quid ſi ſciuit poſt, non tempore contractus, vbi plena apoſtilla.

22 Reſtringe, quia magis * communis eſt opinio, quod poſſit agi contra ſingularem ſucceſſorem, quando actio eſt perſonalis, & in rem ſcripta, quia tunc impeditur dominij translatio; magis * communem dicit Iaſ. conſi. 128. lib. 4. * quem citat de magis * communi, atteſtando Crauett. d. conſi. 201. nu. 3. Licet etiam alleget * Iaſ. ſibi contrarium, & hanc magis * communem dicit etiam Menoch. conſ. 63. nu. 8. & ſeq.

23 Reſtringe, quando proponitur actio hypothecaria facta diſcuſſione, vel ſaluianum ſine diſcuſſione, quia tunc contra ſingularem competit actio perſonalis ratione hypothecæ, ita Crauett. d. conſi. 201. nu. 4. in fi. ver. Plane allegat Soci. conſ. 80. lib. 3. n. 2. ver. Reſpecto autem.

24 Reſtringe, ex æquitate, quia ampliatio eſt de rigore iuris Ciuilis, quia datur actio in factum, quãdo adeſt realis obligatio, ita apoſtill. ad Alex. conſi. 10. lib. 1. in ver. ſed recte, vbi, quod ita ſeruatur e xæquitate in Francia.

25 Reſtringe, quando extaret ſtatutum, quod poteſt tollere rigorem iuris Ciuilis. Crauett. d. conſ. 201. nu. 8.

26 Reſtringe, de iure Canonico, quando adeſt iuramentum, quia tunc acquiritur abſenti actio, & obligatio. Abb. plene in prohœm. decret. incip. Gregorius, nu. 25. vbi apoſtill.

27 Reſtringe fauore piæ cauſæ, quia cenſetur facta promiſſio Deo, qui vbique eſt præſens. Abb. dict. prooem. decret. in fin.

28 Contrarium tenet Bero. in c. in præſentia nu. * 78. de probat. & eſt * communis opinio, niſi adſit perſona, quæ acceptet. Doctor. in l. illud. C. de Sacroſanct. Eccleſi. Clar. in §. donatio, q. 12. in fin.

29 Limita, multis caſibus, de quibus Guidop. dec. 576. Actio perſonalis, per totam, maxime num. 2. videlicet, pro alimentis, pro anniuerſariis defunctorum pro decimis, pro oblationibus, pro tributis, confeſſoria, negatoria, & aliis caſibus, quibus contra tertium agi poteſt.

30 Limita, quia licet ex contractu pignoris oriatur actiò perſonalis, quæ non tranſit in ſucceſſorem ſingularem: tamen etiam competit actio in factum, & ad exhibendum, quæ eſt realis, & rei proſequutoria. & tranſit. Caſtrenſ. conſi. 62. Preſup poſito, vt dicitur, circa fin. ver. Item non obſtat, quod ex laudo, lib. 1.

31 Limita, quia actio perſonalis, per extenſionem tranſit ad quemcunque poſſeſſorem, prout eſt pactum de ingrediendo poſſeſſionem debitoris, propria authoritate; quia dicitur in rem ſcriptum, licet ſit perſonale. Signorol. d. conſ. 4. per totum, maxime nu. 6. & ſeq. ver. quinto probatur, vbi nu. 7. dat exemplum in ſaluiano, & omnibus interdictis ad exhibendum.

Vide. Pactum ingrediendi, quid operetur. Concluſio 37.

32 Extende, vbicunque datur actio à lege, vel ſtatuto propter rem, prout cauſa retractus, licet actio cõdictionis ex lege ſit perſonalis, tamen dicitur in rem ſcripta, & propterea tranſit cum re ad quemcumq. ita Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 5. nu. 6. & ſeq. vbi late.

33 Limita, quãdo actio perſonalis propter impoſſibilitatem contra alium exerceri non poſſet, quia tunc impoſſibilitas operatur, quod poteſt exerceri aliqua in ſimili. Crauett. conſ. 12. n. 5.

Vide. Impoſſibilitas operatur multa. Cõcl. 53.

Vide. Impoſſibilitas cauſat ius extraordinarium. Concluſ. 55.

34 Limita, quia actio perſonalis tranſit in ſingularem ſucceſſorẽ in multis caſibus, videlicet, quãdo ſingularis ſucceſſor ſciuit. Item, quando ſuſcepit

liem pro intereſſe. Item quando res eſt obligata generaliter cum iuramento, Crauett. d. conſ. 12. num. 7. & ſeq.

35 Et iſtud eſt per modum fallentiæ, quia regula eſt in contrarium. Angel. in l. prima. §. ſi hæres, vbi Alex. in princ. & Iaſ. num. 8. ff. ad Trebell. Bart. in l. interdum, in princip. ff. qui potior. in pignor.

36 Declara, quia iſta actio perſonalis, quando datur contra tertium poſſeſſorem, datur quãdo poſſidet ex cauſa lucratiua, ſecus ſi ex cauſa oneroſa. l. iijs ſolis, & ibi per gloſ. in ver. proficiat, & Bart. num. 2. Caſtrenſ. nu. 2. ff. de condit. indebit. Alex. in l. fin. num. 1. & 2. ff. per quem factum erit, vbi * dicit * communem. Bald. & moderni in l. plane. §. 1. ff. de legat. 1. & ita declarat Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 3. nu. 10. ver. prima concluſio, * vbi dicit * communem. Cagnol. in l. 2. num. 114. C. de reſcind. vend. Crauett. conſ. 7. num. 15. ſequitur Menoch. qui alios citat conſ. 63. num. 21. & ſeq. & loquuntur in actione læſionis vltra dimidiam iuſti pretij, quæ eſt perſonalis, & tranſit contra ſingularem ſucceſſorem ex cauſa lucratiua. Caſtrenſ. conſ. 62. Præſuppoſito, in princip. ver. item dico, lib. 1.

37 Item datur, quando poſſidet partim ex cauſa lucratiua, vt per Cagnol. d. l. 2. num. 114. C. de reſcind. vendi. vbi, quod ſi is, qui emit rem infra dimidiam iuſti pretij, & alteri vendidit iuſto pretio, non competit contra ſecundum emptorem ſubſidiaria actio, etiam ſi primus emptor non ſit ſoluendo, ſecus ſi emit pro eodem pretio infra dimidiam.

38 Declara, quia iſta actio ſubſidiaria non datur poſt quadriennium, à die, quo ſciuit. Ita Crauet. d. conſ. 7. n. 15. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 3. in fine.

39 Extende, quia limitatio procedit in vltimæ voluntate, & fauore vltimæ voluntatis. Caſtren. conſ. 94. Clarum eſt, lib. 2. Socin. Iun. conſ. 137. num. 5. lib. 1. per text. in l. plane. §. qui rogatus. ff. de legat. 1. Quia magis fauendum eſt vltimæ voluntati, propter fauorem publicum. l. vel negare. ff. quemad. teſtam. aperian. & quia differunt in multis diſpoſitiones ex vltima voluntate, & inter viuos. Alciat. conſ. 676. num. 1. cum ſeq. ver. ſed ijs non obſtantibus.

40 Extende, quia in contractibus datur ſubſidiaria perſonalis contra ſingularem, quando ſciuit, vel eſt doli particeps, vel locupletatur. l. 1. C. ſi vendito pignor. agatur. Neguſ. de pignor. in 6. part. num. 27.

41 Extende, quia quando competit ius reale ad creditum, quod fuit per alium exactum ex cauſa lucratiua in præiudicium habentis obligationem & hypothecam crediti, ſiue ſit conſumptum, ſiue non, ipſum creditum, ſemper datur actio ſubſidiaria perſonalis contra eum, qui exegit, vt vel exhibeat exactum, vel tantundem, vel datur actio in factum generalis ad prædicta. Ita Caſtrenſ. conſ. 62. Præſuppoſito. lib. 1. per totum, & quod detur actio in factum ſubſidiaria contra eum, qui detinet ex cauſa lucratiua rem mei debitoris perſonaliter obligati. Caſtrenſ. conſilio 96. Circa ea, quæ, in fine. libro primo; vbi, quod vbicunque adeſt æquitas, datur hæc actio in factum.

42 Et quod cauſa oneroſa liberet tertium ſingularem à perſonali omnino. Aegid. Bellam. conſil. 39. num. 2. ver. nec obſtat.

43 Limita, quia tranſit ad ſingularem ſucceſſorem per modum excipiendi, vel replicandi. Roman. dicto conſil. 311. in princip. vbi apoſtill. allegat Bor. deciſ. 43. col. pen. num. 17. ver. ad quod reſpondetur. Caſtrenſ. conſ. 62. libro 1. Crauett. conſ. 296. num. 7. in fin. Nam dicit Roman. quod concedens rem ſuam pro penſione, ſi vendat tertio, licet concedens non poſſit agere ad penſionem contra ementem, quia actio eſt perſonalis; tamen poteſt agere rei vendicatione, & ſi emptor excipit de conceſſione ſuo authori facta, & tunc replicatur de penſione.

44 Declara, vt per Caſtrenſ. conſ. 330. Viſis, col. 2. in fin. & colum. 3. in princ. ver. nec obſtat, libro primo; quia licet pactum de non petendo perſonale factum ad fauorem poſſeſſoris, tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem rei excipiendo, quia facilior eſt exceptio, quam actio, ſeu obligatio actiue, & paſsiue, tamen illud procedit, quando pactum perſonale eſt contemplatione rei, prout in dubio præſumitur, ſecus ſi contemplatione perſonæ, & conſtet, quia non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

45 Limita multis modis, de quibus plene Rip. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. vbi Alexand. & Iaſ.

46 Limita, quia actio perſonalis, & iura perſonalia poſſunt cedi, ſi conſuetudo hoc admittit. Caſtrenſ. 243. Super primo, per totum, libro primo.

47 Extende, quando res, vel actio perſonalis, ſemel effecta eſt alienabilis, vel conſtat, quod fuit empta, & conceſſa medio iudice, quia tunc poteſt cedi, & alienari. Caſtrenſ. conſil. 243. colum. fin. lib. 1.

Actio vtilis præfertur actioni directæ. Concluſ. C.

1 ACTIO vtilis præfertur directæ in concurſu. l. in cauſæ. §. fin. ff. de procurat. Oldrad. conſilio 224. numero decimo ſeptimo. ver. ſed conſtat. Fulgoſ. conſ. 186. pro determinatione. numero primo, vbi, quod directæ remanent inutiles in concurſu cum vtilibus. Caſtrenſ. conſ. 382. primo videndum, in fin. lib. 1. Alex. conſ. 96. Sentio dictum ſoluentem. nu. 3. ver. nec prædictis obſtat. lib. 7.

2 Contrarium per plura tenet Signorol. conſilio 217. Factum ſic ſe habet, numero duodecimo, * & ſequen. ver. puto tamen, vbi dicit * communem, & adducit multa iura, quæ probant ius directum, & dominium eſſe potentius vtili, & actionem directam præualere vtili, quia directum venit ex mente, & verbis; vtile vero ex mente ſola.

3 Declara, quia quando ab eadem perſona, & authore proueniunt, ſunt paris potentiæ, & melior eſt conditio primitus occupantis. Signorol. dicto conſil. 217. num. 16.

4 Declarat Alex. conſ. 96. Sentio dictum ſolutem. ver. nec prædictis obſtat. lib. 7. quia præfertur habens vtilem actionem, ſi concurrat cum haben-

te directam, antequam habens directam exegerit, quia si exegit, antequam habens vtilem denunciauerit, debitor liberatur.

5 Declara, quia vtilis, & directa actio se habent per modum contrariorum, & prefertur, seu prævalet vtilis, quando est causata ex vtili dominio. Signorol. d. conf. 217. num. 17.

6 Si vero se habent vt diuersa, tunc vtilis præfertur inutili, directa indirectę. Signorol. d. consil. 217. num. 17.

7 Quando vero se habent per modum vniformem vtilis prefertur, si competat ei, cui principaliter negocium vtile competit: directa quoque prævalet, si competit ei, cui negocium directum principaliter competit. Ita Signorol. dicto conf. 217. num. 17.

8 Declara, quia speciale est in vltima voluntate, quod habens vtilem actionem præfertur habenti directam, quia testator legando videtur velle, quod debitor soluendo legatario liberetur. Alexand. consilio 96. numero 4. ver. item respondeo, lib. 7.

9 Declara, quia antequam fit facta intimatio debitori a beo, qui habet vtiles actiones, solutio facta habenti directas, liberat soluentem: post notificationem vero si soluit, non liberatur, & sic vtilis firmat exercitium directarum, facta notificatione. Castrens. conf. 382. Primo videndum, in fin. lib. 1.

10 Extende, vt procedat quando cessionarius, vel emptor habens actiones vtiles prefertur si ipse concurrat cum cedente habente directas, sed istud idem etiam procedit in hæredibus, & inter hæredes cedentis, & cessionarij. Fulgos. conf. 186. in princ.

11 Extende, vt idem sit in prosequutione pignoris, quia potior est causa creditoris, quam domini. Fulgos. conf. 186. col. 3. ver. sicut in pignore, quod extendit, num. 2. etiam ad hæredes creditoris, & domini.

12 Amplia adeo hoc esse verum, vt debitor soluens, vel transigens cum creditore habente solum directam actionem, non liberetur, quando fuit cessio, vel venditio crediti notificata. Fulgos. d. conf. 186. in princ.

Vide. Cedens iura, quando possit exigere à debitore, vel non. Concl. 185.

13 Extende, quia vtilem habens actionem semper præfertur cessionario posteriori habenti directam, etiam si habens directam præuenerit citando, & obtinendo exequutionem, quia potest impediri per habentem vtiles ante solutionem. Alex. conf. 17. lib. 1. & plenius conf. 15. lib. 6. per tot. vbi attestatur de * communi.

14 Extende, quia vbicunque concurrunt habentes vtilem, & directam contra tertium possessorem semper præfertur habens vtilem, quando cessio est ad commodum cessionarij; secus si ad commodum cedentis. Cravett. conf. 227. Iafredus, num. 2.

15 Amplia, quia si emphyteuta agat pro damno dato in emphyteusi, non potest dominus directus liberare damnum dantem, quasi sit dominus directus, quia etiam si ipse damnum dedisset, teneretur vtili domino. Castrens. conf. 471. Ad primum, circa fin. lib. 1.

16 Limita, quia habens directum dominium, & directam actionem, præfertur habenti vtile dominium, & vtilem actionem, quando præoccupauit. ita Signorol. dicto consilio 217. numero 16.

17 Declara, vt procedat, quando se habent, vt diuersa, non autem contraria, quia habens directam præfertur ad effectum directæ, prout è contra, habens vtilem prefertur ad effectum vtilis. Signorol. d. conf. 217. n. 17.

18 Limita, quia habens directum dominium, & directam actionem potest liberando eum, contra quem est cessa vtilis tertio, extinguere vtilem cessam, secundum * communem, de qua Signorol. conf. 217. nu. 18. & seq. ver. venio ad tertium, maxime num. 21.

19 Restringe, quando cedens vtilem tertio obligasset iura cessa, & hypothecasset bona, pro quibus fecit cessionem, quia tunc non tolleret obligationem, neque hypothecam. Signorol. consil. 217. numero 21. ver. nec obstat; vbi, quod hypotheca dicitur separata à contractu, & non respicit contractum, sed obseruantiam contractus.

Vide. Dominium directum, & vtile, in quibus consistant, in quo differant, vel equiparentur. Concluſ. 601.

Actio directa, & actio contraria, quæ dicatur. Concluſ. CI.

1 ACTIO directa dicitur illa, quę oritur ex contractibus, ex quibus variatur nomen contractus, & variatur nomen contrahentium, quia actio, quę competit ambobus, semper dicitur directa: exemplum, quia contractus venditionis variatur quoad partes, quia respectu venditoris dicitur venditio, respectu emptoris dicitur emptio; idcirco siue agat venditor, siue emptor, dicitur agere directe vterque, quia eis confertur hæc actio; secus si non variatur contractus, neque nomen contrahentium, quia tunc non competit directa, sed contraria actio, quæ est vtilis ex æquitate; dat exemplum in mandato, quia mandans solus habet directam, mandatarius contrariam, quæ est vtilis, quia nomina non variantur, sed vnum deriuatur ab alio, & idem est in deposito, & similibus: ita pulchre Alexan. consil. 214. Quando dolus. num. 2. ver. excellentissime Doctor, vsque in fin. libro septimo, vbi tollit contrarium, quod errando in hac materia motiuabat Iudex, & reprehendit etiam Roman. contrarium sentientem * sing. 406. & hanc esse * communem Alex. fatetur ibi apostilla.

2 Contrarium respondet Iudex replicans solutioni Alexandri, quod imo detur contraria, etiam vbi variatur contractus, prout in negociorum gestore, & in tutela, quia datur actio directa primo, & vtilis, vel contraria secundo: allegat totum tit. de contra. iud. tuto. ff. ita ille Iudex, d. conf. Alexan. 214. n. 4. in 1. & seq. ver. quamuis responsiones, lib. 7.

3 Declara, quia contrarium inepte deducitur, quia per exempla illa non variantur nomina contrahentium, & sic non tollitur, imo confirmatur responsio Alex. Ideo Alex. non curauit dare aliud responsum, vt per apostil. ad Alex. d. cons. 214. num. 4. in ver. quamuis, lib. 7.

Actio vtilis competit sine cessione. Concluſ. CII.

1 HÆRES cum beneficio, sicuti potest soluere primo venienti totum creditum, etiam posteriori, dūmodo sine dolo soluat, & liberatur; ita primus creditor agit cōtra eum, cui fuit facta solutio, actione vtili sine alia cessione. Castrens. cons. 212. Supradicta omnia, in fin. lib. 1.

2 Amplia, quia, quoad vtilem actionem Notarius acquirit absenti sine cessione. Rolan. à Vall. * cons. 19. num. 17. lib. 1. vbi dicit * communem.

3 Extende multis casibus, de quibus in ver. Cessio iurium debet fieri. Concl. 211.

Et plenius in ver. Acquirere alteri, quando, & per quos possit. Concl. 440.

4 Amplia, quia vsufructuarius omnium bonorum, in quem transeunt iura, & actiones, postquam prestitit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo, sine cessione, potest illa exercere, etiam in concursu cum directis, & prævalet Alexan. consil. 96. Sentio, lib. 7.

5 Extende, quia sicuti quando legatur totum nomen debitoris, transit pleno iure vtilis actio sine cessione, ita etiam si legatur nomen debitoris non pleno iure, sed quoad vsumfructum debet transire vtilis actio sine cessione ad effectum consequendi vsumfructum, quia paria sunt legare ius debitoris, vel cedere, ita pulchre Alexan. d. cons. 96. n. secundo. lib. 7.

6 Limita, quia regula est, quod in actione personali, quam quis recipit nomine alterius, non acquiritur illi, cuius nomine recipitur, sine cessione. l. possessio quoq; §. si possessio. ff. de acquir. poss. sess. Castrens. cons. 171. In presenti casu, col. 2. ver. primum est, lib. 2.

7 Extende, quia neque procurator acquirit domino absenti sine cessione obligationem personalem; secus si acquireret domino præsenti. l. si procuratori præsentis. ff. de verb. obli. Alex. cons. 177. Visis, & lectis n. 3. ver. probatur etiam. lib. 7.

8 Extende, quia etiam si Notarius acquireret absenti in ijs, quæ non spectant ad officium suum, tamen non acquirit sine cessione, secus in ijs, quę spectant ad officium Notarij. Angel. cons. 73. In statuto Florentino, in fin.

9 Restringit tamen duobus casibus, scilicet, quando extat statutum, vel lex. Item quando is, qui tenetur cedere non reperitur. Castren. d. cons. 171. col. 2. ver. primum est, lib. 2.

10 Restringe ad effectum liberationis, quia si tu stipulatus es, nomine meo tibi solui decem, possum ego liberare debitorem sine cessione tua, quia si sumus in ijs, in quibus potuisti mihi acquirere sine cessione res est clara, si sumus in ijs, in quibus non potuisti acquirere sine cessione, ex cessione mea oritur exceptio doli ad fauorem debitoris liberati, & quia possum ego agere contra eum, qui nomine meo fuit stipulatus, vt eum liberet. Bart. cons. 192. Stipulatus est, lib. 1.

11 Restringe, quando interuenit iuramentum, quia operatur, vt in absentem, pro quo stipulatur, transeat actio vtilis sine cessione, & est ratio, quia iuramentum respicit Deum, qui supplet præsentiam absentis, & quia operatur idem, quod iudicium Alex. d. cons. 207. Domine Alex. num. 2. lib. 7. vbi apostill. in ver. fallit, dat concord. & repetit cons. 208. in princ. eod. lib. 7.

12 Restringe, nisi cessio fiat in iudicio, quia vtilis acquiritur absenti sine cessione. Alex. d. cons. 207. n. 3. in fin. lib. 7.

13 Et procedit restrictio, etiam si stipulatus protulit verba in ipsius personam, prout si stipulatus sit dotem Dominæ Sarræ, quia non attenditur, in quem verba concipiantur, sed sufficit, quod interfit absentis, vt vtilis actio acquiratur illi sine cessione, stante iuramento. Alex. d. cons. 208. n. 2. & seq. lib. 7.

14 Limita, quia si ego obligo me Titio de soluendo pro Seio absente centum, actio directa acquiritur Titio, cui debeo soluere; vtilis vero Seio, pro quo debeo soluere, & hæc actio vtilis non competit Seio sine cessione. Alex. cons. 207. Domine Alexander, n. 2. lib. 7.

15 Restringe in legato, vel statuto, quia si lego dotem pro filia marito eius, potest agere etiam filia sine cessione, & maritus, sic etiam in dispositione statuti, siue dirigat verba in vnum, siue alterum. Alex. d. cons. 207. nu. 2. & seq. lib. 7. & plenius repetit cons. 208. in princ.

Vide. Absenti non acquirit. Concluſione 38. num. 130.

Vide. Legatarius incorporalium, quando habet vtilem actionem sine cessione, vel non. Concluſ. 149.

Actiones reales quæ esse dicantur. Concluſ. CIII.

1 ACTIO realis dicitur, quæ oritur ex iure causato in re, non autem, quæ oritur ex obligatione. Signorol. Homod. cons. 4. Statuto Ciuitatis. num. 2. & seq. vbi ponit differentiam inter realem, & personalem.

2 Et natura obligationis realis est, quod is, qui habet rem obligatam, quę est penes plures possessores etiam pro indiuiso nullam dicitur habere obligationem contra possidentes, licet possit eos conuenire hypothecaria, tanquam possidentes, quia hypothecaria est actio realis, quę non præsupponit obligationem competere contra possidentes: ita plene Alex. cons. 98. Super eo, de quo lib. 7. num. 2. ver. sed quando plures: vbi, quod non possunt etiam conueniri in solidum, licet habeat quilibet eorum partem in parte, & qualibet gleba, sed pro rata eorum, quia quilibet habet partem iuris intellectu, licet oculo corporali non videatur.

3 Amplia, quia actio hypothecaria est realis. Bald. cons. 485. Statuto Ciuitatis. nu. 3. ver. quia in hypothecaria. lib. 1.

Vide in ver. Hypotheca est realis. Concluſione 111.

Vide. Actio mixta hypothecaria. Concluſione 105.

Declara

4 Declara,quia licet actio intentata, & directa ad rem hypothecatam ex prima intentione, ſit realis, quia tamen finalis intentio eſt conſequendi creditum, pro quo res eſt hypothecata, dicitur perſonalis, & ea, quæ de perſonali loquuntur, habent locum in iſta. Caſtrenſ. conſ. 10. Si vera ſunt,num.7.lib.1.

5 Amplia, quia petitio hæreditatis dicitur actio realis, & licet quoad effectum, maxime reſpectu fructuum ſit mixta,quia perſonalem continet:tamen ſtatutũ Mediolani,quod ſententia lata in rea li exequatur contra quoſcunq; etiam tertios poſſeſſores,habet locum etiam in ſententia ſuper petitione hæreditatis lata.Signorol.conſ. 48. Quæritur ſi petij,per totum, vbi in fin. quod ita de facto obtinuit.

6 Amplia, quia ſi is,qui alieno nomine poſſidet reali actione conuenitur, & condemnetur, talis ſententia non nocet domino, ſi ignorauit. adeo, quod neq; exequutio ſententiæ facta nocebit domino.Bart.in l.2.C.vbi in rem actio.nu.10.

7 Declara, quia ſi poſſeſſor nominat dominum debet abſolui ab illo iudicio, & proceditur contra dominum dato nouo libello, & non tenetur nominans probare,quod nomine alieno poſſideat. vide plene Bart.in d.l.2.vbi de hac materia plura cumulat, & quod Iudex debet notificare nominationem domini factam in iudicio.

8 Amplia, quia vbicunque ius reale competit ex laudo, vel contractu,aut ſententia, licet agi non poſsit actione ex laudo, ſententia, vel contractu contra tertium, quia eſt perſonalis actio, tamen agitur ex iure reali deſcendente ex contractu,vel ſententia, quia ius reale tranſit contra omnem poſſeſſorem.Caſtrenſ. conſ.62. Præſuppoſito,circa fin.lib. 1. & per totum.

9 Extende, quia perſonalis actio vtilis oritur etiam aduerſus eum, qui poſsidet rem obligatam, vel nomen debitoris obligatum. Alex.conſ. 17.Requiſitus in cauſa,num.4.lib.1.

Vide. Actio perſonalis contra quos non competat, ſupra Concluſ.99.

10 Extende, quia actio in rem datur contra poſſeſſorem rei, & non fit mutatio iudicij ex defenſore veniente ad rei defenſionem. Bart. in quæſt. 2. Piſanę Ciuitatis, in princ. quod declarat ibi in ſolutione, niſi ſit venditor, qui ex neceſsitate venit ad defenſionem pro ſuo intereſſe, quia poteſt petere fieri compromiſſum,tanquam coniunctus, licet emptor non poſſet, quia non mutatur iudicium, & idem repetit conſ. 29. Conſilium lib. 2.

11 Extende, quia actio realis tractari debet in loco, & territorio, in quo res ſita eſt, in quo ſit iuriſdictio.l.fin.C.vbi in rem actio. cap.fi.de for. compet. quod procedit, quando conſtat,quod eſt de territorio,alias non,vt per Alex. conſ. 1. Ponderatis, in princ.ver.ſecundo iuncto.nu.15. ver. non obſtat, quod ratione loci,lib.5.& plene ibi n. 3. ver. non poteſt etiam dici.

12 Extende, quia ſi eſt dubium de territorio, Iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio. l. ſi quis ex aliena.ff.de iudic.c.Romana.§.contrahentes, de for.compet.in 6.

Vide. Iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio. Concluſ.414.

13 Amplia, quia ius incorporale rei annexum dicitur realis actio, cuius vigore competit conſeſſoria vtilis,vel directa contra occupantem,& hęc datur etiam domino fœudi,contra eum,qui male fuit inueſtitus, Caſtrenſ.conſ.336.Laudatio,in fi. lib. 1.

14 Amplia, quia realis actio tranſit in emptorem, & ſingularem ſucceſſorem ſine ceſsione. Crauet. conſ.298.num.10.

Actio realis contra dominum nominatum,quando dirigenda, vel non.Conc.CIV.

1 SI quis agat reali, vel perſonali in rem ſcripta contra colonum, vel alium, qui nomine domini poſsideat,& ipſe nominat dominum in iudicio, ad effectum,vt veniat ad cauſam; ſi ante litem conteſtatam,auditur, & veniente domino liberatur ab illa cauſa.l.2. C.vbi in rem actio.Caſtrenſ.conſ.471. Ad primum,in princ.lib.1.Alex. conſ.136.Viſo proceſſu,in fi.nu.7.ver.illud autem certum, lib.7.

2 Sic etiam is,qui conuentus reali,vel mixta petitione hęreditatis,vel alia actione, & libello reſpondens dixit, ſe poſsidere iure familiaritatis, vel nomine talis, non poteſt vlterius conueniri, & debet abſolui, ſi contra eum actor proceſsit, qui debet in expenſis condemnari. Alexan.dicto conſ. 136.in fin.lib.7.

3 Reſtringe,quando actio eſt perſonalis,vel quando is, qui conuenitur ſentit vtilitatem,& commodum ex actu, vel damno dato; quia licet nominet dominum,etiam Epiſcopum,& veniat ad cauſam, non liberatur,auth. qua in Prouincia, vbi Bart.num.8.C.vbi de crimine agi opor. Caſtrenſ. conſ.471.per totum,lib.1.

4 Reſtringe, quia doloſa nominatio non liberat nominantem: ideo is, qui ſimulate donauit, vel vendidit, & conſtituit ſe nomine donatarij, vel emptoris poſsidere, ſi Conuentus nominet donatarium; vel emptorem non liberatur, quia doloſe facit. Roman. conſ. 246. clariſsime per * totum,maxime nu.3. & ſequen. vbi dicit * communem.

5 Amplia. quia imo defenſor neceſſarius, prout venditor etiam non nominatus poteſt venire ad defenſionem cauſæ pro ſuo intereſſe, imo poteſt petere ex perſona ſua fieri compromiſſum, licet poſſeſſor non poſſet, quia non mutatur iudicium. Bart.in quæſt.2.Piſanæ Ciuitatis, in ver. ſolutio, & iterum Bart. conſ. 29.Conſilium, lib.2. vbi ſecus, ſi non eſt neceſſarius defenſor.

Vide in verb. Forus ratione rei ſitę. Concluſione 437.

Actio mixta hypothecaria, & contra quos, & quibus detur. Concluſ. CV.

1 HYPOTHECARIA dicitur acceſſoria ad perſonalem obligationem.

Vide plene infra,in ver.Hypotheca quotuplex. * Concluſ.111.

2 Separari tamen poteſt à perſonali, & ſtare poteſt ſine perſonali. Bart. in l. fideiuſſ. obligari,in princ.de fideiuſſ.per Angel.& Imol.ibi.Alex.conſ. 47. col.fin. in princ. lib.3. Neguſ. de pignor. in

2.part.in 5.memb.nu,32,ver.nec.obſtat.Alexand. conſ.51.col.fi.ver.Erit ergo modus,in fi.lib. 5. tu vide regulam, quod licet actio hypothecaria expreſſa ſit acceſſoria ad perſonalem, ita quod ſine perſonali ſtare non poteſt,quoad originem:tamẽ ſublata perſonali durat hypothecaria; quam ponit ampliando,& limitando. Neguſ. de pignor. in 6. parte. 2. membr. numer. 5. & ſequent. ver. Tertio quæritur: ſecus in actione hypothecaria ex lege,quia vtraque eſt principalis,etiam origine.Neguſ.part.2.memb.3.nu.33.

Vide in ver. Hypotheca eſt realis actio. Concluſ.111.

3 Cumulari poteſt actio perſonalis, & hypothecaria in eodem libello.Guidop.dec.108.

4 Itẽ hypothecaria,& ſaluianũ interdictũ poſſunt ſimul cumulari, quia nõ ſunt remedia cõtraria,ſicut petitoriũ poteſt cumulari cum poſſeſſorio adipiſcendæ.c.Paſtoralis de cauſ.poſſeſſ. & propriet. & l. cum fundum. §. fi. ff. de vi, & vi armat. & declara, vt per Neguſant. de pignor.in 8.part. 1. memb.nu.9.

Vide,Saluianũ quando,& ex quibus dicatur intentatum.Concluſ.18.in fin.

5 Vtilitas cumulationis eſt,quia ſi actor non poterit obtinere in hypothecaria, obtinebit in Saluiano.In quo ſufficit probatio leuior, prout poſſeſſionis debitoris. Caſtrenſ. in l.rem alienam,circa fin.ff.de pignor.actio.vbi dicit ſe conſuluiſſe ita in Ciuitate Piſtorij, & eſſe verum, licet Procuratores,& Aduocati ſubtiliter non conſiderantes,non aduertant,& dicit menti tenendum eſſe, quia eſt de pane lucrando,ex quo poteſt dari caſus,quod non poſſit probari rem poſſeſſam à debitore, eſſe in illius dominio, quæ tamen erat illius,& erit locus hypothecariæ, ſequitur Neguſ. de pignor. in 8.part.nu 103.

7 Amplia,quia hæredibus competit actio hypothecaria in ſolidum, licet poſtea pro virili diuidant inter ſe,vt l. 1. C. Si vnus ex plurib.iuncta, l.ſi fundus.§.ſi duo,iuncta glo.ff.de pignor.

7 Et eſt obligatio hypothecaria indiuidua, quę competit omnibus creditoribus in ſolidum, & ad omnia bona,l.quandiu.C de diſtract. pigno,

8 Et licet à principio re ſpoſſit pro parte obligari pro diuiſo,& pro indiuiſo. Bart. in l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pignor. tamen ſemel obligata pro vno debito ſemper quælibet pars illius debiti habet totam rem obligatam,donec in totum ſatisfiat, l. quandiu.C.de diſtract.pignor.etiam ſi vnus nummus reſtaret ſoluendus.Socin.conſ.135.poſt med. lib.1.& eſt text.in l.ſi neceſſarias.§.ſi vnus,ff.de pignor.action.

9 Comprehendit hypotheca bonorum, nedum bona debitoris hypothecantis preſentia,ſed etiam futura l.1.in prin.ff.de pignor.l.fi.C.quæ res pign, oblig.poſſit.

10 Actio hypothecaria pro hypotheca generali bonorum competens extenditur ad omnia bona, l.1.ff.de pignor.l.obligatione generali,eod. tit. & l.2.C.eod.

11 Extende,quia hypotheca generalis inducit hypothecam omnium bonorum, & rerum ſingulariũ in genere,& in ſolidũ.l.1.C.ſi vnus ex pluribus.

12 Extende, quia niſi totum debitum ſoluatur nulla res obligata liberatur, etiam ſi ſit facta ſolutio debiti pro parte,quia nihilominus pro reſiduo remanet res in ſolidum obligata,vt prius,l quandiu, vbi bonus text. C. de diſtract. pignor. l.ſi rem, §. omnis,ff. de pignor. actio. l. qui pignori. ff. de pignor. l. in exequutione. §.penultim. ad fin. ff. de verbor. obligatio. l. 1. C. de luitio pignor.

13 Extende, quia pro generali hypotheca ſicut olim, ita, & hodie poteſt creditor tenutam apprehendere, & in poſſeſſionem mitti in omnibus bonis,iuxta text. in l. 1. ff. quib.ex cauſ. in poſſeſſ. eautr.

14 Extende, quia eſt in electione creditoris habentis plures res obligatas, vnam ſolum,quam voluerit, pro vniuerſo debito vendere,l.creditoris. ff. de diſtract. pignor. intelligendo tamen cum temperamento poſito per Docto. in dict. l. quandiu, & plenius per ſcribentes in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff.de re iudi. vt nec melior, nec omnes vendi debeant.

Vide. Æquitatis quæ eſſe dicantur, Concluſione 311,

15 Extende, quia prædicta procedunt nedum aduerſus debitores, vel eorum hæredes, ſed etiam contra tertios poſſeſſores, l. moſchis,in princ. & ibi gloſ. & Bart. ff. de iur. fiſci, ponderando illum text, ſequitur Neguſ. de pignor.8.par. princ. in primo membr. numer. 6. ver. nona concluſio, & quod actio hypothecaria afficiat rem,& quemcunq. poſſeſſorem,quia tranſit cum ſuo onere, eſt text.in l.pignoris,ff. de pignor.& in l.pignoris.C. eodem, & quod ſequatur fundum, & quoſcumq. poſſeſſores fundi,eſt text.in l. ſi fundus, §.in venditione.ff.de pignor,

16 Reſtringe,quia quoad effectum ſatisfactionis reſtringitur pro menſura debiti, & crediti reſpectiue,auth. ei,qui,& ibi * omnes ſcribentes,C.de bonis,auth.iudi.poſſeſſ.

17 Reſtringe,quia ſatisfacto creditore omnia pignora liberantur,& omne ius hypothecæ ſoluitur, l.Idem liberat,in princ.ff.quib.mod. pign. vel hypoth.ſoluit,

Vide. Solutio,tollit obligationem, & quando non.Concluſ.340.

18 Reſtringe, quia creditori ſatisfieri debet de bonis ſui debitoris,& non alterius,l. à Diuo Pio, §.Si ſuper rebus,ff.de re iudi.Bald.in l.2.in 1.not. C.ne vxor pro marito,

19 Reſtringe multis modis, in ver. Pignus poſſidens.

Vide plene in ver. Actio hypothecaria auocat. Concluſ.126.

20 Actio hypothecaria datur contra titulo poſſidentem,quia res hypothecata tranſit cũ illa obligatione ad quemcunque,l. ſi prædium cum l.ſeq. C.de euictio.l.ſi mancipium,§. fi. ff.eod.tit.l.ſi ab eo.ff.de pignor.

Vide, in verb. Hypothecaria actio quibus, & contra quos detur.Concluſ.124.

21 Et Agens hypotheca quid petere, & concludere debeat.

Vide,Hypothecaria agens, quid petere,& concludere debeat.Concluſ.122.

22 Et quid debeat probare agens hypothecaria.

Vide.Hypothecaria actio,vt cõpetat.Cõcl.123.

23 Et auocat poſſeſſionẽ pro qua competit etiam Saluianũ interdictũ,§.Item Seruiana,vbi Aret. & Iaſ.inſt.de actio,

Vide.Hypotheçaria auocat poſſeſſionem. Concluſio. 126.

Vide.Interdictum Saluianum conc.192.

Vide.Saluianum interdictum quale.Concl. 19.

Actio

Actio ex lege, vel ſtatuto oritur, & qualis. Concluſ. CVI.

1 REGVLAM facias, quod ſemper oritur actio ex lege, quando lex aliquid iubet, vel ius inducit, quia poteſt agi ex illa lege, quando verba diriguntur ad partes, ſi vero ad Iudicem, tunc oritur officium Iudicis, de quo dic, vt plene per Bar. in l. ff. de condit. ex lege. nu. 3. & ſequen. pleniſſime apoſtill. ad ſingul. Matheſil. 80. incip. not. quod Bart.

2 Et intelligas, quia hæc actio ex lege dicitur perſonalis, vt per Caſtren. conſ. 109. Dubia, in quibus, in principio. verſic. nec obſtat. libro primo, vnde ſi agatur de inofficioſo teſtamento, in quo præſcribitur quærela inofficioſi non præſcribitur condictio, ex l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam. vt * eſt magis* communis opinio. Alex. conſ. 128. nu. 4. & 5. lib. 1. vbi in fin. num. 5. dicit hoc contra hæredem, quia bona non exiuerunt de dominio hæredis, contra quem tranſit perſonalis, ſecus ex l. fi. C. de inoffic. donat. quia eſt contra ſingularem, & eſt ſingularis ſucceſſor.

3 Dicitur in rem ſcripta hęc actio cõdictionis ex lege, quando conceditur pro re, prout filio pro legitima. Cravett. ex mente Alciat. quem citat. conſ. 752. num. 10. in fin. ver. inde fit, & quod ſit in rem ſcriptam, & detur etiam contra ſingulares ſucceſſores: licet ſit perſonalis. Put. deciſ. 37. in fi. lib. 2. & idem in alia materia. Cacher. deciſ. 59. num. 2.

4 Extende, quia vbicumque lex, vel ſtatutum dirigit verba in reum, oritur contra eum actio ex lege. Cacher. d. deciſ. 59. num. 2.

5 Amplia, quia ex lege, vel ſtatuto etiam conformi iuri communi, oritur actio ex lege, vel ſtatuto. Bart. in l. 3. §. ſi rem. ff. de legat. 3. vbi, quod ſi ſtatutum dicat, quod victus victori in expenſis condemnetur, quod etiam eſt de iure communi, competit actio ad expenſas ex ſtatuto. Alex. conſ. 208. Præſtantiſsime. num. 2. ver. non obſtat, quod Domina Larę. lib. 7.

6 Extende, quia ex ſtatuto, quod filia non ſuccedat, ſed debeat dotari, oritur cõdictio ſtatutaria, quæ tranſit ad hæredes. Alex. conſ. 169. Viſis inſtrumentis. num. 6. ver. propterea. lib. 7. vbi apoſtill. in ver. tranſitoria, dat concord.

7 Et quod oriatur cõdictio ex lege ſuper eo, quod lex diſponit, eſt gloſſ. per illum text. in l. 1. C. de ijs, qui ex public. ratio. lib. 10. ver. authoritate, vbi, quod competit condictio ex lege, vel actio in factum. Aloyſius de Albertis ſingul. 75. ex ſtatuto.

8 Et ex contractu emphytheutico oritur actio ex l. Zenonis, quæ eſt l. 1. C. de iure emphit. communem * dicit Clarus in §. emphytheuſis. q. 47.

9 Idem eſt in donatione, quia competit cõdictio ex lege. l. cum pater Meuius. ff. de leg. 2.

10 Et in donatione oritur condictio ex l. ſi quis argentum. C. de donat. Ægid. Bellam. conſ. 39. nu. 14. vbi dicit, quod condictio ex lege, vel ſtatuto non poteſt concurrere cum dominio rei, ad quam agitur, quia ſi agens eſt Dominus, non agit condictione ex lege, vel ſtatuto, & idem eſt ſi adeſt ſtipulatio.

11 Amplia, quia imo etiam ſi verba ſtatuti non dirigantur ad partes, oritur tamen cõdictio ex illo ſtatuto, vbicumque illud actum eſt, quod diſponit ſtatutum. Alexan. conſ 207 nu. 3. ver. ſecundo reſpondeo, & conſ. 208. lib. 8. vbi late. num. 2. verſ. in quantum autem,

12 Extende, vt idem ſit in legato, quod in ſtatuto, & è contra. Alex. d. conſ. 207. num. 3. & conſ. 208. num. 3 lib. 7.

13 Extende, quia ſemper quod lex, vel ſtatutum aliquid ſtatuit ad fauorem, vel contemplationem alicuius: licet non dirigat uerba ad eum, tamen competit cõdictio ex lege, uel ex ſtatuto: exemplũ, Dicit ſtatutum, quod ſtantibus agnatis maſculis fœminæ non ſuccedant, poterunt agnati maſculi, quorum contemplatione emanauit ſtatutum intentare condictionem ex ſtatuto illo: licet uerba non dirigat ad eos. Alex. conſ. 6. Attebtis. num 7. uer. & attento, quod. lib. 7. vbi ponit alia ſimilia, & conſ. 208. num. 2. ver præterea quando ſtatutum. lib. 7.

14 Amplia, quia iſta actio, quæ oritur à lege, vel à ſtatuto durat 30. annis.

Vt in uer. Inofficioſi querela, infra quantum tempus, Concl 170. maxime n. 28. & ſeq.

15 Extende, quia cenſetur intentata actio ſtatuti, licet non ſit dictum in ſpecie, quando factum fuit narratum, & petitum omni meliori modo, quia cenſetur intentata actio competens ex ſtatuto, & Iudex tenetur ſupplere in iure communi, & in iure ſtatuti. Alex. d. conſ. 208. n. 3. & ſeq. uer. non obſtat, quod non eſt actum. lib. 7.

16 Et actio competens ex iure antiquo non deſit competere, quamuis lex noua eandem tribuat actionem, niſi ſit dictum, quod ea ſola competat actio. Oldrad. conſil. 94. num. 11. uer. ſed ſiue dicatur.

17 Limita, quia nunquam datur actio ex lege, uel ex condictione legis, uel ſtatuti, quando alia actio conceditur; ideo dicitur ſubſidiaria condictio ex lege, quæ ita demum datur, ſi alia actio non competit. Din. conſil. 43. col. 1. ante medium, & conſil. 48. in fine, quem ſequitur Cravett. conſil. 752. num. 21.

18 Limita, quia agitur ex confirmante, uel ex confirmato.

Vide. Confirmatio operatur multa. Concluſione 706.

19 Extende maxime, quando confirmatum erat nullum, uel fuit ex confirmante conualidatum.

Vide. Exequutio ſententiæ, ad quem ſpectet, an ad Iudicem à quo, uel ad quem. Concl. 475.

Actio ex teſtamento, quando competat, & qualis. Concluſ. CVII.

1 LEGATARIVS, cui teſtator reliquit prædium cum onere ſoluendi alteri certum quid poteſt compelli actione ex teſtamento. Feder. de Sen. conſ. 260. in fi. princ. uer. quarto quæritur, & in fi. uer. ſuper quarto.

2 Amplia, quia actio ex teſtamento: licet ſit ſtricti iuris, quia non eſt de enumeratis, inter actiones bonę fidei, tamen habet ſe ad inſtar bonę fidei. Ideo competit etiam quoad fructus, & acceſsiones rei debitæ ex teſtamento. Ias. inſtit. de actio. §. actionum, nu. 5. & ſeq. uer. communiter dicitur.

Vide

Vide. Legatarius habet hypothecam, & multa priuilegia. Concl. 147.

Actionem habens ad rem, quando rem ipſam habere dicatur. Concluſ. CVIII.

1 HABENS actionem ad rem vendicandam, ſeu conſequendam, ipſam rem habere dicitur. l qui habet. ff. de reg. iur. vbi plene Dec. dicit, quod eſt per fictionem, & non per veritatem, & al legat multa pro vtraque parte, quod minus habere dicatur, qui habet actionem, quam qui habet rem. Bero. conſ. 43. n. 27. & 28. lib. 2.

2 Extende, quia habẽs actionem ad rem recuperandam, rem ipſam habere dicitur, quia paria ſunt amittere rem, vel actionem ad rem conſequendam. Bart. in l. ſi prius. ff. de noui oper. nunciat. ſequitur Ruin. conſ. 149. nu. 4. lib. 1.

3 Extende, vt procedat in contractibus, quia ſi fiat inueſtitura, quod heredes, qui habeat hæreditatem, & bona inueſtiti ſuccedunt, id habebit locum in eo, qui adiuit, & non apprehendit hereditatem. Ruin. conſ. 149. num. 4. & ſeq. lib. 1. & probat, quia promittens de euictione pro dato, & facto ſuo, etiam promittit pro facto heredis, quod improprie eſt factum promittentis.

4 Extende, quia habens actionem ad rem ſi illam cedat certo pretio conſtituto, talis ceſſio accedit venditioni, & cadit ſub ſtatuto loquente de venditione. Pariſ. conſ. 83. n. 19. & ſeq. lib. 3.

5 Extende, vt procedat in legatis, quia legans actionem, rem ipſam legare videtur: licet ſit minus habere actionem, quam ipſam rem, propter commodum poſſidendi. Bero. conſ. 43. num. 27. & 28. lib. 2.

6 Extende, quia actio iudicatur mobilis, vel immobilis, prout competit ad rem mobilem, vel immobilem, & ſic iudicatur, vt ipſa res repreſentatiue. Rolan. à Valle conſ. 1. num. 127. lib. 3. vbi dicit * communem.

7 Amplia, quia actio importat idem, quod res in præiudicium eius, qui potuit exigere, & non exegit. Bero. d. conſ. 43. in fin lib. 2.

8 Amplia, quia actio ad rem, ſiue mobilem, ſiue immobilem eſt eiuſdem naturæ, prout res, ad quã competit. Ideo ſicuti res mobiles minoris, & Eccleſię poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus: Ita etiam actio poteſt remitti ſine ſolemnitatibus. Alexand. plene conſ. 92. Perſpectis, in princ. maxime. num. 6. lib. 6.

9 Limita quoad effectum ſatisdandi, quia qui habet actionem, non dicitur poſsidere bona ſtabilia, ad quę habet actionem, vt non teneatur ſatisdare. Ruin. dicto conſ. 149. num. 6. lib. 1. & conſ. 82. num 7. lib. 2.

10 Extende, quoad effectum valoris, quia minus valet actio ad rem, quam ipſa res. l. minus. ff. de reg. iuris. Natta plene conſ. 145. num. 13. & 14. vbi dicit eſſe ridiculum aliter dicere, quia neceſſe eſt, quod ille, qui habet ſolam actionem, exponat ſe periculo litis, & diſpendijs.

11 Et hac ratione emptiones actionum dicuntur quædam mercimonia, ſeu ſpecies mercimonij, quia poteſt lucrari, & perdere emptor propter incertitudinem. Rolandus à Valle conſilio 38. numero 13. libro ſecundo.

12 Limita, quia habens actionem, ipſam rem habere dicitur per fictionem non per veritatem, & ideo in contractibus, in quibus verba uere, & non ficte ſumuntur, diuiſio de bonis poſſeſsis non extenditur ad actiones, niſi ſit dictum. Alex. conſ. 75. Viſo themate. num. 4. uer. nec obſtat. lib. 6.

Et facit alia regula ſupra. Accingendus de proximo, habetur pro accincto. Concluſ. 83.

Actio non datur ſine obligatione, & nemo ſine actione experitur. Concluſ. CIX.

1 ACTIO non datur ſine obligatione, quia obligatio eſt mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. & ideo valet argumentum à ſufficienti partium enumeratione; tibi non ſum obligatus ex contractu, neque ex quaſi; neque ex delicto, neque ex quaſi; ergo contra me non habes actionem. Ita Feder. de Sen. conſ. 218. Domine Federice, in princ. quia, vt inquit, nemo ſine actione experitur. l. quoties. §. qui temporali. ff. de adminiſtr. tutor. & quod nemo ſine actione experiatur. Feder. conſ. 239. in princ. Decian. late conſ. 2. nu. 47. & ſeq. lib. 1. Abb. conſ. 88. Videtur, in princ. verſ. ſecundo hoc probatur. lib. 1. l. ſi pupilli. §. videamus in fi. ff de nego. geſt.

2 Extende vt procedat, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quia ſicuti in ciuilibus nemo experitur ſine actione, ita in criminalibus, vbi non eſt ius accuſandi, non poteſt quis puniri, neque per accuſationem, neque per inquiſitionem, quia ubi deficit ius accuſandi, non poteſt adeſſe ius inquirendi. Bart. conſ. 100. à Domino Cino. num. 4. uer. præterea ex hoc arguitur. lib. 1. & quod ubi actio ciuilis non oritur, neque etiam criminalis detur. Cepol. conſ. 59. Paul. col. penul. Socin. conſ. 127. Viſis. lib. 1. Marſil. conſ. 35. num. 14. late iſtos, & alios citans Marant. in praxi in quarta parte, in 1. diſtinctione, numero 5.

3 Amplia, vt procedat non obſtante æquitate, ſi æquitas ſcripta non reperitur. Feder. de Sen. dicto conſ. 218. in fin. ver. argumenta æquitatis.

4 Amplia in tantum, vt quando non eſſet notorium, actionem non competere tempore iudicij; nihilominus ſi poſt finitum iudicium cõſtat, quod actio non competebat, reuocantur omnia, tamquam nulla. Feder. de Sen. conſ. 287. qui loquitur in eo, qui poſtquam obtulit ſe, & bona ſua monaſterio, egit contra ſuos creditores ante publicationem oblationis, quia ea detecta iudicium nullum redditur.

5 Et eſt regula, quod nemo experiri poſsit in iudicio ſine actione, & Iudex debeat lacerare libellum agentis ſine actione. Roman. conſil. 22. Propoſitæ. num. 4. Anchar. conſ. 119. Pluribus de cauſis, in principio. Iaſon in l. ſi Titius. num. 3. ff. de uerb. oblig. & in l. ubi pactum. num. 10. C. de tranſact. ubi ponit regulam cum limitation. pleniſsime Tiraq. in l. ſi unquam, in uer. reuertatur, num. 345. C. de reuocand. donation. Matheſil. ſingul. 7. ubi apoſtill. ponit quinque fallent. Alexan. conſ. 166. lib. 6. Craurett. conſ. 191. in principio.

Caſtrenſ.

Caſtrenſ.conſi.250.Viſo puncto in prin.lib.2.

6 Declara,quia iudicium redditur nullum,quando agit ſine actione,& reus opponit.Rom. conſi. 224.Iſta captura,nu.5.ver.quod autem, vbi dicit iudicium nullum,quando maxime fuit oppoſitum, & ibi apoſtill.in ver. opponat dat plurimos concordantes.

7 Imo,quod tunc actor poſſit,& debeat repelli à Iudice,quando ſine actione actor experitur,& fuit oppoſitum,idem Roman.dict. conſil.224. nu. 5.& ibi apoſtil.in ver.repellendus.

8 Et quod Iudex ex officio ſimpliciter repellat à iudicio agentem per calumniam.Rom.conſ.42.n. 4.ver.Quarto quia,& ibi apoſtill.in ver.officio,& idem quando actori denegatur actio ex forma iuris,vel ſtatuti.Rom.conſi. 67.in fi.vbi plena apoſtill.in ver.repellet,dat cõcord.& dicit, quod hoc debet facere ex officio,vt tollantur actus fruſtratorij.

9 Reſtringe,quia de facto poteſt agere,vt contingit multoties de facto,quod quis condemnetur iniuſte ei,qui non habet actionem,& ſic de facto valet proceſſus. Bart. conſi. 100.à Domino Cino,n. 7.ver.ſuper 4.lib.1. vbi apoſtil.in ver.omni actione,dat concord.

10 Reſtringe,quando ſemel competit actio,quia licet deſierit competere,tamen conuentus patiendo ſe conueniri,ſibi præiudicat.Bart.d.conſi.100. numer.8.lib.1.ver. Præterea quando primo tempore.

11 Extende etiam in dote,quia mulier, quæ ceſſit alteri cum iuramento iura dotis, non agit, quia ſine actione ageret.Anchar.conſ.119.in prin.

12 Imo,mulier agens ad dotem,quam dicit ſibi dari tam tempore contracti matrimonij, quod matrimonium durat, repellitur, quia ſine actione agit, ex quo actio competit marito,non ſibi, Caſtrenſ. d.conſi.250.in prin.lib.2.

13 Extende, quia exceptio, tibi non competit actio ,impedit litis ingreſſum.Bart.in l.ſi pupilli.§. videamus.ff.de neg.geſt.

14 Extende regulam, in tantum carentem actione non poſſe agere,vt Iudex debeat talem actorem repellere,ſi ſibi conſtat ex confeſſione, vel ex actis, quod caret actione.Iaſ.in l.vbi pactum,n.11.ver. nota ergo,vbi apoſtill.in ver.adde in materia. C. de tranſactio.& n.19. & vbicunque ſibi liquet repellere debet.Tiraquel.in l.ſi vnquam, ver.reuertatur,nu.346.C.de reuoc.donat. Caſtrenſ. conſil. 250.in princ.lib.2.Alexand.conſi.166.in cauſa, & lite,nu.4.ver.imo Iudex,lib.6.vbi apoſtill. in ver. repellere,citat concord.

15 Extende in tantum, quod ſi Iudex non repellat agentem ſine actione ipſe tenetur in ſindicatu.Iaſ. dict.l.vbi pactum.num.19.C.de tranſaction.

16 Extende,etiam contra Hebræum,contra quem nemo agit ſine actione.Io. de Imol.conſ.6.in prin. ver.ſecundo videndum.

17 Imo, quod non poſſit reus ſponte pati, quod contra eum agatur ſine actione. Alex. conſi. 166. nu.4.lib.6.

18 Imo,libellus ſimplex non procedit,quando nata non eſt actio,etiam ſi pendente iudicio purificetur conditio, quia ius ſuperueniens non conualidat iudicium, niſi libellus ſit generalis, vel conditionalis,plene Matheſil.ſing.9.vbi apoſtil.n. 3.& 4.declarat.

19 Declara extenſiones,vt ſententia ſit nulla, quando fuit oppoſitum, & liquet non competere actionem;ſecus ſi non fuit oppoſitum,niſi quando deficeret actio,& denegaretur audientia prout bannito agenti,quia ſententia pro eo lata eſt nulla. Crauett.conſi.191.in prin.vbi late oro vtraq.parte,& ita diſtinguit.

20 Extende,quia ſi Iudex, qui non repulit à principio actorem agentem ſine actione, etiam reo non petente debet eum repellere in fine ipſum reum abſoluendo. Caſtrenſ. dict. conſil. 250. in prin.lib.2.

21 Reſtringe,quãdo agitur de facto, vt per conteſtationem litis oriatur actio.Iaſ.d.l. ſi Titius, nu. 3.de ver.oblig.

22 Reſtringe, quando non ad effectum ſententiæ, ſed vt noua actio oriatur.Iaſ.vbi ſupra.

23 Reſtringe,quando reus expreſſe conſentit. Iaſ. vbi ſubra,vbi plene,ver.circa tertia examinat, & tandem dicit * communem. Matheſil. Singu.7.

24 Contrarium,Alex.conſ. 166.In cauſa,& lite.nu. 4.ver.Quinimo.lib.6.

25 Imo,ex quo proceſſum eſt ad ulteriora nõ auditur in ſecunda inſtantia ſuper dilatoria. Io. de Anan.conſi.26.nu.9. ver. præterea non obſtat, & numer. 10. vbi maxime dicit hoc procedere in ſecunda inſtantia, quando ab interloquutoria eſt appellatum.

26 Contrarium tenet Alexand. conſil. 136.num. 9.lib.2.

27 Reſtringe aliis duobus modis per Iaſ. d.l. ſi Titius.n.3.& ſeq.ff.de verb.oblig.

28 Amplia,quia nemo agit etiam ex actione competenti,ex turpi cauſa,ex parte amborum, vel agentis, quod declara,vt per Iaſ. in l.generaliter, ff. de ver.oblig.quia Iudex debet repellere,ſicut ſi experiretur ſine actione.

29 Amplia,in tantũ neminem experiri ſine actione,vt Iudex repellat agentem ſine actione, etiam parte non opponente, imo ſi pars conſentiret,adhuc non poteſt audiri,quando omnino deficit actio,quę nata nõ ſit.Alex.conſ.136.n.9.lib.2. Ruin. conſ.190.n.9.lib.1.Crauett.conſ.91.in prin. Rom. conſ.224.Bart.& alij in l. vbi pactum. C.de tranſact.Florian.de Sancto Petro,conſ.17. n.3. & ſeq. vbi quod is, contra quem quis agit ſine actione, non tenetur excipere,quia Iudex repellit.

30 Amplia,quia antequam ſit purificata conditio, à qua pendet actio,nemo agere poteſt,quia experiretur ſine actione.Florian.conſ.15. in prin. Caſtrenſ.conſ.320.col.2. lib. 2.vbi, quod reus debet abſolui,quia poteſt euenire,quod nunquam oriatur actio,& interim dum cõditio pendet a futuro euentu non eſt nata aliqua acto.

31 Amplia,quia quando conſtat,quod non intereſt actoris,dicitur agere ſine actione, veluti ſi petit declarari rem ſpectare ad Titium, nulla expreſſa cauſa,quod ſua interſit.Alex.d.conſi.166.n.4.& 5. ver.Sed quod dictis agentibus.lib.6.

32 Amplia, quia ſi contracta eſt ſocietas inter duos Hebręos, non poteſt occupator Banchi agere contra ſocium Banchi, quia cum eo non contraxit.Io.de Imol.conſil.6.in prin.ver. ſecundo videndum.

33 Amplia, quia quando actio non eſt nata, quia debitum eſt ſub conditione incerta, non poteſt agi, ſecus ſi ſub conditione certa omnino extitura, ita Alexander conſil. 95. libro primo.

Extende

34 Extende, quia debitor in diem, vel ſub conditione, pendente conditione non poteſt carcerari, quia non eſt debitor. Ruin. conſ. 177. num. 8. & ſequen. lib. 1. vbi licet teneat contrarium, tamen id procedit, quia non erat debitum conditionale, ſed purum,

35 Amplia, quia Iudex non audit agentem ſine actione, neque reus tenetur excipere, imo reus non excipit, neque aliquid probat, niſi prius fundata intentione actoris. Florian. de S. Petro conſ. 17. nu. 3. & ſeq.

36 Amplia, quia qui petit merum factum, vel conditionem declarari, dicitur experiri ſine actione, niſi deducat ius ſum reale, vel perſonale, aut mixtum. Signorol. conſ. 250. num. 3. verſ. ſed eſt deductum.

37 Amplia, quia regula neminem experiri ſine actione, & debere repelli à iudicio ſi conſtat etiam parte non petente, procedit etiam coram Arbitro, & Arbitratore. Caſtren. conſ. 250. Viſo puncto, in princ. lib. 2.

38 Amplia, quia qui dicit ſe Dominum, & poſſeſſorem pacificum rei, dicitur ſe excludere ab omni actione, quia ſi Dominus eſt, & pacifice poſſidet dicitur ſine actione experiri, niſi actionem ex aliquo interdicto ſpecificet. Signor. d. conſ. 250. n. 3. in fi. ver. item ſecundo petit.

Et an ſententia lata ad fauorem eius, cui nulla competebat actio: ſit ipſo iure nulla.

Vide plene Antonium Gabriel. lib. 2. titul. de ſenten. Concluſio 8. ſententia lata, vbi pro vtraque.

39 Limita, quia valet ſententia lata pro eo, qui carebat actione, quando non erat notorium, & non fuit oppoſitum, ſecus ſi fuiſſet oppoſitum, vel eſſet notorium, quia tunc non valet ſententia. Rom. conſ. 388. Quoad primum, in fine. num. 3. verſic. quoad tertium.

40 Extende idem in eo, qui habet exceptionem elidentem actionem, quia ſi eam non opponit, ſibi præiudicat, & valet ſententia, ſecus ſi oppoſuit. quia ſententia eſſet nulla. Bart. conſ. 100. num. 9. verſ. quid ergo, lib. 1. vbi idem dicit eſſe etiam in criminalibus contra fictum confeſſum ex ſtatuto.

41 Limita, quia poteſt agi, vt declaretur actio turbida competere. apoſtil. ad Matheſil. ſingul. 7. in fine.

42 Limita, quia poteſt agere ille, cuius intereſt: licet actio ex verbis in eum non dirigatur, veluti ſi alicui legetur aliquid inueſtiendum pro alimentis, vel vt poſſit alere filios, quia filij poſſunt agere pro implemento cautæ: licet legati verba in eos non dirigantur. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. vbi Bar. & alij, & in l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritas. ff. de leg. 1. & in l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de leg. 3.

Vide. Intereſſe non habens non auditur. Concluſ. 315.

43 Limita, quia in ijs, in quibus dictat ratio naturalis, licet deficiat actio, vel ſit ſublata de facto, tamen datur exequutio manu Regia, prout dabatur antequam eſſet actio inuenta. Alex. conſ. 134. Animaduerſis. num. 41. ver. non obſtat, & iterum. num. 43. lib. 6.

44 Limita in repreſaleis, quæ conceduntur ſine actione, & ſine officio Iudicis, ſed manu Regia, prout de iure gentium omnia manu Regia exercebantur. Bart. in tract. repreſalearum, in 3. queſtio. num. 2. ver. ad primum. in fi. & iterum quæſt. 4. in princ. ver. ad primum, vbi apoſtil. in ver. manus Regia.

45 Limita, quia habens obligationem annuam, poteſt hodie agere, vt cum venerit dies debitor ſoluat, dummodo non vltra 40. annos, quia omnis actio tollitur 40. annis, & ſic vltra 40. annos non poteſt præſcribi, quia non poteſt agere pro tempore vltra. Crauett. de antiquit. temp. in. 4. p. §. materia iſta. nu. 35.

46 Limita, quia ſine actione quis experitur officio Iudicis contra eum, ad quem res mea deuenit ex cauſa lucratiua ſine culpa mea, quia ago contra eum ex æquitate. l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. quæ ſolum habet locũ quando ex cauſa lucratiua conuentus in iudicio habet rem meam. Ægid. Bellam. conſ. 39. num. 2. ver. nec obſtat lex. Anchar. conſ. 23. nu. 11. ver. ad ſecundum: vbi, quod ex æquitate hoc fit, etiam ſi agens propoſuit ineptam actionem, quia adhuc Iudex condemnabit detinentem ex lucro.

Vide. Locupletari nemo debet cum aliena iactura. Concl. 438.

47 Extende, quia licet non detur actio inter ſeruum, & dominum, neque inter monachum, & ſuperiorem ſuum; tamen datur officium Iudicis, vt ſeruus agat de ſæuitia contra dominum, & monachus ad neceſſaria, & debita per monaſterium contra ſuum Prælatum. Ita Abb. conſ. 88. Videtur, in princ. ver. ſecundo hoc probatur, iuncto ver. nec obſtat primum. col. 3. in princ. lib. 1.

48 Extende, quia duplex eſt obligatio, vna proprie, quæ parit actionem, alia improprie, prout æquitas, ſed non habet obligationem, neque actionem, ſed cauſat officium Iudicis. l. quintus. ff. de annuis legat. Bart. in tract. minoric. lib. 2. diſtinct. 7. c. 2. num. 38. & ſeq.

49 Et datur actio l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. petat. etiam ſi contra alium detur actio. Alex. conſ. 133. Venio ad primum. num. 2. ver. & ideo non competeret. lib. 2.

50 Limita, quando nõ eſt ſine actione, ſed bene exercitium actionis impeditur, vt quia agens non implet, vel non facit, quod debet, quia admittitur purgatio morę: prout de eo, qui tenetur ſoluere Gabellam, & ſtatutum mandat non audiri. Bal. in l. per diuerſas. q. 13. in fi. C. mandat. Iaſ. in §. ſupereſt. num. 111. de action.

51 Extende in emptore, vel alio agente ex contractu citro vltroque obligatorio, quia non auditur niſi impleat ex parte ſua, & poteſt implere ante ſententiam. Alexan. conſ. 27. n. 2. lib. 1. & idem eſt in omnibus, quibus ſuperuenit ius de prętęrito, vt per Bello. conſ. 25. num. 2. vbi ponit plura exempla.

Vide. Implere debet actor contractum, ex parte ſua alias non agit. Concl. 50.

52 Limita, quando agitur criminaliter ad pœnam imponendam ad vindictam publicam, quia officio iudicis agitur, non ex obligatione, vel aliqua actione, ſed accuſatione. Bart. in extranag. qui ſint rebelles, in ver. meretur.

53 Limita, quia agens ſine exercitio actionis non auditur, ſi tamen ſuperueniat ipſum exercitium ante concluſum in cauſa, auditur. Alex. conſ. 177. Viſo themate, in fi. lib. 2.

54 Extende, quia imo ſi actum eſſet pendente conditione,

Digitized by Google

ditione, & ſic antequam nata eſſet actio, valet ex ſuperuenienti iure de præterito, habente cauſam. Florian.conſ. 15.in princ.ver. & primo,iuncto. n. 18.ver.item ſublatum eſt, qui tamen loquitur in cauſa commiſſa,ſola facti veritate inſpecta.

Vide. Ius ſuperueniens, quando conualidet actum nullum,vel non.Concl.630.

Actio in factum quid ſit,& quando competat. Concl. CX.

1 ACTIO in factum eſt, quæ datur pro aliquo facto damnoſo, vel delicto, quando ſpecialis actio non datur ex illo facto,prout ſi quis exegit creditum meum, vel habuit rem meam: licet mihi non ſit perſonaliter obligatus, datur tamen mihi actio perſonalis in ſubſidium contra eum, in factum,vel ad exhibendum.Caſtren. conſ.62.Præſuppoſito,vt dicitur.lib.1.

2 Et vbicumque competit æquitas ex facto, vt quis teneatur, vbi deficit ſpecialis actio, oritur actio in factum. Iaſ.d.§ actionum,inſtit.de actionum.116.& plenius per Io. Criſpum de Montibus in ſuo termino, ſen arbore actionum, vbi à n. 39. vſque ad num.116. enumerat multos caſus actionis ſubſidiariæ in factum.

3 Competit pro ſententia actio in factum.

4 Item pro laudo competit actio in factum.l. ne Arbitris.C.de arbitr.

5 Amplia, quia actio præſcriptis verbis, & actio in factum ſunt vnum, & idem, quia vbicumque conſtat fuiſſe factum contractum, qui non habet nomen, poteſt agi præſcriptis verbis, & etiam actione in factum ex illis verbis. Iaſ. inſtit. de action.§. actionum.num.115.ver. in eadem gloſſ. cum ſequen.

6 Declara, quia etiam ſi nullus contractus,& nulla actio præſcriptis verbis competat, tamen poteſt ex ſolo facto ex æquitate competere actio in factum.Iaſ.inſtit. de action.num. 116. & ſeq. ver. dicitur enim actio in factum.

Actio confeſſoria, vel negatoria competunt pro ſeruitute. Concl.CXI.

1 ACTIO confeſſoria competit ei, qui agit,vt detur ſeruitus, & is, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi iuris incorporalis, prout eſt ſeruitus, poteſt agere confeſſoria.l.& ſi forte.§.1. ff. ſi ſeruit.vendice. Caſtren.conſ.113. In cauſa, quæ vertitur.num.2.lib.2.

2 Et poteſt actio confeſſoria concurrere cum interdicto vti poſſidetis vtili. Caſtrenſ. d. conſ.113. num.2.lib.2.

3 Imo Alex conſ. 136. In cauſa, & lite.num. 7. & 8.lib.2.videtur tenere. quod interdictum,vti poſſidetis, quod competit aduerſus eum, qui turbat ſolis verbis,aſſerens ſibi ius competere,ſit proprie interdictum vti poſſidetis vtile, vel negatoria.

4 Et differunt negatoria, & interdictum, vti poſſidetis vtile, quia non datur habenti ſolam poſſeſſionem,niſi etiam ſit dominus, vel quaſi;in interdicto ſecus eſt, quia pro ſola poſſeſſione datur. Alexan.d.conſ.136.nu.7 &.8.lib.2.

5 Negatoria vero actio datur ei, qui negat ſe teneri ad ſeruitutem.Caſtren.conſ.413.Quia breue. col.fi.nu. 4. ver. ad quartum.lib.1.ſiue ſeruitus ſit perſonalis, ſiue realis.

6 Differt tamen negatoria ab obligatione, vel negatione obligationis perſonalis præſtandi aliquid Epiſcopo ex conſuetudine, quia quando non ſubeſt ſeruitus neganti obligationem, competit officium Iudicis, vel commiſſio ſuper iactationibus, ex remedio l. diffamari.C.de ingen.Ita Caſtren.d. conſ.413.col.fi.n.4.lib.1.

7 Et intentans negatoriam dicit ſe dominum rei, in qua negat ſeruitutem, & ideo debet probare dominium rei, quo probato habet intentionem fundatam, vt res ſit libera,& qui dicit debere ſeruitutem probare debebit. Caſtren.conſ.4.In cauſa mota per Gaſparem,in princ.lib. 2. vbi,quod dominium probatur incidenter. Ideo ſufficit probatio poſſeſſionis.

8 Et ſi intentans negatiuam,non probat incidenter poſſeſsionem, vel ſi probat dominium patris,& non probet ſe hæredem, debet per non ius Actoris reus abſolui,maxime quando conſtat de quaſi poſſeſſione ſeruitutis rei. Caſtren. d.conſ.4. in princ.lib. 1.

9 Declara totam iſtam materiam, vt plene per Iaſ. inſtit. de action.§. æquè ſi.num. 47. & multis ſeq.maxime num.55.& ſeq.

Actio redhibitoria, reuocatoria, reſtitutoria, & reſciſſoria, quæ, & quales. Concluſ. CXII.

1 ACTIO redhibitoria datur emptori decepto,qui emit rem habentem ſeruitutem, vel onus,tacito onere, quia quatenus emptor aliter non emiſſet tem niſi liberam, infra ſex menſes agit vt res reſtituatur,& precium conſequatur,& ſi emptor, fuiſſet empturus, ſed non tanti, tunc quanto minoris eſſet empturus datur repetitio l. redhibere.ff.de ædil. edict. Couar.in 2.parte relectio.c.poſſeſſor de reg.iur.§.11.nu. 5.& de hac redhibitoria circa animalia morboſa,vel res ſubiectas oneribus.

Vide. Morboſum animal vendens. Concluſione 384.

Vide. Vendens rem liberam ad quid obligetur.Concl.51.

Vide. Venditio, quando vna, vel plures.Concluſ. 61.

2 Reuocatoria vero actio eſt, quando debitor ſoluit creditori poſteriori in præiudicium anteriorum, quia datur reuocatoria, ſiue creditor participauerit de dolo, ſiue non;de qua actione, & an ſit ex contractu,vel quaſi,an datiua,vel natiua.vide Iaſ.inſtit.de action.§.item ſi quis.n.104.& ſeq.

Vide. Fraudolenter facta qualiter reuocentur. Concl.479.

3 Reſtitutoria actio,ſeu reſciſſoria,aut inſtitutoria dicitur, quando aliquid mihi de iure competebat,ſed mediante vſucapione, vel præſcriptione perdidi dum habebam iuſtum impedimentum, & Prætor ex æquitate, vel lex,reſtituit, vel reſcindit, & huic applicatur reſtitutio in integrum, ſi vero

Digitized by Google

ſi vero perdidi ius,quod nunquam habui propter iuſtum impedimentum, & ex æquitate Prætor me reſtituit, & reſcindit priuationem,iſta dicitur inſtitutoria à Prætore inſtituta. vide Iaſ.in §.rurſus n.13.& ſeq. inſtit.de actio.vbi plene.

Vide ad iſta. Reſtitutio in integrum datur maiori,ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa. Concluſione 289.

Actio criminalis non datur ſine ciuili. Concl.CXIII.

1 ACTIO criminalis non datur Reipublicæ, niſi actio ciuilis detur parti ad intereſſe. Clar.§.fi.q.50.num.6.ver. poſſet etiam, vbi poſui concord.& qualiter procedat.

Vide eundem. quæſt.51.num.2.

2 Extende, quia vbi deficit ius accuſandi, deficit etiam ius inquirendi.

Vide. Actio non datur ſine obligatione. Concl. 105.num.2.ver. extende.

Actio perſonalis propter rem poſſeſſam,quando ceſſet. Concluſ. CXIV.

1 ACTIONE perſonali obligatus propter rem poſſeſſam, an liberetur ſi deſinat rem poſſidere: diſtingue, vt per Oldrad.conſ.221. ad quæſtionem, qua quæritur.

2 Vide etiam Bald. in conſ. 18.Punctus queſtionis,in princ. lib. 4.vbi tenet. quod actio perſonalis pignoratitia competit debitori contra emptorem rei pignoratæ,etiam ſoluto, vel compenſato pretio,ſaltem vtiliter, & ex æquitate.Canonica: ponit etiam caſus, in quibus tranſit contra poſſeſſorem pignoris, tamen Bald. ibi non ſoluit abſolute.

3 Quod non liberetur. Bald. conſ.38. Proponitur, quod.num.2. ver.ſi autem, & per totum. lib. 3. vbi, quod non ſequitur poſſeſſorem,ſed obligatum perſonali.

4 Vide Alex. conſ.17.Requiſitus in cauſa,vbi nu. 4. quod actio perſonalis non ſequitur rem,ſed poſſeſſorem rei.lib.1.

Vide in ver.Ceſſante cauſa ceſſat effectus.Concluſ. 202.

Vide in ver.Actio,quando extinguatur. Concl. proxima ſequenti.

Actio quando extinguatur,ſi ceſſat id, ob quod actio datur. Concluſ. CXV.

1 ACTIO ad intereſſe ceſſat,ſi intereſſe non debetur, vel incipiat non deberi, vel non poſſe deberi;vide Iaſ.qui ponit pro regula cum declarationibus, & limitationibus.in l.qui autem.§. illud tenendum.ff.ſi quis cautio.

2 Et facta ſolutione per debitorem tollitur omnis actio, ideo ceſſat omnino.

Vide. Solutio extinguit obligationem. Concluſ. 340.

4 Limita, quia ſi habeo creditum obligatum mihi fideiuſſori pro dote, & mulier illud exigat, vel alius ex cauſa non oneroſa, licet creditum ſit extinctum,tamen datur mihi habenti illud hypothecatum actio in ſubſidium perſonalis contra eum, qui exegit, vt vel exhibeat,vel in factum. Caſtren. conſ. 62.Præſuppoſito.vt dicitur. lib.1.

Vide.Actio extincta,quando reuiuiſcat,vel non, Concl.ſeq.prox.

Vide.Extinctum ius non reuiuiſcit, & quando ſecus. Concl. 676.

Vide. Tranſactione ſublata,quando agatur ex iure primæuo,vel non. Concl.355.

Actio extincta quando reuiuiſcat, vel non. Concluſ. CXVI.

1 DATIO ſi eſt facta in ſolutũ pro pecunia cum reſeruatione, quod in euentum euictionis rei datæ in ſolutum, actio prima duraret; non durabit actio prædicta, licet res data in ſolutum non fuerit plene tradita, nec poſſit tradi. Bald. conſil. 296.Quæritur res fuit data, vbi veramque partem tuetur contrariam ex mente,& hanc ex iuris ſubtilitate veriorem dicit.lib.2.

2 Contrarium tenent Bart.& alij in l eleganter in princ.ff.de pignor.act. & in l.libera. C. de ſent.& interloc. omn.iud.Boer.deciſ.337. in princ.

3 Amplia, quia actio ſemel extincta non reuiuiſcit, ideo ſi ſtatutum liberet fideiuſſorem,ſi principalis debitoris perſona poteſt haberi,eo ipſo, quod eſt captus,fideiuſſor eſt liberatus, neque reuiuiſcit obligatio ſi relaxetur. Signorol. conſ. 85. Factum tale num.1.& ſeq.

4 Extende,idem eſſe,quando actio extinguitur per tranſactionem, quia non reuiuiſcit. Bart.& alij in l.ex actione.C.de tranſact.

5 Reſtringe niſi contrarium ſit conuentum, puta, quod re euicta, quæ data eſt in ſolutum,creditor poſſit redire ad ſuam primæuam actionem. Bart. in l.ſi quis alius.ff.de ſolut. in princ.

6 Limita, quia multi caſus, quibus actio extincta reuiuiſcit, de quibus per Doctor.in l. qui res.§. aream.ff.de ſolutio.

7 Limita,quia actio extincta reuiuiſcit, & quis agit actione primæua quando res data in ſolutum fuit euicta per ſententiam,& citato eo, qui dedit in ſolutum, alias nõ datur regreſſus ad primæuam actionem. Caſtren.conſ.306. Viſis, & ponderatis. col.3.ver.breuiter poſito.lib.1.

8 Extende, quia ſi minor quietat tutorem.nulliter agit actione primæua, ex quo quietatio etiam ex cauſa tranſactionis non valet. Caſtren. conſilio 343. Conſiderandum eſt, in principio, libro primo.

9 Extende idem eſſe in tranſactione facta, quæ ſi non ſeruatur per vnam partem agitur per aliam partem actione primæua, contra non obſeruantem, & ſi replicat de pacto,& tranſactione duplicatur de fide rupta, & non obſeruata. Caſtren. conſ. 413.Quia breue ſpacium,in princ. lib.1. vbi dicit, quod ratio eſt, quia ineſt in tranſactione conditio tacita, ſi implebis, ex parte tua. Item, quia tranſactio eſt vnicus contractus, qui non debet claudicare.

10 Contrarium videtur eſſe ſpeciale in tranſactione, ne lites ſuſcitentur, quia non datur redditus

ad

Digitized by Google

ad primæuam actionem litis extinctæ ſuſcitandam.l.ſi pro fundo,in fin.ff. de tranſact. ita videtur declarare Caſtrenſ. conſ.372.Viſo puncto. n. 1.ver.eſt ergo videndum,lib.2.

11 Declara,quia non reuertitur ad primæuã actionem recedendo à tranſactione,quando lis ſuſcitatur, quę fuit extincta , niſi in ſubſidium , quando alia via non eſſet ſuccurſum.Caſtrenſ.d.conſ.372. ver. eſt ergo,lib.2.

12 Extende in eo , qui recepit rem aliquam loco rei alienatæ per hæredem grauatum , quia ſi fideicommiſſarius,cui res alienata debebat reſtitui , liberauit emptorem , quia habuit aliam rem loco alienatæ , ſi ipſa res data in cambium euincatur,poterit fideicommiſſarius redire ad primæuam actionem , & vendicare rem fideicommiſſo ſubiectam , quia ſi excipiet de liberatione replicabit ex cauſa rei habitæ , quæ fuit euicta . Caſtrenſ.conſ. 372. Viſo puncto , per tot. lib. 2. vbi eſt caſus .

13 Idem multo magis ſi liberaſſet fideicommiſſarius emptorem rei ſubiectæ fideicommiſſo , quia ipſe emptor dediſſet cambium , & eſſet euicta res data in cambium , quia poterit redire ad rem liberatam ex cauſa, quæ non durat. Caſtrenſ.conſ. 372.n.1.ver.dico ergo,lib.2.

14 Reſtringe , quando quis emit rem ſubiectam fideicommiſſo , non aliter empturus , ſine conſenſu fideicommiſſarij , & fideicommiſſarius ante emptionem conſenſiſſet , non expreſſa aliqua cauſa , quia tunc non datur regreſſus ad primam actionem. Caſtrenſ.d.conſ.372.in fin. ver.non obſtat , lib. 2.

15 Declarat totam hanc materiam idem Caſtren. d.conſ.372. in princ.lib.2.ver. reſpondetur,quod ſi fiat liberatio in perſonali ipſo iure , tunc non reuiuiſcit , nec datur regreſſus ad actionem primæuam , quia ipſo iure eſt extincta , ſi vero ſumus in perſonali . quæ non ipſo iure eſt extincta , ſed ope exceptionis , tunc datur regreſſus ; ſi cauſa ceſſat , propter quam facta eſt liberatio,& idem eſt ſimpliciter in actione reali, quia ceſſante cauſa , vel ſequuta euictione rei traditæ pro liberatione datur regreſſus ad veterem actionem eliſam,præterquam ſi ex cauſa tranſactionis lites ſuſcitarentur , quia non reuertitur ad antiquam, niſi in ſubſidium,quando alia actio non competeret .

Vide plenius in ver. Extinctum ius non reuiuiſcit, & quando ſecus . Concluſ. 676.

Vide . Tranſactione ſublata, quando agitur ex iure primæuo, vel non. Concl. 355.

Actore non probante reus abſoluitur. Concl. CXVII.

1 REGVLA prima eſt , quod actore non probante reus abſoluitur , l. qui accuſare . C. de edendo.

2 Alia idem ſignificans , quia aſſerenti incumbit probatio.l.verius.ff.de probat.

3 Alia eſt regula,quod metimur ius ex perſona actoris: debet enim Iudex examinare prius , an actor foueat ius,& quale.

4 Alia eſt,quia nudus detentor repellit agentem rei vendicatione , quia ſua non intereſt . Rot. in nou. deciſ. 160. alias 4. de re iud. in princ.

5 Alia , quia in pari cauſa turpitudinis , melior eſt conditio poſſidentis . Felin. in c.ex litteris. n. 3. de probat. ver. in text.

6 Alia,quia actor prius probare debet,non reus. l. actor. C. de probatio. per quem text. Bald. & Salicet. ibi dicunt non transferri onus probandi in reum , licet actor non poſſit probare .

7 Alia , quia ſemper , quod dubia eſt probatio vtriuſque partis , nec appareat , quę præualeat reus abſoluitur . gloſ. in l. matrem. C.de probation. Bart. conſ. 172. Dubia in fin. lib. 1.

8 Alia , quod actore deſiſtente , vel non proſequente reus abſoluitur , vel diffinitiue , vel ab obſeruatione iudicij , ſiue in criminalibus , ſiue in ciuilibus. Bart. quæſt. 14.Iudex maleficiorum, in princ.ver. tertio hoc probatum , & in ſolutione , ver. ad tertium .

9 Regula prima eſt , quod actore non probante reus poſſeſſor , aut conuentus abſolui debet . l. qui accuſare , de eden. Bald. conſ. 406. Præmittendum eſt, lib. 4. Rolan. à Vall. conſ. 27. num. 10. libro 3. Ioſeph. Ludoui. deciſ. Peruſ. 14. vbi late Ancharan. conſ. 331. Viſis , & diligenter , in princip. & 233. in princip. Roman. conſilio 192. in fin. plene Caputaquen. deciſ. impreſſ. 2. lib. 1. actore non probante . Alexan. conſil. 132. Perlectis , & ponderatis , num. 7. lib. 5. late Pariſ. conſ. 104. In præſenti cauſa , vol. 1. Corne. conſil. 319. Videtur in pręſenti. volum.4. & 315. eodem lib. Alexand. conſ. 134. in princip. lib. 2. Marſil. ſing. 169. Trita eſt regula . Ruin. conſil. 114.num. 11. lib. 3. Caſtrenſ. 123. in princip. libro ſecundo . Alexand. conſ. 16. In cauſa , & lite , in princip. lib.5. & conſ.127. Viſo proceſſu, in princip. lib.7.

10 Extende etiam ſi reus eſſet prædo,& nihil omnino probaſſet , quia abſoluitur actore non probante.Bald.conſ. 285.Caſus coram,in princ.ver. reſpondeo.lib.2.

11 Et idem eſt , licet conſtet de non iure rei,quia attenditur ſolum ius actoris . apoſtill. magna ad Matheſil. ſingul. 17.numero quinto. l. final. C, de rei vendic.

12 Et tria debet probare omnis actor , videlicet , rem , cauſam , & actionem. Bald. conſ. 270. Ad euidentiam pręmittendum,in princ.lib.1.

13 Et quia ius metimur ex perſona actoris , non ex perſona rei . Petr. Surd. conſ. 150. num. 89. vbi late . l. 1. in princip.ff.ſi pars hæred.pet.Caſtrenſ. conſ.76. In facto iſto, num.2. in fin. ver. & poſito;vbi,quod metimur ius ex perſona actoris, non rei , quia licet reus poſſeſſor nullum ius habeat, tamen debet abſolui ex eo , quod reus , vel poſſeſſor potior eſt . vol. 2. Roman. conſil. 347. Quoad articulum. num. 4.ver. ſufficit . gloſ. in l. his conſequenter,in princip. ff.famil. herciſ.Caſtrenſ.conſ.98. Viſis, in princ. lib. 1. & Caſtrenſ. conſ.369. Viſo , & examinato,in princ. lib.2.vbi quod metimur ius ex perſona actoris, non ex vſurpatione rei ; ideo abſolui debet, ſi actor non probat .

14 Et procedit etiam reſpectu qualitatis , quæ fundat intentionem agentis , quia ſi non eſt probata , reus abſoluitur . Alexand. conſilio 66. Viſo proceſſu . colum. 2. ver. verum quia , libro primo.

15 Et ideo agens tãquam miniſter,vel qualificata

perſona, ſi non probat ſe talem, ſuccumbit. Cuma.conſ.71. Viſo proceſſu. num. 4. ver. ſecundo poſito.

16 Et hanc eſſe regulam infallibilem dicit Angel. Areti.conſ.48. Videtur primo,nu.3.& ſeq.ver.ſed ijs non obſtantibus.

17 Et procedit tam in actore, & accuſatore,quam etiam in ludice inquirente, quia ſi non probant, reus abſoluitur. Angel. Areti. conſil. 65. Clarum, quod. numero 20. ver. ſecundo principaliter.

18 Ratio eſt, quia exceptio negatiua poſita pro parte rei non eſt probanda. cap.quoniam contra falſum, & ibi Lanfranc.de probat. Alexan. conſ. 129.col.1.vol.1.

19 Et quia,qui non probat intentionem ſuam dicitur carere iure.l.argentarius. §. cum autem. ff. de eden.Bald.conſ.67.col.2.circa med.lib.3. & paria ſunt nihil allegare, & allegatum non probare. Rolan.à Vall.conſ.35.numero 10. & num.20. lib. 1.

20 Et abſolutoria debet eſſe diffinitiua ſententia. Alex.conſ.127.Viſo proceſſu,in princ.lib.7.

21 Extende,quia procedit regula, quod actore nõ probante,reus abſoluitur,etiam ſi reus nihil probauit.Florian.de S.Petro conſ.15.nu.3.ver.tertio ſibi videtur obſtare.

22 Extende quia etiam ſi dubia ſit facta probatio per actorem, reus abſoluitur, quia non releuat. Anchar.d.conſ.331.in princ.

23 Extende etiam, ſi reus conditionaliter ſit confeſſus; puta, quia dixit, quatenus probetur, vel quatenus ſit verum, opponit, quia talis confeſſio non releuat actorem,ſi aliter non probauit.Alex. conſ.159. In cauſa,in princ.lib.6.

24 Extende,quia ſi deducit aliquid conditionale debet probare conditionem impletam. Decian. conſ.12.n.2.lib.1.

25 Extende etiam, ſi reus ſimpliciter excipiat, quia non dicitur fateri, & ſi actor non probat aliunde,debet abſolui. Alexan. dicto conſil.159. In cauſa, in princip. ver. quinimo etiam, libro ſexto.

26 Extende, quia etiam ſi actor ſit perſona honeſta, & legalis, reus abſoluitur, actore non probante, ita apoſtill.magna ad Matheſil.ſing.17. n. 3.ver.quod procedit etiam: vbi, quod ſanctitas perſonæ non conſideratur in hoc.

27 Et quia reus, & poſſeſſor dicitur habere potiora iura, licet nullum ius habeat, prout actor.l.vti frui.§.forte.ff.ſi vſusfruct.pet. Caſtrenſ. conſ.76. In facto iſto.lib.2.

28 Et quia agens ſine actione experiri non poteſt. l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego.geſt.l.fin. C. de re iudic.

29 Amplia, vt procedat etiam in beneficialibus, quia actore non probante, licet reus non iuſtificet titulum ſuum beneficialem, vel poſſeſſionem, abſolui debet. Rot. in antiq. deciſione 419 quæ eſt 7. de exceptio. & duplicatur per Biſignet.deciſione ſecunda, eodem titul. & clarius in deciſ. 70. in antiq. alias 6. de re iudi. Geminian. conſ. 38. pro clariori, in princip. & conſil. 91.Præmitto, in princip. & latius conſ. 92. in princip. vbi * dicit communem * opinionem. Acharan. conſil. 233. in princip. Rot.in nou.de re iudic. deciſ. 1. alias 15. in fin. & deciſione 4. eodem tit. in nou. alias 160.

30 Declara,vt per Roman.conſ. 347. in princ. & maxime n.5.vbi,quod debet abſolui reus, & poſſeſſor, actore non probante, etiam ſi conſtat de non iure rei, ſed non debet dari canonizatoria ſententia,ſed dumtaxat abſolutoria.Ratio eſt, ne detur vitioſus ingreſſus non habenti titulum. Rota in non. deciſione 160. quę eſt quarta de re iudic.

31 Extende ampliationem, vt procedat, per non ius actoris reum abſolui,ſiue non ius actoris proueniat ex inhabilitate perſonę actoris,ſiue ex alia cauſa. Gemin.conſ 91.in princ.

32 Extende etiam ſi agatur de fructibus beneficij debitis ex reſidentia, quia ſi actor non reſedit, non auditur contra Prælatum, qui non conſignat fructus non reſidenti. Ancharan. dicto conſ.233. in princ.

33 Reſtringe,niſi actor impetraſſet gratiam ſi neutri, quia tunc obtinere debet, ſi conſtat de non iure rei,& actoris.Rom.conſ.379.Circa primum, num.5.ver.ſi vero conſideras.

34 Amplia. vt procedat in petitorio, quod actore non probante reus abſoluitur, videlicet,quando actor nihil probauit, & iſte eſt caſus indubitatus. Bal.conſ.481.Vertente quæſtione, in prin. lib.1.

35 Extende, vt procedat etiam ſi vterque pariter probauit in petitorio, quia ſaltem reus habet præſumptionem poſſeſſionis pro ſe. Bald. d. conſil. 481. in princip. ver. aut vtraque pars. lib. 1.

36 Extende in poſſeſſorio, ſeu poſſeſſorio,& petitorio ſimul.Caſtrenſ.conſ.81.per toum.lib.2.

37 Amplia in poſſeſſorio, vel quaſi, quia actore nihil probante, reus abſoluitur. Bald. d. conſ. 481. in princ. lib. 1. Caſtrenſ. conſ.81.in princip. lib. 2.

38 Extende in ſaluiano interdicto, & hypothecaria, quia ſi non ſunt probata incumbentia,danda eſt abſolutoria reo.

39 Extende, vt procedat etiam ſi vtraque pars de poſſeſſione, vel quaſi, æqualiter probat, quia ſi probationes ſunt aduerſatiuæ; puta, quia vterq; probat, quod ſolus poſſedit, etiam reus abſoluitur.Bald.d. conſil.481.in princ. ver. aut loquimur in poſſeſſorio.lib.1.

40 Extende magis, quando probatio actoris eſt dubia, vt quia probat poſſediſſe, ſed non ſolum, & conſtat de poſſeſſione poſſeſſoris, quia abſolui debet. Caſtrenſ. conſ. 81. colum. 2. in princip. lib. 2.

41 Reſtringe extenſionem, vt non procedat in pari probatione, quando actor haberet poſſeſſionem ſuam adiuuatam iuris adminiculo, quia tunc ſi poſſeſſio rei non eſt adminiculata, pro actore eſt ferenda ſententia, vel pro reo, prout alter habet vltra æqualitatem probationis, præſumptionem iuris. Bald. d. conſ. 481. in princ. num.1.in fin. & num.2. in princ. ver. niſi poſſeſſio, lib. 1.

42 Reſtringe, quando vterque æqualiter probauit ſuper rebus corporalibus,& probatio non eſt aduerſatiua,ſed compatibilis;vt quia ambo poſſederunt,quia Iudex poteſt ferre ſententiam pro quo libet,pro parte, dicendo, quod vterque poſſidet pro indiuiſo. Bald. d. conſ.481.num.2.ver.ſi vero probationes.lib.1.

43 Reſtringe, quando vterque æqualiter probauit

ſuper

Digitized by Goog

ſuper rebus incorporalibus, & probatio non eſt aduerſatiua; puta, in iuriſdictione, vel ſeruitute, quæ poſſunt competere pluribus in ſolidum, & tunc Iudex non debet pronunciare pro quolibet, pro parte, ſed pro quolibet promiſcue, dicendo, vti promiſcue poſſidetis, ita promiſcue poſſideatis. Bald. d. conſ. 481. num. 2. ver. aut in rebus incorporalibus, lib. 1.

44 Reſtringe, quãdo actor melius probaſſet, quam reus. puta, quia teſtes rei eſſent de Vniuerſitate pro Vniuerſitate, teſtes actoris eſſent omnino integri. Bald. d. conſ. 481. nu. 2. & 3. ver. nam ſi probaret melius. lib. 1.

45 Reſtringe, ſeu declara, quia vbi probationes ſunt æquales, Iudex poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, prout ipſe coram Deo viderit magis poſſe inclinare. Bald. d. conſ. 481. n. 2. ver. alij dicunt, li. 1. & infra num. 52. & ſeq.

Vide. Iudex iudicare debet ſecundum acta, & probata. Concluſ. 398.

46 Amplia, vt procedat etiam in iudicio turbationis, & manutentionis, quia actore non probante, reus, qui dicitur turbaſſe, abſolui debet. Bald. conſ. 37. Quidam Nerius, in princ. lib. 5.

47 Amplia etiam in ſpolio, quia actore non probante ſuam primæuam poſſeſſionem, reus abſoluitur. Angel. conſil. 367. In quæſtione vertente, in princ.

48 Amplia in actione negatoria, quia ſi agens non probat ſe dominum eo modo, quo dominium probatur, reus debet abſolui. Caſtrenſ. conſil. 4. in princ. lib. 2.

49 Amplia in iudicio. l. diffamari. C. de ingen. vel l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ. quia ſi actor non probauit incumbentia, reus abſoluitur.

50 Amplia, vt procedat tam reſpectu rei petitę, quam etiam ratione intereſſe. Rom. conſ. 192. Sicut, in fin. ſequitur Caputaquen. deciſ. 2. in prima parte impreſſarum.

51 Amplia in emptione, & venditione. Alex. conſ. 18. Viſo proceſſu, in princ. lib. 1.

52 Amplia in pari probatione, quia in conflictu præferuntur teſtes, & probatio rei. Bald. in d. l. qui accuſare, in fin. C. de eden.

Extende etiam, quia etiam ſi actor aliquid probauit, quia probatio dubia non releuat, & reus abſoluitur. Rom. conſ. 167. num. 3.

Vide. Probatio dubia, quando, & qualiter dicatur, & non releuet. Concluſ. 766.

53 Amplia, quia ſufficit reo, vel quod perimat intentionem actoris, vel quod illam dubiam reddat, quia ſufficit ſibi, quod Iudex titubet. Bal. conſ. 79. Dauanti da voi. n. 7. ver. ſciendum eſt autem. lib. 1. Alex. conſ. 16. In cauſa, & lite. n. 23. in fin. lib. 3. vbi, quod reo eſt fauendum, & ſufficit pro abſolutoria, quod per ſuas probationes offuſcauerit probationes actoris.

54 Amplia in fideiuſſore reo, quia abſoluitur actore nõn probante. Io. de Imol. conſ. 103. in fin.

55 Amplia, quia regula procedit, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, quia ſi actor non probauit in prima inſtantia debet probare in ſecunda, & vlteriori, alias reus abſoluitur. Angel. Aret. conſ. 88. In cauſa, per totum, & iterum conſ. 133. In themate, num. 5. & ſequen. ver. igitur ſicut.

56 Amplia etiam in cauſa appellationis. Guidop. deciſ. 20. & deciſ. Tholoſ. 311. vbi Aufrer. in addit. Neuiz. conſ. 93. num. 16. Aretin. in l. 1. ff. ſi * tutor, vel curat. appell. vbi de * communi, & dicit ita pluries practicaſſe, & iudicaſſe. Franc. Marc. deciſ. 470. circa fin. lib. 1. Alciat. de præſumpt. 3. reg. præſumpt. 9. num. 1.

57 Contrarium Crauett. conſ. 273. Vant. de nullit. tit. à quo, & à quibus. num. 21.

58 Amplia, quia iſta eſt obligatio Iudicis, iuris, & de iure, vt actore non probante, reus abſolui debeat, & ideo Iudex ex officio ſuo ſupplere debet. Bald. conſ. 128. in princip. num. 2. ver. imo Iudex. lib. 5.

59 Amplia, quia actore non probante, in tantum reus abſolui debeat, vt non debeat Iudex reſeruare actori iura melius probandi. Bart. in l. admonendi. col. 3. in 1. quæſt. vbi Laſ. n. 76. & ſeq. ff. de iur. iuran. Bald. conſ. 153. Nouum dubium, vol. 1. Caſtrenſ. conſ. 219. col. fin. vol. 2.

60 Amplia in materia fœudali, quia agens ad fęudum, tanquam antiquum, & paternum, ſi non probat qualitatem aſſertam, reus abſolui debet. Signorol. Homod. conſ. 10. In queſtione vertente. num. 5.

61 Extende, quia natus ex fœmina excluſa ſemel, ſi poſsidet fœudũ, defenditur aduerſus alias fœminas ſemel excluſas, per non ius earum, quia poſſidet. Fulgoſ. conſ. 12. Ad id, de quo.

62 Extende, quia ſi agens vti fœudatarius rei vendicatione ratione vtilis dominij ab Eccleſia Romana, & probet de directo dominio à Communitate Peruſij, nedum debet ſuccumbere, quia non probat, ſed etiam probat felloniam, vt repellatur, quia dominium directum recognouit ab alio, quam à domino primo. Caſtrenſ. conſ. 469. Viſo, & examinato, per totum, lib. 2.

63 Amplia in criminali iudicio. Dinus conſ. 48. In quæſtionibus, num. 2. ver ſuper ſecundo, & nu. 3. Ioſeph. de Ludouic. deciſ. Peruſ. 14. in princip. vbi late Alex. conſ. 66. colum. 2. ver verum, quia. * lib. 1. & eſt communis * opinio. Laſ. in l. non eſt nouum. num. 5. C. de eden. Clar. in §. final. quæſt. 62. in princ. vbi de * communi, Rom. conſ. 167. n. 3. Alex conſ. 1. Viſo proceſſu, in prin li. 3. & conſil. 89. Viſo themate, nu. 4. & 5. ver. ſed præmiſsis. lib. 3. vbi magis procedit in criminalibus, in quibus probatio clarior requiritur.

Vide aliquid per Maſcard. Conc. 29. Reum abſolui, actore nõ probãte, vbi loquitur in turbatiua.

64 Extende etiam in criminalibus ciuiliter motis, apoſtill. magna ad Matheſil. ſing. 17. nu. 4. ver. quod etiam verum eſt.

65 Extende in cauſa adulterij. Rom. conſ. 167. Antonius. n. 3. ver. ſecundo principaliter.

66 Extende in cauſa raptus. Alex. dicto conſ. 1. lib. 3. in princ.

67 Extende, ſiue in criminali cauſa procedatur per denunciationem, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem. Alex. d. conſ. 1. in prin. li. 3.

Vide Maſcard. Concl. 28. Vbi quod ſi plura deducit crimina cõtra teſtes, debet omnia probare.

Vide. Accuſatus, quando non poſsit condemnari, etiam probato delicto. Concluſ. 172.

68 Amplia, in cauſa mixta accuſationis, prout loquitur Alexan. d. conſil. 66. colum. 2. ver. verum quia. lib. 1.

69 Amplia in materia emphytheuſis, ſiue agat emphiteuta, ſiue habens directum dominium.

Caſtrenſ. conſ. 369. Viſo, & examinato, in princip.lib.2.

70 Amplia, quia actor debet probare contenta in ſuo libello, ideo ſi intentauit venditionem certæ quantitatis vini pro certo pretio, debet iſta probare, & ſi teſtes neſciunt quantitatem vini, & pretium, non dicitur probaſſe, ideo reus debet abſolui. Bald. conſ. 406. lib. 4. per tot.

71 Extende in tantum, vt ſi intentauit vnam actionem, & non probat in ea, ſed in alia, reus poſſeſſor abſolui debet. Caſtrenſ. conſil. 81. per tot. lib. 2.

72 Amplia in tantum hoc eſſe verum, quod actore non probante, reus abſolui debet, vt procedat etiam ſi extet ſtatutum, quod reus non ſoluens Prætori decimam eius, quod contra eum petitur, non poſſit audiri, quia debet abſolui, actore non probante, vel ſaltem Iudex debet pronunciare, ſe non poſſe condẽnare reum, quia actor non probauit, & non poſſet ipſum reum abſoluere, quia non ſoluit decimam. Bald. conſ. 158. Statuto cauetur, per tot. maxime num. 4, ver. ad horum intelligentiam. lib. 5.

73 Extende, vt procedat hæc regula, etiam ſtante ſtatuto, quod reo ius non reddatur propter aliquam cauſam, quia adhuc actore non probante debet abſolui, notandum dicit Cacher. deciſ. Pedemont. 144. num. 15.

74 Amplia etiam, ſi ex forma ſtatuti denegaretur reo defenſio, adhuc tamen ſi actor non probat intentionem ſuam, reus abſolui debet. Bald. in rubr. C. manda. Veronen. cautel. 314. quia tunc non auditur ipſe, ſed Iudex, cuius intereſt ſuum officium exequitur, l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Ant. de Butr. in cap. cum dilectus, extra, de conſuet. Imol. in clemen. 1. de iurepatr. Bart. in l. fin. ff. de petit. hered.

75 Amplia in eo, qui agit tanquam hæres, quia, ſi non probat ſe heredem, reus abſoluitur. Fulgoſ. conſ. 165. In quæſtione propoſita, in princ. ver. circa cauſam iniquitatis.

76 Extende in caſu contrario, quando actor agit contra filium, tanquam hæredem Patris, quia debet probare eum hæredem. Bald. in l. nec interuio. C. de tranſaction. Alexan. conſ. 34. colum. 2. ver. nec obſtat. lib. 3. & conſ. 72. n. 3. lib. 5. Natt. conſ. 140. n. 3. vbi, quod actor contra filium vti hæredẽ patris non obtinet, niſi doceat eũ, etiã talẽ. Vide. Legitimatio perſonarum debet fieri in omni iudicio. Concluſ. 244.

77 Extende, vt procedat etiam ſi probatio per teſtes fuerit facta in alia cauſa inter alias perſonas, quia non releuat in diuerſa. Fulgoſ. d. conſil. 165. in princ. vbi late.

78 Extende etiã ſi agatur de ſucceſſione inter proximiores, quia actore non probante reus abſoluitur. Caſtren. conſ. 98. Viſis, in princ. lib. 1.

79 Extende in eo, qui agit, vt filius, vel vt hæres, quia ſi non probat, reus abſoluitur. Caſtren. conſ. 4. in princ. lib. 2.

80 Amplia, vt procedat in reuocatione ſequeſtri, etiam reuocabilis, & in caſu prohibito facti, quia ſi non conſtat de intereſſe petentis, vel de iure ſuo, reus, qui obtinuit ſequeſtrum, etiam in caſu prohibito debet abſolui. Fulgoſ. conſ. 169. Factum ſic ſe habet. num. 2.

81 Extende etiam ſi is, qui impugnat ſequeſtrum velit ſubſtinere partes rei, quia reus non efficitur ex eo, quod ipſe velit eſſe reus, ſed ex eo, quod, vel poſſidet, vel in iudicium vocatur. Fulgoſ. d. conſ. 169. num. 2.

82 Amplia, quia debet actor etiam apte agere, non inepte, alias reus abſoluitur: & dicitur inepte agere, ſi non deponit pretium, ad quod tenetur, vt actionem conſequatur, quia non ſufficit verbalis oblatio. Anchar. d. conſ. 332. in princ.

83 Idem eſt, ſi non exprimat in cauſa adulteratę mulieris, quod eſſet maritata. Roman. conſ. 167. in princip.

84 Amplia in cauſa matrimoniali, vt per Caſtillio. conſ. 38. num. 8.

85 Extende, vt procedat tam in actore in prima inſtantia, quam in appellante in 2. inſtantia. Angel. Aret. conſ. 133. In themate. n. 5. & ſeq. ver. igitur ſicut duplicatur.

86 Et iſta abſoluторia, quæ datur actore non probante, debet eſſe ſententia diffinitiua, quę finiat negocium principale. Alex. conſ. 80. Viſo proceſſu, in princ. ver. ijs ſic propoſitis, lib. 4.

87 Amplia, vt procedat etiam ſi actor fundaret ſe in negatiua, quia adhuc ſi non probat negatiuam, ſuper qua ſe fundat, reus abſoluitur. Corne. conſ. 2. Pro deciſione, col. pen lib. 2.

88 Amplia, vt procedat etiam ſi actor in termino probatorio fuerit impeditus legitime, quia niſi petat dilationem nouam per reſtitutionem in integrum, & ſi Iudex denegaret, niſi appellet, reus poteſt abſolui. apoſtill. magna ad Matheſil. ſing. 17. num. 9.

89 Amplia in caſu conuerſo, quod dicitur de actore non probante, vt reus abſoluatur, idem eſſe in reo excipiente, quia ſi non probat ſuam exceptionem, in qua fundat ſe, & efficitur actor, altera pars, quæ dicitur in hoc rea, debeat abſolui. Corne. conſil. 80. colum. 1. lib. 3. Crauett. conſ. 48. num. 4. plene Angel. Areti. conſil. 115. In cauſa domini. numero 8. & ſeq. ver. ex quo ſequitur.

90 Et quia ſicuti actor debet probare ſuam intentionem, & actionem: ita reus debet probare ſuam exceptionem. Crauett. conſ. 226. nunt. 8. Ang. Areti. d. conſ. 115. n. 8. & ſeq.

91 Extende, quia in dubio nulla exceptio preſumitur vera. Franc. in c. interpoſita. col. 2. extra, de appellat.

92 Imo reus non probans ſuam exceptionem, preſumitur calumniari. Corne. conſ. 80. colum. 1. lib. 3.

93 Et quod in caſu conuerſo, quando actor plene probauit, & exceptio rei remanet dubia, quia eſt non plene probata, fertur ſententia pro actore, cap. poſt electionem, & cap. cum ſuper, de conceſſ. præben. Alexan. allegat plura ad hoc conſil. 134. In cauſa, & lite, in princ. libro 2. & plenius 181. In cauſa, & lite, in princip. ver. item fundata erat, lib. 6.

94 Declarat Alex. conſ. 134. In cauſa, & lite, in princip. ver. iſta procedere, lib. 2. vt ampliatio procedat, quando probationes actoris, & rei ſunt contrariæ de directo, velut ſi actor probat reo mutuaſſe decem per duos teſtes, & reus probat contrarium per vnum teſtem, tunc fertur ſententia pro actore, ſed ſi probationes ſunt diuerſæ, prout ſi actor probauit mutuaſſe decem per duos teſtes, reus probat ſoluiſſe per vnum teſtem, tunc fertur ſententia pro reo iurante

in ſup-

in ſupplementum. Alex d.conſ.134. in princ. ver. iſta dico.lib.2.

96 Limita è contra, quia actor probans debet obtinere.l.quinquagita. ff.de probation. l.qui ſenten. C. de pœn. capit. cum Ioannes, de fide inſtrument.

96 Limita,quando actor habet preſumptionem iuris, vel facti pro ſe, quæ transfert onus probandi in reum,quia tunc non abſoluitur reus,ſi nihil probat.Salicet.in l.actor.C.de probat.plenius.Alex.& Iaſ.in l.qui accuſare.C.de eden.

97 Limita,quando probatio actoris eſt certa, quæ propter dubiam probationem rei, non eliditur, Bald.d.conſ.79.num.7.ver.ſed ſi probatio.lib.2.

98 Limita multis modis relatiue poſitis per apoſtill.magnam ad ſingul. Matthesil. 17. numero 8. & ſequen.

99 Limita vndecim modis, de quibus Pet. Ptolomæus in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.n.49. vbi addit plures caſus ſub n. 50.in quibus imo reus debet ſe purgare per iuramentum.

100 Limita, quando reus oppoſuit declinatoriam, vel aliam exceptionem impedientem litis ingreſſum, quia ſi non probat exceptionem non tenetur actor probare intentionem ſuam, ante litem conteſtatam in negocio principali; ideo Iudex tenetur pronunciare, eſſe procedendum ad litis conteſtationem,non autem poteſt abſoluere reum, eo quod actor non probauerit. Fulgoſ.conſ. 163. In cauſa,& quæſtione, in principio.ver. ad oppſitam partem.

Vide. Agens ex vna cauſa, & probans ex alia non obtinet.Concl.244.

Vide.Petens vnum,& probans aliud ſuccumbit. Concluſ.318.

Vide plene, etiam per Maſcardum. Concl. 36. Actore non probante reum abſolui.

Actor quando, & in quibus caſibus reus exiſtat, & e contra. Concluſ. CXVIII.

1 ACTOR, qui agit vt tollatur impedimentum, per quod ius ſuum proſequi non poteſt,dicitur reus vere, quia ſecundum veritatem in hoc ſe defendit, quoad remouendum impedimentum, ex quo per modum replicationis eſt quę dam exceptio.Lap.alleg.55.Quidam coram Iudice.num. 5.ver. quod autem in caſu prædicto,allegat not.in cap.tuam.de ordin.cognit. in cap.lator qui fil. ſin.legit,& ver. item excommunicatus. Socin. conſ.264.Viſis inſtrumento,in fin.num. 16. libro 2.vbi,quod agens,vt tollatur impedimentum, vel ne teneatur ad aliquid,dicitur reus,quia inſpici debet cauſa originalis, non accidentalis,pleniſſime.Alex.conſ. 103. Conſideratis, per totum,maxime n.5.& 6.uer.hoc expreſſius.lib.5.

Vide. Excommunicatus quando repellatur. a iudicio. Concluſ.457.& ſeq.

2 Et qui petit remitti nunciationem: licet det libellum ſuper hoc,tamen dicitur reus, prout ſi petat remiſſionem nunciationis confirmari. Bald.in l.de pupillo. §. qui remiſſionem. ff. de nou. oper. nunciat. vbi ponit alia exempla de eo, qui petit ſententiam declarari nullã, vel proceſſum nullum quia dicitur reus,ſecus ſi originaliter diceret proceſſum contra ſe factum nullum, quia ſicuti eſt actor in principali,ita in appendicijs.

3 Et proteſtans nihil fieri contra ſe, quia poſſidet dicitur reus, niſi quoad onus probandi, quod ſit poſſeſſor.Bal.d.l.de pupillo.§. qui remiſſionem. ff. de nou. oper.nunciat.

4 Et habens quamcunque defenſionem, vel exceptionem,poteſt prævenire conueniendo ciuiliter eum, quem timet agere velle contra ſe,coram Iudice, coram quo ſi actor ageret, conueniret, & ſi legitime lis per citationem eſt cæpta, non poterit actor coram alio Iudice competenti conuenire, quia per legitimam citationem eſt pręcluſa via alijs Iudicibus, ſecus ſi citatio non eſſet legitima, plene Rom. conſ. 412. Pro habenda. per tot. vbi apoſtill.

5 Extende in tantum eſſe verum, quod is,qui agit tamquam laicus contra Epiſcopum,vel Clericum vt tollatur impedimentum, vel ſuper l. diffamari. C. de ingen.remanet reus,& non actor,& ideo poteſt coram Iudice laico agere, quia ſi Clericus agere voluiſſet,neceſſario traxiſſet laicum coram ſeculari.Alex. d.conſ. 103. Conſideratis. lib. 5.in princ.& per tot.

6 Amplia, vt actor agens ſuper iactationibus,ſuper quibus petit imponi perpetuum ſilentium dicatur reus, quia non petit ſibi aliquid adiudicari. Lap. alleg.55.n.7.ver.quod ſit defenſor patet.Alepleniſſime conſ.103. Conſideratis per totum, vbi plura ſimilia adducit.lib.5.

7 Contrarium videtur velle Federic. de Sen. conſil. 238. in fin. ver. quicquid ſit, vbi quod imo ſubſtinet partes actoris, is qui agit, vt ſilentium imponatur. Afflict.deciſ.268. vbi, quod imo eſt actor.

8 Declarat tamen ibi Feder. quoad forum, ſecus eſſe,vt vere ſit reus, quia prævenies ſeruabit ſuũ tribunal, & ipſum actorem trahet coram ſuo Iudice,coram quo ab actore traheretur, dicto conſi. 237. in fin. plene Roman. conſil.412. Pro habenda, in principio.

Vide in uer. Diffamatus de crimine. Concl.411. vbi declaratur melius,cum concluſ.ibi proxima ſequenti.

9 Amplia, vt idem ſit in eo, qui agit, vel excipit contra contractus vſurarios, quia quoad ſe dicitur reus veritate inſpecta,ſiue agat, ſiue excipiat, quia videtur ſe defendere. Lap. d. alleg. 55. n.5.ver. nam hæc ipſa.

10 Amplia in reductione laudi,quia debet peti coram illo Iudice,cui ſupppoſitus eſt reus, licet ipſe petat reductionem.Alex.d.conſ.103.n.2. ver, pro hoc.lib.5.vbi apoſtil.in ver.Iudex citat Alex.conſ. 131.in princ.lib.2.

Vide.Reductio laudi ad arbitrium boni viri,coram quo petenda. Concluſ.67.

11 Amplia in eo, qui ob contumaciam paſſus fuit immiſſionem in bonis ſuis, qui cum ſit paratus ſoluere expenſas,agit ad recuperationem bonorum ſuorum, quia non dicitur actor, ſed reus; ideo contra eum non admittitur exceptio, quod ſit excommunicatus. Lap. alleg.55.numero 5.ver. declaro hoc.

12 Declara, quia excommunicatus, & bannitus, qui non poſſunt agere, ſed tantũ ſe tueri, ſi paſſi ſunt immiſsionem ex primo decreto, & prouocati veniunt ad iudicium, poſſunt; quia rei

etiam ſi ipſi prius prouocati citarent, ſecus ſi ipſi principaliter agerent ad reuocationem tenutæ, citando eum, qui obtinuit, quia ſunt eo caſu actores, & non auditentur, plene Roman. conſ. 217. Res illa. ver. ſecundo probatur, per totum.

13 Amplia, vt ſi appellans excommunicatus impediatur proſequi appellationem ſuam, ſi agit, vt tollatur impedimentum dicitur reus, ſicut & impeditus agere ad declarationem contractus vſurarij poſt litem conteſtatam, ſi agit, vt tollatur impedimentum dicitur ſe tueri, & reus. Lap. d. alleg. 55. n. 5. ver. item ſi excommunicatus, vbi eſt caſus allegatus.

14 Amplia in iudicio oblationis ad euitandam moram faciendam per debitorem, quia ſi creditor recuſat recipere, vt fiat depoſitum debet adiri Iudex ipſius deponentis, quia vere eſt reus, non autem Iudex creditoris, quia eſt actor originalis. Alexan. conſil. 103. numero 4. ver. comprobatur, lib. 5.

15 Amplia in eo, qui reus vere exiſtens vult præuenire, vt examinet teſtes ad perpetuam rei memoriam, quia illos debet examinare coram illo Iudice, coram quo deberet conueniri per ſuos aduerſarios actores, & illos citare debet coram proprio Iudice, tamquam reus. Federic. de Sen. conſ. 237. in fi. ver. quicquid ſit. Alex. conſ. 103. n. 3. lib. 5.

16 Amplia, quia iſte actor, vt præfigatur terminus ad agendum ei, qui ſe iactat, vel qui agit, vt tollatur impedimentum ſuæ exceptionis, remanet reus vere, quoad forum; ita vt iudicium debeat fieri coram Iudice competenti, coram quo egiſſet actor originalis. Nam ſi Epiſcopus, vel Clericus, qui prætendunt contra laicum ius in profanis, ſicut ſi agere vellent, deberent conuenire laicum, coram ſuo Iudice ſeculari; ita ſi laicus agat, ex dictis remedijs cum ſit reus, debet trahere coram Iudice ſeculari Clericos hoc caſu, quia attenditur cauſa originalis, non cauſa accidentalis, plene Alex. conſ. 103. Conſideratis, per tot. lib. 5.

Vide. Clericus coram ſeculari. Concluſione 386. num. 10.

17 Reſtringe, quoad veniam petendam, quia incidit in edictum non petita venia, ſi ſeruus dominum conueniat in hoc iudicio, licet reus exiſtat, quia prouocat ad iudicium. Alexan. d. conſ. 103. n. 1. lib. 5. allegat Bart. in l. libertus, la 1. ff. de in ius vocan.

18 Idem ſi quis in iſto iudicio vocaret ad vetitum examen, quia perderet cauſam, ſicuti, ſi eſſet vere actor originalis. Bart. in l. in criminali. C. de iuriſd. omn. iudic. licet Alexan. d. conſil. 103. num. 1. ver. ſecundo confirmatur. lib. 5. declarat Bart.

19 Amplia, quia appellans, qui litem proſequitur, non proprie dicitur actor. Bald. in l. libertus, in princip. ff. de in ius vocan. Afflict. deciſ. 268. In alia cauſa, in fi. Nam appellatio dicitur defenſio aduerſus iniquam ſententiam. l. 1. in princip. ff. de appell. Bart. & Imol. in l. ſi expreſſim. eod. tit. Alexan. conſil. 97. Viſo themate, in princip. libro 6.

20 Declara, quia ſubſtinet appellans vices actoris in hoc, quia debet probare ſe iuſte appellaſſe. Bart. in l. 1. ſi tutor, vel curator, & ad nonnulla alia tenetur, de quibus per * Doctor. in cap. cum in Eccleſia, de appell. ſed tamen proprie non eſt actor.

21 Amplia, quia excipiens dicitur actor in exceptione, licet ſit reus, quoad litem, quod intelligitur quoad hoc, vt teneatur probare. l. in exceptionibus, de probat. & tamen improprie eſt actor, vt concludit Bart. in l. 1. de except. ſequitur ibi Socin. per illum text. in princ. & dixit Corne. conſ. 260. num. 6. lib. 3. quod nitens exceptione, debet illam probare, alias ſuccumbit, & conſ. 109. num 3 eod. lib. & Caſtren. conſ. 261. Viſis, & conſideratis, ver. & etiam ſi recte conſideretur. lib. 6. & exceptionem debere probari per excipientem in ſua ſpecie, & forma. Dec. conſ. 534. n. 9. ver. & ad hoc facit. Cravet. conſ. 1. num. 29. ver. ideo pars, & ſi reus non probat ſuas exceptiones dicitur carere iure. Cravett. conſ. 48. num. 4. & præſumitur calumniari, vbicunque oppoſita non probat. Corne. conſ. 80. col. 2. lib. 3.

22 Amplia in excommunicato, quia licet non audiatur in iudicio, ſi eſt actor, ſecus ſi reus; tamen ſi agit, vt tollatur impedimentum ſuæ exceptionis, vel ex l. diffamari. C. de ingen. remanet reus, nec ſibi obſtat excommunicatio. Alex. conſ. 103. Conſideratis. n. 8. lib. 5.

23 Amplia, quia reus dicitur, qui citatus etiam generaliter cauſam ſuam defendit. Fulgoſ. conſ. 179. ver. ad tertium.

24 Limita, quia reus vere efficitur actor, & partes actoris ſubſtinere cogitur, prout eſt poſſeſſor, & quilibet alius, qui ſe opponit exequutioni trium conformium, & omnis alius, qui venit ex tranſuerſo, quia vere efficitur actor, ideo non declinat forum, etiam ſi eſſet Clericus, coram ſeculari, compellitur defendere, vt late Petr. de Anchar. conſ. 333. Ad dubia, quibus, in princip. num. 1. & 2.

25 Limita in eo, qui venit ad cauſam, non vocatus, ſed ex tranſuerſo pro intereſſe, quia eſt actor, & ſibi non competunt exceptiones declinatoriæ Rei, quod vltra dictam non trahatur, vel quid ſimile. Bald. conſ. 427. Reuerendiſſimus Dominus, in princ. lib. 4.

26 Declara, niſi talis veniens ex tranſuerſo eſſet neceſſitatus, vt quia nullus adeſſet reus in cauſa, & procederetur ex officio ſine reo ipſo ſciente, & qui compellitur omnino comparere, ne ex taciturnitate ſibi præiudicet. Bald. dicto conſ. 427. ante med. ver. ſed ego in contrarium, per tot. libro 4.

27 Limita, quia non dicitur reus is, qui venit ad reuocationem ſequeſtri facti, etiam in caſu prohibito, licet velit aſſumere partes rei, quando non conſtat de eius intereſſe, quia ad hoc, vt ſit reus, debet eſſe, vel poſſeſſor, vel vocatus in iudicio. Fulgoſ. conſil. 169. Factum ſic ſe habet. num. 2.

28 Limita, quia actor dicitur etiam, qui facit compromiſſum, quando ſubſtinet partes actoris, & compromittendo dicitur agere. Fulgoſ. conſil. 179. Dubia, ſuper quibus. ver. ſuper quinto.

29 Et proprie actor dicitur, qui petitorium proponit, & non qui prouocatus ad iudicium alium vocat, cap. forus, de verborum ſignificat. Bart. & Caſtren. in l. libertus, in fin. de in ius vocan. ſequitur Alex. conſ. 103. Conſideratis ijs. 1. col. lib. 5. Dec. in c. intellexinus. col. pen. de iudi.

Exten-

30 Extende, quia dicitur actor, qui aliũ in iudicio, seu ad iudicium prouocat, etiam si alias sit reus, ideo capitur pro fuga, si citat ad iudicium, vt declaretur captura nulla, licet in captura sit reus: tamen in iudicio declarationis capturæ nullę dicitur actor, quia prouocat ad iudicium, & sibi perit instantia. Roman. cons. 217. Res ista, in princip. vbi apostill. in ver. prouocat, dat concordan.

Vide in ver. Actor sequitur forum rei. Concluſ. 122.

31 Limita in iudicijs diuisorijs, quæ dicuntur iudicia duplicia: ideo vterque dicitur actor, & vterque reus, tamen re vera is, qui primo procurauit, ille tenet locum actoris. Ita Abb. cons. 61. In causa. col. 2. ver. quincto dominus, iuncto fine consilij, ver. ad vltimum. libro 1. l. in tribus. ff. de iudic.

32 Et quod in diuisione vterque sit actor, & reus, est text. in l. inter cohæredes. §. qui familię herciscundæ, ff. famil. hercis. & in l. in tribus. ff. de iudic. vbi quod iudicia diuisoria sunt duplicia, prout communi diuidendo, familiæ hercis. & finium regundorum.

33 Extende in interdictis, quia aliqua simplicia sunt prout restitutoria, prohibitoria, ne quid in flumine publico, &c. semper qui petit, est actor, alter reus. Aliqua interdicta sunt duplicia, prout vti possidetis, vtrobi, & similia, & dicuntur duplicia, quia vterque est actor, & vterque reus. instit. de interd. §. pen. Alex. cons. 88. Quoniam, in princ. lib. 5.

34 Et in iudicio turbatæ possessionis, vterque est actor, & reus. Bart. cons. 112. Accusatus. lib. 1.

Vide. Accusare qui possint. Concluſione 160. num. 25.

Vide. Interdictum vti possidetis. Concluſ. 285. num. 9.

Actori licet, quod reo non licet. Concluſ. CXIX.

1 NON licet actori, quod reo non licet, ideo sicut reus non potest alienare rem litigiosam, neque mutare iudicium propter alienationem, ita neque actor. Dinus cons. 24. Quæstio talis est, quidam cæpit, in princ. & per tot. maxime in fine.

Vide plura exempla in ver. Aequalitas in iudicijs seruanda. Concluſ. 306.

2 Amplia in casu conuerso, quia quod conceditur actori, censetur etiam concessum reo. ideo si actor obtinuit reum citari, vt personaliter compareat, debet pariter actor comparere personaliter, & è contra, quia sunt correlatiui. Gemin. in cap. 1. de dol. & contum. lib. 6. glos. in clem. sæpe, in ver. voluerit, de verb. signif.

3 Extende, quia si actor impetrauit causam conuentionis summarie tractari, pariter erit sum maria causa reconuentionis rei. glos. d. clemen. sæpe. ver. voluerit, de verb. signif. Bald. in c. à nobis. col. pen. de præscript. c. non debet licere, de reg. iur. in 6.

4 Amplia, quia si actor impetrauit ius iniquum, debet pati pariter retorquutionem eiusdem iuris iniqui in seipso, vt ff. quod quisque iuris.

Vide, in ver. Quod quisque iuris. Concluſione 49.

5 Limita, quia in causa momentanea, & in possessorio non appellatur per reum condemnatum, sed bene appellatur per actorem condemnatum, ita Menoch. de acquir. poss. remed. 4. num. 876. & seq. vbi pro vtraque, & hanc tuetur Angel. in l. quisquis. C. quor. appell. non recip.

6 Contrarium Rota, vt per Put. decis. 316. In vna Affiniaten. lib. 2,

7 Declara, vt per Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. quem sequitur Castren. cons. 39. circa fi. lib. 1. plenius Abb. cons. 55. col. 1. lib. 2. vt idem sit in actore quod in reo, secus si non haberet actor aliud remedium, quia tunc licitum est appellare, alias secus, & ita dicit Put. d. decis. 316. lib. 2. debere intelligi Bart. cum quo etiam videntur concordare Bal. in l. 1. C. si de mom. poss. n. 1. ver. Si autẽ prius intentatum est. sequitur Cuma. in l. 2. n. 27. ver. sed secundo habetis à contrario sensu, & clarius, imo explicite dicit ibidem Cuma. num. 29. ver. item idem dicit, quod non appellat actor, nisi præiudicium sit irreparabile.

8 Non obstat Angel. in l. quisquis. l. quor. appell. non recip. quia imo concordat cum Bart. quia in casu Angel. aliud remedium non datur hæredi, si pronunciatur non esse mittendum in possessionẽ, vel habenti instrumentum, vel sententiam, si pronũciatur non exequendam, & quia ibi dicit Saliceт. quod ex notorio quodam scripturæ ibi proceditur, quæ ratio cessat in alijs possessorijs.

Actori fauendum est, & in quibus. Concluſ. CXX.

1 ACTORI fauetur circa interpretationem intentionis suæ ex verbis dubijs, quia ipse declarat verba libelli, & scripturę dubiæ à se productæ. l. si quis intentione. ff. de iudic.

2 Sed dicas, quod iste idem fauor conceditur reo, vt interpretetur suam exceptionem. Ita Alciat. reg. 3. præsumpt. 44. num. 15.

3 Amplia, quia videtur intẽtasse illam actionem, quæ ex verbis colligi potest. l. gallus. §. 1. ff. de liber. & posthum. & sufficit causam esse aptam, licet actio sit inepta. * Doctor. in l. 2. ff. de eden. Cuman. cons. 42. col. 1.

4 Amplia, quia censetur in dubio deducere omne ius sibi competens.

5 Amplia, quia si actor probat clare intentionem suam, vel plene, reus vero obscure, vel semiplene, debet actor obtinere. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui. oper. nunciat. Abb. & alij in cap. in præsentia, de probat. quia non sufficit reo, quod reddat dubiam intentionem actoris. Abb. in cap. per tuas, de condit. appolit. ver. vnde dicendum est. Alex. cons. 58. Viso, & perlecto. lib. 5.

6 Extende multo magis, quando intentio actoris est probata: intentio vero rei, seu exceptio rei non est probata. Alex. cons. 58. lib. 5.

7 Extende, quia vbicunque constat de intentione actoris fundata, pro eo ferenda est sententia. Alex. cons. 189. Viso, & mature discusso, in princ. lib. 2. l. qui sententiam. C. de pœn.

8 Restringe in casu contrario, quia debet repelli, si constat, quod non fouet iustitiam. l. fin. C. de rei vendic. l. vbi pactum. C. de transact.

Restrin-

9 Reſtringe, niſi ex actis conſtaret de intentione, & exceptione fundata rei, quia Iudex poteſt ſupplere ex iis, quæ ſunt in actis, gloſ. 1. in l. 1. C. qui, & aduerſ. quos. Dec. in c. ex inſinuatione circa fi. n. 23. ver. ſecũdo notandũ, de appell. Alex. in l. 1. C. vt quę deſunt. Aduoc. col. 2. & conſ. 95. In cauſa. col. fi. lib. 1. nu. 3. ver. Vnde videmus.

10 Amplia, quia actori ſunt reficiendę expenſæ à reo, ſi pendente iudicio ſoluit, vel cedit, quia iudicia omnia abſolutoria redduntur per ſolutionem, §. fin. inſtit. de perpet. & temporal. action. & ibi Io. Fabr. Bald. in l. poſtquam liti, ver. quinto quæritur. C. de pact.

11 Reſtringe, niſi reus cedat, vel ſoluat, quia actori ſuperuenerit nouum ius pendente lite. Angel. in l. deſtitiſſe, ff. de iudic. Bald. in authen. contra qui propriam in prin. C. de non numer. pecun.

12 Amplia, quia licet actor vnum deducens, & aliud probans non debeat obtinere, l. qui habeat, in prin. ff. de inſtit. Bart. in l. 1. ff. de eden. Bald. in l. 1. C. de pign. actio. tamen ſi cauſa eſt cognoſcenda de æquitate, vel ſummarie, tunc poteſt obtinere, quando ſola facti veritate inſpecta cauſa cognoſcitur. Alex. in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus, in 5. col. ff. de ver. oblig. Marſil. ſing. 272. in hac in clita. Alex. plene, conſi. 114. lib. 6. incipit, Viſo, nu. 6. ver. præterea ſumus in cauſa.

Vide. Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non poteſt obtinere. Concluſ. 244. nu. 83. & ſeq.

13 Amplia, quia ſi petit centum, & probat de quinquaginta, debet obtinere in 50. l. 1. cum gloſ. vbi Bart. C. ſi aduerſ. rem iudi. Bart. in l. qui vas, in prin. ff. furt. & in l. ſi conſtante, §. final. ff. ſolut. matrim. Alex. conſ. 208. nu. 7. lib. 3.

14 Extende, vt idem ſit quando agit rei vendicatione, vel publiciana ad certa bona, & ſolum probat de parte, puta tertia, vel quarta, quia poteſt ferri ſententia pro parte probata per actorem. Bart. d. l. ſi conſtante, §. final. ff. ſolut. matri. Ioan. Fabri. in §. quoties, inſtit. de inutil. ſtipul. Guidop. deciſ. 171.

15 Et an ſit condemnandus in expenſis, ex quo plus petiit, quam probauit. Guidopa. d. deci. 17.

Vide. Petens plus debito, qua pœna puniatur. Concluſ. 327.

16 Amplia, quia ſi petiit minus, quam ſibi deberetur, & fuerit condemnatus reus ad petita, & ſoluerit poteſt reſiduum petere in alio iudicio. Ioan. Fabri. inſtit. de actio. §. ſi minus, in col. 5. quæſt. 1.

17 Extende etiam, ſi non eſt proteſtatus in principio, & primo iudicio de reſiduo, vt ibi Io. Fabri. in d. §. ſi minus, inſtit. de actio. vbi generaliter loquitur.

18 Reſtringe, quando petiiſſet certam ſummam tantum debitam, vel pro reſiduo, quia non poſſet plus petere. Guidopa. deciſ. 177. & ibi apoſtilla.

19 Limita, quia in pari cauſa fauetur reo, & non actori ad deciſionem. Bald. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio. Crauett. conſi. 191.

20 Extende etiam, in dubia interpretatione ſubſtitutionum. Corne. conſi. 186. in fin. lib. 3.

21 Declara totam iſtam materiam, quia in exordio Iudicij fauemus actori, in medio fauemus vtrique pariter, in fine fauemus reo, ita Alciat. regul. 3. præſumpt. 44. vbi ponit multas declarationes contra regulas iſtas, quas videas.

22 Et quod propterea circa probationes, quę ſunt in medio iudicij, æqualiter fauendum ſit actori, & reo. Alex. conſi. 68. viſo proceſſu. nu. 4. in fin. & nu. 5. ver. nec etiam obſtat, lib. 3.

Vide in ver. Aequalitas in iudiciis ſeruanda. Concluſ. 306. & Concluſ. ſeq.

Vide. Fauendum reo, & quando. Concluſ. 85.

Vide. Accuſato in pari cauſa probationum fauetur. Concluſ. 170.

Actor debet eſſe certus in ſua petitione, & quando; & debet venire paratus. Concluſ. CXXI.

1 ACTOR debet eſſe certus in ſua petitione, quando agit pro iure quærẽdo, vt eſt in electo, præſentato, & ſimilibus; quia cum debeat interponi decretum, quod non cadit ſuper incerto, ſicuti petitio eſt incerta, ita deberet eſſe decretũ, quod non conuenit. Calder. conſi. 53. alias 7. de electio. num. 2. ver. Dico igitur. Lap. allega. fin. num. 2.

Vide. Libellus contrarius, vel incertus, non admittitur. Concluſ. 314.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi petat confirmari vnam ex pluribus electionibus, quę magis valet, quia adhuc dicitur in incerto vagari, & non procedit petitio, neque conſenſus electi redditur certus. Calder. d. conſ. 53. alias 7. de electio. nu. 2. ver. dico igitur, vſque in fi. & ibi Gemin. in addit. ver. poſſet addi.

3 Amplia, quia agens ex teſtamento, vel Codicillis dicitur vagari, & agens ex teſtamento non poteſt agere ex codicillis, & è contra. Bart. & alij in l. final. C. de codicil. vbi Iaſ.

4 Extende, quia agens ab inteſtato, & poſtea volens agere ex teſtamento, non auditur. Bart. d. l. final. C. de codicil. late Alex. conſil. 121. lib. 1.

Vide. Eligens vnam viam ex pluribus. Concluſio. 104.

5 Extende, quia ante litem, vel poſt litem conteſtatam non poteſt variare in iſta materia; nam debet eligere à principio, & facta electione non eſt locus pœnitentiæ, d. l. fi. C. de codicil.

6 Reſtringe in aſcendentibus, & deſcendentibus, quia poſſunt variare. Roman. conſi. 121. late Boer. deciſ. 33. nu. 17. & ſeq. vbi alios allegat.

7 Reſtringe, quando actor facto aduerſarii eſſet incertus. Bart. & alij d. l. fi. C. de codicil.

8 Reſtringe, quia agens ex teſtamento poteſt, eo declarato nullo, agere ab inteſtato. l. ſi mater decedens, vbi Bart. de inofficio. teſtamen. Affict. deciſ. 53.

9 Amplia, quia actor in tantum debet eſſe certus, & venire paratus in iudicio, vt non excuſetur ex incertitudine ſi facit libellum incertum. Aegid. Bellam. conſi. 29. num. 16. vbi, quod debet conſulere peritos, & ſe informare.

Vide. Contumacia actoris, maior, quam contumacia rei. Concluſ.

Vide. Libellus quid ſit, & continere debet. Concluſ. 300.

Vide plenius. Libellus contrarius, & incertus non admittitur. Concluſ. 314.

Actor

Actor sequitur forum rei, & quando. Concluſ. CXXII.

1 ACTOR ſequitur forum rei.c.cum ſit generale,de for.compet.Angel.conſ. 122. Quia debitum,in princ.Petr.Anchar.conſ. 57. quædam ex prædictis, in princ.l.iuris ordinem. l. in criminali.C.de iuriſd.omn.Iudic.

2 Eſt tamen in electione actoris eligere,quem velit ex Iudicibus rei ſi habet plures iudices non ex priuilegio ſpeciali,ſed de iure communi. Roman. conſ. 412.numero tertio.ver.tertium, vbi etiam relatiue,quid ſi reus habet plures Iudices ex priuilegio ſpeciali.

3 Extende hoc in tantum verum eſſe, vt ſi laicus agit contra Eccleſ.vel ad bona Eccleſiæ locata laico, coram iudice ſeculari, iudicium erit nullum. Petrus de Ancharan. dicto conſilio 57. in principio.

4 Extende, quia ſi conductor bonorum Eccleſiæ egit ad miſſionem in poſſeſſionem bonorum contra laicos poſſeſſores bonorum; & ipſe nominauerit Eccleſiam in dominam tenetur actor citare Eccleſiam nominatam coram ſuo Iudice,alias iudicium eſt nullum. Petr. Ancharan d. conſ. 57.in principio.

5 Amplia, quia quando actor, & reus ſunt eiuſdem Diœceſis nunquam datur reſcriptum, per quod reus extra ſuam diœceſim vocetur. Ioan.de Imol.conſ.35.n.6.allegat.cap. ſtatutum.§.cum vero.in verb. eiuſdem, de reſcript. in 6. iuncta gloſ. & num.9.in fin.

6 Secus ſi ſunt diuerſarum Diœceſum, quia tunc bene extra diœceſim rei datur reſcriptum. Io. de Imol. conſ.35.nu.6.

7 Amplia, quia procedit regula, vt actor ſequatur forum rei, etiam ſi reus præueniat actorem ſuper exceptione ſibi competente,quia debet conuenire actorẽ corã eo Iudice, coram quo actor ſi vellet agere conuenire tenetur.Rom.conſ.412.pro habenda, in princip.vbi quid ſi reus habet plures iudices de iure communi. Item ſi habet plures iudices,de iure ſpeciali.

Vide.Diffamatus de crimine,vel ciuiliter,qualiter agat.Concluſ. 411. & Concluſ.ibi proxima ſequenti 412.

8 Limita quando Clericus turbatur à laico ſuper bonis Eccleſiæ per Clericum poſſeſsis; quia tunc licet Clericus ſit actor, tamen conueniet laicum coram Eccleſiaſtico: quia eſt ſpeciale pro violentia, iniuria, vel moleſtia, vt trahat laicum ad forum Eccleſiaſticum.capit.cum ſit generale de for. compet. Lap.alleg. 60.in principio.ver.item illud eſt verum, etiam ſi in iudicio iſto interdicti, vti poſſidetis tractetur incidenter de dominio. & ità dicit obtinuiſſe in Ciuitate Florentiæ Alex. conſ. 103. Conſideratis. in fin. lib. 5. vbi dicit magis* communem.

9 Extende idem ſi clericus turbatur a laico in bonis patrimonialibus, quia habet idem priuilegio.de Imol.conſ.55.in fi.

10 Extende,quia idẽ eſt in Clerico ſpoliato ſiue bonis Eccl.ſuæ, ſiue bonis patrimonialibus,quia cõueniet laicum ſpoliatorem, coram Eccleſiaſtico, neque ſequitur forum rei laici hoc caſu. Ioannes de Imol.dicto conſilio 55. in fine.

11 Extende,quia vbicunque Clericus agit contra laicum de rebus Eccleſiæ, vel ſuis, & in libello deducit, quod laicus per fraudem, violentiam, vel dolum detinet, vel ex contractu nullo, debet iudicium fieri coram Eccleſiaſtico, alias coram ſeculari, & hanc magis communem * dicit Alexan. conſ.103.Conſideratis,in fine.nu.8. & 9. ver. nec prædictis obſtat.lib.5.

12 Limita in reo volente prœuenire actorẽ ſuũ aduerſariũ clericum,ratione bonorum,& examinare teſtes ad perpetuã rei memoriam, quia reus illos examinabit coram ſuo Iudice ſeculari,coram quo Clericus illum conuenire deberet, & ibi citabit Clericum iſto caſu. Feder. de Sen. conſ. 237. in fin, plene Alexan.conſ.103.Conſideratis,in princ. & per totum,maxime.num.7.ver.hoc idem. lib.5.

Vide in ver. Actor quando, & in quibus caſibus reus exiſtat.Concl.118.

13 Limita in conceſsione repreſaliarum, quia imo actor trahit reum ad ſuum Iudicem,& forum,quia concedi debent per Iudicem actoris. Bald. conſil. 445. Quatuor ad propoſitum.nu. 2. ver. circa Iudicem. lib.4.

14 Extende in caſu conuerſo,quia conceſsis repreſaleis per Fulginatenſes contra Tudertinos ad inſtantiam Titij, poterit Titius, ex æquitate conueniri Tuderti ad inſtantiam Tudertinorum: licet ibi non ſortiatur forum, quia turus accеſſus non patet ad ciuitatem Fulginei.Ang. conſ.122.Quia debitum,per totum,ubi dicit hoc non procedere, ſi culpa communis Tuderti,eſſent conceſſæ repreſaleę, quia denegaſſet iuſtitiam, alias ſecus.

15 Limita, quando reus ſortitur forũ coram diuerſis Iudicibus,quia electio tunc eſt actoris,coram quo Iudice competente conueniat reum. Socin. conſ.94.num.1.& ſeq.ver.ſed præmiſsis.lib.3.Couarr.var.reſolut.lib.1.c.18.n.6.Pedem.deciſ.150. & Benintend.deciſ.66.

16 Limita in marito, & vxore, quia ſemper forus mariti attenditur, etiam ſi maritus ſit actor, & vxor ſe defendat,vt notandum dicit.Bal,c. conſtitutus el 3.de teſtib.in prine.

17 Limita in eo,qui ex tranſuerſo venit pro ſuo interеſſe, quia cum ſit voluntarius ſequitur forum actoris,quod procedit quando adeſt in cauſa alius principalis reus,ſecus ſi nullus eſſet reus in cauſa, & doloſe ageretur, vt iſti ſcienti fieret præiudicium,quia tunc reus diceretur.Bald.conſ.427.Reuerendiſsimus Dominus, per totum. lib. 4.& per predicta confunditur cautela, quam dat Socin. in regula 10. in fin. dum vult, quod Clericus voluntariè citatus, quatenus ſua putauerit,ſi comparet erit de foro ſeculari,quia falſum ſi alius reus non adeſt.

18 Limita in cauſa euictionis, quia venditor obligatus de euictione ſequitur nedum forũ emptoris agentis de euictione, ſed etiam leges fori actoris attendi debent.Bald.conſ.460.Factum tale eſt.nu. 3.ver.Item certum eſt. lib. 4. & circa forum allegat.l.venditor.ff.de iudic.

19 Limita in cauſa mota contra fideiuſſores condemnatos, quia poterit idem rudex compellere principales ad ſoluendum fideiuſſoribus: licet non ſit Iudex inter eos. Corne. in l. cum eorum. C.de ſenten.& interloquut.omn.iudicum, in principio.

20 Limita,quia pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonę

ſone ſi perhorreſcunt in loco rei,etiam quod acto res ſint forenſes,& alienæ iuriſdictionis. debet illis prouideri de loco tertio,alias apparet iniuſtitia,& poſſent concedi repreſaleæ. Bart. tract. repreſalearum,quæſt.2.ver.ad ſecundum, numer. 4. & ſeq.

21 Extende, quia imo de iure Canonico, eo ipſo quod quis etiam non miſerabilis perſona habet litem cum Vniuerſitate,ſeu potentiam aduerſarij perhorreſcit,ſemper datur locus tertius.Bart.d.q. 2.ver.ad ſecundum,nu.7.

22 Imo,quando forenſis conuenit Ciuem de iure Canonico poteſt impetrare, vt detur tertius locus, dummodo non detur locus actoris, c.ſtatutum.§.cum autem actor,de reſcript.in 6. Bart. d. tract.repreſalearum,quæſt.2.nu. 8. ver. ad ſecundum.,

Vide plene,Socin.d. regul. 10. Actor regulariter,ſequitur forum rei, vbi ponit octo limitationes.

Actor ad lites,qualiter poſsit conſtitui,& quomodo. Concluſ. CXXIII.

1 ACTOR ad lites poteſt conſtitui à tutore, cum decreto Iudicis.Fulgoſ.conſi. 182. Titius fecit teſtamentum. nu.2. vbi,quod decretum debet intercedere.

2 Aequiparatur talis actor procuratori.ideo non reuocatur lite conteſtata,licet ceſſet, vel finiatur tutela.Fulgoſ.conſi. 182.per totum,vbi eſt caſus.

3 Non poteſt conſtitui ad lites futuras, & incertas propter decretum Iudicis,quod non poteſt interponi ſuper incerto.Feder.de Sen.conſi.100.nu. 4.ver.& actor.

4 Modus conſtituendi duplex eſt,quia aut tutor conſtituit actorem cum decreto Iudicis, aut Iudex conſtituit ad petitionem tutoris.Bartol. in l. actor,in prin.ff rem ratam habere.

5 Et idem eſt in actore curatoris.Bart.in l. ſi actor.ff.de appellat.

6 Secus eſt in actore vniuerſitatis, quia non requiritur decretum ſuperioris,& ſi requiritur. præſumitur interueniſſe,ſi Vniuerſitas de licentia ſuperioris eſt congregata.Bart.d.l.actor.nu. 7. ver. venio ad actorem, vſq.in fin.ff.rem.rat.habe.

7 Declara,quia vt actor conſtitui poſſit,requiritur cauſa neceſſaria,de qua conſtet,alias non valet actoria,etiam cum decreto Iudicis, niſi actor ſatisdaret tutorem ratum habiturũ eſſe. Caſtrenſ. conſi.463.In cauſa vertente,col.2.ver.præterea,& alia ratione.lib.2.

Vide. Tutor non conſtituit procuratorem, & qualiter procedat.Concluſ.447.

Actor, vel Syndicus pro Vniuerſitate, vel minore,poteſt conſtitui, & qualiter. Concluſ. CXXIV.

11 ACTOR, vel Syndicus regulariter, poteſt conſtitui ab vniuerſitate, & quæ ſolemnitas requiratur.

Vide.Mandatum ab Vniuerſitate factum, quæ requirat,& quando valeat.Concluſ.59.

Et in ver. Procurator qualiter conſtituatur ab Vniuerſitate& minoribus.Conclu.814.

Vide plenius,in ver. Vniuerſitas,qualiter conſtituat Syndicum, & quæ ſolemnitas requiratur. Concluſ.267.

1 Limita,quia nõ poteſt cõſtitui Syndicus à Capitulo,& Prælato ad alienandum bona Eccleſiæ,niſi ſint ſeruatæ ſolemnitates, videlicet quod præceſſerit tractatus,cauſæ cognitio,& deliberatio: Ratio eſt, quia conſilium, & iſta,quæ debent fieri à Capitulo,non poſſunt mandari per alium fieri.Feder.de Sen conſ.100.n.3.ver.Non obſtat.

3 Limita in Syndico, vel actore ad futuras lites, vel futura negocia incerta, quia conſtitui non poſſunt.Ratio eſt, quia debet interuenire decretum Iudicis,quod ſuper incerto non interponitur. Feder.de Sen.d.conſ.100.nu.4.ver.& actor.

Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concluſ. CXXV.

1 REGVLA eſt generalis, quod actus agentium non operantur vltra intentionem eorum,l. non omnis.ff.ſi cert.pet.vbi numeratio facta animo non obligandi recipientem, non inducit obligationem,ſecus ſi animo obligãdi.Aegid. Bellam.conſi 33.nu.38.

2 Et inſpicitur quo nomine actus geratur.l. Caſſius.ff. deſolutio.vt non excedatur intentio agentis. Alex.conſi.118.In cauſa,& lite.nu.13.lib.2.

3 Et intelligas de intentione principali agentium,non de ſecundaria.

Vide. Effectus principalisagentium.Concl.48.

Et vide.Principalis diſpoſitio attẽditur,nõ quę veniunt in conſequentiam.Concluſ.662.

4 Amplia, quia licet dominus plurium fundorũ, eoſdem in vnum vniat ad effectum commoditatis fructuum colligendorum,vel etiam ex vno plures faciat,tamen quoad alios effectus extra collectionem fructuum,vnio vel diuiſio nõ operatur.l. Caius.§.ſi.ff.deleg.2.

5 Amplia,quia magiſtratus habens baliam abſolutam ſi proteſtatur nolle pręiudicare certis locis,perſonis,licet generaliter ſtatuat cum clauſulis derogatoriis,tamen non præiudicat iis de quibus proteſtatus eſt,quia actus agentium.&c. Caſtrenſ.conſi.61.in prin.lib.1.vbi extendit etiam ſi fiat actus ſeparatus ab actu proteſtationis paulo poſt.

9 Amplia,vt maxime procedat regula in iis,quę pendent à poteſtate.& ideo in collationibus,in diſpenſationibus,& ſimilibus attenditur animus agentis.Aegid.Bellam.d.conſi.33.n.38.

7 Amplia,quia filia quietans matrem tutricem, quaſi computa reddiderit,cum non ſint reddita, non ſibi præiudicat,quia ex certa cauſa liberat, quæ non eſt vera,& ſic ex eo, quod actus agentiũ non operantur vltra intentionem, poteſt agere primęua actione.Caſtrenſ conſi. 343. conſiderandum.in prin.lib.1.

8 Amplia,quia dominus Comitatus,ſi recipit donationem eiuſdem Comitatus à Rege Franciç,tanquam

Digitized by Google

quam de re ipſius Regis, non perdit dominium, primo ſibi competens, quia ſolo animo non perditur, quia intendit acquirere, non alienare, & tanto clarius, quando recepit cum proteſtatione. Abbas d. conſ. 3. Nitar. col. 18. ver. 24. quæſt. lib. 2.

9 Declarat tamen ibi Abb. non procedere quando dominus Comitatus illum prius Regi donaſſet & illico recepiſſet à Rege in fœudum, quia tunc bene ſibi præiudicaret.

10 Limita, quia habens animum conſeruandi, vel retinendi poſſeſſionem etiam acquirit, ex quo animus tendit ad idem, non ad diuerſum finem. Bart. in l. 2. num. 3. ff. de acquiren. poſſeſſ. quem ibi alij ſequuntur. tex. in l. ſi in venditione, vbi Angel. ff. communia prædio. & eſt cõmunis * opinio, vt per Alexan. conſ. 146. In cauſa, & lite. num. 10. & ſeq. ver. comprobatur etiam. lib. 5. & ibi Apoſtill. in ver. nouo.

11 Extẽde in caſu contrario, quia actus factus animo acquirendi, multo magis inducit retentionem, quia facilior datur retentio, quam nona acquiſitio. Alex. d. conſ. 146. n. 10. lib. 5.

12 Limita, quia actus agentium operatur vltra intentionem eorum ad tollendum dolum, & abſurdum. Nam ſolutio debitoris facta ſecundum intentionem ſemper eſt ad tollendam obligationem debitoris. & tamen ſi debitor ſoluat ei, qui non habet mandatum, vel non poteſt liberare non tollitur obligatio præcedens, ſed inducitur noua obligatio recipientis ad reſtituendum exactum. Alexan. conſil. 37. Viſo, in principio, & quaſi per totum. lib. 3.

13 Limita ſex modis, de quibus author incertus poſt regulas Soc. regula 10. Actus agentium debent regulari ſecundum intentionem eorum.

Vide. Concluſ. prox. ſeq.

Vide de hac materia, in ver. Animus, & intentio quid operentur. Concl. 334.

Vide plenius, in ver. Intentio agentium regulat omnes actus. Concl. 369.

Vide. Mens, & ratio attendenda plus, quam verba. Concluſ. 199.

Vide. Iniurioſa verba quando animo iniuriandi, vel non. Conçluſ. 159.

Vide. Diſpoſitio omnis ſemper intelligitur, & interpretatur, prout verba diriguntur. Concluſione 497.

Actus factus ex cauſa inualida eſt nullus, licet gerens ex cauſa valida facere potuiſſet. Concluſ. CXXVI.

1 HÆRES inſtitutus in duobus teſtamentis primo valido, & ſecundo inualido, ſi adeat nominatim ex ſecundo, aditio non valet: licet potuerit adire ex primo valido. Anchar. conſ. 357. Quia præſupponitur, per tot. & conſ. 203. Factum, ſuper quo, in princ. Rom. conſ. 343. Ex propoſito, in princ. ver. ſecundo ad idem, vbi apoſtill. prima, in ver. congruo: vbi, quod viam, quam elegit, debet habere, & conſ. 446. Primus. nu. 7. & ſeq. uer. 2. & conſ. 496. num. 5.

2 Extende, vt procedat etiam ſi adeundo ex ſecundo nullo dicat omni meliori modo, quia clauſula nihil operatur, quando expreſſit nominatim, quod ex ſecundo adire volebat. Anchar. d. conſ. 357. num. 4. in fi. & num. 5.

3 Reſtringe, quando ſe non reſtrinxit, vt quia ſciens duo teſtamenta ſimpliciter adiuit, omni meliori modo, quia ex quo ſe non reſtrinxit valet aditio, quia non dubitat eſſe delatam hereditatem, imo ſcit ex teſtamento. Anchar. conſ. 203. n. 3. & ſequen. ver. non obſtat, quod eſt ſubſcriptum à ſex Doctoribus.

4 Amplia, quia ſtipulatio facta cum adiecto inhabili eſt nulla, licet valuiſſet, ſi cum habili facta fuiſſet. Roman. d. conſ. 343. num. 3. ver. quarto ad idem: vbi, quod ex quo quis poteſt facere actum ex cauſa valida, & tacit ex inualida, conſequens eſt, vt quod vult implere nequeat.

5 Amplia, quia Iudex, qui ex vna cauſa poteſt eſſe competens ex alia incompetens, ſi eligat, & pronunciat ex iuriſdictione incompetenti actus redditur nullus. Anchar. conſ. 257. nu. 2. Rom. d. conſilio 343. num. 5. ver. ſexto ad idem, vbi apoſtil. in ver. delegatæ dat concor. Alexan. conſ. 213. Viſo. num. 10. lib. 2.

6 Extende in collatione facta ex capite inhabili, quæ non ſubſtinetur ex habili. Rom. conſ. 446. n. 8. ver. tertio. & conſ. 496. num. 6. ver. tertio.

7 Et procedit etiam in collatione Papæ, ſecundum * communem. Roman. conſil. 483. num. 11. & ſequen.

8 Extende idem in collatione facta ex cauſa, quæ non competit, quia non ſubſtinetur: licet competere poſſet. Anchar. d. conſ. 357. n. 2. Rom. d. conſ. 343. num. 4. ver. quinto ad idem.

9 Extende in ſtipulatione facta inhabili, quæ non ſubſtinetur: licet potuiſſet fieri cum habili. Rom. conſ. 446. nu. 9. ver. quarto. & conſ. 496. n. 8. ver. vltimo.

10 Idem ſi potuit pœnam ſtipulari, vt tutor, & fecit, vt alius. Roman. conſ. 496. num. 6. ver. quarto.

11 Extende in excuſatione tutorum, quia ij ſi ſe excuſant ex cauſa nulla, & non releuanti; licet releuantem haberent, ſibi imputent. l. qui teſtamento. ff. de excuſat. tutor.

12 Et idem in alio actu geſto per eum, qui potuit valide gerere, vt tutor, ſed geſſit, vt negociorum geſtor, quia non valet actus. Rom. conſ. 343. Ex propoſito. nu. 2. ver. tertio. ad idem.

13 Extende in libello, quia ſi quis agat ex certa cauſa expreſſa, & probet ex alia, non obtinet.

Vide. Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non obtinet, & quando ſecus. Concl. 244.

14 Extende idem ſi agit ex cauſa inepta; licet poſſet agere ex cauſa apta. Rom. conſ. 446. nu. 9. ver. vltimo ad idem.

15 Extende in eo, qui potuit ſubſtituere ex facultate valida; & ſubſtituit ex inualida, quia non valet. Alex. conſ. 213. Viſo, & opportune, num. 9. ver. nec obſtat. lib 2.

16 Extende in Iudice, qui pronunciauit, vt delegatus Epiſcopi, cum eſſet delegatus Archidiaconi, quia ſententia nonvalet etiam ſi dicat per errorem feciſſe, quia intrat regula, quod potui nolui. Alex. d. conſ. 213. num. 10. lib. 2.

17 Extende in procuratore habente duo mandata, vnum bonum, aliud nullum, quia ſi ex nullo egit, vel exequitur, non ſubſtinetur ex bono actus. Roman.

Digitized by Google

man. conſ. 496. Primus conſultationis articulus, & plenius con. 343.

18 Amplia, quia is, qui habet duo mandata. Vnum ſufficiens aliud non ſufficiens, ſi agit ex mandato non ſufficienti. non valet actus. Put. deciſ. 298. lib. 3. Acchil. deciſ. 7. tit. de procur. & deciſ. 10. tit. de appellat.

19 Contrarium, quando is, qui habet duo mandata ſe retuliſſet ad mandatum nullum, quia, eſſet reuocatũ, vel inualidum. aut inſufficiens, vel quia illud non fuerit vnquam factum, quia ſi habet mandatum validum, vt actus valeat ad illud eſt facienda relatio, non obſtante expreſſione erronea. Alexand. conſ. 146. verſ. nec obſtat prædictis, lib. 5. colum. 10. Roman. conſil. 343. num. 3. ver. ſecundo, ad idem; vbi, quod talis expreſſio videtur facta causa demonſtrationis certioris, non autem, vt ex eo deſtruetur actus, & demonſtratio falſa non vitiat, & vide Bartol. in l. habebat. ff. de inſtit. & idem Roman. conſil. 446. Primus, in principio, vbi apoſtill. in ver. obligatur, dat plurimos concordan. & idem Roman. conſilio 496. in principio.

20 Declara, quia ſi id fuit per errorem, & poteſt de errore conſtare valet, ſed ſi ex deliberatione eſt factus actus, ſecus eſt, quia eſt vſus falſo mandato, imo punitur. Roman. d. conſ. 446. in principio. ver. ſed certe, & ideo agens procuratorio nomine, cum non habeat mandatum, nulliter agit: licet potuerit agere vti coniuncta perſona, vbi adducit plura ſimilia.

21 Et idem eſt cum eſſet procurator principalis, voluit comparere, vt ſubſtitutus, quia non valet actus. Rom. conſ. 496. n. 4. ver. ijs tamen non refragantibus, vbi adducit plura.

22 Declara, quia imo ſi ego contraho cũ procurato re, quem ſcio habere vnum mandatum, & habet duo mandata, poſſum ego me iuuare etiam ex mandato, quod ignorabam. Alex. conſ. 146. In cauſa, & lite. num. 31. & ſequen. ver. nec obſtat. libro quinto, allegat. l. habebat. ff. de inſtitut. & ibi Bartol.

23 Amplia in collatione facta etiam à Papa ex certa cauſa expreſſa, quia non valet ex alia cauſa: licet Papa valide conferre potuerit. Roman. conſilio 335. Circa primum, in fine. numero 14. ver. * vltimo dico, vbi dicit * communem, & repetit conſil. 483. Dubitatur. num. 11. & 12. vbi de communi.

26 Extende etiam in Epiſcopo, & alio inferiori, quia ſi faciunt collationem, vel actum ex cauſa, quæ non poteſt valere, quoniam non ſubſtinetur ex alia cauſa: licet poſſet valere. cap. ex parte, de conceſſ. præben. quem ad hoc ſingularem dicit Roman. conſ. 335. in fi. & conſ. 343. Ex propoſito. nu. 4. ver. quinto.

25 Limita, quia Iudex proferens ſententiam vti delegatus, quia dicit nolle procedere, vt Ordinarius ſecundum quam poterat, ſed tanquam delegatus, quam putat habere, & non habet, valet ſententia. Roman. conſilio 446. numero tertio, & ſequenti. verſ. ſecundo principaliter, & conſilio 496. num. 2. ver. ſecundo ex eo, & conſ. 343. num. 5.

26 Declarat Iofredus conſ. 45. Magnificus Federicus. quem citat apoſtill. ad Rom. conſ. 446. in ver. validam.

27 Declarat idem Roman. d. conſ. 446. num. 4. & 5. ver. ſed poſito, quod in Iudice errante error non debet nocere veritati, ſed veritas eſt præferenda opinioni, & quia Iudex ex errore non poteſt partibus nocere, & quia animus in genere non deficit.

28 Extende idem in caſu conuerſo ſi Iudex procedat, vt Ordinarius credens ſe Ordinarium cum ſit delegatus. Rom. d. conſ. 446. n. 5. ver. tertio eadem, & conſ. 496. num. 3. ver. tertio.

29 Limita, quia defectus in cauſa efficiente non annullat actum multis caſibus, ſed ſunt caſus ſpeciales. Rom. d. conſ. 446. nu. 7. ver. vltimo, & conſ. 496. ver. quarto.

30 Limita, quia ſemper in dubio diſponens videtur elegiſſe viam, per quam ſua diſpoſitio ſubſtineatur, & valeat. l. ſi miles, qui deſtinauerat. ff. de teſtam. milit. Alex. conſ. 53. In cauſa, & lite. num. 5. ver. & in dubio. lib. 7. vbi apoſtill. in ver. elegiſſe, dat concord. & ibi Alexan. num. 6. extendit etiam impropriando uerba, vt menti deſeruiatur.

31 Et ideo ſi teſtator inſtituit hæredem coram ſeptem teſtibus rogatis, & adiecit, quod volebat inſtitutionem valere iure codicillorum, & cuiuſlibet vltimę voluntatis, quod valebit iure teſtamenti, quia imperitia teſtatoris non nocet, qui appellauit teſtamentum codicillos, cum intentio ſua fuerit habere hæredem, & omnia fint ſolemniter acta. Alexan. d. conſ. 53. num. 7. ver. vnde ad propoſitum. lib. 7.

32 Sic etiam ſi teſtator inſtituit filios hæredes coram ſepeem teſtibus, & dixit velle illam inſtitutionem valere iure codicillorum, certe ex quo non poteſt valere iure codicillorum, prout expreſſit, quia hæreditas directo dari non poteſt in codicillis, valebit, vt teſtamentum, plene Alexan. qui citat plures dicto conſil. 53. num. 7. uer. benefaciunt. lib. 7.

33 Sic filius familias, qui poteſt donare cum præſentia patris, ſed non teſtari, ſi cum præſentia Patris, & coram ſeptem teſtibus, voluit, quod omnia bona ſuam poſt mortem ſuam ſpectent ad eius filium, certe cum non potuerit teſtari, ſed donare cauſa mortis, talis diſpoſitio, erit donatio cauſa mortis, & maxime ſtante clauſula codicillari, quod valeat in vim codicillorum, & ultimæ voluntatis, ex quo donatio cauſa mortis eſt vltima voluntas. Alexand. dicto conſilio 53. numero 6. & ſequen. ver. & conſtat, quod verba. lib. 7, vbi num. 9. habetur pro expreſſa donatio cauſa mortis, ex quo neceſſario verificantur in ipſa donatione cauſa mortis.

34 Sic etiam ſi miles elegit velle teſtari iure communi coram ſeptem teſtibus rogatis, ſi contingat aliquos ex teſtibus inhabiles eſſe, ne corruat teſtamentum, quod iure communi non poteſt valere, valebit iure militari. dicta l. ſi miles, qui deſtinauerat. ff. de teſtamen. militar. Alexand. dicto conſilio 53. num. 8. ver. vt optime probat, libro ſeptimo.

35 Limita, quia agens ex cauſa inualida, puta, ex perſona expreſſa dignitate, vna cum clauſula, &c. facit validum actũ; exemplum eſt Archiepiſcopus Colonienſis, qui etiam eſt Epiſcopus Badæ, ſeu adminiſtrator, ſi aliquam commiſſionem facit ſuper adminiſtratione Eccleſiæ Badæ, per hæc verba Theodoricus Archiepiſcopus Colonienſis Beſſaliæ Dux, &c. vigore clauſulæ, &c. cenſetur omnes dignitates exprimere, & ſic valet actus tan-

tanquam administrator Badr. quia expressio non est restricta, & illa verba Archiepiscopus Colonien sis, Dux Besfaliæ, &c. stant causa demonstrationis, & non vitiant actum, quia abundant. Roman. plene, cons. 343. Ex proposito, vbi pro vtraq. allegat, & hanc tuetur, n 6. & seq. vbi plura allegat.

36 Contrarium faciunt dicta per Feder. de Sen. cons. 130. circa fi.

Declara, vt in ver. Iudex Ordinarius, vel delegatus, simpliciter, procedens concluf. 427. in fi.

37 Declara, quia si adesset clausula, omni meliori modo. Actus subsistineri posset ex causa valida, quia secundum aliquos ista clausula, omni meliori modo, non patitur aliquam restrictionem etiam expressam. Bald. cons. 478. nu. 3. lib. 3. Ruin. consil. 9. In quæstione proposita in fi. lib. 5. & secundum alios est verissimum, quando. C lausula, omni meliori modo, ponitur per copulam, &, omni meliori modo: vel, & alias, omni meliori modo, quia tunc restrictio non nocet, quia tollitur per hanc clausulam cum copula. Ita Rota Romana, vt per Acchil. de Graff. decis. 1. tit. de clausul. Caputaq. in manuscript. lib. 1. decis. 273. Rota tenuit, & æquiparatur iuramento ad substinendum actum. Cephal. cons. 272. nu. 11. & seq. & nu. 39.

Vide. Collatio beneficij ex vna causa facta, an valeat ex alia. Concluf. 431.

Vide, in ver. Brocardum, quod potui, nolui &c. Concluf. 133. vbi latius.

Vide. Actus agentium. Concluf. 125.

Vide. Actus omnes humani. Concluf. prox. seq.

Vide. Restringens se ad vnam causam, non obtinet ex alia. Concluf. 304.

Vide. Taxatiua, quid operetur. Concluf. 23.

Actus humani omnes regulantur, & pendent a tribus, voluntate, potestate, & modo. Concl. CXXVII.

1 ACTVS humani omnes pendent, & regulantur à tribus, videlicet, à potestate, voluntate, & modo; quia sine potestate, nihil ad actum deducitur; sine voluntate, nihil consensu perficitur; & sine modo, nihil in finem dirigitur. Bald. consi. 326. Rex Romanorum, nu. 2. ver & ad huius quæstionis difficilem intelligentiam, lib. 1. & ista tria, potestatem, voluntatem, & modum, videlicet, ordinem ad finem, tenet Bero. consi. 76. nu. 26. & sequen. libro primo.

2 Et alibi dixit Bald. in l. cum testamentum, C. de iur. & facti ignor. quod tria requiruntur; voluntas, potestas, & scientia, ex mente Aristotel. & videtur velle Brun. cons. 12. nu. 6. vbi quod debet, velle, posse, & scire, qui actum vult facere validum & ita Barbat. inter cons. Alex. cons. 51. Circa hanc nu. 30. ver. ex quibus. lib. 4. & apostil. ad Alex. cos. 123. in ver. duo. lib. 4. dat concordan.

3 Declara, quia scientia confunditur cũ potestate secundum Deci. in c. cum super Abbatia. de offic. deleg. in 4. not. nu. 24 & seq sequitur Brunus, cons. 12. num. 6. vbi, quod confunditur cum potestate secundum Decium, vbi supra.

4 Vide apostil. ad Alexand. consil. 123. lib. 4. in ver. duo; vbi, quod confundit more Canonistarum scientiam cum potestate, quia non subsistit.

5 Declara, quia, Alex. consi. 52. n. 30. lib. 4. dicit, quod communiter approbatur Boetius, quod sint duo actus, non autem tres. qui regulant omnes actus humanos, & quod sint duo tantum. Alexan. cons. 123. Scripsit in prin. lib. 4. quod est Barbat. vbi apostil. in ver. duo, dat cõcor.

6 Vide etiam Barbat. cuius est consiliũ Alex. 123. Scripsit Ecclesiasticus, in prin. lib. 4. vbi, quod sunt duo, voluntas, & potestas, sed tamen requiritur tertium, quod sit legitime factum.

7 Duo tantum ponit Boetius, quem refert Bald. d. consi. 326. num. 2. in fi. ver. & Boetius, lib. 1. videlicet, potestas, & voluntas. Alex. consil. 123. in prin. Scripsit Ecclesiasticus lib. 4. vbi etiam apostill. & hanc * communem dicit Alex. consi. 52. n. 30. lib. 4. Deci. in d. c. cum super, in 4. not. n. 24. & seq. de offic. delegat. & ita etiam tenet Bald. quod duo sunt, per quę omnes actus humani canonizantur, videlicet, voluntas, & potestas, in l. omne verbum, nu. 8. ver. not. tex. ibi. C. cõmun. deleg. sequitur Rolan. à Vall. cons. 39. nu. 20. & 21. lib. 1. Abb. cons. 3. Nitar. nu. 5. lib. 2.

8 Et in Papa, Cephal consi. 235. nu. 24.

9 Hinc oritur Brocardum illud vulgare, quod potui, nolui, quod volui, impiere nequiui. de quo in c. cum super, de offi. deleg. in fi.

10 Potestas est primum requisitum in omni actione. quia potentia est principium cuiusq. effectus, adeo quod vbi deficit potentia, in qua inspicimus initium, quicquid geritur incongruum, reputatur. Bald. cons. 326. nu. 2. ver. quoad primum, lib. 1. vbi, quod id tantum possumus, quod de iure possumus. Bero. consi. 76. nu. 30. lib. 1.

11 Proprie dicitur potestas id, quod legitime fieri potest, alias potentia nõ est, sed deficiẽtia quædã. Bal. consi. 326. n. 2. in fin. ver. dicitur autem. lib. 1.

12 Extende, quia etiam Deus priuatur potestate peccandi, licet omnia possit, quia iure non fieret, neq legitime faceret, si peccando faceret, ita Bal. consi. 326. nu. 3. ver. & ideo Deus, lib. 1.

13 Extende, quia conditio turpis, non dicitur potestatiua, licet grauata sit facilis, quia iure, & legitime non diceretur facere. Bald. d. consi. 326. nu. 3. ver hinc est, lib. 1.

14 Extende, quia Imperator non potest fœudum concessum vni per prędecessorem, sine causa reuocare, quia legitime, & de iure non faceret. Bald. d. cons. 326. nu. 4. ver. Pone quod ego. lib. 1.

Vide. Potent 2. & potestas multiplex, & de qua intelligendum sit. Concluf. 460.

15 Voluntas est secundum requisitum ad omnes actus humanos, quia consensus, & voluntas, sunt radices actuum humanorum, & eam substantiam vocamus, quia sine illa, nulla est substantia. Bald. consil. 326. nu. 2. ver. quoad secundum, lib. 1. vbi dicit, quod omnis actus beneplaciti est sine anima, si non est formatus consensu, & voluntate, quia caret spiritu.

16 Amplia in tantum voluntatem esse attendendam, vt licet, quis possit absolute, & simpliciter actum facere, si tamen faciat determinato, & restricto modo, attendi debet actus eo modo, quo factus est, & non eo modo, quo fieri potuit. Bald. cons. 51. Generali statuto, nume. 5. lib. 5.

17 Extende in Iudice ordinario, & delegato, quia licet tanquam ordinarius possit mulctare, & tanquam delegatus non, tamen si mulctam fecit, vt delegatus, ea erit nulla ex volũtate, nec attẽditur

poteſtas hoc caſu, neque ſubſtinetur ex ordinaria poteſtate, qua vſus non eſt. Angel. de Peruſ. conſ. 8. Regulares introitus, per totum, maxime num. 2. ver. nec obſtat.

Et ad iſta plenius in ver. Iudex ordinarius, & delegatus. Concl. 427.

18 Amplia, quia inſpicitur, quo nomine actus geratur. Alex. conſ. 118. nu. 13. quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. lib. 2.

19 Amplia, quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, ideo ſi quis capiat poſſeſſionem ex collatione Vicarij nulla, non poteſt ex alia collatione valida ſubſtineri, quia ſe reſtrinxit, * & quod potui nolui, communem * dicit Crauett. conſ. 171. n. 17.

Vide Actus agentium non operantur vltra intentionem, ſupra Concl. 125.

20 Extende in aditione hereditatis ex capite inualido, quia nõ ſubſtinetur ex capite valido. Crauet. d. conſ. 171. nu. 17. Rom. conſ. 446. Primus. num. 8.

Vide ad iſta plenius ſupra. Actus factus ex cauſa inualida. Concluſ. 126.

21 Extende, quia maritus, qui poteſt vigore legis pro vxore agere, ſi agat vti procurator, non ſubſtinetur iudiciũ ex capite mariti. Rom. d. conſ. 446. per totum, vbi caſus, vbi Apoſtil. in ver. veriorem.

22 Extende in collatione beneficij facta ex capite nullo, quia non ſubſtinetur, licet potuerit fieri ex valido. Rom. d. conſ. 446. n. 8. ver. tertio.

23 Extende in ſtipulatione iudicatum ſolui facta per eum, qui vere eſt tutor, ſed fecit vt geſtor negociorum, quia licet valuiſſet facta à tutore, tamen non valet. Rom. d. conſ. 446. nu. 9.

24 Extende in ſtipulatione facta cum adiecto inhabili, quia non valet: licet ſi cum habili facta fuiſſet, valuiſſet. Rom. d. conſ. 446. n. 9. ver. quinto.

25 Extende, quia iudicium eſt nullum intentata inepta actione: licet apta competeret. Rom. conſ. 446. num. 9. ver. vltimo.

26 Contrariũ in hoc vltimo. Rom. conſ. 21. per tot.

27 Declara omnes extenſiones non procedere, quando conſtat de mente, quod omni meliori modo, & quando is, cum quo agitur uno modo eſt certus de uoluntate, & poteſtate non expreſſa. Ita Rom. conſ. 343. Maxime nu. 12. & per totum princ.

28 Reſtringe, vt non procedat in procuratore habente plura mandata, quia ſi contrahit uigore mandati non ſufficientis, ſubſtinetur contractus ex ſufficienti. Rom. conſ. 446. in prin. ubi apoſtill. declarat quando fuit animi ualide contrahere, & idem Roman. conſ. 496.

29 Reſtringe, quia iudex ordinarius ſi dicat nolle procedere ex iuriſdictione ordinaria, ex qua poteſt, ſed ex delegata, ex qua non poteſt, ualebit ſententia ex ordinaria. Rom. conſ. 446. n. 3. & ſeq. uer. ſecundo, ubi apoſtil. in uer. ualidam declarat, & idem Rom. conſ. 496. nu. 2.

30 Idem ſi procedat ex capite iuriſdictionis ordinariæ, ex qua non poteſt, quia ſubſtinetur ex iuriſdictione prorogata. Rom. d. conſ. 446. num. 5. & conſ. 496. num. 3.

31 Reſtringe, quia ubi defectus eſt in cauſa efficiente, actus ualet, ut ualere poteſt. Rom. conſ. 446. num. 6 & conſ. 496. num. 4.

32 Contrarium, quod ſit caſus ſpecialis fauore matrimonij. Rom. d. conſ. 446. nu. 6.

33 Modus eſt tertiũ requiſitũ ad omnes humanos actus, quia ubi quis non habet modũ ordinatum, non poteſt adipiſci finem, quia deſtructo modo, deſtruitur ordo. Bald. conſ. 326. n. 2. ver. quoad tertium. lib. 1. ubi allegat Ariſtot. dicentem, Duo ſunt per quæ bene contingit hominibus intentionem poni recte aſſumi modos ducentes ad finem, & dicit, quod iſta uerba deberent eſſe ſcripta in pectore Regum.

Vide. Verba uniuerſalia, & generalia reſtringuntur ſecundum poteſtatem, & qualitatem loquentis. Concluſione 135.

Actus legitimi, qui dicantur, & ſint, & e contra. Concluſ. CXXVIII.

1 ACTVS legitimi dicuntur omnes actus, qui ſunt inducti ab aliqua iuris ſcripti parte. gl. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Alexan. conſ. 75. Viſis, & diligenter, in prin. & num. 4. lib. 1. vbi apoſtil. in uer. legitimus.

2 Electio eſt actus legitimus. gl. in c. ut circa, in uer. eligentium, de elect. in 6. Feder. de Sen. conſ. 5. nu. 2. uer. in contrarium uidetur, quia infamibus: ubi, quod eligere eſt actus legitimus.

3 Et omnes actus ſpirituales dicuntur actus legitimi. Abb. conſ. 101. Videtur primo, col. 3. in prin. uer. nec poteſt. lib. 2.

4 Declara, quod electio eſt actus legitimus, ſed non poteſtas eligendi. Feder. d. conſ. 5. circa fi. uer. hinc eſt, quod poteſt.

5 Arbitrari eſt actus legitimus. Feder. de Sen. conſ. 5. col. fi. ver. in tertia quæſtione.

6 Succeſsio filiorum, & aliorum, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato dicitur actus legitimus, etiam, quod ſucceſsio eſſet ante ius ciuile, quia ſufficit, quod ſit confirmata à iure ciuili. Alex. conſ. 75. nu. 4. libro 1.

7 Aditio hæreditatis dicitur actus legitimus. l. actus legitimi. ff. de reg. iur.

8 Iudicare eſt actus legitimus. Feder. conſ. 5. col. fi. ver. in tertia quæſtione.

9 Acceptatio expectantis dicitur actus legitimus. Zabarell. conſ. 103. nu. 8. uer. ad ſecundum.

10 Collatio beneficij eſt actus legitimus, qui non poteſt ſtare in ſuſpenſo, ideo aut ualet ab initio, aut non. Zabarell. conſ. 104. n. 2. & 105. nu. 8.

11 Renunciatio beneficij Eccleſiaſtici eſt actus legitimus, ideo debet eſſe ſimplex, & non poteſt admittere diem, uel conditionem. Abb. conſ. 101. Videtur primo, col. 3. in princ. uer. nec poteſt. lib. 2.

12 Poſtulare, & iús ſuum proſequi, ſunt actus legitimi. Feder. conſ. 5. col. fi. uer. in tertia quæſtione.

13 Procurare eſt actus legitimus. Feder. conſ. 5. col. fi. in tertia quęſtione.

14 Teſtificari eſt actus legitimus. Feder. conſil. 5. col. fi. ver. in tertia quæſtione.

15 Vendere eſt actus legitimus. Feder. de Sen. conſ. 5. in fi. uer. in tertia quæſtione.

16 Limita, quia fœudum non eſt actus legitimus. Signorol. conſ. 218. nu. 5. uer. præterea ſi bene.

17 Limita, quia ea omnia, quę non deſcendunt à iure ciuili ſcripto, non ſunt actus legitimi. Signorol. d. conſ. 218. num. 5.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

Actus

Digitized by Google

Actus legitimi non possunt stare in suspenso, & quando secus. Concluſ.CXXIX.

1 ACTVS legitimi non recipiunt diem,neque conditionem,ideo non possunt stare in suspenso.c.actus legitimi de regul.iur. in 6.

2 Amplia,quia omnes actus spirituales dicuntur legitimi, & non possunt stare in suspenso, & ideo non recipiunt diem,neque conditionē,c.2.de electio.in 6.Abb.consi. 101.videtur primo, col. 3. in prin.ver.nec potest.lib.2.

3 Limita,quando conditio,vel suspēsio est de presenti,nam valet acceptatio sub conditione, si alteri non est ius quęsitum,quia est de præsenti.Zabarell.conſ.103.num.8.ver. ad secundum.

4 Limita,quia ex finali euentu incerto possunt stare in suspenso.Feder.de Sen.qui loquitur in collatione beneficij, vt propter litem pendeat suspensa ab euentu,allegat c. fraternitatis in fin. de restit. in integ.

5 Limita in testamento,in quo pater præteriit filiam excluſam à statuto donec superuixerint masculi,quia omnibus masculis defunctis,filia tāquā præterita dicet testamentum nullum à principio, quod valebat ratione existentiæ liberorū masculorū,& sic remanebat in suspenso.Bal.cōſ.68. Proponitur,quod pater,per totū,& cōſ.69.in princ.li.1.

6 Limita in venditione,locatione,legitimatione, matrimonio,& omnibus actis legitimis,quia non sunt in regula actus legitimi de reg.iur. in 6.quia restringitur solum ad actus expressos in ea, vt late Cuman.conſ.99.Suppoſito tenore,in prin.

Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Actus si fiat in exequutione alterius regulatur secundum primum actum Concluſ.CXXX.

1 SI fiat contractus per verba de futuro, & postea in exequutione talis contractus, partes faciant contractum, secundus actus, vel contractus debet regulari à primo in cuius exequutione factus est,adeo quod si primus est pignus, secundus debet esse pignus.Alex.conſ.156.Viso instrumento,per totum,lib.6.vbi est casus consilij.

2 Declara in tantum esse verum, quod secundus contractus factus in exequutione primi, etiam si fiat ex interuallo, debeat regulari à primo, vt si possunt concordari semper debēt reduci ad concordiam;si non possunt concordari, quatenus secundus discordet,dicitur per errorem,& sic errorem continet, maxime, quando primus erat per verba de futuro.Alex.d.conſi.156.nu.7.& seq.ver. non obstat secundum.lib.6.

3 Extende maxime, quando ex secundo instrumento narratur,cum sit quod, &c. prout ex alio instrumēto constat,quia si narratiua est errata dicitur constare de errore notorio,quia error etiam in facto proprio admittitur, quando tractatur de damno vitando.Alex.d.conſ.156.in fi.nu.9.& seq. ver.fortificatur,lib.6.

Vide. Accessorium sequitur principale, supra Concluſ.77.nu.19.& seq.

Vide.Actus præsumitur in exequutione tituli præcedentis.concluſ.152.

Vide.Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti.Conclui.154.

Actus vnus si plura facta contineat, quando dicantur plures actus,& e contra.Concl. CXXXI.

1 ACTVS vnus continens plura facta diuisa,& separata,dicitur diuidi in tot actus,quot facta separata contineat.l.in causa.§.1.ff.de minor. plene lo.de Imol.conſ.144.Cepit dubitari.in prin.

2 Amplia,quia tot sunt libelli,& petitiones, quot sunt capitula separata in libello cōtenta. Alexan. conſ.70.in causa,& lite.n.6.lib.7.

Extende,quia procedit in accusatione, libello, sententia,contractu;& similibus.

Vide in ver.Capitula separata.Concluſ.60.

Vide in ver.Sententia,quando potest pro parte valere.Concluſ.165.

Vide. Sententia plura continens, quando vna, vel plures.Conclu.164.

Vide. Pluralitas actuum, & dispositionum, ex quibus inducatur.Concluſ. 369.

3 Commissio facta super absolutione plurium subditorum particularium,dicitur diuisa in tot commissiones,quot sunt absolutiones Feder. de Sen. conſi.111. Quæstio talis est in fi. ver. sed contra, licet enim.

4 Appellans à sententia continente plura capita separata,sicuti tot sunt sententiæ, quot sunt capitula separata. Ita etiam tot sunt appellationes, quot sententiæ capitula.Castrenſ.conſi.94. incip. Posito,quod ista esset,in prin.lib.1.

5 Amplia, quia actus vnus pluribus applicatis, quādoque tātum operatur in singulos,quantum si tot essent actus,quot sunt personæ, vt in oratione lecta pluribus audientibus, nam operatur idem, quod operareutur tot lectiones, quot sunt personæ,si singulariter,& singulis recitarentur.

6 Et Missa vna celebrata pro omnibus,ita satisfacit audiētibus,quemadmodū si singulis Missa vna celebraretur,& an idem sit in defunctis,quando celebratur pro pluribus,an tātum satisfaciat in suffragio singulis,quantum si tot essent Missæ singulares,quot sunt suffragia expectantes.Rom. conſ. 339.circa fi.dicit,quod idem operatur, sed Abb. * cōſ.99.lib.2.dicit contrarium,& dicit * cōmunē.

Vide plura similia infra,in ver.Actus, vnus potest habere plures effectus.Concl.133.

Vide etiam in ver.Actus vnus, quando satisfaciat.Concluſ.134.

Vide.Appellatio,quando vna, vel plures. Concluſ.364.

Vide.Effectum diuersum,quando eadem res habere possit.Concluſ. 54.

7 Limita,quia in omnibus arbitrarijs etiam,si ferantur duæ sentētiæ,videlicet,secūda ob contumaciam primæ;tamen dicuntur latæ ex eadem causa, & eadem actione,licet plures sententiæ sint.Bart. conſi. 101.Girardus de Tuderto, in prin.lib.1.

8 Sic cōdēnatus in pœnam pecuniariā, si postea successiue condemnetur in personam, quia non vult,vel non potest soluere,dicitur ex eodem delicto damnatus.Bar. d.conſ. 101, in principio. ver. præterea hoc videmus. lib.1.

9 Contrarium videtur, quia condemnatus ex pri-

Digitized by Google

ma percuſſione,ſi poſtea condemnetur ex eo,quia non implet diſpoſita à ſtatuto, quia non recipit repercuſſionem, ad quam obligatur,dicitur ex nouo delicto.Bar. d.conſil.101.num.1.in fi.ver.è con tra. lib. 1.

10 Declarat Bart. d. conſil.101.n.2.lib 1.ver.concludendo,quod eſt eadem cauſa,idem delictum,& non diuerſum, quando vna pœna commutatur in aliam ſine nouo delicto,idem quando ab eadē lege pœna alteratur ſine nouo delicto, idem ſi damnatur ex pluribus delictis ſimul eadem ſententia cōprehenſis,quæ pendent ſucceſſiuè, vt ſi percutiens aliquem tenetur ad pœnam, item ad recipiendum repercuſſionem, alias ad aliam pœnam,ſi condemnatur ſimul ad omnia,eſt pro eodē delicto, & pro eadem cauſa, ſed ſetus eſt ſi in diuerſis ſententijs, quis ſit condemnatus de delicto, & poſtea ex contumacia augetur pœna, tunc ſunt diuerſa delicta, vide eum,quia plene diſtinguit.

Vide.Indiuidua, quæ eſſe dicantur. Concl.101.

Vide. Appellari quando poſſit ab vno Capitulo, Concluſ. 366.

11 Limita,quia ſi plures res, & plura corpora concedantur in emphyteuſim vnico canone ſoluendo dicitur unica conceſſio, & non plures. Cuman. conſ. 41. Ad primum quæſitum, num.3.ver.Ad ſecundam.

Vide. Delicta quando plura,& quando vnum. Concluſ. 159.

Vide. Delictum continuatum,ſeu reiteratum. An vnum,vel plura.Concl.169.

12 Limita, quia vulnerans forfice vnico ictu pluribus vulneribus,tenetur de vulnere.

Vide in ver. Vulnerans forfice. Concl. 382.

13 Extende, quia iniurians pluribus verbis ad idem tendentibus eſt vnica iniuria.

Vide.Pœna vna,non plures,&c.Concl.209.

Actus vnus operatur ficte plura facta interueniſſe iuris miniſterio. Concl. CXXXII.

1 MARITVS futurus ſi donat mulieri in præmium matrimonij,& compenſationem nobilitatis mulieris, iuxta. l. ſi voluntati.C. de dot. promiſſ. ſequuto matrimonio,iſte actus operatur, quod maritus ex donato cenſetur dediſſe mulieri, & quod mulier retrotradiderit marito in dotem, quia miniſterium legis hoc operatur ex mente contrahentium.l.3.§.fi.ff.de donat.inter vir. & vxor. Ita Caſtren.conſ.434. Viſis omnibus.in princ. li.1.

2 Sic etiam ſi ego ſum creditor Capſerij, & dico ſoluas centum,quæ mihi debes Titio meo creditori,& ſoluat,certe ex iſta ſolutione contingit, quod licet ſit vnicus actus, tamen cauſa coniungendarū actionum operatur multos actus.qui à lege occultantur:videlicet,quia fingitur,quod Cāpſor mihi ſoluerit centum,quæ mihi debebat, & ego illa ſoluerim Titio meo creditori. Bart.& cæteri in l. ſingularia.ff.ſi cert.pet.maxime num.2.& num.18.

3 Sic etiam ſi maritus confiteatur ex cauſa donationis ad fauorem vxoris, quia confitens poſſidet neceſſario creatur actus traditionis,qui præceſſit Caſtren. conſ. 379. Primo videndum.ver.nec obſtat. lib.1.& multa ſimilia.

Vide in ver. Donatio inter virum,& vxorem, requirit traditionem, Concl.692.

4 Sic actus donantis reſeruato ſibi vſufructu rei donatæ, neceſſario infert traditionem proprietatis factam donatario, quia alias vſusfructus ſtare non poteſt.l.quiſquis.C.de donat.

Sic etiam actus cognoſcentis, & confitentis omnia caſtra, quę poſſidet eſſe fœudaria Ciuitatis Alexandriç,vel Eccleſiæ,in quas transfertur dominium ſine traditione,cum is remaneat poſſeſſor Caſtrorum,quæ fecit fœudalia, infert neceſſario miniſterio legis,quod dederit plenum dominium, & poſſeſſionem Ciuitati,vel Eccleſiæ, & quod Eccleſia, vel Ciuitas retrodederit recognoſcenti vtile dominium,& poſſeſſionē naturalem. Ita Bal.conſ. 337.In primis videndum.n.5.& ſeq.li.1.Bar.& alij in l.cum falſa. nu. 5.& ſeq.C.de iur. & fact.ignor.

6 Declara prædicta procedere, quando præcedit actus, vel contractus habilis ad tranſlationē dominij,&poſſeſſionis uerus,ſi vero eſſet actus fictus nō poſſet operari alium actum fictū,quia plura ſpecialia non concurrūt, ideo operatur in Eccleſia actus fictus,quod confeſſio operetur donationem, quia traditio non eſt neceſſaria, prout in alio priuato. Chriſtophor.Caſtillion. conſ.4. Illuſtriſſime Princeps.num.14.& 15.ver.dicet quis.

7 Sic in donatione in ſolutum facta per debitorē creditori, quæ habet vim emptionis, fingitur, quod debitor ſoluerit pecuniam creditori,& quod creditor illam dederit debitori, qui dedit pro ea in ſolutum bona.Caſtren. conſ.326.Super primo, in fi. ver.præterea.lib.2.

8 Sic in vſurario vendente carius pro dilatione facta ad ſoluendū pretium, quia licet vſura non cadat in venditione,ſed in mutuo;tamē ne vſurarius excuſetur, fingitur, quod ab emptore pretium ſit ſolutum in contractu, & quod vſurarius illud mutuo dederit emptori cum augumento vſurario.Abbas conſ.22.Quamquam.col.2.in fi.ver.nec obſtat quod hic non interuenit mutuum.lib. 1.

Vide.Delictum continuatum, vel reiteratum, quando vnum,vel plura.Concl.169.

Actus vnus poteſt habere plures effectus. Concl. CXXXIII.

1 ACTVS vnus poteſt plures effectus habere.

2 Vnica gratia generalis inſeruit omnibus.

3 Vno actu plures baptizantur.Lap.alleg.8.nu.4.

4 Item plures excommunicantur actu vno. Lap. alleg.8.num.4.

5 Iniuria vna plures parit actiones. Lap. alleg. 8.num.4.

6 Vna ſolutio ſatisfacit pluribus obligationibus. Oldrad.conſ.50,incipit,gratia conceſſa.

7 Vnum inſtrumentum plures contractus continet,quia quot res, tot ſtipulationes. l. ſcire debemus. ff.de verb.obligat.

8 Collatio beneficij facta ab eo, qui habet electionem.& confirmationem habet vim confirmationis,& electionis præambulæ.

Vide,Collatio habet vim electionis. Concl.420.

9 Exequutio contra criminoſum,qui incurrit pœnam ipſo iure ſi fiat a Iudice, qui poterat cognoſcere,& exequi de illo delicto,habet vim executionis, & preambulæ declarationis. Gemin. conſilio 146.in fi. ver.non obſtat.

Vide. Conſequens includit neceſſarium antecedens,& è conuerſo. Concluſ.757.

10 Amplia,quia probatio poteſt eſſe ſufficiēs quoad quid

quid & non ſufficiens quoad aliud, & ſic habere plures effectus.

Vide.Probatio poteſt eſſe ſufficiens.Conclu.

Vide.Actus vnus plura facta continens,quando dicantur plures,vel è contra.Concluſ.31.& Concluſ. ibi proxima ſequenti.

Vide.Effectum diuerſum,quando eadem res habere poſſit.Concluſ.

Vide Concluſionem ſequentem.

Actus vnus quando ſatisfaciat pluribus quantum ſi tot eſſent actus, quot perſonæ. Concluſ. CXXXIV.

1 ORATIO vna,vel Miſſa vna dicta pro multis,ita iuuat,ſicuti ſi tot dicerentur Orationes,& Miſſæ, quot ſunt perſonæ,quibus præſtatur ſuffragium,c.non mediocriter de conſecra.diſt. 5. Vbi gloſ.dicit hoc eſſe propter virtutem Spiritus Sancti, qui non dat ad menſuram. Abb. conſ.99. col.3.in fin.ver.Nunc tertium dubium, lib. 2. vbi quod valor Orationis,& ſuffragiorum plurimum conſideratur ex parte charitatis,& charitas non minuitur etiam ſi effectus diſtribuitur in multos, imopotius augetur,quia charitas non inuida non quærit,quæ ſua ſunt.

2 Exemplum in ieiunio triplicis obligationis,puta,in Quadrageſima veniunt Quatuor Tempora, & Vigiliæ Sancti Matthiæ,quia vnico ieiunio ſatisfit tribus Vigiliis.Abb.d.cõſ.99.col.3.in fi.ver. Secundo poſſet adduci.lib.2.

3 Lectio facta pluribus ſcholaribus,ita operatur in ſingulos ſicuti tot fierẽt repetitę lectiones,quot ſunt ſcholares,vt patet ad ſenſum.

4 Lumen vnicum, ita lucet pluribus, ſicut lucet vni ſoli,quando eſt omnibus commodum æqualiter.

5 Calor ignis,operatio Solis, ita inſeruiunt pluribus ſicuti vni ſoli, & pluralitas eorum, qui ſentiunt commodum non minuit virtutem, & operationem.

6 Sic dicimus de benedictione, maledictione, & excommunicatione,quia eundem effectum operatur ſuper plurimos,prout operaretur ſingularis in ſingulos.

7 Sic dicimus de paſſione Domini Noſtri IESV Chriſti,quia ſufficiens fuit minima gutta precioſi ſanguinis ſui effuſi redimere totum mundum ſimul,prout fuiſſet ſi vni ſoli applicaretur.

8 Extende,in ſuffragio vnius Miſſæ, quæ dicitur pro mille mortuis idẽ operatur ac ſi mille Miſſę dicerentur pro illis mille mortuis.Rom.cõſ.339. circa fin.

9 Contrariam ſententiam tenent Beatus Thomas ſuper 4.Sent.diſtinct.45.quæſt.4.art.1. & 2.& alij, quos citat Abb.d.conſi.99.nu.5.& 6.ver.Sed profecto,col.penu.lib.2.vbi dicit * communẽ,quod imo magis iuuat vni Miſſa tota dicta ſpecialiter pro eo,quã vna dicta pro pluribus,vbi ponit plura exempla.

10 Exẽplum dat in Sacerdote obligato celebrare pro vno, quia ſi recipit elemoſinam vt celebret etiam pro alio,vnica Miſſa non ſatisfacit ambobus,quia mens dantis elemoſinam, vel facientis pro anima,& celebratione animæ ſuæ legatum, cenſetur ſibi pinguius prouidere, & quia non dicitur,quis facere ex noua cauſa,qui tenetur facere ex alia cauſa.Abb.d.conſ.99.col. pen.ver. Sed profecto,lib.2.

11 Et res diuiſa in plures minorẽ partem,& minorem effectũ habet in ſingulas partes diuiſas, quia virtus vnita magis operatur.Abb.d.conſil.99.col. pen.lib.2.

12 Declarat Abb.d.conſ. 99. col. penul.in fin. ver. ad contraria, lib. 2. vt reſpectu Sacerdotis celebrantis,ita meritum conſequatur celebrando pro vno, quam ſi eandem Miſſam diceret pro mille perſonis.

13 Secunda declaratio, quod tantum valet vna Miſſa dicta pro mille perſonis cum hilaritate quã tum mille dictæ cum triſtitia, vt ſatisfaciat obligationi.Abb.d.conſi.99.col.penul.in fi.ver.ad contraria,lib.2.vbi quod iſtæ duę ſunt.glo.in d.c.mediocriter,de conſecrat.diſtinct.5.

14 Tertia declaratio,eſt Abb.ex mente Beati Thomę,vbi ſupra,quod quatenus conſideratur ſuffragium reſpectu charitatis, ſufficiat vna pro mille, quantum ſi tot dicerentur, quot perſonæ, quatenus vero habeatur ratio non ad charitatem, ſed ad ſatisfactionem ſecus eſt.

15 Mihi videtur poſſe dari aliam declarationem, magis generalem, quod ſi ſumus in ſpiritualibus meris,& quæ ſeparationem non recipiunt per applicationem ad vnum, vel plures, aut infinitos, quia ſemper augentur per diſpenſationem prout dicimus,de indulgẽtia,de remiſſione peccatorum, de applicatione Sacramentorum, quę fundantur in paſſione, & meritis ſuperexuberantibus Chriſti,& Sanctorum eius & in iſtis tam reſpectu charitatis,quam reſpectu operis ſatisfactorij,tantum operatur vna Miſſa celebrata pro mille perſonis, quantum operaretur celebrata pro vno ſolo,data tamen paritate bonę diſpoſitionis in mille ſicut in vno,& è conuerſo.Ratio eſt,quia id,quod applicatur ſecundum affectum eſt ſine menſura vndequaq.nedum ſufficiens,ſed ſuperabundans, & non poteſt minui, ſed imo augetur quanto pluribus applicatur.

16 Contrarium procedit in iis, quæ ſeparationem,& ex ſeparatione diminutionem recipiunt,& poſſunt reduci ad minimum,ſeu ad nihilum,quod non eſt in ſpiritualibus meris.

17 Negari tamen nõ poteſt, quod licet vna Miſſa, & vna benedictio applicata ex affectu ad mille perſonas ſufficiat mille perſonis, quantum ſi ſinguli vnam benedictionem,& Miſſam particularem haberent;tamen maius meritum in ſe continet celebratio mille Miſſarum, quam celebratio vnius Miſſæ;& ſic deprecatio iuſti aſſidua magis ponderat,quam intermediata,quia nullum bonũ eſt irremuneratum,& qui bonum plus facit,plus meretur quantum ad ipſum,qui operatur.

Vide Concluſionem præcedentem.

Actus debet interpretari,vt aliquid operetur, non vt ſit inutilis. Concluſ. CXXXV.

1 ACTVS debet ſemper interpretari, vt aliquid operetur,non autem,vt ſit inanis, & inutilis.l. quoties.ff.de reb.dub.

Digitized by Google

Et infra. Actus validus in dubio interpretari debet, Concl. prox. ſequen.

Et in ver. Inutilis diſpoſitio eſſe non debet. Concluſ. 359.

8 Et in dubio quilibet præſumitur elegiſſe uiam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis, & habeat effectum, non autem vt impugnari poſſit, & reddi ad nihilum. Afflict. deciſ. 44. nu. 25. Socin. Iun. conſ. 103. n. 28. lib. 1. l. 3. ff. de teſtam. milit. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33.

3 Amplia in iuramento præſtito de non alienando bona Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice, vt comprehendat etiam ne poſsit fieri licita alienatio inconſulto Romano Pontifice, quia alias tale iuramentum eſſet fruſtratorium, & nihil operaretur, Calder. conſ. 263. alias primo, de reb. Eccleſ. non alien.

4 Amplia, quia donatio omnium bonorum facta poſt mortem, quæ eſſet nulla, ſi comprehenderet bona præſentia. & futura, reſtringitur ad præſentia tantum: licet intelligendo ſecundum tempus mortis omnia venirent. Bertran. conſ. 265. vol. 3. Oldr. conſ. 130. per totum.

Vide. Donatio omnium bonorum non comprehendit præſentia, & futura, & quando ſecus. Concluſ. 649.

5 Amplia, quia extraneus dans dotem mulieri, poteſt apponere conditionem, quod ſibi reſtituatur, ſi hoc faciat incontinenti, ſecus ſi ex intervallo, ſi vero appareant duo inſtrumenta eodem die, vnum dationis dotis ab extraneo, alterum ſtipulationis ſibi reſtitui confecta. præſumuntur in continenti facta, ne actus iudicetur inutilis, etiam contra præſumptionem dotis, Bald. conſ. 179. Ad euidentiam. lib. 2.

6 Amplia, quia verba ambigua inſtrumenti debet interpretari, vt ſolemnitatem, & validitatem inſtrumenti importent. Bal. conſ. 93. Si in eodem inſtrumento. num. 2. ver, ſi in inſtrumento. lib. 3. vbi quod ſi in actu vniuerſitatis dicitur, quod duæ partes ex tribus fecerunt, intelligitur ex tribus omnium hominum vniuerſitatis

7 Amplia in legato, quia debent verba dubia interpretari, vt legatum valeat, & non ſit inutile, ideo ſi maritus legat vxori arrediũ ſuum, debet intelligi de arredio mariti, poſſeſſo ab uxore, quia alias ſi legaret arredium, quod eſſet proprium vxoris legatum eſſet inutile. Bald. conſ. 271. Factum talę eſt legauit. lib. 4.

8 Extende, quia legatum vſusfructus trahitur ad vniuerſalem inſtitutionem, quando alius non eſt datus hæres vniuerſalis, niſi poſt mortem vſufructuarij, ne reddatur inutilis, quia cum non adit hæres, & ſine hęrede vſusfructus conſequi non poſſit, pro ualiditate trahitur ad interpretationem, ad quam alias non traheretur. Bald. conſ. 190. Factum tale eſt Franciſcus. lib. 3.

9 Amplia in legatis, quia ne legatum reddatur inutile fit interpretatio, vt veniant quæ alias non venirent, late Socin. Iun. conſ. 98. nu. 16. & ſeq. lib. 1. vbi plura congerit.

10 Extende, quia legatum factum de decẽ familię, vel cognationi, intelligitur factum proximiori de familia, excluſis alijs, ne reddatur inutile, propter diuiſionem in plurimos, quia ita eſt mens legantis Caſtren. conſ. 384. Notandum eſt, circa princ. ver. de mente lib. 1.

Vide. Actus validus in dubio interpretari debet. Concluſ. prox. ſeq. cum duabus alijs ſeq.

Vide. Actus omni meliori modo cenſetur factus. Concluſ. 137.

Vide. Actus in dubio vtilis gerenti interpretatur. Concl. 138.

Vide. Præſumitur pro validitate actus multis caſibus, & quando ſecus. Concluſ. 619.

Vide. Brocardum, quod potui nolui. Concluſ. 133. & ibi contraria regula ſi non valet quod ago, vt ago, &c. num. 3. & ſequen. vbi plura pro utraque regula, cum declarationibus.

Actus validus in dubio interpretari debet. Concluſ. CXXXVI.

1 ACTVS in dubio debet interpretari validus. l. quoties. ff. de uerb. oblig. plene Roland. à Vall. conſ. 61. nu. 13. & ſeq. uer. quinto conſideradum. lib. 3. ubi extendit ad omnem actum. Abb. conſ. 62. In controuerſia. col. 1. num. 7. uerſ. tertio principaliter. lib. 2.

2 Extende, ut procedat, quod actus debet cenſeri factus ea authoritate, & eo nomine, quo ualet, etiam ſi ſimpliciter fiat, etiam ſi faciens ignoraret ſe authoritatem habere. Bart. quæſt. 5. Adunantia, in princ.

3 Et actus, qui duplici iure geri poteſt, cenſetur geſtus eo iure, quo melius ualet, quia generale eſt, ut potius fiat interpretatio pro ualiditate. Bar. d. quæſt. 5. in princ. uer. ſecundo ſic.

4 Extende maxime in teſtamentis. Bal. conſ. 128. Ad intelligentiam. ver, contrarium, eſt verum. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 89. In quæſt. Ioannis. n 2. ver. poſtremo nemo, qui ſapiat.

5 Et tanta eſt præſumptio, quę oritur propter validitatem actus, vt vincat omnes alias. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 30. n. 5. Rol. à Val. conſ. 61. nu. 27. lib. 3. & quod cęteris omnibus prævaleat hęc præſumptio validitatis actus. Ruin. conſ. 72. nu 4. lib. 2. Dec. conſ. 77. nu. 5.

6 Et interpretatio pro validitate actus eſt Regina aliarum interpretationum. Cæphal. conſ. 51. nu. 39. late exornat Mantic. de conject. vltim. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 13.

7 Et præſumptio validitatis actus vincit omnes alias præſumptiones. Dec. in c. quoniam. Abbas n. 49. ver. ſecundo limita. de offic. deleg.

8 Et regula, quod quis dubia verba poſſit declarare. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de Iudic. procedit dummodo non declaret innullitatem, ſeu inualiditatem actus. Deci. conſ. 77. nu. 5. vbi ponit alia ſpecialia,

9 Et conſequens, quod venit propter neceſſarium antecedens, vel è contra nunquam deſtruit actum. niſi ſit potentius, & maius. Decian. dicto conſilio 77. num. 5.

10 Et in dubio potius præſumitur delictum, vt valeat contractus, quam ſimulatio, quę reddit actum, & contractum nullum. Rom. conſ. 304. Plura ſunt. n. 2. ver. in re etenim obſcura.

11 Extende, quia appellatione ſententiæ intelligitur de valida, quia ſententia nulla nõ eſt ſentẽtia.

Vide. Diſpoſitio omnis intelligitur de actu valido. Concluſ. 504.

Vide.

Vide. Verba dubia intelligenda, vt actus valeat. Concluſ.99.

Vide. Verba in dubio de actu valido intelligenda. Concluſ.100.

12 Amplia in tantum, vt pro validitate legati veniant ea, quæ alias non venirent, quando legans non habebat alia bona, quam ea, quę alias non venirent in legato. Old.conſ.300.n.9. ver. prętereà.

13 Extende, quia ſi teſtator inſtituit filiũ, & poſthumum ex ventre prægnante vxoris, ſi venter nõ eſt pręgnans, & naſcatur inde ad multos annos filius teſtatori, & decedat cum illo teſtamento, dictum teſtamentum valet, & non dicitur filius prętericus, quia illa verba de poſthumo ventris prægnantis comprehendunt omnem alium poſthumum, vt valeat actus. Caſtr.conſ.409. Caſus iſte, in fi.lib.2. vbi, quod ſicuti poſthumus verificatur in iã nato, quem ignorabat teſtator eſſe natum. Ita refertur ad ventrem pręgnantem futurum, quando de pręſenti credebat ventrem prægnantẽ, qui non erat.

14 Amplia, quia omnis interpretatio admittitur ad ſubſtinendũ actũ. Rol.à Vall.conſ.61.n.16.li.3.

15 Extende, quia depoſitum non integrum eſt nullum, ſi tamen ſiunt plura depoſita ab eodem diſtincta, & vnum non ſit integrum, in alio ſuperabundet pecunia, fit coaceruatio, vt omnia ſint integra. Angel. in l. ſi plures. §.fin. ff.de pact. vbi Alex. & alij.

Vide. Depoſitum contentioſum vt releuet. Concluſ. 203.n.15. & ſeq. ver.reſtringe.

16 Extende, quia licet relatum ſit in referente, & verba generalia relatiua comprehendant omnia, quę in relato, tamen ſecus eſt quando ea deſtruerent diſpoſitionem relatiuam. Alex. plene conſ.99. Super primo.n.5. & ſeq.ver.circa ſecundum. li.7.

17 Sic confirmatio, & quælibet relatiua diſpoſitio generalis interpretatur, vt contineat omnia relatiua, quę non annullant confirmationem, vel diſpoſitionem relatiuam. Alexan.d.conſ.99. num.6, & ſeq. lib. 7.

18 Amplia, vt priuilegium de percipiendis fructibus beneficij, cauſa ſtudij, licet non ſe extẽdat ad diſtributiones quotidianas, ſi tamen beneficium non habet niſi diſtributiones, habet locum in illis. Oldrad.conſ.300.n.10.ver.pro hoc facit.

19 Amplia, quia inſtrumentum, ſeu contractus talis præſumitur, qualis in ſui figura apparet, imo in dubio ſemper eſt facienda interpretatio pro eius validitate. Rol.à Vall.conſ.40.in princ. li.2.

20 Amplia, quia licet ordo ſcripturæ attendatur, vt actus primo ſcriptus, cenſeatur primo celebratus: tamen fallit, quando actus redderetur nullus, ideo pro validitate actus poſterior ordine prior iudicatur. Alex.conſ.112.Super eo, nu.4.lib.5. vbi apoſtill.

21 Extende, quia ſi teſtes deponant, quod teſtator inſtituit hæredem Titiũ, & poſtea Meuium fit interpretatio, quod fuerint ſimul inſtituti, quia ſi diſiunctim non valeret prima inſtitutio. Alex. conſ.179. Viſis, ac ponderatis, nu.2.ver.ad confirmationem.lib.7.allegat Bart.& alios in l.fructus. in fin. ff. ſolut.matrim.

22 Declarat Alex. d.conſ.179.n.6.ver.& ex prædictis.lib.7.vbi, quod procedit, quando teſtes deponunt cum dictione, quæ importat continuationem, & ſtatim, prout, poſtea, mox, vel ideo procedit, quia teſtes erant inducti à Meuio ſecundo inſtituto, vt interpretatio dubia fiat contra eum.

23 Amplia, vt diſpenſatio inducatur cum minore, quando Papa ſciuit gratiam minori facere, & alias non valeret gratia, quia, vt valeat actus, cenſetur diſpenſare. Oldr.conſ.332.nu.8.ver.item dovnam: vbi, quod ſufficit, quod valeat gratia in aliquo, quia non fit plenior interpretatio, vt valeat in eo, quod plus eſt, ſed ſufficit actum validum, & operari in aliquo.

24 Amplia, quia ordinatus à non ſuo Epiſcopo præſumitur de licentia ſui Epiſcopi. Oldra. conſ. 213.n.9. ver. deinde opponitur.

25 Amplia, quia licet prohibitio alienationis facta primo inſtitutis, non cenſeatur repetita in ſubſtitutis; tamen ſecus eſt, ſi alias redderetur prohibitio inutilis, quia ſi debet valere, eſt neceſſe, quod fit facta, vt bona conſeruẽtur in familia, ergo omnes de familia prohibentur. Caſtr.conſ.401.Super primo. col.2.ver.primo quia. lib.2. vbi, quod ne actus ſit inutilis repetitio inducitur.

26 Amplia, vt pro validitate actus, quandoq; aliquid diſponatur præter intentionem agentiũ. c.1. de deſponſat.impub.§.idem quoq, lib.6.in fin. Feder. de Sen.conſ.15.n.4.ver. item contra.

27 Extende, quia ſententia, & laudum, quod non valet, vt laudum, etiam ſtante approbatione partium, valet in vim pacti. Afflict.dec.117.per tot.

28 Extende, quia tranſactio, quæ non poteſt valere, vt tranſactio, ſubſtinetur, vt pactum, quia tranſactio in ſe continet pactum ſi non conſtat de contraria mente, quia in dubio pro validitate actus præſumitur. Calder.conſ.101.alias 2.de trã ſact, quod eſt Franc.de Rampo. & Gaſpar. Calder.

29 Extende, quia ſtipulatio, quę non poteſt valere vt ſtipulatio, valet in vim pacti, & contractus innominati. Alex.conſ.12.col.fin.ver.& ad adducta. lib.1.maxime vbi adeſt iuramentum.

30 Amplia etiam contra propriam ſignificationem verborum, quia licet legatum factum alicui per verbũ, amplius lego, cenſeatur cum repetitione præcedentium, ex proprietate verbi, amplius: tamen ſecus eſt, ſi ex repetitione induceretur nullitas diſpoſitionis, quia ceſſat repetitio. Calder. conſ.336.alias 7.de teſtam.in fi.& conſ.549. alias 5. de verb. ſignif.

31 Extende in ſententia, quia verba ſententię retenta ſecundum propriam ſignificationem, ſi reddunt ſententiam nullam, ſunt impropriandа, vt ſubſtineatur. Bald. conſ.501. Caſus talis eſt. lib. 5. Roman.conſ. 328. Pręſens conſultatio. num. 9. vbi apoſtill.in ver.inualida. Idem Roman. plenius conſ.180.num.5.vbi apoſtill. in ver. ſententijs, dat concord.

32 Et quod impropriare liceat verba, ne actus deſtruatur, quia nemo cenſetur elegiſſe viam, quę impugnat iudicium ſuum. Fulgoſ.conſ.87. Viſis ſuperius allegatis, col.2.ver.ex illa quoque vulgari. Abb.conſ.62. In controuerſia.col.3.n.7.ver.tertio principaliter. lib. 2.

33 Extende in omni diſpoſitione, quia vt actus valeat, verba impropriare licet, vt plene Roman. conſ.180. Si admittimus.num.4.in fin.& ſeq. ver. ſecundo principaliter.

34 Idem eſt in contractibus. Rom.d.conſ.180. nu. 5. vbi apoſtill. in ver. contractibus, dat plures concordantes.

35 idem eſt in teſtamentis. Rom.d.conſ.180.nu.5. vbi apoſtil. in ver. teſtamentis, dat concord.

36 Idem eſt in iuramento. Rom. d.conſ.180.nu.5. vbi

vbi apoſtil. in ver.iuramento,dat concondantes.

37 Idem eſt in atteſtationibus.Roman.dict.conſ. 180. numer. 5. vbi apoſtilla.in ver. atteſtationibus.

38 Idem eſt in priuilegijs, idem Roma. d. conſil. 180.nu.5.vbi apoſtil.in ver.priuilegijs.

39 Idem eſt in ſententijs.Roman.vbi ſupra,& vide ſupra proxime,ver.Extende.Alexan.conſi.96.Viſis narratis, nu. 9.lib. 4. vbi dicit * communem, & infra nu.35.& ſeq.

40 Extende,vt maxime verba ſint improprianda, pro validitate actus,ne quis damnum iniuſte patiatur,vel ad fauorem eius,qui patitur damnum, ne alius capiat lucrum.Abb.conſi.62.nu.7. col. 3. verſ. tertio principaliter,lib.2.

41 Et quando conceditur alia prębenda,Canonico habenti vnam;puta,per non habentem facultatem diſpenſandi,intelligitur de prębenda temporali,vt valeat conceſſio,quæ non valeret ſi intelligeretur de ſpirituali.Roma.conſi.328.Pręſens cõſultatio.n.8.ver. ſecundo.

42 Et Epiſcopus concedens alicui Eccleſiam, quã non poteſt concedere , ſed bene poteſt concedere partem fructuum; vt actus valeat,cenſetur partẽ fructuum conceſſiſſe , & impropriatur verbum , Eccleſiam.c. paſtoralis,extra de donatio. Roma. d.conſi.328.nu.10.

43 Amplia , quia pręſumitur pro inſtrumento , & validitate inſtrumenti , & cauſæ , & validitate actus etiam contra dotem , quæ habet pręſumptionem pro ſe.Bald.conſ.179.Ad euidentiam,lib. 2.per tot. vbi,quod extraneus , qui dotat mulierem,& poteſt apponere cõditionem incontinenti, quod dos ſibi reſtitui debeat,nam autem hoc poteſt ex interuallo, ſi duo inſtrumenta eodem die ſunt facta ſuper dotatione , & alterum , quod ſibi debeat reſtitui,præſumuntur incontinenti facta.

44 Amplia , quia ſi in mandato procuræ dicitur, quod duę partes trium partium hominum certi loci conſtituerunt Procuratorem, ad hoc , vt valeat mandatum debet intelligi trium partium,videlicet,omnium hominum loci,non autem trium partium,reſpectu maiorum partium.Bald. conſil. 93. ſi in eodem. numer. 2. ver. ſi in inſtrumento, lib.3.

45 Amplia , quia vt valeat actus receditur à verbis,ideo donatio facta cauſa mortis coram tribus teſtibus cenſetur inter viuos,ne reddatur inutilis,etiam ſi mentio mortis ſit facta, quia vrgentior coniectura eſt validitas actus.Rolan. à Vall. conſi.8.nu.29.& ſeq.ver.non obſtant modo, lib.1. vſq.in fin.

46 Extende,quia verba ſententiæ impropriantur, vt actus valeat,& non annulletur.Alex.conſi.96.Viſis narratis.numer.9.lib. 4. vbi dicit * communem.ſupra nu.39.

47 Amplia in ſentẽtia,& laudo arbitratoris,quia, vt valeat,nec contineat errorem,vel contrarietatem debet fieri omnis interpretatio, ex relatione actorum, ex conciliatione etiam impropriando verba pluralia,vt importent ſingulare,quia etiam cauilloſa interpretatio ad tuẽdem ſententiam admittitur.Cuman.conſi.7. Primumvidendum , nu. 8.ver.In contrarium,& ſeq.

48 Extende,quia ſententia ſemper iuſtificatur eo modo,quo poteſt,ideo ſi poteſt valere , ex cauſa valida,& annullari ex inualida ſubſtinetur ex valida.Anchar.conſi.65.nu.12.

49 Extende , quia ſemper præſumitur pro ſententia.Anchar.conſi.363.nu.2.

50 Amplia in fideiuſſione, quę licet non valeat ſine principali obligatione,& ſine ſtipulatione , tamẽ vt non ſit nulla,& ſine effectu,intelligitur promiſiſſe, etiam ſi verba impropiarentur, vt actus valeat,ideo poteſt Iudex mandare Nótario,vt declaret contractum, qui dici poteſt nullus , & extendat iuxta ſolitum,vt valeat. Bald. conſi. 309. Decreto magnifici,per totum.lib.5.

51 Amplia,in exequutione facta , quia eo modo, quo poteſt ſubſtinetur ex deductis in actis.Anchar.conſil.65.nu.13.

52 Amplia in ſententia,& omni diſpoſitione,quia ſi exprimitur cauſa apta,& non apta,ſuſtinetur ex apta,quia alia cauſa demonſtrationis enunciata, videtur,& quia ſemper pro validitate actus præſumitur. Roman.conſi. 243. ex Propoſito themate.nu.8.& ſequen.

53 Amplia, in tantũ quod actus debet interpretari validus, vt ſi in donatione omnium bonorum, prębentium,& futurorum,cauſa mortis facta, quę poteſt valere,apponatur pactum,& iuramentum, quod non poſſit reuocari, per quod tranſit in donationem inter viuos, ſi per talem tranſitum donatio eſſet nulla inter viuos , pactum non operatur,ſed reijcitur, quia intelligitur, quando poteſt compati cum donatione.Caſtrenſ.conſ 75.Notandum.nu.3.& ſeq.ver.poteſt dici melius.lib.2.

54 Amplia , quia actus tendens ad declarationem actus præcedentis,ſi non poteſt operari,vt declaratio:operabitur,vt noua conceſſio,quando pendet à voluntate ſola facientis actum , ita incert. author. de crimin. leſæ Maieſtat. quæſt. 11. in fin.

Vide.Laudum emologatum,qualiter valeat.Cõcluſ. 26. nu.8.& multis ſeq.

55 Amplia , quia legatum factum ſpurio per patrem,quod aliter non valeret,cenſetur factum in cauſam alimentorum,licet non dicatur, quia iſto caſu valere poteſt.Caſtren.conſi.5.Quicquid dicatur,nu.5.& ſeq.lib.1.

56 Amplia,ſi duo actus eodem tempore facti reperiuntur,ille cenſeri debet factus prius , qui debuit prius fieri.Alexan.conſi.81.Lecto. numer.7. ver.& cum fuerit data,lib.3.vbi apoſtill.

Vide.Incertitudo vitiat.Concluſ.65.

Vide.Ordo ſcripturæ quando attendatur.Concluſ. 196.

57 Reſtringe,quando fauorabilius eſſet actum nõ valere , vel quando ageretur de prejudicio tertij, apoſtill.ad Alex.d.conſi.81.nu. 5. in ver. Præambulus.Rube.conſ.109.

58 Amplia quia verba,quæ non poſſunt verificari de iure,ſufficit quod verificentur de facto,vt actus valeat,quia omnes cenſentur eligere viam, per quam voluntas ſortiatur effectum,plene Soci. conſi.32.nu.13.& ſeq.lib.1.

59 Amplia, quia licet appellatione filij,an veniat nepos, ſit quęſtio,tamen quando teſtator non habet filios , ſed nepotes;appellatione filiorum veniunt nepotes,vt actus valeat.Corn.conſ.207. de pluribũs.nu.13.& ſeq.lib.1.

60 Amplia,in citatione facta ad domum citati,vbi erat filius , quia ſi eſt lata ſententia in dubio pro validitate citationis prejumitur,vt ſententia ſubſtineatur.Fulgoſ conſ.76.Factum ſuper quo,in. fi.

61 Amplia , quia actus equiuocus , qui poteſt ex pluribus

pluribus cauſis dici factus, ſemper præſumitur factus ex cauſa, quæ eſt licita, & iuridica, non ex cauſa illicita. Areti. conſil. 23. nu. 10. ver. ad tertium venio.

Vide. Præſumitur actus legitime factus. Concluſ. 620.

62 Extende, quia actus præſumitur factus ex perſona, vel priuata, vel publica, prout poteſt valere, ſi agens plures perſonas repreſentat, etiam ſi ſit Iudex. Roman. conſ. 320. Hęc iſtorum, in fin. vbi apoſtill. dat concord. Bart. in quæſt. 5. adunantia, in princ.

63 Extende, quia tranſactio de hæreditate patris inter filios, ſi eſt dubia, an viuente, vel mortuo patre ſit facta, vt quia adſint verba, quę important patrem viuere, & etiam mortuum eſſe, interpretatur facta tempore licito, & ſic mortuo patre, vt valeat. Anchar. conſ. 115. Incipiam ab vltimo, per totum, maxime nu. 5.

64 Amplia, quia teſtamentum præſumitur validum, & factum ab habente ætatem legitimam. Io. de Imol. conſil. 114. In cauſa, quæ vertitur. num. 2.

Vide. Habilitas quando præſumatur, vel non. Concluſ. 4.

65 Amplia, quia habens officium, ſi aliquid facit ſuper re ſpectante ad officium, videtur ratione, & nomine officij facere, licet illud non exprimat. Bart. dicta quęſt. 5. adunantia. num. 2. ver. tertio ſic.

66 Amplia, quia habens mandatum cum plena, vt quia plenum ius in eum transfertur, etiam ſi nomine ſuo faciat, obligat mandantem. Bart. dicta quęſtione 5. adunantia. num. 3. ver. quinto ſic.

67 Amplia, in actibus Iudicis, prout ſententia, & ſimilibus, quia licet non precedat expreſſe, quod debet precedere, vt actus ſit validus, ex quo eſt in poteſtate Iudicis, præſumitur tacite illud facere, & approbare, quod debuit præcedere, late Felin. in c. ſuborta. n. 4. de re iudi. vbi, quod ſi Iudex fecit præceptum parti, vt reſpondeat poſitionibus ſub pœna confeſſatarum, & pars ſit contumax, & requiratur declaratio, quod ſit confeſſus, ſi pronunciat condemnando tanquam confeſſum, cenſetur etiam virtualiter præmittere declarationem, quod ſit confeſſus, vbi alia plura exempla ſimilia.

68 Amplia, quia ſemper pro non deſertione inſtantiæ eſt in dubio pronunciandum.

Vide. Appellationi in dubio fauendum. Concluſ. 391. n. 11. & ſeq.

69 Reſtringe, quando facto calculo apparet, cauſam deſertam eſſe, non eſt præſumenda aliqua cauſa ſuſpenſionis inſtantię, vel prorogationis factæ, quæ non oſtendatur etiam ſi Iudex de conſenſu partium pronunciaſſet, ſupereſſe vigintiquinque dies de inſtantia, quia adhuc ſi ex calculo apparet contrarium ſententia lata extra inſtantiam eſt nulla, plene Alex. conſ. 82. Viſo proceſſu, per totum, maxime num. 7. & ſeq. ver. aliter etiam poteſt reſponderi. lib. 3. vbi multa cumulat, quod ſatis eſt probare intentionem ſuam ex communi curſu, & regulari, & qui dicit contrarium ex curſu irregulari doceat.

Vide. Regula habet præſumptionem pro ſe, Concluſ. 94.

Amplia, quia acceptatio, & quilibet actus præſumitur factus legitimo tempore, de quo plene Maſcard. Concluſ. 16. Acceptatio in dubio, vbi limitat & declarat maxime in appellatione.

70 Amplia, quia in dubio pro validitate actus facti à miniſtro, vel procuratore præſumitur, ſcilicet, vt nomine Domini cenſeatur factus, licet non exprimat, quod nomine domini faceret. Bart. d. quæſt. 5. in fi. princ. ver. ſexto ſic probatur, vbi multa ſimilia adducit.

71 Contrarium, quod imo ſit neceſſe exprimere, quo nomine faciat, alias non valeat actus factus nomine alieno, licet habeat facultatem, probat Bart. d. quæſt. 5. ver. contra, in fi. ver. ſexto probatur, vbi inducit plura ſimilia.

72 Declarat Bart. plene dicta quęſt. 5. adunantia. ver. ſolutio, quia ſi conceditur aliquid dignitati; puta, Prioribus, & officio, ſufficit, quod Priores faciant non expreſſa facultate, ſi vero facultas conceditur Prioribus, vel alteri, vt faciat vigore authoritatis conceſſæ, debet exprimere, quod nomine, & authoritate conceſſa; ſi verba ſunt dubia, aut conceditur circa vnum negocium particulare inter certas perſonas, vel de certa re, & in dubio, procuratorio nomine principalis; aut negocium eſt vniuerſale, prout aliquid iuriſdictionale, & dicitur competere iure ordinario, & poteſt facere ſimpliciter; ſi vero authoritate ſola principalis poteſt actus fieri, cenſetur eo iure factus, aut etiam nomine proprio poteſt fieri, & non obligat principalem.

73 Limita, quia interpretatio obſcura, & cauilloſa non debet fieri ad ſubſtinendum actum, quia intollerabilis interpretatio ſemper excluditur. Rota in nouiſs. deciſ. 366. n. 7. par. 1.

74 Limita, quia errans in nomine proprio, vel in nomine filij ſui, & è conuerſo filius errans in nomine patris præſumitur ex dementia, quę inducit nullitatem vltimę voluntatis, nec pręponderat in hoc validitatis pręſumptio, niſi aliter probetur. Roman. conſ. 179. Ampliſſime Doctor, in princ. num. 3. & ſeq.

75 Limita, quia ceſſat præſumptio, quòd actus valeat, quando agitur de derogatione iuris communis, niſi fuerit expreſſum: ideo Papa mandans vendi certos fructus cuidam monacho profeſſo, non cenſetur diſpenſare, vt emat ſine licentia Superioris, ſed potius cum licentia, & ſecundum ius, & potius interpretatur ſecundum ius, & pereat actus, quam vt ſubſtineatur cum derogatione præſumpta. Calder. conſ. 407. alias 22. de regular.

76 Limita, quia prorogatio compromiſſi, quæ poteſt interpretari valida, & nulla ſecundum vnum inſtrumentum; interpretatur nulla, vt eniteatur contrarietas inſtrumentorum. Io. de Imol. conſ. 131. In caſu pręmiſſo, in princ.

77 Limita, quando verba per prius ſumpta annullant, & per poſterius ſubſtinent actum, quia per prius intelliguntur, niſi aliæ coniecturæ militent. Bart. in tract. minoric. lib. 1. in fin. nu. 35. & ſeq. vbi ſi legatum fiat Fratribus Minoribus S. Franciſci, qui ſunt incapaces, & illi de pœnitentia ſunt capaces, interpretatur de minoribus incapacibus, quia per prius ſunt, licet annulletur actus.

78 Limita, quando actus eſſet factus vigore facultatis non ſufficientis, quia illa verba, vigore, &c. reſtringunt actum factum ex illa facultate,

tate, & ſic nulliter, licet aliter poſſet valere, ſi actum faciens non ſe reſtrinxiſſet. Bald.conſ.181. lib.1. vbi, quod tenuta data vigore ſtatuti, ſine citatione partis, ſi ſtatutum requirit citationem. eſt nulla. Roman. conſil. 446. per tot. in princip. maxime num.6. & ſequen.vbi apoſtill. in ver.veriorem.

Vide. Actus factus ex cauſa inualida eſt nullus. Concluſ.126.

79 Extende limitationem, etiam ſi eſſet adiecta clauſula omni meliori modo: quia intelligitur ſecundum facultatem expreſſam, & ad quam ſe reſtrinxit. Bald. conſ. 198. Præſuppoſito, quod dictus, lib.4.

80 Reſtringe in multis caſibus per Roma. d. conſ. 446. in princ. Bart. plene in ſua diſputatione 5. incip. adunantia, vbi pro vtraque parte, & tandem ſoluit Alex. conſ.146. In cauſa, & lite, in fin.lib. 5.

81 Limita, quia actus debet ſubſtineri validus in dubio, ſecundum propoſitum agentis, non autem ſecundum oppoſitum; ideo tranſigens omni meliori modo, ſi non valet vt tranſactio, non etiam ſubſtinebitur, vt pactum gratuitum, quia ſunt oppoſita, quia in tranſactione aliquid debet dari, vel remitti hinc inde, ſecus in pacto gratuito.Angel. conſ.94. Cum lis,in fin.ver. nec obſtat, quod ſaltem.

82 Extende, quando diſponens ſe reſtrinxit. Rot. deciſ.366.in princ.in nouiſſ.par.1.

83 Limita, vbi agitur de facultate arbitri, & arbitratoris, quia ſi laudum dicitur nullum latum extra compromiſſum, licet præſumi ſoleat pro validitate actus, tamen incumbit onus probandi aſſerenti laudum eſſe latum ſuper compromiſsis. Angel.218. Viſa narratione,col.penul. Alex.conſ. 119. Titulus quæſtionis,& conſ.124. In cauſa, & lite. lib. 2.

84 Extende in omni materia, quando ſi actus ſubſtineretur, excederemus facultatem gerentis actum, vel inducereturdelictum, aut quis delinqueret in officio, tunc potius annullatur actus. Alex. conſ. 179. Viſis, ac ponderatis.n.3. & ſeq. lib.7.vbi, quod etiam verba præteriti trahuntur ad præſens, vt excludatur delictum, & non excedatur facultas.

85 Limita in materia probationis, quia potius actus nullus admittitur,quam quod probatio dubia probet, etiam ad validitatem actus probandam.Crauet.conſ.218.n.6.

86 Limita, vbi agitur de citatione, quia in dubio cenſetur facta ad domum, de qua habeatur ignorantia à citato. Alexand.conſ.219.num. 8. & 9. lib. 6.

Vide. Actus geſtus ab eo, qui plures perſonas repreſentat. Concluſ.148.

Vide. Actus debet interpretari. Concluſione 135.

Vide. Præſumitur pro validitate actus. Concl. 619. cum duabus concluſionibus ibi proxime ſequentibus.

Vide. Verba dubia intelligenda, vt actus valeat. Concluſ.99.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Actus, quando omni meliori modo cenſeatur factus. Concluſ. CXXXVII.

1 ADITIO hæreditatis ſimpliciter facta ab eo, qui eſt heres pro parte tantum, cenſetur facta ſolum pro parte ſibi delata, quia acceptans ſimpliciter, & indefinite cenſetur acceptare omni meliori modo. Bald. in l. 1. col.2. ver ex prædictis apparet. C. quando non pet. partes, ſequitur Dec.conſ.14.col.2.

2 Extende, quia eſt regulare, quod faciens actum, cenſetur facere omni meliori modo, quo poteſt, quando facit ſimpliciter, & indiſtincte, Abb. poſt Calderin. in cap. cum ſuper, de offic. delegat. vbi Dec. col.penul.

3 Amplia, quia actus, qui potuit duobus modis fieri, in dubio cenſetur factus, prout vtilius eſt gerenti actum. Alex. conſ.55. Quoniam. n.2. ver. quia pro parte pupilli, lib. 5.

4 Reſtringe, niſi lex, vel ſtatutum requireret pro forma actum debere certo modo fieri, prout in ſtatuto Bononiæ de cauſis pupillorum, quæ priuilegiantur, quatenus pupillus declaret velle vti beneficio ſtatuti, alias non. Alex. d. conſ. 55. n. 3. & ſeq. ver.ſed ijs non obſtantibus,& n.13.ver. non obſtat. lib. 5,

5 Reſtringe, quia Iudex ſimpliciter aditus, præſumitur aditus potius, vt Iudex ordinarius, quia eſt potentior iuriſdictio,quam vt Iudex ſpecialis. Alex. d.conſ. 55. num.5.ver. pro hoc facit,& nu. 13. ver. ſecundo reſpondeo, lib.5. vbi, quod Iudex incompetens electus à partibus, potius cenſetur electus vt Iudex, quam vt arbiter, quia firmiora ſunt, quæ iure communi, quam quæ iure ſpeciali nituntur.

6 Idem eſt, quia actus, qui poteſt eſſe validus iure ordinario, & iure ſpeciali,cenſetur factus iure ordinario, quia potentius eſt, & quia in dubio Iudex cenſetur vt ordinarius, non vt delegatus procedere. Alex.d.conſ. 55. num.6. vbi apoſtill.in ver. communi, dat concord.lib.5.

7 Idem eſt,ſi quis compromiſit in aliquem, cenſetur potius in arbitrum, quam in arbitratorem, quia coram arbitro proceditur, prout coram Iudice ordinario, ſecus coram arbitratore. Alexand. dicto conſil. 55. numero 9. ver. accedit. libro 5.

8 Reſtringe,quia ex forma procedendi,& ſeruata apparet de animo gerentis actum, quia ſi appellans via ordinaria tenetur facere depoſitum, & in caſu priuilegij pupillorum, non tenetur facere depoſitum: ſi fecit depoſitum, apparet, quod via ordinaria egit. Alex. conſ. 55. num. 7. & 8. ver. confirmantur. lib.5. vbi apoſtill. in ver. forma, dat concord.

Vide. Actus validus in dubio interpretari debet. Concluſ.proxima præcedente.

Vide. Clauſula omni meliori modo. Concluſione 358.

Vide. Brocardum, quod potui nolui. Concluſione 153.

Vide. Inutilis diſpoſitio eſſe non debet.Concluſione 359.

Actus

Digitized by Google

Actus in dubio vtilis gerenti interpretatur. Concluſ. CXXXVIII.

1 ACTVS dubius ſemper debet interpretari, vt minus ſit damnoſus gerenti, & plus vtilis, quam eſſe poſſit, quia hæc eſt naturalis intentio gerentis actum, ne ſibi noceat. Crauett. conſ. 106. num. 8. & ſequen.

Vide. Verba dubia, quando contra proferentem, vel pro eo ſunt intelligenda. Concluſ. 106. & Concluſ. ibi prox. preced.

2 Extende, vt ſi damnoſus eſſe debeat omnino, prout quia donat, interpretatur tamen, vt minus iactet, quam ſit poſſibile, & quod potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria actum fecit. Crauett. conſ. 106. num. 9. & ſeq.

Vide. Donatio qualiter interpretanda. Concluſ. 626.

3 Extende, quia in dubio renunciatio debet intelligi, vt minus noceat, quam ſit poſſibile renuncianti, ideo facta ab inteſtato, non comprehenditur ex teſtamento, nec è contra. Oldrad. conſ. 194. Vltima iam dicta. per totum.

Vide. Renunciationes iuris proprij. Concluſione 180.

4 Extende, quia ſemper fit interpretatio, vt quis non cenſeatur iactare ſuum, & donare, ſi alia poteſt coniectura adeſſe.

Vide. Donatio non præſumitur. Concl. 701.

5 Extende in conſenſu præſtito.

Vide, Conſenſus, quando non noceat. Concl. 753.

6 Idem eſt in confeſſione dubia, quia pro confitente fit interpretatio, imo ſtatur declarationi confitentis.

Vide. Confeſsio dubia poteſt declarari. Concluſ. 672.

7 Idem eſt in obligatione, quæ eſt ſtricti iuris.

Vide. Obligatio eſt ſtricti iuris. Concluſ. 33.

8 Idem eſt in mandato procuræ quantumcunque generali, quia non extenditur ad ea, per quæ mandans incideret in pœnam, ſed intelligitur ad licita, & permiſſa datum.

Vide. Mandatum ſemper ad licita interpretatur. Concluſ. 37.

Actus nullus, nullum producit effectum, Concl. CXXXIX.

1 ACTVS nullus, nullum producit iuris effectum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Rol. à Vall. conſ. 63. n. 33. & conſ. 76. nu. 21. lib. 1. l. cum pater. §. curatoris. ff. de legat. 1.

2 Et non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. c. non præſtat de reg. iur. in 6. Bar. quæſt. 6. nu. 6. ver. quinto probatur.

3 Et quod actus iudicialis nullius nullum debeat ſortiri effectum. Bald. in l. 1. C. ne vxor ex delicto. Soc. conſ. 18. Proſequendo ordinem. li. 1. col. 7.

4 Extende, quia ſtatutum non tollit exceptionem actus nullius. Rol. à Vall. d. conſ. 76. n. 20. li. 1.

5 Et ideo nemo tenetur facere actum nullum. l. 2. in fi. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Bartol. in quæſt. 18. pupillus, in fine principij. num. 3. ver. quarto ſic.

Vide. Fruſtratoria, & eluſoria non debet eſſe lex. Concluſ. 518.

6 Amplia, vt ex actu nullo appellans non probet ſuam diligentiam. Oldrad. conſ. 317. num. 4. ver. ad quartum.

7 Amplia, quia appellatio nulla non retardat exequutionem, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. Bal. conſ. 367. Ad euidentiam præmittendum. lib. 1.

8 Extende, vt appellatio nulla nullum producat effectum, quia non eſt appellatum, quando nulliter eſt appellatum. Bald. conſ. 425. Conſiderandi ſunt, in princ. lib. 3.

9 Amplia in tantum, vt ipſemet, qui fecit actum nullum, ipſo iure poſsit contrauenire, & allegare nullitatem.

Vide. Alienatio nulla non obſtat alienanti. Concluſ. 267.

10 Amplia, quia ex venditione nulla, & ſimulata non transfertur poſſeſsio, quando conſtitutum pariter eſt nullum. Io. de Imol. conſ. 55. per totum.

Vide. Poſſeſsio, quando transferatur ex inutili contractu. Concluſ. 425.

11 Amplia, quia depoſitum nullum non poteſt in aliquo releuare. Rol. à Vall. conſ. 63. num. 23. lib. 1.

12 Amplia, quia laudum nullum non producit aliquem effectum. Rolan. à Val. conſ. 76. num. 21. & per totum. lib. 1.

13 Amplia, quia pœna impoſita non ſoluenti gabellam de contractu infra certum tempus non habet locum in contractu nullo. Bart. in l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. comun. deleg. idem Bar. & Bal. in l. 1. in 1. not. C. de condit. inſert.

14 Extende in caſu conuerſo, quia ſi adiudicatio facta non ſoluta gabella redditur nulla ipſo iure, non eſt ſublata actio per ſolutionem ſurgentem ex tali adiudicatione nulla, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum. l. non dubium. C. de legib. & quando nullitas eſt fauore alterius non contrahentis, prout iſto caſu, per Bart. in l. poſt mortem. ff. de adoptio. vel quando fauore publico. l. quemadmodum. ff. de agric. & cenſit. lib. 11. tunc ipſemet, qui fecit actum nullum poteſt contrauenire, & allegare nullitatem.

15 Amplia, quod dicitur de actu nullo, idem ſit de actu illegitimo, quia nihil operatur. Nam licet Iudex, coram quo eſt legitime præuentum per citationem, præcludat viam alijs Iudicibus competentibus: Tamen ſi citatio non eſt legitime facta, non operatur præuentionem. Roman. conſilio 412. Pro habenda. num. 4. & 5.

16 Extende, quia conteſtatio litis legitime facta, interrumpit præſcriptionem; ſecus ſi non eſt legitime facta. Roman. d. conſ. 412. num. 5. & 6. ver. ad hoc tria, vbi apoſtill. in ver. tria, dat concordan.

17 Extende, idem in libello, qui interrumpit præſcriptionem, ſecus ſi libellus eſt ineptus. Rom. d. conſ. 412. n. 6. vbi apoſtill. in ver. tria.

18 Extende, quia actus legitime factus perpetuat iuriſdictionem Iudicis delegati, ſecus ſi actus non eſt legitime factus. Rom. d. con. 412. nu. 7. vbi apoſtill. in ver. tria, dat concord.

19 Limita, quia licet mãdatũ minoris ſine curatore non valeat. l. neque. C. de procur. gloſſ. in l. illud. §. final. ff. de minor. Tamen ſi talis procurator fecit

Digitized by Google

fecit actum vtilem minori, valet, quia ætas minoribus subuenire solet in damnosis, non autem obesse in lucrosis. l. non ideo. C. de procur.

Vide. Nullitas causata ad fauorem certæ personæ. Conclus. 145.

29 Limita, quia licet actus soleat irritare actum præcedentem, prout secunda sententia confirmatoria primæ, quia ex ea oritur actio, non ex prima, & agitur ex confirmante, non ex confirmata. Tamen secunda sententia etiam si esset nulla defectu ordinis, adhuc tollit primam. Ita Rom. cons. 369. Circa primum, num. 16. & seq. ver. secunda consideratio.

31 Contrarium est verum, & Roman. ibi loquitur inaduertenter, quod patet, quia testamentum secundum nullum, non reuocat primum.

Vide. Testamentum validum, & solemne non reuocatur. Conclus. 152.

32 Limita, quia actus nullus operatur declarationem mentis ipsius gerentis actum, licet actus sit nullus. Bellon. cons. 5. In puncto. num. 12. ver. ne dicat aliquis. Roman. cons. 179. Amplissime Doctor, num. 11. vbi apostill. in ver. voluntatem, dat concord.

Vide. Animus, & intentio probatur. Conc. 336.

33 Extende in testamento nullo. l. si. vbi Bart. ff. de reb. cor. Dec. cons. 159. col. 2. & cons. 176. nu. 4. Paris. cons. 79. n. 16. lib. 2.

34 Extende, quia codicilli etiam nulli declarant mentem, & dubietatem testatoris, vel testamenti. Roman. consil. 179. Amplissime Doctor. num. 11. vbi apostill. in ver. voluntatem, quæ dat plurimos concordan.

35 Extende etiam si actus sit nullus, & simul impugnatus, quia nullitas potest allegari ab impugnante ad effectum declarationis mentis disponentis. Roman. d. cons. 179. num. 11. & ibi apostil. in ver. voluntatem, quæ citat concord. & similia.

36 Extende, quia citatio nulla, & incerta coram Principe facta denotat eum voluisse procedere authoritate ordinaria, non absoluta, quia quando procedit de absoluta, non tenetur citare partem, sed secus est, quando procedit de ordinaria; ideo cum citare fecerit, licet nulliter, talis citatio nulla declarat mentem Principis, quod voluerit via ordinaria procedere. Rom. cons. 369. Circa primum. nu. 5. & seq. ver. secundo quidem, vbi apostill. dat concord.

37 Extende, quia ex actu nullo, & reuocato, declaratur animus, & voluntas, siue sit actus immediate sequens, siue ex interuallo, plene Decian. cons. 41. num. 41. ver. quia ex actu. lib 1. vbi plurimos concordantes allegat, & extendit, multo magis, quando actus est in parte reuocatus, quia ex parte illa reuocata, etiam potest sumi declaratio voluntatis.

38 Extende, quia licet clausula in donatione apposita, quod tot sint donationes, quot res, vel quantitates, nihil operetur cõtra insinuationem, tanquam in fraudem apposita, & sit nullius effectus; tamen bene probat mentem donantis, fuisse donare omni meliori modo. Alexan. consil. 21. Attentis ijs, in fin ver. præterea intentio. lib. 3.

39 Extende idem esse in instrumento, vel scriptura cancellata, quia probat, qualis fuerit mens contrahentium, vel disponentium. Bart. in l. in testamento. ff. de fideicomm. libert.

Vide. Cãcellatio, quando attendenda. Conc. 29.

30 Extende, quia ex actu nullo sumi potest mens coniecturata ad fideicommissum. Bart. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de legat. 3. Iaf. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & in l. Titius. §. latius, in 1. nor. ff. de liber. & posthum.

31 Limita, quia licet instrumentum sit nullum, puta, emptionis, tamen probat confessio facta in tali instrumento nullo, numerationem, & solutionem pretij. Castrens. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus, num. 4. ver. quarto nota. ff. de verbor. obligat.

32 Declara, vt per Roman. cons. 194. Hæc confessio, in princ. quia si instrumentum est nullum, tanquam falsum, tunc non probat, etiam quoad confessionem, si vero contractus est nullus; puta, quia non interuenit solemnitas requisita ad contractum: tunc bene valet instrumentum, quoad alia, licet non quoad contractum, si vero instrumentum esset nullum, quia non habet solemnia instrumenti, nihil probat.

33 Extende in processu criminali nullo, quia confessio delicti probat delictum. Castrens. dicta l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. num. 4. ff. de verbor. obligat.

34 Extende in legato facto hæredi vniuersaliter instituto, quia licet sit nullum, tamen valet ad declarationem mentis testatoris, quod noluerit legata venire in restitutione fideicommissi; puta, quia dixit, quod libere legabat hæredi. Fulgos. cons. 99. Quidam A. veniens, in fi. Cuman. cons. 37. In secundo dubio.

35 Idem est in confessione dotis facta in vltimo testamento, sine quantitate, quia quantitas declaratur ex primo testamento reuocato, & nullo. Alexand. consil. 45. Habita super ijs. numero 6. libro 1.

36 Limita multis casibus, de quibus Roman. cons. 483. Dubitatur. num. 3. & seq. ver. quis autem dubitat, vbi apostillæ ponunt plures casus, in quibus pœna imposita actum facienti valide, procedit, multo magis contra eum, qui fecit actum nulliter, & magis contra legem, ne delinquens grauius sit melioris conditionis.

Vide. Delinquens non debet esse melioris conditionis, quã nõ delinquẽs. Conc. 190. n. 15. & seq.

37 Limita, quia actus naturalis per violentiam factus, qui non prodest facienti, prodest alijs; ideo expulsus de possessione, quando præscribebat rem, licet tertius expellens violenter non sentiat commodum ex tali expulsione, tamen sentit commodum is, contra quem cæpta est præscriptio, vt illud tempus subducatur. Bart. in quæst. 6. Lapus num. 7. ver. sexto probatur.

38 Limita, quia licet contractus alienationis feudi sit nullus, quantum ad translationem dominij, valet tamen in præiudicium vendentis, vt teneatur actione personali. Dec. cons. 184. n. 7.

39 Extende, quia si actus alienationis non valet, vt quia non potuit alienari res vendita, non potest vendens ipse contrauenire, imo tenetur de euictione rei venditę actione personali. Dec. d. cons. 184. num. 7.

40 Limita in pręparatorijs, quia actus nullus, qui non prodest facienti, potest prodesse alteri. Ita Bart. in q. 6. Lapus n. 5. ver. tertio probatur.

41 Extende, quia actus nullus, & inutilis quoad vnum, & facientem potest esse præparatorius, & vtilis quoad alium. Bartol. dicta quæstione sexta.

Google

ſeita . ver. quarto probatur ſic . numero 6.

42 . Limita , quia licet locatio perpetua bonorum Eccleſiæ ſine confirmatione Papæ ſit nulla , & nullum producat effectum , tamen ex æquitate contra , quia ſi Eccleſia locauit perpetuo bona , promittendo confirmationem Papæ , quæ non potuit obtineri , tenebitur conductor ad affictus pro tempore , quo percepit fructus , & dabitur actio ex locato , licet ſit nulla locatio .

43 Limita , quia mora cauſatur ex interpellatione , etiam ſi proceſſus , vel citatio ſit nulla , quia ſaltem valet , quoad moram cauſandam. Bald.in c. 1.n.4.de milite vaſſallo.Aretin.in l.ſi ex legati , in fin.ff. de verb. obligat. & in conſ.149.col.pen. Bauer. in tract. de mora. nu.21.ver.ſubde tamen vnum,quod eſt notandum,vbi dicit in hoc non reperiri contradictorem, tamen ipſe impugnat per multa fundamenta , & reliquit cogitandum.

44 Limita,& eſt contraria regula,quia imo actus inutilis,& inualidus facit ceſſare actum validum, pro regula ponit incert. Author poſt regulas Soc. reg.7.Actus inutilis operatur ademptionem actus validi , vbi reſtringit ſex modis .

Vide. Nullum ipſo iure non præſtat impedimentum . Concluſ. 140.

Vide . Nullum ab initio , non conualeſcit ex tempore . Concluſ. 143.

Vide . Sententia nulla , nullum producit effectum . Concluſ. 154.

Actus nullus redditur , ſi requiſita ad actum non apparent tempore actus, licet in veritate interuenerint. Concl. CXL.

1 SENTENTIA eſt nulla ſine citatione,in tantum quod licet re vera eſſet citatus is , contra quem eſt lata ſententia;tamen ſi tempore latę ſententię,nondum erat producta relatio, licet poſtea appareat,perinde eſt,ac ſi non eſſet vere citatus, quia de contumacia debet apparere tempore ſententiæ.Calder.conſ.138.in princ. alias 6.de dilatio.& duplicatur conſ.204.alias 8.de re iud. vbi allegat Bart.in l. ſi finita. §.Iulianus.ff.de damn. infect.dicentem ſe ſemel reuocaſſe proceſſum , & idem conſuluit Anchar.conſ.211. de iure communi in princip.

Vide. Relatio Nuncij,vt valeat,quæ requirat . Concluſ. 122.vbi plura ſimilia .

2 . Extende, vt nedum ſententia prima ſit nulla,lata ſine relatione citationis tempore ſententiæ,licet poſtea fuerit facta relatio,ſed etiam eſt nulla ſententia ſubſequęs ſuper taxatione expenſarũ.Anchar.d.conſ.211.in prin. n.2.ver.& pro hoc etiã.

3 Extende pluribus caſibus, & exemplis, de quibus Zab.conſ.105.n.8.& ſeq.ver.quinto ſic,quod eſt Collegij Paduæ;vbi,quod pluribus datis Iudicibus , cum clauſula,ſi non omnes; & vnus ſolus procedat , non ſufficit alios eſſe vere impeditos , ſed neceſſe eſt,quod conſtet de impedimẽto,alias proceſſus eſt nullus,& Iudex appellationis nõ docto de appellatione non procedit,etiam ſi poſtea conſtet:ſic Iudex à quo,non procedit,niſi ſibi conſtet,quod ſit renunciatum appellationi,negligentiæ non poteſt ſuppleri per alium,niſi conſtet de ea ; nec ſufficit , quod ſit vera , niſi appareat;curatum ſecundum non poteſt conferri diſpenſato , ſi non oſtendit diſpenſationem : bona Hęretici non occupantur , niſi doceatur de condemnatione: exequutor non exequitur ſine litteris.

4 . Extende, quia licet beneficium collatum abſenti vacet, donec acceptet collationem,tamen non poteſt conferri, donec conſtet,quod non voluerit acceptare,& ſi primo conferatur,licet poſtea non acceptet,non conualidatur collatio.Zabar.d.conſil. 105.num. 12.

5 Amplia,quia Iudex delegatus, licet re vera ſit delegatus; tamen antequam litteræ delegationis ſibi fuerint præſentatæ , ſi procedat, proceſſus eſt nullus .

Vide . Iudex delegatus non habet iuriſdictionem . Concluſ. 435.

6 . Extende in procuratore, quia antequam ſciat ſe eſſe procuratorem non poteſt exercere mandatum , licet re vera ſit procurator .

Vide . Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta , &c. Concluſ. 62.

Vide.Procurator ante receptum mandatum poteſt exercere officium Procuratoris,&c.Con.835.

Vide pro vtraque parte plura ſimilia , quæ reportaui ad deciſ. 19.de Procurat.in antiq. notaquod,vbi Rot.attẽdit veritatẽ,licet nõ appareat.

Actus contra legem factus,quando valeat , vel non . Concluſ. CXLI.

1 ACTVS factus contra legem prohibentem , eſt ipſo iure nullus.l.non dubium. C. de legib.

Vide . Lex prohibens aliquid fieri,quando annullet actum contrarium. Concluſ. 269.

2 Amplia , quia annullato principali contractu, annullantur omnes clauſulę, conſtitutum, precarium, confeſſio, pęna, hypotheca, & ſi quid aliud eſt in contractu nullo.Iaſ.in d.l.non dubium.n.56. ver. hic Bald.C.de legib.

3 Amplia, vt actus geſtus contra decretum Principis ſit nullus,etiam ſi in decreto alia pęna ſit impoſita.Alex.conſ.337.In cauſa mota.in princ.li.1. vbi , quod legitimatio ſpurij eſt nulla, ſtante decreto Principis , quod ſine ſui licentia non poſſit fieri legitimatio ſub pęna,maxime,quia decretum infringit legitimationes alias factas .

4 Amplia,quia etiã is, qui fecit actum nullũ ipſo iure in iudicio,poteſt dicere de nullitatę.Alex.cõſil.123.Diſcuſſis.num.6. ver.& regulariter. lib. 1.

Vide. Alienatio nulla non obſtat alienanti , & quando ſecus. Concluſ.267.

5 Amplia,quia actus factus contra legem,vel ſtatutum eſt nullus , etiam ſi lex non procedat vlterius annullando actum. Iaſ.d.l.non dubium.in 4. col.ver.octauo.C.de legib.

6 Extende, vt procedat etiam ſi lex prohibet actũ ſub certa pęna, quia adhuc etiã vltra pęnã,actus erit nullus. Bart. in l. Prętor ait. ff. de noui oper. nunciat.vbi Imol.& Alex.qui alios allegant. Caſtrenſ.conſ.62.Quod dicta conuentio. lib. 2.

7 Contrarium,quod imo,quando adeſt certa pęna, actus valeat,licet pęna committatur. Iaſ.in l. Prętor ait. ff.de nou. oper. nunciat. vbi reſpondet Bart. & alijs contrarium tenentibus.col.4.ſub n. 5.ver.tertio nota,& ibi Cuma.gl.in l.nõ dubium.

C. de legib. vbi Bald. qui dicit idem velle Cyn.& Iacob. Butrig.Felin. in cap.2.de teſtib. Vide in iſtis terminis apoſtill. ad Roman. conſ. 236. Vt præmiſſa. numer. 8. in ver. ſingularis, quæ ad hoc citat plures, maxime Abb. conſil.91.Quoad primum. col. 3. ver. ad prædicta iudicio. libro 1. & alios.

8 Declara, vt plene per Caſtrenſ. conſ. 62.Quod dicta conuentio. lib. 2.per totum, quia regulariter, quando adeſt pœna, actus debet valere, vt ſit locus pœnæ, quia ſi actus eſſet nullus, non poſſet eſſe locus pœnæ.

9 Declara ſecundo, quia ſi pœna poteſt concurrere cum nullitate actus,tunc diſtinguitur,quia ſi nullitas actus tenderet in præiudicium alterius, quam eius, cui pœna imponitur, & tunc actus valet.l.filius familias. §. final. ff. de falſ.ſi autem nullitas tendit in præiudicium eius, cui imponitur pœna, & eſt nullus, & pœnam incurrit. l. 1. ff. de ijs, quæ pro non ſcript. haben. Ita Caſtrenſ. d. conſil. 62.circa fin. & per totum.lib.2.

Declara, vt infra n.20. vbi videas, quia magis videtur accommodari hic, quam ibi.

10 Extende igitur, quod ſtatutum prohibens, nobiles poſſe conducere datia ſub pœna 200. Si nobilis conducat, incurrit pœnam, & in eius præiudicium contractus eſt nullus.Caſtrenſ. d.conſ.62. per tot. lib. 2.

Vide. Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & quando ſecus: Concluſ. 951.

11 Limita,quia ſtatutum præcipiens Iudici,vt expediat cauſam infra menſem,non annullat ſententiam latam poſt menſem, licet Iudex puniri debeat.Caſtrenſ. conſ. 16. Si ponderarentur,n.9.lib. 2.plenius Alex.conſ.24 n.2.lib.6.

Vide. Iudex, quando poteſt expedire cauſam poſt terminum præfixum.Concluſ.470.

12 Extende, quia ſtatutum Piſanum præcipiens ſub pœna conſultori ad reddendum conſilium, & Iudici,qui conſultorem non compellit infra certum terminum non annullat conſilium redditum poſt terminum, imo valet, niſi annullatio tenderet in præiudicium non facientis iuſſum legis, quia tunc eſſet actus nullus in præiudicium non facientis, ſed non in præiudicium alterius. Alex. conſil.24. Viſo themate.lib.6. vbi apoſtill.in ver. actum, dat concord.

13 Extende in ſtatuto præcipiente Iudici, vt victum victori, in expenſis condemnet, quia ſententia non eſt nulla, licet Iudex abſoluat victum ab expenſis. Caſtrenſ.conſ. 16.n.9.lib.1.vbi,quod plus importat prohibitio, quam præceptum;plus negatiua, quam affirmatiua.

14 Extende, vt procedat nedum in ſtatuto præcipiente aliquid fieri ſub pœna, infra certum terminum, vt ſi fiat poſt terminum valeat, ſed imo procedit etiam ſi fiat præceptum à lege, quod is, qui fecerit aliquid tale incurrat pœnam, ſi actus fiat, bene eſt nullus, quatenus concernat fauorem facientis contra legem, ſed non eſt nullus, quatenus concernat fauorem alterius. Alexan.d. conſ.14. per totum,vbi apoſtill.in ver.actum, ita declarat. lib.6

15 Limita in præiudicium contrahentis contra legem, quia valet actus factus contra legem. Iaſ. in d.l.non dubium.n.9.C.de legib.

Vide infra. Actus nullus, quando valet contra gerentem actum. Concluſ.143.

16 Extende, quia licet actus non valeat in præiudicium publicæ vtilitatis; tamen valet in præiudicium priuatæ, quando concurrunt priuata, & publica vtilitas. Io. de Imol. conſ.1.num.6. ver. item non videtur.

17 Extende, quia renuncians cum iuramento in præiudicium ſui, & præiudicium tertij, licet non valeat, quoad præiudicium tertij; tamen valet, quoad præiudicium proprium renunciare. Io. de Imol. conſ. 1. num. 6.

18 Extende in alienatione bonorum Eccleſiæ facta, non ſeruatis ſolemnitatibus, quia licet non valeat quoad Eccleſiam; tamen valet quoad Prælatum alienantem.Io Calder.conſ.258.in fin.alias 2. de ijs, quæ fiunt à Prælat.

19 Declara totam iſtam materiam, quia ſi lex à principio actus, prohibet actum fieri poſſe ſine certa ſolemnitate, & ſemper omiſſa ſolemnitate actus eſt nullus; ſi vero lex a principio non requirit ſolemnitatem, ſed ex poſt facto, tunc valet actus, ſed tamen eſt annullandus, ſi non interuenit ſolemnitas. Rom.conſ.203.Quoad primum.n. 7.ver.quoad ſecundum nu.8.vbi allegat gloſ. ſingularem in clem. 1.de iurepatr.& apoſtil. ad Roman.ibi in ver. annullandum,dicit hanc eſſe communem * opinionem,& quod totus mundus eam ſequitur, & rurſus idem Roman. conſ. 236. Vt præmiſſa.num.8.ver.ſecundo quia,vbi plena apoſtill. in ver. ſingularis aliter declarat, vt infra, & infert Roman. d.conſ. 203. Quod Hebræus habens capitula vendendi pignora poſito banno, ſi in loco,prout Volterræ extat ſtatutum,quod omnia bannimenta debeant regiſtrari in actis,ſi tale bannum non fuit regiſtratum. & Iudæus vendidit pignora, poteſt de furto puniri Iudæus, & bannum debet annullari, & dominus pignorum poteſt rem ſuam vendicare ab emptore.

20 Declara ſecundo totam hanc materiam, quia ſi lex non habenti poteſtatem dat illam cum certa ſolemnitate, ſicuti ſi ſolemnitas à principio requiritur in actus conſtructione, & tunc actus nullus eſt, ſi fiat ſine ſolemnitate; ſi vero actus conceditur fieri per eum, qui poterat facere; puta, ex alia conſtitutione, ſed adijcitur certa ſolemnitas, tunc actus valet, ſed faciens incidit in pœnam,& in hoc diſcrepant,quia in præcedenti declaratione dicitur, quod non eſt nullus, ſed annullãdus hic dicitur,quod valet,ſed quod faciẽs incidit in pœnam. Tertius caſus eſt, quia ſi in lege adeſt decretum irritans, ſiue ſimus in primo caſu, ſiue in ſecundo,actus eſt nullus propter decretum irritans, ita plena apoſtill.ad Rom.conſ. 236 Vt præmiſſa.n.8.in ver. ſingularis, vbi plura ad hæc omnia allegat.

Vide plenius. Alienatio nulla non obſtat alienanti, & quando ſecus.Concluſ.267.nu.14.& ſeq.

21 Ego credo, quod iſta vltima declaratio ſit ponenda in terminis ampliationis,de qua ſupra poſt nu.9. videlicet, quando lex mandat adhiberi certam ſolemnitatem ſub pœna, quia eſt controuerſia, an actus ſit nullus, & pœna committatur, an actus ſit validus, & pœna committatur, & ad hoc aptatur dicta proxima declaratio.

22 Limita quinque modis. Primo, quando lex loquitur prohibitiue, ſecus ſi permiſſiue. Secundo, quando prohibitio eſt perpetua. Tertio, quando lex ſtaret in terminis prohibitionis,ſecus ſi actum validum diceret. Quarto, quando non

prohi-

prohibetur ſubſtantia, ſed qualitas actus. Quinto in prohibitione legis Prętoriæ, quia actus non eſt nullus. Iaſ. ponit in d.l. non eſt dubium. nu. 18. & ſeq. C. de legib.

01 Limita, quando lex annullaret actum ad fauorem certæ perſonæ, quia alius non dabit de nullitate, niſi illa perſona. Put. deciſ. 8. libro ſecundo. Caſſad. deciſ. 2. de locato.

Et vide. Actus irritandus non dicitur nullus Concl. 145.

24 Limita in caſu contrario, quia actus ſecundum ſtatuti ſolemnitatem factus eſt validus. l. legitima. ff. de pact. Ioann. de Imol. conſilio 110. In cauſa, quæ vertitur. numero tertio. verſic. circa tertium.

Vide etiam infra. Actus irritandus non dicitur nullus. Concluſ. 145. n. 4. & ſeq. vbi quod nullitas debet acceptari.

Actus contra legem factus ex iuſta ignorantia non valet. Concluſ. CXLII.

1 IGNORANS ex iuſta ignorantia faciens actum pœnalem contra legem licet excuſetur a pœna non tamen valet actus. Feder. de Sen. conſ. 85. num. 4. ver. non obſtat, vbi loquitur in eo, qui acquiſiuit ceſſionem iurium in caſu prohibito, & pœnali, vt non poſſit agere ex tali ceſſione, licet excuſetur à pœna.

2 Amplia idem eſſe in eo, qui contrahit matrimonium ignoranter cum conſanguinea, quia licet quoad pœnam excuſetur, non tamen valet matrimonium. Feder. d. conſ. 85. n. 4.

3 Amplia idem in Capitulo, & Canonicis, qui ignoranter elegerunt indignum: quia excuſantur à pœna, non tamen valet electio. Feder. d. conſ. 85. numero 4.

4 Amplia in eo, qui contraxit cum minore, quem ignorabat minorem: quia licet excuſetur à pœna, non tamen valet contractus, ſi defecerunt ſolemnia. Feder. d. conſ. 85. num. 4.

Vide. Ignorantia facti excuſat, & iuuat in multis. Concl. 16. cum duabus concluſionibus ibi proxime ſequentibus.

Vide. Ignorantia facti non excuſat in multis. Concluſ. 19.

Actus nullus, vel prohibitus, quando valet contra gerentem actum. Concluſ. CXLIII.

1 CONSENSIT Prælati, quod habuit, & recepit pro tempore ſucceſſorum, licet ſit nulla, & valere non poſsit in præiudicium Eccleſiæ, valet tamen in præiudicium prælati conſitentis. Calder. conſ. 153. in princ. alias 5. de confeſſ.

2 Sententia Iudicis ſecularis, lata contra Clericum, maxime in ſacris conſtitutum, licet non valeat etiam volente Clerico, tamen iſtud eſt reſpectu Clericatus, & iuris publici, ideo valet quatenus ſe extendat præiudicium ipſius Clerici, qui fecit actum contrarium conſentiendo. Calderin. conſil. 126. alias 12. de iudic. num. 3. ver. ſecundo dato.

3 Contractus celebratus contra legem eſt ipſo iure nullus; videlicet vt nõ valeat pro gerente, ſed valeat contra gerentem ad fauorem tertij. Iaſ. plene in addit. ad Por. inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſolui. §. præterea, in princ.

4 Extende, quia contrahens cum minore nulliter & ſine ſolemnitatibus, non poteſt allegare nullitatem contractus.

Vide. Turpitudinem, vel dolum ſuum allegans non auditur. Concluſ. 102.

5 Declara, quia contrahens nulliter non poteſt actum propria authoritate extinguere, vel ab eo recedere, ſed debet expectare ſententiam Iudicis. Anchar. conſ. 122. Ex narratis. nu. 2.

6 Mulier, quæ non poteſt contrahere ſine ſolemnitate duorum proximiorum, & decreto Iudicis, ſi contrahit cum curatore, & decreto Iudicis, quia iurat non habere conſanguineos, quos habet, non allegat nullitatem contractus. Fulgoſ. conſ. 219. Viſis bonis. num. 3.

Vide. Mulier iuuatur Velleiano. Concluſione 420.

7 Alienatio bonorum Eccleſiæ non ſeruatis ſolemnitatibus, quæ non valet, valet contra Prælatum alienantem. Calderin. conſ. 258. in fi. alias 2. de ijs, quę fiunt à Prælat.

Vide. Actus contra legem concl. 141. n. 15. & ſequenti.

Vide. Alienatio nulla non obſtat. Concluſione 267. numero 8. & multis ſequentibus: vbi declaratur.

Vide. Alienatio bonorum Eccl. eſt prohibita regulariter. Concl. 273. num. 82. & ſeq.

8 Licet nulla ſit emancipatio, vt quia non fuit publicata in conſilio generali, prout Florentiæ diſponit lex anni 1421. tamen valet in præiudicium emancipati, qui tanquam talis contraxit, nec ipſe poteſt allegare nullitatem, ſed bene alij contra eum, quia videtur in dolo.

9 Contrarium, quod imo quando actus eſt nullus ipſo iure, poſsit illemet, qui fecit actum ipſo iure nullum, venire contra illum actum. Alexand. conſilio 91. Viſis, & conſideratis, in principio. libro ſecundo, ſequitur Probus in addition. ad Ioannem Monachum in cap. 1. de reſtitut. in integr. num. 21. lib. 6.

10 Declarat Alexan. conſ. 103. Viſis ſcriptis. n. 14 ver. non obſtat. li. 2. quia ſi actus eſt nullus fauore ipſius gerentis actum, prout in minore contrahente ſine certa ſolemnitate, poteſt eo caſu minor uenire contra actum nullum à ſe ipſo factum.

Vide. Actus irritandus. Concl. 145. num. 14. & ſeq. maxime num. 21. & ſeq.

Vide pro vtraque in verb. Alienatio nulla non obſtat. Concluſ. 267.

Vide. Dolus operatur multa contra doloſum. Concluſ. 580. & ſeq.

Vide. Nullitatem allegare, qui poſſunt, vel non. Concluſ. 134.

Vide. Alienatione prohibita, quæ alienatio permittatur. Concluſione 262. num. 9. & ſequen. vbi ſimilia plura.

Digitized by Google

Actus nullus, quando reddatur, quia deuenit ad caſum, a quo incipere non poteſt, & e contra. Concluſ. CXLIV.

1 ACTVS redditur nullus, quando deuenit ad caſum, à quo incipere non poteſt. l. pluribus. §. & ſi placeat, & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig.

2 Amplia, quia interdictum, quod imponitur Ciuitati detinenti Epiſcopum, ceſſat, ceſſante detentione, quia venit ad caſum, à quo incipere non poteſt, communem * dicit Hieron. Tortus in ſuo conſ. quod eſt poſt conſ. Ant. de Butr. num. 5. ver. ſed quid fortius, ſequitur Clar. §. fin. quæſt. 76. in fin.

3 Imo plus dicit ibi ipſe Hieron. Tortus vnum abſurdum, quod ſi Archiepiſcopus fuit interfectus, quia ceſſat cauſa detentionis, quia eſt mortuus, ceſſat interdictum, quod eſt falſum, quia propter quod vnum eſt tale, multo magis eſt ipſum tale; imponitur pœna detinentibus Epiſcopum, ergo erunt liberati detinentes, ſi interficiant, hoc argumentum non cadit in ſenſum rectum.

4 Amplia, quia ſicut tutela non poteſt dari à principio pro certis bonis, vel ad certa bona particularia, quia tutela datur perſonæ principaliter, ſecundario bonis. ita ſi pupillus habet tutorem vniuerſalem, non valet tutela matris, quoad bona materna, quia res deueniret ad caſum, in quo incipere non poteſt; puta, ad bona particularia. Roman. conſil. 188. In hac cauſa, in princip. vbi apoſtill. in ver. incipere, citat concordan.

5 Extende, quia ſtatuta Piſana ſunt nulla, poſtquam ſunt effecti ſubiecti Florentinis, quia ſicuti Piſani non poſſunt condere ſtatuta noua ſine licentia Florentinorum, ita etiam condita ceſſant, quia res deuenit ad caſum, in quo incipere non poteſt. Roman. conſ. 218. Præſens caſus. col. 2. ver. videtur enim dicendum.

6 Contrarium, quia multa facta tenent, quæ tamen deuenerunt ad caſum, à quo incipere non poſſent. l. Patre furioſo. ff. de his, quæ ſunt ſui. vel alien. iur. & eſt text. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur.

7 Et quod actus legitime factus à principio non vitietur, licet deueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, quia hæreditas delata filio incapaci tempore delationis defertur per ſucceſſorium edictum ad proximiorem: in tantum, quod licet ſuperueniat poſtea capacitas filij, ius irreuocabile agnati, licet deueniat ad caſum, à quo incipere non poſſet, non vitiatur. Feder. de Sen. conſ. 26. n. 3. in fin. ver. primo quia certum eſt.

8 Filius familias, qui non poteſt facere teſtamentum, ſi faciat tempore licito, quo pater eſt deportatus, & moriatur ante deportati patris reſtitutionem valet, licet pater poſtea reſtituatur. Feder. de Sen. conſ. 26. num. 4. ver. item patre deportato.

9 Matrimonium contractum ab eo, qui eſt ſanæ mentis non annullatur, licet poſtea efficiatur ſatuus, & incapax. Zabarell. conſil. 105. num. 6. ver. pro hoc.

Vide. Facta multa tenent, vt ponit alia exempla. Concluſ. 12. maxime n. 76. & ſeq.

10 Declara in teſtamento patris, in quo præterijt filiam fœminam excluſam à ſtatuto, donec ſuperuiuant maſculi, quia ſi poſt patris mortem moriantur omnes maſculi, filia excluſa poterit dicere teſtamentum nullum à principio, quia excluſio erat ad tempus, & ſic cum res deuenerit ad caſum, à quo incipere non poterat, actus vitiatur, quod credo procedere, quia teſtamentum erat in ſuſpenſo. Bald. conſ. 68. Proponitur, quod pater, per totum, & conſ. 69. li. 1. & ſic quando actus eſt legitime factus ſub conditione ſuſpenſiua, ſi veniat ad caſum, &c. vitiatur.

11 Declarat Dec. d. l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur. multis modis, vbi ponit multa exempla pro vtraque parte, vt tunc valeat, licet deuenerit ad caſum, à quo incipere non poteſt, quando actus eſt omnino perfectus, & quæſitum ius, ſi vero non eſt adhuc perfectus, & deueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, redditur nullus.

12 Limita in caſu conuerſo, quia actus factus tempore inhabili, vel per inhabilem, qui eſt nullus, non conualidatur, licet ſuperueniat habilitas temporis, vel perſonæ; plura ſimilia allegat Cardin. Zabarell. conſ. 105. num. 6. & ſequen. ver. contrarium.

13 Extende, quia proceſſus factus ab eo, qui caret iuriſdictione, non conualidatur, licet ſuperueniat iuriſdictio. Zabarell. dicto conſ. 105. nu. 10. ver. ſexto.

14 Extende etiam ſi agatur de fauore libertatis, quia libertas data ſeruo alieno, non valet, neque conualidatur; licet is, qui dedit libertatem, ſuccedat vero domino ſerui. Zabarell. dicto conſil. 105. num. 11.

15 Contra extenſionem videtur facere, quia ius ſuperueniens multis caſibus conualidat actum nullum, de quo

In ver. Ius ſuperueniens quando conualidat actum nullum. Concluſ. 630. & Concluſ. ſeq. ibi proxime 631.

16 Declara, quia ſi contractus eſt nullus propter inhabilitatem perſonæ, vel non ſeruatam ſolemnitatem, licet ſuperueniat authori meo, non conualidatur contractus, niſi nouus conſenſus interueniat; ſi vero contractus fuit validus, ſed factus ab eo, qui ius non habebat, & ſuperueniat ius authori meo, conſolidatur ius meum abſque alio conſenſu. Ita Signorol. Homod. conſ. 136. n. 10. ver. primo caſu, vſque in fin. Angel. conſil. 78. Plures creditores. n. 2. ver. non obſtat, etiam ſi dicatur.

Actus irritandus non dicitur nullus, & quando ſecus. Concluſ. CXLV.

1 ACTVS non dicitur nullus, licet ſit annullandus, & valet, donec per ſententiam irritetur. Calder. conſ. 2. de conſtit. An Capitulum. num. 2. ver. vel dato.

Vide. Nullum aliquid eſſe, vel annullandum debere differunt. Concl. 141.

Sic

1 Sic ſententia ex falſis probationibus lata valet mero iure, licet ſit annullanda. Iaſ. in l. Diuus, in princ. ff. de re iudic. vbi nu. 5. & 6. contrarium dicit, in ſententia contra minorem lata ex falſis probationibus:

Vide plura ſimilia in ver. Exceptionis ope, multa tolluntur, quę de iure procederent, ſi exceptio non opponatur. Concluſ. 400.

2 Actus factus contempto eo, qui debuit vocari non eſt nullus, ſed annullandus. c. quod ſicut, de electio. Calder. conſ. 1. de conſtit. nu. 2. Feder. de Sen. conſil. 148. in fine. ver. item tunc non eſt nullum.

Vide. Contemptus, qui debuit vocari poteſt annullare electionem. Concluſ. 966.

4 Amplia in matre tranſeunte ad ſecundas nuptias ſine conſenſu filiorum. quia licet priuetur ſucceſſione, tamen id intelligitur filijs volentibus. Roland. à Vall. conſil. 81. num. 5. lib. 3. & n. 8. ver. quarto, per totum.

5 Extende in emphyteuta, quia licet priuetur, ſi alienauit domino irrequiſito; tamen intelligitur domino volente. Roland. à Vall. d. conſ. 81. num. 6. lib. 3. Put. deciſ. 8. In vna Romana. lib. 2. Caſſad. deciſ. 1. de locato, plene Corne. conſ. 115. per totum, licet in hac conſultatione, lib. 1. ſequitur Dec. conſ. 184. num. 12. & plenius idem Dec. conſ. 138. per totum.

6 Extende idem eſſe in vaſallo alienante feudum, vt priuetur ipſo iure, quia intelligitur domino volente. Roland. d. conſ. 81. num. 7. lib. 3. Ruin. conſ. 70. n. 5. lib. 5. & idem, quando non petijt inueſtituram infra annum. Dec. conſ. 144. Mature. num. 6.

7 Extende idem eſſe in Bulla, quę annullat venditionem factam non requiſito vicino, quia intelligitur vicino volente. Put. d. deciſ. 8. lib. 2.

8 Extende in eo, quia habet neceſsitatem ſoluendi penſionem certo termino, alias fit excommunicatus, quia intelligitur ſi is, cui debet ſolui penſio, voluerit, alias non. Caſſad. deciſ. 2. de locato, n. 6. ver. idem in non ſoluente, & deciſ. fin. eod. tit. Put. deciſ. 8. lib. 2.

9 Extende, vt idem ſit in priuatione, & in regreſſu contra Titularem, ſi non ſoluat, quia intelligitur domino volente. Caſſad. deciſ. fin. de locato, per totam.

10 Extende idem in decreto irritanti appoſito ad fauorem alicuius, quia operatur ita demum ſi ille ad cuius fauorem eſt appoſitum velit. Put. deciſ. 8. in fi. li. 2. Caſſad. deciſ. 1. de decret. in reſcrip. ſuper reg. Ruin. conſ. 70. in fin. lib. 5. n. 17.

11 Extende idem in eo, qui vult allegare ius tertij excluſiuum iuris agentis, quia intelligitur ſi tertius velit, quando pendet à voluntate tertij, vt excludat. Caſſad. dicta deciſ. fin. de locato, in * fin. vbi dicit * communem. Decian. conſ. 34. nu. 21. lib. 3.

12 Extende, quia vbicunque agitur de pœna, & de priuatione ad fauorem, & inter certas perſonas, non habet locum inter alias. Ruin. d. conſ. 70. num. 17. lib. 5.

13 Dicitur autem agi de pœna, quando actus annullatur per ſolam legis prohibitionem, ſi vero aliter annullatio fiat, non eſt pœna. Ita Iaſ. in l. non dubium. num. 7. C. de legib.

14 Extende idem in alienatione bonorum Eccleſię facta ſine ſolemnitatibus, quia licet ſit nulla ipſo iure, tamen eſt nulla in fauorem Eccleſię; ideo alius non poteſt dicere de nullitate, niſi Eccleſia velit. Ruin. conſ. 35. nu. 31. lib. 1. Socin. conſ. 78. Viſis actis. n. 8. lib. 4. Grat. conſ. 55. nu. 23. lib. 1.

15 Contra hanc extenſionem tenet Afflict. deciſ. 107. num. 3. vbi, quod hæc nullitas per tertium poteſt allegari. Alex. conſ. 38. Conſideratis his, in fin. lib. 2. vbi allegat Bart. & Bal. & Io. de Imol. ſequitur Ruin. conſ. 40. in fi. li. 5. Cephal. conſ. 133. n. 121. lib. 1. vbi quod taciturnitas non nocet.

16 Declara, quia contra Eccleſiam non poteſt allegari nullitas, quæ inducitur ad ſui fauorem, ſi velit obſeruantiam contractus. Put. deciſione 310. lib. 1.

17 Extende idem eſſe in legato rei fœudalis, quia ſi hęres, cui fœudum debetur, acceptauit teſtamentum, non poteſt dicere legatum nullum, quia de re fœudali non valet legatum ſine conſenſu domini. ex quo nullitas non cauſatur, niſi domino volente. Ruin. conſil. 25. numer. 14. libro 2.

18 Extende idem in omni priuatione fœudi, quantumcunque præciſa, quia ſemper intelligitur ad fauorem domini, & ſi dominus voluerit. Dec. conſil. 184. In cauſa iſtorum, num. 10. & ſequen.

19 Extende idem in ſtatuto Bononiæ priuante ceſſantem, & transferentem in creditores ius exigendi, quia intelligitur, ſi creditores voluerint exigere, ideo tertius non poteſt opponere contra ceſſantem hanc exceptionem. Socin. conſ. 78. Viſis actis, per totum. lib. 4.

20 Extende idem in omni caſu, in quo transfertur ius in alium ipſo iure, ſed non cum effectu, vt quia requiritur voluntas, vel acceptatio, vel declaratio, tunc, niſi ſequatur voluntas eius, in quem fit tranſlatio, non eſt perfectus actus, nec à tertio allegari poteſt. Socin. dicto conſ. 78. num. 5. & ſeq. lib. 4.

Vide. Diſpoſitio legis, vel ſtatuti habet locum ſi petatur, & quando ſecus. Concluſ. 500.

Vide. Petitio remedij legis eſt neceſſaria. Concluſ. 329.

21 Reſtringe, quia valet contractus contra legem celebratus in præiudicium contrahentium ad fauorem tertij. Iaſ. in addit. ad Port. inſtit. quib. mod. iuſpatr. poteſt. ſoluit. §. præterea, vbi, quod venditio filij, quam facere ſolebant parentes imaginarie ad effectum emancipandi filios, reprobatur a lege, ſi tamen fiat, operatur emancipationem pro filio contra Patrem. Vide multa ſimilia in ver. Turpitudinem, vel dolum, plenius Iaſ. in l. non dubium. numero nono. C. de legibus,

Vide. Impugnatio facti proprij non admittitur ab eodem, & quando ſecus. Concluſ. 58.

22 Declara reſtrictionem, niſi agatur de impugnatione facti proprij contra ius publicum. Calder. conſ. 330. alias 1. de teſtam. vbi hæres vſurarij manifeſti, qui ap probauit teſtamentum, ſoluendo legata poteſt illud impugnare.

23 Reſtringe, quando nullitas eſt per verba geminata, quia tunc non requiritur alia declaratio, ideo ſi nullitas non expectat declarationem eiuſdem tertij, tunc cauſatur ſine conſenſu tertij. Cephal. conſ. 133. num. 113. & ſeq. lib. 1.

24 Contrarium tenet Dec. conſ. 138. Diligenter pro tenui, per totum.

25 Reſtringe, quando opponęs habet cauſam ab eo-

by Google

dem tertio; quia tunc poteſt dare de iure tertij, non expectata voluntate ipſius tertij, pulchre Cephal.d.conſ.133.num.116.& ſeq.lib.1.

26 Reſtringe, quando actus nullus non ſolum concernit vtilitatem domini, & tertij, ſed etiam voluntatem alterius. quia tunc non requiritur voluntas eius, ſed ſufficit, quod nullitas conferat vtilitatem alleganti. Cephal. d.conſ.133.nu. 118.ver.tertio reſpondeo. Ruin.conſ.77.in fi. lib. 4. vbi, quod ius caſuatum communiter non poteſt tolli ex facto vnius.

Vide. Actus nullus, vel prohibitus, quando valet contra gerentem actum. Concluſ.143.

Actus inutilis quandoque producitur a iure. Concluſ. CXLVI.

1 IVS quandoque actum inanem, & inutilem producit ineſſe, quia quandoque non deficit ius, ſed probatio. Lap. allegat.130.num.18. ver. ad ſecundam.

2 Amplia, vt quandoque ius producat actum ineſſe inutilem propter deficientem materiam, vt quia quandoque ius ſuccedendi remanet, ſed inane propter deficientiam bonorum. Lap.alleg.130. n.18.vbi ponit multa exempla, quæ videas.

3 Amplia, quia datur ſententia in poſſeſſorio pro actore, & eodem tempore in petitorio pro reo, & ſic ſententia poſſeſſorij inanis, & ſine effectu redditur. Lap. d.alleg. 130.num. 18. c.cum delicti, de cauſ. poſſeſſ.

4 Amplia, quia lex, quandoque admittit actum deriſorium, & inutilem, prout, quod creditor hypothecarius conſentiat alienationi rei ſibi hypothecatæ, ſine præiudicio ſuæ hypothecę, quod idem eſt, ac ſi non conſenſiſſet. l. 4.§. 1.ff.quibus mod.pign.vel hypoth.ſoluit.

5 Extende, quia verba inculcata ponuntur in contractibus, & quę inſunt tacite, quæ licet nihil operentur; tamen ad maiorem declarationem, & ad abundantem cautelam ponuntur.

Vide. Superfluitas verborum. Concluſione 896.

Vide. Abundans cautela non nocet. Concluſione 67.

Vide. Circuitus vitandus eſt, & quando ſecus. Concluſ.129.

Vide. Superfluitas ne inducatur. Concluſ. 895. cum duabus Concluſ. ſeqq.

6 Limita, quia regulariter, quando actus eſſet inutilis, & deriſorius, lex non dat robur, quod alias daret, vt in clauſula codicillari, quæ ſubſtinet teſtamentum nullum, & inducit fideicommiſſum, vt ſuccedant ab inteſtato, ſed reſtituant: ſecus ſi omnes fratres eſſent inſtituti, & omnibus facienda reſtitutio eſſet, quia actus eſſet eluſorius. Alexan. conſ. 26. Circa primum, num. 6. lib. 1.

7 Extende, quia regulariter ſuperfluis cautionibus non eſt vtendum. l.non cogendum. ff. de Procurator.

Vide. Superfluis cautionibus, Concluſione 897.

Vide. Fruſtratoria, & eluſoria non debet eſſe lex. Concluſ. 518.

Actus in dubio, quo nomine dicatur factus. Concluſ. CXLVII.

1 SOLVENS ſimpliciter debitum, quod poteſt dici ſolutum nomine ſuo, & nomine alieno, in dubio nomine ſuo ſoluiſſe præſumitur. l.& magis.ff.de ſolut.laſ. in l.pro hærede. §.Papinianus. * n.11.ff.de acquir.hęred.vbi dicit * communem.

2 Extende, vt procedat etiam ſi ſolueret pecuniam alienam quia in dubio ſuo nomine, non autem nomine eius, cuius eſt pecunia præſumitur acquiſiuiſſe, vel ſoluiſſe. Bald in l.qui aliena. C.ff quis alteri, vel ſibi, vbi Bald.

3 Extende etiam ſi præcederet mandatum, vt nomine Titij emeret, quia ſi emit ſimpliciter de pecunia ſua; ſuo nomine, non Titij, præſumitur emiſſe. Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. quæſt. 15. in fin.

4 Extende etiam ſi ex iſta ſolutione præſumpta nomine ſuo inducatur aditio hæreditatis, vel alius effectus ſimilis. laſ. dicta l.pro hærede. §. Papinianus.num.9.& ſeq.ver.adde quod ſimiliter. ff. de acquir. hæred.

5 Extende, quia frater, qui emit nomine ſuo, & fratris, & poſtea ſoluit ſimpliciter, cenſetur de ſuo, & nomine proprio ſoluiſſe: ideo habet actionem negociorum geſtorum contra fratrem. Dec. conſil. 348. De duobus, numero 4. vbi alios allegat.

Vide. Solutio de proprio facta præſumitur. Concluſ.337.

6 Amplia, quia ſocius ad mutuandum ſub vſuris, ſi mutuat ſimpliciter in dubio nomine proprio cenſetur mutuare: maxime quando non ſub vſuris, prout cantat ſocietas, mutuauit. Io. de Imol. conſil. 85. In caſu præmiſſo. numer. 2. Alexand. conſ. 132. Perlectis. num. 7. & ſeq. ver. tamen præmittis. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. ſuo tantum, dat concord.

7 Extende, quia is, qui fuit ſocius Titij finita ſocietate, ſi continuat mercimoniam, & illam exerceat etiam cum pecunijs Titij, quę remanſerunt penes eum, præſumitur nomine ſuo negociari, non autem nomine communi, vt prius. Alexan. dicto conſ. 132. Perlectis. num.7. & ſeq. per totum, vbi caſus. lib. 5. vbi apoſtil. dat concord. & tollit contraria.

8 Extende, quia contractus celebrati per ſocium præſumuntur nomine proprio. l. & magiſter. ff. de ſolutio. plene Florian. de Sancto Petro conſil. 21. num. 54. ver. imo plus; vbi, quod ſocius præſumitur emiſſe in dubio nomine proprio, & de propria pecunia. Bart. in l. Titium, & Meuium. §. altero. ff. de admin. tutor.

9 Reſtringe in caſu. l. qui negociationem. ff. de adminiſtr. tutor. in princ.

10 Reſtringe in eo, qui adminiſtrat aliena, quia ſi ſimpliciter facit actum, præſumitur de pecunia adminiſtrationis, & nomine prædicto ſoluiſſe. Crauett. conſ. 129. n. 3. qui dicit procedere, quando adminiſtrator non eſt diues.

11 Amplia, quia ſoluens præſumitur de proprijs pecunijs ſoluere. Dec. conſ. 132. In caſu propoſito, * circa fin. vbi dicit eſſe regulam * communem.

12 Et poſſidens in dubio nomine ſuo, & vti dominus præſu-

præsumitur possidere, non autem nomine alieno, vel iure fœudi, seu seruitutis. Alex.conſ.136.Viſo, & examinato.num.2.ver.ſed præmiſſis non obſtantibus. lib.1.

13 Limita, quia quoties nominatur persona, ad quam actus pertinet, illius nomine actus dicitur gestus, etiam si non exprimatur. Crauett.conſ.304. In diuisione bonorum.num.1.

14 Declara, quia si negocium pertineret, tam ad gerentem, quam ad personam nominatam, tunc in dubio nomine suo gessisse dicitur. Alciat.in regul. 2.præsumpt.24.num.13.

15 Extende vbicumque promittitur ratificatio eius, ad quem potest spectare gestum, quia illius nominis censetur factum. Crauett.d.conſ.304.n.1. ver.ſecundo dicitur.

16 Limita, nisi exprimatur alius, cuius nomine sit facta solutio, vel celebratus actus.

17 Limita, quia actus factus à Procuratore, vel administratore, etiam simpliciter, quando est super re pertinente ad principalem præsumitur nomine principalis gessisse. Alex.conſ.40. Circa primum. n.4.& 5.ver.ſecundo ſuppono.lib.5.

18 Limita in actu facto in exequutionem præcedentis, quia censetur secundum naturam actus præcedentis, & eo nomine factus. Crauett. conſil. 135.num.73.

Vide actus præsumitur in exequutionem tituli precedentis.Concl. 152.

19 Limita, quia actus attribuitur mandanti, non exequenti, & sic principali, non procuratori. Crauett.conſ.122.nu. 3. & semper mandans presumitur principalis, non autem procurator. Decian. conſ.11.num.3.lib.1.

20 Extende in actu omni celebrato à procuratore, quia semper refertur ad Dominum, communem *dicit Iaſ.in l.cum procurator.ff.de nou.operis nunciat.in princ.

Vide infra.Actus attribuitur ordinanti. Concluſ. 154.

21 Limita, quando verisimilitudo maior concurreret, quia eo nomine censetur gestus pro quo magis est verisimile.Roman.conſ.343.num. 9. & 10. vbi, quod si actus vno modo esset validus, alio modo nullus, presumitur valido modo; idem est si vno modo esset delictum, alio modo secus; quia valet eo modo, quo cessat delictum.

Vide. Actus factus ab eo, qui plures personas representat. Concl.prox.ſeq.

Vide. Actus presumitur in exequutione tituli præcedentis. Concl 152.

Vide. Procuratorio nomine, an proprio actus dicatur gestus, & qualiter cognoscatur. Concluſione 284.

Vide plene Maſcard.concluſ.38.Actus in dubio cuius nomine censeatur factus.

Actus gestus ab eo, qui plures personas representat, quo nomine censeatur factus. Concluſ. CXLVIII.

1 ACTVS gestus ab eo, qui potest ex duplici persona gerere illum actum, censetur factus eo iure, & ex ea persona, ex qua ille actus gestus valere potest. Bald.conſ.88.Ex infelicitate. ver.tu dic, libro primo.

Vide. Actus validus in dubio, supra Concluſione 136.

2 Contrarium dicit Io.de Imol.conſ.106. num. 2. vbi comprobat nullitatem laudi, quia is, qui potuit compromittere, vt tutor compromisit simpliciter, & sic nomine proprio, & consequenter nullum est laudum latum sine compromisso.

3 Declarat Bart.in 5.quæst. Adunantia; vbi, quod actus censetur factus nomine principalis, vt valeat, secundo contrarium, tertio distinguit, quod si potest illum actum facere nomine proprio censetur nomine proprio, si non potest nomine suo, censetur nomine principalis, vt valeat. vide infra num.16.& seq.

4 Amplia, quia actus, qui potest valere nomine proprio, & alieno, semper proprio nomine præsumitur celebratus, ideo numerans pecunias, vt soluantur per eum, qui recepit, tertio, vel personæ nominatę, vt in littera cambij, is, qui numerat presumitur principalis, & alter, cui debet fieri solutio procurator, vel adiunctus, non è contra. Bal. conſil. 349. Pactæ fuerunt. num. 6. verſ. amplius litteræ.lib. 1.

Vide. Procuratorio nomine obligatus, non tenetur de suo. Concl.823.

5 Extende, quia mutuans, vel numerans pecuniam nomine plurium, videlicet, vt restituatur tali, & tali: illi, quibus restitutio est facienda presumuntur adiecti solutioni, non autem pecunia præsumitur eorumdem. Bald. conſ. 416. num. 4. verſ. si vero numerat nomine plurium.lib.2.

6 Extende, quia socius acquirens, siue nomine proprio, siue nomine sociali, in dubio, de sua propria pecunia presumitur acquisiuisse. & socij habentes ratam emptionem, tenentur pro rata restituere ementi pretium, nisi aliter constet, quod pecunia erat communis. Ancharan. conſil. 134. Circa ea, de quibus, lib.5.

7 Declara, nisi essent socij omnium bonorum, vel omnes socij essent presentes, & ementes, quia præsumeretur pecunia socialis. Alex.d.conſ.134. in princ.lib.5.maxime nu.2.

8 Amplia, quando actus posset valere ex multipli ci persona, quia tunc præsumitur gestus ex ea persona, quæ primo loco fuit expressa. Bald.d.conſ. 88.in fi.lib.1.

Vide.Dignitati, vel officio, quando aliquid censeatur concessum, vel potius personę. Concluſione 434.

9 Declara, quia si adsunt verba talia, ex quibus constet, quod voluerit gerere actum ex omni persona, & quia liberando dixit, se liberare integre de omnibus, tunc censetur ex vtraque persona liberasse.Bal.d.conſ.88.in princ.lib.1.

10 Amplia, quia numerans pecunias nomine suo, præsumitur etiam dominus pecuniæ, & gerere actum de suo proprio. Bald.conſ. 416.Premittendum est.n.4.ver.restat igitur.lib.2.

11 Amplia, vt procedat etiam si quis nomine alieno numerat, quia si est Pater, qui numerat pro filio, vel maritus pro vxore, præsumitur numerans dominus pecuniæ.Bal.d.conſ.416.nu.4.ver.si vero aliquis.lib. 2.

12 Restringe in institore, vel procuratore. quia si nomine alieno numerat: puta, nomine Domini, præsumitur pecunia Domini.Bal. d.conſ.416.n.4. ver. si vero est institor.lib.2.

Restrin-

13 Reſtringe,idem in matre,quia ſi nomine filij numerat,pecunia præſumitur filij.Bald.d. conſi.416. nu.4.ver.Si vero mater, lib.2.

14 Amplia, quia ſi curator fuit datus cum decreto Iudicis non expreſſo defectu eius,cui datur Curator,ſi eſt demens, preſumitur datus dementi;ſi eſt minor præſumitur datus minori , vt diſpoſitio intelligatur in dubio ſecundum conditionem perſonæ.Petr.Anchar.conſi.83.Viſis diligenter,in prin.

15 Amplia in tutore,quia ſi emat nomine ſuo , vel etiam ſimpliciter, preſumitur ex ſua pecunia , & acquirit ſibi.Bart.in l. Titium.§.alteri, ver.ſi.vero dubitetur.ff.de adminiſtr.tuto.

16 Extende,quia tutor, qui compromiſit ſimpliciter,licet potuiſſet nomine pupilli,tamen quia non expreſſit,cenſetur nomine proprio compromiſiſſe. Io.de Imol.conſi.106.num.2. vbi dicit hoc procedere ad annullandum laudum.

17 Cõtrarium dicit,conſuluiſſe Io.de Anan.& pro declaratione vide ſupra nu.3. & nu.4.

18 Reſtringe in tutore,vel curatore in his, ad quę obligatur,quia ſimpliciter faciens, cenſetur facere nomine pupilli.Bart.in d.l.Titium. §. alteri. n. 2.ver.fallit, quia ſi aliter interpretaremur , dolus tutoris argueretur.ff.de admin.tutor.

19 Reſtringe,quando præceſſit mandatum teſtatoris vt faceret,quia ſimpliciter faciendo cẽſetur facere nomine pupilli,l.qui negociationem.ff.de adminiſtr.tutor.

20 Reſtringe,quando tutor , vel curator expreſſit nomen tutoris,vel curatoris,quia eo nomine in dubio cenſetur geſſiſſe.Bart.d.l.Titium.§. altero, nu.2.in fin.Abb.conſi.115.col.2.lib.2,

21 Amplia in ſoluente debitori ſuo pecuniam alienam,& quam accepit,vt ſolueret debitori tradentis,quia ſi ſoluat nomine ſuo, ea conſumpta liberatur à ſuo debitore,l.Caſſius,vbi Angel.Caſtrẽ. & alij.ff.de ſolutio.

22 Amplia,quia ſi aliquid concedatur filiæ,& hæredi pro dotibus , & alimentis omni meliori modo, vel cum iuramento;quod idem importat , cenſetur cõceſſum ei,vt filiæ,& ſic ſuo nomine:ideo nõ poteſt moleſtari in eo,quod fuit conceſſum à creditoribus hereditarijs.Io.de Imol.conſ.128.Viſis, ac ponderatis,nu.2.& ſeq.per tot.

23 Amplia è conuerſo,quia in dubio actus datiuus videtur importare vtilitatem , & cõmodum eius, cui aliquid conceditur.Io,de Imol.conſ.128.nu.2. in fin.ver.pro hoc,quia.

24 Amplia,quia in dubio ſolutio, vel actus cenſetur factus eo nomine, quo fuit expreſſum. Ideo ſi heres patris obligati dotare filiam ſpuriam,dicat quod talis hęres ſpõte,&c. Dotat,cẽſetur,vt hęres patris,licet nõ dicat hæreditario nomine facere. Abb.cõſ.115.Videtur primo.col.2.ver.quid autẽ.

25 Extende generaliter, quia vbicunq. fit mentio ,de aliqua qualitate,in aliqua diſpoſitione,quę habet alterare illam diſpoſitionem,actus videtur factus vigore illius qualitatis expreſſæ.Abb.d.conſ. 115.col.2.ver.preterea vbicunq.lib.2.

26 Extende ,quia donatio facta per patrem condemnatum ex laudo verſus filium ad illum emancipandum , & aſſignandum bona vſq. ad centum. Si pater emancipat,& donat bona pro centũ,iuxta formam laudi,in præmium emancipationis,attendi debet cauſa laudi, & in exequutione laudi, non autem verba Notarij,quod in prẽmium emãcipationis dederit quia ſunt per errorem,ex quo pater nihil debet pro emancipatione.Abb. conſil. 116.nu.3.vſq.in fin.lib 2.

27 Extende in ſolutione facta ab actore ad lites tutori , quia nomine officij expreſſi facta cenſetur, videlicet, de pecuniis pupilli,ita vt pupillo competat actio ad repetendum à tutore. Alex. conſil. 37.Viſo n.7.ver.Et hoc conſtet,lib.3.

28 Et procedit extenſio, etiam ſi in primo inſtrumento dicatur,quod Antonius actor ad lites,ſoluit tutori,&c.Et in ſecundo nõ fiat mentio de officio,ſed dicatur immediate Antonius prædictus, &c.Soluit etiam,&c.quia dictio,prædictus,repetit eaſdem qualitates officij,licet nõ ſint expreſſę in ſecundo inſtrumento ſubſequenti, poſt primum. Alex.d.conſi.37.nu.7.verſ.non obſtat, quod in dicto inſtrumento, lib.3 &.plenius nu.11.ver.Antonius prædictus.

Vide Concluſionem proximam prẽcedentem.

Vide.Procuratorio , an proprio nomine,Actus dicatur geſtus, & qualiter cognoſcatur. Concluſio.824.

Actus præſumitur geſtus ex cauſa neceſſaria potius,quam ex voluntaria . Concluſio. CXLIX.

1 ACTVS, qui potuit geri ex cauſa neceſſaria, & ex cauſa voluntaria, in dubio præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.Cravett.conſi.304. nu.5 ver.Actus enim plenius.conſi.125.nu.12. & conſi.106.nu.8.& 119.nu.12.& 272.num. 4. Abb. conſ.116.in fi.lib.2.Roman.conſi.247.Primo dici poteſt,col.2.ver.eſt igitur videndum.

Vide.Cauſa neceſſaria,& voluntaria ſi concurrant.Concluſ.149.

Vide.Neceſſaria cauſa preſumitur potius,quã voluntarię.Concluſ.149.

2 Amplia , vt procedat etiam in diſpoſitione legis,vt in dubio cenſeatur emanaſſe in cauſam magis neceſſariam. Bald. conſil. 35. Pater filio,poſt med. ver.facit , quia diſpoſitio , lib. 2. vbi vult quod ſubſtitutio verbis communibus facta filio impuberi,ſi deceſſerit ſine filijs, ſit potius pupillaris directa , quam fideicommiſſaria , quia per eam pater prouidet de teſtamento filio , qui non poteſt teſtari.

3 Amplia in inueſtitura Principis, quia potius ex cauſa neceſſaria,quam ex voluntaria preſumitur. Cravett. dicto conſil.135. numer. 12. & per totum.

4 Limita , quando concurrunt plures cauſæ neceſſariæ , videlicet , legis , & hominis,quia preſumitur actus geſtus ex cauſa neceſſaria inducta ab homine,veluti ſi pater promiſit filię florenos 150. pro dote,quia filia renunciauit doti maternæ: poſtea ſimpliciter pater ſoluat pro filia dotem florenorum 200. præſumitur ex cauſa promiſſorum florenorum prędictorum 150.Bald.conſi. 37. Quoniam re melius ver.Tertio vertitur,lib.2.

5 Contrarium tenet idem Bald. conſil. 38.Super primo, numer. 3. ver. Circa tertium, lib. 2. vbi quod in dubio, pater præſumitur ſoluiſſe ex neceſſitate,l.fi.C. de dot. promiſſ. & non in cauſam promiſſorum florenorum.150. quia officium paternum eſt dotare filiam.

Actus

Actus proximus quis dicatur in eo, qui attentat delinquere, vt dicatur deueniſſe ad actum proximum. Concl. CL.

1 REGVLA eſt, quod in delictis atrocioribus punitur conatus: licet non ſequatur effectus, quando deuentum eſt ad actum proximum, de qua regula.

Vide in ver. Delictum attentatum. Concl. 167.

In ver. Aſſaſſinium, quid ſit. Concl. 331. nu. 46. & ſequen.

2 Actus autem proximus in hac materia dicitur, actus facti, non autem actus verbi, vt per Franch. in cap. 1. nu. 7. & 8. de homicid. in 6. Fulgoſ. conſ. 149. num. 4. ver. ſupereſt de tertio.

3 Vide, quia in actu rebellionis actus proximus eſt verbi, prout acclamare, vocare, incitare. Bald. conſ. 131. Quidam Plebanus. lib. 4.

4 Extende, quia actus facto proximus dicitur, quando quis dedit venenum in poculo, vel exonerauit archibuſium, vel quid ſimile fecit, quia licet non perfecerit, tamen per eum non ſtetit.

Vide. Delictum, quando dicatur conſumatum, & quando attentatum. Concl. 166.

5 Extende, quia actus proximus eſt ſi vulnerauit aggreſſum, vel contra eum telum emiſit. Aret. qui ita videtur intelligere inſtit. de publ. iud. §. Item, lex Cornelia, & idem Carrer. in praxi criminali, fol. 138. num. 10. allegat Grammat. voto 9. quod requiritur, quod admenauerit, vel vulnerauerit.

6 Et quod ſufficiat aggreſſura. Bartol. in quæſt. 15. ſtatuto. col. fi. ver. non obſtat tertia.

7 Extende, quia dicitur actus proximus ſi aſſaſſini accepto mandato ad homicidium, ſe contulerunt ad locum homicidij committendi. Bald. in l. non ideo minus in 6. quæſt. num. 13. in fin. ver. & ſi dicas: vbi, quod ſolus tractatus, & ſola ordinatio non punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad alium actum ordinatum de per ſe ad ipſum factum. C. de accuſation. ſequitur Felin. in c. 1. de præſumpt. nu. 6. in fi. in tract. de conatu, in 3. fallent. verſ. quinimo. Marſil. conſ. 105. num. 6. verſ. præterea reſpondeo. Gramm. voto 8. num. 17. & deciſ. 30. nu. 8. Hieron. Cucalon. in addit. ad Decium. in l. non vult hæres. num. 7. circa med. apoſtil. ver. ſed vbi proceſſum eſt ad actum exteriorem. ff. de reg. iur. & fere omnes citat Gabriel. lib. 7. concl. crimin. 1. num. 14.

8 Et quod deuẽtum dicatur ad actum proximum ſi peruentum ſit ad locum maleficij, licet non fuerit maleficium perpetratum, neque deuentum ad alium actum proximum tenet Iacob. de Sancto Georgio in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. Caſſan. conſuet. Burgund. rubr. 1. fol. 14. ver. aduerte: vbi extollit dictum Iacob. tanquam Doctoris valentis, & ſingularis practici, & dicit, quod ita obſeruauit Mediolani, dum ibi eſſet Capitaneus Iuſtitiæ, quia fecit ſuſpendere conducentem aſſaſſinos duos, qui erat nobilis & duos aſſaſſinos, & hanc opinionem ſequuntur Iacob. Paul. Merenda conſ. crimin. diuerſ. 88. num. 12 & 13. lib. 2. in folio. Gabriel. d. concluſ. 1. de criminal. num. 13. Decian. d. cap. 30. num. 38. ver. Iacobinus autem. Brunor. d. quæſt. 34. num. 32. & Collegium Bononiæ conſ. 41. Inter conſilia criminal. in parua impreſſ. in fin. lib. 1. vbi dicunt, quod ex quo non acceſſit ad locum, neque alium actum fecit proximum non tenetur pœna ordinaria, quaſi contrarium, ſi ad locum acceſſiſſet, ſentiant.

9 Contrarium videtur tenere Bart. in dicta l. 1. §. hęc verba. ff. quiſque iuris; vbi Bal. & plene Angel. quod ex generali conſuetudine totius orbis eſt derogatum, quod non puniatur pœna ordinaria, affectus, niſi ſequatur effectus, ſed ſolum ſit punitio extra ordinem, & idem dicunt ibi Caſtrenſ. Alex. & Iaſon.

10 Declara, quia ſi delictum punitur ipſo iure, non autem facto Iudicis, tunc nunquam conatus, vel attentatum punitur de effectu, alias ſecus. Bald. dicta l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. & cum ſequitur ibi Alex. in fi. qui alios citat.

11 Declara, quando punitur ad inſtantiam partis, vel per inquiſitionem, quia ſemper punitur conatus; ſecus ſi per compenſationem. Alber. d. l 1. §. hęc verba, qui ponit plures declarationes. ff. quod quiſque iur. & ibi Alex. circa fi.

12 Declara in crimine læſę maieſtatis, vel oppugnatę Patriæ, quia ſolus conatus punitur, ac ſi eſſet ſequutus effectus, quia ſi expectaretur effectus, ſero medicina pararetur. Ita Angel. d. l. 1. §. hęc verba. quem omnes * ibi ſequuntur, videlicet Caſtren. Alex. Iacobi. Iaſ. & alij.

13 Mihi videtur, quod ex hac declaratione poſſit inferri etiam ad alia atrocia delicta, idem eſſe ſtatuendum, prout in aſſaſſinio: nam ſi debemus expectare percuſſionem, & vulnus, certe militat eadem ratio, quia ſero medicina paratur, poſt hominem mortuum, concurrente alia ratione, quia in aſſaſsinio ſubeſt ratio mali exempli, & turpitudinis, & quod execrabilius delictum inhumanum vix reperiri poſsit, vt pecunia homines interficiantur, & morti tradantur, prout dicimus de Iuda, qui pecunia tradidit Dominum Noſtrum, & laqueo ſuſpendidit ſe ipſum, & crepuit medius ſine pœnitentia. Hæc dixiſſe volui, non, vt poſt factum crudelitas inſurgat, ſed vt ante factum terror pœnæ retrahat à tanto delicto.

Vide. Delictum conſumatum, & delictum attentatum, qualiter puniatur. Concl.

Vide. Pœna mortis ob delictum non conſumatum, quando imponatur. Concl. 127.

14 Extende, quia actus facti; licet non ſit proximus, prout ſi iuit armatus animo interficiendi, ſi reperiebat, quia licet non repererit, tamen tenetur pœna ſicarij ordinaria, quæ eſt mortis, & multo magis, ſi per aſſaſsinium factum ſit. Angel. plene conſ. 14. per totum: vbi caſus eſt.

15 Reſtringe, quia actus facto non dicitur proximus; licet ſit præparatorius, ideo oſculum ſubreptum à iuuencula inuita, & acclamante, etiam in loco publico arbitrarie eſt puniendum. Afflict. deciſ. 276. num. 6. vbi ex mente Bald. & aliorum dicit, quod baſia, ſeu oſcula ad ſtuprum ſunt actus remoti, & probat ex gloſſ. in l. 1. ff. de extraordin. crimin. licet contrarium ſeruatum fuerit Mediolani.

16 Reſtringe, quia ad hoc, vt conatus puniatur pœna ordinaria, actus proximus debet eſſe multum propinquus delicto. Bal. in l. ſi quis non dicam,

rapere

rapere.n.1.col.2.in fi. post sextam oppositionem.

17 Idem tenet Salicet.in l.is,qui cum telo. num.6. ver aut in criminalibus,C.ad l. Cornel. de Sicar. vbi, quod actus debet esse proximus facto principali,& consumationi delicti.

18 Idem,Angel.consi.14.in prin.& Corne.cos.202. licet in hac nu.7.& seq.ver.nec obstant,lib.1. Vbi, quod actus proximus dicitur si insultauit,vulnerauit, vel offendidit, secus si tantum iuit armatus animo offendendi.

19 Idem Franch.d.c.pro humani num.8. de homicid.in 6.vbi requiritur actus facti proximus,& immediatus.

20 Idem Grãmat.deci.126.n.2.in fi.Carrer.in praxi criminal.tit.de homicid.§. sequitur de mandatario.n.9.vbi,quod actus debet esse multum principaliter propinquus delicto.

21 Idem Grammat.vot.8.nu.15.ver.& dicunt in specie, iuncto numer. 16. vbi, quod semper grauius punitur actus consumatus, quam non consumatus.

22 Idem Bosf. tit. de mand. ad homicid. quod actus proximus requirit insultum,vel percussionem, & idem Monticel. regul. crimin. 8. n. 14.

23 Idem,Couar.in Clem.si furiosus,in prin. nu.10. ver.secundus subijcitur casus,in fi.& in vers. Tertio proponitur,vbi requirit actum proximum, videlicet directum ad delicti consumationem.

24 Idem clarius Grammat. decis.38.nu.1.& 2.non omnis actus post tractatum,& ordinationem dicitur proximus delicto, quia datur actus facto proximus,& remotus, & propterea, vt idem Grammat.vot.8.nu.15.dicit,quod grauius punitur actus consumatus,quam non consumatus.

25 Restringe,quia tria requiruntur,vt conatus puniatur pœna ordinaria.Primum, quod deuenerit ad actum facto proximum.Secundum,quod non steterit per assassinum,quin consumaret delictum. Tertium,quod occidendus fortuito euaserit. Decian.tit.de manda.pecun.interced.c.30.num. 13. tom.2.lib.9.Brunor.à Sole q. 34. nu. 36.& seq.

26 Amplia,quia in crimine lesæ Maiestatis,in quo sufficit scientia,vel cogitatio quando sumus in primo capite, id intelligas dummodo deuenerit ad actum ab extra,vt quia iurauit, vel cum amicis communicauit, alias non. Castillion. consil. 10.in fin.

Actum gerens, vel acceptans dicitur se obligare secundum leges de illo actu loquentes. Conclusio. CLI.

1 ACCEPTANS ciuilitatem in loco aliquo censetur se obligasse ad omnia onera, ad quæ ciues loci obligantur etiam si ignoraret,quia censetur se subiecisse commodis, & incommodis de illo actu loquentibus.Alex.consi.157.col.penu. ver.quinimo,lib.2.Castrens. in l.si duo.in prin. ff. de acquir.hęred.Alex.cons.103. Visis scriptis.nu. 9.ver.& in proposito,lib.2.

2 Amplia,quia statutum augens, vel minuens legitimam,vel aliud disponens recipit interpretationem passiuam, vt censeatur approbare omnes dispositiones secundum ius commune de illo termino loquentes.Calder.consi.32.de testam. Aliss 361.

Vide.Statutum recipit interpretationem passiuam,extensiue,& intensiue.Concl.576.

3 Amplia,quia lex,vel constitutio mandans compromittentem non audiri super reductione laudi, si illi renunciauit,excludit condemnatum ex laudo,ne possit impedire exequutionem laudi,quia renunciando censetur se subiecisse constitutioni, ita disponenti contra renunciantes.Castren.cons. 255.primo,& ante omnia,col.1.in fin.lib.2.

4 Amplia,quia testator,vel cõtrahẽtes,facientes testamentum vel contractum censentur se conformare cum lege communi,& si extat statutum, vel consuetudo cum statuto,vel consuetudine loquentibus de illo testamẽto,vel contractu & hoc in dubio, vt per Bart.& alios,in l.hæredes mei,§. cum ita.ff.ad Trebell.

Vide.Testator in dubio censetur se conformare potius cum statuto,quam cum iure communi. Conclusio.136.

5 Extende,vt procedat etiam si lex sit pœnalis,super actu,vel contractu seruando, quia vltra quod contrahentes censentur se obligare legi pœnali, etiam non recedunt ab interesse de iure communi.Alex.d.consil.103.nu.8.lib.2.ver & dicit Bal.

6 Extende quia contrahentes contemplatione priuilegij Principis cẽsentur se obligare ad omnia in priuilegio contenta.Alex.d.consi.103.numer.6.& seq.ver.sed præmissis,lib.2.

7 Amplia,quia licet forensis non ligetur statuto, cui non subest,si tamen delinquat,vel actum spontaneum faciat in territorio censetur consentire, & se supponere statutis territorij prædicti. Alex. cons.44.nu.10.lib.5.

8 Amplia,quia adiens hæreditatem, censetur facere actum aditionis eo modo, quo lex disponit; ideo filius deducet legitimam,extraneus vero falcidiam,etiam si testator integra legata absorbentia totam hæreditatẽ,solui iusserit. Crauett.consi. 200.nu.5.ver.ad idem quod scribit.

9 Amplia,quia constituens dotem in loco,vbi viget statutum, quod maritus lucretur partem dotis censetur constitutionem facere,prout statutum disponit,etiam si præiudicaret in consequentiam alteri,prout fideicommisso,cui possit præiudicare. Crauett.cons. 186.nu.7.8.& 9. cum seq.

10 Amplia, quia procedit regula etiam in testamentis,quia testator disponens super aliquo termino,vel negocio censetur se conformare cum legibus,& statutis de illo termino, vel negocio loquentibus.Crauett.d.cons. 286. Præsens consultatio,nu.9.

11 Amplia, quia delinquens censetur se obligare legibus, & statutis punientibus delinquentes.Bal. in l.venia,nu.2.C.de in ius vocan.Alex.consi.158. Circa primum,in prin.lib.5.

12 Extende,quia imo præstans auxilium ei,qui frãgit pacem,teneatur de pace fracta,quia subijcitur, & cẽsetur se subijcere pœnis inflictis contra eum, quem adiuuat ad delinquendum.Felin. in c. sicut dignum,ver.nota.ex §.de homicid.Clar. in §. fin. quæst.90.in prin.ver.quinimo.

Vide.Delinquens quando excusatur,vel non,& an consentiat in pœnam.Conclus. 189.

Vide. Qualitas nocina attenditur, non quæ prodest & quando. Conclus.13.

Amplia,

13 Amplia, quia ſemper quod non ſubditus, prout Clericus, vult vti beneficio ſtatuti laicorum, debet neceſſario ſe ſubijcere ſtatuto: cuius beneficium vult conſequi. Alexand.conſ.209.Statutis.col.penult. num. 15.verſic.ſecunda principali ratione. libro 2.

Vide in ver. Statutum laicorum, quando ſeruandum in foro Eccleſiæ. Concl.584.

14 Amplia, quia mulier, quæ prohibetur legare ſecundo marito, plus, quam vni ex filijs primi matrimonij, & qui minus habuit. l.hac edictali.C.de ſecund.nupt. ſi conſentiat matrimonio ſecundo, in loco, in quo nigeat ſtatutum, quod maritus lucretur medietatem dotis, cenſetur conſentire in dictum lucrum medietatis contra legem, & ideo hoc ei non permittitur. Alex.conſ.158.Circa primum, in principio. lib. 5. vbi plura cumulat, & licet dicat, quod non debet abſtinere à matrimonio, tamen debet moderari lucrum, quia non poteſt alienare, & tenetur etiam procurare, ne ſequatur alienatio.

Vide in ver.Statutum ordinatorium, an omnes liget. Concluſ.458.num.7.& ſeq.

Vide plenius in ver. Statutum laicorum valet contra Eccleſiam 583.n.19. & ſeq. Concluſ. verſ. amplia quia ſtatutum laicorum bene ligat.

Vide. Cauſatiuè multa fiunt, quæ directe non conceduntur.Concl. 161.

Vide. Conſequens inducit neceſſarium antecedens, & e contra. Concluſ. 757.

Actus præſumitur factus in exequutione tituli præcedentis. Concluſ. CLII.

1 ACTVS geſtus in dubio præſumitur in exequutionem mandati præcedentis, quando non exprimitur alia cauſa.Alex.conſ. 25. num. 9. lib. 2.quod eſt repetitum. conſ.90. lib. 3.Viſo inſtrumento.num. 9. & ibi apoſtill. allegat. Alciat. reg.2. præſumpt. 24. ſequitur Marſil.in l. ſtatu liber.n.8.ff.de quæſt.Menoch.lib.3.præſumpt.49.n. 4. vbi late ponunt exempla.

Vide. Actus ſi fiat in exequutione alterius regulatur ſecundum primum actum. Concluſione 130.

2 Reſtringe, quando conſtat de contrario, vt quia aliam cauſam expreſſit, vel aliud mandatum. Bald.in l. ſi litteras.num.3.ver.quæro text.hic dicit.C.mandat.

Vide. Actus factus ex cauſa inualida. Concluſ. 126.

3 Et idem eſt in procuratore, in Iudice, in adeunte, & ſimilibus, quia ſi exprimant cauſam, quæ non ſubſiſtit: licet potuerint ex cauſa ſubſiſtente agere, tamen non valet actus. Ro.plene conſ.496. nu.4.& ſeq. vbi ponit exempla.

4 Amplia, quia Iudex in dubio preſumitur procedere ex ordinaria, non ex delegata poteſtate, quando nihil exprimit. Roman.conſ. 343.num.5. & 446.num. 4.

Vide. Iudex ordinarius, & delegatus ſimpliciter procedens quo iure. Concl.417.

5 Amplia, quia actus, qui poteſt interpretari factus ex titulo præcedenti magis vtili facienti, debet interpretari non ex titulo nocibili. Florian. conſil.21. num.42. & ſequen.

6 Declara, quia qualitas declarat, quo animo actus geſtus fuerit. Rom. conſ.247.Primo dici poteſt.nu.5.vbi ponit plura exempla.

7 Amplia, quia actus factus in exequtionem actus præcedentis cenſetur factus ſecundum naturam actus, & nomine præcedentis. Crauett. conſ.135. num. 13.

Vide.Titulus præambulus inducit præſumptionem actus ſequentis.Concl. 311.

Actus quando principio, vel fini attribuitur. Concluſ. CLIII.

1 ACTVS, qui poteſt conſiderari perfectus à ſui creatione, & ſic ab initio: licet expectet exequutionem à certo euentu, vel certa ſucceſſiuitate, tamen conſideratur, & attribuitur principio non exequutioni. Oldrad. conſ. 112. Statutum factum, vbi loquitur de obligatione verſus filium, dum eſt in poteſtate, vt acquirat Patri: licet ſolutio fieret poſtquam non eſt in poteſtate.

2 Idem eſt in applicatione fructuum beneficiorum vacantium infra quinque annos, quia ſi vltima die quinquennij vacet beneficium, applicatio iam eſt ſortita effectum: licet exactio fructuum ſit extra quinquennium.Oldrad. d.conſ. 112.

3 Idem eſt in alijs obligationibus, quę licet actionem non pariant, niſi in certum euentum: tamen ſufficit, quod iam ſit perfecta obligatio: licet exequutio actionis ſuſpenſa.Oldrad.conſ.114.Factum tale.ver.iuxta hoc etiam.

4 Et idem eſt in legato, quia refert, an tempus incertum adijciatur ipſi ſubſtantiæ legati, quo caſu eſſet conditionale, an adijciatur ſolutioni legati iam perfecti, quia eo caſu eſt purum, licet ſolutio differatur.Oldrad.conſ. 132. Titius habens, in princ.ver.fic, & referri.

5 Et idem eſt in ſtatuto applicante fructus beneficiorum fabricę ſimpliciter, licet quoad ius ſit purum, & habeat effectum ſimpliciter: tamen quoad perceptionem fructuum exactionem differt. Oldr. conſ. 150.n.5.ver.illa vero, vbi dicit eſſe magnam differentiam, quod diſpoſitio differat effectum gratiæ, uel exactionem fructuum.

6 Et idem eſt de donatione inter viuos collata in tempus mortis, vel poſt mortem, quę à principio eſt perfecta: licet exequutio differatur.l. cum hic ſtatus.§.ſiue autem res.ff.de donat.int. vir. & vxor.Oldrad.d.conſ.150.num.5.ver.illa vero.

7 Et idem dicitur de unione facta per Papam de certis beneficijs, cedentibus, vel decedentibus Rectoribus, quę fuit in totum effectuata; pręterquam quoad perceptionem fructuum, quod dicatur à principio valida: licet exequutio fructuum ſit dilata in tempus mortis Rectorum.Oldrad.conſ.223. num.4.ver.tertio mentem Papæ, circa fi.nu.7.ver. nec miretur quis, quia actus, & ſtipulatio dicitur pura à principio: licet actio, & exercitium non detur, niſi in certum tempus.

8 Amplia in contractu celebrato tempore prohibito, quia licet exequutio illius conferatur in tempus permiſſum, tamen attenditur ſubſtantia, & non exequutio actus. Bal. conſ. 254. In quæſtione prædicta, per totum.lib.4. vbi quod is, qui vendidit

dit merces, & non soluit gabellam cadit in pœnam, licet exequutio cõtractus sit collata in tẽpus nundinarum, quo tempore non soluitur gabella.

Contrarium tenet Bald. cons. 253. Licet istæ allegationes. lib. 4.

Vide uer. Principium, quando attendatur. Concluſ. 704. & concluſ. seq.

Vide. Finis, quando attendi debeat. Concluſione 336.

Vide. Datæ tempus attenditur. Concl. 19. & Datę tempus non attenditur. Concl. 20.

Actus attribuitur ordinanti, non exequenti. Concluſ. CLIV.

1 ACTVS regulariter attribuitur ordinanti, non autem exequenti. c. super litteris, de rescript. Rom. cons. 366. Quæritur, in princ.

2 Et ideo si minor pars exequitur illud, quod per maiorem partem Concilij, vel Capituli fuit ordinatum, ille actus minoris partis exequentis attribuitur maiori parti, quæ ordinauit. Roman. d. cons. 366. in princip. vbi apostill. prima in, ver. attribuitur.

3 Extende, quia actus attribuitur mandanti, non exequenti, & sic principali, non autem procuratori. Crauett. cons. 122. num. 3. & semper mandans præsumitur principalis, non autem procurator. Decian. cons. 11. num. 3. lib. 1.

Vide in ver. Actus in dubio, quo nomine. Concluſ. 147. num. 19. & seq.

4 Extende, quia si agitur de exequutione rei indicatæ ad litteras Iudicis ordinarij, actus exequutionis attribuitur Iudici scribenti, non autem Iudici exequenti, qui nullam habet cognitionem reuocandi, vel declarandi sententiam nullam.

Vide. Iudex vnius territorij. Concl. 466.

5 Amplia, quia agitur ex confirmante, non ex confirmato, ideo sententia confirmans debet exequi, non autem sententia confirmata, quia actus attribuitur confirmanti.

Vide. Confirmatio operatur. Concluſione 706.

6 Amplia, quia Iudex, qui tulit sententiam, ex qua oritur actio ex delicto, debet habere commoda, & regalias pœnarum, non autem Iudex exequens, secundum aliquos, sed secundum alios totum contrarium.

Vide. Iudex finito officio, quę commoda consequatur. Concluſ. 431.

Vide. Actus si fiat in exequutione alterius, regulatur secundum primum actum. Concl. 130.

Accursius Gloſſator, & diuersa de eo. Concl. CLV.

1 ACCVRSIVS gloſſator eximius, magister sententiarum appellatur à Bal. cons. 465. Vi sis dictis articulis. num. 9. lib. 4.

2 Gloſſas fecit tempore Federici Imperatoris de anno 1227. vt ipse attestatur in l. in causis, in gloſſ. in ver. tempus, & in uer. Secretarium. C. de accusation. Boer. decis. 321. num. 3.

Vide. Gloſsis, quando standum, & de auctoritate gloſſæ. Concluſ. 43.

Accuſatio, quid sit, & quid continere debeat. Concluſ. CLVI.

1 ACCVSATIO, est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam legitima interueniente ſubſcriptione, communem *dicit. Iul. Clar. in prax. crim. q. 12. in princ.

2 Vel sic secundum Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per accusationem, in princ. ficut actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. instit. de action. in principio: sic & accusatio est ius persequendi vindictam publicam. instit. de public. iud. in princ.

3 Et est potius officium Iudicis, quam actio, secundum magis *communem. Iul. Clar. d. q. 12. n. 3. ver. item quęro: vbi dicit, quod licet de iure sit actio, tamen quia hodie solemnitas accusationis est sublata, credit, quod sit potius officium Iudicis propter concomitantiam illius, ex quo Iudex potest hodie simpliciter inquirere, & inquisitio est officium Iudicis sine dubio.

4 Declara, quia si essemus in casibus, in quibus non posset procedi per inquisitionem, secus esset, quia tunc esset actio, non autem officium Iudicis. Clarus vbi supra, numero 3. vers. bene verum est.

5 Et Iudex procedens super accusatione dicitur procedere ex officio Iudicis, nobili, non autem * mercenario, secundum *communem, vt per Clar. d. q. 12. nu. 5. ver. scias autem.

6 Declara, vt per eundem Bar. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per accusationem, quod istud ius, quo sumitur vindicta publica, duplex est, videlicet, accusatio, & officium Iudicis, & istud officiũ Iudicis exercetur, quandoque per inquisitionem proprio motu Iudicis, quandoque per inquisitionem ad denunciationem alterius, nam super denunciatione inquiritur.

7 Hodie loco accusationis succedit querela, quę non requirit inscriptionem solemnem, sed alia requisita.

Vide. Inquisitio, & accusatio quid sint, & in quibus differant. Concl. 176.

8 Sumitur etiam accusatio pro libello accusatorio. l. si cui, in princ. ff. de accusat. Bartol. dicta extrauag. ad reprimendum. in ver. per accusationem num. 15. in fi.

9 Et si probatur vsus communis loquendi, aliquando importat chartam, in qua plures accusationes describuntur. Bar. in l. libellorum. §. sed si aliud. ff. de accusat. Franc. Aret. cons. 79. col. 2. ver. veruntamen ijs, &c.

10 Concluſio licet in libello ciuili sit necessaria: tamen secus est in accusatione, & libello criminali, in quo sufficit petere accusatum condemnari secundum formam iuris, & statutorum, absque certa expressione. Ita Iul. Clar. in praxi, quæst. 12. in fine. num. 21. vers. vltimo quęro: vbi reddit rationem.

11 Qualitatem à statuto inductam debet continere

Digitized by Google

nere, alias non procedit. Roma. consil. 144. Inquisitio, in prin. vbi apostill. magna in ver. Io. Andr. citat infinitos, & iterum Roma. consi. 152. præsens accusatio, col. 2. in fin. vbi, si statutum Florentiæ facit cessantem illum qui à centum libris supra decoxit non sufficit narrare, quod cessauit, nisi qualitas statuti, videlicet à centum libris supra exprimatur.

Vide. Qualitas aggrauans factum, vel delictum, multa operatur. Concluſ. 4.

Vide. Inquisitio, & accusario, quid sint, & in quo differant. Concluſ. 176. n. 4. Vbi quod hodie, accusatio abijt in desuetudinem, & succedit eius loco denuntiatio, vel inquisitio.

Accusatio quam solemnitatem requirat. Conclusio. CLVII.

1 * ACCVSATIO debet fieri in scriptis apud acta secundum * communem opinionem, Bart. in extrauag. ad reprimendum §. per inquisitionem. nu. 33.

2 Contrarium, quod sufficiat, quod detur in scriptis, vel quod notarius sumens eam in voce scribat. Salicet. in l. penul. n. 2. C. de accusat.

3 Declara, quia sufficit in praxi verbalis redacta in scriptis. Iul. Clar. in prax. crimin. q. 12. n. 7. ver. quæro quę sit forma.

4 Item requiritur dies, quo prorrigitur, & annus, nomen accusatoris, & accusati, species delicti, locus delicti, tempus quo commissum fuit, & inscriptio accusatoris, de quibus omnibus, in l. libellorum. ff. de accusatio.

5 De die porrectę accusationis, & anno, quod Notarius teneatur ponere, alias posset priuari officio, tenet Clar. in praxi crimin. d. q. 12. nu. 8. ver. præterea; licet dicat, quod multi tenent contrarium, sed tamen in q. 10. n. 2. ver. & ideo hodie, dicit, quod loco accusationis hodie succedit querela, quæ requirit omnia solemnia excepta formali inscriptione.

6 Item locus porrectæ accusationis. Bart. consi. 228. Catherina, in fi. lib. 1.

Vide plenius infra. Accusatio quam, specificationem requirat. Concluſ. proxima seq.

7 Amplia, quia si accusatio sit inepte formata, vt quia non habet suam formam, non potest dici accusatio, neq. delictũ in iudicio deductum, & super ea procedi non potest, & sequi debet absolutio. Bart. d. extrauag. ad reprimendum in ver. per accusationem. n. 27. ver. sed quæro. Roman. consil. 167. Antonius accusatus, in prin. quẽ sequitur apostil. ad Bart. vbi supra, in ver. Absolutio.

8 Amplia quia accusatio legitima, & solemnis requiritur, etiam in crimine læsæ Maiestatis, in quo potest procedi summarie, & de plano, &c. vt in extrauag. ad reprimendum, quę dicit per accusationem, inquisitionem, & denunciationem, tamen id debet intelligi de valida, non de inepta, licet in causa summaria non esset necessaria, & sic inepta deberet sufficere: respõdet, quod lex illa requirit adesse alternatiue accusationem, vel inquisitionem, & per consequens validam, ita Bart. in d. extrauag. in ver. per accusationem.

Vide. Inquisitio, & Accusatio quid sint, & in quibus differant. Concluſ. 176.

Accusatio vt procedat, quam specificationem requirat. Concluſ. CLVIII.

1 ACCVSATIO, & inquisitio falsi requirit specificationẽ loci, & temporis. l. libellorũ vbi Bart. ff. de accusatio. Alex. consi. 72. Inspecto diligẽter. n. 5. lib. 1. vbi quod requiritur annus, & mensis, * & est * cõmunis opinio. Clar. in praxi crim. q. 12. n. 9. ver. dixi: vbi, quod alias esset incerta; & plene Corra. in Breuia. fol. 224. n. 3. vbi, quod etiã si qualitas temporis, vel loci aggrauat, prout in die conceptionis exprimi debet, vbi tamen nu. 7. dicit seruandum esse stylum Curiæ.

2 Extẽde etiãsi adsit clausula, prout de veriori tẽpore cõstiterit, quia nihilominus requiritur, quod certũ, & limitatũ tẽpus sit expressum in accusatione. Alex. consi. 72. nu. 5. ver. & licet subdat. lib. 1.

3 Contrariũ, quod in crimine falsi non requiratur necessario locus, neq. tẽpus. Angel. Aret. in tract. malefic. in ver. falsario, ver. & tene menti tu Iudex, allegat glos. instit. de public. Iudi. in prin. & Bal. in c. 1. quib. mod. fœud. amitt. Hippolyt. Marsil. sing. 163. crimen falsi.

4 Extẽde etiã si agatur de crimine ciuiliter, quia * requiritur expressio loci secundum * cõmunem, de quo Clar. d. q. 12. nu. 10. ver. adde quod.

5 Extende etiãm si procedatur per modum exceptionis, quia in exceptione debet exprimi locus, & tempus commissi delicti. Clar. d. q. 12. n. 11. vbi dicit * communem, ver. & Ideo etiam.

6 Declara maxime, quãdo ipsa actio ciuilis infamat, tũc sine difficultate requiritur expressio loci, & tẽporis. Iul. Clar. d. q. 12. n. 11. ver. & hęc quidẽ * absq. dubio, vbi dicit * communem, & tenendam, quia causa dicitur grauis, quando infamat.

7 Ratio est, quia non posset probari contrarium pro defensa. Bart. in l. is, qui reus, ff. de pub. iudi. Signorol. consi. 242. n. 4. & n. 12. & idem dicit Clar. d. q. 12. nu. 9. in fi. ver. nisi enim.

8 Et debẽt specificari coherentiæ loci, & cõfinia. Iul. Clar. d. q. 12. n. 11. ver. est autem exprimendus.

9 Restringe, quia in Curia Romana non requiritur specificatio loci, & tẽporis, quando agitur ciuiliter. Clar. d. q. 12. nu. 11. ver. licet subdat.

10 Extende, quia locus debet specificari etiam per coherẽtias, licet sit locus iudicij publicus, & notorius. Bal. cõs. 54. Casus breuis. n. 3. ver. super eo. li. 1.

11 Contrarium seruari de consuetudine dicit Iul. Clar. in praxi crimin. q. 12. nu. 12. ver. sed pone, vbi allegat pro vtraq. & concludit sufficere locum notorium esse certum, vbi attestatur de magis * communi, & vera.

12 Declara quia non requirit specificationem diei insultus, vel vulnus à principio, licet teneatur specificare si accusatus imploret officium Iudicis, vt reus possit se defendere, vel debet articulare de vnico insultu, vt probatio ad defensam concludat. Bart. in l. is, qui reus, nu. 9. & seq. ff. de publi. iudi. Leonard. de Ceris inter cons. Signorol. 242. nu. 4. vide infra. nu. 22.

13 Contrariũ per plura tenet Signorol. consi. 243. n. 10. vbi, quod opinio Bar. est contra communem, quia se fundat super eo, quod actor teneatur ędere reo ad fundandam exceptionem, quod est contra communem, ideo ista opinio non est vera, & repetit cons. 244. nu. 20. & seq. vbi, quod nullo modo tenetur specificare, & quod opinio Bart. est fantas-

zed by Google

ſtica,& contra communem.

14 Extende, quia requiritur locus loci in inquiſitione.Gand.in tract.ſuo,rubr.qualiter fiat accuſatio, in princ.

15 Contrarium tenet Leonar.de Ceris,inter conſil. Signoroll.242.nu.17.ver.item allegat.

16 Extende, quia connexa crimini dicuntur pars criminis.l.ſemper.§.annus.ff.quod vi,aut clã.Igitur requiritur locus criminis,& locus connexi ad crimen.Leonard.de Ceris.d.conſ.242.nu.18.inter conſ. Signorol.

17 Cõtrariũ vero oſtendit Leonard.de Ceris inter cõſ.Signor.242.n.19.& ſeq.vbi reprobat extẽſion.

18 Reſtringe,quia non requiritur ſpecificatio loci, & temporis, quando accuſatio eſt de negligentia in denunciando delictum.Clar.d.quæſt. 12.nu.11. ver.eſt autem exprimendus.

19 Amplia,ut idẽ ſit in accuſatione turbatæ poſſeſſionis criminaliter,quia requiritur ſpecificatio loci,& temporis ad hoc,vt procedat, & locus debet etiam confinari,& terminari.Bal.conſ.441. In puncto proponitur,circa fi.ver.ſecundo quæritur,lib. 3.vſque in fi.

20 Declara,quia accuſatio ſi fiat ſuper turbata poſſeſſ.ex diffamatione,licet locus,in quem fit turbatio,debeat ſpecificari, tamen bene eſt ſpecificare, tam locum,in quo facta fuit diffamatio,quã etiam locum, in quem ex diffamatione fit turbatio. Bal. conſ.441.in fin.verſ.ſed quis locus,lib.3.

21 Amplia in accuſatione ſpolij,quia ſpoliatus debet ponere diem commiſſi ſpolij.Bald.conſ.441.in fi.ver.adde,quod dixit.lib.3.

22 Amplia in tantum ſpecificationẽ, & probationem ſpecificati tẽporis requiri in accuſatione pro ſubſtantia,vt ſi probaretur delictum,& non probaretur tempus non poteſt ſequi condemnatio.Alex. conſ.72.num.5.ver.& ideo probatio,lib.1.& conſ. 159.lib.6.quia varietas temporis,varietatem delicti inducit.

Vide.Inquiſitio quid ſit,& in quibus differat ab accuſatione.Concl.275.& concl.ibi prox.ſeq.

23 Declara,quia tempus delicti in accuſatione expreſſi, ſi plene non probatur non poteſt ſequi condẽnatio, licet conſtet de delicto, ſed tamẽ per vnũ teſtem inducitur inditium ſufficiens ad torturam. Angel.conſ.3.Publicatus eſt proceſſus, per totum.

24 Amplia,quia in accuſatione reſtricta,quod quis condemnetur ſecundum formam ſtatutorum videtur quis alia remedia omiſiſſe,Signor. conſ.240. In quæſtione,in princ.

Vide.Libellus non reſtringitur niſi actor ſe reſtrinxerit. Concl. 309.

25 Amplia in tantum eſſe neceſſariam expreſſionem temporis, & loci delicti parte opponente, vt Iudex poſſit compelliere non exprimentem, vt exprimat,quia tolleretur defenſio reo forſan probare volenti,quod illo die non fuit in loco.Clar.d.q. * 12.num.12. vbi dicit*communem.

26 Reſtringe, quando actor non recordaretur, & hoc iuraret.Clar.d.q.12.n.13.in fi.ver. ſcias etiã.

27 Reſtringe, quia licet teneatur, & compellatur exprimere, non tamen tenetur diem expreſſam probare,ita Clarus vbi ſupra.q.12.n.13.ver.intelli- * lige tamen: vbi dicit*communem.

28 Contrarium ſi expreſſit, cum non teneretur exprimere, quia bene tunc probare tenetur ſecun- * dum*communem.Iul.Clar.d.q.12.nu.14.verſ.ſed quid ſi accuſator.

29 Declara, quia ſi tempus expreſſum eſt de ſubſtantia, tunc debet probari, prout ſi delictum ex tempore oriatur,alias ſecus,maxime ſtãtibus clauſulis,non ſe adſtringens,&c.ſuper quibus,&c.Clar. d.quæſt.12.num.14.ver.quæ tamen concluſio.

30 Amplia in tantũ requiri ſpecificationem loci, & temporis in accuſatione,& inquiſitione,vt etiã ſi ſtatutum dicat, quod requiratur aliqua ſpecificatio in accuſatione, vel inquiſitione,adhuc tamẽ requiritur in probatione.Bart.conſ.172.Dubia.n. 10.ver.ſeptimum dubium.lib.1.

31 Limita in libello,& accuſatione vſurarij ad effectum annullandi teſtamentum,quia ſufficit deducere in genere,quod exercuit vſuras, & quod eſſet manifeſtus vſurarius abſque alia ſpecificatione. Bal.conſ.85.An in libello.lib.4.

32 Limita,quia procedit neceſſaria ſpecificatio loci,& tẽporis parte opponẽte;ſecus ſi pars nihil opponat,quia procedit ſine ſpecificatione.Iul. Clar. in prax.cri.quæſt.12. num.11. verſ. quam tamen: * vbi dicit magis* communem.

33 Limita in accuſatione turbatæ poſſeſſionis ciuiliter intentata,quia locus,& tempus non debet de neceſſitate ſpecificari.Bal.d.conſ.441.num.3.ver. ſecundo quæritur.lib.3.

34 Limita,quia ſufficit tempus per relationem eſſe expreſſum, ideo licet annus non ſit in accuſatione regiſtrata in libro,tamẽ ſufficit,quod id colligatus ex precedentibus, vel ſi in principio libri eſt annus.Signorol.conſ.242.n.13. quod eſt Leonard. de Ceris.

35 Secundo requiritur, quod accuſatio contineat ſpecifice crimina, pro quibus inſtituitur accuſatio:alias non procedit accuſatio generalis, etiam parte non opponente.Alex.conſ.72.n.11.ver.preterea de hoc exceſſu.lib.1.

Vide. Crimina opponens, quam ſpecificationem facere teneatur.Concl.1079.

Vide.Obiectus debent exprimi in appellatione extraiudiciali, Concl.7.

Vide.Libellus in criminali quam ſpecificationem requirat.Concluſ.32.vbi plenius.

Accuſatio quando requirat dolum & ſcientiam accuſati exprimi. Concluſ. CLIX.

1 REGVLARITER accuſatio debet continere expreſſe,quod accuſatus ſcienter,& dolose commiſit delictum.Bald.in l.2.C.qui accuſſ.non poſſ.

2 Declara,vt procedat in his,in quibus neceſſario non cadit ſcientia,vel dolus,quia tunc debet exprimi in accuſatione,& probari, prout in eo, qui dicitur opem præſtaſſe,ſecus in ijs,quæ de ſe includunt ſcientiam,prout in vulnerante. Felin.in rub. extra, de accuſat. Bar. in l.omnes. C. de agric. & cenſit.lib.11.

Vide in verſ. Dolus quando præſumatur, vel non.Concluſ.573. vbi, quod in omni delinquente præſumitur dolus,quia delictum eſt de genere prohibitorum,

Accuſare qui poſsint,vel non.Concluſ. CLX.

1 REGVLA eſt permiſſiua,ideo omnes poſsũt accuſare,qui nõ reperiũtur prohibiti,cõmunis eſt opinio

opinio, vt atteſtatur Iul. Clar. in praxi crimin. q. 14. in princ. & idem dicit Corrad. in praxi, ſeu breuiario, lib. 1. §. 3. nu. 9. & ſeq.

2 Et procedit argumentum ab accuſatore ad teſtem, quia regula teſtium permiſſiua eſt, niſi de iure reperiatur facta prohibitio, & qui non poteſt eſſe teſtis, non poteſt accuſare. Roman. conſi. 60. & conſi. 487. Corrad. in Breuiar. fol. 231. numer. 24. in fin.

3 Fallit hæc regula propter dignitatem, vt Clericus, & miles, itẽ propter defectum concernentem ſtatũ perſonę, prout filius familias, & ſeruus. Item propter defectũ concernentẽ ætatem, vt pupillus, & minor. Itẽ propter imbecillitatẽ ſexus, prout mulier. Itẽ propter indignitatẽ perſonæ, vt criminoſus, infamis, & ſimiles. Itẽ propter defectũ fidei, prout inimicus, pauper, vilis. Item propter reuerẽtiã filius, ſeruus, libertus, vaſſallus, &c. Item laicus non accuſat Clericum. Item propter amorem prout vxor virum, frater fratrem. Clar. dict. quæſt. 14. in prin.

4 Declara, quia iſtæ fallentię raro, vel nunquã admittuntur, quia Iudices cõmuniter procedunt ex officio, & per inquiſitionẽ, etiam ſi nullus accuſet, & ideo non reiiciunt Iudices quærelã prorrectã à quocunq. prohibito, quia imo aperit viam inquiſitioni quęrela. Clar. d. q. 14. in prin. verſ. ſcias tamen, vbi dicit, quod ſolum procedunt in caſibus de iure communi, vel quando ex forma ſtatutorum non poſſet procedere Iudex ex officio in certo caſu, & idem repetit q. 18. in prin. & nu. 3.

5 Declara ſecundo, quia omnes, qui accuſare non poſſunt, admittuntur, quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, & dicuntur ſui in hac materia omnes, contra quos non poſſet ferri teſtimo-
* nium, ſecundum * communem. Clar. d. q. 14. nu. 2. ver. volo etiam.

6 Imo ſui in hac materia dicũtur omnes parẽtes, & deſcẽdentes, patroni, patronę, liberi eorum, frater, ſoror, vxor, ſocrus, gener, nurus, vitricus, no-
* uerca, priuignus, & eſt * communis opinio. Clar. d. q. 14. nu. 2. ver. Tu vero dic.

7 Declara, quia in criminibus exceptis, quilibet poteſt accuſare excepto inimico. Corra. fol. 226. numer. 9.

8 Amplia, quia filij, ſiue ſint legitimi, & naturales, ſiue ſpirituales, & etiã filij naturales ex ſoluto, & ſoluta admittuntur ad accuſandum pro iniuria facta parentibus, & è conuerſo, & cæteris conſanguineis præferuntur, & idẽ in alijs filijs, qui nõ ex dãnato coitu ſunt procreati, ſecus ſi ſpurij, ex damnato coitu ſunt nati, quia admittuntur ſolum pro matre, vt idem Clar. d. q. 14. nu. 26. & ſeq. ver. quæro an filij.

9 Amplia, quia accuſatio fieri poteſt à quocũq. in criminibus publicis: in priuatis vero poteſt fieri, per eum, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur, ita vt ſi primus deſiſtat, ſecũdus poſſit accuſare Iul. Clar. in §. fi. q. 58. n. 3. & 4. ver. & ſcias.

10 Non tamen poteſt in crimine publico accuſare nomine alterius. Rom. conſi. 152. in fi.

11 Amplia, in damno dato, in quo non poteſt accuſare is, ad quem res damnificata pertinet, niſi iure dominij, vel poſſeſſionis ad eum ſpectet. Bart. conſ. 15. Viſa accuſatione, in prin. lib. 2.

Vide. Accuſare qui poſſint de damno dato, vel non. Concluſ. proxime ſeq.

12 Limita, quia frater nõ poteſt accuſare fratrẽ de falſo criminaliter, quia magnũ crimen eſt, Fulgoſ. conſ. 106. ſuper eo, de quo, in fi. ver. ad tertium.

13 Extẽde, quia id multo magis in ſorore procedit, quæ non poteſt accuſare fratrem. Fulgoſ. conſil. 106. in fin. ver. ad tertium.

14 Limita, quia regulariter non poteſt Procurator vel Syndicus, vel tutor, aut alius accuſare nomine alieno, quia debet nomine proprio accuſare, ſed
* ad vtilitatem principalis, * communẽ, dicit Clar.
* d. q. 14. n. 24. ver. Item quæro, vbi dicit * communem, licet in vniuerſitate admittat, quod imo poſſit Syndicus in criminali accuſare, & defendere
* pro communitate, & dicit * communẽ. Ratio eſt, quia ſublata hodie eſt pœna talionis. Ideo quilibet hodie accuſat per Procuratorem.

15 Limita, quia dignitas facit inhabilẽ ad accuſandũ. Ideo Clericus nõ poteſt accuſare vbi agitur de pœna corporis, alias eſſet irregularis, niſi in accuſatione proteſtetur. Clar. d. q. 14. n. 3. ver. dixi.

16 Extende idem, in militibus eſſe, quia non debent ſe immiſceri litibus, ſed militię, quod in militibus noſtri temporis, nõ ſeruatur. Clar. vbi ſubra n. 4. ver. Quæro etiam, & de iure poſſunt, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur.

17 Limita, quia defectus perſonæ obſtat, ne quis accuſet, prout in ſeruo, qui non accuſat, niſi certis caſibus, in filio familias, qui de iure ſine conſenſu patris non accuſat, neq. accuſatur ſecundum magis
* communem, quam tamen veram non eſſe dicit Clar. q. 14. n. 4. & 5. ver. ſed quid in filio familias: vbi, quod ſiue agat, ſiue excipiat, ſiue accuſatio ſit de crimine publico, ſiue priuato non requiritur conſenſus, patris, licet ſi adſit, bonum ſit.

18 Limita, quia defectus ætatis operatur, quod minor viginti annis non poteſt accuſare, niſi ſuã, vel ſuorum iniuriam proſequatur; maior vero viginti annis, licet minor vigintiquinq. poteſt etiam ſi ſuã, vel ſuorum non proſequatur iniuriam accuſare
* Clar. d. q. 14. nu. 6. & 7. vbi dicit * communem, licet dicat in fine, quod maior 14. indiſtincte accuſat de conſuetudine, & quod ita ſeruatur.

19 Limita, quia defectus ſexus, operatur, quod mulier non poteſt accuſare niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Clar. d. q. 14. n. 8. ver. prętera dixi, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per accuſationem, in prin.

20 Limita, quia defectus indignitatis perſonæ repellit, prout criminoſus, quia de iure Canonico repellitur etiam ſi nõ ſit diffamatus, neq. accuſatus, & ſufficit quod ſit in peccato mortali, ſecundum
* communem, de iure ciuili non repellitur, niſi ſit effectus infamis. Clar. d. quæſt. 14. nu. 9. & 10. ver. dixi quoque.

21 Si vero eſt diffamatus, ſed non accuſatus de iure Canonico non accuſat quãdo efficitur infamis, ſiue de iure, ſiue de facto, & de iure Ciuili repelli-
* tur ſolum quando infamis eſt infamia iuris; * cõmunem dicit Clar. d. q. 14. nu. 11. verſ. Secundus eſt caſus, vbi relatiue, quando dicatur infamis de iure, vel de facto.

22 Si eſt diffamatus, & accuſatus, & nomen non eſt receptum inter reos, quia non eſt facta litis conteſtatio, neque actus habens vim litis conteſtatæ, non poteſt accuſare de æquali, vel minori, ſed ſolum de maiori crimine, niſi ſuam, vel ſuo-
* rum iniuriam proſequatur, ſecundum * communem, licet contrarium in practica ſeruari dicat Clarus dicta quæſtio. 15. numer. 12.

ver. tertius eſt caſus, dummodo ſit conſtitutus, & præſens in iudicio, alias ſecus,

33 Si nomen eſt receptum inter reos, poteſt ſolum de maiori accuſare quemcunque, etiam ſuum accuſatorem, dummodo ſuam, vel ſuorum iniuriam * proſequatur, ſecundum *communem, de qua Clar. d.q.14.nu.12. ver. poſtquam autem, vbi an ſuper vtraq; procedat, & dicit, quod ſic de conſuetudine cauſa minuendarum litium, licet de iure communi maius delictum ſit primo terminandum.

34 Declara, quia nunquam admittitur accuſatio ipſius accuſati contra ſuum accuſatorem, niſi ſit accuſatus præſens in iudicio, quia deſtrueretur materia criminalis ſi audiretur abſens, ſed ſi eſt præſens admittitur, & ſi ſunt contingentia delicta ex eodem facto, ſimul etiam terminantur, ſi diuerſa, eſt in arbitrio Iudicis, vt procedat, vel ſuperſedeat, recepta fideiuſſione à ſecundo accuſato, & hoc ne ex calumnia accuſatus reaccuſet, vt accuſator deſiſtat, vel Iudex ex officio procedit ſuper omnibus delictis. Ita Clar. d.quæſt.14. n.12. ver. & hoc etiam dato, vbi plene; & quod Mediolani ita ſeruatur, licet in Regno Neapolis dicat, quod proceditur abſolute ſuper vtraque, & maxime quando ex eodem facto oritur accuſatio.

Vide. Accuſatus non accuſat ſuum accuſatorem. Concluſ. 164.

35 Et maxime hoc debet procedere in iudicijs, & interdictis duplicibus, in quibus vterque eſt actor, & reus, vt in §. penult. inſtit. de interd. prout eſt turbatæ poſſeſſionis, quia tale iudicium cum non poſſit terminari, niſi cognoſcatur quis melius probet poſſeſſionem. §. retinendæ. inſtit. de interdict. vterque audiri debet, & accuſare poteſt, quia eſt ſuper eodem facto. Bart. conſ. 112. Accuſatus. lib. 1.

Vide. Actor, quando, & in quibus caſibus reus exiſtat. Concluſ. 118. n. 31. & ſeq.

36 Si vero reus fuit abſolutus ab accuſatione, poterit ſuum accuſatorem, & quemcunque alium accuſare. Iul. Clar. d.quæſt. 14. nu. 14. ver. quartus eſt caſus,

37 Si fuit condemnatus, ita, quod non amittit famam, neque libertatem, neque Ciuitatem, poteſt accuſare. Clar. d.quæſt. 14. nu. 15. ver. quintus eſt caſus.

38 Si amiſit ex condemnatione famam, non tamen Ciuitatem, neq; libertatem poterit ſolum ob * ſuam, & ſuorum iniuriam accuſare, ſecundum * communem, quæ placet Claro dicta quæſt. 14. num. 15. ver. aut vero: licet ibi etiam de contraria communi atteſtetur, vt poſſit ſuum accuſatorem accuſare, etiam quod ſuam, vel ſuorum iniuriam non proſequatur, extraneum, ſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam.

39 Si amiſit libertatem, & Ciuitatem non poteſt, niſi cæptam accuſationem proſequi, vt ibidem * etiam dicit * communem.

30 Limita, quia excommunicatus pariter non ac- * cuſat, cum non poſſit agere in iudicio ſecundum * communem. Clar. d.q.14 n.16. ver. quæro.

31 Limita, quia ex defectu fidei (quia lex non confidit de inimico) quis non poteſt accuſare ſuum inimicum, quando capitalis eſt inimicitia, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Clar. d.q.14.n. * 17. ver. vlterius dixi, vbi dicit * communem.

32 Idem eſt in paupere, niſi ſit honeſta perſona, quia regulariter repellitur, ſi non habet valorem quinquaginta aureorum. Clar. d. quæſt. 14.n.19. ver. ſed hic etiam.

33 Limita, quia defectus ob reuerentiam obſtat, ne quis accuſet: ideo laicus non accuſat Clericũ, nedum criminaliter, ſed nec ciuiliter, niſi ſuã, vel * ſuorum iniuriam proſequatur, & eſt communis * opinio. Clar. d.q.14.n.21. ver. propter reuerentiã, vbi limitat, niſi verſetur ius publicum, prout quod Eccleſia male tractetur, quia admittitur.

34 Extende, quia Patronus non accuſat beneficiatum, ſed eum denunciat Superiori. Clar. d.q.14.n. * 22. ver. ſed nunquid, vbi de communi.

35 Extende in vaſallo, qui non accuſat dominum, niſi ciuiliter. Clar. d.q.14 num.23. ver. ſed quæro.

36 Limita, quia ſunt plures caſus, & plures perſonæ, quæ non poſſunt accuſare, & ideo competit exceptio accuſato. Corrad. in Breuiar. fol. 227. n.10. & ſeq. vbi ponit caſus 84. in quibus non admittitur accuſator, & ibi, & generaliter qui non poteſt eſſe teſtis, non poteſt etiam accuſare, vt ibi num.14. in fin.

37 Declara multis modis, quia prohibito accuſare ſi ante litem conteſtatam non opponitur exce- * ptio per accuſatum, valebit proceſſus, ſecundum * communem. Corrad. fol. 231. n.14. lib.1.c.9. §.3. de offic. Prætor. in crimin. allegat Areti. in c. 1. de * accuſatio. atteſtantem de * communi.

38 Limita, quia non valet accuſatio facta ab eo, cuius non intereſt, quando crimen eſt priuatum, etiam ſi pœna pecuniaria Fiſco applicetur. Rom. conſ. 152. Præſens accuſatio, in princ. vbi loquitur in ſtatuto Florentiæ de ceſſante.

39 Extende in furto, quia etiam de iure. ff. poterat criminaliter agi ad pœnã pecuniariã Fiſco applicandã, & tamen is, cuius non intererat, nõ poterat accuſare. Ro.d.conſ.152.col.2.ver.quia certũ eſt.

40 Limita, quia qui prohibetur accuſare, prohibetur nedum per ſe, & familiam ſuam, ſed etiam per alium quemcumque accuſare. Roman. conſ. 152. Præſens accuſatio. num.4. & ſeq. per tot.

41 Limita, quia ſocius criminis non accuſat ſocium: ideo mulier adulterata volens non accuſat adulterum, neque remittit iniuriam, quia conſenſit adulterio. Bart. conſ. 175. Domine Poteſtas. n. 2. lib.1. ver. præterea.

42 Limita, quia regulariter infames, ſerui viles, & mulieres non accuſant. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in ver. per accuſationem; vbi, quod eſt ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis, vt admittantur, ergo ius commune eſt in contrarium. l. famoſi. ff. ad leg. Iuli. maieſtat.

43 Limita, quia ſi accuſator patitur labi inſtantiam, vel ſi moritur, & alijs caſibus, non poteſt accuſare: de quibus infra Accuſator an poſſit deſiſtere. Concluſ. 167. num. 4. & ſeq.

Accuſare qui poſsint, vel non, de damno dato. Concluſ. CLXI.

1 REGVLARITER, qui vult accuſare de damno illato in re ſua, debet probare ſe dominum rei. Specul. de probat. ver. ſed pone ſtatutum.

Vide. Damnum accuſans debet probare ſe dominum. Concluſ. 12.

2 Amplia, quia is, cui non competit ius accuſandi non

di non poteſt obtinere. Corne. conſ. 122. Viſo d. puncto. col. 1. in fin. lib. 4.

1 Extende, quia ſi accuſatio non eſt rite formata, non poteſt ſuper ea ſequi condemnatio. Corn. conſil. 233. Conſtat quod in accuſatione. lib. 3.

4 Amplia, quia habens rem communem cum alio ſolus non accuſat vigore ſtatuti permittentis domino poſſe accuſare, quia non eſt vere dominus; ſed ficte. Bart. conſ. 90. Frater, in princ. lib. 2.

5 Amplia, quia ſolus pupillus ſine curatore, & ſolus curator ſine pupillo non poſſunt accuſare de damno illato. Bart. conſ. 90. per totum, lib. 2.

6 Limita in tutore, quia ſolus pro pupillo accuſat, & ſe inſcribit tutorio nomine, etiam in criminalibus. Iaſ. in l. pola. nu. 6. & ſeq. C. de his, quib. vt indig. vbi dat cautelam, ne teneatur de dolo, neque de culpa, vt communicet cum matre, & conſanguineis pupilli, quia tunc non tenetur, & Iaſ. ſequitur apoſtil. ad Bart. conſ. 90. Frater. lib. 2. in ver. ſciendum.

7 Contra cuſtodem beſtiarum, vel laboratorem, qui habet beſtias, debet fieri accuſatio quando animalia inferunt damnum. Bart. in l. nequid. ff. de incend. rui. naufrag. & habetur in auth. qua in Prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. vbi Bart. in vltima col. Socin. in c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſt.

Vide. Damni actio contra quos detur. Con. 11.

8 Extende, quia contra laboratores datur accuſatio damni, quando fuerunt moniti, quia ex mandato alieno non excuſantur; ſecus ſi non ſunt moniti. Alex. conſ. 36. n. 3. lib. 1 Iaſ. in l. de pupillo. §. nunciationem, in fin. ff. de noui. oper. nunciat. plene apoſtill. ad Alex. d. conſ. 36. num. 3. lib. 1. in ver. tignum, vbi diſtinguit.

Vide. Laboratores excuſantur. Concl. 2.

9 Declara niſi operarij, & laboratores eſſent conducti ad aliquid illicitum faciendum, quia tunc poſſunt accuſari de damno, & turbata poſſeſsione. Iaſ. d. l. de pupillo. §. nunciationem. nu. 7. ff. de nou. oper. nunciat.

10 Duo debent omnino probari, probatio poſſeſſionis ex parte eius, qui accuſat de turbata poſſeſſione, vel damno illato; item turbatio ex parte accuſati. Alex. conſ. 88. nu. 13. lib. 5. Papien. in forma libelli de turbata poſſeſſione, in §. hodie.

Accuſatio an poſsit fieri a pluribus & contra plures. Concluſ. CLXII.

1 ACCVSARE poſſunt plures pro eodem delicto in eodem libello, quando intereſt accuſantium ratione officij, prout ſi plures tutores eſſent. Clar. in praxi crim. quæſt. 13. in princip. vbi * dicit * communem.

2 Extende, vt procedat etiam, quãdo intereſt plurium ratione cõmunis iniuriæ, prout ſi ſeruus cõ* munis occiſus ſit. Clar. d. q. 13. vbi dicit * cõmunẽ.

3 Reſtringe, quando in diuerſis libellis vellent accuſare, quia non admittuntur. Clar. d. quæſt. 13. in * princ. vbi dicit * communem.

4 Reſtringe, quando non intereſt omnium ratione officij, neque ratione communis iniurię. Clar. * d. q. 13. in princ. vbi de * communi.

5 Declara vltimam reſtrictionẽ, vt procedat parte opponẽte, ſecus ſi nihil opponatur. Clar. d. q. 13. * in prin. ver. & hæc diſtinctio, vbi dicit * cõmunẽ.

6 Declara, quia plures, ſi vellent ſimul conſtituere vnum procuratorem, admitterentur, ſiue eorũ interſit, ratione communis iniurię, vel communis * officij, ſiue non; communem * dicit idem Clar. q. 13. ver. intellige.

7 Vide eũdem Clar. q. 14. n. 24. ver. item quæro. vbi, quod nõ poteſt accuſari criminaliter per procuratorem de iure communi, quia tenetur nomine ſuo accuſare ad commodum principalis, licet dicat non ſeruari, quia pęna talionis eſt ſublata.

8 Declara, quia ſi plures habent ius accuſandi præfertur is, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, & ſi omnes ſunt tales, præfertur proximior & ſi in pari gradu ſunt omnes admittuntur, inter extraneos Iudex eligit ipſe vnum ex plurib. Clar. in prax. quæſt. 15. n. 6. ver. ſucceſſiue.

9 Amplia in caſu conuerſo, quia poſſunt plures ſimul accuſari in eodem libello, quando agitur contra plures de eodem delicto, ſimul à pluribus commiſſo. Clar. d. q. 13. num. 2. ver. quæro nunc è conuerſo.

10 Extende, quia plura delicta etiam diuerſa poſſunt accuſari, quando intentantur contra vnũ tã* tum in eodem libello, & eſt communis * opinio. * Clar. d. q. 13. n. 3. ver. ſed nunquid, vbi de * cõmuni.

11 Reſtringe, quando eſſent diuerſa delicta, quia non poſſunt plures in eodẽ libello accuſari. Clar. d. q. 13. num. 2. ver. quæro nunc.

12 Amplia, quia eadem perſona poteſt accuſari ab vno de pluribus criminibus, ſiue diuiſis, ſiue coniunctis, & in eodem libello, & in pluribus libellis * accuſatorijs; communem * dicit Clar. in d. prax. crimin. q. 13. n. 4. ver. item quæro.

13 Extende, vt procedat tam coram eodem Iudice, quam coram diuerſis, ita tamen, quod ſi coram eodem Iudice eſt concluſum ſuper vno delicto ſuperſedendũ ſit ſuper alio diuerſo; ſi vero corã diuerſis Iudicibus, tunc nõ ſuperſedetur aliquo mo* do. Clar. d. q. 13. in fin. vbi de * communi.

Accuſari qui poſsint, vel non, & an ſemel accuſatus poſsit iterum accuſari. Concluſ. CLXIII.

1 REGVLARITER accuſari poſſunt omnes delinquentes. Iul. Clar. qui facit regulam in prax. crim. quæſt. 16. in princ.

2 Extende etiam ſi accuſatus ſit bãnitus pro alio delicto, quia poterit de nouo accuſari, & banniri, licet, ſi petat ſaluum conductum, debeat concedi, vt non poſſit pro prima condẽnatione moleſtari. Clar. d. q. 16. nu. 4. ver. ſed nunquid bannitus.

3 Extende, quia delinquens poteſt accuſari, & condemnari, non obſtante quod pęnitentia ductus ſe emendauerit, vel etiam abſolutus fuerit in * foro conſcientiæ. Clar. d. q. 16. num. 5. vbi dicit * communem.

4 Extende, quia officiales etiam ante ſyndicatum poſſunt accuſari, quando accuſantur de ijs, per quæ imponitur pęna priuationis officij, prout Bataria, alias expectandum eſt tempus ſui ſyndicatus. Clar. d. q. 16. n. 6. ver. præterea quæro, vbi * dicit * communem.

5 Extende, quia vniuersitas potest accusari, & puniri, & qualiter. Vide Clar. d. quæst. 16. numer. 7. & seq. ver. vlterius quæro.

6 Amplia, quia imo accusatus de vno crimine potest etiam accusari de alio crimine, tam ab alio, quam ab ipso primo accusatore, modo accusans in hac secunda accusatione suam, vel suorum iniuriã prosequatur, aliàs nõ. Clar. in praxi, q. 16. n. 2.

7 Declara, quia de consuetudine accusatus de vno crimine simpliciter, potest accusari de pluribus criminibus, ex quo per inquisitionem proceditur. Clar. d. q. 16. nu. 2.

8 Amplia, quia imo accusatus de vno crimine coram vno Iudice, potest etiam accusari de eodẽ crimine, coram alijs Iudicibus, quando est contumax coram primo, & poterit banniri, & condemnari à pluribus pro eodem delicto, & ad instantiam primi non debet supersederi, neq. fieri remissio. Clar. in prax. crimin. quæst. 16. nu. 3. ver. An autem, vbi dicit menti tenendum.

Vide. Contumax est deterioris conditionis. Concluſ. 1028.

9 Limita in accusato semel absoluto, quia iterum non accusatur.

Vide. Absolutus à delicto. Concluſ. 53.

Vide. Condemnatus semel non potest vlterius condemnari, & quando secus. Concluſ. 571.

Accusatus non accusat suum accusatorem, & quando secus. Concl. CLXIV.

1 REGVLA est, quia accusatus non accusat suum accusatorem.

Vide supra, in ver. Accusare qui possint. Concluſ. 160. nu. 22. & seq. vbi declaratur.

2 Restringe, quando accusatus à Titio, quod vulnerauit Seium suum seruum à mense citra excipit, quod imo accusator interfecerat eundem seruum, iam lapsis tribus mensibus, quia exceptio debet cognosci, tamquam præiudicialis, & supersederi in accusatione. Angel. Areti. consil. 62. In casu prædicto, nu. 14. ver. pro hoc.

3 Restringe in spolio, quia licet conuentus spolio vnde vi non possit reconuenire spoliatum, tamẽ reconuenit in quacunq. causa spolij, & sic in simili
* causa, secundum * magis communem, in c. fi. de ordin. cognitio. de qua attestatur Alex. consil. 94. Visis, in fi. lib. 5.

Vide plenius. Criminalis causa quando præiudicet ciuili. Concluſ. 1086.

Vide. Cumulatio in criminalibus, quando fiat. Concluſ. 1094.

Accusatio pro quibus delictis fieri possit, vel non. Concluſ. CLXV.

1 ACCVSARE potest quilibet delinquentẽ pro crimine publico. Clar. in prax. crimin. quæst. 17. in prin.

Et quæ delicta sint publica, & quæ priuata.

Vide. Crimina publica, quæ dicantur, & specialia eorum. Concluſ. 1075.

2 Amplia, quia quilibet habens interesse, vt quia prosequitur suam, vel suorum iniuriam, potest accusare delinquentem de priuato delicto.

3 Limita, quia pro delicto priuato, non admittitur accusatio, nisi ab eo, cuius interest. Clar. dict. q. 17. nu. 2.

4 Declara, nisi intercedat ratio publicæ vtilitatis, prout in tutore, qui potest accusari à quolibet, licet sit priuatum delictum, quia concurrit publica vtilitas. Clar. d. q. 17. n. 2.

5 Extende, quia pro furto, adulterio, & similibus non punitur fur, vel adulter, nisi is, cuius interest accuset, vel instet, & ita fuisse seruatum attestatur Clar. d. q. 17. in fi. quando non adest certa pœna imposita fisco, neq. afflictiua.

6 Restringe, quando pro delicto priuato imponitur pœna fisco applicanda, quia tunc ratione pœnæ dicitur publicum, seu mixtum crimen, & sic quilibet potest accusare, * communem dicit Clar. d. q. 17. nu. 3. versi. sed quid, vbi etiam docet contrariam communem, tamen ipse dicit affirmatiuam magis * communem, ne delicta remaneant impunita, & idem est si imposita est pœna corporalis, & idem quæst. 4. num. 4. ver. Quinimo, vbi, quod licet ignoretur dominus rei furatæ, tamen potest suspendi fur.

7 Imo plus dicit, quod si non extat certa pœna afflictiua, neq. fisco applicata, potest procedi ex officio ad pœnam extraordinariam secundum
* communem, licet fateatur, etiam vidisse seruari contrarium. Clar. d. q. 17. nu. 3. & 4. vbi late.

Accusator, quando teneatur, vel nõ se inscribere ad poenam talionis. Concluſ. CLXVI.

1 REGVLARITER accusator tenetur se inscribere ad pœnam talionis accusato de iure ciuili, secundum variam distinctionem pœnarum. Angel. conſ. 178. Io. de Anan. in rubr. extra de accusatio. Vbi, quod ad tria tenetur accusator, videlicet libellum offerrendum, ad pœnam talionis se obligandum, & ad litem prosequendam. Bald.
* in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſ. & est * cõmunis opinio. Iul. Clar. in prax. crimin. in quæst. 12. ver. dixi quoq. nu. 15.

2 Et ex communi distinctione accusationis hoc inest, quia accusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interuenien te subscriptione. Iul. Clar. in praxi crimin. q. 12. in
* prin. vbi dicit * communem.

3 Ratio est ad refrenandam temeritatem accusatorum, quia si non probarent, tenentur ad eandem pœnam. Iul. Clar. in prax. d. q. 12. nu. 15. ver. fuitq. hoc optima ratione.

4 Et hæc appellatur inscriptio, licet deberet rectius appellari subscriptio, & sunt synonyma inscribere, & subscribere, quia tãtum importat vnũ, quantum aliud. Clar. d. q. 12. nu. 15.

5 Forma huius inscriptionis, vel subscriptionis erat, quia accusator subscribebat se ad similẽ poenam, & promittebat prosequi accusationem vsq. ad finem, * communem dicit. Clar. d. q. 12. num. 15. ver. forma autem.

6 Contrarium hodie de consuetudine seruatur, quia non fit hæc inscriptio, vel subscriptio, quia cum hodie sit sublata pœna talionis, est etiam sublata inscriptio, vel subscriptio, & ita seruari dicunt

Digitized by Google

cunt plurimi, quos citat Clar. queſt. 12.num. 17. ver. cæterum hodie, & docet quæſt. 81. & quæſt. 32. num.3. & num.23.vbi, quod propterea accuſator auditur per procuratorem, quia ſublata eſt pęna talionis, vide infra.nu.24.

7 Declara, quia licet ſit ſublata pęna inſcriptionis ad pęnam talionis: tamen iſtud eſt quoad ſolemnitatem accuſationis,& hoc, ne impunita remaneant delicta,ſed tamen de iure communi non eſt ſublata pęna, neque conſuetudo tollit, quin ſi reperitur accuſator eſſe calumniator,poſſit puniri etiam in corpore,plene Clar. §.fin.quæſt.81. num.3. vſque in finem: vbi ponit exempla punitorum ſuo tempore.

8 Extende, quia nedum debent ſe inſcribere, ſed etiam debent accuſatores iurare de calumnia, fideiubere de proſequenda accuſatione, alias carcerantur,licet etiam hoc receſſiſſe ab aula, dicat Corrad.in Breuiar.fol.223. vbi late.

Vide. Pęna talionis,contra quos habeat locum. Concluſ. 231.

9 Amplia, vt procedat etiam de iure Canonico, quia accuſator tenetur ſe inſcribere, quando agit ad depoſitionem accuſati, ſecus ſi ad correctionem. Calderin.conſ.481.alias 3. de accuſat.

10 Ratio eſt, quia quando agitur ad depoſitionem pro crimine,cauſa dicitur criminalis,quando vero agitur ad correctionem etiam pro crimine quantuncumque graui,dicitur agi ciuiliter. Cald. d. conſ.481.alias 3 de accuſat.

11 Amplia in tantum accuſatorem debere ſe inſcribere in accuſatione ad pęnam talionis,vt licet ſe non inſcribat,poſſit tamen condemnari, quia ineſt à iure. Gemin.conſ. 26.Caſus.num.2.verſic. concludendo.

12 Amplia, quia hæc inſcriptio nedum eſt de iure ciuili. l. libellorum. ff. de accuſation. ſed etiam de iure Canonico, & ita ſeruari de conſuetudine atteſtatur Cardin. Alexandrin. in cap. libellorum 2. quęſt. 8.

13 Extende, quia in Curia Romana impetrans beneficium per priuationem alterius,ſubſcribit ſe ad pęnam talionis.Clar.in prax.crim. quæſt.12.n. 18. ver.ſcias autem.

14 Amplia,quia hęc ſubſcriptio ſi non fiat ſubintelligitur, & eo ipſo,quod datur accuſatio,vel libellus accuſatorius contra aliquem, tenetur pęna talionis, ac ſi ſubſcripſiſſet. Iul. Clar. dicta quæſt. 12, numero 19.verſic.de iure etiam ciuili: vbi dicit * communem de iure ciuili, ceſſante conſuetudine.

15 Imo de iure ciuili cum ſit data forma, vt ſe ſubſcribat, vel inſcribat, ſi hoc non fieret,eſſet nulla accuſatio, ceſſante conſuetudine,Clar.d.quæſt.12. n.19.ver.de iure autem ciuili.

16 Amplia,quia de iure ciuili etiam maritus accuſans vxorem, & e contra, licet præſumatur ob immenſum dolorem, & non ex calumnia accuſare: tamen tenetur ſe ſubſcribere, & inſcribere,communem dicit Clar.d.praxi crim.quęſt.12.num.19. ver. ſed retenta.

17 Amplia,quia mulier in caſibus, in quibus poteſt accuſare, de quibus Clar. in praxi. quęſt. 14. tenetur de iure ciuili ſe inſcribere ad pœnam talionis,communem * dicit Clar. d.quæſt. 12.num. 20. ver.quæro etiam.

18 Reſtringe de iure Canonico, quia mulier non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis in caſibus: in quibus poteſt accuſare, communem* dicit Clar. dicta quæſt. 12. num. 20. verſic. quæro etiam.

19 Limita in inquiſitione, quia non eſt neceſſaria inſcriptio.Io.de Anan.conſ.1.in princ.& communem * dicit Bologn. ibi in addit.nu.14.

20 Limita, quod ſi agatur contra delinquentem pro crimine, vt corrigatur,non autem, vt deponatur, non tenetur agens ſe ſubſcribere. Calder. d.conſ.481. alias 3.de accuſat.

21 Limita, vt idem ſit,quando quis denunciat crimen,quia non dicitur accuſare, maxime quando fit denunciatio ad effectum correctionis, vel remotionis accuſati,non autem ad effectum depoſitionis, & attenditur concluſio libelli, non narratio in hoc. Claderin. dicto conſilio 481. alias 3° de accuſation.

22 Declara, quia etiam ſi denunciatio fiat ad effectum deponendi denunciatum, cauſa dicitur criminalis, nec poteſt interuenire procurator. Calderin. dicto conſilio 481.in fine,alias 3. de accuſation.

23 Limita, quia iſta eſt exceptio dilatoria, ideo non releuat ſi opponatur poſtquam nomen rei eſt receptum inter reos. Bald. conſil. 421. Quedam mulier, in fine. lib. 5. Roman. conſil. 451. Quædam,in fin.vbi apoſtill.final.in ver.inſcriptio,quæ dat concord.

24 Limita, quia de conſuetudine inſcriptio receſſit ab aula,& non ſeruatur.Leonard. de Ceris inter conſil. Signorol. 242.numer. 14. & idem dicit Clar.in praxi crimin.quæſt.10.num.2.& quęſt.18. & quod hodie non ſeruetur de conſuetudine hæc inſcriptio, vel ſubſcriptio,pleniſſime Clar. in d. prax. quæſt. 12. num.16. ver. cęterum hodie: vbi erat infinitos de conſuetudine atteſtantes, & reddit rationem, quia cum ſit ſublata pœna talionis, de conſuetudine,eſt pariter ſublata inſcriptio, & ſubſcriptio ad illam pœnam:vbi dicit,quod idem ſeruatur in Regno Franciæ,præterquam in cauſis falſi, & quod ſit ſublata pęna talionis. Clar. quęſtion. 81. & quod ſit ſublata pęna talionis hodie. Clar. quæſt.14.num.24. in fin. ver. ſed poſtquam, & quæſtion.18.num.4. ver. & re vera. ſupra num. 6. & ſequen.

25 Limita in quærela, quia licet ſuccedat loco accuſationis, tamen non requirit inſcriptionem,ſed ſufficit, quod contineat nomen accuſantis, & accuſati,Iudicis,criminis commiſſi,in quo loco, anno, menſe, & diem porrecti libelli. Clar. d. quæſt. 10. num. 2.

26 Limita,quando per modum excipiendi,& ad effectum, vt quis repellatur à iudicio, vel ab accuſando, aut à teſtificando quis accuſat, quia non tenetur ſe inſcribere.Corrad.in Breuiar. fol. 233. vbi idem quando accuſatur quis ne ille admittatur ad beneficium, vel officium nondum aſſequutum,ſecus ſi eſſet admiſſus, quia tunc accuſans teneretur ſe inſcribere, quod ego crederem verum, quando ageretur, vt quis amoueretur à beneficio vel officio, in quo eſſet iam admiſſus,quod requiratur inſcriptio,ſi pœna amotionis eſt ordinaria; ſecus ſi extraordinaria.

Vide. Criminalis quando dicatur accuſatio, & quando ciuilis. Concl. 1082.n.26.& ſeq.

27 Pœna accuſantis,& ſuccumbentis in accuſatione eſt eadem pœna,qua veniebat puniendus accuſatus,quando delictum erat publicum,vt in crimi-

ne

ne lęſę maieſtatis,adulterij, & ſimilium.Alex.conſil.11.num.4.ver.ſuper 2.lib.1.

18 Si verò accuſatio eſt de delicto priuato,tunc accuſator debet puniri pęna extraordinaria Iudicis officio. Alexan. d. conſ. 11. num.4. verſ.pro alijs vero. lib. 1.

19 Reſtringe, quia accuſans, qui probauit delictum in accuſatione deductum, licet teſtes reijciantur propter infamiam perſonæ, non tamen condemnari poteſt ad aliquid,tanquam quod non probauerit. Bald.in l.1.C. de aduoc. diuerſ. Iudi. & in authen.generaliter. C. de Epiſc. & Cleric.Socin. conſ.118.col.antepenul.& vltima.

Vide. Pęna talionis, contra quos habet locum. Concluſ.231.

Vide plene per Maſcar.'concluſ. 24. qua pęna ſit afficiendus accuſans, qui non probauit: vbi, qui teneantur ad expenſas,& qui non, & quando excuſentur,vel non.

Accuſator an posſit deſiſtere ab accusatione. Conclus. CLXVII.

1 ACCVSATOR, qui iurauit proſequi accuſationem,non poteſt deſiſtere ab accuſatione maxime ſi ſatisdedit. Gemin. conſ. 26. num. 2. ver.imo quod fortius.

2 Secus ſi iurauit, vel ſi accuſatus non contradicit. Bald.conſ.275.Caſus talis eſt nutus, per tot. maxime in fin.lib.1. quod ita debet intelligi, licet ſimpliciter loquatur.

3 Vide, quia tenetur ſe obligare ad proſequutionem,& ad pęnam talionis ſe inſcribere.Io.de Ana. in rubr.extra,de accuſat.

Et vide. Accuſator quando teneatur, vel non ſe inſcribere ad pęnam talionis.Concl. proxima præceden.

4 Limita,quia ſi accuſator, permittit,quod labatur inſtantia cauſæ criminalis,non poteſt amplius * accuſare, communem * dicit Clar. in §. finali. quæſt.51. num. 8. ver. alia etiam: vbi, quod de generali conſuetudine, bene poteſt Iudex inquirere.

5 Extende, quia per mortem accuſatoris iudicium accuſationis extinguitur, ita vt neque hæredes ſint audiendi, communem * dicit Clar. §.fin. quæſt. 51.num.9.ver.pariter etiam:vbi,quod poteſt Iudex ex officio accuſationem proſequi, licet dicat contrariam opinionem benigniorem eſſe, quando non extat ſtatutum, vel conſuetudo,quod Iudex poſſit inquirere de omni delicto.

6 Extende, quia imo etiam ſi accuſator deſiſtat ab accuſatione, poteſt adhuc Iudex ex officio inquirere in caſibus, in quibus poteſt ab initio ſine * accuſatore inquirere communem * dicit idem Clar.in dicto §. fin.quæſt.51.num.11.ver.ſed quid ſi accuſator.

Vide.Accuſare qui poſſint,vel non. Concl.160.

Vide, quia poteſt puniri accuſator deſiſtens, in ver. accuſatus,quando accuſator deſiſtit. Concluſ. prox. ſequen.

Accuſatus an posſit abſolui, quando accusator deſiſtit ab accusatione. Concl.CLXVIII.

1 ACCVSATVS abſolui debet nedum ab impetitione, ſed etiam à criminibus quando acuſator deſiſtit ab accuſatione. Gemin.conſ.26. num.1.in fi.verſ. & ſi forte. nu.2.

2 Contrarium, quod imo hæc eſt differentia inter cauſam ciuilem, & criminalem per viam accuſationis, quia in criminali deſiſtente accuſatore Iudex poteſt procedere, & pro cautela fuit in Italia inducta practica, quia Iudex facit ſibi impartiri licentiam ab accuſatore procedendi in abſentia accuſantis, &valet.Bar.in extrauag. ad reprimendum,in ver. neglexerit,in fi.

3 Declara, vt procedat quando poteſt Iudex procedere ſolum ad accuſationem,ſecus ſi ex officio, quia tunc poteſt procedere Iul. Clar. in §. final. quæſt. 58. in principio,& numero 3.vbi,quod hodie de conſuetudine per totam Italiam procedi-tur ex officio.

4 Imo plus dicit,quod Iudex non tenetur incipere nouum iudicium de conſuetudine,quia per deſiſtentiam, & pacem, ſeu remiſſionem accuſantis non deſeritur inſtantia, licet de iure ſecus ſit.Clarus d.quęſt.58.num.3.ver.& ſcias.

5 Amplia, quia nec poterit vlterius inquiri pro eodem delicto ſemel accuſatus,& abſolutus,etiam quando accuſator deſtitit ab accuſatione, ſi modo is, qui vult de nouo accuſare eſt ſocius primi accuſatoris deſiſtentis.Bal.conſ.275.Caſus talis eſt, in fi,ver.quantum ad ſecundum.lib.1.

6 Declara, quia ſi principalis accuſator, ad quem ſpectabat accuſatio deſiſtat, vel tranſigat. poteſt alius ſequens in gradu, vel etiam tertius accuſare de nouo, ſi delictum eſt publicum, vel ſi proſequatur ſuam iniuriam. Clar. dicto §. final. * quęſt. 58. num. 4. verſ. ſed pone, vbi de * communi.

7 Amplia, quia ſi accuſator fecit tranſactionem, & pacem, in caſu licito cum accuſato,non poteſt vlterius moleſtari accuſatus, niſi vel Iudex procedat ex officio continuando proceſſum, vel niſi delictum ſit publicum, vel niſi alius accuſet proſequendo ſuam iniuriam:ita Clar.dicto §.fin.quæſt. 58. numro 3.& 4.

8 Extende,quia imo etiam ſi Iudex ex officio procedere poſſet, non tamen poſſet condemnare in pœnam ſanguinis,quando facta eſt pax, & tranſactio inter accuſantem, & accuſatum in caſu per-* miſſo,communem *dicit Clar. d. §.fin.q.58.nu.3. * licet dicat in contrarium magis *communem, & obſeruantiam.

9 Amplia, quia imo ſi accuſator non probat accuſationem, debet in expenſis condemnari officio Iudicis.Corrad. in Breuiar. fol. 231. num. 18. & ſequen. vbi ampliat tribus modis, & limitat quatuor modis.

Vide. Accuſator, an poſſit deſiſtere. Concluſ. præceden.

10 Limita,'quia ſi accuſator deſiſtat ab accuſatione poteſt puniri pœna Turpiliani S.C.etiam ſi deſiſtat in caſu, in quo liceat tranſigere, vel paciſci, quia non debet pati ſe corrumpi.

Curt.

Digitized by Google

* Curt. Iun.in l. transigere, nu. 29. vbi dicit* communem,& ibi Alex.num. 10. C. de transact.

11 Contrarium seruari in Ducatu Mediolani, dicit Clar. in praxi criminal. §.fin. quæst. 58.num. 3.in fine.

12 Limita, quia accusator,quando præsumitur calumniator,quia non probat, vel desistit, punitur.

Vide Mascard.concl.25.Accusator quando calumniator præsumitur.

Accusatio contra superiorem præsumitur ex inuidia. Concluſ. CLXIX.

1 ACCVSANS, & deferens Prælatum suum, præsumitur inuidiæ causa id facere.Oldrad. cons. 167.Ante omnia,in princ.

2 Amplia, quia præsumitur pro officiali, & contra eum plena probatio requiritur.

Vide. Officiales habent præsumptionem pro se, & multa priuilegia.Concl.96.

Vide. Præsumitur pro Iudice, & sententia, & quando secus.Concl.621.

Accusato in pari causa probationum fauetur. Concluſ. CLXX.

1 ACCVSATO in probationibus æqualibus faueri debet.Oldrad. cons.145. Quæritur si testes, in fine.

Vide. Fauendum reo, & quando.Concl.85.

2 Amplia, vt idem sit in reo, cuius probationes pares debent prævalere. Oldrad. cons.274. num. 2.ver. si vero testes.

3 Limita, quando accusatio continet delictum certo tempore commissum, quia si omnes testes probant delictum, sed in tempore omnes discordant,si vnus solus conuenit in tempore accusationis, est locus torturæ contra accusatum. Angel. cons.3.Publicatus est processus.

Vide. Actori fauendum; & in quibus. Conclusione 120.

Vide Mascard. dicta conclusione 24. maxime numero quinto, & sequen.

Accusatus, vèl inquisitus, an possit administrare. Concluſ. CLXXI.

1 ACCVSATVS, vel inquisitus,si habet Prælaturam, vel administrationem,pendente inquisitione,non priuatur administratione.

2 Limita, nisi à superiore, coram quo pendet inquisitio, sit prohibitus,quia tunc si contra prohibitionem confert, collatio est nulla. Geminian. consilio 15. in fine.numero 19.versic.si ergo Concilium.

Accusatus quando non possit condemnari,etiam probato delicto.Concl. CLXXII.

1 ACCVSATIO pro parte, & ad instantiam officialis loci nulla præcedente diffamatione,vel querela partis, vel denunciatione,de iure non subsistit,& processus ex inde factus est nullus ipso iure,etiam quod delictũ postea plene sit probatum.Ruin.consil.7.nu.2.lib.5.Clar. in praxi. §. fi.q.5.vers.scias etiam. Cephal. consi.204. nu.15. lib.2. Roman. consi. 110.Quæstio consultationis, col.2.ver.cæterum, vbi loquitur in inquisitione, & accusatione criminali.

2 Extende,quia sententia desuper lata est ipso iure nulla,& nullum producit effectum.Bart. & alij in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.Deci.in termi nis damnorum datorum.consi.83. in prin. & alij, quos citat Plot.in l.si quando.nu.24.C.vnde vi.

3 Declara,quia potest sequi condemnatio,etiam non præcedente diffamatione, quando accusatus, vel inquisitus confessus est, & non opposuit contra accusationem,vel inquisitionẽ aliquid. Rom. d.consi.110.col.2.ver.cæterum.

4 Amplia,quia condemnari nemo potest sine accusatore,& hæc est regula, quia iudicium consistit ex tribus,actore, reo,& Iudice, & iuxta illud Euangelij: Mulier quis est, qui te accusat? late Corrad.in Breuiar. §. 3. tit. de accusat. nume. 8. fol.225.

5 Restringe nouem modis, vt per eundem Corrad.tit.de notorio.nu.5.fol.238.

Vide.Inquisitio & Accusatio,quid sint,& in quibus differant.Concluſ.176.n.15.

Vide.Inquisitio vt procedat, quæ requirantur. Concluſ.179.& Concluſ. ibi seq.

6 Amplia,quia accusatus, vel inquisitus de delicto qualificato;puta, de nocte commisso, in quo duplicatur pœna propter qualitatem,licet probetur delictum, si non probatur qualitas, tamen debet absolui.Roman.d.consi.110.per totum,maxime in prin.vbi dicit * communem opinionem,& ibi apostill.in ver.absolutionem, plenissime Bart. q.17.iure municipali;vbi,primo,quod non potest puniri,secundo, quod imo possit, quia accusator videtur dixisse duo,videlicet,delictum,item de nocte,tandem soluit, quod debet absolui, & tollit omnia contraria.

7 Extende etiam,si accusans in libello petijt condemnari secundum formam iuris, & statutorum, ita Bart.d.q.17.iure municipali per,totam.

8 Extende in eo,qui fuit accusatus de stupro,quia licet confiteatur,quod attentauerit,si non constat, quod stuprauerit,tamen debet in totum absolui, & incipi nouus processus super attentato stupro, quia statutum disponens super stupro, non habet locum in attentante stuprum.Bart.plene,consi.39. Viso processu,vbi apostil.in ver.viso processu, & in ver.in eo, qui attentauit, lib.2. vbi citat concord.

9 Declara,quia si accusator, non vellet vlterius accusare,non posset compelli. Bart.d. consi.39. in fi.lib.2.

10 Extende, quia accusatus de spolio, vel turbatione cum dolo,si non probatur qualitas doli debet absolui.Bal.cõs.431.quia in accusatione.li. 4.

Vide

Digitized by Google

Vide Maſcard.Concluſ.28.vbi idem,quando teſtes accuſantur falſi,& corrupti, quia ſi vtrumq; non probatur debent abſolui.

11 Imo ſi reſpondens inquiſitioni, vel accuſationi,reſpondeat generaliter ſpoliaſſe, non cenſetur fateri qualitatem doli. Roman.conſ.455.In caſu, per totum, vbi apoſtill.in ver.exiſtimo.

12 Declara totam hanc materiam, quia in delictis, quædam ſunt qualitates preſumptæ à iure, prout, quod interficiens hominem,preſumatur ex dolo interficere, & qui dixit verba iniurioſa preſumatur animo iniuriandi, & iſto caſu, qui dicit contrarium debet probare. Aliquæ ſunt qualitates, in quibus ius non præſumit aliquid,prout in percuſſione,quæ non præſumitur cum armis, vel ſine, in furto lex nõ preſumit,an manifeſtum,vel non, & in iſtis ſemper ius præſumit, quod minus eſt, ideo non probata qualitate per aſſerentem,reus,vel abſoluitur,vel in eo,quod minus eſt tenetur. Bart. plene conſ. 42. Statuto Ciuitatis, per totum, lib.2. vbi pro vtraque allegat, & ita declarat, quod ſi ſtatutum imponit pœnam percutienti cum ſanguine lib. 200, quando medicus eſt neceſſarius, & centum ſi non neceſſarius, ius nihil præſumit,& qui dicit medicum eſſe neceſſarium probet, alias minor pœna attenditur.

13 Extende, vt idem ſit in accuſato de adulterio commiſſo doloſe, & per fraudem, quia licet probetur adulterium; tamen ſi non probetur dolus, & fraus deducta,debet abſolui.Rom.conſ.167.Antonius accuſatus.num.8.ver.premiſſa autem, vbi apoſtill.in ver. debeat,citat plurimos.

Vide. Adulterium præſumitur voluntarium. Concluſ.224.n.4.& ſeq.

14 Idem eſt in accuſato de furto manifeſto,quia ſi non probatur qualitas, licet probetur furtum; tamen debet accuſatus abſolui.Roman. d. conſil. 110. in princip.

15 Idem eſt in accuſato de inſultu cum armis, quia ſi probatur inſultus ſine armis debet abſolui. Abb.conſ.78.Viſo toto,col.fin.in princ. lib.1.

16 Idem eſt in accuſato de percuſſione cum ſanguine, quia probata percuſsione ſine ſanguine debet abſolui.Abb.d.conſ.78.col.fin.in princ.li.1. Bart.plenius conſ. 117. Accuſatio fuit,in prin.vbi pro vtraq; parte allegat,& hanc tuetur, quia ſententia debet eſſe contormis libello, & quia diuerſum eſt crimen ab intentato, & quia actore non probante reus abſoluitur, & quia in delictis attenditur qualitas minor, & quia promptiores eſſe debemus ad abſoluendum, &c. Bart. conſil. 103. Punctus quæſtionis. lib. 2.

17 Idem eſt in caſu conuerſo, quia ſi fiat accuſatio ſimplex de percuſsione, & nihil dicatur de armis, neque de ſanguine, & probatio ſit cum armis, vel cum ſanguine, & maior pœna ex qualitate imponatur, debet reus abſolui, ſi per accuſationem proceditur iſto caſu; ſed ſecus eſt, ſi per inquiſitionem procedatur, quia latiſsimum eſt officium Iudicis inquirentis. Bart.d.conſ.117. n.5.& ſeq.ver.ſed quid è contra.lib.1.

18 Extende, vt idem ſit, quando accuſatur quis cum armis, vel ſine armis,& deducitur qualitas; puta, cicatricis remanſuræ, quæ non probatur, vel è contra, quia debet ſequi abſolutio. Bart. d. conſ.117.n.6.& 7.ver.idem dicitur in ſimili.lib.1.

19 Idem eſt, ſi accuſatio fiat de falſitate commiſſa vno die, & probetur de alio tempore, quia debet ſequi abſolutio.nam quando delictum eſt reiterabile de vno tempore factum, non eſt de alio tempore. Caſtrenſ.conſ.168.Super primo,in princip. lib.1.& vide infra n.25.

20 Idem eſt in accuſatione facta de delicto commiſſo cum certo inſtrumento, quia ſi probetur cum alio inſtrumento aggrauante, vel minuente pœnam, debet ſequi abſolutio. Angel. conſ. 25. Pro deciſione, in princ. Bald. conſ. 425. Preſuppoſito quod. lib.5.

21 Idem eſt, ſi accuſatio continet locum,vel tempus certum, & probatur de alio, quia ſequi debet abſolutio.

Vide. Qualitas aggrauans factum,vel delictum multa operatur. Concluſ.4.

22 Declara, quia ſi adijcitur accuſationi aliquid extrinſecus neceſſarium, & cohærens, niſi illud probetur, debet dari abſolutoria; ſi vero adijcitur aliquid extraneum non cohærens, & non neceſſarium, tunc probato delicto, de eo poteſt ſequi condemnatio. Bart. dicta queſt. 17. in ver. ſolutio, in princ.

23 Amplia, vt procedant predicta, etiam ſi accuſator ponat in actis cautelam, quam ſolent facere, videlicet detraho qualitatem cum ſanguinis effuſione, & volo poſſe procedi de alijs, vel aliam ſimilem cautelam, quæ non valet poſt litem conteſtatam, quia ius quæſitum eſt parti. Bart. d.conſil.117. num.4. & ſeq. ver.ſed quia ad hoc,lib. 1. vbi pro vtraque,& dicit hanc veram.

24 Amplia, quia accuſatus de inſultu cum armis, & percuſsione cum ſanguine, ſi probetur inſultus ſine armis, & percuſsio ſine ſanguine, non poteſt condemnari ex illo proceſſu,ſed debet nouus proceſſus incohari. Bart.conſ. 103. Punctus quæſtionis.lib.2.vbi pro vtraque allegat,& hanc tuetur.

25 Amplia, quia licet in accuſatione non requiratur dies, ſi tamen fuit appoſita dies delicti, & probetur delictum alia die, non poteſt ſequi condemnatio, quia delictum vno die factum, non poteſt eſſe idem delictum factum alia die,& ſic cum ſint diuerſa debet ſequi abſolutio. Alex.conſ.159. In cauſa conſiderationum.num.2.& ſeq. ver.nam produxit.lib.6. & dixi ſupra num.19.

26 Extendit Alex.d.conſ.159. n.3. lib.6. vt procedat etiam ſi duo teſtes examinati deponant vnus de delicto,ſed neſcit diem. Alter vero dicat,quod fuit, vel de die contento in accuſatione, vel die ſequenti, quia non probant diem, & ideo accuſatus debet abſolui. Alex. d.conſ.159.nu.3. lib.6.

Vide. Agens ex vna cauſa,& probans ex alia non poteſt obtinere. Concluſ.244. maxime n. 49. & ſeq. & num 53.

Vide. Inquiſitio vt formari poſsit. Concluſione 180.

Vide. Inquiſitus de crimine qualificato quando poſsit condemnari, vel non. Concluſione 184.

Vide. Qualitas,quando eſt de ſubſtantia, debet probari, & exprimi. Concluſ. 16.

Adam formatus in agro Damaſceno. Concluſ. CLXXIII.

1 ADAM fuit formatus in agro Damaſceno. Oldrad.perfunctorie conſ.25. ver. ſed contrarium.

Adæqua-

Adæquatio quid fit, & importet. Concluſ. CLXXIV.

1 ADAEQVATIO vnius rei factæ ad alteram operatur,quod quicquid priuilegij habet res,cui fit adęquatio cenſetur communicatum rei adęquatę:Alex.conſ.58. In cauſa mota.nu.7.verſ. probatur ex magiſtrali doctrina.lib.7.

Vide. Clauſula in omnibus, & per omnia.Concluſ.354.

Vide. Aequiparatorum idem eſt iudicium, & quando procedat.Concl.308.

Vide. Priuilegium conceſſum ad inſtar alterius priuilegij, æquiparatur quoad omnia, & quando ſecus. Concluſ.763.

Adhærere alteri quis dicatur,&quid operetur adhæſio. Concl. CLXXV.

1 ADHAERERE dicitur alteri, quando quis ſe, & ſtatũ ſuum,vel particulare negocium colligat cum altero, vt ab eo defendatur, & dicitur confœderatio.Bald.conſ.491.Inter Marchiones,in fine.libro 5.

2 Et quod adhęrens dicatur ſubditus, & non ſubditus, qui eſt eiuſdem velle,late Iacob.de.S.Georgio de fœud.in ver.de adhęrentibus, & confęderatis.num.5. & ſequenti, vbi qui ſint confęderati, & qui familiares.

3 Duplex eſt adhærentia, vna per quam aliqui inſimul confęderantur, alia per quam vnus alteri ſubijcitur, quod non præſumitur, niſi agatur expreſſe.Bald.conſ.491.in fi.lib. 5.

4 Adhærens, & ſequax dicitur ille,qui operibus, & intentioni alterius adhæret.Angel.conſ.257.Inter capitula pacis, nu.5. ver. ijs non obſtantibus: vbi,quod ſi pax eſt facta cum pacto, quod omnes adhęrentes debeant liberari,debet etiam liberari ciuis ex vna parte,qui fuit proditor Ciuitatis pro alia parte,ſequitur Mart.Laud.tract. de confęder. & pace,q.52.tanta debet eſſe.

Vide.Confœderatus ad quę teneatur & quæ poſſit,vel non. Concluſione 922.

5 Reſtringe,quod ille,qui facto adhæſijt vni parti, & verbo adhæſijt alteri parti, prout fecit Co.Robertus,qui erat facto adhærens communi Florentiæ,& verbis Duci Mediolani.non poteſt tanquam adhęrens Duci comprehendi ſub tregua, vel pace. Angel. conſ.390. Cariſſime frater,per totum,maxime num. 3. ſequitur, & comprobat Iacob. à S. Georgio,de fęud.in ver.adhęrentibus, & confęderatis.nu.6.& ſeq.verſ.& vt melius intelligatis,vbi plura adducit.

6 Reſtringe,quia colligatus, ſeu confęderatus non dicitur adhęrens, ſed ſocius. Angel.conſ.391. n.4.ver.quartum membrum.

7 Et ſolent Domini Caſtrorum non potentes comuniter adhęrere Dominis, vel Ciuitatibus potentioribus,vt illos defendant, & quandoque etiã cenſum annuum ſoluunt potentiori pro defenſione ſuſcipienda.Rom.conſ.417.In caſu propoſito, in prin.vbi plena apoſtill. in verſ. in propoſito,citat plurimos concordantes,maxime Boer. deciſ. 213. Dominus de Stiſſaco. col. antepen.cum prœceden.

8 Et quando ſolutio cenſus ex hac cauſa adhæſionis,& tuitionis Caſtri eſt expreſſa,vel ab vtraque parte tacite ſubintellecta,dirupto Caſtro, ex quo ceſſat cauſa finalis defenſionis Caſtri,ceſſat etiam ipſe cenſus.Rom.d.conſ.417.per totum,vbi plura ſimilia adducit,& ibi apoſt.in ver.euaneſcit,citat Tiraq.ceſſante cauſa limit.21.n.4.

Vide. Ceſſante cauſa,ceſſat effectus, & quando ſecus.Concl.202.

9 Amplia,quia adhærentes, & ſequaces alicuius eſſe dicuntur,qui intentioni,&operibus eius adhærent, ideo Iudas fuit adhęrens inimicis Chriſti, quia tradidit Chriſtum Ieſum.Ang. conſ. 257.Inter Capitula.n.5.ver.his non obſtantibus.

10 Et proprie adhęrentes dicuntur,qui ſponte ſũt eiuſdem velle, cuius eſt principalis.c. ad Apoſtolicę,de re iud.in 6.auth.de alien.& emphi.§. œconomos, Bar.conſ.25.In dubium reuocatur. lib. 2. vbi apoſtill.in ver. adhęrentes,dat concor.

11 Amplia, quia adhærentes inimico meo dicuntur mihi inimici,puta adhæſio hoc operatur.Ang. conſ.377.Ex facto propoſito,in princ.

12 Amplia,quia ſubditi dicuntur adhęrentes,ideo Ciuitates,quę inuicem promittunt non offendere ſe ſe,neq;adhęrentes, intelliguntur de ſubditis,& de ijs,qui ſponte ſunt eiuſdem velle. Bart.d.conſ. 25.lib.2.vbi apoſtill.in ver.adhęrentes.

13 Sequaces qui dicantur,vide tex.in c. conquęſti, de ſen.excom.quę ad hoc citat Bar.d.conſ. 25.lib. 2. in fine.

14 Participes, aut ſe continentes,qui dicantur.Bartol.d.conſ.25.in fine.lib.2.allegat tex.in l. 1. C. ſi Rector Prouinc.

15 Caporales ſunt,qui caput, ſeu principium alicuius facti,vel rei tenẽt.Bar.d.conſ.25.in fi.lib.2.

16 Operatur adhæſio quia non debet aliquis Princeps,etiam PP. vel Imperator facere pacem cum inimicis niſi primo adhærentes,& ſequaces faciat optima ſecuritate gaudere.Angel.conſ.391.nu. 5. ver.& ideo nullus,& eſt tex.in c.ad Apoſtolicę,de re iud.lib.6.circa med.

17 Imo ſpeciale eſt in Papa, & Sede Apoſtolica, quia nunquã facit pacẽ, niſi adhærentes tuti ſint.

Vide. Pacis capitula,& conuentiones,qualiter interpretanda..Concluſ.178.

Adhærere quando quis dicatur appellationi. Concluſ. CLXXVI.

1 ADHAERENS appellationi alienę præſupponit appellationem præexiſtere, ideo ex actu prœcedente appellationem nõ inducitur adhęſio.Oldrad.conſ. 290.in princip. quia neceſſe eſt prœexiſtere appellationem, cui fit adhæſio. Oldr. conſ.330.num.5.ver.item quia ad hoc.

2 Adhęrere appellationi,proprie dicitur,qui virtute appellationis conſequitur ſuę intentionis effectum,& proprie dicitur adhęrens, qui fit cum appellante vnus ſpiritus.Oldrad.d.conſ.290.nu.2. ver. ſecundum.

3 Et adhæſio cognoſcitur ex libello, non ex articulis,niſi articuli eſſent loco libelli,prout in cauſa ſummaria.Oldrad. d.conſ.290.num.2.

4 Et requiritur mandatum ſpeciale ad adhærendum appellationi alienæ.Oldrad. d.conſ.290.n.2. ver.

Digitized by Google

ver. reſpondetur, & aliter, vſque in fi. vbi ampliat etiam ſi procurator eſſet effectus Dominus litis, quia intelligitur quoad authoritatem ſibi datam in mandato.

3 Et adhæſio non cadit in eo, qui ignorat appellationem. Oldrad. conſ. 330. num. 5. ver. item adhærentia.

6 Et neceſſe eſt, quod fiat infra decem dies adhæſio, alias non valet, Oldrad. conſ. 330. ver. & requiritur. num. 5.

Vide. Appellatio vnius quando profit alijs. Concluſ. 363.

Adiectus ſolutioni, & contractui, quis dicatur, & qualiter fiat. Concl. CLXXVII.

1 ADIECTVS dicitur ille, qui in contractu, vel poſt contractum adiungitur, quandoq; ſolutioni, & talis adiectus poſt contractum, cuius nomen in contractu ſolutioni fuit adiectum dicitur obtinere vicem procuratoris, ita ut inter eum, & adijcientem oriatur actio mandati. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig. Bald. conſ. 396. In libris theſaurarij. numero ſexto. verſic. interdum ex poſt facto. libro quinto, quod duplicatur. libro 1. conſil. 249.

2 Et intantum tenetur adiectus actione mandati verſus adijcientem, vt teneatur cedere iura adijcienti, vel cui ipſe voluerit. l. idemque. §. ſi cui. A, mandat. Bald. conſilio. 249. Super libris theſaurariæ. nu. 2. circa princ. ver. interdum ex poſt facto. lib. 1. & duplicatur. lib. 5. conſ. 396.

3 Amplia, quia etiam adiectus dicitur, qui ad ſtipulandum, vel chirographandum adijcitur, & ſi quidam ſtipulatur inutiliter obtinet vicem procuratoris. l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolut.

4 Si vero ſtipulatur vtiliter, & efficaciter ſibi, & tunc tres ſunt caſus, quia ſi conſtat eum eſſe adiectum, vt in eum transferatur obligatio, & creditum, & tunc fit nouatio in eum; ſi vero adiicitur, vt in eum, vel in dominum transferatur creditum, & tunc vtrique poteſt ſolui, & Dominus remanet creditor, aut dubitatur, & idem Bald. conſil. 249. num. 2. ver. nam interdum fit. lib. 1. & duplicatur. lib. 5. conſ. 396.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

Adiectus ſolutioni quid poſsit, Concl. CLXXVIII.

1 ADIECTO ſolutioni ſolui poteſt, & debitor illi ſoluens liberatur. l. vero procuratori. §. ſi. ff. de ſolut. vbi Caſtren. & alij, & iſta eſt regula, quam ponit Straccha in tract. de adiecto cum ampliationibus 28. & limitationibus 20.

2 Reſtringe, quia adiecto ſolui non poteſt ſi mutauit conditionem ſuam in deterius. Bar. in l. cum quis. ff. de ſolut. n. 1. vbi nu. 2. Idem ſi monaſterium ingreſſus fuiſſet.

3 Amplia, quia multo magis poteſt illi ſolui quando eſt adiectus in rem ſuam, & dicitur in rem ſuam, quando intereſt eius, qui principalis eſt, vt adiecto ſoluatur, & ſolutum remaneat apud adiectum. Pariſ. conſ. 107. Queritur primo. n. 32. lib. 3. vbi n. 34. dicit * communem, & quod talis adiectus ad commodum proprium dicitur procurator in rem ſuam, & habet vtiles actiones

4 Extende, quia licet adiectus ſolutioni regulariter non agat, ſed ſolum recipiat ſolutionem ſi ſibi fiat, tamen fallit quando eſt ad commodum proprium adiectus, quia etiam poteſt agere, cum ſit in rem ſuam. Pariſ. d. conſ. 107. nu. 47. & ſeq. ver. & ideo quamuis. lib. 3.

5 Amplia, quia nedum poteſt ſoluere debitor adiecto, & liberatur, ſed etiam fideiuſſor obligatus pro debitore recte ſoluit adiecto in principali obligatione, licet ipſe fideiuſſor nihil de adiecto dixerit. Caſtren. in l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi, aut Titio, in fi. ff. de ſolut.

6 Limita, quia adiectus non poteſt agere contra debitorem, vt ſoluat inuitus. l. quod ſtipulatus ita ſum. ff. de ſolut. l. ſed & ſi filio familias, in fin. & l. ſi vero. ff. de conſtit. pecun. facit gloſſ. in §. plane inſtit. de inutil. ſtipul.

7 Extende, quia quando fit obligatio, vt ſolet communiter de ſoluendo tali, & illi, qui ſcriptum præſentabit, non poterit preſentans compellere debitorem, tanquam adiectus ſolutioni. Neguſ. de pignor. in 5. part. princip. in 1. membr. ver. ſeptimo notandum eſt.

8 Contra extenſionem, & limitationem tenet Ruiz. conſ. 209. num. 9. lib. 1. Pariſ. conſ. 107. nu. 48. lib. 3. maxime ſi ſua intereſt, quia ex tali adiectione dicitur procurator in rem ſuam. Angel. in l. liber homo. §. fi. ff. de ver. oblig.

9 Limita in adiecto ſpecialiter ſolutioni, quia ſolum ſolutionem recipere poteſt, non autem agere. l. quod ſtipulatum. ff. de ſolut. l. ſed & ſi. §. ſi mihi, aut Titio. ff. de conſtit. pecun.

10 Extende, quia neque confiteri poteſt habuiſſe, ſeu acceptum facere. l. quod ſtipulat. ff. de ſolut.

11 Extende, quia non poteſt nouare adiectus ſolutioni ſimpliciter. l. cui recte ſoluitur. ff. de nouatio.

12 Extende, quia adiecto ſolutioni non poteſt conſtitui debitor. l. ſed & ſi. §. ſi mihi, & Titio. ff. de conſtit. pecun. quod intelligas, vt ſuo nomine eidem conſtituatur, alias ſecus eſt. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ſolutio.

13 Extende, quia imo neque ſolui poteſt adiecto in prima obligatione, ſi debitor conſtituit ſe alteri ſoluturum, & ſoluens adiecto male ſoluit. l. ſi vero mihi. ff. de conſt. pecun.

14 Declara niſi in conſtituto vtrique debitor conſtituatur, videlicet, principali, & adiecto nomine principalis, quia vtrique ſolui poterit. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de ſolut. in princ.

15 Item neque eius heredi, ſi adiectus moriatur. l. ſi ſtipulatus ſum mihi. ff. de ſolution. & liber. quæ eſt lex 81.

16 Item neque ſolui poteſt Domino ſerui adiecti ſolutioni. l. ſi ſtipulatus ſum mihi, quæ eſt lex 9. ff. de ſolut.

17 Reſtringe, quia adiectus poteſt deſignare perſonam, cui recte ſoluatur, & ſi creditor egit contra eum, cui ſolutum fuit, ex adiecti demonſtratione cenſetur ratificaſſe factum adiecti etiam nullum. Bald. conſilio 281. Ad euidentiam præmittendum. lib. 5.

18 Limita, quia adiectus non poteſt recipere fideiuſſorem, prout eſt tex. in l. ſi mihi, aut Titio. ff. de fideiuſſo.

Vide.

Vide. Iudex adiunctus quid possit. Conclusione 417.

Adiectus exigens qua actione conueniri possit.. Concluſ. CLXXIX.

1 ADIECTVS solutioni si exigat à debitore tenetur exactum restituere creditori, pro quo erat adiectus actione mandati, vel negociorum gestorum. Bal. conſ. 281. Ad euidentiam prę mittendum, in princ. lib. 5. Castren. conſ. 36. Satis clara. lib. 1.

2 Amplia, vt procedat etiam si adiectus alteri soluerit, quia creditor agit contra adiectum, adiectus vero contra alium, quem adiectum loco sui fecit. Bald. conſ. 281. ante med. verſ. talis ergo esset ordo. lib. 5.

3 Restringe, quando adiectus non adiecit alium loco sui, sed solum demonstrauit eum, cui putabat debere solui, quia si soluatur ei, qui non sit Dominus non tenetur adiectus ex demonstratione sola. Bal. d. conſ. 281. per totum, maxime in fi. lib. 3.

4 Restringe, quando creditor egisset contra eum, cui ex mandato adiecti fuit facta solutio, quia censetur ratificasse factum adiecti, & illum liberasse. Bald. conſ. 281. ante med. ver. sed ponamus. lib. 5.

5 Amplia, quia potest debitor soluere adiecto totum, vel partem, & ita liberatur pro parte soluta, sicut pro toto, nec potest conueniri à creditore debitor, sed debet agere contra adiectum. Castren. conſ. 36. Satis clara. lib. 1.

Adiecti potestas quibus modis finiatur. Concl. CLXXX.

1 ADIECTI potestas finitur morte, ideo eo mortuo hæredibus illius solui non potest. l. si stipulatus sum mihi, aut Titio. ff. de solut. in princ.

2 Amplia, quia finitur potestas adiecti per constitutum factum de soluendo soli creditori. Castren. in l. si ita stipulatus sim mihi, aut Titio. ff. de solutio. in princ.

3 Amplia, quia facultas adiecti cessat si principalis cum debitore litem fuerit contestatus, quia litis contestatio liberat à facultate soluendi adiecto. l. si quis stipulatus fuerit decem in mille. ff. de solutio. ita Bart. Angel. Castren. & alij in l. cum decem. ff. eod. tit.

4 Amplia, quando adiectus mutaret statum in peius, quia tunc illi solui non potest. l. cum quis. ff. de solut. vbi Angel. & alij.

5 Extende etiam si fiat Monachus, quia licet mutet statum in melius quoad se, tamen quoad Dominum mutat in peius, ideo reuocatur. Angel. d. l. cum quis. ff. de solut.

6 Amplia, quia adiectus solutioni reuocari potest de consensu contrahentium, qui illum adiectum fecerunt, secus si esset adiectus obligationi. Bal. conſil. 395. De principali. num. 5. ver. item Guido fuit adiectus. lib. 5.

7 Restringe, quia ista facultas auferri non potest ab vna parte tantum. Castren. conſ. 36. Satis clara in princ. lib. 1.

8 Limita, quia per simplex constitutum factum creditori non tollitur facultas soluendi adiecto in prima obligatione, nisi fit dictum. d. l. si ita stipulatus sim mihi, aut Titio. ff. de solut.

Adiectiua plura copulata quando concurrere debent, vel non, vt dispositio habeat locum. Concl. CLXXXI.

1 COPVLATA plura licet debeant concurrere, tamen fallit in verbis adiectiuis, prout si testator dixit in alijs bonis meis assignatis in partem, descriptis, & comprehensis, ac declaratis, & specificatis in tali instrumento, quia non est necesse, quod concurrant omnia copulata, sed ipsa adiectiua veniunt ampliatiue, & extensiue, maxime in materia fauorabili, & ideo adiectiua copulata augent. Alex. conſ. 20. Ponderatis. nn. 6. & seq. ver. tertio præsuppono. lib. 3.

2 Extende, vt quod dicitur de adiectiuis idem sit in qualitatibus, ideo si fiat legatum Doctoribus legum, & medicinæ, non est necesse, quod consequentes legatum sint Doctores, & legum, & medicinæ, quia qualitas in dubio copulata censetur ad augendum in materia fauorabili. Alexan. d. conſ. 20. num. 7. lib. 3.

Vide plenius. Copulata plura si requirantur non sufficit vnum. Concluſ. 1035. per totam, maxime num. 53. & seq.

Vide. Substantia actus requirens plura. Con- Concluſ. 773.

Additamentum sequitur naturam eius, cui adijcitur. Concluſ. CLXXXII.

1 ADDITAMENTVM non mutat naturam eius, cui adijcitur, imo sequitur eamdem naturam, & eamdem actionem imitatur, alias esset destruere, & non addere. Oldra. conſ. 131. n. 13. ver. & hoc, vt clarius.

Vide. Augmentum regulatur. Concl. 555.

2 Contrarium, quod qualitas, & additamentum reddat actum diuersum, & quando. Ant. de Butr. conſ. 66. col. 2. vsque in fi.

Vide. Augumentum, quando mutet substantiam rei augumentatę. Concl. 556.

3 Declara, quia si additamentum non auget neque minuit actum primum, cui fit adiectio tunc vera fit conclusio, quia censetur idem actus cum primo, si vero addit augendo, vel minuendo dicitur facere nouum actum. Roman. plene conſ. 45. per totum, vbi loquitur in adiectione causæ facta per Iudicem post latam sententiam, vt primo casu si causa inerat fit declaratio, alias si mutatur sententia non valeat, quia noua esset sententia.

Vide. Iudex ordinarius, vel delegatus. Concl. 432. num. 63. & seq. ver. limita, quia Iudex. vbi plenius declaratur.

4 Declara, quia additio, vel additamentum, quod venit ad interpretationem legis, vel statuti, aut alterius dispositionis, debet intelligi in casi-

Digitized by Google

ſibus,in quibus loquitur ſtatutum interpretatum, ita Alex.conſ.13.Circa primum.num.13.ver.præterea.lib.3. & ibi apoſtill.in ver.interpretatum, dat concord.& citat ad hoc tex. in l. nihil,de conju.cum emancip.liber.& dicit Alex.quod ipſa additio interpretatiua facta ſtatuto antiquo eſt repetita,&inſluit etiam in ſtatuto nouo facto in additionem antiqui.

5 Amplia , quia ſicuti referens eſt in relato, ita additamentum factum referenti ineſt in relato, quia illud, quod fit per modum additamenti efficitur pars illius, cui adijcitur.Boer deciſ.184. n. 3.cum alijs, in ver. Relatum eſt in referente vere, & proprie.ver.Amplia,vt procedat etiam ſi in referente.Concl.129.

6 Quia additamentum factum alicui ſtatuto , vel conſtitutioni pœnali cenſetur eamdem pœnam repetere,licet nihil dicatur . Dec. conſ. 90.in princ. allegat Card.in clem.ſtatutum.col.3. in 3.oppoſitio. de elect.

7 Contrarium tenet gl.in clem.quoniam,circa fi. in ver.ſanctioni,de vit.& honeſtat.Cleric.quem ad hoc allegat Dec.d.conſ.90.col.penul. in fin. verſ. item dictum Card.

8 Declara , quia procedit ampliatio in additione facta ad eumdem finem , ſecus ſi ad minuendum, vel diuerſum effectum,quia non ſufficit, quod adſint verba denotantia additionem ſi effectus eſt diuerſus.Deci. conſ.90.col.penul.ver. & primo non obſtat .

9 Amplia , quia Iudex , vel arbiter ſi addit aliquam ſummam ſummæ iam declaratæ, cenſetur addere cum eadem qualitate,quam habet ſumma, cui fit additamentum.Caſtren.conſ. 418. Dubitatio conſiſtit,per totum,lib.2. vbi ponit exempla.

10 Extende , quia pactum de lucranda dote comprehendit & augumentum dotis , quia augumentum recipit eamdem qualitatem.Caſtren.d. conſ. 418. circa med. verſ. ita non dixiſſent ſe addere, libro ſecundo .

11 Et territorium ſi augetur , conſuetudo territorij extenditur ad loca addita.Caſtren.d.conſ.418. circa med.lib. 2.

12 Amplia, quia ſi territorium Ciuitatis augetur, Caſtra , quæ veniunt in augumento confunduntur in tantum,quod idem ius eſt in augumento, quod in auctо,& hoc quando augumentum fit ſimpliciter,& non ſecundum quid.Anchar. conſ. 437. Iſta ſententia.num.3.

Vide.Prorogatio an inducat nouum actum, vel ſit idem cum prorogato.Concl.291.

13 Limita niſi additamentum repugnet ſubſtantiæ, cui adijcitur,quia tunc potius deſtruit,vt de pacto de non reuocando in cauſa mortis,de conuentione in prætoria ſtipulatione,& ſimilibus,quæ inducunt nouam diſpoſitionem,& nouam ſubſtantiam, quia ſibi non cõmunicant,nec inuicem compatiuntur.Oldrad.conſ.172.in princ. num.5.

14 Limita niſi additamentum ſit maius , quam principale , vt ſi Prioratus erigatur in Epiſcopatum , tunc omnia iura Prioratus realia tranſeunt in Epiſcopatum. Oldrad.conſ.267. per totum , & idem ſi Epiſcopatus erigatur in Archiepiſcopatum.Oldrad.conſ.239.

Vide . Qualitas diuerſa quando actum reddat principale diuerſum.Concl.3.

Vide.Prorogatio,an inducat nouum actum, vel ſit idem cum prorogato . Concl. 921.

Aditio hæreditatis quid ſit, & quando fieri poſsit , vel non ab incerto.Concl.CLXXXIII.

1 ADITIO eſt animi motus cum determinatione acceptationis,iuris,& facti adminiculo,& potentia concurrente. Bald.conſilio 349. Filiæ , an ſtare , in principio. libro 4.& ideo is , qui vult adire , neceſſe eſt , quod ſit certus , & concurrat cum opinione veritas , alias non valet aditio .

2 Et vocatur aditio in hærede extraneo,quia per eam acquiritur dominium rerum hæreditariarum, quod hæres prius non habebat , in ſuo autem, videlicet,in filio in poteſtate hærede appellatur immixtio , quia per prius ius habebat, licet non cum effectu propter beneficium abſtinendi conceſſum a Prętore, vnde dicitur immiſcere,quia continuat, quod habet,nec de nouo acquirit, ſed ad effectum deducit,& declarat,quod vult eſſe hæres cum effectu,vbi prius erat ſine effectu, plene Caſtren.conſ.363.Ad primum,prope fin. ver. & ſi dicatur.lib. 2. Alexan.conſ. 34. Viſo proceſſu, in prin.lib.3.

3 Amplia in tantum certitudinem requiri in adeunte , vt ſi ſperatur naſci poſthumus , etiam, quod non naſcatur poſtea, vel ſi non ſperatur naſci,tamen naſcatur poſtea, donec vel veritas , vel opinio obſtat,non poteſt fieri aditio per eum,qui eſt hæres , quatenus poſthumus non naſcatur , quia tria requiruntur, vt valeat , quod concurrat veritas , quia non naſcatur ; item quod eſſet communis * opinio , quod non naſceretur , Item quod adiens non hęſitaret , de quo vltimo ſtatur illius iuramento . Bald.conſ.349.in principio,& per totum,maxime in fin. ver. repetendo.libro 4.

Vide infra. Aditio hæreditatis debet eſſe certa. Concluſ.ſeq.prox.

4 Declara, quia valet aditio facta cum beneficio legis, & inuentarij,tanquam ſimplex aditio, licet ſit proteſtatum, quod non alias,neque alio modo adire intendebat , quando non fuit factum inuentarium,vel non legitimum. Crauett.conſ. 348. in princ.& 427.num.14.& ſeq.

5 Amplia, quia inſtitutus hæres ſub conditione ſi non impleuit primo conditionem , antequam adeat , vel non eſt certus de implemento conditionis,non poteſt adire, & aditio facta non valet, ideo omnia alienata, & geſta ab eo tanquam hærede non valent. Bal. conſ.319. Puncta ſuper quibus.num.2.ver. ſuper ſecundo,lib.4.

6 Reſtringe, quia ſufficit,quod ſit certus de implemento conditionis ex vehementi opinione,quę concurrat cum ueritate poſtea apparęte, prout in inſtituto in caſu,quod venter pręgnans pariat ſolam fœminam,certe ante partum in 7.menſe ſi poteſt opinari,quod fœmina naſcatur, & ita eueniat caſus,delata dicitur hereditas;vt ex ſtatuto trãſmiſſa dicatur mortuo hęrede ante partũ editum. Anchar.conſ. 354.Quidã Antonius.n.4.& per tot.

7 Amplia, quia ad hoc , vt hęreditas poſſit adirĩ requiritur, quod ſit delata , alias aditio eſt nulla. Anchar.conſ.390.Quia Eliſabet.nu.7.& ſeq.

8 Limita,quando eſſet dubium,an poſthumus eſſet naſciturus, & is, qui adiuit credidit,non naſciturum

rum, & ita fuit,quia natus non eſt,valet aditio, & hæreditas tranſmittitur. Bald.d.conſ. 349.circa prin.ver.ſi vero non eſt.lib.4.

9 Limita,quia ad effectum adeundi hæreditatem vehemens opinio concurrens cum veritate facit certum inſtitutum, vt poſſit adire in caſu conditionalis inſtitutionis, quia quando iſta duo concurrunt,poteſt adiri hæreditas delata. Anchar. d. conſ.354.n.5.ſed credo, quod illa vehemens opinio debeat naſci à communi opinione hæredis, quia ſequerentur multa abſurda, & ita declarat Bald.conſ.349.lib.4.

10 Extende,quia ignorantia eius, cui eſt delata hereditas non impedit delationem.Anchar. conſ. 354.num.6.quia ignoranti acquiritur, & defertur hæreditas.

11 Extende, quia negligentia hæredis,cui eſt dilata hereditas,non impedit delationem fieri. Anch. conſ.354.num.6.

12 Odioſa eſt aditio hæreditatis, ideo repudiatio inducitur in dubio,potius, quam aditio.Signorol. conſ.165.num.36.

Vide.Hæres ex quibus dicatur repudiaſſe hæreditatem. Concluſ.40.

Aditio hæreditatis debet eſſe certa. Concluſ. CLXXXIV.

1 ADITIO hæreditatis debet eſſe certa, & non obſcura,ideo tenetur hæres declarare quo iure adiuerit,an ex teſtamento,vel ab inteſtato, quando hoc non expreſſit Bald. conſ. 200. Berta ſciens,circa med.verſ.vel dic,quod. lib.1.

Vide. Aditio quid ſit. Concluſ.præceden. num. 3.& ſequen.

2 Et non poteſt fieri aditio ſub conditione, quando eſt dubius de morte eius,cuius hereditas eſt delata,& ſi adeatur aditio eſt nulla.quia eſt actus legitimus,qui non recipit conditionem.l. actus legitimi.ff.de reg.iur.

3 Et idem eſt quando ſub conditione adijt, quia neſcit ex quo teſtamento adierit. l. eum qui duobus.§.fi.ff.de acquir.hæred.Rom.conſ.403.nu. 19. & 20.ver.præterea.

4 Declara, quia quando hæres dubitat de iuribus viriuſque teſtamenti, ſi duo ſunt,vel dubitat an teſtamentum ſit verum,vel falſum, adeo quod dubitatio percutit delationem hereditatis, tunc dubius non poteſt adire.Ancharan. conſ. 203. num. 3.ver.non obſtat: quod eſt ſubſcriptum à ſex Doctoribus, & idem dicit Ancharan. conſilio 257. per totum.

5 Si vero dubitat,quod illorum ſit validum, & in genere cogitat ſe velle eſſe hæredem,ex valido tenet aditio. Rom. conſ.403.Pro deciſione.num.12. ver.tertio quia allegat.l.eum,qui duobus.ff.de acquir.hæred.& ibi gl.ſed tamen Rom.num.20.dicit quod ille text.facit contrarium. Tu diſtingue, vt in illo text.cum gloſ.

Vide infra.num.46.ver.limita.

6 Extende declarationem,vt idem ſit quando hæres dubitat ex quo capite ſit delata hereditas, an ex teſtamento,vel ab inteſtato. Anchar. d. conſ. 203.num.3.

7 Reſtringe, quando dubitaret hæres ſolum ex quo teſtamento ſit hæres, an ex primo, vel ſecundo, quia ex quo non dubitat, quin ſit hæres, & ex teſtamento.licet ignoret,an ex primo,vel ſecundo tamen valet aditio, quia argumentum ſemper eſt verum,ſi non ex primo, ergo ex ſecundo, ſi non ex ſecundo ergo ex primo.Ancharan.d.conſ. 203. nu. 3.&4. verſ. ſed in propoſita,quod eſt ſex Doctorum.

8 Contrarium videtur tenere Ancharan.d.conſ. 357.per totum.

9 Bene poteſt iterum adiri quãdo eſt certa mors. l.qui hereditatem. ff. de acquirenda hæreditate.

10 Amplia,vt procedat in quocunque hærede,tam ſuo,quam extraneo, quia ſi eſt factum teſtamentum,& ipſe ignoret non poteſt adiri ex teſtamento, quia illud ignorat,neque ab inteſtato, quia adeſt teſtamentum, quod ignorat. Bald.conſ.451. Quid habeat probare,in prin.lib. 3.ſecus ſi ſciret teſtamentum,& vellet adire ab inteſtato, & ſi in teſtamento non habet ſubſtitutum, quia cauſæ teſtati poteſt renunciare. Fulgoſ. conſ. 70.num. 5. ver. illud quoque ſingulariter Alex.conſ.128. nu. 5. lib. 1.& conſ.203.Super Themate,num.8.lib.2. allegat. l. hæres inſtitutus cum duabus ſequentibus,ff.de hered.inſtituen.

11 Contrarium in ſuo hærede videtur tenere Bart. in l.Clodius.circa fin.ver.& ideo ſi hic eſſet filius. ff. de acquiren. hereditat. ſed loquitur in aditione ex teſtamento nullo; vt non cenſeatur repudiare ab inteſtato, ex quo omnino eſt hæres, niſi expreſſe repudiet, ſed quod aditio incerta in ſuo valeat, tenet Bald. ſub dubio forte. conſilio 142. Quæritur, an frater. num. 3. ver. quæritur an valeat.libro 3.

12 Declara, quia poteſt hæres dubius examinare teſtes ad æternam rei memoriam, vt reddatur certus, vel certior de teſtamento, etiam ſi eſſet actor.Alex.conſ.203.Super themate.nu.8. ver. ad idem.lib.2.

13 Extende, vt idem ſit in aditione ex pupillari ſubſtitutione, quia non valet ſi ignorauit ſubſtitutionem pupillarem, ideo neque tranſmiſit ad alios. Fulgoſius conſilio 70. in fine. verſic. in ſecunda.

14 Amplia, quia ſicuti aditio requirit ſcientiam, ita etiam repudiatio requirit ſcientiam repudiantis.Bal.conſ.392.in fi.ver.ſuper quarto.lib. 1.Bal. conſ.145.in prin.li.4.vbi loquitur in ſtatuto Narniæ,quod acceptetur,vel repudietur infra ſex menſes,quia non habet locũ in ignorãte.Io.Mar.Rim. in l.1.C.de repudian.bon.poſſ.Alex.conſ.126.Viſo proceſſu.n.5.& ſeq.ver.plures etiam videtur.li.7.

15 Extende, quod ſcientia debeat deduci,& probari etiam inter perſonas,inter quas ſcientia præſumitur.Bal.conſ.31.Angelus habet. lib. 2.

16 Extende,quia ad hoc vt valeat aditio, vel repudiatio filij minoris, qui præſumitur ignorare iura, neceſſe eſt, vt ſit certus, ſe eſſe ſuum, & hæredem neceſſarium,& hoc exprimat,alias non valeret immixtio, & repudiatio. Alex.conſ.126. Viſo proceſſu.num. 5. & ſequen.per tot. ver.prius etiam uidetur.lib. 7.

17 Amplia, quia in dubio actus, qui poteſt importare aditionem,& non aditionem,debet interpretari, vt non cenſeatur facta aditio. Bald.conſ. 224.Super eo,quod quæritur, circa med.ver.ſi autem eſt actus.li.2.& conſ. 17.lib.3.per totum, vbi conſtituens procuratorem ad proteſtandum,quod bona quondam talis ſpectant legitimo titulo ad

conſtituentem,non cenſetur adiuiſſe,ſi poſtea repudiauit;& ideo verba,volo adire,non important aditionem,de quo plene in ver. Velle aliquid importat de futuro.Concluſ.40.

18 Amplia,quia quandiu poteſt ſubeſſe ſpes adeundi ex teſtamento, ceſſat aditio ab inteſtato, l. quandiu,la ſeconda.ff.de acquir.hæred.& ille, qui vult adire debet eſſe certus, ex qua cauſa ſibi deferatur,l.is poteſt,& ibi * omnes.ff. de acquiren. hęred.

19 Amplia,quia credens ſe hæredem in ſolidum, cum ſit pro parte ſi agit in ſolidum, non obtinebit pro parte in illo iudicio. Imol. & Caſtren. in l.ſi quis extraneus,ff. de acquir. hęred.

20 Extende, quia erronea aditio, vt ſi quis credit ſe hæredem in totum adiuit, & ſit ſolum pro parte,redditur in totum nulla.l. ſi quis extraneus. §. ſciendum,vbi Bart.poſt gloſ.& alios,ff. de acquir. hæredi.& ideo repęllitur à iudicio reſeruato iure experiendi alia actione,ſi qua de iure.

21 Reſtringe,in caſu contrario, quia hæres in totũ poteſt adire pro parte,& valet aditio.Bart. & alij in l.ſi quis extraneus.§.fi.& l.ex ſemiſſe. ff. de acquir.hæredi.

22 Extende,quia credens hęreditatem ſibi delatam ex vna cauſa ,quæ eſt delata ex alia, non efficitur hæres ex cauſa vera. laſ. poſt alios in l.ſi is , ad quem.ff.de acquir.hæred.Alex.conſ.121.Viſo proceſſu col.5.lib.1.

23 Contrarium Decius,conſ.14.col.2.

24 Amplia,in tantum eſſe verum , quod hæres debet eſſe certus,vt adeat, quia ſi quis adiuit ab inteſtato negans adeſſe teſtamentum, & agat, tanquam hæres ab inteſtato, ſi exhibeatur teſtamentum nulliter egit,& debet abſolui reus,vt incipiat de nouo iudicium, quia cum negauerit teſtamentum,ſignum eſt,quod illud ignorabat. Bald. conſ. 451.Quid habeat, in prin.lib.3. Alex.plene. conſi. 121.Viſo proceſſu,n.7.ver.fortificantur, lib. 1. & conſ.176.Viſo proceſſu, in prin.lib.5.

Vide.Agens ex vna cauſa,& probans ex alia, non poteſt obtinere.Concluſ.244.

25 Extende,quia vbicunq.hæres eſt incertus , vel ignorans, ſeu etiam dubitans ex quo capite deferatur hęreditas,an ex inſtitutione,vel ex ſubſtitutione,an ex teſtamento , vel ab inteſtato,non valet aditio,gloſ.in l.ſi is, ad quem in ver. ex cauſa, ff.de acquir.hæredi.

26 Extende, quia inſtitutus ex teſtamento ſi adeat ab inteſtato, aditio non valet vllo modo,ſiue ſciuerit teſtamentum,ſiue non;quia ſi ſciuit non potuit adire,quia cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati,quando alij adiuerant ſimul inſtituti,aut ignorauit, & idem.Socin. conſil. 95.Præſens conſultatio,numer.5,& ſequen.ver.capio modo ſecundam,lib.2.

27 Reſtringe,vt procedant prędicta,quando hæres adiuit ex vno capite impertinenti , vel quando non apparet, quod ex quocunque capite ſibi deferatur voluerit adire, vt per gloſ. quam ſequuntur Doctor. in l. ſi quis extraneus, §. ſciendum in ver.ignorauerit;ibi,dic ergo attendendum, an erat huius voluntatis.ff.de acquir.heredi.Ita Dec. conſ.14. Angel. conſil. 183. ex themate prędicto, quod eſt inter conſi.Anchar. 203. vbi quod valet ſi conſtat,quod ſimpliciter , & omni meliori modo, voluit adire.

28 Amplia,quia aditio nõ valet facta à quocunq. hærede ſi ignorat , an ex teſtamento, vel ab inteſtato competat hęreditas . Bald. conſ. 399.Ioannes Simonem, in princ.quod eſt Ang. de Peruſio. lib. 3. latius Bald. conſ. 401. Quia dictus. ver. quantum ad ſecundum,circa princ.d.lib.3.vbi dicit pariter procedere in extraneo, & ſuo, vbi declarat , quæ ſit differentia , quia in extraneo per aditionem fit hęres adeundo, ſed in ſuo ſecus eſt, quia iam eſt hęres, ſed aditio operatur renunciationem abſtinendi beneficio Prętoris , & idem tenent plures Doct. qui ſubſcripſerunt conſ. Anchar.203.in princ.

29 Declara , vt non procedat in hęrede neceſſario , quia velit nolit debet adire quocunque iure ſit facienda aditio . Bald. d.conſ.399. in princip. ver. in hærede neceſſario. lib. 3. Bald. conſil.401. Quia dictus,in princ.lib.3.

30 Amplia, vt multo magis procedit , quando filia ſe facit hęredem , & tamquam hęres adiuit : nam ſi probatur teſtamentum patris coram quatuor teſtibus inter liberos , in quo inſtituit filios maſculos hęredes , & filiæ agenti legauit dotes, tunc iuſtificatur , quod filia non eſt hęres . Alex. d.conſ.176.Viſo proceſſu, in princ.lib.1.

31 Amplia , quia in tantum eſt verum aditionem requirere ſcientiam , vt ille , qui ignorat mortẽ defuncti,& de ea non poteſt eſſe certus,non poſſit etiam adire , neque agere petitione hęreditatis , maxime quando eſt actor . Bald. conſil. 145. In cauſa vertente , per totum . lib. 5. vbi loquitur in eo , qui agit contra matrem , quæ poſſidet hęreditatem filiæ,tamquam quod maritus ſit primo mortuus , & actor prætendit primo filiam mortuam , vt ipſe probare debeat .

32 Amplia , quia filius adiens hęreditatem patris mortui , ſi eſt abſens , cenſetur adire ab inteſtato, quia pręſumitur ignorare teſtamentum , ideo ſi appareat de teſtamento , & non appareat , quod habuerit notitiam , non valet aditio , ſed valet repudiatio facta poſt talem aditionem , quando in repudiatione habuit notitiam teſtamenti . Bald. dicto conſilio 399. quaſi per totum , vbi eſt caſus . libro tertio , & conſil. 401. eodem libro 3. numer. 2. ver. & non pręſumitur;& quod non valeat aditio filij abſentis , ſi pater fecit teſtamentum , quando non fuit certioratus . Caſtrenſ. conſ. 33.Statutum Lucanum. num.2.& per totum. lib. 1.

33 Extende in tantum non valere , vt miſſio in poſſeſſionem legatariorum ſit nulla,neq; conualeſcat,licet hæres poſtea adiret,Caſtren.d.conſ.33. per totum,lib.1.vbi in filio bannito loquitur, qui fecit procuratorem ad adeundum hæreditatem matris , quia pręſumitur ab inteſtato, & non ſubſtinetur ex teſtamento.

34 Extende,vt procedat ampliatio etiam ſi is,qui adiuit hæreditatem patris ſimpliciter velit poſtea dicere , quod ſciebat teſtamentum;vel hęres eius hoc diceret , quia ſibi non crederetur , neque hæredi ſuo. Bald. d.conſ.399.n.5.& 6.ver.ſed pone, quod ego nego.lib.3.

Vide . Aditio hereditatis eſt quid facti. Concl. 186.n.16.& ſeq. vbi declaratur.

35 Declara , quia valet aditio facta alternatiue, adeo ex teſtamento vltimo . & ſi non valeret, adeo ex præcedenti , quia iſta eſt diſiunctiua , & ſufficit , quod incipit ex teſtamento vltimo , & ſic ex eo capite , quod valet . Bald. conſilio 348.

Prope-

Proponitur, quod Gerardus.num.3.ver.quæritur tandem . lib.3.

36 Restringe in extraneo hærede, qui alias non erat successurus sine testamento, quia præsumitur ex testamento adiuisse, & habuisse notitiam testamenti, Bald. d.cons.399.n.3. ver.nec etiam si dicatur. lib. 3.

37 Amplia in tantum non valere aditionem factam ex testamento, quando testamentum erat nullum, vt si interim moriatur hęres, qui ex alio testamento valido poterat adire, non transmittat hæreditatem, si hæres non erat suus : glos. fin.in d.l. Clodius. ff.de acquiren.hæred.quam ibi Bart.in fin.sequitur Bal. cons.142.n.2.ver.quæritur si possedit. lib. 3. vbi quando censeatur hęres renunciare hæreditati ex alio capite, quando adiuit ex vno.

38 Extende, quia si hæres institutus in duobus testamentis dubius adeat ex nullo specificando ex secundo,clausula,omni meliori modo,nihil operatur, nec valet aditio. Ancharan. consil. 357. per totum.

39 Extende, vt procedat, quod aditio facta ex testamento dubio non valet, videlicet, an ex eo hęreditas sit delata, vel an testator potuerit testari, quia si hęres est dubius, non valet aditio. Angel. consil. 183. Berta habens. numer.2. ver. non obstat, quod ipse dubitauit, & idem repetit Ancharan. cons. 203. Quod est subscriptum à sex Doctoribus.

40 Amplia, quia non valet aditio facta sub conditione, si valet testamentum adeo ex testamento, si non valet, adeo ab intestato. Bald. d.cons. 142.num.3.lib.3.

41 Extende, quia aditio, & repudiatio debet esse certa etiam in hęrede necessario ex forma statuti; nam statutum, prout est Narniæ, quod ille, cui delata est hæreditas, teneatur infra sex menses adire, vel repudiare, alias hæreditas habeatur pro adita, non habet locum in eo, qui nescit se hęredem, nec conditiones, sub quibus est hęres institutus. Bald. cons.145.Punctus quęstionis,in princ.lib.4.

42 Limita, quia confessio hęredis quod sit hęres, sibi prejudicat etiam si non exprimat quo iure sit hęres, an ex testamento, vel ab intestato. Bald. consilio 392.Anno 1271.num. 2. ver. circa secundum. lib.1. vbi, quod scienter se immiscuisse præsumitur.

43 Extende, quia valet confessio nepotis in libello, quod Pater adiuerit hęreditatem aui, ideo obligatur ex confessione, licet posset ex persona sua adire, si non esset adita. Castrens. consil. 460. Sequendo ordinem. ver.ad secundum. lib.1.

44 Limita,quia valet aditio simpliciter facta,quia semper intelligitur pro rata ad eum spectãte,quia aditio regulatur à delatione.l.si quis extraneus. §.interdum.& l.ex semisse.ff.de acquir.hęred.Bar. in l. 1. C. de summ. Trinit.in fin.quęst.7.& quia acceptans hęreditatem simpliciter censetur omni meliori modo, quo potest,acceptare. Bald. in l.1.colum.2.verſ. ex prędictis apparet. C. quan. non pet.part.sequitur Dec.cons.14.colum.2.& faciens actum censetur facere omni meliori modo, quo potest Abb. in cap.cum super,de offic.deleg. vbi Dec. col.penul.

45 Limita,quia aditio generalis valet,quando est incertum,an magis ex vna persona, quam ex alia deferatur.Castren.cons. 129. Statuta Pisana,in 5. lib.1.

46 Limita,quia valet aditio facta ab hærede dubio instituto in pluribus testamentis, quia licet sit dubius,ex quo testamento subsistineatur institutio,tamen ex quo est certus.quod ex vno testamẽto est hæres,valet aditio facta ex quocumq. testamento,& ex valido; ita quod sibi non prejudicetur,quin ex altero,& eo magis proficuo sit facta aditio.Angel.cons.183.in prin.& per totum.Petr. de Ancar.consi. 203. Factum super quo,vbi duplicatur,vbi est casus singularis,vxor instituit maritum,& auum paternum hæredes,cum clausula codicillari,postea in secundo testamento instituit solum maritum prætorito auo, maritus adiuit hęreditatem ex vtroq. testamento omni melioti modo,in confectione inuentarij declarat se adire ex vltimo,vltimum est nullum,quia auus prætoritus mortuo marito prætendit totam hæreditatẽ, quia adiuisse dicitur ex secundo nullo,ergo non transmisit,& sic auo videtur competere per ius accrescendi:deciditur contrarium, ex quo incertitudo adeuntis non fuit,an ex testamento,vel ab intestato,neq.propter dubium testamentum circa validitatem,quando erat vnicum,sed dubium erat an ex vno,vel alio deberet adire,tamẽ certus erat,quod ex testamento adire debebat,& dictum consilium est subscriptum in volumine Petri de Anchar.per Bart. Paradisium de Capitibus Vaccę, Franc. consilium de Padua,Io.Ludo.de Lambert.Thomã de S. Ioanne de Bononia,& Antonium de S.Angelo de Padua,sequitur Deci.consi.14.nu.4.Felin. in c.cum super Abbatia,in fin.de offi. delegat. supra nu.7.& seq.

47 Extende,quia valet aditio facta pro toto in parte,in qua est hęres,quando cõstat,quod voluit adire,omni meliori modo,quia extat clausula prædicta,late Deci.cons.14.Pro tenui,per totum.

48 Restringe,quia non valet aditio facta ex testamento secundo nullo,& cum clausula, omni meliori modo,licet idem hæres sit institutus etiam in alio valido. Anchar. cons. 357. quia presupponitur,vbi late.

49 Limita,quia valet aditio hęreditatis facta in totum,quando pro parte erat hęres, quoad partem, si constat de mente, quod adducit omni meliori modo.Deci.consi.14.pro tenui per totum,est tex. in l.si quis extraneus.§. si quis partem, vbi glos. magna.ff.de acquirenda hæreditate. Roma.consil. 403.pro decisione,n.11,ver. secũdo,quia,& n.19. ver.non obstat secundo.

50 Extende, quia omnes ampliationes, in quibus est nulla aditio,quia facta aliter, quam competat procedunt quando hæres ignorabat quo iure, vel pro quanto iure;secus si sciuit, quia tunc licet adeat in plus, vel minus sciens, tamen valet aditio in eo,quod est delata hæreditas,l.si ex asse. ff. de acquir.hæred.Bar.in l.qui totum,ff.eod.glos.Bar. Bald.& Castrens.in d.l.ex semisse,ff.de acquir.hęredi.quia vbi cessat error iuris,vel facti in adeunte,valebit aditio.

51 Extende,quando aditio fit cum clausula, omni meliori modo,quia semper subsistinetur pro quanto delata est. Deci.dict. consi. 14. & facit quod tradit idem Deci. consil. 77. ver. sed prædictis non obstantibus.

52 Ea,quę debeant concurrere, vt aditio haereditatis valeat sunt plura, de quibus per Bartol. &

alios in l. is poteſt.ff.de acquir. hered. & ad tres generales cauſas reducuntur. Prima, habilitas adeuntis. Secunda, quod ſit declara, vt quia ſit hæres, vel proximior. Tertia, vt ſit certus, etiam de cauſa, alias vitiatur, quia plus attenditur id, quod eſt in opinione, quam in veritate, l. is, qui putat. ff. de acquir. hæred.

Aditio hæreditatis infra quantum tempus fieri debeat. Concluſ. CLXXXV.

1 ADITIO hæreditatis debet fieri intra triginta annos, alias præſcribitur, eſt communis * opinio, in l. licet. C. de iur. delib. & in l. quamdiu. ff. de acquir. hæred.

2 Amplia in tantum ius adeundi præſcribi per triginta annos, vt, lapſo dicto tempore, fratres, qui non adiuerunt, excluſi ſint, & tota hæreditas accreſcat adeunti abſque alia aditione. glo. in l. 1. C. quan. non peten. part. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. l. vnica. §. ijs ita. C. de caduc. toll. quia potentius eſt ius accreſcendi, quod non mutat gradum, quam ſucceſſorium edictum. l. meminimus. ver. ſucceſſionis, in fin. & ibi Bald. C. de legit. hered. Cagnol. in rubr. C. quan. non peten. part. num. 50.

3 Tempus autem prefigendum ad deliberandum, an velit adire, vel repudiare, debet eſſe annus filijs, alijs vero ſunt centum dies, qui abbreuiari non poſſunt per Iudicem, alias proceſſus eſſet nullus. Bart. & Iaſ. in l. ſi curatoris. C. de iur. deliber. vbi Caſtrenſ. quod ad inſtantiam creditorum poteſt per Iudicem abbreuiari ad effectum curatoris dandi, per quem non adimitur tempus deliberandi hæredi.

4 Imo, quod iſtud tempus Iudici ſit arbitrarium Bald. & Angel. in rub. C. de ſucceſſo. edict.

5 Contrarium tenet Rom. conſ. 493. In caſu conſultationis, in princ. ver. ergo dico, vbi, quod tempus eſt nouem menſium ad deliberandum. l. ſi. §. ſed quia quidam. C. de iur. deliber. vbi dicit, quod propterea confunditur opinio Bart. quod ſit annus in ſuo, & centum dies in extraneo, & quod non poſſit abbreuiari, quia ſunt nouem menſes; & poſſunt abbreuiari per Iudicem cauſa cognita.

6 Et ſi hæres in termino non adeat habetur pro adeunte, vel repudiante, prout ſibi magis nocet. Roman. d. conſ. 493. nu. 2. & ſeq.

7 Declara, quia ſi hæres vult adire, expectari debet, & contra eum debet fundari iudicium; ſi vero eſt moroſus, vel differt, poteſt prefigi terminus ad adeundum, vel repudiandum ad inſtantiam creditorum, vel habentium intereſſe, & lapſo termino poteſt dari curator hæreditati iacenti, contra quem datum à Iudice poteſt fundari iudicium. Ang. Areti. conſ. 80. Quantum ad primam, in princ. vbi loquitur etiam contra piam cauſam, & executores inſtitutos.

8 Declara, niſi detur alia forma adeundi, vel repudiandi à ſtatuto, quia eſt ſeruandum ſtatutum. Bald. conſ. 76. Forma ſtatuti, per totum. li. 2. prout de ſtatuto Narniç, quod hereditas intra ſex menſes debeat adiri, vel repudiari, alias habeatur pro adita. Bald. conſ. 145. Punctus quæſtionis, vbi in princip. quod non habet locum in eo, qui ignorat. lib. 4.

9 Limita in infante, quia habet reſtitutionem in integrum.

10 Extende, vt nedum infans habeat reſtitutionem in integrum, ſed etiam hæres infantis, qui deceſſit hereditate non adita. Bal. conſ. 216. Queſtio eſt, in princ. lib. 2. vbi recitat opiniones.

11 Contrarium ponit Bald. d. conſ. 216. lib. 2. quod non detur.

12 Declara, vt non competat hæredi, qui commiſit dolum; puta, in eo, qui debuit petere tutelam, & non petijt, vel in eo, qui tutelam habuit, ſed non confecit inuentarium, quia non debet reſtitui. Bald. d. conſ. 216. circa princip. ver. item iſti, lib. 2.

13 Declara ſecundo, vt hæres non habeat reſtitutionem in integrum poſt lapſum quadriennij, quia etiam ſi daretur, non valeret: Bald. dicto conſ. 216. in princip. ver. ſed quicquid. lib. 2.

14 Reſtringe declarationem, vt non procedat, quando adhuc hæres infantis non adiuiſſet hereditatem ipſius infantis, quia tempus eſt vtile, & non currit quadriennium, Bald. d. conſ. 216. in fin. ver. dubium. lib. 2.

Vide. Ius adeundi quanto tempore præſcribatur, Concluſ. 526.

Vide. Præſcriptio triginta annorum tollit omnem actionem, Concluſ. 564.

Aditio hæreditatis eſt quid facti, ideo debet probari. Concluſ. CLXXXVI.

1 ADITIO hereditatis eſt quid facti, ideo non præſumitur, & qui vult dicere aliquem hæredem debet probare. argum. l. primæ. C. de probat. l. 1. C. ſi quis ab hæred. abſtin. Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hered. Roman. conſ. 224. num. 2. vbi apoſtill. Grauett. conſ. 37. num. 4. & conſ. 197. num. 5. Bald. conſ. 273. Factum dicit. col. fin. lib. 1, & conſ. 31. & conſ. 224. lib. 2. Crauet. conſ. 33. n. 2. Abb. conſ. 36. Circa primum. col. 1. lib. 2. Crauett. conſ. 33. Nobiles, n. 2. & conſ. 312. nu. 3. ver. quinto confidero, pleniſsime Dec. conſ. 442. num. 15. & ſeq.

2 Extende etiam ſi agatur de aditione hæreditatis filij facta per patrem, quia ea debet probari. Crauett. d. conſ. 37. n. 4.

3 Ratio eſt etiam, quia cum aditio ſit fundamentum intentionis aſſerentis debet probari. Bal. conſil. 353. lib. 3. & conſ. 406. lib. 4. Riminald. conſil. 175. num. 15. vol. 1.

4 Et hæc probatio aditionis hæreditatis eſt difficilis plerunque. l. quia plerunque. ff. de interrog. action. facit l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredi.

Vide Maſcard. concluſ. 40. Aditio hæreditatis, vbi quòd eſt difficilis probationis, & quomodo probetur, vel preſumatur.

5 Extende, quia probatio aditionis hæreditatis debet eſſe clara, & neceſſario concludens. Crauett. conſ. 33. n. 2. & conſ. 37. n. 4. & conſ. 197. nu. 4. & 5. & non ſufficit, ſi hæres dixit volo adire, vel volo habere hæreditatem. Anchar. conſ. 440. in quæſtione. num. 5.

Vide

Vide supra. Aditio debet esse certa. Conclusione 184.

6 Et quod probetur aditio per testes singulares deponentes de pluribus actis inducentibus aditionem. Castrens. cons.113.lib.1.

7 Restringe quando hæres vnus, & creditor, vel socius exegit plus debito, quia ne inducatur delictum, præsumitur potius aditio, quam delictum. Alex. cons. 20. Circa consultationem.col. 2.ver. secundo mouentur. lib. 7. & cons.185. In causa. & lite.col.2.lib.6.

8 Restringe, quia stante statuto Florentiæ, per quod inducitur probatio aditionis ex sola possessione bonorum, non admittitur exceptio, quod nomine alieno, vel pro fratre, aut dote matris possederit, vt plene Socin. cons. 113. In causa. Vbertini. lib. 4.per totum.

9 Amplia, vt procedat etiam in filio propter beneficium abstinendi, quia non præsumitur hæres patris nisi probetur. Ias. in l. ei, qui se. ff.de acquir. hæred.

10 Contrarium, quod imo filius præsumatur hæres. glos.in auth. vt si qui oblig. se habea. §. 1. in ver. parentis. Bald.in l.apud hostes.col.fin.C. de suis, & legit. Roman. & Alex.in l.necessarijs. ff. de acquir. hæred. Ias. in l.bon hoc. col penul. C. vnde legit. & dicit Ias. in l. plane. §. si duobus. ff. de legat. 1. Quod legis prædestinatione, filius dicitur hæres patris, vt apud Diuum Paulum ad Galat. 4. ibi, si filius est, ergo hæres, de quo meminit glos. in l. 1. C. si minor ab hæredi. se abstin.

11 Declara argumentum,quia filius est,ergo hæres est, legis destinatione procedit. Ias.d.l. plane.§. si duobus. ff.de legat. 1.

Vide. Filius præsumitur hæres patris.Concluſ. 339.n.7.& seq.vbi plenius declaratur.

12 Amplia in tantum aditionem esse facti, & non præsumi nisi probetur, vt procedat etiam non obstante diuturnitate temporis. Dec. cons. 442. In causa, in qua. n.21.& seq.vbi dicit procedere, quando non constat de aditione, quia solemnitas non potest adaptari: item quando agitur de præiudicio tertij. Abb.cons. 26. Circa primum. colum.1. libro 2. Socin. Iun. consil. 14. num. 13. libro 3.

13 Extendo, quia non creditur hæredi dicenti,aliquem hæredem hæredis, nisi probetur,quia aditio non præsumitur. Bald. cons. 273. Factum dicitur. col.fin.lib.1.

14 Et ex actu dubio, videlicet, si quis dicat possediſſe nomine alieno, vel fratris, an proprio, quod in dubio, nomine proprio possediſſe præsumatur, maxime in eo, qui dicit exegiſſe à suo conductore, vt non euitet aditionem, quatenus dicit se procuratorio nomine alterius exegiſſe, nisi probet.Socin.cons. 113.lib.4.

15 Idem est, quia si plures sunt socij, vel fratres hæredes instituti, & creditores defuncti, & vnus exigat plus, quam sit pars sui crediti:tunc is censetur adire necessario. Angel.cons.173. Duo fratres, in fin. Corn.cons.153.Eleganter.col.1.vol.1. & de socio.Cuman.cons.103.Titius,& Seius. Roman.cons.209. Pro verificatione.

16 Restringe, quia statur declarationi facientis actum cum iuramento, an fecerit animo adeundi, vel alias. Bart. in l. pro hærede, in princip. & in l. gerit. ff. de acquir. hæred. Zabar.cons.37. colum.2.ver.secundo ad hoc probandum.Cranet. cons.197.n.4. Nat.cons.140.in princ.

17 Et pro ista restrictione, Vide.Aditio hereditatis, ex quibus inducatur. Concluſ. 190. num. 43. quia in actu non facti præsumitur aditio pro hærede, si allegat adiuiſſe, non contra eum, si negat.

18 Restringe, quia si actus dubius esset factus à defuncto, ita quod non posset sciri, an adiuerit, vel non, statur declarationi hæredis. Bart. in l. gerit. col. 6. num.17. & seq. ff. de acquir. hæred. ver. venio ad quartum. Bald. cons.400.Protestatio.lib.5.& cons.488.Quando institutus.lib.3. Socin.cons.60.col.4.num.11.ver. præterea, vt dicebat. lib.1.Corn.cons.337.col.2.lib.1.

19 Declara restrictiones, vt non sit locus declarationi,quando adest præsumptio,quod tamquã hæres necessario adiuerit; vt si creditor exegit plus debito, quia, ne inducatur delictum, præsumitur adiuiſſe, nec excusatio admittitur, quod ignorauerit.l.fi C.vnde vi. ita Alex. cons.185.In causa, & lite.col.2.lib.6.& cons. 20. Circa consultationem.col.2.ver.secundo mouentur. lib.7. Bald. cons. 399.n.5.& 6.lib.3.

20 Et cum aditio consistat in animo, declaratur animus, & aditio, nedum ex verbis dispositiuis, sed etiam enunciatiuis. Bart.in l.gerit.col.3.nu. 15. ver.circa tertium. ff. de acquir. hæred. Bald. cons. 224.lib.2. Areti.cons.136. Barba.cons. 5. in princip.lib.3.maxime quando verba enunciatiua non sunt propter aliud emiſſa, sed propter se, quo casu disponunt, & plenè probant Bart. & * Doctor. in l.ex hac scriptura. ff. de donat. Ias. & alij in l.ex his verbis.C.de testam.milit.Bal.consil. 263.Verba instrumenti,per totum.lib.1.Alex. cons.15.col.2.vol.5.Areti.cons.23.col. 2.in secundo dubio.

21 Et in dubio ex actu,qui potuit inducere aditionem,vel non,apparet ex mente,prout si pater esset creditor filij mortui, & cessit iura sua contra filium, certe non præsumitur adiuiſſe; secus si non haberet aliud ius, quam hæreditatis. ita Socinus Iun. cons.131.num.2.lib.2. vbi, quod in dubio capienda est interpretatio, prout magis fuit expediens. Corne. cons. 337.num. 11. & seq. lib.1. Bald.cons.224.lib.2.Crauet.cons.197.num. 4. Nat.cons.448.num.20.& seq.

22 Et verisimilitudo colligitur ex vtilitate, vel damno, quia si hereditas est lucrosa, præsumitur aditio. Cuman. in l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred. si vero damnosa secus. Corn.dicto consil. 337.num.12.lib.1.ver.insuper etiam.Crauet.consil.33.num.12.

23 Et actus, qui duplici modo potest intelligi, vt importet, & non importet aditionem,interpretatur, prout magis expedit facienti. Bart. in l.gerit. num.21. ver. ad secundum. ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 32. Viso processu. num. 2. lib. 3. Socin. Iun. cons.129. Quantum ad primum. num. 23. lib. 1. Crauett.cons. 30. Nobiles, & cons. 197. Quamquam.nu.4.Bald.cons.224. Super eo, quod quæritur. vol.2.supra n.16.& seq.

24 Amplia in tantum probandam esse aditionem certam, vt licet auus succedat nepoti cum alijs * fratribus defuncti.glos. & ibi communiter * Doctor. in auth. defuncto.C.ad Tertul. Socin.consil. * 34. lib. 1. vbi dicit * communem; tamen si non constat de aditione, non inducitur aditio ex eo, quod

quod poſſederit, qua.do habet aliam cauſam poſſidendi, etiam ſtante ita.. Florentino, ſub rubr. de hæred.

45 Limita, quia aditio hæreditatis poteſt fieri ne conditione, adeo hæreditatem Titij, & ſi Titius non adiuit hęreditatem Seij, dictam hęreditatem Seij adeo, Bart. in l. is poteſt, in fin. ff. de acquir. hæred. Angel. Aret. conſ. 63. Viſis conſultationibus, in princ. n. 3. in fin. ver. non obſtant.

Vide. Facta non præſumuntur, niſi probentur. Concluſ. 10.

Vide plene Maſcard. Concl. 40. quomodo probetur aditio, & concluſ. 41. quomodo probetur per verbũ volo adire, & verba enunciatiua, & concluſ. 42. quomodo probetur per ſcripturam, & concluſ. 43. quomodo probetur ex facto, & concl. 44. quomodo probetur aditio per varios actus, & concluſ. 45. qualiter probetur per poſſeſſionem bonorum hęreditariorum vſq; ad concluſionem 53. vbi plures modos, ex quibus probatur aditio ponit, quos & multo plures habes cumulatos infra Aditio hæreditatis ex quibus inducatur concluſ. 190.

Aditio hæreditatis quem effectum habeat, & operetur. Concluſ. CLXXXVII.

1 OPERATVR aditio transfuſionem actionum actiuarum, & paſſiuarum in adeuntem hæredem, ideo ante aditionem non agit, neque vendicat bona hæreditaria. Io. de Imol. conſ. 73. In caſu propoſito. n. 5. & ſeq.

2 Item quod adiens obligatur creditoribus defuncti. l. apud Iulianum. §. fin. cum l. ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. adeat. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligat.

Vide. Hæres adeundo obligatur. Concluſione 51.

3 Confunduntur etiam credita adeuntis contra defunctum, & actiones ſibi competẽtes extinguuntur. l. Vranius. ff. de fideiuſſ. l. ſticum. §. aditio. ff. de ſolutio. adeo, quod neque obligatio naturalis remanet. l. in omnibus. ff. de ſolutio. ſecus in hypotheca. l. debitori, vbi * Doctor. C. de pact.

Vide. Hæres adeundo confunditur actiones, & quando ſecus. Concluſ. 52.

4 Patrimonium defuncti, & hæreditas efficitur vnicum patrimonium cum patrimonio hęredis. gloſ. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſ. vbi latiſſime Iaſ.

Vide. Bona quando paterna. Concluſione 108.

5 Reuocari non poteſt aditio hęreditatis, quia ſemel hæres ſemper eſt hęres.

Vide. Hæres ſemel. Concluſ. 46.

6 Reſtringe omnia prædicta, quando hæres eſſet ad tempus, vt ſi eſſet rogatus hæres alteri reſtituere, quia tunc eueniente caſu poteſt ſibi debitum retinere, & non fit confuſio. Afflict. deciſione 237.

7 Dominium non ſolum iuris vniuerſalis, ſed etiam rerum particularium, quarum dominium erat apud defunctum, acquiritur ipſo iure adeunti hæredi, l. cum hæredis, in princ. ff. de acquiren. poſſ. vbi Imol. qui legit cum l. non videtur, vbi & Areti. idem dicit, quod omnia iura tranſeunt ipſo iure in adeuntem hæredem.

8 Habet vim ſolutionis aditio facta per creditorem pro ea rata, pro qua eſt hæres. Caſtren. conſ. 1.. Notandum eſt. num. 3. lib. 2.

9 Poſſeſſio ciuilis rerum hęreditariarum per aditionem acquiri.. , quia ſolo animo acquiritur, & perditur, non autem naturalis. Caſtrenſ. conſ. 261. Viſis. col. 1. in fin. ver. non obſtat. lib. 2. vbi, quod depoſitum factum per defunctum acquiritur hæredi per aditionem, ita vt poſſideat ciuiliter, quod intelligas ſi naturalem acquiſiuit, quia licet ciuilis retineatur ſine naturali; non tamen acquiritur ſine naturali. Rip. in l. 1. num. 28. ff. de acquir. poſſ.

10 Imo etiam acquiritur ciuilis, & naturalis per ſolam aditionem in ijs, in quibus factum eſt conſtitutum per poſſeſſorem ad fauorem defuncti, & hæredum ſuorum. Caſtrenſ. dicto conſ. 261. col. 1. in fin. lib. 2.

Aditio hæreditatis eſt neceſſaria, vt agere poſsit hæres tamquam hæres. Concl. CLXXXVIII.

1 AGERE tamquam hæres debet docere ſe eſſe hęredem, alias non poteſt obtinere. Bald. conſ. 374. Quęritur vtrum captura. n. 3. ver. ſuper ſecundo. lib. 4.

Vide. Legitimatio perſonarum debet fieri. Concl. 244.

Vide. Probatio incumbit aſſerenti, & qualiter procedat. Concluſ. 768. ſub n. 243. & ſeq.

2 Et quę ſint neceſſaria, vide in l. hęreditatem. ff. de acquir. hęred. videlicet, quod mortua ſit perſona de cuius hæreditate agitur, item quod ſit hęres proximior, & quod ſciat quo iure ſit hæres. gloſ. in l. is poteſt. ff. de acquirend. hęreditate.

Vide plenius in ver. Tranſmitti non poteſt ius nondum competens. Concluſ. 370.

3 Amplia, quia hęreditas non poteſt tranſire, neque ſpectare ad aliquem ex perſona alterius, niſi doceat ſe hęreditatem adiuiſſe, & adire potuiſſe. gloſ. & * Doctor. in §. fuerat. inſtit. de actio. Socin. Iun. conſ. 14. n. 13. lib. 3.

4 Amplia, vt idem ſit ſi agatur contra aliquem tamquam contra hęredem alterius, quia debet probari, quod adiuerit hęreditatem, quia aditio non pręſumitur, niſi probetur. Bald. conſil. 374. num. 2. ver. & iſtud pręmittitur. lib. 4. plene Rolan. à Vall. conſ. 20. lib. 1. Rom. conſ. 154. Iudicium contra Anton. in princ.

5 Extende, quia ſi non probatur qualitas, quod conuentus, vt hęres, ſit hęres, non poteſt ſequi condemnatio. Rolan. à Vall. conſ. 20. libro 1. per totum.

6 Extende, quia etiam ſi conueniatur pater tamquam hęres filij, aditio debet probari. Roman. conſ. 154. in princip. vbi extendit etiam ſi pater poſt mortem filij aſportauerit bona aduentitia filij, quia ex alia cauſa potuit id fieri; puta, conſeruationis vſusfructus.

7 Declara, quia aditio probatur ex inſtrumento aditio-

aditionis etiam inter alios, & inter abſentes,quia in aditione quaſi contrahitur, & quaſi contractus non requirit preſentiam perſonarum. Bald. conſ. 375.num.2.lib.4.

8 Amplia, quia qui agit tanquam hæres,vel ſucceſſor hæredis debet probare aditionem. Anchar. conſ. 440. In quæſtione,quę vertitur.lib. 3.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

9 Amplia, quia aditione hæreditatis non facta omne ius teſtamenti ſoluitur,incertus author poſt regulas Socin.regula 12. vbi ponit quinque limitationes.

Aditio hæreditatis quando neceſſaria ſit, vt legata debeantur. Concluſ. CLXXXIX.

1 ADITIO hæreditatis eſt neceſſaria ad hoc vt legata,& fideicommiſſarię ſubſtitutiones habeant locum.l.ſi nemo.C.de teſtam.tutel.

Vide. Legata non debentur niſi adita hæreditate. Concluſ.52.

2 Extende in exemplari ſubſtitutione facta à matre filio mentecapto,vt euaneſcat ſi non adiuit hęreditatem, vel non accepit poſſeſſionem ſecundum tabulas, quod ſufficit hoc caſu, quia mentecaptus adire non poteſt. Petr. de Anchar. conſil. 8.Difficultas quæſtionis.num.9. & ſequen.ver. dixi ſecundo.

3 Amplia in tantum, quia vbicumque fit mentio de hæreditate ad effectum legatorum, vel fideicommiſſorum,intelligitur de adita,quia alias non poteſt legatum, vel fideicommiſſum deberi.Corn. conſ. 146.num. 21.col.penul.in princ lib. 2.

4 Limita in legatis, & ſubſtitutionibus ad pias cauſas,quæ debentur etiam non adita hæreditate. Bar.& alij in l.1. C.de Sacroſ.Eccleſ.

Vide. Legata non debentur niſi adita hæreditate. Concluſ.52.num.25.& ſeq.

5 Declara, vt procedat quando conſtat de mente teſtatoris,alias ſecus. Petr.de Anchar. conſ.8.nu. 10.ver.non obſtat ſi dicatur.

Vide.Legata Pia.Concluſ.109.num.7.

Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. Concluſ. CXC.

1 ADITIO hæreditatis ſolo animo fit, & facto,quia non tam facti, quam animi eſt.Anchar.conſ.252.Frater cariſſime.n.5. Card. Zabar. conſ.37.vbi, quod licet ſolo animo fiat, tamen oportet quod conſtet.

2 Declara, quia licet ſolo animo inducatur aditio, tamen procedit dummodo de animo conſtet expreſſe, vel per actus poſitiuos. Bald.conſ.198. Caſus ſic proponitur,circa fin. verſ.ſed in contrarium.lib. 5. vbi,quod auus paternus non cenſetur nomine infantis adiuiſſe hęreditatem infanti delatam maternam, ex eo ſolo,quod auus tenuit infantem in domo ſua,& quod requiratur actus poſitiuus vltra animum.Car.Zabar.conſ. 37.

3 Et quando ſolus animus ſufficiat,vel requirantur verba expreſſa, vel factum. Iaſ. in l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredit.Silua. conſil. 36. num. 3.libro 2.

4 Extende,quia aditio non probatur ex eo, quod hęres dixit volo adire, & volo habere hæreditatem ſi de iure ad me ſpectabit, quia debent verba eſſe pura,& non conditionalia, & ſuſpenſiua. Anchar.conſ.440.In quęſtione.nu 5.ver.item dictam dominam;declara, vt plene Bar.in l.gerit.n. 10.ff. de acquir. hæred.

5 Actus autem poſitiui, quibus fit aditio hæreditatis ſunt quatuor, videlicet, actus acquiſitiuus, actus tranſlatiuus, actus poſſeſſiuus, & expreſſio verbalis.Bal.conſ.224. Super eo quod.lib.2.Adde actum continuatiuum.Anchar.conſ.252.nu. 4. vſque in fi.poteſt addi quinctus, videlicet actus negatiuus,videlicet non factum, vbi apoſtill. in ver. ſecundo eſt videndum,vt in debitore,qui non ſoluit,quia cenſetur adire.Bart.in quæſt.10.creditor in ver.ſolutio, in princ.

6 Extende,vt ſufficiat ſola voluntas adeuntis actu declarata, quia ſufficit omne teſtimonium voluntatis. Bald.conſilio 263. Verba inſtrumenti procuræ in principio. lib. 1. Cardin. Zabarell. dicto conſilio 37.

7 Declara,quia licet aditio hęreditatis animi appelletur,tamen eſt facti, quia requirit factum, per quod animus oſtendatur in eo, qui non eſt ſuus, & tale factum debet plene probari alias non præſumitur aditio,neque probatur. Bald.conſ.432.Super dubia,in principio.lib.3. vbi, quod teſtes ſingulares non probant aditionem, quia ex primo actu fit aditio,ideo teſtes ſingulares non probant. vide eumdem Bal.in fi.ver. nam aditio. Caſtren. conſ.73.in fi.num.3 lib.2.

8 Et ideo teſtes deponentes aliquem adiuiſſe hæreditatem, vel renouaſſe tacite ſocietatem, vel conductionem,non probant, niſi reddant cauſam ſcientiæ,etiam non interrogati, quia iſta non ſenſu corporis percipiuntur, ſed intellectu,prout dominium, & requirunt actus inducentes. Caſtren. conſ 73. In cauſa,quę vertitur, per totum maxime num.2.& 3.lib.2.

9 Contra declarationem, quod ſola voluntas ſufficiat ſine actu,tenet Bart.in quæſt. 10. Debitor in diem,in ver.ſolutio,in princ.vbi pro vtraque allegat,& dicit hanc* communem.

Declara, quia in ſuis eſt iuris,& ſola exiſtentia inducit aditionem.

Vide. Aditio in ſuis.Concl.191.

In extraneis requiritur factum.

Vide. Aditio hęreditatis eſt facti. Concl.186.

10 Amplia, quia filia ſciens patrem mortuum ſi conſtituat procuratorem ad mouendum hęreditarias actiones cenſetur adiuiſſe. Bald. conſ.200. Berta ſciens. libro 1. quod procedit quando pater deceſſit inteſtatus,quod in dubio præſumitur.

11 Extende, quia nedum conſtituens procuratorem,vt hæres,cenſetur adire,l.ſi extraneus. §. 1.l. pro hærede.ff.de acquir. hæred. ſed etiam ſi alium contractum, vel actum gerit vt hęres. Dec. conſ. 272.col.penul.prope fi.alleg.tex.in l. ſi proponas. §.1.ff.de inoffi.teſtam.

12 Extende,quia filia ſubſtituta fratri pupillariter decedenti,mortuo fratre, qui nondum adiuit hæreditatem patris,ſi dotauit ſe in omnibus bonis,& hæreditate patris,cenſetur neceſſario adiuiſſe ipſam hæreditatem fratri delatam,& per fratrem in eam tranſmiſſam, item & acceptaſſe ſubſtitutionem pupillarem. Caſtrenſ. conſilio 43. in principio.libro 2.

Declara,

Digitized by Google

13 Declara, quia quando eſt dubium, an hæres adiuerit ex teſtamento, vel ab inteſtato, quia ſimpliciter adiuit, tenetur declarare, quo iure adiuerit, quia dubia, & obſcura aditio non releuat. Bal.conſ.200.Berta ſciens.verſ.vel dic quod cum iſta. lib. 1.

Vide. Aditio hæreditatis debet eſſe certa. Concluſ. 184.

14 Reſtringe, vt ampliatio non procedat ſi pater fuiſſet teſtatus, quia requiritur ſcientia hęredis de teſtamento, ad hoc vt habuerit animum adeundi ex teſtamento, alias non valet aditio. Bald.d.conſ. 200.in prin. ver.ſolutio aut pater. lib.1.vbi, quod in dubio non preſumitur ſcientia in ſuis.

15 Amplia, quia ſi hæres petat terminum ad deliberandum, & in termino non repudiat, cenſetur adiuiſſe. Bal.d.conſ.272.n.2.ver.quarto probatur. lib.5.Alex.plene conſ.20.lib.7.in princ.

16 Extende, vt idem ſit, ſi hæredi præfigatur terminus ad adeundum, vel repudiandum, quia ſi nihil facit, lapſo termino cenſetur adiuiſſe. Bart. q. 10. creditor, in princ. ver.ſecundo ſic, & in ver.ſolutio, in princ.

17 Amplia, quia filius habitando domum paternã, preſumitur immiſcere ſe hæreditati paternæ, quia habitatio eſt fructus domus. Bald.conſ.207. Quæritur vtrum.n.2. ver.quæritur inſuper.lib.1. Alex.conſ.126.Viſo proceſſu.vol.7. Bal.conſ.224. Super eo.lib.2.Socin.conſ.131.In præſenti conſultatione.n.5.vol.1.Bart.in l.gerit.ff.de acquir. hæred.& eſt text.in l.1.C.de repudian.hæred.Iaſ.conſil. 112.nu.2. Viſo longo.lib.4. Socin.conſ.8.poſt redditum.n.2.lib.4.Pariſ.conſ.16.n.40.Circa præſentem. lib. 2.

18 Reſtringe, vt non procedat ampliatio ſi ſubeſſet alia ratio poſſidendi, quia tunc ex titulo preambulo preſumeretur poſſidere. Bal.d.conſ.207.n.2.li.1.

19 Reſtringe in patre, qui repudiata hæreditate fraterna ſibi delata tenuit prædium relictum filię ſuæ per defunctum, quia cum ſit legitimus adminiſtrator filiæ, non inducitur aditio. l.cum oportet. §.non autem.C.de bon.quæ liber.& faciunt notata per Bar.in l.gerit.colũ.& col.pen.ver.ad quartum.ff.de acquir.hæred.

20 Amplia, quia ex mandato procurę, in quo quis conſtituit procuratorem ad appręhendendum bona, & exigendum debita, quę omnia modo pertinent ad ipſum conſtituentem hæredem, & hæreditario nomine N. defuncti probatur aditio hæreditatis. Bald.conſ.263. Verba inſtrumenti procuræ, per tot.lib.1.vbi late de hac materia.

21 Extende, vt procedat etiam ſi talis conſtituens eſſet etiã donatarius, & potuiſſet prædicta facere ex donato magis vtiliter, quia ſi adſunt verba, quæ arguunt potius aditionem ex titulo hęredis, quã donatarij; puta, quia directas actiones exercuit, vel aliud fecit, quod donatario non competit, cenſetur adiuiſſe, vt hęres etiam cum damno. Bal. d.conſ.263.nu.5.ver.Supereſt ergo.lib.1.

22 Amplia, quia aditio hęreditatis inducitur per quemcunq; actum geſtum, vel nomine, vel iure hęredis etiam ſi rem hęreditariam nõ tangat; puta, ſi tamquam hæres funera defuncti faciat. Bald.d. conſ.263.n.6.ver.preterea quicquid geritur. li.1.

23 Extende etiam ſi filius petat hereditatem matris mortuę, vel dotem matris, vel creditum, quia dicitur adire. Areti.conſ.137. Clariſsime Domine Collateralis, in prine.

24 Extende, vt procedat etiam ſi ille actus non concludat aditionem, niſi ex antecedenti neceſſario, veluti ſi hæres ſcriptus antequam adeat, compromittit cum legatarijs, vel paciſcitur, quia adire cenſetur in neceſſariam conſequentiam. Bald. conſ.262. In cauſa egregie.nu.2.& ſeq. lib.5. licet ibi, in fi.ver.nec obſtat videatur tenere, quod poſſit paciſci ante aditam hæreditatem.

25 Extende, quia nepos agens vti hæres patris, & aui cenſetur adire etiam hereditatem aui ſibi tranſmiſſam, vti adeundam. Caſtrenſ. conſ.138. in fin.lib. 2.

26 Amplia, quia probatur aditio; ſi quis agit, vt hæres, vel interuenit in inſtrumento, vt hæres, & licet talis actus ſit inter alios; probat tamẽ quoad omnes.l.fin.cum ibi not.ff. de interrog.actio.Bartol.in l.gerit.ver.circa ſecundum.ff.de acquir.hęred.Alex.conſ.35. Conſideratis ijs, ad finem. lib. 7.& eſt text.in l.maleficijs. §. hæres, iuncta gloſ. ff. de actio.& obligat. & inſtit.eod. tit.§.hæres.

27 Amplia, quia re integra hæres videtur adire, ſiue gerat actus ciuiles; puta, vendendo, vel promittendo, ſiue actiones naturales; puta, poſſidendo, & fructus percipiendo. Bald. conſ. 392. Anno 1271.in fin.lib.1.

28 Amplia, quia compromittendo cum legatarijs, vel creditoribus, cenſetur adire. Bald.conſ.272. In cauſa egregij.n.2.lib.5.

29 Extende, vt compromiſſum de re hęreditaria, vel de hęreditate delata inducat aditionẽ. Caſtr. conſ.22.n.3.ver.ſed remanet.lib.2.

30 Amplia, quia tranſigendo ſuper iuribus, & corporibus hęreditarijs inducitur aditio. Bald.conſ. 224.ver.reſtat ergo. lib.2. & idem ſi tranſigit hęres cum legatarijs. Bal.conſ.272. n.2. ver.certum eſt enim.lib.5. Caſtrenſ.d.conſ.22.n.3.ver. ſed remanet. lib. 2.

31 Extende, vt procedat etiam ſi quis agit, vel ſubſtinet litem tamquam hæres, quia cenſetur adire. Bald.d.conſ.224.ver.reſtat ergo.lib.2.

32 Declara, vt extenſio non procedat quando dubium eſt, an hęreditas ſit delata, vel non, quia litigando tamquam hæres non inducitur aditio. Bald.d.conſ.224.in fin.lib. 2.

33 Amplia, quia ſi quis comparet in iudicio tamquam hæres cenſetur adire hæreditatem ſibi delatam. Alex.conſ.34. Viſo proceſſu.col.2.ver.opponitur etiam. lib.3.ita vt de alia aditione docere non teneatur.

34 Extende etiam ſi agat ad bona vniuerſalia, quæ fuerunt defuncti, cuius eſt hæres. Alex.conſil. 92. Viſo.num.4.lib.5.

35 Amplia, quia ſi filius adiecit ſe debito hęreditario paterno, cenſetur hęreditatem adiuiſſe. Bal. conſ.210. Quæritur vtrum filius.lib.2.in fin.

36 Amplia, vt per retentionem ſcripturarum eius cuius hęreditas delata eſt, cenſeatur hæreditas adita. Barba.conſ.52.col.5.ver.capio tertiam dubitationem. lib. 4.

37 Amplia, quia aditio probatur ex nõ facto, & ſic ex facto negatiuo; puta, ſi quis adeat hęreditatem patris, in qua debet fieri reſtitutio dotis matris eidem filio, & hæredi, ſi non facit reſtitutionẽ dotis cenſetur adiuiſſe. Bart.in q.10. incipit, Debitor in diem.ver.ſolutio, maxime nu. 2. ver.& iſta quæſtio, & conſ.129. in fin. lib.1. & ibi apoſtill. plena in ver. adminiſtratore; quę dat concordan. pro vtraque, & in l. gerit. num. 28. ff. de acquiren. hæredit.

hęredit. vbi latiſsime, & ibi apoſtill. in ver. venio ad quartum, quæ eſt Andr. Barbat. Bart. conſi. 107. In quæſtione, in fin. lib. 1. Bald. conſ. 109. Punctus ſuper quo, circa med. ver. poteſt etiam clare, lib. 4. & quod filius cenſeatur adiuiſſe hæreditatem matris, ex quo retinuit bona, vt hęres patris ſibi non ſoluendo, apoſt. ad Bart. d. l. gerit, nu. 2. ver. vt plurimum, quæ allegat Areti. conſi. 161. & ſeq. & Barbat. conſi. 4. in fi. lib. 1. Caſtrenſ. plene, conſil. 299. Quod dictus Guido, in princ. lib. 1. & hanc veriorem dicit Natt. conſi. 74. numer. 10. & * communem * dicit Surd. conſi. 244. nu. 20. Soci. conſi. 33. col. 3. lib. 3.

Vide infra. Aditio hęreditatis infanti. Concluſ. 192. nu. 26. & ſeq.

38 Extende, idem eſſe in patre obligato ſoluere filijs infantibus, quia per non ſolutionem cenſetur pro eis adire. Bart. d. l. gerit, nu. 28. in fi. ff. de hæred. inſtit. & conſi. 129. Quidam habuit, circa med. ver. ſed in q. prædicta, & cõſ. 207. in fin. lib. 1. vbi pro vtraq. allegat, & hãc tuetur, quia ſi poſſedit fundum dotalem, præſumitur iuſto iure poſſediſſe adeundo. Bart. d. q. 10. col. fin. ver. Item quod dixi, vbi apoſtil. allegat Franc. Areti. conſi. 161. In puncto conſultationis. Bart. in l. ex annuo in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Angel. Aretin. conſil. 40. Capio primam, nu. 56. & ſeq. per totum, vbi latiſſime, & conſ. 81. In themate, in prin. Alex. pleniſſime conſi. 20. Circa conſultationem, lib. 7. vbi tuetur Bart. & reſpondet ad omnia contraria, & hanc veriorem dicit ibi apoſtil. in ver. adire, & conſ. 23. nu. 10. & ſeq. ver. poſtremo, lib. 7.

39 Extẽde in debitore, qui ſucceſſit creditori, quia præſumitur adiuiſſe, ex quo non ſoluit in termino, ne incidat in moram, & conſequenter delictũ. Roma. conſi. 247. Primo dici poteſt, nu. 4. ver. ſecundo ad hoc, vbi apoſtil. in ver. non ſoluit, pleniſſime, Bart. in ſua q. 10. debitor in diem, ver. ſolutio, in prin. ver. hoc premiſſo, vbi multa allegat.

40 Extende, quia tam aditio, quam repudiatio probatur per non factum, vt late Bartol. dict. l. gerit, n. 28. ver. venio ad quartum, ff. de hæred. inſtit.

41 Extende, vt procedat etiam, ſiue debitor poſſit adire ex perſona ſua, ſiue ex iure deliberandi ſibi tranſmiſſo ex perſona alterius. Bart. d. q. 10. in fin. ver. & eodem ratione.

42 Contrarium, quod imo hæreditas non cenſeatur adita per non factum. Bald. in l. 1. num. 40. C. qui admitti, & in l. cũ antiquioribus, & ibi Salicet. num. 3. C. de iur. deliber. Idem Bald. in l. non hoc, C. vnde cogna. vbi Alexan. & Corne. num. 5. Deci. num. 12. Aretin. in l. gerit, num. 5. ff. de hęred. inſtit. & plene conſ. 160. Et ibi, vbi reprobat Bart. Franc. Albergat. conſil. quod eſt immediate poſt conſil. Bart. 129. & Franc. Tigrini inter conſ. Bart. conſi. 158. in princ. lib. 1. Bald. conſi. 301. In primis, numer. 3. lib. 4. Franciſcus filius Bald. inter conſil. Baldi, conſi. 109. lib. 4. & ibi addidi plurimos concord. Caſtrenſ. conſi. 252. col. 2. in fi. ver. breuiter his non obſtantibus, lib. 1. & conſil. 359. in fin. lib. 2. Angel. conſil. 361. ad primum, Franc. Aretin. conſil. 161. In præſenti conſultatione, numer. 4. & ſeq. ver. in contrarium, Corne. conſil. 42. Plura dubia num. 12. ver. reſtat itaque, lib. 3. & hanc veriorem dicit Deci. in l. non hoc. C. vnd. cogna. apoſtill. ad Roma. conſil. 247. in ver. non ſoluit, vbi citat alios, & eorum veriorem, & Doctor contra quem Bart. concluſit, conſi. 207. in prin. infra nu. 160. & ſeq.

Vide. Aditio hæreditatis infanti, & pupillo delate, ex quibus inducatur. Concluſ. 192. n. 19. & 20.

43 Declara, quia procedit quando hæres allegat ad ſui commodum aditam hæreditatem ex non facto, vel omiſſo, ſecus ſi in præiudicium hęredis id vergat. Ita declarant Doctor. præfati, & maxime Bart. dict. quæſtio. 10. debitor, in fin. ver. & prædicta vera. Corne. poſt Alexand. dict. l. non hoc, nu. 14. C. vnd. cogna. clare Caſtrenſ. in l. cum antiquioribus. num. 5. C. de iur. deliber. & nouiſſime Mantic. de conject. vltim. volunt. lib. 12. tit. 13. num. 7. ver. ſed hęc reſpõſio. Angel. Areti. conſi. 40. Capio primam, nu. 61. Alex. conſil. 20. nu. 3. in fi. ver. vltimo adducuntur, lib. 7. & plenius conſ. 23. Conſideratis, nu. 11. ver. quia reſpondeo, lib. 7.

Vide. Aditio hęreditatis eſt quid facti. Concluſ. 186. nu. 16. & ſeq.

44 Declara, quia competit reſtitutio in integrum infanti, & ex eius perſona patri etiam ſi contrarium procederet. Angel. Aretin. conſi. 81. numer. 4. & ſequen. adeo quod ſemper affirmatiua valet, vel directe, vel per reſtitutionem. Alex. conſil. 20. Circa conſultationem, nume. 4. ver. ad cautelam * tamen, lib. 7. vbi pluries atteſtatur * communem, & magis communem, & tollit omnia contraria.

45 Declarat Caſtrenſ. d. conſil. 299. in prin. lib. 1. quod ſi eſt dubium an filius tenuerit bona nomine patris, & matris, vel matris, ita quod clare non conſtat quod à principio nomine patris tantum tenuerit, limitatio & opinio Bart. eſt vera ſine dubio.

46 Declara, quia habet locum aditio ex, non facto circa immobilia, contrarium vero circa mobilia, Salicet. in l. cum antiquioribus, §. ideoq. C. de iur. deliber.

47 Contrarium ſimpliciter, quod aditio ex non facto probetur, ſiue circa ſtabilia ſiue non. Angel Areti. conſi. 40. Capio primam. col. penul. & fi. vbi recitatis omnibus opinionibus. Bart. ſequitur, & indiſtincte loquitur. Alex. d. conſi. 20. lib. 7. Franc. Aretin. conſil. 160. In præſenti, numer. 6. ver. & præmitto.

47 Amplia, quia pater poſt mortem vxoris dando veſtes vxoris amore Dei, cenſetur adire hęreditatem matris pro filijs infantibus, alias non. Bal. conſi. 31. Angelus habet, lib. 2.

49 Idem eſt, ſi retinuit bona liuellaria, & ſoluit liuellum, quia præſumitur pro filijs infantibus adire. Cuman. conſ. 81. Quia cauſa, in prin.

50 Extende, quia ſi pater mortua vxore adiuit hæreditatem nomine filiorũ, inducitur agnitio pro filijs, ita quod obligantur ex tali aditione, ſecus ſi extaret ſtatutum, quod mulier, vel filia non poſſet contrahere ſine certa ſolemnitate. Angel. conſil. 318. Mater inteſtata; vbi, quod ſi per viginti annos poſſedit pater, an præſumatur ſolemnitas.

51 Extende idem eſſe ſi continuauit pater adminiſtrando bona, vt prius, quia cum non poſſit licite adminiſtrare bona priuigni mortui, niſi occupaſſet indebite, vel niſi nomine filiæ ſororis vterinæ defunctę poſſederit, preſumitur adiuiſſe. Anchar. conſi. 252. Frater cariſſime, nu. 4. & ſeq. ver. tertio principaliter.

51 Extẽde, quia mortua matre relicto filio infante ſi pa-

ſi pater vltra annum retinet dotes, cenſetur adire nomine filij. Bart. in l. gerit. in fi. 4. quæſt. princ. ff. de acquir. hęred. & in quęſt. 10. incip. debitor in diem. Caſtrenſ. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber. Imol. Alexand in l. non hoc. C. vnd. legit. Rom. conſ. 247. Primo dici poteſt. num. 4. ver. eſt igitur videndum, vbi apoſtill. in ver. non ſoluit, dat concord. Alex. conſ. 20. Circa conſultationem. lib. 7. Iaſ. conſ. 3. lib. 1.

31 Amplia, quia aditio probatur, ſi quis confitetur ſe hæredem. Bart. in l. gerit. colum. 3. ver. circa ſecundum. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi filius, in fin. C. de tutel.

34 Extende etiam ſi confeſſio ſit facta per verbum, credo. Bald. in l. 1. in fine. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.

33 Amplia, quia aditio hæreditatis delatę inducitur per exactionem debiti hęreditarij, ac etiam per ſatisfactionem creditoribus abſque proteſtatione. Bartol. in l. gerit, & in l. pro hęrede, in princip. & §. 1. ff. de acquiren. hęredit. Bald. in l. non hoc. C. vnd. cognat. Corne. conſ. 103. In cauſa, colum. 1. libro ſecundo. Alexan. conſil. 32. Viſo proceſſu. libro tertio, in princip. Iaſ. in dicta l. pro hærede. §. Papinianus, in vltim. not. ff. de acquir. hęred. Iaſ. conſ. 112. Viſo longo. num. 2. lib. 4. Socin. conſ. 45. In cauſa agitata. nu. 5. libro 3. Pariſ. conſ. 16. Circa pręſentem. num. 41. libro 2.

36 Idem eſt in exactione penſionis. Alex. d. conſil. 32. vol. 3. Socin. conſ. 295. colum. 2. vol. 2. Iaſ. conſ. 112. lib. 4.

37 Extende, quia etiam ſi frater, vel ſocius exigat vltra partem ſuam, vt is cenſeatur adire. Bart. in l. duo fratres, & ibi Angel. ff. de acquir. hęred. Angel. conſ. 172. Duo fratres, in fi. Corn. conſ. 153. Eleganter. col. 1. vol. 1.

38 Extende, quia ſocius, cui eſt delata hęreditas, & eſt creditor defuncti pro certa rata, ſi exigit vltra ſuam ratam, cenſetur adire hęreditatem. Fulgoſ. Caſtrenſ. & Alexand. in l. ſi vnus, * in princip. ff. de pact. vbi Alexand. dicit * communem opinionem, & Iaſ. ibi in 1. colum. Cuman. conſ. 103. Titius, & Seius. Rom. conſ. 209. Pro verificatione.

39 Extende, quia non admittitur excuſatio, ſi dicat ignoraſſe, quia ſcire debuit quantum ſibi debebatur, & ridiculum eſt, quod per ignorantiam rem alienam occupauerit. l. fin. C. vnd. & potius inducitur aditio, quam delictum. Alexan. conſil. 20. Circa conſultationem. colum. 2. ver. ſecundo mouentur. lib. 7. & conſ. 185. In cauſa, & lite. col. 2. lib. 6.

40 Extende maxime Florentię, vbi eſt ſtatutum, rubr. 29. quod loquitur per verba ſatis præciſa, & prægnantia. Socin. conſ. 113. In cauſa Vbertini, circa fin. lib. 4.

41 Extende, quia per exactionem factam à debitoribus hæreditarijs, & è conuerſo per ſatisfactionem factam creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs, & per alienationem bonorum hęreditariorum inducitur aditio hæreditatis, vt per Bart. & alios in l. gerit. ff. de acquiren. hæredit. Alexand. conſ. 32. per totum. lib. 3. Corne. conſilio 100. libro 1. & conſilio 165. libro ſecundo, ad finem. Iaſ. late conſil. 112. columna ſecunda. libro 4.

42 Extende, quia per exactionem, ſeu perceptionem fructuum hæreditatis inducitur aditio. Alex. conſ. 32. num. 2. lib. 3. Corne. conſ. 103. In cauſa vertente. n. 4. lib. 2. Bal. conſ. 207. Quęritur vtrum. num. 2. lib. 1. & conſ. 392. Anno. colum. fin. in fin. eod. lib.

63 Extende, vt ſoluens debita hæreditaria pręſumatur adire, ſi non eſt proteſtatus ſupra proxime, & Corn. conſ. 82. Quod dicta. num. 11. lib. 1. & latius per eundem conſ. 91. Viſa facti. n. 31. & 38. eod. lib. 1. Socin. conſ. 295. In cauſa contra filios. n. 4. lib. 2. Anchar. conſ. 349. Ant. de Butr. c. qualiter. il 2. de accuſat. Felin. in c. licet cauſam. n. 17. de probat. text. in l. 2. C. de iur. deliber. vbi Bart. & alij. Alexand. conſ. 32. Viſo proceſſu. lib. 3. in prin. Caſtrenſ. conſ. 292. Circa primum. nu. 3. ver. ſuper ſecundo. lib. 2.

64 Et quod per ſolutiones, & quietationes receptas dicatur adiuiſſe hęreditatem, & pro hęrede geſsiſſe. Caſtrenſ. conſ. 291. col. 2. lib. 2. nu. 3. ver. ſuper ſecundo.

65 Extende ſtante maxime ſtatuto Florentiæ, ſuper quo Corne. d. conſ. 91. n. 10. & ſeq. lib. 1. Caſtr. in l. ſi ſeruum. §. fin. ff. de acquir. hęred. & in l. 2. C. de repud. hered. Angel. conſ. 386.

66 Extende in hærede ſcripto mandante ſolui, ſeu ſoluere legata facta à teſtatore, quia is videtur hęreditatem adire. Iaſ. conſ. 112. num. 2. lib. 4. Bald. conſ. 71. volum. 5. Corne. conſ. 211. num. 2. libro 2.

67 Reſtringe, quia per ſolutionem impenſarum non inducitur aditio. Bart. in l. gerit. ff. de acquiren. hęredit.

68 Declara reſtrictionem, vt non procedat, quando hæreditas eſſet lucroſa. Cuman. in l. pro hęrede. ff. de acquir. hæred. Bart. d. l. gerit. ver. ſecundo, de neceſsitate.

69 Declara, quando concurrit aliqua alia coniectura; puta, quia filius longo tempore retinuit dotes maternas. Iaſ. d. l. pro hęrede. ff. de acquir. hæredit.

70 Reſtringe, quia mandans fructus hęreditatis colligi, & cuſtodiri, non cenſetur adire. Ruin. conſil. 113. Copioſe adeo. numero 4. & 5. libro tertio.

71 Reſtringe, quia in venditione ſupellectilium parui valoris pro ſoluenda impenſa funerali, non inducitur aditio. Crauet. conſ. 30. alias 33. num. 12. Iaſ. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſ. Marſil. in l. furem. num. 42. de furt. Ioan. de Amicis conſ. 137. n. 7.

72 Reſtringe, quia per ſolutionem expenſarum funeris factam per patrem pro filio non inducitur aditio. Roman. conſ. 154. Iudicium contra. nu. 3.

73 Amplia, quia filius poſſidens bona paterna, poſt mortem patris, ſiue ſint ſtabilia, ſiue mobilia cenſetur adiuiſſe. Bald. conſ. 85. Quidam nomine. lib. 2. Bald. conſ. 207. n. 4. lib. 4. Iaſ. conſ. 112. nu. 2. libro 4. Socin. conſ. 8. Poſt reditum. num. 2. lib. 4. Pariſ. conſil. 16. num. 40. libro 2. Bart. conſil. 232. num. 3. libro 1. Alexand. conſ. 91. num. 2. ver. probauerunt. lib. 5. & conſ. 126. Viſo proceſſu, in princ. lib. 7.

74 Extende in quocunque hærede poſſidente bona defuncti aliqua ſine alia cauſa, quia cenſetur adire. Bart. in quæſtione 10. Creditor, in principio. Alexand. conſ. 126. Viſo proceſſu. in princip. vbi poſtilla in ver. adire, dat concordan. plur.

Declara

75 Declara quia filius poſſidendo bona patris poſt mortem patris præſumitur ſe immiſcuiſſe, & in quocunque herede extraneo per poſſeſſionem bonorum defuncti,cui ſuccedit,præſumitur aditio ni ſi poſſidens doceat, quod ex alia cauſa poſſideat. Alex.conſ.32.Viſo proceſſu,in princ. ver.& etiam poſſidendo, libro 3.& conſilio 126. in principio. lib.7.

76 Et licet poſſet docere,quod pro dotibus maternis, vel pro fideicommiſſo, aut alia cauſa poſſideat, quod ſufficeret, tamen non releuatur ſi exegit à debitoribus,& ſoluit debita hęreditaria,quia iſta inducunt aditionem.Alex. d.conſ.32.in princ. ver.& licet filij.lib. 3.per tot.

77 Declara, quia quando concurrit alia cauſa, quod etiam vt creditor exegerit ſtatur dicto hæredis,ſi viuit.Alex. d. conſ. 126. num. 2.ver. fortius etiam.lib.7.

78 Amplia, quia aditio hæreditatis inducitur ex ceſſione hæreditatis, ſeu iurium hæreditariorum facta poſt delatam hęreditatem, quia qui cedit cenſetur prius adire. Corne. conſ. 52. In hac conſultatione.nu.9.lib.2. Crauett.conſ.200. Auus habens nepotes,in princ.

79 Extende in patre cedente iura ſibi competentia contra filium, quia cenſetur adiuiſſe hęreditatem filij.Corn.conſ.52.n.9.vol.2. & conſ. 299.nu. 7.lib.3.& conſ.147.col.1.vol.1.Crauett.conſ.200. in princ.Socin.Iun.conſ.107.vol.2.

80 Reſtringe quando pater eſſet creditor filij,quia præſumitur potius voluiſſe cedere hypothecã, vel creditum,quod habet,quam adire,ſi magis ſibi expedit.Bar.in l.gerit.col.5.ver.ad ſecundũ.ff.de acquir.hęred.n.21.& ſeq.cuius opinionem*communem dicit Socin. Iun.conſ.131.col.1.nu. 2. vol. 2. vbi, quod non requiritur proteſtatio, idem tenet Corn.conſ.337.nu.11.& ſeq.lib.1. Bald.conſ.224. lib.2.Alex.conſ.126.col.1.in fi. lib.7. Corne. conſ. 308.col.2.ver.&in his.li.1.& cõſ.312.li.4.Crauet. conſilio 197.n.4. Natt. conſ. 448. num. 20.& ſe.

81 Extende in renunciatione, quia ſi filia renunciat fratribus hęreditatem ſibi delatam cenſetur prius adiuiſſe per neceſſarium antecedens. Socin. conſ.147.Viſa facti contingentia nu.7.& ſeq.verſ. ſecundus effectus. lib.1.quod intelligit idem Socin. conſ.183. num.1. lib.2.procedere quando renunciatio eſt quædam ceſsio affirmatiua, ſecus ſi eſſet repudiatiua.

82 Declara, vt per Crauett.conſ.476.nu.3.& ſeq. vbi,quod renunciatio facta patri cenſetur ad commodum maſculorum, ideo inducit aditionem, ſecus ſi renunciatio facta patri ſit ſimplex, vt ibi in fi.qui declarat. Ruin.conſ.24.col.1.lib.1.ita intelligendum eſſe.

83 Extende multo magis in donatione,quia ſi hæreditas delata donetur,cenſetur acceptata prius.Socin.d.conſ.147.n.8.lib.1. vbi, quod hoc non habet dubium aliquod,quod tamen intelligit idem Soc. conſ.183.Eleganter ſunt omnia.n.1.ver.ſed tamen præmiſsis.lib. 2.procedere quando donantur bona,vel iura hęreditaria,& ita etiam concludit Cuma.conſ.116. Domina Catherina,in princ.

84 Extende, vt procedat etiam in liberatione facta,& pacto de non petendo poſt aditam hęreditatem vni ex cohæredibus,quando aliquid percepit, & liberando fecit pactum illi ſoli Caſtrenſ. conſil. 352. Viſo puncto. column.penult.ver. ſi vero dictum patet. Crauett. plene conſ. 476. numero. 4. & ſequen.vbi, quod deliberatio eſt donatio, late Ruin. conſ. 98. num. 13.lib. 1. vbi, quod liberatio, & quietatio eſt actus diſpoſitiuus, qui inducit aditionem,& quod ſit donatio, Crauett. conſil 142.num.7.

85 Declara, quia in caſu prædictæ liberationis, & pacti, & ſic tacitę aditionis non inducitur aditio,vt teneatur creditoribus liberans, ſed ad effectum,vt valeat renunciatio tanquam de iure quæſito. Caſtren. .d. conſ.252.column.penul.ver.non tamen dico,ſequitur Crauett. conſ.200. in princ. qui idem dicit quando fuit ceſſa, vel donata, & idem Socin.conſ.53.nu.17.lib.4.ſequitur Rota, vt per Put. lib.2.deciſ.519.in fin.vbi, quod talis aditio momentanea ad alium finem non habetur in conſideratione.

86 Extende in venditione hęreditatis, quia prędecit neceſſaria aditio.Bal.conſ.312. Statuto Communis Cremę,circa fi.n.3.ver.illud certum. lib.3.

87 Et idem,quia vendens bona particularia hæreditatis pręſumitur adire. Alexand. conſil.126.in princ.lib.7.

88 Idem, ſi locaret filius, vel alius, cui eſt delata hæreditas bona defuncti. Alexand. dicto conſilio 126. in principio.lib.7. & conſ. 32. Viſo proceſſu. in princ.lib.3.

89 Idemque ſi bona defuncti facit laborare, quia inducitur aditio. Alexand.dicto conſilio 126. in princ. lib.7.

90 Extende, quia mater hęres filij renuncians fratri vterino defuncti, & faciens pactum de non petendo per Aquilianam ſtipulationem,& acceptilationem,cenſetur adire. Signorol.d.conſ.165. nu. 20.& ſeq.ver.nunc deſcẽdo,& cõſ.188.n.16.&.17.

91 Extende,quia renunciatio hæreditatis,vel iuris facta tertio, inducit aditionem,etiã ſi extet cohæres, & renunciatio per acceptilationem fiat tertio,quia cohæres non poteſt prætendere ius accreſcendi,quaſi renunciatio ſit repudiatio, pro vtraque parte pleniſsime allegat Signorol. d.conſ.165. num.32.& ſeq. vbi dicit poſſe vtramque ſubſtineri,tamen hanc tenet.

92 Reſtringe,vt non procedat quando renunciatio eſſet repudiatio hęreditatis nihil reciperet repudians,ſecus ſi eſſet repudiatio continens donationem, & tranſlationem iurium,vel bonorum hæreditariorum. Socin.d.conſ. 183.num 1. ver. ſed tamen præmiſsis. lib.2. ſequitur Crauett.conſ.200. in princ.ver.bene fateor.

93 Declara hanc reſtrictionem, quia repudiatio ſi fiat ſimpliciter vni ex cohæredibus, & nihil reciat repudians,ſi ſint plures,acquiritur omnibus, & non inducitur aditio, ſi vero repudiatio fiat etiam cohæredi aliquo recepto, vel ex cauſa reciproca, vel vni cohæredi pro ſe tantum, quando adeſſent plures,vel ſi repudiatio fieret ad fauorem eius, qui non eſt cohęres, vel non eſt ſucceſſurus poſt repudiantem tunc inducitur aditio,ita videtur declarare, Socin.conſ. 34. Viſa renunciatione, per totum,maxime in prin.lib. 4.& ad hanc declarationem inſeruit Bald.conſ.408. Super eo. lib.4. vbi, quod ex repudiatione gratuita, non dicitur adire,ſecus ſi aliquid datur repudianti.

94 Reſtringe, quia ſi fiat repudiatio per vnum ex hęredibus in manibus vnius ex pluribus hæredibus,talis portio repudiata accreſcit portionibus, non autem perſonæ, & conſequenter omnibus acquiritur. Bellamer.conſ.43. nu.14.plene Socin.

conſ.34. li.4.& plenius Crauett.conſ.200.in prin. qui alios allegat.

95 Reſtringe in declaratione facta, quod nullum ius competit declaranti,quia non inducit aditionem,ex quo neceſſario non includit aditionem, ex quo eſt reſtricta ad tempus declarationis, & repudiatio reſpicit omne tempus.Signorol. conſ. 165.num.6.& ſeq. vbi late.

96 Amplia, quia minor 25. annis extra tutelam poteſt adire ſine authoritate curatoris, quia aditio conſiſtit in ſolo animo. Bald.conſil.374.Quia Cola, in fine. ver. quantum vero ad vltimum. libro 2.

97 Idem eſt, ſi fructus percipit hæreditatis tamquam hęres. Bald. in l. prima. ff. de repudian. hæredit.

98 Amplia, quia hæreditas delata poteſt adiri etiam in teſtamento facto per eum,cui eſt delata. Bald.conſ.464. Incipiendo à primo.numer.3.ver. quod autem adiuerit.lib.2.

99 Amplia, quia hæres etiam creditor ſi poſſideat bona hæreditaria pluſquam ſibi debeantur, cenſetur adire, quia niſi proteſtetur de contrario, poſſeſſio inducit aditionem. Bald. conſilio 272. In cauſa. numero ſecundo. ver. tertia ratio libro 5.

100 Amplia, quia legando aliquid hæreditarium, hæres dicitur adire hęreditatem. Bald.conſ. 168. Allegationes hinc inde, poſt med. ver. de Marcello non eſt dubitandum. lib. 4.

101 Extende,quia hęres mandans in ſuo teſtamento, quod ſoluantur legata eius, qui eum inſtituerat hæredem, cenſetur illius hæreditatem adire. Bal.conſ. 71. Titius inſtituit. lib. 5.

102 Extende, quia hæres faciens pactum non gratuitum de non petendo hæreditatem, cenſetur adire, quia ſe hæredem facit, & priuat.Bal.conſ. 408. Super eo, quod circa medium. ver. ſed reſpondeo. lib.4.

103 Extende, quia hęres grauando hęredem ſuum in teſtamento ad onera, vel legata facta ab eo, qui hæredem inſtituit teſtatorem, cenſetur adiuiſſe. Bald. d.conſ.71.circa medium.ver. item qui hęredem. libro 5.

104 Reſtringe ſecus eſſe, ſi eſſet mera repudiatio, vel pactum gratuitum de non petendo, quia non cenſeretur eo caſu adiuiſſe. Bald. conſ.408. circa fin. ver. niſi quis dicat, lib.4.

105 Amplia, quia vendens hæreditatem cenſetur illam adire prius, ex quo vendit, ſaltem ordine intellectuali, quia venditio non valeret, niſi aditio intelligeretur præcedere. Bald. conſ.312. Statuto Communis Cremę, circa fin. ver. illud certum.lib.3.

106 Imo vendens aliquam rem particularem hæreditatis cenſetur adire.Bart.conſ.232.Domina Cęcilia n.3.ver.quod autem.lib.1.

107 Extende, quia ſi is,cui defertur, ſeu delata eſt hęreditas abſoluit per acceptilationem eum, qui poſſidet, cenſetur neceſſario adire, ac acceptare, & tradere ei, cui fecit abſolutionem. Signor. plene conſ.188.num.16.& 17.

108 Amplia, quia faciens deſcribi bona teſtatoris in perſonam ſuam, tamquam hæredem, cenſetur hæreditatem adiuiſſe. Bald.conſ.71.circa fin.ver. item ad hoc. lib.5.

109 Extende, quia aditio inducitur ex liberatione facta, quia alias non poſſet liberare. Bald. in l. pactum. C.de collatio.in 8.quæſt.quem citat, & ſequitur Caſtrenſ. conſ.252.Viſo puncto.col.pen. ver.præterea dicit ipſe.lib 1.

110 Extende idem ſi fiat pactum ſuper hęreditate. Caſtrenſ. dicto conſil. 252.colum. penul.ver.prętera. lib. 1.

111 Declara, quia iſta aditio ficta inducit aditionem pro actus validitate, ſed non, vt teneatur creditoribus. Caſtrenſ.d.conſ.252.col.penul.ver. non tamen dico. lib. 1. ſequitur Crauet.conſ.200. in princip.

112 Extende, quia ſicut ſoluens debita hęreditaria cenſetur adire. l. 2. C. de iur. deliber. ita etiam exigens debita hereditaria, quia neutrum poteſt fieri citra ius, & nomen hęredis.Caſtrenſ. conſ. 447. Ad primum, in fin. lib. 2. vbi loquitur in eo, qui liberauit debitorem, quia confeſſus eſt habuiſſe, & recepiſſe.

113 Amplia, quia hæreditatis aditio inducitur ſi fiant aliqua, quę citra ius, & nomen hęredis fieri nequeunt, prout eſt poſſidere hęreditatem, & bona hæreditaria, quæ alio iure ad ipſum non poſſunt ſpectare.Bal.conſ.489.n.4.ver.circa quod ſciendum.lib.3.Corne.conſ.93.Licet poſſet, in fin. lib.3. vbi loquitur, in matre,quæ erat filijs ſubſtituta, vt adiuerit, quia poſſedit bona mariti poſt mortem filiorum pupillorum,etiam ſi pupilli non adiuiſſent, quia tamquam ſui tranſmiſerunt.Bal. in conſil. 224. Super eo.lib.2.Florian.de S.Petro. conſ. 21.num.32.& ſeq.vbi extendit in legatario, vt agnoſcat legatum, ſi tamquam legatarius facit ea, quæ citra ius, & nomen legatarij fieri nequeunt.Rom.conſ.247.n.4.in fi.ver.tertio arguitur. Bart.conſ.232.n.3.lib.1.

114 Extende, vt procedat etiam ſi poſtea proteſtatio eſſet facta, quod non intendebat adire per talem poſſeſſionem, quia proteſtatio non tollit actum aditionis præcedentem. Bald.d conſ. 489. in fin.ver. quid vltra.lib.3.plenius Crauett. conſ. 348.n.8. & conſ.427.n.14.& ſeq.vbi latiſſime.

115 Extende,quia etiam ſi ſublequatur proteſtatio, quia non releuat,quia non pendet à voluntate proteſtantis poſt aditionem.Rom.conſ.247.in fin.

116 Amplia, quia ex ceſſione iurium hæreditatis inducitur aditio,non autem ex renunciatione hæreditatis ſine ceſſione iurium.Crauett. conſ.200. in princ. vbi declarat induci aditionem pro validitate ceſsionis,non vt teneatur creditoribus hæreditarijs.Corn.conſ.52.In hac conſultatione. n. 9. & ſeq.lib.2.& idem dicit Caſtrenſ. conſ. 252. Viſo puncto.col.2.lib.1.ver.non tamen dico.

117 Extende, quia donans ius fideicommiſsi etiam ſub conditione ſi eſt hæres inſtitutus, & ſubſtitutus,dicitur adiuiſſe, ex quo fideicommiſſum ſine aditione, & donatio non valeret. Fulgoſ. conſ. 100.col.2.ver.cæterum cum vnus.

118 Et quod cedens iura hæreditatis ſibi delatę, cenſeatur prius adiuiſſe. Caſtr.conſ.252.col.pen. circa medium.ver.præterea dicit.lib.1.Ruin.plene conſ.170.num.10.in fin.cum ſequen.lib.1. Puc. deciſ.519.num.3.lib.2.

Amplia,

119 Amplia, quia inducitur immixtio in ſuo,& adi tio in extraneo per locationem bonorum hęreditariorum . Alex.conſ.32.Viſo proceſſu, in princ. ver.& ſimiliter locando.lib.3.

120 Amplia , quia ſi ſunt quatuor fratres , & vnus moriatur poſt patrem,antequam adiuerit,quo caſu tranſmiſit ad alios tres , ſi alij tres exegerint à debitore paterno integrum , videlicet , quilibet pro tertia parte,cenſetur adire etiam portionem fratris , & obligantur ad debita , quia qui facit vnum , quod habet in neceſſarium antecedens aliud,videtur vtrumque facere.

121 Contrarium dicit Anchar.conſ.324. Pulchrum mihi videtur : vbi mouetur duabus rationibus. * Vna,quod licet ſit communis*opinio,quod tranſmittatur hæreditas non adita in ſuo ad quoſcunque,tamen eſt dubia quæſtio,quæ excuſat. Secunda, quia potuerunt iſti tres fratres repudiare, & per ius accreſcendi velle habere , quod eſt magis vtile ; ideo cum neceſſario non concludat illa exactio , non obligat fratres ad debita frátris , tamquam adiuerint hereditatem .

122 Amplia , quia ex ſolutione legatorum factorum à teſtatore inducitur aditio hæreditatis. l.2. C.de iur.deliber.

123 Reſtringe,quando legatum fuit ſolutum integrũ ab hęrede pro parte,ſecundum Odofr.d.l.2.& Fulgoſ.ſub dubio.Vide tamẽ,quia forte hoc nõ dicũt.

124 Reſtringe,quando legata pia eſſent,quæ debentur ante aditam hęreditatem. Tiraq.de priuil.piæ cauſ.priu.33.Natt.conſ.448.n.11.& ſeq. vbi idem ſi ſepeliuit filius patrem , ſi impenſam funeris ſoluit,vel medicinas, vel ſi impenſas familię teſtatoris miniſtrauit , & alia pietatem ſonantia fecit . Maſcard. Concluſ.44.n.33.

125 Reſtringe Florentię, quia ſtante ſtatuto. lib. 2. rubr.31.de exequut.legat.ex quo debentur legata ante aditam hęreditatem , non inducitur aditio , quia æquiuocatio inducitur,ex quo magis nomine proprio, quã vt hęres potuit ſoluere.l.merito. ff.pro ſoci.late Natt.conſ.448.n.11.& ſeq.Simon. de Pręt.lib.5.interp.1.dubit.3.nu.7. vbi exempla.

126 Extende, vt procedat reſtrictio,etiam ſi illud , quod ſolutum eſt non eſſet proprie pia cauſa, ſed ex alia cauſa, prout ſi domum hæreditariam corruentem refici fecit, quia poteſt eſſe animo repetendi,vel animo donandi , ſi impenſa eſſet modica.Natt.qui plura cumulat , & dicit eſſe arbitrarium Iudici,conſiderata qualitate perſonarum, & ſoluti.d.conſ.448.n.11.& per tot.vbi latiſſime .

127 Declara, quia eſt arbitrariũ Iudici,an ex actu, qui poteſt importare aditionem,vel non aditionẽ vt conſiderata qualitate perſonarum,rerum,& actuum,poſſit Iudex ex magis veriſimili inclinare pro aditione,vel nõ aditione.gloſ.in l.pro hæred. in prin.in ver.ſeruus,vbi Bart.Angel.Caſt.& alij. ff.de acquir.hæred.Natt.conſ.448. n.13.Maſcard. concl.44.n.33.Simo. de Præt.de interpret. vltim. volunt.lib. 5.interpret.1.dubit.3.num.73.

128 Extende, quando eleemoſyna data ab eo , qui poteſt eſſe hęres, fuit de bonis hæreditarijs facta, quia tunc aditio inducitur.Bart.in l.gerit.n.25.ff. de acquir.hæred.

129 Secus ſi eleemoſyna fiat de bonis proprijs,& de ſuo:ita declarat Aret.d.l.gerit.col.6.ver.ité adde.

130 Et quod magis inducatur aditio ex ſolutione legatorum,quam aliorum debitorum.Caſtr.conſ. 292.n.3.li.2.quia legata nõ debẽtur ſine aditione.

131 Et quod ex ſolutione piorum legatorum non inducatur aditio . Caſtrenſ. conſ.292. nu.3. lib.2. qui dicit hoc eſſe verum , ni ſi ſolutio eſſet facta nomine hæreditario , & quietationes vti hæredi factæ eſſent. Socin.conſ.295.col.2.lib.2. Bart.d.l. gerit.n.19.ff. de acquir. hæredit.

132 Extende , quia ex actibus pietatis non inducitur aditio, prout ſepelire mortuum, claudere domum cauſa cuſtodię , bona mobilia cuſtodire , ne perdantur.Caſtrenſ.conſ.33.n.2.ver.quantum vero ad ſecundum . lib. 2.

133 Amplia,quia legatarius ad inſtar hæredis dicitur agnouiſſe legatum, ſi tamquam legatarius fecit actus , qui citra ius , & nomen legatarij fieri nequeunt.Florian.conſ.21.num.34.

134 Limita,quia non ſufficit pręſentia hęredis,quando teſtator illum inſtituit hæredem,& grauat in bonis proprijs per fideicommiſſum, quia non dicitur approbaſſe teſtamentum , vel adiuiſſe, ita vt teneatur.Alex.conſ. 20.Ponderatis.col.penul. nu. 10.in fi.cum ſeq.ver.nec prædictis etiã obſtat.li.3.

135 Limita,quia aditio hæreditatis,non cenſetur facta ex verbis Notarij in procura, vel alio inſtrumento per hæredem facto,ſi conſtare poſſet,quod eſſent verba Notarij, & non hæredis.Bald.d.conſil.263.in fi.ver.ſi poſſet defendi.lib.1.

136 Limita,quia filius proteſtando nomine patris , tamquam procurator, non cenſetur hæreditatem adire,vel ſi proteſtetur ſuo nomine proprio. Bal. d.conſ.210.in fi.ver.tertio quæritur,lib.2.

137 Limita , quia non probatur aditio hęreditatis per conſtitutionem procuratoris ab eo , ad quem ſpectat hæreditas de iure,licet dicat,quod conſtituit ad proteſtandum , quod bona in hæreditate talis relicta ad ipſum conſtituentem legitimo titulo ſpectant , quia ſi poſtea repudiat hęreditatem non cenſetur adiuiſſe per iſta verba.Bal.conſ. 17.In nomine Domini 1364.lib.3.vbi eſt caſus .

138 Extende limitationem , vt procedat etiam ſi conſtituens non doceat de alio titulo , quia non tenetur , ex quo talia verba incerta non inferunt neceſſario aditionem . Bald.d. conſ.17. circa fin. ver.quapropter. lib. 3.

139 Limita , quia ad hoc , vt inducatur aditio requiruntur actus poſitiui , vel declaratiui animi adeundi,alias ſi pater retineat bona filij defuncti, in quibus habet vſumfructum , cenſetur retinere ex titulo præcedenti vſusfructus,ſi alius actus non interuenit poſitiuus inducens aditionem . Angel. conſ.361.num.2.ver.de ſecundo dubio.Bald.conſ. 301.n.3.lib.4.& infra nu.143. & ſeq.

Vide. Aditio hęreditatis quando ex actu indifferenti inducatur. Concluſ.193.

140 Extende,quia aditio non inducitur ex præſentia hęredis , quando inſtituitur , quia viuente teſtatore non poteſt adire , & minus ex eo , quod hęres ſuperuixerit teſtatori per paucos dies. Caſtrenſ.conſ.114.num.2.lib.1.

141 Limita , quia hęreditatis aditio non inducitur per actus extraneos non conuenientes hæredi.aal. conſ.488.Punctus talis eſt.n.2. ver.ſecundo caſu , & conſ. 489. Circa medium . verſ. quidam vero ſunt actus . lib. 3.

142 Limita, quia filius faciendo pacem pro patris mortui offenſa,etiam ſi aliquid recipiat,non cenſetur adire hęreditatem patris , quia hoc ſibi competit iure ſanguinis , non iure hęreditatis. Clarus in §. finali. quęſtione 58. numero 33.

* ver. ſed hic incidenter, vbi dicit * communem.

143 Limita, quando actus ſunt indifferentes, vt quia poſſunt importare aditionem hæreditatis, & non aditionem, quia non inducitur aditio, ſiue ſit facta præcedens proteſtatio de non adeundo, ſiue non, quia ex actu æquiuoco non inducitur aditio. Bald.conſ.488.in fin. ver.tertio caſu. lib. 3. & latius conſ. 489.num.4.ver. quidam ſunt actus indifferentes.lib.3.Bart.in l.gerit.n.21.ff.de acquiren.hæred.Io.de Plate.in l.fin.C.primipil. lib.12. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.101.nu.80. Roman.conſ.154.n.2.

144 Et ratio eſt,quia probatio debet de neceſſitate concludere; igitur ſi actus non concludit non inducitur aditio.gloſ.in l.pro hęrede,in princ.verſ. ſeruus,vbi Bart. Angel. Caſtrenſ. & alij. ff. de acquir.hęredit.late Natt.conſ.448.n.11.& ſeq. Maſcard. concluſ. 44.num.33. Simon de Pret. de interpret. vltim.volunt.lib.5.interpret.1. dubitat. 3. num. 77.

145 Et quod actus, qui poſſunt fieri citra ius, & nomen hæredis,non inducant aditionem. Bart.q. 10.debitor in diem.ver.contra quod,n.7.ver.quarto probatur ſic,vbi apoſtill.in ver.quarto probatur, dat concordant.

146 Extende,quia filius, qui habitauit domum paternam cum matre,non cenſetur adiuiſſe hęreditatem patris,ex quo poteſt ſubeſſe alia cauſa poſſidendi; puta,vel quod mater pro dotibus ſuis,vel quod filius iure familiaritatis, vel alio titulo cũ matre poſſederit.Caſtren.conſ 147. In cauſa, quæ vertitur, col.2.in fi.nu.2. ver.nec obſtat.lib.1.

147 Extende,quia ſi quis confitetur vendidiſſe bona paterna, prout in inſtrumento, & conſtat ex inſtrumento,quod prius repudiauit, poſtea vendidit bona paterna pro dotibus ſuę matris, is non cenſetur adiuiſſe.Caſtren.d.conſ.147.nu.2. in fin. col.2.& in princ.col.3.lib.1.

148 Et pater qui aſportauit bona filij mortui aduentitia,non probatur adiuiſſe, quia potuit ex alia cauſa, puta, pro conſeruatione ſui vſusfructus,aſportaſſe.Rom.conſ.154.Iudicium contra,in prin.

149 Et generaliter, quando actus poteſt importare aditionem & non aditionem non probatur aditio. Rom.d.conſ.154.num.2.

150 Alia eſt ratio,quia actus,qui potuit fieri nomine proprio,& vt hæres in dubio, nomine proprio cenſetur factus.l.& magis.ff.de ſolutio.Bart.in d. l.gerit,n.21.ff.de acquir.hęred. Io.de Platea, in l. fin.C.de primipil. lib.12.Abb.in c.ex parte.in fin. de conſuet.Menoch.lib.4.præſumpt.101. n.80.

151 Reſtringe limitationem,vt non procedat,quando is, qui facit actum indifferentem exprimeret, quod faceret tamquam heres, vel iure hęreditario, quia inducitur aditio, etiam ſi prius feciſſet proteſtationem,quod non intendebat velle adire, quia cenſetur recedere à proteſtatione. Bald. d. conſ.488.in fi.lib.3.& latius conſ.489.num.4.ver. aut gerit tamquam hęres.lib.3.

152 Limita, quando hæres inſtitutus fecit proteſtationem, quod per aliquem actum, quem fecerit,vel faciet in futurum,nonintendit hęreditatem adire, niſi adeat expreſſe per verba, quia etiam in ijs, quę ad ſolum hæredem ſpectant,non cenſetur adire, ſi ſua ſola voluntate,& non contrahendo cum alio,fecit actum aditionem importantem. Bald.conſ.488.Quando inſtitutus.n.2. lib.3. alias incipit. Punctus talis eſt, & in fin. dat exemplum, vt ſi poſſideat ſimpliciter,& latius conſ.489.Quia copioſe. numero 4. ver. circa quod ſciendum. libro 3.

Vide. Proteſtatio contraria facto, vel iuri non releuat. Concluſ. 944.

153 Declara ſecus eſſe, ſi faceret actum inducentem aditionem non à ſe ipſo ſolo,ſed cum alio contrahendo, veluti ſolutionem recipiendo, vel ſoluendo,quia tunc cenſetur recedere à proteſtatione.Bald.d.conſ.488.in princip.ver.& primo caſu. lib.3.& latius conſ.489. num. 4. ver. circa quod. lib. 3.

154 Extende,vt multo magis procedat in actu æquiuoco,vt quando poteſt retinere bona tamquã hæres,& tamquam creditor,quia ſtatur proteſtationi pręambulę, & etiam iuramento afferentis fecille actum æquiuocum,quo iure facere intellexerit. Bald.conſ.400. Proteſtatio facta. lib. 5.

155 Limita,quia frater habens bona communia cũ fratre, ſi frater decedat inſtituto hęrede fratre, qui poſſideat,& leget bona cõmunia,non præſumitur adiuiſſe,quia nõ infertur neceſſario ad aditionẽ,ex quo rem totam, ratione cõmunionis potuit retinere, & legando rem cõmunem cenſetur legare ius, quod habet.Angel. conſ.173.Duo fratres.

156 Extende, quod propterea hęres habitans domum communem inter eum, & defunctum, non cenſetur adire hæreditatem. Caſtren. conſ.114.n. 2. ver. nec ex eo.lib.1.

157 Limita,quia quando quis poſſet retinere bona ex alio capite,quam hæreditario, & eſſet damnoſa aditio,non debet præſumi,ſed potius continuatio ex alio iure magis vtili. Card.Zabar. conſ.37. in prin.Quod eſt Collegij Patauini, quia in dubio, quod veriſimilius,& minus nociuum eſt,præſumitur.Alex.conſ.32. col.2.ver.& licet filij.lib.3.

158 Reſtringe,quando allegaret poſſidere ex fideicommiſſo,quia tamquam filius fuit poſitus in cõditione, quia ſecundum * communem non ſunt vocati.Alex.d.conſ.32.n.2.& 3.lib.3.vbi late.

159 Declara, quia vbicunque aditio infertur præſumptiue ex facto,vel non facto,neceſſe eſt, quod is, qui dicit adiuiſſe hoc alleget, alias actus aditionis præſumptiuus non inducitur.Ita Corn.conſil.216.in fin.lib.3.

Vide infra. Allegari debet id, quod eſt fundamentum intentionis.Concluſ.252.

160 Limita, quia hęres inſtitutus, qui eſt debitor teſtatoris, ſi non ſoluat alteri hæredi id,quod debet,non præſumitur adire. Alex.conſ.20. Ponderatis his.lib.3.num.13. vbi apoſtill. dat concord. Bald.in l.ſi certis annis,in fin.C.de pact.Alexand. conſ.23.in fin. libro 7. Corne.conſ.321.libro 1, & conſ. 42. col.penul. lib. 3. & hanc veriorem dicit apoſtill. ad Alexand. conſ.20.lib.3.in ver. aditio, vbi alios allegat. Mandoſ. in addit. ad conſ. Roman.247. in ver. Non ſoluit,dicit hanc veriorem allegat Franc. Tigrini inter conſ. Bart.158. Prædictæ rationes, poſt princip. Aret. conſ. 161. In præſenti conſultatione.num.4.ver.in contrarium. Corne.conſ.16.& ſeq.lib.3.

161 Idem Corne. & Deci. num. 12. in l.non hoc.C. vnd.legit.Paul.Imol.Roman.Aret.& Alex.in l.gerit.ff.de acquir.hæred. Areti.conſ.160.nu.4.ver.ſi vero annus.Dec.& Riminald.pleniſsime in l. non hoc.C.vnd.legit. num.3. & ſeq.Soc. Iun. conſ.14. num.13.lib.3.Bald.in l.1.num.40. C.qui admitti. & in l. cum antiquioribus, vbi Salicet.num.3.C. de iur.

de iur. deliber. Bald. in l. non hoc, vbi Roman. num. 21. latiſſime Alexand. conſ. 20. Circa conſultationem . lib. 7. vbi dicit in eadem cauſa conſuluiſſe Franc. Areti. qui eamdem opinionem tenet, ſed non approbat illam rationem de mora,& delicto,vt euitetur. Ipſe autem Alex.potiſſime mouetur alijs rationibus,& reſpondet ad omnia contraria , & approbat etiam apoſtill. ibi in ver.adire,quæ dicit hanc veriorem.

162 Contrarium tenent Bartol. quæſt. 10. Roman. conſ. 247. Primo dici poteſt.num.4. ver.ſecundo ad hoc,vbi apoſtil.allegat Bar.conſ.129. Quidam habuit vxorem . Corne.conſ.165.lib.1.Alex.conſ. * 20.lib.7.& communem * dicit Ruin.conſ.112. in fine. lib. 2. quem ſequitur Surd. conſil. 244. num. * 20. vbi dicit * communem, & alios citat,& hanc * magis communem * dicit Menoch. libro 4. præſumpt.101.num.88. vbi alios. Bart. in l.gerit.nu. * 28.ff.de acquiren. hæredit.communem * etiam dicit Ruin. conſ.34. num.9. lib.2. Et quod pater cenſeatur adire hæreditatem filij, vel hereditatem patris ſi retinuit dotes, quas reſtituere tenebatur , ex non ſolutione eius , quod debet, plene Caſtrenſ. conſ. 460.Sequendo ordinem.lib.1.n.2. ver.ſed aduertendum,& idem in debitore inſtituto hærede à creditore,quia ne incidat in moram, & delictum præſumitur adiuiſſe . Roman. conſ. 247. Primo dici poteſt.nu.4.ver. ſecundo ad hoc, vbi apoſtill. in ver. non ſoluit, dat concord. pro vtraque. vide ſupra num.37.& ſeq.

163 Declara ſupra num. 43.& maxime, quia quando retinuit bona ſolum alteri obligata ; ſed non hæreditaria non inducitur aditio , prout hoc diuerſe ponit Franc. Tigri.inter conſ. Bartol. conſ. 158.lib.1.& Franc.Albergot. pariter inter eadem conſil. poſt conſ. 129.lib.1. Bald.in l. ſi certis annis.num.20.C.de pact.

164 Declara multis modis , vt per Menoch. tract. præſumptio.lib.4.præſumpt.101.nu.90.& ſeq.vbi ponit quatuor declarationes . Prima , quod non præſumatur adiuiſſe,ſi ipſe hæres negat.Secunda, ſi incidat in pœnam adeũdo,vel non præſumitur , vt euiter pœnam, quando vero factum affirmatiuum eſt connexum,ſemper præſumitur aditio , & idem ſi diu tenuit bona vxoris debita filijs .

165 Et quod non præſumatur adiuiſſe , ſi hæres negat, ſecus ſi affirmet, videtur de mente Bartol.in dicta l. gerit. num. 28. ff. de acquiren. hæreditat. * & eſt communis * opinio , vt omnes concludunt in l. non hoc. C. vnd.legit.vbi Alexand. & Corn. numer. 14. Caſtrenſ. dicta l. cum antiquioribus . num. 5. C. de iur. deliber. Mantic. de coniectur. vltim.volunt. libro 12.titul.13. numer.7. ver.ſed hęc reſponſio , & pro iſta parte faciunt plura ſimilia .

Vide . Aditio hereditatis eſt quid facti . Concluſ.186.num.16.& ſeq. vbi, quod ſtatur declarationi hæredis , vel adeuntis cum iuramento , & quia actus dubius non importat aditionem,ſi potuit alio animo geri , quam adeundi .

166 Declara,quia queſtio eſt pro amico, & vtraque opinio poteſt teneri. Curt. in d.l.non hoc.C.vnd. legiti.

167 Vide poſt omnes pleniſſime Mantic.de coniect. vltim. volunt.lib.12. tit.13. vbi pro vtraque parte allegat , & tandem diſtinguit forte 12. caſus . num.13.& 14.vide eum omnino.

168 Limita , quando exactio , vel poſſeſſio eſt de modica re , vel quantitate, quia non præſumitur aditio . Iaſ.in l.1. §.veteres.num.13.ff.de acquir. poſſeſſ.Marſil.in l.furem.num.15. ff.de furt. Natt. conſ.448.num.13.& ſeq.vbi late .

169 Contrarium , quod imo ex vna camiſia data amore Dei inducatur aditio . Iaſ. conſ. 102. col. 2.ver.item etiam.lib.4.vide Bald.conſ. 31. Angelus habet.lib.2.qui videtur idem dicere , quando dedit veſtes vxoris amore Dei .

170 Reſtringe ſtante ſtatuto Florentiæ rub.29.quod diſponit de quibuſcunque bonis, quæ dictio vniuerſalis omnia comprehendit. Socin.conſ.10.col. 2. ver.tertio probatur.lib. 1. Roman. conſ.31.Viſis. Alexand.conſ.102.lib.6. Iaſ. conſ. 63. colum. 4. lib. 3. Natta conſ. 7. num. 3. Crauett. conſil. 217. ver. octauo conſidero , & conſ. 105.num.3. & vbi ſunt verba vniuerſalia omnia comprehendentia , res dicitur clara . Crauett.conſ.294.col. antepenul.

171 Declara , quia extra territorium non ſe extendit ſtatutum . Alexand.conſ.16. Viſo titulo.num. 1. vol.1. & conſ. 44. Videre prima facie. num. 6. lib. 3.

Declara , quia eſt arbitrarium Iudici. Natt. d. conſ.448.num.13.& ſeq.

Vide Concluſionem proximam ſequentem cum alijs duabus ſequen.vbi quid in ſuis , & quid in infante .

Vide aliquos ex dictis caſibus , ex quibus inducitur aditio cumulatos per ſingulares Concluſiones apud Maſcard. à Concluſione 40. vſque ad Concluſionem 53.

Aditio hæreditatis in ſuis , ex quibus inducatur . Concluſ. CXCI.

1 ADITIO hæreditatis inducitur ex ſola exiſtentia eorum hęredum , qui ſunt ſui , & idem operatur ſuperexiſtentia ſuorum,quod operatur aditio extranei. Oldrad conſ.171. Thematale eſt Titius, num.9.ver.ſecundo quęritur. Cuman.conſ.89.Circa primum,in fin.

Vide . Suitas operatur multa . Concluſione 884.

2 Declara , quia ſola exiſtentia eius,qui ſuus eſt non operatur,ſed requiritur vera,& actualis aditio ad hoc , vt contra eum , qui vult proponere querelam inofficioſi currat præſcriptio quinquennij.Alex.conſ.128.n.5.lib.1.

3 Amplia , quia filius in poteſtate patris ratione ſuitatis efficitur hæres ſolo animo , ſecus in extraneo,quia licet aditio fiat ſolo animo,tamen in extraneo requirit actum poſitiuum,vel apparentem,ex quo animus detegatur,ſecus in ſuo. Bald. conſ.432.Super dubia,in princ.lib.3.

4 Et propterea in ſuis ſola immixtio habetur pro aditione, quia adit extraneus,ſe vero immiſcent ſui. Anchar. conſ.354.in fi.n.9.

5 Declara,quia prædicta procedũt in filio,qui ſit ſuus,& maior 25.annorum,ſi vero eſſet minor,qui præſumitur ignorare, oportet,quod ſciat ſe eſſe ſuum , & neceſſarium hęredem, vt immixtio , vel repudiatio valeat . Alex.conſ.126.Viſo proceſſu. num.5. & ſeq.per tot.ver.plus etiam videtur. lib. 9. vbi dicit cautum debere eſſe, vt exprimat hoc

videlicet ſciens, ſe eſſe hæredē ſuum, & neceſſariū, alias non valeret in minore.

6 Limita, quod dicitur exiſtētiā ſuorū hoc operari, quod aditio in extraneo, procedere ſolum quando vtiliter, ſeu valide ſunt inſtituti, ſecus ſi nulliter. Oldrad. dict. conſil. 171. numer. 9. ver. ſecundo quæritur.

7 Limita, quia quod dicitur ſuitatem operari aditionem habere locum, quoad commodum filij, ſecus quoad onera, quia ſi potuit filius retinere bona pro dote materna, vel alio titulo, ne ſubeat onus, tanquam hæres, non præſumitur aditio ex re tentione bonorum. Bald. conſi. 302. Prima, ratio in fin. & conſil. 304. Sententia lata, in fin. lib. 3.

Vide. Filius præſumitur hæres patris. Concluſio. 359. nu. 7. & ſeq. maxime nu. 14.

8 Limita, quia filius habet à Prætore beneficium abſtinendi, quod eſt conceſſum ad commodum, non ad damnum filij. Bart. conſil. 23. Nicolaus, col. 2. ver. Beneficium abſtinendi, lib. 1.

Vide. Hæreditas iacens quid ſit. Cōcluſione, 21. nu. 10, & ſeq. maxime, nu. 13. vbi declaratur.

9 Limita, quia etiam ſi filius hæres inſtitutus à patre, & grauatus reſtituere bona ſibi obuenta ex tra teſtamentum à patre fuit grauatus ipſe præſens teſtamento, & tacuit, non propterea cenſetur approbaſſe teſtamentum, & adiuiſſe, ſeu accep taſſe. Alex. conſ. 20. ponderatis, n. 10. in fi. cum ſeq. ver. nec Prædictis etiam obſtat, lib. 3.

10 Limita, quia hęres filius inſtitutus à patre, & grauatus reſtituere omnia bona habita à patre extra teſtamentum per fideicommiſſum, licet fuerit præſens, & tacuerit, ac etiam ſoluerit quædam legata, ad quæ pater filium grauauit, quia vice verſa pater liberauit filium à certis debitis tamen non cenſetur propterea adiuiſſe, vel approbaſſe teſtamentum patris, quoad inſtitutionem, & fideicommiſſum. Alex. d. conſi. 20. num. 11. ver. non obſtat etiam, lib. 3. vbi. nu. .. dicit, quod iſto caſu potuit agnoſcere legata abſq. eo. quod agnouerit inſtitutionem, & fideicommiſſum, l. quī filiabus, §. fi. cum l. ſeq. ff. de legat. 1. & maxime quando hęreditas fuit adita ab alio inſtituto, ex qua aditione confirmantur legata.

Aditio hæreditatis infanti, & pupillo delatæ ex quibus inducatur. Concluſ. CXCII.

1 INFANS, & pupillus proximus infantiæ non poſſunt adire hæreditatem etiam lucroſam, niſi ſciant ius, & hęreditatem ſibi delatam, quod ſcire non poſſunt, quia quicquid vident, ignorant, & ideo filij infantes, & pupilli ſi non adiuerunt hęreditatē matris, & moriantur, illam non tranſmittunt ad hæredes ſuos, ſed hæreditas debetur proximioribus matris defunctæ. Bal. conſ. 273. Factū dicitur eſſe tale, nu. 3. & ſeq. ver. ſed videamus de bonis, lib. 1. & conſi. 31. Angelus habet, lib. 2. vbi tamen videtur tueri etiam ex eo, quia non fuit probata infantia defuncti, ſeu quod eſſet impubes.

Vide. Aditio hæreditatis, per quos fieri poſſit. Concluſ. 194.

2 Extende, quia neq. tranſmittunt illam ad patrē quando non fuit adita hæreditas materna, & propterea pater adire non poterit poſt mortem filij.

* Bald. conſi. 204. Viſo themate, lib. 5. vbi dicit * cō munem, ſed non bene aperit, an eſſet impubes, vel infans, ſed hanc etiam partem in infante tenet. Caſtrenſ. conſi. 129. Statuto, col. 1. num. 2. in fi. ver. ſed ex alio, lib. 2.

3 Reſtringe, quia imo hæreditas matris delata infanti, etiam non adita tranſmittitur, ſecus ſi non eſſet infans, vt tenet Bald. conſi. 109. Viſo dicto puncto, lib. 4. in fin. & ſic differentia eſt, quod infans tranſmittit, non infans vero ſecus, & conſi. 489. Caſus talis eſt, nu. 2. ver. ſecundo præmittendum, lib. 5.

4 Reſtringe, quod infans tranſmittit hæreditatem patris ad omnes ſibi ſuccedentes ab inteſtato quā
* do non eſt adita, eſt * communis opinio, vt atteſtatur Roman. conſ. 58. Viſis narratis, in 2. dubio, vt apoſtill. in ver. tranſmittit, vbi citat infinitos,
* & dicit * communem, licet idem Rom. conſ. 495. dicat indigere deciſione Cæſarea.

5 Et quatenus non traſmitteret hęreditatem bene traſmittit beneficium reſtitutionis in integrum idem Roma. d. conſ. 58. nu. 3. ver. quantum ad ter-
* tium, vbi dicit omnium * communem, & ibi apoſtill. in ver. tranſmitti dat infinitos concord. licet idem Rom. d. conſ. 495. dicat indigere deciſione Cæſarea.

6 Imo, quod ſola ſcientia pupilli, vel eius patris, ſeu tutoris ſufficiat, vt hęreditas traſmittatur, vel ſaltem ius deliberandi, ſeu facultas adeundi, & acquirendi hęreditatem maternam ad ſubſtitutum pupillariter, expreſſe tenet Bart. conſ. 79. In negocio, lib. 2. circa fin. Quod eſt Franc. Maſſei de Eugubio, vbi loquitur etiam ad excluſionem auiæ materne, & iterum plenius Bart conſ. 75. In queſtione circa med. ver. 3. allego, vſq. in fi. lib. 2.

7 Plus dicit Bart. d. conſ. 75. circa fin. lib. 2. quod ſufficit ſcientia tutoris, ſiue legitimi, ſiue iuſſi, ſiue datiui, etiam ſi nondum acceperit adminiſtrationem, etiam ſi non fecerit inuentarium.

8 Declara iſtam materiam ſecundum Bart. dict. conſ. 75. in fi. lib. 2. quia l. ſi infanti eſt antiqua, ſecū dū quā non erat introductum ius deliberandi, ad adeundē, ideo licet non tranſmittat hæreditatem non aditam infra annum tamen tranſmittit ius adeundi, ſeu deliberandi, & ita edicit Bart. d. conſ. 79. lib. 2.

9 Declara, in hęreditate extranei delata infanti, quia illam non traſmittit, etiam ſi habeat tutorem, qui ſciuit. Quia ſi talis ſcientia tutoris non durat tempore mortis pupilli non tranſmittit ius deliberandi, quia preſumitur ignorans. Si vero tutor ſciens ſuperuixerit pupillo, tūc quia ſciētia durat tempore mortis pupilli, bene tranſmittit: ita Bart. plene, conſi. 9. Quidā Peruſinus, lib. 2. vbi in fine dicit, quod etiam in caſu non tranſmiſſionis ſi infra annum non adiuit competit hęredi infantis reſtitutio in integrum.

Vide Concluſionem proximam ſequentem. nu. 13. & ſeq.

10 Amplia, vt procedat etiam ſi mortua matre ſuperſtitibus filijs infantibus, & pupillis viueret pater eorum per vnum diem, vel duos in extremis, quia licet tenuerit bona matris, vt prius, tamen non præſumitur illam adiuiſſe in extremis. Bald. d. conſil. 273. in fin. numer. 8. ver. Sed dicet aliquis, lib. 1.

11 Amplia, quia ad hoc, vt inducatur aditio hæreditatis facta per patrem pro infante filio ea debet

Digitized by Google

bet probari,quia eſt quid facti,& non preſumitur ideo qui dicit non fuiſſe aditam hereditatem habet intentionem fundatam.Bal.conſ.31.nu.2.ver An autem,lib.2.

Vide. Aditio hæreditatis,ex quibus inducatur. Concluſ.190.n.7.& ſeq.

12 Extende,quia ad hoc, vt probetur aditio facta per patrem nomine infantis, debet articulari, & etiam probari,quod pater ſciens hereditatem infanti delatam,illam adiuerit, quia licet ſcientia in patre de morte vxoris preſumatur ; tamen debet deduci,& ſaltem teſtes de ea debent deponenere.Bald.conſ.31.num. 2.ver.quod in propoſito vſq.in fi.lib.2.

13 Extende,quia debet probari infantia ad hoc,vt pater poſſit pro infante adire hereditatem, quia alias pater ſolus non poteſt adire.Bald.dict.conſ. 31.in fin.ver. Item non eſt probatum,lib.2.vbi dicit * communem.

14 Reſtringe,niſi pater in vita filij impuberis alienaſſet bona matris,vel adminiſtraſſet.quia cenſetur adiuiſſe nomine filij,quod poteſt.Bald.d.conſ. 204.circa fin.lib.5.Anchar.conſ.252.Frater cariſſime.nu.4.uer.tertio principaliter.

15 Amplia,quia poteſt pater viuente filio minore, cui erat hereditas delata adire pro filio minore, ſecus eſt ſi moriatur filius minor ſupra pubertatem,non adita hæreditate materna,quia illam nõ tranſmittit.Bald.conſ.489.nu.2.ver. ſecundo premittendum:lib.5.

16 Contrarium Anchar.cõſ.252.ver.ad ſecundum, & per totum, vbi quod in aduentitijs pater eſt hæres.& ratione vſusfructus poteſt adire,itẽ ratione fuitatis;& ex reſtitutione in integrum.

Vide.Filius familias,an poſſit adire hæreditatem inuito patre,& è contra.Concluſ.564.

17 Amplia,quia mater adire non poteſt hæreditatem pupilli ſine conſenſu pupilli. Anchar. conſil. 440.nu.3.

18 Reſtringe,quia poteſt mater,vel tutor adire hereditatem pro infante,ſed tamen tenetur probare ætatẽ infantilem.Anchar.d.conſ.44. In quæſt.n.3.

19 Amplia,quia pater retinendo dotem vxoris defunctæ,non cenſetur adire hereditatem maternam nomine infantis,ſi alius actus poſitiuus,vel declaratio non interuenit.quia non inducitur aditio ex neceſſitate,quia reſtituere non tenetur,niſi hæredi, & adita hereditate.Angel.conſi.361. An pater non reſtituendo,vbi reprobat Bart.contrarium tenentem,& idem tenet cum Angel.Bald. conſ. 301. In primis eſt videndum.n.3.lib.4.

20 Reſtringe,quando pater retinuit bona liuellaria matris ſui filij & ſoluit liuellum debitum per filium pro bonis ipſis,quia non poteſt alia preſumptio cadere,niſi quia adiuerit pro infante.Cuma. conſ.81.Viſa copia,in prin.

Vide plenius. Aditio hereditatis, ex quibus inducatur.Concluſ.190.n.37.& ſeq.

21 Limita,quia pater,& auus paternus poſſunt adire hereditatem pro infante,l.ſi infanti.C.de iur. deliber.Caſtrenſ.conſ.129. col.2. ver. Sed ex alio capite,lib.1.nu. 2.Ro.conſ.512. Quoad primum, n. 8. & ſeq.ver quoad ſecundum.

22 Extende,vt procedat etiam ſi viueret auus infantis,quia adhuc pater poteſt adire hæreditatẽ maternam infanti filio delatam,ſine alio iuſſu aui, Rom.d.conſ.512.n.9.ver.Adire igitur potuit, vbi quod ſi interuenit authoritas non neceſſaria,non vitiatur aditio,quando vitium non eſt in adeunte, vt adiret iuſſu eius,cuius authoritatem credebat neceſſariam.

23 Limita in minore extra tutelam,quia non tenetur adire cum authoritate curatoris, ſed ſolus adit,quia aditio conſiſtit in animo.Bald. conſ.374. Quia Cola,in fi.lib.2.

24 Limita, quia quando infans non adiuit hereditatem maternam,ſiue adſit pater,ſiue auus paternus tranſmittit ad illos ius adeundi,ita ut excludat auus paternus auum maternum ex tranſmiſſione,licet ſint in pari gradu.Bald.conſ.109. circa med.ver.Nec obſtat ſi dicatur,lib.4. Quod intelligere videtur.Bal.conſ.273.n.4.lib. 1. quando pupillus ſaltẽ ſciuit mortẽ matris,ſed loquitur in impubere,ſeu in eo cuius infantia nõ erat probata.

25 Contrariũ videtur tenere.Bal.conſ.298. Caſus ſic proponitur,li.5.vbi,quod mortua matre infantis nõ præſumitur auus adiuiſſe pro infante,licet tenuerit infantem in domo ſua,ideo mortuo infante,& auo,hæreditas matris pupilli defertur proximioribus ipſius matris.Bal.plene,conſ. prædicto, vbi non eſt contrarius,ſed eſt reſtrictio, quia auo mortuo,& patre non extat,ad quẽ fiat trãſmiſſio, ideo non mirum eſt ſi ad alios non tranſmittitur.

Vide . Hereditas delata, & non adita defertur proximioribus.Concluſ.18.

26 Limita,quando pater,vel auus poſt obitum matris infantis retinuiſſent dotem per plures dies,& menſes,quia preſumũtur adiuiſſe pro infante. Bal. conſ.109.Punctus ſuper quo,circa med.ver.poteſt etiã clare,lib. 4. quod eſt Marci de Perufio. Alex. conſ.10.circa conſultationẽ,in prin.lib.7.vbi late hoc tuetur,& ante eum Areti.conſ.160. In præſenti conſultatione,n.2.& ſeq.ver.primũ probatur, licet poſtea cõtrariũ teneat,n.4.& ſeq.Bar.cõſ.119. Quidã habuit,circa fi.& cõſ.207.in queſt.lib.1.vbi late,& in diſputatione 10. Debitor in diem.Rom. cõſ.247.col.2.ver.ſecũdo ad hoc pleniſſime. Alex. in l.non hoc,C.vnd.legiti. & Pariſ. in additio. ad Bart.in l.ſi infanti.C.de iur.deliber.Natt.conſ.74. n.10.vbi dicit veriorem.Petr.Surd.conſ.144.n.20. qui dicit * communem.Socin.conſ.33.col.3.lib 3. Cæpol.conſ.ciuil.58.quẽ citat Cranet.conſ.390.n. 19.licet non audeat firmare.

27 Contrarium tenet Franc.filius Baldi,in d. conſ. 109.in fi lib.4.in ſubſcriptione,Areti.conſ.160.In præſenti conſultatione,ver.in contrarium,n. 4. & ſeq.Corn.cõſ.42.plura dubia.n.12.ver.reſtat itaq. lib.3.Angel.conſ.361.ad primum.Bal.conſ. 301.In primis,n.3.lib.4.Caſtrenſ conſ.252. col. 2. in fin. ver.breuiter his non obſtantibus, lib. 1. vbi,quod opinio.Bart.non tenetur ab omnibus, & contra Bart. conſuluit Franc. Albergot. inter conſ.Bart. 119.in fin.poſt conſ.Bart. & Franc. Tigrini inter conſ.Bart.158.lib.1.ſupra Concluſione 190. num. 37.& ſeq.

28 Declara,quia pater pro infante præſumitur adiuiſſe hæreditatem matris ſi ille retinuit bona matris,& interuenit aliqua declaratio,vel actus poſitiuus, alias ſecus. Angel.conſ. 361. An pater non reſtituendo,vbi reprobat Bart.contrarium tenentem,& cum Angel.concor.Bald. conſ. 301. In primis eſt videndum,nu.3. lib. 4. & hanc declarationem videtur ſequi Bello.conſ.24.n.10.ver. ex pluribus autem. Alex.conſ.23.num.11.vſq.in fi.lib. 7. Franc.Albergot.poſt conſ.Bar. 119. & Franc. Tigrin.conſ.158,inter conſ.Bart.lib.1,in prin.

Extende

29 Extẽde,vt quod dicitur de patre,& legitimo adminiſtratore, vt poſſit pro filio infante ſolus adire, & pro pubere vna cum filio, ita vt non poſſit vnus pro alio,idem ſit in tutore.Ita Bello.conſ.24. n.15.& ſeq.nam eo modo, quo pater.& tutor pro ſe adiuiſſe dicerentur, eodem modo pro infante, ita Crauett.conſ.837.in princ.

30 Declara, quia differentia eſt in patre, qui non tenetur facere inuentarium ſolemne,prout tutor, ſecus in tutore, quia vt valeat aditio pro infante requiritur confectio inuentarij, & decretum Iudicis, ex quo ante iſta tutor non habet adminiſtrationem, & per conſequens non poteſt adire, ita Crauett.d.conſ.837.nu.4. & ſeq. vbi latiſſ.quę ſolemnitas in patre non eſt neceſſaria.vt per.Boe. deciſ.61.in princ.vbi,quod debet deſcribere bona filij. num. 7.

31 Reſtringe limitationem, vt non procedat,quod præſumatur aditio ex eo, quod auus poſt obitum matris tenuit infantem penes ſe, quem alimentauit,quia ex hoc actu non probatur aditio,quæ requirit actum expreſſum re,vel verbo. Bald. conſ. 298.per totum.lib.5.

32 Declara limitationem,& contrarium, ſupra plenius,Aditio hęreditatis,ex quibus inducatur concluſ.190.num.43.& ſeq.

33 Limita, quia tutor ſolus poteſt adire pro infante, vt per Anchar. d. conſ. 44. In quæſtione. num. 3. Bartol. & alij in l. ſi infanti.C.de iur. delib. & & eſt communis * opinio, quod tam tutor, quam pater legitimus adminiſtrator poſſunt ſoli adire hæreditatem pro infante, ſi vero eſt ſupra infantiam, nec ſolus tutor, vel pater, nec ſolus pupillus poteſt adire. Bello. conſilio 24. num.15.& ſequen.Roman.conſ. 495.In caſu propoſito,in fin. ver ſed quia.

34 Et an aditio facta per ſolum tutorem faciat pupillum hęredem.Caſtren conſ.556. Poſtquam iſte tutor.lib.1.vbi diſtinguit, quod ſic, quando teſtamentarius eſt, & ſuſcepit adminiſtrationem ex decreto Iudicis promiſit vtilia, & promiſit defenſionem pupilli,licet alia non fecerit,in non teſtamentario vero alia multa requiruntur.

35 Extende, vt procedat etiam reſpectu ætatis enunciatæ,pro qua præſumitur,quia licet quando allegatur ætas pro fundamento intentionis ſuæ, allegans debeat probare. gloſſ: & Bartol. in l. de ętate. ff.de minor. & eſt communis * opinio. Felin. in cap. in pręſentia, de probation.num.49.tamen ſi allegatur actus includens ætatem acceſſorie ad ſui vtilitatem probato actu, probatur ætas, ita Abbas,& Felin. in cap. in præſentia, de probation.

36 Contrarium Anchar.d. conſ.44.n.3.

37 Limita ſi vitricus adminiſtrabat bona priuigni filij vxoris ſuę ex alio matrimonio, & ipſe moriatur relicta vxore vterina, cui defertur hęreditas, quia mater ad ſecunda vota tranſiuit, & iſta filia decedat non adita hereditate, ex quo pater, qui adminiſtrabat bona Priuigni, continuauit poſt obitum, cenſetur adiuiſſe pro filia, quia alias deliquiſſet retinendo alienum. Ancharan. conſilio 252. numero quarto. verſ. tertio principaliter.

38 Limita, quia filius non dicitur hęres patris, neque adire ſi percipiat fructus emphyteuſis ſibi obuentę poſt mortem patris, quando eſt ex prouidentia,& non vti hæredi ſibi debita, quia non ſunt fructus ſpectantes ad hęreditatem, neque per patrem potuiſſent obligari.l.peto.§.prædium. ff.de leg.2.l.fi. C.commun.de legat.

39 Extende, vt procedat etiam ſi pater feciſſet melioramenta in dicta emphyteuſi ex prouidentia, quia ſi pater cecidit ob non ſolutum canonem, illa perdidit. Iaſon in l.2.C.de iur. emphyt. num. 27. & quoad caducitatem vtilis dominij non potuit prędiudicare vocatis ex prouidentia. Alex.conſ.19.Super eo, col.3.lib.3.nu.14.ver. nec obſtat, cum ſeq.

Aditio hæreditatis quando ex actu indifferenti inducatur. Concluſ. CXCIII.

1 REGVLA eſt, quod ſi actus eſt ordinatus ad aditionem,&non poteſt fieri ille actus citra ius, & nomen hæredis ſemper inducit aditionem, vt ſi quis exigat, vt hęres, fructus colligat rerum hæreditatis, vendat rem hæreditariam, vel quid ſimile. Natt.plene conſ.448.num.10.& ſeq.

2 Limitatio eſt,quod ſi actus ſunt indeterminati, & indifferentes, qui poſſunt importare aditionem & non aditionem, quia fierent ab extraneo, ſicut ab hærede, vt ſi quis familiam teſtatoris pauit, iumenta cuſtodiuit, fulſit ædes ruentes,ſoluit hęreditarium debitum de ſuo, quia hoc poteſt fieri animo ſibi obligandi hæredem, vel animo donandi, ſi filius ſepeliuit patrem, ſacrificia fecit in infirmitate, & expenſas ſoluit, quia non prędumitur aditio, ſed ex pietate. l. at ſi quis. §. plerique. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Natt. d. conſilio 448.

3 Et ſtatur in iſtis declarationi hæredis, & etiam declarationi ſecundi,vel vlterioris hęredis. Bald. conſ.405.lib.5.Rom.conſ.154.n.2. Crauett. conſ. 197.num.4.Natt.conſ.448.num.31.

4 Et quia aditio non prędumitur etiam lucroſę hęreditatis, niſi probetur.Franc.in deciſ.60.n.22.

Vide in ver. Aditio hęreditatis ex quibus inducatur.Concl. 190. per totam,& quod requirantur actus poſitiui, ibi in pluribus limitationibus per diſcurſum,maxime num.139. & ſeq.

Vide. Aditio hęreditatis eſt quid facti.Concl. 186.num.12.& ſequen.

Aditio hæreditatis per quos fieri poſsit. Concl. CXCIV.

1 PVPILLVS non poteſt adire hęreditatem ſine tutoris authoritate.l.obligari. §.pupillus autem.ff.de author.tutor.

2 Reſtringe,quia valet aditio facta per pupillum cum authoritate Iudicis, qui ſupplet defectum Tutoris ſecundum magis communem * opinionem. l. ſi infanti,in fine. C.de iur. deliber. gloſſ. inſtit. de author. tutor. §.neque. in ver.bonorum, plures citat Alex.in l.pupillus, col. penul. ad fin. cum ſeq.num.8. ver.extra gloſſam.ff.de acquiren. hęreditat. reprobata opinione Angel. & Caſtren. Deci.

Digitized by Google

Deci. in l. bonorum. col. 3. C. qui admmitti, vbi de
9 * communi. num. 9.

3 Contrarium tenent Angel. & Castre. quos refert Alex. d. l. pupillus. num. 8. ff. de acquirend. hæred.

4 Restringe in pupillo proximo pubertati, quia potest adire hæreditatem, sine authoritate tutoris. l. pupillus si fari, & ibi Bart. & Cuman.
6 ff. de acquirend. hęredit. tradunt * Doctor. in l. more eodem titulo. Iaſ. in l. potuit. C. de iur. deliber.

5 Contrarium tenent multi.

6 Declara, quia si hæreditas est lucrosa, vel opulenta restrictio procedit sine dubio. Iaſ. in l. pupillus, in principio, & in l. more. num. 18. & num. 42. ff. deacquiren. hæred. Tiraquell. de legib. connubial. gloſſ. 8. num. 49. Iaſon in l. potuit. C. de iur. deliber.

7 Declara in pupillis proximis pubertati, quando sunt sui, & necessarij, quia licet filius habeat de iure prætorio beneficium abstinendi. l. necessarijs. ff. de acquiren. hęredit. nihilominus pupillis suis etiam ignorantibus acquiritur hæreditas, velint, nolint.

8 Et procedunt restrictiones quando etiam maior factus vellet repudiare, quia non potest nisi præuia restitutione in integrum. l. suus, & l. sicut. C. de repudian. hæred. nec valet argumentum, filius potest abstinere, & postea adire, ergo e contra, quia non est par ratio secundum Salicet. C. de repud. hæred. in l. suus, & ibi etiam Iaſ. qui alios adducit.

9 Amplia, quia non potest aditio hæreditatis fieri per procuratorem, etiam ad hoc specialiter constitutum. l. Paulus alias per procuratorem. ff. de acquir. hęred. vbi gloſſ. & Bartol. & sequitur Iaſ. in l. cum filio familias. num. 117. ff. de legat. 1. & est tex. in l. pro hærede & l. si extraneus. §. 1. & l. Pantonius, in fi. ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 161. Viso processu, in fin. lib. 2. & conſ. 176. Viso processu, in princ. lib 5.

10 Ratio est, quia hæreditas animo aditur ideo statim, quod facio procuratorem censeor adire gl. in d. l. Paulus. ff. de acquir. hæred. sed vide ibi Castrenſ. qui aliam rationem allegat, quę tenetur Alex. d. conſ. 176. in princ. lib. 5.

11 Extende etiam si mandatum esset conditionale ad adeundum si inuenerit lucrosam hæreditatem. Bal. in l. 1. C. qui admitti, & ratio supra assignata non tenetur communiter, sed alia ratio, de qua Castren. d. l. Paulus.

12 Extende, quia sicuti non potest hæreditas adiri alieno nomine per procuratorem. l. per procuratorem. ff. de acquir. hęred. vbi Bart. assignat rationem, ita non potest repudiari per procuratorem. Bart. in l. 2. ff. de offic. procur. Cęsar. & ibi Iaſ. idem Bartol. in l. recusare, in princ. ff. ad trebell. & Imol in l. apud Iulianum. §. vtrum. ff. eodem titulo.

13 Restringe in procuratore generali, quia licet sit constitutus, & ipse agat tanquam procurator nomine principalis, tamen si non probat aditionem non potest obtinere. Alex. d. conſ. 136. Viso processu, in princ. lib. 7.

14 Amplia, quia tutor non potest solus adire hęreditatem pupillo delatam, sed cum pupillo sic. l. potuit. C. de iur. deliber. Castrenſ. conſilio 463. In causa vertente prope finem, versic. non enim aditio. libro secundo.

15 Declara, quia potest tutor, pater, & legitimus administrator ex sola scientia infantis inducere transmissionem iuris deliberandi, & adeundi infra annum ad quoscumque. Bart. conſ. 232. Domina Cęcilia, per totum, lib. 1. vbi declarat dummodo scientia duret tempore mortis infantis, quia si tutor moritur ante infantem non operatur talis scientia tutoris. Bart. conſ. 9. Quidam Perusinus. lib. 2. per totum.

Vide conclusionem proximam præcedentem. num. 9. & seq.

16 Extende qnia solus curator sine pupillo non potest adire hæreditatem. Alex. conſ. 163. Viso processu, in fi. num. 9. lib. 2.

17 Restringe, quia imo potest pater, tutor, & quilibet legitimus administrator adire solus pro infante. Bald. conſ. 31. Angel. habet. lib. 2.

18 Limita, quia pupillus excedens annos 14. potest si non habet curatorem, solus adire hæreditatem Patris, vel matris, licet si lędatur ex tali aditione, possit restitui in integrum. Castren. conſ. 299. Quod dictus Guido, in principio. ver. nec obstat. lib. 1.

19 Et si minor non adiuit hæreditatem transmittit beneficium restitutionis in integrum aduersus
* omissam aditionem, secundum * communem, de qua Castren. d. conſ. 299. n. 2. lib. 1.

20 Limita, quia an monasterium possit adire hereditatem delatam monacho suo sine illo monacho; puta, si absens est, vel infirmus, vel etiam si decesſit, plene Socin. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. vbi examinat articulum per quatuor quæstiones principales.

21 Limita, quia pater potest adire hæreditatem filio suo infanti delatam, secus si filius sit maior infante. Castrenſ. conſ. 252. Viso puncto, in princ. lib. 1. ver. nec pater.

25 Et pater potest adire hęreditatem aduentitiam filio delatam, si filius eam repudiat expresse, secus si repudiat tacite patiendo labi tempus. Alexan. conſ. 27. Viso themate. num. 3. ver. fortius etiam. libro sexto.

23 Declara nisi filius pateretur dolose labi tempus in præiudicium patris, quia tunc pater poterit adire. Alexand. dicto conſ. 27. num. 3. in fi. vbi di-
* cit * communem. lib. 6.

24 Et quod pater possit adire hęreditatem filio suo furioso delatã irreuocabiliter est tex. in l. si infanti. C. de iur. deliber. vbi Bart. & Alex. & pro hac parte fuit iudicatum Florentiæ, infra n. 26.

25 Contrarium quod possit adire, sed reuocabiliter, videlicet eo redeunte ad sanam mentem, vel mortuo est tex. in l. fi. C. de curat. furioſ.

26 Vtilitas potest esse magna, puta si pater habet ex primo matrimonio filium furiosum, & duas fœminas, postea ex secundo matrimonio habet filium masculum, delata hęreditate furioso, si hæreditas adita sit perpetuo sorores furiosi excludentur mortuo mentecapto à fratre cõsanguineo, si reuocabilis, ipsæ succederent, quia furiosus non potuisset transmittere in præiudicium existentis in pari, vel potiori gradu, & ista quęst. fuit Florẽtiæ inter Robertũ de Bonsis cum Bernardo de Fachinottis de anno 1538. Nam Dominicus Bonsus habuit Ioannem Baptistam mentecaptum ex primo matrimonio, & duas filias; ex secundo matrimonio Robertum; Dominicus adiuerat hęreditatem

tem matris Io. Baptiſtę, & in teſtamento ſubſtituit eidē exemplariter Robertum, mortuo Ioanne Baptiſta mentecapto Robertus veniebat ex exemplari ſubſtitutione; Bernardus, qui habebat in vxorem ſororem mentecapti vtrinq. coniunctam dicebat hæreditatem pro mentecapto reuocata aditione ſpectare ad ſororem vtrinque, quæ ſuccedebat matri, fuit per primum Iudicem, & tres iudicatum pro Roberto.

Aditio hæreditatis quando excluditur ex alio titulo. Concl. CXCV.

1 IS, qui dicit poſſidere pro ſuo non excludit, quin iure hæreditario poſſederit, & quin adiuerit. Bar. conſ. 85. In queſt. in prin.

2 Amplia, quia filius, qui reſpondens poſitioni dicit ſe poſſediſſe bona materna iure dotis maternę non excludit, quin iure hæreditario matris poſſederit. Bart. conſ. 85. in queſtione, in prin. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. aditio allegat, l. 3. §. ex plurimis, ff. de acquir. poſſ.

3 Extende, vt idem ſit ſi quis dicat poſſediſſe pro emptore. Bart. d. conſ. 85. n. 3. lib. 1.

4 Extende, quia imo ſi ſuperuenit ius ſucceſſionis ei qui pro dote poſſidet, & continuando poſſeſſionem, cenſetur pro hęrede poſſidere, & inducitur aditio, licet fateatur ſemper poſſediſſe pro dote, quia ſtant ſimul, quod ſit hęres, & bona pro dote poſſidere dicatur, & ſi contrarium diceretur ſufficit probare rem aliter ſe habere, quia vt hæres poſſedit, & hoc probat aditionem. Bart. d. conſ. 85. per totum, vbi eſt caſus conſilij, lib. 1. & ibi apoſtill. in ver. Aditio dat concordant.

Vide. Aditio hęreditatis ex quibus inducatur. Concluſ 190. num. 157. Et ibi in limitationibus.

Adiudicatio bonorum quid ſit quando, & qualiter fiat, & quid operetur. Concluſio. CXCVI.

1 ADIVDICATIO eſt quædam datio in ſolutum, quę fit per Iudicem in iudicio, & quæ requirat ad ſui validitatem. Bal. conſ. 122. Vtrum dictus proceſſus, lib. 3. & proprie quando fit in iudicio, dicitur adiudicatio. Alex. conſi. 52. viſo the mathe in prin. li. 1.

2 Et dicitur decretum, non autem diffinitiua ſententia, vt in ver. Adiudicatio quid ſit, & quando valeat, Concluſio. proxima ſequenti.

3 Quando vero fit per partem, vel extra iudicium dicitur datio in ſolutum.

Vide. Datio inſolutum. Concluſ. 23.

4 Et iſta adiudicatio fit creditori petenti ſibi ſatisfieri in tot bonis ſui debitoris pro concurrenti quantitate ſui crediti, quod quidem permittitur de iure, l. à diuo Pio: §. ſi pignora, vbi Doctor, ff. de re iudicat.

5 Et habet effectum emptionis, & venditionis, quia ſi ſequatur euictio poſt adiudicationem poteſt agi de euictione, l. ſi prędium. C. de euictio.

6 Modus adiudicationis eſt, quia vno creditore agente, & dante ſuam petitionem, poſſunt omnes alij creditores comparere ad commodum proceſſus, & petere ſibi ſatisfieri, vel adiudicari bona, & facta fide de credito ſuo, abſq. alio libello, vel petitione fit proceſſus, & declarantur priores & potiores ſeriatim, illiſq. mandatur ſatisfieri, vel fit adiudicatio proportionabiliter.

Vide. Miſſio in poſſeſſionem. Concl. 282.

Vide. Adiudicatio quæ requirat, vt valeat. Concluſ. 198.

7 Adiudicatio operatur, quod ea facta debitum creditoris extinguitur. Alex. conſ. 110. Attentis, in prin. & in fin lib. 5.

8 Extende, quia facta adiudicatione creditori habenti hypothecam, & perſonalem, extinguitur vtraq. actio, & licet res adiudicata euincatur, tamen non agitur, ex veteri actione extincta, ſed ex noua actione, quę appellatur vtilis ex empto. Alex. conſ. 106. Viſis, in fi. n. 19. ver. ſecundo principali, lib. 5.

Vide. Extinctum, ius non reuiuiſcit, & quando ſecus. Concluſ. 672.

Adiudicatio bonorum facta quid ſit, & quando valeat, vel non, Concluſ. CXCVII.

1 ADIVDICATIO facta in iudicio dicitur decretum, non autem diffinitiua ſententia, ideo non valet facta ex falſa cauſa, ſed eſt ipſo iure nulla, Fulgoſ. cōſ. 163. In cauſa, & queſt. col. pen. in pri. ver. ſed & ſuppoſito, n. 2. Alex. in l. iuſte poſſidet, num. 8. cum ſeq. ff. de acquir. poſſ. poſt Bart. & alios plene Rom. conſ. 454. In re præſenti, nu. 12. vbi plena apoſtil. in ver. nullum. Alex. conſ. 69. in cauſa, & lite, n. 3. ver. ſed ijs non obſtantibus. lib. 3.

2 Extende, vt procedat, vt etiam is, qui obtinuit adiudicationem in ſui fauorem poſſit dicere de nullitate, quia poteſt docere de errore legitimo, & auditur quando tractat de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando. Alex. conſ. 69. in cauſa per totum maxime, n. 3. & ſeq. lib. 3. ver. non obſtat ſi dicatur.

3 Rationes plures adducuntur, vna quia ſententia diffinitiua fertur maiori cum deliberatione, quam decretum. Itē quia decretum interponitur officio Iudicis nobili, ſententia diffinitiua iure actionis. Item quia decretum ſine ſcriptis, ſententia in ſcriptis. Item quia decretum licet habeat vim diffinitiuę, tamen poteſt reuocari, ſentētia vero nō, quia decretum ex officio fundatur ſuper ſola æquitate, vnde iniuſtitia reddit in totum nullum decretum ſecus autem eſt in ſententia, quę contra ius partis valet de rigore. Ita Alex. in l. iuſte. n. 10. & ſeq. ff. de acquir. poſſ. & quia decretum eſt indiuiduum, omnes in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. ee condit. indeb. plene Rolan. à Vall. conſ. 7. n. 88. lib. 3. vbi dicit * communem, Roman. coſ. 454. n. 12.

Vide plenius, in ver. Decretum ſuper alienatione rei immobilis minoris. Concluſ. 178.

4 Amplia, quia nedum eſt nulla ex falſa cauſa, ſed etiam ſi ſit facta in parte pro cauſa vera, & in minima parte pro cauſa falſa, quia in totum redditur nulla. Fulgoſ. d. conſ. 103. col. penul. ver. ipſa igitur adiudicatio. Afflict. deciſ. 218. petita fuit, & 358. in fin. Roland. à Vall. dict. conſ. 7. numer. 84. & ſequent. Vbi plurimos citat. lib. 3. & dicit * communem, plene Ruin. conſi. 160. nu. 26. & ſeq. lib. 2.

&

* & dicit communem* Cur. Iun. conſ. 170. n. 2. pleniſſime Roman. conſ. 454. In re præſenti. num. 12. * vbi apoſtill. in ver. Bartolus, qui dicit* communem, & dat plurimos concord.

3 Extende, quia creditor, non facit fructus ſuos, ſed computat in ſortem. Afflict. d. deciſ. 218. in fin. Surd. conſ. 217. num. 16. & ſeq.

4 Contrarium tenet Alex. in d. l. iuſte poſſidet. n. 20. in fi. & num. 21. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi, quod illos reſtituit, quatenus locupletior eſt factus, alias non, & ſequi videtur Pariſ. conſ. 100. num. 32. & ſeq. lib. 1.

7 Declara, vt per Roman. conſ. 454. num. 23. & ſeq. vt lucretur fructus, ſed tamen ſi titulus reddatur ad non titulum, vt quia nulla declaretur adiudicatio tenetur omnes fructus reſtituere, imo ſi minori eſt facienda reſtitutio, tenetur nedum ad perceptos, ſed etiam ad omnes, qui potuerunt percipi.

8 Amplia nedum in adiudicatione facta à Iudice ordinario, ſed etiam magis in delegato etiam à Principe, quia ſi pro parte ſit ex falſa cauſa, nulla eſt adiudicatio. Ruin. conſilio 160. num. 26. & ſequen. lib. 2.

9 Amplia, vt procedat etiam, quod in totum eſt nullum, ſi fiat partim in bonis obligatis, partim in bonis non obligatis. Afflict. deciſ. 218. n. 2. & ſeq.

10 Contrarium tenet Vrſil. in addit. ad Afflict. d. deciſ. 218. num. 2. vbi allegat Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indebit.

11 Amplia etiam ſi adiudicatio fiat fauore dotis pro maiori ſumma, quam debeatur. Rui. conſ. 136. per totum. lib. 1. maxime nu. 5.

12 Amplia in adiudicatione facta de bonis ſtabilibus minoris pro legato, de quo non eſt facta iuſtificatio ante adiudicationem, quia eſt nulla. Rom. conſ. 321. num. 3.

13 Amplia etiam ſi adiudicatio eſſet facta ad incantum, quia ſi eſt facta pro ſumma maiori, quam eſſet debitum, in totum eſt nulla, ita Vrſil. ad Afflict. deciſ. 178. nu. 9. allegat Fulgoſ. conſ. 172. Viſis proceſſ. col. 2. Hippol. in repetit. l. fi. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. num. 45. Deci. in l. cum amplius. ff. de regul. iur.

14 Amplia in formalibus, quia ſi forma non ſeruatur, ſemper actus in totum eſt nullus, licet de ſui natura forma non ſit ſeruata ſuper actu diuiduo. Roman. conſ. 66. Vidi eximie Domine.

15 Amplia, vt ſit nullum decretum adiudicationis, quando ſumma eſt liquida. Ruin. d. conſ. 136. num. 5. & ſeq. lib. 1.

16 Extende etiam ſi liquidatio poſſit fieri, & fit remiſſa, quia non valet. Ruin. d. conſ. 136. num. 5. & ſeq. libro 1.

17 Amplia, quia adiudicatio facta pro quantitate petita plus debito non valet, ſiue illud plus ſit erratum, ſiue malitia petitum, quia decretum eſt indiuiduum. Afflict. deciſ. 218. petitat fuit. num. 3. plurimos citat Surd. conſ. 217. nu. 17. libro 2. vbi latiſſime.

18 Extende, quia ſicuti eſt nulla ratione principalis in totum, ita etiam ratione fructuum, & ſic acceſſorij. Sur. d. conſ. 217. num. 16. & ſeq.

19 Extende, quod dicitur de adiudicatione vt idem ſit de permutatione, quia ſi eſt in parte erratum, vt quia res data ex vna parte non ſit ſua etiam pro minima parte in totum reſcinditur. Caſtren. conſ. 333. Dubiũ videtur. col. 2. ver. & ſi ita eſt. li. 2.

20 Preſumitur tamen pro decreto, & qui dicit ex falſa cauſa interpoſitum, probare debet, non autem is, qui habet decretum pro ſe debet iuſtificare illud. Soci. in l. iuſte poſſidet, in fi. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. ibi. num. 26.

21 Amplia etiam ſi fiat adiudicatio de pluribus bonis ſub vna ſtructura verborum indiuiſibili, prout dicta bona adiudicamus pro pretio petito, erit nulla in totum, non autem erunt tot adiudicationes, quot bona. Afflict. d. deciſ. 218. num. 4. ver. & ideo.

22 Reſtringe quando adiudicatio contineret plura capitula ſeparabilia, quia falſa cauſa in vno, non vitiat aliud capitulum, in quo cauſa eſt vera. Socin. d. l. iuſte poſſidet, in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ.

23 Amplia, quia adiudicatio facta pro maiori ſumma, quam debeatur eſt nulla, ſed etiam ſi ſumma fuiſſet debita, ſed in parte potuiſſet exceptione ſubmoueri, quia in totum eſt nulla. Ruin. d. conſ. 160. num. 26. & 27. lib. 2. qui dicit ampliationem veram, quia non eſt obligatus, qui tueri ſe poteſt exceptione, licet Doctor. in ſpecie iſto caſu non loquantur, ſed imo Roman. conſ. 454. In re præſenti, numero 9. & ſequen. idem dicit alios allegando concord.

24 Amplia, vt procedat etiam in adiudicatione facta ex contractu, vel conuentione pro maiori ſumma quam deberetur, quia in totum eſt nulla. Iaſ. dicta l. ſi non ſortem. §. ſi centum, in princ. & tuetur hanc partem. Socin. ibi in fi. quam communem * dicit Ruin. conſil. 136. Primo videndum. num. 5. lib. 1.

25 Contrarium tenet Alex. in d. l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 20. maxime in fi. & cum eo ibi tenent Cuman. & Aretin. vt faretur Socin. ibi in fi. & etiam Alexand. citat Chriſtophor. Caſtilion. Cin. & Roman. pro hac parte, & ita tenet Roman. conſ. 450. Preſens dubitationis articulus, in fine, vbi apoſtill. in verſ. ex contractu, * adducit plures, & dicit hanc veram, & *communem, licet Ruin. de contraria communi atteſtetur. conſ. 136. & pro iſta parte allegat apoſtill. Pariſ. conſ. 81. Conſultus. num. 36. lib. 2.

26 Declarat Ruin. valere quando pro maiori ſumma, quam ſit debitum, fit datio ex contractu à ſciente, ſi conſtat, quod ſciuit, quia præſumitur ignorantia, maxime in filio, vel hærede debitoris. Ruin. d. conſ. 136. num. 5. lib. 1.

27 Declara, quia multi tenentes, quod datio inſolutum pro maiori ſumma, quam eſſet debitum in contractu valet, intelligere videntur, quando res maioris valoris, quam debitum eſſet data, puta, debitum eſt centum, & dedi rem valoris centum, & quinquaginta. Ita videtur loqui Bart. in l. quamuis. ff. de ſolutio. quem ita debere intelligi. Declarat idem Ruin. dicto conſilio 136. lib. 1. num. 5. ver nec obſtat, & ita loqui videntur Dec. in l. cum amplius. ff. de regul. iur. Pariſ. conſ. 81. lib. 2. num. 36. quos allegat pro contraria; apoſtil. ad Roma. conſ. 454. & re vera ſi recte perpendantur clare non dicunt, & ita etiam Deci. in l. certi conditio. §. quoniam. num. 4. ver. tertio nota. ff. ſi cert. pe. in quibus locis, licet reſtringant. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indebit. ad datio nem iudicialem, ſecus in extraiudiciali, tamen videntur dare exemplum quando ſumma erat certa quæ debebatur, niſi dicas, quod ita neceſſario intel-

intelligendi ſunt,quod creditor pro pluri vendidit,quia alias non eſſet differentia inter iudicialem, & extraiudicialem,quia hoc etiam admittitur in iudiciali,quod res maioris pretij, quam ſit debitum, adiudicetur, quando non erat indebito.

28 Limita,quando eſſent plures actores obtinentes adiudicationem,quorum vnus ſit verus creditor,alter non: quia quoad verum creditorem valebit. Alexand.in l. iuſte poſſidet,nu.22. ff. de acquir.poſſ. Vrſil.in addit. ad Afflict.d.dec.218.n. 2.& ſeq.

29 Extende idem, quando actor comparet pro ſe, & alio, quia ſi cauſa eſt vera pro vno, decretum ſubſtinetur quoad eum,pro quo eſt vera. Alex.d.l. iuſte,n.22.ff.de acquir.poſſ.

30 Limita,quando iniuſtitia eſſet ex parte rei conuenti,ſecus ſi ex parte actoris, quia iniuſtitia ex parte rei non annullat in totum, ſed bene iniuſtitia ex parte actoris * communem dicit Socin. in l. iuſte poſſidet, numer. 10. ver. quarta concluſio, ff. de acquirend. poſſeſſio. vbi Alex. nu.8.& ſeq.

31 Extende idem, quando fuit vendita, ſeu adiudicata tota res maioris valoris, refundendo partem pretij, licet pars rei adiudicatę ſufficeret pro debito ipſo, quia non eſt nullum decretum,ex defectu iniuſtitię ex parte rei. Alex. dict. l. iuſte. numer.23. ver. ſed pone, ff. de acquirend poſſeſſ.

32 Limita in decreto Iudicis ex falſa cauſa interpoſito motu Iudicis,quia non eſt in totum, neque ipſo iure nullum,ſecus ſi ad inſtantiam partis.Alexand.in l.iuſte.num.14. ff.de acquir. poſſ. vbi Socin.nu.13.

33 Limita,quando ſuper cauſa eſt habita cauſæ cognitio,quia tunc licet ex falſa cauſa decretum ſit interpoſitum,non eſt tamen illud ipſo iure nullum in totum. Alexan.d.l.iuſte,num.13.& nu. 18. ver. Quinto fallit, ff. de acquir. poſſeſſ. vbi etiam Socin.d.nu.13.

34 Idem, ſi Iudicis declaratione cauſa inducitur, quæ ſit falſa. Alex.ibi,nu.17.ver.Quarto fallit.Socin.nu.13.ver.Item quando committitur,ff.de acquir.poſſ.

35 Limita,quando inter conſentientes fertur decretum ex falſa cauſa.Ita Alex.in l.iuſte,n.16.ff.de acquir.poſſ.Quod declara, vti ibi per Socin. nu. 13. col.penul.ver.aliam etiam limitationem, vbi dicit, quod quando falſitas non eſt in cauſa decreti, ſed in qualitate perſonę agentis,tunc non eſt nullum decretum.

36 Limita,quando decretum eſt factum in exequutionem ſententiæ,quia falſa cauſa, quæ exequitur in ſententia expreſſa non reddit decretum nullum, ita Socin.in d.l.iuſte.n.13.col.penul. ver. ponitur etiam alia,ff.de acquir.poſſ.

37 Extende limitationem, vt procedat etiam ſi cauſa falſa ſit expreſſa in inſtrumento exequutiuo,quia non reddit decretum nullum, licet cauſa non ſit vera,& idem quando compellitur ſoluere non obſtante exceptione cauſæ non verę,vide Socin.d.l.iuſte.nu.13.col.penul.ver. ponitur alia. ff. de acquirend.poſſeſſ.& clarius in l. certi condictio. §. quoniam agitur, ff. ſi cert. petat. numer. 29.& ſeq.

38 Idem eſt, ſi inſtrumentum dolo,vel metu, eſſet celebratum,quia ſi Iudex ſuper eo decretum fecit, valet,quia requiritur reuocatio.Alex.d.l.iuſte, n. 25.ver.vltra limitationem.

39 Extende ſingulariter ſecundum Socin.quia ſi debitor compellitur ſoluere etiam ex falſa cauſa, vt repetat,prout in eo, qui cum iuramento promiſit ſoluere vſuras,vel in eo, quem ſtatutum excludit ab iſta exceptione falſę cauſæ, quia decretum factum iſto caſu ex falſa cauſa non eſt nullum, ita Socin. dict. l. iuſte, numer. 13. col. penul. ver. & idem quando concederetur, ff. de acquir.poſſ.

40 Reſtringe, ſi ſententia exequuta non continet cauſam,vel falſa cauſa oritur extra ſententiam. Alex. d. l. iuſte, num. 19. ver. ſexto fallit, ff. de acquir.poſs.

41 Limita,quia decretum ex pluribus cauſis,quarum vna eſt falſa, alia vera, ſubſtinetur ex vera in totum. Alexand. dict. l. iuſte, numer. 24. ff.de acquirend. poſſeſſio. & ibi apoſtill. in ver. alia vero.

42 Limita multis modis,de quibus per Capic.dec. 51.puta, ſi poſt litem conteſtatam,ſi diu ſit diſcuſſum ſuper validitate, & veritate cauſæ,ſi ſolutio quantitatis pro ſpecie eſt facta.

43 Limita,quando adiudicatio fieret ex ſententia diffinitiua, quia facta etiam ex falſa cauſa valet. Bal.conſ.122.in fin.ver.tamem aduertendum, lib. 3.tenet Alex.in l.iuſte poſſidet,nu.24.ff.de acquir. poſs.ſequitur Vrſil.in addit.ad Afflict. deci. 218. num.3.ver.maxime etiam, & idem dicit Iaſ. in l. iuſte poſſidet,nu.10.ff.de acquirend.poſſeſſio.quia decretum officio Iudicis interponitur, ſententia iure actionis fertur.Soci. ibi nu.9. uer.tertia concluſio.

44 Declara duobus modis,ut per Soci.in l.iuſte poſſidet,num.8.ff. de acquir. poſſeſs.quando ſententia fertur poſt litem conteſtatam, & inter pręſentes, ſecus ſi ante litem conteſtatam, & inter abſentes, quod prius ibi dixit Alexand.num.20. ver.& ſubdit.

45 Extende limitationem,quando etiam decretum eſset factum cum cauſę cognitione,quia falſa cauſa illud non vitiat,ſicut neq.vitiat ſententiam diffinitiuam.Alex.d.l.iuſte,nu.18.in fin. ver. Quinto fallit,ff.de acquir.poſs.

46 Reſtringe, quando ſententia adiudicationis ex cauſa partim falſa eſset lata contra minorem indefenſum,quia in totum eſt nulla,Ruin.dict.conſi. 160. in fin.n.31.lib.2.

47 Limita,quando debitum eſt verum,licet adiudicatio ſit facta in re maioris valoris, quia valet. Afflict.deciſ.218.num.2.Socin.in l.certi conditio, §.quoniam igitur,num.29. ff.ſi cert.petat.& hanc * * communiorem dicit apoſtill. ad Roma.conſi. 454.nu.12.in ver. Bart. in fin. vbi citat plurimos concord.

48 Contrarium tenet Iaſ.in l.ſi non ſortem, §.centum.ff.de condit.indeb.

49 Limita in ſententia Principis,vel lata in Conſiſtorio Principis,l. Aemilius Largianus,& ibi Bart. ff.de minor.Vrſil.in addit.ad Afflict.d.deci.218.n. 3.ſequitur Iaſ.in l.ſi non ſortem,§. ſi centum,ff.de condit.indebit.in prin.

50 Limita, quando eſset erratum in extimatione rei adiudicatę,quia eſt validum,ſecus ſi in quantitate,pro qua fit adiudicatio.Afflict. d. deciſ. 218. numer.2.& plenius,deciſ.178.num.8. ver. allegatur etiam,& *communem dicit. Socin. in l. iuſte poſſidet.

Digitized by Google

possideret.nu.10.ver quarta conclusio. ff.de acquir. poss.Ruin.cons.160.nu.25.lib.2. et cons.136.num. 5. lib. 1. late. Surd. cons. 39. numer. 28. & 29. lib.1.

31 Limita, quando vigore pacti exequutiui quis obtinet adiudicari.Afflict.d decis.178.n. 8. in fin. ver.præterea non habet.& Ias.in l.si non forté,§.si centum.in prin.declarat limitari in tenuta vigore pacti exequutiui.

32 Limita,quando adiudicatio esset, accessoria ad alium contractum.Surd.cons.217.n.18.

33 Limita, quando decretum est ad fauorem diuersarum personarum, & super rebus diuiduis, quia potest valere adiudicatio pro vno,& pro alio non,in quo sit falsa causa,ita Bal.in l.ordo. in penul.quæstio.C.de exequut.rei iudic.Alexand.in l. iuste possidet, numer. 22. ff. de acquir. possess. Socin. in l. certi condictio,§.quoniam,n.29.ff.si. cert.petat.

34 Limita,quia post lapsum triginta, vel quadraginta annorum,non potest dici de nullitate decreti,prætextu, quod plus debito facta sit adiudicatio.Afflict. decis. 178. numer. 5. ver. quarto dubitatur, vbi dicit hoc procedere per viam principalis petitionis.

35 Restringe per viam excipiendi, quia perpetuo potest excipi de nullitate.Afflict.d.dec.178.n.5.

36 Restringere videtur.Ias. in l. iuste possidet.nu. 9.ff.de acquir.possess.vt procedat limitatio.quando non deficit ius ex parte actoris, sed ex parte rei,vt quia rem alienam pro vero debito credens esse debitoris accepit in solutum, quia tunc præscribit,& plenius Socin.ibi,num. 11.ver.Quinta conclusio.

Vide ad hanc materiam,quę sint necessaria. vt adiudicatio,& datio in solutum valeat,in ver. Ad Iudicatio,et insolutum datio,quæ requirat. Concluſ.proxima.

Vide.Datio in solutum ex quibus nulla. Conclusio. 25.

Adiudicatio, & in solutum datio quæ requirat, vt valeat. Concluſ. CXCIIX.

1 ADIVDICATIO, seu datio in solutum, facta creditori de bonis debitoris, vt valeat et substineatur multa requirit,videlicet,quod causa sit vera,et iusta concludens ad adiudicationem alias non valet.Bal.cons. 122.vtrum dictus processus,rn prin.lib.3.

2 Restringe,vt non procedat quando adiudicatio, vel datio in solutum fieret ex sentétia diffinitiua, quia licet causa non sit vera,tamen transit in iudicatum.Bal.cons.122.in fi.ver. tamen aduertendum,lib.3.Alex cons.69.in causa et lite,n.3.ver.et ex hoc patet.lib.3.

3 Amplia,quia requiritur, quod sit orta actio,aliás esset nulla defectu iustitiæ in foro iudiciali. Bal.d.cons.122.in prin.lib.3.

4 Amplia,quia requiritur ordo iudicij, vt incipiatur a mobilibus,postea à stabilibus, vltimo à nominibus debitorum,quia iste est ordo iuris,l. à Diuo Pio,§. in venditione. ff. de re iudic. late Surd. cons.39.in prin.vbi plures allegat,licet ipse postea teneat contrarium,& allegat.Imol. d. §. in venditione,qui dicit,quod sententia est nulla, tanquam contra ordinem iuris.

5 Contrarium,quod imo talis ordo non sit necessitatis,sed monitionis Iudicis dicit Surd.d.cõs.39. * n.22.& 23.vbi dicit magis * cõmunem & quod solum potest appellari, sed non est nulla sententia si nõ appelletur,& restringit,quãdo nõ constat extare mobilia,& quando fuit facta diligentia de reperiendis mobilibus.Item si pro obligatione Cameræ,vel fisci.Item alijs modis,vt ibi per eum.

6 Amplia,quia requiritur ordo iudicij,alias si ordo præposteratur,nõ valet.Bal.d.cons.122.in prin. ver.est alius defectus,lib.3.vbi nu.4. dicit,quod si nõ præcessit extimatio secundum formam statuti, ea est nulla,allegat l.hac edictal. §. ijs illud,C.de secund.nupt.multa ad propositum quod ex titulo sit necessaria,tradit Surd.cons.39.n.2.& seq.lib.1. Afflict.dec.358.in causa.ver.quarta ratio.Rolan. à Vall.cons.32.nu.33.lib.1.

7 Contrarium quod requiratur extimatio,& ea omissa adiudicatio non sit nulla Deci.cons.95. n. 17.& seq. vbi latissime ostendit, quod saltem ius non resistit,licet non assistat, & quod inducat bonam fidem,& præscribat.

8 Vide Crauet.cons.819.n.12. qui dicit ex adiudicatione facta non precedente liquidatione,& ordine iuris,non oriri bonam fidem,dari restitutionem possessionis,& fructuum.

9 Declara,vt per Surd.d cons.39.n.25. & seq. vbi dicit opinionem Beccij nõ esse tutam,dum negat, sed bene procedere in hoc quod solum competit rescissoria,quatenus probat se læsum debitor,allegat Castrens.cons.156.in prin.lib.2.

10 Declara, quia si lapsa sunt tempora longa triginta annorum,quia præsumitur appretium, seu extimatio,& subhastatio,licet nõ appareant.Afflict. dec. 369.per totam vbi loquitur in tempore quasi centum annorum, sed Rota Romana hoc tenet si possedit is, qui habuit adiudicationem per triginta annos,etiam si non sit enunciata,in decis. 143. lib.2.n.8.& seq.in nouissimis.

11 Amplia,quia ratione personæ non valet, quando is,qui agit non potest ex persona sua agere veluti si filius in potestate agat contra patrem,quia iudicium redditur nullum.Bal.d.cons.122.in prin. ver.Est quoq.defectus lib.3.

12 Amplia,quia requiritur subhastatio rei,quę adiudicatur.Marius Anguis.cons.279.n.47.per text. in l. à Diuo Pio §.si.pignora.ff. de re iudi. Afflict. dec.358.Put dec.252.lib.2.

13 Declara,quia si probaretur,quod tẽpore subhastationis res plus vendi non potuisset substineatur adiudicatio,quia forma data est ad effectum, qui si sequatur non vitiat omissio,ita Put.d.dec. 252. numer.7. vsque in fin. ita etiam Afflict. dec. 368. cir.fin.

14 Amplia,quia adiudicatio debet fieri pro mensura debiti.declarati Bal.d.cons.122.circa prin.ver. Et inter alia,lib.3.Alexand.d.cons.69.n.3. & seq. lib.3.

15 Limita,quia adiudicatio præsumitur solemnis, & quod præcesserit extimatio,& subhastatio quando fuit exequuta, & possedit missus per triginta annos, quia non est verisimile, quod pars aduersa tacuisset per tantum tempus. Rota Romana dict. decis. 143.Domini dixerunt,nu. 8. & seq. lib.2.in nouiss.

16 Limita per modum retentionis, puta quoniam is qui obtinuit adiudicari est reus, quia pro eo præsumitur. Rota Romana d.decis.143. num.6.in nouiss. libro secundo.

Vide. Adiudicatio quando valeat, vel non. Conclus. 197.

Adiudicatio bonorum de quibus bonis,& qualiter fiat. Conclus. CXCIX.

1 CREDITOR non debet plures res debitoris diuisas accipere in solutum, sed vnam tantum, quæ satisfaciat credito. Bald. in authen. hoc nisi.C.de solut.Salicet in auth.hoc ius porrectum.C.de Sacrosc.Eccles. & propterea ex vno prędio non potest facere æstimare vineam tantum, ex alio prędio oliuetum,sed debet totum prędium extimari, vt cauetur etiam Florentiæ ex lege particulari anni 1551.

2 Extende, quia creditor habens pignora cum facultate vendendi,sic debet vendere, vt æquitatem seruet, ideo si pars pignorum sufficiat non debet omnia vendere, si viliora sufficiunt,non debet vendere meliora. Negus.de pign.in 1.memb. 6. p. col.8.ver. quinto limita.

Vide. Aequitas quid sit, & in quo præualeat. Conclus.108.cum duabus Conclus.seqq.

Vide. Arbitrium boni viri succedit in multis. Conclus.477.

Adiunctus quis dicatur, & quandiu duret. Conclus. CC.

1 ADIVNCTVS dicitur is, qui datur Iudici suspecto, vel tutori,vel alteri administrato ri. Vide. Iudex adiunctus. Conclus. 417. vbi quid possit.

2 Durat adiunctus quandiu durat is,cui adiungitur. Ideo licet curator datus minori duret quandiu minor est, secus si datur Curator adiunctus tutori, quia non durat nisi durante tutela. l. 1. C. quand. tut. vel curat. vbi Bart. Abb. cons.91. Quoad primum,in fi.ver.quinto facit .lib.1.

Vide. Adiectus solutioni,& contractui quis dicatur. Concl.177.cum duabus ibi Conclusionibus sequentibus, vbi latius.

Administratores qui, & quales, & quid possint, vel non. Conclus. CCI.

1 ADMINISTRATORES aliqui sunt nudi, & simplices,& isti tenentur facere inuentarium,& reddere rationẽ.Boer.decis.61.n.5.& seq.

2 Et dicuntur simplices,sine administratione constituti simpliciter a Collegijs priuatis, vel etiam ab officialibus Vniuersitatum,secus si immediate a tota Vniuersitate,quia tunc habent liberam.Ale. in l.præses,in princ.ver.limita. C.de transact.

3 Et maiorem habent potestatem administratores a lege, quam ab homine,quia habentes a lege habent cum libera, habentes vero ab homine non habent, nisi dicatur. Lanfranc. de Oriano de arbitr. tertia sectio. principal. in tertio volum. fol.51. num.9.

4 Aliqui sunt administratores non nudi, neque simplices, quia iure suo vtuntur,& fruuntur bonis alienis,prout pater in bonis filij aduentitijs,quia habet vsumfructum,& dicitur administrator.Boe. d. decis. 61. numero 5. & sequen. & isti sunt cum libera.

Vide.Pater in quibus sit legitimus administrator filiorum. Concl.125.

5 Et maiorem habet administrationem pater in bonis filij,quam tutor, quia plus iuris habet,quia cum administratione habet vsumfructum, ideo alienat multis casibus. Alex. d.l. præses,in fin. C. de transactio.

6 Aliqui etiam sunt administratores cum libera, prout tutores, curatores, & similes, & dicuntur legitimi.Alex.cons.22.n.8.ver.vnde videmus.li.1. & quod sint cum libera.Bar,in l.inter bonorum.ff. de administr.tutor.& idem in tutoribus.

Vide. Tutor qualem administrationem. Conclus. 444.

7 Cardinales administratores Ecclesiæ Cathedralis,mortuo Episcopo possunt administrare ea, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, non ea, quę sunt ex delegatione, prout potest Capitulum Sede vacante,Rom.cons.506.In re præsenti, in fin. ver. quoad vltimum: vbi apostill. in ver.delegata dat concord.

Vide, Capitulum, quid possit sede vacante, Concl. 56.

8 Syndici vniuersitatis æquiparantur administratoribus cum libera. Alex.d.cons.22.n.9.lib.1.apostill.ad Bald.in l.1.C.etiam per procur. quod intelligc si sunt ab vniuersitate deputati,alias si ab Antianis,vel alijs officialibus sunt simplices procuratores. Alex.in l.Præses.C.de transact.in prin.

9 Declara,vt procedat in administratore, vel syndico habente officium ex publico, alias secus. Bal.d.l.1.C.etiam per procur. sequitur Alex. in l. Prędses. C. de transact. vbi declarat, quod syndici Ciuitatum,& terrarum dicuntur ex publico,secus si sunt certi Collegij.

Vide. Decuriones,Antiani, & Priores Ciuitatum,qui sint,& eorum priuilegia.Concl.127.

Vide. Priores,& Consiliarij Ciuitatum,quę possint,vel non.Concl.713.

10 Prælati Ecclesiast. similes sunt administratoribus.Alex.d.cõs.22. n.9.li.1.Spec.de restit.in int. §.2.n.22.ver.Prælatus autem.Socin.cons.213.n.3. ver.simile videmus. lib.2.& in cons. 15. num. 24. libro 1.vbi,quod æquiparantur tutoribus,& idem dicit Redoan. tract.de spolijs. quæst.9. numer.21. allegat glos.4.in cap. auditis, de restitut. in integr.plene Socin. cons.32.numero 8.ver.sexta conclusio.lib.1.glos.in cap.auditis.in ver.Ecclesia,de in integ.restit.dicit, quod æquiparatur tutori, allegat authen. de Ecclesiast. titulo. §. fin. glos. in cap.qualiter, il 2.in versic.redde rationem,de accusation.

11 Contrarium dicit gl.in cap. fin. 5. quæst. 3. vbi, quod mala est æquiparatio,quia tutor est temporalis, prælatus vero est perpetuus. Tutor non vtitur bonis pupilli.Prælatus autem bonis Eccl. vtitur;tutela est onus,prælatura vero est honor:item

Prę-

Prelatus magis liberam habet administrationem.

12 Declara, quia æquiparatur tutori quoad quædam,licet in aliquibus habeat magis liberam administrationem.Ant.de Butr.in d. cap.auditis.nu. 23.Io.de Imol.num. 13.in fin.ver.in eadem gl.de in integr.restitut.Socin.consil.32. ex ijs.nu. 8.& 9. ver quinto probatur.lib.1.

13 Declara, quia imo Episcopi dicuntur administratores Ecclesiæ suæ, ideo non possunt disponere libere. ita Ferret. cons.118.num.2.allegat c.2. cum ibi not.de donation.

Vide. Tutoribus qui equiparari dicantur,& qui non.Concl.451.

Vide. Prælatus in diuersis conclusionibus; vbi quid possit, vel non.

14 Omnes dicuntur habere administrationem liberam, si est dictum cum plena, vel cum libera, quia idem important. Bart. in l. inter bonorum. ff.de auth.tutor.

15 Sed quod per verba generalia nunquam censeatur concessa libera administratio. Alex. cons.21. Viso,num.4.& seq.ver.nec habet obstare.lib.3.vbi * dicit magis * communem.

Vide. Mandatum cum libera ad quæ se extendat,vel non.Concl.45.

Vide. Procurator cum libera quid possit. Concl.837.

16 Aliqui sunt Administratores plusquam simplices,sed non cum libera,prout curator bonorum, & curator ventri datus, quia non habet liberam. Bar.d.l. inter bonorum, in fi.ff.de auth.tutor.

17 Rectores Prouinciarum dicuntur administratores temporales. Bart.in cons.196.Ciuitati Camerini.lib.1.vbi idem in Præside,in Legato,& alijs officialibus.

18 Reges dicuntur administratores Regni. Bart. d.cons.196.num.1.lib.1.

Vide.Rex, an possit donare,vel alienare. Concl.336.

19 Papa dicitur administrator vniuersalis Ecclesiæ, vt per Bellam.in c. non liceat Papæ 12. quæst. 2.vbi,quod non potest alienare, vel donare bona Ecclesiæ sine causa.

Vide. Papa habet duplicem administrationem in Ecclesia,& quam.Concl.46.

20 Episcopus dicitur administrator,& procurator Ecclesiæ suæ.c.fraternitatem,de donat. & licet dicatur habere maiorem administrationem, quam tutor,tamen non potest donare sine legitima causa,neque Ecclesiæ suæ præiudicare liberando.Abb. cons. 45. Satis videtur, per totum, maxime in fine libro 1.

Vide. Episcopus potest multa sine consensu Capituli. Concl.257.

21 Amplia,quia compromittere potest is, qui habet liberam administrationem, siue à lege,siue ab homine.Lanfranc.de Oriano.tit.de arbitr. 3. sect. principali.num.9.& seq

22 Locare potest non ad longum tempus habens liberam administrationem. Iason consilio 94. libro 1.in principio, qui loquitur in Priore Ecclesiastico.

23 Infœudare, vel concedere in emphyteusim potest administrator rem solitam locari, vel solitam infœudari, quia non est alienatio,sed modus vtendi.Boer. decis. 124.n.4.allegat Bart.in l. prohibere,§.plane.ff.quod vi,aut clam.

24 Exigere,& recipiendo solutionem potest legitimus administrator liberare,l.pactum,vbi Alex. in prin.C.de pact.

25 Declara,quia licet tutor, & administrator per pactũ non præiudicet minori,quia cũ male administrat,non præiudicat, si vero bene administrat habetur loco domini,tamen potest de re dubia, & nõ liquida bona fide transigere, dummodo nõ animo donandi in præiudicium pupilli transigat, se * cundum * communem, de qua Abbas. consil. 39. Duo sunt,colum. 2. ver. Venio igitur ad secundum,lib.1. vbi loquitur etiam in administratore Iudei.

26 Limita, quia donare non possunt habentes liberam administrationem, vt est textus in l.contra, §.fi.ff. de pact. vbi Bar.& alij declarant, nisi in ijs,quæ sunt de more,vel propter reciprocam recompensam,& tic ex causa.Alex.cons.22. nu. 8. lib.1.vbi,quod donare est dilapidare, & idem in tutoribus,& alijs,plene Ias.d. l.contra.§.fin. ff. de pact.in prin.

Vide plenius,in ver.Tutor qualem administrationem habeat,& quid possit. Concl. 446.vbi limitatur,& declaratur.

27 Extende, quia non possunt liberare habentes liberam administrationem,quia liberatio est donatio. Abb.cons. 10.In causa,& quæstione,prope fin ver.tertio.& fortius,lib.1.

28 Declara, quia tutor, & administrator non potest liberare, quando debitum pupilli esset liquidum, quia esset donatio: si vero creditum non est liquidum,potest liberare transigendo, etiam si nihil recipiat pro pupillo, quando bona fide, non animo donandi transigit, ita Abb. cons. 39. Duo sunt,col.2.ver.Venio igitur ad secundum,lib. * 1. vbi dicit * communem.

29 Extende, quia non possunt remittere exceptionem competentem peremptoriam sine causæ cognitione. Alexand. dict. consil. 22. numer. 9. & sequentib. lib. 1. Ias. d. l. contra,§.fin. num.3.ff.de pact.Alex.in l. pactum in prin.C.eod.

30 num.5.

Extende, quia non possunt damnosa facere tutores, curatores, administratores Ciuitatum, Vasalli, vsufructuarij, & similes. Albert. Brun. tract. de diminutio. in sexta conclusio. nu. 20.

31 Cõtrarium,quod imo possint præiudicare,dicit Gozad.consi.16.n.3.

32 Limita, quia Legati, Præsides, Rectores Prouinciarum non possunt donare.Bart. consil. 196. Ciuitati Camerini, lib.1.nu.1.Io.de Auan. consi. 81.in prin.vbi loquuntur in iurisdictione, & territorio.

33 Restringe hodie in Regibus de consuetudine. Bar.d.cons.196.n.1.lib.1.

34 Restringe,quando fieret in recompensam adhærentiæ.Io.de Anan.cons.81.n.1.

35 Restringe,quando administrator est perpetuus, quia potest moderate donare. Io. de Anan. consi. 81. qui loquitur in Duce Mediolani administratore Imperij.n.2.

36 Restringe sex modis,de quibus per Ias.d.l.contra,§.fin.n.7.ff.de.pact.

37 Restringe, quando Administrator pro Sede Apostolica effectus Papa confirmat donationem prout de Cardinale Sinibaldo Legato Marchiæ dicitur,qui donauit quædã castra,& Villas de Ducatu Spoleti Ciuitati Camerini, & postea factus Papa,& Innocentius III.vocatus cõfirmauit. Bart.

conſ.196.in princ.lib. 1.vbi, quod confirmatio eſt ex certa ſcientia,quia eſt de facto proprio.

38 Idem eſt in Comite Virtutum , qui donauit quoddam territorium Ciuitatis Aſtenſis nonnullis Marchionibus , qui Comes Virtutum erat frater Ducis Mediolani, & adminiſtrabat,quia licet non valeat talis donatio , tamen valet , quia ex certa ſcientia fuit ratificata à Duce Mediolani . Ioann. de Anan. conſ. 81. per totum , maxime num. 2.

39 Reſtringe in Epiſcopis , & Prælatis , quia licet ipſi non poſſint bona Eccleſiæ donare, neque alienare , prout neque Papa ſine cauſa , quia eſt adminiſtrator. Aegid. Bellam. in cap. non licet Papæ. 12, quæſt.2. tamen bene poſſunt de fructibus donare benemerentibus.

Vide . Papa abſolute poteſt. Concluſ.49. num. 61.& ſeq.

Vide . Epiſcopus an poſſit donare , & quomodo . Concluſ. 285.

40 Limita , quia alienare non poſſunt adminiſtratores cum libera. Bart. in l.prohibere.§.plane.ff. Quod vi,aut clam.

Vide plenius in ver. Tutor non poteſt alienare bona pupilli . Concluſ.488.

41 Declara , quia licet non valeat alienatio facta per patrem legitimum adminiſtratorem in præiudicium filij,tamen valet in præiudicium patris, vt teneatur ad intereſſe . Bald.& Caſtrenſ. in l.fi. §. in computatione.C.de iur.deliber.

42 Adminiſtratores liberare non poſſunt , neque debitum liquidum remittere.Alexan.d.l.pactum. in princ. C.de pact.

43 Declara , quia non procedit in curatoribus , vel adminiſtratoribus Principum , ſiue debitum remiſſum eſſet liquidum , vel non , neque in remiſſione vſurarum , Alexan. dicta l. pactum. C. de pact. in princ.

44 Prorogare non poteſt tempus ad ſoluendum * adminiſtrator ſecundum magis * communem . Alexand. dicta l. pactum.num.6.C.de pact.

45 Pacem , & remiſsionem tutor pro pupillo , Abbas pro monacho, Prælatus pro Eccleſia facere non poſſunt , Alexand. dicta l. pactum. nu.7.& ſeq. ff. de pact.

46 Tranſigere poſſunt adminiſtratores Ciuitatis , & alij habentes liberam adminiſtrationem.Alex. in l.præſes.C.de tranſactio. vbi,quod non habentes adminiſtrationem non tranſigunt .

47 Extende in adminiſtratore , vel operario pauperum , quia licite poteſt tranſigere ſuper re dubia , & bona fide ; ſecus ſi ſuper re certa tranſigit remittendo debitum, quia tranſactio non valet. Abb, conſ. 15. Duo ſunt,per totum.lib.2.

48 Declara totam hanc materiam , quia tutores , adminiſtratores , & alij poſſunt præiudicare in illo actu geſto , ſi faciant eodem contextu , alias ſecus,ideo valet pactum de retrouendendo appoſitum in inſtrumento emptionis , ſecus ſi ſeparatim . Iaſ. dicta l.contra.§.fin.numer.9. & ſequen. ff. de pact. Boer. late deciſione 182. numero 34. & ſequen.

Et pro declaratione, vide plura ſimilia in ver. Cauſatiue fiunt multa,quę fieri prohibentur.Concluſ. 161.

Adminiſtrator quilibet tenetur conficere inuentarium,& librum,alias contra eum præſumitur , & iuratur in litem , & quando ſecus . Concluſ. CCII.

1 REGVLA , quod omnis adminiſtrator rei alienę tenetur facere inuentarium,quia caput rationum eſt inuentarium . Bald. conſ. 137. Quedam vidua.n.5.ver.item quęritur.lib.5.Rom. conſ.118. Quoad primum. num. 2. ver.quoad ſecundum; vbi , quod conficere debet, antequam adminiſtret. Ruin.conſ.29.Plura.num.11. lib.5.

Vide . Tutores , & Curatores tenentur . Concluſ.427.

Vide . Inuentarium à quibus confici debeat , vel non . Concluſ.347.

2 Item librum rationum facere, & exhibere tenetur . Roman.dicto conſil.118. num.2. Ruin. conſ. 29.num.11.in fin.& ſeq. lib. 5. vbi dicit hoc procedere etiam in fratre,& omni perſona, quæ gerit negocia alterius , maxime num.12.Ioan.de Imol. conſ.35.num.17. & ſeq.Io.de Imol.conſ.65.Caſtr. conſ.227. Reſpondeo.lib.2.

3 Et iſte liber debet continere ſingulariter recepta à tali de tali tempore, & certam quantitatem ſpecificam; ita quod non ſufficeret deſcribere in genere , vt poſsit argui de falſo . Bart. conſ. 150. Cum prædicta , in fin. lib. 1. vbi apoſtill. in ver. qualiter, dat concord.

4 Et eo ipſo,quod adminiſtrator non exhibet librum eſt in dolo , & iuratur contra eum in litem, non autem contra hæredem adminiſtratoris , ſed tamen contra eum probatio leuior admittitur in odium non confecti libri , quia eſt ſpeciale, quod factores,mezadri , & laboratores pupilli , etiam ſi tractent de ſe exonerando admittuntur, & probant Bart. d.conſ.150. num.7.ver.quarto.lib.1.& plene Socin.conſ.140.lib.2.vbi,quod eſt in dolo,ſi non ſcripſit omnia habita , & liberatio doloſa reſcindi debet,& infra num.7.& 8.& n. 20.

5 Declara, quia ſicuti quilibet adminiſtrator tenetur facere librum ſuæ adminiſtrationis , & in hoc grauatur , quia probat contra conficientem . Ita etiam releuatur , quia etiam dicto libro ſtatur ad fauorem adminiſtratoris , alias abſurdum eſſet, quod teneatur facere librum contra ſe ſub pœnis plurimis,ſi non releuaretur. ita plene Angel.Aret.conſ.43.In cauſa prędicta.num.9. & ſeq. ver.quilibet enim.

6 Et procedit etiam in fratre adminiſtrante pro fratre. Dec.conſ.110.Vere,vt puto n. 7.& in patruo adminiſtrante bona nepotis. Bald.conſ.137. Quædam vidua.n.5.lib.5.Ruin.conſ.29. nu.12. & ſeq. lib.5 Socin.conſ.213.in princ.lib.2.& conſ.92. li. 4.Rom.conſ.414 Quoad primum, in princ.

7 Extende,quia poteſt iurari in litem contra adminiſtratorem , qui non confecit librum. Io. de Imol.conſ.35.n.17.& conſ.65.in fi.& ſupra n.4.

8 Reſtringe in patre adminiſtrante pro filio ſecundum diſtinctionem . Boer.deciſ 61.n.5.& ſeq. vbi latiſsime Socin.conſ.213.n.2.lib.2.

Vide in ver.Pater,in quibus . Conclu..125.nu. 32.& ſeq.

Contra-

Digitized by Google

9 Contrarium dicit Alber. in l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liber. legat. vbi eſt tex. quod tenetur reddere rationem adminiſtrationis, ergo, &c.

10 Reſtringe, quando mater eſt relicta adminiſtratrix propria authoritate, quia non tenetur ad inuentarium. Boer. deciſ. 124. num. 14. & 15.

11 Amplia, quia in libro rationum tenetur adminiſtrator ſcribere redditus, & fructus minoris, & reddere rationem, & ſi non facit, præſumitur in dolo. Dec. d. conſ. 110. n. 7. & 8. vbi late. Bart. in conſil. 150. Cum prędicta examinarem, per totum, maxime in fin. & num. 7. lib. 1. Idem Dec. conſ. 177. In cauſa, quæ proponitur, in princip. & conſ. 191. Socin. pleniſſime conſ. 213. num. 3. ver. circa ſecundam. lib. 2. vbi qualiter ſcribere debeat ſpecialiter omnia, & non ſufficiat generalis deſcriptio, & quod debeat talis liber continere omnes introitus, & exitus ſingulariter. Socin. conſ. 46. & conſ. 213. lib. 1. Roman. conſ. 413. in princ. Dec. conſ. 110. 178. & 192. 255. & 399. Soci. conſ. 159. nu. 4. lib. 2.

12 Probatio fructuum iſtorum qualis eſſe debeat, & quid contra hæredem adminiſtratoris, & qui teſtes admittantur hoc caſu, in odium adminiſtratoris, & qualis eſſe debeat liber, plene Bartol. d. conſ. 150. n. 7. vſque in fin. lib. 1.

13 Extende in tantum, quod ſi dicat confeciſſe librum, & perdidiſſe ſibi non creditur, niſi probet caſum, quia tenetur nedum conficere, ſed cuſtodire. Socin. d. conſ. 159. nu. 5. & ſeq. lib. 2. & latius conſ. 190. lib. 2.

14 Et liber rationum venit appellatione reliquorum. Io. de Imol. conſ. 35. num. 18.

15 Et dietim omnia ſcribi debent, & non ſufficit tenere computa in ſcartafacijs, alias poteſt inrari contra eum in litem. Socin. conſ. 213. Cum in præſenti. nu. 4. & 5. lib. 2. idem conſ. 190. Memini. col. 1. eod. lib. 2. Bald. conſ. 152. Ad euidentiam. li. 3. Corne. conſ. 196. Ad euidentiam. vol. 3. Ruin. conſ. 29. num. 11. lib. 5.

16 Et liber non debet continere deſcriptionem in confuſo rerum pupilli, & adminiſtrationis, alias eſt in dolo adminiſtrator. Socin. conſ. 159. nu. 7. & ſeq. lib. 2.

17 Idem ſi non omnia deſcripſit, quia eſt in dolo. Socin. conſ. 159. n. 8. ver. tertio confirmatur. lib. 2.

18 Extende, quia publicus adminiſtrator punitur ſi non deſcripſit omnia. l. excellentia. C. de erogat. milit. anno. Soci. d. conſ. 159. n. 9. ver. corrobatur.

19 De pœna non conficientis inuentarium in tutore loquitur Rom. conſ. 118. & dicit, quod incurrit doloſam ſuſpicionem, item in ſuſpicionem furti, & torturę ſubijci poteſt, ſi res pupilli deficiant, & mulier, quę alias non carceratur poteſt carcerari: item cauſam dicit in carcere, item incurrit infamiam, item inratur in litem. Socin. conſ. 213. num. 3. & num. 12. lib. 2. & conſ. 159. num. 3. eod. lib. 2. & quod præſumatur doloſus. Socin. conſil. 92. num. 19. lib. 4. l. 1. §. officio. ff. de tutel. vbi Bart. Bald. & alij.

20 Item inratur in litem contra eum. Io. Imol. conſil. 35. n. 17. & ſeq. & conſ. 65. in fi. Socin. conſ. 213. lib. 2. n. 3. Plot. in l. ſi quando. C. vnd. vi. n. 194. Bal. in l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſt. tutor. & conſ. 152. lib. 3. Bart. conſ. 150. col. penul. Roman. conſ. 413. Quoad primum, in princ. & conſ. 168. Circa primum, quo quæritur. Anchar. conſ. 317. In cauſa, quæ vertitur: ſupra num. 4.

Vide. Iuramentum in litem, quando deferendum. Concluſ. 538.

21 Amplia, quia qui tenetur reddere rationem de adminiſtratis, tenetur ſcribere rationes, & ſic librum facere. Bart. d. l. 1. §. de officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. & ſi hoc non facit, iuratur in litem. ſupra n. 4. & ſeq. & n. 20. & infra num. 23. & ſeq. vſque in fin.

22 Extende maxime in adminiſtratore publico, quia tenetur librum cum datis, & receptis conficere, cum introitu, & expenſa, taliter, quod computa videri, & intelligi poſsint, alias cenſetur in dolo præſumpto. d. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. quem text. loquentem in tutore extendunt ibi ad omnem adminiſtratorem.

23 Extende, quia ſi hoc non fecerit poteſt iurari in litem pro intereſſe; ſupra proxime: & dicitur eſſe in dolo. Socin. conſ. 92. nu. 12. ver. quarto. lib. 4. vbi, quod verſatur in dolo, ſi non tenuit computum, vt plenius conſ. 159. In præſenti conſultatione. num. 3. lib. 1.

24 Reſtringe, quia adminiſtrator, qui non confecit librum, non patitur iuramentum in litem, ſi eſt paratus reddere rationem adminiſtrationis ſine libro, quia ad hoc, vt deferatur iuramentum in litem duo copulatiue requiruntur, videlicet, dolus eius contra quem defertur iuramentum, & difficultas probationis, ex parte eius, cui defertur, cauſata ex dicto dolo. Bart. in l. in actionibus. num. 22. ff. de in lit. iuran. Purpur. conſ. 369. num. 44. & ſeq. lib. 1. Paulus de Montepic. conſ. 67. num. 7. Menoch. de arbitr. caſ. 208. num. 1. ita Rota Romana coram D. Litta. 14. Maij 1593. in Romana redditionis computorum; vbi, quod dolus non præſumitur, & difficultas probationis in homine ſagaci non habet locum, & in dubio pro non delatione iuramenti.

25 Et maxime, quando adminiſtrator non eſt publicus, quia ex eo ſolo, quod non fecit librum, non debet iuramentum deferri. Corne. conſ. 81. n. 4. lib. 4. Paul. de Montepic. d. conſ. 67. num. 4. & nu. 18. & 25.

26 Et procedit etiam in tutore, qui aliunde poteſt probare bona defuncti. Calcan. conſ. 93. ver. ſed prius. Plot. in l. ſi quæ. §. 5. num. 37. ver. contra tutorem. C. vnd. vi.

27 Declara reſtrictionem, quia procedere poteſt, quando adminiſtrator nullum confecit librum, & eſt paratus aliter docere de adminiſtratis, ſecus ſi confecit librum, & in eo non deſcripſit omnia, quia ex quo nititur probare adminiſtrationem ſuam non aliunde bona fide, ſed ex libro non continente omnia recepta, tunc non intrant iura pro deciſione, tum quia cum nitatur ex libro imperfecto dicitur potius negare, & ſic furtum committere, & eſſe in dolo: tum quia via, quam elegit faciendi librum ſibi patere debet. Gabriel. conſ. 148. Conſtat Marium. nu. 5. 6. & ſeq. lib. 1. & quia is, qui cæpit gerere negocium tenetur perficere. l. commodato. §. ſicut. ff. commodat. & quia deciſio Rotæ, & reſtrictio procedit, quando aliunde, & bona fide reddit rationem adminiſtrationis, non quando ex libro frans detegitur.

28 Vel procedit reſtrictio, quando adminiſtratio fuit modici temporis, & non intricata plurimorum negociorum, vel impoſsibilis memorię, & ita videtur tenere Plot. d. l. ſi quando. numer. 250.

C. vnd. vi. quia memoria omnium, & intricatorum negociorum haberi non poteſt.l.2.§.ſed quia C.de veter.iur.enuclean.

89 Et vide Iaſ.conſ.111.in 1.dubio:vol.1.vbi an qui re vera fideliter expẽdidit pecunias Principis, ſed librum non confecit ſit in dolo,& quod paria ſint non conficere inuentarium rerum pupilli, vel non tenere librum, in quo omnia ſpecifice deſcribantur, alias ſit in dolo. Socin. conſ.159.num. 4. lib. 2. vbi quod eſt generale in omni adminiſtratore.

90 Extende, quia poteſt peti, vt adhibeantur calculatores in ratione reddenda, vt per Doctor. in l.ſi cui libertas.ff. de condit.& demonſtrat.

91 Et nullum eſt magis ordinarium remedium in reddenda ratione, quam quod fiat calculus, & eligantur calculatores.l.ſi cui libertas, & ibi Bar. ff.de condit.& demonſtr.vbi etiam Caſtren. docet practicam.Corne.conſ.43. Circa hãc conſultationem. col.4.li.1.vbi quam iuriſdictionem habeant.

92 Declara, quia ſi non tenuit librum, calculatores male poſſunt calculare. Corn. conſ.196.circa fin. libro 3.

Vide concluſionem proximam ſubſequentem.

Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem de adminiſtratis. Concluſ. CCIII.

1 QVILIBET adminiſtrator tenetur reddere rationem ſuę villicationis, & adminiſtrationis.Doctor. in clemen. 2. §.illi etiam,de relig. domib.& in l.ſi procurator.§.1. ff. mandat. & in l. 1.§. officio.ff.de tutel. & ratio. diſtrah. Soc. conſ. 2. Secundum ordinem, & conſ. 192. Capio difficultatem, & 213. Conſilijs noſtris. col. 1. lib.2.& late proſequitur Curt. conſ.66. Sapienter. Socin. conſ.92. num. 5.lib. 4. Dec.conſ.110.col.fi.Corn. conſ.24.col.fi.lib. 1.& conſ. 196.col.fi.lib. 3. vbi, quod is, qui habet reddere rationem, conficere debet librum rationum. l. ſi cui libertas.& l.cum ſeruus.ff.de condit.&demonſtrat.& ibi Bar.Imol. & alij.Corn.conſ. 24.circa fi.lib. 1.& conſ.196. n. 4. & 5.lib. 3. Rom. conſ. 413. & 414. Quoad primum, & conſ. 168. Circa primum, & conſ. 313. Quoad primum. Abb. conſ. 12. in fin. num. 5. & conſ. 87. In caſu prẽmiſſo. lib. 1. Deci. conſ. 192. In caſu,in princ.alias 191.Socin.conſ.24.num.37. lib.1. Pariſ. conſ.84.num.17. & ſequen.lib.1.Crauett. conſ. 218. in princ. Socin. conſ.92. Viſo inſtrumento.col.2.lib. 4.& conſ. 46.Cum in præſenti,per totum.lib. 1. & conſ.213.lib.2. Deci. conſ. 110. & conſ. 78. circa princ. Ruin.conſ. 29. num. 12. lib. 5. Crauett. conſ. 218. in princip. Pariſ. conſ. 89,Gozad.conſ.80.in fi. plene Menoch. de arbitrar. caſ. 209. per totum. Alexand. conſ.110. Circa primum.num. 21. ver.ſuper quarta dubitatione. lib.3.

2 Extende generaliter ad omnem,& quemcunque adminiſtratorem rei alienæ;nam tutor,& curator ſocius, & quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem de adminiſtratis. Bart. in l.1.§. officio. ff.de tutel. & ratio.diſtrahen.late Socin.conſ.149. num.4. lib.1.qui dicit quatuor venire in adminiſtratione, edi libros, calculum fieri, reliqua reddi,& dolum abeſſe. Iaſon conſ.4. nu.7. lib.3.Ruin. conſ. 29.numero 12. lib. 5. vbi num. 12. idem dicit in procuratore ad iudicia, vel negocia in actore vniuerſitatis de ſocio.10. de Imol. conſ.65.vbi, quod ſi adminiſtrauit tenetur reddere rationem, & exhibere librum, & Socin. conſ. 159. in princ. lib.2.&Bero.quæſt.famil.15. cum quidã in domo. Roman.conſ. 413. Quoad primum, in princ. allegat.l.primam.§.officio.ff.de tutel.& ratio.diſtrah. qui licet loquatur in tutore,habet locum in omni adminiſtratore per extenſionem, & repetit conſil. 414.in princ.vbi plena apoſtill.citat plurimos concord.in ver.extendit.

3 Et iſta extenſio de tutore ad adminiſtratorem quemcunque extenditur in tantum, vt etiam habeat locum in Iudice finito officio, vt pariter reddat rationem de commiſſis,& neglectis in officio, ſicuti tutor de commiſsis, & neglectis in tutela. Roman. conſ.415. Quoad primum, in principio,

4 Extende, quia quilibet ſiue ſit frater, ſiue tutor, ſiue curator, ſiue negociorum geſtor, & quicunque adminiſtrator rei alienæ tenetur reddere rationem;ſed eſt differentia, quia frater non reddit ſtrictam,prout extraneus,vel tutor.Socin.conſ. 213.vbi ponit omnes adminiſtratores, prout ſunt procuratores, ſyndici, actores, hoſpitalarij, curatores ad lites,qui omnes reddunt rationem,excepto patre in aduentitijs.

5 Et eſt generale in quolibet adminiſtratore, vt teneatur reddere rationem ſuę adminiſtrationis cum reliquorum reſtitutione. Socin. conſ.159. Vt de negocior. geſtore eſt caſus, & ibi Bart. Bald. & alij in l.2.ff.de negoc. geſtis. Socin. conſ. 46. & 73.col. 1.lib. 1.& conſ.213.lib. 2.& conſ. 72. num. 12.lib. 3. Angel.Aretin.conſ.43. In cauſa prędicta. n.9:ver.quilibet enim.Socin.conſ.2. Sequendo.nu. 5. lib. 1. plene Menoch.de arbitrar. caſ. 209. vbi pleniſſime.

6 De factore,vel caſtaldo.Plot.in repet.l.ſi quando..num.194.C.vnde vi, Caſtren.conſ.263. Alex. conſ.36.num.1.ver.nec obſtat.lib.1.Anchar. conſ. 3.num.4.ver.quoad quartum. Felin. in cap.ſcribebam.col.2.ver. adde etiam,de præſumpt. Alexan. conſ.1.circa fi.ver. ad hoc.lib.2. Marſil. ſingul.77. Agel. Aretin.d.conſ.43.num. 9. Socin.conſ. 2. nu. 5. lib. 1.

7 De curatore,in l. aduerſus,& l. rationes.C.de admin.tutor.& in l.cum curator, vbi Bart. ff.eod. Angel.Aret.in §.fi.inſtit.de auth. tutor. vbi etiam qua actione contra eum agatur.Socin. dictis conſ. 46. lib. 1. & 213. lib. 2. cum alijs ſupra. Angel. Aret.d.conſ. 43. num. 9. vbi loquitur in tutore,& curatore.

8 De protutore,Socin. conſ.46.lib.1. repetitum conſ.213.lib. 2.& conſ. 73. Circa primam. lib. 1. col.1.& conſil. 72.num. 12. lib.3. Caſtren. conſil. 217.lib. 2.

9 De tutore in l. 1.in princ. & in §.de rationibus. ff. de tutela. & ratio.diſtrahen. qui extenditur ad quemcunque adminiſtratorem,vt ibi Bald. Deci. conſ. 192.In caſu propoſito, in princ. Abb. conſil. 12.in fi. lib. 1. & conſ. 82. In caſu præmiſſo.Rom. conſ. 168.Circa primum, & conſ.313.Quoad primum,& text. in l.1.§. officio. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. loquens in tutore extendatur ad omnes adminiſtratores. Roman. conſilio 413. in prima.

* prine. & eſt communis * opinio. Socin. conſ. 91. num. 5. lib. 4. Angel. Aret. d. conſ. 43. In cauſa prædicta. num. 9. ver. quilibet enim.

Vide. Tutor tenetur de male adminiſtratis, & neglectis, & quando ſecus. Concluſ. 441.

10 De Hoſpitalario, Exequutore, Actore Vniuerſitatis, & alijs, plene Rolan. à Vall. conſ. 49. lib. 1. & infra num. 30.

11 De Procuratore ad negocia, vel ad iudicia. l. ſi procurator. §. 1. ff. mandat. Socin. conſ. 46. quod eſt repetitum 213. lib. 2. & conſ. 72. n. 12. lib. 3. Angel. Areti. d. conſ. 43. num. 9.

12 De Inſtitore. Angel. Arec. d. conſ. 43. In cauſa prædicta. num. 9.

13 De Actore Vniuerſitatis. Idem Socin. conſ. 46. lib. 1. & conſ. 213. lib. 2.

14 De Patruo. Cuman. conſ. 187. In caſu. Dec. conſ. 192. in princ.

15 De Fratre, qui adminiſtrauit bona communia Roman. conſ. 168. Circa primum, vbi dicit, quod quandocunque ratio adminiſtrationis petitur ſine calumnia, reuideri debet, alleg. Bald. & Salicet. in rubr. C. pro ſoc. & idem voluit Socin. conſil. 73. colum. 1. vbi enumerat multas perſonas, quę ratione adminiſtrationis factæ per eas de bonis alienis rationem reddere tenentur, & reliqua reſtituere, & conſ. 46. col. 1. cum in preſenti. lib. 1. vbi col. 2. idem dicit in ſocio, qui finita ſocietate tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Alex. conſ. 34. col. 1. in fin. incip. Viſo inſtrumento. vol. 2. Dec. conſ. 178. In cauſa. col. 1. Rom. conſ. 413. & 414. Quoad primum. col. 1. plene Socin. conſ. 46. lib. 1. & 213. lib. 2. Pariſ. conſ. 84. num. 17. & ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 255. in prin. & 110. Ruin. conſ. 54. lib. 1. In fratre loquitur. Socin. conſ. 92. lib. 4. in princ. & num. 5.

16 Extende etiam ſi frater, qui adminiſtrauit, fuerit adminiſtrator in minori ętate, & maiori, quia de adminiſtratione vtroque tempore tenetur rationem reddere, & librum conficere, alias tenetur de dolo, & de culpa. Rom. conſ. 414. Quoad primum, in princ.

17 De Auia. Bald. conſ. 137. Quædam vidua, in fin. lib. 5.

18 De Matre. Anchar. conſ. 306. In cauſa. Dec. conſil. 349. In qua dolus non præſumitur. Alex. conſ. 62. lib. 4. Gozad. conſ. 80. in fin. Vt quod mater, prout alij tenentur reddere rationem. Alex. conſil. 110. Circa primum, in fin. ver. vnde videmus. lib. 1. Socin. conſ. 2. n. 7. lib. 1.

19 De Patre, quando non eſt legitimus adminiſtrator, vt pariter teneatur reddere rationem. Socin. conſ. 72. nu. 12. lib. 3. & conſ. 92. nu. 5. lib. 4. ſecus ſi eſt legitimus adminiſtrator, prout in aduentitijs, in quibus habet vſumfructum, & habet filium in poteſtate. Alex. conſ. 110. in fin. n. 22. ver. bene ſpeciale eſt. lib. 3. Socin. conſ. 2. num. 7. lib. 1.

20 De Filio. Idem Socin. conſ. 46. lib. 1. Quod eſt repetitum. 213. lib. 2. & de filio adminiſtrante viuo patre. Socin. conſ. 92. num. 5. lib. 4. de filia. Abb. conſ. 12. col pen. ver. & capio nunc ſextum. lib. 1.

21 De Socio, quod is, qui adminiſtrauit ſocietatem teneatur reddere rationem alijs ſocijs; non autem tenetur ſocius, qui non adminiſtrauit. Socin. conſ. 24. Viſis, & diligenter. col. 13. ver. ſecundo, quia. num. 37. lib. 1. vbi, quod ille, cui iniunctum eſt onus reddendi rationem de adminiſtratis, tenetur probare, quid, & quantum ex ea adminiſtratione ad eius manus peruenerit. Idem Socin. conſ. 46. Cum in preſenti. col. 2. lib. 1. quod eſt repetitum 213. lib. 2. Pariſ. conſ. 84. n. 17. & ſeq. lib. 1. Angel. conſ. 285. Quoniam in facto. col. 2.

22 Non tamen tenetur ſocius, qui non adminiſtrauit reddere rationem. Socin. conſ. 24. lib. 4.

23 De Adminiſtratore publico rerum Fiſci.

24 De Nummulario. Caſtr. conſ. 227. reſpondeo. lib. 2.

25 Maritus, qui bona extradotalia vxoris adminiſtrauit, tenetur reddere rationem ipſe, & hæredes. l. aduerſus, & l. rationes, vbi * Doctor. ff. de adminiſtr. tutor. Rom. conſ. 413. Dec. alios adducens, conſ. 110. nu. 7.

26 De Exequutore, vt teneatur reddere rationem, & debeat facere inuentarium coram Notario, & Iudice, in quo deſcribat omnia bona cum qualitatibus, & extimatione, & facere librum, in quo deſcribat redditus, & exitus, emptiones, & venditiones ſigillatim, alias non dicitur bene reddita ratio. Socin. conſ. 46. lib. 1. Quod eſt repetitum 213. lib. 2.

27 Contrarium dicit Alex. conſ. 215. Ponderatis. n. 8. ver. non obſtat etiam ſecunda cauſa. lib. 6. vbi, quod exequutor publicus, prout Epiſcopus tenetur facere inuentarium, ſed exequutor priuatus non, & dicit non reperiri iure cautum, quod teneatur priuatus exequutor.

28 Declara, quia imo etiam priuatus exequutor tenetur facere inuentarium. l. fi. in princ. ff. de bon. auth. iud. poſſid. ſed bene diſtinguitur, aut eſt generalis exequutor, & tenetur facere inuentarium, ſiue publicus, ſiue priuatus, aut eſt exequutor ad actum ſingularem, & non tenetur, prout neque curator ſpecialis ad certum actum, & ita ſeruatur, & iſta ponit apoſtil. ad Alexan. d. conſ. 215. num. 8. lib. 6. in verb. priuatum, & ſunt veriſſima.

Vide. Inuentarium, à quibus confici debeat. Concluſ. 347. num. 13. & ſeq.

29 De minore, ſeruo, Capitulo, & alijs. plene Menoch de arbitrar. caſ. 209. in princ.

30 De Hoſpitalario. idem Socin. conſ. 46. lib. 1. Quod eſt repetitum 213. lib. 2. & ſupra num. 10.

31 De Epiſcopo, quia eſt adminiſtrator, vt teneatur conficere librum, & exhibere ſucceſſori. Caſtrenſ. conſ. 227 Reſpondeo. lib. 2. per totum.

32 Villicus quilibet tenetur reddere rationem villicationis ſuæ, vt in Euangel. Lucæ cap. 16. Socin. d. conſ. 2. Sequendo ordinem. num. 5. lib. 1.

33 Commiſſarij pariter tenentur reddere rationem adminiſtrationis. Socin. dicto conſ. 2. num. 5. libro 1.

34 Prælatus, vt per Socin. dicto conſil. 2. num. 6. libro 1.

35 Amplia, quia ſiue adminiſtrauerint de mandato, ſiue ſine mandato, pariter tenentur omnes reddere rationem, quia ſecundum Euangelium Lucæ cap. 16. Villicus tenetur reddere rationem villicationis ſuæ, Marian. Socin. dicto conſ. 2. Sequendo ordinem. lib. 1. & conſ. 46. & 73. lib. 1. & conſ 213. lib. 2. & conſ. 72. lib. 3. num. 12. & conſil. 92. num. 5. lib. 4. Bald. conſ. 137. Quedam vidua. lib. 5. Roman. 414. in princip. Socin. 46. libro 1.

36 Et nedum tenentur de adminiſtratis male, ſed etiam

Digitized by Google

etiam de neglectis, ideo ſi diſtulerunt exigere, vel reparare, vel aliud facere, per quod damnum ſit illatum tenentur, quia in eis peccatum mortale dicitur negligentia, & negligentia eſt lata culpa; vel eſt dicendū, quod licet negligentia eſſet leuis, vel leuiſſima culpa, tenentur de leui, & leuiſſima. Socin.d. conſ.2. num.8. & ſeq. ver. quia imputatur.lib. 1.vbi latiſſ.

37 Extende ſiue adminiſtrator ſit voluntarius, ſiue neceſſarius. Bartol. in l.2.ff.de negoc. geſt. Baldus conſilio 137. Quidam vidua, in fine.lib. 5. vbi loquitur indiſtincte, & generaliter. Roman.conſilio 414. Quoad primum, in princ. Soçin. conſilio 46. libro primo.

38 Amplia, quia in tantum tenentur reddere rationem, vt ea non reddita, ſi ſunt creditores non agant ante redditam rationem, & quid ſi mater petit dotes ſuas non reddita ratione adminiſtrationis an repellatur, vel non.

Vide. Dotis reſtitutio non retardatur, & quando ſecus. Concluſ.772.nu.7.

Vide infra. Adminiſtratoribus, quæ compenſanda. Concluſ.208.

39 Extende generaliter, quia nedum prędicti omnes adminiſtratores tenentur reddere rationem, ſed etiam ſi mortui ſint ea non reddita, compelluntur eorum hęredes, illam reddere. Alex.d. conſ. 110.n.21.ver.ſuper quarta.lib. 3.

40 Amplia, quia tenetur etiam non requiſitus reddere rationem adminiſtrationis. Rolan.à Val.con
* ſil.49.lib.1.num.16.vbi de * communi.

41 Amplia, quia in redditione adminiſtrationis veniunt plura, de quibus Roman. conſ. 413. Quoad primum, in princ. Primo, quod librum exhibeat. Secundo, quod reliqua reſtituat. Tertio, quod credita contracta non deteriora aſſignet. Quarto, quod debita, & credita exhibeat. Quinto, quod de neglectis ſatisfaciat. Sexto, quod inſtrumenta tradat. Et ſeptimo, quod quanti plurimi intereſt pupilli teneatur: alia ſeptem ponit Socin. conſ.91.n. 6.& 7.lib.4 & conſ.159.

Vide. Adminiſtrator, de quibus rationem redde re teneatur. Concluſione 205. per totam, & num. ſeptimo

42 Fideiubere tenetur, ſi eſt ſuſpectus is, qui debet reddere rationem adminiſtrationis. Alexan. in l. ſi mora.n.4.ver.tertio fallit.ff.ſolut.matrim.

43 Amplia, quia quod facere omiſit adminiſtrator mortuus, hęres illius implere debet. Roma. d. conſ.413. in princip.& n.16.ver.quoad ſeptimum. Alex.conſ.110.col. fi.n.21.lib.3. Socin.conſ.46.lib. 1. Deci.conſ.110.col.fin. Rom. conſ.300. Caſtren. conſ.412.col. fin. vbi reddit rationem, quia actio oritur à contractu, vel quaſi. lib.1. & plenius conſ. 371.in princ.lib.1.

44 Et maxime in adminiſtratione rerum publicarum, quia iudicium poteſt incipere ab hęrede. l.fi. ff.ad l.Iul.peculat. vbi gl.

45 Et quod hęres adminiſtratoris teneatur de dolo, & lata culpa defuncti, in quantum ad eum peruenit. Caſtren. conſ.371. Iſte, qui formauit, in princ.lib. 1. quod intelligas, quod conueniatur pro dolo, & lata culpa in quantum ad eum peruenit, non quod teneatur de dolo. Caſtren. d. conſ. 412.in fi.lib.1.

46 Et quod etiam hæredem adminiſtratoris afficiat iſta redditio rationis. Deci.d.conſ.110. nu.7. Socin. conſ.213. num. 2. Caſtren. conſ.412. lib. 1. vbi dicit, quod hęres tenetur de dolo adminiſtratoris, licet non participauerit, quia obligatur ex contractu; vel quaſi. Roman. conſ. 413. Quoad primum.nu.4.& ſeq.

47 Amplia, quia tenetur exhibere libros adminiſtrationis tam ipſe, quam hæres. Caſtren. conſ. 227. Reſpondeo. lib.2.

48 Amplia, in quocunque adminiſtratore rei alienę, ſiue ſit pater, filius, frater, & quicunque alius, quia tenetur reddere rationem de adminiſtratis. Bero.quęſt.famil. 15. cum quidam in domo. Plot. in l.ſi quando. C.vnd. vi. vbi numero 194. quod ſi non fiat liber rationum, & inuentarium iuratum in litem. Socin. dicto conſilio 159. numero tertio, & ſequen.lib. 1. & vide plene Menoch. de arbitr.caſ. 209.

49 Declara, quia in iſtis redditio rigoroſa non exigitur, ſed eo modo, quo poteſt. Abb.conſ. 12. col. penul.in 6.dubio.lib.1.

50 Amplia, quia adminiſtrator condemnatus ad reddendum computum, & rationem de adminiſtratis cenſetur etiam condemnatus ad reſtituendum reliqua, quæ haberet in manibus, & de quibus appareret reſtare debitorem, & ſic talis ſententia continet etiam in ſe condemnationem ad reliqua. Afflict.deciſ.157.

51 Declara, quod licet condemnatus ad reddendam rationem, quod continet mixturam faciendi & dandi. l. cum ſeruus, & ibi Bart.ff. de conditio. & demonſtration. Tamen non tenetur ad dandum niſi facto calculo conſtet ſupereſſe reliqua. Baldus conſilio 61. In quæſtione ad princip. libro ſecundo, & conſilio 214. Vt apparet. libro quarto.

52 Amplia, quia non ſemel tantum, ſed pluries tenetur adminiſtrator reddere rationem quando non fuit bene reddita. Pariſ.conſ.89. num. 18. & ſeq.lib.1.Socin.conſ.92.vol.4.

Vide. Error calculi quando attendatur, uel non. Concl.312.num.5.& ſeq.

53 Extende maxime, quando adeſt dolus in adminiſtratore verus, uel præſumptus. Soc. plene conſ. 159.n.12.& ſeq.lib.2.vbi plene quando eſt, uel præſumitur doloſa redditio, & ex quibus.

Vide infra. Adminiſtrator qualiter, & de quibus. Concl.209.num.4.& ſeq.

54 Amplia, quia adminiſtrator non præſcribit obligationem reddendi rationem de adminiſtratis, niſi ſpatio triginta annorum, & tunc etiam non præſcribit, ſi oſtendatur mala fides, Alex.conſ. 102. Viſis, in fi. uer. circa aliud, lib. 1.

55 Amplia in tantum, vt liberatio relicta à teſtatore non releuet. Deci.conſ. 348.in fi.

Vide. Liberatio relicta tutori per teſtatorem, quando valeat. Concluſ. 328.

56 Extende maxime quando adminiſtrator liberatus ſciens liberationem, ſimpliciter ſe obligauit reddere rationem, quia præſumitur renunciaſſe liberationi. Alex.conſ. 102. Viſis.n.9.ver. quantum vero ad aliud.lib.1.

57 Declara, quia liberatio, quæ eſſet adeo prægnãs, & ampla, vt dolum includeret, ſolum habebit locum in dolo omiſſionis, non autem in dolo in committendo, ita Dec.conſ.178.per totum, & conſil.191.incipit. In caſu propoſito.

58 Imo etiam ſi teſtator liberaſſet tutorem pleniſſime ab inuentario, & redditione adminiſtrationis, & ſi vnquam moleſtaretur legauit ei

tan-

tantumdem de bonis hæreditatis, iste tamen non censetur liberatus à confectione libri, & exhibitione, neque à redditione eius, quod clare liquet eum habuisse de bonis pupilli. Fulgos. consi. 102. nobilis vir, per totum.

59 Extende, quia neque valet conuentio, quod factori, & administratori non possint computa reuideri, neq. teneatur reddere rationem administrationis, quia remitteretur dolus futurus. Socin. consil. 159. & consil. 190. lib. 2. Bald. in l. Aurelius, §. Gaius, ff. de liber. legat. l. fin. C. de contrahen. emptio.

60 Rationem de quibus reddere teneatur tutor, vel alius administrator, vide plene per Rom. cons. 413. quoad primum, vbi ponit octo dubia. de quibus reddatur ratio administrationis, vide eum, & Anchar. cons. 330. per totum. Socin. cons. 92. nu. 6. & seq lib. 4.

61 Et habetur ratio fructuum consumptorum per administratorẽ, affictus domus inhabitatę per administratorẽ in communi cũ pupillis, nisi fuisset expediens pupillis habitare cum administratore. Alex. cons. 108. col. fi. nu. 6. ver. Circa aliud, lib. 1.

62 Et ponit alios casus idem Rom. cons. 414. per totum, vbi de administratore rei communis, quomodo, & qualiter teneatur, vbi in fine, quod non fit compensatio damni illati cum excessiuo lucro causato à Socio administrante, qui dedit postea damnum.

63 Damnum illatum per administratorem in re communi cum fratre, vel alio minore tenetur administrans emendare. Rom. dict. cons. 414. Quoad primum, num. 2. ver. quoad secundum.

Vide infra. Administrator de quibus rationem reddere debeat, & in quo loco Conclus. 204.

64 Expensę excessiuæ non debent refici administratori, neq. socio, vel tutori, late Rom. cons. 413. n. 6. & seq. ver. quoad tertium, vbi quod solæ necessarię fiunt bonæ, sequitur Socin. Iun. cons. 148. In causa hæredum, nu. 28. lib. 1. plene Anchar. consi. 316. In causa, quæ vertitur, numer. 8. & seq. vsque in fin. Ruin. consil. 29. nu. 14. ver. quo uero ad alias expensas, lib. 3.

65 Etiam si sit conuentum quod expendat, prout sibi placuerit, etiam si in liberam eius volũtatem sit commissum, quia semper intelligitur cum rectitudine, & sine dolo. Ias. cons. 4. col. 2. ver. tertio libri, lib. 3.

66 Imo damnum obueniens culpa socij, vel administratoris non compensatur cum lucro excessiuo causato ab eodem socio. Rom. cons. 414. nu. 8. ver. Quinimo dico.

67 Contrarium Castrens. quem refert Ruin. consi. 29. n. 14. & seq. ver. Quo vero ad alias expẽsas, maxime, n. 15. ver. nec obstat lib. 3.

68 Et debet tutor, vel administrator rerum pupilli, potius finire trafficum damnosum, etiam à defuncto cœptum, quam continuare cum expensis damnosis, alias tenetur de suo. Socin. Iun. d. consil. 148. num. 13. lib. 1. maxime si trafficus esset fortuitus, prout soccida animalium. Anchar. consil. 316. in fin.

69 Amplia in socio administratore, & hærede illius, quia tenetur reddere rationem administrationis. Anchar. dict. consil. 330. in princ. & per totum.

70 Extende etiam, si sit semel calculatum etiam cum iuramento, quia adhuc si dicatur de errore debet administrator calculare, reddere rationem, librum exhibere, & sibi non creditur, si dicat non habere, nisi probet perdidisse, alias iuratur in litem. Io. de Imol. cons. 65. per totum.

71 Amplia, quia administrator, & factor dicitur esse in dolo, si non scripsit omnia habita, & liberatio dolosa rescindi debet, nec creditur ei, si dicat perdidisse libros, late Socin. consi. 190. lib. 2.

72 Limita, quia si semel fuit reddita ratio, amplius non tenetur nisi esset administrator in dolo, de quo clare constare debet, plene Menoch. de arbitr. cas. 209. n. 37. & seq. Deci. cons. 94. In casu, n. 4. ver. quarto, & vltimo, & maxime quando adest pactum, vel transactio non reuidetur. Bart. in l. 2. C. de iur. fisc. lib. 10. & maxime quando fuit reddita semel cum effectu. Paris. consil. 96. nu. 26. & seq. lib. 1.

73 Declara, quando plene fuit reddita, & solemniter, alias secus. Socin. cons. 92. Viso instrumento, num. 8. & seq. lib. 4. & consil. 159. numer. 11. lib. 2.

74 Extende, maxime quando re vera, & cum effectu ratio fuit reddita, quia amplius reddi non debet, nisi constet de dolo. Paris. dict. cons. 96. numer. 26. & sequent. ver. his tamen non obstantibus, lib. 1.

75 Et dicitur cum effectu reddita, quando reliqua sunt soluta. Socin. cons. 92. nu. 1. lib. 4. Afflict. decis. 157. num. 2. decis. Ianuen. 209. n. 2.

76 Extende magis, quando pluries fuit reddita ratio, quia geminatio tollit errorem. Cephal. cons. 440. nu. 79. lib. 3.

77 Declara nisi constet de fraude, vel dolo. Soci. cons. 159. per tot. & cons. 190. lib. 2. plenius Cacher. decis. 58. n. 32. & seq. vbi quod dolus semper excluditur, & vbi adest repellit dolosum, ne lucretur ex dolo suo, & non currit præscriptio, neq. notificatio operatur.

78 Extende, quando fuerunt visa, & approbata per calculatores approbatos ipsa computa. Bart. in l. 2. §. 2. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinen. Paris. dict. cons. 96. num. 28. & seq. lib. 1. vbi multa alia similia allegat.

79 Debet tamen constare de relatione, & quod viderint, & fideles rationes inuenerint. Anchar. d. consi. 330. Vide facti, nu. 4. Socin. cons. 92. numer. 8. lib. 4.

80 Extende maxime, quando interuenit liberatio, & transactio. Bart. in l. 2. in fin. C. de iur. fisc. Socin. cons. 92. n. 4. lib. 4. Ruin. cons. 16. in fi. li. 3. Menoch. d. cas. 209. n. 37.

81 Extende maxime, quando adsunt illa verba spõte, & ex certa scientia, quia tollitur præsumptio erroris. Paris. dict. cons. 96. n. 7. lib. 1. & cons. 3. numer. 74. lib. 4. Rolan. à Vall. cons. 1. num. 66. lib. 3.

82 Et quando verba sunt prægnantissima, quæ necessario includunt dolum. Bald. in l tres fratres in 4. not. oppos. it. 2. ff. de pact. Alex. cons. 42. lib. 1. Socin. consi. 103. nu. 5. lib. 3. Afflict. decis. 286. nu. 13. Cephal. consi. 427. numer. 19. Pedemont. decis. 38. nu. 10.

83 Restringe, quando re uera constat de dolo, quia semper reuisioni locus est, & debet probari dolus per perspicuas probationes, & debet esse uerus, non præsumptus. Menoch. d. cas. 209. nu. 4. & seq. & de probatione uera Dec. cons. 94. numer. 4. uer. non obstat. Cravet. consi. 198. n. 13.

Digitized by Google

84 Et quod debeat dolus eſſe ex propoſito, quo caſu iteratas quietationes etiam cum iuramento factas irritat dolus verus. Socin. conſ. 159. lib. 2. Afflict. deciſ. 220. num. 7. Rota in nouiſſime impreſſ. part. 2. deciſ. 202. nu. 13. & Pariſ. d. conſ. 96. Non diſſentit. lib. 1.

85 Declara totam hanc materiam, quia licet regula ſit, quod ſi ſemel fuit calculatum, & ratio reddita non ſit, iterum ſit calculandum. l. ſemel. C. de apoch. public. lib. 10. ſecus tamen eſt, quando allegatur error calculi, vel dolus. l. 1. C. de error. calcul. & hanc communem * dicit Suarez. in commun. opinio. in ver. error. num. 159. vbi ampliat etiam ſi ſępius fuit facta calculatio, & Paul. Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 38. num. 145. & ſeq.

86 Et procedit etiam ſi calculatio habeat quietantiam, quia licet quietantia poſt calculum liberet quietatum. Bart. in l. 2. in fi. C. de iur. Fiſc. lib. 11. Dec. conſ. 94. num. 4. & in l. 1. num. 3. C. de error. calcul. tamen non trahitur ad dolum, vel errorem doloſum. Oſſaſc. deciſ. Pedemon. 58. num. * 35. vbi dicit * communem, & reſpondet ad contraria, quę prius ibi dixit num. 16. & 17. Paul. Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 38. n. 135.

87 Extende, vt procedat etiam ſi quietantia ſit geminata ſuper ſaldo, quia adhuc ſi conſtat de dolo debet iterum calculari, quia dolus ſemper in omni quietantia cenſetur excluſus. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Pariſ. conſ. 107. num. 35. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. quęſt. 13. num. 8. & ſeq. & ita Theſaur. deciſ. Pedemont. 74. nu. 7. & quod iterum debeat calculari, etiam ſi geminata ſit facta quietantia ſuper calculis, ſi de dolo conſtat. Roman. conſ. 54. in fin. Pariſ. conſ. 89. num. 7. lib. 1. Cephal. conſ. 142. num. 55.

88 Contrarium, quod imo quando ſuper calculo fuit facta geminata quietantia non fiat reuiſio calculi, quia ex tali geminata quietantia tollitur dolus. Afflict. deciſ. 220 n. 6. & 7. Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 38. num. 127. & ſeq.

89 Declaratur, quia contrarium procedit, quando in prima quietantia in ſpecie renunciauit quietans exceptioni doli, & deinde ex interuallo ratificauit, quia tunc dolo de pręterito poteſt in ſpecie renunciari, vt expreſſe aduertit idemmet Afflict. d. deciſ. 220. n. 8. & ibi Vrſil. extenſio quando in ſpecie non fuit renunciatum dolo.

90 Extende, vt procedat etiã ſi coram Iudice fuerit calculatum, & facta quietãtia, quia dolum non excludit, etiam ſi ſit geminata. Pariſ. d. conſ. 89. n. 28. & 58. lib. 1. Riminald. Iun. conſ. 338. n. 27. & n. 8. lib. 3.

91 Declara, quia licet opinio ſit controuerſa, an quando geminata quietantia interuenit ſuper calculo, poſſit ratio reuideri, tamen ſi opponitur de dolo adminiſtratoris in redditione adminiſtrationis, debet reuideri, quia quietationes geminatę non obſtant tamquam factæ ſuper redditione adminiſtrationis ſine dolo. ita Pancirol. conſ. * 159. Qui Illuſtris Dominus. nu. 10. vbi dicit * communem, & repetit conſ. 173. num. 11. etiam ſi quietantia eſſet ſubſcripta, & ſaldum ſubſcriptum, & impreſſa ſubſcriptio, & confert cum precedenti declaratione.

92 Declarat etiam Crauett. conſ. 151. num. 31. & 32. Quia quod dicitur actum geminatum prętextu doli non poſſe reſcindi etiam ex capite reſtitutionis in integrum, procedit, quando ex interuallo, & non infra modicum tempus eſt facta confirmatio, & data ſcientia doli, alias ſecus. quia data ſcientia dolus pręteritus cenſetur remiſſus, alias non, & num. 32. vult Crauet. quod non ſufficiat dolus re ipſa, ſed debeat eſſe dolus ex propoſito, vt iterum audiatur, & reſcindatur quietantia, vel actus geminatus.

93 Et quando conſtat de doloſa redditione, vt quia non ſcripſit omnia, ſemper compellitur iterum reddere. Socin. conſ. 92. nu. 19. lib. 4. & conſ. 159. num. 42. lib. 2.

94 Et dicitur in dolo tutor, & quilibet adminiſtrator ſi in propriam vtilitatem conuertit pecunias pupilli. Socin. d. conſ. 156. nu. 10. ver. quarto deprehenditur. lib. 2.

Vide. Adminiſtrator, de quibus rationem reddere teneatur, & in quo loco. Concluſ. 205. num. 3. & ſeq.

Vide. Calculus, quando dicatur erratus, vt iterum calculari debeat, vel non. Concluſ. 5.

Adminiſtrator quando, qualiter, & de quibus adminiſtratis reddat rationem. Concluſ. CCIV.

1 QVALITER reddenda ſit ratio, plene Anchar. conſ. 330. Viſis facti narratione, in princip. vbi, quod debet primo edere, legendas offerre, computandas prębere, & non dicitur reddere rationem, qui in folle reliqua obtulerit.

2 Arbitrio boni viri reddenda eſt ratio adminiſtrationis. ſald. in l. voluntatis. col. 2. C. de fideicomm. & per calculatores terminandæ ſunt differentiæ.

Vide. Calculatores quando eligendi, & quam iuriſdictionem habeant Concluſ. 4.

3 Singulo anno reddenda eſt ratio adminiſtrationis, etiam ſi non requiratur, vt eſt gloſſ. in clem. quia contingit, de religioſ. domib. in ver. ſin * gulis annis, quam magis communem * dicit Socin. conſ. 92. num. 17. lib. 4.

4 Non probatur reddita ratio, vel adminiſtratio tutoris, vel ſocij per liberationem minoris factam cum authoritate curatoris, & decreto Iudicis, quando conſtat de leſione, & quod decretum non habuit cauſæ cognitionem. Ancharan. d. conſ. 330. num. 6. & ſeq.

5 Et minus quando minor ſtatim finita tutela liberauit, quia cenſetur ſeductus. Socin. conſ. 92. num. 8. & ſequen. ver. ſolum ergo. libro quarto, vbi late.

6 Amplia, quia non creditur ei, qui adminiſtrauit ſi dicat non habere librum, quia tenetur conficere librum, & exhibere, alias iuratur in litem contra eum, niſi doceat ſe perdidiſſe. Ioann. de Imol. conſil. 65. per totum. Ancharan. conſ. 316. num. 6.

7 Extende idem, ſi dicat amiſiſſe, quia niſi probet caſum, pręſumitur in dolo, & iuratur contra eum in litem. ita Socin. dicto conſil. 159. num. 5. lib. 2.

8 Extende etiam ſi ſemel fuerit calculatum, etiam

etiam cum iuramento, quia ſocius allegans errorem,poteſt iterum petere calculari,& exhiberi libros, & tenetur is, qui adminiſtrauit exhibere, alias contra eum iuratur in litem, niſi doceat per didiſſe.Io.de Imol.d conſi.65.

9 Et reddita ſemel ratione libri adminiſtrationis præſumũtur remanſiſſe penes eum,qui adminiſtrauit,l.maiorem.C.de falſ. Oſaſc, deciſ. Pedemont. deciſ.16.vbi,quod is,qui dicit libros reddidiſſe probare debet, nec ſtatur iuramento. Plotus in l. ſi quando,nu.238.C.vnd.vi.

10 Et non ſufficit generalis nota introituum,& expenditorũ,ſed debet eſſe ſpecialis,& de ſingula partita à tali tantum tali die, quia alias eſſet cõfuſa, & non poſſet redargui de falſo, ita plene Rolan. à Valle,conſ.49.nu.22.& ſeq.lib.1.quia alias eſſet ſordida calculatio.Bart.conſ. 150.Cum prædicta examinarem,in fin.lib.1.Soci.conſ.159.n. 4.lib.2.

11 Et de quibus ſit reddenda ratio plene. Roman. conſil.413.Quoad primum,per totum,& vide ſupra,Concluſio. proxime præcedenti,numer.41.& ſequent.

Vide.Tutores de quibus rationem reddere debent.Concluſ.427.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Vide Maſcardum Concluſio. 54. An probatio adminiſtrationis, vbi quod debet ſigillatim de ſingulis rebus probatio fieri,& quando ſecus.

Adminiſtrator de quibus rationem reddere teneatur,& in quo loco.Concluſ. CCV.

1 ADMINISTRATOR obligatus reddere rationem adminiſtrationis quomodo reddere teneatur,& ad quid obligetur,vide text. in l.cum ſeruus,& in l. qui ſub conditione reddendarum.ff. de condit.& demonſtrat. Bald.conſil 350. Ad euidentiam,lib.1.Alexand.conſi. 103. Viſis,colu. 4. ver.non obſtant,lib.1. & in l.4.§ ait Prætor.ff. de re iudic.vbi moder. ponunt de exhibitione librorum,& ſcripturarum fienda per eum, qui rationẽ reddere tenetur, & ponit Io.de Imol. conſ. 75.& plenius omnibus Roman. conſ. 413. Quoad primum,in princ. quod tenetur ad ſeptem, quæ videas,videlicet,exhibeñ.ſcripturas,& librum, reliqua reſtituendum,credita non deteriorata aſſignãdum,debita, & credita exhibendum,de neglectis ſatisfaciẽdum,inſtrumenta tradendum.quanti plurimi reficiendũ,& calculatores eligendum, & fide iubendum,vt etiam per Bart. in l. ſi cui libertus, ff.de condit. & demoſtrat. Socin.conſ. 92. nu. 6. lib. 4. prout etiam reliquorum reſtitutionem requirit, idem Socin. conſ.149 lib.1.& conſi.159. & conſ. 190. lib. 2. Vbi quæ requirantur in reddenda hac ratione adminiſtrationis, plene Crauett.de antiq.tempo.§.vidimus,nu.7.& ſeq.vſque ad num.33.

2 Et quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, l. 2. in fin. ff. de nego. geſt.l.quędam.ff.de procur.Pariſ.conſ.36. in prin.

3 Declara, quia in ſumma redditio adminiſtrationis concludit quatnor, ad quæ omnia referuntur,& in quibus includuntur omnia,videlicet, codices edi,calculum fieri,reliqua reſtitui, & culpa purgari ſolutione eius,quod debetur, ita Corne. conſil. 319. Circa primum, numer. 13. lib. 3. & idem per omnia dicit Socin. conſil. 149. num. 3.lib.1.

4 Et propterea tenentur omnes adminiſtratores rerum alienarum,ſiue cum legitimo mandato,ſiue ſine mandato reddere rationem, tam de male adminiſtratis,quam etiam de neglectis.Socin. conſ. 2.ſequendo ordinem,num.5.& ſeq. ver. ſed etiam quicunq.factores,lib.1.vbi num.11.dicit quod negligentia dicitur peccatum mortale in adminiſtratore.

5 Extende,quia adminiſtrator tenetur etiam reſtituere omne illud in quo Dominus damnificatus eſſet ex mala,aut negligenti adminiſtratione, etiam ſi Dominus eſſet maior.Bar.in l.2.per illum tex.ff.de negoc.geſt.Socin.conſi.46.Cum in preſenti in prin.lib.1.

6 Extende etiam ſi mala, vel negligens adminiſtratio eſſet de mandato principalis inſtitoris, quia non excuſatur,& tenetur alteri, ad quem in veritate negocium ſpectat.Bart.in l.cum alicuius, in ſecundo not.ff.de nego.geſt.& in gerente negocia pupilli, de mandato tutoris, eſt caſus clarus, quod ſi male fecit,tenetur,in l.qui pupillæ, C. de nego.geſt.

7 Quæ veniant in redditione adminiſtrationis ponit tex.in l.cum ſeruus. ff. de condit.& demonſtr. Anchar.conſi.330.Viſis facti narratione,in princ. & per totum.Socin.conſ.2.& 34.46.& 73.lib. 1. & conſ.159.190.& 213.lib.2.& conſ.72.lib.3.& conſ. 92.lib.4.Corne.conſ.24. in fi. lib.1.& conſ. 96. in fin.lib.3.Ruin.conſ.90.& conſ.96.lib.5. Gozadin. conſ. 94.in prin. Iaſ. conſ.219.lib. 2.& conſ. 100. lib.4.maxime.num.4.& ſeq. Pariſ. conſ. 84.n. 16. & ſeq.& conſ.89.n.17.& ſeq.lib.1.Dec.conſ.110.& conſ.274.plene Rom.conſ.413.Quo ad primum.

8 Amplia,quia ante non dicitur reddita ratio adminiſtrationis, quam fuerint exhibiti libri,facta computa,& calculatio,& reliqua ſint reſtituta. Socin.conſ.159.& 190.lib.2.

9 Extende,quia imo libri rationis redditę,& adminiſtratæ debent conſignari pupillo, & ante conſignationem non dicitur plene reddita ratio. Bart. in l.ſi.§.inter cætera.ff.de liber.legat.tex.in l.ſi ſeruus.vbi Bart.ff. de condit.& demonſt. Rom. conſ, 413.Quoad primum,nu.3.

10 In loco adminiſtrationis debet reddi ratio adminiſtrationis.C.vbi de ratioci.l.1.& 2.Et ideo ſi neapolis eſt facta adminiſtratio,eo ratiocinia portari, & reddi debent, aſſignato breui termino competenti reddere debenti, & iſtud eſt introductum fauore eius,cui reddi debet ratio, & propterea poterit alibi conuenire obligatum, dummodo expenſis,& periculo ſuo libros tranſportet,ita Bart.in d.l.1.C.vbi de ratiocin.qui dicit procedere,tam in adminiſtratione priuata,quam publica. Bald.& alij,quia ibi plenius veritas haberi poteſt Socin. conſ. 31. in fin. & conſ. 149. lib. 1. n. 4.

Vide. Teſtes reprobari debent in loco, vbi inducti fuerunt.Concluſ.186.

Vide.Tutores,& alij adminiſtratores,in quo loco rationem reddere debent.Concluſ.443.

11 Extende in tantum, quod ſi agatur de publica adminiſtratione,& in loco non ſit, qui debet reddere rationem,eo debet tranſmitti,ſecus in priuata. Bald. in d. l. 1. C.vbi de ratiocin. in fin.& ibi Salicet. qui tenet hanc partem inl.2. ibi,licet dicat tenere contrarium,gloſ.& alios,quod etiam in priuata

priuata fiat remiſſio,quia ſpeciale ſit,ſed commu nem,quod in priuata non fiat remiſſio,tenet Fulgoſ.d.l.1.C.vbi de ratiocin.

12 Contrarium,quod etiam in priuata adminiſtra tione fiat remiſſio ad locum geſtæ adminiſtrationis,dicit gloſ.ſi.in d.l.1.C.vbi de ratiocin.quæ dicit eſſe ſpeciale,vel etiam regulare,quia quandoque in contractibus fit remiſſio,ibi Salycet.recitat pro vtraq; opinione,& Caſtr.dicit,quod fit remiſſio, & ſit ſpeciale, quia adminiſtratio poteſt habere dolum annexum, & ſic crimen,& ideo ſit remiſſio,prout in criminalibus.

13 Extende,vt procedat etiam ſi deſinat eſſe de foro illius Iudicis debens reddere rationem, quia ſemel de illo foro ſemper retinet forum ſui Iudicis, in quo debet reddi ratio.Fulgoſ.d.l.1. C.vbi de ratiocin.Caſtren. ibi dat multa exempla,quod ſemel ratione officij ſubditus ſemper remanet ſub eodem Iudice.

Spatio 30.annor. peti poteſt ratio adminiſtrationis.l.1.C.de error.calcul.vbi Iaſ.in princ.

14 Et pro non facto poteſt compelli dando tenutam bonorum adminiſtrationis ei,qui petit adminiſtrationis rationem. Bartol. in l.Fulcinius.ff.ex quib. cauſ. in poſſ.

15 Reſtringe,quia quandoque quis tenetur reddere rationem in loco, vbi Iudex mandauerit.l.pen. §.fin.ff.de condit.& demonſtr. Menoch. caſ.468. vbi plura.

16 Reſtringe,niſi aliter eſſet conuentũ: puta,quod reddatur ratio in domicilio tutoris, ſeu adminiſtratoris,ſeu pupilli,aut domini.Soc.conſ. 149.n. 3.& 4.li.1.vbi etiã loquitur,prout ſequenti reſtrictione,& hęc reſtrictio eſt veriſſima, quia poſſunt partes prorogare iuriſdictionem de conſenſu, & pacto renũciare iuri ſuo,ſic Bal in rub.C.pro ſoc. col.2.in prin. ver item in hac ſocietate;vbi,quod omni tempore tenetur reddere rationem ſingulo anno, niſi aliter ſit actum,& de loco ad tempus, & è contra valet argumentum.

17 Reſtringe, niſi petens adminiſtrationis rationem reddi,offerret expenſas pro libris aſportandis. Soc.d.conſ.149.n.4.lib.1.

18 Amplia, quia modus reddendi rationẽ adminiſtrationis eſt,quod primo videãtur redditus,& ea, quæ peruenerunt ad manus adminiſtratoris, poſtea videndæ ſunt expenſæ, & exitus. gloſ. in l. qui nominibus.§.1. & ibi Alex. ff.de adminiſt.tut. l.Tais.§.liberationem.ff.de fideicom.libert. Ang. Aret.conſ.78.Pro deciſ.n.5.& 6.vbi late.

Vide. Rationem adminiſtrationis.Concl.40.

19 Amplia,quia ſi ſemel reddita eſt ratio,liberatur adminiſtrator ab illa iterum reddẽda. arg.l.cum ſeruus.ff.de cond.& demonſt. Canon.in c.vnic.de Cleric. ægrot. lib.6.l.ſemel.C.de apoc.li.10.Soc. conſ.93.n.1.lib.4.Dec.conſ.94.n.4.

20 Extẽde etiam ſi illi,quibus reddenda eſt ratio, ſint diuerſi fori,quia nõ tenetur adminiſtrator in diuerſis iudicijs eandem reddere adminiſtrationẽ ideo coram Eccleſiaſtico ſolum reddet ſemel.

21 Reſtringe,quando ſemel non fuit bene reddita. Pariſ.conſ.89.num.18.lib.1.

Vide plenius ſupra. Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem adminiſtrationis.Conc. 203.nu.60.& ſeq.& n. 72.ver.Limita.cum multis ſequentibus,vſque in fin.

Vide.Error calculi,quando attendatur,vel non. Concl.312.nu.5.& ſeq.

Adminiſtrator rei communis, qua actione conueniatur pro diuiſione, & alijs. Concluſ. CCVI.

1 ADMINISTRATOR rei communis, ſi conueniatur à ſocio minore ad diuidendum bona communia adminiſtrata, conueniri poteſt ſolum actione communi diuidundo,& familiæ herciſcundę, quando adminiſtrauit totam rem communem, quia ſuam partem tantum non potuit adminiſtrare. Rom. conſ.414. Quoad primum, num. 3. ver. cęterum.

2 Limita, quando potuit adminiſtrator totius rei communis, ſuam partem ſeparatim adminiſtrare, quia tunc poteſt conueniri actione negociorum geſtorum, vltra actiones communi diuidundo, & familiæ herciſcundę. Rom. conſ. 414. n.3.ver. eo autem caſu.

3 Et quatenus adminiſtrator adminiſtrauerit dũ eſſet minor, ſiue damnum ſit illatum in re communi, quæ non potuit adminiſtrari, niſi tota, & communiter adminiſtraretur, ſiue etiam potuiſſet in parte ſola propria adminiſtrari, non tenetur minor adminiſtrans, niſi de ſolo dolo, & lata culpa. Roman. dicto conſilio 414. numero 4. ver. vnde conſiderandum, vbi tamen excipit, niſi ex alio reſpectu teneretur ipſe adminiſtrator minor.

4 Si vero adminiſtratio fuit facta à minore, bene diſtinguitur, quia ſi eſt in re communi, quæ non poterat adminiſtrari, niſi tota adminiſtraretur, & in qua ſola actio communi diuidundo, & familiæ herciſcundæ competit, pro damno illato tenetur adminiſtrator ſolum de dolo, & lata culpa, ſed ſi res poterat pro ſua parte adminiſtrari, & adminiſtrauit totum, tenetur de dolo, lata, leui, & etiam de leuiſsima culpa. Roman. d. conſil. 414. num. 4. col.2. ver.aut dictus Oddo, & maxime de leuiſsima tenetur, quando culpa præceſsit caſum fortuitum.

Adminiſtratoris bona qualiter ſint obligata. Concluſ. CCVII.

1 BONA tutoris, vel curatoris pupillorum ſunt hypothecata pupillis pro mala adminiſtratione, & idem eſt in protutoribus, ſecus eſt in alijs adminiſtratoribus, prout ſunt negociorum geſtores, factores, & ſimiles. ita Neguſ. de pignor. in 2. parte princip. membro 4. num. 7. & ſequen.

2 Extende in adminiſtratore Ciuitatis,vel Fiſci, quia eius bona ſunt obligata. gloſ. in l. 2. C. de debit. Ciuit. libro 10. Alexan. in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. & propterea Fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis cuiuſcunque adminiſtratoris. l.2.C. in quib.cauſ.pign.taci.contraha.l.2.& 3.ff. de priuil. Fiſc.

3 Reſtringe in bonis patris legitimi adminiſtratoris

Digitized by Google

toris filiorum, & illorum bonorum, quia non sunt hypothecata. l.cum oportet. §. non autem, & §. fin.vbi Bart. C.de bon.quæ liber.

4 Declara restrictionem, vt procedat etiam si administratio patris sit culposa, secus si dolosa... ita Socin. consil.34. Prosequendo ordinem.col.penul.& fin.lib.1.

5 Amplia, quia Florentiæ bona cuiuscunque administratoris sunt obligata, & hypothecata pro administratione vigore statuti,sub rubr.97.

Vide. Hypotheca tacita oritur à lege multis casibus. Conclus. 118.num.14. & sequen.& num. 38. & sequen.

Administratoribus quæ compensanda in odium, & fauorem. Conclus. CCVIII.

1 ADMINISTRATOR conuentus de administratione si opponat de alimentis præstitis ei,qui petit administrationem auditur, & debent compensari, & per Iudicem, & per arbitros facto compromisso. l. Meuius. §.1. ff.famil. herciſ. & ibi glos.Alex.consil.119. Quæritur ergo, in princ. lib. 2.

2 Extende si administrator est creditor eius, cuius bona administrauit præsumitur sibi satisfecisse.l.peculium autem. §.præterea. ff. de pecul. Afflict.decis.13.num.16.Crauet.consil.129.n.3.& seq. vide pleniſſime Surd. consil.290.n.33.& seq. lib.2. vbi infinita similia.

3 Extende,quia tota ratio calculari debet,& donec de omnibus sit facta, non potest dici debitor is, qui administrauit, licet adsint partitæ claræ aliquæ, ex quibus sit debitor, quia potest contingere, quod ex generali calculo non restet debitor. Alexan. consil.192.Visis narratis.vol.7.Iaſ. consil.100.lib.4. ver.nunc transeo ad secundum. n. 4. vsque in fine. Neguſ. de pignor.in 5. par.primi memb.n.47.ver.præterea.Grammat.consil.114.

4 Et exequutio instrumenti guarentigiati habentis exequutionem paratam non est danda socio ante redditam rationem contra socium, quia potest esse facta solutio ex computatione.Bald.consil.61. In ista quæstione, in princip. volum. 2. & consil. 214. Vt apparet.vol.4.& consil. 463. num.4. lib. 1. incip. Quod sententia. Ancharan. consil. 130. Visis facti narratione,n.3. vbi, quod nisi videatur tota ratio non potest constare de debito, & infra Conclus. 210.num.3.& seq.

5 Contrarium vide in ver. Socius administrans qualiter reddere debeat rationem.Concl.303.

Vide, & extende, vt supra,Conclusione 203. num. 38. & seq.

6 Extende, quia administrator cui debetur salarium,deducit salarium sibi debitum.

Vide. Salarium, quando, & quibus debeatur. Conclus. 7.

Vide infra Conclus.213.

7 Extende quoad expensas factas concernentes factum illius, cuius bona administrantur, quia censetur expendere de bonis, quæ administrat, non de suo. Roman. consil. 426. Negociorum. n. 7. Dec. consil. 66. De duobus. col.fin. ver.non obstat secundum eum.

8 Limita in casu conuerso, quia administrator, qui erat creditor eius, cuius bona administrauit, præsumitur sibi satisfecisse. Afflict. decis.13.num. 13. & seq.Aim.Crauett.consil.129.n.5.Iacob.Mandell.consil. 248.num.22.lib.2.

9 Extende, quod in tantum creditor administrator præsumitur sibi soluisse, si potuit, vt non possit petere interesse, neque fructus, neque alimenta debita ex credito, latissime Surd. consil.190.nu. 33. & sequen.

Vide. Compensatio quando fiat ipso iure. Conclus. 493.

Administrator qualiter, & de quibus condemnetur. Conclus. CCIX.

1 CONDEMNATIO administratoris fieri debet ad reddendum rationem, & restituendum reliqua,& ad effectum prædictorum super non liquidis condemnantur partes ad eligendum calculatores, in liquidis vero expresse condemnatio fieri debet, & certa. Bald. in rubr. C.pro socio, Petr. de Vbaldis in tract.de duob.fratr.par.12.in princ.Bart.in l.2.C.de naufrag.lib.11.

2 Si vero ex calculo, vel probationibus res non sunt liquidæ, vel claræ, fit reseruatio super iuribus partium melius liquidandis in exequutione. Afflict. decis. 157. late Ruin. consil. 18. Viso. col. 1.& 2. lib. 4.

3 Dolosus autem administrator debet condemnari in tantum, quantum aduersarius iurauerit, in litem. l.in actionibus. vers. sed in ijs. ff. de in lit. iuran. & dicitur in dolo, qui suscepit administrationem non facto inuentario, & contra eum iuratur in litem. supra Administrator quilibet tenetur conficere inuentarium. Conclusione 202. num. 20.

4 Et quod compellatur etiam si reddidisset semel rationem, quando interuenit dolus, de quo constare debet, plene Menoch. de arbitr.cas.209. num. 37.& seq. vide plene Rolan.à Vall. consil.49. lib.1. nu. 58. & seq. per tot.vbi quod neque sufficit iuramentum, neque clausula ex certa scientia,vt dolus etiam præteritus sit remissus,quando aliquid adfuit dolosо, alias bene dolus præteritus remittitur,& videtur dicere,quod sufficiat etiam dolus præsumptus, licet contrarium sentiat Menoch. d. cas. in fin.supra Concl. 203.n.52. & seq.

5 Et non solum tenetur de dolo, sed de lata culpa,imo de negligentia si non adhibuit tantam diligentiam in rebus administratis, quantum in suis, & debet hoc probari, quia non præsumitur negligentia, neque culpa, nisi probetur. Angel. Aretin. consil. 43. In causa prædicta. num. 14. & seq. vsque in fin.ver.nec etiam dictus Dauid, vbi etiam inter Iudæos loquitur.

6 Et quod etiam teneatur, & possit condemnari criminaliter, quando est in dolo,vt quia in vsum suum conuertit alienum, quia furtum committit. Crauett. consil. 286. ver. secundo respondeo. Pariſ. consil.89. num. 10. & seq. lib.1. Surd. decis. Mantua. 304.num. 4. & seq.

7 Contrarium quod adminiſtrator,qui ſemel reddidit rationem ſi compellatur iterum reddere ex dolo, vt quia omiſerit partitas aliquas, teneatur iterum reddere rationem,& non computata computare , vel actione tutelæ, vel mandati, vel pro ſocio , vel negociorum geſtorum iuxta naturam, & varietatem adminiſtrationis. videtur text.in l.1.§.officio.ff.de tutel.& ratio.diſtrahen.vbi Bar, Caſtrenſ.conſ.342.num.2.lib.1. & ita videtur tenere Dec.conſ.110.num.6.Rota Ianuen. deciſion, 187.num 3.

8 Et quod nulla ſit prodita actio criminalis,imo ſit ſublata facit,quia præcedit mandatum,& quod quãdo dolus habet originẽ à contractu,non poſſit agi criminaliter, etiam ſi dolus ſit verus , quando poteſt per actionem ciuilem ad intereſſe conſequendum purgari,niſi dolus tranſiret in ſpeciale nomen delicti , prout eſt furtum , falſum , & ſimilia.Bald. conſ.15.in princ.lib.1. Caſtrenſ.conſ. 411.num.11.lib.1.Crauett.conſ.6.nu.105.& conſ. 280.col. penul.ver.poſtremo. Rolan.à Vall. conſ, 75.num.31.lib.1.

9 Maxime quando delictum,& dolus fuit in omittendo,quia pœna criminalis non habet locum,niſi lex faciat ſpecialem mentionem de delicto in omittendo. Caſtrenſ.in l.1. nu.9. ff.de legib.citat alios Oſaſc.deciſ.71.n.37.& ſeq.

10 Et quia pœna ſtellionatus non habet locum,niſi quando dolus eſt in faciendo,ſecus ſi in omittendo , quia ſemper in omittendo dicitur præſumptus.Boſſ.in prax.tit.de crimin.ſtellion. in fin.Socin.Sen.conſ.159.n.8.lib.2.Rolan.à Vall.conſ.49. n.55.lib.1.Pariſ.conſ.49.nu.35. lib.1. Menoch. de arbitr.lib.2.caſ.209. nu.39. & iterum de recuper. remed.15.num.135.

11 Et tanto magis quando adminiſtrator vocatus in iudicio non negat omiſſionem, ſed fatetur. Socin.conſ.205.num.12.lib.2.

12 Declara , quia ſi adminiſtrator eſt in dolo , vt quia pecuniam in vſus ſuos conuertit , vel alias, iurari poteſt contra eum in litem ciuiliter , vt pluries Rota Romana tenuit coram D. Gypſio in Romana tutelæ de Maſſo.27.Ianuarij 1586.& iterum 23. Ianuarij 1587. & coram D. Litta in Romana redditionis computorum 14. Maij 1593. ſed quia dolus eſt delictum , & poteſt cadere in ſpeciale crimen furti , falſi , & ſimilium , eo caſu poteſt etiam criminaliter puniri .

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Adminiſtrator condemnatus ante liquidationem , qualiter releuetur. Concluſ. CCX.

1 ADMINISTRATOR condemnatus ad reddendam rationem de adminiſtratis , dicitur etiam condemnatus ad reddendum reliqua . Affli&.deciſ.157.

2 Et iſta redditio debet fieri via ordinaria de iure communi . Alex.conſ. 192. Viſis narratis. nu. 3. ver. & per hæc patet. lib.7.

3 Exequutionem tamen non patitur ante liquidationem , etiam ſi adeſſet guarantigiæ inſtrumentum , quia prius debet quantitas certa calculari , & apparere . Alexan. conſ. 192. Viſis narratis in themate. num. 2. lib. 7. Crauett. conſil. 231.ver.ſed præmiſſis, & in ver. ſupereſt reſpondere . Neguſ. de pignor. in 5. part. in 3. membr. ver. tertio limitatur , & in ſimili in debitis implicatis . Bart. in l. creditor . in. 4. ver. & prædicta vera.ff.de diſtract. pign. Come.conſ.85. Videtur prima facie.lib. 4.

Vide . Inſtrumentum guarentigiatum quid ſit, & habet exequutionem paratam , & quando ſecus . Concluſ. 240.num.31.& ſeq.

4 Extende idem in ſententia , quę licet habeat exequutionem paratam abſque alio iudiciario ordine . l. à Diuo Pio , in princ. & §. 1. ff. de re iudic. vbi Iaſ.num.4.ver. tertio nota : tamen intelligitur , quando eſt certa , & liquida, alias debet prius , antequam exequatur , liquidari , vt per Bald. in addit. ad Specul. tit. de ſentent. eolum. 3. ver. ſententia non liquida , ſequitur Iaſ. in l. 1. in princip. numero 32. ver. modo ego habeo . ff. de eden. Vant.de nullit. ex defect.proceſſ.num. 102. ſupra Concluſ.108.num.4.

Vide.Exequutiuum iudicium quando dicatur , & pro quibus competat via exequutiua . Concluſione 469. num. 6.

5 Et cautela eſt ad euadendum periculum exequutionis , vt condemnatus compareat,& deponat certum quid , & ſi plus apparebit ſe debere, præſtet fideiuſſorem. Angel. in l. 4.§.ait Prætor. ff. de re iudi. quem ibi ſequitur Imol.& ibi Ripa. num. 7. vbi atteſtatur ita tenere modern. Iaſ. in l. 1. nu.2.ver.nota tamen.ff.qui ſatiſd.cog.Benintend. deciſ. 77. num. 2. Alex. conſ. 24. Inſpecto proceſſu. num.9.ver.poſſet etiam.lib.4.

Vide . Depoſitum muſcale, & non integrum, quando releuet . Concluſ. 211.

6 Contrarium,quod imo depoſitum muſcale cum oblatione non releuet deponentem , quando data eſt tenuta pupillo contra adminiſtratorem , vt quia is in termino præfixo ad reddendam rationem nõ reddidit,& ideo pupillus habuit tenutam. Bart.in l. Fulcinus. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Quia cum teneatur quilibet adminiſtrator , ſiue neceſſarius , ſiue voluntarius librum facere , & de adminiſtratis rationem reddere . Bartol. in l. 2. ff. de negoc. geſt. Bald. conſ. 137. Quædam vidua.n.6.lib.5. Rom.conſ.414. Quoad primum, in princ. Socin. conſ. 46. In præſenti.lib.1.quod eſt repetitum 113.lib.2. non ſufficit deponere florenum, & de reliquo ſatiſdare, ſed debet etiam libros deponere, vt in propriis terminis Alex.conſ. 102. Viſis, & ponderatis.num.5.lib.1.Ruin.conſ. 26. Ex themate.num.14.lib.2.

7 Amplia, quia adminiſtrator , qui ſe obliganit reddere rationem cum reliquorum reſtitutione, non poteſt pati exequutionem, antequam ſit reddita ratio , & factus calculus , quia illa reliquorum reſtitutio eſt acceſſoria,& in conſequentiam poſt redditam rationem , in qua redditione debet fieri compenſatio de recepto ad expenſam , & è conuerſo, ideo ante non poteſt dari exequutio , ita plene Alex. conſ.192.per tot. lib. 7.

8 Extende maxime,quando teſtator non ſolum liberauit tutorem , & adminiſtratorem à reliquorum reſtitutione, ſed etiam quicquid adminiſtrator reſtaret debitor eidem legabat. Alex. d.conſ. 192. in fin.lib.7.& ibi apoſtill.in ver.adiecit, dan concordan.

Admi-

Administrator ex quibus priuetur . Concluſio CCXI.

1 PATER habens adminiſtrationem bonorum filij, ſi male adminiſtrat, vt quia diſtrahit, & diſſipat, poteſt amoueri ab adminiſtratione. Boer. deciſ. 61. num. 15. Doctor. in l. Imperator. ff. ad Trebell.

Vide plenius in ver. Priuationis pęna quando habeat locum, & in quibus. Concl. 717.

2 Extende, vt idem ſit quando exercet impietatem in filios. Boer. d. deciſ. 61. num. 16. & ſi induxit meretricem, ex qua ſuſcepit filios, & legitimos male tractat.

3 Extende etiam ſi omittendo diſſipat, puta non ſoluendo canonem . Boer. dicta deciſione 61. numero 17.

4 Extende etiam ſi pater diſſiparet bona filiorum in ſpe, puta fideicommiſſa, quia priuatur poſſeſſione, quę traditur filijs, qui debent alere patrem ex eis. Boer. d. deciſ. 61. num. 17.

5 Reſtringe in bonis filij; in quibus pater habet vſumfructum, quia ſi diſſipat ſolum fructus, non priuatur. Boer. d. deciſ. 61. nu. 19. & ſeq.

6 Et an ad inſtãtiã filiorum, vt quia pater luſor, vel diſſipator ſit ei poſſit fieri interdictio . Docto. in l. Imperator. ff. ad Trebellia. Cuma. conſ. 83. Iaſ. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. num. 197. ver. tu autem aduerte.

7 Amplia in matre male adminiſtrante, quæ pariter priuatur adminiſtratione. Boer. d. deciſ. 61. nu. 19. & ſeq. per totam.

8 Amplia in omnibus adminiſtratoribus, prout in tutore, curatore, & Prælato, ſed tamen facilior eſt remotio in adminiſtratore religioſo, quam ſeculari, & facilior in tutore, quam in beneficiato, iuxta nota. in c. licet heli, de ſimon.

9 Limita, quia adminiſtrator conſentiens, vel faciens actum adminiſtrationis ſuper re, in qua ius habet, non ſibi præiudicat, & quando ſecus.

Vide. Conſenſus quando pręiudicet conſentienti, vt perdat ius ſuum. Concluſ. 752. cum concl. ibi ſequente.

Vide Antonium Gabriel. libro tertio, titulo de rerum alienation . Concluſ. 2. Adminiſtrator ratione officij conſentiens.

Adminiſtrator de quibus acquiſiuiſſe dicatur. Concluſ. CCXII.

1 ADMINISTRATOR pupilli, vel Eccleſiæ præſumitur ſoluiſſe de pecunijs eius, cuius eſt miniſter. Crauett. conſ. 129. nu. 3. late Maſcard. concl. 53. vbi ampliat, & limitat.

Vide plene per Maſcard. Concl. 53. Adiminiſtrator ſoluens, vbi ampliat, & limitat multis modis.

2 Limita, quia negociorum geſtor non præſumitur quęſiuiſſe ex alieno, ſed ex ſuo. plene Maſcar. concl. 1089. vbi extendit multis modis.

3 Extende in filio induſtrioſo, quia non præſumitur de bonis patris acquiſiuiſſe. Grat. conſ. 94. n. 9. & ſeq. lib. 2.

Vide in ver. Acquiſiuiſſe an in dubio quis præſumatur de ſuo. Concl. 443.

Adminiſtratori an, & quando debeatur ſalarium. Concl. CCXIII.

1 SALARIVM non conuentum, non debetur adminiſtratori. l. ſalarium. C. manda.

Vide in ver. Salarium quando, & quibus debeatur, vel non. Concl. 7.

2 Et adminiſtrator, cui debetur ſalarium, illud deducit, & compenſat.

Vide. Tutor, & Curator debet alimentari, vel habere ſalarium, ſi eſt pauper, alias ſecus. Concl. 434.

Adoptio, & arrogatio quid ſint, & qualiter fiant. Concluſ. CCXIV.

1 ADOPTIO eſt actus legitimus, per quem quis efficitur filius, qui non eſt, naturam imitans. gl. inſtit. de adoptio. in §. 1. in ver. adoptio eſt; & dicitur adoptio, quæ fit de eo, qui eſt in aliena poteſtate, ſi vero fiat de eo, qui ſui iuris eſt, dicitur arrogatio. inſtit. de adoptio. §. 1.

2 Adoptio non inducit coniunctionem ſanguinis. Alex. conſ. 125. Viſo themate, in fi. lib. 4.

3 Sed habet effectum conſanguinitatis. Alex. conſ. 126. In hac hęſitatione, in princ. lib. 4.

4 Et ideo ſicuti pater poteſt ſubſtituere pupillariter filio legitimo, & naturali, ita etiam adoptiuo. l. arrogatus. ff. de adoptio. Alex. conſ. 126. in princ. lib. 4. vbi n. 11. declarat, quod habet effectum ſolum in bonis prouentis adoptato ab ipſo patre, ſecus in bonis proprijs pupilli adoptati, quia in eis non ſuccedit ſubſtitutus.

5 Adoptatus tranſit in patriam poteſtatem adoptantis. l. 2. & l. cum adoptiuus. C. de adoptio. Ale. conſ. 141. num. 2. lib. 6.

6 Requiritur præſentia tã adoptãtis, quã adoptati ad hoc vt adoptio valeat, quia imo vtroq. loquẽte fit adoptio, vel arrogatio. l. 1. ff. de adoptio . Bald. conſ. 349. Statuto Placentiæ. num. 3. ver. venio ad ſecundum. lib. 1.

7 Et quod non valeat adoptio facta in abſentia adoptati. Signorol. conſ. 127. num. 3. plenius. conſ. 218. numero 10.

8 Item requiritur cauſæ cognitio, & authoritas Principis, vel magiſtratus. Alex. conſ. 141. Viſo inſtrumento, in princ. lib. 6.

9 Et propterea ſi quis per inſtrumentum promittit tractare aliquem, vt filium, & ipſe tractandus vt filius, promittit tractare alium vt patrem, non tamen ex hoc reſultat adoptio, neque arrogatio, neque vnus ſuccedit alteri ab inteſtato, neq; vnus tenetur ad debita alterius. Alexand. conſ. 141. in princ. lib. 6.

10 Vide Iaſ. conſ. 141. in fi. lib. 4. vbi, quod talis promiſſio, ſi eſt cum pęna, & ſine cauſa, priuat eum ſucceſſione, quæ debetur filio, & quod committitur pęna promiſſa .

11 Arrogatio eſt de reſeruatis Principi, quia facilior eſt adoptio, quã arrogatio, ex quo arrogatio

Digitized by Google

facit eum, qui liber eſt, tranſire in aliam poteſtatem: adoptio autem facit eum, qui eſt ſub poteſtate vnius tranſire ſub poteſtate alterius. Signo rol. Homod. conſ. 39. Quæritur nunquid. nu. 4. ver. ex ijs ergo apparet.

12 Et ideo ſi non interuenit authoritas Principis, non tranſit in poteſtatem arrogatoris. Alex. conſ. 141. num. 2. lib. 6.

Adoptare, vel arrogare qui prohibentur. Concluſ. CCXV.

1 PATER habens plures filios legitimos, & naturales prohibetur adoptiuos, vel arrogatos filios habere. l. nec enim. §. præterea. ff. de adoptio. Bald. conſ. 24. Statuto Ciuitatis, in princ. lib. 1.

2 Reſtringe, ſeu declara, niſi hoc fieret ex ſpeciali commiſſione, vel ſpeciali authoritate Principis. Bald. d. conſ. 24. in princ. lib. 1.

3 Amplia in tantum, quod ſi extat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, illud non habebit locum in filio maſculo adoptiuo, vel arrogato, quia ſunt filij ficti, & ſtatutum non habet locum in fictis. Bald. d. conſ. 24. n. 2. ver. tertio præmitto. lib. 1.

4 Extende, quia ſi tale ſtatutum non habet locum, ſi extant filij naturales tantum, multo magis, ſi extant legitimi. Bald. dicto conſ. 24. in fin. lib. 1.

5 Amplia, quia pater non poteſt arrogare filios ſuos ſpurios, etiam cum authoritate Principis, niſi Princeps faceret de plenitudine poteſtatis. Bald. conſ. 267. Ad euidentiam præmitto, circa fin. num. 14. ver. nec poteſt pater. lib. 1. quod duplicatur. conſ. 447. lib. 5.

6 Et quod pater non poſſit adoptare, vel arrogare filium naturalem. Alex. conſ. 2. Viſis codicillis. n. 16. ver. præterea filius. lib. 1. vbi quod fortior eſt legitimatio, quam adoptio.

Adoptiui filij quando ſuccedant, vel non. Concluſ. CCXVI.

1 FILII adoptiui, vel arrogati regulariter ſuccedunt parentibus de iure communi. Io. de Anan. conſ. 27. Viſo caſu, in princ. vbi Bologn. in additio.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi parentes habent filios alios legitimos, & naturales, quando ipſa adoptio, vel legitimatio fuit facta de ſpeciali commiſſione Principis, vel de ſpeciali authoritate Principis, alias ſecus. Bald. conſ. 24. Statuto Ciuitatis cauetur, in princ. lib. 1.

3 Extende, vt procedat ſiue ſint ſoli, ſiue extent alij legitimi, & naturales maſculi, vel fœminæ, quia æqualiter ſuccedunt cum eis. Io. de Anan. d. conſ. 27. in princ.

4 Extende, ſiue legitimi, & naturales ſint nati ante adoptionem, vel arrogationem, ſiue poſt. Io. de Anan. d. conſ. 27. in princ.

5 Reſtringe, quia baſtardus legitimatus maius habet ius, quam arrogatus, vel adoptatus, quia concurrit veritas, & fictio in eo, ideo valet argumentum, non ſuccedit in conditione, vel ſtatuto excludente fœminas legitimas, & naturales legitimatus maſculus, ergo nec adoptatus. Bologn. in apoſtill. ad conſ. 27. Io. de Anan. n. 10. ver. accedat.

6 Limita, quia filij arrogati, vel adoptiui non ſuccedunt extantibus alijs filijs legitimis, & naturalibus, quia eo caſu non valet adoptio, neque arrogatio, niſi ſit facta de ſpeciali commiſſione, & ſpeciali authoritate Principis. Bald. conſ. 24. in princip. lib. 1.

7 Extende limitationẽ, quia licet pater poſſit extraneũ hæredem ſibi facere, relicta legitima filijs legitimis, & naturalibus iure inſtitutionis, nõ tamẽ poteſt eo caſu hæredẽ inſtituere filium adoptiuum tamquam filium etiam relicta legitima veris filijs. Bal. d. conſ. 24. ver. ſecundo præmitto. li. 1.

8 Limita, quia filius adoptiuus præteritus non annullat teſtamentum. Caſtr, conſ. 30. Super puncto. num. 4. lib. 1.

9 Limita, quia in conditionibus, diſpoſitione ſtatuti, & teſtatoris, appellatione filiorum, non veniunt adoptati, neque arrogati. Ludou. Bologn. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 27. n. 9.

Vide. Filiorum appellatione intelligitur de legitimis, & naturalibus. Concl. 371. num. 12. & ſeq.

10 Limita, quia ſtatutum, quod ſtantibus maſculis legitimis, & naturalibus filijs, fœminæ non ſuccedant, non habet locum, ſtante filio adoptiuo, vel arrogato, quia verba ſtatuti non conueniunt Io. de Anan. plene conſ. 27. n. 2. ver. ſecundo caſu, & per totum, vbi eſt caſus conſilij, vbi pro vtraq; opinione allegat, & n. 5. ita concludit cum ſeq. vbi plene Bologn. in apoſtill. per totam, maxime in fi.

11 Extende, quia ſi extant filia fœmina, filius legitimus, & naturalis, & filius adoptiuus, ſiue arrogatus ſtante dicto ſtatuto, ſuccedent, arrogatus, vel adoptiuus in ſua tertia, legitimus, & naturalis in ſua tertia, & portio filiæ fœminæ excluſæ accreſcet filio legitimo, & naturali, cuius contemplatione fit excluſio ſecundum * communem, de qua Bologn. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 27. in fi.

12 Limita etiam ſtante ſtatuto, quod ſtantibus filijs maſculis, fœminæ non ſuccedant, quia legitimati non excluduntur, Io. de Anan. d. conſ. 27. n. 6. & ſeq. ver. conſtat autem, & ibi plene Bolog. n. 9. vſque in fi. vbi quod ſicuti in conditione, & diſpoſitione teſtatoris non venit adoptiuus, neq; legitimatus, qui magis potẽs eſt, ita neq; in ſtatuto.

13 Limita, quia in conditionibus, & diſpoſitione teſtatoris appellatione filiorum, vel liberorum, non venit adoptiuus, vel arrogatus. Ludoui. Bologn. d. addit. ad conſ. 27. Io. de Anan. num. 9.

14 Limita, quia adoptiui, vel arrogati, licet tranſferant in adoptantem, vel arrogantem omnia iura, & è conuerſo, non tamen transferuntur iura generis, & ſanguinis naturalia, ideo competentia tamquam de certo genere non tranſeunt. Aegid. Bellam. conſ. 33. num. 3.

Adſcriptitij qui dicantur. Concluſ. CCXVII.

1 ADSCRIPTITII erant adſcripti glebe, & ſunt coloni bonorum perpetui, qui tranſeunt cum bonis,

bonis,vt l.2.vbi glos.in ver.colonos, & l.cum scimus, & l. cum satis. C. de agricol. & censit. libro 11.

6 Et nati ex parentibus adscriptitijs pariter sunt adscriptitij,vel nati ex filijs adscripeitiorum,item nati ex matre adscriptitia omnes sunt adscriptitij,quia sequuntur ventré matris, nati vero ex patre adscriptitio,& matre libera sunt liberi.Ita Rot. plene cons.355.n.1. in fi. ver.aut natus est quis.

7 Restringe,quia licet quoad adscriptitij statum cõsideretur venter,& sic status matris,nõ patris, tamen secus est quoad dominiũ partus; puta,si ex patre adscriptitio A.& matre adscriptitia B.quis adscriptitius nascitur partus erit in dominio A. qui est dominus patris,vt idem Rom.d.cons.355. num.1.in fin.ver.aut natus est quis.

8 Amplia, quia hodie illi, qui appellantur massarij in statu Mediolani succedunt loco agricolarum,& censitorum,qui possessionibus adhærent,& non possunt se absentare à possessionibus, nisi finita massaria. Bald. cons. 329. In hoc conueniunt, circa fin.ver.porro in fœudum.lib.3.

9 Amplia, quia sicuti massarius etiam liber efficitur adscriptitius,si per triginta annos continuos inseruiuit, ita quod tenetur, licet maneat liber, perseuerare continuo vti adscriptus, tamen filij eius, qui non coluerunt per triginta annos liberi manent, licet non possint deserere coloniam patris,vt ad aliam transeant.l.cum satis. C.de agricol.& censit.lib.11.

10 Natura istorum adscriptitiorum est quędam seruitus, & ideo transeunt cum agris venditis, siue venditio sit simplex, siue cum iuribus suis.Rom. d.cons. 355.num.2.& seq.ver.quoad secundum, vsque in finem.

11 Extende, quod in tantum est verum,quod imo is, qui vendit prędium, in quo sunt adscriptitij non potest illos sibi ex pacto reseruare. l.2. C. de agricol.& censit.lib. 11.

Aduentus ad locum, quando, & qualiter dicatur. Concluſ. CCXVIII.

1 Aduentus dicitur, quando quis per se, vel per procuratorem, aut nuntium peruenit ad locum. Bald. cons. 379. Quando super facto, in fin. lib.3. vbi quod si hoc verbum refertur ad dominium iurisdictionis habebit exercitium, liberum iurisdictionis.

Aduerbiorum natura qualis. Concluſ. CCXIX.

1 Aduerbia iuncta tempori intelliguntur secundum tempus cui adijciuntur, vt si pater facit fideicommissum, si decesserit sine filio legitimo nato, intelligitur de legitimo tempore natiuitatis, secus si diceret, si decesserit sine filio legitimo de se nato, quia tunc includeretur legitimatus ante mortem. Bald. cons. 206. Videamus quem sensum.lib.2.

Adulatio non laudabilis, & quando secus. Concluſ. CCXX.

1 Adulatio non est laudabilis, quia causat mille mala,de quibus plene Mascar.concluſ.56.Adulationis mala quamplurima.

2 Seneca inquit, vt refert Bald.cons.326.Rex Romanorum.num.5.Quod magna fastigia priuantur hoc solo, quia præ timore, vel nimia reuerentiâ non est, qui verum dicat. lib. 1.

Adulterium graue delictum, & an sit crimen publicum, vel priuatum. Concluſ. CCXXI.

1 Graue, & capitale crimen dicitur adulterium. Castrens. cons.349.Notandum,quod adulterium,in princ.lib.1.vbi, quod grauius redditur, & detestabilius ex qualitatibus aggrauantibus, & quod sit graue, & capitale delictum, & afficiat maritum plusquam si sibi occideretur filius. Bald.cons.177.In causa Guilielmi.nu.2. ver. item iustus dolor. lib. 5.

2 Et an adulterium sit grauius raptu. Alex.cons. 82.col.3.lib.2.quem citat apostill.ad Castrens. d. cons.349.lib.1.

3 Et an sit grauius furto,idem Alex. cons.24. lib. 2. quem citat dicta apostill.

4 Et nihil est deterius in homine, quam fieri seruum, vel fieri adulterium in vxore, & vt dicitur fieri Beccum, quia deterius est,quam occidere filium. apostill. ad Bart.cons.175. Domine potestas. lib. 1. in ver. marito.

5 Et quod adulterium sit grauius falso, & maior pœna imponatur.Barr.cons.18. Reuerendissimus. n.4.ver. ex prędictis.lib.2. vbi,quod ex adulterio duæ animæ polluuntur,in falso vna tantum.

Vide de grauitate adulterij, & quam sit detestabile. Mascard.concluſ. 57. Adulterij scelus improbatur.

6 Adulterium hodie est crimen priuatum, quia accusatio adulterij permittitur solum certis per-
* sonis,* communem dicit Clar.in §.adulteriũ.n.4.

7 Imo quod sit publicum, licet soli consanguinei admittantur ad accusandum. Bart. in l. quamuis per illum text.il 2.C.ad l.Iul.de adult.

8 Mixti fori est adulterium. Vide Clar.in fi.§.q.
* 37.n.3.ver.quęro nunquid,vbi dicit * communẽ.

9 Amplia, quia etiam post mortem mariti si vidua inhonestam vitam ducit, contristatur anima defuncti.

Vide. Caste,& honeste viuere.Concluſ.109.

Vide Mascar.concl.93. Mœrere testatoris animam ob mulieris impudicam vitam.

Adulterium quando committatur, & inter quos. Concluſ. CCXXII.

1 Adulterium dicitur committere is, qui habet vxorem,& habet rem carnalẽ cum nupta

quia duplex est adulterium, quia vterque violat proprium, & alienum thorum, secundo modo committitur adulterium, si vir coniugatus cognoscit mulierem solutam, tertio modo, si vir solutus cognoscit mulierem habentem maritum. Clar. in §. adulterium. num. 2.

2 Proprie autem ex parte viri adulterium committitur, si ille etiam non vxoratus violat alienum thorum, cognoscendo non nuptam, ex parte vero mulieris quando ipsa violat proprium thorum, quia nupta est. Clar. dicto §. adulterium, num. 2. ver. proprie.

1 Nomina hęc, adulterium, fornicatio, incestus, stuprum, & similia sunt de subtilitate iuris. §. cum ergo. 26. quæst. 1. Feder. de Sen. consi. 167. num. 2. ver. parcendum, & ideo nomen, fornicationis, quandoque generale pro omni peccato carnali sumitur. Abb. in cap. plerunque, de donat. inter vir. & vxor. in princ.

4 Amplia, quia is, qui cognouit monialem committit adulterium, & punitur tamquam adulter. Abb. consi. 111. In causa Constantiæ, in princip. lib. 2. quia monialis dicitur largo modo nupta, seu maritata, licet non proprie ad effectum, vt excludatur à statuto stantibus masculis.

5 Amplia, quia de iure diuino adulter dicitur, qui mœcatus est in corde suo videns mulierem, & cupiens eam.

6 Declara, quia id de iure positiuo in foro fori ad pœnam non seruatur, quia pœna posita à iure diuino per indulgentiam, & pœnitentiam remittitur. Bald. consi. 356. Statuto Placentię. ver. in contrarium. lib. 1.

7 Amplia, quia mulier committit adulterium quoad seipsam, si maritata est, licet efficiatur publica meretrix. glos. in l. si ea, in verb. adulterij, & glos. fin. in l. quæ adulterium. C. ad l. Iul. de adult. * quas glossas * communiter ibi teneri dicit Bart. in l. si vxor. ver. venio ad tertium. ff. eod. Bald. in d. l. si ea, & in l. si mulier. C. de adult. vbi Alberic. & ita iudicauit consilium Neapol. vt per Capic. decis. 44. in fin. sequitur Monticul. tract. de patr. potest. num. 54. tom. 8. in 2. part. fol. 131. & latissime post omnes Foller. in tract. de contract. censuar. n. 182. & seq. tom. 6. par. 2. fol. 135. vbi nu. 184. recitatis omnibus opinionibus adhæret opinioni Angel. quam sequitur consil. Neapol. & ita tenent Ioann. Andr. in additio. ad Specul. tit. de iniur. & damn. dat. in rubri. Rom. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. num. 23. ver. aduerte, * vbi dicit * communem intellectum. Ias. post Alexand. & alios, quos citat in l. plerique. ff. de in ius vocan. in fine. Caccialup. de fugiti. debitor. quæst. 5. Aret. in tract. maleficiorum. ver. che mi hai adulterato, num. 67. vbi distinguit, plene Marsil. singul. 150. accessus, & clarius in prax. ver. aggredior. num. 16. Castrens. cons. 272. lib. 2. & hanc partem affirmatiuam tenet Alexan. consi. 99. Visa inquisitione. num. 9. ver. & tanto magis. lib. 6. allegat Dynum ita consuluisse, vt ipse Dynus refert in l. quæ adulterium, C. de adulter. & citat alios ipse Alexan.

8 In contrarium videtur facere tex. in d. l. si ea. & l. quę adulterium. in fin. C. de adulter. vbi Bart. & l. si vxor, in princ. ff. eod. Salycet. d. l. si ea, vbi clarissime. Odofred. qui reddit rationem, & Fulgos. Dyn. in consilijs ita tenuit, & Cin. in l. 1. C. de rapt. Virgi. & refert Bal. d. l. si mulier, in fin. C. de adult. & Iul. Clar. in praxi. §. adulterium, nu. 3. ver. quæro nunquid. Bossius de coit. damnat. num. 24. vbi sequitur opinionem Salycet. vbi supra. Angel. in l. si vxor. §. 1. ff. de adulter. vbi quod hodie ista opinio seruatur per statuta Italiæ, licet contraria sit verior.

9 Declarat Clarus quia accedens ad meretricem vxoratam, si quidem meretrix est nupta, & perseuerat in meretricatu, non punitur. si vero ea recessit à vita mala, accedens ad eam committit adulterium, & dicit hanc veriorem in d. §. adulterium. num. 3. & idem dicit quoad pœnam meretricis adultere.

10 Declarat Angel. d. l. si ea. C. de adult. quod accedens ad mulierem nuptam meretricem, non committit adulterium, secus est in ipsa muliere, qua ipsa bene est adultera, & dicit, quod ita obseruat consuetudo, & idem dicit in d. l. quæ adulterium, sequitur Capic. decis. 44. & post omnes Foller. tract. de contract. censuar. num. 184. Alexan. consil. 99. num. 9. lib. 6. Castrens. cons. 272. Quæritur. lib. 2.

11 Vide Angel. in l. si vxor. §. 1. ff. de adulter. vbi quod licet de iure meretrix adultera possit dici, * & puniri, tamen communiter seruatur contrarium per statuta Italiæ.

12 Declarat Salycet. in l. quę adulterium. num. 3. C. de adulter. vt adulterium committatur cum vxorata meretrice, quando incipit meretricari, & etiam accedens, quando scit eam coniugatam dicatur committere adulterium; quando vero esset meretrix effecta non committitur adulterium, sequitur Io. de Anan. in cap. 1. de adulter. vbi dat aliam declarationem.

13 Declara plenius, vt per Io. de Anan. in cap. de adult. quia quoad mulierem vxoratam meretricem ea potest accusari à marito, patre, & coniunctis, non ab extraneis, quoad accedentem vero, aut is sciebat nuptam, & potest puniri, aut ignorabat, & non potest puniri.

14 Hęc declaratio non habet saporem, quia plus puniretur accedens, quam adultera meretricans, quia accedens ex sola scientia punitur, & ideo mulier, quæ est sciens, non debet excusari, cum militet eadem ratio, quia peccatum est ex sola destinatione, ex qua causa, & ratione Ioann. de Anan. mouetur contra accedentem, & propterea idem est dicendum contra mulierem se prostituentem, quia si permitta esset prostitutio mulieris, ergo accessus ad illam deberet esse impunis, vel vterque ex destinatione deberet puniri, sed imo distinctio est verisima, quia Ioann. de Anan. dicit tantum, quod mulier accusari potest à coniunctis, & non ab extraneis, sicut nec adulter, & l. quamuis. la 2. C. ad l. Iul. de adult. non dicit, quod non puniatur mulier, sed quod non accusetur ab extraneis, quę differunt.

15 Declara, quia arbitrarium est, ne aperiatur via maleficijs, & delictis, vt per plura Marquar. tract. de Iudęis. c. 3. n. 7. & sequen. tom. 14. fol. 42.

16 Declarat plenius, quam alius Ang. Aretin. in tract. de malefic. in ver. che mi hai adulterata lamia donna. num. 67. & seq. vbi latissime distinguit in pœna, item inter scientem ius, & factum, vel ius tantum, vel factum tantum, item inter minorem, & maiorem, & ideo vide eum.

17 Declara, vt per Nicol. Boer. in constitut. Turonen. fol. 40. in fin. & 41. tit. fœminę forcę; vbi quod

quod nullo modo pœna mortis poteſt imponi pro adulterio cum meretrice maritata.

18 Declara, quia mulier, quæ habet maritum lenonem non punitur de adulterio commiſſo, quia pura meretrix reputatur, & poteſt carcerari pro debito, & nullum priuilegium matrimonij conſequitur, quia poteſt rapi, & bona eius derobari, vt per Marſil.C.de rapt.virg.l.vnica.num. 31. & ſeq. vbi refert alia.

19 Limita, quia ſi vir coniugatus coiuerit cum ſoluta proprie non eſt adulterium reſpectu viri, neque reſpectu mulieris de iure ciuili, ideo puniri
* non poſſunt, ſecundum * commnnem, & indubitatam opinionem. Clar. d. §. adulterium. num. 2. ver. cæterum. allegat Roland.conſ.74.nu.11.lib.1. & alios citat ibi concord.

20 Contrarium quod imo dicatur adulterium. Guidopap.conſ.159.Rolan.à Vall.conſ.74.lib.1.nu.5. Oſaſc.deciſ. 119. quos citat apoſtill. ad Clar.d. §. adulterium.num.2.

21 Et idem eſt de iure Canonico, quia ſemper eſt adulterium, quando alter eſt coniugatus ad tex.in c.nemo 32.quæſt.4.

22 Declara, quia licet proprie non ſit adulterium, ſed puniatur tanquam ſtuprum per l.1.C.de adulter. tamen communiter non punitur, vt dicit Cla. d.§.adulterium. num. 2. Florian de Sancto Petro conſ.18.num.2.

23 Extende, quia hebræus, qui licite non dimiſit vxorem primam, & duxit aliam, ſi ſecunda non eſt vxor, non committit adulterium cum ea, ſed ſtuprum. Florian de S.Petro conſ. 18. nu.2.

24 Contra declarationem facit, quia magis peccat laicus violans propriũ thorũ habendo coitum cũ ſoluta, quam clericus violãs alienum habendo rem
* cum vxorata, ſecundum * communem, de qua Ab. in cap.vt clericorum.num.6.de vit.& honeſt. cler. & alij, quos citat Clar.d.§.adulterium. nu. 2.in fi.
* qui licet dicat non credere veram * communem, & quod eſt ſine effectu.

25 Tamen effectus eſſet magnus, quia teneretur
* de adulterio ſecundum * communem ſed bene ego credo quod non ſit vera cõmunis duplici ratione. Prima quia in Clerico concurrit duplex violatio proprij thori ſpiritualis, & alieni; Vxoratus vero ſolum violat propriũ thorũ. Secunda ratio eſt. quia magnum, & maius ſcandalum eſt in Clerico, quam in laico; ideo hæc via non eſt aperienda, quod minus delinquat, qui maius ſcandalum affert.

26 Limita, quia adulterium non committit, vt teneatur pœna, vel iniuria adulterij ſi probabiliter credidit quis vxorem ſuam, vel mulierem meretricem. Lap. alleg.90.nu.10.in fi.

Vide. Opinio, & reputatio ſingularis excuſat in multis. Concl.157.

27 Limita, quia adulterium non committitur ſi mulier, quę dicitur commiſiſſe adulterium cum Sacerdote, probat, quod tunc erat fama, quod eius maritus erat mortuus. Federic.de Sen.conſ.167. per totum: vbi quod mulier poteſt reuocare confeſſionem ſuam erroneam.

28 Limita, quia adulterium non committitur ſine dolo.l.pen.ff.de adult.

29 Et an lata culpa æquipararetur dolo. Clar. in §. final. quæſt. 84. num. 1. dicit, quod non, quia in pœnis capitalibus imponendis ſola culpa non ſufficit.

30 Limita, quia adulterium non committitur cum nupta ſi eſt meretrix, quoad accedentem ad eam. Angel. in l. ſi ea, quę ſtupro. C.de adulter. Rimin. Sen.conſ.17.num. 20.lib.1. Burſat.conſ.218.num. 74. lib. 2. Clar in §.adulterium. num.3. ver. quęro, &
* communem * dicit Emanuel Soarez in libro recept.ſenten.littera M. ver. meretrix. num. 137. fol.91. Viui. lib. commun. opin. ver. adulter. Alciat.conſ.21.num. 2.lib.7. tom. 2 Ioan. de Anan. cap.1. de adulter. num. 8. Bart. in l. quæ adulterium, vbi Ang.C.ad l. Iul.de adulter. Marſil.conſ. 102.nu.49.Clar.in §. adulterium. ver.quero nunquid. Alex.conſ. 99. Viſa inquiſitione. nu.9.verſ. & tanto magis.lib.6.

31 Extendit Alex.d.conſ.99.num.9.& ſeq.lib. 6.vt procedat etiam in Iudæo accedente ad mulierem Chriſtianam nuptam, quando ea viuit meretricio more, admittens accedentes ad eam, licet non habitet in lupanario.

Vide Maſcard. Concluſione 58. An antequam: vbi, quod vt probetur adulterium debet conſtare de matrimonio.

Adulterium ex quibus probetur, vel non. Concluſ. CCXXIII.

1 ADVLTERIVM non probatur commiſſum per vxorem, licet maritus reperiat eã in domo clauſo hoſtio, & eo aperto exiuerit homo cum caligis diſſolutis, & ipſa verecunda, quia poteſt eſſe, quod non dum adulterata fuerit. Bal.conſ. 445. Super prædictis, in princ. lib. 1. quod eſt Roſelli de Roſellis de Aretio, qui loquitur ad effectum, vt mulier perdiderit dotem, quia probatio non eſt concludens vere, neque præſumptiue.

2 Contrarium tenet Alexan.d. conſ.77.In cauſa, & lite. per tot. lib.7. vbi quod imo mulier dicitur adultera ex ſola mente corrupta, quia ex ſolo viſu. & concupiſcentia mœcatur, & dicit quod ſola probatio, quod in lectu iacebat cum homine, probat adulteram.

3 Extende, quia adulterium ex copula carnali non probatur niſi præſumptiue, ideo. ſi ſunt ſoliti intimul adulterari, præſumptiue probatur adulterium, ſi ſimul ſoli reperiuntur, &c. Roman.167. Antonius accuſatus. num.7. cum ſeq. ver. vltimo hoc adulterium.

4 Et qualiter probetur adulterium, vide Roman. conſ.91. num. 6.vbi, quod ſi ſolus cum ſola, nudus cum nuda reperitur, eſt præſumptio iuris, quæ concludit in teſte, & ibi Apoſtill.in d.conſ. 91. num.6. in ver.nuda, & in ver.concludere, quæ citat plurimos concord.

Vide Maſcardum Concluſione 61. Adulterium an probetur ex deprehenſione viri in domo vxoris.

5 Amplia, quia dictum mulieris per vim adulteratę non probat ſed facit indicium. Caſtren.conſ. 349. Notandum, in fine. ver. nunc quæritur. libro primo.

Vide. Stuprum quid ſit. Concl. 710.

Vide. Sodomiticum crimen, Concl. 117.

6 Extende, quia ſocius criminis non probat, ſed admittitur, vt faciat indicium, quia in ijs, quę fiũt

in

in occulto ſocius criminis admittitur. Caſtrenſ. conſ. 349. in fi. lib. 1.

7 Extende, quia ſolutio per viam compoſitionis non probat adulterium, licet indicium faciat. Caſtren. vbi ſupra dicto conſilio 349. in fine. lib. 1. vbi quod ſimul iſta indubitate faciunt indicium ad torturam contra presbyterum de adulterio accuſatum.

8 Amplia, quia adulterium non probatur per teſtes, licet deponant de publica voce, & fama, & quod viderunt talē commiſceri cum Berta vxore Titij, quia ad hoc vt adulteriū probetur, neceſſe eſt, quod conſtet de matrimonio inter Bertam, & Titium. Bart. conſ. 113. Proceſſum eſt, in prin. & per totum, vbi dicit, quod iſta qualitas debet plene probari, quia vbi plura requiruntur non ſufficit vnum adeſſe. lib. 1.

9 Extende, vt procedat etiam ſi teſtes deponant quod cognouerint Bertam vxorem Titij, quia hęc ſunt verba enunciatiua, & non probant matrimonium. Bar. d. conſ. 113. num. 5. ver. non obſtat. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. verba enunciatiua.

10 Extende, vt nihil releuet, quod teſtes deponant de adulterio, quæ neceſſario ſupponunt matrimoniū, cum non poſſit eſſe adulterium ſine matrimonio, quia in teſte hoc non cadit, ex quo debent neceſſario deponere per ſenſum corporis, non in ijs, quæ ſunt iuris ideo non probant. Bar. d. conſ. 113. in fi. ver. ſi autem diceretur. lib. 1. ſequitur Crauet. conſ. 134. nu. 43. vbi alios citat.

11 Extende, vt procedat etiam ſi extat ſtatutum, quod omnia delicta probentur per publicam vocem, & famam, quia licet teſtes deponant, vt ſupra de publica voce, & fama ſuper adulterio commiſſo cum Berta vxore Titij, tamen adhuc non eſt probatum adulterium niſi conſtet de matrimonio plene, quod matrimonium non probatur per publicam vocem, & famam, & ſtatutum non intrat, quia tanquam contra ius commune debet reſtringi, quod delicta probentur per publicam vocem, & famam, non autem contractus matrimonij, qui eſt neceſſarius ad adulterium plene Bar. d. conſ. 113. n. 3. & ſeq. ver. non obſtat ſtatutum. lib. 1.

Vide Maſcard. Concluſ. 62. An adulterium per auditum probetur.

12 Limita, quia probatur adulterium, ſi mulier mortuo marito atteſtetur, vel declaret vnum ex filijs, qui habebatur pro legitimo, fuiſſe creatum ex adulterio. Bald. conſilio 182. Petrus de Firmo. lib. 3.

13 Limita, quia adulterium probatur per teſtes familiares, quia ea, quę aguntur ſecreto in domo, vel ſunt difficilis, probationis probantur per teſtes familiares. Alex. d. conſ. 77. in cauſa, & lite, in fi. li. 4. vbi apoſtill. dat concord.

Vide. Probatio leuior admittitur in his, quæ ſunt difficilis probationis. Concl. 792.

14 Limita, quia mulier reperta tempore noctis cum homine extraneo in loco ſecreto poteſt torqueri tanquam inditiata de adulterio ad accuſationem mariti. Bald. conſ. 421. Quędam mulier, per totum. lib. 5.

15 Limita, quia probatur adulterium contra mulierem, ſi viſa eſt in lecto ſola cum ſolo extraneo. Alex. conſ. 189. In cauſa, & lite. num. 12. ver. an autem adulterium. lib. 6. vbi apoſtill. in ver. probatum dat concordantes plurimos. Alex. conſ. 13. in fin. lib. 6. deciſ. Tholoſ. 300. & alios, & maxime ſi concurrant colloquia ſecrete, & publica vox, & fama. Alex. conſ. 77. num. 2. lib. 7.

16 Limita, quia probatur adulterium, ſi probatur, quod paſſa eſſet deoſculari ab alio viro, vel poni ſibi manus ad mammillas. Bald. in c. tuę. num. 4. de procurat. communem * dicit Bellon. in rubr. nu. 81. C. de eden. vide omnino Couarr. in 4. decret. fol. 220.

17 Extende tam ad actionem ciuilem, quam criminalem. Ant. Gomez. ſuper l. Tauri 80. nu. 50.

18 Contrarium quoad pœnam criminalem ſentit Clar. d. §. adulterium. num. 16. vbi dicit* communem contra Bald. & dicit, quod ita iudicaret.

19 Declarat Couarr. in 4. decret. 2. par. cap. 7. §. 6. fol. 220. vbi quod non probatur adulterium ex amplexibus, & oſculo, vt priuetur dote, licet pro vtraque opinione multos citet.

20 Vide Maſcard. Concluſ. 59. vbi qualiter adulterium probetur per teſtes, & concluſ. 60. An probetur ex ſola pernoctatione mulieris extra domum viri: vbi pro vtraq; opin. allegat, & concl. 61. An probetur ex eo, quod homo eſt repertus in domo cum muliere, & concluſ. 62. An probetur per famam, & auditum, & concluſ. 63. quod probetur per famam ad effectum impediendi matrimonium, & concluſ. 60. quod probatur ex oſculo, & aliis modis. & concluſ. 65. An probetur per teſtes ſingulares, & quomodo.

Adulterium præſumitur voluntarium. Concluſ. CCXXIV.

1 ADVLTERIVM voluntarium præſumitur in dubio. Rom. conſ. 167. Antonius. num. 8. in fi. vbi apoſtill. in ver. voluntas. dat concord.

2 Maxime quando conſtat de conſuetudine inter ipſos adulteros, quia conſuetudo inducit præſumptam voluntatem adulterandi inter conſuetos. Rom. d. conſ. 167. num. 7. ver. vltimum hoc adulterium, vbi apoſtil. in ver. conſuetudo.

3 Et an lata culpa in adulterio æquiparetur dolo.

4 Si vero adulterium accuſetur tanquam violentum non probata qualitate, debet ſequi abſolutio ſecundum* communem, de qua Roma. d. conſ. 167. num. 8. ver. præmiſſa autem confirmantur, & ibi apoſtil. plena in ver. abſolutoria, quę citat infinitos concord.

5 Et idem eſt ſi deducatur adulterium cum dolo, & fraude, quia ſi non probatur dolus, neque fraus ſequi debet abſolutoria. Rom. d. conſ. 167. in fi. nu. 8. & 9. ver. ſed expreſſius, vbi plena apoſtil. in ver. debeat, quæ citat plurimos.

Vide ſupra. Accuſatus quando non poſſit condemnari. Concluſ. 173. nu. 6. & ſeq.

Adulterij poenæ, quæ, & quot ſint. Concluſ. CCXXV.

1 POENA adulterij eſt arbitraria etiam vſque ad mortem, ideo Iudex pro adulterio poteſt ſi vult condemnare ad mortem, vel relegare. Bal. conſ.

Digitized by Google

conſ.413. ſuper eo,quod,lib.5.vbi recitat opiniones contrarias, quod imo pœna ſit mortis à lege impoſita,ſed tamen tenet,quod ſit arbitraria.

2 Dicas,quod pœna adulteri eſt mortis,l.quamuis la ſeconda, C. ad l. Iul. de adult. adultera detruſio in Monaſterium, auth.Sed hodie, poſt d. l. quamuis cum fuſtigatione, & ita etiam dicit Alexan.conſi. 99.in prin.lib.6.

3 Vide pleniſſime apud Menoc. de arbitrar. caſ. 419.per totum vbi de pœna diuina, & naturali, & iuris Canonici,& iuris Cæſarei, & apud antiquos,& modernos,& ante eum Clar.in §.Adulterium,n.7.vbi,quod de iure diuino eſt pœna mortis,de iure Canonico excommunicatur maſculus, & fœmina, itẽ fœmina detruditur in Monaſteriũ, & ſi maritus infra biennium non repetit,ea compellitur profiteri perpetuo, Clericus deponitur, & perpetuo in Monaſterium detruditur,& dicit * communem.

4 De iure Ciuili antiquo,erat pœna deportationis,de iure vero Codicis eſt pœna vltimi ſupplicij.Cuman.conſi.154.Vitis inquiſitione,nu.2.ver. conſiderandum,vbi etiam de pœna inceſtus,& nefarij coitus.Alexan. conſi.99.viſa Inquiſitione in prin.lib.6.vbi,quod in eo,qui eſt maior annis viginti quinque eſt pœna mortis,& conſ.13.attentis * nu.3.lib.7.dicit eſſe magis * communem,& idem Alex.conſ.229.ponderatis,nu.5.lib.6.dicit, quod hodie eſt pœna mortis ſecundum aliquos,prẽter quam in nobili,in quo ſufficit deportatio.vide tamen plenius Menoch. qui recitat tres opiniones. Primam,quod ſit pœna deportationis,ſecundam, mortis,tertiam,arbitraria.

5 Hodie de iure nouiſſimo pœna mortis non habet locum,auth.Sed hodie,C.de adulter. Anchar. conſ.196.magnifice,& illuſtris.nu.8.Angel.in authen.vt nulli iudic.§.adulterium.Bart.in l.quamuis,la ſeconda in fi.C.de adulter.& vide Clar. in §.ad adulterum.n.7.ver.Sed hodie,qui dicit procedere in muliere,non in viro mitigationem pœnæ,ſed dicit nõ ſeruari in maſculo,quia eſt pœna pecuniaria,licet ſit per abuſum,& quod ſit pœna mortis.Bar. conſ.18.n.4.ver.ex prædictis.lib.2.

6 De iure Canonico mitigatur pœna, ideo erit arbitraria.Cuman.dict. conſi. 154.in prin. vide Angel.in authen.vt nulli iudic. per illum text. in §.adulterium.

7 Vide Roma.ſingul.674.Nos ſumus,vbi plena apoſtil.circa fi.dicit,quod eſt pœna mortis de iure Ciuili C. ſed de iure authenticorum nouiſſimo in mulere fuit mitigata pœna ad fuſtigationem, & vt ingrediatur Monaſterium,vide ibi, quia arguit Imperatorem de nimia clementia in hoc, ideo non ſtatur huic pœnæ per ſtatuta,Idem dicit Nicol.Boer.in conſuet.Turon.fol.40.in fi.

8 Amplia,quia ex forma ſtatuti Placentiæ eſt pœna mortis contra eum,qui nixus fuerit committere adulterium,& qualiter intelligatur. Bal. conſ. 356.per totum,lib.1.

9 Declara, quia mitius agitur cum adultera, quam cum adultero,ideo ſtatutum loquens,quod torqueatur adulter,non habet locum in adultera, quia licet ſint correlatiui adulter,& adultera,tamen ex diuerſitate pœnæ, diſpoſitio pœnalis loquens in maſculo, non habet locum in fœmina. Bald. conſ. 6. factum tale eſt,numer. 6. vſque in fin.lib.5.

10 Item mitius agitur cum eo,qui commiſit incæſtum matrimonio palleatum, quam ſi ſimplex eſt incæſtus, & idem eſt in eo, qui commiſit adulterium palleatum aliquo colore,& credulitate, quam ſi ſimplex ſit adulterium. Cuman. d. conſ. 154.per totum.

11 Et fœudatarius adulterans vxorem domini,vel exercens ſe turpiter cũ ea priuatur fœudo apoſtil. ad Bar.conſ.175.Dñe poteſtas in ver.marito. li.1.

12 Vide plene Crauet. conſ. 137. per totum,vbi, quod excuſatur adulterium ex conſuetudine, ſeu mitius punitur, maxime quando de conſenſu delinquunt,& quod mariti proſequentes querelam adulterij ſunt infames,& cornuti: & hoc dicit ad excuſandum multitudinẽ à vitio carnis,ad quod homines ſint procliues natura ipſa; vide eum, quia multa bona pro vtraq.parte refert.

13 Graue,& capitale delictum dicitur adulterium, & grauius redditur ex circunſtantijs,puta,ſi interuenit violẽtia, ſi læſio prægnantis,& partus,ſi qualitas perſonarũ,ſi Rector parrochialis,& ob alia,ſimilia redditur grauius crimen,& magis deteſtabile.Caſtrenſ.conſ.349.notandum,lib.1.in prin.

14 Declara,quia pœnæ adulterij non habent locum quando mulier per violentiam paſſa eſt,prout Lucretia Romana, quia cum adulterium requirat dolum ad pœnam incurrendum non ſufficit culpa, licet quoad peccatum ſecus ſit.Abb.conſ.4. Facti contingentia,lib.1.per totum.

15 Amplia,quia pœna adulterij habet locum, etiã in eo,qui habuit rem cum ſponſa per verba de * præſenti,ſecus ſi per verba de futuro,* communem dicit Clar.d.§.adulterium.n.8.

16 Amplia, quia cognoscens Monialem ex quo dicitur ſpiritualiter deſponſata, committit adultrrium, & punitur de adulterio.Alex.conſ.111.In cauſa,in prin.lib.2.

17 Amplia, quia Iudæus committens adulterium puniri debet pœna ſtatuti, quæ mitior ſit, prout alius ciuis,quia in pœnis iudicãtur,vt ciues.Clar. * d.§.adulterium.nu.9.vbi dicit * communem, vide plene,Rolan.à Vall.de hoc,conſ.35.lib.2. per totum,vbi pro utraq.opinione allegat, & hanc tuetur ubi num.48.dicit * communem, & fuiſſe ita iudicatum, quod intelligit uerum Alex.quando mulier eſſet etiam Chriſtiana ſed meretrix.in conſi. 99.viſa,lib.6.

18 Reſtringe ceſſante ſtatuto.Rol.d.conſ.35.lib.2.

19 Reſtringit in Hebræo,qui commiſiſſet adulterium cum Chriſtiana, quia maiori pœna dignus eſt.Clar.vbi ſupra.n.8.

20 Contrarium,& male tenet Alex.conſ.99. Viſa inquiſitione per totum, lib.6. vbi, quod Iudæus, qui commiſit adulterium cum Chriſtiana, non punitur, niſi prout Chriſtianus in pœna ſtatuti, quia licet Iudæi ſint perſonæ odioſæ, & infames, tamen gaudẽt beneficio ſtatuti.& ſunt de populo,

21 Declara,quia procedit contrarium,quando Iudæus gaudet beneficio ſtatuti in omnibus, & per omnia ex decreto Principis,prout loquitur.Alex. d.cõſ.99.n.4.& ſeq.ver.tertio probatur,vbi loquitur in ſtatuto Centi,& Plebis, & quãdo Chriſtiana adulterata erat meretrix.n.9.ver.& tanto magis vbi dicit quod ſi ceſſarent iſta, maiori pœna deberet puniri,& quod magis puniri debet Iudæus,quam Chriſtianus,propter diuerſitatem religionis,fatetur.Alex.in fornicatione,conſ.13..n. 14.& 15.& nu.23.lib.7.

22 Reſtringe,quando hebræus cõtraheret matrimonium

nium cũ Chriſtiana,quia tunc punitur pœna mortis.Rol.à Vall.d.cõſ.35.in prin.iũcto n.46 & ſeq. ver.ſecũdo nõ obſtat, lib.2.ſecus ſi ſimplicẽ fornicationẽ cõmiſit,quia non punitur pœna mortis.

33 Alia eſt pœna adulterij, quia ſi pater mulieris reperit adulterum in fraganti cum filia,poteſt impune eos interficere.Clar.in §.adulterium,n.11. plenius in §.homicidium,nu.48. ver. dixi etiam, vbi,quod ita demum non punitur ſi quinq. concurrant.Primo,quod eodem impetu vtrunq.occidat.Secundo,quod filia ſit in patris poteſtate.Tertio, quod occidat in domo propria, vel generi, nõ alibi.Quarto,quod filia ſit nupta.Quinto quod deprehendat in actu turpitudinis.

34 Extende etiam,ſi adulter eſſet officialis,vel magiſtratus.Boer.dec.317.n.13.

35 Extende,vt procedat etiam,ſi adulter ſit Clericus,quia poteſt occidi, nec incurritur pœna, c. ſi * quis ſuadente,17.q. 4. ſecundum * communem. Clar.d.§.adulterim.n.48.

36 Extende in marito,quando adulter eſt vilis, ſi vero non eſt vilis,tunc maritus interficiens,vilis damnatur in metallum,non vilis relegatur,ſecun * dum * communem.Clar.d.§.homicidium,n. 49. ver.ſed quid dicendum.

37 Et ideo non poteſt adulterum officialem interficere,quia quoad illum dicitur maritus vilis perſona.Boer.dec.317.n.13.

38 Extende,vt procedat etiam in adultero cum ſponſa per verba de præſenti, ſecus ſi per verba de futuro.Clar.d.§.homicidium.n.49.

39 Reſtringe,quia vaſſallus nõ poteſt impune interficere dominum repertum in adulterio cũ vxore, vel filia,licet dominus poſſit interficere vaſſallum repertum, vt ſupra. Boer. deciſ.317.n. 6.

30 Alia pœna eſt ſeparationis thori,quæ fieri poteſt ab Eccleſia,ita Clar.d.§.adulterium, nu. 12. * ver.alia quoq.ubi dicit * communem.

Vide.Matrimonium quando recipiat ſeparationem thori,& copulæ.Concluſ.143.

31 Extende in tantum, vt imo ſi adulterium eſſet notorium,poteſt maritus propria authoritate expellere vxorem,non expectata ſeparatione Eccleſiæ.Clar.d.§.adulterium,n.12.ver.quinimo.

32 Alia pœna eſt,quia ſi mulier commiſit adulterium,perdit dotem,& donationem propter nuptias,quam maritus lucratur. Clar.d.§.adulteriũ. * n.12.& nu.13.vbi de cõmuni,* Couar.ſuper quarto Decret.fol.mihi.220.in 2.par.c.7.§.6.vbi * cõmunem,& infra,n.42.& ſeq.

33 Contrarium Bart.in l.ſi mulier,§.ſocer, in fin. ff.de de adulter. & quod imo ſi extant filij, duæ partes filijs applicentur,vna Monaſterio: ſi nõ extant filij, tota Monaſterio applicetur. Roland. à Vall.conſ.35.n.3.lib.2.

34 Declara, quia * communis eſt contra Bart. etiam ſi maritus agat de adulterio ciuiliter.Clar. d.§. adulterium,n.13.

Vide pleniſſime infra, Adultera mulier. Concluſ.227.n.17.& ſeq.

35 Extende,quia ſi adulterium committitur à marito, ipſe pariter tenetur reſtituere dotem vxo- * ri ſecundum * communem.Clar.d.§.aduiterium. n.13.ver.Item ſcias.

36 Extende,quia amiſſio dotis propter adulteriũ habet locum nedum in prçiudicium vxoris adulteræ,ſed etiam filiorum,& patris.Clar.d.§. adulterium,n.19.

37 Extende, quia procedit priuatio dotis vxoris adulterę, etiam ſi poſtea matrimonium declaretur nullum,quia forte ſit in gradu prohibito,nam ſi priuatio dotis præceſſit non recuperat, ſecun- * dum * communem.Clar.d. §. adulterium,numero 14.

38 Declara,quia maritus tenetur alere vxorem * adulteram ſecundum * communem, imo tenetur ipſe quoque ſeruare caſtitatem, alias compellitur recipere vxorem adulteram iure actionis,& officio ludicis,plene Clar.vbi ſupra,num.17. vbi * de * communi.

39 Reſtringe,quia pçna adulterij reſpectu accuſationis mariti,& lucri dotis cenſetur remiſſa,ſi maritus,poſt adulterium commiſſum,cum ea habeat rem carnalem.Clar.d.§. adulterium, numer. 18. * ver. caueat, vbi dicit * communem, & quod imo maritus peccat mortaliter habendo rem carnalem cum vxore adultera, antequam egerit pçnitentiam. Caſtrenſ. conſil. 403. hæc mulier,lib.1.

40 Reſtringe, quia imo crimen adulterij præſcribitur quinquennio, quando eſt adulterium ſimplex, ſecus ſi eſſet adulterium cum incæſtu, quia * durat viginti annis, * communem Clar.d.§.adulterium,in fi.

41 Declara,quia exceptio perditæ dotis poteſt mulieri opponi perpetuo ſi prçceſſit accuſatio.Balb. de præſcript.in 4.par.q.2.n.9.apoſtil. ad Clar. d. §.adulterium in fi.

42 Alia pçna eſt, quia nedum mulier adultera priuatur dote,& donatione propter nuptias,ſed etiã * priuatur bonis paraphernalibus,ſecundum * cõmunem.Boer.deci.338.n.2.Clar.d.§. adulterium, num. 15.ver.adde quod.Rom.ſingul.315.propter adulterium, vbi apoſtil. citat plurimos, & dicit * communem.Surd.de aliment.tit.7.quæſt. 16. nu. 28.& ſupra nu.23.

Vide. Adultera mulier.Concluſ. 227. numero 17.& ſequen.

43 Extende, quia etiam maritus perdit donationem propter nuptias.Clar.d.§.n.15.in fi.

44 Extende,quia vxor,quæ priuatur dote propter adulterium,priuatur etiam ex præſumptione violenta adulterij,puta,ſi probatur oſculum, vel reperta eſt nuda cum nudo,vel quod pateretur poni manus ad mãmillas,vide Clar.d.§.adulterium, * n.16.qui recitat opiniones, & dicit quod * communis eſt in contrarium, quod pçna ordinaria non poteſt imponi,ex præſumptione ſola, & Couarru.in 4.decret.in 2.parte 2.partis.c.7.§.6.fol. mihi 220.

45 Alia eſt pçna Clerici, & Beneficiati committentis adulterium,quia ſi ciuiliter agitur, priuatur beneficio, ſi criminaliter deponendus eſt ab ordine.Caſtrenſ.conſil.349. notandum quod,in prin.lib.1.

46 Extende, vt procedant dictæ pçnæ in Clerico, etiam ſi iactet ſe commiſiſſe adulterium, ſi ex illo ſequutum eſt ſcandalum.Caſtrenſ.d.conſ. 349. in prin.lib.1.

47 Reſtringe,quando delictũ eſſet occultũ omnino. Caſtr.d.conſ.349.in prin.lib.1.ver.Nec obſtat.

48 Declara, quia Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper ſimplici adulterio per modum gratiæ non tamen eius officialis,nec etiam Epiſcopus per modum compoſitionis, imo neque poſſet Epiſcopus per modũ gratiæ diſpenſare cũ Clerico adultero,

quando

quando adulterium non eſt ſimplex, ſed aggrauatum.Caſtren. dicto conſ.349. n.1.& per totũ.li.1.

Adulterium quando, & per quos accuſari poſsit.Concluſ. CCXXVI.

1 ADVLTERIVM poteſt accuſari per maritum contra vxorem capitaliter.Fulgoſ.conſil.135.In cauſa criminationis, in princ.

2 Extende, vt procedat etiam ſi mulier adulterium commiſit ſtante diuortio, quia non propterea ſoluitur matrimoniũ habitu, ideo cadit adulterium facto etiam diuortio. Bald.conſ.6. Factum tale, in princ.lib.4.

3 Extende,quia maritus quandoque accuſat vxorem de adulterio, vt in caſu, in quo conſuluerunt Bald. conſil. 310. li.1.Rom.conſilio 451. Bologn. conſ.23. Grat. conſ. 50. libro 2. Mant.conſ. 43. lib. 1. quos citat Clar. in §. adulterium, in prin.

4 Quandoque accuſat in caſu, prout conſuluit Bald.conſ.6.Factum tale.n.1.& ſeq.lib.5.videlicet adulterum,& adulteram ſimul in eodem libello,& non procedit,ſed in diuerſis libellis bene procedit. l.ſi maritus. §.fin.ff.de adulter.l.reos.C.eod.propter exceptionem ordinis:quę diſtinctio procedit quoad pęnam,ſecus ſi quoad ſeparationem thori. Vide Roma.ſingul.176.Tu ſcis, quod adulter,vbi ſe iactat de hac limitatione.

5 Extende in caſu converſo, quia mulier quandoque accuſat maritum in caſu,prout conſuluit Roman.conſ.167.Clar.d.§.adulterium,in prin.

6 Reſtringe, quia ſi maritus accuſaret mulierem tanquam publicam adulteram repellitur,quia accuſat ſuũ lenociniũ,ex qua tandiu paſſus ſit vxorẽ adulterari,vt publica adultera euaſerit.Bald.cõſ. 310.aut mulier, in fine ver. modo venio.libro 1. Vide . Lenociniũ qd ſit,& eius pęna.Conc.290.

7 Reſtringe, quia non procedit accuſatio mariti contra adulteram vxorẽ ſi maritus primo accuſauit adulterum, & pendet accuſatio, quia debet procedi ſolum contra primum accuſatum . Bald. conſ.6. Factum tale eſt. num. 3. lib. 5. vbi reddit rationẽ,quia cũ teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, ſi agatur capitaliter, ſicuti non poteſt pati niſi vnã pęnã ſi ſuccumbat,ita etiã non debet admitti niſi ad vnicam accuſationem capitalem.

8 Reſtringe, vt idẽ ſit ſi accuſaret in eodẽ libello adulterũ,&adulterã capitaliter,qa nõ poteſt,neq. proceditur ſuper tali libello.Bal.d.conſ.6.n.2.li.5.

9 Probari,& deduci debet in accuſatione de adulterio, quod mulier habeat maritum,quæ fuit adulterata ſi ipſa accuſat, ſicuti e contra, ſi maritus accuſat debet deducere,& probare,quod tempore adulterij eſſet eius vxor, alias accuſatio eſſet inepta, plene Rom. conſ.167. Antonius accuſatus,in princ.vbi,quod alias ſequi debet abſolutio.

10 Declara,quia exceptiones iſtæ oppoſitæ ab accuſata relcuant,ne contra eam poſſit procedi, & ideo ſi non eſt probatum adulterium, poteſt ferri ſententia abſolutoria pro accuſata.Bal.d. conſ.6. num.5.ver.ſed nunquid.lib.5.

11 Amplia, quia adulterium ita afficit maritum iniuria, vt magis dolendũ ſit de adulterio vxoris per maritũ; quã occiſione filij per Patrẽ.Bal.conſ. 277.In cauſa Guilicl.n.2. ver.itẽ iuſtus dolor.li.5.

12 Imo talis iniuria adulterij afficit nedum maritum,ſed omnes de familia. Alex,conſ.189.num.11. ver.confirmo prædicta.lib. 6.

13 Imo videtur excuſari maritus, ſi non accuſat adulterum, ſed interficit, quia per accuſationem efficiuntur viles, & cornuti apud omnes, & Iudices non ſolent ius reddere,ſed truffari,cachinnari,& irridere,vt dicit Caſtren.conſ.277.In cauſa incarceratorum.nu.3.col.penul.ver.item quod fecerunt.lib.2.

14 Amplia, quia poteſt etiam accuſari ciuiliter vxor ad effectum,vt perdat dotem,& ſimiliter debet fieri accuſatio contra illam ſolam, quia non poſſunt plures accuſari ſimul, neque ordine ſucceſſiuo, quia contra vnum tantum poteſt procedi. Bald.d.conſ. 6.num.4. ver. ſed quando mulier. libro quinto .

15 Contrarium tenet Bart. in auth. vt liceat matri & auiæ.§.quia vero plurimas: vbi,quod debet eſſe accuſatio criminalis cum ſubſcriptione ad pœnam talionis, alias non procedit accuſatio mariti de adulterio .

16 Declara, quia imo maritus poteſt ciuiliter accuſare ad effectũ,vt mulier perdat dotẽ, ſiue agendo,ſiue excipiẽdo.Alex.conſ. 189. In cauſa,& lite. n.10.ver.non obſtant allegata.lib.6.vbi citat plurimos,& dicit * communem,& quod opinio Bart. communiter damnatur,& iura, quæ dicunt, quod non auditur excipiendo certo caſu ciuiliter,non negant, quin agendo ciuiliter poſſit accuſare.

17 Extende, quia heredes licet non poſſint excipere de adulterio ad effectum lucri dotis, quando maritus ſciuit, & tenuit vxorem, ſed non vt vxorem, tamen poſſunt principaliter accuſare illam de adulterio, vt ſecundario obtineant dotem . Signorol.conſ.50.in fin.

18 Reſtringe in caſibus,de quibus ſupra quãdo accuſatur adulterium,etiam capitaliter.

19 Amplia, quia quandoque mulier agit ad ſeparationem Thori.prout conſuluit Socin. Iun.conſil. 32.lib.2.Clar.d.§.adulterium,lib.5.in princ.

20 Amplia, quia quandoque de adulterio accuſat mulier maritum, & adulteram,vel è conuerſo maritus accuſat vxorem, & adulterum, prout conſuluerunt Bald. conſilio 6. libro 5. Io. de Amicis conſil.127. Boer. deciſ.297.& ſeq.Clar.d.§. adulterium,in princ.

21 Limita in vxore, quia licet poſſit accuſare ciuiliter maritum, vt perdat lucrum dotis propter adulterium, non tamen poteſt criminaliter accuſare cũ de violatione thori. l.1.vbi Salycet. & alij C.ad l.Iul.de adulter.& ita conſuluit pro muliere Cuma.conſ.175.in fi.

22 Limita, quia mortuo marito accuſatore non poteſt mulier iterum accuſari ab alio.Bal.d.conſ. 6.n.4.lib. 5.vbi dicit de hoc eſſe tex.in auth.vt liceat matri,& auiæ.

23 Limita, quia adulterium poſt quinquennium non poteſt accuſari. l. quinquennium. ff. de adulter. apoſtill.ad Clar.§.fi.quęſt.60.num.32.ver.per decem annos.

24 Limita, quia mulier nupta non poteſt de adulterio accuſari ab aliquo extraneo, quia eſſet turbare matrimonium quieſcens . Fulgoſ. conſilio 135. In cauſa criminationis, in principio: vbi loquitur, quod hæc accuſatio non admittitur viro non conſentiente. l. quamuis,la 2. C.ad.l.Iul.de adult.

Et

Digitized by Google

85 Et frater, pater, patruus, & alij coniuncti, qui poſſunt accuſare intelliguntur largo modo, ſiue ſint ex parte mariti, ſiue mulieris, ita Salycet. in l.quamuis la 2.C.de adult.num.11.

86 Contrarium, quod id ſolum de coniunctis mulieris intelligatur,ſentit Fulgoſ. dicta l. quamuis, in principio.Angel. in l. ſi maritus. numero 2. ff. eodem titulo.

87 Extende, quia neque Iudex poteſt ex officio inquirere mulierem ſine accuſatione viri. Fulgoſ.d. conſ.135.per totum.

88 Extende, quia imo de iure, & de conſuetudine ſeruatur,vt mulier ab extraneo accuſata,& detenta relaxetur inſtante viro. Fulgoſ.d.conſ. 135.col. pen.num.2.ver.nec obloquitur.

89 Reſtringe, quia poteſt accuſari mulier nupta de adulterio quando primo fuit maritus accuſatus, & conuictus de lenocinio, tunc enim vnicuique eſt permiſſum accuſare nuptam de adulterio, non alias ſine licentia viri. Fulgoſ. dicto conſilio. 135. per totum.

Adultera mulier quibus priuetur, vel non. Concluſ. CCXXVII.

1 MVLIER expulſa à marito propter adulterium ſi non eſt declaratum, neque notorium, debet interim, & pendente lite, & accuſatione ali à marito. Feder. de Sen.conſilio 176.Domino Corrado,per tot. allegat.l.ſi inſtituta.ff. de inoff. teſtam.

2 Amplia,vt ſi mulier durante expulſione compulſa fuit mutuo recipere pecunias pro alimentis, maritus teneatur etiam ad alimenta præterita, donec adulterium ſit declaratum. Feder. dicto conſil. 176.per tot.

3 Amplia,quia ſi poſt adulteriũ cõmiſſum per vxorẽ maritus eam recepit,& non accuſauit,imo mores illius ſubſtinuit,nõ poteſt prætendere dotẽ deperditam ex adulterio poſt mortem vxoris, etiam ſi extaret ſtatutum,quod mulier committens adulterium perdat dotem.Bald. conſ. 445. Super prædictis maxime in fi.num.5.ver.ſuper quarto.lib.2. quod eſt Roſelli de Roſellis. Caſtren. conſ. 403. Hęc mulier.lib.1.

4 Extende, vt idem ſit in hęredibus mariti, quia non poſſunt opponere exceptionem vxori repetenti dotem, quod commiſerit adulterium, ſi maritus ſciuit, & paſſus eſt, ſecus ſi ignorauit. Baldus conſilio 300. vt dos prædicta, & conſilio 301. Iſta dos. libro 3. Caſtrenſ. dicto conſilio 403. in fin. lib. 1.

5 Amplia in marito, quia propter adulterium poteſt ſeparari thorus, & vxor repetit dotem, & donationem propter nuptias, accuſarique poteſt ciuiliter. Cuman. conſilio 175. Domina Andriola,in fin.

6 Extende.quia non poteſt opponi exceptio adulterij per virum, vel hæredes,quando ipſe quoque commiſit adulterium,retinendo concubinam.

Vide.Dotis reſtitutio facienda non retardatur, & quando ſecus. Concl.772.n1.7.

7 Amplia, quia nupta conſanguineo, inter quos non poterat eſſe matrimoniũ ſi cõmittat adulteriũ quia vere non eſt adulterium, vbi non eſt matrimonium, ſed eſt ſtuprum,non perdit dotem.gl. in l. conſenſu.C.de repud.circa fin.gl. magnæ, quam ſequitur Caſtrenſ.conſ.154. col. 2.ver. quarto facit. libro 2.

8 Amplia, quia mulieri dotes ſuas repetenti non obſtat exceptio, quod perdiderit eam propter adulterium, quando conſtat, quod maritus retinuit concubinas, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur Caſtren. conſ. 403. hæc mulier,in princ.lib.1.

9 Amplia,quia mulier non perdit dotem propter adulterium ab ea commiſſum, ſi maritus ſciens hoc cum ea habuit rem carnalem, quia ſi hoc fecit ante peractam pœnitentiam vxoris cenſetur lenocinium committere, & ſic perdit actionem, quod mulier priuetur dote. Caſtren. d. conſ. 403. in princ.ver.ſecundo'quia.lib.1.

10 Extende, vt idem ſit ſi maritus ſciens adulterium ab vxore commiſſum poſt peractam pœnitentiam per eam, ſi cognouit eam carnaliter, quia cenſetur remiſiſſe, & ideo non poteſt de adulterio opponere.Caſtren.d.conſ.404. poſt med. ver. aut hoc fecit.lib.1.

11 Extende, vt maritus non poſsit opponere hæredibus mulieris repetentibus dotem exceptionem adulterij, quia delictum morte extinctum eſt niſi viuens vxor eſſet conuicta, & condemnata. Bar.conſ.96.Pone hęredes.lib.2.

12 Amplia, quia hęredes mariti, vel ſucceſſores non poſſunt opponere de adulterio exceptionem, quando maritus commiſit adulterium,vel quando ſciuit,& cõmiſcuit cũ vxore adultera,quia videtur cõmittere lenociniũ,& idem ſi ante peractã pœnitẽtiã ſe cõmiſcuit,ſed ſi poſt videtur remmittere crimen, vel ſi in vita non accuſauit, iſtis caſibus hæredes nõ poſſunt opponere,quia iſtę querelę odioſæ ſunt, & non traſmittuntur. Caſtr. dicto conſ. 403. per totum, libro primo.

13 Imo neque hæredes mariti poſſunt agere contra hæredes mulieris adulteræ ad conſequendam dotem, quam mulier perdidit propter adulterium licet maritus, & illi, quibus eſt acquiſita, poſsint agere etiam mortua adultera. Roman. dicto conſilio 286. Per totum, vbi apoſtill. in ver. non tranſeat.

14 Amplia, quia mulier committens adulterium propter violentiam illatam non perdit dotem, neque punitur pœna adulterij, quia adulterium vt puniatur, requirit dolum, & non ſufficit culpa, vt quia poſſet dici, quod coacta voluntas, licet ſit voluntas, tamen procedit quoad Deum, non autem in foro fori,in ijs,in quibus requiritur dolus, prout in adulterio, plene Abb. conſilio 4.Facti contingentia, per totum.lib.1.

15 Limita, quia ſi adulterium eſt notorium, vel per ſententiam, vel per confeſsionem, vel rei euidentiam mulier perdit alimenta, quę non debentur ſibi à die notorij criminis. Feder.de Sen.conſ. 236. In quæſtione vertente, num. 2. ver. ſed quæſtio alimentorum.

16 Extende, quia mulier adultera, nedum perdit dotem,quæ applicatur marito, vel filijs,ſed etiam perdit bona paraphernalia.Roman.conſ. 286.Hæc Iuliana, vbi apoſtill. in ver. perdit, allegat Roman.tex. in l. conſenſu.C. de repudian.& in auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero plurimas,

&

& eſt text. in cap. plerumque de donatio. int. vir. & vxor.

Vide ſupra. Adulterij pœna. Concluſ. 225. num. 32. & ſequen. ver. alia pœna eſt.

17 Contrarium, quod imo dos mulieris adulteræ applicatur Monaſterio, in quo detruditur pro tertia parte, duobus alijs tertijs partibus applicatis filijs, ſi extant; ſi vero filij non extant, ſed parentes, qui non conſenſerint adulterio. Vna tertia pars applicatur parentibus, aliæ duæ tertiæ Monaſterio, & ſi non extant filij, neque parentes tota dos Monaſterio applicatur, firmis tamen ſemper manentibus pactis dotalibus, quatenus aliter eſſet conuentum, vt eſt text. clar. in authen. ſed hodie. C. de adulter. quę eſt ſumpta ex authen. vt nulli Iudici §. ſi vero quando.

19 Declara, vt per gloſ. fin. in authen. ſed hodie. C. de adulter. & in authen. vt nulli Iudic. §. adulteram, in ver. ſeruentur, vbi dat tres ſolutiones.

20 Prima eſt, quod dicta auth. ſed hodie, tamquam poſterior corrigat omnes alias leges ciuiles, & hoc videtur probari neceſſario, quia auth. ſed hodie, corrigit pœnam mortis neceſſario, quę imponebatur pro adulterio, quo caſu maritus lucrabatur dotem; & d. auth. vult quod filij, & Monaſterium lucrentur. Vide dum non poſſint ſtare ſimul, inducitur correctio, & hanc tenet Curt. Iun. in rubr. C. de eden. num. 28. ver. poſtremo pato. Alex. in l. cum mulier, in fin. ff. ſolut. matrim. ver. non obſtat text.

21 Reprobatur hæc per gloſ. in d. auth. ſed hodie, vbi Salycet. num. 4. Roman. in l. Lucius Titius. n. * 16. ff. ſolut. matr. & communem * dicit Bologn. in rubr. C. de eden. num. 29.

22 Secunda eſt, quod l. conſenſu. C. de repud. & auth. vt liceat matri, & auię. §. quia vero plurimas, loquuntur, quãdo agebatur ciuiliter, & auth. ſed hodie. C. de adulter. loquitur, quando agebatur criminaliter, hanc refert glo. in d. auth. ſed hodie, & hanc tenent ibi Cyn. num. 4. poſt per. quem allegat Ang. in fin. Beluiſ. in d. auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero plurimas, & plenius in auth. vt nulli Iudicum. §. neceſſarium in fin. plures citat. Alexan. in l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. num. 18. & 19. ver. vltra ea, & pro iſta facit text. in cap. plerunque, de donatio. int. vir. & vxor. vbi Abb. in 2. not. dicit, quod illud iudicium ſeparationis thori eſt ciuile, & ibi omnes * idem tenent, & communem * dicit Aretin. in l. rei iudicatæ. nu. 3. ver. in gloſ. ff. ſolut. matrim.

23 Contrarium tenent Bald. d. auth. ſed hodie, in fine, & ibi Salycet. num. 4. qui probant, quod imo etiam lucratur maritus dotem, licet criminaliter egerit. l. adulterij. C. de adulter. in tantum vt Bart. & multi alij tenuerint, quod neceſſario debeat maritus criminaliter agere, vt lucretur dotem, quia tenetur ſe inſcribere, vt per Alex. conſ. 189. In cauſa, & lite, in princ. lib. 6. vbi n. 10. * oſtendit communem eſſe contra Bart. quod non eſt neceſſe, quod criminaliter agat ex adulterio, vt dotem lucretur, ſed ſiue agat ciuiliter, ſiue crimmaliter lucratur.

24 Declarat pulchre Iacob Beluiſ. in d. auth. vt nulli Iudic. §. neceſſarium, in fi. ver. tu dic, vbi quod ſi actum eſt ad pœnam criminalem per maritum contra vxorem, vt puniatur, ſecundum auth. ſed hodie, & pœna illius auth. procedit propter fauorem religionis, & vt pœnitentiam agat mulier, & quia Monaſterium abſtergit, &c. Aut actum eſt ciuiliter, aut etiam criminaliter ad aliam pœnam (extra dictam auth.) & lucratur dotem ſecundum, alia iura, & hanc tenet Io. de Imol. in l. cum mulier, ff. ſolut. matr. nu. 18. vbi quod debet intelligi, quando maritus agit ciuiliter ad dotem, vel per viam exceptionis, vel criminaliter ad ſeparationem thori, quę eſt ciuilis, & iſtis caſibus lucratur dotem, ſi vero agit criminaliter ad pœnam, quæ eſt hodie detruſio in Monaſterium ſibi præiudicat.

25 Impugnatur hæc ſolutio per moder. vt dicit Roma. inl. Lutius Titius, nu. 15. ver. vnde vltima, quia ſupponit alias pœnas pro adulterio reperiri, & in hoc ſaluat Roma. Sed ex alio damnat, quia correctio induceretur, ſed tollitur impugnatio Roma. quia eſt declaratio, non correctio, ſeu limitatio. Item quia l. conſenſu, & auth. vt liceat matri, & auiæ, ſunt hodie ſublatæ, quia cauſę repudij, vel ſeparationis thori ſunt in cognitione Eccleſię, non ſæcularium. Abb. c. plerunq. de donatio. inter vir. & vxor. in 2. not.

26 Declarat Rom. d. l. Lucius, nu. 16. & ſeq. ff. ſolut. matri. ver. ego vero pro veritate, quod auth. ſed hodie loquitur corrigendo à contrario ſenſu, quãdo non extant pacta contraria, vnde vult, quod ſenſus à contrario nihil operetur corrigendo, ſed certe non eſt ſenſus à contrario, ſed ſenſus directus, & diſpoſitiuus, quod fiat applicatio Monaſterio, & filijs, vel Monaſterio, & parentibus, vel ſoli Monaſterio, ſi non extant filij, neq. parentes, ſalnis ſemper pactis conuentis, etiam poſt mortem, in iſto caſu dicit Rom. per illa verba, omni caſu, & ideo opinio Rom. non eſt tuta, quia auth. ſed hodie quoad applicationem dotis Monaſterio, filijs, & parentibus ſeruiret de vento.

27 Tertia eſt, quod l. conſenſu. C. de repud. & d. authen. vt liceat matri, & auiæ, loquantur, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, quando maritus accuſat, vt maritus; auth. vero, ſed hodie, C. de adulter. habet locum, quando accuſatio fit ab extraneo, & hæc fuit opinio Iacob. Butrig. & vt ſcias quomodo procedat, vide Salicet. in l. iure mariti, C. de adulter. per illum text. quia debet infra 60. dies vtiles maritus accuſare, poſt 60. dies accuſat etiam extraneus, & hanc tuetur, & veriſſimam dicit Areti. in l. rei iudicatæ, nu. 3. ver. in gloſ. ff. ſolut. matri. vbi videas, quia bene loquitur.

28 Sed iſtam opinionem quod ea non ſit ſubſtentabilis, quia auth. ſed hodie, loquitur ſimpliciter, dicit Alex. in d. l. cum mulier in fin. ver. tertia vero fuit.

29 Quarta declaratio, adducitur per Lap. allegatio. 129. factum ſuper quo, numer. 19. ver. Item eſt dare caſum, vbi quod l. conſenſu, & alia iura, quæ dant lucrum uiro, habent locum, quando mulier adultera remanet ciuiliter coniuncta uiro, ſed quando eſt damnata ſecus eſt, d. auth. ſed hodie, & ſequitur Alex. in l. cum mulier, num. 19. ver. adde quod iſtam, ff. ſolut. matrim. quem ibi in additio. citat Mandoſ. dicens illud nerbum coniuncta debere intelligi coniuncta ciuiliter, & ſic eſſet eadem declaratio, cum ſecunda, quam affert gloſſa, & Lapus etiam ſequitur Alexand. de Neuo. in c. plerunq. nu. 10. de donat. int. vir. & vxor. Alex. in l. cum mulier, n.

19. ver. adde, vbi allegat. Lap. pro ſecunda declaratione.

30 Aliam declarationem videtur adducere. Feder. de Sen. conſ. 176. Domino Corrado. Quod ſi adulterium eſt notorium, tunc non debeãtur alimenta, & maritus lucretur dotem; aut non eſt notorium, & ſecus eſt, quod etiam videtur clarius repetere, conſ. 236. In quæſtione vertente, ſequitur Rimin. Iun. conſ. 274. in fi.

31 Alia, & ſexta declaratio videtur afferri poſſe, quia cum iura ciuilia ſint diuerſa, & contraria, & ſaltem opiniones Doctorum ſint diuerſæ: ſit attendendum ius Canonicum, in c. plerunq. de donat. int. vir. & vxor. quia quando ſunt opiniones dubiæ, ſtatur Iuri Canonico. Bald. conſ. 498. de detractio. in princ. ver. quicquid ſit. lib. 1.

Vide. Ius Canonicum in quibus prçualeat iuri Ciuili. Concluſ. 179. n. 16. & ſeq.

32 Sed reſponderi poteſt, quod c. plerunq. de donatio. int. vir. & vxo. non intendit ius nouum ſtatuere, & non eſt veriſimile, quod Papa voluiſſet auferre à Monaſterijs ius eis quæſitum, ex auth. vt nulli Iudic. §. adulteram, ex qua ſumpta eſt auth. ſed hodie de adulter. & velle, quod potius habeat dotem maritus, quam Monaſterium, & filij, & ideo d. declaratio certe non habet ſaporem.

33 Aliam, & ſeptimam declarationem afferri poſſe demonſtratur, quia l. conſenſu. C. de repud. & auth vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero plurimas loquuntur, quando agitur de ſeparatione thori propter adulterium, quia debent intelligi ſecundum titulum ſub quo ſitæ ſunt, quando agitur de repudio, & ſeparatione thori, & ad illum finem, probatur adulterium, vel alia cauſa. authen. vero, ſed hodie loquitur quando agitur ad pœnam ex adulterio incurſam, vt puniatur: igitur cum ſint intelligendæ leges ciuiles ſecundum materias, de quibus loquuntur, non poſſunt dici contrariæ, neque quod vna corrigat aliam, quia reſpiciunt diuerſum effectum, ita in ſimili Anchar. conſ. 168. Iure diuino, nu. 7. Abb. in ſua quæſt. 5. incip. Augerio col. 7. ver. cum autem illud circa princ. & hçc declaratio reincidit in ſecundam, & quartam declarationes ſupra poſitas.

34 Et hçc declaratio poteſt confirmari argumento quaſi ineuitabili, quod ſit attendenda ſola pœna, de qua in auth. ſed nouo iure probatur, quia, aliç de quibus in l. conſenſu, & in auth. vt liceat matri, & auiæ, hodie ſunt ſublatæ, quia ſeparatio matrimonij ſpectat ad Eccleſiam, & ideo l. conſenſu, & auth. vt liceat matri, & auiæ, in quantum diſponũt de ſeparatione thori ex cauſa adulterij & de pœna ſunt ſublatç, vt dicit Alexan. de Neuo, poſt alios, in c. plerunq. in 2. not. n. 3. de donat. int. vir. & vxor. & ante eum. Abb. ibi in 2. not. vbi idem dicit, & quod c. plerunque procedit, quando agitur ciuiliter ad ſeparationem thori ob adulterium.

35 Eſt verum, quod gloſ. fin. in d. c. plerunque, in fi. de donatio. int. vir. & vxor. quam * communiter approbari dicit ibi. Abb. tenet, quod imo pœna dictarum legum habeat locum, quod mulier ſeparata iudicio Eccleſiæ propter adulterium, vel ſi receſſit ſua voluntate à marito perdit dotem.

36 Plures alias declarationes affert Roma. in l. Lucius Titius, nu. 15. & ſeq. ff. ſolut. matrim. vbi ponit octo declarationes. Bald. in auth. Sed hodie, in fi. dicit eſſe arbitrarium viro, an velit vti pacto de lucranda dote, an beneficio auth. ſed hodie. C. de adulter.

37 Mihi videtur ſaluo ſaniori cõſilio, quod ex omnibus prędictis ſic poſſint diſtingui plures caſus, ex quibus ceſſabit contrarietas. Primus caſus eſt, quia tam de iure antiquo, quã moderno, ſiue maritus ageret ciuiliter, ſiue criminaliter, & per modum excipiendi maritus lucrabatur dotem propter adulterium commiſſum. De actione ciuili, & per modum excipiendi, eſt caſus in l. conſenſu. C. de repudian. & in l. cum mulier. ff. ſolut. matrim. in c. plerunque de donat. int. vir. & vxor. cum ibi not. & nullus diſcrepat in hoc de actione ciuili. De criminali fuerunt opiniones, ex text. in l. miles, §. ſocer. ff. ad l. Iul. de adulter. ſecundum intellectum. Bart. ibi, qui voluit neceſſario debere præcedere accuſationem criminalem, licet cõmuniter reprobetur in hoc, quod tam ex ciuili, quam ex criminali accuſatione probato adulterio perdat dotem, quod etiam probatur ex auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero plurimas, vbi text. requirit ſubſcriptionem mariti, quaſi neceſſario accuſatio ſit criminalis, vt plene. Rom. in l. Lucius Titius, n. 15. Io. de Imol. in l. cum mulier, n. 16. & ſeq. vbi etiam Alex. ff. ſolut. matrim. & plenius, conſ. 189. n. 10. lib. 6. vbi dicit * communem quod in cauſa ciuili, & in criminali, etiam per viã exceptionis intentata, probato adulterio mulier perdit dotem, vno ſolo caſu excepto, quando maritus primò inſtituiſſet criminalem ad pœnam, & vellet deſiſtere, & ſolam ciuilem ſuper amiſſione dotis intentare, quia repellitur, quia commodum dotis vindictæ proprię domus præponere non erubuit d. l. miles. §. ſocer. ff. de adul. & ſecundum ius antiquum, & modernum pœna capitalis erat, videlicet mortis, tam in muliere, quam in viro, l. quamuis, in fin. C. de adulter. Secundus caſus eſt de iure nouiſſimo, quia auth. vt nulli iudic. §. adulteram, ex qua ſumitur auth. ſed hodie. C. de adulter. pœna mulieris mitigatur, vt in Monaſterio detrudatur cum applicatione dotis Monaſterio pro tertia, & filijs pro duabus tertijs, vt ibi, &c. Vnde ſi maritus intentat actionẽ ciuilem, vel per modũ excipiendi, vel etiam criminalem cũ inſcriptione pro ſeparatione thori, quæ etiam dicitur ciuilis, quoad dictũ effectum, procedit priuatio dotis, quę marito applicatur. d. l. conſenſu. C. de repud. & d. auth. vt liceat matri. §. quia vero plurimas, & etiã hodie perdit, quia non ſunt correctæ, ſi vero agit criminaliter ad pœnam perſonalem, quæ ſola eſt deſtructionis in Monaſterium, dict. auth. ſed * hodie. C. de adulter. eſt * communis opinio, quod alia pœna non eſt hodie perſonalis. Ioan. de Imol. l. cum mulier. numer. 18. ff. ſolut. matrim.

38 Et iſto caſu, quia voluit, quod puniatur ſecundum ius nouiſſimum, videtur etiam voluiſſe, quod dos mulieris applicetur ſecundum iura nouiſſima, quia, qui vult antecedens, vt puniatur, cenſetur velle etiam neceſſarium conſequens, vt conſentiens in pœnam quam petit inferri, conſentiat etiam in conſequentibus ad pœnam, videlicet dotis applicatione, in ſimili Alex. conſ. 157. col. 3. num. 14. lib. 2. Nam faciens actum cenſetur ſe ſubijcere omnibus legibus loquentibus de illo

illo actu. Castrens. in l. si duo, in princ. ff. de acquir. hæredit. Bald. in l. venia. num. 2. C. de in ius vocan. & non est nouum, quod ex modo agendi, quis potest consequi, & non consequi, quod intendit, vt in simili de marito agente contra vxorem adulteram ex osculo luxurioso, tradit Bologuet. in rubr. C. de eden. num. 27. ver. nec obstant.

39 * Et in hac declaratione concurrit communis opinio* seu communis distinctio Doctorum, quod auth. vt liceat matri. §. quia vero plurimas, cum concor. loquitur quando ciuiliter, licet cum inscriptione, agitur, auth. vero vt nulli Iudic. §. adulteram, & auth. sed hodie C. de adulter. procedunt, quando actum est ad pœnam corporalem criminaliter, & hæc distinctio est * cõmunis, vt dicunt Alexand. in l. cum mulier. in fin. & Aretin. in l. rei iudicatæ. numero tertio. ff. solut. matrim. & cessant contrarietates, & tollitur correctio legum, & non est verisimile, quod ius Canonicum voluerit tollere priuilegium concessum vniuersaliter locis pijs, & Monasterijs, vt applicetur dos magis marito, quam monasterio, & filijs, in quibus pietas concurrit.

40 Bart. consil. 96. Pone hæredes. lib. 2. in fin. dicit, quod hodie dos mulieris adulteræ applicatur filijs pro duabus tertijs, & pro alia tertia monasterio, & ideo non publicatur, vel potest dici, vt ipse inquit, quod dos mulieris publicatur, sed alia bona secus. l. consensu. ff. de repudian.

41 Extende, quia mulier adultera notorie, nedũ perdit alimenta, sed perdit dotem, & priuatur omni obligatione, quam habet maritus ad eam, ita, quod tanquam male maritata, debet publica egestate laborare. Feder. de Sen. d. consil. 236. in princ. Bald. consil. 445. Super prædictis. lib. 2. qui loquitur in casu statuti, maxime numero quinto. ver. super quarto.

42 Extende, quia possunt maritus, vel filij, qui lucrati sunt dotem propter adulterium, agere etiam post mortem vxoris, vt illam consequantur. Rom. consil. 286. ver. adeo, vt etiam.

43 Extende in tantum, quod mulier propter adulterium notorium expulsa, si petet restitutionem, repellitur exceptione notorij adulterij. Feder. de Sen. d. consil. 236. in princ. numer. 2. Bald. consil. 300. & 301. lib. 3.

44 Et quod mulier impudica perdat dotem, nedum si est nupta, sed etiam si est vidua. Felin. in cap. pastoralis. numero 5. versic. mulier impudica, de Iudic.

45 Extende, quia si vxor propter adulterium commissum fuit à viro expulsa, accusata. & condemnata statim perdidit dotem, & illam lucratur maritus pro se, & suis hæredibus, quibuscumque etiam extraneis, etiam singularibus successoribus, quibus competit hæc exceptio, quatenus ageret vxor pro dote contra eos. Bald. consilio 221. Quandoque propter. libro secundo, & consilio 300. & 301. libro 3.

46 Restringe, vt nõ procedat limitatio quoad hæredes, & singulares successores, quãdo vxor propter adulterium fuit expulsa, sed non accusata, neq. condemnata, quia licet maritus possit contra eam agentem ad dotem, excipere de adulterio, non tamen id possunt hæredes, neque singulares successores. Bal d. consil. 221. circa prin. ver. secundus casus, lib. 2.

47 Contrarium, quod neq. maritus lucretur dotem, quãdo vxor non est condemnata, tenet Specul. tit. de donatio. int. vir. & vxor. §. fin. ver. quid si mulier agit, quem sequitur Ioan. Andr. in cap. plerumque eod. tit. & Roman. consil. 286. Hæc Iuliana, vbi apostill. in vers. perdit, dat plurimos concord. quod vxor propter adulterium perdit dotem, quæ applicatur viro, vel filijs, adeo vt in eorum præiudicium non possit testari.

48 Declara vt per Signorol. Homod. cõs. 50. In quæstione 1. & 2. per totum, vbi recitat pro vtraque opiniones, & distinguit tres casus. Primus, quando maritus sciuit adulterium, & non accusauit, sed retinuit in domo, vt vxorem, tunc hæredes non possunt accusare, neque excipere de eo, si vero maritus ignorauit, vel etiam est dubium, tunc possunt hæredes excipere de adulterio, & repetit. consilio 58.

49 Si vero maritus sciuit, & retinuit vxorem non vt vxorem, sed tamen non accusauit possunt hæredes principaliter delictum accusare, sed non secundario per modum exceptionis. Signorol. dicto consilio 50. circa fi. versic. secundo casu, & consilio 58. in fine: vbi se remittit ad dicta in consilio 50.

50 Declara, quia licet hæredes non possint excipiendo de adulterio negare dotem, quando maritus viuens non accusauit, tamen poterunt, & excipere, & accusare, si vidua existens commisit stuprum, quia dicitur per fictionem remanere in matrimonio, & quia diuersa est ratio in adulterio commisso tempore mariti, quod censetur remissum, & in adulterio commisso post mortem mariti. Castren. consil. 147. num. 2. ver. secundo facit. lib. 2. vbi dat exemplum de exceptione dilatoria, quæ licet non possit opponi lite contestata, tamen procedit quando erat nata ante litem contestatam, alias secus.

51 Dicas, quia si maritus viuens non accusauit vxorẽ, sed conquestus est. ita quod nõ approbauit mores eius: imo improbauit, tunc transit ad hæredes querela ciuilis, & possunt hæredes ciuiliter ad effectum, quod perdat dotem, agere, & excipere. Alex. consil. 189. num. 3. & seq. ver. sed præmissis. libro sexto, & multo magis si illam verberauit maritus.

52 Si vero maritus sciuit, & nihil dixit, & mores nõ improbauit, imo approbauit illam retinens, vt prius, tunc non possunt hæredes accusare, neque excipere, communem * dicit Alex. d. consil. 189. In causa, & lite, in princ. ver. præterea. lib. 6.

53 Declara, nisi post remissionem, aut approbationem iterum mulier commisisset adulterium, quia pro adulterio post remissionem iterum commisso ignorante marito, poterunt hæredes accusare ad effectum, vt perdat dotem ciuiliter, & idem est si maritus sciuit, & non potuit prouidere, quia infirmus erat, ex qua infirmitate decessit, ita Alex. d. consil. 289. nu. 6. & seq. ver. imo fortius. lib. 6. vbi ponit exemplum de vassallo, qui commisit felloniam Domino ignorante, vel etiam Domino sciente, si non potuit priuare, pœna priuationis transit ad hæredes.

54 Et procedit declaratio etiam si maritus in vltimo vitę spiritu benedixit totam familiam suam, & vxorem de mandato Sacerdotis, quia talis benedictio non trahitur ad ignorata si ignorauit adulterium, & si sciuit cum fecerit vt Christianus remisit odium, & rancorem de mãdato Sacerdotis,

ſed non iniuriam, ideo hęredes poſſunt accuſare ciuiliter, vel excipere vt perdat dotem. Alex. d. conſ.189.n.8.& 9.ver.nec obſtat,ſi dicatur. lib. 6. vbi apoſtill.in ver. odium dat concord.

55 Et pro iſta parte, quod hęredes poſſint accuſare,adducit Alex. conſ.189.num.11. ver. confirmo prædicta. libro 6. quia iniuria fit marito, & toti familiæ ex adulterio, ideo poſſunt hæredes pro iniuria agere, imo conſanguinei, & præuio iuramento taxare iniuriam.

56 Reſtringe, vt non procedat limitatio, quando mulier nedum non fuit condemnata,ſed neque accuſata, neque expulſa, quia maritus, & hæredes non lucrantur dotem.Bal.d.conſ.221.in fi.ver.tertius caſus. lib. 2. Signorol. conſ.50.per totum, & Caſtren.conſ.403.Hęc mulier,in fi.lib.1.

57 Idem etiam tenet Signorol. in caſu ſtatuti Nonariæ priuantis adulteram dote, quia intelligitur duminodo eam maritus non retinuerit,vt vxorem ſciens adulterium. Signorol. conſ.58. Statuto Ciuitatis Nouarię.

58 Contrarium tenet Bald.conſ.300. Vt dos prædicta. lib. 3. vbi dicit eſſe caſum de iure Canonico in c.plerunque de donat.int.vir.& vxor.& de iure ciuili in l.conſenſu. §.vir quoque.C.de repudian. ſed tamen Bald. conſ. 301. Dicit, quod procedit, quod hæredes poſſunt accuſare,ſi maritus tacuit, quia ignorauit, ſecus ſi ſciuit, quia nec ipſe, nec hæredes poſſunt poſt mortem viri, qui tacuit, & ſciuit,accuſare, eodem lib.3. & hanc vltimam diſtinctionem tenet Signorol. conſ. 50. per totum: vbi plenius diſtinguit.

59 Imo quod talis accuſatio,cum ſit ad vindictam, non tranſeat ad hæredes contra mulierem, etiam ſi maritus ignorauit. Bald. conſ. 182. Petrus de Firmo.lib.3. vbi loquitur, quando mulier mortuo marito declarauit vnum filium tantum pro legitimo fuiſſe ex adulterio creatum, vt non poſſit priuari dotibus ſuis legatis à filio legitimo per exceptionem hæredum de adulterio incognito marito dum vixit,& hanc partem videtur tenere Caſtren.d.conſ.403.in fi.lib. 1. vbi ſimpliciter tenet, quod iſtæ querelæ tanquam odioſæ non tranſmittuntur ad hæredes quando maritus in vita non accuſauit.

60 Limita,quia mulier perdit dotem propter adulterium commiſſum, quando per Eccleſiam eſt facta ſeparatio thori,quia habet vim condemnationis,ideo tam maritus,quam omnes hæredes,& ſingulares ſucceſſores poſſunt excipere. Bald. dicto conſil. 221. ante med. ver tamen in decretali. libro ſecundo.

61 Limita quando mulier nedum commiſit adulterium,ſed accuſata ſponte receſſit, quia ex quo delinquit dupliciter perdit dotem.Bal.d.conſ.221. circa med. ver. ſecundo vero caſu,iuncto fine. ver. ille autem tertius.lib.2.

62 Declara, quia vbicunque agitur de probando adulterio mulieris, vt perdat dotem, debet concludenter probari non preſumptiue adulterium dumtaxat à remotis. Bald. dicto conſilio 445. in principio. lib.2.

63 Limita etiam in vidua, quia ſi committat adulterium,quia contriſtantur oſſa mortui mariti,debet perdere dotem. Caſtren.in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. vide primam apoſtill. ad fing. Roman. 315. propter adulterium, & hanc partem tuetur. Caſtrenſ. conſilio 147. Reuocatur in dubium, per totum.lib. 2. vbi reſpondet ad omnia contraria: vbi, quod licet perdat dotem propter adulterium, licet cum vidua ſit ſtuprum, tamen propter priuilegia viduæ dicitur ficta matrimonium,& hanc communem * dicit Roland. à Vall. conſ.86.num.19.lib.2.

Vide.Stuprum quid ſit.Concluſ. 710. nu. 11. & ſequen.

64 Contrarium tenet Iaſ. in d. l. fideicommiſſum. C.de fideicom.&ita Floren.fuit cõſultũ per primarios aduocatos, quod non perdat dotẽ propter ſtuprum in viduitate commiſſum,& quod agens contra hæredes mariti hæc exceptio non obſtet.Deci. in c. paſtoralis.col.3. de Iudi.& in l. eum quedam puella,in 3. ampliat. ff.de iuriſd. omn.Indic. & hanc communem*dicit Rol.à Vall.conſ.86.nu. 35.lib.2.

65 Declara,quia vidua ſi cõmittat ſtuprũ poſt annũ luctus non perdit dotem,neq; legata a marito.Crauett.qui plurimos citat conſ.205.Boe.deciſ.338.in fi.Rolan. à Vall.conſ.86. per totum.lib. 2. nu. 36. & num. 41. vbi dicit magis * communem, & videtur pro hac parte ſentire deciſ.Pedemont.77.in fin.& ratio eſt, quia infra annum turbatur magis ſanguis mariti.

66 Declara, quia licet vaſſallus committens ſtuprum cum vxore Domini perdat fœudum, tamen id intelligitur quando infra annum delinquit,alias ſecus. Rol.à Vall.conſ.86.n.40.lib.2.

67 Limita, quia propter adulterium fit ſeparatio thori inter maritum,& vxorem,& quando.

Vide. Matrimonium quando recipiat ſeparationem.Concl.143.num. 6.& ſeq.

Adulterij cauſa an ſit fori Eccleſiaſtici, & quando. Concluſ. CCXXVIII.

1 CAVSA adulterij eſt fori Eccleſiaſtici, iuxta not.in c.1.de offic. ordin. Lap. allegat. 71. num.2.

2 Declara, vt procedat quando cauſa adulterij cognoſcitur ad effectum ſeparationis thori, quia tunc ſolus Iudex Eccleſ. cognoſcit.Feder. de Sen. conſ. 236. In quæſtione vertente,in prin.

3 Si vero ad effectum pœnæ adulterij eſt mixti fori.Clar.in prax.crimin.§.fin.quæſt.37.num.3. ver. nunquid,vbi dicit*communem.

4 Amplia hoc in tantum, vt etiam cauſa adulterij ad effectum ſeparationis thori trahat ad forum Eccleſiæ cognitionem acceſſoriam, veluti alimentorum,& dotis vxoris. Feder. de Sen. d.conſ.236. in princ.

Vide. Mixti fori quæ eſſe dicantur. Concluſione 292.num.19.& ſeq.

Adunantiæ prohibitæ, & quando non. Concluſio. CCXXIX.

1 REGVLA eſt, quia adunantię hominum armatorum principaliter ſunt prohibitæ,quãdo fiunt, vt in Eccleſia contra particulares irruant, quia pœna mortis imponitur etiam ſi non

Digitized by Google

non sunt exequuti. l. denuntiamus. C. de iis, qui ad Eccles. confugiunt. Alexan. cons. 111. Ponderatis verbis, in fin. ver. nec prædictis obstat. lib. 1.

2 Extende idem si fiat adunantia armatorum ad deponendum officialem, quia est pœna mortis etiam si non sequatur effectus. l. 1. C. de seditio. Alexan. cons. 111. in fin. lib. 1. vbi quod in contrarium est ius commune, quia sunt casus speciales.

3 Extende, quia colligatio Ciuitatum subditarum etiam ex causa licita apparēter, puta ad defensam non est licita, quando dolo malo fiat. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verb. occulte, & in ver. machinantur, vbi quod si Princeps est præsens, sunt reprobatæ, si absens, licitæ, & ponit exemplum de Perusinis, & Florentinis colligatis ex causa licita, sed cum dolo contra imperium.

4 Extende, quia adunantia hominum armatorum habet præsumptionem contra se, quia præsumitur contra eos, qui incedunt armati. Alexan. cons. 103. Videtur. num. 3. in fin. ver. pro eo facit. lib. 1. Ias. institut. de actio. §. ex maleficijs. num. 81.

5 Amplia, quia adunantię hominum armatorum prohibitæ sunt in statu Ecclesiastico per bullas summorum Pontificum Leonis X. & aliorum, vltimo loco per Sixtum V. quæ est 8. in ordine, in 2. parte Bullarij, confirmatas, & similem prohibitionem fecerunt Ioannes XXII. in Ægidian constitut. lib. 1. cap. 15. & lib. 4. cap. 41. Alexand. VI. in eadem Aegidian. lib. 4. cap. 42. & Aegidiana ipsa eod. lib. 4. cap. 40.

6 Et ista adunantia dicitur congregatio hominum, quod verbum est generalissimum habens multos significatus. vide Bald. cons. 262. Decretum Domini. lib. 2.

7 Restringe quando sunt ad bonum publicum, & non ad malum finem. Bald. cons. 319. per totum. lib. 2. Crauett. cons. 4. n 14. & 15. & cons. 18. nu. 10. Plot. cons. 35. n. 21. Bertazol. cons crimin. 57. n. 16. lib. 1. & quia Bullæ recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. Anchar. in rubr. de re iudic. in 6. quæst. 4. Alexan. in l. fin. num. 4. ff. quod quisque iur. Cagnol. in l. 1. nu. 34. ff. de reg. iur. Bertazol. cons. 77. num. 12. & 13. & cons. 223. nu. 2. & seq. & num. 23.

Vide. Statutum circa iustitiam faciendam, vel negandam certis casibus. Conclus. 580.

8 Restringe, quia imo Bulla Sixti V. excipit adunantias ad persequutiones bannitorum, item si necessitas vrgeret, prout pro defensione.

9 Restringe, quia Bullæ prædictę quatenus loquuntur de præstantibus auxilium, consilium, vel fauorem facientibus adunantiam, intelliguntur, quando ad malum finem, non si ad bonum finem quis auxiliatur, consulit, vel fauet. Geminian. in cap. fin. §. illud autem, de pœn. in 6. Zabarell. in clem. 1. n. 9. & ibi Vitalin. n. 37. de pœn. & in specie de prohibito fauere bannitis. Bertazol. cons. crimin. 58. num. 14. & num. 18. vbi apostill. quod ita fuit iudicatum, & cons. 100. num. 13. & seq. in simili Crauett. cons. 3. num. 12. & seq. quia Bullæ dolum requirunt.

10 In contrarium facit, quia aperiretur via auxiliatoribus, consulentibus, & fouentibus, qui semper dicerent, se ad bonum finem auxiliatos esse, vel fouisse, vel consuluisse, ideo vsus non admittit dictam restrictionem, cum simus in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum.

11 Declarat Alex. cons. vltimo Viso processu. nu. 4. ver. nam aduertatur. lib. 2. quia si statutum requirat quod vt puniatur guarnimentum, andata, vel caualcata facta ad malum, vel damnum alterius, prout in statuto Bononiæ, tunc si post adunantiam sequitur malū incontinenti, ea præsumitur ordinata ad malum à principio, alias secus, allegat Bart. in l. si ventri, per illum text. §. fin. ff. de priuil. credit.

12 Restringe, quia Bulla requirit dolum, quia imponit pœnam læsæ maiestatis, quę læsa maiestas requirit dolum malum. l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. Dec. cons. 605. num. 3. & sequen. & inferunt expresse verba Bullæ Sixti V. in ver. nos attendentes, & in simili Bertazol. cons. 77. n. 11. & seq. plura per Castrens. cons. 277. In causa carceratorum, vbi per totum, quod is, qui aggressus conuocauit amicos in domo sua ad se defendendum, licet sequutum sit homicidium contra aggredientem; tamen non tenetur, neque ipse conuocans ad rem licitam, neque alij, sed neque faciens homicidium debet puniri pœna mortis, sed extraordinaria, & maxime num. 3. & per totum.

13 Limita, quia sicuti licitum est impune interficere rebelles, fractores pacis, ita etiam licitum est impune congregare amicos, & homines ad interficiendum. Ruin. cons. 1. lib. 5. in princip. & consil. 2. numer. 7. & sequen. ver. ex hoc etiam, eod. lib.

14 Limita, quia sufficit causa colorata. Plot. cons. 131. numer. 21. tom. 1. criminal. Io. de Amicis. cons. 138. num. 11. Marsil. cons. 77. num. 21. & seq. Ias. cons. 46. num. 4. lib. 3. Bertazzol. d. cons. 77. num. 14.

15 Limita, quia vbicunque licita est demolitio alicuius structuræ de facto factæ, licita est congregatio hominum armatorum ad illā fine licentia superioris, tanquam ad actum licitum, & permissum. Crauett. late dicto consilio 4. num. 14. & sequen. vbi num. 18. ponit multa exempla de congregantibus armatos ad nuptias, ad capiendam possessionem, ad recuperandam, & alia similia.

16 Extende, quia non tenetur de eo, quod sequitur ex accidenti, quando licita fuit congregatio, & ad actum licitum. Crauett. cons. 18. num. 9. & seq. clarius cons. 4. num. 15.

17 Extende, quia imo sufficit, quod probabiliter crediderit sibi licere, quia si cessat dolus non potest puniri dē violentia, quæ dolum requirit. Crauett. d. cons. 18. num. 10.

18 Restringe, quando potest timeri de scandalo, quia non excusaretur, quia debuit cum moderamine inculpatæ tutelæ id facere. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. glos. in l. quoniam multa. C. de vi publ. in ver. interemptus; imo neque indebita licentia Iudicis excusaret. Menoch. de recuperand. remed. 8. numer. 12. & sequen. maxime num. 41. vbi, quod resistentia potest fieri, si fiat offensa de facto.

19 Declara, quia differunt congregatio, & adunantia, quia illa sonat in bonum, ista vero sonat semper in malum, & est prohibita. Crauett. d. cons. 4. num. 18. vbi latissime.

20 Limita, quia si tria concurrunt delinquens non punitur. Primum, quod quis aggreditur factum non prohibitum, neque ex dolo. Secundum, quod

delictum ſequatur præter propoſitum contra aggreſſorem. Tertium, quod tale delictum, quod habet probabilem excuſationem nunquam punitur; ſi vero fiat contra non aggreſſorem mitiori pœna punitur. Caſtr. conſ. 277. per totum. lib. 2. & maxime nu. 3. vbi loquitur in eo, qui prouocatus, & laceſſitus ab alio, quod volebat per vim ingredi domum illius, & vxorem ſtuprare, & conuocauit conſanguineos pro tuitione domus, & honoris, ſi eueniat quod ille accedat ad domum, & interficiatur non punitur is, qui congregauit gentes, quia licite ſine dolo ad defenſam commiſit homicidium præter propoſitum, quia inſultatus fuit, & habuit cauſam probabilem.

31 Limita in congregatione Vniuerſitatis, quia licita eſt ſine licentia. Crauett. d. conſ. 4. num. 19. & ſequen.

32 Limita, quia ſi ex adunantia facta ad bonum finem ſequatur homicidium, tenetur de homicidio ſolus homicida, alij vero qui ad alium finem bonum erant adunati non tenentur in aliquo. Caſtrenſ. conſ. 335. Viſa, & ponderata. ver. cæterum. lib. 2.

33 Extende, quia de iure communi, ſi plures ſunt adunati ad illicitum, puta, ad violentiam inferendam, & ſequatur homicidium, tenetur ſolum homicida, & caput adunantię tamquam author, de homicidio, alij vero non tenentur, neque de auxilio, & ope, quia non ad illum finem fuerunt adunati. Caſtrenſ. d. conſ. 335. ver. cæterum. lib. 2.

Aduocati habent multa priuilegia. Concluſ. CCXXX.

1 ADVOCATO debetur ſalarium etiam non conuentum, quia eſt ſpeciale priuilegium in aduocato. Feder. de Sen. conſ. 218. in princ. ver. non obſtat quod de aduocato.

2 Declara, quia non poteſt eſſe teſtis pro clientulo ſuo, & ſibi non creditur.

Vide. Teſtes multi non admittuntur, & non ſunt idonei ratione affectionis. Concl. 203. nu. 8. & ſeq.

Aduocatus quando inducat excuſationem pro ſuo clientulo. Concl. CCXXXI.

1 ADVOCATVS tempore ſuę abſentiæ inducit iuſtum impedimentum, vt in cauſa, in qua eſt aduocatus debeat ſuperſederi, ideo datur ſecunda dilatio ob abſentiam aduocati, quæ probatur ſolo iuramento allegantis impedimentum. Federic. de Sen. conſilio 114. Super puncto, in princip.

2 Et aduocatus reſpicit defenſionem cauſæ, ideo ſicuti defenſio tolli non poteſt etiam in cauſa ſummaria; ita non poteſt etiam negari dilatio ad prouiſionem faciendam de aduocato. apoſtill. ad Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. ſine ſtrepitu, in ver. aduocatus.

3 Contrarium dicit Bart. in d. extrauag. ad reprimendum, in ver. ſine ſtrepitu, in fin. quia non debet Iudex dare dilationem ad prouiſionem faciendum de aduocato, quia aduocatio reſpicit ſtrepitum iudicij, qui eſt ſublatus per clauſulam ſine ſtrepitu.

4 Quando autem dilatio ſit danda ad prouidendum de aduocato, vel non. Iaſ. in l. fin. col. 1. ff. de ferijs, & non datur in cauſis ſummarijs, vt per Maſcar. Concluſ. 10. in fi. de quo infra.

Vide. Abſentia multiplex, & in quibus excuſet. Concluſ. 33. num. 11.

Vide Maſcard. concluſ. 10. vbi quod abſentia aduocati probatur iuramento.

Aduocati qualiter ſe gerere debeant circa conſilia. Concluſ. CCXXXII.

1 ADVOCATI vbi agitur de poteſtate Principum neganda debent abſtinere in conſulendo, quia multa mala exinde poſſunt euenire, & pericula, quę ſunt cauenda, quia eſſet ponere os in Cęlum. Bald. conſ. 248. Quæritur vtrum donatio, in fin. lib. 1.

2 In cauſis, in quibus agitur de patrimonio Principis, & Fiſci debent remittere partes ad iuſtitiam Principis, & abſtinere à deciſione cauſarum contra Fiſcum. Bald. conſ. 253. Illuſtris Dominus. in fin. lib. 1.

3 Conſcientiam rectam, & piam, debet habere aduocatus, & propterea in dubijs opinionibus piæ cauſæ debet fauere. Bald. conſ. 254. Titius inſtituit ſororem, circa finem. ver. iſta eſt difficilis quæſtio. lib. 1.

4 Officium aduocati eſt primo fundare intentionem ſui clientuli, poſtea reflectere contraria, ita dicit bonum aduocatum debere facere Ioann. de Anan. conſ. 19. num. 11. & ſeq. ver. faciam igitur.

Aduocatorum mala profeſsio. Concluſ. CCXXXIII.

1 CONTRA aduocatos ſcribit Seneca in declamationibus, vt ſcribit Lap. alleg. 55. Reuerende Domine, in princ. per hæc verba. Hic clamoſi iurgia fori improbas iras, & verba locat, & idem alleg. 58. in fi. dicit, ſed ſtrepitus, & figura me vocat, & vnda clientulorum latas mihi pertraxit ædes, indulge precor arti moleſtiſſimæ, quæ non ſomnum patitur, neque quietem.

2 Vide apoſtill. ad Lap. d. allegat. 55. in princ. in ver. verba locat, vbi plura addit, & dicit, quod verba locat aduocatus, verbaq; iactat huc, & illuc, in huiuſmodique aduocatos inuehitur ibi, & allegat Neuiz. in ſilua nuptiali dicentem, quod Clemens Papa IV. non volebat audire eos in voce, propter verba aliquando impertinentia.

Aeris corruptio cauſatur ex foetore. Concluſ. CCXXXIV.

1 AER corrumpitur ex fętore: ideo valet pactum, quod non poſſit fieri maceratorium in certo

Digitized by Google

in certo loco vicino Monaſterio, vel alio loco. Ancharan.conſ.262.Præmittendum eſt, in princ.

2 Extende, quia huiuſmodi pactum inducit perpetuam ſeruitutem rei,quę tranſit ad extraneum ſucceſſorem. Anchar.d.conſ.262.in fin.

3 Extende, quia cenſetur huiuſmodi pactum factum in venditione, repetitum in alio contractu emphyteutico poſtea facto, quia cauſa eſt perpetua, & ſucceſſiua. Ancharan. dicto conſilio 262. num. 3.

Affectio, & amor quando maior vni, quam alteri. Concluſ. CCXXXV.

1 AFFECTIONEM maiorem præſumitur habere auus ſuis deſcendentibus natis, & quos cognouit, quam alijs, licet in eodem gradu ſint quos ignorauit, & non cognouit. l. alumnus. ff. de manumiſſ. teſtam. Roman. conſ. 231. Præmiſſorum. num. 3.

2 Extende, quia etiam in fauorabilibus datio tutelæ, & legatum fauorabile factum non extenditur ad filios, quos pater ignorabat habere, ſed ad eos, quos ſciebat, quia conſenſus non trahitur ad ignorata. Roman. conſ. 231. num.4. ver. vltimo quia.

3 Extende,quia auus dotans neptes ex filio cenſetur contemplatione filij eas dotare,quando non ſunt natæ, ſecus ſi potuit ipſis natis habere particularem affectionem.

☞ Vide. Dos profecta ab auo. Concluſ. 783. nu. 10. & num. 19.

4 Amplia, quia maiorem affectionem preſumitur teſtator habuiſſe deſcendentibus ſuis, quam tranſuerſalibus. C. de inſtit. & ſubſtit. l. generaliter. plene Roman.conſ.134. Pro declaratione. col.penul.ver.ſecundo idem.

5 Et haberetur pro abſurdo, ſi fieret interpretatio,quod deſcendens magis dilectus excluderetur ab extraneo minus dilecto.

☞ Vide. Abſurdum quid ſit. Concluſione 65. nu. 17. & ſequen.

6 Amplia,quia primo loco nominatus & inſtitutus præſumitur magis dilectus,& ideo ſemper dubia diſpoſitio interpretatur ad fauorẽ primi inſtituti contra ſecundo loco inſtitutum, quia maior affectio preſumitur ex parte teſtatoris. Ro.d. conſil. 134. numer. 5. in fine. ver. tertio principaliter.

7 Reſtringe, ſeu limita multis modis, de quibus Maſcard. concluſ. 67.Affectio,vbi, quod magis honoratus, & primo nominatus, præſumitur magis dilectus,& limitat quinque modis.

Affectio non cadit in pecunia, ſed in alijs rebus, & bonis. Concluſio. CCXXXVI.

1 AFFECTIO non poteſt cadere in pecunia, & pretio, ſed in re, & ſpecie tantum cadit. Alex. conſ. 109. Viſo proceſſu.nu.8. ver.quia reſpondeo. lib. 5.

2 Operatur affectio magis ad vnam rem, quam ad aliam, vt quandoque, quis eligat magis rem minus valentem, quam maius pretium. Alexan. d. conſ. 109.num.8.lib.5.

Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuilegium, & quando ſecus. Concluſ. CCXXXVII.

1 NEC OCIVM habens priuilegium amittit illud,quando eſt affectatum,prout dicitur de Prælato,qui licet quando eligitur,& proſequitur ſuam electionem repetat expenſas, tamen perdit priuilegium, quando impetratio fuit affectata.Angel.conſ.245. Quia omne datum.nu.5.in fin.ver. preterea iſta Prælatura.

2 Pia cauſa non dicitur pia, ſi per affectationem procurat aliquid, ideo donatio facta pio loco,qui procurauit in damnum proximiorum donantis, non habet priuilegium piæ cauſę, & ideo illi donata licite non poteſt retinere,argumento not.in cap. conſtituit 10.quęſt. 3. & in cap. fin.17.quęſt. vltima.

3 Extende in multis caſibus expreſſis per Marſil. in rub.ff. de fideiuſſo. num. 153. vbi late ponit multa exempla, quibus affectatio, & procuratio operatur, vt negocium, cauſa, vel actus priuilegiatus non tribuat priuilegium ei, qui affectauit, & procurauit, & ibi principaliter, quod licet fideiuſſor liberetur, ſi principalis fuit condemnatus capitaliter ex alia cauſa, ita quod is non poteſt repreſentari, tamen fallit ſi affectaſſet talem condemnationem, vt liberaretur fideiuſſor.

4 Extende maxime, vt ille, qui procurauit dari conſanguineo curatorem tamquam fatuo non audiatur volens docere illum conſanguineum ſanæ mentis, quia inſtituit hæredem procurantem dari curatorem. Marſil. d. rubr.ff. de fideicomm.n. 153. & infra nu. 8.

5 Malum faciens prætextu boni grauius punitur, quia ineſt affectata cauſa. Florian. de S. Petro. conſ.26.num.52. ver.ſecundo, & num.58.

Vide. Mendicantes ficti qua pœna puniantur. Concluſ. 191.

6 Faciens actum procuratum tempore periculi non præſumitur, niſi in affectationem, & odium alterius, ideo in articulo mortis legitimans ſpurium, item per ſubſequens matrin.onium, vel permutans beneficium pingue cum tenui, aut quid ſimile faciens,nihil facit:plura cumulat Menoch. conſ. 108. num.15.& ſeq.lib.2. vide c. 2. & ibi DD.de renunciat.lib.6.

7 Et ignorantia affectata habetur pro ſcientia, vide multa exempla apud Felin. in c.fi.n.3.vſque in fin. de teſtib. vbi more ſuo dat multa ſimilia, in quibus is, qui procurat cauſam priuilegij, vt habeat priuilegium, illud non conſequitur.

8 Et facientes dare curatorem prodigo, ſi ab eodem hęredes inſtituantur non poſſunt gaudere beneficio inſtitutionis, nec admittuntur ad probandum contrarium. Rota in antiq. deciſion. 4. de te-

Digitized by Google

de teſtamen. ſequitur Marſil.in repet.rubr.ff.de fideiuſſ. num. 153. Franc. Cremę. ſingul. 97. incip. Curator prodigi.

9 Et percutiens teſtem antequam examinetur,vt repellat a teſtimonio , non repellit eum à teſtimonio ferendo. Marſil. in l. 1. §. cum quis latronem numero 5.& ſeq.ff. de quæſtion. vbi plura exempla ponit.

10 Et procurans vxorem decedere, vt lucretur partem dotis, illam amittit.Marſil. d.l.1.§.cum quis latrones.num.6.ff.de quæſtio.

11 Et is,qui ex dolo , vel cauſa procurata patitur labi tempus,perdit reſtitutionem in integrum.Paris de Puteo in tract. de re militari,in 3.lib. §. ſtatuta dies. num. 4.

12 Et obligatus implere laudum ſub pœna compromiſſi,etiam quod laudum ſit nullum ſi ex dolo ſuo non implet , vt laudum ſit nullum, non poteſt allegare nullitatem ad ſui fauorem ex dolo procuratam.Caſtren.conſ.116.Viſo compromiſſo.ver. breuiter.lib.1.

13 Et faciens abſentare vxorem ſuam , & poſtea illam accuſans de adulterio, & obtinens condemnari in contumaciam ſtante ſtatuto , quod contumax habeatur pro confeſſo non poteſt iuuari ex tali contumacia procurata. Anchar. conſ. 408. Probata tanti viri.num.2.

14 Extende.quia ſtatutum,quod bannitus poſſit impune interfici nô habet locũ ſi interficiens procurauit illũ banniri in contumaciam, & cauſauit contumaciam.Anchar.d.conſ.408.in princ.& per tot.

15 Et debitor differens ſoluere ſuo creditori,vt poſtea ſoluat tyranno inimico creditoris, non liberatur,qui alias liberaretur.Chriſtophor.de Caſtillio. conſ.1.circa fi.ver.non obſtat aliud.

16 Teſtes affectati procurantes examinari,vel ſcripturas exhibentes ſponte non ſunt idonei . Pariſ. conſ.54.num.29.lib.4.

Vide . Teſtes ſpontanei quando probent , vel non.Concl.222.

17 Auia affectans tutelam,& perſuadens matri, vt tranſeat ad ſecunda vota,vt ipſa non ſe intromitteret in tutela filiorum , repellitur propter mendacium , & cauſam procuratam tamquam ſuſpecta. Ioan. de Imol.conſilio. 78. Viſis , ac ponderatis,in princ.

18 Generaliter inducens alium ad aliquid faciendum per dolum, vel mendacium, vt ſibi actio, vel aliud acquiratur perdit actionem,vel ius,quod eſſet quęſitum propter procurationem,& affectationem doloſam. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. Imol.d.conſ.78.in princ.

19 Et confeſſio ſpontanea carcerati , licet noceat confitenti ſine ratificatione, tamen ſecus eſt ſi fuit perſuaſus ad confitendum ſub promiſſione veniæ, quia tanquam procurata,& affectata , ſeu doloſa non releuat. Ioann. de Imol. conſilio 109. in prin.

20 Et lex fingit eſſe id , quod non eſt contra doloſum affectantem , nam impediens immittendum in poſſeſſionem in actione reali , ne illi acquirat pignus prætorium, vel iudiciale, aut hypothecam, immittendus habetur pro immiſſo , quoad impedientem . Io.de Imol.con.116.num.5.& 6.

21 Contra procurantem occultare probationem, ne veritas apparet , probatio per coniecturas admittitur Io.de Imol.conſ.147. In cauſa inter Franciſcum.num.6.ver.item quia.

22 Citatus coram Papa, & alio ſuperiore eodem tempore excuſatur , ſi coram Papa tanquam diguiore comparet , ſecus ſi ipſe procuraſſet citari coram Papa,quia non releuaretur propter procuratam citationem.Guido.pap.deciſ..443.

23 Præceptum Iudicis debitori ne ſoluat creditori ſuo excuſat debitorem à mora, ſed ſi debitor tale præceptum procurauit , non excuſat in aliquo. Iaſ.in l.fi.col.2.in 2.not.ff.qui ſatiſd.cogan.

24 Solemnitatem ſeruare non tenentur partes celebrantes contractum extra locum, ſed quando affectantes extra locum celebrarunt contractum , ne ſolemnitatem ſeruarent , actus eſt nullus ex defectu formę. Crauett.conſ. 323.in fin.& 325. column.4.

25 Licet carceratus, qui non poteſt comparere excuſetur , tamen non excuſaretur quando eſſet carceratio affectata, videlicet facta ſtatim emiſſa citatione, vel arbitrio Iudicis. Iul. Clar. in §.fin. quæſt. 34.numero 7.eſt tex.in l.2.§.final. ff.qui ſatiſd. cogan. ſecundum Alexand.in l.ſi vero numero 3.ff.cod.

26 Noua cauſa, quæ excuſat offendentem à ruptura pacis, non excuſat , ſi ipſe cauſam nouam tribuit,& affectauit. Clar.in §.fi.quæſt.47.nu. 9.in fi.

27 Confugiens ad Eccleſiam,qui efficitur tutus, & non poteſt extrahi , bene extrahitur quando delictum ſub ipe immunitatis commiſiſſet in Eccleſia, quia tunc nullam habet immunitatem , quia affectauit, & etiam, quia abuſus eſt priuilegio contra Eccleſiam.c.fin.de immunit.Eccleſ.

28 Obligatus repreſentare aliquem ſi procurat ipſum banniri ex aliquo delicto etiam vero non excuſatur,quia cauſa eſt procurata.Alex.in l.ſi vero, in prin.n.3.ff.qui ſatiſd.cogan.

29 Fœudatarius alienãs fœudum antiquum,vt deuoluatur Domino,& priuentur agnati vocati,non poteſt agnatis præiudicare , quin fœudum ad eos deuoluatur,quia cauſa affectata , & dolus non debet patrocinari doloſo. Abb. conſ.3. Nitar. col. 6.ver.ſed præſuppoſito.lib.2.

30 Publiciana non datur contra titulo poſſidentem etiam ſi titulus ſit habitus ab eo,qui potuiſſet excludi ab agente Publiciana,tamen id,ſi titulus fuit procuratus ad effectum excludendi agere volentem Publiciana,non releuat.Alex.conſ.118. In cauſa.n.1.2.ver.præterea.lib.2.

Vide ad iſta.Dolus,& fraus non debent patrocinari doloſo.Concl.581.

Vide. Facto meo cauſata.Concl.16.

Vide . Cauillationes , & figmenta fugienda , & quid ſint. Concl.133.vbi quod faciunt perdere beneficium .

Vide, Color quęſitus quid ſit,& operetur.Concluſ.469.

Vide.Velamen,& color quęſitus multa operantur.Concluſ.38.

Vide . Diligentia prodeſt , & quando noceat. Concluſ.448.

Vide.Prœuentio per modum ſupplantationis nocet prœuenienti.Concl.649.

31 Limita, quia dolus ,& affectatio tribuit in aliquo commodum affectanti,nã laicus delinquens ſi dolo efficitur Clericus, vt euitet iudiciũ ſeculare, licet non euitet quoad bona,& pœnam bonorum, tamen euitat quoad perſonalem carcerationem, vel punitionem , quia Iudex ſecularis perſonam non tangit Io. de Imol. conſ. 118. In caſu prœmiſſo,& conſ.119. Ad primum.

Ex-

Digitized by Google

32 Extende, quando quis facit quidem affectate, sed de iure facit, prout si ego promisi representare hominem qui commisit homicidium, & se absentauit; nam si ego iuste procuro ipsum banniri pro homicidio, non teneor præsentare, quia licet affectem, tamen iure facio, nec procedit à me dolus, ita Fulgos. in l. si vero, quem ibi citat Alex. num. 3. ff. qui satisd. cogan. & licet Alexand. teneat partem contrariam, quæ est opinio Bart. tamen posset distingui, quia si publice interfit illum representandũ puniri, ille excusetur ex causa vera publica, licet procurata, sed secus est si causa procurata sit priuata, prout quando procurassem quod carceraretur pro debito ciuili, vel delicto non respiciente publicam vtilitatem, vel si respiciat publicam vtilitatem sit ex dolo, non ex veritate.

Affectus quid sit, & qualis dicatur contractus fieti. Conclusio. CCXXXIIX.

1 AFFECTVS est nomen generale, & indefinitum. Bal. cons. 116. Columbinus dedit, n. 4. ver. & scias, quod istud nomen, lib. 1. vbi vult concessionem affectus nomine dici potius simplicem locationem, quam emphyteuticam.

2 Extende, quia licet raro reperiatur hoc nomen affectus in iure, tamen de iure Canonico fit mentio in c. Pisanis, de restit. spoliat. Bald. cons. 114. Quędam Monialis circa fin. lib. 1. vbi, quod concessio in emphyteusim, vulgariter dicitur concessio in affectum.

Vide. Locatio, quid sit, & locationis appellatione qui contractus veniat. Concluſ. 400.

Affinitas quotuplex, quid sit, qualiter contrahatur, & quandiu duret, & qualiter probetur. Conclusio. CCXXXIX.

1 AFFINITAS distinguitur gradibus, & generibus, iuxta not. in c. non debet de consang. & affinit. Gemin. cons. 33. num. 2. ver. quoad primum, qui dicit primum gradum affinitatis primi generis impedire matrimonium contrahendum, secus si affinitas esset in secundo genere.

2 Et de multiplici significatione affinitatis, quæ etiam consanguineos importat. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 20. ver. affines, vbi plura cumulat.

3 Et contrahitur affinitas per carnalem copulam, etiam illicitam, & non matrimonialem. Gemin. cons. 33. num. 7. ver. tacuit similiter, & ista dicitur simplex affinitas, quæ non inducit publicam honestatem, prout affinitas matrimonialis. Geminia. dict. cons. 33. numer. 8. ver. item fortificatur.

4 Declara, vt per Concilium Tridentinum, sess. 24. de reformat. c. 4. vbi, quod affinitas contracta ex fornicatione non dirimit matrimonium contractum, nisi sit in primo, & secundo gradu.

5 Gradum proprie non habet affinitas, quia concluditur in socero, & socru; genero & nuru; nouerca, & vitrico; priuigna, & priuigno, l. non facile, §. affines, ff. de grad. affinit.

6 Contrarium dicit Alex. cons. 229. Ponderatis, num. 3. ver. quod autem fuerit incestus, lib. 6. vbi, quod sicuti is, qui coniungitur vxori meæ in primo, secundo, vel tertio gradu, aut deinceps consanguinitatis, ita mihi marito coniungitur eodem gradu affinitatis.

7 Declara, quia affinitas de iure ciuili restringitur ad priuignam, nurum, nouercam, socrum, & sororem vxoris, l. si adulterium cum incestu, in prin. ff. de adulter. Alex. plene, cons. 229. Ponderatis, nu. 6. & seq. ver. & tanto magis, lib. 6. De iure vero Canonico habet gradus, ut in contrario, & ideo dicit ibi Alexan. quod si agatur de pœna incestus, vel affinis cognitę secundum ius Ciuile, pęna iuris ciuilis non habebit locum, nisi in gradibus iuris Ciuilis, quia non extenditur pęna ad gradus incognitos per ius Ciuile, & inductos per ius Canonicum, quia debet mensurari rebus sic stantibus, & num. 8. dicit, quod licet nurus, & socrus habeant se, vt ascendentes, & descendentes, tamen vere non sunt tales, & aliud est esse talem, aliud haberi pro tali.

8 Affinitas quoad impediendum matrimonium durat cum superuiuente, & omnibus consanguineis mortui coniugis, vsq. ad quartum gradum, c. 1. de consanguin. & affini. Aegid. Bellam. cons. 28. nu. 2. allegat, c. fraternitatis, 25. q. vltima. Castrens. cons. 80. n. 2. lib. 2.

9 Et ista affinitas non transcendit primum gradum, quia cum maritus, & vxor sint vna caro, omnis, qui est marito coniunctus quarto gradu dicitur etiam coniunctus vxori, & è cõtra, extra istos, consanguinei vxoris, & mariti inter se non habent consanguinitatem, neq. affinitatem. c. porro, 35. q. 5. vbi est casus.

10 Quod non procedit quoad alios effectus, quia non durat affinitas mortuo vno ex coniugibus, ideo statutum mandans fieri compromissum inter affines usq. ad quartum gradum, debet intelligi de affinibus pręsentibus, nõ de ijs, qui fuerunt, ideo nouerca, & priuignus mortuo pãtre priuigni, qui erat maritus nouercæ, non sunt affines. Alex. plene, cons. 207. Ponderatis uerbis, lib. 6. per totum, & in l. non tantum ad fi. nũ. 17. ff. de re iudi. Blanc. tract. de compromiss. par. 1. num. 22. uer. & uxor, & num. 28. plene Castrens. cons. 80. Super primo, numer. 2. uer. ad tertium quæsitum, lib. 2. ubi citat Bald. in l. fin. C. de uerb. signific. & dicit, quod ita tenuerunt Doctores antiqui Perusini.

11 Extende, ut procedat etiam, si nouerca remaneat in uita uiduali. Alex. d. cons. 207. n. 21. & seq. ver. non obstat quinto, lib. 6.

12 Contrarium tenent plures, quos citat Alexan. dict. l. non tantum, numer. 17. ff. de re iudic. * ubi tamen dicit quod opinio uerior, & * communis est contraria.

13 Extende etiam, si remanserint filij, quia affinitas est dissoluta, & finita quoad omnes effectus, excepto impedimento matrimonij contrahendi. Alexand. dict. cons. 207. Ponderatis, numer. 21. uer. non obstat etiam quod quando remanserunt, lib. 6.

14 Contrarium, quod si filij remanserunt non sit in totum dissoluta affinitas, sed quasi suspensa, quia

quia non ceſſat amor. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa in 1. parte, numer. 29. ver. ſed hic pauliſper, iunctis iis, quæ ibi ponit in. 17. limit. ad quam ſe remittit, & in 31. limit.

15 Declarat Tiraquel. in d. tract. ceſſante cauſa in prima parte, nu. 39. ver. porro Oldrad. quia aut vult admitti ad beneficium iuris communis, & durat priuilegium affinitatis, aut ad priuilegium ſpeciale, & non competit finita affinitate per mortem vxoris, vel mariti.

16 Qualiter autem probetur affinitas, & conſanguinitas, an per teſtes, vel famam, & quibus modis, vide Maſcardũ concluſio. 69. An affinitas, & conſanguinitas poſſit per teſtes probari: & concluſio 73. Agnatio in ſucceſſione qualiter probetur.

Afflictio non eſt addenda afflicto. Concluſ. CCXL.

1 AFFLICTIO non eſt addenda afflicto. l. nauis. §. cum autem, ff. ad l. Rhodiam de iactu. Petr. de Anchar. conſi. 52. Pro clariori deciſione, in prin.

2 Amplia, quia ſtatutum, & quælibet diſpoſitio addens afflictionem afflicto, prout quod offenſus caueat de non offendendo iniuriantẽ, dicitur odioſum, & ſtricte intelligendum eſt. Petr. de Anchar. d. conſ. 52. per tot.

3 Amplia, quia is, qui habet dignitatem, vel magiſtratum, ſiue ſæcularem, ſiue Eccleſiaſticum, ſi efficiatur cœcus, vel inhabilis ſine culpa ſua, non debet amoueri, ne addatur afflictio afflicto. Abb. conſ. 47. Videtur primo, per totum, maxime, num. 4. lib. 1.

4 Limita, niſi ex cauſa, quia quando afflictus dat cauſam nouæ afflictionis debet noua addi afflictio. Angel. conſ. 197. Incendium eſt ortum, circa fin. ver. non obſtat tertium.

Vide. Furioſus delinquens non punitur. Concluſio. 546.

Agere inuitus nemo compellitur, & qualiter procedat. Concl. CCXLI.

1 AGERE nemo compellitur inuitus. tit. C. vt nemo inuitus.

2 Extende, quia neq. ad inſtantiam partis, neque ex officio Iudex compellit aliquem agere. Rom. conſ. 53. col. 2. ver. quinimo.

Vide. Quia nemo compellitur agere ante tempus cõceſſum à lege, vt dicit incertus author poſt regulas. Socin. Regula 14. Agere quis non cogitur, vbi limitat ſex modis.

3 Amplia, quia etiam in criminalibus nemo compellitur accuſare, puta, pro raptu, vel adulterio, ſed ſolum pro homicidio poſſunt hæredes compelli tanquam obligati vendicare necem defuncti cuius ſunt hæredes. Bald. conſ. 171. Quæritur vtrum lib. 4. & ita de conſuetudine ſeruari, quod pro homicidio compellantur hęredes accuſare. Clar. in prax. q. 15. nu. 5. Rom. conſ. 167. Antonius num. 6. ver. Quinto præmiſſa, vbi plena apoſtil. in ver. Homicidij, citat plures concord.

4 Contrarium verius, quod accuſare non compelluntur etiam in cauſa homicidij hæredes, dicit Iul. Clar. d. q. 15. n. 5. ver. item quæro: vbi, quod communis* eſt opinio, bene verum eſt, quod compelluntur narrare factum, & examinari, ſed agere non.

5 Extende, quia etiam is, qui aduerſarium accuſauit de ſtupro, & ſolum probauit de attentato ſtupro, & propterea à primo proceſſu fuit abſolutus accuſatus, non poteſt per Iudicem compelli, vt accuſet ſuper attentato ſtupro iam confeſſato, vel probato, ita Bar. conſilio 39. Viſo proceſſu, pet totum, maxime in fine, libro ſecundo.

Vide. Incertum authorem in regula 4. poſt regulas Soci. Accuſare quis non cogitur, vel agere vbi limitat duobus modis.

6 Amplia, quia ius præſcriptionis competens reis conuentis, pro ſe defendendo in bonis, vel in iure paſcendi, vel exigendi affidas, pedagia, vel gabellam, non poteſt intentari per actores ipſis inuitis petendo eiſdem aliquam præſcriptionem non competere, cum ad id petendum actionem aliquam non habeant, & eis inuitis id ius non poteſt in iudicium deduci. l. 1. C. vt nemo inuitus agere cogatur. Rom. conſ. 53. & quia actores non habent res obligatas ad præſtandam ſibi patientiam. Bart. & Alex. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damn. infect.

7 Contrarium credo verius, quando actores ſunt qui compelluntur ſoluere, poſſunt enim opponere ſe liberos, & reos conuenire ad præſtandam patientiam, vt poſsint paſcere, vel tranſire ſine gabella. Roman. conſilio 412. Pro habenda, in principio.

8 Declara igitur, quia procedit ampliatio, quando tertius, qui non moleſtatur, vellet ipſe compellere ad docendum, quo iure, contrarium vero procedit, quando is, qui compellitur, vel timet compelli.

9 Limita, quia ex cauſa quis compellitur inuitus agere, vt ſi ſubeſt cauſa tollẽdi peccati, prout in eo, qui vult vſuras extortas reſtituere, quia poteſt, ſi neſcit quibus reſtitutio ſit faciẽda per proclama generale citare eos, quibus eſt facienda reſtitutio, vt agant ad effectum, vt reſtitutio fiat pauperibus, ſi nullus comparet. Feder. de Sen. conſil. 153. col. 1. ver. item aſſignato termino.

10 Limita in cauſa ſtatus, quibus diffamantes poſſunt compelli ad agendum. l. diffamari. C. de ingen.

Vide. Diffamatus de crimine. Concluſione 411.

11 Extende, quia Iudex non poteſt præfigere terminum ad agendum alicui ſine cauſa, neque ad inſtantiam partis, neque ex officio, niſi præcedat diffamatio. Roman. conſ. 53. colum. 2. ver. quinimo.

12 Limita vbi periculum eſt in mora, & vbicumque ſubeſt cauſa. Hoſtien. in ſumma de libell. oblat. §. vtrum actor. Feder. de Sen. d. conſ. 153. ver. Item aſſignato.

13 Limita, quia habens exceptionem, qua mediante non poteſt inquietari, poterit conuenire eum, quem timet, ne inferat moleſtias coram illo Iudice, coram quo ipſe conueniri deberet ab actore. & iudicium erit bene intentatum, ne coram alio poſſit moleſtari, plene Roman.

Digitized by Google

man.conſ.412. Pro habenda, in principio.

14 Limita,quia is, qui diffamatur ſuper matrimonio contracto, poteſt compellere aduerſarium ad agendum, vt ſilentium ſibi imponatur. Feder. de Sen. conſil.169. Domino Corrado, in fin.ver.an autem.

15 Limita, quia is, qui donauit bona ſua ex cauſa,poteſt ceſſante cauſa (licet ſit reus) compellere actorem donatarium, vt donatio declaretur nulla. Feder. de Sen. conſ.237. in fine.ver.quicquid ſit.

16 Limita,niſi extet ſtatutum, quod quis compellatur agere, & finire cauſam intra certum terminum, alias cadat à iure ſuo, & terminus ſtatuti ſubrogatus loco termini à iure dati, quando præfiguntur duo termini, idem operatur, quod vlterius poſt terminum non audiatur ſi velit agere de nouo. Roman. conſ. 431. In terminis, per totum.

Agere pro Eccleſia quando, & qui poſſunt. Concluſ. CCXLII.

1 AGERE pro Eccleſia poſſunt Archidiaconus, Canonicus, & quilibet Clericus de Eccleſia ſine mandato,quando Prælatus eſt negligens in agendo, vel proſequendo, etiam ſi Prælatus, & alij contradicerent,& negligentia probatur, eo ipſo, quod non proſequitur, vel ſi conſtat ſummarie de negligentia. Innoc. in cap. cum olim,de teſtib.in princ. vbi quod talis agens non dicitur procurator, ſed procurans.

Vide. Prælatus quando ſolus agere, & tueri poſſit. Concluſ.499.

2 Amplia, vt etiam abſque aliqua negligentia Prælati,poſſit Canonicus, & quilibet de Eccleſia agere nomine Eccleſiæ,pro re male alienata Eccleſiæ, vel occupata, quia eſt ſpeciale hoc caſu, quicquid dixerit Innoc.in d. cap. cum olim. Ita Lap. alleg. 51. num. 2. & 3. ver. ad tertium, per cap. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſ.non alienan.

3 Amplia, vt pro re male alienata poſſint etiam agere Patroni Eccleſiæ, imo etiam Parrochiani. gloſ. in dicto cap. ſi quis presbyterorum,in ver. perſonis, de reb. Eccleſ. non alienan.Lap.alleg. 51.num.13.

Vide infra. Alienatio nulla non obſtat. Concluſ. 267. num.14.& ſequen.vbi declaratur.num. 22.& ſequen.

4 Amplia,quia nedum pro Eccleſia,ſed etiam propia cauſa,quilibet agere poteſt ad vtilitatem Eccleſiæ, & piæ cauſę, & exceptio,tua non intereſt, non releuat. Io.de Anan.conſ.30.Viſa petitione, in princip.

5 Contrarium, quod rector Eccleſiæ teneatur facere fidem de ſua prouiſione Iudici, alias non teneatur reus reſpondere, & Iudex non poſſit procedere ad inſtantiam rectoris Eccleſiæ contra abſentem contumacem, niſi docto ſummarie, quod ſit talis, quia alias ſi non eſſet talis defatigaretur fruſtra.quia ſententia non valeret contra Eccleſiam,tenet Caſtren.conſ.369.Iſte proceſſus. num.3.ver.tertius defectus. lib.1.

6 Limita in Canonico, quia non poteſt agere de dominio ſuę præbendæ contra extraneum nomine Eccleſiæ, quia non poteſt præiudicare Eccleſię ſine mandato,ideo primo loco debet agere Prælatus, niſi Canonicus peteret mandatum,quia tunc ipſe preferri deberet Prælato cum mandato pro ſua præbenda. cap.preſenti de iudic. cum ibi not. Lap.allegat.51.num.6. ver.ſi Canonicus.

7 Declara, quod bene poteſt agere nomine ſuo pro ſua prębenda.Lap. alleg.51.num.16.ver.item not.Io.Calder.& paulo ante num. 15.dicit,quia ſi ſuccumbit, non præiudicat Eccleſiæ, & ipſe de ſuo ſoluit expenſas, ſi obtinet, obtinebit etiam pro Eccleſia.

8 Limita, quia Eccleſia vacante nemo agit de ſtatu Eccleſię actione perſonali. Soci.reg.10.Clericus pro ſtatu Eccleſiæ, vbi limitat duobus modis.

Vide. Abbas non poteſt ſolus multa, & quæ poſſit. Concluſ.15.

Vide. Beneficiatus in quibus nomine Eccleſię agere debeat. Concluſ.83.

Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non poteſt obtinere, & quando eſt ſecus. Concluſ. CCXLIII.

1 AGENS ex vna cauſa, & probans ex alia, non obtinet victoriam, quando certa cauſa eſt expreſſa. cap. Abbate ſane,de re iudic. in 6. Calder. conſ.483. in princ.alias 5. de accuſat. Angel.de Peruſ. conſ.25. Pro deciſione, in princ. vbi reddit rationem, quia remota cauſa deducta remouetur obligatio, & conſ. 123. Viſo libello, in princip. & per tot. vbi declarat, & conſ. 302. Viſis, & diligenter.num.3. vbi, quod ſemper attenditur petendi, & excipiendi forma. Iaſ. in §. omnium.num.66.inſtit.de actio.Corne.conſ.131. In hac conſultatione, in princip. lib. 4. Alexan. conſ. 150. num.24.lib.5.& plenius conſ.181. Viſo proceſſu,per totum, lib. 1. vbi plurima cumulat, & maxime num. 6. verſ. inſuper, & iterum conſ. 56. Viſo proceſſu, in princip. libro 2. & conſilio 184. In cauſa, in princip. ver. preterea dato. libro 6.

2 Declara, quia actor, qui cauſam vnam certam exprimit in libello, non poteſt ex alia obtinere, ſecus ſi non exprimitur cauſa,vel quando expreſſa eſſet, & ageret ex alia cauſa in ſubſidium, quia ſi illa actio non competit, aliam intentat, quia licitum eſt cumulare aliam diuerſam actionem in eodem libello euentualiter. Aegid. Bellamer. plene conſ.29.in princ. & per tot.

3 Et ideo ſi egi ex depoſito, & probaui ex commodato,debet ſequi abſolutoria.Caſtrenſ. conſil. 168. Super primo, in princ. lib.1.

4 Declara totam iſtam materiam, quia agens ex vna cauſa, vel articulans vnum, & probans aliud non obtinet, niſi ex illo probato reſultaret præſumptio iuris, quod illud, quod debuit probari, ſit tale; exemplum, articulans veram fraternitatem, vel filiationem, ſi probat tractatum, & quaſi poſſeſsionem, ex quibus vera filiatio, ſeu fraternitas præſumitur, dicitur veram fraternitatem, vel filiationem articulatas probaſſe,

Digitized by Google

probaſſe Caſtren.conſ.151 .Viſo puncto, in principio.lib.2.

5 Et ſi egi rei vendicatione, & probani poſſeſſionem meam,puta per decem, vel viginti annos,vel etiam, quod nomine meo aduerſarius poſsidet, non poſſum obtinere ex commodato, vel poſſeſſorio, quod competeret. Caſtrenſ. conſilio 169. Viſo quodam proceſſu, num. 5.libro primo. quia inquit videtur ſe arctaſſe agendo ſpecifice alia via.

6 Et agens hypothecaria, & probans de dominio non obtinet, quia variare non poteſt.Roma.conſ. 255.Quoad primum. col. 2. in principio. ver. nec refragatur.

7 Extende,quia agens tanquam Dominus non poteſt obtinere,ſi probat ſe emiſſe à non Domino bona fide. Alexand. conſil.121. Viſo proceſſu. num. 6.ver.ſed ita eſt.lib.1.vbi,quod iſta ſunt contraria eſſe Dominum, & non Dominum: vbi apoſtill.in ver.non,dat concord.

8 Extende in tantum, vt ſi egi ex depoſito,& obtinui ex æquitate, ſed tamen ex probatis non conſtat, non poteſt Iudex appellationis confirmare etiam ex probationibus de nouo factis, quod debeatur ex alia cauſa, quia debet ſecundum acta,& probata iudicare.Bal.conſ.264.Plura puncta, in princ.lib.2.

9 Extende, quia ſi quis agit, quod caſſetur fideiuſsio 1.Iulij nihil agitur, & non poteſt caſſari vna fideiuſsio pro alia, Caſtren. conſ. 81. Viſo quodam,in fi.lib.1.

10 Et ſi agens de falſo inſtrumento ſub die 2. Iunij rogato producat illud de alio tempore,ſequi debet abſolutoria. Caſtrenſ. conſ. 168. in princ. libro primo.

11 Amplia in tantum,quod agens ſpolio contra me tanquam quod eum ſpoliauerim,non obtinebit, ſi alius ſpoliauit nomine meo,& ego ratũ habuerim. Oldr.conſ.199.Pro fundamento. num.8. ver. & ad id autem quod: vbi tamen contrarium tenet, quando libellus non erat reſtrictus, vel quando ex articulis, & proſequutione apparebat de intentione agentis, quod voluit etiam agere ſpolio contra reum,tanquam mandantem ſpolium fieri.

Vide. Reſtringens ſe ad vnam actionem, vel cauſam. Concluſ.304.

12 Amplia,quia intentans interdictum, vti poſſidetis,& turbatæ poſſeſſionis, ſi probat ſe ſpoliatum non obtinebit. Angel.Aret.conſ.19.Videtur omnino.n.28.& 29.ver.quarto non poteſt dicere.

13 Amplia, quia petens reduci laudum ex dolo arbitri, ſi non probat dolum, qui non præſumitur, ſuccumbit, quia ſe reſtrinxit ad dolum Angel. conſ.405.In cauſa vertente,in princ.

14 Amplia maxime quando agens ex vna cauſa probat ex alia repugnante. Nam agens rei vendicatione, tanquam feudatarius pro dominio vtili habito à Romana Eccleſia, ſi probat de directo dominio habito à communi Peruſij debet ſuccumbere etiam ex fellonia commiſſa, quia recognouit à duobus directum dominium. Caſtrenſ. conſilio 369. Viſo, & examinato, per totum, libro 2.

15 Amplia,vt agens ex iure inualido, etiam ſi habeat ius validum non obtinebit. Lap.alleg. 52.nu. 7.ver.æquum eſt ergo,allegat not.in c.ex parte. Ciſter.de conceſſ.præben.

16 Amplia, quia agens ex vna lege non poteſt obtinere ex alia,& intentans remedium ſtatuti,non poteſt de iure communi obtinere. Bart. in conſ. 113.factum tale.lib.2.

17 Amplia, quia libellus in quo actio inepte eſt propoſita,debet lacerari,puta,quia proponio mutuum,& ago ex depoſito,vel locato.Feder.de Sen. conſ.212.Quando proponitur,in prin.

Vide.Libellus ineptus.Concl.315.

18 Declara tamen,quia licet Iudex ex officio poſſit lacerare talem libellum generalem, ſi tamen non fecit,& pars non oppoſuit,valet, & poteſt ſequi condemnatio ex probatis. Angel.d. conſ. 25. in prin.

19 Amplia,quia petens reſtitutionem in integrum ex cauſa non competente in libello, licet probet cauſam competentem, tamen non poteſt reſtitui ex cauſa probata, quia agens ex vna cauſa, &c. Alex.conſ.163.Viſo proceſſu,n.5.ver.cum ergo,& nu.8.ver. Ex quibus.lib.2.

20 Amplia,quia agens ex vna cauſa, & probans ex alia,& ſic quando inepta actio ab ipſo principio non detegitur,ſed ex proceſſu, tunc reus debet abſoluj ab obſernatione iudicij, vt ſi ego ago ex vna cauſa expreſſa,& probo ex alia,ita Feder. de Sen.d.conſ.212.per totum, vbi ponit multa exempla,nu.7.

21 Extende, quia agens ex ratificatione ante iudicium non iuuatur ea non probata, licet ex iudicio cæpto ſit facta ratificatio, ſed quia ex veteri egit præciſe,non obtinebit ex noua.Anchar. conſ.318.In quæſtione.

22 Amplia, vt procedat etiam ſi petitorium, & poſſeſſorium ſimul proponatur, quia ſi reſpectu poſſeſſorij actio inepta detegitur, & probatur,datur abſolutio,quoad poſſeſſorium. Feder.d. conſ. 212.circa med.ver.Simile.

23 Amplia, etiam in cauſa exequutiua inſtrumenti, quia agens ex vna cauſa vti hæres certæ perſonæ cum non ſit,licet eſſet hæres alterius, & poſſet obtinere agendo alio titulo, tamen ex malo titulo, & mala cauſa expreſſa debet ſuccumbere. Corne. dict. conſ. 131. in princ. libro quarto.

24 Amplia in tantum, vt agens ad partem fundi indiuiſam,ſi probat de parte diuiſa debet ſuccumbere, & ſic quando actio eſt inepta ex qualitate ſola iuris, & actionis. Feder. de Sen. conſ. 159.per totum,ubi plura dicit.

25 Amplia in ſpolio,& cauſa matrimoniali, quia agens ex una cauſa, & probans ex alia, non obtinet etiam ſi alia cauſa, & ius ſuperueniens ſit de præterito, quando non fuit deductum,& quando ſuperuenit poſt concluſum in cauſa. Alexander conſil. 150. In cauſa, & lite, numer. 23. & multis ſequentibus, libro quinto.

26 Amplia, vt procedat tam in agente, quam in excipiente,quia ſemper attenditur agendi, & excipiendi forma,ideo agens ex ſtatuto, ſi non competit actio ſuccumbit agens.Angel.dict.conſ. 302.nu.3.

27 Amplia, quod propterea quicquid eſt de ſubſtantia articuli, uel exceptionis, ſi articuletur,uel per modum exceptionis deducatur,debet probari, alias autem probatum, quam articulus,uel exceptio requirat,nihil releuat.Calderin.conſ.190.in princ.uer. certum eſt etiam, alias unicum de exceptio.

Idem

Digitized by Google

28 Idem est in petitione, quia quicquid deducitur, & est de substantia debet probari, alias non potest obtinere. Corne. cons. 131. In hac consultatione, in princ. lib. 4.

29 Extende hanc ampliationem, vt imo articulans vltra substantiam compellatur probare, licet illud ad victoriam causæ non sit necessarium, nisi addat clausulam non se adstringēs, &c. Castr. cons. 26. Certum est, in princ. lib. 1. Alex. cons. 121. Viso processu. n. 4. ver. & hoc etiam, & nu. 12. ver. nec obstat. lib. 1.

30 Extende, quia agens, & fundans se in contractu certæ diei, debet probare diem illam, alias succumbit. Bald. cons. 344. lib. 2. & cons. 52. libro 4. num. 2.

31 Extende in libellante plura copulatiue, quia si non probat omnia non potest obtinere, & imputetur ei, qui se adstringit ad actionem, quam non potest probare. Bald. cons. 256. Actum fuit, in princ. ver. præterea iste libellans. lib. 1.

32 Restringe, vt non procedat quando defectus probationis est in tanto, quantum fuit expressum quia si in libello petij centum mensuras vini talis conditionis tibi consignati ad vendendum, & dico, quod vendidisti ad rationem decem pro mensura, licet non probem de tanto, tamen potest Iudex ex coniecturis, & æquitate, ac verisimilitudine iudicare super probato etiam minori pretio. Bal. cons. 270. Ad euidentiam præmittendum. num. 6. & sequen. ver. item præmitto. lib. 1. & per totum.

33 Amplia, quia intentans successionem sibi debitam de iure communi, non potest obtinere successionem in parte ex forma statuti, & maxime coram arbitro. Castrens. consil. 136. Viso libello. libro 2.

34 Amplia in mutuo vero, quia agens ex eo non obtinet si probat mutuum ciuile, & confessatum, quia triplex est mutuum, videlicet, verum, & naturale, item chyrographarium, item confessionatum. Bald. cons. 256. per totum. lib. 1. & cons. 457. Factum sic proponitur, in princ. lib. 4. Angel. cons. 155. In quæstione vertente. n. 2. ver. super secundo. Alex. cons. 179. n. 2. lib. 2. & infra num. 41.

35 Declara, vt procedat, quando confessio potest importare, nedum probationem, sed etiam obligationem, secus si confessio potest importare solam probationem, quia tunc, qui habet confessionem ad effectum solius probationis, obtinebit. Bald. cons. 380. Tres sunt casus, in princip. ver. videamus ergo. lib. 5. vbi quod ita debet intelligi Specul. & ita plenius declarat Alex. cons. 76. Viso libello, in fine. lib. 6. quia si agit ex deposito numerationis, & probat depositum ex confessione non obtinet, quia probat depositum ciuile, sed excepto depositi, vbi confessio inducit probationem bene obtinebit, & ibi apostill. citat Alexan. cons. 35. lib. 1.

36 Declara, quia si in libello simpliciter mutuum deducitur, & probatur confessio, obtinet in ciuili, si vero in libello fiat mentio de numeratione, probando confessionem non obtinebit. Alex. cons. 179. Visa scriptura. num. 6. & 7. lib. 2. duplicatur, cons. 35. lib. 1.

37 Declara, vt procedat si est opposita exceptio non numeratæ pecuniæ, secus si non potest opponi. Bald. dicto cons. 380. in princ. ver. videamus ergo. lib. 5. Alexand. consilio 179. per totum. lib. 2.

38 Extende, quia agens ex confessione, quod habuit, & recepit certo tempore, & probans de confessione, quod habuit alio tempore non obtinebit. Angel. cons. 155. In quæstione vertente. numer. 2. ver. super secundo, vbi, quod non sufficit probatio simplex, nisi dicat de tempore articulato.

39 Declara, vt procedat, quando in libello deduxit solum mutuum naturale, quia probando confessionem solam non obtinebit, secus si deduxit mutuum naturale, & etiam confessionem, quia probata confessione obtinebit. Bald. cons. 25. Punctus infrascripti. lib. 3.

40 Item non procedit in reo articulante solutionem, & probante de confessione, & liberatione confessionata. Bald. dicto cons. 457. per totum. lib. 4.

41 Amplia in iudicio repetitionis pecuniarum datarum ad cambium, quia si quis agat tanquam ille, qui numerauit pecunias Bononiæ, vt sibi per litteras cambij restituerentur Venetijs, & quia mercator Venetus noluit acceptare litteras, & is qui nominatur in litteris agat contra scribentem ad restitutionem pecuniæ contentæ in litteris, tanquam ab eodem agente numeratę non obtinebit, si ex confessione ipsius constat, quod ipse non numerauit, quia agens ex mutuo vero, & naturali, non obtinet, si probat mutuum ciuile, & ex confessione. Bald. consilio 190. Sempronius Manfredi, per totum. libro 2. supra num. 34.

42 Amplia maxime in Iudice delegato, quia rescriptum ad actionem non competentem tempore rescripti non extenditur. Bald. in l. præscriptione. numer. 40. ver. nono quæro. C. si contra ius.

43 Restringe, & declara multis modis, vt per Io. de Anan. cons. 19. in fin. vers. vltimo restat, videlicet, vt procedat, quando in rescripto est mendacium, item de iure Canonico; item quando ius superueniens non habet causam de præterito, secus cessante mendacio; item de iure ciuili, & quando habet causam de præterito.

44 Amplia generaliter in actionibus, exceptionibus, ac omnibus rebus, & causis, quæ ad iudicium deduci possunt, quia magis inspicitur id, quod est intentatum, quam id, quod est factum, vel contractum, ideo etiam agens, vel excipiens ex contractu certo die celebrato, qui alio die reperiatur factus, non potest obtinere. Bald. cons. 344. Ad euidentiam est præmittendum, in princ. lib. 2.

45 Extende, quia petens debitum tanquam conditionale, sed hodie purificatum si probet de credito ab initio puro non potest obtinere. Bald. in l. edita, in repet. Paduana. C. de eden. Aretin. in l. qui litteris. columna secunda. ff. de vulg. & pupill.

46 Declara, vt non procedat ampliatio, quando quis ageret ex vno instrumento sub certo die, quod haberet relationem ad aliud alio die, quia tunc subtinetur iudicium ex altero, vel ex vtroque, licet de vno tantum sit facta mentio. Bald. d. cons. 344. num. 2. ver. sed in contrarium. libro secundo.

47 Et idem eſt ſi ageret ex cauſa, quæ certo tempore clauditur, prout eſt venditio, quia ſi de alio tempore probat, vel ex alia cauſa non obtinet, late Matthæſil. ſingul. 9. nu. 4. vbi apoſtill. declarat. num. 3. & 4.

48 Amplia etiam in cauſa alimentorum, quia vxor ſi habet legatum alimentorum ſimpliciter ſi ſteterit cum filijs, & ſi non ſteterit cum eis habeat aliud legatum certum, ſi ipſa egit ex ſecundo legato contra tertium poſſeſſorem, emptorem, bonorum in caſu, quo debuit agere ex primo legato non poteſt obtinere, niſi petitio ſit adeo prægnans, vt poſſi referri ad vtrumq. legatum Cuma. conſ. 38. Maritus quatuor, per totum maxime, in fine.

49 Amplia, in cauſa criminali, quia agens ad falſitatem certi inſtrumenti celebrati die 2. Iunij, & probans de falſitate inſtrumenti alio tempore celebrati, debet ſuccumbere, quia quando delictum eſt reiterabile, differt delictum factum de vno tempore ab alio commiſſo in alio tempore. Caſtren. conſ. 168. Super primo, in prin. lib. 1. infra. nu. 58.

59 Extende, quia agens maritus contra vxorem de adulterio, ſi probat violatam pudicitiam ex oſculo non obtinebit, quod ea amittat dotem, ſed abſoluetur, licet ſi accuſata fuiſſet de pudicitia violata, perderet dotem, quia vis eſt in propoſitione actionis criminalis. Bolognett. in rubr. C. de eden. num. 27. & ſeq.

Vide. Modus agendi attenditur. Conc. 301.

53 Amplia maxime, quia agens ex perſona ſua, vt principalis, & probans procuratorio nomine alterius debet ſuccumbere, & condemnari in expenſis, quia mutatio perſonæ non admittitur poſt litem conteſtatam. Bald. conſ. 121. Fundamentum iudicij. lib. 4.

52 Amplia maxime in cõpromiſſo, quia licet agnatus ex forma ſtatuti prꝛteratur ſorori in duabus tertijs, ſi eſt compromiſſum inter agnatum, & ſororem ſuper eo, quod agnatus prꝛtendit ſuccedere in totum excluſa ſorore, tamen non poterit arbiter declarare ſecundum ſtatutum, quia remedium ſtatuti non eſt intentatum, ſed remedium iuris communis, ideo ſequi debet abſolutoria. Caſtren. conſ. 136. lib. 2. per tot.

53 Amplia, quia hæres agens tanquam hæres ab inteſtato, ſi dicat defunctum non fuiſſe teſtatum, & probetur teſtamentum, iudicium erit nullum, & debebit de nouo inchoari, quia aditio facta ab eo, qui ignorabat teſtamentum, non valet. Bal. conſ. 451. Quid habeat. in princ. lib. 3.

54 Contrarium videtur tenere Alex. conſ. 176. in fi. lib. 3. quem citat apoſtill. ad laſ. in §. omnium. inſtit. de action. num. 68.

55 Amplia, quia agens ex confeſsione receptionis certo tempore non obtinet, ſi probat de receptionis confeſsione, quæ non eſt de eo tempore. Angel. conſ. 155. nu. 2. ver. ſuper ſecundo.

56 Amplia, quia agens ex vna cauſa, & probans ex alia debet ſuccumbere, vt etiam non poſsit ſententia interloquutoria confirmari, prout in captura facta ex cauſa mutui, quia non poteſt iuſtificari ex cauſa depoſiti. Bald. conſ. 318. nu. 3. ver. notandum ergo, & conſ. 338. circa fin. ver. item quia captura. lib. 4.

57 Extende, in iudicio extra capturam, quia agens ex cauſa depoſiti, & probans ex cauſa commodati, non poteſt obtinere, ſed reus debet abſolui. Caſtren. conſ. 168. in princ. lib. 1.

58 Amplia etiam in criminalibus, quia accuſatione, vel inquiſitione facta de certo delicto cum certo inſtrumento, licet probetur aliud delictum, vel aliud inſtrumentum grauius delictum inducens, tamen non debet ſequi condemnatio ex delicto grauiori probato. Baldus conſilio 425. Præſuppoſito, quod libro 5. Angel. de Peruſ. conſilio 25. Pro deciſione, in principio. vide ſupra numer. 49. & ſequen.

Vide. Accuſatus quando non poſsit condemnari etiam probato delicto. Concl. 172.

. Vide. Qualitas quando eſt de ſubſtantia debet probari. Concluſ. 16.

59 Amplia, quia ſiue in actione verbali, ſiue reali, ſiue perſonali ius ſuperueniens de prꝛterito conualidat iudicium. Boer. conſ. 16. nu. 30. & 31.

Vide. Petens vnum, & probans aliud debet ſuccumbere. Concl. 328.

. Vide ſupra. Actore non probante reus abſoluitur. Concl. 217.

. Vide. Modus agendi attenditur, & multum refert. Concluſ. 301.

. Vide. Reſtringens ſe ad vnam actionem, vel causam non obtinet ex alia. Concluſ. 304.

60 Limita quando plus petitur in quantitate, velin tẽpore, quia diuerſitas inducitur in re petita, veluti ſi ille, qui fecit pactum de retrouẽdendo quandocunque poſt triennium conueniatur lapſo triennio ſub prætextu, quod ſimpliciter promiſerit retrouendere quandocunque, & probetur de triennio, quod ſit lapſum, ſequi debet condemnatio. Angel. conſ. 123. Viſo libello, per totum.

61 Extende, quia ſi peto totum à Titio tanquam hꝛede, qui probat ſe hꝛedem pro tertia, tunc is debet pro tertia condemnari, quia non mutatur ſubſtantia. Alexand. conſilio 205. Præſtantiſsime. num. 7. ver. inquantum vero. lib. 7.

62 Sic ſi peto totum fundum tanquam mihi debitum, vel meum, & non probo, niſi de medietate, debet fieri condemnatio in medietate, quia non mutatur ſubſtantia. Alex. dicto conſil. 208. num. 7. lib. 7.

63 Declara, quia iſtis caſibus, licet dari debeat ſententia pro parte probata, tamen petens plus debito, poteſt condemnari in triplum expenſarum, ſi pro ſe petijt, vel ratum habuit, ſi vero procurator generalis non poteſt facere incidere Dominum in pœnam, ita Alexander dicto conſilio 208. numero octauo. verſic. pœna autem. libro ſeptimo.

64 Limita, quia ſi quis agit ad certam ſummam pro reſto, & refert ſe ad certa inſtrumenta, ex quibus ea non probatur, ſed ex alijs inſtrumentis bene probatur, poteſt ſequi condemnatio, etiam inter hebreos. Roma. conſ. 22. Ita iure dicendum, per totum, vbi apoſtill. dat concordantes.

65 Limita in reo excipiente, quia ſi excipiat de numeratione, & ſatisfactione, & probet de ſolutione confeſſata, obtinet abſolutionem. Bal. conſilio 457. Factum ſic proponitur, per totum. libro quarto.

66 Extende in reo, quia ius ſuperueniens quandocunque pendente iudicio illi prodeſt. l. ſi mulier. ff. ſolut. matrim. l. ſin autem. §. 1. ff. de rei vendicat.

Exten-

67 Extende etiã, ſi ius ſuperuenerit reo pendente appellatione. Bald. in l. per hanc, tertia col. ver. ſed dubitatur, qui ſi pendente. C. de. tempo. appell.

68 Limita in criminalibus, quia ſi agens ad violentiam illatam per Titium Seio, probat contra Sempronium, ſequi poteſt condemnatio, quando qualitas non alterat delictum, neq. pœnam. Signorol. conſ. 140. per tot.

69 Limita, quando agens ex vna cauſa & probans ex alia cauſa ex conceſſione partis, vel agens ex vna cauſa in prima inſtantia, & probans ex alia in ſecunda inſtantia, quia poterit obtinere. Alex. conſ. 75. In cauſa, & lite, nu. 3. & ſeq. ver. & dato etiam, lib. 7.

Vide. Ius ſuum omne quando quis deducere cenſeatur. Concluſ. 633.

70 Limita, quando ſuperueniret ius ex cauſa de præterito, quia valet iudicium, & conualidatur. Iaſ. in §. omnium. inſtit. de actio. nu. 67. vbi declarat late, & declarat plene. Alex. conſ. 177. in fin. lib. 2. Alex conſ. 27. nu. 2. ver. præterea, lib. 1.

Vide. Ius ſuperueniens quando conualidet actum nullum. Concluſ. 630. & Concluſ. ibi proxima ſeq.

71 Reſtringe, vt non procedat limitatio, niſi ius ſuperueniens de præterito ſit deductum in iudicio, & petitione. Ita Alex. conſ. 150. In cauſa, & lite, numer. 24. & ſequent. lib. 5. & loquitur in cauſa matrimoniali.

72 Et reſtrictio in tantum procedit, vt agens ex cauſa ſocietatis ſi producit ſcripturam debiti non exprimentis cauſam ſocialem (quia poteſt eſſe ex alia cauſa, puta, mutui) tanquam producens ſcripturam ambiguam, non poſſit obtinere, quia ſcriptura ambigua interpretari debet contra producentem. Alex. conſ. 80. Viſo proceſſu, in princ. numer. 1. in fin. & numer. 2. ver. & primo capio, lib. 4.

73 Reſtringe, vt non procedat, niſi ſubſtantia actus de quo agitur, præceſſerit iudicium. Bal. in l. 1. in princ. C. de exequut. rei iudic. Alexan. d. conſil. 150. num. 25. lib. 5.

74 Reſtringe, quando ius ſuperueniret etiam ex cauſa de præterito poſt concluſum in cauſa, quia nunquam ſuffragatur iudicio intentato. Bart. in l. ſi mater. §. eandem, in fi. ff. de exequut. rei iudi. Io. Andr. in c. generali. de reg. iur. in 6. Anton. de Butr. in cap. paſtoralis, de except. Alex. in l. ſi mulier. col. 2. ff. ſolut. matr. & d. conſ. 150. num. 25. lib. 5. cum ſeq. num. 26.

75 Declara omnes reſtrictiones, niſi cauſa eſſet ſummaria, quia ius ſuperueniens de præterito etiam non deductum operatur, quod actor debet obtinere. Alexan. conſ. 114. Viſo proceſſu. num. 3. in fine cum ſequen. verſic. accedit, quod ſumus. lib. 6.

76 Et omnia prędicta procedunt etiam coram Iudice delegato: Io. de Anan. conſ. 19. in fi.

Vide. Reſcriptum de vno non extenditur ad aliud. Concluſ. 213.

77 Contra extenſionem. Iaſ. d. §. omnium. nu. 68. inſtit. de action.

78 Limita, quando in libello ſunt clauſulę ſalutares, prout clauſula, ſuper quibus, &c. quia tunc illa actio dicitur intentata, quæ poteſt competere. Corne. conſ. 301. n. 3. & conſ. 46. n. 4. lib. 3. Aretin. conſ. 102. col. 4. ver. tertio quia. Vrſil. ad dec. Afflict. 372. n. 4. allegat Grat. conſ. 58. lib. 1.

79 Extende etiam, ſi concludatur in vna actione inepta. Iaſ. in §. omnium. nu. 147. inſtit. de action. vſq. ad num. 150. Alex. conſ. 121. lib. 1. & conſ. 39. nu. 18. cum ſeq. vol. 1.

Vide. Clauſula ius, & iuſticiam miniſtrari. Concluſ. 359.

80 Reſtringe, vt non procedat circa non deducta, neq. circa remedia contraria, neq. coram Iudice appellationis, pro quo.

Vide. Iudex ad quem in quibus iuriſdictionem habeat. Concluſ. 464. n. 44. & ſeq.

81 Declara, vt plene per Alex. conſ. 121. Viſo proceſſu lib. 1. per totum, vbi quod agens ex vna cauſa, puta, ab inteſtato, & probans ex alia contraria cauſa, puta. ex teſtamento, non poteſt obtinere, neq. clauſula ſuper quibus ius, & iuſtitiam, &c. neque clauſula non ſe aſtringens, &c. neq. priuilegium perſonæ minoris, vel miſerabilis circa contrarietatẽ operantur; quia non poteſt accomodari ſenſus ad duo contraria vno & eodem tempore, vt ſi peto vnum, velim ſuum contrarium, vide eum, quia tollit omnia contraria à nu. 9. vſq. in fin. maxime n. 11. vbi tollit effectum clauſulæ ius & iuſtitiam, & n. 12. circ. med. ver. nec obſtat, tollit clauſulam, non ſe adſtringens.

82 Limita, niſi agatur generaliter, quia poterit ex quacunq. cauſa probata obtinere. Calder. conſ. 483. in prin. alias quinto de accuſat. Iaſ. in §. omnium, inſtit. de actio. n. 66.

83 Limita, quando proceditur ſummarie, vel ſola facti veritate inſpecta, quia poteſt ferri ſententia ſuper probatis diuerſis à petitis. Rolan. à Vall. conſ. 53. nu. 12. & ſeq. lib. 2. Rot. Ianuen. deciſ. 198. in fin. Ruin. conſ. 19. num. 19. lib. 4. Alex. conſ. 114. lib. 6. numer. 3. in fin. cum ſequent. ver. accedit quia ſumus. Marſil. ſing. 272. In hac inclita i late Crauett. conſ. 198. numer. 7. & 8. cum ſeq. Socin. conſi. 39. & conſ. 128. lib. 1. Corne. conſ. 8. libro primo. num.

84 Contrarium videtur velle Corne. conſ. 131. In hac conſultatione, lib. 4. in prin. vbi, quod ſententia debet eſſe conformis libello, etiam in cauſa ſummaria. Ideo ſi quid ex vna cauſa eſt petitum, non poteſt ex alia ferri ſententia.

85 Limita ex æquitate, & ad euitandum circuitum inutilem, quia ſi re uera conſtat, quod res, quæ deuenit ad alium titulo lucratiuo, ſpectat ad me, & eſt mihi debita, debet potius ſequi condemnatio, etiam ex inepto libello, quam quod fiat noua petitio, & nouum iudicium. Pet. de Anchar. conſ. 23. verba ſtipulationis, numer. 11. ver. ad ſecundum, vſque in fin. Bald. conſil. 270. numer. 6. ver. Item præmitto, lib. 1. vſq. in fin.

86 Limita in notorijs, & confeſſione iudiciali, quæ inducit notorium, ideo ſi quis conuentus eſt tanquam hæres patris, vigore inſtrumenti crediti facti a patre, & matre conuenti inſolidum, qui quidem neget ſe hæredem patris, ſed dicat poſſidere bona patris, vt hæres matris vigore dotium, certe ipſe poterit condemnari abſque noua petitione, & confeſſione, & ita fuit iudicatum. Afflict. dec. 372. vbi quod confeſſio inducit notorium.

87 Limita in depoſito, quia agens ex depoſito vero, & probans depoſitum confeſſatum, nihilominus obtinebit propter ſupremam bonam fidem.

depoſiti,quod tantum vno modo, videlicet, re contrahitur, quia confeſſio probat depoſitum verum. Bald.conſ.256.per tot.lib.1.

88 Extende, quia agens ex depoſito, & probans ex commodato obtinere debet. Ro.conſ.22. prope fin.vbi apoſtillat concordan.

89 Contrarium, quod non debeat obtinere, apoſtill.2.ad conſ.Roman.22. in ver. Commodatum, vbi allegat Rom. & Boer. vide eos, & hanc partem etiam in caſu conuerſo tenet Alex.conſ.121. Viſo proceſſu.num.7.ver.nam ibi vult. lib.1.& n. 13. ver.non obſtat id, quod vbi addit. Specul.pro iſta parte, quia recitat hanc opinionem vltimo loco.

90 Declarat Alexand. conſ.61. Viſo proceſſu, in princ. lib.2.quia agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non poteſt obtinere, prout ſi ago de numeratione, & probo non de numeratione, ſed de alio contractu, vel facto, non deducto in libello, puta, de ſtipulatione,non poſſum obtinere, ſecus autem eſſet, quando in libello fuit narrata ſufficiens cauſa, ex qua reſultat actio, prout ſi ago ex mutuo contra Titium ex numeratione probata Meuio de mandato Titij, vel quia Titius ex ſtipulatu ſe obligauit, quia ex pluribus cauſis narratis in libello ſufficit,quod vna probetur habilis ad obtinendum.

91 Et agens ex locato non poteſt obtinere ex empto.Alex.conſ.184.in princ.ver.præterea.lib.6.

92 Limita in omnibus rebus, & negocijs, quæ niſi vno modo,& naturaliter fiunt,quia ſi egi ad alterum eorũ,& probaui ex confeſſione,ſufficiens eſt probatio, quia non cadit fictio, vbi negocium illud nec ficte,neq; ciuiliter fieri poteſt.Bal.conſ. 170.Ad euidentiam præmittendum.nu.11.ver.dicet aliquis.lib.1.vbi idem dicit eſſe, quando qualitas exprimitur,quę de actu vero concludit.

93 Limita in intereſſe,quia licet ſit actum ad maius, quam probatum ſit, tamen non debet ſequi abſolutio à toto, quia non probaui de tanto.Bal. conſ.170.n.8.& ſeq.ver.item Iudex.lib.1.

94 Limita, quando cauſa in Conſiſtorio Principis ventilatur, quia poteſt procedi ſummarie ſecundum veritatem, ſecundum conſcientiam, & ex probatis iudicare, licet actum ſit ex alia cauſa. Crauett.conſ.198.num.7.& 8. cum ſeq.late Vrſil. ad deciſ.Afflict.372.num.3.

95 Et quando competunt plures actiones, actor debet eligere.

Vide ad prædicta Anton.Gabriel. lib. 2. tit.de actio.Concluſ.1.Actiones plures quando ad idem competunt,actor vnam ex illis eligere tenetur.

Agnatorum appellatione, qui comprehendantur,vel non,& qualiter quis probet ſe agnatum. Concluſ. CCXLIV.

1 AGNATVS, & agnatio eſt nomen iuris. Ang. Aret.conſ.114.Quoad primum,in princ.

2 Agnatorum appellatione veniunt proximi conſanguinei ex parte patris vſque ad decimum gradum,ſecundum ius ciuile. Bald.conſ.469. Statuto cauetur.lib.1.

3 Et generalius eſt nomen agnatorum,quam nomen conſanguineorum, quia conſanguinei ſunt inter ſe ſanguine connexi, agnati ſunt per viriles ſexus coniuncti, etiam ſi non ſint conſanguinei. Caſtillio.conſ.39.n.7.& ſeq.vbi n.9. quod cognati vocantur coniuncti per ſexum femininum.

4 Et omnes agnati etiam dicuntur,& ſunt cognati,ſed non è conuerſo. Fulgoſ.conſ.45. Quidam Franciſcus.num.2.

5 Et parentela agnationis debet probari per gradus incipiendo à ſtipite,videlicet primo parente, * ſecundum * communem. Rolan.à Vall. conſ.32. num. 24.& ſeq.lib.3.

6 Amplia, quia verba, generatio, poſteri, & de genere, important tam maſculos, quam fœminas, licet ſi materia ſit odioſa, fiat reſtrictio ad agnatos tantum.Fulgoſ.conſ.131.in fin.

Vide. Nomina collectiua, & appellatiua quæ dicantur. Concluſ.54.vbi latius.

7 Et de domo teſtatoris dicuntur omnes agnati, ideo ſi teſtator vocat omnes de domo ſua,intelligitur de agnatione familię.Anchar.conſ.152.Plura ſunt.n.4.& 5.

8 Et de progenie, & poſteritate, ſtirpe, familia, cippo, & ſimilibus.

De ſtirpe quid ſignificet,& qui comprehendantur.Vide.Stirpis appellatione,qui comprehendantur. Concluſ.705.

Vide. Nomina collectiua, vel appellatiua quæ dicantur. Concluſ.54.

9 Parentelæ appellatione,quod veniant parentes vtriuſq; ſexus, vſque ad tritauum, & ab eo ſupra dicantur maiores non parentes. Angel.conſ.268. Statutum Dalmatię.

Vide. Parentelæ appellatione qui veniant, & quid ſit parentela.Concluſ.82.

10 Verbum prolis,de ſolis deſcendentibus intelligitur.Bald.conſ.331.In quæſtione.num.8.lib.3.

Vide.Prolis appellatione,quid veniat. Concluſione 907.

11 Conſanguinei dicũtur fratres defuncti proprie, licet etiam conſanguinei dicantur omnes ſanguine coniuncti.Caſtillio.conſ.39 num.7.

12 Amplia, quia agnati inter ſe dicuntur omnes aſcendentes ex linea paterna, & deſcendentes, & ideo auia paterna eſt agnata.Alex.cõſ.80.n.7.li.1.

13 Et ideo pater dicitur filijs ſuis agnatus,neq; requiritur coniunctio mediante alia perſona. Alex. conſ.198. Perſpectis.n.6.ver.quia Pater. lib.6.

14 Et dicuntur agnati, vel de agnatione teſtatoris duplici modo, effectiue, ſeu actiue, videlicet, qui à teſtatore proueniunt, item contentiue, videlicet, quando ſunt de eadem parentela tranſuerſalium, in qua teſtator continetur. Ruin.conſ. 153.num.10.lib.2.

15 Agnatorum aliqui conſeruant, & ſunt habiles conſeruare ius agnationis per ſe, & per propagationem,vt maſculi agnati, aliqui vero ſunt agnati,ſed non ſunt habiles conſeruare ius agnationis, niſi in ſeipſos, vt ſunt agnatæ fœminæ. Alexan. d. conſ.80.num.7.lib.1.

16 Amplia,quia hodie omnes cognati quoad ſucceſſionem ſortiũtur iura agnatorum. l.maximum vitium.C.de liber. præter. Caſtrenſ.conſ.96. Ego Paulus.lib.1. in 2.dubio.

17 Agnationis,& cognationis nomina non ſunt naturalia,ſed ciuilia, ſecus ſi nomina ſint appellatiua,prout mater,pater,auus,&c.quia bene ſunt naturalia.Alex.conſ.80.n.2.ver.confirmatur. lib.1.

Amplia,

18 Amplia, quia filia fratris dicitur agnata, & ideo prefertur filio fororis quoad ius agnationis. Bald.conf.63. Punctus quæstionis,per totum.lib.4.

Vide. Fideicommissum quando ad solos masculos de agnatione spectet. Concluſ. 239. num. 12. & seq.

19 Et talis filia fratris dicitur agnata ex masculis agnatis, nisi dicatur in fideicommisso de agnatis masculis ex masculis. Angel.Aret. conſ. 31. Viſo ſupradicto,in princ. ver.ſecundo quod ipſa.

20 Extende, quia filiæ patrui ſunt agnatę, ideo ſi ſtatutum mandat,prout Aretij, quod fratres patrueles propter agnationem excludant matrem, habebit locum etiam in ſororibus patruelibus. Bald.conf.47. Factum tale eſt,lib.5.per totum.

21 Et multo magis filia teſtatoris dicitur de agnatione, & familia, quę in ea conſeruatur, donec viuit.Alex.conſ.17.Circumſpectis.n.6. ver.ſed ipſæ filię. lib. 7. vbi apoſtill. in ver. agnatione, dat plures concordantes.

22 Extende, quia fœmina prout ſoror ex latere patris dicitur deſcendens ex maſculis, nec continetur in capite excluſiuo lineæ maternæ, ſed in capite incluſiuo cippi domus familiæ agnationis,& deſcendentium ex maſculis, plene Pariſ. conſ.47. num.40.& ſeq. lib. 3.

23 Extende etiam ſi ſit maritata, donec viuat. Pariſ.d conſ.47.num.56.& ſeq.lib.3.vbi num.68.declarat niſi conſtet aliter de mente. vide tamen infra num. 53.

24 Declara, quia licet fœminæ ex maſculis ſint agnatę, tamen per eas non conſeruatur agnatio, quia in alienam tranſeunt familiam.Menoch.conſil.95.n.53.& ſeq.lib.1.vbi n.48.& 86.dicit *communem, quod ſtante ſtatuto excludente filiam, ſtante filio maſculo, excludetur etiam neptis ex filio maſculo, quando ſtatutum prouidet conſeruationi agnationis, & idem per plura Socin.Iun. conſ.1.num.58.& ſeq.lib.1.vbi plura dicit.

25 Ideo ſtatutum, quod eſt correctorium, & excludit matrem propter agnatos, non excludet agnatas,prout ſorores, neptes, ex filio,amitam, & ſimiles,ſi ſunt in proximiori gradu, quia ſunt agnatę, & conſeruant agnationem, dum viuunt. * Socin.Iun.conſ.30. num.22. & ſeq.vbi de * communi. lib. 1.

26 Amplia, quia ſoror dicitur agnata,& de agnatione quoad ſe, & quoad filios ſuos, quando repreſentat matrem, ſecus ſi filij ſororis conſiderantur quoad ſe ipſos. Bald.d.conſ.78.nu.2. ver. præterea. lib. 1.

27 Et ſoror dicitur agnata, & ſi patruus excludit matrem, non excludit ſororem. Socin. Iun. conſ. 30.num.22.& ſequen.lib.1.vbi dicit veriorem, & * *communem.

28 Extende, quia illud,quod dicitur ſororem, neptem ex fratre,item ex filio,vel amitam eſſe agnatas,procedit,etiam ſi ſunt nuptæ, quia licet tranſeant in familiam mariti, quoad priuilegia etiam ſi filij ex eis ſequantur patrem, tamen ipſæ fœminæ nuptæ retinent agnationem. Card. Zabarell. conſ.91.ver.ad vltimum,vſque in fin.

29 Amplia,quia amita dicitur agnata,ideo ſtatutũ Florentiæ excludens matrem ſtantibus agnatis, vſque ad quartum gradum, excludit eam, ſtante amita defuncti, quæ eſt agnata in quarto gradu. Bald. conſ. 459. Circa quęſtionem pręcedentem. lib. 5. vbi late pro vtraque parte differit, & dicit pro matre facere æquitatem, pro amita corticem verborum, & non audet decidere, niſi quod ſeruetur conſuetudo, vel concordetur.

Vide. Statuta circa ſucceſſionem excludentia matrem à ſucceſſione filiorum. Concluſ. 673.

30 Declara, quia omnes fœminę ex maſculis agnatis dicuntur agnatę non ſimpliciter, ſed ſunt agnatæ,in quibus agnatio finitur, & cognatio incipit, ideo maſculus, & quicunque deſcendens ex fœmina dicitur ſimpliciter cognatus, non agnatus. Caſtrenſ. conſil. 422. Quod iſta mater. col. penul.ver. ad quintam. lib.1.Alexan.conſ.89. nu. 23. lib.6.

31 Declara,quia omnes deſcendentes ex maſculis dicuntur agnati,& omnes deſcendentes ex fœminis dicuntur cognati. Bald d.conſ.63.lib.4.

32 Et è conuerſo omnes aſcendentes ex maſculis ſunt agnati,aſcendentes ex fęminis cognati.Alex. conſ.80.num.7.lib.1.

33 Et hinc ſequitur, quod in Italia agnati præferuntur cognatis in ſucceſſione, quia per agnatos conſeruantur familiæ, per cognatos non.

Vide.Statutum circa ſucceſſionem maſculorum excluſis filiabus fęminis. Concl. 657. n.30.& ſeq.

34 Maſculi ſi extant operantur,quod fœminæ ſunt minus dilectæ.

35 In tantum quod Abb.conſ. 78. Circa primum. col.2. circa med. verſ. & ſi dicetes. lib. 2. dicit, quod pater magis diligit fœminas, ſi nunquam habuit maſculos, quam diligat ſi ſemel maſculos habuerit.

36 Declara totam iſtam materiam, quia in fideicommiſſis, in quibus proximiores agnati vocantur ex maſculis, veniunt fœminæ ex fratre, vel alio agnato, quia quoad ſe dicuntur agnatæ ex maſculis, ſed ſi vocantur cum qualitate maſculinitatis, puta, quia vocantur agnati maſculi ex maſculis, vel etiam ſi vocantur ſimpliciter agnati ex maſculis, vt bona perpetuo conſeruentur in agnatione,vel etiam ſi ex alijs coniecturis conſtat de mente, quod ſolos maſculos voluerit agnatos vocare, tunc non veniunt fęminę. Angel. Aretin.conſ.31.Viſo ſupradicto, in princ. ver.ſecundo quod ipſa filia, iunctis num.7. cum ſeq. per tot.ver.ſed tamen in ijs non obſtantibus, vſque in fin. vbi tollit contraria.

37 Limita,quia frater vterinus non dicitur agnatus, ideo non ſuccedit vigore ſtatuti vocantis agnatos, licet quandoque ius agnationis habeat. Bald. conſ.30.Præſuppoſito ſtatuto, in fin.lib.1.& conſ. 218. Statuto Ciuitatis, per totum. lib. 2. vbi, quod ſi ſtatutum moueatur propter agnationem expreſſe, aut tacite, tunc ille non ſuccedit, neque matrem excludit, quia agnatus non eſt. Bald. conſ. 57. Caſus talis eſt, in fin. lib. 4. vbi, quod excluditur à ſorore ex parte patris, quando ſtatutum vocat agnatos proximiores. Bald. conſ. 68. Martinus Ioannes, inter conſ. Angel. & idem Angel. conſ.69.vbi,quod neque amita, neq; frater vterinus excludunt matrem in ſtatuto, quod agnati excludant matrem,vſq; ad quartum gradum,& ibi latiſſime,& idem eſt in patruo vterino defuncti,quia non excludit matrem.Ang.conſil.283.Inaduertẽtia.col.2.ver.nam vidimus, imo frater tantum vterinus non excludit ſororem conſanguineam, ſed bene è contra,quia ſoror conſanguinea eſt agnata,non autem frater vterinus.Angel.d.conſ.283.in princ.

38 Contrarium, quod imo per equiparationem ſit agnatus, tenet Socin.conſ.1.In caſu ſupra narrato, per totum.lib.1.vbi quod ſtatutum excludens filias ſtante fratre conſanguineo, habet locum, ſtante fratre vterino. Caſtrenſ.conſ.96. in 2. dubio.li.1. vbi quod habetur pro agnato quoad ſucceſſionem etiam ante iura authent.

39 Declara, quia forte vtrumque eſt verum,quia Socin. loquitur de conſanguineo, contraria vero de agnato; ideo forte ſunt potius diuerſa, quam contraria.

40 Declara ſecundum Caſtrenſ.conſ.96.Ego Paulus.in 2.dubio. lib. 1. vbi dicit, quod filij ſororis vterinę etiam ante iura auth. ſortiebantur iura agnatorum,& tãquam agnati vocabantur ad ſucceſſionem ante agnatos remotiores gradu,ſicque improprie ſunt agnati.

Vide. Frater vterinus an ſit frater vere, an ſecundum quid. Concluſ.449.

41 Limita, quia filius ſororis non dicitur agnatus quoad ſe, ſed quoad matrem, quam repreſentat, ſecus eſt in matre, & ſorore reſpectiue, quia ea eſt agnata.Bal. conſ. 78. Duo ſunt ſtatuta. num. 2. ver. præterea. lib.1.

42 Contrarium tenet Bald. conſ. 469. Statuto cauetur, vbi, quod ſi ſtatutum defert proximiori agnato ſucceſſionem, filij ſororis non ſuccedunt. lib.1.& idem tenet conſ. 63. Punctus quæſtionis. lib. 4. Alexand. conſ.89. Circa primum, in fine. libro 6.

43 Declara, vt filius ſororis, vel nepos ex filia, licet habeat ius agnationis in iis, in quibus repreſentat matrem, tamen ipſe non eſt agnatus, ſed cognatus. Bald. conſ.175. Quod pro regula, in fine. ver. quare dico. lib. 2. & conſ.78.num.2. ver præterea.lib.1.quia filius quoad agnationem ſequitur patrem, quoad cognationem ſequitur matrem. Bald. conſ. 63. Filia dictæ concubinæ. lib.4.& in materia ſtatuti,quod filius ſororis non ſit agnatus. Alex.conſ.89.in fin.lib.6.

44 Limita, quia ſpurius, & naturalis natus ex concubina, maxime extra domum, quia non habet iura ciuilia naturalium liberorum, non eſt agnatus. Bald. conſ. 63. Filia dictæ concubinæ. libro quarto, & natus ex fantolaſtra vagante, quia incertus eſt eius Pater, non aſſumit agnationem, niſi communis vſus loquendi ſit in contrarium. Ang. conſ. 87. col. 2. ver. Pro hoc etiam, & melius idem Angel. conſ. 191.num.2. vbi, quod imo ſunt magis prompti ad vindictam pro familia, & pro vtraque parte allegat Bald. conſi. 435. lib. 3. in princ. vbi quod ſecundum vſum communem loquendi ſunt de familia.Angel. conſil. 461. in princip. quod eſt Benedicti de Plombino, licet in fin. Angel. dicat contrarium.

45 Reſtringe,vt non procedat de communi vſu loquendi, quia de agnatione dicuntur,& de parentela, Illuſtriſſimus Palęot. in tract. de noth. & ſpurijs,c.60.& idem dicit Ang.conſ.30.n.6.quod Florentiæ,& Peruſij illegitimi faciunt ſe de parentela,& deferunt inſignia.Bal.d.conſ.435.lib.3. in princ. Ang. dict. conſi.191. vbi quod inoleuit vſus ſuo tempore,quod vocantur de familia cum ſint acerrimi iniuriarum familię vltores.

46 Contrarium quod imo naturalis non ſit de parentela, neque de agnatione, neque nati ex eo, tenet Oldra.conſ.153. & quod non ſint de ſchiatta. Bald. conſil. 49. in fin. lib. 4. Caſtrenſ. conſil. 178. Super eo vero.in princ. & per totum,lib.2.

47 Declara,vt per Angel.Aret.conſ.114.quoad primum in prin.vbi quod ſpurius, & naturalis, vel baſtardus non dicitur de domo, neque de familia,neque de agnatione, & ideo non poſſunt vti beneficio ſtatuti Ferrarię,quod fiat compromiſſum inter agnatos,& infra n.51.

48 Et quod dicantur cognati, non autem agnati. Bart. in l. tutelas, in princ. ff. de capit. dimin. & in l. pronunciatione, §. familię, ff. de verb. ſignificat. vbi dicit videnda eſſe verba, an reſpiciant ius, vel naturam. Boer. conſi. 54. nu. 16. lib. 2. Roland. à Vall. conſil. 32. numer. 19.lib.3.

49 Et quod ſpurius non ſit agnatus,ideo non poſſit interuenire in contractu minoris,in quo ſtatutum requirit agnatum.Signorol.conſ.87.n.9.ver. Ex quibus omnibus.

50 Imo neque naturalis legitimatus eſt agnatus, trãſuerſalibus, licet legitimanti patri efficiatur agnatus,ſed non alijs.Ideo non poteſt interuenire contractui pro ſolemnitate requirenti agnatum.Signorol.d.conſ.87.n.9.verſ.Hinc reſpondet. Angel.Aretin.conſ.114.n.5.& ſeq.ver. Sed tamen ijs,vbi reddit rationem.quia legitimatio,& arrogatio equiparantur,& de vna ad aliam licitum eſt arguere, ſed arrogatus non eſt agnatus, ergo,&c.

51 Item ſtatutum,quod fiat compromiſſum inter agnatos non habet locum ſi petunt non legitime nati compromitti cauſam ſuper legitimatione, quia non ſunt agnati. Caſtrenſ. dicto conſ. 178. per totum.lib.2.Angel.Aretin. conſ. 114. Quoad primum, in princ. vbi loquitur in ſpurio, in baſtardo, & naturali legitimato, quia quoad tranſuerſales non eſt agnatus, neque gaudet beneficio dicti ſtatuti,ſupra num.47.

52 Limita, quia filius ſororis non eſt conſanguineus, ideſt, agnatus auunculo, ideo ſtatutum pœnale loquens de agnato, vel conſanguineo non comprehendit filium ſororis,vt ſit agnatus auunculo. Bald. conſ.169.Si conſideramus, in fin. nu. 2.lib.3.

53 Limita, quia licet filię fœminæ ex maſculis ſint agnatę, & de familia, ſi tamen ſunt maritatæ in aliena familia non ſunt de familia ſimpliciter, ſed ſecundum quid, prout filius arrogatus, qui tranſiuit ex vna familia in alienam familiam, quoniã non eſt filius ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ideo non continetur in diſpoſitione ſimplici. Ruin.plene conſ.24.nu.12.& ſeq.lib.2. vide ſupra.num.23.

54 Limita, quia ſi teſtator vocauit agnatos ex linea ſui patris in ſubſtitutione facta filio ſuo,non veniunt filiæ teſtatoris, quia non ſunt agnatæ patri teſtanti ex linea paterna teſtantis, quia inter filiam, & patrem non eſt agnatio,licet alijs de familia ſint agnatæ. Bald. conſ. 111. Factum tale proponitur,in princ.lib.4.

55 Limita,quia filij fœminæ nunquam ſunt agnati ex latere matris,licet mater ſit agnata.quia fœmina rumpit ius agnationis. Franc.Curt.Iun.conſ.5. nu.23.& ſeq.Bart.conſ.10.lib.1.

56 Et quod fœmina licet ſit agnata, tamen filij eius non ſint de agnatone matris,ſed patris, quia fœmina agnationis ſuę eſt finis. Caſtren. conſ.91.

num.

Digitized by Google

nu.4.lib. 2. vbi dicit esse text.meliorem in l. pronunciatio,in fi.cum lege seq.§.fœminarum.ff. de verb. signifi.

57 Cognati sunt coniuncti per fœminas . Castillio. cons.39.num.9.

58 Declara, quia licet fœmina non faciat agnationem ex suis descendentibus , & ratio conseruandæ agnationis non militet in statuto excludente fœminas à successione matris propter masculos, tamen militat ratio conseruationis bonorum in masculis,quia etiam fœminæ instituunt masculos, &excludunt fœminas pro conseruatione bonorum in masculis . Castrens. consil. 91. nu. 3.& per totum.lib. 2.

59 Limita, quia agnatio est quid facti,ideo qui dicit se agnatum, debet hoc probare , & qui dicit se agnatum certo gradu debet probare se agnatum in illo gradu. Rolan.a.Vall.cons.41.nu. 16. & seq. lib.3.Deci. con.471.Iuridicam. in princ. Castren. cons.98. Visis.num.2.lib.1.

60 Extende,quia secundum opinionẽ magis cõmu
* né*ius fœudale nõ transit ad agnatos nisi vsq;ad septimum gradum,ideo is , qui agit ad fœudum vt agnatus debet duo probare se agnatum,& in septi
* mo gradu,communem dicit.Rolan à Vall.d.cons. 32.num.19. seq.lib.3.

61 Limita, quia nepotes , & alij descendentes non agnascuntur auo , quando in vita aui non sunt nati,neq;concepti.l.Titius cũ l.seq.ff.de suis,& legit hæred.Anchar. cons. 365.In themate proposito, in principio: vbi, quod eo casu nepos non potest representare auum , quando eo viuente non est conceptus. Castren. cons.419. Viso puncto.column.2.ver.secunda ratio lib. 2. infra num. 70 .& sequen.

62 Extende, quia quicunque alius volens succedere agnato,vel alteri,qui non est natus viuente eo, de cuius successione agitur,non presumitur etiam conceptus eo viuente,ideo non succedit . Castren. cons.98.Visis.num.1.lib.1.

Vide. Concepti , & nati viuente auo dicuntur agnati.Conclus.545.

63 Restringe , quia istud procedit in successione legali,secus in successione fideicõmissaria,vel hominis,ita Ias.cons.59. In præsenti consultatione, circa finem . libro tertio. Fulgos. consilio 54.Domina Catherina.num. 4. Cephal. cons. 318. num. 37. & seq. Castrens. cons. 77. Visa facti narratione num. 4.in fin. ver.nec obstat.lib.2.

64 Contra restrictionem pulchre Castren.cons.16. Viso dicto puncto. num. 5. ver. super quarto. lib. 2.vbi quod refert, an verba fideicommissi sint de preterito, vel de futuro , quia si testator instituto filio,eidem decedenti sine filijs substituit filios filiarum,& si filiæ non haberent filios substituit extraneum,tunc si tempore mortis filij , non extant filij filiarum , vel saltem non sunt concepti, extraneus succedit secus si verba essent de futuro,videlicet , succedant filij nati , & nascituri ex filiabus,quia donec est spes habendi, conditio stat pendens,& filiæ succedent.

65 Et quod in testamentis , & substitutionibus factis de filijs fratris,& nepotibus intelligatur de natis & conceptis tempore testamenti, vel saltem tempore mortis testatoris.Alex. cons. 13. num. 4. ver.sed præmissis , vbi apostill. in ver. natura,dat concord. lib. 4. & plenius Ant. de Prato Veteri; vel,prout volunt aliqui , Caccialupus inter consilia Alexand. 14. Super quæstione. ver. in contrarium.numero 5. & sequen.lib. 4. & numero 16. vbi num. 10. per nouem fundamenta comprobat hanc conclusionem , nisi constet de mente contraria.& nu.10. & seq. ponit quinque declarationes, quas videas, quia materia est coniecturalis , vt si de certis sensit testator, debeant esse concepti , & agniti in vita testatoris,secus si de incertis,& qui futuri sunt , vel quando adest dictio habens tractum successiuum.

66 Declara totam hanc materiam,vt plene per Roman. cons.442. Vt decisionem. num.3.ver. quoad secundum,vsque in fin. vbi quod in successione legali,is qui conceptus, & natus fuit post mortem, aui, seu auiæ,aut alterius, cui vult succedere,nunquam succedit ex propria persona,neque de iure prætorio,neque de iure ciuili, sed bene posset succedere ex persona ascendentium ex iure deliberandi,vel ex iure transmissionis , & ibi apostill.fin. in ver.succedere, citat Tiraq.de vtroq; retract.tit.1. §.1.gloss.9.num. 41.

67 Sed Roman.in eodem casu Castrens.tenet,quod imo fauore filiorum , & descendentium intelligatur de filijs,qui poterunt esse,& quod extranei,seu transuersales , non admittantur , licet filij non extent tempore mortis testatoris , & contraria habeant locum contra transuersales,& reddit aliam rationem,quia in dubio semper fauendum est primo vocato ad exclusionem secundo loco vocati,ita Roman.d.cons. 134.Pro declaratione. num. 4.& seq.ver.quoad quartum,vbi pro vtraq:opinione allegat, & hanc vti veriorem tuetur,& ad contraria respondet,& vbi apostill.in ver.veritas,dat plures concordantes .

68 Declarat Roman. cons. 231. Præmissorum Doctorum , quod vocati ad successionem per testatorem intelligantur illi, qui extant tempore mortis testatoris,non nati postea,etiam si simus in dispositione filiorum descendentium , vt nati solum admittantur non nasciturі quando constat de mente , vt quia instituit testator filiam , & filios filiæ copulatiue , quia ratione copulati extantis etiam declaratur mens , vt intelligatur dispositio de filijs extantibus tempore mortis testatoris:vbi apostill. 1.in verb. conclusionem , & in ver. testatoris , dat plurimos concordantes.

69 Restringe , quia si substitutio fiat de descendentibus, veniunt omnes nati,& nascituri. l. fi. C. de suis,& legit.Rotand.à Vall.cons. 70. n. 22. ver. Item videmus,lib.3.Crauet.cõs.22. n. 6. plenius Ruin.cons.22.num.10.& seq. lib. 2. & fuit opinio Castrens.cons.247.num.3.in fin.lib.1.Quia quando non extant,neq.possunt extare tempore testatoris,prout quando vocantur descendentes in infinitum , vel illi de familia,intelligitur de natis , & nascituris necessario.

70 Vide Alex.cons.29.viso testamento,in fi.uersuadi potest.lib.2.vbi, quod quando per nomina collectiua vocantur liberi agnati, vel familia testatoris semper intelligitur de conceptis tempore mortis testatoris,etiam quando dispositio non est pura,sed in euentum,vel sub conditione.

71 Declara,quia licet quis non agnascatur alicui, qui fuit defunctus ante eius conceptionem,tamen id procederet,si ageretur de succedendo eidem, qui decessit ante conceptionem eius , qui vellet succedere, secus si ageretur de successione alteri facienda,quia sufficit,quod sit conceptus viuente eo,de

eo,de cuius ſucceſſione agitur.Fulgoſ.plene conſ. 45. Quidam Franciſcus de Dilouantio,per totum, vbi plene declarat.

72 Et idem eſt quando agitur de tranſmiſſione iuris deliberandi, ſeu de tranſmiſſione hæreditatis ab alio. Caſtren. conſ.33.in fi.lib.2.& conſ.77. nu. 4. in fi. lib.2.

73 Vide Cephal.conſ. 318.num.64 & ſeq. lib.3.qui dicit, quod hodie non curatur, an ſit conceptus viuente auo, vel non,quia ſuccedunt pariter.

Vide. Deſcendentes omnes ſunt vna caro cum aſcendentibus. Concluſ.219.

74 Declara, quia ſufficit, quod non ſit conceptus, vt non ſuccedat decedenti auo,quando agitur de legitima ſucceſſione ab inteſtato delata,vel bonorum poſſeſsione contra tabulas, ſecus ſi agatur de fideicommiſſo, vel ſucceſsione ex ſtipulatu, vel prouiſione hominis. Cephal.d.conſ. 318.num.37. & ſeqen. & ita etiam Ruin. conſilio 22. numero 14. libro 2.

75 Imo, quod ſi fideicommiſſum eſt factum filio decedenti ſine filijs, & ſubſtituti ſunt filij ſororis ſi tempore mortis filij ſine filijs nõ ſunt concepti, neque nati filij ſororis caducatur ſubſtitutio Caſtr. d.conſ.16.num. 5.lib. 2. vbi multa ſimilia adducit.& ſi adeſſet alia ſubſtitutio, illa intrabit ſi non fuerunt in rerum natura, vel non fuerunt concepti primo loco ſubſtituti.

76 Et in tantum procedit, quod licet poſtea naſcantur filij ex ſorore, tamen non amplius erunt admittendi ad ſubſtitutionem,neque ex capite reſtitutionis in integrum Caſtren.d.conſ.16.col. fin. ver. ex ijs infertur.lib. 2.

77 Declara, vt plene per Tiberium Decian. conſil.1.num.334.& multis ſeqq lib.1.ver. non obſtat quartum, vt procedat limitatio in inſtitutione, non in ſubſtitutione poſt primum. Item quando vocantur filij, & nepotes, qui vnum gradum repreſentant, ſecus ſi deſcendentes, vel liberi, qui plures gradus faciunt,vel perpetuitatem important, item quando ſumus in diſpoſitione pura,ſecus ſi in conditionali, & incerta.

Vide. Familiæ appellatione quid veniat. Concluſ.75.

Vide. Genus, & generatio quid comprehendat. Concluſ.39.

78 Qualiter autem probare debeat quis ſe agnatum ad effectum ſucceſsionis.

Vide plene Maſcar. Concl. 73. Agnatio in ſucceſsione quomodo probetur.

Vide plenius. Proximior qualiter probetur. vt ſucceſsionem habeat Concl.956.

Agnationis conſeruandæ ratio quando attendatur, vel non. Concluſio CCXLV.

1 REIPVBLICAE intereſt, quod conſeruentur familiæ,& agnationes,quæ per ſolos maſculos conſeruantur. Alex.conſ.144.Viſo themate, num. 8.ver. & maxime.lib. 6.

2 Agnationis conſeruandæ ratio præſumitur in ſtatuto excludente fœminas ſtantibus maſculis, & ideo ſi teſtator ſubſtituit decedenti ſine filijs ſtante d.ſtatuto cẽſetur intellexiſſe de filijs maſculis. Menoch.conſ.94.num.90.& ſeq.lib.1. bi maxime hoc dicit,quando ſubſtituuntur deſcendentes maſculi,ſecus ſi extranei.num.98.

Vide.Fideicommiſſum, ſeu legatum quando tacite inducatur.Concl. 60 num.66.& ſeqq.

3 Extende, quia imo vnica ratio præſumitur, licet non ſit expreſſa, videlicet fauor agnationis conſeruandæ, & ideo ex iſta ratione licitum eſt arguere etiam contra ius commune late Roman. conſ.411.Quatuor ſunt, in princip. vbi apoſtill. dat concord.

Vide. Ratio vnica legis habetur pro expreſſa. Concluſ.30.

4 Amplia, quia præſumitur in teſtamento, quando teſtator vocauit, & ſubſtituit maſculos, & fœminas excluſit. Riminald. Iunior conſilio 457. in principio.

5 Extende, vt procedat etiam in teſtamento matris,quia ſi vocauit maſculos excluſis, vel prætermiſsis fœminis cenſetur id facere fauore agnationis conſeruandæ,etiam ſi poſt maſculos omnes poſtea vocat fœminas, late Hieronym. Gabriel. conſil. 116. libro 2.

6 Extende, quia fauore agnationis conſeruandæ fideicommiſſum inducitur de facili, plene Rimin. Iun.d.conſ.457.in princ.lib.4.

7 Declara. quia licet faueatur agnationi conſeruandæ, & fiat extenſio non tamen fit vltra perſonas expreſſas. Rimin.Iun.d.conſ. 457. num. 45. & ſeq.lib 4.

8 Amplia, quia etiam Doctores conſulentes in re dubia inclinare ſolent, vt actus ſit nullus, ne patrimonium de agnatione auferatur,& ad extraneos vadat. Caſtren. conſ. 107. Quantum ad primum col.2. in princ. ver. in hanc autem ſententiam. lib. 2. vbi quod legitimatio eſt nulla ex quo materia dubia ſic declaratur, ne fœmina legitima mortua ſine filijs, & quæ inſtituit maritum extraneum, transferat ex agnatione in extraneos amplum patrimonium.

9 Amplia, quia ratio agnationis conſeruandæ, quãdo excluditur fœmina,& vocatur maſculus,cẽſetur expreſſa,& fit extẽſio diſpoſitionis. Alex.conſ. 97.Viſo themate,in principio. num. 2. ver. tertio pro hoc. lib. 2. Alex.plenius conſ. 56.Viſo themate.num 8. & ſequen. ver. quia verba non videntur repugnare,& maxime num. 12. vbi quod vnica ratio, quæ fauet agnationi cum ſit generalis,comprehendit omnes caſus, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem, quia ſicuti genus comprehendit omnem ſpeciem, ita ratio generalis comprehendit omnem caſum ſub ratione,licet non expreſſum,& plenius conſ.89.Circa primum.nu.3.& ſeq.ver.corroborantur.lib.6.

10 Extende idem in ſtatuto, quod nupta, & vidua ſine filijs teneatur relinquere tertiam partem dotis.& bonorum ſuorum fratribus, quia id fauore agnationis cenſetur ſtatutum, & ratio militans tollit ne ſtatutum dicatur iniquum. Alexand. conſ. 101. Super eo. num. 14.& ſeq. vbi late lib.3.

11 Extendit hoc Barbatia, etiam ſi nulla ſit facta mentio agnationis conſeruandæ,quia ſufficit,quod eliciatur ex mente, vt quia inſtituit maſculos in primo capite excluſis fœminis,& in ſecundo capite etiam maſculos ſubſtituit, ita Alex. conſil. 52. circa hanc.num.11.& ſeq. ver. quod autem fuerit

fauor

fauor agnationis, lib. 4. vbi tollit contraria, quod ſi non dixit lex, vel teſtator habetur pro omiſſo,nec nos dicere debemus, vt quia par ratio non eſt taciti,& expreſſi,quia contrarium eſſe verum probat,& plenius,conſ.89.Circa primum, num.4.ver.ſic etiam debet extenſio fieri,lib.6.allegat nu.5.Caſtrenſ.conſ.83.Præſens caſus,lib.2.& apoſtill.ad Alexand.in ver.tacita, citat Cępol. conſ.crimin.74.Curt.Sen.conſ.30.& conſ.75. col. 8. Iaſ. conſ. 63. libro 3. colum. 3. Brun. & alios.

11 Contrarium,quãdo ſtatutum vocat certas perſonas,prout fratres,patruos, vel filios maſculos, quia non extenditur ad alios remotiores, in quibus non eſt tanta ratio.Alex.d.conſ.97. num. 12. ver.nec obſtat vltimum argumentum,lib.1.Alex. conſ.53.Inuocato, quod eſt Ludoui.Bologn.Ioan. Sadoletti de Mutina.Albert.Belli de Peruſio,Dominici de Maſſa,& Antonij Aleutis,lib.4.nu. 23. ver.nec dicatur.

13 Declarat Alex.ſe ipſum circa contrarietatem conſiliorum ſuorum,& id quod dixit conſ.97.lib. 2 procedit,quando non eſt eadem ratio, ſeu ſaltem tanta non militat, id vero quod dixit; conſ. 36.lib.6.vt ipſe dicit.num.17.ver.Et ſi appareret me alias conſuluiſſe, lib. 6.procedit, quando eadem ratio militat.

14 Declara,quia in vlteriori gradu vocati, ſeu ſubſtituti non cenſentur ita dilecti.Alex. d. conſ.53. num.22.ver.Nec obſtat,ſi diceretur,lib.4. Igitur non tanta eſt ratio in vno,quanta in alio,& quia maior eſt affectio erga iam natos,& viuos, quam naſcituros,& incognitos.Alex.conſ.52. numer.6. lib.4.

15 Contrarium, quod imo teſtator parem rationem habuiſſe dicatur ſubſtitutorum, ac primorum inſtitutorum,tradit Alexand.conſ. 38.in fin. lib.6.

16 Declara, quia maiorem affectionem preſumitur teſtator habere prius vocatis,& magis honoratis,& plus amaſſe viuentes, & natos quam naſcituros,& incognitos,data paritate,ſecus è conuerſo;nã pater ſi excluſit filias fœminas & eas dotauit,inſtitutis maſculis,quibus decedentibus ſine filijs,ille inſtituit,vel ſubſtituit ſuperſtites maſculos, vel ipſis non extantibus, extraneos de familia maſculos, ſi vnus filius teſtatoris moriatur cum filia fœmina,ipſa excludit ſubſtitutos,nec valet,quod teſtator plus dilexerit maſculos,quam filias,& eas excluſerit,quia non eſt par ratio,quia filię excluſæ erant dotatæ,non autem neptes. Ludouicus Bolognin. inter conſ.Alex.conſ.53. num. 14.& ſeq.ver.& primo.lib.4.

17 Declarat Alex.conſ.85.Animaduerſis,num.16. & ſeq.ver.Non obſtat ſecundum argumẽtum,lib. 4.Quia ſi poſſunt comprehendi fœminæ in diſpoſitione vocante maſculos,non cenſetur diſpoſitio facta cauſa conſeruandæ agnationis, & quando nulla eſt facta mentio agnationis non poteſt argui ex ea cauſa, quod intellige niſi ex alijs conſtet de mente.

18 Declara,quia ſi ratio eſt expreſſa,quod fauore agnationis diſpoſitio eſt facta,res eſt clara ſine dubio:ſi vero ratio nõ eſt expreſſa, tunc ſi dicatur quod alia ratio non militat; iſtud eſt diſputabile,quia poteſt eſſe uerum,quod alia ratione motus ſit legislator, uel ſaltem,ſi ratio vnica præſumeretur,poſſet tamen dici, quod in ulterioribus gradibus non expreſſis,non ſit tanta ratio,& hęc eſt vera declaratio, licet ſint vtrinque opiniones.

Vide. Statutum circa ſucceſſionem excludens filias fœminas.Concluſ.660.n.28.& ſeq.

Vide plene in ver.Statutum, circa ſucceſſionem excludens cognatos ſtantibus agnatis.Concluſio. 668.nu.10.& ſeq.

Vide Anton.Gabriel.lib.6.tit.de ſtatutis.Concluſ.6.ſtatutum excludens fœminas.

19 Amplia, quia ratio conſeruandæ agnationis iũ ęta mente teſtatoris extendit fideicommiſſum, vltra expreſſa,ideo ſi teſtator inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine filijs vocauit omnes proximiores de agnatione,ſi filius deceſſit cum filio, licet videatur ceſſare fideicõmiſſum per conſilium Oldrad.21.tamẽ ſecus eſt quando ex coniecturis conſtat de mẽte,vt quia teſtator prohibuit bona perpetuo alienari,ſed voluit perpetuo remanere in illis de familia,excluſit fœminas,& maſculos tantũ vocauit,fęminaſq.dotauit,quia potius mens, quã verba,attendi debet,plene Rimin.Iun. conſ. 456. per totum,lib.4.maxime,nu.31.& ſeq.vbi conſil. Oldrad.tollit,& plurimos allegat.

20 Extende, quia fauore fideicommiſſi inducti ad conſeruandam agnationem fit interpretatio. Gozadin.conſ.89.nu.12.Crauett.ſcon.161. num. 9.ver.Nec obſtat.Pariſ.conſ.43.nu. 27.lib.2. plures alios citat Cephal.conſ.446.numer.30.cum ſequentib.

21 Declara totam iſtam materiam,quando cenſeatur habita ratio conſeruandæ agnationis,vel nõ, ex ſubſtitutione maſculorum,vt plene Hier. Gabriel.conſ.97.num 24.& ſeq.lib.1.Vbi videtur cõcludere.quod teſtator,qui ſe conformat cum ſtatuto inſtituendo,& ſubſtituẽdo illos agnatos, qui excludunt fęminas,cenſetur cauſa agnationis ita diſponere;& idem eſt quãdo inſtituit etiam non excludens fęminas collectiue ſubſtituendo eos inuicem,ſecus ſi ſubſtituit aliquos agnatos remotiores, quia id eſt potius ex voluntate teſtatoris, quam ex conſeruatione agnationis, videcum.

22 Declara,quia quando teſtator vocat ſolos maſculos,cenſetur moueri cauſa agnationis conſeruandæ, ſi vero vocat ſolos maſculos ex fęminis, tunc non poteſt adeſſe ratio agnationis conſeruandæ,quia maſculi ex fęminis non ſunt agnati, ſed cognati,ideo neceſſario cenſetur moueri cauſa maioris affectionis ad maſculos,quam ad fęminas.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.18. nu.17.Simon de Pret.cod.tract.lib. 3. ſolutio. 11. fol.287.& ſeq.

23 Amplia, quia ſemper teſtator dicitur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ,quãdo maſculos præfert fęminis. Riminald.Iun.conſ.23. num. * 83.vbi de * communi,& citat infinitos, cum ſeq. vbi nu.85.ſufficit, quod maſculos diſpoſitiue vocauerit.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.71. nu.35.& ſeq.late Marius Anguiſſol.conſ.122. nu. * 30.ver.quod autem,cum mult.ſequent.& * communem dicit Cephal.conſ.137.num.12. & plures citat pro vtraque opinione Simon de Pret.de interpret.vltim.volunt.lib.3.rub.6. ſolutio, 11. fol. 287.& ſeq.Vbi in prin.diſtinguit, quod in maſculo diſponente de maſculis dicitur habita ratio agnationis conſeruandæ, in fęmina vero dicitur habita ratio maſculinitatis conſeruandę, & n.3.

dicit

dicit, quod aliquando eſt expreſſa, quia exprimitur.n.4.& ſeq.ver.tacita vero,dicit, quod dicitur tacita, quando ſoli maſculi vocantur, & ex ea inducitur fideicommiſſum,& num.5.dicit * communem,& citat plurimos,& num.6. ver.quoniam pro reſponſione,dicit*communem,& magis communem,tam in diſpoſitione hominis,quam ſtatuti vocantis maſculos tantum.

Vide.Subſtitutio facta de proximioribus agnatis, de quibus intelligatur. Concluſ. 839.

24 Extende maxime quando maſculos non natos vocat, quia ad omnes parem dicitur habere affectionem. Caſtrenſ. conſ. 247. In cauſa, quæ vertitur.colum.5.nu.3.in fin.ver.nec obſtat etiam quod debeat eſſe, & iterum col. 7. numer.5.ver. item allegatur. lib. 1. allegat text.in l. placet, in fin. ff.de liber.& poſthum.quia,vt dicit Caſtr. non tractatur de qualitate, ſed de ſubſtantia perſonarum, ſequitur Ruin.conſ.22.num.10.& ſeq.lib.1. late Roland. à Vall. conſ. 70. num.47. lib.3. vbi * dicit * communem.

25 Extende, etiam ſi non omnes maſculi,ſed certi deſcendentes maſculi vocentur,quia quoad eos ſubeſt ratio conſeruandę agnationis. Dec. conſil. 515. In caſu, in fin.

26 Extende etiam ſi deſcendentes poſiti ſint in conditione cum qualitate maſculinitatis. Dec. conſ. 317.col.2.& conſ.269.col.penul.

27 Contrarium, quod imo excluſio fęminarum non ſemper fiat ob agnationem conſeruandam. Cephal.conſ. 196.num. 14.vbi alios citat.

28 Extende, quia ratio agnationis conſeruandæ, ſiue ea ſit expreſſa, ſiue ſit tacita, quia vocauit maſculos, idem operatur, & ex ea fideicommiſſum extenditur, etiam de caſu ad caſum. Rimin. Iun.dicto conſ.23.num.90. & ſequen.vbi num.92. * dicit * communem. Pariſ. conſ. 90. num. 15. & ſequen.lib.2.vbi id dicit procedere multo magis, quando maſculinitas eſt geminata, & num.24.di- * cit * communem, & Dec. conſ. 545. Viſo teſtamento. num. 6. ver. nam dum teſtator, & conſ. 574. In cauſa.n.5.ſequitur Decian.conſ.31.n.96. * & ſeq.lib.1.vbi nu.99.dicit * communem, etiam ſi ad fauorem deſcendentium maſculorum.

29 Extende, quia imo ſi talis ratio ſit tacita, nec pro expreſſa dici poſſit, adhuc tamen inducit fideicommiſſum. Rimin.Iun. dicto conſ.23. nu.93. eum ſeq.

30 Extende etiam ſi vocat maſculos ex fœminis ſub conditione aſſumendi inſignia, & cognomen teſtatoris. Cephal.conſ.196.num.10.& ſeq.

31 Contrarium tenent multi, quod fauore agnationis, non extendatur, neq; inducatur fideicommiſſum, ſed fideicommiſſum,prout verba ſonant, intelligatur.Riminald. Iun. conſ.117. num.71. & ſeq. vbi plures allegat .Menoch.conſ.45. nu.100. & 119.& Riminaldus prefatus conſ.371.num.188. ver.nunc ad tertium.

32 Declara, quia ſi verba non patiuntur, non fit extenſio, ſi vero patiuntur, fit extenſio, ita ſeipſum declarat Riminal.conſ.544.in fin. n.266. vbi allegat ſeipſum conſ. 379.num.42. & alios, quos videas.

33 Extende etiam fauore agnationis fieri extenſionem fideicommiſſi de perſona ad perſonam. Riminal. Iun.conſ. 544. nu. 193. cum ſeq.allegat Crauett conſ.579.num.19.& alios,

34 Limita in teſtamento mulieris, quia ſi ſubſtituat decedenti ſine filijs, intelligitur ſine filijs etiam fęminis, quia fęmina non habet curam conſeruandæ agnationis. Menoch conſ. 95. num. 99.libro primo. Ruin.conſ.141. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 35.

35 Extende, quia ſtatutum reſpectu hęreditatis fęminarum aſcendentium non videtur habere rationem agnationis conſeruandæ.Ruin.conſ.18.in princ.lib.3.vbi num.9.declarat eſſe verum,ſed tamen ratione euitandi abſurdi procedit ſtatutum, vel quando conſtat de mente.vide tamen Rolan.à Vall.conſ.82.in fi.ver.non obſtat quod.Soci.lib.3. qui dicit contrariam communem eſſe.

36 Extende idem reſpectu teſtamenti inter virum, & vxorem, quia inter eos maſculinitas non operatur rationem agnationis. Riminal. Iun. conſ.347.nu.26.& ſeq. ver.non omitto quoque.

Vide de hac materia agnationis conſeruandæ, in ver. Ratio vnica.Concluſ.30.

Vide. Statutum circa ſucceſſionem excludens filias fęminas.Concluſ.666.n.30.& ſeq.

Aggreſſor in dubio præſumitur in dolo, & culpa. Concluſ. CCXLVI.

1 REGVLA eſt,quod in confligentibus ad inuicem, dolus, & culpa præſumitur prouenire ab ipſo prouocante, & aggrediente, non à prouocato. Caſtrenſ.conſ. 277. In cauſa incarceratorum. column. 2. ver. tertio prędmittendum. lib.2.

Vide Maſcardum concluſ. 71. cum ſemper aggreſſio, vbi quod aggreſſor debet probare,quod non animo occidendi ſit aggreſſus, & an ſtetur eius iuramento.

2 Et quis præſumitur aggreſſor, vel aggreſſus, ſi non poteſt aliter conſtare,dicas, quod is, qui interfecit,vel qui eſt robuſtior, de quo plene Maſcard.concluſ.72. vbi late.

Vide. Abſoluere in dubio nocentem melius eſt. Concluſ.41.nu.24.& ſeq.vbi plura ſimilia.

Vide. Inſultus quid ſit. Concluſ. 263. num. 3. & ſequen.

Vide. Pax non dicitur rupta. Concluſ. 182.nu. 12. & ſeq.

Agricultura habet multa priuilegia. Concluſ. CCXLVII.

1 AGRICVLTVRA eſt in multis priuilegiata, quia boues, & alia deſtinata pro cultura agrorum non poſſunt in exequutione capi, & capta debent reſtitui.Mantua.ſingul.497.Contentio in foro, vbi plura priuilegia adducit,& not.in l.exequutores.cum l.ſeq.& auth.ibi poſita. C.quæ res pign.oblig.poſſ.

2 Et iſtud dicitur inductum fauore agriculturę. Mantuan.ſing.632.in fin.

3 Amplia, quia neque pro debito publico de iure communi poteſt fieri exequutio, vel pignoratio in bobus aratorijs, & alijs inſtrumentis pro agricultura neceſſarijs. Mantua.d.ſingul.497.vbi extendit etiam ſi ruſticus ſponte pignoraſſet, non valet

gitized by Google

valet pignoratio,& eſt reuocanda.

4 Agricultura habet multas conſolationes,& delectationes,vide plene Boer.deciſ.322.num.11.vbi plura ponit, & quod agricultura conſeruat nobilitatẽ,allegat hiſtoriam Cincinnati, qui electus à Populo Romano Dictator, dum vocaretur ad dignitatem bobus arabat, & demiſſo aratro accepit officium, fortiter ſe geſſit,& debellauit inimicos, poſtea depoſito officio redijt ad agriculturam arando,& ſeminando,&c.Corn.conſ.155.lib.1.idem dicit.

Vide. Ruſticitati quando, & quibus parcatur. Concluſ.334.

Vide. Ruſticus quis dicatur,& quę priuilegia habeat. Concluſ.371.

Agrigentina Ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. Concluſ. CCXLVIII.

1 CIVITAS Agrigentina erat Ducis Auſtriæ, & in bello, quod ille habuit cum Duce Burgundiæ, vt ſequeretur pax, ipſe Dux Auſtriæ eam donauit Duci Burgundiæ cum territorio, & omnibus pertinentijs, vt dicit Abb. conſ.62. In controuerſia. colum.6.numero 12.verſ.ſecundo facit. lib. 2.

2 Orta vero controuerſia Ciuili ſuper nonnullis vallibus,videlicet,Scantu,Gearifa,Legij, Vaſſiuo, & Palulagij, an illæ eſſent pertinentiæ Ciuitatis Agrigentinæ donatę, an vallis Sancti Martini, quæ erat Ducis Auſtriæ, Abb. dicto conſilio 62. col. 5.& ſequen. verſic. circa tertium dicit, quod ex quo de antiquo Dux Auſtrię eas diſmembrauerat, prout potuit,eaſque applicauerat alteri Ciuitati,ideo ſpectant ad Ducem Auſtriæ, quia donatio Ciuitatis Agrigentinæ non ex liberalitate facta ſtrictiſſime debet interpretari.

3 Licet Turres fabricatæ in capite Pontis Caſtri Tricij ſint in territorio Ciuitatis Agrigentinæ,tamẽ,quia fuerunt fabricatæ ad vſum Pontis Caſtri per Dominum Ciuitatis, & Caſtri, ideo cenſetur territorium illud Caſtro donatum, quia hoc caſu ſolum cedit ędificato. Abb.dicto conſ.62. col. 7. n. 13.& 14.ver.venio ad quartum.lib.2.

Alba Ciuitas,& eius ſtatuta,ac conſuetudines. Concluſ. CCXLIX.

1 STATVTVM Albę, quod nullus poſſit declinare iuriſdictionem poteſtatis ſub pœna, non comprehendit Clericum, etiam pro bonis patrimonialibus, alias eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam. Signorol.conſ.80.Factum ſic præſupponitur. num. 6. verſ. venio ad ſecundum, & per totum.

2 Albæ Ciuitas eſt Marchionis Montiſferrati, & in eius territorio ſunt Caſtra Diani, Rodelli, Rodi, Piani & Verdini, quæ ſunt Marchionis de Buſca.Anchar.conſ.310.Tres Domini,in princ.& per totum:vbi, quod dicta Caſtra ab Imperio conceſſa fuerunt communi Albæ de anno 1240.

3 Marchiones de Buſca ſunt antiqui feudatarij,& poſſident Caſtra Diani, & alia, de quibus ſupra proxime in territorio Albę contra quos Marchiones prętendebant tres Domini, videlicet Comes Sabaudiæ, Marchio Montiſferrati, & Epiſcopus Alben. Anchar.conſ. 310. qui dicit eſſe Caſtra libera, ſed tamen ſi volunt aliquem in Dominum recognoſcere debent potius Marchionem Montis ferrati Dominum Ciuitatis,in quo concurrit iuris communis præſumptio recognoſcere.

Alberga, & caualcata quid ſint. Concluſ. CCL.

1 ALBERGA eſt ſalarium,& ſolutio quam faciunt ſubditi Domino ſuo, quando vadit ad audiendum querelas ſubditorum, quia ſubditi tenentur ad expenſas Domino ſuo.Oldrad. conſ.98. Factum tale,in princ.

2 Contrarium videtur velle Caſtren.conſ.407.Satisfaciendo. n.4.ver.nec obſtat. lib.1.vbi quod eſt quid diuerſum à iuriſdictione, quia hoc conſiſtit in perceptione, iuriſdictio in adminiſtratione, & idem repetit etiam in fine. num. 7. verſ.octauo quæritur.

Vide. Onera perſonalia multa, & quæ. Concluſione 123.num.2.& ſeq.

Albingana Ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. Concluſ. CCLI.

1 ALBINGANA Ciuitas eſt confœderata cum Ciuitate Ianuę.Bald.conſ.460. Ioannes de Albingana, in princ.lib.1.

2 Statutum habet circa ſucceſsionem,ſi quis inteſtatus deceſſerit non relicto patre, auo, fatre, nepotibus, vel pronepotibus,vel patruo relicta auia materna,relictoque filio patrui maſculi, vel ſororis patris defuncti ſuccedat in totum filius patrui, vel ſororis patris, videlicet filius ſororis æqualiter cum auia.Bald.conſ. 460. per totum. lib. 2. vbi qualiter intelligatur.

3 Item, quod ſtatuta intelligantur ad litteram, prout iacent ſine aliqua gloſſatione.Bald. d. conſ. 460. vbi, quam interpretationem requirant, vel admittant.lib. 1.

4 Item, quod forenſes non ſuccedant, ſed quod Ciuis factus demum habeat priuilegia Ciuium, ſi non deferit incolatum.Bal.d.conſ.460. nu. 3. ver. tamen hoc non obſtante.lib.1.

Allegari debet id, quod eſt fundamentum intentionis.Concluſ. CCLII.

1 LICET error facti excuſet multis caſibus,tamen id procedit ſi allegetur error,alias non, & propterea is, quando eſt fundamentum intentionis

Digitized by Google

tionis,debet allegari, alias non excuſat.Bal. conſ. 179. Quando ſapiens , poſt med. ver. aduerte in eo.lib. 3.

2 Extende,ut procedat etiam in ruſtico,& muliere, quia licet in multis excuſentur à lege, tamen illud procedit quando allegant errorem , quia lex nunquam allegat errorem pro aliquo , ſed requiritur allegatio hominis. Bald. in l. venia. num. 2. C.de in ius vocan.

3 Amplia , quia licet obligatus tradere ſi patiatur eum,cui tradere debet poſsidere, cenſeatur ex patientia tradidiſſe, & iſta ſit pręſumptio iuris,tamen debet allegari,quia licet non requiratur probatio , tamen requiritur propoſitio talis pręſumptionis.Bal.conſ.36.Factum ſic ſe habet,poſt med. ver.nam præſumptio legis. lib.2.quod duplicatur. conſ.455.lib.5.

4 Et generaliter quando aliquid præſumitur à lege, illa præſumptio releuat ſi allegetur, alias non Alex.conſ.94. In cauſa,& lite.num. 8. & ſeq. verſ. plus dico . lib. 2. vbi , quod licet hęres pręſumatur adiuiſſe hæreditatem , ſi poſſidet aliqua bona hæreditaria , tamen illud procedit ſi allegetur.

5 Idem eſt in caſibus, in quibus quis præſumitur Dominus , quia procedit ſi hoc fuit allegatum . Alex. d. conſ.64.In cauſa,num.9.lib.2.

6 Et ideo quando ex poſſeſſione quis præſumitur Dominus. l.quidam in ſuo. ff.de conſtit.inſtit.debet eſſe cautus aduocatus , vt hoc allegetur in actis, alias non releuaret. Alex.plene conſ.35.In cauſa,& lite,in fi.num.7.lib.5.

7 Item licet conuentus rei vendicatione negans ſe poſſidere rem petitam ex dolo, vel ex certa ſciẽtia,perdat poſſeſsionem, quę tranſfertur in actorem.l.fin. ff. de rei vendic. tamen ſi non allegetur certa ſcientia , & dolus , non poteſt condemnari conuentus.Alex. d. conſ.35.num. 6. ver.confirmo prædicta. lib.5.

8 Extende, quia notorium, licet non debeat probari,debet tamen allegari , alias non releuat.Anchar. conſ.388.Titius permutauit.num. 7.ver. facit quod dicimus.

9 Declara, niſi notorium conſtet ex actis , vt declarat Felin.in cap. inter cæteras. numero 9.verſi. quarta declaratio , de re iudicat. quia non eſt neceſſe tunc,quod proponatur, vel allegetur.

10 Extende , quia grauis infirmitas , quæfacit pręſumi permutationem eſſe fraudulentam ex parte infirmi grauiter,debet allegari,& probari , & non ſufficit, quod ſit probata ſi non eſt allegata & articulata. Anchar.d.conſ.388.n.6[illegible]

11 Extende,quia non ſufficit,quod aliquid præſumatur, niſi etiam allegetur. l. ſi adulterium cum incęſtu.§.idem polio. ff. de adulter. Anchar.d. conſ. 388. num.7.

12 Et defunctus , qui aliquando poſſedit bona in vita, præſumitur etiam tempore mortis poſſediſſe,niſi medio tempore alius poſſederit. Anton. de Butr. Abb. & Imol. in cap. cum ad ſedem , de reſtit.ſpoliat.tamen,vt hæres poſsit iuuari hac præſumptione,neceſſe eſt, quod eam alleget,alias non releuat.Bartol. & Doctor. in l.ſiue poſsideris, in prima lectur.in fi.ver. tu tamen die clarius. C. de probat.& in l.celſus.col.pen.ff.de vſucap. Alex. in apoſtill.ad Bar.in l.certum.ff.de confeſſ.& eſt com
* munis* opinio, vt per Alciat.de pręſumpt.reg.2. præſumpt.21. & quod debeat allegari , vt releuet. Bartol.in l.cum quid. ver. nam quando ex facto tuo.num. 15. & ibi etiam alij.ff.ſi cert.pet.

Vide. Medium probatur probatis extremis Concl. 172.

13 Et bona fides præſumpta ex titulo debet allegari, vt præſumatur. Alex. conſ. 83. Viſo proceſſu.num.9.lib.6.

14 Et regula, quod is , qui poſſedit per triginta , vel centum annos ſine titulo, præſumatur poſſeſſor bonæ fidei propter lapſum tanti temporis, procedit ſi hoc allegetur,alias ſecus . Alex. conſil. 94.num. 10. lib. 2. Iaſ. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus.num.8.in fine.ff.de re iudic.Alex.conſ.69.In cauſa. num. 11. vbi apoſtill. in ver. allegatur,dat concor.lib.3. Alex.conſ. 57.In cauſa,& lite.n.4.li. 7. verſ.nec dicatur, & declara,vt infra n.43.& 44.

Vide. Bona fides quando pręſumatur . Concluſio 100.num.4.

15 Declara, quia bona fides debet allegari ab eo, qui præſcripſit,non autem ſufficit , quod ſucceſſor hoc dicat,quia cum bona fides pendeat ab animo, debet allegari ab eo, qui in animo habuit bonam fidem.Alex.d.conſ.57.num.4.& 5,ver.Nec dicatur quod teſtes,lib.7.vbi apoſtil.in ver.allegari.

16 Et vbi ex poſſeſſione præſumitur dominium à lege, illud procedit ſi allegatur dominium, alias non. Alexand.conſ.92.Viſo.numer.3. lib.5.& iterum conſ.69.num.12.ver.accedit,lib.3.

17 Et poſseſſio iunior etiam cum titulo ab alio dicitur clandeſtina , & vitioſa reſpectu antiquioris, quando allegatur, quod ſit talis,& ideo vt ſit locus pręſumptioni , debet hoc allegari , & deduci. Deci,conſ.56.& conſ.57.& conſ.151.col.1. & conſ. 449.vbi adducit concordant.Afflict.deciſ.327.fuit bene diſcuſsum per totam, & clarius num. proxime ſeq.Alex.conſ.81,Lecto.num.11.& ſeq.ver.Vnde dato,lib.3.& infra.nu.41.

Vide.Spoliatus,quæ probare debet,vt obtineat. Concluſio.379.

18 Et quod agens ſpolio debeat allegare in libello quod poſſeſſio aduerſarij,tanquam iunior eſt clandeſtina,& vitioſa,reſpectu actoris.Alex. conſ. 44. num.5. verſ. prętereà ſi dictus hæres.lib. 3.Corn. conſ. 329.Oſtenſo. num. 23. & per totam.libro 1. Alex. conſ.88.Quoniam.num.12.ver. ſed præmiſſis: vbi, quod eſt notatu dignum , & eſt Barbatię, & conſil. 89. numero 9. verſ. item reſpondeo. lib. 5. & conſ.81. Lecto.nu.12.ver.vnde dato.lib.3.

19 Amplia , quia licet is , qui poſſidet cum titulo pręſumatur habere bonam fidem , intelligitur tamen ſi illam alleget,alias non . Afflict. deciſ.178. num.14.vſque in fi.Alex.plene conſ.92.Viſo.num. 2.ver.& eſt allegata.lib. 5. vbi apoſtil. citat eumdem Alex.conſ.69.num.13.lib.5.

20 Extende , quia licet Iudex non debeat pronunciare ſuper non proſequutis , ſed ſolum partes abſoluere ab obſeruatione iudicij,tamẽ id procedit, niſi actor per calumniã diſtuliſſet proſequi.l.de rebus. ff. de arbitr. & calumnia iſta debet allegari , * alias non releuat.Doctor.*in l.licet.C.de iudic.

21 Extende,quia agens Publiciana,licet ex titulo & traditione rei vacuę pręſumatur habere bonam fidem, ita vt non teneatur illam probare. Alexan. conſ.45.lib. 3.per l.penult.C.de euictio.& gloſſ.in l.penult.Inſtit. de vſucap. Deci. conſ. 375. Balbus tract.de præſcript.in 1.quęſt.2. part.3.quęſt.princ. Debet tamẽ ex neceſſitate allegari.l.ſi adulterium cum incęſtu.§.idem Pollioni.ff.de adulter. vbi Bal. & Ang.dicunt, quod cautus Aduocatus ſemper debet

bet bonam fidem articulare, & allegare. Ang. in l.eum qui. §. fin. ff. de public. Alex.conſ.200.col. 1.num.3.& 4.ver.& licet.lib.2.& conſ.69. libro 3. incipit, In cauſa, & lite.num.11. & ſequen. ver. item poſito, quod vbi apoſtilla in ver. allegetur, dat concord.

22 Declara, quia quando aliquid præſumitur ſi allegatur, prout bona fides, poterit allegari, etiam poſt concluſum in cauſa. Afflict. dicta deciſ. 178. in fine. vbi plures allegat. Deci. conſil. 267.num.5.colum.fin.in fin. Alexan.conſ.200. lib. 2. idem Deci. in l.non hoc. C.vnd. cognat. col.2. plura allegat.

23 Amplia, quia is qui prætendit probare aditionem hæreditatis præſumptam ex actu hoc inferente debet hoc allegare, alias talis actus non releuat, quia habens præſumptionem pro ſe, non releuatur, ſi non alleget. Corne.conſ.216. in fin. lib.3.plene Afflict.deciſ.14.num.7. ver. & licet ex actibus.

24 Amplia, quia intentans remedium legis, vel ſtatuti extraordinarium, niſi exprimat, non releuatur. Bartol. in l.abſit. C. de priuil. domus Auguſtę. libro 12. Marſil. ſingul. 158. Hodie, in fine.

Vide. Expreſſio indiuidua, & ſpecialis, quando requiratur. Concluſ. 652.

25 Amplia, quia in remedio. cap. reintegranda 3.quæſtione prima. Agens debet non ſolum poſſeſſionem allegare, ſed dominium, quod præſumitur, vel præſumptiue probatur ex poſſeſſione, alias ſuccumberet. Caſtrenſ.conſ.105.In quęſtione, in fin.lib.1.

26 Amplia, quia libellans ſe fuiſſe dominum abnegat ſe dominum de præſenti, licet præſumptio ſit, quod dominus de preterito ſit etiam de præſenti, quia in libello debet allegari, ſecus in articulis, alias ſequi non poſſet ſententia, tanquam ſuper libello inepto. Caſtrenſ. conſ. 250. Viſo puncto. colum. 1. & ſequen. ver. ſecunda ratio. lib. 2.

27 Amplia, quia beneficium competens alicui ex lege, vel ſtatuto, intelligi debet, ſi ille, cuius fauore introducitur, petat.

Vide plura in ver. Petitio remedij legis eſt neceſſaria, vt ſit locus remedio. Concluſ. 329.

Vide. Diſpoſitio legis, vel ſtatuti habet locum, ſi petatur. Concluſ. 500

28 Amplia, quia confeſſio partis aduerſæ, quæ releuat ab onere probandi, ita demum releuat, ſi fuit in libello, vel articulis deducta, & allegata, alias non. Ita Caſtrenſ. conſ. 155. In cauſa, quæ vertitur, in princip. lib.2. vbi quod in libello deducens mutuum, vel in articulis non releuatur ex probatione facta de confeſſione.

29 Amplia, quia is, qui ſemel poſſedit, præſumitur continuaſſe poſſeſſionem per decem annos, ſi ipſe hoc alleget in proceſſu, alias non. Alexan. conſ. 35. Conſideratis. nu.7. ver. & ſic non iuuat, ſi diceretur. lib.7.

Vide. Poſſeſſio quando preſumitur continuata, vel non. Concluſ. 417.n.4.& ſeq.

30 Amplia, quia is, qui petit abſolutionem à iuramento propter læſionem, vel deceptionem, debet ipſam læſionem, vel deceptionem allegare, quia non reſultat preſumptio ſuper non allegato. Caſtrenſ.conſ.174. Contra ſuperius conſulta.col. fin.ver.ſciendum tamen eſt. lib.1.

31 Amplia, quia filius in poteſtate ſuccedens hęres patri, licet non preſcribat pro hærede, neque pro ſuo, niſi doceat de titulo defuncti patris, ſufficit tamen ſi non poteſt oſtendere titulum, quod illum alleget, & probet per aliquas coniecturas, & ſe putare illũ verum, quia ſufficit. Caſtr. conſ. 158. Viſa ſupradicta.col.2.prope fi.ver.pro hoc etiã.li.2.

32 Amplia, quia compenſatio, vbi inducitur à iure communi, ipſo iure inducitur ſi allegetur, alias non. Caſtrenſ.conſ.463.col.3.ver.preterea ſuppoſito, vbi apoſtill.in ver.quantitatem.lib.2.

33 Declara, quia quando ius concedit aliquid alleganti, & accuſanti, vel denuncianti, ſemper intelligitur, ſi probet allegatum, accuſatum, vel denunciatum, plene Alexand.conſ. 78. Viſo.nu.27. ver. & vbi iura concedunt. lib.5. Quod eſt notandum pro ijs, quibus datur premium qui propalauerint delinquentem, quia intelligitur, ſi probauerint.

34 Amplia, quia probans impleuiſſe in genere principalia capitula, præſumitur etiã minima impleuiſſe, de quibus impoſsibile eſt habere probationes. Ro.conſ.76. In cauſa nobilis.n.4.ver.quoad quartum, prout in ſimili de adminiſtratore, qui expenſas maiores iuſtificat, quia minores, in quibus non vocãtur teſtes, preſumitur iuſtificaſſe. Caſtren.conſ.302. Ad bene examinandum.n.3.& ſeq. lib. 1. quę præſumptio habet locum, ſi allegatur, alias non. Rom.conſ.77. Pater Reuerende, in prin.

35 Declara omnes ampliationes, quod preſumptio debeat allegari, alias non releuat, procedere, ſiue expreſſe, ſiue tacite allegetur, & dicitur is, qui iurauit ſuper beneficio tacite beneficium allegaſſe, quia qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens. Roman. d.conſ.77.in princ.vbi, quod idem operatur tacitum, quod expreſſum in hoc; & apoſtill.ibi in ver. tacita, dat concord.

36 Declara ſecundo, quia beneficium non debet allegari, quando illud beneficium competit facto alterius, quia tunc non eſt neceſſaria allegatio. Ita Rom.d.conſ.77.n.2.ver.ſecundo reſpondeo, vbi dicit eſſe notabile, & apoſtil.ibi in ver.alterius, dat concord.

37 Amplia generaliter, quia quando aliquod beneficium cõpetit alicui iure ſpeciali contra ius cõmune, ſemper illud beneficiũ debet allegari, & exprimi, alias non releuat, prout exceptio, quod debitor aliud pro alio ex iure ſpeciali ſoluere poſsit. auth. hoc niſi. C.de ſolutio. quia debet exprimi. Ro.conſ.163.Conſtitutio.num.3.ver.ſed præmiſſa oblatio.

38 Extende, quia beneficium ſtatuti, vel alterius conſtitutionis contra ius commune debet allegari, licet non produci. Abb.in c.paſtoralis.n.2.ff.de fid.inſtrum. vbi videtur velle, quod beneficium iuris etiam debet allegari.

39 Extende, quia iura extrauagantia non habent locum, niſi allegentur, etiam ſi nota ſint, ſed eo caſu non producuntur. Abb. d.cap. paſtoralis.nu.2. de fid. inſtrum.

40 Amplia, quia imo vbicunque dolus, & fraus eſt cauſa dandæ actionis; fraus, & dolus debent in libello allegari, & exprimi. Alex.conſ.83.Interrogatus.num.3.in fin.n.4.verſ.ſed in d.libello.lib.5.

41 Extende in caſu notabili, quia licet in interdicto vti poſsidetis, vel retinendæ, probans ſolum de antiquiori poſſeſsione obtinere debeat contra habentem poſſeſsionem iuniorem etiam cum titulo, tamen iſtud procedit ſi in libello antiquior

alleget iuniorem clam poſſidere reſpectu ſuæ poſ ſeſſionis,alias non . Alexand. conſ.88. Quoniam, num. 12. lib. 5. vbi dicit notandum, ſupra num. 17. & ſeq.

42 Amplia, quia conſuetudo , quæ eſt contra ius, quod dos data à patre filiæ per mortem eius applicetur filijs , non patri , etiam ſi eſſet notoria debet allegari, vt releuet Alex.conſ.67. In cauſa, & lite.num.2.lib.2.

Vide . Notorium , quando debet allegari , & probari . Concluſ. 108.

43 Limita in præſumptione reſultante ex lapſu tanti temporis , quod non extet memoria in contrarium , quia procedit etiam ſi non deducatur , neque allegetur:Innoc.& Bald in c.ſi diligenti , de præſcriptio.Socin.conſ.127. Viſis capitulis. nu.8. lib.1.Iaſ.in l.ſi certis annis.col.fi.in 10. limit. C. de pact.poſt Angel..& Caſtrenſ.ibi.

Vide.Tempus immemorabile operatur multa, & habet multa priuilegia. Concluſ.40.num. 19.& ſeq. vbi declaratur .

44 Limita , quia licet bona fides debeat allegari per eum , qui agit Publiciana , vel etiam in alijs caſibus : ſufficit tamen , ſi allegatio tacita reſultat ex expreſſis ; puta , ſi agens Publiciana docuit de titulo , & traditione rei ſibi facta,& dixit ſe per tantum tempus poſſediſſe,quod præſcripſit; quia ex quo præſcriptio non proceſſit ſine fide , conſequenter tacite allegauit bonam fidem,quod ſufficit. Alex.conſ.100.lib.2. Dec.in l.non hoc. C. vnd. cognat.col.2.

Vide . Titulus quando debet allegari . Concluſ.319.

Vide . Notorium quando debet allegari , vel non . Concluſ.108.

Vide . Allegatio ſola tituli, quandoque ſufficit. Concluſ.254.infra proxime.

Allegationes in iure qualiter fieri debent . Concluſ. CCLIII.

1 ALLEGATIONES debent fieri cum authoritate legis, vel gloſſæ,aut Doctoris, ſeu authenticæ ſcripturæ, plene Iaſ. in l.illam.num.5. & multis ſequentibus , verſ. item in quantum.C. de collatio.

2 Amplia , vt etiam ſufficiat allegare authoritatem Doctoris, licet non dicatur in qua lege dummodo allegetur titulus , ita ſeruat Lap. alleg. 89. num. 3. in fin. & num. 4.in princ.

3 Amplia, quia imo ſufficiat allegare rationem naturalem .

Vide . Ratio naturalis operatur multa . Concluſ. 33.

4 Amplia , quia poteſt Iudex allegationes in iure vnius partis accommodare alteri , quia ſupplet in ijs, quæ ſunt iuris. apoſtill. ad deciſ.Guid. Pap. 242.ver.apparet, quod non .

5 Amplia,quia erubeſcimus,cum ſine lege loquimur.auth.de triēte,& ſemiſſe,in §.conſideremus.

6 Extende,quia ratio non ſenſata,non attēditur.

Vide.Ratio non ſenſata non attenditur . Concluſ.38.

Vide . Erubeſcimus , cum ſine lege loquimur. Concluſ. 331.

Allegatio ſola tituli quandoque ſufficit . Concluſ. CCLIV.

1 ALLEGATIO tituli ab eo, qui per decem annos eſt in poſſeſſione recipiendi præſtationem annuam vniformem,inducit præſumptionem tituli allegati , ſecus ſi non allegetur . Alex.conſ. 142.Viſo proceſſu.num.7.ver.plus dixit. lib.6.

2 Extende , quia ſicuti inducitur præſumptio tituli allegati ex præſtatione decennali , ita etiam ſi probetur conſuetudo , & obſeruantia decem annorum , & allegetur , quod longiori tempore fuerit obſeruatum inducitur præſumptio longioris obſeruantiæ neceſſarię . Alexan. d. conſ.142. nu.7.lib.6. vbi reddit rationem , quia ſicuti præſumitur titulus , ita debet præſumi longior obſeruantia, quatenus ſit neceſſaria .

3 Contrarium tenet apoſtill. ad Alexan.d.conſil. 142.num.7. lib.6. in verb.præſumeretur , quæ nihil allegat.

Vide plenius de hac materia , quando ſola allegatio releuet , in ver. Seruitus realis aliqua continua,aliqua diſcontinua . Concluſ. 224. numer. 8. & ſequen. ver. limita maxime.

Alexandriæ Ciuitas , eius ſtatuta , priuilegia , & conſuetudines . Concluſ. CCLV.

1 ALEXANDRIAE Ciuitas eſt de dominio Ducis Mediolani . Iaſ. conſ. 101. Immunitas. lib. 4. vbi quod habet antianos octo , ſapientes duodecim,qui vna cum Iudice repreſentant conſiliū.

2 Habet litteras Ducis de anno 1415. quod nullus Ciuis eximatur à contributione onerum, conceſſas à Duce Mediolani , quæ tamen non tollunt exemptionem conceſſam à Communitate , vel quando dictis litteris fuit derogatum. Iaſ.d.conſ. 101.n.4.ver.quarto per te.lib.4.

3 Ciuilitatem poteſt concedere iure ſuo Communitas Alexandrię.Signorol.conſ.229.vbi,quod non poteſt officialis etiam maior facere legem , niſi reſpiciat publicam vtilitatem.

4 Alexandrię eſt ſtatutum, quod banniti poſſint impune offendi . Bald. conſ. 193. Statuto Ciuitatis . lib. 2. vbi, quod comprehendit etiam bannitos in contumaciam.

5 Item, quod requiſitus pro maleficio, ſi non venerit infra certum terminum habeatur pro confeſſo . Bald. d. conſ.193.in princ. ver. alio ſtatuto . libro 2.

6 Item , quod in cauſa criminali non admittatur procurator . Bald. dicto conſ. 193. ver. quæritur vtrum . lib. 2.

7 Item , quod inducens falſos teſtes perdat cauſam, quod habet locum, etiam ſi falſi teſtes inducantur à procuratore , quia imputandum eſt domino , qui talem elegit procuratorem. Signorol. conſ. 229. in fin. vbi loquitur quando non eſt ſoluendo procurator.

Item

Digitized by Google

8 Item ſtatutum, & conſuetudo redacta in ſcriptis eſt Alexandriæ, quod filia dotata etiam in minori ſumma, quam ſit legitima, ſit contenta, & valet ſtatutum tollens legitimam. Signorol.conſ. 232.num.3.vſque in fin.

9 Item, quod maritus nihil poſſit relinquere vxori in vltima voluntate, quod ſtatutum cenſetur iuſtum, & quaſi iuri communi conſonum, quia ſicuti coniuges in vita prohibentur, ne mutuo amore inuicem ſe ſpolient, donare, ita etiam in vltimo vitæ ſpiritu, in quo adhuc durat matrimonium, relinquere. Chriſtophor. Caſtillio. conſ.2. P. certos filios. num.3.& ſequen. ver.de ſecunda.

10 Et tale ſtatutum inhabilitat maritum, & vxorem, vt etiam non valeat extra territorium tale teſtamentum. Caſtillio.d.conſ.2.num.5.

11 Statutum, quod de hauere communis non poſſit concedi per antianos, & ſapientes, ſed per conſilium generale, non applicatur ad immunitates, quia hauere intelligitur de dominio, & bonis. Iaſ. d.conſ.101. col.4.num.4.ver. ſecundo pro parte. lib. 2. vbi quod tali ſtatuto fuit etiam derogatum per aliud ſtatutum contrarium.

Aliena res alienata, vel legata quando debeatur. Concluſ. CCLVI.

1 REGVLAM facias, quod res aliena poteſt vendi, & vendens obligatur de euictione.

Vide. Vendere quilibet poteſt rem alienam, Concluſ.53.

2 Et donans rem alienam obligatur, & in præiudicium ſui valet donatio, licet non in præiudicium domini ipſius rei. l.ſi pignori.§.1.ff.de furt. l.ariſto.ff.de donatio. l.ſi alienam. ff. de donatio. cauſ.mort. & not. in l. rem alienam.ff.de contrahen. emptio.

Vide.Donari non poteſt.Concl.645.

3 Et quando donans teneatur de euictione.Iaſ.conſil. 73.In tertio,& vlt. dubio.lib.1.

Vide. Euictio non habet locum multis caſibus. Concluſ. 366.

4 Et legans poteſt legare rem alienam, & qualiter res legata debeatur, vel non.

Vide. Legatum rei alienæ quando debeatur. Concluſ. 63.

5 Et legatum rei propriæ legatarij an valeat.

Vide. Legatum factum de re legatarij. Concluſ. 64.

6 Declara, quia res aliena ſi eſt legata, ſi legans habet ius in ea, cenſetur legaſſe ſolũ ius, quod habet. l. ſi domus. §.ſi fundus. ff.de legat.1.Oldrad. conſ.270.num.3.ver.quia cum aliquis.

7 Et vendens quando ſolum ius quod habet vendere cenſeatur.

Vide. Ius ſuum quando quis cenſetur concedere, & non vltra. Concluſ.632.

Vide. Fideicommiſſum an valeat in bonis hæredis. Concluſ.245.

Vide. Teſtator qualiter rem alienam, vel hæredis legare poſsit, vel non. Concluſ.140.

Vide. Vendens quando ius ſuum tantum quod habet vendere dicatur. Concluſ.52.

Alienatio quid ſit, & quæ dicatur alienatio. Concluſ. CCLVII.

1 ALIENATIO eſt omnis actus per quem dominium transfertur. Oldrad.conſ.270.n.2.Lap. allegat.41.in prin.Bald.conſ.108.Quæritur vtrũ, in prin.li.1.Petr. de Anchar.conſ.102.Quæſtio eſt talis, in prin.Caſtren. conſ.270. Dubitatur.lib.1. in princ.& qui dicit alienaſſe fatetur omne dominium à ſe abdicaſſe. Alexand. conſ. 108. Viſo. num. 3. lib. 6. & conſ. 29. Clariſſime. num. 15. ver. conſtat autem. lib. 7. vbi apoſtill.in ver.dominij,dat concord.

2 Et proprie ſumptum vocabulum alienationis debet intelligi de actu, vel contractu, per quem transfertur dominium.Alex.conſ.41.Viſo themate, in fin. lib.6. vbi, quod in pœnalibus proprie ſumitur, & in odioſis.

Vide. Alienatione prohibita quid ſit prohibitum. Concluſ.261.

3 Amplia, quia alienatio dicitur omnis contractus, per quem dominium transfertur, ideo ille, qui poteſt alienare etiam vigore ſtatuti poteſt donare, quia donatio eſt alienatio, quando fit inter viuos. Cardin.Zabarell.conſ.15. Quod maritus. Felin.in c.fin.num.8.de accuſat.

4 Et quod ſub verbo alienationis comprehendatur donatio. Petr.Anchar.conſ.102.in princ.

5 Extende, quia procedit ampliatio, tam in permiſſiuis, quam in prohibitis, ideo permiſſa alienatione, permittitur donatio, & prohibita alienatione, prohibetur donatio. Petr. de Anchar. d.conſ.102.in princ.

6 Amplia, quia alienatio largo ſumpto vocabulo, comprehendit etiam legatum per modum inſtitutionis in teſtamento factum. Calder.conſ. 331.alias 2. de teſtam.

7 Amplia, quia alienatio lato ſumpto vocabulo, comprehendit etiam diuiſionem, quia in parte diuiſa transfertur dominium.apoſtil.ad Caſtr.conſ. 270.lib.1.in ver. alienationis, allegat Felin. in c. quæ in Eccleſiarum.num.63.de conſtit.

8 Declara, quia is, qui prouocat ad diuiſionem, dicitur ex cauſa voluntaria facere, qui vero prouocatus eſt, dicitur ex cauſa neceſſaria facere, ideo ſtante prohibitione, is qui prouocat contrauenit, non prouocatus. Angel.Areti.conſ.28. Ad deciſionem. numer. 21. & ſequen. ver. ſecundo pro hoc.

9 Extende, quia etiam continetur permutatio, lato ſumpto vocabulo. Caſtrenſ. dicto conſ. 270. Dubitatur nunquid. lib. 1. per totum, vbi reſtringit, quando fauore loci pij alienatio prohibetur, quia tunc ſi conſtat de vtilitate loci pij poteſt permutare.

Vide infra. Alienatione prohibita, an impropria alienatio comprehendatur. Concluſ.264.

10 Amplia, quia alienationis verbum continet etiam ſucceſsionem ab inteſtato. Curt. Iun.conſ. 4.num.11.& ſeq. vbi, quod dicitur alienatio præſumpta, & non ficta, quæ venit etiam in contractu, & materia ſtricta, & multo magis in diſpoſitione teſtamenti, & ſic comprehendit hæredis inſtitutionem.

Vide. Alienatio permiſſa, quando verificetur in inſtitutione hæredis. Concluſ. 260. in princ.

11 Amplia, quia decedens ab inteſtato dicitur tacite alienare in agnatos, & ideo eſt tacita alienatio, quę prouenit ex ſucceſsione ab inteſtato. Bald. conſ. 117. Pręmittendum eſt, in fin. ver. non eſt enim omittendum. lib. 3.

12 Reſtringe, vt non procedat, quando ſuccedunt ſui hæredes, quia ſuitas non patitur, vt dici poſſit tacita alienatio. Bald. dicto conſ. 117. in fine. lib. 3.

13 Amplia, quia conceſsio in emphyteuſim perpetuam dicitur alienatio, & ideo ſi teſtator prohibuit domum, quam legauit confraternitati poſſe alienari ſub pœna, non poteſt concedi in emphyteuſim perpetuam, neque locari ad longum tempus. Angel. Areti. conſ. 25. Locando, in princ.

14 Extende, vt procedat etiam ſi teſtator, qui prohibuit poſſe alienari, dixit, quia vult ſub pęna, quod debeat locari in perpetuum, quia non intelligitur illud, in perpetuũ, de vnica locatione perpetua, ſed de pluribus locationibus ad modicum tempus perpetuo faciendis. Ang. Aretin. d. conſ. 25. nu. 4. & ſeq. ver. nec obſtat.

15 Declara, quia licet alienatio ſit facta contra prohibitionem, tamen non incurritur pœna, quando locatio fuit facta nulliter à non habentibus mandatum ſpeciale. Angel. d. conſ. 25. num. 7. & ſeq. ver. ex his poſſet inferri.

16 Amplia, quia alienatio dicitur conceſsio in emphyteuſim ad vitam in materia alienationis bonorum Eccleſię, vt requiratur ſolemnitas, omiſſa diſputatione, an ſint venditi fructus, vel vtile dominium. Gemi. conſ. 48. Pro examinatione, in prin.

17 Amplia, quod locatio ad longum tempus eſt alienatio, & dicitur longum, vel magnum tempus ſpatium decem annorum. Lap. alleg. 31. in princ. & fi. Bald. conſ. 415. Pręmittendum eſt, in prin. lib. 1. Dec. conſ. 203. In cauſa Reuerendiſsimi, per totum, qui loquitur in locatione ad vitam, vt licet ſit incerta vita conducentis, vel locantis, tamen eſt alienatio, & iudicatur de ea, vt de alie-
* natione, & communem * dicit Arias. Pinel. in repet. l. 1. C. de bon. mater. in 3. part. num. 63. ver. ſimiliter locatio. Angel. Aret. conſ. 25. Locando, in princ.

18 Contrarium tenet Feder. conſ. 210. num. 2. ver. prętera, vbi, quod conceſsio in emphyteuſim proprie non eſt alienatio, ideo non comprehenditur in diſpoſitione ſtrictę ſumenda.

19 Declara, quia locatio ad longum tempus; puta, decem annorum dicitur, & eſt alienatio, quia transfertur vtile dominium, & ſic ius in re ipſi
* conductori acquiritur ſecundum * communem, ſed tamen non transfertur proprietas, quæ remanet penes locantem, ideo non eſt alienatio vera, & totalis, & propterea non habet omnes effectus, quos habet vera alienatio, quod patet, quia per veram alienationem transfertur proprietas, & reuocatur legatum, & multa ſunt alia, quæ non habent locum in locatione ad longum tempus. Alex. plene conſ. 168. Stantibus, in princ. & per tot. lib. 6.

20 Diſtingue, aut eſt prohibita alienatio ſimpliciter propter ſe, & eſt prohibita locatio, & conceſſio commoditatis ad longum tempus, aut alienatio eſt prohibita, ne fiat præiudicium tertio in dominio directo, vel iure ſuo, & tunc eſt licita conceſsio commoditatis, & locationis ad longum tempus. Bald. Nouell. in tractat. de dot. in 6. par. priuil. 56. vbi recitat opiniones, & ita ſoluit.

21 Declara, vt per Calde. conſ. 187. alias 111. de iur. iuran. vbi quod alienatione prohibita, non cenſetur prohibita alienatio fructuũ, & locatio ad longum tempus, & ita videtur tenere Feder. de Sen. conſ. 189. vbi quod is, qui iurauit non alienare bona Eccleſię non efficitur periurus ſi alienat fructus, & idem Calder. conſ. 269. alias 7. de reb. Eccleſ. non alien. vbi duplicatur, & tenet, quod licet talis alienatio fructuum ſit prohibita, tamen non efficitur periurus, quia proprie non eſt alienatio, ideo excepta materia alienationis bonorum Eccleſiæ alienatio fructuum non venit ſub prohibitione alienationis, ita diſtinguit Calder. d. conſ. 269. Ex mente Accur. & aliorum.

22 Extende, vt tale iuramentum de alienando bona Eccleſię non comphehendat alienationem licitam. Calder. dicto conſ. 187. in princ. alias 11. de iur. iuran.

23 Extende, vt non comprehendat rem paruam, quæ poteſt alienari. Calder. d. conſ. 187. & Feder. de Sen. conſ. 210. num. 2. quem etiam Gemin. ibi in conſ. Calderin. 187. in fin. alias 11. de iur. iuran. ſequitur, quod duplicatur conſ. 269. alias 7. de reb. Eccleſ.

24 Reſtringe in materia bonorum Eccleſiæ, quia appellatione alienationis prohibetur omnis alienatio, & conceſsio in emphyteuſim, & locatio ex forma iuris ad longum tempus, ideo iuramentum intelligitur ſecundum formam iuris declaratam in hac materia. Calder. d. conſ. 187. Quod eſt Gaſpar. Calder. & Gemin. alias 11. de iur. iuran. vbi quod magis late interpretatur alienatio in hac materia, & duplicatur conſ. 269. alias 7. de reb. Eccleſ. non alienan.

25 Amplia, quod res alienata dicitur eo ipſo, quod eſt occupata, ideo lex loquens de re Eccleſię male alienata, habet locum in re occupata, ſeu inuaſa, quia eo ipſo dicitur alienata. Lap. alleg. 61. nu. 2. ver. nec obſtat, & num. 3.

26 Amplia, vt etiã in materia alienationis bonorum Eccleſię veniat ſuppoſitio bonorũ oneribus laicorum, quia eſt ſpecies alienationis, largo ſum pro vocabulo; Ideo, qui iurauit non alienare bona Eccleſiæ inconſulto Rom. Pontifice, eſt periurus ſi patitur bona Eccleſiæ deſcribi in æſtimo laicorũ, & collectari, etiam ſi hoc ſit ſolitum. Calder. conſ. 268. alias 6. de reb. Eccleſ. non alienan.

27 Amplia in vnione, quia ſapit naturam alienationis, ideo requiritur ſolemnitas, quę adhibetur in alienatione. Calder. conſ. 271. alias 9. de rebus Eccleſiæ: vbi, quod vnio licet non poſsit fieri de Eccleſia exempta per Abbatem exemptum, quia eſt ſpecies alienationis, tamen ſi eſt facta, præbet titulum pręſcribendi.

28 Amplia, quia alienatione prohibita per ſtatutum, prohibetur etiam hypotheca, & pignus, quia per hypothecam peruenitur ad alienationem. Bald. conſ. 218. Præſuppoſito ſtatuto. lib. 1. & vide apoſtill. ad Felin. in cap. fin. num. 8. in ver. alienare, de actuſatio.

29 Extende, quia prohibita alienatione, prohibetur pręſcriptio, & quæ ſint prohibita, vel non, late apoſtill. ad Felin. vbi ſupra.

30 Extende, quia imo vſucapio, & negligentia non petendi, vel non recuperandi rem, aut non vtendi ſeruitute, per quam negligentiam ius, vel res

perditur

perditur dicitur alienatio.Ang.Aretin.d.conſ.28. num.5.& 6.ver.capio primum.

31 Extende,quia prohibetur pactum de ingredien do,quia eſt alienatio.Ang.Aretin.conſ.28.Ad deciſionem.num.5.& ſeq.ver.capio primum.

32 Quamuis per verba,& quibus dederit,&c.cenſeatur conceſſa facultas alienandi,proprie tamen non venit alienatio,quę ex delicto prouenit.Curt. Iun.conſ.4.in princ.ver.ſed difficultas.

33 Extende,quia dicta verba intelliguntur, quatenus faciant alienationem expreſſam, & ſic de expreſſa. Curt.Iun. d.conſ.4.num.2.ver. ſecundo principali.

34 Contrarium, quod imo comprehendatur alienatio,quæ fit per ſucceſſionem ab inteſtato.Curt. Iun.d.conſ.4. num.3. & per totum. ver.Præmiſſis tamen non obſtantibus, & num.3.vbi quod æquiparantur iſta duo pro ſe,& heredibus quibuſcunque, vel, & quibus dederit, vbi plura tradit.

35 Declara, quia verbum alienationis permiſſiue prolatum comprehendit etiam alienationem,quę fit in vltima voluntate. Alex.conſ.226. Ponderatis.num.7.ver.quia verbum.lib.6.

36 Limita, quia locatio ad modicum tempus, ſeu venditio fructuum ad modicum tempus bonorum Eccleſiæ eſt permiſſa, quia non eſt alienatio dummodo non fiat in fraudem. Calder.conſ.270. alias 8.de reb. Eccleſ.non alienan.Bald.conſ.415. Præmittendum eſt, in princ. lib.1.

37 Limita, quia fideiuſſio indemnitatis non eſt alienatio, quia non agitur de dominio transferendo. Alex.conſ. 29. Clariſſime.nu.15.ver.conſtat autem. lib. 7.

38 Limita. quia appellatione alienationis non venit proprie bonorum obligatio,ſed per quandam interpretationem, ideo ex proprietate verborum non continetur, nec etiam ex maioritate rationis.Felin.in cap.vltimo.num.8.ver.fallit quarto, de accuſat. Corbulus de iur.emphyt. tit.de cauſ. priuat.ob alienat.quæſt.6.

Alienatio eſt permiſſa regulariter cuicunque. Concluſ. CCLVIII.

1 ALIENATIO eſt permiſſa de iure communi omnibus.Oldrad.conſ.159.n.8.ver.ſi igitur. Roland.à Vall.conſ.80.num.30.lib.3.

Vide. Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. Concluſ.112.

Vide. Permiſſa cenſentur omnia non prohibita. Concluſ.298.

2 Amplia etiam ſi quis habeat ſolum vtile dominium, excepto emphyteuta, & curiali, qui ſunt caſus ſpeciales. Oldrad.dicto conſ.159. nu. 8. ver. ſi igitur, vbi, quod regula eſt in contrarium.

3 Amplia etiam ſi ex pacto expreſſe eſſet inhibita, quia nihilominus non impeditur tranſlatio dominij, licet ad intereſſe alienans teneatur.Oldrad. dicto conſilio 159. ver. imo adeo libera. num. 8.

4 Declara niſi eſſent bona prohibita alienari ſpecialiter obligata pro implemento pacti de non alienando, quia non poſſent alienari.Calder.conſ. 97. alias 2. de pact.

Vide. Pactum de non alienando multa operatur. Concluſ. 36.

5 Amplia in tantum alienationem permiſſam, vt neque Iudex poſsit prohibere, quin fiat,niſi in caſibus à iure permiſsis, vt in bonis prodigorum, furioſorum, minorum, & ſimilium.Calder.conſ. 98. in fin. alias 3. de pact.

Vide. Iudex an poſsit ſtatuere contra legem. Concluſ.474.

Vide. Alienatio bonorum à quibus prohiberi poſsit. Concluſ. 265.

6 Amplia, vt neq; valeat pactum,quod quis non poſsit alienare rem propriam,niſi certæ perſonæ. Calder.d.conſ.98,in princ.alias 3.de pact.

Vide. Pactum de non alienando. Concluſ.36. vbi habes concordantes in limitationibus ibi poſitis.

Vide. Alienatione prohibita, quæ alienatio permittatur. Concluſ.262.

7 Limita in bonis minoris,quia ſine decreto Iudicis,& ſine cauſa non poſſunt alienari.Oldr.conſ. 260.in princ.verſ.ſicut videmus.

8 Limita in bonis Eccleſiæ, quia requiritur ſolemnitas,& cauſa,videlicet,vtilitatis, vel neceſſitatis.Oldrad.conſ.260.in princ. & latius 261.

Vide.Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita. Concluſ. 273.

9 Limita in bonis emphyteuticis,quæ de ſui natura non poſſunt alienari. C.de iur. emphyt.l.fin. Caſtrenſ. conſ. 433. Cum ſtatutum. num.3.lib.1. vbi quod alienatio prohibetur principaliter ne ius Domini lędatur.

10 Reſtringe, quia ex duobus emphyteutis,alter alteri alienare poteſt.Bart.in l.ſi domus. §.fi.ff.de legat.1.Caſtrenſ.d.conſ.433.lib.1.nu.3.vbi reddit rationem, quia non lędit ius domini, ex quo iam ſunt ambo domino obligati.

11 Limita in bonis Curialium, quæ ſine decreto, & certo caſu alienari non poſſunt, vt C.de præd. Curial. ſine decreto non alienand. Oldrad. conſil. 159.num.8.ver. ſi igitur,vbi dicit hos duos caſus eſſe ſpeciales.

12 Limita, quia bona ſubiecta reſtitutioni, non poſſunt legari etiam ad piam cauſam, neque per inſtitutionem relinqui. Calder.conſ.331. alias 2. de teſtam.

13 Limita in fœudo, quia non poteſt alienari ſine conſenſu domini. Caſtrenſ. conſ.433. Cum ſtatutum. num. 3. lib. 1. vbi, quod ideo in extraneis prohibetur, ne domino fiat præiudicium, ſecus ſi fiat alienatio in iam inſtitutos.

14 Reſtringe, quia frater fratri alienare poteſt. colla. 10.de alienat.fœud.cap.niſi clientulus. §.fratri vero, & cap. 1.de alien.fœud.prohib.Caſtren. d.conſ.433.num.3.lib.1.vbi reddit rationem, vt ſupra proxime.

15 Limita in bonis Ciuitatum, quia inconſulto Principe vendi non poſſunt, & ſine licentia,text. in l. fin. C. de venden. reb. Ciuit. lib.11. vbi in Prouincijs ſufficit licentia, & authoritas Præſidis.

16 Extende, vt idem ſit in bonis ſtabilibus Caſtrorum, Villarum, & Oppidorum,vt per Ioann. de Platea dicta l.fin.C.de venden. reb. Ciuit. lib. 11. Alexand.conſil. 1.colum.2. lib.4. Ruin.conſ. 41.num. 7.lib.1.Capic.deciſ.93.num.4. Menoch. plene conſ.80.num.22.& ſequen.Corne.conſ.284. col.2.lib.4.

Digitized by Google

17 Et requiritur ſolemnitas omnium requiſitorum in conſtitutione ſyndici, prout decretum Iudicis. Corn. conſ.189.num. 3.& conſ. 145.num.2. lib.1. Rip. reſponſ. 213. num. 2. Roland. à Vall.conſil. 90.num. 22.lib. 1.

Alienatio fideicommiſsi, & rei prohibitæ alienari,quando, & ex quibus ſit permiſſa, vel data licentia.Concl.CCLIX.

1 LICENTIA alienandi fideicommiſſum prohibitum alienari cenſetur conceſſa, ſi teſtator conceſſit licentiam alienandi in deſcendentes ex ſua linea maſculina. Roman. conſ.457. col.3. vbi,quod poteſt alienari in fœminam deſcendentem ex maſculo.

2 Amplia idem ſi teſtator ſolum prohibet alienationem extra familiam,vel extra illos de familia, quia cenſetur conceſſa licentia alienandi inter illos de familia, plene Oſaſch. deciſ. Pedemont. 50. in fine.

Vide.Alienatione prohibita,quę alienatio permittatur. Concluſ.262. num.20.& ſeq. vbi plura ſimilia.

Vide. Fideicommiſſum non poteſt alienari, & quando ſecus.Concl.283.in limitationibus.

Vide. Incluſio vnius eſt excluſio alterius. Concluſ.71.

Vide.Prohibitio abſoluta,vel cum modificatione in quibus differant.Concl.404.

Vide.Licentia in prohibitis, qualiter intelligatur. Concluſ.352.

Vide. Prohibitus alienare quibus modis ſit prohibitus,vel non.Concluſ.898.

3 Extende, quia prohibitus alienare infra certam ætatem,cenſetur permiſſus poſt illam ętatem. Pariſ.conſ.28.num. 14. lib. 2. Rolan. à Vall. conſ. 100.num.85.lib.4.

4 Extende,quia ſi teſtator inuncto fideicommiſſo cum prohibitione alienandi,dicat, & ſi contingat aliquem ex grauatis velle vendere, & alienare, teneatur offerre, & vendere illis de agnatione, alias alienatio ſit nulla,cenſetur data licentia alienandi in illos de agnatione,Oſaſc.d.deciſ.50.Pedemont.per totam: vbi eſt caſus.

5 Extende,quia alienatio prohibita ſub certis conditionibus,& certis caſibus cẽſetur permiſſa extra illos caſus,& conditiones. Ideo alienatio prohibita ſi hæres decęſſerit ſine filijs, vel ſine teſtamento cenſetur permiſſa,ſi decedat cum filijs,vel cum teſtamento. Alex.conſ.59.Attentis verbis, num.6. & ſeq.ver.prętereà,& ſecundo.lib.3.

6 Amplia multis modis, de quibus infra in ver. alienatio permiſſa quando verificetur in inſtitutione hæredis. Concluſ. proxime ſeq. num.1.& multis ſeqq.

7 Et vide alias extenſiones in ver. alienatione prohibita, quę alienatio permittatur. Concluſ. 261.per totam,maxime num.20.& ſeq.ver.amplia in prohibitione facta.

8 Limita multis modis quando ſumus in prohibitis,quia prohibitio mobilium non inducit licentiam in ſtabilibus,neque alijs modis, de quibus in concluſ.proxime ſeq.nu.2.& ſeq.

9 Declara tocam iſtam materiam, quia ſi teſtator prohibet filium,& nepotes poſſe alienare prohibitio non extenditur extra nominatos. gloſſ. in auth.de reſtit.fideicomm. §. nos, colla.4.quando prohibitio eſt in perſonam, ſecus ſi in rem,vel niſi ex tacita mente, & coniecturis cenſeretur reperita in alios,ita Caſtren.conſ.401.in princip. & verſ.ijs tamen non obſtantibus.lib.2.

Vide. Fideicommiſſum quando reale. Concluſ.235.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

Alienatio permiſſa quando verificetur in inſtitutione hæredis. Concluſ. CCLX.

1 ALIENATIO in diſpoſitione permiſſiua alienandi verificatur etiam per hæredis inſtitutionem.l.ſi quis prioris.§.certus.C.de ſecund. nupt.Bart.& Doctor.in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff.de verb.obligatio,& in l.peto.§.fratre. ff. de legat. 2. Ruin. conſ.76.num.10.& ſeq. & conſ.112.num.10. lib.2.& conſ. 121.num.12.lib. 3.plene Socin. conſil.123.lib. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 25. lib. 2. Decian.conſ.78.num.19.cum ſeq.& num.48.lib.3.Roland.à Vall.conſ. 42.num.8.lib. 1. latiſsime Surd. conſ. 10.per totum,& cõſ.71.n.11.ver.ſecundo reſpondeo,vbi dicit differre in hoc prohibitionem à permiſsione, quia prohibitio non comprehendit vitimam voluntatem; permiſsio ſecus, quia comprehendit & contractum,& vltimam voluntatem,& plurimos allegat.

Vide. Fideicommiſſum,ſi hæres grauatus non diſpoſuerit.Concl.250.

Vide. Alienatio quid ſit. Concluſ.257.num. 19. & ſeq.vbi declarat.

Vide. Inteſtatus decedens videtur relinquere venientibus ab inteſtato.Concl.337.

2 Et dicitur permiſſa alienatio,ſi teſtator prohibet alienari, & reſtitui, quicquid ſupererit grauato, quia videtur tacite dare licentiam alienandi.Rui. con.76.n.11.lib.2.& ideo nõ dicitur tunc alienare per hęredis inſtitutionem,quia alias diſpoſitio teſtatoris eſſet nulla,& non valebit alienatio niſi inter vitos reſeruata quarta. Socin.conſ. 123.lib.3.

3 Declara,quia contrarium verius eſt, quod imo per heredis inſtitutionem poteſt diſponere,nec dicitur fraudatoria voluntas,quia ſatis eſt, quod nihil ſupereſt tempore mortis grauati, vt per plura Petr. Surd. conſ.10.nu.20.ver.non obſtat cum ſeq. qui loquitur quando vtraq; licentia etiam teſtatoris expreſſa concurrebat,quia nõ ſe fundat in ſola legis diſpoſitione,ideo procedit prędcedens opinio.

4 Item dicitur conceſſa licentia alienandi quando eſt facta prohibitio generalis alienãdi,niſi certa bona,quia illa bona exceptuata dicuntur in libera licentia alienandi,quia dictio, niſi excipit a prędcedenti diſpoſitione,quiaſi prędcedẽs diſpoſitio negat dictio,niſi,affirmat,ſi vero prędcedens diſpoſitio affirmat,dictio,niſi affirmat,ita Surd. conſ.71.n.5.& ſeq. vbi plura ſimilia adducit, ſi prohibita ſit alienatio, niſi inter filios cenſetur data licencia filijs alienandi.Bero.conſ.84.num.17. idem ſi prohibita ſit

ta fit alienatio heredi, niſi poſtquam habuerit triginta annos, cenſetur ea conceſsa licentia poſt triginta annos. Socin. conſ. 163. nume. 36. lib. 2. & alia exempla ponit Surd. d. conſ. 71, nu. 6. & repetit, conſ. 11. in prin.

3 Item dicitur data licentia alienandi ſi teſtator prohibet alienari extra familiam, quia dicitur data licentia in familiã, etiam ſi fiat alienatio in vnum remotiorem, dummodo ſit de familia, prout è contra permiſsa alienatione in certas perſonas, cenſetur inducta prohibitio extra illas perſonas. Surd. d. conſ. 11. nu. 6. & ſeq. vbi quod tales perſonæ, pro quibus teſtator dat licentiam, dicuntur habere à teſtatore, non à grauato alienante.

4 Et conceſsa alienandi licentia per teſtatorem inducentem fideicommiſsum, valet alienatio quęcunq. ſiue fiat per heredis inſtitutionem, ſiue per contractum, ſiue alias, ita Surd. conſ. 10. num. 23. & ſeq. vbi loquitur in fideicommiſso cum prohibitione alienandi, & teſtator poſtea dedit in codicillis licentiam contrahendi, & alienandi, nam poteſt quocunq. modo totum alienare vbi plurimos allegat, & dicit, quod talis licentia late eſt intelligenda, & non reſtringitur ad habiles, prout licentia hominis, vide eum, & maxime, num. 23. & ſeq. & n. 29. Socin. late conſ. 123. lib. 3. per totum. Qui tamen loquuntur, quando concurrebat tacita legis permiſſio alienandi, quia grauatus reſtituere quicquid ſupererit, dicitur expreſsam hominis permiſsionem habere. Menoch. conſ. 210. vbi fere erat caſus ſimilis illi, ſuper quo Surdus conſuluit.

7 Cõtrarium tenet Corne. conſ. 140. lib. 2. & alij, quos idem Surd. citat d. conſ. 10. num. 10. videlicet, quod non poſſit vigore talis licentiæ in totum ſubuertere fideicommiſsum, neq. per heredis inſtitutionem.

8 Extendo, quia etiam talis licentia continet facultatem obligandi bona, per quam obligationẽ deuenitur ad ipſam alienationem, vt videtur glo. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de ver. oblig. in ver. intereſt, quæ probat à contrario, & ab oppoſito, ibi dicit, quod ſtipulatio, vel prohibitio ne res poſsit alienari in certam perſonam committitur etiam ſi per hæredis inſtitutionem res alienetur, ergo idem eſt in permiſſione, ita allegat Socin. conſ. 123. nu. 2. Surd. conſ. 10. nu. 22. quia ſufficit, quod peruentum ſit ad actum, per quem ſequitur alienatio.

9 Extende, quia facultas, & licentia diſponendi conceſsa debet intelligi libera, non autem limitata. Surd. conſ. 29. n. 8. vbi loquitur in legato decem millium facto vxori cum facultate inter liberos diſponendi, quia poterit inæqualiter inter eos diſponere pro libito.

10 Extende, quia grauatus habens facultatem alienandi ſi alienat poteſt quocunque modo alienare etiam titulo donationis inter viuos, & cauſa mortis, & per hæredis inſtitutionem, quia licentia libera eſt, & modo poteſt obijci filio eo caſu, quod primo alienata imputet in legitimam, & Trebellianicam, late Surd. conſ. 71. per totum.

11 Extende, quia ſi teſtator prohibet alienationẽ fideicommiſſi ſub pęna præterquam inter inſtitutos, & ſubſtitutos, poterunt tamen inſtituti & ſubſtituti inter ſe alienare non ſeruato ordine proximitatis, vt ſolum proximiori poſſit fieri alienatio. Ruin. conſ. 116. n. 12. ver. ſed ad iſtud, lib. 2.

12 Contrarium, quod intelligatur inter proximiores, & ſeruata gradus prærogatiua, idem Ruin. allegat ibi d. conſ. 116. n. 12. lib. 2. in prin.

13 Declara, quia is, qui capit ex tali permiſſione alienandi in certas perſonas, dicitur habere à grauante non agrauato, plene Ruin. conſ. 176. num. 15. ver. Sed ad iſtud, lib. 2. vbi declarat.

14 Amplia, quia ille, qui eſt dominus, quamuis reuocabiliter niſi alienet, cenſetur alienaſſe per hæredis inſtitutionem. Gabriel. conſ. 143. nume. 5. & ſeq. lib. 1.

15 Reſtringe, quando dominium eſt alienum, ſed tamen ille, qui habet vſumfructum, non habet dominium, quia poteſt alienare ex facultate ſibi reſeruata, vel tradita, nec per inſtitutionem hæredis cenſetur alienaſſe, ſed debet ſpecifice vti facultate ſibi tradita, vel reſeruata. Gabriel. d. conſ. 143. n. 7. & ſeq. vſq. in fin.

16 Idem eſt in fideicommiſſario grauato alteri reſtituere, ſed cum facultate diſponendi pro ſcutis mille, & ſi non diſpoſuerit quod pecunię ſpectent ad ſubſtitutum, quia ſi in ſpecie nõ diſponat pro facultate conceſſa in ſpecie, non cenſetur per hæredis inſtitutionem diſpoſuiſſe. Silua. conſ. 14. per totum.

Vide. Diſponere, & ordinare quid importet. Concluſ. 482. nu. 6. & ſeq. vbi plenius.

17 Idem eſt in ijs, in quibus diſponens eſt dominus, ſed dominium non eſt duraturum, quia ſi in ſpecie non diſponat non cenſetur per generalem diſpoſitionem, vel per hæredis inſtitutionem diſpoſuiſſe. Crauet. conſ. 144. nume. 8. & ſequent. vbi plura ponit.

18 Idem eſt in grauato fideicommiſso ſi non diſpoſuerit, puta, ſi deceſserit ſine filijs, & ab inteſtato, ſuccedat talis, quia licet faciat teſtamentum, tamen ſi in ſpecie non diſponat, dicitur inteſtatus quoad bona fideicommiſso ſuppoſita. Pariſ. conſ. 44. nu. 18. lib. 3.

Vide. Fideicommiſsum non habet locum niſi prout verba ſonant. Concluſio 271. numer. 36. & ſeq.

19 Idem eſt, ſi non eſt dominus, licet poſſit diſponere, prout eſt res hæredis, quia ſi nihil dicat, non cenſetur per inſtitutionem hæredis diſponere, etiam ſit ſit communis cum teſtatore res hæredis. Crauett. d. conſ. 144. nu. 9. & ſeq.

20 Idem eſt in re donata cauſa mortis, quia per inſtitutionem hæredis non cenſetur teſtator diſponere, & reuocare, licet poſſit; quia requiritur ſpecialis reuocatio, vel mentio. Areti. conſ. 74. in quarto dubio, ſequitur Crauett. conſ. 144. nu. 10. Anchar. Regien. quæſtio. 73. lib. 1. vbi quid in legato, & alijs.

21 Amplia, vt procedat etiam ſi ſit dictum de alienatione, vel diſpoſitione in vita facienda, veluti ſi hæres inſtituatur quandiu vixerit, cum hoc, quod poſſit, & valeat in vita ſua de bonis teſtatoris diſponere, & ordinare prout voluerit, & caſu, quo hæres non diſpoſuerit, eo caſu, in eo, quod ſupererit inſtituit, ſeu fecit alium hæredem, quia valebit diſpoſitio facta per heredem in teſtamento, vt in terminis conſuluit. Laſ. conſ. 130. lib. 4. Sequitur Menoch. conſ. 210. numer. 13. vbi alios citat.

22 Contrarium videtur velle. Ruin. conſ. 115. nu. 3. lib. 2. ex mente Alex. & aliorum.

23 Declara, vt in ver. Diſponere, & ordinare quid impor-

importet.Concluſ.482.Vbi quod habet locum, tam inter viuos,quam in vltima voluntate.

84 Limita, quia ſi teſtator faciens fideicommiſſum generale prohibet alienari immobilia,non tamen permittit alienari mobilia,quia datur medium inter prohibere, & permittere, videlicet non prohibere,ideo erit ſola prohibitio legis immobilibus. Corne. plene. conſ.97. in fi. lib.1.

85 Extende in alienatione prohibita ad certum tempus,quę non cenſetur permiſsa poſt tempus, quando ſubiecta ſunt bona fideicõmiſſo,quia prohibitio expreſſa bene ceſſat,ſed non tacita à lege inducta. Ruin. conſil. 117. numer. 27. libro ſecundo.

86 Limita,quia ſi fuit licentia data fęudatario alienandi fęudum,ſeu vendendi emphyteuſim, vel aliud prohibitum de iure, & ſic ſimus in materia ſtricta,ille non poterit permutare,neq.alium contractum,vel diſtractum facere.Ita Felin.in c.fi. n. 7.in tertia limit.de accuſat.vbi quod neq.poterit dare in ſolutum,ſecus ſi materia non ſit odioſa,& contra ius commune.

87 Extende maxime in licentia data in ſententia, vel decreto Iudicis vendendi,quia non poteſt alium contractum facere,ſed neq.obligare,quia in diſpoſitione hominis materia exhorbitans non extenditur à maioritate rationis.Felin.d.c.fi.nu. 8.de accuſat.

88 Reſtringe,niſi ſtatutum diſponat,quod maritus poſſit libere alienare ad eius voluntatem, quia alienatio continet latiorem ſignificatum,& poterit etiam donare.Felin.vbi ſupra.

Vide Concluſionem proximam præcedentem, Vbi de eadem tacita licentia alienandi.

Alienatione prohibita, quid ſit prohibitum. Concluſio. CCLXI.

1 REGVLA eſt,quod prohibitus alienare prohiberi alteri titulum conſtituere in re prohibita,per quem conſueuit transferri dominium, quia ſiue ſequatur poſſeſſio,ſiue præcedat,talis dicitur alienatio, & propterea emphyteuta caderet eo caſu.Bald.d. conſ.415.ver. quarto præmittendum,vſq. in fin.lib.1.

2 Extende ampliationem, vt procedat etiam ſi titulus ſit de futuro, quia ſi ſequatur traditio cenſetur idem titulus redactus ad præſens. Baldus dicto conſil.415.circa med. ver. nec obſtat,quod verba.lib.1.

3 Amplia,quia prohibitus fideicõmiſſarius alienare ſub pęna caducitatis, cadit ſi alienat concedendo rem prohibitam alicui ad vitam, quia dicitur alienatio. Corne. conſil. 254.Circa primum. lib. 3. quem ſequitur Afflict. deciſ. 234. num.3.

4 Et cadit in totum,licet alienet minimam partem propter contrauentionem, quando teſtator voluit, quod eſſet priuatus alienando. Deci. c.de appellationibus. num. 4. de appellation. allegat Angel.conſ.168.

5 Amplia, quia prohibitus alienare, ſi locat ad longum tempus cenſetur alienare, & cadit.Ang. Areti. conſ.58.Nulli dubium,in princ. & longum tempus dicitur decem annorum, late Alexand. conſ.17.Viſo inſtrumento, per totum, lib. 4. vbi quod locatio bonorum Eccleſiæ ad decem annos eſt nulla,quia eſt alienatio.

6 Extende, quia ſi fiat legatum vſusfructus in perpetuum rei prohibitę alienari,dicitur facta alienatio,& cadit in pęnam.Angel. Aretin. dict. conſ.58.in prin.n.2.& ſeq.

Vide Socin. Regula 11. Alienare prohibitus etiam ad longum tempus locare prohibitus cenſetur,vbi ponit octo reſtrictiones,quibus permiſſa eſt locatio ad longum tempus.

7 Amplia, quia emphiteuta prohibitus alienare rem emphyteuticam,prohibetur etiam locare ad longum tempus irrequiſito domino,alias cadit etiam ſi dicat, quod titulo ſimplicis locationis locat.Bald.conſ.415.Præmittendum eſt,lib.1, in princip.

8 Extende,vt idem ſit in vſufructuario,qui non poteſt alienare perpetuo vſumfructum, alias perdit illum,quia idem erit,ſi locat ad longum tempus.Bald.d.conſ.415.in prin.lib.1.

9 Extende, quia prohibitus locare ad longum tempus,& alienare, prohibetur etiam locare ad modicum tempus cum pacto,quod finita locatione,ſit renouata.Alex.conſ.165.Viſis duobus, lib. 2.quod duplicatur,lib.1.conſ.68.

10 Extende,quia bona Eccleſiæ, quæ prohibentur concedi,niſi in tertiam generationem. ſi concedantur in tertiam generationem permiſſam cum pacto,quod finita tertia generatione ſit renouata in quartã,& quintam,huiuſmodi alienatio non valebit tanquam facta in fraudem.Alex.conſ.165.in prin.ver.confirmo itaq.lib.2.

11 Amplia,quia prohibitus alienare, prohibitus etiam eſt cedere iura cum cõſtitutione Procuratoris in rem ſuam, quia alias fieret fraus legi. Bal.conſ.349.qui litem,lib.2.

Vide. Prelatus cum capitulo, in extraiudicialibus prejudicat Eccleſia, & quando ſecus. Concluſio. 504.nu. 17.

12 Extende,quia Eccleſiæ qua ratione prohibetur alienare bona ſtabilia,eadem ratione prohibetur cedere iura ad bona ſtabilia.Dyn.conſ.8. In quęſtione petitionis,nu.3.& 4.ver.ſuper eo, vbi hoc declarat,niſi iura eſſent dubia, & litigioſa, quia poteſt fieri tranſactio,tamen apoſtill. vbi in ver. cedi,tenet,quod non poſſit fieri ceſſio,niſi cum ſolemnitate.

13 Extende in filio familias, quia ſicut ille non poteſt vendere ſine conſenſu patris, ita non poteſt cedere iura,quę in perſona ſua acquiſiuit, niſi pater conſentiat.Dyn.conſ.23.Super quęſtio
14 ne,qua quæritur,in prin.

Amplia, quia prohibitus alienare, prout eſt emphyteuta, prohibetur compromittere, & tranſigere, quia laudum eſt tranſactio, quando aliquid hinc inde diſponitur, quod intellige, quando ex laudo, vel tranſactione aliquid dari diſponitur, ſecus ſi retineri mandatur, vel non peti.Bald.conſ.415.in princip. ver. ſecundo præmittendum,lib. 1. Bart. conſ. 159. Viſa quadam conſtitutione, vbi quod eadem ſolemnitas in compromiſſo requiritur,quę in alienatione,n. 4.& ſeq.lib.1.

Vide.Compromitti quæ non poſſunt. Concluſio.499.nu.14.& ſeq.
15

Reſtringe in fęudo, quia licet non poſſit alienari,poteſt tamen ſuper re fęudali tranſigi.Bald. d.conſ.415.poſt med.ver.tamen in fęudo,lib.& 1.

poteſt

poteſt compromiſſum fieri, quia intelligitur factum ſuper commoditate non ſuper proprietate, Bal.conſ.274.in prin.lib.5.

16 Reſtringe, quando cauſa ſubeſt legitima, ideo Gubernatores loci pij, qui non poſſunt alienare poſſunt tranſigere, quando inſtrumentum, ſuper quo fundatur ius loci pij, eſt de falſo ſuſpectum ex confeſſione Notarij. Bald.conſ.252. Poſtquam Notarius.lib.4.

17 Amplia, quia ſtatutum prohibens ob publicam vtilitatem minoris, vel alios alienare, cenſetur etiam prohibere permutationes. Bald. conſ. 178. Iſtud ſtatutum.

18 Amplia, quia prohibitus alienare prohibetur ſeruitutem conſtituere ſuper re prohibita, & ſi conſtituatur non valebit niſi durante vita conſtituentis. Bald. in l. Prouinciali. C. de ſeruitut. & aqua. Ial. in l. fin. C. de iur. emphyt. num. 147. & 148. vbi dicit, quod ideo emphyteuta non poteſt conſtituere ſeruitutem, niſi eius vita durante, ſic & maritus in re dotali niſi quatenus duret matrimonium, infra Concluſione ſequenti. numero 8.

19 Extende, quia etiam prohibetur pignorare pro tanto pretio rem prohibitam, quod non ſit ſpes redemptionis, quia eſt vera alienatio. Neguſ. de pignor. in tertia part. in 1. membr. num. 27. & ſequen. l. legata. §. fin. & ibi Bartol. ff. de ſuppel. lega.

Vide. Prohibitio directa impedit factum prohibitum per indirectum. Concl. 900.

20 Amplia, quia prohibitus alienare prohibetur etiam confiteri, ne ex confeſſione procedat alienatio per indirectum, ideo pater confitendo ſe debitorem, vel alienando, & confitendo recepiſſe pretium non præiudicat filio in legitima. Alex. conſ. 45. lib. 1. in fine, quia eſſet aperta via fraudibus. plene Oſaſch. deciſ. Pedemont. 172. nuu. 11. & ſequen. n. 36. & ſeq.

Vide. Legitima non poteſt minui per fraudem parentum, Concl. 188.

21 Extende in Eccleſia, quæ non poteſt alienare, niſi ſeruatis ſolemnitatibus, & ſic nec confiteri quando per indirectum alienatio induceretur. c. poſtquam. 20. quæſt. 2. gloſſ. in cap. dudum. il 2. de election. verſ. de ueritate dicenda, circa medium ver. ſed nunquid crederetur, quam communem* dicit Roman. conſil. 389. in princip. alias aperta eſſet via fraudibus, Caſtrenſ. conſil. 338. num. 3. libro 1.

22 Extende in omni contractu prohibito ſine certa ſolemnitate, quia non ſtatur confeſſioni partium. Oſaſc. d. deciſ. 172. nu. 17. & ſeq. vbi extendit etiam ſi adſit iuramentum.

23 Extende, quia procedit tam in confeſsione expreſſa, quam in tacita per productionem iurium reſultantem. Crauett. conſ. 175. num. 5. & 6. Rim. Iun. conſ. 18. num. 172. & ſeq.

24 Extende, quia prohibitus alienare prohibetur etiam obligationem, pactum, vel promiſsionem de alienando facere, & ſicuti nulla eſſet alienatio, ita etiam promiſsio de alienando. Alexan. conſ. 17. Viſo inſtrumento. num. 6. & ſeq. ver. confirmantur prædicta. lib. 4.

25 Amplia, quia conceſsio in emphyteuſim, vel ad liuellum dicitur alienatio vtilis dominij, ideo ſicuti minor prohibetur alienare ſine ſolemnitatibus, ita etiam prohibetur concedere in emphyteuſim, vel liuellum. Bald. conſil. 184. Ad intelligentiam. num. 3. ver. ſecundo præmitto. lib. 2.

26 Amplia, quia alienatione in genere prohibita, prohibetur etiam alienatio in Eccleſiam, & pium locum. Alexand. conſ. 120. Super eo. column. 1. in fin. & col. 2. in princ. verſ. non obſtat ſi diceretur. libro primo: vbi extendit etiam in vltima voluntate.

27 Reſtringe, quia prohibita venditione non prohibetur alienatio per vltimam voluntatem. Alex. d. conſ. 120. col. 2. in princ. lib. 1.

28 Amplia, quia alienatione prohibita, eſt prohibita permutatio. cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. l. fi. C. de reb. Eccleſ. non alien. Rip. in l. filius familias. §, Diui. num. 109. Fabian. de Mont. tract. de emptio. & vendit. in 2. quæſt. princ. ver. ſecundo quæro. num. 1. & ſeq.

29 Extende regulariter hoc procedere etiam in fideicommiſſo prohibito alienari, ut per Marzar. in Epit. fideicomm. quæſtion. 39. vbi pro vtraque parte.

30 Contrarium tenent plures, quos citat idem Marzar. dicta quæſt. 39. Caſtrenſ. conſil. 270. per totum.

Vide. Fideicommiſſum non poteſt alienari, & quando ſecus. Concluſ. 283. num. 84. & ſeq.

31 Declarat Imol. conſ. 38. num. 16. & ſeq. non procedere in permutatione neceſſaria, quia etiã ſi eſſet prohibita permutatio, & omnis alienatio ex quacunque cauſa debet intelligi de voluntaria, ideo quando res eſt incommoda extra iuriſdictionem in loco periculi, vel vbi male tractantur ſubditi, poteſt res prohibita permutari, vt ibi per eum.

32 Reſtringe, ſeu declara alijs tribus modis, vt per Croc. conſ. 65. nu. 14. & ſeq. videlicet, ſi teſtator non habuit affectionem particularem ad illam rem. Item ſi ex cauſa prohibeat, quæ cauſa conueniat etiam rei permutatæ. Item ſi prohibitio eſt nuda, & ſine cauſa.

33 Reſtringe, quia alienatione bonorum Hoſpitalis prohibita per teſtatorem, qui dotauit hoſpitale, non eſt prohibita permutatio, quæ fit in vtilitatem hoſpitalis, maxime quando conſtat quod fauore hoſpitalis facta eſt prohibitio. Caſtrenſ. conſ. 270. dubitatur nunquid, per totum, vbi pro vtraq. parte, & hanc tuetur, lib. 1.

Vide Concluſionem proximam ſequentem, nu. 15. & 16.

34 Alienatio melioramentorum factorum in re emphyteutica ſi prohibeatur per ſtatutum, & annulletur niſi præuia intimatione directo domino facienda, cenſetur etiam prohibitum pignus, & prohibita hypotheca, per quam peruenire poſſet ad alienationem. Bald. conſ. 218. Præſuppoſito ſtatuto, lib. 1. in prin.

35 Amplia, quia prohibitus alienare prohibetur, etiã donare, & prohibita venditione prohibetur donatio, & quãdo ſecus. Vide Incertũ Authorem, poſt regulas Soci. reg. 10. prohibita venditione, vbi ponit tres fallentias. Primo, ſi diuerſa ſit ratio. Secundo, ſi communis uſus loquendi ſit contrarius. Tertio, quando in venditione fit mentio de pretio, quia non habet locum in donatione.

35 Limita quando pignus, vel hypotheca eſſent pro modica ſumma, pro qua veriſimiliter non peruenireturad alienationem. Bald. d. conſ. 218. in princ. lib. 1.

Limita

37 Limita, quia minor prohibitus alienare sine decreto non prohibetur profiteri,& bona sua, & personam in religionem alienare. Bald.consil. 248. Quæritur,an reseruatio.nu.2.lib.2.

38 Limita,quia res prohibita cedi, vel alienari per mulierem potest marito in dotem dari, quia non dicitur alienatum,quod in corpore matrimonij dicitur spe retentum, & reuersurum.Bal.cons. 335.Quædam mulier.lib.1.in princ.

39 Limita, quia prohibitus alienare sine certa solemnitate, & præsentia deputatorum non prohibetur ex causa necessitatis posse alienare.Bald. cons.37. Decreto, vel rescripto.nu.3. lib. 3.vers. item alienatio. Alex.cons. 215.Ponderatis.nu.7. ver.possunt etiam prædicta.lib.6.

Vide in Conclus. proxime sequen. in principio,& num.4.

40 Declarat apostill.ad Alex.d.cons. 215. num.7. lib.6.in ver.necessaria, vt procedat in liberatione, quæ debet fieri soluenti ex necessitate non ex alia causa,& quod ita loquitur Rom. cons. 394. Allegatus per Alexandrum.

41 Limita,quia licet Prælatus non possit deducere in iudicio rem, quam non potest alienare, tamen id intelligitur dummodo nomine suo deducat in iudicio, secus si nomine Ecclesiæ. Zabarell.cons.134. num.3.ver.vnde licet Prælatus, & nu.4. vbi dicit notandum.

42 Limita, quia res prohibita alienari si semel efficitur alienabilis perpetuo est alienabilis.Concl. prox.seq.num.25.& seq.

Vide. Res facta semel alienabilis perpetuo efficitur alienabilis.Concl.246.

43 Limita, quia prohibitus alienare extra familiam non prohibetur in familia ex causa necessitatis alienare. Ioann.de Anan.cons.47.num. 2. & seq. & maxime numero 5.

44 Extende, quia non prohibetur consentientibus omnibus de familia alienare etiam extra familiam.Io. de Anan.d.cons.47.nu.2.

Alienatione prohibita per patrem inter filios non extenditur vltra ipsos nisi expresse dicatur, & quando secus.

Vide. Soci.regula 6. Pater licet alienationem, vbi limitat duobus modis, quando inter liberos, vel hæredes, quia tunc extenditur ad omnes descendentes,& omnes hæredes.

Vide. Fideicommissum in filios, & descendentes quos comprehendat. Conclus.251.

Alienatione prohibita, quæ alienatio permittatur, & in quas personas. Conclus. CCLXII.

1 RES donata cum onere,quod non possit alienari in totũ,vel in parte,potest alienari ex causa necessitatis.Feder.deSen.cons.189.in prin. Rom.cons.319.Ex themate.num.8.& sequen. vbi apostill. in ver. necessariam citat plurimos concord.& cons.457. Circa propositam.num.3.ver. primo quia. Angel. cons. 57. Ad declarationem. num.4. ver.& dicendum est, sequitur Alex. cons. 155.Visis. in princip.lib.2.Ias. cons. 101. & 102. lib.1. & cons.96. col. 6.lib.4.Aegid.Bellam.cons. 85. num. 4. ver.sed nunquid.Castren. cons. 490. Viso puncto.num. 3.ver. tertio loco.lib.2. Alex. cons.55. nu.5. ver.quia dicitur.lib.3. & adde supra conclus.præceden.

Vide. Necessaria causa facit permissum id, quod alias esset prohibitum.Conc. 18.

2 Contrarium tenet Ias.in l. si ita quis.§.ea lege num.38.ff.de verb. obligatio. vbi se retractat, & vt dicit apostill.ad Alex. d.cons.155.lib.2.in ver. quod non Ias.malam consultationem factam reuocauit palam in lecturis.

3 Extende,quia multi sunt casus, in quibus alienatio prohibetur de iure, & tamen necessaria alienatio permittitur. Aegid.cons.15.num.4.vbi dat exemplum in fundo dotali, & similibus.

4 Ratio est,quia actus ex necessitate factus non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri. Roman. dicto consil.219.num. 9. vbi apostill. final. in ver. fieri, dat concordant. Alexan. cons. 55. Ponderatis. num.5.ver.quia illa dicitur alienatio. lib.3.

5 Declara supra. Conclus. præceden. num.38.& seq.ver.limita.

6 Amplia, quia potest concedi ad vsumfructum ad vitam tenentis ipsam rem, vel ad precariam. Feder. de Sen. d.cons.189.circa fi.

7 Declara,vt per Bald.Nouell.in tract.de dote. in 6.parte,priuil.56.vt procedat si alienatio prohibetur propter dominium tertij, ne fiat præiudicium, secus si alienatio simpliciter prohibetur propter se.

8 Restringe, quia fideicommissarius prohibitus alienare non potest vsumfructum vxori in bonis prohibitis cõstituere.l.fi.C.de reb.alien.nõ alien. c.non liceat 12.q.2.Bart.in l.codicillis.institutio §.ff.de leg.2.Bero.quæst.95.num. 3.vnde sequuta alienatione potest substitutus reuocare.l.peto.§. fratre.ff.de leg.2.l. pater.§.libertis.ff. eod. l. pater.§.filius.vbi Bar.ff.de leg.3.

Vide Conclus.præced.num.18.

9 Amplia,quia alienatione prohibita, censetur prohibita quoad successores, non autem quoad commodum alienantis,quia ipse priuatur cõmodo,&beneficio in sui præiudiciũ.Cald.con.258. in fi.alias 2.de ijs,quæ fiunt à Prælat.qui loquitur in Episcopo donante portionem canonicam mortuariorum.

Vide. Alienatio nulla non obstat alienanti, & quando,infra Concl.267.nu.12.& seq.

Vide supra.Actus nullus,vel prohibitus quando valet contra gerentem actum.Conc.143.

10 Extende idem in patrono, cui est concessum iuspatronatus, & filijs,& descendentibus masculis, quia licet non possit donare in præiudicium masculorum descendentium, tamen potest ius præsentandi ad vitam suam alienare, &donare. Calder.cons.441. alias 19. de iurepatr. quod est Petr.de Anchar.& Gaspar.Calder.

11 Extende, vt idem sit in successore, quia non potest venire contra concessionem in emphyteusim factam à suo prædecessore, quando ipse successor repetit canonem, quia censetur approbasse ipsam concessionem. Calderin.cons.449.alias 7.de censib.

12 Extende in habente fœudum antiquum,quia licet non possit in præiudicium agnatorum alienare, tamen potest subinfœudare,donec ius suum duret,quę subinfœudatio durat quandiu ius vassalli durabit, vel hęredum suorum. Bald.cons.16.

in

Digitized by Google

in fin.verſ.porro ſi fęudatarius,lib.1.

Vide. Fęudum antiquum qualiter poſſit ſubinfęudari.Concluſ.190.

13 Extende in eo,qui habet decimas in fęudum, vel in eo,qui habet vſumfructum, quia licet non poſſit alienare,tamē poteſt compromittere, quia compromiſſum reſtringitur ſolum quoad vtilitatem,& commoditatem,non autem,quoad ſubſtantiam decimarum,vel vſusfructus.Bald. conſ.274. non reuocando in dubium,lib.5.

14 Amplia,quia mulier habens vſumfructum,licet illum cedere non poſſit alias conſolidaretur domino cum proprietate , poteſt tamen illum dare in dotem,quia nō dicitur alienatum, quod in corpore matrimonij eſt ſpe retentum,& reuerſurum. Bald.conſ.335.Quædam mulier,lib.1.

15 Amplia.quia fideicommiſſarius prohibitus alienare non prohibetur permutare.

Vide.Fideicommiſſum non poteſt alienari , & quando ſecus.Concluſ.283.n.84.ver.Limita quia Fideicommiſſum , vbi habes alias ampliationes, quas videas.

Vide Concluſionem proximam præcedentem, nu.28.& ſeq.

16 Declara, pulchre hanc materiam ex mente Ruin.conſ.116.nu.15.in fin. & ſeq. ver. quinimo, lib.2.Vbi diſtinguit,ſi teſtator prohibet rē poſſe vendi,vel alienari , & ſic alternatiue;ſicut prima prohibitio intelligitur inter viuos , prout vendi, ſic etiam ſequens alternatiua , licet ſit latior , reſtringitur inter viuos,& è contra:ſecus ſi copulatiue prohibitio fiat non poſſe vēdi,neq. alienari, vel vendi,& alienari;vide eum,vbi idem dicit de permiſſione eo caſu,vt reſtringatur.

17 Amplia,quia prohibitus alienare non prohibetur diuidere inter vocatos deſcendentes,etiam ſi ſit filia, vel deſcendens fœmina.Roman. conſ. 457.Circa propoſitam,col.penul.in prin.ver.aduertendum maxime ad effectum dotis , qnia ex quo tenentur dotare deſcendentem teſtatoris fęminam in ſubſidium ex fideicommiſſo, intrat regula,quem de iure tenet actio eundem agentem repellit exceptio,& infra.n.27.

18 Amplia ,quia alienare prohibitus ſimpliciter, nō prohibetur,ſi ex cauſa neceſſaria alienet. Ægi. Bellam.conſ. 35.nu. 4.ver.Sed nunquid. Caſtrenſ. conſ.400.Viſo puncto,nu.3.ver.tertio loco,lib.2. Plenius ſupra,n.1.& ſeq.

19 Amplia,quia prohibitus alienare,non prohibetur dotare deſcendentem teſtatoris, tum quia eſt cauſa neceſſaria,ſi non adſunt alia bona,tum quia fideicommiſſum,& prohibitio non comprehendit dotem , tum etiam quia licet fęudum alienari ſit prohibitum,tamen mulier ipſa dat fęudum in dotem.Rom.d.conſ.457.num.3.ver.Primo quia,cum ſeq.vbi apoſtil.in ver.alienari poſſe.

Vide plenius . Dos cautelatur ſuper fideicommiſſo.Concluſ.747.

20 Amplia in prohibitione facta in fideicommiſſo ratione familiæ,vel alias quia prohibitio ſimplex non extenditur ad ipſos hæredes , & de familia. Bald.conſ.498.de detractione in fin.lib.1.vbi loquitur in filijs grauatis non alienare bona relicta in aliquam perſonam , vt poſſint inter ſe alienare.

Vide.Alienatio fideicommiſſi,& rei prohibitæ, quando,& quibus permiſſa.Concluſ.259.

21 Extende,quia prohibiti alienare poſſunt inter ſe donare,dummodo donatio excedens ſummam inſinuetur.Bald.conſ.163.Super eo,n.2. ver.ſuper eo,lib.4.

22 Extende,vt idem ſit,ſi prohibita ſit alienatio inter viuos pluribus fratribus, quia non ſe extendit prohibitio ad ipſos prohibitos , quin valeat alienatio facta inter ſe ſe.Bald.conſ.481.Magnifici viri,n.4.ver.Secundus paſſus,lib.1. & conſ.52. Subſtitutio facta,ver.in contrarium.lib.2.

23 Extende,quia ſi teſtator inſtituit, & ſubſtituit filios ſuos,& prohibuit vni alienationē.Ita quod in euentum alienationis deueniant alienata ad alios duos;poterit tamen prohibitus alienare , & donare vni ex fratribus, quibus bona applicantur in caſu alienationis.Bald. conſ.373.Quidam Alex.in fi.n.5.ver.dico inſuper,lib.3.

24 Declara,quia extenſio non procederet, quādo fideicommiſſum eſſet factum decedenti ſine filijs, & eſſent ſubſtituti A. & B. quia ſi grauatus alienaret A. & poſtea inſtituat B. hęredem,poterit euincere fideicommiſſum ab A. licet ſit vnus deſubſtitutis. Cuman. conſ. 33. Quidam ponamus, per totum,vbi quod ita tenuit Benedict.de Plumbi.Signorol.& Fulgoſ.

25 Amplia, vt in tantum alienatio ſit permiſſa inter eos,qui prohibitioni alienationis contrauenerunt;vt imo ſi inter eos ſit ſemel facta alienatio, res alienata ſemel poſſit etiam in extraneos poſtea alienari , ſecus eſt quoad portionem nunquam alienatam.Bal.d.conſ.482.n.4.ver. Secundus paſſus,lib.1.& conſ.52.circa med. ver.ſuper hoc,lib.2.Et ratio eſt , quia prohibitio teſtatoris non extendit ſe poſt licite factam alienationem. Bald.conſ.85.circa med.ver.Sed in contrarium, lib.5.& Concluſ.proxima ſeq.n.56.& ſeq.

Vide.Res facta alienabilis ſemel.Concluſ.246.

26 Extende , quando teſtator prohibuit alienari, niſi certo caſu inter eos,qui prohibentur,quia ſemel alienata ex permiſſione teſtatoris inter prohibitos poterunt alienari perpetuo,etiam in extraneos,quia res ſemel facta alienabilis, &c. Bal. conſ.448.Præmiſſis verbis,lib.5.vbi dicit hanc eſſe rationem,l.pater.§.quindecim.ff. de legat.3.ui delicet , quia alienatio omnis debet eſse libera, & vide ſupra nu. 28.

27 Amplia,quia alienatio ſi eſt prohibita inforēſes, vel alios habentes qualitatem certam,non procedit prohibitio ſi fiat alienatio per patrem in filium forenſem,vel in Eccleſiam,quæ non eſt prohibita ob qualitatem expreſsam.Bald.conſ. 358. nu.3.lib.1.Vbi quod alias eſset contra libertatem Eccleſiæ,& ſupra nu. 17.

Vide.Statutum circa forenſes , vt ſtabilia non acquirant.Concluſ.554.nu.9.

28 Amplia,quia vbicunq.teſtator prohibet alienationem,quia vult bona perpetuo ad deſcendentes deuenire,ſi tamen dat licentiam , quod vendant inter ſe,res ſemel vendita inter prohibitos,poterit ſemper libere alienari,quia prohibitio non ſe extendit poſt alienationem ſemel factam. Bald. conſ.85.præmiſsis verbis,lib.5.vbi dicit hanc eſſe rationem,l.ſi pater.§.quindecim, ff. de legatis 3.& ſatis ſubtilem;vide ſupra.nu.26.

29 Amplia,quia prohibita alienatione bonorū extra certā familiam,non excluditur mulier,quę eſt filia,& de familia,ſed bene excluduntur filij filię, quia ipſi non ſunt de familia matris , ſed patris. Fulgoſ.conſ.116.in prin.qui maxime hoc dicit verum,

rum,quando prohibitio eſt in rẽ,non in perſonã.

30 Contrarium,quod imo filia ſemel admiſſa non prohibeatur habere hæredem ab inteſtato illum, qui ſucceſſurus eſt,dicit Alex.conſ.56.Conſideratis verbis.nu.6.vbi,quod iſta eſt * communis opinio,lib.1.vbi apoſtil.in ver.adhuc.

31 Imo dicit Alex.d.cõſ.56.n.9.ver.Et dicit Imol. lib. 1. quod nedum bona ab inteſtato tranſeunt ad proximiores, ſed quod etiam mulier poterit teſtari,& inſtituere ipſos proximiores, & dicit * communem, & reſpondet ad contraria, quod non poſſit expreſſe inſtituere,ſcilicet,non venientes ab inteſtato, & extraneos, ſecus ſi inſtituat proximiores,qui ab inteſtato ſuccederent, licet non ſint de familia.

32 Declara,vt per Fulgoſ.d.conſ.116. in princ. vt contrarium ſit verum,quando prohibitio eſt perſonalis,vel facta in perſonam,ſi vero ſit realis, & facta in rem,procedat ampliatio.

33 Declara ſecundo,quia licet tranſeat ius, quia ſuccedit in ius vniuerſum,tamẽ reuocabitur per fideicommiſſarium de familia,ita videtur velle Bal.conſ.83.An prohibita.lib.2.

34 Amplia,quia diuerſa ſunt vendere,donare, pignorare,permutare,& ſimilia,quia ſunt diuerſi tituli,ideo ſi prohibetur venditio ſimpliciter,non prohibentur alij modi alienationis, niſi conſtet de mente,vt quia prohibetur venditio, quia vult bona perpetuo in ſuos deſcendentes permanere, vel in ſua familia.Tunc quia conſtat de mente ſtatur potius menti,quam verbis.Caſtren.dict.conſ. 115.Super primo,in prin.lib. 1. Et ideo expreſſo vno modo veniunt alij,qui habent eundẽ effectũ.

35 Et prohibita alienatione ex vendito, vel contractu non prohibetur alienatio per vltimam voluntatem.Alex.conſ.120.Super eo,col.2.in prin.

36 Declara,quia ſi alienatio fiat in caſu prohibito,quod bona ad alium deueniant reſoluitur vſuſ fructus conſtitutus per prohibitum ſuper re,quæ decidit in commiſſum, ſecus ſi eſſet conſtitutus per teſtatorem facientem prohibitionẽ.Caſtrenſ. d.conſ.115.col.2.ver.Super ſecundo.lib.1.

37 Limita,quia alienatione prohibita à lege, vel ſtatuto,prohibetur etiam hypotheca, vel pignus in ipſa re prohibita, per quam peruenireturad alienationem.Bal.conſ.218.Prẽſuppoſito ſtatuto, lib. 1.in prin.

Vide.Alienatione prohibita. Concluſ.proxime præcedente,cum duabus Concl.proxime ſequen.

Vide.Prohibita alienari quando cenſeantur legata,vel obligata,vel non.Concl.903.

Alienatione prohibita, an ſit prohibita hæredis inſtitutio, vel alienatio impropria.Conclu. CCLXIII.

1 ALIENATIONE prohibita,non eſt prohibita hæredis inſtitutio quoad pœnam, ideo inſtituens hæredem in re prohibita alienari ſub certa pœna, non committit pœnam.Oldrad. conſ.170.In quæſtione propoſita,n.2.ver. Nam licet ille,vbi,quod licet hæredis inſtitutio ſit alienatio,tamen pœna non committitur,quod procedit in ſimplici prohibitione,ſecus quando ratione certarum perſonarum eſſet inducta prohibitio.Angel.de Peruſ.conſ.57.Domina Andrea,col. penul.n.3.& ſeq.ver.ſecũdo videdũ.Bart.in l.peto,§.fratre,ff. de legat. 2. & in l.ſi ita quis,§. ea lege,ff.de ver.oblig. Alex. conſ.56.lib.1.vbi dicit * * communem,& conſ.155.lib.2.& conſ.55.lib.3. * Socin.conſ.227.lib.2.vbi dicit * communem.Socin.lun.conſ.163.lib.2.vbi extendunt etiam ſi adſint illa verba aliquo modo,vel titulo.

2 Ratio eſt,quia hęredis inſtitutio eſt alienatio neceſsaria,quę non venit in prohibitione alienationis.Alex.conſ.55.n.5.ver.quia illa dicitur alienatio.lib.3.

3 Extende,quia libera debet eſse teſtandi facultas,& teſtamentum non debet reſtringi per metum pœnarum,vel amiſſionem iuris.Alex.d.conſ. 155.in prin.n.2.lib.2.

4 Declara totam iſtam materiam,quia ſi à lege, vel alia diſpoſitione fit mentio alienationis permiſſiuę, continetur etiam hæredis inſtitutio,ſi vero prohibitiue generaliter,& in omnem perſonam,& non continetur hæredis inſtitutio; ſi autẽ prohibitio eſt facta odio certarũ perſonarum, ne ad eas bona perueniant,tunc prohibetur hæredis inſtitutio, & ſucceſſio ab inteſtato talium perſonarum.Alex.d.conſ.55.Ponderatis,nu.6.ver.quia aut à lege,lib.3.

5 Declara,quia quod dicitur,quod prohibita alienatione, non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio, intelligitur quando prohibitio eſt generalis, & ſimpliciter facta, vt quia prohibuit teſtator poſse bona alienari, quia tunc prohibitio cenſetur ad vitam,& quia prohibitus non poteſt ſemper viuere, poterit hoc caſu hæredem inſtituere. Alex.conſ.55.Ponderatis ijs,n.2.& ſeq.ver.tamen ijs non obſtantibus,lib.3.

6 Et procedit declaratio etiam ſi teſtator prohibens,in caſu alienationis ſubſtituit, & vocauit alium.Alex.d.conſ.55.n.6.in fin.verſ.Et licet ſubſtituerit.lib.3.

7 Imo,etiam ſi prohibitio ſit, quod non poſſit alienari in aliquam perſonam adhuc non prohi- * betur hęredis inſtitutio ſecundum * cõmunem,de qua Alex.d.conſ.55.n.4.ver.Et tanto magis,li.3.

8 Diſtingue, vt plene per Bald.qui ponit multos caſus.conſ.83. An prohibita,per tot.lib.2.

9 Declara,quia ſi prohibetur alienatio,ſeu vẽditio,quia teſtator vult bona perpetuo remanere in ſuis deſcendentibus,vel adiecit aliam cauſam, per quam conſtat de mente,quod vult, quod res non poſſit tranſire ad extraneos,tunc prohibetur alienatio,inſtitutio,donatio extraneis,ſecus ſi de venditione in extraneos diſpoſuit,quia bene prohibetur permutatio,ſed non inſtitutio,neq.donatio,quæ non ſunt iniurioſæ,ſicut venditio,& quia cauſam non adiecit, non extenditur. Caſtrenſ. conſ.115.Super primo,in prin.lib.1.

10 Amplia, vt procedat etiam in fœudo prohibito alienari,quia licet nec in eo poſſit hæres inſtitui,tamen ſecus eſt quoad pœnam,quæ non committitur ſi inſtituatur coniuncta perſona, gloſ.in c.Imperialem,de prohibit. fęud. alienat. Oldrad. conſ.270.in prin.

11 Amplia,quia prohibita alienatione in extraneum non eſt prohibita hęredis inſtitutio, quia hæres non dicitur extraneus,ſed eadem perſona cum defuncto,& quia alienatio intelligitur inter viuos,vide Socin.lun.conſ.112.n.7. & ſeq. lib. 1. vbi quod ita fuit iudicatum,& allegat iura,& authorita-

thoritates, numer. decimo, & vndecimo.

12 Extẽde,quia prohibitio alienationis extra certum genus perſonarum,puta,extra familiam non comprehendit ſucceſſionem ab inteſtato,neq.hæredis inſtitutionem eius,qui ab inteſtato eſt ſucceſſurus,etiam ſi eſſet extraneus,Alex.d.conſ.55. * Ponderatis,nu.4. ver.fortius,lib.3.vbi dicit * cõmunem,& apoſtill.ibi,in ver.ſucceſſurum,dat concordant.& iterum Alex.ibidem,n.6.ver.aut prohibitio eſt,vbi iterum dicit * communem,& plenius,conſ.59.Attentis verbis,num.10 ver.quinto * probatur,lib.3.vbi dicit * communem , & quod in iudicando ab ea non eſt recedendum,& iterum n.14.& 15.ver.ſecũdo reſpondeo,vbi tollit omnia contraria,& apoſtil.ad dict.conſ.in princ. in ver. prohibitio,citat infinitos concordan.

13 Contrarium tenẽt Petr.& Bal.in l.peto.§. fratre.ff.de legat.2.quos refert Alex.d.conſ.38. lib. 3.Licet ipſe teneat contrarium.

14 Extende ſecundum apoſtill. ad Alex. d. conſ. 55. num. 4. in ver. Succeſſorum,in fin. lib. 3. vt ſufficiat , quod relinquat filios , qui erunt ſucceſſores , licet non ſint hęredes , & allegat plurimos.

15 Extende,quia licet ſit prohibita alienatio extra certam familiam,puta,teſtatoris, tamen poteſt filius teſtatoris inſtituere filiam ſuam , quia ipſa eſt de familia teſtatoris. Alex.d.conſ.55. nu. 3.ver.Præterea,lib.3.

16 Extende , quia inſtitutus hæres , & prohibitus alienare extra familiam teſtatoris,quia teſtator voluit bona prędicta perpetuo conſeruari in illis de familia ſua,poteſt inſtituere matrem, ſiue ab inteſtato,ſiue ex teſtamento, quia in prohibitione non venit inſtitutio ab inteſtato eius , qui ſucceſſurus eſt,ſiue etiam ex teſtamento quando inſtituitur is,qui ſucceſſurus erat.Alex. plene, conſ.59.per tot.lib.3.Vbi eſt caſus.

17 Reſtringe,quando prohibitio comprehenderet, & mentionem faceret eorum , qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato,vel ex teſtamento , quia ſi non ſunt de familia in qua teſtator voluit bona conſeruari,non poſſunt tunc hæredes inſtitui.Alexand. d. conſ.59.nu.2.& ſeq.ver.Prętcrea,lib.2. & iterum num.19.

18 Declara totam iſtam materiam,quia prohibitio alienationis extra certum genus perſonarum etiam ex cauſa generali,quia teſtator voluit bona conſeruari in familia, non comprehendit hæredis inſtitutionem , quando inſtituitur is , qui alias erat ſucceſſurus ab inteſtato , niſi quando odio certarum perſonarum prohibita eſſet alienatio,& ipſe ſucceſſurus ab inteſtato eſſet de excluſis,& odioſis,vel niſi facta eſſet mentio, etiam de ſuccedentibus ab inteſtato,ita Alex. d. conſ. 59. nu.18.& ſeq.ver.nam Bald.lib.3.vbi, numer. 20. quod non valet argumentum à maiori,puta , excluditur filius,ergo nepos, quia prohibitio eſt odioſa.

19 Amplia reſpectu vtilis dominij, quod habet fęudatarius in fęudo, quia in eo poteſt hæredem ſibi inſtituere,& in dubio cenſetur hęredem inſtituiſſe pro iure,quod habet.Oldrad.conſ.270. nu. 3.ver.Prętcrea.

20 Amplia,quia ſtatutum prohibens alienari, vel relinqui bona ſtabilia non habet locum ſi hæres inſtituatur,quia particularis prohibitio, vel prohibitio titulo particulari non extenditur ad titulum vniuerſalem per inſtitutionem hæredis,quia etiam talis diſpoſitio eſt odioſa.Fulgoſ.conſ.215. In primo propoſitæ,per totum.

21 Amplia in emphyteuta,qui licet nõ poſſit alienare emphyteuſim, nec melioramenta ſua irrequiſito domino,tamẽ poteſt illa legare etiam extraneo non requiſito domino.Oldrad. conſ. 270. n.3.in fi.allegat Specul.tit,de loca.§.ſub hoc titulo,ver. duodecimo quęro vtrum emphyteuta.

22 Declara totam iſtam materiam,quia prohibitus legare,vel relinquere vxori,nõ prohibetur donare cauſa mortis,licet confirmetur morte,vt legatũ:& ù conuerſo prohibitus donare inter viuos nõ prohibetur in vltima volũtate relinquere,plene.Alex.conſ.54.In caſu de quo,nu. 4.& ſeq. ver. ſed pręmiſſis,lib.7.per tot.vbi,quod cum ſit odioſum ſtatutum non fit extenſio ex identitate, neq. ex maioritate rationis,vbi apoſtil.in ver.maioritate,dat concordantes.

23 Amplia, quia ſtatutũ prohibens alienare quoquo modo in forenſes non habet locum, ſi alienatio fit per inſtitutionem hęredis vniuerſalẽ,& directã,Bal.conſ.349.Statuto Placentiæ,in pri.li.1.

24 Contrarium Rolan.à Vall.conſ.80.nu.37.ver. Quarta,& vltima,lib.3.

25 Extende,quia prohibitus acquirere,vel alienare per contractum,vel alio modo, nõ prohibetur per hęredis inſtitutionem acquirere.Bal.d. conſ. 349.in fin.ver.ſubſequenter,lib.1.

26 Extende , vt procedat etiam ſi hæres in forenſem alienet iuſſu teſtatoris , quia alienatio valet nec cadit ſub ſtatuto,quia attenditur cauſans , & non cauſatum.Alex.plene,conſ. 215.Ponderatis, nu. 6.ver.confirmo,lib.6.

27 Extende, quia ſtatutum prohibens minorem poſſe contrahere,vel diſtrahere,vel alienare , aut donare etiam cauſa mortis, non prohibet ipſum poſſe teſtari.Bal.conſ.233.Verba ſtatuti,lib.2.maxime quando ſtatutum requirit ſolemnitatem curatoris,quę non conuenit vltimę voluntati,& ibi conſ.37.in fin.lib.3.

28 Amplia,ut procedat etiam,ſi fit facta prohibitio,quod non poſſit quoquo modo vendere,alienare,permutare,vel pignorare, uel quouis alio titulo in alium trasferre , quia licet plus importent, tamen non impediunt translationem, neq. hęredis inſtitutionem.Alex.d.conſ.155.n.3.ver.ad prędicta,lib.2.& nu.4.Vbi declarat procedere quando primo dederat licentiam inſtituendi hęredes, uel quando conſtat ex precedentibus,uel ſequentibus de mente teſtatoris,& eum ſequitur ibi apoſtill.in uer.quod non,in fin.

29 Extẽde,quia ubicunq.quis prohibetur quoquo modo alienare ſine conſenſu alterius,uel uſq.quo ſit ætatis annorum 25.non prohibetur hęredem inſtituere,neq.extenditur ad teſtamentum.Alex. * d.conſ.155.nu.5.& ſeq.lib.2.vbi nu.6.dicit * cõmunem,n.7. dicit,quod prohibitio ob imbecillitatem facta nunquam trahitur ad teſtamentum.

30 Amplia etiam in prohibito alienare quoquo modo per decretum, uel reſcriptũ Principis, quia non prohibetur teſtari,& hęredem inſtituere.Bal.conſ.57.Decreto uel reſcripto,lib.3.

Vide . Statutum circa alienationem illam prohibens , uel admittens qualificate.Concluſio. 464.

31 Extende maxime , quia quis nunquã prohibetur inſtituere hęredem filium , uel coniunctum,

quia dicitur quaſi neceſſaria alienatio, quę fit in filio inſtituto hęrede. Bald.conſ.37.lib.3. in princ.

32 Amplia, quia prohibitus alienare domos, quas teſtator conſeruari liberis ſuis voluit perpetuo non prohibetur filiabus fœminis, vel etiam nepotibus ex fœmina per inſtitutionem hæredis dimittere, quia non eſt propria alienatio, & quia ſui hæredes filij, qui ſunt in poteſtate, non cenſentur prohibiti. Bald.conſ.52.Subſtitutio facta.lib. 2.Alex.conſ.56.nu.5.ver. quo autem ad tertium, qui loquitur quando teſtator voluit bona perpetuo conſeruari in hęredibus,& ſucceſſoribus. lib.
* 1. vbi dicit * communem.

33 Amplia,quando res prohibita eſt alienari inter extraneos, quia inter non prohibitos poteſt alienari.l.pater.§.quindecim.ff.de legat.3.

34 Extende,vt imo res prohibita alienari,ſi ſemel eſt effecta alienabilis inter non prohibitos, poterit etiam inter prohibitos poſtea alienari.Bald.d. conſ.52.circa medium.verſ.ſuper hoc. lib.2.

35 Declara prædicta procedere, quando prohibitio eſt in perſonam, ſecus ſi in rem. Fulgoſ.conſ. 116.in princ.

36 Amplia,quia alienatione prohibita, ne ex dolo alienantis res tranſeat in potentiorem, non eſt prohibita hæredis inſtitutio. Bald.d.conſ.83. poſt med.verſ.aut alienatio.lib.2.

37 Amplia,quia ſi minor prohibetur alienare ſine certa ſolemnitate, alias contractus ſit nullus,ille poterit alienare ſine ſolemnitate, ſi teſtator iuſſit alienationem. Alexan.conſ.215. Ponderatis,in princ. lib. 6. vbi, quod valebit talis iuſſio etiam ſi ſit data à teſtatore minore.

Vide. Minor ſine decreto non poteſt alienare. Concluſ.248.num.80.& ſeq.

38 Amplia, quia ſi prohibita eſt alienatio propter imbecillitatem prohibiti, tunc ille poteſt hęredem inſtituere, quia qui prohibetur contrahere, non prohibetur teſtari. Bald. d.conſ.83. circa fi. verſ.aut eſt prohibita, vt contra alienam imbecillitatem. lib. 2.

39 Amplia, quia Pater, qui inſtituit duas filias,& prohibet eas omnino alienare aliquid in vita ſua, quia vult, quod integra hæreditas perueniat ad hæredes filiarum, & ſi contra fiat bona ſua deuoluantur ad Eccleſiam,cenſetur prohibuiſſe alienare, quatenus habeant filios, & deſcendentes, alias vltima filia poterit teſtari etiam in extraneos ex mente teſtatoris,& bona non erunt Eccleſiæ.Bald.conſ.283.Verba teſtament.per tot.lib.2.

40 Amplia,quia vbicunq; prohibitio alienationis eſt reſtricta in vita prohibiti,ea non comprehendit hæredis inſtitutionem, vel legatum, quod fit poſt vitam, niſi aliud repugnet, puta,quod bona ad alium ſint peruentura omnino ex diſpoſitione prohibentis.Bald.d.conſ.283.per tot. lib.2.

41 Extende vt idem ſit,quando prohibitio alienationis eſt ſine conſenſu certæ perſonæ, quia mortua illa perſona, cuius conſenſus requirebatur, ceſſat prohibitio. Alex. conſ.59. Attentis verbis. num.6.lib.3.

42 Amplia,quia prohibitio facta ne poſſit quis alienare ſine conſenſu certę perſonę,nō habet locū in inſtitutione hęredis,quia inſtitutio hęredis nō poteſt pendere ex alieno arbitrio.Alexand.conſ.59. Attentis verbis.num.6.verſ.& conſtat.lib.3.

43 Amplia,quia quando prohibitio eſt facta à lege ſimpliciter,non cenſetur prohibita hęredis inſtitutio,quę eſt quaſi neceſſaria. Ang. de Peruſ.conſ.7. In Dei nomine Amen.ex dicto themate.n.3.& ſeq. ſequitur Soci.Iun.conſ.112.nu.10.& 11.lib.1. vbi quod ſecundum conſilium Angeli fuit iudicatum, Alex.conſ.55.Ponderatis.n.3.lib.3.

44 Extende ampliationem, vt procedat, quando alienatio ſimpliciter eſt prohibita ab homine,ſiue in contractu,ſiue in vltima voluntate, quia non prohibetur hæredis inſtitutio. Angel.d.conſ.7.nu. 4.ver. contrarium credo. Alex.d.conſ.55.n.3.li.4.

45 Amplia, quia prohibitio alienationis etiam in vltima voluntate facta, quando ſtat in puris terminis conſilij, non impedit heredis inſtitutionem & dicitur eſſe conſilium,quando teſtator in caſum contrauentionis non prouidit de pœna, neq; de bonorum deuolutione, vel applicatione.Angel.d. conſ.7.n.6.ver.reſtat ergo.

46 Amplia, quia prohibitus alienare extra familiam, poterit alienare illis de familia ſecundum
* communem, de qua Io. de Anan.conſ.47. num.5.

47 Declara,quia procedit, ſi ſit alienatio neceſſaria, ſecus ſi voluntaria. Ioan.de Anan.d.conſ. 47. num. 6.

48 Amplia,quia illud,quod dicitur de hæredis inſtitutione,quod res prohibita alienari poſſit per hæredis inſtitutionem transferri, procedit etiam per ſucceſſionem ab inteſtato.Rom.conſ.457.Circa propoſitam.col.penul.circa med.ver.cæterum
* & num.3.vbi apoſtill.in ver.ſucceſsio,vbi dicit * communem ſecundum Alex. quem citat conſ.56. Conſideratis. colum.fin. num.6. lib.2. vbi etiam citat alios.

49 Limita, quod prohibitus eſt fœudatarius alienare fœudum ſine licentia domini, conſequenter etiam eſt prohibitus hæredem inſtituere, vel teſtari,quod intellige ſecundum Oldrad. d. conſ. 270. Quando inſtitueret non coniunctum,ſecus è contra, vide eum in princ.

50 Item intellige hanc limitationem, quando ex inſtitutione hęredis alteraretur inueſtitura, & natura fœudi.Alex.conſ.29. Perſpectis,conſideratiſque. nu m.13.ver. ſi autem dicta bona. lib. 5.

51 Limita, quia ſi ius non eſt tranſmiſsibile, quia à morte diſponentis recipit terminum, nam tunc prohibitus alienare prohibetur etiam hæredem inſtituere.Bald.conſ. 83.An prohibita. verſ. ſolutio diſtingue. lib. 2.

52 Limita etiam ſi ius ſit tranſmiſsibile, quia ſi prohibitio alienationis eſt facta odio perſonæ, quę fuit hæres inſtituta, tunc licet tranſierit cum vniuerſitate bonorum, tamen reuocatur.Bald.d. conſ. 83. ver.aut iſtud ius. lib.2.

53 Limita,quia res,prohibita alienari,vt quia eſt ſuppoſita reſtitutioni,non poteſt legari etiam per inſtitutionem, etiam pio loco. Calder.conſ.331. alias 2.de teſtam.

54 Extende, vt res prohibita alienari non poſsit, maxime per inſtitutionē hęredis extranei alienari,ideo filius prohibitus alienare nō poteſt extraneum hęredē inſtituere,ſed tenetur conſeruare vocatis, imo ſi alienat poteſt vocatus ex fideicōmiſſo propria authoritate capere poſſeſsionem,ſi ita primus teſtator diſpoſuit.Bal.conſ.163.Super eo, quod,in prin. lib.4.& ita diſtinguit Ang.conſ.57. col.penul.nu. 3.& ſeq.ver.ſecundo videndum,vbi quod ſi alienatio prohibetur ratione certarum perſonarum ad quas prohibens voluit rem deuenire,non poteſt alienatio etiā in vltima voluntate

fieri

ſieri per inſtitutionem hęredis extranei, ſecus ſi prohibitio eſſet ſimplex,& eſt Io.de Riccijs,Nicolai, & Thomæ de Canonibus. Alex.conſ.56.nu.5. lib.1.vbi dicit*omnes ita tenere, quando ratione certarum perſonarum eſt facta prohibitio.

55 Extende , quia ſi fuit facta prohibitio alienationis inter fratres per laudum , vel per inſtrumentum conuentionis de non alienando in extraneos, &in caſu cõtrafactionis cadat alienans, & bona alienata illico ſpectent pleno iure ad alios fratres, ſeu eorum filios, & deſcendentes,ſi inſtituatur hæres locus pius, vel extraneus alias ab inteſtato non ſucceſſurus , tunc inſtituens dicitur contrafeciſſe. Bar in l.peto.§.fratre.ff.de legat.1.Moder.in l.ſi quis ita.§.ea lege.ff.de verb. oblig. Deci.conſ.23. col.penul.& conſ.337. Alex. conſ.56.lib.1.& conſ.23.lib.1.

56 Reſtringe,quia ſi teſtator,prohibet alienare extra ſuam familiam, & deueniat res prohibita ad filiam,quæ eſt de familia , poterit res tranſire ad venientes ab inteſtato ipſius familię, ſecundum * *communem,de qua Alex.conſ.56.n.6.lib.1.ſup. concl.prox.præced.nu.25.& ſeq.

Vide.Prohibitus alienare quibus modis,&perſonis ſit prohibitus.Concl.898.

57 Reſtringe,vt per Iaſ.d.l.ſi quis ita.§.ea lege.n. 18.ff.de ver. obligat. Bald. conſ.83.An prohibita alienatione.lib.2. Caſtren. conſil. 324. Super ſecundo puncto,verſic. quinto loco videndum eſt. libro 1.

58 Limita,quando prohibitio oritur ex laudo pernato, quod bona extra certam familiam non poſſint alienari, quia licet deueniant ad fœminam, quę eſt de familia, tamen illa non poterit ſuos filios hęredes inſtituere , qui non ſunt de familia. Fulgoſ. late conſilio 116. Ioannes q. in prin.maxime nu.2.& ſeq. vbi hoc tuetur pleniſsime, maxime quando prohibitio eſt in rem , & extra familiam.

59 Limita,quando alienatio eſt prohibita in certam perſonam nominatam,quia ea non poteſt hęres inſtitui,imo tenetur hæres prohibitus procurare,ne deueniat ad eam aliquo modo.Ang.conſ. 7.nu.5.ver. tertius caſus.

60 Limita , quando prohibitio eſt per verba generalia, & verba repetita.Cephal.conſ.153.n.36.

61 Limita, quando prohibitio alienationis eſt,ut res poſt mortem prohibiti alteri applicetur,quia tunc prohibitus , neque poteſt hæredem inſtituere, & non tranſit dominium , imo res poteſt vendicari . Bald. dicto conſil. 83. poſt med. ver. aut eſt prohibita , vt res . libro ſecundo , & conſilio 283. libro 2.

62 Extende , quia ſi teſtator inſtituens duas filias prohibeat alienationem , quia vult, quod deueniant omnia ad hæredes filiarum, & in caſu alienationis vocat Eccleſiam, ſi vna altera viuente alienat , per contrauentionem bona ſuperuiuenti,non autem Eccleſiæ debentur.Bal.d. conſ.283. in fin. lib.2.

63 Limita , quia ſi res eſt prohibita alienari , vt Reipublicæ conſulatur, puta ne bona ſuppoſita oneribus alienentur in non ſuppoſitos,tunc non ſuppoſitus non poteſt hæres inſtitui.Bald.d.conſ. 83.in fin.ver.aut eſt prohibita.lib.2.

Vide . Vniuerſalis alienatio admittit multa. Concluſ.248.

64 Limita, quando prohibitio alienationis eſt facta in certum genus perſonarum, quia tunc non poſſunt illę perſonæ inſtitui , quia omnis alienatio cenſetur prohibita etiam per hęredis inſtitutionem.Ang.de Peruſ.conſ.7.n.4.ver.quando vero prohibetur,& conſ.57 n.5.Alex.conſ.56.Conſideratis verbis.n.5.ver.quo autem ad tertium.li. * 1.vbi ſequitur Ang. in dd.conſilijs,& dicit *communem,& infra.num.69.& ſeq.

65 Extende , vt procedat etiam ſi Eccleſia , vel pius locus hæres inſtitueretur , quia non valet,niſi eſſet Monaſterium , in quo hæres ingreſſus eſſet,quia illud ſuccederet, Angel.d. conſ.7.n. 4.verſ.quando vero.

66 Reſtringe , quia ſuccederet Monaſterium,in quo hęres non eſſet ingreſſus,& alius hęres vocatus a lege, ab inteſtato, quia ad eos iſta prohibitio non extenditur. Angel. d.conſ.7.num.4.verſ. quando vero .

67 Declara , quia ſi certa perſona eſſet nominata prohibita non ſuccedet etiam ſi vocetur a lege, quia tenetur hęres facere , quod non ſuccedat aliquo modo . Angel. d. conſ. 7. numero 5. verſ. tertius caſus.

68 Limita,quãdo prohibitio alienationis eſt realis, quia nullo modo extraneus poteſt hæres inſtitui, ſecus ſi prohibitio eſſet perſonalis, quia hęredem poſſet inſtituere. Io. de Anan. conſilio 47. numero 3. cum ſequen. plenius Curtius Iunior conſilio 225. per totum: vbi eſt caſus,maxime numero 46. & ſequen.

69 Limita, quia ſi prohibitio fiat ne alienetur extra maſculos deſcendentes de familia,non poterit grauatus inſtituere fœminam, neque alium extra perſonas vocatas à teſtatore. Iaſ.conſ.3.li. * 1.conſ.164.lib.4.& ſupra.n.64.vbi de* communi

70 Extende idem,quando prohibitio eſt extra certum genus perſonarum,quia non poteſt hæres inſtitui extra illud genus.l.peto.§.fratre:vbi Bar.& * cæteri.ff.de legat.2.Doctor.* in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.oblig.& in l.filius familias.§.diui. ff. de leg. 1. late Socin. conſ. 43. Viſis teſtamento.col.6.ver.ſed prędictis non obſtantibus. lib.3. nam prohibitus extra familiam alienare non poteſt hæredem facere illum,qui non eſt de familia. Deci.conſ.412.Et pro tenui.ſup.num 64.

71 Extende,maxime quando conſtat de mente teſtatoris,vt quia dixit,quod nolebat aliquo modo dicta bona alienari, nec ullo vnquã tempore extra inſtitutos,& ſubſtitutos peruenire,quæ verba important, vt neque verbo, neque facto aliqua alienatio fieri poſſit contra voluntatem teſtatoris,neque inter viuos,neque per hęredis inſtitutionem. Soci.conſ.251.Quoniam in preſenti, col. 4.ver.confirmantur. lib.2. & quando conſtat de mente non poteſt alienatio fieri aliquo modo. Deci.conſ.23.Et pro tenui.col.2.Iaſ.conſ.31.In preſenti conſultatione.col.3.lib.3.& Roma.conſ. 457.Circa propoſitam.

72 Declara , quia licet prohibitus alienare non cenſeatur prohibitus hæredem inſtituere , & maxime venientem ab inteſtato,tamen hæc concluſio, licet ſit communis eſt periculoſa , & ab ea receditur,ſi prohibitio eſt realis,vel perpetua, & idem dicitur de ſucceſſione ab inteſtato eius, qui eſt prohibitus.plene Curt. Iun. conſ.225.per tot.maxime num.51.& ſeq.

Alienatione prohibita quando impropria alienatio comprehendatur. Concluſ. CCLXIV.

1 PROHIBITVS alienare an poſſit permutare, ex quo permutatio eſt quidem alienatio, ſed non proprie.

Vide ſupra. Alienatio quid ſit. Concluſ. 256. num. 9. & ſequen. vbi quod diuiſio, & permutatio largo modo dicitur alienatio, ſed non proprie.

2 Amplia, quia prohibitus alienare, non poteſt alienare in Fiſcum ex delicto, quia hæc eſt alienatio, licet impropria dicatur, & prohibetur ei,

Vide. Confiſcatio bonorum generalis, quæ bona comprehendat, vel non. Concluſ. 719.

3 Extende, quia etiam legitima, & trebellianica filij prohibita alienari ad tempus, puta, donec ſit ætatis annorum 25. non poterit confiſcari infra tempus prohibitum, quia valet prohibitio, vt per Rolan. à Vall. conſ. 31. num. 30. lib. 1. & conſ. 98. nu. 25. lib. 2. Thobias Noni. conſ. 97. Iul. Clar. in praxi. quæſt. 78. verſ. item quæro nunquid in confiſcatione.

4 Amplia, quia alienatione prohibita prohibetur etiam præſcriptio rei prohibitæ.

Vide Socin. reg. 13. alienari in alium prohibita, vbi limitat duobus modis.

Alienatio bonorum a quibus prohiberi poſsit. Concluſ. CCLXV.

1 ALIENATIO bonorum poteſt prohiberi per Principem. Alex. conſ. 103. Viſis ſcriptis. num. 6. verſ. ſed præmiſſis. lib. 2. vbi loquitur in Principe Reipublicę Ianuenſis.

2 Amplia in Iudice, quia poteſt prohibere alienationem bonorum. Alexan. dicto conſ. 103. num. 7. ver. nec mirum. lib. 2. quod intellige in prodigo, furioſo, minore, & ſimilibus. Calderin. conſ. 3. de pact. in fin. alias 98.

Vide. Alienatio permiſſa. Concluſ. 258. nu. 5. vbi declaratur.

3 Extende, quia etiam poteſt Iudex ex cauſa non prodigo prohibere alienationem certi fundi. Alexand. dicto conſ. 103. num. 7. verſ. vnde videmus. lib. 2.

4 Amplia, quia quilibet poteſt prohibere alienationem rei ſuę in vltima voluntate.

Vide. Fideicommiſſum non poteſt alienari, & quando ſecus. Concluſ. 283.

Vide. Fideicommiſſum ex prohibitione reſtricta. Concluſ. 263.

5 Amplia etiam in contractu ſecundum ea, quæ dicam in ſeq. proxime Concluſione.

Vide. Fideicommiſſum quando inter viuos. Concluſ. 243.

Alienatio qualiter prohiberi poſsit in contractu, vt non tranſeat dominium. Concluſ. CCLXVI.

1 PACTVM inter viuos, quod quis non poſſit alienare etiam cum iuramento non impedit alienationem, quin ſi fiat, tranſeat dominium, ſed tamen alienans, qui promiſit cum iuramento non alienare, tenetur ad intereſſe. Bald. conſ. 482. Magnifici viri, in princ. lib. 1. tradunt communiter * Doctor. in l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1. maxime quando in inſtrumento pacti, non adeſt conſtitutum, neque hypotheca ſpecialis rei prohibitę alienari. Couarruu. variar. reſolut. libro ſecundo. cap. 19. Neguſ. in tractat. de pigno. in primo membr. 2. part. princip. vbi numer. 5. dicit * communem, & magis communem, quod ſpecialis impedit tranſlationem dominij, cum pacto de non alienando, ſecus ſi ſit generalis hypotheca.

2 Extende, quia poteſt peti, & exigi pœna ab eo, qui contra conuentionem, & promiſſionem de non alienando ſub pœna, alienauit: imo etiam expenſæ, & damna vltra pœnam, peti, & exigi poſſunt, quando adeſt clauſula, rato manente pacto. * Doctor. in l. qui fidem. ff. de tranſactio. Aretin. conſ. 137. Io. de Anan. conſ. 31. & ibi Bologn. in additio. Corne. conſ. 95. Viſo proceſſu. col. 1. lib. 4. & conſ. 149. col. penul. & fin. & conſ. 196. Licet. col. 1. eod. lib. 4. Cuma. conſ. 189. Teſtator. col. fin. Alex. conſ. 66. In cauſa. n. 10. lib. 7. Ruin. conſ. 180. lib. 1.

3 Et quæ verba ſint neceſſaria, vt impediatur * tranſlatio dominij. vide * Doctor. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. & in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.

4 Limita in pacto legis commiſſoriæ, in quo eſt ſpeciale, quod dominium retrotransfertur ex pacto expreſſo. Bald. d. conſ. 482. num. 3. ver. in iſto autem contractu. lib. 1.

5 Limita quando is, qui imponit legem, ne res poſsit alienari, ſibi retinet poſſeſſionem rei prohibitæ alienari in caſu alienationis, vel ſi tranſferat dominium ſub conditione, donec fiat alienatio, quia ſequuta alienatione non transfertur dominium. Bald. d. conſ. 482. num. 2. & 3. ver. ſecundo proponitur. lib. 1.

6 Limita, quia ſi fiat prohibitio alienationis bonorum extra familiam ſub pœna in laudo, alienatio fieri non poterit per hęredem prohibiti, & maxime ſi prohibitio eſt facta in rem, & non in perſonam. Fulgoſ. conſ. 116. Ioannes quondam, in princ. & quando dicatur in rem, vel in perſonam, plene Capic. deciſ. 108. in princ.

Vide. Prohibitio alienationis quando realis, vel perſonalis. Concluſ. 896.

7 Limita, quando in contractu prohibente alienari adeſſet etiam hypotheca bonorum, quia tunc dominium non poteſt transferri. Fulgo. conſ. 116. num. 3. ver. illud porro.

8 Extende, quia hypotheca, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis impedit tranſlationē dominij, & contractus alienationis eſt nullus. l. creditor. §. fi. vbi Bar. * ff. de diſtract. pigno. Iaſ. in l. fi. ff. de pact. vbi dicit * commu-

communē. Alex.in l.abſenti.§.1.ff.de acquir.poſſ.
* Aret.conſ.14.& magis communē, * & veriorē di
cit Socin.Iun.conſ.118.n.8.lib.2.vbi allegat Soci.
conſ. 80. In quæſtione. col. 2. lib. 3. Corn. conſ.
321.In hac conſultatione.lib. 4. Natt. conſ. 474.
n.12.& ſeq.& n 15.hoc affirmat,& Crauett.conſ.
485.Vbi pro vtroq.& dicit hanc magis receptā.

Vide.Locator,& ſucceſſor quando teneatur ſta
re locationi.Concl.420.

Vide Ant.Gabr.concl.lib.3.tit.de pignor. Con-
cluſ.1.Hypotheca generalis,an ſufficiat.

9 Declara,& vide pro vtraque parte in ver. Do-
minium, an poſſit prohiberi transferri. Concluſ.
512.num.23.& ſeq.vbi pleniſſ.

10 Limita, quando in inſtrumento prohibitionis
alienationis extat conſtitutum, vt per Neguſ.de
pignor.& hypoth.in 2.par.1.memb.

11 Extende etiam, vt procedat limitatio,quando
de conſuetudine loci, prout Florentiæ conſtitu-
tum habetur pro appoſito.

Vide. Pactum de non alienando multa opera-
tur.Concluſ.36.

Vide . Dominium an poſsit prohiberi transfer
rri.Concluſ.612.

Vide . Fideicommiſſum quando inter viuos.
Concluſ. 243.

Vide.Locator, & ſucceſſor quando teneantur.
prēciſe ſtare locationi,vel non.Concluſ.420.

Alienatio nulla non obſtat alienan ti, & quando ſecus. Con- cluſ.CCLXVII.

1 ALIENANS nulliter poteſt reuocare alie
nata.Caſtren.in l.fin.§.ſed quia.num.2. C.
communia de legat. Grammat.deciſ.93.In cauſa
Illuſtriſſ.Ducis.n.3.Natt.conſ.293.per tot.& con
ſil.289.num. 6.qui loquitur in minore.

2 Extende in omnibus caſibus, in quibus alie-
natio eſt nulla fauore alterius,prout in re dotali
propter vxorem,in re feudali propter dominum,
in re ſuppoſita fideicommiſſo propter vocatos.

Vide. Vendere prohibitus quando poſsit veni-
re contra ſuam venditionem.Concl.60.

3 Amplia,quia alienans nulliter non cadit à iure
ſuo,quia pro non facta habetur.l.ab emptione, in
princ.ff.de pact.late Tiraquel. de retract. §. 1.gl.
2.num. 52

4 Extende,quia poteſt reuocari ad euitandam
caducitatem.Iaſ.in l.fi. C.de iur.emphi.Neguſ.de
pignor.in 2.par.in 3.membr num. 79. Bald.in l.
2.num.3.C.de Epiſ. aud. quem refert,& ſequitur
Iaſ.d.l.fin.num.139.C.de iur.emphit. vbi dat alia
exempla plura.

5 Extende,quia ex contractu nullo non debet ſol
ui gabella,& ſi nō ſoluatur non incurritur pœna.

Vide . Gabella contractus.Concl. 18.

6 Amplia,quia is,qui fecit actum nullum ipſo iu
re in iudicio poteſt dicere de nullitate.Alex.conſ.
123. Diſcuſsis.nu.6.ver. & regulariter.lib.1.

7 Amplia, quia is, qui fecit diuiſionem nullam
ipſo iure poteſt illam impugnare, vt nullam, &
contrauenire.Alex.conſ.137.In cauſa, & lite.nu.
24. & 25.ver.imo etiam.lib.2.

8 Amplia in alienatione nulla facta de bonis Ec
cleſiæ non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, quia
non ſolum Prēlatus,qui alienauit, vel ſucceſſor,
ſed etiam quilibet Clericus ſine mandato poſſunt
repetere bona Eccleſię male alienata. Abb. in c.
ſi quis.nu.6.& 8. de reb. Eccleſ. vbi quod emens
perdit pretium,niſi ſit bonæ fidei, vel Eccleſia ſit
effecta locupletior,&eſt ratio,quia fauore publi-
co admittitur ad reuocandam alienationem Ec-
cleſiæ. Franc. Marc.deciſ.43.nu.2.& 4. Abb.in c.
1.de dol.& centum.num.13.

Vide ſupra.Agere pro Eccleſia quando, & qui
poſsint.Concl.243.

9 Extende in alienatione facta à Rege in dam-
num Regni,quia cum reſpiciat præiudicium,non
tantum Regis,ſed totius Regni,poteſt ipſemet re
uocare alienationem.Caſtrenſ.conſ.70.Quia fru-
ſtra.n.7.ver.circa tertium.lib.1.

10 Declara totam iſtam materiam, vt plene per
Rom.conſ.369.n.23.& ſeq. quia ſi alienauit ſine
iuramento poteſt idemmet Prēlatus agere contra
ſuum contractum,& recuperare, ſi vero cum iu-
ramento alienauit, & ſi quidem prēſtitit iuramen
tum de non alienando prius, prout Epiſcopi, &
exempti,& eſt idem;ſi vero non prēſtitit iuramen
tum primum de non alienando rem communem
cū Capitulo,vel eiuſdem Prēlati,& Eccleſ. ius ſit
inſeparabile.& idē eſt ſi autem ius eſt ſeparabile,
& poteſt per aliū conſuli Eccleſiæ, & eſt idem,ſe-
cus ſi ius ſit ſeparabile, & Eccleſię poteſt conſu-
li per alium, quia Prælato iuramentum obſtat.

11 Sed tamen etiā in iſto vltimo caſu poteſt pro-
uidere,vt recuperet idē Prēlatus.Aret.conſ. 114.
quē citat apoſtil.ad conſ. Rom.360.in ver oblig.

12 Limita, quia actus prohibitus valet in prēiudi
cium gerentis actū multis caſibus,de quibus ſup.
Actus nullus,vel prohibitus quando valet contra
gerentem actum.Concluſione 143.

Vide.Alienatio bonorum Eccleſię eſt prohibi-
ta.Concl. 273.nu.82.ver.limita.

Vide impugnatio facti proprij non admittitur
ab eodem,& quando ſecus.Concl.58.

13 Extende multis caſibus, de quibus ſupra aliena
tione prohibita,quę alienatio permittatur. Con-
cluſ.262.num.9.& ſeq.

14 Limita, quia alienatio bonorū Eccleſ. nulliter
facta valet in prēiudiciū Prælati alienātis. Cald.
conſ.258.in fi.alias 2.de ijs,quę fiunt à Prælat. &
* hanc cōmunem* dicit Menoch. de recuper. poſſ.
remed.9.nu.121.Rom.conſ.284.Triplici.n. 4. vbi
apoſtill.in ver.habeat,dat concor.& Prob. ad Io.
Monac.in c.1.de reſti.in integ.lib.6.nu.20.allegat
Afflict.deciſ.480.Vincentius.nu.2.& 3.

15 Extēde,quia licet alienatio feudi ſine licentia
Dñi ſit nulla quoad tranſlationē dominij, tamen
valet quoad alienantem, vt actio perſonalis quę-
ratur emptori,& agat de euictione.Dec.cōſ. 184.
In cauſa.n.7.Alex. conſ.129.Viſo proceſſu. lib.4.
Menoch.d.tract.de recuper.remed.9.n.122.

16 Idem eſt in feudo ex delicto Prēlati deuoluto,
quod delictum licet non noceat Eccleſiæ, nocet ta
men delinquenti in vita ſua.c.ſimiliter. §. item ſi
Clericus.de leg.corad. in vſib.fēud.Roman.conſ.
369.num.25.ver.vnde Dominus Antonius.

17 Extende,quia illud,quod dicitur,neminē poſſe
contra legem diſponere, intelligitur in prēiudi-
cium tertij, ſecus eſt in prēiudicium diſponentis.
Alex.conſ.113.num.7.lib.4.

18 Cōtrariū,quod nec valeat alienatio in præiudi
ciū Prēlati tenet Rip.in c.ſæpe.n.95.de reſti.ſpo.
plene Iaſ.in l.ſi donatione.n.7.ver. ſecūdo prēdi-

ſtam regulam.C.de collat. vbi citat Bart.Imol.& Alex.quia actus eſt prohibitus à lege.l.quẽadmodum.C.de agric.& cenſit.lib. 11.l.iubemus. §. ſane. l. il. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. plene Prob. ad Io.Monach.c.1.nu. 21. de reſtit.in integr.lib. 6.vbi citat plurimos.

19 Et pro hac opinione contraria faciunt dicta per Roman.conſ. 369.num.24.ver.huic tamen diſtinctioni, vbi allegat iura, per quæ non poteſt Prelatus adminiſtrator Eccleſiæ ſe priuare iuramento,vel alias adminiſtratione ſibi commiſſa, ſine ſuperiore, ideo ſi Eccleſia eſt læſa tanquam adminiſtrator poteſt petere reſtitutionem, agere,& adminiſtrare non obſtante quocunq; iuramento,allegat gloſſ. Hoſtien. Bald.& alios. Nam gloſſ.in cap.1.de in integr.reſtit. in verb.contractũ.in verſ.nota tamen: dicit,quod minor aduerſus iuramentum de non veniendo contra non reſtituitur; Eccleſia ſic; quia cum Eccleſiæ Rector iurat non contrauenire,ex quo tenetur ſub iuramento tueri Eccleſiam, ſecundum iuramentum non valet,quaſi contrarium primo,Hoſtien.idem dicit in ſumma,de reſtitut.in integr. §.in quibus. ver. ſubuenitur autem minori. Bald.in l. generaliter in 2.not.in fi.C.de reb.credit.vbi apoſtill. in ver.Eccleſia. Ioann.Andr.in cap. grauis.col.2.in fin. verſ. alij quidem dicunt depoſiti, & hoc clarius tenent Gemin.in d.cap.1. de in integr.reſtitut.num.9.& clarius Franch.num.5.vbi dicit differentiam inter minorem, & Eccleſiam eſſe,quia minor eſt Dominus,& per iuramentum efficitur maior,Prelatus eſt adminiſtrator,& hanc partem tenet Bart.conſ.63.Factum ſic proponitur,in fin. lib.1 vbi non mouetur ex iuramento, ſed quia poteſt venire contra ne Eccleſia lædatur.

20 Et quod Prælatus poſſit venire contra alienationem,quam fecit de bonis Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis,quia alienatio eſt nulla.Alexan.conſ.93. Viſis,& ponderatis, in princ. lib.2. Bar.d.conſ.63.in fi.lib.1.

21 Et idem eſt in minore, qui alienauit ſine ſolemnitatibus, quia alienatio eſt nulla. Alexand. conſil. 103. Viſis ſcriptis. num. 14. verſ.non obſtat. lib. 2.

22 Declara,vt per Alex.conſ. 109. num. 4.& ſeq. lib. 4. quia quando contractus prohibetur, & eſt nullus fauore alterius,& alienatio fit contra prohibitionem non valet, & alienans poteſt venire contra, licet teneatur ipſe,& de euictione,& de actione perſonali; ſi vero lex reſiſtit fauore alienantis,puta minoris,vel mulieris,& alienatio eſt nulla facta ab ipſo minore, & non tenetur etiam perſonali,neque de euictione, neque valet in ſui præiudicium, quia imputatur emptori.

23 Declara, vt per Caſtren.conſ.70.num.7.in fin. verſ. non obſtat.lib.1.quod ſi alienatio eſt in preiudicium alterius, & inducitur ſcandalum poteſt etiam viuo alienante, & per alienantem reuocari, vt in Rege, qui in præiudicium Regni alienauit,& imminet ſcandalum.

24 Declara,quia ſi poteſt ſeparari, quod alienatio valeat, vel non, in præiudicium Prelati valet,alias ſecus. Menoch. d. tract. de recuper.remed.9.num.121.Rom.dicto conſ. 369.nu.14.ver. vnde Dominus Antonius, vbi apoſtill.in ver.obli
* gat,dicit * communem,& dat concordantes pro vtraque opinione,vide ſupra proxime.n.8.&ſeq.

25 Declarat Deci.in l.ſi donatione.num.29.C.de colla. vbi quod procedit, quando agitur de ſolo preiudicio Prælati, & ita etiam declarat Aegid. Bella.deciſ.691.in fi.ver.ſeptima fallentia.

Vide. Actus contra legem factus quando valeat, vel non.Concl.141.num.15.& ſeq.

26 Extende, quia prohibitus alienare,ſi alienat, licet ſit nulla alienatio, valet tamen in præiudicium Alienantis. Natt.conſ.144.in fine. num.13.

27 Idẽ eſt in fideicõmiſſario prohibito alienare, quia ſi alienat,vel alienationi conſentit ille non poteſt contrauenire.Rom. conſ. 457. Circa propoſitam.col.penul.ver.tertio non eſt dubium:vbi apoſtill.in ver.priuatus eſt.

28 Reſtringe,quia hęc nullitas ſolemnitatis omiſſę,quæ annullat contractum Eccleſiæ, vel minoris non poteſt allegari à tertio etiam poſſeſſore. Rim.Iun.conſ.599.num.8.& ſeq.

Vide. Ius tertij non iuuat eum,qui non habet cauſam à tertio.Concl.636.

29 Idem eſt in alienatione prohibita fauore alterius,prout in emphyteuſi, vel feudo, quę fauore Domini eſt nulla, ſed ſolus Dominus volens poteſt annullare, tertius autem, vel alienans non auditur, ſi velit dicere de nullitate. Corn.conſ. 147.In hac conſultatione,ad fin.lib.1. Aretin.conſi.77.Et non.col.2.circa med.& quod tertius non poſſit opponere. Alexan.conſ.82.In cauſa, & lite, col.1.lib.7.Socin.conſ. 178. Viſis actis.col.2. lib. 4.Corn.conſ.115.In hoc.lib.1.

30 Extende, vt idem ſit in tacito conſenſu præſumpto, prout ſi Epiſcopus, qui tenetur inquirere de tituli beneficiatorum, propterea preſumatur ſciuiſſe collationem factam ab inferiore, vt valeat in preiudicium Epiſcopi, ſed non in præiudicium Eccleſię. Aegid. Bellam. conſ.10. nu. 23.& 24.ver.ſed oppones.& nu.25.

31 Extende, quia licet alienatio bonorum Eccleſię ſit nulla ex cauſa damni, ſi tamen velit ſtare contractui, non poteſt emptor allegare nullitatem. Aegid. Bellam.conſ.33.nu. 49.in fin.& num. 5.ver.præcedentia dubia.

32 Extende,vt procedat ſiue fuerit præſtitum iuramentum de non alienando, ſiue non, & ſine intereſſe ſit diuiſibile cum Eccleſia, ſiue non. Mohedan.deciſ.7.& deciſ.250.

33 Contrarium Roman. conſ.369.num.23.& ſeq. vbi apoſtill.in ver.obligat,dat concord.& reprobat deciſiones Mohed.quia iura, quæ allegat,dicunt contrarium.

34 Declara totam iſtam materiam,quia licet Prelatus Eccleſiæ non audiatur propter iuramentũ aduerſus cõtractum iuratum, tamen intelligitur directo,ſed via reſtitutionis in integrum ſemper auditur,& reſtituitur,plene Franch.in c.1.de reſtit.in integr. lib.6. nu.5. & ſeq.

35 Extẽde,quia ſi alienatioprohibetur, prout emphyteuſis, quę eſt prohibita,alienari propter intereſſe Dñi directi,facta tamen ualet,ſi Dñs non vult,quod ſit nulla, quia ipſe ſolus nullã reddit.

Vide. Emphyteuta non poteſt vendere ſine conſenſu domini.Concl.107.num.6.& ſeq.

36 Reſtringe, quia imo poteſt Prælatus alienans contrauenire, quia Eccleſia quoad bona alienata, vel quoad præiudicium illatum ex confeſſione dicitur vacare,ideo tam Prælatus,quam alius nomine Eccleſię poteſt agere, & admittitur. Rota in nouiſſimis deciſionibus 246.parte 2. coram Robuſterio.

Vide.

Vide . Agere pro Eccleſia quando, & qui poſſint. Concluſ.143.num.3. & ſeq.

37 Limita niſi is, qui non poterat alienare, doloſe, & ad decipiendum tacuiſſet qualitatem, quæ impediebat alienationem, prout mulier,quod eſſet fundus dotalis, filius familias, quod eſſet talis,quia ſi emptor ignorabat non ſuccurritur alienanti cum dolo.l.ſi fine.C.ad Velleian.plene Alex. conſ.109. Viſo proceſſu.num.10.& ſeq. verſ. Plus dico, vbi ponit plura exempla.lib.4.

Vide. Dolus, & culpa non debet patrocinari doloſo. Concluſ.581.

Vide . Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita regulariter. Conci.173.num.82.& ſeq.

Vide. Prælatus auditur contra factum proprium pro Eccleſia. Concluſ.509.

Vide . Nullitas cauſata ad fauorem certæ perſonæ ab eo ſanari poteſt,& quando non.Conc.145.

Vide. Vendere prohibitus, quando poſſit venire contra ſuam alienationem in caſu prohibito factam. Concluſ.60.

Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur . Concluſ. CCLXVIII.

1 ALienatio facta in fraudem creditorum reuocatur per actionem in factum Paulianam Inſtit.de actio.§.item ſi quis in fraudem,ſed comperta fraude reuocatur per diſcuſſionem bonorum.Bald.conſ.149.Proponitur,quod ex cauſa,in princ.ver.in contrarium.lib.1.vbi etiam qualiter præſumatur, vel probetur fraus in hac ſpecie.

Vide . Fraus, & Dolus ex quibus probetur . Concluſ.475.

2 Amplia, quia ſtante ſtatuto, prout Bononiæ, quod mulier decedens ſine aſcendentibus, & ſine filijs teneatur relinquere tertiam partem fratri,& agnato,vſque ad certum gradum; ſi mulier donauit etiam propter merita, poteſt frater,vel agnatus reuocare donata in fraudem ſuę tertię ex dicto ſtatuto,alias eſſet aperta via fraudibus.Alex. conſ.55.Conſideratis verbis,in princ. lib.1.

Vide. Fraudolenter facta qualiter dicantur, & reuocentur.Concluſ.479.

3 Extende idem in arrogato,vel adoptato, quia is reuocabit alienata in præiudicium portionis ſibi debitæ à lege, non ex titulo inofficioſo, quia non competit, ſed ex l.fin. ff.de his quæ in fraud. patron.Alex.d.conſ.55.in princ.lib.1.

4 Extende in patrono,cui tertia debet relinqui à liberto, & in omni alio, cui condictione legis, vel ſtatuti aliquid debetur relicti cauſa. Alex.d.conſ. 55.col.2.in princ.lib.1.

5 Amplia etiam ſi alienatio eſſet titulo oneroſo facta, quia ſi conſtat,quod in fraudem alienauit, reuocatur vſque ad menſuram debitam. Alex. d. conſ.55.num.1.in fin.lib.1.

6 Amplia in Fiſco,& omnibus, in quorum præiudicium, & fraudem fit alienatio, quia is reuocat.

Vide.Confiſcatio comprehendit multa,& quæ. Concluſ.719.

Vide.Fiſcus reuocat.Concluſ.396.

7 Declara, quia agendum eſt reuocatoria prius, quando agitur perſonali,ſi vero agitur reali actione,puta,ad rem legatam,non agitur reuocatoria, ſed directe poteſt agi contra poſſidentem,& eum in quem eſt facta alienatio. Ita Io. de Imol. conſ. 112.num.3.in fin.ver. item non obſtat.

Vide . Exequutio ſententiæ quando contra tertium poſſeſſorem fieri poſſit . Concluſ. 487.

Vide . Fraudolenter facta, quando, & qualiter valeant . Concluſ.480. & Concluſ. ibi proxima ſeq.481.

8 Contra declarationem, quod imo quando agitur reali,& quia debitor in fraudem alienauit,neceſſe ſit prius agere reuocatoria contra eum, qui habet rem, tenet Bart.in l. à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus . num.7. ff.de re iudic.

9 Declara, quia ſi tranſlatum eſt dominium in tertium, tunc agendum eſt reuocatoria, ſi vero non eſt tranſlatum dominium,vt quia tertius poſſidet, ſed nomine debitoris, tunc ſummaria cognitio fit de hoc, quod ſcilicet ille alienauit in fraudem, quo probato, probatur etiam, quod res eſt debitoris condemnati, & poſtea fit exequutio directa, ita Caſtrenſ.conſ.143.Viſis ponderatis.col.pen.ver.& notandum.lib.1.

Alienatio non præſumitur,& quomodo procedat . Concluſ. CCLXIX.

1 ALienatio non præſumitur ex actu,qui poteſt importare alienationem,& non alienationem, ideo ſoluens longo tempore certos fructus pro certis bonis,præſumitur potius ex cauſa ſimplicis locationis, quam ex cauſa inueſtituræ emphyteuticę, quę ſapit alienationem, ſoluere . Bald.conſ.116.Columbinus dedit . num.3.verſ.in contrarium.lib.1.

Amplia,alienatio cum ſit facti non præſumitur.

Vide . Facta non præſumuntur niſi probentur. Concluſ. 10.

Alienatio generalis non comprehendit prohibita . Concluſ. CCLXX.

1 ALienatio facta de omnibus bonis in tali loco, non comprehendit feudalia prohibita alienari . Roman.conſ.166.Viſa diligenter. nu.5. ver.ſed vlterius .

Vide . Obligatio generalis non comprehendit prohibita . Concluſ. 36.

Vide . Alienatio bonorum Eccleſiæ non venit in quacunque generali conceſſione . Concluſione 281.

2 Extende, quia non comprehendit emphyteuſim per argumentum de fœudo ad emphyteuſim, & quia in generali diſpoſitione non veniunt ea, quæ facerent aliquem incidere in pœnam Roman. d. conſ. 166. num.5. ver.ſed vlterius, vbi apoſtill. in ver.alienanti .

Vide . Mandatum generale ad quæ extendatur, vel non . Concluſ. 50.

Vide . Diſpoſitio generalis non comprehendit multa. Concluſ. 490.

Vide. Generalis diſpoſitio non extenditur . Concluſ. 31. num.17.& ſeq.

Vide . Liberatio generalis . Concluſ. 316.

Alie-

Digitized by

Alienatio bonorum Eccleſiæ, vt valeat, requirit cauſam, & formam, & alia, & quid ſit cauſa, & quid forma. Concl. CCLXXI.

1 ALIENATIO bonorum Eccleſiæ regulariter eſt prohibita à iure, ſed permiſſa duobus concurrentibus, veritate cauſæ, & ſolemnitate formę. Feder. de Sen. conſ. 142. nu. 3. ver. ſuper primo: vbi, quod alterum non ſufficit. Socin. conſ. 29. num. 8. & ſeq. libro 1. Dec. conſi. 142. n. 6. & conſ. 173. n. 1. & ſeq. vbi * de communi. Bero. conſ. 84. num. 6. & conſ. 91. numero 19. lib. 1. Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 17. Riminald. Iun. conſ. 233. nu. 67. lib. 3. communem * dicit Ferret. conſ. 294. num. 4. lib. 2. & quod duo principaliter requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ, videlicet, cauſa, & forma. cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. cap. nulli. eodem tit. clemen. 1. eod. tit. cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. Bald. conſil. 40. in princ. lib. 1. & conſ. 17. col. 4. in fin. lib. 4. Ruin. conſ. 87. num. 4. lib. 1. Deci. conſ. 38. & conſ. 142. col. pen. Alex. conſ. 34. num. 5. lib. 2. Socin. conſ. 164. col. 1. & ſeq. lib. 2.

2 Adde tertium requiſitum, quod illud, quod recipitur in alienationē rei Eccleſię, debet probari verſum in vtilitatem Eccleſię. Ioann. de Imol. conſ. 116. num. 3. verſ. circa quartum, in fine, quod tertium quando ſit verum. Abb. conſilio 41. libro 1.

3 Adde quartum, videlicet cauſæ cognitio, & decretum debent prędcedere alienationem, tam circa cauſam alienandi, quam etiam circa rem alienandam, & non ſufficit, quod circa vnum tantum fuerit adhibita, & probatur non adhibita ex lectura inſtrumenti. Feder. de Sen. d. conſ. 142. verſ. an vero preſumatur, in princ. & nu. 3. ver. vnde quamuis: vbi, quod propterea eſt nulla alienatio, ſi iſta non apparent.

4 Contrarium tenet Feder. conſ. 249. D. Michaeli. per totum, maxime num. 1. & 2. vbi, quod cauſa, & decretum non eſt de ſubſtantia, & ſi alienatio ex cauſa neceſſitatis fiat non requiritur alia cauſa, vt magis expediat vnam rem, vel aliam alienare, ſed bene hoc procederet, quando alienatio fieret ex cauſa vtilitatis, & addit, quod ſi Eccleſia eſſet leſa daretur reſtitutio, ſed nec de fectus, nec omiſſio huius ſolemnitatis, neque omiſſio decreti vitiat. Ferrett. conſ. 294. n. 3. vbi, quod æquiparantur neceſſitas, & vtilitas, & in fine. libro 2.

5 Adde tamen, quod ſi decretum interponatur ex certa cauſa, quæ non ſubſit eſt ipſo iure nullum tale decretum. Oldrad. conſ. 260. in princ. Cald. conſ. 457. alias vnico, de baptiſ. vltra med. verſ. & ad prędicta.

6 Cauſa alienandi debet ſubeſſe, videlicet, neceſſitatis, & vtilitatis, & alterum non ſufficit, quia non ſufficit, quod adſit cauſa iuſta, & neceſſaria alienādi, ſed debet etiam adeſſe cauſa vtilitatis, vt magis expediat vnum prædium, quam aliud vendere, & ideo debet interuenire cauſæ cognitio. Feder. de Sen. d. conſ. 142. in princ. Socin. conſilio 52. num. 8. libro 4. & eſt ratio, quia Prælatus equiparatur tutori, qui nedum debet damnum vitare, ſed lucrum quærere. l. quicquid C. arbitr. tutel. Feder. de Sen. conſ. 210. in princ. & quod cauſa debeat ſubeſſe legitima propter vtilitatem, vel neceſsitatem, & debeat exprimi. Gemin. conſ. 48. ver. ſecundo præmitto, in princ. Anchar. conſ. 274. num. 2. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. num. 57. vbi vtrunque requiritur, videlicet, vtilitas, & neceſsitas.

Contrarium tenet Feder. de Sen. conſ. 249. in princ. ver. non obſtat: vbi, quod maior ſolemnitas requiritur in alienatione bonorum minoris, quam Eccleſiæ, & propterea non debet adeſſe cauſa, vt magis expediat vnum prædium, quam aliud vendere.

7 Declara, quod cauſa alienādi imo videtur eſſe alternatiua, videlicet neceſsitatis, vel vtilitatis. cap. ſine exceptione 12. q. 2. & cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Calder. conſ. 153. in fin. alias 5. de confeſſ. vbi quod vera cauſa requiritur, videlicet, vera neceſsitas, vel vera vtilitas, & altera ſufficiat. Gemin conſ. 32. num. 4. verſ. requiritur enim, & eſt tex. in clem. 1. de reb. Eccleſ. quæ ponit iſta duo alternatiuè. & idem Gemin. con. 48. in princ. ver. ſecundo prędmitto: vbi quod requiritur inquiſitio cauſę, & quod ſubſit, ſi tamen ſubſit vere, & ſuperior diceret ſubeſſe, ſed non appareret inquiſitio valeret, vt ibi dicit, & quod ſola vtilitas ſufficiat. Ancharan. conſ. 301. numero 3. & conſ. 122. Ex narratis, in princ. & quod ſufficiat neceſsitas imminentis debiti. Anchar. conſ. 274. num. 2. qui tamen etiam requirit tractatum meliora reſpicientem, & quod alternatiua, vel vtilitatis, vel neceſsitatis ſufficiat Socin. conſilio 29. libro 1. Deci. conſilio 142. num. 6. & conſ. 173. num. 1. & ſeq. Bero. conſ. 84. num. 6. & conſ. 61. num. 29. lib. 1. Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 17. Alex de Neuo. conſ. 30. nu. 6. plene Alex. de Imol. conſ. 88. vol. 2. plenius conſ. 16. lib. 4. Rimin. Iun. conſ. 77. num. 7. lib. 1. Rolan. à Vall. conſil. 16. lib. 1. & dicit tex. in cap. 1. de reb. Eccleſ. in 6. in fin. Aegid. Bellam. conſ. 33. numer. 46. & 47. verſ. prætera. Caſtrenſ. conſ. 437. Viſis, in princ. lib. 1. Angel. Aret. conſ. 27. num. 7. & num. 8. verſ. ex quo ſequitur. Caſtrenſ. conſ. 74. In facto iſto, in princ. lib. 1. Alex. conſ. 17. num. 16. lib. 4.

Vide. Alienatio bonorum religionis. Concluſ. 276. nu. 2. & ſeq.

8 Contrarium, quod requiratur copulatiue vtilitas, & neceſsitas videtur tenere Vrſil. in addit. * ad Afflict. deciſ. 17. num. 5. vbi dicit * communem allegando Deci. & alios.

9 Declara, quia errauit Vrſil. nam voluit dicere, quod requiritur ſolēnitas, & cauſa, & ſic ſola cauſa ſine decreto non releuat, & in hoc bene Deci. * dicit conſ. 173. Pro tenui, in princ. eſſe * communem, & conſ. 281. Viſo puncto. num. 6.

10 Amplia in tantum cauſam eſſe neceſſariam, vt ſi fiat alienatio pro ſoluendis debitis Eccleſię, vel ſi fiat mutuatio, vel recipiatur depoſitum, & mutuum per Prælatum Eccleſia non obligetur niſi doceatur prętium conuerſum eſſe in vtilitatem Eccleſię. Calderin. conſilio. 276. alias vnico, titulo commod. vbi, quod vltra numerationem factam pręſente collegio requiritur probatio, quod verſum ſit in vtilitatem Eccleſiæ. Angel. conſi-

consilio 245.Quemadmodum,numer.4.

11 Adde,quod imo quatuor sunt causæ, ex quibus alienatio bonorum Ecclesię, & Monasteriorum est permissa, videlicet,causa necessitatis, causa pietatis,causa vtilitatis, & causa incommoditatis.Bal.cons.374.Factum tale est,lib.3. Vbi quod vendere licet ob sterilitatem, & permutare ob maiorem commoditatem,& istas quatuor causas * cõmuniter * teneri dicit Curt.Iun. cons.130. nu. 3.Abb.in c.nulli.nu.4.de reb. Eccles. Alex. cons. 17.n.16.lib.4.

Vide Mascard. Conclusio 177. Causa legitima in alienatione rei Ecclesiasticæ.

12 Quintam causam addas, videlicet, remunerationis,c.per tuas,de donatio.c. relatum il secondo,de testam.Abb. in c. consensus, de reb.Eccles. non alien. Bart. in l. iusta causa,per illum tex. ff. de manumiss. vindict. Bart. & alij in l. iubemus in prin.per illum text.C.de Sacrosanct.Eccles.Castren.cons.74.In facto isto,in prin.lib.1.

13 Declara hanc vltimam causam remunerationis procedere,quando duo concurrunt, alias nõ; videlicet,quando bona mobilia alienãtur,secus si stabilia. Bartol. & Castrens. dict. l. iubemus. C. de Sacrosanct. Eccles. Abb. in c. cum in officijs de testam.& in c.fi.in vltimo not. per illum text. de pecul.Cleric.

14 Item,quod benemerita sint æquiualentia remunerationi. Abb. in c.cum olim, il secondo , in 8. not. per illum text. & super glos. In ver. restitutionem,de priuil.

15 An autem pro melioramentis faciendis in bonis Ecclesiæ causa sit sufficiens ad alienandum.

Vide. Alienatio bonorum Ecclesiæ, an valeat pro melioramentis.Conclus.279. Et sic erit sexta causa.

16 Vide Bellam. consi.33.n.45.in fi.& Rimin.Iun. cons.233.n.33.& seq.ver.Videamus igitur, qui dicit,quod excepta alimonia pauperum,& redemptione captiuorum,requiritur pro causa vtilitas, vel necessitas Ecclesię.

17 Vtilitas igitur debet adesse in alienatione, vel permutatione bonorum Ecclesię,c.sine exceptione, 12. quæstio. 2. & debet constare apparenter de vtilitate.Angel. cons.245.n.9.

18 Et probatur vtilitas,si non solum non diminuitur sexta pars eius,quod percipitur,sed augetur. Anchar.cons.122.Ex narratis,in prin.

19 Declara , quod si seruata est solemnitas debita , licet non adsit vtilitas , tamen valet permutatio bonorum Ecclesiæ,si modo Ecclesia non est damnificata , licet non sit locupletata . Calderin. consil. 297. in princip. alias quinto, de rer.permut.

20 Imo valet mero iure,licet rescindatur ope restitutionis, quando fuit seruata solemnitas. Angel.d.cons.245.nu.9.

Vide. Alienatio bonorum Ecclesiæ , quando nulla,vel annullanda.Conclus.272.

21 Adde quod ad annullandam alienationem sufficit,quod sit damnosa alienatio Ecclesiæ , vel dubia secundum Bal.cons.156.Abbas exemptus, circa med.ver.præterea tres sunt casus,lib. 1.

22 Et attenditur tempus alienationis , vt consideretur an damnosa, vel vtilis existat , non autem attenditur euentus , emergens postea. Bald.cons. 475. Quidam Ioannes Abbas , in fin. ver.Item si quæratur,lib.1.

23 Sola confessio Prælati non probat pretij solutionem,& vtilitatem. Anchar.cons.fi.num.2.vers. tertio dubitari,quod declara,vt ibi,nu. 7. ver.ad tertium.

Vide. Confessio Prælati , & Administratoris, quando prejudicet Ecclesiæ, vel pupillo.Conclusio.669.

24 Damnum Ecclesiæ præsumitur,quando fuit celebratus contractus per Prælatum negligentem, & negligentia probatur.Angel.cons.245.nu.8. in fin.ver.Quinimo gesta per hominem.

25 Semper vtilitas præsumitur,quando contractus est cum solemnitatibus, si vero sine solemnitatibus præsumitur damnum Ecclesiæ.Tiraquel.de legibus connub.glos.8.num 89.vbi , quod hoc modo sciri potest,quis teneatur probare.

26 E conuerso,quia si contractus alienationis bonorum Ecclesiæ est celebratus vere cum solemnitatibus requisitis,vel etiam est celebratus à Prælato,quod præsumitur solemnitas,tunc etiam præsumitur vtilitas.Alex.cons.79.Circa primum,numum,n.7.ver.fortificatur,lib.1.

Vide . Alienatio bonorum Ecclesię quando præsumatur in vtilitatem , vel non. Conclusione 280.

27 Et licet inueniatur,qui offerat Ecclesiæ meliorem conditionem , tamen non auferetur res concessa ab Ecclesia prætextu læsionis. Alex. d.cons. 79.nu.7.in fi.lib.1.

28 Et quod vtilitas debeat adesse vera in alienatione bonorum Ecclesiæ,& non sufficiat,quod res possit reuerti ad Ecclesiam,quia talis regressus reputatur inutilis.Ægid Bellam.cons.33.numer.48. vers.Non enim videtur.

29 Item,non habetur ratio pro vtilitate,quod res possit cadere in commissum.Ægid.cons. 33. num. 48.ver.Nec multum pondero,& numer.60.in fin. ver. quinto.

30 Item homagium,& seruitium non est sufficiens causa vtilitatis Ecclesiæ pro concessione facta in fœudum de Castro Ecclesiæ , Aegid. Bellamer. dicto consil. 33. nume. 48. ver.nec pondero.

31 Item promissio de adiuuando Papa expensis Papę non consideratur in alienatione feudi Ecclesiæ. Aegid.Bellam.dict.cons.33.n.60.in fi.ver. quarto est ponderandum.

32 Item,promissio de non alienando fęudo in aliquem inimicum. Aegid.dict. cons.33.nu.61. ver. septimo pondera.

33 Causa igitur est necessaria in alienatione bonorum Ecclesiæ , cap. 1. de reb. Ecclesiæ non alienan. qua deficiente alienatio est nulla. Decius cons. 142. nu. 4.vbi dicit * communem, & cons.173.num.1.& cons.281.num.6.Vilo puncto, * vbi de *communi.

34 Et debet esse causa vera, videlicet necessitas vera,vel vtilitas vera. Calder. cons. 153. alias quinto,de confess. in fi.Hippol.Rimin.Iun.cons. 233.nu.42.lib.3.

35 Et attendendum est, ne sumatur occasio alienandi pro causa.Natta cons.352.n.5.

36 Et debet causa respicere Ecclesiam non autem personam Beneficiati , quia licet sit ære alieno grauatus, tamen non alienat . Rodoan. de reb. Ecclesiast. titul. de caus. numer. 101 . & sequent.fol.128.Abb.in c.reprehensibilis, nu. 10. & seq.de appell.

Et pro-

Digitized by Google

37 Et probari debet, quia ſola narratio, vel aſſertio, quod pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ ſit facta non releuat. Pedemont. deciſ. 171. num. 9. & ſequen. & 172. num. 3. cum ſeq. Caſtrenſ. conſ. 74. lib 1. Deci. conſ. 60. num. 2. & conſ. 403. num. 11. & ſequen. & num. 19. Afflict. deciſ. 249. quia non ſufficit, quod in inſtrumento narretur, niſi probetur. Rolan. à Vall. conſ. 99. num. 5. & ſeq. lib. 1. * & communem * dicit Maſcard. concluſ. 75. n. 15. & ſequen. maxime num. 18.

38 Neceſſitas vero intelligitur quando debitum Eccleſiæ eſt neceſſarium, & vrget, & debet eſſe cauſa reſpiciens Eccleſiam, alias non eſt legitima. Rimin. Iun. conſ. 233. & ſequen. verſ. videamus igitur. lib. 3.

39 Et iſta neceſſitas, videlicet, quod vrgeret æs alienum, eſt probanda. l. magis puto. §. non paſſim. ff. de reb. eor. Caſtrenſ. conſ. 74. lib. 1.

40 Item debet adhibere exequutor cauſæ cognitionem, videlicet alienationem non expedire fieri in alijs bonis, ſed magis in iſtis. Card. Zabarel. in cap. 1. in princip. de his, quę fiunt à Prælat. & idem fit in rebus minorum diſtrahendis. Rip. in l. ſi ventri. §. eorum ratione. num. 11. & 12. ff. de priuil. cred.

41 Contrarium Feder. de Sen. conſ. 249. Domino Michaeli, per tot.

42 Item perquirere debet vicinos, & habentes notitiam bonorum, & alia facere, de quibus Menoch. de arbitr. Iudi. lib. 2. caſ. 171. per totum, maxime num. 5. vſque ad num. 15.

43 Item, an magis expediat pignorare, quam alienare. Menoch. de arbitr. lib. ſecundo, caſu 171. ſub num. 5. & ſeq. & curare debet in ſumma minus damnum Eccleſiæ. Rom. conſ. 321. Pariſ. conſ. 28. lib. 1.

44 Item pro quantitate neceſſitatis nõ vltra permittitur alienatio. Bald. conſ. 75. lib. 1. Natt. conſ. 162. num. 1. cum ſeq. Dec. conſ. 403. num. 18. & conſ. 444. in fin. Afflict. deciſ. 249.

45 Et ſi prædicta omittantur, decretum dicitur ſine cauſæ cognitione, & eſt nullum. Natt. conſ. 352. num. 5. Pedemont. d. deciſ. 172. num. 3.

46 Contrarium, quod imo ſola vtilitas ſine neceſſitate ſufficiat in Eccleſia, quę poteſt alienare fundum ſterilem, & infructuoſum, nec ſolemnitates, aut cauſæ, quæ requiruntur pro minore, ſunt neceſſariç in alienatione rei Eccleſię, de quibus in l. magis puto. ff. de reb. eor. ita Iaſ. in l. 2. nu. 10. ff. * de offic. eius, vbi dicit * communem, quod fundus ſterilis poteſt per Eccleſiam alienari, nec hoc procedit in minore, & idem dicit Petr. Surd. * conſ. 115. numer. 35. vbi dicit * communem, quod res Eccleſię, & fundus dotalis alienantur propter vtilitatem, ſecus in re minoris, quia requiritur neceſsitas. Neuizan. conſ. 85. in princ. Bero. conſ. 83. num. 24. lib 1. Angel. Areti. conſ. 27. Videtur primo. num. 10. & ſequen. maxime verſ. nec obſtat. num. 10. & ſeq.

47 Declara tamen, quod fundus, qui eſt nedum ſterilis, ſeu infructuoſus, ſed etiam oneroſus, quia requirit expenſas, poteſt etiam per minorem, ſicut per Eccleſiam alienari, ita Iaſ. dicta l. 2. num. 10. in fine. ff. de offic. eius. Afflict deciſ. 87. per totum.

48 Imo, quod valeat argumentum de Eccleſia ad minorem, videtur tenere gloſ. in l. cum ij. §. eam tranſactionem. ff. de tranſactio. in ver. alimentarius. Tiraquel. qui plurimos allegat tenentes eam gloſ. de legib. connubial. gloſ. 8. nu. 62. Iacob. Niger in l. 2. num. 11. ff. de offic. eius, vbi reſpondet ad contrariam rationem.

49 Quin etiam videtur tenere potius in minore, quam in Eccleſia admitti cauſam vtilitatis. Tiraquel. d. gloſ. 8. n. 65. tract. de legib. connubial.

50 Amplia, quia alienatio etiam facta per Papam debet habere cauſam vtilitatis, vel neceſsitatis, quia Papa licet tollat leges de ſolemnitate ſeruandas, non tamen tollit leges, ſubſtantiam contractus reſpicientes. Aegid. Bellam. conſ. 33. nu. 44. verſ. Quoad primam, & verſ. quoad ſecundam. num. 45. vbi, quod regula eſt prohibitiua, & permiſſi caſus ſunt ſpeciales, igitur extra illos ſtatur regulæ, & plenius Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita. Concluſ. 273. num. 45. & ſeq.

51 Declara, quia procedit in permutatione etiam cum priuato, quia ſi adeſt ſolemnitas, licet non adſit neceſſitas, neque vtilitas, valet, ſi non eſt damnoſa Eccleſiæ. Calderin. conſ. 297. in princ. alias 5. de rer. permutatio.

52 Forma vero eſt ſolemnitas, quæ plura requirit, videlicet, authoritatem ſuperioris, conſenſum Capituli, tractatum in ijs, quæ ſunt capitularia, cauſæ cognitionem, ſeu decretum. gloſ. in d. c. 1. in ver. tractatus, de reb. Eccleſ. non alien. in 6.

53 Et hæc forma ſolemnis, quæ debet interuenire continet multa, nempe conſenſum Epiſcopi, & conſilium Capituli, ac ſolemnem tractatum, & diligentem, etiam reſpectu Eccleſiæ inferioris, in quo tractatu perquiritur, & deliberatur ſuper qualitate rerum alienandarum, & quid expediat Feder. de Sen. conſ. 142. num. 3. Item requiritur authoritas Papę. Feder. conſ. 143. num. 2. verſ. non ſufficiet, & quod forma requiratur quæ debet continere tractatum, & authoritatem ſuperioris in ſua iuriſdictione, tenet Calderin. conſ. 153. alias 5. de confeſſ. in fin. & iſta omnia Io. de Imol. conſ. 116. num. 8. ver. circa tertium, vbi in ver. circa quartum, quod requiritur verſio recepti in vtilitatem Eccleſiæ, & num. 9.

54 Declara, quod ſolemnitates inductę à iure ciuili non ſeruantur, ſed ſolæ, quę habentur 12. quęſt. 2. in ſumma, & not. per gloſ. in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. Feder. de Sen. conſil. 210. circa fin. verſ. item ſolemnitas, & conſ. 249. numer. 1. in fine. verſ. pręterea ſi aliquæ, & eſt * communis * opinio. Anchar. conſ. 122. Ex nar- * ratis num. 5. vbi dicit * communem. Guidop. deciſ. 149. Secunda concluſio.

55 Idem dicit Alex. conſ. 79. Circa primum. n. 7. in fine. verſ. prætereà. libro 1. quod non ſeruantur ſolemnia de iure ciuili de conſuetudine. Bologni. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 84. num. 4. in fine. & num. 5. vbi videtur limitare in Eccleſia Conſtantinopolitana.

56 Et pro ſolemnitate eſt, quod in rebus Monaſterij, vel Eccleſiæ Collegiatę vocentur abſentes, Bald. conſ. 475. in fine. num. 11. ver. ſaluo quod ad illud. lib. 1.

57 Conſenſus Capituli non requiritur, ſed ſufficit conſenſus Epiſcopi, niſi quando res Eccleſię Cathedralis, & menſę Epiſcopalis alienantur, ita declarat Feder. d. conſ. 142. num. 2. verſ. quod autem dicebatis.

58 Contrarium, quod imo debeat interuenire conſenſus Papæ, & non ſufficiat conſenſus ordinarij, & in-

& inferiorum. Feder.de Sen.conſ.143.nu.2.in fi. ver. non ſufficiet.

59 Tractatus debet continere ſolemnem, & diligentem diſcuſſionem qualitatis venditionis,& rerum alienandarum,alias non ſufficit ſola diſcuſſio cauſæ neceſſitatis alienandi. Feder.dicto conſilio 142.num.3.ver.& de forma, & quod tractatus tria debeat continere, videlicet diſcuſſionem cauſæ,cognitionem,& deliberationem.Feder.de Sen. conſ.100.num. 3. & quod alienatio meliora proſpiciat. Anchar.conſ.274.num.2.

Vide. Alienatio bonorum religionis. Concluſ. 175.num.7.& ſeq.

60 Et tractatus fit campana pulſata communicato conſilio in religiosis.Caſtren.conſ. 437. circa med. verſ.item ex eodem.lib.1.

Vide. Tractatus in alienatione bonorum. Conciuſ.337.

61 Si vero res,quę debet alienari eſt vniuerſitatũ ſeculariũ,tunc requiritur ſolemnitates.l.fi.C. de vend.reb.Ciuit.li.11.Rol.cõſ.90.li.1.late Nic.Loſęus in trac.de iur.vniuerſit.p.3.c.5.fo.138.& ſeq.

62 Declara,quia conſenſus Capituli, & tractatus preſumuntur interueniſſe ex lapſu ſexaginta annorum, quia diuturnitas facit, quod ſolemnitas præſumitur interueniſſe. Alex.conſ.79.Circa primum.num.4.lib.1. vbi multa ſimilia adducit. Anchar.conſ.136.Deci.conſ.36.col.4. Caſſad.deciſ.5.num.26.de procurat.

Vide. Solemnitas in alienatione rei Eccleſiaſticę, an præſumatur,Concluſ.326.

63 Non tamen requiritur conſenſus Patroni in alienatione bonorum Eccleſiæ, quia non reperitur cautum. Anchar. conſ. 122. Ex narratis. nu. 4.verſ.pręterea iſta ſolemnitas, per totum, licet de honeſtate debeat vocari.Innoc.in cap.1.vt Eccleſiaſtica beneficia.Caſtren.conſ.437. Viſis omnibus.in fi.lib.1.vbi,quod ſatis eſt,quod poteſt revocare ſi eſt facta ſine cauſa.

64 Licentia, & authoritas Epiſcopi debet interuenire.cap.ad noſtram. de reb.Eccleſ. non alien. Feder.de Sen. conſ.179.in principio.Gemin.conſil.48. Pro examinatione, vbi, quod quando alienantur bona Eccleſiæ inferioris requiritur licentia ſuperioris; & quod interponatur præcedente cauſæ cognitione,an ſit vtile,vel ex neceſſitate, alias alienatio eſt nulla.

65 Et non debet talis authoritas interponi perfunctorie,& ex abrupto. Bald. conſil. 475. Quidã Ioannes. n.8.ver.& pro hoc determinat.li.1.

66 Reſtringe,quando vacaret Epiſcopatus,& ageretur de cauſa neceſſaria, puta de emendo miſſali,quia res infructuoſa legataEccleſiæ pro vſu,ad quę ſeruire non poteſt,de licentia hæredis,poteſt alienari. Ang.Aret. conſ. 27. n. 8.& ſeq.per tot.

67 Declara tamen, quod ſi alienarentur bona vnius Eccleſiæ, quæ eſſet in diœceſi Volaterrana, & bona eſſent in Diœceſi Aretina, debet requiri licentia Epiſcopi, in cuius iuriſdictione eſt Eccleſia,nõ autẽ exiſtũt bona,quia Epiſcopus bonorũ non habet aliquã iuriſdictionẽ. Feder.de Sen. conſ.151.nu.5.col.pen.in fi.ver.ſequitur ergo videre,& plene Calderin.conſ.272.alias 10.de reb. Eccleſ.non alien.

68 Iuramentum requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ,quod ſit vtilis,& aliæ ſolemnitates. Anchar.conſ.fi.in prin.ver.item ſecundo.

69 Contrarium de iure,& conſuetudine, quod iuramentum non ſit neceſſarium.Ancharan.d. conſil. fin.num.7.ver.conſequenter, quod eſt ſex Doctorum ſubſcribentium.

70 Amplia, quod authoritas Epiſcopi poſsit interuenire etiam poſt contractum factum ſine eo, quando Prælatus alienans permanet in eadem voluntate. Feder.de Sen.conſ. 179.in fin. ver. ſed poſito,quod talis,vbi recitat opiniones, in c.dudum,de reb.Eccl.non alien.vbi,quod licet poſſit retractari,tamen non eſt nulla alienatio talis,ſub ſequente authoritate Epiſcopi, & idem videtur velle Feder. conſ.149.num.2.ver. item quia, & ſi dicit poſsit.

Vide.Authoritas ſuperioris quomodo,& qualiter interponenda.Concl.566.

71 Extende, quia etiam ſolemnitas conſenſus Clericorum poteſt interuenire ex poſt,quia etiam ſola patientia conualidat alienationem, quę non eſt nulla ipſo iure. Ancharan.conſil.122. Ex narratis, in fine.

72 Reſtringe, quod licet authoritas Epiſc.ſit extraiudicialis,tamen debet interponi in ſuo tribunali, & ſua iuriſdictione, alias non valet decretum extra iuriſdictionem interpoſitum. Calder. conſ.153.alias 5.de confeſſ.in fi.

73 Oeconomus,ſeu defenſor debet deputari in manutentione ſtatus Monaſterij, Sede vacante,& in alienatione,vt Eccleſia,& Monaſterium defendatur, qui defenſor vice Prælati deputatus poterit facere tractatus,& interuenire cum Capitulo.Calder.conſ.255.alias 1. ne Sed. vacan.

74 An autem authoritas Epiſcopi, & Capituli ſit de ſe ſufficiens, an vero requiratur licentia Papæ neceſſario, dic, quod de iure antiquo ſufficiebat authoritas Epiſcopi, & Capituli, & aliquando Archiepiſcopi, hodie requiritur licentia Papæ, vt infra.

Vide.Alienatio bonorum Eccleſiæ prohibita regulariter. Concluſione 273. numero 52.& ſequen.

75 Forma igitur debet ſeruari in alienationibus qua non ſeruata,licet cauſæ ſint veræ,tamen alienatio non valet. Cald. conſ.457.circa med. verſ. vnde licet cauſæ, alias vnico, de baptiſ. prout in caſu conuerſo ſi cauſę ſunt falſę, licet ſolemnitas ſit ſeruata nulla eſt, vt infra. Alienatio bonorum Eccleſię,quando nulla.Concl.272.

76 Limita, quia compellitur Eccleſia permutare cum Principe bona vicina Principi dummodo nõ in læſionem Eccleſiæ, vel etiam ex alia rationabili cauſa compellitur Eccleſia permutare cum Principe.Afflict.deciſ.17.in princ.Abb.in c.1.de rer.permut.vbi dicit * communem.

77 Extende in alienatione,ſeu permutatione,quæ ſit Principi pro ſe, quia ſufficit, quod Eccleſia non ſit in damno,ideo cauſa non requiritur cum Principe. Afflict.deciſ. 17. per totam maxime in prin. vbi reſtringit quando Princeps non vellet pro ſe, ſed pro alio.

78 Declara dummodo Princeps velit pro ſe, non pro alio.Afflict.d.deciſ.17.in princ.

79 Extende idem in Eccleſia permutante cum alia, quia ſufficit,quod nõ ſit in leſione,licet non adſit vtilitas, neque neceſsitas.Abb.d.c.1. de rerum permut.circa fi.

80 Limita, quia ſi Papa ex certa ſcientia ſupplet ſolemnitates, vel mandat ſuppleri, & conſtat de ſuppletione defectuum facti, valet tunc alienatio

tio alias ſecus. Io.de Imol.conſ.116.num. 8.ver. circa quartum.

81 Intellige, quod valet circa ſolemnitatem,non circa vtilitatem , quia alienatio ſi eſt damnoſa , non valet. Aegid. Bellam.conſ.33.num. 44. verſ. quoad primam,cum ſeq.

82 Extende, quia imo , quod ſufficiat authoritas duorum Cardinalium atteſtantium ſe habuiſſe in mandatis à Papa interueniendi in infeudatione bonorum,& villę Monaſterij,plene Alex.conſ. 92.Perſpectis.num.13. & ſeq.ver. quantum vero ad quartam,lib.6.vbi quod creditur in hoc duobus Cardinalibus , & in Curia creditur vni de re ſibi demandata .

83 Et maxime ſupplentur omnes defectus alienationis nullæ,ſi Papa poſt eam ex certa ſcientia , ſupplendo omnes defectus, confirmat cum derogatione contrariorum,quia cenſetur de nulla facere validam, & nullus dubitat hoc caſu,quando de plenitudine , vel per clauſulas equipollentes confirmat.Alex.d.conſ.92.num.29.in fi.cum ſeq. verſ.modo videndum .

84 Declara, quod vbi licentia Papæ interuenit ex cauſa,puta,vtilitatis,non requiritur alia forma , vel ſolemnitas, ſed ſufficit,quod conſtet de vtilitate , & valet alienatio,quia Papa eſt Dominus beneficiorum,pleniſſ.Surd.conſ. 245. per totum; vbi,quod ſtante licentia,& alienatione facta,licet non conſtet de proceſſu alienatio valet , & præſumitur facta ſolemniter, & in exequutionem licentię,vide eum, per totum, vbi plura allegat de diſpenſatione præſumpta,& ſimilibus.lib.1.

85 Extende idem quando in obligatione rei Eccleſiæ interuenit decretum Epiſcopi, quia poſtea res illa poteſt alienari de iure ſine ſolemnitatibus . Deci. conſ. 558. In cauſa Magnifici.num. 9. vbi apoſtill.

86 Limita, quia ſolemnitas requiſita in alienatione bonorum Eccl.eſt ad fauorem Eccl.& propterea non debet in odium retorqueri , vnde ſi Abbas , vel Eccleſia concedit in emphytheuſim bona, quæ non ſunt Eccleſiæ , vel Monaſterij , ſed alterius Eccleſiæ non requititur ſolemnitas. Caſtrenſ.conſilio 260. Notandum eſt, in principio. libro 2.

Vide Concluſionem proxime ſequentem.num. 11.& ſequen.

87 Extende, vt idem ſit in bonis,quæ fuerunt Eccleſiæ , ſed perdita per præſcriptionem , quia ſi concedit ea in emphytheuſim acquirit, & non alienat , ideo valet ſine ſolemnitate . Caſtren.d. conſ.260.in princ.lib.2.

88 Declara totam iſtam materiam , quia cauſa debet omnino ſubeſſe,quod non ſit damnoſa Eccleſię, & in hoc PP.non ſanat cauſam, vt in damnum Eccleſiæ fiat alienatio,ſed bene ſanat ſolemnitatem, quia poteſt dare,& dat aliam formam, quia eſt iuris poſitiui de primo. Aegid. Bellam. conſ.33.n. 44.ver.quoad primam.& n. 59.De ſecundo eſt conſ. Abb.41.Videretur.col.2.lib.1.

Vide plenius concluſionem proximam ſequentem. num. 49. uerſ.Declara.

Vide plene per Maſcardum concl. 75.vbi quot ſint neceſſaria , vt valeat alienatio rei Eccleſiaſticæ, videlicet cauſa , & forma , ſcilicet ſolemnitas, & quæ vtilitas, & alia neceſſaria .

Alienatio bonorum Eccleſiæ quando nulla , vel annullanda. Concl. CCLXXII.

1 ALIENATIO bonorum Eccleſiæ facta ſeruatis ſolemnitatibus, & debita forma,ſed tamen non ſubſiſtente vera cauſa neceſſitatis,vel vtilitatis eſt ipſo iure nulla , & Prælatus poteſt agere rei vendicatione.Gemin.conſ.48. Pro examinatione.col.2.ver.opinionem contrariam:vbi pro hac parte allegat Goffr. Hoſtien.Io.And.Lap. Feder.de Sen.Io. Ant.Cal.de But.Io.de Fantuc.& Io.de Im.vbi quod hæc eſt verior, & ſequenda, & fortioribus rationibus munita, & maiori numero Doctorum approbata,vbi etiam reſpondet ad contraria.Caſtren.conſ.74. In facto iſto,in prin. lib. 1. hanc veriorem , & maiori authoritate fulcitam dicit Aegid.Bellam.conſ. 33. num. 44. in fi.ver. quoad ſecundam.Abb.conſ.41.Videndum. in princ. lib. 1. vbi allegat ad hoc clem.1.de reb. Eccleſ.non alien.Bar.conſ.63.Factum ſic proponitur.num.2.ver.item obſtat.lib.1.

2 Contrarium tenuerunt gloſſ. 12.quæſt.2.in fin. Rot.Io.de Ligna.&Damaſce.ac Hoſtien.in ſũma, quos refert idem Gemi. d.conſ.48.col. 2. ver.an autem alienatio : vbi quod non eſt nulla quando interuenerunt ſolemnitates,ſed per reſtitutionẽ, vel reſciſionẽ annullanda,&hanc partem tenent Angel.conſ.245. Quia omne datum.num. 9.quod eſt conſilium Collegij Paduæ.Io. Aloyſij de Lambertacijs, Laurentij de Pinu, Gaſparis Calderini , Franciſci de Ramponibus , Bartholom.Salyceti,& Angel. de Peruſio , vbi requiritur reſtitutio,& idem tenet Calder.conſ.279.alias 1.de locato,in prin.quod eſt Franc.de Ramponib.

3 Declara , quia alienatio rei Eccleſiæ facta non ſeruata ſolemnitate requiſita in alienatione eſt ipſo iure nulla,& non requiritur reſtitutio.Angel.d. conſilio 245. num. 9. ſi vero eſt ſeruata ſolemnitas , licet non adſit vtilitas eſt valida , ſed ope reſtitutionis in integrum annullanda.

Vide in proxima declaratione.num.4.

4 Declarat Bar.plenius conſ. 63.Factum ſic proponitur, circa fi.lib. 1. quia ſi locatio perpetua, vel alienatio rei Eccleſiaſticę eſt facta nomine proprio rectoris; ipſo mortuo eſt ipſo iure nulla ſi vero eſt facta nomine Eccleſię , & pecunia eſt verſa in vtilitatem Eccleſię , & ſucceſſor tenetur illi ſtare, ſed tamen ſi ſolemnitas interuenit ſine vtilitate poteſt ſucceſſor mediante reſtitutione in integrum petere reſciſſionem , ſi non interuenit authoritas poteſt ſine remedio reſtitutionis, & vtroq;caſu etiã ille,qui nulliter alienauit,petit reſcindi,& ibi apoſtil.in ver.nomine Eccl.dat cõcord. & quando re vera interuenit ſolemnitas,& cauſa, licet Eccleſia ſit læſa, quod competat reſtitutio in integrum,& ſit annullanda. Laſ.conſ.54. num.4.vſque in fi.& conſ.55.per totum,lib.1.vbi quod hæc reſtitutio datur infra quadriennium , de quo

Vide in ver.Reſtitutio in integrum non datur poſt quadriennium.Concluſ.298.

5 Maxime cum contractus non ſit nullus ipſo iure , ſed veniat reſcindendus via reſtitutionis

quando

quando ſubeſt cauſa,& eſt ſeruata forma,ſed Eccleſia fuit ipſa, quia reſcinditur contractus. Geminia.conſ.48.num.3.uer.Item requiritur, quod eccleſia non lædatur.Angel.dict.conſ.245.numero 9.

6 Contrarium,quod ſit nulla, quia vbicunque ſit alienatio rei eccleſiaſticæ,lege reſiſtente,eſt ipſo iure nulla. Rom. conſ.203.Quoad primum,num. 7.ver,quo ad primum,& num.8.ver.quo ad ſecundum,vbi quod ſi lex requirit ſolemnitatē à principio,& ſic omiſſa eſt ſolemnitas actus eſt nullus, * & dicit * communem.

7 Et facit à ſimili,quia quando eſt ſeruata ſolemnitas,ſed eſt facta in caſu non conceſſo, vt quia non ſubſit vtilitas,vel neceſſitas, quia eſt in caſu prohibito,eſt ipſo iure nulla,ſecundum Gemin.d. conſ.48.nu.5.ver.ex his ergo.

8 Declara,quia ſi vtilitas eſt putatiua, licet non vera,& ſeruata ſit forma, valet alienatio, donec ope reſtitutionis reſcindatur. Natta conſ.441.n. 25.& ſeq.Angel.conſ.145.nume.9. Caſtrenſ.vero, conſ.74.In facto iſto,in prin. lib. 1. ſic diſtinguit, aut in ipſo actu alienationis non eſt læſa apparenter, vt quia ex cauſa fit alienatio, & valet licet ope reſtitutionis in integrū reſcindatur,quia probatur læſio,& cauſa non vera,aut in ipſo contractu leditur,quia non ex cauſa permiſſa,& eſt ipſo iure nulla,& dat multa ſimilia in alienatione minoris,vel ex dolo,vide eum.

9 Amplia, vt procedat,quod contractus eſt nullus,ſi cauſa non eſt vera,etiā ſi interuenerit decretum,quod cauſa ſit vera,& iuſta,quia licet pro decreto preſumatur,tamen ſi conſtat de contrario, tale decretum ſuperioris non conualidat contractum reprobatum.Gemin.conſ.48.nu. 6. ver. Sed præmiſſę concluſioni cum multibus ſeqq.

10 Amplia, etiam ſi interuenit licentia Papæ ex certa ſcientia,quia ſupplet omnem ſolemnitatem, ſed ſi eſt damnoſa Eccleſię,nō valet.Aegid. Bella. conſ.33.nu.44.& ſeq.ver.Quoad primum.

Declara,vt in præcedenti proxima Concluſ.n. 54.& nu.80.& ſeq.maxime nu.84. & Concluſione proxima ſequenti,nu.45.& ſeq.& nu. 101. & ſeq. vbi latiſſime vſq.in fin.

11 Amplia,vt illud quod dicitur alienationem eſſe nullam non ſeruata ſolemnitate in alienatione requiſita procedat etiam nulla non obſtante ratificatione,vel confirmatione,quando eadem ſolemnitas requiſita non fuit ſeruata in confirmatione,vel ratificatione.Gemin.conſi. 128. nu. 5.ver.fit de confirmante.

12 Amplia,quia in caſu contrario non valet contractus alienationis Eccleſiæ etiam ex iuſta cauſa,& cum vtilitate Eccleſiæ, ſi non interuenit ſolemnitas.Felin.in c.cauſam,il primo, de iudic.n. 8.Calder.conſ.457.circa med.ver.Vnde licet cauſę,alias vnicum de baptiſ.& hanc magis * communem dicit Maſcard. concluſ. 75. alienatio rei * eccleſiæ,nu.6.vbi de * communi, & magis communi,vbi nu.9.dicit etiam veriorem.

13 Contrarium,quod imo valet alienatio bonorum Eccleſię ſine ſolemnitatibus,quando conſtat, quod eſt in vtilitatem Eccleſiæ, quia ſolemnitas non ad alium finē adhibetur, niſi vt adſit vtilitas Eccleſiæ quæ cū adſit, vel ſit notoria ſolemnitas, noneſt neceſſaria.Anchar.conſ. 197.Subtiliter,& * ad plenum,n.4.& hanc * cōmunem,& magis communem dicit Maſcard.d.concluſ.75.nu.7.

14 Declara, quia poteſt ſecunda opinio procedere,ſi Eccleſia vult contractum ratum habere,& de nouo conſentire, quia contractus ante motum iudicium,ſi clare conſtat de vtilitate Eccleſiæ, poteſt valere Eccleſia volente, vel minore volente. Maſcard.concluſ.75.nu.9.& ſeq.ver.Si quis priorem, vbi ponit plures declarationes,& rationem adducit. Caſtrenſ. conſ. 260. Notandum eſt,in princ.lib.2.quia nullitas eſt cauſata fauore Eccleſię,vnde ſi ſibi expedit non debet in odium retorqueri.

15 Secus ſi Eccleſia non vult,quia emptor,vel aduerſarius Eccleſiæ non poteſt ipſe allegare nullitatem contra Eccleſiam.

Vide ſupra.Alienatio nulla non obſtat alienanti.Concluſ.167.nu.28.& ſeq.

Vide plene Ant.Gabriel. lib.3. tit.de rerum alienatio.Concluſ.1.Alienatio rerum Eccleſiaſticarum.

16 Declara,quia ſi interuenit mandatum,& commiſſio Papę,quod ſi per diligentem inquiſitionem reperit alienationem, &c. concedat, debet conſtare de cauſæ cognitione, & veritate cauſę;plura allegat Abb.conſ.41.Videndum eſt,in prin.lib. 1.licet ipſe teneat ibi poſtea contrarium.

17 Contrarium tenet Abb.conſ.41.col.2.ver.Contrariam tamen ſententiam,lib.1.Vbi quod commiſſio Papæ non importat cognitionem iudicialem, ſed extraiudicialem in hac materia, quia non adeſt contentio, ideo ſufficit extraiudicialis cognitio,& creditur Commiſſario donec probetur contrarium.

18 Reſtringe,quia ſufficit,quod defectus ſolemnitatis purgetur per longam poſſeſſionem emphyteuticæ,& meliorationem factam,quoad hoc, vt ſit bonę fidei,vt lucretur fructus,& debeantur melioramenta.Anchar.d.conſ.122. Ex narratis, nu. tertio.

Vide ſupra Concluſio.proximā prędeden. n.66.

Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita regulariter. Concl. CCLXXIII.

1 ALIENATIO bonorum Eccleſię de iure eſt prohibita,niſi adſit veritas cauſæ,& ſolemnitas formæ Feder.de Sen.conſ.142.num.3.ver. ſuper primo,in prin.vbi,quod regulariter eſt prohibita,& licet adſit vtilitas tamen requiritur authoritas Papę.Bald.conſ.196.Super eo quod,nu.4. lib. 4. Deci.conſ.142.col.2.Pariſ. conſil. 24.col. 1.vol.4.

2 Et probatio cauſę,videlicet, vtilitatis, ſeu neceſſitatis incumbit aſſerenti, ita vt non ſufficiat Papę authoritas.Deci.conſ.275.Viſo tenore, nu. 5.ver.ſed dato,quod vnio.

Vide. Vnio ex cauſa falſa facta, an nulla, vel annullanda.Concluſ.243.

3 Extende,vt maior ſit prohibitio,& magis odioſa alienationis in laicum,quam in Eccleſiam. Calder.conſ.271.per totū,maxime in fi. ver. & ſi opponatur,alias 9.de reb.Eccleſ.non alien.& in ſimili conſ.313.circa med.ver.hoc maxime dici,alias 10.de fœud. vbi quod licitū eſt in homine noſtræ profeſſionis, quod non licet in alienum, & uult, quod fœudum,& emphyteuſis prohibita alienari in potentem,uel Eccleſiam poteſt pro anima,

Eccleſiæ legari, quando eſt alienabilis, & non perſonalis.

4 Et regula eſt prohibitiua, quod bona immobilia eccleſiæ alienari non poſſunt exceptis certis caſibus ſpecialibus; ideo ſi caſus ſpecialis permiſſus non probatur, etiam ſi adſit ſolemnitas reuocatur alienatio rei cum fructibus. Ægid. Bellam. conſ. 33. num. 45. & ſeq. vbi loquitur etiam in alienatione facta per Papam, & clarius num. 58.

5 Amplia in tantum, vt is, qui iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice non poſſit alienare etiam cum ſolemnitatibus, neque ex neceſſitate, vel vtilitate niſi conſulto Romano Pontifice. Lap. alleg. 31. vbi videtur ſecus eſſe in alio iuramento, de non alienando ſimpliciter præſtito, quod videtur velle etiam Feder. de Sen. conſ. 111. num. 2. ver. ad ſecundam queſtionem, & quod non ſufficiant alię ſolemnitates, niſi adſit Papæ licentia. Bald. conſ. 457. in princ. lib. 1.

6 Et hodie Epiſcopi præſtant iuramentum de non alienando inconſulto Romano Pontifice, & ideo alienatio facta ſine expreſſa licentia Papæ eſt nulla, & non preſumitur licentia Papę, niſi doceatur, quod is ſciuerit alienationem. Alex. conſ. 9. Viſo themate. n. 8. lib. 3. Felin. in c. ſicut. nu. 32. verſ. ſeptimo, & vltimo, de re iudic. Soci. conſ. 29. n. 19. lib. 1. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 9. §. 9. num. 20. vbi late citat alios.

Vide. Iuramentum de non alienando bona Eccleſię non impedit alienationem ſolemnem, & quando ſecus. Concluſ. 513.

7 Amplia, quia nõ valet cõceſſio in emphyteuſim facta ab Epiſcopo ſine debitis ſolẽnitatibus de Caſtro eccleſiæ Sarſinat. Io. de Imol. con. 115. in prin.

8 Amplia, vt nec poſſint iura, vel honorificẽtię dignitatis, neq; ius Baptiſmi, aut alterius intereſſe remitti ſine cauſa neceſſaria, & precedente tractatu, quia iſta omnia ſunt ſpecies alienationis. Calder. d. conſ. 457. per totum, alias vnico, de baptiſ.

9 Amplia, vt Epiſcopus nõ poſſit ſine euidẽti cauſa concedere, vt oblationes debitę vni Parochiæ per audiẽtes miſſas in ea, ſoluantur alteri eccleſię in qua Parochiani de licẽtia miſsã audiuerũt. Lapus allegat. 58. num. 6. in fin. ver. nec etiam poſſet.

10 Extende, vt idẽ ſit ſi agatur de decimis, & oblationibus eccleſiæ matricis, applicandis eccleſiæ filiali, quia requiritur cauſa, & ſolemnitas, & tunc Epiſcopus cum Capitulo ſuo gerit vices alienantis, & authorizantis, quia eccleſia matrix nunquam conſentiret. Calder. conſ. 272. alias 10. de reb. eccleſ. circa med. verſ. alio modo.

11 Extende, vt idem ſit, quod epiſcopus non poteſt concedere ius baptizandi vni eccleſiæ in præiudicium alterius, etiam ſi reſeruet illud primę eccleſiæ, niſi adſit neceſſitas, cauſa vera, & interueniat tractatus, quia eſt alienatio, ſaltem quoad candelas, quæ offeruntur in baptiſmo. Calderin. conſ. 457. alias vnico, de baptiſ.

12 Amplia in licentia, quod religioſus profeſſus trãſeat ad aliam religionẽ, quia eſt alienatio perſonarum. Lap. alleg. 62. nu. 5. ver. & eſto, vbi quod talis licentia non poteſt concedi, niſi ab immediato Pręlato, quia eſt alienatio perſonarum ordinis.

13 Amplia in ſubiectione vnius Eccleſiæ alteri, quia dicitur ſpecies alienationis Eccleſię. Lap. alleg. 69. verſ. ad ſecundum. nu. 3. quę alias erat 68. incipit, Quæris, an licear.

14 Amplia in perpetua conceſſione iuris eligendi facta etiam in Capitulum generale, quia non valet ſine ſolemnitatibus, quia eſt alienatio. Alexan. conſ. 106. n. 18. lib. 2.

15 Amplia in tranſlatione Eccleſię, vel Monaſterij de loco ad locum, quia eſt ſpecies alienationis, & eſt plus, quam vnire Eccleſiam eccleſię. Lap. d. allegat. 69. ver. ad ſecundum, vſque in fin.

16 Amplia, quia neque poteſt epiſcopus remittere, vel donare quartam mortuariorum, niſi ad vitam ſuam, Eccleſiæ inferiori, vel loco pio. Calder. conſ. 258. alias 2. De his, quæ fiunt à Prælat.

17 Amplia, vt idem ſit in diſmẽbratione, vel in mutatione membrorum, & iurium Eccleſiæ, quia eſt ſpecies alienationis. Lap. alleg. 27. Diſputat an preceptor, vbi quod prælatus in præiudicium ſucceſſoris non poteſt grangias, & manualia diſmẽbrare, vel conferre prẽter naturam illorum ſine ſolẽnitate, & idem eſt in exemptione conceſſa, quę eſt ſpecies alienationis. Feder. de Sen. conſ. 111. Queſtio talis. n. 2. verſ. ad ſecundam queſtionem.

18 Amplia in conceſſione bonorum in fœudũ, vel emphyteuſim, quando bona non ſunt ſolita concedi, quia non valet conceſſio ſine ſolemnitatibus requiſitis. Bald. conſ. 457. Reuerende Pater, in prin. lib. 1. Anchar. conſ. fin. in prin. Alex. plene conſ. 9. Viſo themate, in princ. lib. 3. allegat c. 1. tit. Epiſcopum, vel Abbatem, in fœud.

19 Extende etiam ſi per viam laudi, vel arbitramenti, ſeu tranſactionis fieret conceſsio, quia ſolẽnitas, & cauſa requiritur, Anchar. conſ. fi. in princ.

20 Et quia in infœudatione eadẽ ſolemnitas requiritur, quæ eſt neceſſaria in emphyteuſi, & perpetua locatione. Alex. conſ. 79. Circa primum. num. 3. verſ. & quod talis ſolemnitas. libro 1. Caſtrenſ. conſ. 139. in princ. lib. 2. Bald. conſ. 324. num. 2. lib. 1. Alexand. conſ. 9. Viſo themate, in prin. lib. 3. vbi quod eadem ſolemnitas requiritur in conceſſione fœudi, quę in alia alienatione requiritur.

21 Amplia, vt procedat, nedum in Eccleſia, ſed etiã in Hoſpitali, & pio loco, quia requiruntur eædem ſolemnitates in alienatione bonorum pij loci, quæ requiruntur in alienatione bonorum Eccleſię. Alexan. conſ. 4. num. 5. verſ. quod autem. lib. 3.

Vide plenius iterum infra n. 39. & ſeq.

22 Amplia, quia non valet etiam tranſactio, compromiſſum, vel concordia, ex quibus inducitur alienatio bonorum Eccleſię, niſi ſint adhibitę ſolemnitates, quæ debent adhiberi in vera alienatione. Federic. de Sen. conſ. 94. Caſus talis eſt, per tot. vbi, quod lis, quę dat dubium euentum operatur ſolum, quod ſubeſt cauſa, ſed non tollit, quin requiratur authoritas ſuperioris pro ſolemnitate, quia prohibetur omnis alienatio directa, & indirecta, idem tenet Signorol. conſ. 71. Factum ſic ſe habet, per totum. num. 3. & ſeq. Ancharan. conſ. fin. in princ. Abb. conſ. 62. Illuc de iure, in princ. lib. 1.

Vide. prohibitus alienare quibus modis, & perſonis ſit prohibitus. Concluſ. 898.

Vide. prohibitus alienare ſub pœna ad certum tempus. Concluſ. 901.

23 Contrariũ videtur tenere Gemin. conſ. 129. per tot. vbi, quod prælatus cum Capitulo poteſt compromittere, & renunciare appellationi, quãdo res eſt dubia, & valet propter dubium litis euentum, ſecus eſt ſi certitudinarie preiudicaretur Eccleſię, quia tunc requiruntur ſolemnitates.

Vide.

Vide.Prælatus cum Capitulo in extraiudicialibus præiudicare poteſt Eccleſiæ.Concluſ.504.

24 Declara,quia vt tranſactio ſit realis, & perpetua,requiritur,quod in ipſo actu interueniat authoritas ſuperioris,vel quod confirmetur à Papa, ita deciſ.Tholoſ. Capell.98. Item fuit quęſitum, vbi apoſtil.declarat.

25 Declara, quia ſi tranſactio ſit de re liquida nõ valet.Item quando Prælatus Eccleſię prout Epiſcopus,vel Abbas iurauit non alienare inconſulto Papa,ſi vero fiat de re non liquida, ab eo, qui nõ iurauit, tunc requiritur decretum ſuperioris, Siguor.d.conſ.71.per totum,quod forte non procedit,ſi agatur de iure ex priuilegio quęſito,quia valebit tranſactio, & pactum. Feder. dict. conſil. 94.in fin.

26 Declara alio modo per Nattam conſ.441. per tot.plene Rolan.à Vall.conſ.15.per totum,n. 23. lib.4.Quia ſi minor, vel Eccleſia retinent poſſeſſionem non eſt alienatio, & non requiritur ſolemnitas,ſecus ſi in alium transferãt.Capic.dec.156. nu.15.& ſeq.Abb.conſ.62.col.1. ver. Sed his non obſtantibus,per tot.lib.1.

27 Declara, quia ſolus Prælatus ſine authoritate ſuperioris, & ſine conſenſu Capituli non poteſt tranſigere, neq. compromittere ſuper rebus immobilibus,neq.ſuper iuribus Eccleſiæ ſaltem quo ad hoc vt obligatio tranſeat in Eccleſiam poſt mortem Prælati, quia omnis tranſactio prælati ſolius dicitur perſonalis in præiudicium Eccleſię, & idem eſt in laudo, vel compromiſſo, quia ſpecies tranſactionis eſt.Abb. conſ.62. Illud de iure, in prin.lib.1.

28 Declara,quia poteſt Prælatus ſine ſolemnitatibus compromittere, & contrahere,ita vt obliget Eccleſiam,& ſucceſſores, quando ceſſat alienatio iurium Eccleſiæ,quia hoc poſſunt tutor,Adminiſtrator Ciuitatis,& Procurator generalis cum libera.Abb.d.conſ.62.col.1.ver.Sed his non obſtantibus,lib.1.Et ideo ſi Eccleſia acquirit, vel remanet in poſſeſſione bonorum, quorum occaſione fit compromiſſum,valet laudum, & compromiſſum,& tranſactio,vt ibi,& per tot. vbi dicit hoc procedere etiam ſi Eccleſia ex laudo lęderetur, quia debuit reclamare.

29 Amplia, quia non valet confeſſio Prælati anticipatę ſolutionis rei locatæ in præiudicium Eccleſię,vel ſucceſſoris,niſi adſit vtilitas,vel neceſſitas, & ſit ſeruata forma, & adſit authoritas ſuperioris.Calder.conſ.153.alias 5.de confeſſ.in fi.

30 Amplia,quia Plebanus habens authoritatem creandi Canonicos in ſua Plebania, non poteſt creare Canonicum cum aſſignatione partis bonorũ plebis,vſq.ad quartã partẽ omniũ bonorũ ſine ſolemnitatibus,quia eſt ſpecies alienationis perpetuæ.Calder. conſ. 235. alias 14. depręben.

31 Amplia, vt nec poſſit fieri conceſſio fructuum Eccleſię, niſi ad modicum tempus, quia ſi fiat ad longum tempus non valet ſine licentia Papę. Feder.de Sen.conſ.143.n.3.ver.Item quia.

32 Amplia in permutatione,quia permutatio operatur,quod res Eccleſię permutata ſit profana laici,& è contra res laici ſit Eccleſiaſtica.c.1.de rer. permut.Bal.in auth.ſi qua mulier.C.ad Velleian.

33 Amplia,vt nec valeat alienatio fructuum bonorum Eccleſiæ ad longum tempus,licet non ſit proprie alienatio.Cald.conſ.187.alias 11. de iure iuran.quod duplicatur,conſ.269.alias 7.de reb.Eccleſ.non.alien.

34 Extende in locatione ad longum tẽpus,quę non valet ſine ſolẽnitatibus, quę requiruntur in alienatione perpetua.Bal.conſ. 357. Reuerendus Pater in prin.ver.Idem dicendum,lib.1.

35 Amplia in vnione,quæ,cum ſit ſpecies alienationis,prohibita eſt ſine cauſa,& ſine ſolemnitatibus fieri.Calder.conſ.271.alias 9.de reb.Eccleſ. non alien.

36 Amplia , vt procedat etiam ſi fiat permutatio partis bonorum prębendarum inter Canonicos eiuſdem Eccleſię;quia ſi mutatur ſtatus prębendarum,requiritur authoritas nedum Epiſcopi , ſed etiam conſenſus Capituli, alias non obligat ſucceſſores.Calder.conſ.296.circa fin.ver. Item non valuit,alias 4. de rer.permut.

37 Amplia,quia alienatio dicitur ſuppoſitio Eccleſiarum laicis,vel conceſſio protectionis,aut iuris patronatus Eccleſiarum laicis facta,quæ eſt omnino prohibita ſine licentia Papæ,c.hoc conſultiſſimo,de reb.eccleſ.lib.6.Gemin.conſ.32.nu.8.ver. Item hæc donatio.

38 Extende,vt talis ſuppoſitio,& alienatio per modum conceſſionis iuriſpatronatus eccleſiarum laicis factæ non valeat,neq.quoad eccleſias, neq. quoad Capellas,neque quoad iura , neque bona, etiam ſi omnes interuenerint ſolemnitates niſi adſit licentia Papæ. Geminian. late conſil. 32. numer. 7. & ſequent. ver. in contrarium vbi late de hoc.

39 Amplia,quia eadem ſolemnitas,quæ requiritur in alienatione bonorum eccleſiæ, requiritur in alienatione bonorum hoſpitalis , vel alterius pij loci.Bal.in auth.hoc ius porrectum,C.de Sacroſ. Eccleſ.clarius Abb.& alij in c.nulli de reb.Eccleſ. non alien.Paul.de Eleaza.& alij in clem.quia contingit,de religioſ.domib. in §.illud. Angel. in reper.l.1. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt.fiſc.lib. 10. Alex.conſ.4.nu.5. ver.Quod autem lib. 3. cum ſeq.Caſtren.conſ.270.Dubitatur,per totum,lib.1. ſupra num.21.

Vide.Hoſpitalia pia loca dicuntur,& quæ priuilegia habeant.Concluſ.163.n.9.

40 Ratio eſt, quia omnia priuilegia competentia Eccleſię,competunt hoſpitali.l. omnia. vbi Bart. C.de Epiſc.& Cleric.Deci.conſ.36.col.penul.in fi. Balb.de præſcript.in 1.parte.prin.

41 Extende , quia inter cętera requiritur conſenſus Epiſcopi.Alex.conſ.4.lib.3.n.5.

42 Declara,vt procedat in hoſpitale Eccleſiaſtico, ſecus in profano,Corn.cõſ.206.Licet.li.1. & conſ. 57.volum. 3. ſequitur Felin.in cap. de quarta de præſcript.col.4.

43 Amplia , quia omnes religioſę domus, cum ſint ſub protectione Eccleſiæ, non poſſunt alienare ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Eccleſię,Caſtrenſ.d. conſil. 270. col.1.circa med. verſic. nam & omnes religioſę domus,lib.1.

44 Amplia , vt eadem ſolemnitas requiratur etiam in alienatione bonorum fabricæ Eccleſię, vel operariæ,ita Anchar.conſi.172.In cauſis,col. 1.n.3.& 4.Calder.conſ.3.de reb.Eccleſ.non alien. alias 265.quia eadẽ ſolemnitas,quę requiritur in alienatione bonorũ Eccleſię,requiritur in alienatione bonorum cuiuslibet pij loci.Hoſtienſ. Ant. de Butrio,&alij,in c.nulli de reb.Eccleſ.non alię. Alexand. conſ. 4.Viſo proceſſu.col.3.verſ.Quod

autem,lib.3.nu. 5.Ferret.conſ.141.nu.5.& 142.& 143. Vbi de laicis an ſint capaces pro oblationibus,& fructibus Eccleſiarũ adminiſtrandis,& dat exẽpla de operarijs fabricarũ Eccleſię in Tuſcia, de quibus etiam Anchar.d.conſi. 172. n.3.& ſeq.

45 Amplia,quia,neq.Papa poteſt alienare, neque infœudare in diminutionem Papatus,& Eccleſiæ, quia licet ſit ſolutus ab omni prohibitione, tamẽ ſi faciat alienationem , vel infęudationem debet eſſe de conſilio Cardinalium,& conſenſu ciuium, qui alienantur.Bald.conſ.324. Quęritur vtrum Papa,lib. 4. ſecus ſi ſit alienatio non enormis læſionis,quia valet.

46 Amplia, quia licet Papa concedens alienationem,vel infœudationem caſtrorum, vel bonorum Eccleſiæ cenſeatur tollere leges concernentes ſolemnitatem contractus,non tamen cẽſetur tollere leges concernentes ſubſtantiam contractus,& ideo ſi alienatio eſt damnoſa , non valet. Aegid. Bellam.conſ.33.n.44.verſ.Quoad primam difficultatem , & non præſumitur in perniciem Eccleſiæ voluiſſe diſtrahere,& clarius,n.59.Vbi quod ſi tollit leges de ſolemnitate loquentes,non tamen tollit leges poſitiuas inductas pro conſeruatione iuris naturalis,vt adminiſtrator nõ faciat in damnũ ſuæ adminiſtrationis , quia Papa eſt adminiſtrator,& ideo licet non liget canon ſucceſſorem, tamẽ poterit alter ſucceſſor de facili reuocare alienationẽ,vt ibi,& nu.59.Felin.in c.ad audientiam de præſcript.n.3.

Vide infra,n.101.& ſeq.verſ.limita,cum ſeq.

47 Extende,vt idem ſit,ſi Papa alienat ſeruatis ſolemnitatibus , in caſu non permiſſo , videlicet,ſine vtilitate,vel neceſſitate.Aegid.Bellam.d.conſ. 33.n.44.& 45.ver.quoad ſecundum .

48 Extende, quia Papa alienando rem Eccleſię in damnũ non cenſetur tollere canones prohibentes, quia faceret contra conſcientiam , & mortaliter peccaret,& ædificaret ſibi ad gehennã ignis æterni.Aegid.Bellam.d.conſ. 33.n.59.ver.vel aliter.

49 Extẽde maxime in alienationibus magnæ importantiæ,quia poteſt reſiſti in faciẽ Papę & Principis ſicut reſtitit Paulus Petro. Fel. in c. ad audientiam,col.2.in prin.de præſcript.Oldrad.conſ. 95.in fi.laſ.conſ. 10.col.4.n. 4.li.4.Vbi etiã declarat,quę nã dicatur magna diminutio principatus.

50 Limita,quia valet conſuetudo, & præſcribi poteſt,quod vnus Prior ſi trãſfertur ad alium prioratum,ſecum portet omnia bona prioratus à quo remouetur ad aliud beneficium,ad quod transfertur relicto ibi tantum , quod poſſit ſufficere pro oneribus,vſque ad nouos fructus,quia iſta non eſt alienatio,quãdo omnia beneficia ſunt ſubiecta eidem Capitulo, vel abbati. Oldrad. conſ. 284. in prin.Quia non exeunt bona extra familiam.

51 Conſuetudo,de qua ſupra proxime, præſcribitur ſpatio 40.annorum,quia eſt vniformis,& non tendit in pręiudicium particularis Eccleſię . Oldrad.d.conſ.284.nu.2.ver.ad ſecundum.

52 Limita,quia multi ſunt caſus,in quibus poſſunt bona Eccleſię alienari ſine ſolemnitatibus de quibus.Marſil.ſing 132.in alienatione,& in eius practi.crim.§.2.n.27.& infra. concluſ. proxime ſeq. vbi videas.

53 Limita in alienatione bonorum Eccleſię relictorũ cum onere, quod fiat venditio aliquorum, pro aliqua ſatisfactione ordinata per teſtatorẽ, quia non eſt prohibita,neq.requiritur ſolemnitas in tali alienatione.Lap.alleg.26.nu.4.ver. tertio dubitat,vbi pro vtraq.parte iura allegat, & reſidet in hac opinione.

54 Extende,& declara,vt infra , alienatio bonorũ Religionis.Concluſ.276.n.44.& ſeq.

55 Limita,quia valet alienatio,vel translatio iuris eligendi pro vna vice facta in eccleſiaſticam perſonam,ſine licentia Papę,vel ſolemnitate , ſecus ſi eſſet perpetua.Alexan.conſ.106. Perſpectis his,nu.18.ver.10.lib.2.

56 Limita, quia ſi rector defunctus reliquit bona mobilia modica,& debita eccleſiæ,poteſt ſucceſſor alienare bona mobilia ſine vlla ſolemnitate pro ſoluendis debitis eccleſiæ, ſi alius modus facilior non habetur.Abb.conſ.10.Breuiter,lib.2.

57 Limita , quia licet contractus alienationis ſit nullus,quia ſolemnitas non interuenit, non tamẽ poteſt is,qui contraxit,cum eccleſia propria authoritate recedere,ſed debet adire Iudicem. Anchar.conſ.122.nu.2.ver.preterea preſuppoſito.

58 Limita in alienatione,& ſeu repudiatione legati facti eccleſię,quia antequã fuerit acceptatum, & acquiſitum eccleſię poteſt Prælatus ſine ſolemnitate repudiare.Feder.de Sen.con.9. Caſus talis eſt,vbi eſt caſus conſilij,vbi dat ſimile de reſignatione beneficij nunquam acceptati , vt ſufficiat ceſſio ſine ſuperiore, ſequitur Rom.conſ.184. Vi
* ſis,quæ narrantur,vbi apoſtill.dicit * communẽ, & allegat infinitos concord.Zabarell.conſ.89. in prin.Natta,conſ.441.n.13.& ſeq.Roland.à Valle conſ.15.n.23.& ſeq.lib.1.& hanc partem tenet Soci.regul.1. Eccleſię res, in vltima fallentia,vbi citat plures.

Vide.Acquirere nolle & alienare ſunt diuerſa. Concluſ.447.

59 Extende,quia ſicuti poteſt repudiare , ita poteſt trãſigere ſuper quęrendis, indubitatum dicit Rom.d.conſ.184.plene Natta,conſ.441.

60 Contrariũ tenet Caſtrenſ.conſ.34. Ego Paulus in fi.lib.1.& cõſ.294.in fi.eod.lib.1. qui reprobat Feder.de Sen.& dicit,quod non poteſt etiam fieri
* repudiatio,& hanc * communem dicit apoſt. ad Rom.d.conſ.384.

61 Pro contrario videtur facere,quia legatum factũ Monacho,per quẽ acquiritur Monaſterio, ipſe Monachus nõ poteſt repudiare,imo cõpellitur adire,vel Monaſterium acceptare , vel adire poteſt.Feder.conſ.4.n.2.in fi.ver.In contrarium allegat.Archid.c.vnico.18.quæſt.1.

62 Et quia ſolus Prælatus non poteſt repudiare in pręiudiciũ Eccleſię,ſed bene omnes de Capitulo, vel Congregatione poſſunt repudiare . Angel. conſ.384.Paxinus q.n.2.

63 Declara hanc limitationẽ,vt nõ procedat ſi legatũ fuiſſet tacite,vel expreſſe acceptatũ , quia tunc Prælatus non poteſt repudiare.Feder.d.conſ. 9.in fi.& ita etiam Roman. d. conſ.184.verſ.Nec huic rationi.

64 Declara,quod licet repudiatio valeat, tamen Eccleſia poteſt agere contra Prælatum , quia non acquiſiuit,vt per Feder.de Sen.d.conſ.9.in fi.ver. Et licet poſſet agi.

65 Extende, quia etiã hæreditas poteſt repudiari per omnes de Capitulo,vel maiorẽ partẽ,quia aliud eſt alienare,aliud nolle acquirere. Angel. d. conſ.384.circa prin.ver. tamẽ hic nõ tractamus, vbi loquitur etiam,quando locus pius erat inſtitutus cum prohibitione alienandi,quia poteſt repudia-

Digitized by Google

pudiare; communem * dicit Felin. in c. in præsentia. num. 57. col. penul. de probationib. Natt. cons. 441. num. 13. & seq.

66 Extende, quando donatio, vel alienatio fieret per Monasterium, vel Ecclesiam eodem momento, quo fit aditio hæreditatis. Lap. alleg. 26. nu. 4. in 3. dubio. Ratio est, quia in rebus nondum quæsitis non requiritur solemnitas. Federic. de Sen. cons. 9. Casus talis, & communem * dicit Ias. in l. legatum. num. 19. vers. quid tenendum. ff. de leg. 1. vbi quod ita consuleret, & iudicaret Aret. in l. is, qui hæres. §. fi. ff. de acquir. hæred. dicit esse communem apud Canonistas.

67 Et multo magis procedunt prædicta quando legatū alienatum in ipsa acceptatione consisteret in pecunia, vel actione, vel rebus mobilibus, in quibus solemnitas non requiritur. Alex. cons. 92. num. 3. lib. 6. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 7. in princ. & num. 15.

68 Et quod monasterium non possit renunciare iuribus quæsitis Monasterio per Monachum sine solemnitatibus, & iusta causa.

Vide. Renunciare iuri in fauorem sum introducto quando quis non possit. Concluſ. 171. vbi pro vtraque opinione.

69 Extende, quia Episcopus potest repudiare hæreditatem delatam suę Ecclesiæ. & nolle acquirere, & maxime quando piæ causæ remittit, quia tenetur, imo superflua erogare in causam piam. Abb. cons. 31. Ad claram. in prin. lib. 1.

Vide. Donatio facta ab Ecclesia, vel Prælato quando valet, vel non. Concl. 683.

70 Limita in re modica concessa ad vitam pro benemeritis, & seruitijs etiam consanguineo Abbatis, quia concessio valet sine licentia Papæ, & obligat successorem. Feder. de Sen. cons. 52. Quidam Prælatus, vbi quod attenditur consuetudo, an res concessa dicatur magna, vel parua.

71 Limita, quia potest Rector Ecclesiæ obligare, & hypothecare bona Ecclesię, pro debitis Ecclesię. Alex. cons. 118. col. penul. ver. insuper. li. 5. qui dicit * communem. Neguſ. in 2. par. de pignorib. 1. memb. n. 9.

72 Extende etiam si verba essent dubia, quia obligatio censetur pro Ecclesia, & de bonis Ecclesiæ quando contractus fit pro debitis ecclesiæ, quia sensus non cadens in mentem partium non est tenendus. Ruin. cons. 98. in fi. lib. 1.

73 Limita, quia si instrumentum super quo fundatur ius loci pij, est suspectum de falso per confessionem Notarij, valet transactio facta per Rectores pij loci. Bald. cons. 352. postquam Notarius. lib. 4.

74 Limita in bonis stabilibus incultis relictis parochiæ pro celebrando anniuersario pro anima legantis quia si ecclesia indiget Missali, & legatū non sufficiat pro legato pio, potest de consensu legatarij & hæredis legantis, & parochianorum, vacante sede Episcopali, alienari, & emi Missale, & valet talis alienatio sine solemnitatibus. Angel. Aret. cons. 27. Videtur primo, per totum, vbi allegat pro vtraque opinione, & hanc tuetur.

75 Limita, quia alienatio bonorum ecclesiæ valet sine solemnitate, si consuetudo sit, quod alia forma seruetur. Fed. de Se. cons. 52. circa fi. vbi quod talis consuetudo non censetur sublata per constitutionem contrariam, non facientem de ea mentionem, & idem Feder. cons. 87. Vbi duplicatur. Bolog. in addit. ad cons. Io. de Anan. 84. n. 5.

76 Limita, quando res ecclesiæ essent ab aliquo occupatæ, ita vt non esset spes recuperationis, quia tūc possunt alienari, & infœudari. c. 2. in fi. de fœu. Ias. cons. 10. n. 3. li. 3. & ideo Papa potuit donare Regi Carolo Regnum Siciliæ, quod detinebatur per hostes. Bar. & Ang. in l. id quod apud hostes. ff. de legat. 1. sicut etiam idem potuit donare eidē Regi Carolo Hierusalem, vt ipsam redimeret de manibus infidelium. Bart. in d. l. id quod. et in l. liber homo. 1. ff. de ver. oblig. Fel. in c. 1. n. 5. de probat. & in d. c. ad audientiam. n. 2. de præscript.

77 Limita in pacto, vel trāsactione, per quod quis renunciat iuri ecclesiæ competenti ex priuilegio secus si ex iure communi. Feder. de Sen. cons. 94. in fi. vbi ita intelligit c. 1. & c. fi. de pact. in 6. quia fit præiudicium priuilegio solū, & quia res reuertitur de facili ad suam naturam, quia ius redit ad Ecclesiam.

Vide. Alienatio bonorum religionis Concluſ. 276. n. 39. & seq.

Vide. Transigere qui prohibentur. Concl. 349.

78 Imo vbicunq. transactio fit bona fide per mendicantium Capitula, & priores etiam quod nō interuenerit consensus, vel authoritas superioris. ea valet, maxime in ijs, quæ nunquā à mendicantibus possessa fuerunt. Bal. cons. 261. Optimæ allegationes, lib. 4. Zabar. cons. 89. per totum.

79 Limita, quod Episcopus potest facere alienationem fructuū bonorum ecclesiæ ad modicū tempus, etiam sine consensu Capituli, cessante fraude. Cald. cons. 170. alias 8. de reb. eccl. non alien.

80 Limita, quia solemnitas omissa purgatur quādo decretum superioris interuenit, & inuestitus melioramenta fecit, & possedit, saltem ad hoc, vt fructus suos faciat, & repetat melioramēta. Anc. cons 122. ex narratis. n. 3. ver. itē cū proponatur.

81 Limita, in alienatione rei Ecclesiasticę reuersæ ad Ecclesiam, quæ est solita alienari, Feder. de Sen. cons. 179. per totum, videlicet, quia est semel alienata cum solemnitatibus. Bologni. in addit. ad cons. Io. de Anan. 84. nu. 5.

Vide. Alienatio bonorum Ecclesię solitorum locari quando valeat sine solemnitatibus. Concluſ. 277.

82 Limita in alienatione facta per Prelatū de re Ecclesiæ prohibita, quia valet saltem in præiudicium ipsius qui alienauit, licet non valeat in præiudicium Ecclesię, & successoris. Calder. cōs. 158. in fi. alias 2. de his, quæ fiunt à Prælat. prout in simili de iuramento prestito, in præiudicium Ecclesię, vt licet non valeat, quoad præiudicium Ecclesiæ, tamen valet quoad præiudicium iurantis, si præiudicium est separabile à præiudicio Ecclesiæ alias secus. ita Gemin. cons. 60. n. 6. ver. dici tamen posset, & quasi per totum; simile est in laico infœudato de decimis, quia licet non possit in alium transferre, tamen si renunciat, ipse renuncians excluditur. Pet. de Ancha. cons. 34. num. 13. ver. Præterea, Et quod licet per principē, vel Papā alienatio regalium facta valeat ipso viuente, nō tamen in prejudicium successorum valeat. Bald. in c. licet. §. in generali si de feudis def. fue. cōtent. inc. domin. & agnat. & in c. 1. in ver. possideant de pac. tenend. late Fernand. Loaz. in cons. edito super oppido Mulæ, in 1. dubitatione. col. 1. & 2. Fel. in c. 1. numer. 5. de probat. Ias. cons. 10. num. 4. lib. 3.

Vide. Actus nullus,vel prohibitus quando valet contra gerentem actum.Concl.143.

Vide.Alienatione prohibita,quæ alienatio permittatur.Concl.262 nu.9.& ſeq.

Vide. Alienatio nulla non obſtat alienanti, & quando ſecus. Concl.267.

83 Simile dicitur in cap. veniens. & cap.de cętero, de tranſaction. quia tranſactio Prælati, vel compromiſſum ſine ſolemnitatibus, non ligat Eccleſiam mortuo Prelato,quia eſt perſonalis.Abb. conſ.62. Illud de iure,num.2. verſ. probatur ratione.lib.1.

84 Declara, ut per eundem Abb. d.conſ.62. col. 1.uer. ſed his non obſtantibus, ut non procedat quando immobilia,uel iura Eccleſię non transeruntur in alium, quia tunc ualet efficaciter obligatio Prelati in iudicio, & extra etiam contra ecclesiam, item ualet quando Papa confirmat contractum ſolius Prælati ex certa ſcientia expreſſa, uel tacita,ut ibid.num.4.uer.ſecundo principaliter.lib.1. ubi dicit eſſe caſum expreſſum in c.ueniens, de tranſact.

85 Limita in terulis ruinoſis,& ſterilibus,quia ſolemnitas non requiritur.Ancharan. conſ.121.Exnarratis.num.2.

86 Limita in bonis ſocietatis laicorum, quæ non ſubſit epiſcopo, neque eius authoritate fundata, quia poteſt alienare, dummodo omnes, uel maior pars conſentiat,Angel. conſ.234. Paxinus q.per totum.

87. Limita in alienatione bonorum Eccleſiæ obliqua, ſeu indirecta,quia non requiritur eadem ſolemnitas, quæ requiritur in alienatione propria, & directa. Calder. conſ. 278. alias 2.de emptio. & uendit.uer.benefacit. circa med. & per totum: ubi etiam loquitur in ſimili de donatione inſinuanda,ut inſinuatio non ſit neceſſaria in renunciatione, quę eſt obliqua, & non propria donatio.

88 Limita in bonis, quę fuerunt Eccleſię, & peruenerunt in laicum titulo permutationis, quia cum permutatio efficiat, quod bona laici permutata efficiantur Eccleſiæ, & e contra perfecta permutatione poteſt laicus libere alienare bona ſua,licet fuerint Eccleſię.l.1. C.de rer.permutat. Caſtren.in l.1.C.de peric.& commod. rei uendit. Deci.conſ.285.

89 Limita in permutatione Cameræ,& horti hinc inde facta per Canonicos Eccleſię Collegiatæ de iuribus ſuarum prębendarum, quia ualet de conſenſu Capituli, & Prælati eccleſiæ Collegiatæ, ex quo agitur de minoribus rebus. Cald. conſ.303. alias 11.de rer.diuiſ.

90 Limita, quia fructus. & mobilia poteſt donare Prelatus,ob merita,& ſeruitia.

91 Extende,tam in uita,quam in morte.Ab.conſ. 10.num.3.lib.2.

92 Limita, quia Epiſcopus poteſt permutare cum ſuo Capitulo Eccleſiam, & bona, quia inter ſe magnam habent communionem, & quaſi non eſt alienatio.Zabarel.conſ.131.Videndum eſt primo, vbi eſt caſus.

93 Extende, quod etiam poteſt Epiſcopus abundans donare Capitulo indigenti, et valet donatio propter magnam communionem. Zabarell. d.conſ.131.in princ. alleg.clem.ſi vna. §. quod ſi Epiſcopus.de reb.Eccleſ.non alien.

94 Extende etiam ſi epiſc. juraſſet non alienare, inconſulto Romano Pontifice, quia adhuc non obſtat iuramentum quando alienat ſuo Capitulo.

95 Contrarium tenet Zenzelin.in d.clem.ſi vna.§. quod ſi epiſcopus,de reb.Eccleſ. & hac ratione dubiam quęſtionem fatetur.Zabarell.d.conſ.134. in prin. quia epiſcopus non poteſt in cauſa ſua,& Capituli ſui authorizare.

96 Declara,quia ſi adminiſtratio Epiſcopi,& Capituli eſt diuiſa, procedit prima opinio, ſi vero non eſt diuiſa,ſecus eſt.quia in re ſua authorizaret epiſcopus, & Capitulum.Zabarel.d.conſ.131. num.1.ver.ego vero.

97 Declara ſecundo,quia etiam quod non valeat, tamen dat cauſam præſcribendi.Zabarel.d. conſ. 131.num.1.in fin.

98 Declara, quia valet conceſſio iuris viſitandi, quia illud poteſt epiſcopus concedere cuicunque inferiori, qui tanquam Vicarius epiſcopi viſitabit.Zabarell.d.conſ.131.n.2.ver. ad ſecundum.

99 Limita in permutatione bonorum eccleſiæ cũ Principe ſupremo,quia ſufficit.quod eccleſia non ſit læſa, & non ſunt neceſſariæ ſolemnitates, vel quod in euidẽtem vtilitatem cedat.Bero.in c.qui res eccleſię.n.32. de reb. eccleſ.non alien. Abb. in c.1.num.1.2.&3.de rer.permut.

100 Limita in bonis eccl. Conſtantinopolitanę,videlicet,Sanctæ Sophiæ, & alijs eccleſijs ſubditis. Bolog.d.conſ.10.de Anan.84.nu.5.

101 Limita generaliter, niſi Papa per litteras ſuas mandaret aliam ſolemnitatem ſufficere, vel nullam, quia poteſt. Abb.conſ.41. Videndum.col.2. lib.1.Deci. conſ.174. col.1. verſ.ſecundo quia, & conſ.341.Viſo puncto.n.8.& ſeq.& Io.de Im.conſ. 116.num.8.ver.circa quartum.Abb. conſ.34. Super quęſtionis materia.col.2.n.4.ver.venio nunc, iuncto fine.lib.2.

Vide ſupra num.45.& ſeq.

101 Contrarium, quod imo etiam ſi Papa mandat fieri contractum eccleſiæ, tamen oportet, quod conſtet de cauſa,& quod ſit in utilitatem eccleſiæ,alias non valet. Ferret. conſ.294.in fi.vbi reprobat Abba.d.conſ.41.lib.1.& vide pro hac parte ſup.num.45.& ſeq.vbi latius fol.265.

103 Declara,quia ſi PP. informatus ex certa ſciẽtia confirmat, ſeu conualidat contractum nullum de alienat.bonorum eccl.ſupplendo omnes defectus tunc alienatio valet; ſi uero per ſubreptionẽ, vel obreptionẽ obtinuit confirmari,vel conualidari, tunc alienatio uon valet, & idem eſt ſi confirmauit cum clauſula,ſi ita eſt, quia ſi ita non eſt, nihil confirmauit.Abb.d.conſ.34.col.2.num.4.uer. uenio nunc.uſque in fi.lib.2.

104 Et quod ſufficiat, quod Papa ſuppleuerit, uel mandauerit fieri alienationem bonorum Eccleſię ſine ſolemnitate, quia ſi facit ex certa ſcientia alienatio ualet non ſeruata ſolemnitate, prout Papa mandauit Io.de Im.conſ.116.nu.8.uerſ.circa quartum.Abb.conſ.34.col.2.uer. uenio nunc, iuncto fine.lib.2.

105 Et quod ſi interuenit licentia Papæ ex cauſa utilitatis, uel neceſſitatis non requiratur alia forma,uel ſolemnitas.Surd.conſ.245. per totum. lib.1. Abb. d. conſ.41.column. 2. uerſ. ex quibus clare.lib.1.

106 Et quod Papa poſſit uendere bona quarunecunque eccleſiarum tanquam propria, & alienatio ualeat ſine alia ſolemnitate.Baldus conſilio 175.

Papa

Papæ, siue Ecclesia. lib. 2. & maxime pro necessitate Ecclesiæ Romanę. Castrens. cons. 415. In facto præsenti. per tot. lib. 1.

107 Extende, quia imo consensus Commissarij dati à Legato habente ad hoc potestatem sufficit, vt alienatio dicatur valida sine tractatu, & consensu Prælati superioris, quando adest consensus immediati Prælati. Rom. cons. 36. Visa disceptatione. num. 3. ver. cum ergo.

108 Extende, quando Papa confirmauit alienationem factam per Ecclesiam laico ex certa scientia, quia ea valet, etiam si Papa reuocaret confirmationem, seu in genere alienationes à se, & de suo mandato factas, quia non posset in præiudicium laicorum non subiectorum reuocare. ita Abb. d. cons. 41. in fin. ver. item posset non immerito. nu. 4. & sequen. lib. 1.

109 Declara, quia si alienatio non est iuste facta, cum Papa sit administrator, non Dominus, non potuisset confirmando Ecclesię pręiudicare. Abb. dicto consilio 41. col. 1. in fine. lib. 1. sed vult Abbas, quod debeat probari contrarium, quia interim pro confirmatione, & validitate pręsumitur.

110 Extende, quia imo Abb. d. cons. 34. Super quæstionis materia. col. 2. n. 4. ver. venio nunc, iuncto fine. vers. non obstat contrarium. lib. 2. vbi quod Papa ex certa scientia potest contractum factum in pręiudicium Ecclesię validum facere etiam inuitis partibus.

111 Limita pro redemptione captiuorum. auth. de alienat. & emphyt. §. sanctissimus.

112 Limita pro soluendis decimis Papalibus authoritate Commissarij Apostolici, quia alienatio valet secundum Breue Summi Pontificis, quando totum pretium fuit conuersum in solutionem decimarum, sed si solum pars, debet alienatio reuocari tanquam nulla. auth. hoc ius porrectum. C. de Sacrosanct. Eccles. cum glos. quam ibi approbant Castren. Bald. & Salycet. Alex. cons. 4. lib. 3. Abb. in cap. quod quibusdam, de fideiuss. licet Bar. in d. auth. senserit contrarium, & Hostiens. in c. 1. de solutio.

113 Extende, quia vbicunque interuenit licentia Papæ, quod pro soluendis decimis impositis à Papa, liceat vendere bona Ecclesiæ, valet alienatio. Paris. cons. 24. lib. 4. Cum Pontifex sit Dominus beneficiorum, & Ecclesiarum. cap. 2. de præben. in 6. clem. 1. in fin. vt lit. penden. Ias. in l. quoties. nu. 13. C. de rei vendic. Socin. cons. 266. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 341. num. 3.

114 Extende, quia hęredes Rectoris vendentis non sunt obligati de euictione, sed ipsa Ecclesia. cap. 1. & ibi Abb. per illum text. de solutio. & regulare est, quod Clericus potest obligare, & hypothecare bona Ecclesiæ pro contractibus per eum celebratis, tanquam Rector, & nomine Ecclesiæ, vt late per Alex. cons. 118. col. penul. vers. insuper. libro 5. qui dicit hanc esse communem * opinionem.

115 Extende, quia quando alienatio est facta authoritate Papę pro soluendis decimis Ecclesiasticis, valet, nec potest tanquam nulla reuocari, Ias. consilio 55. libro 1. qui hoc non dicit, sed loquitur in alijs terminis, quam solutionis decimarum.

116 Limita in bonis mobilibus, actionibus, & pecunia, quia non requiritur solemnitas. Alex. cons. 92. nu. 2. & sequen. lib. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. in princ. num. 15.

117 Extende, vt procedat quoad bona mobilia, ité fructus, siue illi extét, siue sint consumpti, pro quibus pecunia debetur, quia possunt alienari, sine solemnitatibus, & actio remitti, quia actio subrogata loco mobilium eandem habet naturam, quam mobilia. Alex. plene d. cons. 92. Perspectis, in princ. lib. 6.

118 Restringe, nisi sint pecuniæ inuestitæ in locis montium, quę reddunt annuum redditum, quia inter immobilia computantur, ne possint alienari sine solemnitate. Rom. cons. 159. Super eo. num. 3. vers. Quod autem alienari, & apostill. ibi in verb. redditus citat eundem Rom. cons. 188. In hac causa, in fin.

Vide. Annui redditus inter immobilia computantur, & quando. Concluf. 342.

119 Limita, quia Episcopus cum Capitulo potest sine solemnitate, ex causa transferre iura vnius Ecclesiæ in aliam, quia non censetur alienatio, ex quo vna Ecclesia censetur soror alterius, & quod prima tenebatur, secunda remanet in eadem obligatione. Ferrett. cons. 249. nu. 14. vbi late.

120 Extende, quia valet transactio de decimis inter duas ecclesias eadem ratione. Ferret. d. cons. 249. num. 5. ver. tertio confirmo.

121 Declara omnes limitationes, in quibus bona ecclesiæ possunt alienari, vt non procedant, quoad bona ecclesię legata pro dote cum prohibitione, quod nullo modo possint alienari, quia etiam ex causa permissa à lege non poterunt alienari, quia concurrit prohibitio legis, & hominis. Abb. cons. 45. Videtur primo. numer. 4. vers. quia imo. libro 2.

122 Contrarium tenent aliqui secundum Abb. d. cons. 45. num. 4. lib. 2.

123 Declarat, quod nullo modo poterunt bona alienari, nisi cum authoritate Papę, quę semper est excepta, Abb. d. consil. 45. num. 4. lib. 2.

124 Limita sex modis, de quibus Socin. in regula 1. ecclesiæ res absque solemnitate regulariter alienari non possunt, vbi limitat sex modis.

Alienatio bonorum Ecclesiæ prohibita consanguineis Prælati, & quando. Concluf. CCLXXIV.

1 ALIENATIO bonorum ecclesię, etiam si regulariter sit permissa; tamen interdicitur Oeconomo ecclesiæ, qui non potest alienare consanguineis suis. auth. quibuscunq; C. de sacrosanct. eccles. c. decenter 89. distinct. Castr. cons. 213. Viso puncto, in prin. ver. secundo sciendum est, qui loquitur in Abbate, & glos. facit in cap. peruenit. 1. quęst. 3. quæ dicit quod episcopi sunt cęci circa nepotes, & consanguineos.

a Contrarium tenet glos. in d. cap. decenter 89. distinctio. allegat text. in c. non satis 86. distinct. & dicit, quod solis consanguineis malę vitæ est facta prohibitio.

Vide infra in 1. limitatione. num. 10.

Declarat

3 Declarat Caſtrenſ. quod contrarium loquitur in eleemoſinis, quæ magis debentur conſanguineis pauperibus, quam extraneis, ideo quoad bona remanet prohibitio ſimplex, alias membranas occuparent iura prohibentia, quia etiam extranei malæ vitæ prohibentur, ſed ratio, quare conſanguinei prohibentur eſt propter timorem fraudis. Caſtren. conſilio 213. in principio. libro 2.

4 Declara, vt per Abb. dicto conſilio 41. Videndum eſt. num. 3. verſ. pro hoc etiam tollitur. lib. 1. vbi quod illa auth. loquitur in œconomo, qui prohibetur alienare bona Eccleſiæ conſanguineis, & non habet locum in Prælato, qui habet maius ius in beneficio, quam œconomus: ſecundo, quod habet locum, quando alienatio fieret in damnum Eccleſiæ, alias ſecus, tertio dicit quod imo de iure Canonico poteſt Prælatus dare bona Eccleſiæ ſi tantundem confert Eccleſiæ de ſuo patrimonio, ita quod eſt non neceſſaria euidens vtilitas quando alienatio fit conſanguineo, allegat tex. quem dicit not. in cap. ſi quis qualibet, cum §. precedenti 12. quæſt. 2. quarto dicit ius ciuile non potuiſſe in hoc ſtatuere, & non eſſe curandum de eo, ex quo ius Canonicum dat certam formam, extra quam nihil prohibet.

5 Amplia, quia conſul habens adminiſtrationem pij loci, non poteſt alienare in ſui fauorem. Alex. conſ. 4. Viſo proceſſu. num. 6. verſ. nec etiam obſtaret. lib. 3,

6 Amplia, quia alienatio bonorum Eccleſiæ facta conſanguineis Prælati in magna quantitate dicitur ſuſpecta, & præſumitur fraudolenta. Gemin. conſil. 48. in fine, verſic. eſt aduertendum.

7 Amplia, quia etiam confeſſio de recepto, & quod ſit conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ facta per Prælatum ſine Capitulo dicitur fraudolenta, & ſimulata, quando ad fauorem conſanguinei eſt facta. Caſtren. conſ. 338. Primo quæritur. num. quarto, vbi ponit multas fraudis ſuſpiciones, libro primo.

8 Extende, vt procedat etiam ſi ſuper tali confeſſione, & conuerſione fit lata ſententia, non vocata Eccleſia, ſed inter Prælatum, & mutuantem. Caſtrenſ. dicto conſilio 338. numero quinto, libro primo.

9 Amplia, vt quod dicitur de conſanguineo, multo magis procedat in filio, quia pater exequutor ad diſtribuendum bona inter pauperes, non poteſt inter filios diſtribuere, etiam ſi ſint pauperes propter fraudem, & ſuſpicionem. Cald. conſ. 360. alias 31. de teſtam.

10 Limita in alijs Prælatis quãdo alienatio fit in caſu permiſſo, & ſine fraude, quia valet alienatio facta conſanguineo Epiſcopi, multo magis, quam extraneo, quando ab alio plus non erat percepturus. Feder. de Sen. conſ. 210. In Chriſti nomine. circa fin. ver. reſtat videre: vbi quod ſolemnitas illius auth. de iure Canonico non ſeruatur. Calder. conſ. 270. alia 8. de reb. Eccleſ. non alien. in fin. Abb. conſ. 41. videndum. num. 3. ver. per hoc etiam tollitur. lib. 1. apoſtill. ad Alex. d. conſ. 4. nu. 6. lib. 3. in ver. adminiſtratio. vbi citat plurimos concordantes.

11 Extende, quia imo principalis Prælatus pro ſe ipſo bona fide emit, & contrahit, vt per apoſtill. ad Alexand. d. conſ. 4. in ver. adminiſtratio. lib. 3. quę allegat Abb. conſ. 41. n. 3. ver. quinimo. col. 2. lib. 1. Cardin. Zabarell. conſ. 34. in fin. & alios, quos videas.

12 Limita quoad fructus Eccleſiæ, quia ſi ſunt beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia, quorum fructus lucratur beneficiatus in morte, & in vita, tunc valet donatio facta conſanguineis ſecundum* communem, de qua Corn. conſ. 314. Videtur in præſenti. num. 2. ver. quinimo. lib. 3. vbi plene idem dicit eſſe de acquiſitis ex officijs etiam intuitu Clericatus, prout ſunt legationes, gubernia, & ſimilia, quia valet donatio, & hæredis inſtitutio, & ita ſeruari dicit.

13 Extende, quia etiam de alijs fructibus, & bonis Eccleſiaſticis moderate poſſunt donare conſanguineis, ſeruitoribus, & benemerentibus, & ſtatur arbitrio Iudicis in hoc. Corn. conſil. 314. lib. 3. num. 2. & per totum. lib. 3.

Alienatio bonorum Eccleſiæ, an authoritate Epiſcopi fieri poſſit, & quibus, & quando permiſſa. Concl. CCLXXV.

1 EPISCOPVS cum ſuo Capitulo ſine authoritate ſui ſuperioris poteſt alienare bona Eccleſiæ. Feder. de Sen. conſ. 34. Quęritur ad quem de iure, in fin. n. 4. ver. nam Epiſcopus.

2 Et ſi non adeſt Capitulum, vt quia Canonici non ſint præſentes debet Epiſcopus requirere conſenſus honeſtorum Clericorum. Alexan. conſ. 79. nu. 3. lib. 1.

3 Declara, quod licet poſſit Epiſcopus cum conſenſu ſui Capituli alienare bona Eccleſiæ, nõ tamen poteſt cum conſenſu Legati, licet is ſit maior Capitulo. Feder. de Sen. conſ. 195. circa fin. verſ. & ſi obijceretur.

4 Adde, quod Epiſcopus debet habere licentiam Archiepiſcopi, Archiepiſcopus vero debet habere licentiam duorum Epiſcoporum, vel ſupplet licetia PP. Alex. conſ. 79. num. 3. ver. vtrum autem. lib. 1. qui loquitur in infœudatione.

5 Contrarium, quod conſenſus Papę, vel Archiepiſcopi non eſt neceſſarius, ſed ſufficit conſenſus Epiſcopi, niſi ipſe Epiſcopus alienaret, & iuraſſet non alienare inconſulto Papa, vel Archiepiſcopo. Guidop. deciſ. 149. per totam, vbi circa fin. quod tutius eſt adhibere conſenſum Papæ, vel Archiepiſcopi, quando Epiſcopus alienat ad opiniones euadendas, & ibi apoſtill.

6 Declara, quia Epiſcopus cum conſenſu Capituli, & tractatu poteſt alienare ſine alia licentia Papæ, quando non iurauit de non alienando, ſi vero iurauit ſemper requiritur licentia Papæ, qua habita inſeruit perpetuo pro primo, & ſecundo contractu. Alex. conſ. 79. num. 10. ver. circa decimum. lib. 1.

7 Hodie extat extrauagans Pauli Papę II. de rebus Eccleſ. non alien. quæ ſeruari debet, & omnes Epiſcopi hodie iurant non alienare inconſulto Romano Pontifice, ideo eſt neceſſaria omnino licentia Papæ, quæ non præſumitur. Alex. conſ. 9. Viſo themate. num. 8. lib. 3.

8 Amplia in Prælatis religioſis, qui alienare poſſunt

Digitized by

sunt cum consensu sui Capituli, & alijs solemnitatibus adhibitis, vt per Feder. de Sen. consi. 29. n. 2. vers. præsupposito quod illa vnio, vbi elicitur à contrario sensu, quia hoc non probat clare ibi, & tenet Lap. alleg. 62. num. 4.

Vide. Alienatio bonorum religionis, quæ requirat vt sit valida. Conclusione proxima sequenti. num. 13.

9 Contrarium tenet Feder. de Sen. consi. 143. in princ. quod imo requiritur licentia Papæ, & non sufficit authoritas ordinarij, & inferiorum, & ver. non sufficit, circa fin. vbi loquitur in Monasterio exempto.

10 Restringe in Plebanis, & alijs Prælatis, qui non alienant cum consensu sui Capituli, sed requiritur authoritas Episcopi ordinarij. Feder. d. consi. 34. in fin. num. 4. vbi ampliat hoc etiam procedere in alienatione temporali, quam non possunt facere sine authoritate Episcopi, & quod alienatio bonorum Ecclesiæ, & concessio in emphyteusim non valet sine authoritate superioris. Feder. de Sen. consi. 179. in princ.

11 Amplia, quia alienatio fieri potest, quando non est perpetua. Gemin. consi. 10. Abbas immediate, vbi loquitur etiam in Abbate immediato Sedi Apostolicæ, qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice.

12 Perpetua an dicatur alienatio ad vitam. vide Feder. de Sen. consi. 143. in princ. qui videtur velle, quod non. Sed contrarium supra, Alienatio quid sit. Conclus. 257. num. 16. & seq.

13 Amplia, quia minimæ, & modicæ res Ecclesiæ possunt alienari, quia in modicis non est solemnitas requisita. Feder. de Sen. consi. 123. Quæritur, in princip. & per totum, vbi, quod locationes, quæ fiunt partiarijs colonis per Ecclesiam sunt permissæ.

14 Extende, quia res infructuosę possunt alienari etiam in perpetuum ad emphyteusim non obstante iuramento de non alienando, quando tractatus interuenerunt. Bald. consi. 156. Abbas exemptus. lib. 1. per totum. Angel. Aretin. consi. 27. Videtur primo, per totum, maxime numero 8. & sequen.

15 Amplia, vt idem sit in ijs, in quibus mora posset afferre damnum, quia licita est alienatio, sine solemnitate. l. lex quę, in fine. C. de administr. tutor. Feder. d. consi. 123. in fin.

16 Amplia in fratribus mendicantibus, qui sunt bonorum incapaces, quia si eis legatur, possunt alienare sine solemnitate, vt pretium habeant, quia ex necessitate faciunt. Marsil. sing. 132. in alienatione, vbi est idem, quando ex iussu testatoris tenentur alienare.

17 Amplia in transactione temporali, quia est licita sine solemnitate, iuxta not. in cap. veniens, de transactio. Feder. de Sen. dicto consi. 123. num. 2. vers. hinc est.

18 Extende, quia valet transactio facta per Moniales bona fide, & de re litigiosa etiam sine authoritate superioris. Anchar. consi. 136. Ex consilijs, per totum, vbi quod ex longa obseruantia triginta annorum præsumitur solemnitas, & non datur restitutio in integrum, & Conclus. proxima seq. num. 37. & seq.

Vide. Transactio an valeat in spiritualibus, & qualiter. Conclus. 348.

19 Amplia, quia fructus Ecclesiarum possunt locari sine solemnitatibus, dummodo non ad longum tempus locentur. Gemin. consilio decimo, per totum.

Alienatio bonorum Religionis quæ requirat, vt sit valida. Conclusio. CCLXXVI.

1 ALIENATIO bonorum Monasterij facta sine causa non valet, ideo requiritur necessaria causa. Feder. de Sen. consi. 29. num. 2. vers. præsupposito quod.

2 Causa, est quod adsit necessitas, vel vtilitas. Castrens. consi. 437. in princ. lib. 1. vbi quæ alia requirantur vltra causam. Vide in ver. sequen. quia etiam pietas, commoditas, & incommoditas sunt causæ legitimæ. Alexand. consi. 17. num. 6. lib. 4.

Vide supra. Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, requirit causam, & formam. Conclus. 271. num. 6. & seq.

3 Requisita in alienatione bonorum Monasterij sunt, quod præcedat tractatus, qui fieri debent cum magna maturitate, & deliberatione, quod Prælatus consentiat cum consensu Capituli, & quod interueniat authoritas Episcopi, si Monasterium, & Abbas non est exemptus, si vero est exemptus requiritur authoritas Papę propter iuramentum de non alienando inconsulto Romano Pontifice. Bald. consi. 374. Factum tale est, per totum. lib. 3. vbi quod requiritur etiam causa, & sunt quatuor, necessitas, pietas, vtilitas, & commoditas. Anchar. consi. 301. Viso diligenter. num. 3. & per totum, plene Abb. consi. 56. Videtur primo, per totum. lib. 1. vbi est casus, & idem tenet Alex. consi. 17. Viso instrumento locationis. num. 4. & seq. ver. hoc præsupposito. lib. 4. vbi apostill. in verb. immediate, dat plurimos concordantes.

4 Amplia, quia ad validitatem alienationis bonorum Monasterij requiritur tractatus, & consensus superioris, & quod monachi fuerint congregati de mandato superioris, & quod nomina eorum, qui interfuerunt sint specificata. Fulgos. consi. 230. In quæstione vertente. num. 4.

5 Et non sufficit, quod Notarius dicat de mandato Papæ factam esse obligationem Monasterij, quia sibi non creditur. Ancharan. consi. 301. in princip.

6 Vide Castrens. consi. 437. Visis omnibus. lib. 1. vbi requirit causam, videlicet necessitatem, vel vtilitatem Ecclesię. Secundo consensum Conuentus cum tractatu. Tertio consensum Prælati illius Conuentus. Quarto authoritatem superioris illius Conuentus.

7 Item requirit tractatum, qui si omittatur alienatio est nulla. c. fine 12. q. 2. & c. 1. de reb Eccl. non alien. li. 6. Feder. de Sen. consi. 29. n. 2. ver. item quia non præcessit, & consi. 100. Factum tale est. num. 3. vers. non obstat, vbi quod requiritur tractatus, causæ cognitio, & deliberatio. Alex. d. consi. 17. Viso instrumento. num. 5. lib. 4.

Vide supra. Alienatio bonorum Ecclesię, vt valeat. Conclus. 271. num. 63. & sequen.

Et tra-

Et tractatus debet fieri ab eo Monaſterio, de cuius bonis alienandis tractatur, etiam ſi ſint in aliena Diœceſi, & authoritas Epiſcopi, vbi eſt Monaſterium debet interuenire, non autem Epiſcopi, vbi ſita ſunt bona. Federic. de Sen. conſ. 151. col. penul. in fin. verſ. & ideo ſi Monaſterium, & Calder. conſ. 272. alias 10. de reb. Eccleſ. non alienand.

Et iſte tractatus debet fieri in inſtrumento ſeparato ab alienatione, alias ea non valet. Alex. d. conſ. 17. n. 5. & 6. lib. 4. vbi apoſtil. in ver. Monaſterium, dat concord.

10 Item requiritur authoritas ſuperioris ordinarij, non autem ſufficit authoritas alterius ſuperioris etiam maioris deputati ad corrigendum, viſitandum, & reformandum, qui non poteſt interponere authoritatem alienationi. Feder. de Sen. d. conſ. 29. num. 2. verſ. item quia viſitator, & intellige de ordinario Prelato Religionis, videlicet Abbate, vel Priore immediato. Lap. alleg. 82. num. 4. Alexan. conſ. 17. num. 4. lib. 4. vbi apoſtill. in ver. immediate, dat concordantes, quod habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Felin. in cap. ſicut. nu. 33. de re iudic. Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. rub. 9. §. 9. num. 26.

Vide. Authoritas Superioris quando, & quomodo interponenda. Concluſ. 566.

11 Imo, quod ſufficiat conſenſus, & licentia magiſtri Prouincialis, quia habetur loco Prælati ordinarij, & quod ita ſeruatur de conſuetudine, Zabarell. conſ. 39. in princ.

12 Contrarium, quod imo ſufficiat authoritas Generalis totius ordinis in alienatione omnium, bonorum membrorum, & Monaſteriorum ſibi ſubiectorum. Gemin. conſ. 32. num. 5. verſ. iſti autem Prælati, & idem tenet Bald. conſ. 496. num. 3. verſ. dicet aliquis. lib. 5. vbi, quod in permutatione ſufficit authoritas Generalis, ſi Monaſterium eſt exemptum, alias requiritur authoritas Epiſcopi, & quod requiritur in actu, & non poſt, alias permutatio non valet, & dicit ibi circa fin. * hanc * communem.

13 Declara, quia ſi agatur de alienatione bonorũ Monaſterij principalis requiritur conſenſus Ordinarij, ſi non eſt exemptum Monaſterium, ſi eſt exemptum requiritur conſenſus Papę propter iuramentum de non alienando; ſi vero alienatio fiet de bonis membri, puta, Prioratus ſub Monaſterio exempto, ſufficit authoritas Abbatis ſuperioris etiam exempti, loco ordinarij, & Epiſcopi, quia iuramentum de non alienando non ſe extendit ad bona, quæ non ſunt de menſa iurantis. Bald. conſ. 374. in fin. verſ. ſi tamen ſub aliquo. lib. 3.

14 Et quod requiratur authoritas Papæ, ſi Monaſterium eſt exemptum, eſt text. in cap. dudum, de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. & in clemen. 1. eod. tit. & in cap. vt ſuper, eod. tit. in antiq. vbi Innocent. & alij. Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de Sacroſ. Eccleſ.

15 Dicas, quod ſi Prælatus Religionis habet Conuentum, requiritur tractatus, & conſenſus Capituli, ſeu Conuentus, & etiam Epiſcopi, ſi non habet Conuentum ſufficit conſenſus Epiſcopij, & ſi Epiſcopus abeſt ſufficit conſenſus alterius Superioris, ſi adeſt neceſſitas. Roman. conſ. 36. Viſa diſceptatione. num. 3. verſ. quinimo, vbi allegat caſum, in element. 1. de reb. Eccleſ. non alienand. & dicit ibi Roman. quod ſi interuenit conſenſus Commiſſarij Apoſtolici, videlicet, legati habentis facultatem ſufficit pro tractatu, & omni ſolemnitate.

16 Quod requiratur vltra conſenſum Abbatis, & Conuentus, etiam authoritas Epiſcopi, & quod ſufficiat. Feder. conſ. 259. in princ. & quod Abbas exemptus ſine Epiſcopo non poſſit vnire Eccleſiam ſibi ſuppoſitam, & exemptam. Calder. conſ. 271. alias 9. de reb. Eccleſ. non alienan. & quando Monaſterium eſt ſuppoſitum Epiſcopo, quod requiratur decretum Epiſcopi. Bald. conſ. 475. Quidam Ioannes. num. 1. 2. & 3. lib. 1. vbi, quod eſt ſolemnitas ſubſtantialis.

17 Intellige tamen, quod dicitur, authoritatem Epiſcopi requiri in alienatione bonorum Monaſterij procedere, vt interponi debeat conſulte, & deliberate, non autem perfunctorie, & ex abrupto. Bald. d. conſ. 475. num. 8. verſ. & per hoc determinatur. lib. 1.

18 Contrarium, quod requiratur authoritas Papæ, & Superioris vltra authoritatem Abbatis, cum conſenſu Conuentus. Feder. conſil. 143. in princip.

19 Declara alio modo, quia ſi Monaſterium non ſubeſt Epiſcopo, ſufficit conſenſus, & authoritas Superioris, prout Prouincialis, ſeu Generalis, non autem Epiſcopi. Caſtrenſ. conſ. 437. circa med. verſ. item ex eodem inſtrumento. lib. 1.

20 Declara, quia in Monaſterijs immediate ſubiectis Sedi Apoſtolicę requiritur licentia Papę. cap. ego enim, de iure iuran. Gemin. conſ. 10. in prin. in non exemptis ſufficit authoritas Epiſcopi, ita Bald. plene conſ. 374. Factum tale eſt. lib. 3.

21 Amplia, vt predicta procedant, etiam ſi alienatio fiat per modum compromiſſi, tranſactionis, vel alterius modi, per quem deuenitur ad alienationem, quia requiruntur ſolemnia, prout in alienatione, quæ prohibetur directe, & per indirectum fieri. Feder. de Sen. conſ. 94. Caſus talis eſt, vbi, quod non valet tranſactio, per quam inducitur alienatio facta per Prelatum cum conſenſu Capituli, ſi non interuenit authoritas Ordinarij loci. Gemin. conſ. 10. incip. Abbas immediate. Abb. conſ. 56. Videtur primo. libro 1. per totum.

22 Reſtringe, niſi fieret alienatio, vel compromiſſum ſuper fructibus, vel ad tempus non longum, quia tunc valet. Gemin. d. conſ. 10. per tot. vbi loquitur, etiam ſi Monaſterium ſit ſubiectum immediate Sedi Apoſtolicæ.

23 Et obligatio iurata per Abbatem circa fructus, licet non ſit ſolemnis, nec tranſeat ad ſucceſſorem, tamen ipſum obligat, quando iurauit, quia efficitur periurus. Ancharan. conſilio 301. num. 4.

24 Declara, quia etiam ſi ſit circa fructus non tranſit ad ſucceſſorem, quando à ſolo Abbate eſt facta, vel quando eſt limitata ad fructus certi temporis, quia lapſo tempore ſucceſſor nihil debet. Anchar. d. conſ. 301. circa fin.

25 Amplia, quia non poteſt Abbas etiam cum conſenſu ſui Capituli conſtituere procuratorem ad alienandum bona Monaſterij, niſi præcedat tractatus, cauſę cognitio, & deliberatio, quia non poteſt præſtari conſilium à monachis per Procuratorem, & quia decretum non poteſt interponi per Superiorem, niſi ſuper certo. Feder. de

Sen.

Sen. dicto conſ. 100. num. 3. verſ. non obſtat.

26 Amplia, vt procedat etiam in mutatione ſtatus Monaſterij, quia poteſt Capitulum regularium Canonicorum S. Auguſtini dato defenſore per Epiſcopum, & præuio tractatu, & alijs ſolemnitatibus præmiſſis de conſenſu Epiſcopi mutare ſtatum, & profiteri Religionem S. Benedicti, & valet talis mutatio. Calder. conſ. 255. alias 1. ne Sed. vacant.

27 Amplia, quod dicitur de Monaſterio monachorum, idem in Monaſterio monialium, quia non poſſunt donare moniales bona ingreſſuræ ſine tractatu, & ſolemnitatibus, & alias facta donatio non valet. Alexand. conſ. 78. In cauſa, & lite. num. 2. ver. nec obſtat. lib. 7.

28 Amplia etiam in vnione eccleſiæ exemptę, quæ non poteſt fieri per Abbatem exemptum, ſine ſolemnitatibus, & authoritate Epiſcopi, quia eſt alienatio. Calder. conſ. 271. alias 9. de rebus eccleſ. non alienan.

29 Declara, quod licet vnire non poſſit Abbas ſine Epiſcopo, & ſolemnitatibus, tamen talis vnio facta de eccleſia exempta præbet titulum præſcribendi, ita vt præſcriptio habeat locum. Calder. d. conſ. 271. alias 9. de reb. eccleſ. non alienan.

30 Amplia, quia, vt valeat alienatio bonorum Monaſterij exempti requiritur cauſa iuſta, & licentia Superioris. cap. Monaſterium. de reb. eccleſ. in 6.

31 Amplia, quia non poteſt Prior, neque Abbas alienare bona delata ſuo Monaſterio immobilia ex ſucceſſione profeſſi. Angel. conſ. 133. Super primo, in fin. verſ. ad ſeptimum.

32 Reſtringe, quia poteſt alienare ſeruatis debitis ſolemnitatibus, de quibus in cap. ſine exemptione 12. quęſt. 2. quando alienatio fieret pro reparatione Eccleſiæ, vel pro victu, aut veſtitu monachorum, vel pro alia cauſa neceſſaria. Angel. conſ. 133. in fin.

33 Declara, quia ſi iuraſſet non alienare inconſulto Romano Pontifice, neque poſſet eo caſu pro cauſa neceſſaria, & ſeruatis ſolemnitatibus alienare immobilia ſine licentia Papę, ſed poſſet accipere pecunias mutuo, & ſi ex redditibus Monaſterij non poſſunt ſatisfieri, tunc iurans poſſet vendere pro ſoluendis debitis. Angel. d. conſil. 133. in fin.

34 Amplia, vt procedat etiam in locatione bonorum Monaſterij ad annos decem, quia dicitur alienatio, & non valet ſine tractatu, & ſolemnitatibus. Alexand. conſil. 17. Viſo inſtrumento, per totum, maxime in princ. lib. 4.

35 Extende maxime in pacto de affrancando, quia eſt alienatio. Alex. d. conſ. 17. num. 6. verſ. Confirmantur, cum ſeq. lib. 4.

36 Extende, quia locatio ad decennium facta non ſubſtinetur in tempore permiſſo. Alex. d. conſ. 17. num. 10. verſ. nec etiam obſtat. lib. 4.

Vide. Locatio bonorum Eccleſiæ vltra tempus conceſſum, an in totum, vel in parte nulla. Concluſ. 405.

37 Amplia, quia non valet tranſactio, per quam bona Religionis in alium perpetuo transferuntur, ſecus, ſi retineantur bona, vel ſola poſſeſſio transfertur, plene Natt. qui examinat conſ. 441. in princ. & per totum, ſequitur etiam Rolan. conſ. 15. per. totum. lib. 1.

38 Reſtringe, quando ſit bona fide, & ſuper alienatione, vel repudiatione hæreditatis, vel legati acquirendi. Natt. d. conſ. 443. num. 9. & ſeq. vide infra Roland. plene conſ. 15. per tot. lib. 1. & Concluſionem proximam pręced. in fin.

39 Limita in alienatione competentium Religioſis ex priuilegio, nam poſſunt paciſci cum Eccleſia particulari ſuper iure ſepeliendi, & renunciare iuri ſibi competenti ex priuilegio, & valet perpetuo talis renunciatio, & alienatio etiam ſine licentia Superioris, & Papæ. Federic. de Sen. conſil. 94. in fine. Bald. conſ. 261. Optimæ allegationes. lib. 4.

40 Declara dummodo fiat inter Eccleſiaſticos, ſecus ſi ad fauorem laici, vel ſi priuilegium tenderet in beneficium, & fauorem Superioris, quia non poſſunt eo caſu renunciare. Franc. in cap. fin. de pact. in 6. num. 2. verſ. & procedit ſine dubio.

41 Extende, vt imo ſit ſpeciale in mendicantibus, vt poſſint tranſigere eorum Capitula, & Priores ſine Superiore, dummodo bona fide tranſigant. Bald. conſ. 261. Optimæ allegationes. lib. 4.

42 Limita, quia poteſt Abbas exemptus cum ſuo Capitulo facere ſtatutum, per quod ſibi, & Capitulo præiudicet, & facultatem ſuam reſtringat; in ijs tamen, quæ non ſunt contraria iuri communi. Feder. de Sen. conſ. 100. Factum tale eſt, per totum.

43 Declara, vt non procedat in præiudicium ſucceſſoris, quando Abbas non eſt exemptus, niſi fecerit cum authoritate Epiſcopi. Feder. conſ. 259. in princ. verſ. quęritur nunquid.

44 Limita, quia non requiritur aliqua ſolemnitas, quando teſtator, qui dotauit Cappellam, mandauit, quod bona poſſint vendi ex certa cauſa, quę interuenit. Caſtrenſ. d. conſ. 437. poſt med. ver. præterea ſatis. lib. 1.

Vide. Alienatio bonorum eccleſiæ eſt prohibita regulariter. Concluſ. 273. num. 53.

45 Extende etiam ſi dos iam fuerit aſſignata, & incorporata Cappellæ. Caſtrenſ. conſ. 437. poſt med. verſ. præterea ſatis. lib. 1.

46 Extende in caſu contrario, quia ſi eſt legata dos eccleſiæ in ſtabilibus cum conditione, quod non poſſit alienari, ea non poterit alienari etiam in caſu permiſſo, quia concurrit prohibitio legis, & hominis. Abb. conſil. 45. Videtur primo. num. 4. lib. 2.

47 Limita, quia poteſt Conuentus cum Prælato nolle acquirere legatum, quia differunt non acquirere, & alienare. Zabarell. conſilio 89. per totum.

48 Extende, quia poteſt procuratorem cum libera conſtituere ad obligandum Monaſterium, & ad liberandum. Zabarell. dicto conſilio 89. per totum.

49 Limita, quia poteſt fieri alienatio, vel locatio fructuum ſine licentia Superioris per Abbatem, & Conuentum etiam ſuppoſitum immediate Sedi Apoſtolicę, & qui iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice, quando talis locatio non eſt ad longum tempus. Gemin. conſilio 10. per totum.

50 Limita, quia poteſt Abbas exemptus cum ſuo Conuentu pręmiſſis tractaribus concedere in emphyteuſim perpetuam petium terrę inundatum aquis, & infructuoſum ſine alia ſolemnitate

non

non obſtante iuramento de non alienando, inconſulto Romano Pontifice. Bal. con. 156. Abbas exemptus, per totum. lib. 1.

51 Limita; quia in his, quæ Monaſterium maxime Mendicantium nunquam poſſedit, valet tranſactio, quia non dicitur alienatum, quod bona fide in tranſactionem eſt deductum, ſi illud Monaſterium nunquam poſſedit. Bald. conſilio 261. libro 4.

52 Extende in legatis, quia ſicuti poſſunt repudiari, ita ſuper eis tranſigi. Roman. conſ. 184. Viſis, per totum, vbi plene apoſtil. in ver. conſ. 9. dat * concordantes plurimos, & dicit * communem.

53 Limita in liberatione neceſſaria, quia poteſt Abbas, & Conuentus ſimul ſine alia ſolemnitate, & authoritate Superioris recipere ſolutionem eius, quod ſibi videtur, & ſoluens liberatur, quia liberatio eſt neceſſaria. Caſtrenſ. conſ. 34. Ego Paulus de Caſtro, in princ. lib. 1.

54 Extende, vt idem ſit, ſi pupillus ſolutionem recipiat, & liberet cum authoritate tutoris. Caſtrenſ. d. conſ. 34. in princ. lib. 1.

55 Extende, vt procedat etiam ſi ſolutio ex ſola confeſſione probetur, quia diſtinguitur, an ſit gratuita, & voluntaria, an vero neceſſaria. Caſtrenſ. d. conſ. 34. num. 2. ver. Quæritur ergo. lib. 1. quia ſi neceſſaria eſt in ijs, quæ in facto Prælati conſiſtunt, valet, & præiudicat, alias non.

56 Extende, quia præſumitur verſum in vtilitatem Monaſterij in dubio. Caſtrenſ. dicto conſil. 34. nu. 3. libro 1.

57 Declara, quia ſi non probatur, neque preſumitur verſum in vtilitatem, tunc Eccleſia debet reſtitui in integrum. Caſtrenſ. d. conſ. 34. in princ. verſ. dicit tamen. lib. 1.

58 Reſtringe in liberatione voluntaria, quia non valeret. Caſtrenſ. d. conſ. 34. in princ. lib. 1.

Vide. Liberatio facta per Prelatum quando valeat, vel non. Concluſ. 331.

59 Limita, quia poteſt Abbas, & Conuentus cum authoritate proximi ſui ſuperioris concedere ad vitam vſumfructum alicuius rei pro benemeritis erga Monaſterium, & valet conceſſio. Caſtrenſ. conſ. 229. Et ponderatis, in princ. verſ. ſuper primo. lib. 1.

60 Extende, quia multo magis valet, ſi eſt confirmata à Papa. cap. 1. in fin. de pact. vbi, quod conceſſio nulla confirmata à Papa conualeſcit. Caſtr. d. conſ. 229. in princ. lib. 1.

61 Limita, quia extenſio, ſeu prorogatio gratiæ, ſeu conceſsionis vſusfructus bonorum Religionis poteſt fieri, & facta valet per Abbatem, & Conuentum cum conſenſu ſui immediati Superioris. Caſtrenſ. d. conſ. 229. in princ. lib. 1. multo magis ſi eſt confirmata per Papam.

62 Extende, quia talis extenſio non poteſt reuocari etiam per Papam, quando à Papa fuit conceſſa etiam de plenitudine poteſtatis, quia cum ſit acquiſitum dominium de iure naturali, & conceſſio facta laicis ex contractu, Papa tenetur obſeruare. Caſtrenſ. d. conſ. 229. Viſis. n. 2. & per totum. verſ. venio ergo. lib. 1.

63 Extende, quia valet extenſio facta per Papam conceſsionis bonorum eccleſiæ, etiam non vocato Abbate, vel Rectore Eccleſiæ. Caſtrenſ. d. conſ. 229. col. 2. ver. an autem. lib. 1. vbi dicit quod ita conſuluit alias.

Alienatio bonorum Eccleſiæ ſolitorum locari quando valeat ſine ſolemnitate. Concl. CCLXXVII.

1 BONA Eccleſię conſueta concedi in emphyteuſim poſſunt ſine ſolemnitatibus valide concedi aliis perſonis cum eiſdem pactis, vel melioribus, quando ſunt reuerſa ad Eccleſiam ob canonem non ſolutum. Feder. de Sen. conſ. 179. Quidam Prælatus, in princ. ver. ſed dubium eſt, vbi allegat rationem, quia Eccleſiæ conditio non fit deterior. Bald. conſ. 457. Reuerendus Pater, in princ. lib. 1. vbi quod tranſit contractus ad ſucceſſorem, & idem quando bona emphyteutica, vel fœudum ſunt quouis modo reuerſa ad Eccleſiam, quia poſſunt ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ alienari ſine ſolemnitate. Bald conſ. 475. Quidam Ioannes Abbas. num. 5. verſ. ſequitur videre. lib. 1. & conſ. 494. Quædam domus, in fine. libro 2. quod eſt Gaſparis Calder. Anchar. conſ. 443. nu. 7. verſ. non obſtat quod, vbi eſt ſubſcriptio ſex Doctorum. Bologni. in addit. ad conſ. Io. de Anania 84. num. 5. plene Gabriel. conſ. 82. num. 18. & ſeq. lib. 2. Angel. Areti. conſ. 73. Quja eleganter. nu. 76. verſ. quod plura.

2 Declara, quia res ſolita locari poteſt ſine ſolemnitatibus locari, dummodo cum eiſdem pactis, & conditionibus, & eodem modo, alias ſecus; ideo non valeret conceſſio in fœudum de re ſolita locari, quia mutatur, & alteratur forma. Alexan. conſ. 9. Viſo themate, in princip. lib. 3. vbi plena apoſtill. in verb. mutando, dat concordan. quod non poteſt mutari forma, vel qualitas primæ inueſtiturę in damnum eccleſiæ, ſecus eſt ſi mutaretur in fauorem Eccleſiæ, vel ſi mutatio etiam damnoſa fieret per modum diuiſibilē: nam emphyteuſis conceſſa, & concedi ſolita ad tertiam generationem, ſi concedatur ſine ſolemnitatibus, iterum ad quartam generationem non valet; ſed ſi concedatur ad tertiam, item ad quartam generationem valebit ad tertiam, vt prius, quia in diuiduis, & ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur.

Vide in ver. Emphyteuſis conceſsio ex multis nulla. Concluſ. 185.

3 Et quę bona dicantur ſolita locari, & quę requirantur.

Vide infra Concluſ. proximam ſeq.

4 Item declara, quia non valet conceſsio in emphyteuſim facta de bonis ſolitis locari, niſi fiat locatio cum eiſdemmet pactis, & conditionibus, de quibus in antiquis inueſtituris, & nullus eſt, qui dubitet de hoc, vt dicit Clarus d. §. emphyteuſis. q. 6. n. 2. ver. ſcias tamen, & repetit quæſt. 28. num. 6. ver. aut vero.

5 Extende, vt etiam bona ſolita infœudari poſſint infœudari ſine ſolemnitatibus, & talis infœudatio obliget ſucceſſorem. Bald. d. conſ. 457. in princ. lib. 1. cap. 1. qui ſucceſſ. teneán. colum. 9. & idem Bald. conſ. 475. n. 5. lib. 1. dummodo infœudatio fiat iuxta conſuetudinem Eccleſiæ, & nō alias. Bologn. in addit. ad conſ. Io. de An. n. 84. nu. 5. c. 2. extra, de fœud. Curt. Iun. in tract. fœudo. par. 1. partis 2. quæſt. 1. 4. & 9. plene Clar. in §. fœudum.

quęſt.

quæſt. 13. num. 2. Alexand. conſ. 92. Perſpectis. nu. 6. & ſeq. lib. 6.

6 Reſtringe, quia ſi antiqua inueſtitura ſit pro hæredibus extraneis, & reuerſa ad Eccleſiam, non poterit renouari pro extraneis, niſi cum ſolemnitatibus. Clar. dicta quæſtione 28. num. 6. ver. aut vero.

7 Difficultas tota conſiſtit in hoc, an ſi facta eſt conceſsio diuerſa, puta, prima erat ad tertiam generationem, fuit renouata ad quartam, an valeat quoad tertiam, an ſit in totum nulla, quod nõ vitietur in totum, tenet Clar. d. §. emphyteuſis. q. 6. n. 2. ver. ſcias tamen, vbi dicit * communem.

8 Contrarium, quod vitietur in totum, idẽ Clar. d. q. 6. n. 2. vbi pariter dicit * communem.

9 Declarat idem Clar. d §. emphyteuſis. q. 6. n. 2. in fi. ver. ego tamen credo, quod vitietur in totum ſi non poteſt diuidi, alias ſecus, quia vtile per inutile non vitiatur, & remittit ſe ad ea, quę dixit in §. feudum. q. 13. in fi. vbi dicit * communem, quod vitiatur in eo, quod eſt vltra, & dicit * cõmunem, quod valet in eo, in quo eſt conformis antiquæ inueſtiturę.

Vide plenius. Vtile per inutile quando vitietur, vel non. Concluſ. 367. n. 38. & ſeq.

10 Declara, quia res dicitur ſolita locari, dummodo lapſi ſint quadraginta anni, quia tanto tempore pręſumitur ſolemnitas interueniſſe. Alexan. d. conſ. 92. n. 7. & 8. lib. 6.

11 Imo apoſtill. ibi ad Alex. in verb. quadraginta, dicit, quod ſufficiunt triginta, licet non in Eccleſiæ alienatione, quia ſunt neceſſarij quadraginta anni, vt ſupra proxime, & plenius Concluſ. proxima ſeq. in princ.

12 Amplia, vt procedat etiam ſi bona ſint reuerſa ad Eccleſiam, quia contractus eſſet finitus. Feder. de Sen. d. conſ. 179. circa med. verſ. eodem modo. Guidop. deciſ. 100. Priores.

13 Declara, quia ſi ſunt effecta bona de menſa Eccleſię, vt quia ſunt Eccleſiæ incorporata, ea non poſſunt amplius dici ſolita locari. Alexand. conſ. 79. Circa primum. num. 2. in fin. ver. quoad ſecundum. lib. 1. vbi requiruntur ſolemnitates requiſitæ, quando ſunt effecta de menſa. Alex. conſ. 9. lib. 3. Guidop. deciſ. 100. Caſtrenſ. conſ. 160. Notandum, in fin. lib. 2.

14 Quando dicatur res reuerſa ad Eccleſiam effecta de menſa eccleſię, dic ſecundum aliquos, quod ſi per annum fuit penes Eccleſiam, dicitur effecta de menſa, plene Redoan. de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt. 3. tit. de alienatione non obſtante iuramento de non alien. ver. facit ad materiam. num. 24. & ſeq.

15 Contrarium, quod hoc non reperiatur iure cautum, dicit Anchar. conſ. 156. num. 5.

16 Declara, vt res per annum efficiatur de menſa, quando Prælatus pacifice poſſedit, alias ſecus. Ancharan. conſ. 34. num. 3. & ſeq. & conſ. 156. n. 4. ver. vnum tamen, & num. 5.

Vide, & declara, vt infra numero 40. & ſequenti.

17 Amplia, quia ſolus Epiſcopus ſine conſenſu ſui Capituli poteſt concedere de nouo res conſuetas dari in emphyteuſim. Calder. conſ. 257. alias 1. de his, quę fiunt à Prælat. fin. conſenſ. Bal. conſ. 221, primo quæritur, in princ. lib. 1. vbi, quod non requiritur tractatus.

18 Extende, vt idem ſit in quocunq; alio Prælato, ſeu beneficiato. Caſtren. conſ. 189. Viſo inſtrumento. col. 2. lib. 2. verſ ſecundo quia.

19 Extende, vt idem ſit in infœudatione rei ſolitæ infœudari, quia ſolus Epiſcopus ſine conſenſu ſui Capituli poteſt hoc facere. Calder. conſ. 257. alias 1. de his, quæ fiunt à Prælat. allegat Ioann. de Anchar. in ſua ſumma de feud. & conſ. 314. alias 11. de feud. Caſtren. dicto conſ. 189. col. 2. ver. ſecundo quia. lib. 2.

Vide. Feudum eccleſiaſticum ſolitum infeudari. Concluſ. 114.

20 Extende etiam ſi Prælatus iuraſſet non alienare inconſulto Romano Pontifice, quia id non intelligitur de bonis ſolitis antiquitus infeudari. Cald. d. conſ. 314. in princ. alias 11. de feud Bald. conſ. 457. in prin. ver. & ſi talis Prælatus. li. 1. vbi, quod conſuetudo rebus dat hanc naturam. Caſtr. d. con. 189. col. 2. ver. ſecundo quia lib. 2. & infra nu. 25.

21 Amplia, vt in tantum ſit verum, quia etiam ſi bona ſint ſolita locari ad longum tempus pro vnico nummo, tamen poterunt pro eodem vnico nummo relocari. & nedum Chriſtiano, ſed etiam Iudęo, & valet talis relocatio etiam in præiudicium ſucceſſoris. Calder. conſ. 281. alias 3. de locato, in princ.

22 Contrarium tenuit Rota in cauſa Bononien. coram Domino de Graſſis, vt in deciſione, quia debet pro eo canone, qui reperitur tempore nouę locationis, & vide deciſionem, quia ſingularis eſt, & pulcherrima, & fuit impreſſa, & eſt numer. 135. alias 4. de rebus eccleſ. non alienand. vbi quod ſi plus reperitur ab alio, vel ſi ceſſat cauſa prima requiritur ſolemnitas, vt per Abb. cap. vt ſuper. numero vndecimo, de rebus eccleſ. non alienand. & fuit canonizata pluries per Rotam coram Lancellotto, & Brauo, vt eſt deciſio plena in nouiſsimis. par. prima 582. Propoſita cauſa.

Vide, & declara, vt infra num. 30. & 31.

23 Declara, quia licet res ſolita locari, ſi reuertatur ad Eccleſiam poſsit per Prælatum ſine alia ſolẽnitate concedi; tamen id intelligitur ſemper cum eiſdem pactis, & eiſdem modis, ita quod non poteſt alterari prima inueſtitura, item dummodo cum euidenti vtilitate tempore nouæ inueſtiturę concedatur. Ceſar de Graſsis dicta deciſ. 135. per totam, alias 4. de rebus Eccleſiæ non alienand. Alexand. conſilio quinto. Si vera ſunt. num. 18. verſ. ſeptimo quia. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. non valet, citat eundem Alexand. conſ. 9. n. 2. lib. 3.

24 Declara, quia procedit, quando Eccleſia reperiret alium, qui faceret meliorem conditionem, ſecus ſi alium non reperiret, quia tunc valet pro canone antiquo. ita Ceſar de Graſſ. dicta deciſ. 4. de reb. Eccleſ. non alien. num. 13. & quia in dubio non pręſumitur, quod alius ſit repertus, qui plus offerat. Ruin. conſ. 157. nu. 17. lib. 1. Alexan. conſ. 79. num. 6. ad fin. verſ. & quamuis. lib. 1. Mohed. deciſ. 8. in princ. tit. de locat. & ita fuit reſolutum in cauſa Albanen. Turricellę coram D. Orano 1592. die 22. Martij.

25 Itẽ declara, ſeu reſtringe, vt iſta vtilitas requiratur in renouatione, quando bona ad Eccleſiam ſunt iam reuerſa, ſecus ſi adhuc durante linea fieret renouatio, ſic videtur velle extrauag. ambitioſe, de rebus eccleſ. non alienand. dum loquitur de tranſlatione dominij, & ita quando

by Google

dominium non transfertur, non habet locum extrauagans, vt dicit Io. de Arnono ſingul. 72. incip. Quia ſupra.

26 Item declara, ſeu reſtringe, vt non procedat ſtante conſuetudine renouationes faciendi, quando vnus vendit alteri. Crauett. conſ. 201. num. 11. Rot. deciſ. 119. numer. 17. p. 2. & maxime quando conſuetudo eſt immemorabilis, vt fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Mantica in cauſa Nonantulan. 22. Martij 1592.

27 Amplia in fœudis, quia licet Ciuitas non poſſit infœudari niſi conſentiant Ciues, tamen ſi eſt ſolita infœudari, poterit infœudari ſine conſenſu Ciuium. Bal. conſ. 324. Quæritur vtrum Papa, circa fi. ver. & ſi habeo. lib. 1.

28 Amplia in tantum bona ſolita locari, & ad Eccleſiam reuerſa, poſſe locari de nouo ſine ſolemnitate, vt conductor bonorum, & iurium Eccleſiæ poſſit in vim conductionis dicta bona concedere alteri ſecundum tenorem primæ inueſtituræ. Bal. conſ. 494. Quedam domus. lib. 2. quod eſt Gaſparis Calderini.

29 Contrarium, quod imo conductor non poſſit dicta bona concedere alteri, niſi durante ſua locatione. Bal. conſ. 495. In cauſa mihi conceſſa. lib. 2. vbi multa adducit.

30 Amplia, quia iuramentum Prælati de non alienando de nouo inconſulto Romano Pontifice non habet locum in re ſolita infœudari, vel alienari. Alexand. conſil. 80. num. 11. in fin. verſ. nec obſtat. lib. 1. Caſtren. conſ. 189. col. 2. verſ. ſecundo quia, lib. 2. Abb. in cap. 2. nu. 3. de fœud. vbi late ſup. num. 15.

31 Amplia, vt procedat in alienatione facta valide, & cum ſolemnitatibus, quia ſi augeatur, vel ſuppletur Canon, non requiritur alia ſolemnitas, neque cenſetur receſſum à prima alienatione, prout de re ſolita locari. Alex. conſ. 79. Circa primum, nu. 8. ver. circa ſeptimum. lib. 1.

32 Extende etiam ſi alienatio ſit Eccleſiæ, & Abbatiæ, & de Caſtro conceſſo in emphyteuſim. Anchar. conſ. 443. nu. 7. ver. non obſtat, quod eſt ſubſcriptum à ſex Doctoribus.

33 Amplia, quia vbicunque bona Eccleſiæ ſemel fuerunt conceſſa in emphyteuſim cum ſolemnitatibus requiſitis, poſſunt ea poſtea iterum concedi ſine ſolemnitatibus. Roman. conſil. 70. Alex. conſ. 9. lib. 3. & conſ. 135. col. 3. lib. 4. & conſ. 5. lib. 5, Corne. conſ. 181. lib. 2. Deci. conſ. 329. column. 2. Cald. conſ. 11. de fœud. Guidopap. deciſ. 100. vbi declarant prædicta procedere, quando bona poſt reuerſionem non fuerunt incorporata Eccleſiæ per retentionem per annum, plene Caſtren. conſ 189. Viſo inſtrumento. col. 2. ver. ſecundo quia. lib. 2.

34 Amplia, quia imo bona ſolita concedi in emphyteuſim ab eccleſia, poterunt ſi deuoluantur concedi in fœudum, quia fœudum eſt magis vtile Eccleſiæ, quam emphyteuſis. Caſtren. conſ. 139. Dubium facit. li. 2. per totum.

35 Limita, ſeu declara, quia licet res ſolita locari ſine ſolemnitatibus poſſit locari, & valeat locatio, tamen ſi tempore vltimæ locationis Eccleſia eſſet læſa, vt quia plus potuiſſet percipere, tunc competit reſtitutio, ſi eſt petita in termino. Cald. conſ. 314. in fin. ver. ſed ex iſto facto, alias 11. de fœud. & idem tenet Gabriell. d. conſ. 82. nu. 28. lib. 2.

36 Contrarium tenet Caſtren. conſ. 260. Notandum eſt, in fin. lib. 2. quando bona ſunt ſolita locari de antiquo inculta, quia poſſunt ſine ſolemnitatibus, & pro antiquo canone locari, & læſio ſit, vel ne, debet attendi de tempore primæ locationis, non autem renouationis vltimæ, allegat cap. ſecundum, de fœud. & dicit, quod iura fœudorum allegari poſſunt ad deciſionem emphyteuſis.

Vide, & declara multis modis ſupra. num. 16. & multis ſeqq.

37 Extende, vt procedat etiam ſi in vltima locatione ſit dictum accedente conſenſu Papæ, vel reſeruato beneplacito Sedis Apoſt. quia intelligitur ſi eſt neceſſarius, & talia verba ponuntur ad cautelam. Gabriell. d. conſ. 82. nu. 19. & ſeq. verſ. neque obſtat. lib. 2.

38 Limita in decimis ſolitis infeudari laico, quia ſi reuertuntur ad Eccleſiam non poſſunt amplius infeudari, vel alienari. Calderin. conſil. 317. alias 14. de feud. quod duplicatur conſ. 384. alias primo, de decimis: vbi quod eſt ſpeciale in decimis.

39 Contrarium Clar. §. feudum. quæſt. 13. nu. 3. Caſtren. conſ. 139. per totum. lib. 2. vbi quod præſumitur conceſſio antiqua facta ante Concilium ſi non apparet de contrario.

40 Declarat Petr. de Anchar. conſ. 34. num. 3. ver. non obſtat, vt procedat limitatio quando decimæ reuerſæ ſunt, & diu ſteterunt incorporatæ, qui licet loquatur in decimis laico infeudatis, tamen credo declarationem procedere in omnibus alijs reuerſis ad Eccleſiam. & non videtur negare, quin in conceſſione noua decimarum requirantur ſolẽnitates, & idem de decimis loquitur conſ. 156. Propter tria. n. 4. & ſequen. vbi quod res non dicitur effecta de menſa, licet ſteterit reuerſa ad Eccleſiam per annum, & vltra, quando pacifice non poſſedit.

41 Limita, quia ſi fiat alienatio, & conceſſio in emphyteuſim per Eccleſiam cum debitis ſolemnitatibus, vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem, & non finita prima conceſſione fiat ſecunda cõceſſio in perpetuum ſine ſolemnitatibus, ea non valet etiam prout potuiſſet valere ad aliam ſecundam generationem, finita prima, ſed eſt in totum nulla. Afflict. deciſ. 107. vbi late examinat, & ita concludit, ex quo fuit facta vltra ſolitum lege prohibente.

42 Limita, vt non procedat, quando emphyteuſis, vel feudum non eſſet apertum tempore nouæ conceſſionis, quia ſi non viuit Prælatus concedens tempore quo aperitur per mortem emphyteutæ, vel vaſſalli, non valet talis conceſſio in præiudicium ſucceſſoris. Bald. conſ. 475. num. 5. ver. ſequitur videre. lib. 1.

Vide. Feudum apertum, & deuolutum quando alteri concedi poſſit. Concl. 111.

43 Limita, quando conceſſio fieret contra, vel præter conſuetudinem Eccleſiæ, quia non valet ſine ſolemnitatibus. Bal. d. conſ. 475. n. 5. ver. ſequitur videre. lib. 1. Alex. conſ. 9. lib. 3. vbi declarat, quando dicatur alterata conceſſio.

44 Reſtringe hãc limitationem, vt non procedat, quando Eccleſia teneretur reficere melioramenta ex contractu cum emphyteuta celebrato, & ea eſt impotens ad ſatisfaciendum, quia poteſt locare de nouo ſine ſolemnitatibus vſque ad 29, anno

ed by Google

annos, etiam si prima locatio fuisset solum ad nouem annos. Bald. dicto consilio 475. numer. 9. versic. notandum tamen est.lib.1.

43 Limita,quando bona essent longo tempore post finitam emphyteusim possessa per Ecclesiam,quia effecta iterum de mensa,nó possunt alienari.Clar. §.fœudum.quæst.13.n.4.vbi, quod sufficit,si Prælatus fecit colligere fructus pro Ecclesia per multum tempus, vel si ea describi fecit inter bona mensæ,& Ecclesiæ,& vide supra n.8. & seq.

44 Declara, nisi Ecclesia possedisset etiam per 40. annos absque eo,quod essent de mensa,sed potius quia non reperiebatur,qui vellet conducere,quia de mensa non essent effecta. Corn.cons.181.num. 29. libro 2.vbi hanc opinionem,ad substinendam renouationem, vel relocationem factam non vocatis absentibus,tuetur.

47 Limita, quia res solita concedi in emphyteusim, non poterit concedi in fœudum propter diuersitatem contractus,& alterationem,Alexan.d. cons. 9. Viso themate, in princ. lib.3.vbi num.2. & sequen. tollit contraria, quod fœudum non dicitur magis vtile Ecclesiæ propter eandem solutionem, & fidelitatem, quę abundat in fœudo, quia fęudatarius soluens non cadit prout emphyteuta,secundum * communem.

48 Extende, quia si erat solita concedi priuatæ personæ, non poterit concedi Vniuersitati, vel Ecclesię, quia priuatur Ecclesia concedens, ne possit reuerti, quia isti non moriuntur. Alex. d. cons. 9.num.5.vers.prętera,vt in facto narratur, lib.3.Cardin.cons.39.num.3.

49 Extende,quia si est solita concedi priuato, non poterit concedi potentiori. Alex.d.cons.9. nu. 5. vers. & ideo dicit Bald.lib.3.vbi apostill. in verb. potentiori, citat Ias. in l. si ita quis.§.eo. nu.10. ff. de verb. oblig.

Alienari solita bona Ecclesiæ quando dicantur,vel non. Concluſ. CCLXXVIII.

1 BONA Ecclesię vt dicantur solita alienari,ad hoc,vt sine solemnitate,valeat alienatio,requiritur,quod saltem duę alienationes factæ sint, & quod lapsi sint 40. anni, alias non dicitur res solita alienari. Ioann. de Imol. cons. 116. In causa spectabilis. num. 3. vers. cum requireretur, vbi loquitur in Castro Liuarij, quod est Ecclesię Sarsinaten. vide pleniſſime Anchar. Iun. Regiens.quæstio. 13.libro 3. per totam, vbi enumerat omnia necessaria. num. 14. & quod necesse est, quod fuerit facta prima inuestitura, cum solemnitatibus, & quod adsint duæ inuestituræ; * & quod lapsi sint 40. anni, & dicit * communem ex Ias. cons. 155.colum.3.vers. quarto facit.libro 2. prout etiam communem * dicit Clar. in §. fœudum. quęstione 13.numer.4.ver.nunc pro intelligentia, & hanc partem, quod sufficiant duæ alienationes. Alex. plene cons. 9. Viso themate. num.6.vers.prętera.libro 3.vbi plena apostill. in vers.40.annorum, citat plurimos concordantes. Alex.cons.5.Si vera sunt.n.10.& seq. vers. fortificantur.lib.5.

* Contrarium,quod imo sufficiat, quod vnica locatio prędcedat legitime facta,& cum solemnitatibus,etiam si non interceſſit tempus 40.annorum, tenent Rui.cons.30.n.30.lib.1.Curt.Iun.de fœud. in 1. par. secundę partis princip. quęst.4.vbi dicit * communem,& Castrens. cons.189. Viso instrumento. column. 2. vers. secundo quia posito. libro 2.

3 Declarat Clar. in §. fęudum.q.13.n.4.quod verior sit prima opinio,quod duæ requirantur inuestituræ, & lapsus 40.annorum, vt faueatur Ecclesię, ne ita de facili introducatur alienatio bonorum Ecclesię.

4 Declarat alio modo Clar. in §. emphyteusis. quęst. 28. num. 6. vers. aut vero, quia si non interuenerunt debitæ solemnitates, licet constet de duabus locationibus pro se, & extraneis, & res sit reuersa ad ecclesiam, non tamen poterit amplius Prælatus locare extraneis, sed solum descendentibus.

5 Declarat Castrens.cons.189.col.2.vers.secundo quia, quod si constat de vnica alienatione valida facta per Papam, illa sufficit, si non constat de validitate, tunc duæ requiruntur. libro secundo.

6 Contrarium, quod vnica alienatio non sufficiat, quia ex vnico actu non inducitur consuetudo. Angel. Aretin. consilio 73. Quia elegan-ter. numero 75. & 76. vers. nec obstat, quod dicitur.

7 Extende, vt procedat etiam si alia Castra, & bona ecclesiæ Sarsinaten. essent solita concedi, quia non concluditur de re particulari, si non constat. Ioan.de Imol. dicto consil. 116.num. 4. vers. & licet dicatur.

8 Et quod Prelatus possit alienare in emphyteusim bona ecclesię sine solemnitatibus,quando sunt * solita locari, omnes * Doctores consentire dicit Clar.in §. emphyteusis.quæst.28.num.7.ver.prætera posset.

9 Amplia, quia non dicitur res solita alienari, etiam si constat de duabus inuestituris, & lapsu quadraginta annorum, quando vltimus inuestitus non habuit vnquam possessionem. Ioann. de Imol. dicto cons.116.num.3. vers. nec potest postea dici.

10 Extende etiam si non stetit per inuestitum vltimo loco, quin caperet possessionem. Ioann. de Imol. consilio 116. numer. quinto. vers. nec obstare videtur.

11 Extende, quia non sufficit, quod bona sint solita locari ex duabus locationibus, quando prima locatio fuit nulla sine solemnitatibus, quia ea tunc non attenditur, neque potest hoc operari. Alex. cons. 9.num.5. vers.nec prędictis obstat. lib. 3. & cons. 189.num.16. in fin.lib.2.Ruin.cons.41.num. 29.libro 1.

12 Et non sufficit quod per lapsum 10. annorum præsumatur consensus Capituli, & sic solemnitas, quia non procedit, quando Capitulum contradicit, secus si non contradiceret. Alex.d.cons. 9.n.6.ver.non obstat.lib.3.

13 Amplia, quia non probantur bona solita alienari, licet Papa in bulla alienationis hoc dicat, quando Papa non supplet defectus, vel si mandat suppleri, non constat, quod defectus suppleti fuerint. Ioann. de Imol. cons.116.num.3.ver. circa quartum.

14 Amplia, vt idem sit in fœudo ecclesię alienari solito, quia requiruntur duæ infœudationes, &

Digitized by Google

lapſus 40. annorum. Alex. d.conſ.5.Si vera ſunt. num.10.& ſeq.ver.fortificantur. lib.5,

Vide plene per Anton. Gabriel.lib.3. tit.de locatione.Concluſ.1.Res an dicatur locari ſolita ex vnica locatione.

Alienatio bonorum Eccleſiæ an valeat pro melioramentis faciendis. Concluſ. CCLXXIX.

1 ALIENARI an poſſint bona Epiſcopatus, vel alterius Eccleſiæ pro meliorandis bonis Eccleſię;puta,pro reficiendis molendinis,vel alijs ex quibus longe maior vtilitas perciperetur, quã ex bonis alienatis:Dic,quod non poteſt dari certa regula.quia ſi prælatus poteſt facere ex ſe melioramenta tenetur de ſuo facere, an vero poſſit, relinquitur arbitrio boni viri, conſiderando, an eccleſia ſit onere grauata ære alieno, an Prælatus habeat vnde poſſit viuere ſecundum ſtatum condecentem, ſecundum conſuetudinem regionis, & alia,de quibus per Feder.de Sen.conſ.210. In Chriſti nomine,in prin.vt ſi poſſit à ſeipſo,non valeat alienatio,ſecus è contra.

Vide ſupra.Alienatio bonorum Eccleſię,vt valeat.Concluſ.271.nu.15.& ſeq.vbi alię cauſę enumerantur, per quas alienatio bonorum eccleſię fieri poteſt.

2 Extende,quia poteſt res ſolita locari etiam diuerſo modo, quando rector tenetur reficere melioramenta,& non habet modum aliunde ſoluendi.Vide.Concluſ.proximam pręced.num.39,

Alienatio bonorum Eccleſiæ quando præſumantur in vtilitatem,vel non. Concluſ. CCLXXX.

1 ALIENATIO bonorum eccleſię facta cum ſolemnitatibus ex ſententia,vel decreto ſuperioris præſumitur vtilis Eccleſię.Bero.conſ.88. num.25.lib.1. communem * dicit Menoch.conſ. 114.n.10.lib.2.plene Alex.conſ. 79.n.6.ver.fortificatur.li.1.Iaſ.conſ.54.n.3.ver.primo moueor.li. 1. Pariſ.conſ.24.num.5.lib.4.Socin.conſ.15.n.27. lib.1.Menoch.conſ.114.num.15. Abb.conſ.41.nu. 2.& conſ. 55.lib.1.Bald.in c.1.col.3. in princ. qui fœud.dar.poſſ. Redoan.de reb.eccleſ.fol.126. nu. 74.& multis ſeqq.

Vide. Alienatio bonorum eccleſiæ, vt valeat, Concluſ.271.num.18.& ſeq.& num.25.& ſeq.

2 Extende, quia ſufficit, quod vtilitas ſit putatiua,licet non vera ad hoc,vt valeat contractus alienationis bonorum eccleſiæ,qui tamen reſcinditur ſi conſtat de læſione.Nat.conſ.441.n.25.Menoch. conſ.114.n.10.& ſeq.vbi dicit * communem, & Abb.d.conſ.41. Videndum eſt.col.2. ver.ex quib. lib.1.dicit,quod ſi extat commiſſio Papæ, ſufficit extraiudicialis informatio Commiſſarij, & quod aſſerat cauſæ cognitionem adhibuiſſe.

3 Extende, quia ſtatur in hoc atteſtationibus teſtium, & viſioni Iudicum, ſi conſtat de eis, & ſtatur præſumptiue illis. Bero. dicto conſilio 88. num. 25. libro 1. Menoch. dicto conſil. 114. num. 10.& ſeq.lib.2.

4 Extende,quia non eſt neceſſe, quod teſtes iudicialiter deponant. Rebuff. de alien. bon. Eccleſ. num. 14.allegat Abb.conſ.41.col.2.lib.1.verſ. ex quibus verbis,ſequitur Capic.deciſ.16.n.4.& ſeq. ſequitur Redoan. de reb. eccleſ. tit. de cauſ. cognit.num. 74. & ſeq.

5 Contrarium dicit Ferret. conſ.194. in fin. vbi, quod per Conſtitutionem Pauli IV.inducitur hæc neceſſitas,quod conſtet per teſtes legitime examinatos in iudicio de cauſa vera.

6 Et pro contrario,quod imo cauſa vera vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ debeat probari vere & non credatur partibus, neque Iudici, maxime quando conſtat,quod decretum fuit ſine cauſæ cognitione interpoſitũ. Ferret.conſ.294.n.13.& 14. vſque in fin. & conſ. 248.n.9.& ſeq. ver.incipiamus à cauſa, vbi num.11. & ſequen. quod debet conſtare de cauſa, & ſolemnitate per aliud inſtrumentum, vt conſtet de cognitione cauſæ adhibita. Deci. conſ. 173. Pro tenui, in princ. ſequitur Rolan. à Vall.conſ.15.num.17. & ſeq. libro 1. Ruin.conſ.157.num.8.lib.1.qui loquuntur, quando licentia Papæ erat ſubreptitia, & Ruin. dicit, quod propter clauſulam illam tacitam, ſi cauſa ſit legitima, vel iuſta, ſi de ea non conſtat, eſt * nulla alienatio, & eſt communis * opinio. Maſcard.concluſ.75.n.15.& ſeq.maxime num.18.Caſtrenſ.conſil.74.In facto iſto. verſ.ſecundo videndum, cum ſeq. lib.1.

7 Et eſt regulare,quod ſi actus permittitur ex certa,neceſſaria,vel iuſta cauſa,debet adeſſe, & probari, alias actus eſt nullus.Crauett. conſ.488. nu. 11.& conſ.573.num.4.

8 Declara, quia ſi non eſt probata cauſa aſſerta, clare non ſtatur Iudici, neque dubiæ probationi, quia ſumus in prohibitis,in tantum quod nec alia cauſa iuſtificans admittitur diuerſa ab expreſſa; ſi tamen vellet iuſtificare cauſam expreſſam ex nouis probationibus poſſet. ita Caſtrenſ.conſ.74. verſ. quarto videndum. libro 1. licet ibi apoſtill. allegat, quod etiam ex alia poſſit iuſtificari, & Bald. conſ.304.lib.2.

9 Declara,quia non ſufficit inquiſitio facta ſuper vtilitate à partibus, licet hoc enuncient partes, quia eis non creditur. Aegid. Bellam.conſ.33. n. 49.ver.nec obſtat, vbi etiam quod non ſufficit decretum Iudicis,ſine cauſæ cognitione.

10 Reſtringe, vt non procedat, ſi probaretur,non adfuiſſe vtilitatem, late Redoan.de rebus eccleſ. fol.131.num.154.& ſequenti.

11 Reſtringe, vt non procedat quando authoritas Papæ, vel Superioris interpoſita eſt in forma communi ſine cauſæ cognitione, quia tale decretum, vel talis authoritas nullum ius tribuit, niſi ſit cum cauſæ cognitione, cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. pręben. Deci. conſilio 142.colum. final.

12 Et ideo,'quando Papa delegat cauſę cognitionem cum clauſula,ſi in euidentem vtilitatem,&c. nihil ſuppliet quoad cauſam, quin debeat probari, imo non ſufficeret ſi adeſſet vtilitas, niſi ſit euidens. Redoan.tract. de reb.Eccleſ. fol.129. num. 126.& multis ſeqq.

13 Amplia, quia licet Eccleſia nullam vtilitatem conſequatur: tamen ſatis eſt, quod conditio

non

Digitized by

non fit deterior facta .Felin.conſ.42.n.4.& 5.Iaſ. d.conſ.54.num.5.lib.1.

14 Contrarium,quod ſi eſt æquipollens res data Eccleſiæ in recompenſam , nedum non eſt in euidentem vtilitatem, ſed inuidens damnum.Dec. conſ.142.col.pen. ver.hoc etiam patet , ſequitur Riminal.conſ.253.nu.50.& ſequen. Rolan.à Vall. conſ.15.n.16.lib.1. vbi quod non ſufficit vtilitas, * ſed requiritur euidens vtilitas , & dicit * communem . Redoan.tit.de cauſ.vtilit.nu.126.& ſeq. & 169.& ſeq.maxime n.172.Abb.d.conſ.41. nu.3. verſ. quinimo,lib.1.

15 Declara,quia ſi alienatio fit ex cauſa neceſſitatis, vel commoditatis,non eſt neceſſaria vtilitas, ſed ſufficit non adeſſe damnum , ſecus ſi ex cauſa vtilitatis , ita Redoan.de reb. Eccleſ. tit.de cauſ. num.46. fol.125.

16 Limita,quando ſupplicatio eſt ſubreptitia,quia licentia Papę non ſanat alienationem, & quando licentia eſt valida,ea ſupplet ſolemnitatem, non autem cauſam , de qua debet conſtare.Dec.conſ. 142.n.5.ver.ſecundo quia.

17 Limita , quia ita demum præſumitur pro alienatione , ſi omnes ſolemnitates interuenerint , prout eſt cauſæ cognitio, nedum circa cauſam , ſed etiam circa rem , & an potius vnam rem , quam aliam alienari expediat.Feder.de Sen.con. 142. ſequitur Rebuff.de alien.bon. Eccl.ver.proſpiciat.num.34.plene Maſcard.d.concluſ.75.num. 12. & ſequen.

18 Extende,vt nec ſtetur aſſertioni Iudicis,vel inſtrumenti,nec Papę.Maſcard.d.concluſ.75.nu.15. & ſeq. vbi num. 18. quod aliunde ex inſtrumento publico , & ſeparato debet conſtare.

19 Item,quod non ſtetur decreto Iudicis ſine cauſę cognitione,neque inquiſitioni partium, neque aſſertioni.Ægid.Bellam.conſ.33.num.49.

20 Extende maxime, quando alienario dicitur facta vigore reſcripti Papę,propter clauſulam,ſi prędicta vera eſſe repererit , & in euidentem cedat vtilitatem, quę importat conditionem,& nihil potuit ineſſe,niſi verificetur. Maſcard. d.concluſ. 75. num. 19. & ſeq.

21 Reſtringe,quando ſolemnitas enunciatur, quia ſtatur inſtrumento , quando longiſſimum tempus interceſſit.Maſcard.d.concluſ.75.num.14.

Alienatio bonorum Eccleſiæ non venit in quacunque generali conceſsione. Concluſ. CCLXXXI.

1 ALIENATIO Cathedratici, ſeu procurationis Epiſcopo debitę non comprehenditur ſub quacunque exemptione conceſſa Eccleſiæ ſoluere debenti,niſi ſit expreſſe dictum.Rot.deciſ. 2.de cenſ.in antiq.alias 334.incipit.not.gloſ.

Vide. Procurationem ratione viſitationis qui ſoluere teneantur . Concluſ.808.

2 Et licentia conceſſa per Superiorem,vel Rectorem parochię ſuo Parochiano audiendi miſſas in alia Eccleſia non includit,vt liberetur ab oblatione , quam tenentur facere Parochiani audientes miſſas in parochia,niſi ſit expreſſe dictum.Lap.al leg.58.num.6.verſ.& licet concederet .

3 Amplia in tantum,vt nec valeat exemptio conceſſa per Epiſcopum , cum conſenſu Capituli expreſſa quoad viſitationem, correctionem , & procurationem exigendam. cap. paſtoralis , de donat. Feder. de Sen. conſ. 111. num. 3. verſ. item quantumcunque.

Vide . Epiſcopus an poſsit eximere . Concluſione 267.

4 Amplia , vt nec valeat exemptio conceſſa loco pio , vel eccleſię conſtruendæ quoad ius viſitationis , & quartam debitam Epiſcopo , quia licet ius quærendum magis de facili remittatur,tamen quoad iſta non valet remiſsio. Federic. de Sen. conſ. 247. Caſus talis eſt,quidam Epiſcopus , vbi eſt caſus.

5 Contrarium,quod imo quarta debita Epiſcopo poſsit eccleſię inferiori perpetuo donari , tenet Calderin. conſil. 258. alias 2. De his,quæ fiunt à Prælat.

6 Declara,quia Calderin. admittit , quod poſsit remitti Eccleſiæ inferiori , ſed non pio loco, & ſic concordat, ſed bene in hoc diſtinguit , quod licet non valeat,valebit tamen ad vitam Epiſcopi concedentis,licet non in præiudicium Eccleſiæ, & ſuccеſſoris.Calder.d.conſ. 258.in fin.alias 2.De his, quæ fiunt à Prælat. Vnde forte vtroque caſu concordat , quod non valeat , niſi ad vitam concedentis .

7 Amplia , quia non valet alienatio pij loci, in quo hoſpitalitas exercebatur , vel diuina miniſtrabantur , etiam ſi adſit licentia Papæ alienandi bona , quia non intelligitur de bonis deputatis ad vſum cultus diuini , vel hoſpitalitatis , ſi non eſt dictum . Fulgoſ.conſ.241. Viſis Bulla , per totum .

Vide . Alienatio generalis non comprehendit prohibita.Concluſ.270.

Vide.Nota ſpeciali digna non comprehenduntur,ſi non exprimuntur. Concluſ.68.

Vide. Expreſsio indiuidua,& ſpecialis quando requiratur, vel non . Concluſ.652.

Alimentorum appellatione quid veniant, ſiue ſint legata , ſiue debita ex diſpoſitione iuris . Concluſio. CCLXXXII.

1 LEGATIS alimentis veniunt cibaria pro victu,item habitatio,veſtitus, medicinę, ſalarium medici,lectus,& omnia neceſſaria pro victu. ita Iaſ.poſt alios in l.cum ij. §.qui tranſigit. ff.de tranſactio. vbi dicit hoc procedere in fauorabili diſpoſitione , vt in legato , ſecus in obligatione odioſa , & quod veniant victus, veſtitus , habitatio , & ea , ſine quibus quis viuere non poteſt. Bologn. in addit. ad conſ. Ioann. de Anan. 37. nu.7.& quid veniat appellatione alimentorum . Abb. conſ. 63. Quędam Domina. column.3.libro 2. Roman. conſ. 440. Non eſt dubium , plene Deci. in l. de alimentis . columna 1. C. de tranſact.Corne.conſ.286.num.9.vol.3.Iaſ.in l. cum antiquitas. num. 7.C.de teſtam. Alex. conſ. 178. num. 7. lib. 6. Roland. à Vall.conſil.22.numer.1. libro 2. Socin. conſil. 161.colum.fin. lib.2. Abb.

Digitized by Google

conſ.63.vt veritas,numer.2. ver. mouor primo lib.2.

2 Extende,vt idem ſit in legato victus.Iaſ.vbi ſupra.Abbas.d.conſ.63.nu. 2.lib.2.Rom.conſ.440. non eſt dubium,nu.4.vbi apoſtil. in ver. comprehenduntur,citat concord.

3 Et idem eſt,ſi legantur alimenta victus, l. verbo victus.ff.de verb.ſignif.cum.ll.ſeqq.

4 Habitatio quoq venit appellatione alimentorum,l.legatis.§.fi.ff.de alimen.& cibar.lega.Calder.conſ.332.in fi.alias 5.de teſtam.Rimin.Iun. conſ. 132.num. 9.lib.2.Bologni.in addit.ad conſ. Ioan. de Anan. 37. numer. 7. Abb.dict.conſ. 63. nu.2.lib.2.

5 Stratum,ſiue lectus,& culcitra ueniunt appellatione alimentorum.Rimin.d.conſ. 132. nu. 14. lib.2.Areti.in ſuo teſtamento,in gloſ.in ver.Item reliquit Titiæ.

6 Expenſę ſtudij Grammaticalis,non autem legalis veniunt pariter. Angel. Aretin. in ſuo teſtamento, verſ.Item reliquit Titiæ mulieri.

7 Veſtitus venit appellatione alimentorum in materia fauorabili.Iaſ.d.l.cum ij.§.qui tranſegit. ff.de tranſactio.Bolog.in addit.ad Ioan.de Anan. conſi.37.n.7.

8 Declara,quia legatis alimentis , & neceſſarijs pro pauperibus hoſpitalis,licet veniant neceſſaria,& veſtitus , tamen attendi debet conſuetudo aliorum hoſpitalium ſi poteſt conſtare,ſi nõ conſtat, quia hoſpitalia fiunt communiter pro infirmis non debetur veſtitus , prout neque debetur, quando eſt pro Peregrinis, & percipientibus alimenta diaria.Caſtren.conſ.437.Super dictis quæſitis,n.2.ver.circa ſecundum,lib.2.

9 Calciarium venit appellatione alimentorum. Rimin.Iun.d.conſ.132.n.13.lib.2.

10 Cibaria,& potus veniunt appellatione alimẽtorum.Rimin.Iun.conſ.132.nu.9.& 10.lib.2. Vbi reddit rationem,vbi n.15.dicit,quod etiam aqua venalis venit prout Venetijs.

11 Non tamen è conuerſo , quia minus continent cibaria,quam victus,vel alimenta,l.diarijs,ff. de alimen. & cibar.legat.

12 Medicinę quoque alimentorum appellationẽ veniunt.Rimin.Iun.d.conſ.132.n.11.lib.2. Bar. in l. ſi cum dotem,§.ſin autem in ſequiſſimo,num. 9.ff. ſolut. matrim. & in l ſi alimentis,numer. 2. ff.de alim.& cibar. legat. Alber. de Roſate, dicta l. ſi cum dotem, §. ſi pater,num.8.Corne. conſ. 145.lib.2.

13 Declara.vt quod dicitur venire ſalarium Medici,& medicinas debere intelligi, niſi eſſent magnæ impenſę.Bart.in l.ſi alimentis,ff. de aliment. & cibar.legat. quem ſequuntur * cõmuniter in l. verbo victus,ff.de verb.ſignif . & quod medicinę veniant ſi paucæ ſint.Angel.Aretin. in ſuo teſtamento in gloſ.n ver.Item reliquit Titię.

14 Medici ſalarium etiam venit.Rimi.d.conſ.132. nu.12.lib.2.

15 Differunt autem legatum alimentorum , & legatum vſusfructus, ideo ſi eidem perſonę legetur vtrunq.puta,vxori,quando extraneus inſtituitur heres,vtrunq. debetur.Bal. conſ. 237. Titius in teſtamento,in prin.lib.2.

16 Prima differentia eſt inter legatum vſusfructus , & alimentorum , quia vſusfructus eſt genus . alimentum eſt ſpecies . Bald. conſ. 408. circa fi. ver. Item non obſtat ſi ducatur,ideo plus contiuet vſusfructus,quam alimenta. Bald. conſ. 221.nu.2.lib.4.

17 Angel.vero conſ.357.nu.8.Dicit quod ſunt ſpecies ſeparatæ.

18 Item differunt natura,& ſubſtantia , quia alimenta non perduntur per capitis diminutionem, vſusfructus ſecus.Angel.conſ.357.num.7.in fin.& num.8.

19 Item ius accreſcendi non habet locum in alimentis,ſed ſecus eſt in vſufructu.Angel.conſ.357. num.7.in fin.

20 Item alimenta de manu heredis debent percipi,vſusfructus vero propria authoritate percipitur.Ang.d.conſ.357.nu.8.

21 Si vero ſola alimenta relinquuntur , tunc licet differant ab vſufructu , tamen includuntur in vſufructu , quia vſumfructum non poſſunt excedere.Cuman.conſ.30.Statuto cauetur,nu.4. ver. nam legatum.

22 Cibaria differunt à victu,vel alimentis. quia appellatione cibariorum veniunt ſolum cibaria, l.diarijs,ff.de alimen.& cibar.legat.& Oldrad.dixit,quod appellatione cibariorum non venit potus,conſ.29.Duo ſpecialia.

23 Sed tamen, quod etiam veniat potus,declarat Dec.in l.2.in 1.concluſ.Bart.ad fi.ff. de iuriſdict. omni.iudic.

24 Alimenta vero debita filijs comprehendunt nedum victum,ſed veſtitum, & cętera omnia , quæ ſunt neceſſaria ad vitã hominis,ſine quibus corpus viuere non poteſt,imo etiam expenſę magiſtri continentur.Socin.conſ.161.Pro decitione in fin. ver. ſed poſtremo , lib. 2. & de hoc vltimo idem tenet Iaſ. d. l. cum ij. §. qui tranſigit, in fi. ff. de tranſactio. vbi quod procedit ratione affectionis ſanguinis.

25 Et quando legantur ab aſcendente deſcendentibus veniunt etiam expenſę inſtruendorum filiorum.Bart.in d.l.legatis.ff.de alim.& cibar. legat.Socin.d.conſ.161.Pro deciſione, ad fin.lib. 2. prout magiſtri, l. qui filium , ff. vbi pup. educa. debeant.

26 Extende,quia etiam debẽtur pro perſona,quæ inſeruiat. Bart. in l. ſecunda , quæſt. 1.ff.de alimen.legat.

27 Reſtringe,quia expenſę ſtudij prout libri,& cętera non veniunt in legato victus, ſeu alimentorum.Abb.conſ.63.col.2.in prin.num. 2.lib.2. Vbi allegat Feder.de Sen.conſ.12.quod propterea fratres Minores non prohibentur habere legatum pro libris ſtudij,quia mendicitas reſpicit victum, & neceſſaria ad victum tantum.

28 Declara totam iſtam materiam,quia ſi legantur alimenta,victus,vel ęducatio,veniunt omnia neceſſaria ad victum,prout cibaria,veſtiaria, medicinę,lectus,& ſimilia; quoad magiſtrum vero pro diſciplina,ſalarium debetur,quando iure ſanguinis alimenta debentur, alias ſecus; ſi vero debetur diarium,vel cibarium,ſolus cibus debetur, Bar.tract.de alim.in prin.

29 Alimenta legata,nunquam debentur duplicia ratione duplicis officij in eadem perſona,quia hoc. Eſt de natura alimentorum.Bal.conſ.344. & pro iſta opinione . lib. 5. vbi ſecus eſſe dicit in diſtributionibus quotidianis , quæ licet ſint loco alimentorum , tamen non ſunt proprie alimenta.

30 Arbitrio Iudicis debentur alimenta.

Vide

Digitized by Google

Vide. Alimenta qualiter taxanda, Concluſio 283.

31 Reſtringe, quia ceſſat arbitrium, ſi legauit teſtator, prout ipſe præſtabat, quia eodem modo ſunt præſtanda. Natta conſil. 387. num. 10. & ſequen.

32 Reſtringe, quando teſtator reliquit alimenta declaranda per certam perſonam, quia debet declarare citata parte, etiam ſi teſtator voluit ſtari conſcientiæ declarare debentis. Anchar. conſ. 383. Primo, & ante omnia, in princ. vbi quod requiritur diſcuſſio, ergo cauſæ cognitio, & citatio eſt neceſſaria, alias declaratio eſt nulla.

Alimenta debentur ex fructibus, & qualiter taxentur. Concluſ. CCLXXXIII.

1 LEGANS alicui alimenta, cenſetur illa legare ex fructibus bonorum ſuorum, & hæreditatis, ideo non debent excedere, nec tenetur hæres vendere proprietatem. Alex. conſ. 3. Super proceſſu. lib. 4. & plenius conſ. 100. Super primo, in fi. lib. 1. vbi apoſtill. in ver. non poteſt, dat concord. & iterum conſ. 72. Viſo proceſſu. num. 2. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. proprietas, dat concor. Bal. conſ. 221. Conſiderandum. lib. 4. quod eſt deciſiuum plurium conſulentium, repetitum per Alexan. conſ. 70. lib. 4.

2 Extende, vt procedat, etiam ſi bona hæreditaria eſſent pretioſa, & parum fructuoſa, quia adhuc alimenta debent ex fructibus regulari, ita vt non debeat vendi proprietas. Alex. d. conſ. 72. Viſo proceſſu. num. 7. lib. 5.

3 Extende, vt procedat maxime quando alimenta fuerunt relicta à filijs hæredibus Nouercæ, prout loquitur conſil. Bald. 221. Conſiderandum, lib. 4. quod eſt inter conſilia Alex. lib. 4. conſ. 70. vbi quod alimenta non debentur pinguiora, qualia maritus ſolebat præſtare, quando non ſuppetunt redditus, etiam ſi hæredes non fecerint inuentarium.

4 Declara, quia bona emphyteutica Eccleſiaſtica, & illorum fructus non veniunt in legato alimentorum. Alex. d. conſ. 100. in fi. lib. 1.

5 Extende in tantum, vt licet hæres non confecerit inuentarium, non tamen tenetur vltra fructus hæreditatis de ſuo. Bald. conſ. 221. Conſiderandum eſt. lib. 4. quod eſt inter conſilia Alexan. 70. lib. 4. num. 2.

6 Contrarium tenet Natt conſ. 357.

Vide. Alimenta debentur inſpectis facultatibus. Concl. prox. ſeq. num. 7. & ſeq.

7 Extende multo magis in alimentis debitis à lege, vel ex æquitate naturali, quia non debet is, qui tenetur ad huiuſmodi alimenta, compelli vendere ſortem principalem, ſed tenetur ſolum in quantum facere poteſt, ſalua proprietate. Alexan. conſ. 100. Super primo caſu. lib. 1.

8 Reſtringe, quia alimentandus habens legatum certæ quantitatis pro alimentis in grano, vino, & alijs ſpeciebus, habet intentionem fundatam, donec hæres contrarium probet. Alex. d. conſil. 70. lib. 4. in princ.

9 Reſtringe, quia non poſſunt diminui legata alimenta prætextu, quod onera, & decimæ prius ſint deducenda, quia huiuſmodi onera ſpectant ad hæredem, non legatarium alimentorum. Aſflict. deciſ. 252. Dominus Antonius, per totam, facit l. Lucius, iunctis not. ibi per gl. ff. de aliment. legat. & text. in l. qui concubinam. §. qui hæres. ff. de legat. 3. & in l ex eo. §. viri. ff. de annu. legat.

10 Et procedit reſtrictio, quando alimenta ſunt legata in pecunia nulla facta mentione fructuũ. gloſſ. in l. firmo: vbi Bart. in principio. ff. quan. dies legat. cedat. licet ſecus ſit in vſufructuario regulariter. l. quæro, & ibi gloſſa. ff. de vſufructu. legat.

11 Amplia, quia alimenta debita ex æquitate, prout per patrem filio, & è contra debentur pro modo fructuum, & redditum, non autem tenetur debens alimenta vendere bona, & ſubſtantiam. l. Imperator, vbi Bart. in primo not. & alij. ff. ad Trebell.

Vide. Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Concluſ. 285.

11 Limita in alimentis debitis ex titulo oneroſo quia tunc debitor tenetur vendere proprietatem, vt alat alimentandum, quia concluſio, quod ex fructibus tantum alimenta ſunt præſtanda, procedit quando debentur titulo lucratiuo. Alex. in l. maritum. in fi. ff. ſolut. matrim. Deci. in l. diuus. circa fi. ff. de regul. iur.

Vide. Alimenta debentur inſpectis facultatibus, & alijs. Concluſione proxima ſequente

Alimenta debentur inſpectis facultatibus, & alijs. Concluſ. CCLXXXIV.

1 ALIMENTA regulariter debentur inſpectis facultatibus legantis. l. ius alimentorum, & ibi Bar. ff. vbi pupil. educa. debeant Doctor. in l. Imperatores. ff. ad Trebell. Cuman. conſ. 30. Io. de Anan. conſ. 46. Alex. conſ. 100. lib. 1. & conſ. 178. lib. 6.

Vide concluſionem proximam ſequentem. maxime. num. 7. & concluſionem proximam præcedentem. in princ.

2 Et ideo legatum alimentorum non dicitur continere aliquam certitudinem, ſed debet certificari ſecundum quantitatem bonorum, & facultates teſtatoris, ex mente tam legis, quam teſtatoris, & hoc æſtimabitur ex facultatibus, dignitate, & numero liberorum. Bald. conſ. 221. Conſiderandum eſt. num. 2. ver. quædam ſunt. lib. 4. vbi loquitur in legato facto vxori de alimentis. Angel. conſ. 357. Dominus Gregorius. num. 5. ver. de alimentis autem: vbi quod totum conſiſtit in arbitrio iudicantis, & conſideratis præmiſſis. Anch. conſ. 383. Primo, & ante omnia, & Alexan. conſ. 70. Conſiderandum. lib. 4. vbi conſilium Baldi eſt ad litteram.

3 Amplia, quia legatum alimentorum factum vxori debet regulari, vt ſalua ſit ſubſtantia, prout in vſufructu, quia minus eſt legare alimenta, quam legare vſumfructum. Bald. d. conſ. 221. nu. 2. lib. 4. vſque in fi. quod conſilium eſt plurium Doctorum, vbi in fi. quod ſunt alimenta pinguia, & macra ſecundum patrimonij vſumfructum.

Cuma-

Digitized by Google

Cuman.conſ.30.num.4.ver. nam legatum. Alex. d.conſ. 70.lib.4.

Vide. Alimenta debentur ex fructibus. Concluſ.preced.

4 Extende, quia debent alimenta regulari,itaut vniuerſum vſumfructum non contineant. Angel. d.conſ.357.num.5.verſ.ita autem ſunt,quia maius eſt legatum vſusfructus, quam legatum alimentorum, & tamen ſi legatur matri vſusfructus ille reſtringitur ad alimenta,ita Bald.dicto conſ. 221. num. 3. circa fin.lib. 4. Alex. conſ. 70. num. 4.lib. 4.

5 Reſtringe, quando hęres non confecit inuentarium,quia debentur omnino alimenta legata.Iaſ. in l.ſi.§.& ſi præfatam.C.de iur.deliberan. Natta conſ.357.lib.2.Caſtren. conſ.323.lib.1.Bertrand. conſ.268.lib.2.

6 ContrariumBal.in l.voluntatis.C.de fideicom. refert Rom.in rub.ff.de acquir.hæred.in 7. limit. Alex.conſ.70.lib.4.

7 Declara, quia alimenta debita officio Iudicis, ſicuti non debentur ab obligato niſi in quantum facere poteſt, ita neque debentur ab hærede, ſiue fecerit inuentarium,ſiue non,quia hoc caſu,ſicuti inuentarium obeſſe non poteſt,ita neque prodeſſe; ſecus in legato facto de alimentis,quia tunc ſi fiat vltra id, quod debetur hęres non conficiens inuentarium, obligatur. Caſtrenſ. conſ.323.Viſo puncto.nu.3. uerſ.preterea ante ius,lib.1.vbi pro vtraque opinione allegat, & ita diſtinguit, & infra nu. 12.& 13.

8 Amplia,quia alimenta,quæ debentur ab hęrede,non debetur ex bonis emphyteuticis hęredis, * ſecundum magis*communem.Alex.conſ.100.col. ſi.num.6.lib.1.

9 Amplia, quia alimenta reſtringenda ſunt ex cauſa, nam ſi miſerationis cauſa debentur, debentur tenuiora ſecundum cauſam, quia cauſa regulat,ampliat,& diſtinguit diſpoſitionem.Ang. conſ.357.num.5.ver.ſed vbi præſtari.

10 Amplia, quia alimenta legata non debentur ſi hæres non habet ipſe, vnde ſe alere poſſit, quia primo debent deduci alimenta hęredis, quam debeantur alimenta legatarij. Natt.conſ. 387. In quæſtione alimentorum.num. 7.& 8.

11 Et non conuenit, quod nouerca legataria alimentorum incraſſetur,& filius fame pereat.Bald. d.conſ.221.Conſiderandum,in ſi.lib.4.

12 Amplia, quia legatum alimentorum adeo debet regulari ſecundum facultates, vt licet hęres inuentarium non confecerit, tamen non teneatur. Bald. in l.voluntatis. col.2. ver. nunquid ergo.C.de fideicom.& conſ.221. in princ. num.2. lib. 4. quod eſt deciſiuum plurium Iureconſultorum,quod etiam repetit Angel.conſ.70.lib.4.per totum.ſup.num.7.Alex.conſ.70.num.2.lib.4.

13 Contrarium Natta conſ.387.num.9.

Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Concluſ. CCLXXXV.

1 TAXANTVR alimenta arbitrio Iudicis conſideratis redditibus debentis, & qualitate perſonarum l.Imperator.ff.ad trebell.& ſem per ſalua rerum ſubſtãtia. Bal.in l.voluntas.C.de fideicomm.& conſ.221.lib.4.Cuman.conſ.30.nu. 4.10.de Anan.conſ.46.in fin. Bal.in l. penul. ff.de alim.& cibar.legat.plene Deci. qui alios allegat in l.diuus.in fi.ff.de reg.iur.

Vide,quia ceſſat taxatio Iudicis, & arbitrium ſi ſunt certa,in ver. Alimentorum appellatione. Concluſ.282.num.36.& ſeq,

2 Et taxatio alimentorum fit per Iudicem ſecundum depoſitiones teſtium.l. alimenta, & l. cum alimenta. ff. de aliment.& cibar. legat.Bart.tractat.de aliment.colum.3.verſ. quæro legata ſunt alicui alimenta, quia in eis verſatur arbitrium boni viri,l.2. C. de aliment.pupill.præſtand. vbi Bald.

3 Et debet haberi ratio ætatis eorum, qui alũtur,quantitatis patrimonij,conditionis perſonarum,locorum,& temporũ,& aliarum circunſtantiarum.l.officio. §. ius alimentorum. ff. vbi pup. educ.debeant.l.cum alimenta.ff.de aliment.& cibar.legat.Anchar.conſ.383.in princ.Angel.conſ. 357.col.penul.Rom.conſ.189.& Crauet.conſ.189. & infra num.6.& ſeq.

4 Et minus taxantur pro eo, qui eſt aptus ad operandum,quia ex quo non debet eſſe tanquam corpus mortuum operę compenſantur. Corne. conſ.184.Super hoc.col.fin.lib. 3. Cuman. conſil. 87.in fin.

5 Item habetur ratio conſuetudinis loci.Anchara. conſil.383.circa fin.Roman.conſil.189.Crauett.dicto conſil.189. num. 10.Menoch.de arbit. caſ. 169.

6 Et quod quantitas alimentorum debeatur conſiderata primo perſona,& ętate alimentãdi,& facultatibus, & conſuetudine debentis alimenta. Roman.d.conſ.189.in princ. vbi apoſtill. in ver. probantur,allegat Angel.conſ.357.Dominus Gregorius.num.5.Anchar.conſ.383.Primo ante omnia,circa fin. Crauett. conſ. 189.prope fin.Bald. Nouell. de dot. in 6. parte principali, in 15. ſpeciali. Crauett. conſilio 199.num. 16.& conſil. 219.

7 Et quod debeat conſiderari conditio perſonarum,& quantitas reddituum,& bonorum ſecundum quas regulari debet arbitrium Iudicis, ita quod ſalua remaneat proprietas Bal.in l.ſi.§.qui ſunt.C.de bon.quę liber.Iaſ. in §.item ſi dotem ſuper gloſſ.in ver.facultates inſtit.de action.Alexand.conſ.100.Super primo caſu. col. ſi.lib.1.vbi quod alimenta moderata debentur, ne omnes redditus abſorbeantur,ſi fieri poteſt. Aretin. in l. alimenta.C.de negoc.geſt.Alexand.conſ.3. Super proceſſu cauſæ.lib.4. Barbat. conſ. 63. Vbi quod obligatus ad alimenta, intelligitur de fructibus. Alexan. conſ.70.lib.4.nec tenetur vendere bona. Aretin.conſ.17.Conſideratis.col. pen.

Vide concluſionem proximam præcedentem, in principio.

Vide. Alimentare qui teneantur de iure. Concluſ.287.num.16. & ſeq.

8 Ratio,eſt quia legatum alimentorum,& legatũ vſusfructus intelligitur ſalua rerum ſubſtantia. Bald.conſ.221. Conſiderandum eſt.lib.4.quod eſt inſertum inter conſ. Alexan.conſ.70.lib.4.Angel. in l.Imperator.ff. ad Trebell. vbi dicit ita conſuluiſſe apud Ariminum cum Bart.in l.ius alimentorum. ff. vbi pupill. educar. debean. faciunt tradita per Aretin. conſil. 17. Conſideratis. col. pęnult.

Nobi-

9 Nobilitas etiam, & conditio personarum est considerandæ per Iudicem, cuius arbitrio quantitas taxanda committitur. Angel.d.cons.357.nu. 5.quia alia sunt debita Ciuibus, alia Rusticis. l. seruis vrbanis,cum gloss.ff.de legat.3.l.cum ij.§. medijs. ff. de transact. late Tiraquell. de nobilit. cap.20.num.142.

10 Extende,vt idem,sit in alimentis debitis spurio, vel naturali,quia considerantur prædicta omnia. Angel. d. cons. 357. col. penul. & attenditur in omnibus mos regionis. Crauett. consilio 189. num.10.

11 Diminuuntur tamen,& augentur secundum diminutionem,& augmentum patrimonij.l.ius alimentorum.§.fi.ff.vbi pupill.educ. deb.l. si quis à liberis.§.fi.ff.de liber.agnosc.

12 Et diminuuntur alimenta ex operibus, & seruitijs alimentari, quia tanto minus repetit is, qui præstitit alimenta. Cuman. cons.87. Casus talis,in fi.

13 Item si is, qui præstitit alimenta habitasset domum alimentati,quia compensat pensionem.l.in summa.§.in frumento,vbi Bart. & Ias. ff.de condit.indebit.

14 Restringe, quia alimenta debentur etiam ex proprietate distrahenda, quando sunt debita titulo oneroso, quia prædicta procedunt in titulo lucratiuo. Alexand. in l.maritum,in fin. ff. solut. matrimon. Deci. in l. Diuus circa fin. ff. de regulis iuris.

Idem etiam quando debentur alimenta relicta, & vsusfructus. Vide infra Alimenta debita vxori.Concl.295.num.9.

15 Extende idem in casu contrario, quia descendens debet ali, si illius redditus non suppetunt salua rerum substantia, vt suppleatur per ascendentem in eo, quod desunt redditus descendentis.Deci.in l.Diuus.ff.de reg. iur.in fi.Bald.in l.fi. §.filijs.C.de bon.quæ liber.

16 In filia dotanda in bonis patris,vel in fideicommisso habetur ratio alimentorum ad quantitatem dotis constituę.l.cum verus.§.fin. ff. de aliment.legat. Bald. cons.58.in 4.dubio.lib. 2.Ang. cons.369. An mulieri, & in puncto.Crauett. cons. 189. num. 9. vbi extendit etiam si dos non sit soluta filiæ.

17 Et taxatio debet fieri cum causæ cognitione, & citata parte, alias non valeret,etiam si declaratio esset commissa à testatore.

Vide.Alimenta relicta ad declarationem.Concluſ.298.in princ.

Alimenta habent multa specialia, & priuilegia.Concluſ. CCLXXXVI.

1 FAVORABILIA sunt alimenta.Bal. cons. 50.li.5.Anchar. cons.150.In quæstione, quæ vertitur. col.1.& 2.

2 Et causa alimentorum dicitur causa pia. Afflict.decis.251.num.8.

3 Et legatum alimentorum est multum fauorabile. Alexand.consilio 171. Viso processu.num. 4. versic. supereſt. libro secundo,allegat l. 1.C.de fideicomm.

4 Et denegare alimenta est necare. l. necare. ff. de liber.agnoscen.

5 Legatum alimentorum etiam incertum valet, & debetur.l.aliméta.ff.de adimen.legat.Cald.consil.350.circa med.ver.modo ad propositum,alias 21.de testam.l.si cui annuum.ff.de annu.leg.apostill.ad Bar.in l. mela.ff.de alimen.legat.

6 Præstari debet legatum alimentorum in principio anni,non in fine, quando debentur ex vltima voluntate.l. nec semel, in principio. ff. quan. dies legat.cedat l.1.C. eodem. l.eum, qui. §. qui ita. ff. de verborum obligation. Bartol. & * Doctor. in l. qui hoc anno. ff. eodem, quandoque tamen ex causa præstari debent in principio cuiuslibet mensis.

Vide. Soluere obligatus singulo anno quo tempore soluere teneatur.Concl.335.

7 Derogatio generalis non comprehendit causam alimentorum, nisi fiat mentio specialis. Roman.cons.436.nu.19.in fi.ver.octaua.

8 Amplia,quia transigi non potest super alimentis legatis,nisi coram Prætore, & causa cognita, & ex certa scientia, de quibus omnibus constet per specialia verba, & non per generalia, alias transactio non valet.Bal.cons.318,Practica Ciuitatis.n.3.ver.præterea si essent. li.1. Cuma. cons. 30.Statuto cauetur.n. 2. vers.ad hoc etiam facit. Fulgos. cons.83. in princip.Alexan.cons.178.Videtur forsan,in princ.lib.6.

Vide infra in ver.Alimenta an possint remitti. Concluſ.308.

10 Extende maxime,quia pater non potest remittere alimenta filijs legata, neque super eis transigere,& maxime quando non sunt nati filij,quia pater non est eorum administrator. Alexan. cons. 171.Viso processu. num. 8. & seq.ver. nec obstat, quod Io.lib.2.

11 Extende vt vxor,cui debentur alimenta pro dote,quam retinent hæredes mariti, non censetur illis renunciare, licet stipuletur promissionem dotis ab alio.Bald.d.cons. 318, num. 3. vers. item dubitatur. lib. 1.

12 Extende, quia si alimenta sunt relicta Titio, & familiæ eius, non potest vllo modo quoad familiam,videlicet,vxorem, & filios Titius transigere,Alex.cons. 178.in princ.

Vide.Familiæ appellat.quid veniat.Concl.75.

13 Alimenta maius priuilegium habét, quam legitima,& dos,quia licet statutum possit tollere legitimam filiabus, & dotem, non tamen alimenta, quæ iure naturali sunt debita. Abb.consil.92. Illud.num.3.lib.2.

14 Amplia,quia alimenta quando legantur sub nomine appellatiuo, puta vxori,& filijs Titij,ea debentur uxori,& filijs futuris Titij, si nullam vxorem habebat tempore legati ex necessitate.Alex. cons.171.Viso processu.n.2.& seq.ver. hoc igitur præsupposito.lib.2.

15 Extende,quia habebit locum,tam in prima vxore,quam in secunda,& deinceps,quia propter fauorem non finitur dispositio in prima vxore.Alexand. dicto consilio 171. numero 4. & & sequen. ver. supereſt. lib. 2. vbi dicit idem in institutione posthumorum,quia comprehendit ex quacunque vxore natos.

16 Amplia, quia alimenta circa faciliorem exactionem habent multa priuilegia, quia causa est summaria, & breuiores dilationes dantur.Alex.

dicto

dicto conſil.214.numer. 11. libro 6.

17 Amplia,quia incapax quilibet legati eſt capax legati alimentorum, quia nunquam cenſetur facta excluſio legati alimentorum in quacunq.prohibitione,quod non poſſit legari.Cuma. conſ.30. Statuto cauetur,circa prin.ver. in contrarium. Bar.in l.mela,ff.de alim.& cib.leg.

Vide. Spurij, non ſuccedunt ab inteſtato,& an ex teſtamento . Concluſio. 417 . numer. 76. & ſequent.

18 Extende, vt procedat ampliatio nedum quando lex loquitur indiſtincte , ſed etiam ſi loquitur diſtincte de certa perſona cui legari non poſſit prout in ſtatuto, qđod maritus non poſſit legare aliquid vxori,quia poteſt legare alimenta.Cuma. d.conſ.30.nu.2.ver.nec ad rem pertinet , & infra nu.21.& nu.24.& 27.

Vide, & Declara niſi ſpurius , vel incapax haberet,vnde poſſet alimentari. Concluſio. proxima ſeq.nu.14.

19 Amplia,quia compenſatio non habet locum in alimentis.Prac.Papien.in tit.formæ libelli ſuper legato rei ſingul.gloſ.1.Alex.conſ.214.ponderatis,nu.11. ver.& quamuis,lib.6.

20 Amplia, quia donatio alimentorum non indiget inſinuatione.Io.Bapt. Pontan. tract. de alim. rub.de alim.debit.ex contractu.

21 Amplia,quia legatum alimentorũ, quaſi pium reputatur,ideo lex laicorum non prohibet alimẽta legari,etiã quod indiſtincte prohibeat aliquid legari.Cuman.d.conſ.30.nu.2.ver.ad hoc etiam, vbi, quod dicitur legatum ad pias cauſas,& ideo ſtatutum Regij prohibens legari vxori vltra decem florenos. ſi legatur vſusfructus , reſtringitur ad alimenta.Angel.Aretin.conſ.90.In prima, nu. 12.& ſeq.ver.capio ſecundam, maxime,nu. 13. & 14.licet non reddat hanc rationem . Declara vt infra,nu.69.& ſeq.

22 Amplia , quia debetur annuum legatum per tres annos ex ſolemni voluntate. Bart. in l.mela, ff.de aliment. & cibar. legat. vbi ponit alia ſpecialia.

23 Amplia,quia ſi legatum alimentorum non valet , tamen officio Iudicis poteſt compelli hæres ad illud præſtandum.Cuman.d.conſ.30.nu.2.ver. ad hoc etiam.

24 Extende, quia nullus dicitur incapax reſpectu alimentorum,ideo ſi prohibetur perſona acquirere,non prohibetur alimenta habere in loco prohibito,Zabarel.conſ.66. in fin.quia nulla incapacitas tollit legatum alimentorum,ſupra,numero 18.

25 Amplia,quia legatum alimentorum capitis diminutione non perditur.Cuman.d.conſ.30. num. 2.ver.ad hoc etiam facit.

26 Amplia,quia procedunt alimenta à pari cum dote,vt pro illis præſtandis deſcendentibus rumpatur fideicommiſſum aſcendentium , etiam ſi ſit factum pro cõſtruenda cappella,& pro cauſa pia. * Roman.conſ.267.Circa id,vbi de * communi, & apoſtill. in ver. in contrarium,quę citat multos, * & de * communi atteſtatur.

27 Amplia , quia legatum alimentorum dicitur naturalem pręſtationem habere , ideo iure Ciuili infringi non poteſt. Cuman. dicto conſil. 30. numer. 2. verſic. accedat etiam , & ſupra num. 18.

28 Amplia , quia reuocatio, & ademptio omnium legatorum facta per teſtatorem non includit legatum alimentorum . Cuman. conſil. 30. numer. 4. verſ. vltimo . Bartol. in l. libertis. §. poſthumis , ff. de aliment. & cibar.legat. Afflict. deciſ. 111. nu. 10. vbi extendit ad dotem , & piam cauſam , Bartol. tractat. aliment. num. 31. ver. quæro teſtator.

29 Extende, quia procedit etiam in reductione, & moderatione , quia ſi teſtator in codicillis dixit quod omnia legata reducebat ad tertiam partem,id non habet locum in legatis alimentorum niſi dicatur in ſpecie , ita Bartol. in l. libertis , §. poſthumis. ff. de aliment. & cibar. legat. & in tractat. aliment. colum. 2. in fin. Aretin. in tractat. de teſtam.in decimo. Item reliquit Titiæ ver.quid ſi teſtator.

30 Extende idem, ſi alia legata fecit eidem legatario , quia nunquam cenſetur ademptum legatum alimentorum . Caſtrenſ. conſil. 31 . libro ſecundo,in princip. vbi tamen declarat , vt ibi in ver.breuiter.

31 Amplia , quia ſpeciale eſt fauore alimentorum , quod debeant præſtari in loco , vbi degit is , qui alimentari debet . Bald. conſi.224. factum tale eſt , & latius conſil. 225 . in princip. Ad euidentiam , lib. 3 . plene Bartol. tractat. aliment. numer. 24. ver. quæro in quo loco.

32 Amplia , quia bona deſignata pro alimentis coniunctę perſonæ præſtandis,alienari non poſſunt,& dominium non trãsfertur,etiam ſi obligans reſeruauit ſibi facultatem diſponendi , Bal. in l. ea lege, col. 3. ver.8.idem.nu. 5. C. de condit. ob cauſ. per text. in l.1.C.de donat.quę ſub mod.

33 Amplia , quia debens alimentari à fratribus prout baſtardus frater , fauore alimentorum poteſt vnum hæredem conuenire in ſolidum,licet plures ſint qui teneantur hæredes . Bald. conſi. 232. Fœmina regulariter.in fin. libro 3. Dubito, quod Bald. hoc non dicat quia loquitur ſub verbo forte , & dicit hęres vnius , inferendo ad not. in l.controuerſia, ff. de tranſactio. vt forte illo caſu tantum,quando eſſent legata, & non repetita ab inteſtato, vt gloſ. magna , ibi declarat , & dubito propter conſilium Roman. 189.in prin.num. 2. vbi quod quilibet hæres pro rata tenetur,niſi haberet alimentandus bona hypothecata , quia conueniret vnum ex pluribus. Signorol. conſil. 42 . numer. primo , & numero quinto.

34 Tu declara, quia plures , qui tenentur alere , non tenentur diuidere alimenta ſua per minutas, ideo Iudex compellit vnum ipſorum ad præſtandum alimenta, qui deinde releuari debet ab aliis, ita Anchar. conſil. 254 . in fin. Ruin. conſil. 80. in princip. libro ſecundo , & ſic verum dicit Bald.

35 Contrarium dicit Caſtrenſ. conſil. 423. Viſo puncto, nume. 4. verſi. ſed his pręſuppoſitis,lib. 1. & clarius in fin. verſi. reſtat , vbi quod licet alimenta ſint indiuiſibilia reſpectu recipientis , quia non poteſt ali medius , tamen ſunt diuiſibilia reſpectu dantis , vt vnus det medietatem alter aliam medietatem , ſed vide, quia Caſtrenſ. loquitur , quando non extant bona teſtatoris decocti,ſed hæredis tantum , & concurrunt creditores.

Decla-

36 Declarat Roma.cons.189.num.2.Signorol.cons. 42.nu.1.& num.5.quod si legatarius habet hypothecam potest eligere vnum heredem, alias secus. Declara etiam melius infra. Alimenta relicta à pluribus. Conclus.293.in prin.

37 Amplia, quia tacita hypotheca competit in bonis designatis pro alimentis legatis,l.2. ff.de alimen.& cibar.legat.apostil.ad Bar.in cons.211. nu.4.lib.1.in ver.circa hypothecam,quæ concordan.allegat,plene Rip.in l.1.§.si hæres n.14. ff. ad Trebell.vbi quod exercetur contra tertium possessorem rei.Roman.cons.388.in prin.vbi apostil. in ver. manifestant. Gigas de pensionib. quæstio. 51.

38 Extende,quia dos filiæ dicitur obligata pro alimentis matris,& auię inopum. Negusan.de pigno.in 2.part.in quarto membr.nu. 47. & idem pro alimentis debitis marito, & licet in puncto iuris videatur verior opinio contraria,tamen ista æquior est.

39 Extende, vt procedat etiam, si designatio alimentorum fiat super bonis alienis domino præsente, quia videtur consentire dictę hypothecæ. Bart.cons.211. Quidam sibi filios, numer. 4.ver. circa hypothecam,vbi apostill.in ver.circa hypothecam,lib.1.

Vide.Dictio super.Conclus.383.

Vide.Pensionarius an habeat fructus hypothecatos.conclus.264.

40 Imo sicut pro alijs legatis bona testatoris sunt obligata legatario, multo magis pro legato alimentorum.Io.de Anan.cons.54.n.2.ver.illud autem certum.

41 Et quod sit speciale in alimentis,vt res,ex qua debent præstari, sit pro eis tacite obligata. Castrens.cons.332.nu.4.lib.1.per.text.in l. 2. ff. de alim.& cibar.legat.

42 Declara,vt plene per Negus.de pignor.par. 2. memb.4.nu.164.ver.vigesimus tertius casus, vbi, quod ex designatione oritur hypotheca in omni dispositione,& non est speciale in alimentis,quia alimenta non habent hoc priuilegium hypothecæ,quia non reperitur iure cautum.

43 Amplia,quia alimenta relicta ex bonis soluenda per certas personas non sunt personalia, sed transeunt ad successores.l.liberis,quæ est 4.§.Lucius,ff.de aliment.legat.vbi glos.Bald.& alij. Roman.cons.388.In casu, n.5. vbi Apostil.in ver.soluendum,dat concord.

44 Amplia, quia licet legatū factum vxori donec steterit cum filijs,extinguatur mortuis filijs,quorum contemplatione est factum legatum,tamen secus est,si sunt legata alimenta, quia debentur etiam post. Bald.cons.140.Casus talis,lib.5.in fi. Bart. in l.illis libertis. ff. de condit.& demonstr. Castrens.cons.31.col.2.prope fin. vers. item facit ratio, lib. 2. Abb. cons.78.colum. 2. in fin.libro secundo.

Vide. Legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legatarij.Conclus.95.

45 Contrarium quando sunt legata alimenta fauore filiorum,videlicet,donec, &c. quia mortuis filijs,non debentur,licet non stet per legatariam, secus si fauore legatariæ. Anchar. cons.237. in princ.

46 Declara,vt plene per Benintend.decis.98.

47 Amplia, quia appellatio non datur in causa alimentorum futurorum.Ias.in l.de alimentis,n. 7.C.de transactio.& est * communis opinio, secundum Contard.in l.1.C. de moment.possess. in 3. limit.num.5.fol.279. Bart. in l. mela. ff. de alimen. & cibar. legat. vbi plura specialia ponit Alex.cons.214.Ponderatis,nu.11.lib.6.

48 Extende, vt procedat siue debeantur iure actionis,siue officio Iudicis,idem Contard. dict. * l.1.nu.54. vbi,quod est * communis. Bart.tract. alimen. n.47. ver.quęro an sententia.

49 Extende, quia si datur appellatio,id erit sine retardatione quoad futura. Bart. dict. tract. aliment.nu.47.

50 Restringe quoad præterita,quia bene datur appellatio.Contard.vbi supra.

51 Declara, vt id quod dicitur non dari appellationem,intelligendum sit,quoad effectum suspensiuum.Areti.cons.97.Contard.vbi supra.

52 Amplia,quia potest sperni sequestrum alimentorum, quando alimentandus non habet aliunde,vnde se alat.l.si.§.1.vers.nam si tales.C. de ordin.cognit.vbi Bald.in 4.not.Guidop.decis.81.ad finem.

53 Amplia, quia non debentur, nisi semel, ideo si duobus coniunctim legantur alimenta,vno mortuo non habet locum ius accrescendi, quod haberet locum in alia materia, quia semel alimentatus non recipit duplicata alimenta. Abb.cons. 78.in fin.lib. 2. allegat text.in l.dominus, ff. de vsufruct.

Vide.Alimenta non debentur nisi semel. Conclus.289.

54 Amplia,quia legatum alimentorum, & legatū dotis,tanquam legata pia debentur,ideo vtrunq. peti potest, licet dos succedat loco alimentorum. Io.de Anan.cons.42.in prin. vbi Bologn. in Apostil.

55 Amplia,quia clausula in fine posita, quæ restringit,& potest referri ad omnia præcedentia, non refertur ad legatum alimentorum tanquam pium,vt minuatur, l. libertis,§.posthumis,& ibi glos.& Bart ff.de alimen.& cibar.legat.& in l.mela,ff. eod.

56 Amplia,quia censetur repetitum à substituto, quando est factum ab instituto. Ias. consil. 95. lib.1.

57 Amplia, quia triennio præscribuntur legata alimentorum soluta per triennium,licet legatum, & testamentum nullum sit, l.1. C. de fideicom. Bart.quęstio 7.Mulier habens, ver. solutio, col. penul.in fin.ver.nec obstat.

58 Amplia, quia is, qui donauit domum loco pio, vt recipiat in vita sua alimenta à loco pio, si domus destruatur per milites, vel alio casu fortuito,non cessant alimenta. Deci. consil. 312.Licet hactenus,col.1.uer.& ex ista ratione infertur.

59 Extende etiam in legato alimentorum facto duobus fratribus,uel monachis,quialicet testator designauerit fundum, ex quo alimenta debeantur, si propter bella fundus non sit sufficiens,tamen tenetur hæres ex alijs bonis ad alimenta. Bar.in l.Lucius Titius.ff.de aliment. & cibar. legat.Guidop.decis.8.

60 Amplia,quia exceptio, & reseruatio alimentorum pro se,extenditur etiam pro uxore,filijs,& familia sua,argum.c.admonere.33.quęst.1.

Vide.Maritus, & uxor sunt unum corpus, & una caro.Conclus.88

Extende

61 Extende, quia alimenta legata vſque ad pubertatem debentur vſque ad 18. annos fauore alimentorum, quia intelligitur de plena pubertate. l.mela.ff.de alimen. & cibar. legat.licet alias pubertas intelligatur ſolum in fœmina, vſque ad 12. annum completum,& in maſculo vſque ad 14. & infra num.64.

62 Extende, quia alimenta relicta vxori,licet intelligãtur relicta vxori tẽpore teſtamẽti;tamẽ fauore alimentorum, ſi illa eſt mortua,intelligũtur cuicunque vxori poſteriori legata, ita Alex.conſilio 171. Viſo proceſſu inter Dominam. libro 2. numero 4.

63 Extende,quia licet promiſſio decem ad vitam alicuius intelligatur, quod vnica vice ſint ſoluenda decem,tamen ſi pro alimentis fit promiſſio ea intelligitur ſingulo anno propter fauorem alimentorum.Bar.in l.eum,qui. §.qui ita;vbi Iaſ. nu.11. ver.ſecundo quærit.Bar.ff.de verb.oblig.vbi dicit * communem.

64 Amplia, quia in maſculo pubertas eſt vſque ad decem & octo annos in fœmina vſque ad quatuordecim annos fauore alimentorum. Bartol. in l. mela. ff. de aliment. & cibar. legat. ſupra numero 61.

65 Amplia, quia fauore alimentorum exequutori competit actio. Item non obſtant feriæ, & breuior dilatio datur. Bartol. qui alia ſpecialia ponit dicta l. mela. num. 5. ff. de aliment. & cibar. legat.

66 Amplia, quia obligationem, & hypothecam anteriorem habet ille, qui præſtitit alimenta animalibus,vel miniſtris apothecę,aut ſeruientibus, ſine quibus res fuiſſet perempta.Bart. in l. interdum.ff.qui potio.in pignor.

67 Extende,quia imo filij,qui debent à patre alimẽtari,ſi pater emat granum tẽpore careſtiæ, & det alimenta vxori, & filijs, qui ſunt ſoluendo, vel habent dotes maternas, ſi pater non eſt ſoluendo, certe tenentur, qui cum grano, & cibarijs creditoris ſunt conſeruati, & alias perijſſent. Bart. in l.his ſolis.ff. de condit.indebit. non audet decidere, ſed Iaſ. ibi plures citat pro hac concluſione: extende, & intellige etiam mortuo patre, licet hæreditatem patris repudiauerint. Cremen. ſingul. 37.tu mutuaſti,vbi apoſtill.concordantes dat: apoſtill.ad Bar.in d.l.his ſolis.ff.de condit. indebit.

68 Amplia,quia probatio alimentorum præſtitorum dicitur difficilis, ideo ſufficit probatio præſumptiua. & teſtes plene probant ſi dixerunt vidiſſe pluries alimentatum comedere ad eandem menſam, quia non eſt neceſſe, quod continuo viderint.Corn.conſ.110.in fin.num. 10.lib.1.

69 Limita, ſeu declara, quia licet teſtamentum ad piam cauſam valeat coram duobus teſtibus, non tamen valet legatum alimentorum niſi in teſtamento ſolemni.l.1.C.de fideicom. Ang.Aretin. conſil. 91. num. 17. ver.ſexto,& nu.40.in fin. ver.nec obſtat ſextum.

70 Limita, quia alimenta facta,ſeu legata mulieri, vel perſonę locupleti,non habent priuilegium alimentorum. Bald.conſ.225.nu.3.ver.videndum ergo. lib. 3.

71 Limita, quia alimentorum legatum non recipit augmentum, vt debeatur vltra facultates,licet hæres non confecerit inuentarium,vide Nattam,qui diſputat hoc conſ.387.nu.8.& ſeq.

72 Limita, quia alimenta relicta alicui,taxanda arbitrio certæ perſonę, quæ taxauit abſentibus hęredibus,& ignorantibus,non debentur, ſi legatarius ſtetit per decem, vel quindecim annos, & illa non petijt, quia ſibi debet imputare. Anchar. conſ. 383. primo, & ante facit conſ. Bald. 207.lib.3.

73 Limita, quia alimenta pluries legata non debentur niſi ſemel, etiam ſi diuerſis modis ab eadem perſona ſint relicta, quia ſemel alimentatus non indiget alimentis vlterioribus, ſecus quando eſſent relicta à diuerſis perſonis. Bald. conſil. 349.Filiæ an ſtare.num.2. poſt med.verſ.non obſtat.lib. 4.& eſt tex. & ibi Bart.in l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de alimen. & cibar. legat. & text. in l. ſtycus nutricis, vbi Bart. & alij.ff. eod. Rimin.Iun.conſ.492.num. 39. vbi quod non eſt reiterabile.

74 Extende, quia vxor, cui relinquitur vſusfructus,& deinde alimenta, debet computare legatum prędictum, cum alijs legatis victus, & vſusfructus. Vrſil. in addit. ad Affict. deciſ. 44. num. 16. allegat Crauett. conſ. 32. Teſtator reliquit. numero 6.

75 Limita,quia legata alimentorum alicui in domo alimentare debentis quandiu cum eo ſteterit, vel ſtare voluerit cum eo, non debentur, ſi non venit. Bertrand. conſilio 193. numero 5.& 8. libro 3.

76 Limita, quia legatum alimentorum à cauſa reſtringitur de facili,vt de ſolis alimentis neceſſarijs cantet diſpoſitio.Ancharan.conſ.254.num. 4.ver.& præcipue hoc verum.

Alimentare qui teneantur de iure, & quomodo, & quando. Concl. CCLXXXVII.

1 REGVLA eſt, quod pater teneatur alimenta filijs præſtare.eſt text.in l. ſi quis à liberis.§.1.ff.de liber. agnoſcen.& l. 1. & per totum. C.de alend.liber. & liberorum educatio etiam brutis conuenit.l.1.§.ius naturale.ff. de inſtit. & iur. Inſtit.de iur.natural. gent. & ciuil.§.1.& debetur ex æquitate ſcripta. Bald. cap. conquerente,de offic.ordin.

2 Extende, quia nedum tenetur alere filium non habentem vnde ſe alat, ſed etiam illius vxorem,& filios. gloſſ. in l. ſi quis à liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnoſcen. Ruin. conſ. 144. lib.5.l.ſi filia.§.hoc amplius.ff.famil.hercis.

3 Extende, quia tenetur pater alimentare etiam nurum, videlicet, vxorem filij, quando filius eſt in poteſtate,ſiue receperit pater dotem,ſiue non. Bar.in tract.de alim.colum.2.Bal.Nouell.de dot. in 7.queſt.princip.priuil. 34.Bart.tractat. de alimen. num. 16.

4 Extende etiam ſi filius ſeorſum à Patre ſine culpa habitet, puta, ex defectu Nouercæ, vel alia cauſa. Bald. in l. vbi adhuc. column. 10. C. de iur. dot.

5 Extende in tantum, quod pater denegans alimenta filio perdit patriam poteſtatem.gl.in l.nec filium.C.de patr.poteſt.ſicuti ſi filius denegat alimenta patri poteſt exhęredari,infra nu.85.

Exten-

6 Extende, quia imo compellitur pater pro alimentis assignare aliquam partem bonorum filio, ex quorum redditibus viuere possit, maxime quando pater male versatur, ne filius fame pereat, & tristem sentiat exitum. l.fin. §. filijs. C. de bon. quæ liber.

7 Extende in tantum, vt non valeat pactum factum per filium de non petendo alimenta à patre. Specul. in tit. qui fil. sin. legit. vers. sed pone quidam, quem sequitur Feder. de Sen. consil. 60. in fin. Bart. in l. si quis à liberis. §. parens, in fin. ff. de liber. agnosc.

8 Restringe de iure ciuili. l. pactum. C. de collatio. Feder. d. cons. 60. in fin. vbi, quod pactum valet de non petendis alimentis à patre, sed dicit hoc esse verum de iure ciuili, & forte male, & saltem est controuersum.

9 Amplia, quia pater tenetur alimentare filios, & filias, necnon nepotes, & neptes ex filijs masculis. Socin. cons. 161. Pro decisione, in princ. lib. 2.

10 Et de filijs, & filiabus, quod teneatur alimentare. Fulgos. cons. 228. num. 3.

11 Extende in tantum, quod si quis habet patrem, & auum paternum diuites, debet is alimentari à patre potius quam ab auo, sed si pater esset pauper, tenetur auus alimentare nepotem ex filio. Socin. d. cons. 161. vers. ego præmitto. lib. 2. Ant. de Butr. cons. 56. vbi idem dicit, & extendit in dote, etiam si neptis sit in potestate aui, quia ista non procedunt á patria potestate, sed á proximitate.

12 Extende, quia nõ valet prohibitio patris, quod filius exhæredatus, & malemeritus de patre, non alimentetur ab alijs fratribus filijs heredibus institutis. Bald. cons. 103. Præmissis verbis. lib. 5.

13 Restringe, quia pater non tenetur alimentare filium etiam legitimum, & naturalem nolentem morari, & operari cum patre. Bald. cons. 304. Quidam de Insula. lib. 4. per totum, maxime in fin. & infra num. 164. & multis seqq.

Vide. Alimenta legata in domo. Concluſ. 297. num. 9.

Vide. Alimentandus quando teneatur operari. Concluſ. proxima seq.

14 Declara tamen, nisi esset dedecus filio operari, vt quia esset nobilis, vt per Bartol. dicta l. si quis à liberis. §. filius. C. de alend. liber. & in l. 2. C. de mendicant. valid. lib. 11. Socin. consil. 161. lib. 2. & cons. 30. col. fin. lib. 4. Aretin. cons. 17. col. 3. Ruin. cons. 144. libro 5. Curt. Iun. cons. 148. num. 5.

15 Restringe, nisi spurius haberet vnde posset ali, quia non valeret legatum patris. Ias. consil. 26. Omissis. col. penul. ver. circa secundum. lib. 1.

Vide plenius. Spurij non possunt heredes instituí. Concluſ. 418. num. 183. & seq. vbi quod procedit, tam in terris Ecclesiæ, quam Imperij, vt valeat legatum vsque ad alimenta, ibi n. 93. & seq. & infra n. 47. cum seq.

16 Restringe, quia pater non tenetur alere filium naturalem tantum, quando est beneficiatus, & de suo potest viuere, & si pater alimentauit, præsumitur de bonis filij naturalis tantum, etiam si pater esset administrator. Castrens. cons. 415. Viso, in princ. & col. 2. vbi late. lib. 2. & infra num. 20. & seq.

17 Restringe, quod obligatus ad alimenta ex charitate tenetur alere ex fructibus, & introitibus, & habito respectu ne debens alimenta egeat pro se ipso, & filijs suis, quia Charitas ordinata incipit à seipso.

Vide. Alimenta qualiter taxanda. Concluſ. 283. num. 7. & seq.

18 Et quod non teneatur pater alere filium, si non potest, & non habet pro seipso, est glos. in l. si quis à liberis. §. fin. in ver. liberto. ff. de liber. agnosc. quia magis sibi tenetur, quam filijs. l. præses. ff. de seruit. etiam salua dignitate alimentare debentis. l. nepos proculo. ff. de verb. sign. Vital. tract. de alimen. n. 110. Ias. instit. de actio. §. item si in dotem. Decian. cons. 111. in fi. lib. 3. & infra n. 110. & seq.

19 Restringe, quia alimenta, quę debentur, sunt ministerationis causa, ideo non debentur habẽtibus modum alimentandi de suo proprio. Ang. cons. 369. Riccius Stellæ. nu. 2. Cappell. Tholos. decis. 77. vbi apostil. & plene Dec. con. 176. in prin. vbi, quod nõ debentur nisi filius, vel alendus sit in necessitate.

20 Dicuntur autem habere de suo proprio, & aliunde, si ex redditibus salua proprietate possunt ali, alias non. Bald. cons. 30. Sicut dixit. lib. 2. vbi declarat.

21 Restringe in filio beneficiato, quia pater non tenetur eum alere, ex quo habet aliunde. Castr. cons. 415. Viso, & examinato. n. 2. ver. super secundo. lib. 2. vbi, quod si pater exegit fructus beneficij, & præstitit filio alimenta censetur de fructibus beneficij alimentasse, & num. 15. supra.

22 Restringe, quia generaliter pater non tenetur alere filium, si filius habet aliunde vnde ali possit. Bart. in auth. res quæ. C. commun. de lega. & in l. libertis. la 2. §. 1. numer. 3. ff. de alim. & cibar. legat. l. si quis à liberis. §. sed si filios. ff. de liber. agnoscend. decis. Cappell. Tholos. 77. vbi apostill. Bart. in l. fin. C. de mendic. valid. lib. 12. Socin. cons. 121. num. 47. lib. 4.

23 Et ideo si filius est in Monasterio professus, ille debet ali à Monasterio non à patre naturali, si tamen eijciatur de Monasterio, reuiuiscit obligatio naturalis patris. Ita Castrens. cons. 76. Ad confirmationem. lib. 1.

24 Idem est, quando filius ex sua industria, & artificio viuere potest. d. l. si quis à liberis. §. filius. C. de alend. liber. Cappell. Tholos. decis. 77. vbi apostill. Gabriel. cons. 25. num. 17. lib. 1. Ang. Aretin. cons. 95. In casu prædicto. n. 12. & seq. per tot. & iterum cons. 140. In casu præmisso, in princ.

25 Restringe, quia pater non tenetur alere filium, nisi vsque ad tempus quo potest ex artificio, vel professione sibi prouidere, ideo filius Doctoratus non debet ali à patre. Ang. Areti. cons. 95. In casu supradicto. n. 12. & seq. per totum.

26 Et procedit restrictio etiam si pater esset ex laudo condemnatus ad præstandum omni anno filio alimenta, etiam si dicat laudum in perpetuum, quia laudum habet passiuã interpretationé de iure cõmuni, etiã si non possit contraueniri laudo, plene Ang. Aret. d. cons. 95. n. 14. & seq. vsq; in fin. vbi in fi. quod si filius non vult operari, ex quo reddit se reprehensibilem, non auditur.

27 Contrariũ videtur tenere Ang. Aret. cons. 140. In casu præmisso per totum, vbi quod imo si pater se obligauit filio ad alimẽta, quę petebat, quod illa perpetuo præstabit, mortuo patre si est hæres cum beneficio legis, & inuentarij potest petere alimenta præterita, tamquam creditor, quia licet vixerit ex artificio, quo casu non deberentur

alimenta debita officio Iudicis, tamen secus est, si debentur ex obligatione, & sic iure actionis, quia inter patrem, & filium cadit obligatio circa alimenta, allegat simile de expensis debitis officio Iudicis, vel iure actionis, ergo videtur cõtrarium eius quod dixit, cons. 95. n. 14. Quia ibi etiam pater tenebatur ex laudo iure actionis.

28 Restringe, quando filius esset ingratus, & commisisset vnam ex causis, pro quibus posset exheredari, quia pater non tenetur illum alere. Cappel. Tolos. dec. 77. vbi apostil. declara, vt supra, num. 12.

29 Restringe, quia non tenetur alere filium prodigum, apostil. ad Bartol. tract. de aliment. num. 17. in ver. filium naturalem, vbi idem est si non vult operari.

30 Restringe, quia pater non tenetur alere filiam dotatam, & nuptam, sed onus spectat ad maritum. Gabriel. cons. 25. n. 16. lib. 1.

31 Et restrictio in tantum procedit, vt si pater præstitit alimenta filiæ nuptæ repetat à marito, quando maritus tenebatur. Cyn. & Bal. in l. alimẽta, C. de nego. gest.

32 Contrarium, quia si pater dedit alimenta filiæ maritatæ in dubio, præsumitur causa pietatis, & non animo repetendi. Castrens. in l. si patrono, C. de nego. gest.

33 Imo in fortioribus terminis, alimenta etiam præstita affini, & consanguineę mulieri præsumuntur ex charitate in dubio præstita non autem animo repetendi. Alex. cons. 110. videtur prima facie per totum vol. 7. Ias. in l. 1. numer. 4. C. de legat.

34 Restringe, quia pro tempore præterito non tenetur pater alere filium, dict. l. si quis a liberis, §. vel si parens, & ibi Bartol. ff. de liber. agnoscend. Socin. cons. 57. in causa. col. 7. lib. 4. numer. 36. & sequen. Bar. in l. 1. C. de mendic. valid. libr. 11. & est ratio, quia debentur officio Iudicis intuitu pietatis, quæ cessat in præteritis. Bartol. in l. libertis quos, §. manumissis, ff. de alimen. & cibar. legat. Ias. & Deci. & alij in l. de alimentis, C. de transactio. Ioan. de Anan. consi. 54. per totum vbi Bologni. in additio. numer. 4. Alexand. cons. 7. Visis, col. penul. nu. 10. ver. non obstant allegata lib. 2. idem Alex. cons. 72. n. 9. lib. 5.

35 Declara, nisi filius pro se alendo contraxisset debita, quia pater tenetur etiam ad ea soluenda. Ias. in l. de alimentis, C. de transact. Bart. in l. 1. C. de indict. viduit. tollen. Bologn. in addit. ad cons. Io. de Anan. 54. numer. 4. quia intelliguntur nisi essent debita iure actionis, quia tunc bene pro præterito debentur. Alexand. cons. 72. Viso processu, numer. 9. & seq. lib. 5. & Soci. d. cons. 57. nu. 37. lib. 4.

36 Restringe nisi is, qui præstitit alimenta debita officio Iudicis, prout vnus filius patri repeteret ab alijs filijs pro rata, quia licet patri debeantur officio Iudicis, & pater non petat præterita, tamen filius petit præterita, quia quoad eum debentur iure actionis, l. de alimentis. C. de transactio. plene Alexand. cons. 72. numer. 10. lib. 5.

37 Amplia, quia tenetur pater naturalis alimentare filios naturales. Socin. cons. 161. pro decisione in prin. ver. tertio prẽmitto, lib. 2. c. per venerabilem, qui fil. sint legit. c. cum haberet, vbi glos. fin. Abb. & alij de eo, qui duxit in vxorem, quam polluit, latissime Bart. tract. de alim. n. 17. vbi plena apostill.

38 Extende, quia tenetur pater alere, & alimenta relinquere filio naturali, etiam extantibus filijs legitimis. Dyn. cons. 9. quæstio talis est, quidã nomine, per totum, vbi quod ex tali legato tanquam debito à lege deducitur omne grauamen, & vide apostil. in ver, imposita, quæ adducit multos concordantes.

39 Amplia, quia pater tenetur etiam alimentare filios natos ex damnato coitu, & sic spurios de iure Canonico etiam inter laicos. Socin. cons. 141. * pro decisione in prin, ver. quinimo, vbi dicit * cõmunem, lib. 2. Gabriel. cons. 25. nu. 13. & 18. lib. 1. Alex. cons. 158. Viso instrumento, n. 3. & 4. vbi dicit * cõmunẽ, lib. 7. pleniſſime Matheſila. singulare 146. Nota singulare dictum, vbi plena apostil.

40 Extende in matre, quia præsumitur alimentasse filium spurium animo donandi, quando sunt ad breue tempus. Cassan. cons. 40. col. 6. Sylua Nuptial. fol. 95. ver. Item intellige. Calcan. cons. 60. col. 3. & alij, quos citat Gabriel. tit de alim. concluſ. 1. nu. 33.

41 Extẽde multo magis, quia tenetur alere filios, & descendentes legitimos, & naturales ex spurio filio. Alex. d. cons. 158. nu. 4. & seq. lib. 7.

42 Extende, vt multo magis teneatur pater alere filios, & filias spurias, neptes natas ex filio legitimo. Socin. dict. cons. 161. circa prin. ver. 4. & vltimo. lib. 2.

43 Extende, quia debentur alimenta spurijs, & descendentibus ex eis. Gabriel. cons. 15. numer. 13. & 18. lib. 1.

Vide. Spurij an possint hęredes instituí. Concluſ. 418. vbi plenius.

44 Contrarium, & male videtur velle Abb. cons. 115. in fin. lib. 2. vbi quod mortua filia spuria, vt dos transeat ad filios spuriæ, pater debet expresse hoc dicere, alias finitur causa dotis, prout causa alimentorum,

45 Declara dummodo filij aliunde non habeant, & petant principaliter. Gabriel. d. cons. 25. n. 17. & seq. lib. 1.

46 Et quod valeat legatum alimentorum filio spurio vbique, & est communis * opinio, de qua Deci. in cap. Clerici, in 1. not. de iudic. & in cap. Ecclesia S. Mariæ. num. 112. de constit. vbi plena apostill. dat concord.

47 Intellige nisi aliunde haberet etiam ex exercitio. Vide Cranet. cons. 199. n. 10. Dec. cons. 576. in pri. & infra n. 54. & 91. cũ multis seq. & sup. n. 15.

48 Extende, vt imo etiam spurios filios teneatur pater alimentare etiam ex quocunque damnato coitu de æquitate Canonica. cap. cum haberet, in * fin. vbi glos. & * Doctor. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. qui text. etiam de iure ciuili, & vbique procedit, quia fundatur super æquitate naturali, secundum Abb. ibi. Bart. in auth. ex complexu. C. de incæst. nupt. & quod procedat etiam in terris Imperij. Dec. in c. * Clerici, in 1. not. de iudic. vbi dicit * communem, vbi apostill. & in cons. 576. in princip. vbi apostill. Socinus consilio 161. Pro decisione, libro secundo,

49 Extende, quia in dubio præsumitur in causam alimentorum pater legasse filio spurio per Cranett. cons. 219. num. 8. vbi plene, allegat Castrens. cons.

conſ.5.Quicquid dicatur,col.2.lib.1. Caccialup. inter conſ.Cornei.conſ.212.lib.3.

50 Contrarium, & male, quod imo requiratur, quod expreſſe relinquatur pro alimentis, alias non valeat legatũ.Calcan.conſ.59.requiſitus,n.9.

51 Extende, quia pater, & in ſubſidium auus paternus tenetur alere filios naturales,& etiam ſpurios, vel neptes ſpurias,aut filias ſpurias, ita quod ſi pater poteſt,prius ipſe obligetur,quam auus,qui tenetur in ſubſidium.Socin.d.conſ. 161. pro deciſ.lib.2.Barbat.plenius,conſ.81.nu. 15. & ſeq.lib.3.

52 Extende in tantum, vt non valeat contraria diſpoſitio patris priuans filium ſpurium alimentis.Iaſ.conſ.26.n.4.lib. 1.ſequitur Crauett. conſ. 219.num.7.qui alios allegat.

53 Extende, quia auus paternus tenetur in ſubſidium alimentare nepotes,& neptes ſpurios ex filio etiam emancipato,quia emancipatio parum prodeſt.Io.Andr.in addit.ad Specul.qui fil.ſin.legit.c.1.num.12.verſ.ſed pone,quidam emancipauit filium,& infra n.82.& ſeq.

54 Declara,quia alimenta,quæ debentur ſpurio, non debentur quando aliunde habet, etiam conſiderato artificio,& eo caſu neq.valeret legatum. Crauet.conſ.199.num.10 vbi alios allegat, late Deci.conſ.576.Vbi apoſtil.allegat Crauet.d.conſ. 199.& alios, quod pater ſi velit poteſt relinquere,quando eſſet dedecus laborare, & lucrari, & quia non ſemper quis lucratur.

55 Extende,quia nedum pater tenetur alere, ſed etiam dotare filiam ſpuriam, quę habet hypothecata bona patris,tam de iure communi,quam ex forma ſtatutorum.Florentiæ.Mathefila.d. ſingul. 146.Nota ſingulare dictum vbi plena apoſtilla.

56 Extende,quia nedum pater,ſed etiam hęres patris debet alere,& ſeu dotare filiam ſpuriam, & quando ſe nominauit hęredem pater dicitur feciſſe hęreditario nomine patris, quo obligabatur, licet non expreſſerit.Abb.conſ.115. Videtur primo,col.2.lib.1.

Vide plenius.Spurij non poſſunt hęredes inſtitui à patre,vel auo.Concluſ.418.nu.89. & multis ſequen.

Vide Anton. Gabriel.lib.6. tit. de Alimentis. Concluſio.1.Spurius,An de ęquitate canonica ſit alimentandus.

57 Amplia,quia nedum pater, ſed etiam filij legitimi poſt mortem patris tenentur alere de bonis paternis fratrem baſtardum.Bald.conſ.232. Fœmina regulariter,circa fi.lib.3.Fulgoſ. conſ. 228. numer.3.

58 Extende in tantum,quod pro alimentis baſtardus poteſt conuenire vnum hęredem de pluribus. Bal.d.conſ.232.circa fin.lib.3,vide Bald.quia dubito,quod hoc non dicat.

59 Contrarium tenet Roma.conſ. 189.Stante primo quæſito,nu.2.vbi quod hęredes pro hęreditarijs portionibus conueniuntur,non autem legatarij,niſi in ſubſidium.

60 Declara,quia ſi pro alimentis competit hypotheca contra defunctum,poteſt alimentandus conuenire vnum ex pluribus hęredibus ad ſuã electionem.Signorol.conſ.42. Amplius non repeto, nu. 1.& num.5.

Vide Concluſionem proximam prędecedentem, nu.33.& ſeq.

61 Extende,quia etiam in foro ſæculari ſeruatur ius Canonicum hoc caſu, in quo agitur de naturali ęquitate,& de peccato. Deci.in c. Eccleſiæ S. Mariæ,nu.112.& ſeq.de conſtit. Areti. inſtit. de
* iur.natural.gent.& ciuil.nu.5.& ſeq. & eſt * communis opinio,vt dicit Deci.in c.Clerici,nu. 4. de
* iudi.vbi apoſtil. & * communem dicit Iaſ. conſ. 26.nu.4.lib.1.& totum mundum ita ſeruare. Gabriel.conſ.25.nu.13.lib.1.

Vide plenius per Anton. Gabriel. lib.6.tit. de Aliment.Concluſ.1.Spurius an de ęquitate canonica,nu.2.ver.contrarium.

62 Extende,quia habet locum etiam in ſpurijs nepharijs,& incæſtuoſis.Crauet.conſ.219. in fi. vbi pro vtraq.parte allegat, & dicit veriorem.

63 Contrarium apoſtil.ad Deci.d.c. eccleſia S.Mariæ,num.112.In ver. ſeculari, de conſtit. & male.

64 Amplia quia pater tenetur alere filium adoptiuum,& licet ſit controuerſa opinio, tamen Rota Florentina tenet affirmatiuam 27. Maij 1570. eſt verum,quod etiam mouetur ex promiſſione facta,ſed tamen dicit quod iſta eſt tutior, quia in dubio pro pia cauſa,& pro alimentis,quę ſunt fauorabilia,eſt pronunciandum.

65 Contrarium, quia pater non tenetur alere filium adoptiuum.Menoch. tract. de præſump. lib. 1.quæſt.35.n.26.vbi alios allegat.

66 Amplia, quia mater tenetur alere filium inopem ſi poteſt alere,& poteſt compelli officio iudicis,& tenetur neceſſitate prędicta,quia compellitur,& neceſſitate cauſatiua,quia alias priuatur ſucceſſione filij.Caſtrenſ.conſ. 436.Ad confirmationem.num.3.lib.1.vbi,n.4.idem dicit in fratre, qui tenetur alimentare fratrem,& ſororem ex eodem patre,& è conuerſo.

Vide infra.Alimenta præſtita ab obligato quãdo repetantur,vel non.Concluſ.302.

68 Extende etiam ſtante patre inope,ad quem ſpectat ius alendi, quia ſi mater eſt diues, ipſa tenetur alere filios.l.penul. ff. de liber. agnoſcend. tex.in §.illud,auth.vt matri,& auiæ.Bart.in l.alimenta.C.de negoc.geſt.

69 Extende,quia in caſibus,in quibus mater diues tenetur alere ob inopiam mariti (licet proteſtetur)nihil repetit, quia in ijs,quæ ſunt ex neceſſitate legis,proteſtatio non releuat. Bal.in l.negocia.C.de negoc.geſt.

70 Extende, vt procedat etiam ſi ſit controuerſia inter matrem,& fratrem puellę inopem,quia magis ſpectat ad matrem, quam fratrem onus alimentandi.l.ſi quis à liberis.verſ.ergo,& matrem. ff.de liber.agnoſcend.Alexan.in l.1.col.5.ff.ſolut. matrim.Bartol.d.l.ſi quis à liberis.§.item reſcriptum,ſequitur Alex.in l.alimenta.C. de negocijs geſt.Io.Andr.in addit.ad Specul.rubr.de ſtat. Monach.in fin.rubr. vbi quod filia prius à parentibus ſi extant ali deberet,quam à fratre.Bar.in l. non quemadmodum.ff.de liber.agnoſc.Soc.conſ. 161.pro deciſione.col.1.vol.2.& hæc eſt communis * opinio.

71 Extende,vt nedum mater,ſed auia materna, & aſcendentes, magis obligentur ad alimenta deſcendentium,quam fratres tranſuerſales.Socin.d. conſ.161. col.1.lib.2. Bart.in l.pennl.ff. de liber. agnoſcen.infra num.83.

72 Extende,quia in caſibus, in quibus mater obligatur ad alimenta filij tenetur nedum alere eum circa cibaria, & veſtiaria, & habitationem, ſed etiam eius vxorem.gl.& Bar.in l.ſi quis a liberis.

§. ſi vel parens.ff.de liber. agnoſcend.& iuxta facultates matris, Iudex illa decernere,& declarare debet.

73 Extende, quia nedum tenetur mater alere filium legitimum, ſed etiam ſpurium, & præſtita alimenta non repetit, maxime quando ad modicum tempus præſtitit. Caſſan. conſ.40.colum.fin. Calcan. conſ.60.colum.3. Gabriel.tit.de aliment. concluſ. 1.num.33.

74 Extende etiam, quod mater poteſt alienare dotem pro educatione,& alimentatione filiorum. Caſtrenſ.conſ.436.in princ.lib.1.

75 Extende,quia mater tenetur alere filium,vel filios,maxime durante triennio, quia educatio eſt lactatio. Bart.& Bald.l.alimenta. C.de neg. geſt. Abb.in c.ex litteris,de conuerſ.infidelium.

76 Reſtringe,quando mater non haberet lac, vel mãmillę eſſent ſine capizolis,& lac ſugeri non poſſet. Bald.d. l.alimenta.C.de negoc.geſt. Abb.d.c. ex litteris,de conuerſ. infidel. Angel. in l. ſi competenti.C.de alen.liber.& part.

77 Reſtringe, quia poteſt non teneri etiam infra triennium ex cauſa à Iudice approbata.Innoc. & alij d.c.ex litteris,de conuerſ.infidel.

78 Reſtringe,quando mater, & auia non haberent ſufficientes redditus ad alimenta, quia non compelluntur, ſi non poſſunt. l.competens.C.de alen. liber.d.l.ſi quis à liberis, in fine, & Bart. ibi in §.ſi mater. ff. de liber. agnoſcend. Bald. in l.præſes. C.de ſeruit.& aqua, vbi Salycet.Barbat.conſ. 53.col.3.vol.2.

79 Reſtringe, quia mater nobilis,quam non decet lactare filium,non obligatur etiam infra trienniũ ſed pater.Bal.in l.pen.C.de patr.poteſt. & in l.alimenta.C.de negoc.geſt.Ang.in l. ſi competenti.C. de alend.liber. & part.Corne.conſ.165. Viſo,in fi. lib.4.vbi extendit ſiue viuo, ſiue mortuo marito, & vide Signorol.con.43.In quæſtionibus miſſis.n. 2.verſ.item vtrum,vbi quod non tenetur in triennio, quando pater eſt diues, & ſoluendo, ſed ſolum mater tenetur in ſubſidium.

80 Amplia in auo, quia tenetur alere nepotem inopem.Socin.conſ.161.Pro deciſione,in prin.lib. 2.quod intellige niſi adſit pater diues, vt ſupra n. 51.& ſeq.& infra n.82.& ſeq. Bart.in l.penul.ff.de liber. agnoſcend.

81 Extende,vt procedat etiam ſi nepos habeat vnde poſſit ali ex venditione proprietatis, quia licet exoneretur pater, & auus, in quantum de ſuo filius,& nepos poteſt ali ex redditibus, tamen abinde ſupra ſecus eſt, quia tenetur pater, & auus diues. Decius in l. diuus.ff.de regul.iur.Bal. in l.fin.§.filijs.ff.de bon.quę liber.

82 Reſtringo, quando extat pater,& aus, quia potius onus ſpectat ad patrem,quam ad auum. Socin.conſ.161.num.1.lib.2.

83 Amplia nedum in auo, ſed etiam in auia. nedum paternis, ſed etiam maternis. Socin. dicto conſilio 161. Pro deciſione, in princip. libro 2. vbi, quod auus tenetur in ſubſidium, quando pater non habet modum, & idem dicit Barbat. conſilio 81. num.15. lib. 3. vbi, quod valet argumentum de alimentis ad dotem, & è conuerſo. Socin. in l.1.ff.ſolut. matrim.numero 42.& 46. & late Bartoſi in l. penuleim. ff. de liber. agnoſcen. vbi quod omnes aſcendentes iure naturali obligantur ad alimenta deſcendentium in ſubſidium.

84 Amplia, quia filius tenetur alere patrem. Bart.in tractat.de alimen. numero 8. verſ.item filius, quando filius eſt diues, & pater inops. Oldrad. conſilio 27. Thema tale eſt vacante, vbi, quod etiam vice verſa pater tenetur alere filium, & procedit etiam in Monaſterio, quia tenetur alere Abbatem à ſe poſtulatum.

85 Extende in tantum, quod filius etiam emancipatus denegans alimenta patri, reuocatur in patriam poteſtatem. Bartol. in tractatu de aliment. numero 9. verſ. quæro circa hoc, vbi,quod denegatio alimentorum patri dicitur atrox iniuria, per quam poſſet exhęredari, ſicuti, ſi pater denegat filio, amittit patriam poteſtatem, ſupra numer.5.

86 Extende, quod dicitur de filio circa patrem, procedit in nepote circa auum. Bart.tract. de aliment.n.8.& ſeq.

87 Extende, quia filius tenetur alere patrem, ſi tamen plures ſunt filij,omnes tenentur ſi poſſunt, & qui præſtitit alimenta patri, repetit ratam à fratribus, etiam ſi non ſit proteſtatus, quia pro rata ab alijs debita ceſſat officium Charitatis. Bart.Caſtrenſ.& alij in l. Neſennius. ff. de negoc. geſt.

88 Extende, quia filius tenetur alere matrem inopem præſtantem operas obſequiales argumento. d. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſcend. Bartol. in l. Scia. §. Gaio. ff. de alimen. & cibar. legat.

89 Extende, quia filia tenetur alere matrem, & auiam inopes etiam ex bonis datis viro pro dote. l. filię. C. de adoptio. vbi Bald. qui dicit id eſſe ex ratione naturali debitum, quia alimenta ſunt fauorabilia. Bal. conſ. 50. Viſo teſtamento. num. 6. lib.5. qui licet loquatur in matre, tamen idem erit in filia, quia correlatiui ſunt ex identitate rationis; aliquid Anchar.conſ. 150.In quæſtione, quæ vertitur. 1. & 2. columna, & quia dos tranſit cum ſua cauſa, & competit hypotheca.

90 Extende etiam in filio pupillo, quia ſi tutor præſtitit alimenta illius matri inopi, ad quę tenetur.pupillus, excuſatur, & debent fieri bona.

Vide.Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concluſ.296.

91 Declara, dummodo mater non ſit diues, vel ſi poſſet ſe alere. l.1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. diſtraben. vbi tutor debet ſibi imputare expenſas præſtitas pro alimentanda matre pupilli, ſi pupillus non tenetur, niſi ſit inops, & probatur declaratio à ſufficienti partium enumeratione, quia officio Iudicis non debentur, niſi quando non habet, vnde ſe alat. d.l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſcend. Dec.auth. præterea. C.vnde vir,& vxor;aut tanquam heres mariti, qui tenetur alere vxorem, & ſi habet vnde ſe alat non tenetur. l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio.diſtrahend. aut poſt dotis reſtitutionem, & non tenetur.l.vnica.§. exactio. C. de rei vxor. actio. & ibi per Salycet. aut antequam fiat reſtitutio, & debentur alimenta; tamen tenetur operari ad commodum heredis, non habita extimatione ad mercedem,prout ſi extraneo ſit operata, ſed in quantum pupillus effectus eſt locupletior. Cuman. conſ. 87. & ſupra n.47. & ideo poſſunt diſtingui infraſcripti caſus.

92 Primus caſus eſt,quia pupillus non tenetur ad alimenta matris, ſi ea habet vnde ſe poſſit alere.

l. si quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoscen. & ibi Bartol.

93 Secundus quia idem est si dicamus teneri pupillum tanquam hæredem patris, & mariti respectiue. l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & rationib. distrahen.

94 Tertius casus est an pupillus teneatur ad alimenta matris, & pro eo tutor ante restitutionem dotis, vel post, an infra annum, vel post, & distinguitur per Doctor. * in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & ibi Salycet.

95 Quartus casus est si mater alimenta petit, vt tutrix, & non debetur ei salarium, neque alimenta, nisi à Iudice decernantur. l. à tutoribus. ff. de administr. tutor. vel nisi non posset aliunde ali. l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ration. distrahen.

96 Quintus casus est, si petit alimenta, & debentur, ipsa tenetur præstare pupillo operas obsequiales, prout tenebatur marito. Alexand. cons. 123. Vere crudelis, quod est antepenul. lib. 4. vbi quod intelligitur, quod mulier debet operas obsequiales præstare, prout facere lectum, & similia, non autem operas fabriles, quia mulier ex istis acquirit sibi.

97 Sextus casus est, quando operæ sunt præstitæ tutori per pupillos, vel matrem, & ipse tutor petit alimenta præstita, tunc operę seruiles, & artificiales cum alimentis compensantur. Cuman. cons. 84. In casu præmisso, in fin. & concordat Fulgos. cons. 211. Corn. cons. 265. Circa primum. nu. 18. ver. restat vt ad quintum. lib. 1. vbi extendit ad omnem personam repetentem alimenta pręstita, vt compenset operas præstitas.

98 Restringe, quia filij ex primo matrimonio non tenentur alere matrem in secundo matrimonio penes maritum secundum existentem, quia maritus, qui operas obsequiales recipit ab vxore tenetur eam alere, non filij. Bar. cons. 128. Franciscus habuit, in princ. lib. 1. quod duplicatur. lib. 2. cons. 84.

99 Restringe, vt procedat etiam si mater petat alimenta, & vsuras suæ dotis, quæ est penes filios primi matrimonij, quia c. salubriter, de vsur. non habet locum quando mulier petit vsuras, tanquã pro dote, sed solum quando petuntur à marito, tanquam onera matrimonij ab eo, qui promisit dotem, vnde cum filij non promiserint, non tenentur, & licet sit opinio controuersa inter Legistas, & Canonistas, tamen in materia vsurarum standum est Canonistis. Bar. d. cons. 128. Franciscus habuit, circa med. ver. aut petuntur, vsq; in fi. lib. 1. vbi apostill. in ver. vsura, dat concord. & duplicatur cons. Bar. lib. 2. cons. 84. vbi apostil. in vers. tanquam vsura, dat concordantes.

Vide. Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concl. 741.

100 Contrarium, quod imo marito propter onera debeatur interesse ob cessatam solutionem dotis, & quod licet aliqui intelligant. cap. salubriter, de vsur. in fructibus, qui percipiũtur iudicio Dei, tamen Io. Calder. tenet contrarium, quod fructus dotis debeantur propter onera, ita Dionysius de Perusio inter consilia Bart. lib. 2. cons. 85. Ad primum dico.

101 Amplia, quia frater dives data inopia parentum tenetur alere sororem inopem, nedum ex vtroque parente, sed etiam ex altero tantum.

Fulgos. cons. 227. Antonius de Morando, col. 2. ver. & dato sine prȩiudicio veritatis, vbi dicit * communem. Castren. cons. 436. Ad confirmationem. n. 4. lib. 1. quod hoc admittit, si ex eod. patre.

102 Extende, quia tenetur ex persona sua alere fratrem inopem etiam male merentem versus patrem. Bald. consil. 103. Præmissis verbis. lib. 5. vbi dat cautelam, quod licet filius sit prohibitus sub pœna aliquid dare alteri filio exhæredato, tamen poterit via iuris compelli ad dandum alimenta sine pœna, quia prohibitio in hoc non valet.

103 Extende, quia frater dives tenetur dotare sororem inopem, non habentem aliunde, vnde se dotet, quia fauorabilior est causa dotis, quam alimentorum. Fulgos. dicto consil. 228. num. 4. sequitur Ias. in l. 1. num. 29. & seq. ff. solut. matrim. vbi quod nullus discrepat ab hac opinione, quam etiam plene tenet Bald. Nouell. de dote, in principio in sexta parte priuil. 16. verficul. in fratre autem.

104 Extende, quia frater tenetur alere sororem inopem. l qui filium. ff. vbi pupill. educ. debean.

105 Et idē est in fratre pupillo, quia tutor illius tenetur alere sororem pupilli, & potest excipere, & compensare cum pupillo, vel habente causam ab eo. Alex. cons. 54. Circa id. n. 6. & seq. ver. secundo principaliter. lib. 1.

106 Extende, quia etiam tenetur dotare si est frater ex parte patris, secus si ex alio patre licet ex eadem matre. l. cum plures. §. cum tutor, & ibi gl. ff. de admin. tutor.

107 Extende, quia fratres diuites ex eodem patre, tenentur alere sorores inopes ex eodem patre natę secundum dignitatem personarum, & facultates patrimonij. Fulgos. cons. 228. Antonius de Morando. col. penul. vers. illud receptum est, vbi * quod est communis * opinio.

108 Extende in tantum fratrem diuitem tenere alere sororem, vt non dicatur exercere liberalitatem alimentando, sed debitum soluere. glos. in l. prima. §. nonnullis. ff. de tutel. & ration. distrahen.

109 Extende, vt id, quod dicitur de fratre, habeat locum in sorore diuite, quæ obligatur alimentare fratrem, vel sororem inopes. Castren. cons. 436. num. 3. lib. 1.

110 Restringe, quia si pater, vel frater laborant inopia, non tenentur alere filium, vel fratrem, aut sororem, quia prima charitas incipit à se ipso. Decian. cons. 111. in fi. lib. 3. & sup. nu. 17. & 18.

111 Restringe, quia frater non tenetur alere fratres, si facultates non suppetunt. Corn. cons. 128. Circa hanc consultationem, in fin. lib. 3. quia tenentur in subsidium. l. complures. §. cum tutor. & l. tutor secundum dignitatem. §. fi. ff. de administ. tutor. Bal. cons. 103. Prȩmissis verbis. lib. 5.

112 Restringe, nisi essent proximiores, puta, pater, auus, mater, auia, & similes volentes alimentare. apostill. ad Bar. tract. de alimen. nu. 15. vers. an frater, vbi limitat multis modis.

113 Amplia, quia frater hæres patris ex persona patris tenetur alere sororem ex eodem patre, aliunde non habentem. Fulgos. cons. 228. n. 3. ver. præterea non hęsitandum. Abb. cons. 12. in 3. & 7. dubio. lib. 1. & infra num. 131.

114 Extende, quia imo quando tenetur dotare ex bonis paternis, prout Florētię ex statuto, tenetur

etiam alere, habito reſpectu ad dotem. Crauett. conſ. 189. num. 9.

115 Extende in tantum, vt non poſſit filius hæres repudiare hereditatem, & velle habere feuda, ne teneatur ad alimenta. Fulgoſ. d. conſ. 228. num. 3. ver. filius porro non poteſt.

116 Extendit Abb. conſ. 12. vt clare col. pen. ver. ſeptimũ dubium. li. 1. vbi quod filius primogenitus, qui habet feuda dignitatis ex primogenitura, tenetur alere fratres, & ſororem, & dotare tanquam primogenitus, ſucceſſor patri, & tanquam frater diues.

117 Extende, quia frater hæres patris tenetur alere fratrem naturalem ex eodem patre, prout teneretur pater. Fulgoſ. d. conſ. 228. num. 3. ver. quinimo fratres.

118 Idem eſt in fratre baſtardo, quem frater hæres patris tenetur alere. Bald. conſilio 232. circa fin. lib. 3.

119 Extende, quia hæres tenetur alere etiam filios naturales, vel baſtardos etiam ſpurios, quos defunctus alere tenebatur. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum, & ibi Bar. ff. de liber. agnoſcen. Rom. conſ. 189. Stante primo quæſito, in princ. Fulgoſ. conſ. 228. num. 3. plene Matheſ. ſingul. 147. vbi apoſtill.

120 Extende, quia fiſcus ſuccedens tenetur alere filium eius, cuius bona confiſcauit, etiam ſpurium, plene apoſtill. ad Matheſil. d. ſingul. 147. nota, quod iſtud onus.

121 Amplia etiam ſi extet ſtatutum, quod filij maſculi ſuccedant excluſis fœminis. Fulgoſ. d. conſ. 228. in fin. vbi quod tenentur maſculi ad dotem, & alimenta Bald. Nouell. de dot. in 6. par. priuil. 16. verſus fœminas excluſas.

122 Idem eſt quando ſuccedunt frater, vel patruus ex ſtatuto excluſa filia, quia tenentur alere filiam magis, quam pater, quia filiæ competit actio ex ſtatuto. Neguſ. de pignor. in quarto membr. 2. parte. num. 47. & num. 53. poſt Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matrim.

123 Idem eſt in alio agnato remotiori vocato à ſtatuto, excluſis filiabus, quia tenetur illas dotare, & alimentare. Fulgoſ. conſil. 228. num. 5. Bald. dicto priuil. 6. in 6. par. de dot. verſ. in fratre autem.

124 Extende generaliter, quia hœres quicunque tenetur ad alimenta, ad quæ tenebatur defunctus. Roman. conſilio 189. Stante primo quœſito, in principio.

125 Amplia, quia vaſſallus tenetur alere Dominum. Bart. tract. de aliment. num. 45. ver. quœro an vaſſallus.

126 Amplia, quia tutor tenetur alere pupillum, alias eſſet legitima cauſa remouendi eum. Bart. d. tract. de aliment. nu. 46. verſ. quero tutor.

127 Extende, quia tutor tenetur alere pupilli matrem, & ſororem egentes. Bald. d. tract. de alimen. numero 5.

128 Extende in caſu conuerſo, quia tutor pauper ſi non habet vnde ſe alat, debet ali ex bonis pupilli. Bar. d. tract. alim. in fi. num. 51.

129 Amplia in marito, quia tenetur alere vxorem & appellatione alimentorum veniunt indumenta. Bald. conſilio 464. Quædam ſunt, in fine, libro 5. l. pro oneribus. C. de iur. dot. cap. ſalubrirer, de vſur.

130 Extende, quia maritus tenetur etiam ad alimenta præterita, ſi vxor contraxiſſet debita pro ſe alenda in abſentia viri. Alex. & Iaſ. in l. de aliment. C. de tranſact.

131 Extende, quia etiam hæres mariti tenetur alere vxorem, quæ non petijt dotes ſuas, tam de iure, quam de generali conſuetudine Orbis. Abb. & alij in c. ſalubriter de vſur. Alex. conſ 63. Stantibus. col. 3. ver. inſuper. lib. 4. Grat. conſ. 29 lib. 1. Franc. Curt. in cap. fin. de conſuet. in 6. vbi atteſtatur de cõmuni * conſuetudine, & obſeruantia, ſupra num. 113.

132 Extende, quia maritus tenetur alere vxorem, etiam ſi nullam dotem dederit. Alexan. conſ. 7 nu. 2. lib. 2 l. quod ſi nulla. ff. de religioſ. & ſump. funer. & ibi Bart. poſt Cyn. l. ſi conſtante. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. auth. quib. mod nat. effic. legit. §. quoniam autem, cum adductis per Roman conſ. 517. In caſu propoſitę conſultationis, in princip. & ibi apoſtill. in ver. cogitur, quę dat plures concord. & loquitur quando non eſt promiſſa dos aliqua, quia tunc cogitur alere, & non poteſt expellere, quia non dotibus, ſed affectu matrimonia contrahuntur. Guidopap. deciſ. 439. an vir. vbi dicit ita vidiſſe iudicatum in contradictorio iudicio, quia maritus tenetur alere vxorem, non propter dotem, ſed quia ipſa ſtat in ſeruitio viri, & inſeruit oneribus matrimonij, vt dicit Abb. conſ. 39. Videtur. num. 4. lib. 2. ſequitur Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſequiſſimo. num. 8. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi donaturus. §. ſi quis, in princip. ff. de cond. cauſ. dat. vbi Iaſ. num. 3. qui hoc dicit maxime, ſi eſt inops vxor, & quod teneatur alere indotatam vxorem. Alex. conſil. 48. Viſo. nu. 2. lib. 3.

133 Extende, quia maritus tenetur alere vxorem, etiam ſine dote quando operatur viro. Bart. in tract. de aliment. n. 48. ver. quæro an maritus, vbi apoſtill. in ver. nullam.

134 Extende, quia imo vxor nupta ſine dote debet ali ab heredibus mariti, licet non fuerit tradita, neque cognita, ad inſtar filiæ. Roma. d. conſ. 517. num. 2. aliegat text. quem dicit optimum in l. penul. ff. vt in poſſeſſ. legat. vbi apoſtill. in verb. optimus, dat concordantes. Ferrett. conſ. 34. In preſenti. num. 17.

135 Extende, quia etiam tenetur maritus ad expenſas funeris vxoris defunctæ, licet nullam dotem habeat. l. quod ſi nulla. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Roman. dicto conſilio 517. numer. 2. verſic. ad idem.

136 Extende, quia ſiue vxor dotem non promiſerit, ſiue etiã promiſerit & ſoluit, ſed nõ ſufficit pro alimentis, tamen maritus eam tenetur alimentare. Roman. dicto conſilio 517. num. 2. col. 2. in principio. verſic. ſin autem non repellit, quia ſi ea in ſeruitio ſtat propter obſequia, quæ præſtat, debet ali.

137 Extende, vt idem ſit ſi non ſtat in ſeruitio mariti ſine culpa ſua, ſed culpa mariti, puta, propter ſæuitiam, vel alias, quia adhuc tenetur illam alere, ſicut ſi eſſet in ſeruitio mariti. Roman. conſil. 517. col. 2. verſ. & idem eſt ſi non ſit. vbi apoſtill. in verb. culpa, dat plures concordantes, maxime Guidopap. deciſ. 439. An vir teneatur. num. 6. Ferrett. conſ. 34. num. 18. Bart. tract. de alimen. num. 48.

138 Extende in tantum, maritum teneri alimentare vxorem ſine dote, vt non repetat alimenta præ-

ſtita

sita vllo prætextu. Alex. conſ. 48. Viſo ſtatuto, n. 3. ver. nec maritus lib. 3.

139 Extende in caſu conuerſo, quia vxor tenetur alere maritum inopem. Bar. d. tract. alimen. quæſt. 49. ver. quæro quid è contra.

140 Extende in caſu contrario, quia vxor diues tenetur alere maritum, maxime ſi eſt in neceſſitate, quia ſunt ſocij diuinæ, & humanæ domus, & vna caro. Bal. conſ. 464. per totum, lib. 5.

141 Declara, quia ſi maritus culpa ſua inciderit in neceſſitatem, puta, ob maleficium, quia vxor non tenetur eum alere. Bal. ſub ver. forte, conſ. 464. n. 2. lib 5.

142 Extende, quia in tantum maritus tenetur alere uxorem, ut licet fuerit alimẽtata à patre uxoris, tamen pater repetat à marito. Bal. in l. quod in uxore, C. de negoc. geſt. uer. quæro ſi pater. Corne. conſ. 145. In hac conſultatione, lib. 2.

143 Declara, quia exceptio mariti, vt teneatur inquãtũ facere poteſt, & ne ipſe egeat intelligitur, niſi haberet exercitiũ, quia tunc de exercitio viuere debet. Angel. Aretin. conſ. 95. in caſu, nu. 15. ver. & eodem modo, vbi in fin. quod ſi non vult operari, eidem imputatur.

144 Extende, quia id quod dicitur de marito, procedit etiam in ſocero patre mariti, quia ſi ipſe recepit dotem, tenetur ad alimenta nurus principaliter, & maritus ſecundario. l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrim. vbi Angel. qui dicit, quod ſemper ſpectanda eſt perſona, cui dos fuit ſoluta. l. ſi is qui ſtycum, §. ibi dos, ff. de iur. dot. vbi dicitur, quod vbi eſt dos, ibi onera matrimonij eſſe debent, & ita Bal. Nouell. de dot. in 7. par. in ſecundo priuil.

145 Contrarium in ſocero nobili, qui pręſtitit alimenta genero, vt non repetat, gloſ. in l. vxori ſuæ, §. ſi. in gloſ. ſi. ff. de legat. 3. quia nobilis pręſumitur donare alimenta.

146 Declara, quia ſi filius eſt in poteſtate patris, ſemper pater tenetur alere filium, & vxorem filij, & ſic nurum, Bart. in tract. de aliment. col. 2. Bald. Nouell. de dot. in 7. quæſtio. princip. priuil. 34. ſecus ſi filius eſt emancipatus, quia tunc non tenetur pater alere nurum, niſi ipſe habeat dotem, vt ſupra.

147 Extende etiam, ſi vxor ſeorſum à marito habitat culpa mariti, quia poteſt etiam repetere dotem. Cunſan. conſilio 175. Domina Andreola.

Vide. Vxor qualiter ali debeat extra domum, mariti. Concluſ. 397.

148 Declara, quia vxor vbicunque maritus acriter eam verberat, licite aufugere poteſt, & debet alimentari extra domum à marito, ſumptibus mariti, ſi vero mulier recederet ſua culpa, ſecùs eſt; in dubio autem, quando non conſtat cuius culpa receſſerit, debet alere maritus ſecundum quantitatem dotis, Guidop. dec. 439. & conſ. 127. Soci. conſ. 286. viſa proteſtatione, lib. 2. vbi quod pater non repetit à marito alimenta pręſtita filiæ dum ſtetit ſeorſum à marito ſine culpa, & quid ſi fuit infirma, ibi late. & conſ. 64. in præſenti conſultatione, col. 1. lib. 4. & infra num. 153. & 158. & ſequen.

149 Extende, vt hæres mariti teneatur, quando non habet aliunde vxor, vnde ſe alere poſſit.

Vide. Alimenta quando debeantur vxori defuncti. concluſ. 196.

150 Reſtringe, ſi dos fuit promiſſa, & non ſoluta, quia non tenetur alere. Cyn. & Bart. in l. quod in vxore, C. de negoc. geſt. in fin. Guidop. deciſ. 439. vbi quod ita vidit iudicare, & extat dec. Cappell. Toloſ. 77. vbi apoſtil.

151 Declara, quando non eſſet ſoluta propter inopiam. Alex. in l. ſi donaturus, §. 1. ff. de condit. ob cauſ. Guidop. conſ. 127.

152 Reſtringe, quando maritus eſt inops, & fructus dotis non ſufficiunt ad alendam vxorem, ſi vxor eſt diues ipſa tunc tenetur alere maritum inopẽ, Specul. in tit. qui fil. ſint legiti. §. 1. ver. quid ſi mulier diues. Bar. in l. ſi cum dotem, §. ſi autem, ff. ſolut. matrim. & in tract. de alimen. Bal. in l. quod in vxorem, & in l. ſi ſtipulata, ff. de donat. inter vir. & vxor.

153 Reſtringe, quando vxor abſque culpa viri habitat ſeorſum à viro, vel contemplatione patris abeſt à marito, nedum non tenetur maritus ad alimenta, ſed neque ad præſtita à quocunq. habita. Socin conſ. 186. Viſa proteſtatione, lib. 2. in prin. Specul. in tit. qui fil. ſin. legit. ver. quid ſi viro abſente, allegat l. ſi cum dotem. §. ſi. vero dotem, ff. ſolut. Matrim. vbi patet, quod vxor cum viro, & eius familia debet permanere, etiam ſi vir eſſet peruerſus, quia cum minori incommodo alitur in domo viri, quam extra. Caſtrenſ. conſ. 76. Ad confirmationem, lib. 1. vbi idem dicit in profeſſo expulſo ex monaſterio tanquam inutilis, nam ali debet à patre, non a monaſterio, quia cauſa naturalis in patre præfertur accidentali, quæ ceſſat, & clarius Socin. conſ. 64. lib. 4. per totum.

154 Reſtringe, quando commiſit vxor adulterium, de quo

Vide, in ver, Adultera mulier, ſupra Concluſio. 227.

155 Reſtringe, quando fuiſſet alimentata a genero, vel alijs conſanguineis, cum eſſet pauper, & maritus abſens, quia non tenetur maritus, quia cenſentur alimenta donata intuitu pietatis. Alex. conſ. 110. videtur, li. 7. Dec. conſ. 68. in caſu, n. 6. Crau. conſ. 86. nu. 2. màxime quando operata eſt in domo alimentantis, quia fit compenſatio, gloſ. in l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodat. quod credo verũ ſtantibus operibus præſtitis, alias non.

156 Reſtringe lapſo anno, & quando ab alio fuiſſet alimentata. Caſtrenſ in l. diuortio, num. 6. ff. ſolut. matrim. vbi dicit menti tenendum, quia quotidie occurrit, ſequitur Alexand. conſ. 72. num. 12. lib 5.

157 Reſtringe, quando dotem promiſſam non ſoluit, quia poteſt compelli per maritum.

Vide. Maritus, ex quibus cauſis poſſit expellere vxorem. Concluſ. 100.

158 Reſtringe, quando vxor non ſtetit cum marito culpa vxoris, puta, quia non ſoluit dotem promiſſam, & maritus eam non voluit penes ſe. Roman d. conſ. 517. col. 2. circa med. verſ. aut non eſt in ſeruitio, vbi apoſtill. in ver. non vult, extendit vt idem ſit, quando ex alia culpa vxoris, & dicit * communem, allegat Gratum conſil. 57. Viſa, in fin. lib. 1. ſequitur Riminald. Iun. conſ. * 224. in fin. vbi dicit * communem, reprobando Clar. in §. adulterium, numer. 17, dum dixit * * communem eſſe in contrarium.

159 Declara, quia ſi mulier non ſtat in ſeruitio mariti ſine culpa ſua, & mariti; tunc maritus tenetur

eam

eam alimentare pro modo, & quantitate dotis non vltra, quia dos debet inſeruire pro oneribus, & hoc ſi mulier poteſt aliunde ſe alere; ſi vero non poteſt aliunde ſe alere, officium mariti eſt ſupplere. Rom.d.conſ.517. col.2. poſt med. verſ. aut neutrius.

Vide. Maritus tenetur ad expenſas. Concluſ. 94.num.7. & ſeq.

Vide. Vxor qualiter ali debeat extra domum mariti. Concluſ.397.

160 Amplia, quia cuilibet nobis inſeruienti, & præſtanti operas obſequiales tenemur ad alimenta, quia omnis labor optat præmium. gloſ. in cap. Charitatem 12.quæſt. 2. & gloſ. in cap. omnis Chriſtianus, de conſecr. diſtinct. 1. quæ voluit presbyterum poſſe denegare parochianis diuina officia, niſi ſibi dentur oblationes. Dec. in cap. cum inter, extra de exceptio. gloſ. in l. ſi paterno. C. de negoc. geſt. vbi Bart. ibi. in ſeruitio ſtabunt, & quando operę ſunt coæquales alimentis fit compenſatio. Corne. conſ. 165. in fin. lib. 1. Ruin. conſ. 94. num. 7. libro 5. pleniſſime Roman. conſ. 440. Non eſt dubium, in princip. vbi prima apoſtilla, dat concord.

161 Declara, quia omnis, qui promittit operas ſuas alteri ex curialitate, debet ab eo, cui promittit habere alimenta, ſeu expenſas, ſi vero promittit operas in compenſationem alterius obligationis debet operari ſumptibus ſuis. Roman. conſ. 346. In hac cauſa, num. 15. verſ. quoad ✱ ſeptimum, vbi dicit ✱ communem.

162 Extende in hoſpitalario, qui inſeruit hoſpitali, quia debet habere alimenta ab hoſpitali. Rom. conſ. 440. Non eſt dubium, vbi quod venit veſtitus appellatione alimentorum.

163 Extende in eo, qui Eccleſiæ, & altari ſeruit, quia debet ab Eccleſia, & altari habere alimenta, Roman. dicto conſil. 440. num. 3. verſ. ſecundo quia, vbi apoſtill. in ver. viuere, vbi idem dicit in eo, qui Euangelium enunciat, quia debet alij ex Euangelio, allegat Marſil. ſingul. 682. Scribitur.

Vide infra. Alimenta præſtita ab obligato. Concluſ. 302. num. 27. & ſeq. vbi declaratur.

164 Extende è conuerſo, quod omnis, qui recipit alimenta beneficio legis, tenetur præſtare operas obſequiales, ſecundum qualitatem perſonæ ſuæ, ei qui præſtat alimenta. Barbat. conſ. 63. col. 4. lib. 3. quia non debet ſtare tanquam corpus mortuum. Corne. conſ. 184. Super hoc, col. fin. lib. 3. ſecus ſi alimenta debentur ex legato. Bart. in l. legato. §. imperator. ff. de alim. & cibar. legat.

Vide. Alimentandus. Concluſione proxima ſequen.

Intelligas, niſi eſſet dedecus operari. ſupra nu. 13. & 14. ver. Declara.

165 Extende, vt multo magis procedat in muliere recepta in domo conſanguineorum, quia ſi fuit alimentata, & ipſa operas præſtitit, fit hinc inde compenſatio, quia vbi quis ſeruit, ibi gratis ali debet. l. in rebus. §. poſſunt, vbi gloſ. ff. cõmod. l. item ſi ſerui, in fi. ff. de ędil. edict. Bald. in l. fin. n. 8. C. de indict. viduit. tollen.

166 Et idem eſt in ſorore, quæ præſtitit operas fratri, quia vel cenſentur donata alimenta à fratre, vel ſaltem pro operibus præſtitis. Bart. & Bald. in l. ſi paterno affectu. C. de negoc. geſt. Corn. conſil. 165. in fin. lib. 1. Ruin. conſ. 94. n. 7 lib. 5.

167 Amplia in magno amico, vel conſanguineo, quia modicæ impenſę alimentorum præſumuntur donatæ, ſecus ſi magnę eſſent. l. is, qui amicitia, & l. ex duobus. §. fin. ff. de negoc. geſt. quia amicus non leui amicitia æquiparatur conſanguineo. Iaſ. in l. quæ dotis. n. 75. ff. ſolut. matrim. Alciat. reg. 1. præſumpt. 28.

168 Extende etiam ſi alimenta ſint præſtita filio amici, quia non repetuntur. Alex. conſ. 110. Videtur. lib. 7. Deci. conſ. 268. In caſu. n. 6. Cranet. conſ. 86. Magiſter. num. 2.

Vide. Amicitia æquiparatur conſanguinitati. Concluſ. 326. num. 2. & ſeq.

169 Amplia, quia nedum alimenta prædicta, & in caſibus prędictis debentur, ſed etiam tertius, qui præſtitit alimenta ad credentiam filijs, vel nepotibus, legitimis, vel naturalibus, aut etiam ſpurijs, poteſt repetere dicta alimenta à patre, vel auo alimentati. Socin. d. conſ. 161. nu. 2. verſ. ex qua concluſione. lib. 2.

170 Extende, vt imo hæredes eius, qui præſtitit alimenta, poſsint illa repetere ab obligato illa præſtare. Socin. conſ. 161. num. 3. circa fin. ver. ex quibus. lib. 2.

171 Declara, quia id quod dicitur de alimentis, intelligitur de omnibus neceſſarijs ad vitam hominis, & comprehendi debent expenſæ magiſtri. Socin. d. conſ. 161. in fin. lib. 2.

172 Amplia, quia obligati alimentare, ad id tenentur de iure naturali, & gentium, & ideo ſicut pro exſoluendis debitis ciuilibus licita eſt alienatio, ita magis pro ſoluendis alimentis, quia alimentandi dicuntur iure naturę creditores. Caſtrenſ. dicto conſilio 436. num. 3. & per totum libro 1.

173 Amplia, quia omnes, qui tenentur alimentare, tenentur dotare, & redimere à captiuitate eadem neceſſitate præciſa, & cauſatiua, vt poſſint compelli officio Iudicis, & vt priuentur ſucceſſione alimentandorum, quia eadem pietas eſt in redemptione, quæ in alimentatione. Caſtrenſ. dicto conſilio 436. numero 3. vſque in fin. libro 1.

174 Et quod valeat argumentum de alimentis ad dotem, tenet Socin. in l. 1. num. 42. ff. ſolut. matrim. Barbat. conſ. 81. num. 15. lib. 3. licet idem Socin. d. l. 1. numero 49. reſtringat, vt procedat argumentum de alimentis ad dotem, quando non ſumus in parentibus, quia in eis non procedit argumentum.

175 Limita, quia patruus, & alij vltra fratres, neque ad alimenta, neque ad dotem tenentur, quando non ſuccedunt ex ſtatuto excluſa nepte, vel conſanguineo. Bald. Nouell. dicto tractatu de dot. in 6. par. priuil. 16. verſ. in fratre autem.

176 Limita, quia legatarij non tenentur ad alimenta, neque poſſunt moleſtari pro alimentis debitis. Rom. conſ. 189. in princ.

177 Reſtringe, niſi ſit legatarius vniuerſitatis. Roman. conſ. 189. n. 5. ver. primo niſi.

178 Reſtringe, niſi teſtator oneraſſet legatarium. Rom. d. conſ. 189. n. 6. verſ. ſecundo niſi.

179 Reſtringe, niſi hæreditas remaneret inanis, & non ſoluendo. Rom. d. conſ. 189. num. 7. ver. tertio niſi.

180 Reſtringe, niſi tractetur de ſupplemento legitimæ. Ro. d. con. 189. n. 8. ver. quarto niſi tractetur.

Reſtrin-

Digitized by Google

181 Reſtringe,niſi res ipſa obligata eſſet legatario legata,quia facta diſcuſſione tenebitur. Roma. d. conſ.189.nu. 9.ver.quinto niſi.

182 Declara hanc vltimam reſtrictionem de diſcuſſione procedere , niſi adeſſet præcarium pro eo, qui prętendit alimenta , quia donec durat , vel ſi durat poſt mortem,non requiritur diſcuſsio,alias ſecus . Roman. d. conſ. 189. in fin. vbi ſunt duæ apoſtillæ .

Vide . Præcarium , & conſtitutum , in quo differant. Concluſ.476.

183 Limita, quia in caſibus,in quibus pater, & alij tenentur ad alimenta , tenentur in domo , non extra domum.Socin. Iun.conſ.15.Viſa contingentia.numer.3.lib.2.Rimin.Iun. conſ. 132. per totum, maxime num.22.& ſequen.verſ.ſed eſto.Bal. conſilio 304. Quidam de Inſula. libro 4. per totum , maxime in fin. Alexand. conſ. 178. in fin. verſ. quinimo. lib. 6.

184 Reſtringe, quando is, qui tenetur alere , conſentiret,quod extra domum , quia per proprium conſenſum quiſque poteſt ſibi præiudicare.

185 Item ſi culpa ſua , quia forte denegaſſet alimenta in domo , vel eieciſſet de domo. Rimin.Iun.d. conſ. 132. in fin. verſ. non obſtant. Alexan.conſ. 178. in fin.num.7.

186 Declara, quia reſtrictiones procedunt, quando alimentandus probaſſet cauſam iuſtam. Alexand. conſ. 100. lib. 1. per totum , maxime n.2.& ſeq. vbi quod requiritur ſpecifica probatio.

Vide. Alimenta legata in domo teſtatoris qualiter debeantur, & an extra domum . Concluſione 297.

187 Limita , quia pater , & mater , & frater , & alij obligati alere filios ,filias , fratres , vel ſorores , ita demum obligantur , ſi poſſunt , alias ſi ſunt inopes , & laborant inopia , non tenentur , quia prima charitas incipit à ſeipſo.Decian.con. 111.in fin.lib.3.

188 Limita,quia alimenta in caſibus, in quibus ea debentur officio Iudicis, nō debentur pro tēpore præterito, ſi vero debētur iure actionis,debentur etiā pro prętcrito. Ale.conſ.7.Viſis,& diligenter, n.10.li.2. Rui. cōſ.80.Pro clara intellig.n.5.lib.2. Bal.in l. 1.C.de indict.viduit. tollen.& in l. ſi quis à liberis,§.ſed ſi filius,ff.de liber.agnoſcend.

189 Reſtringe,niſi alimentandus pro præteritis alimentis pecunias mutuo accepiſſet, vel alias debita contraxiſſet. Alexand.& alij in l.de alimen. C.de tranſact.

190 Limita, quia quando alimenta debentur officio Iudicis,vel a lege,diſtinguitur,an alimentandus habeat aliunde, vnde ſe alere poſſit, & ea nō debentur. Si vero iure actionis,vel ab homine, tunc debentur,licet habeat aliunde.Ruin.d.conſ. 80.nu.5.lib.2.

191 Limita,quia cōcluſio in omnibus caſibus,in quibus alimenta præſtita præſumuntur ex charitate, non procedit quando præſtans alimenta eſt adminiſtrator bonorum alimentati,quia cenſetur animo repetendi,& de bonis adminiſtratis alimenta prętiſſe.Bar.& Bal.in l.Neſennius.col.2.ff.de neg.geſt.ver.nota tertius caſus, vbi etiā Caſtrenſ. Ruin. conſ. 171. conſideratis,numer.3.cum ſeq. lib.1.Anchar.conſ.435.prēmittendum eſt per totum , vbi quod nulla ęquitas ſuadet, quod voluerit donare , quando eſt adminiſtrator . Bologn.conſ.27.num. 16.& ſeq.Io. de Amicis conſ. 37.col.fi.ver.in cauſa vero reconuentionis.Bero. quęſt.11. num.2.ver.tertius caſus eſt. Ruin.conſ. 102.lib.4.& conſil.92.numer.9.verſi. circa aliud. lib. 5.

192 Extende etiam ſi alimentatus ſit conſanguineus. Caſtren.in l.ſi negocia,per illum text. C.de negoc.geſt.vbi quod præſumptio adminiſtrationis tollit omnes alias præſumptiones,ſequitur Ruin. d.conſ. 171.poſt num.4.lib.1.

193 Et procedit limitatio in matre,vt loquitur Bero.q.famil.11.num.2.ver.tertius caſus.

194 In fratre loquitur Ruin.conſ. 102.lib.4.

195 In auo materno loquitur idem Ruin. conſ. 92. num.9.ver.circa aliud.lib.5.

196 In patruo loquitur Anchar. conſ.435. Bologn. conſ.27.n. 16.Io. de Ami.conſ. 37.col.fi.

197 Extende in patre , qui prēſtitit alimenta filio legitimato beneficiato , & exegit fructus beneficiorum eiuſdem,quia cenſetur eum alimentaſſe de fructibus beneficiorum ipſius , ex quo non tenebatur alimentare filium , qui poterat alere ſe ipſum, Caſtrenſ.conſ.415.Viſo.nu.2.lib.2.

198 Et in priuigno alimentato a vitrico , loquitur Rom.conſ.255.Quoad primum.nu.2. verſ.quoad ſecundum:vbi apoſt.allegat Rom.conſ.8.Viſo facto,in ſecundo dubio.

Vide. Alimenta præſtita ab obligato, vel pietatis cauſa quando repetantur,vel non.Con.302.

Alimentandus quando teneatur operari , vel non, præſtanti alimenta . Concluſ. CCLXXXVIII.

1 ALIMENTANDVS ex diſpoſitione legis tenetur operari,& præſtare ſeruitia ſecundum qualitatem perſonę ſuę illi, a quo alimenta percipit.Bart.in l.Gaio.§. fin.ff.de alimen. & cibar. legat.& l. diuortio, in princip.ff. ſolut. matrim. text. eſt in l.ſicut.ff.de oper.libert. Barbat.conſil. 63.Illud referam.col.4.Angel.Aretin.in tract. de teſta.verſ.item reliquit Titiæ mulieri concubinę.

Vide.Operas obſequiales qui præſtare teneantur.Concluſ.146.

2 Extende in vxore,quę debet alimentari in domo mariti primo anno viduitatis , quia tenetur operari in domo mariti ſi in ea honeſte viuere poteſt, ſi vero honeſte non poteſt morari ; habebit alimenta extra domum diminuta , habito reſpectu ad operas , quas non prēſtat.plene Caſtillion.conſ.33.num.3.& ſeq.

Vide. Doris fructus quando debeantur,&quando alimenta.Concl.741.nu.7.

Vide.Alimenta debita vxori, vel legata a marito.Concl.295.nu.4.& nu.10.

3 Declara , vt plene per Iaſ.in l.1.C.de legat.

4 Limita , quia vxor vidua nobilis non ſolita operari,non tenetur operari , quia hoc procedit ſolum in mulieribus ſolitis operari. Caſtillio. d. d.conſ.33.nu.4.& ſupra Concluſione prox.prēced. numero 14.

5 Amplia in tantum , quod ſi is , qui prēſtitit operas peteret etiā ſeruitiales,nō audiretur,quia ſit

Digitized by Google

ſit hinc inde compenſatio. Bal.in l.pennl.nu.8.C. de indict.viduit.tollen.Corn.conſ.165.in fi.lib.1. Ruin.conſ.94.num.7.lib.5.

6 Amplia etiam in legatis alimentorum factis ex diſpoſitione hominis, quando ſunt legata in domo teſtatoris. Bald. conſ.211.Quidam ſibi filios.ver. ſuper ſecundo. lib.1. vbi adducit rationem,quod alimenta ſunt minus oneroſa in domo quam extra domum, quia in domo preſtabit operas conuiuales in habendo curam, & ſollicitudinem domus, & idem dicit Alex. conſ.100. Super primo.lib.1.in princ.

7 Extende etiam in legato alimentorum facto filijs, & deſcendentibus teſtatoris, & ſpurio ipſi filio, quia valet legatum, & ſi in domo reſtringitur,tenentur operari, & ſi obtulerunt operari,& ſtare in domo,& hęres deneget, obligatur etiam pro tempore præterito, & extra domum. Alex. conſ.158.Viſo teſtamento,in prin.lib.7.

8 Extende in legato alimentorum facto viduæ in domo teſtatoris, quia tenetur operari ſaltem illud, quod ſine dedecore iuxta qualitatem perſonæ fieri poteſt quoad operas obſequiales,non autem quod artificiales, quas facere ſciret glo.in l. ſicut.ff.de oper.libert. Caſtren. in l. diuortio.nu. 10.ff.ſolut.matrim.non enim debet ſtare in domo vt corpus mortuum. Bald.in l.1.C. de legat. vbi quod eo modo, quo in domo mariti operari ſolebat, debet operari.

9 Declara, quia quando alimenta debentur officio Iudicis alimentandus debet operari ſi poteſt ſine dedecore, ſi vero debentur iure actionis non tenetur operari.Caſtillio.conſ.33.n.4.Io.de Ana. conſ.54.nu.2.ver.nec obſtat.

Vide.Alimenta legata in domo teſtatoris qualiter debeantur. Concluſione 297.in principio,& num.9.& num.20.

Vide. Alimentare qui teneantur de iure, & quomodo, & quando.Concluſ.287.num.13.& ſeq. & iterum num.160.& ſeq.

Vide. Maritus tenetur ad expenſas neceſſarias. Concluſ.94.num.7.& ſeq.

Vide plenius in verb.Vxor qualiter ali debeat extra domum. Concluſ. 397.

Alimentorum legatum non debetur niſi ſemel, & quando ſecus. Concluſio CCLXXXIX.

1 ALIMENTA legata duobus coniunctis re, & verbis, ſi alter moriatur non habet locum ius accreſcendi, quod haberet locum in alia materia. Bald.conſ.174.ver.in contrarium.lib.1.

2 Extende, vt procedat etiam ſi vſusfructus alicuius prędij eſſet relictus duobus coniunctis re, & verbis pro alimentis. l. Dominus. ff. de vſufruct.Abb.conſ.78.Circa primum in fi.lib.2.

3 Amplia, quia imo ſi maritus legauit alimenta vxori,& voluit eam eſſe Dominam, & Madonnã, ea nõ debet habere ſola aliměta in tantum,quod licet veniat habitatio appellatione alimentorũ ſi maritus legauit aliměta,& in alio legato habitationé,tamé non debet duplicari habitatio,ſed minuitur ex alimentis,poſtquam habet.Bart.conſ.9. Super eo,quod. in fin.verſic.dicimus etiam.lib.1.

4 Limita, quando ſunt plura legata expreſſe facta à marito vxori, quia debentur prout ſunt copulatiue facta, ideo ſi maritus legat vxori ſuæ dotes ſuas, item ſi alias libras 50. vltra dotes,item ſi legat omnes pannos,lectos exiſtentes in Camera ſua, item ſi legat dominam,& vſufructuariam, vt in domo teſtatoris habeat annuatim ſalmas decem grani, & ſalmas 40. vini pro victu, debet copulatiue omnia habere. Bart. conſ. 216. Adelandus, in princ. lib. 1. vbi num. 4. verſ. ex quibus concluditur,tollit contraria,& dicit,quod alimenta debita à iure, vel officio Iudicis ceſſarent reſtituta dote, ſecus quando vtrunque eſt expreſſe legatum.

5 Extende,quia ſi legantur vxori,vel alteri vſusfructus,& alimenta,ea habebit vtrunq; legatum. Bal.conſ.237. Titius in teſtamento, in prin. lib.1.

6 Limita, quia alimentorum legatum factum Titio,cum vxore, & filijs, debetur nedum Titio, ſed etiam vxori, quia legatum factum illi cum illo, perinde eſt, ac ſi eſſet expreſſum illi, & illi. l.illi cum illo.ff.de vſufruct.legat.Alex. conſ. 171. Viſo proceſſu. num.2. verſ. hoc igitur præſuppoſito. lib. 2.

7 Extende, quia quando legatarius non habebat vxorem, neque filios tempore legati, neceſſario debetur futuris filijs, & futuræ vxori. Alexand. dicto conſil. 171. nu. 2. & 3. verſ. hoc igitur præſuppoſito. lib. 2. vbi ſecus eſſe inquit ſi habuiſſet vxorem, & filios tempore legati, quia ad eos reſtringeretur.

8 Extende, quia huiuſmodi legatum futuræ vxori, & futuris filijs, nedum intelligitur de prima vxore futura, ſed de omni vxore futura, & ideo mortua prima debetur ſecundæ,& tertiæ, & deinceps, & omnibus filijs, tam ex prima, quam ex poſterioribus, quia eſt fauorabile, & licet multa contraria adducat: tamen tollit ea, vel quia non agitur de alimentis, vel quatenus agatur de eis, dicit non eſſe vera. Alex. plene d.conſ.171.num. 4. & ſeq. per tot. lib. 2.

Vide Concluſionem proximam ſeq.

Alimenta legata, perſonam non egrediuntur. Concluſ. CCXC.

1 LEGATVM alimentorum alicui factum dicitur perſonale, & perſonam non egreditur. l. cum his. §. modus quoque. ff. de tranſactio. l.4. ff. de aliment. & cibar. legat.Bald. conſ. 95.Conſiderandum eſt. num. 1. verſ. de legato alimentorum. lib. 5.

2 Et ideo alimenta mortuo legatario,vel eo, cui ea præſtanda ſunt, amplius præſtari non debent, quia cohærent perſonæ, & non tranſeunt de perſona ad perſonam. l. cum Titio, & ibi Bart. ff. ad leg. falcid.

3 Amplia in tantum, vt legata alimenta Petro non debeantur Petro,& vxori illius, quia perſonam Petri non egrediuntur. Calderin. conſ.331. circa fin. verſ. ex eo, quod duxit, alias 3. de teſtam. Secus ſi eſſet facta reſeruatio alimentorum per maritum, quia intelligitur pro ſe & vxore. cap. admonere 33.q.2.

Amplia

4 Amplia, quia alimenta non ſunt tranſmiſſibilia, quia perſonam non egrediuntur. Bald. in auth. cui relictum. col. fin. verſ. quid enim. C. de indict. viduit. tollen. & in l. fin. in 6. oppoſit. C. de hæred. inſtit. & ideo non ſunt ceſſibilia, quia quæ tranſmitti non poſſunt cedi non poſſunt. Alexan. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de verb. oblig.

Vide. Alimenta an poſſint remitti, & qualiter. Concluſ. 308.

5 Limita, quia legatum alimentorum factum Rectori eccleſiæ, cenſetur perpetuum, tanquam dignitati, vel officio factum, ideo debetur ſucceſſoribus. Bald. conſ. 126. Factum ſic proponitur, libro 5.

Vide. Alimenta legata quando debeantur ſucceſſori in beneficio. Concluſ. 305.

Vide. Dignitati, vel officio, quando aliquid cenſeatur conceſſum, vel potius perſonæ. Concluſ. 434. num. 11. & ſeq.

6 Reſtringe, niſi probaretur relictum contemplatione perſonæ quod præſumeretur, ſi Rector, qui erat tempore legati fuiſſet conſanguineus teſtatoris. Bald. conſ. 126. lib. 5.

Vide. Alimentorum legatum non debetur niſi ſemel, & quando ſecus. Concluſ. proxima præced.

Alimenta in quibus debeantur, an in ſpecie, vel pecunia. Concluſ. CCXCI.

1 ALIMENTA regulariter debentur in ſpeciebus neceſſarijs, prout grano, vino, oleo, lignis, & ſimilibus, non autem in extimatione. Bar. in l. 1. ff. de alimen. legat. & in conſ. 211. Quidam ſibi filios, ad fin. Alex. conſ. 72. Viſo proceſſu. col. 2. nu. 5. lib. 5. & conſ. 178. Videtur forſan. col. 2. ad med. lib. 6. Anchar. plene conſ. 383. Primo, & ante omnia. n. 2. Alex. d. conſ. 72. n. 6. lib. 5. vbi aliter peti non poſſunt.

2 Extende in tantum, quod ſi petita ſunt alimenta præterita in ſpeciebus grani, vini, &c. & Iudex condemnet in pretio tanto, ſententia, tanquã non conformis libello eſt nulla. Alexan. conſ. 72. Viſo proceſſu. n. 5. & ſeq. ver. ſecundo principali. lib. 5.

3 Extende, quia propter varietatem pretij, & valoris non poſſet compelli alimentandus ad recipiendum pretium, ſicut nec è contra. Anch d. con. 383. n. 2. vbi quod habens facultatem declarandi, non poſſet legata in ſpecie declarare in pecunia.

Vide, Alimenta relicta ad declarationem. Concluſ. 298.

4 Extende, quia petitio, tam pro tempore præterito, quam pro futuro fieri debet de ſpecie debita, vel legata, prout de vino, grano, oleo, carne, lignis, & lecto, cum ſimilibus.

Vide, & declara. Alimenta legata in domo. Concluſ. 297. nu. 24. & ſeq. vbi allegatur Bart. d. conſi. 211. lib. 1. Alex. conſ. 178. lib. 6.

5 Reſtringe in ijs, quæ pereunt tempore, prout vſus domus præteritus, quando non ſtetit per alimentandum, & idem in medicinis, quia petitur extimatio. Alex. d. conſ. 178. lib. 6.

6 Limita, quia ad ſedandas lites, quę oriuntur de altercatione ſuper ſpecie bona, vel mala iudex poteſt immutare in pecunia certis temporibus ſoluenda. Corne. conſ. 10. lib. 2. in fi. & incipit, quod dictum ſecundum laudum.

Vide, & declara. Alimenta qualiter petantur vel repetantur. Concluſ. 300.

Alimenta quando, & ex quibus cenſeantur legata. Concluſ. CCXCII.

1 ALIMENTA legata cenſentur quando per verba clara fit legatum alimentorum.

2 Amplia, quia teſtator legans certæ Cappellæ vnum caſale pro vita Rectoris cenſetur Rectori relinquere ſola alimenta, & ſi quid ſupereſt de redditibus caſalis legati, ſpectat ad Eccleſiam. Bald. conſil. 250. Viſo iſto proceſſu. num. 5. ver. ponderamus. lib. 4.

3 Amplia, quia ſi fiat legatum ſpurio ex mente ſubſtinetur pro alimentis, quia aliter non valeret legatum.

Vide. Spurij ſuccedunt ex teſtamento, & an ab inteſtato. Concluſ. 417.

4 Amplia, quia ſi legatur caſtagnetum vxori pro ſubſtentatione ſua dicitur legatum alimentorum. Rub. Alexandrin. conſ. 172.

5 Amplia, quia promiſſio facta alicui quoad vixerit ſi eſt pauper, cenſetur pro alimentis, ſecus ſi diues. Cephal. conſ. 518. num. 17.

6 Amplia, quia legatum annuum certæ ſummæ factum pauperi, vel religioſo cenſetur pro alimentis factum. Rom. conſ. 458. Propoſita, in princ.

7 Vide alios caſus in ver. Alimenta legata quando debeantur pro præterito. Concluſione 299. in principio.

8 Amplia, quia legatum annuum factum pauperi dicitur factum pro alimentis. l. cum hi. §. ſi in annos. ff. de tranſact. vbi Bartol. & alij, qui dicit legatum alimentorum communiter fieri in annuo legato, & eſt text. in l. ſi cui annuum. ff. de annu. legat.

9 Declara, quia legatum annuum dicitur habere aliquid proprietatis, quod non eſt in legato alimentorum., ideo fratres minores incapaces proprietatum poſſunt habere legatum alimentorum, ſed non legatum annuum. Bar. in l. legatum, in fin. ff. de capit. minut. quod declara, vt per Zabarell. in clemen. exiui. §. cunque annui, de verb. ſignific.

Alimenta legata a pluribus, & pluribus legatarijs qualiter debeantur. Concluſ. CCXCIII.

1 ALIMENTA relicta à pluribus hæredibus ſimpliciter ſi non eſt dictum in domo teſtatoris, debẽtur pro rata à quolibet, & poſſunt etiã diuidi per tempora. l. 3. ff. de alim. & cibar. legat. vbi Bartol. & alij. Ruin. conſ. 80. in principio. lib. 2. vbi quod poteſt legatarius compellere omnes, vt vnus ſolus miniſtret alimenta, & ipſe releuetur ab alijs, & idem tenet Ancharan. conſil. 254. Statuto

Digitized by Google

tuto cauetur, in fin.Bald.conſ.232.in fi. lib.3.

6 Vide ſupra. Alimenta habent multa ſpecialia. Concluſ.286.num.33.& ſeq.

2 Extende, vt procedat quando legata ſunt alimenta in domo a pluribus hæredibus;diui ſis,quia tunc ab omnibus pro rata debentur vt ſupra, Ruin.d.conſ.80.Pro clara.nu.3.& ſeq.lib.2.

3 Reſtringe quando alimenta eſſent legata a pluribus hæredibus in communione exiſtentibus, & in domo teſtatoris, quia ſi fiat diuiſio inter eos, tunc non fit diuiſio alimentorum.Ruin.d.conſ.80. nu.4. lib. 2.

4 Idem multo magis, quando ſunt legata a pluribus ſimul, quia non fit diuiſio.Ruin.d.conſ.80. num.4.ver.quando autem.lib.2.

5 Amplia, vt idem ſit,quando talia alimenta deberentur ex ſtatuto a pluribus hæredibus,quia debent omnes pro rata,& ſi ſunt plures,ita quod eſſet diſpendium alimentando, Iudex compellit vnum pro omnibus, qui releuetur ab alijs. Anchar.d.conſ.254.in fi.

6 Limita,quia ſi alimenta ſunt legata per teſtatorem à duobus hæredibus, & vnus ſolus adiuit, alter repudiauit extantibus creditoribus in concurſu, non tenentur creditores niſi ad medietatẽ alimẽtorũ,quia licet tota hęreditas per ius accreſcendi eis obuenerit,tamen cũ ſit damnoſa hęreditas poſſunt illã repudiare:plene Caſtr. conſ.123. Viſo puncto ſupradicto.num. 4.vſque in fin.lib.1. allegat circa repudiationem partis accreſcentis. Bart.in l.cum hæreditas.ff.de acquir.hęred.

7 Si vero legata ſint relicta pluribus,puta, Titio vna cum eius familia, tale legatum factum cenſetur tam Titio,quam familię illius,cuius appellatione veniunt vxor,& filij,ideo renunciatio facta per Titium non nocet familiæ.Alex.conſ.178.Videtur forſan.lib. 6. vbi alia ſimilia adducit.

8 Et legata,quę ſunt relicta tribus filiabus,vel taxata in totum ad tantam ſummam, intelliguntur pro rata ſingularum,vt quęlibet habeat ſuam ratam, & partem. Alex.conſ. 72. Viſo proceſſu.nu. 8.lib. 5.vbi apoſtill.in ver.Rata,vbi,quod importat idem,quod pro uirili,& non inſolidum.

Alimentorum legatum an purum, vel conditionale. Concluſ. CCXCIV.

1 LEGATVM alimentorum ad vitam legatarij dicitur purum pro primo anno,pro alijs annis dicitur conditionale. Bal. conſ. 481.Infraſcripta,col.fi.num.1.lib.4.Oldrad.conſ.232. verſ. tertia ratio.

Vide. Alimenta legata quando debeantur pro præterito.Concluſ.299.nu.2.& ſeq.

Vide. Legatum annuum habet certum tempus a lege.Concl.129.nu.4.& ſeq.vbi late.

2 Limita, quia legatum alimentorum ex certis prædijs,ſi aliquo anno nulli fructus percipiuntur illis annis non debetur.Caſtren. in l. Imperator. ff.ad Trebell.

3 Contrarium tenere videtur Bart. in l. Lucius Titius. ff. de alimen. & cibar. legat. Guidopap. deciſ. 8. vbi quod ſi legantur alimenta, licet legans deſignet fundum ex quo debet ali, ſi propter bella ille fundus non ſufficit, tamen ea debentur ex alijs bonis.

Alimenta debita vxori, vel legata a marito quando, & qualiter debeantur. Concluſ. CCXCV.

1 ALIMENTA debentur vxori per hęredes mariti infra annum ante reſtitutam dotẽ, quia ſicut lex habilitat hæredes ne compellantur reſtituere dotem receptam in pecunia niſi infra annum,ita grauat hęredes ad alimentandum vxorem.Bald.conſ.58. In reſtitutione dotis,in princ. lib.2. Angel.conſ.142.Tutor pupilli, in princ.vbi dicit hoc verum ſi non habet mulier aliunde, vnde ſe alat,imo conſ.369. Ritius ſtellæ.in princip. recitat opiniones,& tenet,quod alimenta pro primo anno debentur ſimpliciter,prout ſi ſtaret in matrimonio.

2 Extende,vt debeantur veſtes viduales,quia veniunt appellatione alimentorum, tenetur tamen mulier cum deponit ipſas veſtes,illas reſtituere hæredibus mariti.Bal.conſ.464.Quædam ſunt in fin. lib. 5.

3 Et debentur eo modo, quo præſtabantur per maritum non habito reſpectu ad quantitatem dotis,quando vxor remanet in domo mariti. Bal.d. conſ.58.circa fi.nu.7.ver.ſuper quarto.lib.2.quia vxor operatur heredibus viri.

4 Declara, quia iſta alimenta non debentur extra domum mariti vxori, quę tenetur operari hęredibus, quando poteſt morari honeſte, ſicuti nec filio non operanti debentur à patre. Bal. conſ.304.Quidam de Inſula. lib. 4. & idem tenet Ang.d.conſ.142.in princ.vbi quod poſſe non dicimus id quod honeſte non poſſumus.

Vide.Alimenta legata in domo. Concluſ.297. num.1.& ſeq.

Vide.Alimentandus quando teneatur operari. Concl.288.num.2.& ſeq.

5 Si vero ſunt præſtanda alimenta extra domum viri,vel quia non poſſit honeſte viuere vxor cum hæredibus,vel quia adſit conſuetudo,quod ſe recipiunt mulieres mortuo viro ad domum patris ſui,vel fratrum ſuorum,vt per Bald. d. conſil.58. num. 5. verſ. ſuper tertio,tunc debet habere alimenta ſecundum quantitatem dotis.Bald.d.conſ. in fin.verſ.ſuper quarto.lib.2.

6 Declara,quia iſta alimenta debentur vxori infra annum ſi non habet aliunde,vnde ſe alat,ideo ſi infra annum non petijt, & fuit alita,non debentur,& ideo debet mulier illa petere, & quatenus non præſtentur, debet recipere pecunias pro ſe alenda, quia tunc poteſt ratione moræ hęredum illa habere,alias ſecus. Alex. conſ. 72. Viſo proceſſu.nu.9.& ſeq.ver.quarto principali.lib. 5. vbi dicit notandum,quia quotidianum eſt.

Vide. Alimenta legata annua an pro præterito debeantur.Concluſ.298.

7 Amplia, quia iſta alimenta debita vxori ex forma ſtatuti, vel alias debentur etiam pro præterito tempore, pro quo fuit alita in domo fratrum,quia non propterea cenſentur liberati hæredes mariti.Bald.d.conſ.58.in fi.ver.& licet mulier.lib.2.

8 Declara,quia legatum alimentorum factum vxori debetur ſecundum qualitatem perſonæ ex fru-

fructibus, non autem vt proprietas vēdatur, ideo licet differat à legato vsusfructus, tamen potest legatum alimentorum contemnere minus, quam vsusfructus, plus autem non potest. Cuman. cons. 50. Scatuq cauetur. n. 4. ver. nam legatum alimentorum.

Vide. Vsusfructus relictus vxori qualiter interpretandus. Concluſ. 315.

9 Reſtringe declarationem, vt non procedat, quando teſtator legaſſet eidem vxori vſumfructum, & etiam alimenta, quia vtrunque habebit eo caſu, ſicut haberet alius, cui legaſſet alimenta, & vxori legaſſet vſumfructum. Bald. conſ. 237. Titius in teſtamento, in princ. lib. 1.

10 Amplia, quia debentur alimenta miſerationis cauſa vxori viduæ, quæ nō habet vnde ſe alat, ſed illa tenetur operari in domo hæredum, ſi ibi honeſte morari poteſt, alias ſi non operatur tantum minus conſequi debet, quantum eſt pretium operarum. Angel. conſ. 142. circa med. ver. an autem tenetur.

11 Amplia, quia quando maritus reliquit alimenta, & habitationē vxori ſuæ tenentur hæredes alimenta præſtare vxori ſe recipienti in domum patris ſui, non tamen debet habere legatum habitationis, niſi vxor compelleretur ſtare extra domū hæredis, quia cum honeſtate cum eis non poſſet morari. Bal. conſ. 267. Queſto lo teſtamento, in fi. li. 4. & concord. Ang. d. conſ. 142. per tot. vbi, quod non poſſumus id, quod honeſte non poſſumus.

12 Extende, quia vxor, ſi ſunt legata eidem alimenta, non tenetur compēſare fructus dotis cum alimentis, ſed habebit ſuos fructus præcipuos vltra alimenta, pro quibus tamen tenetur operari in domo hæredis ſi commode poteſt cum hærede ſtare. Angel. d. conſ. 142. ante med. ver. ſed quid ſi vidua.

13 Reſtringe, niſi teſtator legaſſet alimenta vxori ipſa viuente honeſte cum hærede, quia non conſequitur ea extra domum, niſi ſtaret per hęredē, qui negligenter ſe haberet cum hęrede defuncti. Signorol. conſ. 43. in fi. vbi quod ita obtinuit de facto.

14 Amplia, quia alimenta debentur vxori, quando maritus reliquit vxorem vſufructuariam inſtituta filia hærede, cui decedenti ſine filijs ſubſtituit matrem, & pauperes æquis portionibus, quia nihilominus vxori debentur alimenta prælegata, non autem vſusfructus. Bald. conſ. 247. Andręas reliquit. lib. 4.

15 Amplia, quia vxor pręgnans, quę debet habere alimenta ventris nomine, non tenetur compenſare ſuos fructus dotales. Ang. conſ. 142. ante med. ver. & hoc verum. lib. 4.

16 Amplia, quia etiam poſt annum mulier debet habere alimenta, ſi petijt dotem ſuam, & hæredes fuerunt in mora. Ang. d. conſ. 142. circa med. ver. poſt annum etiam, qui loquitur in hærede pupillo.

17 Extende etiam, ſi non petijt dotem, quando hæredes præſtiterunt alimenta, quia fiet compenſatio alimentorum, & fructuum dotalium. Angel. dicto conſil. 142. ante med. verſic. ſed quid ſi vidua.

18 Reſtringe poſt annum, quia ſi non exegit, vel non petijt dotem, ſibi debet imputare. Angel. d. conſ. 142. circa med. ver. poſt annum vero.

19 Limita, quia poſt annum regulariter non debentur alimenta vxori ſi habuit aliunde, vnde ſo aleret. Ang. conſ. 369. Ritius Stellę, in prin. vbi loquitur in muliere dotata in pecunia.

20 Extende etiam ſi hæredes ſint filij, quia neque tenentur ad alimentandam matrem, quę habet aliunde, vnde ſe alat. Ang. conſ. 369. n. 2.

Vide plenius in ver. Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concluſ. prox. ſeq.

Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concl. CCXCVI.

1 ALIMENTA non tenetur filius pupillus præſtare matri habenti aliunde, vnde ſe poſſit alimentare, ſiue ſit tutrix, ſiue non, & ſiue præſtet operas obſequiales, ſiue non, niſi eſſet inops & aliunde non haberet. l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.

2 Et dicuntur alimenta dotis, quando debentur ob dotem conſtitutam, ſiue conſtante matrimonio, ſiue eo ſoluto, ad differentiam aliorum alimentorum, quæ debentur ante dotem conſtitutam, quæ ſunt diuerſa, adeo, quod taxatio alimentorum dotalium non habet locum in alijs alimentis. Alex. conſ. 48. Viſo ſtatuto. n. 3. & ſeq. ver. nunc reſtat. lib. 3.

3 Contrarium apoſtill. ad Alex. d. conſ. 48. num. 3. lib. 3. in ver. poſſint, quia dos eſt loco portionis hęreditatis.

4 Extende, quia non tenetur etiam vti hæres, quando habuit dotes ſuas, etiam ſi operas obſequiales præſtet.

Vide ſupra. Alimentare qui teneantur de iure. Concluſione 287. numero 89. & multis ſequentibus.

5 Extende, quia non debentur alimēta dotis mortuo marito, quando dos conſiſtit in bonis ſtabilibus, etiam in primo anno, quando hæres mariti non eſt in mora, alias ſecus: infra annum vero hęres tenetur, quando dos conſiſtit in mobilibus, ſecus lapſo anno, quando non eſt in mora. Alexan. conſ. 48. num. 5. ver. alimenta. lib. 3.

6 Extende, quia etiam ſi dos non eſt reſtituta, alimenta præſtita per filium matri, quæ ſtetit in domo, & ad ſeruitia filij, licet cenſeantur donata in recompenſationem ſeruitiorum, tamen mulier non lucratur quinque pro centenario ratione tenutæ factæ in bonis viri ſibi hypothecatis, quia ſimplex tenuta vigore ſtatuti non confert beneficium quinque pro centenario, niſi ſint ſeruata ſernanda à ſtatuto diſpoſita, imo ſi ſunt ſeruata omnia, & poſſeſſio tranſlata in mulierem non lucratur fructus, niſi actualiter habuiſſet tenutam, & percepiſſet fructus. Bal. in l. conſentaneum. col. penul. verſ. idem forte ſi ſtatutum. C. quomod. & quan. Iud. & in l. acceptam. quæſt. 18. C. de vſur. Dec. conſ. 400. num. 8. & ſi habuiſſet actualiter tenutam, & fructus percepiſſet, & conſumpſiſſet in vſus cōmunes, id præſumitur iure familiaritatis. Soc. conſ. 60. col. 2. & 3. li. 1. Capic. deciſ. 46. n. 4. & qui dicit eā voluiſſe mutare ſibi cauſam poſſidendi probare debet. Soc. conſ. 131. col. 3. in princ. lib. 2. vbi quod in dubio mulier non cenſetur mutare cauſam poſſidendi.

7 Extende,quia filius non tenetur alere matrem, quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, quia maritus ſecundus,qui operas obſequiales habet, tenetur alere, non filius.Bartol.conſ.128.Franciſcus habuit. in princ.lib. 1.quod duplicatur,libro ſecundo,conſ.84.

8 Amplia,quia hęres non tenetur ad alimenta vxori mortuo marito poſt annum luctus, quando dos eſt in pecunia, etiam data mora hæredis. Bartol. in l. inſulam, §. Vſuras. ff. ſolut.matrim. & in l. at qui natura, §. tantum, ff. de negoc. geſt. Bald.in l. fin. C. de bon. matern.Ioan. Andr. & Card.in c. ſalubriter,de yſur. vbi plene. Laur.de Rodulph.in tract.de vſur.quæſt.52.& eſt * magis * communis opinio, quicquid dixerint Bald.& alij in l.diuortio,in prin.ff.ſolut.matrim. & vide Socin.conſ.180.per tot.maxime nu.6.ver. quibus pręmiſſis,lib. ſecundo,vbi citat omnes ſu pracitatos.

9 Contrarium, quod imo alimenta debeantur à moroſo mulieri viduæ etiam abſq. tenuta, probato, quod mulier non habeat, vnde ſe alat, & quod alias eſſet ſolita dare dictas pecunias ad honeſtum lucrum,vnde pro damno emergenti tenetur debitor moroſus ad idem intereſſe honeſtiſſimum quinque pro centenario pro tempore, quo diſtulit ſatisfacere,tenent Ang.Bald.Ioan. de Imol.Roman.& alij in l.diuortio, in princ. ff. ſolut.matrim. Quos citat, & ſequitur in ſuo caſu. Socin.dict.conſ.180.num. 6.ver.ſecundo oppono, lib. 2. & longam quęſtionem dicit. Roman. conſ. 454.In re pręſenti.in fi. vbi pro vtraq. opinione citat,& non decidit.

10 Declara,quia ſi mulier non habet,vnde ſe alat, etiam ſi non probet,quod ſit ſolita ponere pecunias ad honeſtum lucrum,ea debet habere omnino alimenta,ſi vero habet,vnde ſe alat,& probet ſe eſſe ſolitam ponere pecunias ad honeſtum lucrum habebit tunc,vt lucrum ceſſans ex mora debitoris,& ne mora ſit vtilis moroſo,ita diſtinguit, & melius Afflict.deciſ. 284. An ſoluto matrimonio,& pro hoc facit, quia quando non habet vnde ſe alat, fructus debentur miſerationis cauſa ipſa operante,vt dicit Angel. conſ.142.Tutor pupilli,per totum, maxime ante med. Bald. conſil. 86.Punctus,circa med.lib.2.& conſ.369.nume. 2. lib.4.Fulgoſ.conſ.196.col.fin. quando vero habet aliunde ſi eſt ſolita pecunias dare ad lucrum,eos * habebit,vt lucrum ceſſans, * communem dicit, * & magis * communem.Fulgoſ.conſ.201. Domina Gualdrada.

11 Amplia,quia etiam,quod alimenta deberentur vxori per hęredes mariti, non tamen habet vxor pro alimentis hypothecata bona mariti, prout habet pro dote.Rom.conſ.454.In re præſenti, ad fin. vbi quod nulla lege hoc cauetur, vbi dicit * * communem.Abb.conſ. 43. Ex omnibus. in fin. ver.ad vltimum,lib.2.vbi conſuluit in eodem caſu cum Romano.

12 Contrarium tenet Neguſan. de pignor. in 2. par.in quarto membr. numer. 47. & ſequent.vbi plene, quod competit tacita hypotheca mulieri, ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimonio, quia iudicium reſpectu mulieris eſt vniuerſale, & veniunt acceſſiones, vbi etiam quid in viro. Soci. conſil. 41. libr. 4. & Caſtrenſ. conſ. 428. Viſo caſu, numer. 3. ver. & in hoc credo, lib. 2. reddit rationem,quia melioris conditionis eſſet moroſus poſt annum, quam non moroſus infra annum.

13 Declara,quia ſi dos eſt in pecunia,procedit ampliatio,ſi vero in bonis procedit contrarium,ita Bal.nouell.de dot.in 6.part.in priuil.ſeptimo,circa fin.

14 Limita, quia bene debentur alimenta vxori ceſſantis vigore legis æditæ Florentiæ,29.Martij 1477.

15 Extende,quia debentur alimenta vxori ceſſantis à die decoctionis viri,tam de iure,vt per Bar. in l.ſi conſtante in 5.quæſtio.in 7.par.part. princ. * ff.ſolut.matr. & eſt communis, vt per Campeg. tract.de dot.in 3.par.quæſt.48.quam etiam attenta lege municipali prędicta.

16 Extende,quia etiam præterita alimenta debentur vxori ceſſantis, licet aliunde vixerit, l.de alimentis,& ibi Alexand. laſ. & Decius, C. de tranſact.

17 Limita, quia Clericus etiam priuatus beneficio debet ali ex fructibus beneficij,ſi aliunde non habet.Clar.§.fin.q.73.nu.7.

18 Declara,niſi eſſet excommunicatus, quia durante excommunicatione non debet ali.Clar.vbi ſupra.

Vide in ver. Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta.Concluſ.741.

Vide ſupra. Alimenta debita vxori.Concluſio. 395.in prin.& nu.16.& ſeq.

Vide. Vxor ſoluto matrimonio conſequitur alimenta,& quando.Concluſ.398.

Alimenta legata in domo teſtatoris qualiter debeantur, & an extra domum. Concluſ. CCXCVII.

1 LEGATVM factum per patrem filiabus in caſu viduitatis, quod poſſint reuerti in domum teſtatoris,& in ea habere victum, & veſtitum,non debent conſequi legatarię extra domum teſtatoris, ſi in domo teſtatoris, poſſunt commode morari, ſecus ſi impedirentur ob ſęuitiam, vel factum hæredis.Bald.conſ.384.Caſus talis eſt. lib.4.vbi inſerit conſilium Bart.ad literam, 211. Quidam ſibi filios,ver.ſuper ſecundo, lib. 1. vbi Bald.adducit rationem,quia in domo præſtabunt operas conuiuales in habendo curam,& ſolicitudinem domus. Alexand. conſ. 100. Super primo, lib. 1.in prin.vbi,quod non debet ibi alimentandus ſtare tanquam corpus mortuum, ſed operas obſequiales præſtare.Alexand.conſ.178. Videtur forſan,lib.6.

Vide. Legatum, quod filia vidua poſſit redire in domo.Concluſ.103.

2 Ratio eſt, quia minus diſpendioſa ſunt alimenta,quæ præſtantur in domo, quam extra domum, ideo diſpoſitio, quæ mandat alimentari in domo,dicitur fauorabilis ei, qui præſtat alimenta, non ei, cui præſtantur. Anchar. dict. conſi. 254. num.4.& ſequent.verſi.præterea aduertendum. Bart.dict.conſ.211.numer.5.lib.1.Bald.dict.conſ. 484.numer.1.lib.4.Caſtrenſ.conſ.167.in princip. lib. primo, & infra numer. 14. & numer.18. & ſequentib.

Si vero

Digitized by Google

Si vero alimenta legantur fimpliciter, & habi-
3 tatio,non cenſentur legata in domo,ſed extra do mum,Io.de Anan.conſ. 54. Viſis ijs. ver. facit etiam,vbi quod ſi non eſt dictum in domo, non intelligitur.

4 Declara , quod non teneatur operari alimentandus ex legato,& ſic iure actionis, ſecus quando debentur officio Iudicis, prout per patrem filio,dicit Ioan de Anan.conſ. 54.numer. 2.ver.nec obſtat,vbi, quod ſi debentur ex iuris diſpoſitione operatur, alias non, & ante eum Caſtillio. conſil. 33.numer.4.

5 Extende,vt idem ſit in legato facto nepoti maſculo de alimentis in domo teſtatoris,quod non debetur extra domum,ſi poteſt commode morari, vt ſupra.Bar.d conſ.211.Quidam ſibi filios.nu.5. ver.ſuper ſecundo.lib.1.quem ſequitur Bal. dict. conſ.484.lib.4.& apoſtill.ad Bart.ſub. nu. 5. ver. ſuper ſecundo,quæ allegat concord.Alexan.conſ. 100.in princ.lib.1.

6 Extende idem in legato facto Titio vna cum familia in domo teſtatoris,quia cenſetur factum Titio,& vxori,& filijs,& familiæ, ideo non debetur extra domum.Alex.conſ.178. Videretur forſan.lib.6.

7 Extende,vt idem ſit in legato facto vxori , vel in alimentis debitis vxori in primo anno , quia non debentur niſi in domo mariti,quando ibi cõmode morari poteſt,vt ſupra.Bal.conſ.304. Quidam de Inſula.lib.4.Alex.conſ.178.in fi. ver. quinimo.lib.6.

Vide.Alimenta quando debeantur vxori.Concluſ.296.nu.5.& ſeq.

8 Extende idem ſi debentur à ſtatuto alimenta in domo,& etiam extra domum,ſi non poſſet morari alimentandus,quia debet hoc probare,quod non poſſit morari , alias non debentur extra domum . Anchar. conſil. 254. Statuto cauetur,in princ.

9 Extende in alimentis debitis per patrem filio, quia debentur in domo non extra domum , quia pater debet conſequi obſequialia ſeruitia à filio, & filius tenetur patri ad operas.Bal.d.conſ. 304. lib.4.per tot.maxime in fi.

Vide.Alimentandus quando teneatur operari. Concluſ.288.

10 Declara,quia illa verba,in domo teſtatoris, intelliguntur etiam de domo heredis,ſi hæres habitat in domo propria , quia intelligitur de domo habitationis.Ruin.conſ.80.Pro clara.n.3.lib.2.

11 Amplia,quod dicitur de alimentis legatis in domo,vt idem ſit quando eſſet dictum, quod habeat victum,& veſtitum cum hæredibus,quia dictio.cum,idem importat, quod in domo hæredis. Bal.d.conſ.484.per.tot.maxime in fin.lib.4.

12 Extende , vt idem ſit ſi teſtator legaſſet vxori alimenta ipſa viuente cum hærede, quia non poteſt illa habere extra domum,niſi ſtaret per hęredem;& dicitur ſtare per hæredem,ſi negligenter ſe habet cum vxore defuncti. Signorol. Homod. conſ.43.In quęſtionibus miſſis, in fi.vbi quod ita obtinuit de facto.

13 Amplia,quia per legatum factum per teſtatorẽ ſorori conſobrinę, vt habeat regreſſum ad habitandum in domo teſtatoris , & alimenta,debent intelligi legata alimenta in domo , & non extra domum.Ang.de Peruſ.conſ.28. Teſtator reliquit, per totum,vbi quod non poteſt excuſari, vt illa habeat extra domum prętextu, quod habet filium,à quo ſeparari non poteſt.

14 Amplia,quia alimenta relicta in domo ab eo, qui habet filios, prout maritus vxori , cenſentur relicta contemplatione filiorum, quia facilius in domo pręſtantur.Bartol.in l.Gaio.§. Imperator, in fine . ff. de adimen. legat. Caſtrenſ. conſil. 167.Conſiderandum , in principio. libro primo, ſupra nu.2.

15 Amplia , quia cauſa debet probari ab eo, qui in domo debet habere alimenta, & quod ſit ſufficiens,ideo ſola altercatio verbalis non eſt ſufficiens cauſa, vt poſſint peti extra domum , maxime , quando non concludunt teſtes de tempore altercationis, vel non deponunt fuiſſe talem,quę ſit iuſta cauſa.Alexand.conſ. 100.in principio.libro primo , & quod requiratur probatio ex parte petentis alimenta extra domum, quando ſunt legata in domo. Alexand. conſ. 178.numer.5. in fin.lib.6.

16 Extende,vt idem ſit in alimentis debitis in domo ex ſtatuti diſpoſitione,quia ſi ſtatutum mandat illa dari etiam extra domum,ſi alimentandus non poteſt commode morari,debet hoc probare,licet ſit negatiua.Anchar.conſ. 254.Statuto cauetur,in princ.

17 Extende,quia imo dicta per patrem filio calore iracundiæ non præbent cauſam , vt extra domum debeat ali,maxime ſi pater poſtea reuocauit,& idem eſt in nuru.Rimin.conſ.132.nu. 28. & ſeq.lib.2.

18 Amplia , quia legatum alimentorum in domo hæredis præſumitur factum ratione maioris commoditatis hęredis.Alex.conſ.178.nu.5.lib.6.vbi, quod alimenta minori incommodo,& minori impenſa pręſtantur in domo, quam extra , vt docet experientia.Caſtrenſ.conſ. 167. Conſiderandum, in prin.lib.1.

19 Et illa reſtrictio in domo præſumitur ad fauorem hęredis grauati appoſita;Ideo extra domum non tenetur alere.Alex. plene conſ. 178. Videtur forſan.lib.1.& idem dicit Bar.conſ.211. Quidam ſibi.lib.1.

20 Item, quia tenetur alimentandus pręſtare ſeruitia ſecundum qualitatem perſonæ,quia qui non laborat non manducat.Alex.d.conſ.178.nume.6. ver.pro hoc facit.lib.6.vbi quod alias non debet habere alimenta.

21 Amplia,quia ſi alimentandus in domo non petijt alimenta per plures annos , non poteſt debitor condemnari , niſi à die litis conteſtatæ,non autem de tempore pręterito,ſi non conſtat,quod ſtetit per debitorem.Bartol.conſ.211.Quidam ſibi.Alexand.conſ.100.col.1.lib.1. & conſ.3.col.4. lib.4.

22 Amplia , quia legatum factum vxori ſi ſteterit cum filijs , & auctum idem legatum ſi non potuerit,vel noluerit ſtare cum filijs , ſi ſtetit cum vno ex filijs non habebit vtrunq.legatum,quia aut debuit non ſtare cum aliquo,vt habeat vtrunque , aut ſtando cum vno debet habere illud legatum factum, ſi ſteterit.ita Cuman. conſ. 38. Maritus, per totum, vbi pro vtraque opinione allegat , & hanc veriorem dicit.

Vide . Legatum quando cenſeatur factum ad vtilitatem legatarij , vel vti miniſtro . Concluſione 95.

23 Et iſta alimenta debentur,vt ſint alimenta con

digna ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem bonorum. Caſtrenſ. d.conſ.167.in fine. libro 1.

34 Qualiter autem peti debeant alimenta præterita, vide plene Alex.conſ.178. Videretur forſan. num.7.ver.quoad tertium.lib.6. Bart. conſ. 211. in 3.dubio.lib.1. vbi,quod ea,quæ prætereunt, & pereunt tempore,prout habitatio,debent peti, & debetur extimatio, quia impoſſibile eſt pro præterito tempore deberi habitationem.

Vide. Alimenta in quibus debeantur. Concluſione 291. maxime numero 4. & plenius Alimenta legata annua. Concluſione 299. num. 10. & ſequen.

Vide. Alimenta qualiter petantur, vel repetantur. Concluſ. 300.

35 Declara,niſi domus fuiſſet parata,quia non poteſt peti extimatio, quando non ſtetit per hæredem. Alex.d.conſ.178.n.8.lib.6.

36 Idem eſt in ijs,quæ non pereunt, ſed non expedit habere de præſenti,prout medicinæ.Alexan.d. conſ.178.n.7.ver.quædam ſunt.lib.6.

37 Secus in ijs, quæ ſemper expediunt, prout vino,grano, oleo, lecto, & ſimilibus, quia debentur, & petuntur in ſpecie, non in extimatione, niſi debitor fuiſſet in mora, quia fuit interpellatus. Alexand.d.conſil.178. num.7.ver.quædam ſunt. lib. 6.

38 Declara, quia tantum minus ſibi debetur, quantum operæ obſequiales extimarentur non præſtitæ. Alexand. dicto conſilio 178. numero 7. libro 6.

39 Et de qua domo intelligatur, dic, quod de domo hæredum, qui ſi venderent domum teſtatoris, & aliam haberent commodam ſufficit, quando cum filijs fuit iniuncta habitatio, ſi vero loqueretur de propria domo teſtatoris in ea debet alimentari. Caſtrenſ. dicto conſilio 167. in fin. lib. 1.

30 Amplia,quia alimenta relicta vxori, donec habitauerit cum matre teſtatoris hærede non debentur,ſi ſtat per legatariam, quę non ſtetit cum hærede.Anchar.conſ.137.Quia in primo,in princ.

31 Amplia,quia alimenta relicta alicui præſtanda in domo hæredis non cogitur hęres præſtare extra domum. Bart.& alij in l.1. C.de lega. & conſ. 211. Quidam ſibi.num.5. lib.1.ſequitur Alexand. conſ. 100. Super primo,in princip. lib.1.& conſil. 178. Videtur forſan. num.5. libro 6. Bald.conſil. 484. Caſus talis. volum.4. Ruin.conſ.45. Ad quidentiam dicendorum. num.4. & conſ. 81. In quæſtione alimentorum.num.3.lib.2.Socin.Iun. conſ. 134. Circa præſentem.num.12. lib.1.

32 Reſtringe, niſi ſtaret per hæredem interpellatum, maxime, quando alimentandus obculit ſtare in domo, & operari ad commodum hæredis, quia non excuſatur,& eſt obligatus illa præſtare, à die oblationis. Alexand. conſ. 158. Viſo teſtamento. num.2. lib.7. vbi apoſtill. in ver. ſtare,citat Alex. conſ.178.lib.6.

33 Limita, quando legatarius non poſſet commode ob ſæuitiam hęredis, vel factum hæredis morari in domo, vel cum eo, quia tunc alimenta extra domum debentur.Bald.conſil. 484.lib.4.Bart. dicto conſilio 211. num. 6. verſ. & concludendo. libro 1.ſequitur Ioan. de Anan.conſ.54. ver.præterea illud, vbi Bolog. in apoſtill. Caſtillio.conſ. 33.num.3.

34 Idem eſt, ſi mulier, cui relicta ſunt alimenta, in domo habet iuſtam cauſam petendi extra domum, quia in domo non poteſt habitare honeſte. Ioan. de Anan.conſ.54. ver.præterea illud eſt verum, vbi, quod cauſa morandi cum filijs eſt iuſta cauſa.

35 Idem eſt,ſi propter honeſtatem non poſſet alimentandus honeſte morari cum hærede, quia tunc non tenetur morari, neque operari. Bald. conſ. 304. Quidam de Inſula.lib.4 Angel.conſilio 142. Tutor pupilli, in princ. vbi,quod non poſſumus,quod honeſte non poſſumus.

36 Idem eſt,ſi alimentandus in domo habet filios, ſorores, parentes, maritum,quia ab iſtis non eſt facilis ſeparatio, ideo dicitur iuſta cauſa extra domum alimenta habendi. Ioan.de An.d.conſ.54. ver.præterea illud,vbi late Bologn.in apoſtil.ver. dum vero allegatur text. l. poſſeſſionum. C.commun. vtriuſque Iudic.

37 Extende, quia legatum alimentorum factum in domo debetur extra domum, quando ſubeſt iuſta cauſa, quod alimenta extra domum præſtentur. Caſtrenſ. conſil. 167. in princip. libro 1. vbi, quod alimenta extra domum non debentur,ceſſante iuſta cauſa, & ibi apoſtill. dat concord.

38 Extende, quia legatum alimentorum debetur legatario extra domum, quando culpa, vel facto filiorum, ſeu hęredum ſine culpa, & facto proprio, legatarius non ſtaret in domo. l. Meuia, in princip. ff. de annu.legat. Caſtrenſ.conſil. 167. in princip.lib.1.

39 Extende, vt procedat etiam ſi ſtaret per legatarium, quia propter caſum fortuitum non expediret,aut ex alia iuſta cauſa. Caſtren.d.conſil. 167.in princ.lib.1.

40 Reſtringe, quando ſtaret per legatarium nulla ſubſiſtente cauſa, quia non debet illa habere.Caſtrenſ.d.conſ.167.in princ.ver.aut interueniente. lib. 1.

41 Cauſę autem iuſtę non habitandi reſident in diſcretione Iudicis. Caſtrenſ. conſil. 167.colum. fin. verſ. & iſta pars. lib. 1.vbi, quando ſunt perſonæ rixoſę malę tractationis, item ſi legataria non poſſet commode viuere in pace, in fine. ver. quid enim.

42 Limita idem eſſe de legato facto dupliciter, puta, de alimentis in domo, & ſi non poſſet ſtare cum filijs hęredibus de alio legato pinguiori, quia ſi primum debetur ex eo, quia non ſtat per legatarium, ſed per hęredes, ille habebit ſecundum pinguius ſubrogatum, & loco pœnę primi, non autem primum;ſi vero ſtaret per legatarium, non habebit primum, neque ſecundum. Caſtrenſ.conſil.167.numer. 2.verſ.ſed hic eſt aliud, libro 1.

43 Declara, quia ſi ſtaret non per omnes hęredes, ſed per aliquos eorum tunc tenentur ipſi contrauenientes ad damna, & intereſſe verſus alios, & ſic committitur pœna in totum, licet vnus ſolus contraueniat. Caſtrenſ.d.conſ.167.nu. 2.ver.dico autem.lib.1.

44 Limita,quia legatum alimentorum ſimpliciter factum debetur extra domum.Caſtrenſ.conſ.167. Conſiderandum,in princ.lib.1.

45 Limita in caſu contrario, quia legatum ſimpliciter factum vxori ſi non habitauerit cum filijs debetur ſi non habitat, ſiue quia non poſſit, ſiue quia non velit. Caſtrenſ. dicto conſilio 167. colum.

colum.1.in fine. verſ. ſed quid ſi legatum. libro 1.

46 Reſtringe, vt non procedat limitatio, quando eſſet factum legatum negatiuum, ſi non potuerit habitare cum filijs, quia non extenditur ad caſum, ſi non voluerit, niſi eſſet ex iuſta, & rationabili cauſa proueniente ab hæredibus, vt quia habèrent vxores rixoſas, vel ex caſu fortuito, vt quia eſſent mortui, quia nolle dicitur non poſſe. Caſtrenſ. d. conſ.163. col.1. in fin .ver. ſed quid, & col.2.lib.1.

47 Extende, vt procedat ſi teſtator fecit primum legatum alimentorum in domo habitationis, & ſi non potuerit habitare, tunc reliquit legatum pinguius, quia ſi non poteſt habitare etiam ſine culpa hæredum, ſed caſu fortuito, quia mortui ſunt; tamen legatum debetur. vide Caſtrenſ. dicto conſilio 167. col. 2. verſ. ſed ſi petat, per totum.lib.1. vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur, quia ſatis dicitur non poſſe habitare, ſi non poteſt cum pace, & commode habitare.

48 Limita, quia legatum alimentorum relictum in domo teſtatoris poteſt peti extra domum, quando hæres fuit interpellatus, & negauit velle præſtare. Natt.conſ.387. In quæſtione alimentorum.n.4.& ſeq.Bart.conſ.4.& 5.lib.2.

49 Extende vbicunque ſtetit per præſtare debentem, non autem per legatarium, quia ſi fuit paratus illa recipere in domo, & non ſtetit per eum condemnatur hæres extra domum, alias ſecus. Bart.in conſ.211.Quidam ſibi.Alex.conſ.100.col.1.vol.1.& conſ.3.in 4.col.

50 Extende, quia debentur alimenta prèterita etiã hèredi ipſius alimentandi, quando fuerunt denegata ipſi vienti.Natt.d.conſ.387.in princ.

51 Extende, quia alimenta legata in domo, debentur extra domum ex cauſa: puta, ſi eſſet lis, vel controuerſia inter alimentandum, & debitorem alimentorum.Iaſ.conſ.44.in ſecundo dubio.lib.1. Rolan.à Vall.conſ.22.nu.14.lib.1. Menoch.de arbitr.caſ.170.num.16.Picus conſ. 3.n.9.

52 Extende, quia debentur extra domum vbicunque non ſtat per alimentandum, ſed per hæredem. Natt.d.conſ.387.num.5.Alex.conſ.178.nu.5.ver. circa ſecundum.

53 Imo etiam ſi ſtaret per alimentandum per caſum fortuitum, vel ex alia iuſta cauſa. Natta d. conſ.387.num.5.

54 Extende, quia ſi hères negat de præſenti, cenſetur etiam de prèterito negaſſe. Natta d. conſil. 387.num.6.

55 Extende, quia imo eo ipſo, quod obligatus ad alimenta illa non obtulit in domo, cũ teneatur iure actionis, debet præterita, & extra domum. Io. de Anan.conſ.54.ver.prèterea illud.

56 Limita, quia alimenta relicta per teſtatorem filio naturali in domo, hoc modo lego victum, & veſtitum, & habitationem, poſſunt peti extra domum, quia illa verba, in domo, referuntur ad habitationem, non ad victum, & veſtitum, vt in domo ſumat alimenta.Bart.conſ.5. Super declaratione. lib.2. vbi quod intelligitur, quod ibi prèſtet hæres in domo, videlicet, ne teneatur portare extra domum, non autem quod alimentandus ibi debeat comedere.

57 Contrarium videtur tenere Bart. conſ. 211. in 2. dubio.libro 1.vbi legatum victus, & veſtitus in domo, debetur in domo, quia cenſetur factum fauore legatarij, & hèredis, ſed ibi dicit victum in domo, in caſu prècedenti dixit habitationem in domo, vt infra proxime.

58 Reſtringe, niſi per modum conditionis appareant alimenta in certo loco, prout in domo relicta. Bart.d.conſ.5.circa fin.lib.2.

59 Limita, quia legatum alimentorum relictum vni à pluribus hæredibus abſque eo, quod dixerit in domo, debent ſolui ab vno hærede petenti legatario, cui hèredi ſoluenti alij cõtribuere tenentur.Ruin.conſ.80.Pro clara, in princ. lib. 2.per text. in l.3. ff.de alim.& cibar. leg.

60 Extende, vt procedat limitatio, etiam ſi alimenta ſint relicta à pluribus hæredibus in domo teſtatoris, quia ſi hæredes deuenerunt ad diuiſionem inter ſe, alimenta poſſunt peti extra domum, ſecus ſi ſtarent in communione, quia debentur in domo. Ruin. conſ. 80. num. 2.verſ. ſecundus caſus. lib. 2.

Vide. Alimentare qui teneantur. Concluſione 287.num.183.& ſeq.

Alimenta relicta ad declarationem alterius qualiter debeantur. Concluſ. CCXCVIII.

1 TESTATOR legans vxori, vel alteri perſonę alimenta declaranda per certam perſonam, non poſſunt declarari non citato hèrede debitore, nec è contra, quia cum debeantur ſecundum vires patrimonij, & qualitatem perſonarum, requiritur diſcuſſio, & cauſæ cognitio, & conſequenter citatio, alias eſt nulla. Ancharan. conſ. 383. Primo, & ante omnia, in princ. & idem Anchar.conſ.21. Inter conſ.Calder. de teſtam. alias 350. vbi aliquid in ſimili, prout in eodem caſu conſuluit Bald.conſ.235. Bartholomęus. lib.1. & aliquid in ſimili idem Bald. conſ. 207. lib. 3. Facit deciſio Guiliel. de Cunio in l. neminem. C.de Sacroſ.eccleſ.

2 Et ideo ſi fiat declaratio abſente legataria, & hèrede, de prèteritis alimentis per 20. annos, & non petitis non valet declaratio per ſuperius allegata. Bart. in l. fortiſſimi. C. de erogat. milit. annonę.lib.12. In ſimili Bertrand. conſ.193.nu.5. & num.8. lib.3.

3 Extende, vt procedat etiam ſi teſtator voluerit ſtari declarationi, & conſcientiæ declarare debentis, quia intelligitur ſi modo conſcientia fuerit regulata ſecundum iura, & æquitatem. Ancharan.d.conſ.383.in princ.

4 Contrarium videtur velle Bald.in l.acceptam. num.27.verſ.& eſt conſuetudo, quod Doctores.C. de vſur. vbi, quod imo valet declaratio pro alimentis prèteritis etiam abſentibus facta, & Baldum citat ibi Bologn.in auth.habita.col.20.C.ne filius pro patre, pro hac opinione.

5 Declara, quia contrarium procedit, quando alimenta deberentur ex cauſa reciproca obligationis, prout rei, vel ſeruitij præſtiti, ne alias hæres lucretur cum aliena iactura, ſed prècedens concluſio procedit, quando ſunt alimenta debita gratuito, vel teneretur ſolum ad patientiam.

Vide. Legatũ factũ pauperi, ſi petierit. Conc.133.

6 Amplia, quia alimenta ſunt ſoluenda in ſpeciebus, videlicet, grano, vino, oleo, & ſimilibus, ideo declaratio non cenſetur commiſſa in pecunia, ſi

teſtator non dixit, ideo facta in pecunia non valet. Anchar.dict.conſ.383.nume.2.ver præterea alimenta.

Vide. Alimenta in quibus debeantur an in ſpecie, vel pecunia.Concluſ.291.

7 Extende, quia quatenus haberet facultatem declarandi,non poſſet appretiare de præſenti pro futuris annis,quia pretia variantur.Anchar.dict. conſ.383.n.2.ver.item taxare pecuniam.

Alimenta legata annua,an pro præterito tẽpore debeantur,& quando. Concl. CCXCIX.

1 LEGATVM annuũ factũ pauperi pro neceſſitatibus ſuis,dicitur alimentorũ cauſa factũ & cenſetur conditionale donec vixerit, ideo debetur etiam pro tẽpore præterito ſi legatarius illud ignorauit.Calder.conſ.350.alias 21.de teſta. & quod debeantur pro tempore præterito donec vixit legatarius,& tranſmittatur ad hæredes pro præterito,eſt tex.in l.vti frui, §. fin.ff.ſi vſufruct. pet.l.qui vſumfructum,§.fi.in fi.ff. de vſufruct. facit tex. in l.defuncta in prin.ff.eod.Alex.conſ.40. Perſpectis.in fi.lib.3.plene.Rom.conſ.458.Propoſita.per totum.

Vide ſupra.Alimenta quando,& ex quibus cenſeantur legata.Concluſ.292.

2 Imo tale legatum annuum pro primo anno dicitur purum,pro ſequentibus dicitur conditionale.Bal.conſ.481.infraſcripta,col.fi.n.1.ver. in legato alimentorum.lib.4.

Vide.Alimentorum legatum,an purum,vel cõditionale.Concluſ.294.

Vide.Legatum annuum habet certum tempus à lege.Concluſ.129.nu.4.& ſeq.

3 Declara quia legatũ annuum debetur in prin. cuiuslibet anni,& pro primo anno dicitur purũ, adeo quod licet decedat legatarius,tamen tranſmittit ad hæredes. l.in ſingulos annos.ff. de ann. legat.ſed ſecus eſt in legato alimentorum, quia ſolum debetur pro rata temporis, quo vixit alimentandus.Abb.conſ.115.Videtur,lib.2.Bal. in l. eam quam,nu.43.C.de fideicom.facit tex. in l. ſi operas,& l.adhuc,§. ſi operas,ff. de vſufruct.Bar. in l.ſi ſeruus communis Meuij,§. fin. ver. quæro, quid ſi vſusfructus,ff.de ſtip.ſeruo.l.ſolent.§.pen. ver.debebit autem.ff.de alimen.& cibar. legat. l. Seio.in prin.ff.de annu.legat.

4 Amplia,vt procedat etiam,ſi legatarius ſciuerit legatum annuum,& non petierit pro aliquibus annis,quia nihilominus alimenta debentur, quando manifeſte conſtat ipſum pauperem.Calder. d. conſ.350.alias 21.qui loquitur etiam quãdo erat factũ pro neceſſitatibus ſuis, quia illa verba pro neceſſitatibus ſuis ſtant demonſtratiue,& nõ pro cauſa finali.Rom.d.conſ.458.per totum.

5 Extende,maxime quando pauperi,& religioſo aliquid relinquitur annuatim prout ipſe indigebit,quia cenſetur remiſſum conſcientiæ ſuæ, & cenſetur pro alimentis,vnde ſi declarat pro tempore præterito indiguiſſe,ſtatur illius declaratione,& debetur etiam pro præterito.Rom. d. conſ. 458. Per totum maxime in ver.Secundo idem.

6 Amplia,quia debentur alimenta vxori,pro tẽpore dotis nõ reſtituꝛ,quando ſtatutum hoc mã dat,etiam ſi vxor à fratribus fuerit per duos annos alimentata, quia propterea hæredes mariti non ſunt liberati.Bal.conſ.58. In reſtitutione in fin.ver.& licet mulier,lib.2.

7 Amplia, quia vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum (quę ſola alimenta conſequi debet ſtantibus filiis communibus)ſi non habuit alimẽta pro præterito,poteſt ea petere,niſi probẽtur remiſſa.Bald.conſ.55.manens Pandulfi.in fi.lib.4.

8 Amplia,quia alimenta debita filijs,ſiue legitimis, ſiue non,debentur etiam pro tempore præterito quatenus alius præſtiterit eadem alimenta animo cõſequendi,quia illa conſequi poterit. Socin. conſ.161.Pro deciſione,num.2. ver. ex qua concluſione, lib.2.

9 Extende,quia ſi ſunt legata filijs,& deſcendentibus ſpurij, & ipſi ſpurio debentur pro tempore præterito, quando fuerunt petita, & obtulerunt ſtare in domo, & operari pro hęrede obligato, quia alias hęres lucraretur ex nequitia ſua.Alex. conſ.158.Viſo teſtamento,in prin.lib.7.

10 Amplia,quia debitor alimentorum legatorum non liberatur pro præteritis alimentis, licet legatarius fuerit aliunde alimentatus,l. liberis. quos §.1.ff.de alim.legat.Bal.conſ.481.in fi.n.5.ver. ſequitur videre,lib.4.Rom.conſ.458.per tot.

11 Declara,niſi alimenta deberentur in domo,vel cum certa conditione, & ſteterit per legatarium. Bar.conſ.211.quidam ſibi filios,num.7.ver.ſuper tertio, lib.1. vbi apoſtil.in ver.non remanſit,Bal. dict.conſ.484.num.1.in.fin.ver. hoc igitur conſilio,lib.4.

11 Reſtringe,vt non procedat,quod debeantur alimenta prętérita legata in domo, quando non ſunt petita,& legatarius non ſtetit in domo, quia licet alleget ignorantiam teſtamenti patris, in quo ſunt legata,tamen non debentur, quia craſſa eſt ignorantia.Bal.d.conſ. 484. in fin. ver. modo reſtat,lib.4.

13 Declara,vt latiſſime per Nat.conſ.187.In quęſtione alimentorum,quia debentur extra domum & pro tempore præterito,quando non ſtetit per legatarium, vel habuit iuſtam cauſam propter caſum fortuitum.

14 Declara,quia alimenta prętériti temporis peti poſſunt,quando debentur iure actionis ex legato,vel contractu,ſecus ſi officio Iudicis, quia pro præterito non debentur,apoſtill.ad Rom.d.conſ. 458.in ver.in præſenti.

15 Amplia,quia alimenta legata vxori,vel alteri ſimpliciter,videlicet,extra domum,vel alias,debentur, & peti poſſunt, tam pro præterito, quam pro futuro tempore. Ioan. de Anan. conſi. 54. Viſis his,per totum, vbi Bologn. in apoſtill. Bald.conſ.481.col.fi.lib.1.Anchar.conſ.54. Rom. conſ.458.per totum.

16 Extende,quia vbicunq.alimenta debentur iure actionis peti poſſunt etiam pro tempore prętérito. Iaſ. in l.de alimentis, ad fin. C. de. tranſact. poſt Bal. ibi.& alios. Alexand. conſi.26.lib.6.& Ruin.conſ. 36.nu.13.lib.3.

17 Et dicuntur debita iure actionis,ſi debeantur ex teſtamento, vel à ſtatuto. Ruin. conſ. 36. nu. 13.lib.3.

18 Reſtringe,quando debentur officio Iudicis, & à lege, quia tunc prætérita non poſſunt peti pro tempore quo fuit alimentatus ab alio,Bologn.in addit.ad conſ.Ioan de Anan.54.numer. 4. Socin. conſ.

Digitized by Google

conſ. 57.In cauſa.lib.4.num.36.& ſequen.& apoſtill.ad Rom.d.conſ.458. In ver.in præſenti:ſic in filio.Alexand. conſ. 72.num.9.ver.quarto principali.lib.5.

19 Idem eſt in Monacho, qui petit ab Abbate, vel Monaſterio pro tempore præterito. Rota in nouis deciſ.10. de Iudic.alias 305.ſequitur Alex. d.conſ.72.num.10.lib.5.

20 Idem eſt in alimentis debitis vxori infra annum ab hæredibus mariti, quia ſi ab alio fuit alimentata non conſequitur illa. Bologn.d.apoſtil. ad conſ. 54.Io.de Anan. vbi late, quia debentur à lege idem Alex.d.conſ.72.num.10.lib.5.

21 Declara reſtrictiones,niſi alimentandus officio Iudicis interpellaſſet obligatum,& accepiſſet pecunias mutuo pro ſe alimentando, quia conſequi debet alimenta præterita, licet debita officio Iudicis. Bolognett.in apoſtilla. ad conſil.Ioan. de Anan.54.num.4.Alexan.conſ. 72. Viſo proceſſu. num.10.lib.5.

22 Declara reſtrictiones, quia licet alimenta præterita debita officio Iudicis peti non poſſint ab alimentato, tamen peti poſſunt ab alio, qui alimentauit, ideo pater inops,qui debet alimentari a filijs,ſi ab vno fuit alimentatus ipſe pater non poteſt petere ab alijs, ſed filius,qui alimentauit ſolus patré repetit à fratribus actione negociorum geſtorum, quia ex quo fecit, quod alius debuit facere dicitur geſſiſſe vtiliter, ideo alimenta non debentur officio Iudicis,ſed iure actionis, & præterita repetuntur.l.alimenta. C. de negoc. geſt.l.libertis,quos.§.manumiſſis.ff.de alimen. &
* & cibar.legat.l.de alimentis:vbi * omnes.C.de tranſact. Rom.conſ.458.

23 Vide Alex.conſ.72.Viſo proceſſu.num.10.ver. nec obſtat ſi diceretur.lib.5.vbi quod is, qui alimentauit.non poteſt repetere ab alimentato, nec etiam poteſt petere ab obligato ſi procuratorio nomine alimentati peteret, ideo ſuccumberet, quia debet petere nomine ſuo, & actione negociorum geſtorum, & probare, quod eo nomine præſtitit.

24 Limita, quia alimenta præterita peti non poſſunt, quando per hæredem, vel quando non eſt poſſibile,prout habitatio præterita.Alex. conſil. 178. Videretur forſan.nu.7.verſ. quoad tertium. lib.6.vbi ponit alia ſimilia.

Vide. Alimenta qualiter petantur. Concluſ. prox. ſequen.

Alimenta qualiter petantur, vel repetantur. Concluſ. CCC.

1 PETITIO alimentorum præteritorum debet hoc modo regulari,quia quoad ea, quæ tempore pereunt, prout habitatio, quæ non poteſt præſtari pro tempore præterito, debet peti extimatio, non autem ipſa habitatio, neque alimenta, ſub quibus continetur habitatio Bart. d. conſ. 211.in fin.ver.ſuper quarto. lib. 1. ſequitur relatiue Io.de Anan.conſ.54.in princ.plene Alex. conſ.178.Videtur forſan.lib.6.

2 Extende, vt idem ſit in ijs, quę pereunt, ſed non expedit. quod præſentur prout medicinæ,quia anno præterito infirmus indigebam,nunc autem ſanus non indigeo,& debet peti extimatio.Bart.d. conſ.211.in fi.ver.quędam ſunt,quę non pereunt, lib.1.ſequitur Io.de Anan.in prin.conſ.54. Alex. d.conſ.178.lib.6.per totum.

3 Reſtringe quoad ea, quę non pereunt, & omni tempore expediunt,prout vinum, granum, cibaria veſtitus,& ſimilia, & iſta debent peti, non autem extimatio.Bar.d.conſ.211.in fi.lib.1.ſequitur Io.de Anan.conſ.54.in princ.

4 Amplia,quia debent peti in ſpecie debita, vel legata regulariter.Bar.d.conſ.211.lib.1. Alexan. conſ.178.lib.6.

Vide. Alimenta in quibus debeantur.Concluſione 291.

5 Et qualiter debeantur, vel peti debeant tam debita a parentibus,filijs,& e contra,vide Specul. tit.de offic.iudic.circa prin.ver.item ſi pater, vel mater,plenius Pract. Papienſ.tit. for. libel. ſuper legato rei ſingul. gloſſ. 1. vbi multas quæſtiones circa hoc ponit.

Alimenta præſtita conſanguineo quibus coniecturis cenſentur donata, vel non.Concl. CCCI.

1 CONIECTVRALIS eſt materia, an alimenta cenſeantur donata,an potius præſtita animo repetendi, nam coniecturæ,quod ſint donata,eſt conſanguinitas,vel affinitas,item nobilitas,& diuitiæ perſonarum alimentantis,item lapſus multi temporis, item nulla proteſtatio, nulla declaratio animi, item nulla deſcriptio in libris,item modica ſumma,item mutua receptio hoſpitij ad domum alimentati,item ſeruitia præſtita per alimentatum, plene per Dominos Tres Rotæ Florentię die 12.Ianuarij 1570.

2 Prima coniectura eſt conſanguinitas,vt ſup.

3 Secunda, nobilitas alimentantis,& diuitię, vt ſupra.

4 Tertia, lapſus temporis,vt ſupra.

5 Quarta, nulla proteſtatio, vel deſcriptio, vt ſupra.

6 Quinta, mutua hoſpitatio,vt ſup.

7 Sexta, ſeruitia præſtita alimentanti inducunt compenſationem,& non fit repetitio tex.in l. ſed ſi vir,§.fi.ff.de donat.inter vir,& vxor.gloſſ. in l. ſi paterno in ver. repetitur, quam notabilem dicunt ibi Bart.& Bald. C.de nego.geſt.

8 Septima quando quis alimentauit mulierem, & dicebat, quod filiali affectione faciebat,quia tunc non poteſt repetere ab hærede mulieris. Alex.conſ.110. Videretur.lib.7. per totum;ſequitur Deci.conſ.628.

9 Extende,vt idem ſit quando alimenta præſtita fuerunt ex amicitia. Alex. conſ.110. in principio. lib.7.vbi idem eſt quando ex charitate ſunt præſtita.

10 Contrarium tenet apoſtilla ad Alex. d. conſil. 110.lib.7.in ver. tamen, quæ dicit, quod ex quo ſupplantauit alimentantem inſtituendo alium hæredem poteſt repetere,ſed nihil eſt, quia non ſubeſt ſupplantatio niſi promiſiſſet alimentanti aliquid, in quo ſupplantaſſet, & ſic male loquitur apoſtilla in illo caſu.

Con-

Digitized by Google

10 Contrarium tenet apoſtilla ad Alexandrum, d.conſ.110.lib.7.in ver.tamen,qui dicit quod, ex quo ſupplantauit alimẽtantem inſtituendo alium hęredem poteſt repetere,ſed nihil eſt,quia non fu beſt ſupplantatio,niſi promiſiſſet alimentanti aliquid, in quo ſupplantaſſet, & ſic male loquitur apoſtilla in illo caſu.

11 Conjecturæ vero,quod alimenta ſint pręſtita animo repetendi ſunt plures.Prima eſt ſi pręſtita ſunt ei,qui ab alio illa debuit conſequi, quia tũc repetuntur , quia ceſſat pietatis cauſa.Crau.cõſ. 86.nu.3.Nat.conſ.108.nu.7.Fran.Aret.conſ. 159. nu.6.Caſtr.conſi.415.in fin.lib.2.Soci.conſ.5.col. penul.lib.4.

12 Secunda,ſi alimentans gerebat negocia alimentati adminiſtrando illius bona, & hanc præſumptionem eſſe fortiorem omnibus alijs dicit Caſtrenſ.in l.ſi negocia,C. de nego. geſt. Ruin.conſ. 171.nu.4.& ſeq.lib.1.Rom.conſ.255. Quoad primum,nu.2.ver.quoad ſecundum.

13 Tertia,ſi alimentatus non operatus eſt ad ſeruitium præſtantis alimenta,ſed ad commodum proprium.

14 Quarta,ſi alimentãs fecit deſcriptionem in libro,vel proteſtationem , quod præſtabat animo repetendi.

15 Quinta,ſi omnino extraneus eſt.

16 Sexta,ſi magnæ ſunt impenſæ alimentorum , quia in dubio præſumitur,quod animo repetendi alimenta pręſtiterit.Alex.conſ.110. Videretur,in princ.nu.2.ver.ſed vbi eſſemus, lib. 7. Vbi declarat,niſi conſtaret, quod ex particulari affectione præſtitit.

17 Septima,ſi is , qui ſe alimentauit ex fructibus bonorum maternorum,non recepit iure familiaritatis,ſed vigore mandati dati ad exigendum procuratorio nomine.Bar.in l.ſi cum poſt,§.1. ff. de adminiſtr.tutor.& in l. Neſennius,nu.5. ff. de nego.geſt.quia qui aliena negocia gerit,& aliena adminiſtrat debet ſcire,ſe teneri ad redditionem rationis,& reliquorum reſtitutionẽ,l.ſi autem,§. 1.ff.de nego.geſt.l.apparitores. C.de exactor.tribut.lib.10.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Vide Maſcardum Concluſio. 76. An poſſit prę ſumi,vbi quando mater pręſtitit filio alimenta cenſeatur donaſſe,vel non,& è contra.

Vide eundem Maſcardum , Concluſio. 77. vbi quid in marito alente vxorem,an pietatis cauſa, vel animo repetendi,& de alijs.

Alimenta præſtita ab obligato , vel pietatis cauſa , quando repetantur,vel non. Concl. CCCII.

1 MATER prebens alimenta filio de neceſſitate præciſa,puta infra triennium,non repetit,quia tenetur.Bar.in l.alimenta, C.de nego. geſt.ver.ideo pro declaratione.

Vide plene ſupra. Alimentare qui teneantur. Concluſ.287.nu.191.& ſeq.

2 Extende,vt idem ſit quando filius fuit alimentatus à matre in quacunq.ætate , quia non habebat vnde viueret,quia præſumitur donaſſe nec repetit.Bartol.dict. l. alimenta,numer.1. C. de nego. geſt. Bald. conſ. 50. Viſo teſtamento,num. 6.lib.5.

3 Extende in quolibet aſcendente , qui præſtitit alimenta deſcendenti .

Vide . Alimentare qui teneantur de iure.Concluſ.287.num.37.& ſeq.& n.71.& ſeq.

4 Extende,vt procedat etiam in omni caſu , in quo mater præciſe tenetur de ſuo,quia iſtis omnibus caſibus etiam ſi fuit proteſtata , non repetit . Bar. d.l.alimenta.C.de neg. geſt. Baid. in l.negocia,in fin.C.de neg.geſt.quia proteſtatio nihil releuat in ijs , quę ſunt ex legis neceſſitate .

5 Amplia , quia nobilis pręſtans alimenta alicui non repetit , quia cenſetur donare. gloſ.in l.vxori ſuæ.§.hn.in gloſ.fin.ff.de legat.3.Bal.in l.ſi paterno.C.de negoc. geſt.

6 Amplia in fratre , qui alimentauit fratrem , quia niſi eum deſcripſerit debitorem , vel proteſtatus fuerit, præſumitur intuitu pietatis alimentaſſe,ideo nõ repetit.l.Neſennius.ff.de nego.geſt. facit Bald.in l.certum.num.10.C.famil.hercil.l.ex duobus.ff.de nego.geſt.Alex.conſ.110.lib.7. Dec. conſ. 21.n.7. Abb.in c.1.de infant. expoſit. Grat. conſ.9.num.69.lib.1.& conſ.86.n.12.lib.2. Socin. Iun.conſ. 134.n.77. lib.3.& infra n.19.& ſeq.

7 Extende in filio,qui viuente patre alimentauit familiam,quia mortuo patre non repetit. Bal. d. l. certum.n.10.C.famil.hercil.

8 Extende in fratre,qui de proprijs lucris alimentauit totam familiam , & alios fratres , quia non repetit,quia in dubio expẽſæ factę cenſentur intuitu pietatis. Dec.conſ.628. In caſu , in vltima col. verſ. tertio quæritur. Bald. in l. certum . col. fin. C. famil. hercil.

9 Contrarium,quando ſunt magnę expenſę.Dec. conſ.442.In cauſa.num.37.

10 Extende in quocunque coniuncto , quando vltra quod non ſcripſit , non eſt proteſtatus , appareret etiam , quod pluries calcularunt inter ſe , & nihil de alimentis eſt dictum iuncta diuturnitate temporis.Corn.conſ.265. num. 4. lib. 1. Calcan. cõnſ.23.num.5.Socin.conſ.61. num.14. lib.4. Affict. in tractat.de iur. prothom.in princ.num.23. Grat.conſ.94.num.19.lib.1.

11 Reſtringe , quando frater deſcripſit fratres debitores, vel aliter conſtat, quod animo repetendi præſtitit. Deci. conſ.442.In cauſa. num. 36.

12 Reſtringe etiam ſi non conſtet,quod animo repetendi pręſtiterit extra expenſas pietatis,& alimentorum, vel quando ſunt magnæ.Deci. d.conſ. 442.num.36.& conſ.628.In caſu,in vlt. col.

13 Amplia ,quia non repetuntur alimenta pręſtita ei, qui aptus ad operandum pręſtitit operas * ęquiualentes, quia fit compenſatio.gloſ.& * Doctor. in l. ſi paterno . C. de negoc. geſt. retr. de. Vbald. tract. de duob. fratr. in 4. part. quęſt.10, Areti. conſ. 48. in fin. Cuman. conſ.87. Caſus talis, in fin. loquens in operis pręſtitis per neptem in domo patrui , & eſt gloſ. in l. in rebus . §. poſſunt.ff.commod. Bart. & alij in l.diuortio.§.fi.ff. ſolut. matrimon.

14 Amplia generaliter , quia nunquam repetuntur alimenta etiam in caſu repetitionis ; puta , ſi ſpectarent ad alium,& poſſent repeti,quando alimentatus pręſtitit operas ſeruitiales , vel obſequiales pro rata operarum pręſtitarum. gloſ.in l. in rebus.§,poſſunt.ff.commod.& num.13. ſupra.

Vide

Vide infra.num.27.& ſeq.& plenius in ver.Alimentare qui teneantur.Concluſ. 287.num.16.& multis ſeq.

15 Amplia,quia mulier miſſa in poſſeſſionem ventris nomine, quę habuit alimenta (licet non ſit pręgnãs,& non pariat)non reſtituit alimenta,niſi per calumniam fuiſſet miſſa.tex.in l.1.§.intereſſe ff.ſi mul.vent.nomi.in poſſeſſ. mitt.

16 Extende idem in filio, cuius quæſtio eſt, an ſit filius, quia ſibi pendente lite pręſtantur alimenta,& preſtita non repetuntur. Specul. tit. de primo,& ſecundo decreto. §. videndum reſtat. verſ. idem quoque.

17 Amplia, quia quilibet pręſtans alimenta Affini,vel Conſanguineæ cenſetur donare.Alex.conſ. 110.Videtur prima facie,per tot.lib.7.Iaſ.l.1.nu. 4.C.de legat.

11 Extende, quia præſtita coniunctæ perſonæ cenſentur in dubio cauſa pietatis, & animo donandi. Alex.d.conſ.110.lib.2. Deci.conſ.628.nu.6.Cranett.conſ.86.Magiſter.nu.2.

19 Extende in fratre, qui præſtitit alimenta ſorori, & nepti ex ſorore, quia in dubio præſumitur animo donandi, maxime inter perſonas nobiles, & diuites. Facit conſ.Anchar.435.Concurrente maxime conſanguinitate, & ſeruitijs preſtitis in domo,& illius gubernio.l.ſed & Iulianus.§. 1. ff. ad Macedon.

20 Extende,quia fratres ſatis diuites,qui præſtiterunt alimenta ſorori inopi habenti familiam, inopem,& eam,& familiam aluerunt, & receperunt fructus dotales ſorori aſſignatos ob inopiã mariti, licet alimenta pręſtita longe excedant fructus,tamen cenſentur ex pietate præſtitiſſe, & nõ poſſunt repetere,maxime quando ſoror in domo fratrum operas obſequiales pręſtitit fratribus.gloſſ.fin.vbi omnes in l. Neſennius. ff. de negoc.geſt.Bal.in l.certum.C.de famil.hercif.Deci. conſ.628.num.6.

21 Extende imo in quolibet extraneo,quia non repetit expenſas, & alimenta præſtita intuitu pietatis.l.1.in.fi.l.ſi paterno.C.de neg.geſt.l.his,qui amicitia.ff.eod. tit. Alex. plures alios caſus enumerans. conſ. 110. lib. 7. & quod is,qui preſtitit ſeruitia alimentanti non teneatur,eſt tex.in l.ſed ſi vir.§.fi.ff.de donat.int.vir.& vxor.gl. in l. ſi paterno,in ver. repetitur ,quam ibi dicunt notabilem.Bar.& Bal.C.de negoc.geſt.

22 Extende in vitrico, qui pręſtitit alimenta priuigno,quia cenſetur præſtitiſſe animo donandi,niſi adminiſtrator eſſet bonorum priuigni, quia tunc non præſumitur de ſuo voluiſſe alimentare, ſed de bonis alimentati adminiſtratis. Roman. conſ. 255.Quoad primum.nu.2.verſ. quoad ſecundum, infra.n.23.& ſeq.

23 Limita, quia licet non preſumatur donare alimenta priuignus,vel alius extraneus,qui adminiſtrauit bona pupilli,tamen non repetit,quia præſumitur alimentaſſe de bonis pupilli. Rom.conſ. 8.Viſo facto.num. 2. ver.quantum ad ſecundum, & conſ. 255. Quoad primum. num. 2. & ſupra numero 22.

24 Extende,quia cenſetur vitricus preſtitiſſe alimenta priuigno animo repetendi,non animo do-
* nandi. gl. & communiter Doctor. * in l.ſi paterno.C.de negoc.geſt.

25 Reſtringe, quando eſſent modicæ expenſæ, & non eſſet proteſtatus vitricus, neque feciſſet ilum debitorem, & eſſet diues,alias ſecus.Caſtr. d.l.ſi paterno.C.de negoc.geſt. Socin. conſil.191. lib.1.Corne.conſ.28.lib.4. vbi quod in dubio vitricus cenſetur alimentaſſe animo repetendi, ſecus in matre.

26 Reſtringe, quando priuignus operas ęquiualentes pręſtitiſſet vitrico. Doctor. d. l. ſi paterno.C.de negoc.geſt.& ſup.num.13.Ruin.conſ.94. num.7.in 3.dubio.lib.5.

27 Limita, quando mater expendidit ex voluntate in alimentis filij, ad quę pater, vel alius obligabatur, quia tunc ea repetit ab obligato marito.Bart.d.l.alimenta.C.de negoc. geſt.ver.quandoq;expedit ex voluntate,& in l.Neſennius, circa fi.ff.eod.Socin.conſ.5.num.14. & conſ. 64. nu. 2.lib.4.Curt.Iun.conſ.328.num.12.& 13.& 20. & 21.Aym. Crauett.conſ.86. num. 3. vbi reddit rationem,quia tunc ceſſat ratio, quod contemplatione pupilli præſtiterit ſi onus ſpectat ad alium. Rim.Iun. conſ.132.in princ.lib.2.Corn.conſ.124. Viſo puncto.num.6.& 7.lib.1.Bal.& Alex. in l. ſi paterno.C.de negoc.geſt.Socin.conſ.161.Pro deciſione pręſentis conſultationis. num.2. lib.2.ſupra num.14.

28 Extende in tantum limitationem procedere, vt etiam debeat extrahere talia alimenta ex fideicommiſſo bonorum mariti obligati. Bal.conſ. 50.num.7.lib.5.

29 Extende,quia repetuntur à quocunque obligato.Socin.conſ.161.Pro deciſione. lib. 2. & conſil. 64.lib.4.& eſt ratio,quia ſi fecit id,ad quod alius tenebatur, vtiliter geſſit pro eo.

30 Extende, quia præſtans alimenta alicui, ad quę alius tenetur ſemper repetit, quia charitas & pietas ceſſat,niſi vel expreſſe donauerit,vel tacite, & in tacita requiritur, quod donans ſit diues, donatarius pauper, & quod res donata ſit modica.Bar.Rom.& alij in l.quę dotis.ff.ſolut.matrimon. Salyoet.d.l.ſi paterno,& l.alimenta.C.de negoc.geſt.

31 Reſtringe, quia non repetit hoc caſu à filio etiam ſi eſſet proteſtata, ex quo filius ab alio debuit alimentari. Bar.d.l.alimenta.C.de neg.geſt. ante fi.quia debet repetere ab obligato eo modo,quo pupillus repeteret.

32 Reſtringe, quia non repetit præſtans alimenta alicui ab obligato; niſi intimauerit eidem obligato,etiam ſi ſciret ſecundum Riminald. dicto conſilio 132.nu.33.verſic.quinimo.lib.2. vbi dicit * communem.

33 Reſtringe,quia non repetit a patre,uel alio obligato, quando non eſt in culpa,neque per eum ſtetit.Rim. Iun. d.conſ.132.num.24.& ſeq.lib.2.ubi ſecus eſſe dicit in foro conſcientiæ.

34 Limita,quia pater,frater,& quicunque qui pręſtitit alimenta filiæ,uel ſorori nuptæ,ad quę tenebatur maritus, illa repetit à marito. Socin. conſ. * 64.In pręſenti conſultatione.lib. 4. ubi * de com-
* muni,prout etiam communem * dicit Cur. Iun. conſ.328.nu.12.& 13.Corn.conſ.145.In hac conſultatione.lib.2.

35 Extende,quia pater alimentans filiam nuptam quæ debet ali à marito,uel à patre mariti,repetit alimenta à marito,uel à patre mariti.Bal.Nouel. de dot.in 7.par.in 2.priuil.

36 Reſtringe,quando uxor ſtaret abſens a marito ſine culpa mariti, quia non tenetur illam alere, nec datur repetitio alimentorum præſtitorum

contra

contra maritum. Alex.conſ.16.Viſo.col.3. lib.6. Soc.conſ.186.Viſa proteſtatione.lib.2.

37 Declara omnes limitationes, in quibus datur repetitio, vel petitio alimentorum pręſtitorum, vt habeatur ratio ad operas pręſtitas per alimentandum,non in quantum valeant,ſed in quantum is,qui pręſtitit alimenta, factus eſt locupletior.Cuman.conſ.87.

38 Reſtringe,quia in dubio pater pręſumitur alimentaſſe filiam maritatam ex charitate,nonvt repetat. Caſtrenſ.in l.ſi paterno. C. de negoc. geſt. quod extendit Alex. etiam ad quamcumque mulierem conſanguineam in conſ.110.Videtur prima facie.lib.7.

39 Limita, quia filius, qui præſtitit alimenta patri inopi repetit pro rata à fratribus, quia quando onus alimentandi ſpectat ad alium,ceſſat cauſa pietatis etiam ſi non ſit proteſtatum. Bar. Caſtren.& alij,in l. Neſennius. ff.de negoc. geſt.Bartol. in l. alimenta. C. eod. Ruin. conſil. 145. numer.3.lib.4.

40 Limita, quando filius habebat aliunde, vnde ſe aleret,& mater gerebat negocia filij,quia prę- 52 ſumitur animo repetendi alimenta pręſtitiſſe. Bart.d.l.alimenta,in fi.C.de neg.geſt. Alex.conſ. 48.num.2.lib.3.

41 Extende in patre,& matre,& omnibus adminiſtrantibus bona pupilli, quia non præſumuntur præſtare alimenta de ſuo,ſed de bonis filij,vel pupilli,cuius ſunt adminiſtratores bonorum.Cuma. conſ.88.In caſu præmiſſo,in fi.

42 Extende, vt procedat etiam ſi non gerebat negocia filij,quando filius tenebatur ſe ipſum alere, &mater fuit proteſtata.Bar.d.l.alimenta,in fi.C. de negoc.geſt.

43 Extende vt id, quod dicitur in matre, procedat etiam in auia, & alijs parentibus, & aſcendentibus. Bartol. dicta l. alimenta, in fin.C.de negoc.geſt.

44 Idem eſt in patruo, & quocunque alio adminiſtratore, quia nedum repetit alimenta pupilli, cuius bona adminiſtrauit, ſed etiam alimenta ſororis pupilli, quam pupillus tenebatur alere. Cuman. conſil. 88. numer. 4. verſ. circa ſecundum.

45 Extende etiam in patre, qui expendit pro filio in ſtudio, quia ſi bona filij adminiſtrat de bo- , 56 nis filij præſumitur velle alimenta facere.Cuma. conſ.88.num.5.

46 Reſtringe in patre, qui præſtitit alimenta, & emit libros filio emancipato exiſtenti in ſtudio, quia licet pater ſit debitor filij ex alia cauſa, tamen non compenſat, ſed cenſetur eos de ſuo donaſſe filio. Signorol.conſil. 62. Quæſtio proponitur,per totum: vbi allegat multa pro vtraq;opinione,& hanc tenet.

47 Reſtringe in dote, quia tenetur pater dotare filiam, licet habeat de ſuo, & pater dotando non cenſetur dotare de bonis filię, etiam ſi ſit illi debitor ex adminiſtratione.Caſtren.conſ. 415. col. 2.in prin.lib.2.

48 Limita etiam,ſi mater non gerebat alia negocia filij, neque fuit proteſtata, quando bona materna in proprietate ſunt conſumpta,& bona filij conſeruata,quia tunc repetit etiam ex bonis ſuppoſitis fideicommiſſo ipſius filij. Bal.conſ. 50.nu. 6.& 7.lib.5.

49 Limita etiam ſi pupillus, vel pupilla operati ſunt pro adminiſtratore in ſeruitijs domeſticis, quia nihilominus non compenſantur talia ſeruitia,prout ſi extraneo eſſent impenſa,quia ſpectatur pudicitia,& honeſtas pupillę,& ſi non conueniſſet extraneo locare operas, aliquid tamen eſt compenſandum.Cuman.d.conſ.88.circa fi. videlicet à num.5.vſque in fin.

50 Limita, quia auia materna, quæ habuit penes ſe neptem, & alimentauit, repetit alimenta ab auia paterna,quę poſſidet bona pupillę,quia cum ipſa, quę poſſidet bona,teneatur alimentare,ideo etiam tenetur alteri alimentanti eadem alimenta præſtare.Bal.conſ.137.Quædam vidua.num.3. ver.item quæritur.lib.5.

51 Limita,quia quicquid ſit in eo,qui præſtitit alimenta,vt ratione charitatis ea pręſumantur donata, id non procedit in caſu conuerſo, quando debentur iure actionis: alimentandus enim non præſumitur illa remiſiſſe,& donaſſe, ideo illa pro præterito tempore petit,Corn.conſilio 175.libro quarto.

Vide.Donatio non præſumitur.Concl702.

Limita,quia ſocer,qui præſtitit alimenta genero,& familiæ auget dotem,vt non repetat,ſed augeat dotem filiæ.Alex,conſ.100.in fi.lib.1.& conſ. 72.numer.7.& ſequent. lib.5. Vbi vere hoc non dicit explicite, ſed virtualiter, dum dicit, quod non debentur alimenta ab obligato ex proprietate, ſed ex fructibus, vnde cum videantur fructus dotales debent augere dotem. l. ſi ante. ff. ſolut. matrim.

Vide.Dotis fructus augent dotem.Concl.738.

53 Reſtringe quando ſocer eſt nobilis, quia præſumitur donare alimenta nobili.gloſſ.in l.vxori ſuę. §.fin.in gl.fi.ff.de legat.3.Bal.in l.ſi paterno.C.de negoc.geſt.

54 Limita in auo materno, qui pręſtitit alimenta nepti ex filia, quia ſi proteſtatus eſt,repetit ipſe, & hęres, ſed an debeat haberi ratio operarum præſtitarum per neptem in domo aui, vide ſupra n.14.ſed cum temperamento,vt per Cuma.conſ. 88.nu.5.vſque in fin.

55 Limita,quando is,qui præſtitit alimenta declarauit,vel in libro conſcripſit, quia probatur animus ex tali libro repetendi.Rimin.iun.conſ.132. num.3.& ſequen.lib.2

Limita in extraneo, quia ſemper præſumitur præſtare alimenta extraneo,vt repetat, quia nemo præſumitur iactare, vel donare.plene Corne. conſ.257. Circa primum,in pri.lib.1.& conſ.199. nu.4.lib.3.& conſ.165.in fi.lib.4.gl. in l.vtrum.ff. de donat.int.vir.& vxo.Caſtren. in l.ſi negocia. C.de neg.geſt.Alex.conſ.110.in prin.lib.7. Ruin. conſ.94.numero 7.libro quinto.Deci. conſilio 21. numero 7.

57 Extende,quia non poteſt habere locum.l. procula.ff.de probatio.quia tria copulatiue requirun tur, & vno deficiente non procedit. Doctor.in l. 2.C.de iur.dot.Bal.in l.cũ proponas,la prima, & * in l.ſi certis annis. C.de pact. & eſt * communis opinio.Iaſon in l.quæ dotis.ff.ſolut.matrim.num. * 18. vbi dicit * communem.Alciat. in tract.præſumpt.regula prima,pręſumptione 32.num.5.Afflict.deciſ.13.num.12. Capic.deciſ. 180.num.15. Rip.reſponſ.117.

58 Et competit pro petitione,vel repetitione alimentorum actio negociorum geſtorum. Bal.in l. alimenta.C.de negoc.geſt.

Item

59 Item actio ex stipulatu si facta est promissio, vel obligatio. Bald. d. l. alimenta. C. de negoc. gest.

60 Declara qualiter habeat, vel non habeat, vnde se alere possit, vt plenissime per Bal. conf. 30. Sicut dixi. libro secundo, vbi quod non debet vendere proprietatem, sed debet habere ex fructibus, vel redditibus, alias non dicitur habere. Cravet. consilio 198. numero vndecimo, qui idem dicit Aretin. in l. alimenta. num. 3. C. de negoc. gest. Deci. in l. diuus Pius, in fi. ff. de reg. iur. Alexan. conf. 100. Super primo casu, in fin. lib. 1. vbi apostill. dat concord. vltra allegata per Alex.

Vide supra. Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Conclus. 284. num. 6. & seq.

61 Limita in patruo, quia tenetur recipere neptem educandam infantem, & illius negocia administrare, sed non tenetur eam alimentare de suo quando habet neptis de proprio, ideo repetit alimenta patruus, & hæres, vel saltem compensat. Anchar. conf. 435. Prœmittendum est.

62 Restringe, quia mater, quæ transiuit ad secunda vota, non petito tutore, neq; reddita ratione, sed continuauit in administratione, & fecit expensas pupillo, quem retinuit penes se, non repetit, quia videtur donasse tanquam in mala fide, prout de eo, qui in re aliena, cum mala fide expendit, qui non repetit; sic etiam mulier, cum non posset pupillum educare penes se, nec etiam administrare post transitum ad secunda vota, non repetit. Ancharan. conf. 316. In causa, quę vertitur. num. 6. & sequen. ver. subsequenter.

Alimenta a quo, & de cuius bonis præstita dicantur. Conclus. CCCIII.

1 VSVFRVCTVARIA præstans in domo sua alimenta, de suo alimentare præsumitur, & illi, non autem hæredibus adscribenda sunt talia alimenta. argum. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito: vbi Bald. & Salycet.

2 Amplia, quia is, qui stat in domo alterius, præsumitur viuere sumptibus eius, in cuius domo habitat, nisi aliud appareat, nec requiritur, quod testes continuo viderint comedere, sed aliquando. Corn. conf. 110. Videtur in hac consultatione. col. 3. circa med. lib. 1.

3 Amplia, quia quilibet administrator rei alienæ, qui præstitit alimenta eidem, de cuius bonis tenetur reddere rationem, censetur alimenta præstitisse de bonis administratis, non autem de suo, neque animo donandi. Bald. in l. Nesennius post Bar. ff. de negoc. gest. plenius per Alex. conf. 108. Viso themate, in fi. ver. circa sequens. lib. 1.

Vide. Alimenta præstita ab obligato. Conclus. 302. per totam, maxime nu. 13. & sequen. & nu. 23. & sequen.

4 Declara, quia licet præsumantur alimenta præstita per administratorem de bonis pupillorum, non tamen possent pupilli allegare se non fuisse alimentatos de bonis administratis, neque de bonis administratoris, sed aliunde, vt duriorem causam administratoris facerent. Alex. d. conf. 108. in fin. vers. est verum. lib. 1. allegat. l. fin. C. de aliment. pupill. præstan.

5 Vide, quando is, qui alimentauit alium, de suo præsumatur donasse, vel animo repetendi alimentasse. in vers. Alimenta prestita consanguineo. Conclus. 301.

6 Si donatarius, & donans, cui donatarius promisit alimenta pro bonis sibi donatis, si contendunt inter se, quia donans negat se fuisse consequutum alimenta, donatarius vero affirmat, cui incumbat probatio, & quod asserenti, & sic donanti incumbat onus probandi, consuluit Corn. conf. 120. lib. 1.

7 Contrarium, quod onus probandi incumbat donatario, quod impleuerit, ex quo constat donantem impleuisse. Corn. conf. 179. lib. 2.

8 Declara, quia si donans stetisset in domo donatarij, præsumitur, quod donans ab eo fuerit alimentatus, nisi aliter probetur. Corne. conf. 110. col. 3. lib. 1.

9 Extende, quia asserenti se male tractatum in alimentatione, incumbit onus probandi. Rimin. conf. 175. num. 18. lib. 1.

Vide. Probatio incumbit asserenti. Concl. 768.

Alimentorum legatum quando perdatur, vel non. Conclus. CCCIV.

1 LEGATVM alimentorum sub conditione factum, non debetur nisi conditione impleta. Calder. conf. 332. in princ. alias 3. de testam.

2 Sicuti in casu conuerso non debetur si venit conditio adimens, puta, si vitam inhonestam ducat; quia adimitur multo magis. Calder. d. conf. 332. alias 3. de testam. per totum, vbi loquitur in legato alimentorum facto monacho, & adempto, si vitam ducat inhonestam.

3 Amplia, vt procedat etiam si pure sint legata alimenta, sed sint adempta in casu, in quem legatarius vitam detestabilem faceret, quia detestabiliter viuendo perdit legatum. Calder. conf. 332. per totum, alias 3. de testam. vbi quod dicitur vitam detestabilem facere, si rixatur in domo cum familia testatoris, si verberat filium testatoris, vel expellit de domo, vel si inhonestam vxorem duxit.

4 Amplia, quia si est primo legatum alimentorum relictum per maritum vxori, cum hoc, quod stet cum filijs, & si non poterit stare habeat tantum pro alimentis, & si filij decesserint reliquit tertiam partem vsusfructus omnium bonorum, deinde vero facta sint eidem vxori alia legata semel, non autem successiua, si mortui sunt filij, & vxor velit habere vsumfructum, an cessent alia legata, quod legata momentanea non cessent, quia ius est quæsitum absolute, legatum vero alimentorum, quia est successiuum, arguit primo, quod sit, ne inducta ad augendum, &c. arguit postea contra, quia cessat causa miserationis, tandem dicit, quod si minus importat legatum vsusfructus, potest petere, quod sibi magis est vtile. Castren. in conf. 31. in princ. lib. 2.

5 Amplia, quia legatum factum ex causa, puta, vt legataria suscipiat tutelam filiorum legantis non debetur non suscepta tutela. l. Nesennius. ff. de excusat. tutor. quia ex quo deficit causa, si non facit, quod debet, non recipit, quod oportet.

Amplia.

6 Amplia, quia vxor tranſiens ad ſecundas nuptias perdit legatum alimentorum.

Vide plenius in ver. Vxor perdit legatum. Concluſ. 400.

7 Limita, quia legata alimenta ſub conditione, ſi mater ſteterit ſimul cum omnibus filijs, non perduntur, licet deficiat conditio propter impoſſibilitatem ſine culpa matris, vt quia filij noluerint ſtare in communione, quia conditio habetur pro impleta. Cuman. conſ. 38. Maritus quatuor, per totum, maxime in fine.

8 Limita, quia legatum alimentorum non cenſetur ademptum per generalem reuocationem omnium legatorum à teſtatore factam. Cuman. conſ. 30. Statuto cauetur. num. 4. ver. vltimo.

9 Declara omnes limitationes, quia præſtans alimenta vxori alterius, cenſetur potius contemplatione mariti præſtare talia alimenta, quam contemplatione vxoris, ex quo maritus eam alere tenetur, ideo repetitio non datur contra alimentatam. Alexand. conſ. 171. libro 2. refert, & ſequitur Ruin. conſ. 223. col. fin. lib. 1.

Vide. Contemplatione alterius factum. Concluſ. 966.

Alimenta quando debeantur ſucceſſori in beneficio. Concluſ. CCCV.

1 ALIMENTA debentur Epiſcopo ſucceſſori in Epiſcopatu, quando omnes fructus ſunt recollecti per defunctum, quia hæredes defuncti tenentur illa ſubminiſtrare, ex quo de ſuo Epiſcopus non eſt obligatus ſe alimentare. Oldrad. d. conſ. 249. Quæritur vtrum. ver. ad ſecundam. num. 2.

Vide plenius in ver. Beneficiatus an æquiparetur vſufructuario. Concl. 80.

Vide. Dignitati, vel officio, quando aliquid cenſeatur conceſſum. Concluſ. 434. num. 11. & ſequen.

Vide. Succeſſor in Eccleſia, vel Epiſcopatu, an teneatur ad debita. Concluſ. 876.

2 Limita, quando alimenta legantur perſonæ, quia ſucceſſori non debentur.

Vide. Alimenta legata perſonam non egrediuntur. Concluſ. 290.

Alimenta legata de alieno qualiter debeantur ab hærede legantis. Concl. CCCVI.

1 DEBETVR legatum alimentorum ab hærede teſtatoris grauato, etiam ſi ſit factũ ſuper bonis alienis præſente Domino bonorum, & conſentiente tacite, vel expreſſe, quia legatarius non habet actionem contra Dominum, ſed contra hæredem. Bart. conſ. 211. Quidam ſibi filios, in princ. lib. 1. qui loquitur quando legatarius erat abſens.

2 Declara, quia hæres poterit agere contra Dominum, qui tacite conſenſit, vel expreſſe, quaſi mandauerit. Bart. d. conſ. 211. num. 3. ver. fateor tamen. lib. 1.

3 Reſtringe, quia poſſet legatarius agere contra Dominum, qui conſenſit, ſi teſtator aliquid eidem legaſſet, alias ſecus. Bar. d. conſ. 211. n. 2. in fin. lib. 1. ver. concludo.

Vide plenius. Legatum rei alienæ quando debeatur, vel non. Concluſ. 63.

Alimentorum conuentio an reſcindatur ex capite læſionis. Concluſ. CCCVII.

1 IS, qui conuenit in certa quantitate pro legato alimentorum ſibi debito in genere, ſi eſt læſus vltra dimidiam reſcindit conuentionem, & omnem contractum bonæ fidei. Bald. conſ. 108. in fin. lib. 1. Rom. conſ. 413. Pro pleniori. num. 2.

2 Amplia, quia legatum factum ſpurio ſi excedit in quantitate alimentorum vltra dimidiam non valet in eo, quod excedit dimidiam, ſi vero non excedit ſubſiſtetur legatum propter.

Vide. Spurij non poſſunt breues inſtitui. Concluſ. 418. num. 105. & ſeq.

3 Amplia in legato ſimplici, & donatione.

Vide. Læſio vltra dimidiam habet locum. Concluſ. 293. num. 65. & multis ſeqq.

Alimenta an poſsint remitti, & qualiter. Concluſ. CCCVIII.

1 ALIMENTA futura non poſſunt remitti, neque valet tranſactio, neque compromiſſum ſuper eis, ſed ſecus eſt circa preterita alimenta. Alexand. & Iaſon in l. de alimentis. C. de tranſact. & idem Iaſ. poſt alios in l. cum ijs. ff. eodem.

2 Et quod non poſſint remitti, neque eis vllo modo renunciari. Specul. titul. qui fil. ſint legit. §. 1. ver. pone quidam. Bald in l. pactum, quod dotali, in fin. C. de collat. Alex. conſ. 178. Videtur forſan, in princ. lib. 6.

3 Extende, vt procedat etiam ſi ſuper alimentis futuris eſſet facta nouatio, quia adhuc non valebit tranſactio, neque compromiſſum. Bald. conſ. 270. Practica Ciuitatis, circa med. lib. 3.

4 Extende idem ſi ſuper alimentis futuris eſſent latæ ſententiæ, & facti partiti alicuius magiſtratus, quia non valet ceſſio, neque tranſactio, neque compromiſſum, quia non operantur ſententiæ, nec partiti facti, niſi nouationem accumulatiuam. Bartol. & alij in l. nepoti. ff. de fund. inſtruct.

5 Extende, quia non valet etiam ceſſio alimentorum futurorum, quia ceſſio nil aliud eſt, quam renunciatio ad vtilitatem alterius, quia alimenta non ſunt tranſmiſſibilia. Bald. in authen cui relictum. col. fin. ver. quid enim. C. de iudic. vidui. tollen. & in l. fin. in 6. oppoſita C. de hered. inſtit. & regula eſt, quod ea, quæ non poſſunt tranſmitti, non poſſunt cedi. l. ſi pluribus. ff. de admini. tutor. ita Alexan. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud.

Digitized by Google

illud.ff.de verb.oblig. Iaſ.in auth.res.quæ.C.com mun.de leg.num.31.& ſeq.vbi ampliat,& limitat. & in l.1.§.fin.ff.de noui.oper.nunciat.num. 5. vbi limitat duobus modis.Alex.in apoſtill.ad Bar. in l.ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iur. dot.

Vide ſupra . Alimenta legata perſonam non egrediuntur.Concluſ.190.

6 Ratio eſt , quia iuri prohibitiuo non poteſt renunciari, vt per Becc.conſ.111.n.34.in fine.

7 Amplia , quia non valet tranſactio ſuper futuris alimentis ſine decreto Iudicis , ſecus eſt ſuper præteritis . Abb.conſ.88.Videtur.col.3. verſ. nec obſtat.lib.1.

8 Declara,quia licet ſuper futuris alimentis multa ſint indulta,quæ non conceduntur præteritis,tamen quando ſumus in monacho,& in eo, qui omnia neceſſaria debet conſequi à Monaſterio,non ſit differentia. Abb. d.conſ.88. col.3. ver.nec obſtat. lib. 1.

9 Declara totam iſtam materiam,quia ſi alimenta debentur ex contractu,poteſt tranſigi, & paciſci,tam ſuper præteritis,quam ſuper futuris,ſi debentur ex vltima voluntate non poteſt tranſigi ſuper futuris abſolute ſine decreto Iudicis, ſuper præteritis autem poteſt tranſigi.Bart.in tract.aliment.n.33.& ſeq.ver.ideo videndum,vbi n. 34. & ſeq.reddit plures rationes, quas videas.

10 Limita,niſi interueniat decretum Iudicis cum cauſæ cognitione . Alex. & Iaſ. in d.l.de alimentis.C.de tranſactio.

11 Declara,quia alimenta ex teſtamento relicta , vel titulo lucratiuo non poſſunt remitti ſine decreto Iudicis , ſecus ſi ſunt debita , & quæſita ex contractu oneroſo, quia primo caſu faciliter renunciatur,ſecundo caſu ſecus, quando labore , & ſudore ſunt quæſita. l. cum ij. §. 1. ff. de tranſact. Aegid. Bellam.conſ.43.num.2.

12 Extende, niſi interuenerit iuramentum, quia etiam futura poſſunt remitti. Iaſ. d.l.cum ij.ff.de tranſactio.& in l.de aliment.nu.3. C.eod.licet ſit quæſtio dubia, vbi Dec.num.12. Bart. in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.Alex.conſ.11.num.14.lib.1. quia prohibitionibus, quæ non ſunt contra bonos mores , vel contra publicam vtilitatem , valet renunciatio cum iuramento. Socin.Sen.conſ.103. num. 6. lib. 3. & in terminis Deci. conſ. 345. nu. 2. & veriorem dicit Decian. conſ. 39. num. 77. & ſeq.lib.1.vbi,quod per iuramentum validatur renunciatio etiam in ijs,quæ ſunt prohibita poſſe illis renunciari,& plures allegat,quos videas.

13 Contrarium Bart.in l.cum ij,in fin.princ.ff. de tranſact. vbi , quod legi illi tamquam prohibitiuæ etiam cum iuramento non poteſt renunciari,quia in ſimili videmus quod l.ex ijs.ff.de tranſact.non * poteſt cum iuramento renunciari, communem * dicit Simon de Pret.conſ.116.num.18.

14 Declara,quia valet renunciatio cum iuramento , quando in ſpecie fuit cum iuramento renunciatum ſuper illo prohibito , ſecus ſi in genere. * Becc. conſ.111.nu.35. vbi dicit magis * communem,& alios citat de magis * communi.

15 Limita , quia ſuper alimentis præteritis poteſt compromiſſum fieri.l.de alimentis.C.de tranſact.

16 Extende etiam ſi debeantur ex teſtamento, vel inſtrumento,ex quo eſt quæſtio mixta iuris,& facti, quia ſi ſumus inter perſonas coniunctas,ſtante ſtatuto , debet compromitti.Bart.in l.ille, aut ille.§.cum in verbis.ff.de legat.3.Bald.in l.cum proponas.ff.ſi cert.petat.ſequitur Alex.conſ.62.n. 6.lib.2.vbi volunt,quod ſuper articulo, an ſit faciendum compromiſſum, debet compromitti.

Vide. Renunciare iuri in fauorem ſuum introducto,quando quis non poſſit. Concluſ.171.

Alimenta pendente lite, quando,& quibus debeantur. Concluſ. CCCIX.

1 ALIMENTA debet maritus vxori non obſtante , quod mulier accuſetur de matrimonio adulterato , donec pendet lis , & fuerit declaratum adulterium.Feder. de Sen.conſ.176. Domino Corrado,per tot.allegat.l.ſi inſtitura.ff.de inoffic. teſtam.& Hoſtien.in c.ex parte,de accuſatio.Cephal.conſ.127.num.6.

2 Extende , quia Iudex ſecularis etiam pendente cauſa coram Eccleſiaſtico,ſiue in prima , ſiue in ſecunda inſtantia poteſt compellere maritum ad præſtandum alimenta vxori, & patrem, vel illius hæredem ad ea præſtandum filio prætenſo.Afflict. deciſ.152.& Guidop.deciſ.439.& infra num.7.

3 Declara, vt non procedat, quando adulterium eſſet notorium , vel eſſet declaratum , quia tunc non debentur amplius alimenta vxori adulteræ. Feder. de Sen. d. conſ.176.per totum.

4 Extende,quia debentur alimenta vxori pendente lite,etiam ſi maritus allegat reſtituiſſe dotem , & vxorem ſubtraxiſſe multa bona, quæ negat mulier eſſe vera , quia interim maritus tenetur præſtare eidem alimenta. Afflict. deciſ. 10. per text. in l. ſi inſtituta. §.de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtamen.

5 Extende , vt procedat etiam mortuo marito , quando vxor petit dotes ſuas ab hæredibus mariti . Couarr.pract.queſt.c.6.nu.6.ver.quantum ad primum .

6 Amplia,quia alimenta debentur filio nato, vel naſcituro etiam durante lite,an ſit filius , vel non. l.1.ff.de ventr.in poſſ. mitten. & l.extraneo. eod. tit.deciſ.Cappell. Toloſ.77.vbi apoſtill. Bero.deciſ.324.num.4.

7 Extende , quia etiam pendente lite coram Eccleſiaſtico,Iudex ſecularis poteſt facere prouiſionem alimentorum filio , & vxori . Guidop. deciſ. 439.Afflict. deciſ.152.ſupra num.2.

8 Et eſt generalè in omnibus deſcendentibus , & aſcendentibus.Couar.pract.queſt.c.6.nu.6.

9 Amplia,quia debentur Prælato electo ab Eccleſia etiam pendente lite , an electio ſit bona , vel an ſit confirmanda. Calder.conſ.319.circa princ. ver.& ſi dicatur,alias 2.de ſolutio.

10 Extende in tantum,vt Prælatus etiam regularis poſsit pro talibus expenſis factis in proſequutione ſuę electionis,de illis ſatisfieri à menſa cõmuni ſi ſufficiant,vel poſsit imponere ſubſidium charitatiuũ.Calder.conſ.445.alias 3.de cenſi.per tot.

Vide.Subſidiũ quãdo poſsit imponi.Conc.768.

11 Amplia in monacho accuſante Prælatum ſuum, quia debet conſequi expenſas,quia facit negociũ vtile pro Monaſterio . Calder. d.conſ.445. circa prin.ver. hinc eſt,quod monachus,alias 3.de cenſib. Cephal.conſ.127.num.9.

Digitized by Google

12 Amplia, quia debentur alimenta hæredi, & filio, qui nihil habet etiam ſi ſit forenſis in loco rei, in quo litigat hæreditatem.Cuman. conſ.86. num. 2.ver.item quia .

13 Extende,quia filio,de cuius ſtatu litigatur agẽti ex Carboniano debentur alimenta pendente lite, ita Specul.de primo,& ſecundo decreto. §. videndum reſtat. verſ. item quoque.

14 Amplia,quia debentur alimenta ſorori excluſæ ab hęreditate pendente lite ſuper legitima_, vel dote ſororis in bonis paternis . Afflict. deciſ. 11.ſoror Comitis.Cephal.conſ.127.nu.7.

15 Amplia,quia filius petens alimentari,vel pronũciari filium debet ali, ſi ex vno teſte ſummarie, vel alias probat ſe filium,quia donec plene diſcutiatur, ali debet, ex quo cauſa pia eſt alimentorum.Couarr.practi. quęſt. c.6.in fi.

16 Amplia,quia debentur alimenta, & expenſæ litis pauperi,& inopi agenti ad libertatem,ſpeciali fauore libertatis.l.fi.C.de ordi.cognit.qui tex. loquitur quando ablata ſunt bona ab eo,qui erat in quaſi poſſeſſione libertatis per Dominum,quia cogitur reſtituere bona data cautione, vel ſi non poteſt facto ſequeſtro,& condemnatur ad alimenta, & expenſas propter priuationem authoritate priuata factam.ita Couarr.practi. quæſt.cap.6.n. 4.verſ. eſt tamen.

17 Extende,vt idẽ ſit in nepote agẽte ad inofficioſũ teſtamentũ cõtra patruũ, quia ſi eſt pauper,& vnam ſententiam reportauit pro ſe debẽt ei ſubminiſtrari alimenta, & expenſæ litis. l. ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffic.teſtam,& ita communiter teneri aſſerit de iure antiquo.Couar.practic.quęſt.c.6.n. 6.circa fi. licet hodie dicat ſecus eſſe, quia non præſumitur pro exhæredatione_, prout olim præſumebatur.

18 Declara, quia vna ſententia requiritur ad inducendam præſumptionem boni iuris, quando ante ſententiã pręſumptio erat contraria, prout in exhęredato, ita Cephal.conſ.127.in fi.

19 Extende, vt procedat etiam ſi agens eſſet mulier maritata,quia licet maritus teneatur alere_, non tamen tenetur ad ſumptus litis . Cephal. d. conſ.127.num.10.& ſeq.ver.non obſtat.

20 Extende generaliter vbicunque is, qui agit eſt pauper,& habet apparenter bonum ius,quia debentur ei alimenta, & ſumptus litis, non habito reſpectu,ad ſpecialitatem caſuum libertatis, vel vnicæ ſententiæ late pro paupere, quia procedit generaliter, vbi aliter, quam ex ſententia, conſtat de bono iure, ita Salycetus in l. ſi fideiuſſor. §. vltimo : vbi Iaſ. num. 30.ff.qui ſatiſd.cogan.Aret.in c.ſi quis teſtium.n.14.de teſtib.Cur. in tract. de ſequeſtratio.n.10.Guidop. deciſ.561. Alciat.de præſumpt.reg.3.pręſumpt.9.nu.9.Cravett.conſ.164.latiſſ.Cephal.conſ.127.per tot.Decian.conſ.66.n.2.lib.2. Menoc.tract.de præſump. lib.1.quæſt.35.num.1.Couarr.practi.quęſt.c.6.

21 Contrarium,quod imo non debeantur alimenta, & expenſæ litis ei, qui eſt pauper, & extraneus, quando agit ad bona, quæ nunquam poſſedit,dicit Couarr.practi. quæſt.nu.5. verſ.ex hoc vero,vbi allegat ad hoc Bald.in l.fi.§. quod ſi ei. C.de ordin cognit.Io.Lup.in c.per veſtras,de donat.int.vir.& vxor.§. 39. & dicit abſurdum eſſe contrarium dicere, & quod Boer. deciſ. 303. col. 1. dicit nunquam vidiſſe recipi deciſ. Guidopapæ.

22 Declarat tamen Couarr. procedere poſſe quando conſtaret non leuiter de bono iure actoris, quod tunc ſit locus alimentis, & ſumptibus litis, alias non.

23 Declara,quia de iure ciuili tria debent concurrere, vt debeantur actori alimenta, & ſumptus litis.Primum,quod ſit filius,vel nepos teſtatoris, & ſic deſcendens, vel aſcendens, vel vxor. Secũdum,quod ſit pauper. Tertium,quod habeat primam ſententiam pro ſe,vt dicit tex. in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffic. teſtam.& ita ibi gloſſ.Bar.Alber. Angel.Fulgoſ & Caſtren.de-
* clarant,& hanc communem * dicit Couar.practi. quæſt. d.cap.6.n.6.verb.conſtat: vbi ſecus eſſe dicit quoad extraneos, & tranſuerſales, niſi agerent ex teſtamento non raſo,neque vitiato,quando non negantur bona fuiſſe defuncti .

24 Declarat etiam idem Couarr.practi.quæſt.c.6. n.6.ver.ego vero, vt procedat extenſio quoad litis expenſas, vt etiam extraneis debeantur expenſę litis quando ſunt pauperes,& conſtat de bono iure, licet dicat in Hiſpania nunquam id fuiſſe vſu receptum.

25 Contrarium videtur, quod fauorabiliora ſint alimenta,quam expenſæ.Bar.in l.Imperatores.ff. de tutel. & ration.diſtrahen.

26 Primum igitur requiſitum eſt, quod actor ſit filius,vel deſcendens,aut aſcendens, aut vir, & vxor,& non ſufficit, quod ſit extraneus, etiam ſi frater,vel coniunctus ſit,etiã ſi agãt de hæreditate fratris, vel coniuncti, niſi vnico caſu, quando ex teſtamento agerent,& illud eſſet ſine vitio viſibili. Couarr.qui hoc probat, & dicit * de com-
* muni practi.quęſt. c.6. num.6.ver.conſtat ſane_, cum ſeq.

27 Secundum requiſitum, quod conſtet de bono iure actoris, quod multis modis poteſt apparere, vel quando habet primam ſententiam pro ſe, vel ſine ſententia quando non leuis præſumptio eſt pro actore. Idem Couarr.d.cap.6.practi. quæſt.n.6.ver.ſecundum quod.

28 Vide Menoc.conſ.491.n.31.vbi quod debet eſſe pręſumptio, quæ accedat proximè ſententię.

29 Tertium requiſitum, quod actor ſit pauper, &
* hanc communem * dicit Couar.practi.quęſt.nu.6.
* in fin.ver.tertio requiritur: vbi dicit * communẽ.

30 Declara,quia aliquando etiam non pauperi deferuntur ex cauſa, vt idem Couarr.ex mente_ Rebuff.in loco ſupra citato.

31 Quartum quoque addit requiſitum idem Couarr.d.c.6.practi quęſt. nu. 7. quod teneatur idoneam cautionem pręſtare de reſtituendis in caſu
* ſuccumbentiæ: vbi dicit * hanc eſſe veriorem, &
ſubdit rationem, ne pauperes temere inuitentur ad litigandum, & dicit text. in l.1.§.intereſſe. ff.ſi mul.vent.nom.in poſſeſſ. habere ſpecialem rationem propter ventrem.

32 Contrariũ tenet Maſſuer.in prax.tit.de poſſeſſ. n.27.vbi quod non tenetur ad cautionem,ſed nec ad reſtitutionem ſi ſuccumbat,& idẽ tenet Boer. deciſ.324.col.2.per l.primam.§.intereſſe.ff.ſi mul. ventr.nomi.in poſſ.miſſ.

33 Declara, quia arbitrarium eſt Iudici, quia_, alias ſi quis non poſſet cauere propter inopiam excluderetur a iure ſuo,quod eſſet iniquum,prout de ſtatuto præciſe compellente forenſem,nec aliter audiatur, quia admitti debet ad iuratoriam, ne iniquitas inducatur.

Vide.

Vide.Statutum circa fideiuſſiones præſtandas. Concluſ. 551. Nec eſt bona ratio quam adducit Couar.ne inuitentur pauperes ad litigandũ, quia hoc nõ eſt preſumendũ, imo nec poſsibile, quia ſi debet conſtare de bono iure, ceſſat calumnia, nec eſt ſpeciale in d.l.1.§.intereſſe, quia eadem eſt ratio in paupere agente, quando conſtat de bono iure.

34 Declara, quia ſunt opiniones hinc inde, tamen ſi facta eſt adiudicatio per modum recredẽtiæ, & ſic prætextu iuris, & poſtea ſuccumbat, tenetur reſtituere fructus, ſecus ſi per modum prouiſionis. Boer.d.dec.324.n.4.& 5.& per totam.

35 Amplia, quia debentur agenti petitione hæreditatis, quando deſcendens eſt, quia adiudicatur per modum prouiſionis quarta pars hæreditatis * ſecundum *communem, Boer.d.dec.324.n.4.

36 Amplia, quia alimenta debentur in cauſa criminali pauperi offenſo per modum prouiſionis ex bonis offendentis, plene. Boer.deciſ.324. num. 2.& ſeq.per totam.

37 Et non reſtituuntur, etiam ſi actor ſuccumbat, ſed tamen ſi obtinet, debet habere operas perditas, & perdendas, & non compenſat habita per modum prouiſionis. Boer. d. deciſ.324. numer.5.

38 Limita, quia expenſæ prouiſionales non debentur reo delinquenti etiam pauperi in cauſa criminali, ſed neque in cauſa ciuili. Boer.deciſ.325. in prin.& per totam.

39 Reſtringe, niſi extraordinarie procedatur. Boerius d.deciſ.325.col.2.

40 Reſtringe de iure antiquo, quia Reſpublica tenetur prouidere pauperi, & inopi de Aduocato, & Procuratore, de quo exclamat Boer. d. deciſ. 325.col. 2. quia hodie non obſeruatur, & dicas, quod in ciuitatibus maioribus prout Romæ, & Bononiæ, & Florentiæ vidi extare Procuratores, & Aduocatos pauperum, qui Romę ex publico ſunt ſalariati.

41 Vide tamen plures caſus, quos ponit Boer. d. deciſ.325.circa fi. in quibus debentur expẽſę vxori accuſatę à marito, & ſeu accuſanti, quando nõ habet aliunde, & ponit alios caſus, in quibus fuit facta prouiſio.

42 Et an prouiſio iſta ſi non exequatur faciat, quod debeat denegari iuſtitia ei, qui non paret prouiſioni, vide Boer. deciſ. 326. per totam, vbi pro vtraque parte allegat, & tandem concludit quod non ſit ſuperſedendum, maxime ſi is, qui debet prouiſionem expenſarum, eſt reus, quia compellitur, & ſubhaſtantur bona ad tollendam calumniam, & in omnem caſum etiam is, qui habet prouiſionem, habet remedium exequutionis; ideo licet ſit actor tamen non poteſt impedire iudicium per calumniam, licet regula ſit, quod negatur audientia ei, qui non paret decreto Iudicis.

43 Quis dicatur pauper, vt ſit locus ſubminiſtrationi alimentorum, & expenſarum litis. Couar. pract.quęſtio.c.6.nu.3.in fin.vbi quod eſt arbitrarium Iudici in Hiſpania, quando habet valorem trium millium quadrantum marauedinorum.

44 Quanta ſumma debeat taxari pro alimentis, dicas, quod non poteſt dari certa regula, ſed eſt arbitrarium Iudici, licet aliqui quartam partem fructuum bonorum, de quibus agitur, ſtatuerint. Couar.pract.quæſt.c.6.circa fi.ver.ſolet tamen.

Aliud eſt venditio, aliud promiſsio de vendendo, cum multis exemplis ſimilibus. Concluſ. CCCX.

1 ALIVD eſt vendere, aliud eſt promittere de vendendo. Alex.conſ.121.Viſo themate nu.5.lib.4.quod duplicatur lib.2.conſ.73.& conſ. 168.nu.7.lib.6.Socin.conſ.170.In præſenti conſultatione lib.2.in prin.Dec.conſ.182.In controuerſia in fin.Bald.in l.1.nu.2.in fi.C.de pact. pignor. Iaſ.in l.quoties, nu.34.C.de rei vendic. Bero. deciſ.58.nu. 8.& ſeq.vbi infinita ſimilia. Alex.conſ. 45.numer.2.lib.5.Alexand.conſ.72.Videtur, num. 9.lib.3.

2 Aliud eſt locatio, aliud promiſsio de locando, prout in ſimili dicitur de venditione. l.in bonæ fidei, ff.de eo quod certo loco. Iaſ. in l.quoties, limit.14.C.de rei vendic. Deci.in l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens.ff.ſi cert.petat. Bal.conſ. 51.nu.15.lib.1.Alex.conſ.76.lib.5.

3 Extende, quia qui locare promiſit, non poteſt cogi ad locandum præciſe, quia iſtud eſt facti, & in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, l.ſtipulationes non diuiduntur, ver.celeus. ff.de verbo.oblig. Alexand.conſ.212.col.3. lib. 6. Deci.conſ.502.& conſ. ſequen. Tiraq. de retract. conuent.ad fin.tit.nu.16.vbi plures allegat, & dicit procedere, etiam ſi haberet facultatem rei tradendę ſecundum Deci.d.conſ.502.

Vide.Obligatio faciendi impletur per intereſſe.Concluſ.43.

4 Aliud promittere ſe donaturum, aliud donare.

Vide multa pro vtraq; opinione in ver. Pactum de donando, vendendo, & ſimilibus. Concluſ.23.

5 Aliud eſt ſe obligare ad emendum, aliud emere, quia qui emit, poteſt conueniri ad pretium ſoluendum, ſed qui promittit emere, non poteſt conueniri ad ſoluendum pretium, ſed prius ad emendum. Caſtrenſ.conſ.93.In cauſa, quę vertitur n.2.lib.2.

6 Aliud eſt liberare, aliud promittere de liberando, quoad hoc, vt pariat actionem, quia promiſsio de liberando non parit actionem, ſed parit exceptionem. Caſtren.conſ. 342. In cauſa frataleę in prin.lib.2.

7 Aliud eſt cedere, aliud promittere cedere. Roman. conſ. 86. Viſo quæſtionis themate, numer. 7. verſ. primo quia, vbi apoſtill. in ver. promiſsio, dat concord. & in caſu illo contingenti conſuluit Roma. quod ceſsio non cenſetur facta, licet adſint verba, quę poſſunt importare, quod ſit facta, quando adſunt clara verba, quod faciet ceſsionem, ne illa verba ſint ludibrio, & ſuperflua.

8 Extende in alijs, quia aliud eſt cedere, vel dare in ſolutum, aliud promittere cedere, vel dare in ſolutum, ideo ſi gabella ſoluitur de contractu ex forma ſtatuti, non debet ſolui ex promiſsione de contrahendo. Bal.d.l.1.numer.3.C.de pact. pignor.

9 Extende, quia aliud eſt vendere, aliud mandare, quod vendatur. Signor.conſ.256.num.2. Boer. deciſ.58.num.9.

Google

Vide.Mandatum ad aliquid faciendum non probat factum eſſe. Concluſ.49.

10 Extende, quia aliud eſt pactum de renunciando,vel donando, aliud renunciatio, vel donatio. Boer.deciſ.58.nu.9.

Vide.Vendere aliud eſt, aliud promittere de vendendo.Concluſ.43.

11 Reſtringe, quia dominium ita transfertur ex promiſſione de vendendo, ſequuta traditione, & ſoluto pretio,ſicuti ex venditione,plene Socin. d. conſ.170. per totum, lib. 2. vbi concludit, quod etiam facit fructus ſuos habens promiſſionem de vendendo,quando ſoluit pretium, & facta eſt traditio, quia habita eſt fides de cauſa faciendi.

12 Contrarium tenet Deci.conſi.182. in fin. quia fructus non poſſunt deberi ex promiſſione de vendendo,& idem tenet Alexand.conſ.121. quaſi per totum,lib. 4. quando promiſſio de vendendo erat poſt decem annos, & ſic non ſimplex. Alex. conſi.73.col.2.lib.2.quod duplicatur lib.4. conſi. 221.nu.5.

13 Aliud eſt eſſe legitimum, aliud haberi pro legitimo,prout Florentię hæc omnia in tertia diſput. in 2.dubio,nu.7.

14 Aliud eſſe abſentem,aliud haberi pro abſente.)

15 Aliud eſſe mercem,aliud haberi pro mercę.)

16 Aliud eſſe ciuem,aliud haberi pro ciue.)

Alex.conſ.115.n.8.lib.2.ver.vel poteſt dici.)

17 Aliud eſſe talem,aliud eſſe loco talis,aliud merces,aliud loco mercis,gloſ.in l. mercis la ſecõda, ff.de verb.ſignif.

18 Item aliud eſſe talem, aliud haberi pro tali. Alexand.conſi.229.Ponderatis, numer. 8. in fin. lib. 6.

19 Idem, quia aliud eſſe legitimum,aliud haberi pro legitimo.Rimin.Iun.conſ.222.nu. 160. lib. 2. Natta conſ. 602. numer. 5. vbi extendit, & dat exempla.

20 Aliud eſt eſſe ſpecialiter obligatum, aliud haberi pro ſpecialiter obligato, quia primo caſu manumiſſio ſerui ſpecialiter obligari impeditur, ſecundo caſu nõ,l.licet,ff.in quib.cauſ.pign. tacit. contraha. & ibi Bart. Neguſ. in tract.de pignor. in 3.memb.2.par.n.2

21 Aliud eſt vendere,aliud eſt venditioni conſentire.Signorol.conſ.145.nu.7.

22 Aliud eſt denunciare,aliud eſt requirere, quod fiat denunciatio.Signor.conſ.256.n.2.

23 Aliud eſt ſoluere, aliud conſtituere ſe ſoluturum.Signorol.conſ.256.n.2.

24 Aliud dare tutorem,aliud requirere,quod detur tutor.Signorol.conſ.156.nu.2.

25 Aliud eſt eligere,aliud eligenti conſentire,ſicuti aliud eſt agere,aliud agenti conſentire.Anchar. conſ.271 de titulis.nu.3.

26 Et aliud eſt dicere eligo, aliud volo eligere, Alex.conſ.72.Videtur nu.9.lib.3.

27 Et aliud eſt compromittere, aliud velle compromittere,ſeu offerre compromittere. Alex. d. conſ.72.n.9.lib.3.

28 Et aliud eſt compromiſſum fieri,aliud pronunciare,quod fiat Alex.d.conſ.72.n.9.lib.3.

29 Aliud eſt res,aliud poſſeſſio rei. Alexan. conſ. 117.in prin.lib.2.

30 Aliud eſt vendere, aliud poſſeſſionem tradere. Alex.conſ.44.Eximie Doctor,nu.5.ver.tertio reſpondeo,lib.7.

31 Aliud eſt promittere vendere domum liberam, aliud eſt promittere facere liberam venditionem de domo.Alex.d.conſ.44.in fi.nu.7.ver. quia reſpondeo primo,lib.7.Vbi ratione oſtendit euidẽti,quia aliud eſt contractus venditionis,aliud res vendita,quia contractus conſiſtit in conſenſu,res vendita in ſua materia.

32 Aliud eſt factum,aliud eſt verbum,ideo vbi opus eſt facto,verba non ſufficiunt. Anchar. conſ. 330.Viſis facti narratione,nu.7.

33 Aliud eſt reddere,aliud redditum confiteri.Anchar.d.conſ.330.n.7.

34 Aliud recipere,aliud recepiſſe cõfiteri.Anchar. d.conſ.330.n.7.

35 Aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe. Corne.conſ.137.licet multas rationes,n.6. ſequitur.Neguſ.de pignor.3.par.membr.2.nu.5.

Vide.Poſsidere,& in poſſeſsione eſſe differunt. Concluſ.404.

36 Aliud eſt vendere,aliud eſt reuendere.Rolan.à Vall.conſ.69.nu.5.cum ſeq.lib.3.

37 Aliud eſt non inſtituere in certo predio hæredem vniuerſalem, aliud prohibere ne inſtitutus habeat,quia primo caſu eſt locus iuri accreſcendi,& habebit totum,ſecundo caſu ſecus,& non valebit teſtamentum,ne decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.Bart.conſ.156. Titius nu. 3.ver.nec obſtat,lib.1.& conſ.81.Iacopuccius, n. 3.ver.concluditur ergo,quod eſt.Bar.& Franc.Tigrini.& plenius conſ.82. Quæſtio commiſſa in fi. lib.2.quod eſt Collegij Piſani.

38 Aliud eſt non adeo hæreditatem,aliud repudio hęreditatem.Bar.d.conſ.82.in fin.lib. 2. quod. eſt Collegij Piſani.

Et aliud alienare,vel non velle acquirere. Vide.Acquirere nolle.Concluſ.441.in prin.

39 Aliud eſt,me conſentire tibi facienti actum, aliud me obligare ad illum actum.Alex.conſ.131. In cauſa,nu.4.lib.2.

40 Aliud eſt flumen,aliud eſt ripa fluminis. Alex. conſ.120.Omiſſis argumentis,nu.6.quia flumen totum publicum,ſi eſt publicum. Ripa tamen eſt iuris priuati, præterquam quoad vſum neceſſarium fluminis,lib.2.

41 Aliud non velle,aliud non poſſe.Alex.conſ.196. Viſo teſtamento,col.penul.nu.15.in fin.verſ.inſuper negatur,lib.2.

Vide.Diuerſitas nominum diuerſitatem rerum perſonarum,& locorum inducit.Concluſ.517.

42 Alius eſt actus exequendi,alius actus declarandi,ideo, qui non poteſt exequi lapſo anno,poteſt declarare.Bartol.conſ.142.Conſtitutione Camerinen.in prin.& per totum.Anchar.conſ. 412. Cõtra hęredes,& plenius.Bartol. conſ. 139. Statuto communis,in princ. ver.vnde,lib.1.quod eſt.Bar. Franc.Tigrin,& Angel.de Amelia.Rom.conſ.228. n.10.verſ. quarto ſententiam hanc.

43 Extende,quia alius eſt actus ſententiandi,alius ſententiam exequendi.Bart.d.conſ.142.numer.2. Anchar. conſil. 412. vbi, quod fratres minores, qui ſunt incapaces exequutionis legatorum pierum,non ſunt incapaces declarationis.

Altare

Digitized by Google

Altare portatile a quo concedi possit. Concluſ. CCCXI.

1 EPiscopvs potest concedere hospitali profano oratorium cum altari viatico, seu portatili, in quo celebretur pro infirmis. Lap. alleg. 42. num. 3. vers. venio ad quæsita.

2 Amplia, quod etiam potest concedere hoc in alijs priuatis domibus sine consensu Rectoris parochiæ. Lap. d. alleg. 42. nu. 3. ver. quia huiusmodi.

Altari seruiens de altari viuere debet. Concluſio. CCCXII.

1 ALTARI inseruiens de altari viuere debet secundum Apostolum.

2 Infertur, quod dignum est, vt ei, qui populo suo spiritualia ministrat, temporalia ministrentur. cap. Ecclesias. ver. item Apostolus 13. quæst. 1. & in cap. Episcopus, de offic. ordin. in 6. Roman. cons. 344. In casu. num. 2. in fin.

3 Et qui in vno grauatur, in alio debet releuari. c. qui sentit onus. de reg. iur. in 6.

Vide. Onera sentiens debet sentire commodum. Concluſ. 143.

Alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. Concluſ. CCCXIII.

1 ALTERI per alterum non debet iniqua conditio fieri. c. non debet aliquis, de reg. iur. in 6. Anchar. cons. 140. Primum dubium, in princ. Roman. cons. 241. Spectabiles. nu. 5. vers. dicitur viterius. Abb. cons. 39. Duo sunt, in fin. lib. 1.

2 Extende etiam inter Iudæos, prout loquitur idem Abb. d. cons. 39. in fin. lib. 1.

3 Et prohibitum est aliquem inquietari pro alieno debito, vel aliena offensa, vel facto. Anchar. d. cons. 140. in princ.

4 Et odio alieno non debet quis grauari, & filius non portabit iniquitatem patris. Anchar. consilio 140. in princ.

5 Amplia, quia licet principalis debitor efficiatur suspectus de fuga, non tamen debet illius fideiussor carcerari, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. Rom. cons. 241. Spectabiles. n. 5. col. 2. ver. dicitur viterius.

6 Amplia, quia publica authoritas in medio est constituta, vt quis violentiam alteri non inferat. Ancharan. dicto cons. 140. in princip. vbi ponit exempla.

7 Amplia, quia delictum alterius non debet alteri nocere. l. eleganter, cũ ibi not. in prin. ff. de dolo.

8 Et ex delicto mariti, etiam lesæ maiestatis, non confiscatur dos vxoris, nisi in causa primipilari. Ant. de Butr. cons. 61. num. 3.

9 Amplia, quia vnum altare non debet discoperiri, vt alterum cooperiatur. Ant. de Butr. consilio 40. in fin.

10 Amplia, quia res inter alios acta, tertio non præiudicat.

Vide. Res inter alios acta. Concluſ. 265. vbi plura similia.

Vide. Pœna debet tenere solos delinquentes. Concluſ. 212. vbi multa similia.

Vide. Tertio non præiudicat rescriptum, vel dispositio alterius. Concluſ. 88.

11 Limita, quia quis quandoque ex persona alterius consequitur damnum, vel lucrum, quod ex sua persona non consequeretur. Lap. alleg. 94. num. 6. vers. & licet ex hoc, qui loquitur in facto vsurarij, vt teneatur amittere partem vsuratum sibi promissam à domino, quando dominus mandauit illas restitui debere, quia anima domini non potest liberari, nisi totum restituatur.

Vide. Consequitur quis ex persona alterius, quę non potest ex propria persona. Concluſ. 758.

12 Limita in interdicto Ecclesiastico contra Vniuersitatem, vel populum, quia licet nondum nati, & qui non deliquerunt pœnam pati non debeant, tamen omnes sunt æqualiter interdicti, tanquam de vniuersitate. Feder. de Sen. cons. 32. num. 3. ver. quod hoc sit verum.

13 Limita in repræsaleis, quia propter iniustum factum prætoris denegantis iustitiam proditum est remediũ repræsalearum. Anch. cons. 140. in princ.

14 Limita in fideiussore, quia mora, & dolus principalis perpetuat obligationem fideiussionis. Castrens. cons. 52. num. 3. ver. quinimo. lib. 2.

Alternatiua collatio pluribus competens qualiter computetur. Concluſ. CCCXIV.

1 COLLATIO alternatiua si competat Papæ, & Episcopo de beneficijs certi Episcopatus, omnes collationes, quæ cadũt in dispari numero, vt prima, tertia, quinta, & deinceps sunt Papæ, aliæ vero, quæ sunt in pari numero sunt Episcopi. Gemin. cons. 89. Super dubijs præmissis, in prin. & cons. 143. Ex narratis, in princ. vbi dicit hoc probari ex constitutione ad regimen.

2 Et sic semper in alternatiuis Papa habet primum mensem Ianuarij, & sic deinceps alternatiue, vt in regulis alternatiuarum disponitur.

3 Beneficia litigiosa vacantia, & quæ per Papam conferuntur non absolute, sed per subrogationem in iuribus defuncti, an computentur in turno Papæ, vel Episcopi. Gemin. d. cons. 89. distinguit, quod si ambo litigantes prætendunt ius à Papa, numeratur in turno Papæ.

4 Si vero vnus prætendit ius à Papa, alter ab Ordinario, & Papa subrogat alium, quam collitigantem, expectabitur finis, cui vacatio debeat adscribi. Gemin. d. cons. 89.

5 Contrarium tenerem absolute, quia beneficia litigiosa non absolute conferuntur, quia si subrogatur collitigans, certe non est nisi vnica collatio quę computatur pro duabus, si vero subrogatur tertius in ius defuncti, non est proprie collatio beneficij, sed subrogatio ad iura.

6 Amplia, quia alternatiua collatio si spectat ad duos, si concedatur mandatum de prouidendo directum vni, id nõ grauat alterum, licet de eodẽ beneficio alternatiuam habeat collationem. Io. de Anan. consilio 43. Stante vicissitudine, per totum.

7 Extende idem in pluribus patronis, quia poſſunt diuidere preſentationes per alternationem, & grauamen vni illatũ, non extenditur ad alium. Bologni. in addit. ad Ioannem de Anan. conſ. 43. in fine.

8 Extende etiam ſi habens alternatiuam priuetur ſua vice, quia erit alterius, neque mandatum Papę directum priuato grauabit alium. Io. de Anan. d. conſ. 43. per totum.

Alternatiua diſpoſitio quando tanquam incerta non procedat, vel e contra. Concluſ. CCCXV.

1 LIBELLVS alternatiuus tanquam obſcurus & incertus non procedit, quando incertitudo eſt in Iudice, vt ſi peto per D. Vicarium, vel eius delegatum talem condemnari, quia proceſſus eſt nullus. Cuman. conſ. 63. Vicarius quidam, per totum.

Vide. Libellus alternatiuus procedit, & quando non. Concluſ. 313.

2 Amplia, quia procedit etiam quando alternatiua reſpiceret condemnandos, vt ſi peto Titium, vel Seium condemnari, vt ſup. & infra proxime.

3 Extende, vt imo etiam procedat, ſi peto principalem, vel procuratorem condẽnari, quando principalis dedit procuratorem. Cuma. d. conſ. 63. nu. 3. verſ. quemadmodum nec concludi.

4 Amplia, quia alternatiua nullum membrum ſuorum alternatiuorum infert preciſe. Ægid. Bellam. conſ. 33. num. 27.

5 Extende maxime in probatione dubia, quę non releuat.

Vide. Teſtis dictum dubium. Concluſ. 268. n. 43. & ſequen.

6 Limita, quia ſi ſeruus ſtipuletur pro Titio, vel Meuio, & non poteſt ſtipulari, niſi pro Titio, valet ſtipulatio quoad Titium, & Meuius habetur pro non adiecto. Cuman. dicto conſ. 63. nu. 3. verſ. nec obſtat. quod intelligit quoad ſolutionem.

7 Limita in appellatione, quæ valet interpoſita alternatiue ad duos, quia quoad eum, ad quem vere deuoluitur ſubſtinetur. Cuman. dicto conſilio 63. numero quarto, verſic. & quod appellans.

Alternatiua dat electionem debitori, & quando. Concluſ. CCCXVI.

1 ALTERNATIVA, videlicet, quod debitor ſoluet centum, vel dabit prędium, operatur, quod eſt in electione debitoris, vel dare centum, vel prædium. l. plerumque. ff. de iur. dot. in fin.

2 Et propter alternatiuam debitum non dicitur debitum, antequam debitor elegerit.

Vide. Debitum alternatiuum ante electionem non eſt debitum. Concluſ. 37.

3 Et in obligatione alternatiua, quia electio eſt debitoris, quod minus eſt, cenſetur promiſſum, Caſtrenſ. conſ. 461. Viſo inſtrumento, in princip. libro 1.

4 Declara, quia in alternatiua obligatione ſemper minor quantitas eſt in obligatione. Fulgoſ. conſ. 80. Teſtator in teſtamento. num. 3. & idem, eſt, ſi debitor promittit ſoluere decem, vel quinque, quia ſola quinque ſunt in obligatione. Caſtr. conſ. 129. Vitra ea, quæ. lib. 2.

5 Extende, quia alternatiua nedum quantitatis debiti, ſed etiam perſonę, cui debeat ſolui Titio, vel Seio eſt in electione debitoris, vt ſi magis expediat vni ſoluere, quam alteri, vt ille ſolus ſit in obligatione. Caſtren. conſ. 129. per totum. lib. 2.

6 Amplia in tantum electionem eſſe debitoris, vt ſi feratur ſententia contraria, quod ſoluat Titio præciſe, vel ſummam alternatam preciſam, ſententia erit nulla, cum contradicat legi, & obligationi. Caſtren. d. conſ. 129. lib. 2.

7 Declara, quia ſententia ſi eſſet preciſa in vno ex alternatis, cum clauſula, in omnibus iuxta obligationem, ſaluaretur, quia intelligenda eſſet ſententia, quod ſolueret ſummam expreſſam, quatenus aliam alternatam non ſoluerit. Ita Caſtr. d. conſ. 129. in fin. lib. 2.

8 Limita, quando quis teneretur ſoluere infra certum tempus preſixum vnum, vel alterum, quia lapſo termino, & mora cauſata forte electio transfertur in creditorem, quia conditio habetur pro impleta in præiudicium eius, per quem ſtetit. Roman. conſ. 434. In quo quæritur, col. 2. in fine. ver. quoad tertium. Alexan. conſ. 49. nu. 2. lib. 2.

9 Limita, quia quandoque alternatiua ponit plura, vt vnum ſit in ſubſidium alterius. l. hæredes. §. vltimo. ff. ad Trebell. Oldra. conſ. 314. num. 8. ver. ſed inſurgit.

10 Limita, quando obligationi in quantitate adijceretur ſpecies in facultate ſoluendi, quia tunc vnum eſt in obligatione, alterum vero in facultate ſoluendi, veluti, ſi dico promittis mihi decem in melle, nam decem ſunt in obligatione, mel autem non eſt in obligatione, ſed in facultate ſoluendi. Bartol. & alij, vbi text. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de verborum obligat. vbi Bart. qualiter fieri debeat petitio, & qualiter extinguatur facultas ſoluendi adiectum.

Vide. Libellus alternatiuus & contrarius, procedit, & quando ſecus. Concluſ. 313. n. 11. & ſeq.

11 Extende, quia obligatus ad certam ſummam infra certum terminum, vel ſine termino cum facultate ſoluendi in tot debitoribus, ad electionem creditoris, ſi requiſitus congruo loco, & tempore cum aſſignatione competentis termini ad conſignandum dictos debitores neglexit, & poſtmodum in cauſa paſſus eſt litem conteſtari, nec vnquam obtulit debitores, amiſit hanc electionem, & facultatem ſoluendi ad electionem, * vt ſupra, vt per Bar. & * omnes in d. l. ſi ſtipulatus ſum decem in melle. ff. de ſolutio.

12 Extende, quia nô excuſatur debitor ſi excipiat quod cum electio eſſet creditoris debuit petere prius exhiberi libros, vt poſſet fieri electio debitorũ conſignandorum, quia ex quo petijt conſignari creditores, cenſetur petijſſe exhiberi libros, & alia, quę ſunt in neceſſarium antecedens. l. illud. C. de acquirend. hęred. Alexand. in rubr. C. qui admitti. Felin. in capit. inter dilectos,

n. 1.

Digitized by Goo

n.1.verſ.in text.ibi,de fid. inſtrument. & quia potuit ſuo fauori renunciare. l.penul.C.de pact.

13 Limita, quando quis certo termino cum iuramento promiſit conſignare beſtias, vel pretium, quia licet habeat debitor electionem, tamen lapſo termino perdit eam, & eſt in electione creditoris per l.ſi quis maior. C.de tranſact.ita Bello. conſ. 45.num.3.

14 Limita, quando alternatiua eſt ad fauorem creditoris,prout ſi debitor promittit ſoluere,vel dare pignus infra terminum præfixum,quia dando pignus non liberatur.Deci. conſ.14.in principio.ver.ſecundo probatur, vbi ponit multa ſimilia.

Vide. Fauorabilis diſpoſitio non debet odium operari.Concluſ.90.

Vide. Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari.Concluſ.103.

15 Extende, quia ſi ſtatutum dicat, quod ſi condemnatus non ſoluerit infra certum terminum amputetur manus, lapſo termino poteſt Reſpublica velle pœnam pecuniariam fauore Reipublicæ Deci. d.conſ. 12.col. pen. verſ. non obſtat, quod notat Bart.

16 Declara, vt per Nattam conſ.496.num.17. vſque in fin. vt non procedat, quando adeſt conſtitutum,vel quando datio eſt facta principaliter non alternatiue.

Vide Maſcardum conc.82.Alternatio quomodo preſumatur, vbi quod ponitur inter æqualia vel parum inæqualia.

17 Limita in alternatiua diſpoſitione vltimæ voluntatis circa collationem vtilitatis, vel beneficij, quia cenſetur poſita ad fauorem creditoris exemplum ponit Roman. conſilio 179. Ampliſſime Doctor. numero octauo. In patre legante filiæ iure legati,ſeu inſtitutionis,quia poteſt habere velle iure inſtitutionis, vt ſit inſtituta, non legataria.

18 Declara, quia debitum alternatiuum ante electionem non eſt debitum.

Vide. Debitum alternatiuum dicta Concluſione 57.

Vide plenius Electio in debito alternatiuo eſt debitoris. Concluſ. 102.

Alternatiuorum ſufficit alterum eſſe verum, & alternatiua non copulat, & quando. Concluſio CCCXVII.

1 ALTERNATIVA diſpoſitio verificatur in altero tantum ex alternatis.Gemin.conſil.8.num. 7. verſ.vel dicit, quod ſufficit. Ægid. conſ. 2.num. 7. verſ. nam in alternatiua. Io. de Anan. conſ. 46. num. 5.Roman. conſil.273. Clarum eſt, in princ.

2 Et æqualitatem importat alternatiuorum etiam reſpectu extimationis. Mandel. conſ. 234. num. 14.vbi apoſtill.in ver.Alternatiuè,& nu.23. & ſeq.vbi quod abſurdum eſſet inducere diſparitatem in alternatis.

Vide.Dictiones alternatiuæ. Concl.244.

3 Amplia,vt idem ſit in diſpoſitione reſcripti diſiunctiua,quia ſufficit vnum ex diſiunctis probare,vel eſſe verum.Gemin.conſ.57.in princ.

4 Idem eſt in diſpoſitione diſiunctiua vltimæ voluntatis.Io. de Anan.conſ.46.nu.5.

5 Amplia, quia dictio alternatiua, prout dictio, ſiue,oſtendit alterum ſufficere ex diſpoſitis alternatiuè.Bald. conſil. 410. In cauſa, & quæſtione. num. 3. ver. nam iſta dictio.lib. 2. Aegid. conſil. 2. num. 7.

6 Amplia in ſtipulationibus,&fideiuſſionibus,quia obligans, vel fideiubens alternatiue tenetur in ſingulo caſu alternatim ad promiſſũ,quia ſufficit alterum ex alternatis eſſe verum.Bald.conſ. 482, Punctus quidam Ioannes, circa fin. verſ. ſecundo præmittendum.lib.3.

7 Extende in libello,Aegid.conſ.2.nu.7.

8 Amplia in ſtatuto, quando redderetur eluſorium, quia alternatiua ſufficit,quod verificetur, etiam ſi de iure communi eſſet contrarium, nam de iure communi citatio in ciuilibus debet eſſe perſonalis,& ſi non poteſt fieri perſonalis,ſufficit ad domum eo caſu,pone, ſtatutum dicit,quod debitor in ciuili cauſa citetur perſonaliter, vel ad domum, tunc citatio facta ſimpliciter ad domum arctabit, quia alternatiua retinet ſuam naturam,ne ſtatutum reddatur inutile. Abbas conſ. 42.num. 2.lib.2.

Vide, Statutum circa citationes. Concluſione 483.

9 Amplia in concordatis,nam alternatiua diſpoſitio habet locum,ſi vnum ex alternatis verificatur.Rom.d.conſ.273.Clarum eſt,in princ.

10 Natura alternatiuę eſt nullo modo copulare, ſed diſiunctiue diſponere.Alex. conſ.80. Viſo, & opportune,in principio.verſ.hoc autem iudicare. libro 1.

11 Contrarium aliquando maxime in libello,quãdoque auget intentionem loquentis. Aegid.conſ. 2. num. 6. allegat. l. ſi quis ita. ff. de aur. & argen. legat. vbi legans mundum, ornamenta, ſeu quæ eius cauſa parauerat omnia legaſſe dicitur.

12 Declara, vt per Alberic.in ver.vel.
Vide.Dictio,vel.Concluſ.392.

13 Declara, quia ſi plura alternatiue ponuntur, debent eſſe æqualia maxime in conuentionibus.
Vide.Dictio,ſeu.Concluſ.372.

14 Limita,quando conſtat de mente diſponentis, quia diſiuncta ſumitur pro coniuncta,veluti ſi teſtator inſtituat filium,& ei ſubſtituat extraneum, ſi decedat ſine filijs, vel ſine teſtamento, quia præſumitur mens, quod debeat vtraque conditio coniungi, late Alex.conſ.88.in princip.lib.7. vbi apoſtill. magna ponit alias limitationes,& idem Alex.conſ.59. Attentis verbis.num.6.lib.3.

15 Limita, quia licet ex pluribus alternatis ſufficiat alterum fieri, non tamen procedit quando vnum fieri non poteſt,puta, quia ſuperuenit cauſa impediens,quia neceſſario alterum debet fieri. Ioann.de Imol.conſ. 136. In cauſa,quæ vertitur. num.4.in fin.

Vide. Diſiuncta conditio quando habeatur pro coniuncta,vel non,& è conuerſo. Concl.456.

Alti-

Altitudo quæ sit, & qualiter mensuretur, & probetur. Concluſ. CCCXVIII.

1 ALTITVDO consideratur secundum elevationem, non autem secundum profunditatem, ideo si laudum est latum, quod possit consors altiari vsque ad æqualitatem summitatis certæ turris, licet fundamentum, & solum domus altiandæ sit magis bassum, tamen poterit altiare vsque ad æqualitatem summitatis turris non considerata dimensione altitudinis vtriusque ædificij, sed considerata æqualitate in cacumine vtriusque ædificij, quia non attenditur profunditas, sed æqualitas in cacumine alto. Bal. consil. 125. Domus construitur. lib. 3. num. 2. ver. modo videamus.

2 Latitudo, vel distantia qualiter mensuretur, an per aerem recto tramite, an per terram, & vias vsitatas, an per terram recto tramite, plene Alexan. consil. 22. Consideratis verbis, per totum. lib. 4.

Vide. Mensura qualiter facienda. Conclusione 202.

3 Qualiter probetur altitudo per testes dic, quod debent deponere scire, quia viderunt mensurari, & non sufficeret dicere, quia viderunt, Mascar. concl. 83. Altitudo quomodo probetur per testes.

Alueus fluminis quid sit, cuius sit, & quæ liceant in alueo fieri. Concluſ. CCCXIX.

1 ALVEVS proprie est lectus fluminis, qui est publicus, prout flumen, & ideo in eo non est licitum aliquid ædificare nisi duobus casibus, vel quando non officitur publico, neque priuato vsui, vel est flumen priuatum, quia aluei vsus est permissus, vt in eo fiat cluſa dummodo cursus aquarum in præiudicium aliorum non impediatur. Bald. consil. 463. Quatuor sunt. num. 5. ver. tertio videndum. lib. 4.

2 Alueus fluminis consideratur magis in æstate, quam in hyeme, quia de hyeme aqua crescit, quę non est manens, plene Socin. consil. 79. Super quæstione, in fine. ver ſ. ex quibus concluditur, libro tertio.

3 E conuerso consideratur in hyeme, quando agitur de cognoscendo, an sit derelictus alueus, vel non. Socin. d. consil. 79. num. 8. lib. 3.

4 Et quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, consideratur lectus fluminis. §. flumina. instit. de rer. diuiſ. l. littus. ia 1. ff. de verborum significatione & ripa dicitur quæ pleniſſimum flumen intra tenet. l. penul. ff. de flumin. Beninca tract. de alluuio. num. 1.

5 Et licet aqua recedat ab alueo, tamen remanet alueus, nisi illius forma fuerit penitus mutata, & aqua omnino, & per multum tempus receſſerit, nec consueuerit redire. Bartol. in Tyberiad. titulo de alueo, in ver. relicto, in principio. Baldus in rubrica. ff. de rer. diuiſio. num. 25. Cępoll. de seruit. ruſtic. prædio. titulo de alueo. lib. 1. num. 3. & num. 7. & num. 11. verb. certum.

6 Ad quem spectet alueus fluminis exsiccatus, & derelictus, vide plene Castrenſ. consilio 377. Licet Iudex, in fine. verſ. ſuper alio. lib. 1. vbi loquitur de alueo fluminis Rhodani derelicto, ad quem spectet inter duos confinantes, & dicit, quod spectat ad vtrunque, ſi exsiccatus est in totum, ſi ab vna parte tantum, est eius, qui confinat ab illa parte.

7 Et de alueo Tyberis derelicto inter Gallesium, & Malleanum, quod sit, prout erat prius confine inter duo loca prędicta vsque ad medium. Corne. consilio 287. D. Ioachinus, per totum. lib. 3. vbi Ioachinus de Narnia, Coronatus Planca, Baptiſta de Brenis, & Philippus Franchus consuluerunt pro Malleano, quod confine censeatur idem fluuius mutatus, & iuriſdictio aucta. contrarium pro Gallesio Baldus Sercole, Petrus de Vbaldis, & Corneus, quod alueus mutatus remanet confine, vt prius, & tollunt contraria.

8 Et de alueo Padi derelicto, quod sit Principis, vel eorum qui occuparunt, & possessionem apprehiderunt, non autem eorum, qui habent prædia vicina. Curt. Sen. conſ. 72. Magnifice vir. nu. 9. ver. ad aliud motiuum, vbi declarat secus esse in alluuione, quia illa acquiritur Dominis prædiorum, etiam absque apprehensione possessionis, etiam ſi alius occuparet.

9 Imo, quod alueus derelictus fluminis efficiatur eorum, quibus bona ablata fuerunt ab ipso flumine de æquitate scripta, quę rigori prætertur, dicit Alex. consil. 91. In cauſa, & lite, in fin. lib. 5. allegat. l. adeo. §. insula. cum l. seq. ff. de acquir. rer. domin.

10 Et propterea infert Alex. d. conſ. 91. in fi. lib. 5. quod licet spolians liberetur à spolij restitutione, ſi res spoliata fuit tota corroſa à flumine, etiam ſi post corrosionem per alluuionem fuerit acquisita bonis spoliatoris, tamen secus est ſi alueus fluminis recederet in totum, quia alueus derelictus debet restitui spoliato.

11 Declara, quia tota difficultas in hoc consistit, quia quando confinia sunt data à Principe, vel à censitoribus, non possunt mutari, neque per alluuionem, neque per impetum mutati in totum aluei, quando vero non apparent limitati confines, secus est, & tępus immemorabile habet vim limitatorum cõfinium, secundum Corneum dicto consilio 287. numero 5. & sequen. libro tertio: vbi quod imo quando alueus mutatur in totum, & ex abrupto dicitur facere, vt tyrannus, & sine causæ cognitione, & ideo tunc non dicitur constitui confine ex nouo alueo, quia non more censitorum constituit, ſed bene constituit confine ſi more alluuionis, vt ibi.

12 Alia ſumitur declaratio, quia circa flumina publica non fit mutatio, neque augetur iuriſdictio; ſed secus circa flumina priuata, quia per alluionem augetur fundus, & iurisdictio, & idem est in lacu publico, in quo habet locum alluuio, secus est in lacu priuato, ſed contrarium tenent alij, vt confuſe videri

potest

Digitized by

potest per Consulentes ab vtraque parte penes Corne. dicto consilio 287. lib. 3. maxime numero 9. & sequen. at Corneus ita videtur declarare.

Vide, & declara in ver. Alluuio quid sit. Concluſ. 321. maxime num. 11. & seq.

13 Et qui habet dominium, vel iurisdictionem in aquis fluminis, dicitur etiam habere dominium, & iurisdictionem in fundo, & alueo ipsius fluminis subtus aquas, quia terra cedit aquis. l. alueo. §. quod si toto. ff. de acquiren. rer. dominio. Corneus consilio 287. numero vndecimo. lib. 3. Baptista Aym. de Alluuio. libro 1. cap. 12. nu. 9. & est eadem iurisdictio, quæ immergitur aquis, & quę super aquas eminet. Bald. in l. si plures. nu. 13. C. de condit. insert. Baptista Aym. d. tract. lib. 2. cap. 6. num. 52.

14 Et de iure per inundationem perditur dominium, & possessio etiam non mutata forma agri, multo magis si est forma mutata. l. si ager. ff. quibus mod. seruit. amitta. Bart. in tract. de Alueo in ver. speciem. Alexan. consil. 177. lib. 6. num. 9. ver. item vnum est ponderandum, & n. 16. Aym. de Alluuio. lib. 2. cap. 22. §. 1. & cap. 23. Benincas. d. tract. de alluuio. num. 3.

Vide. Possessio quibus actibus perdatur. Concluſ. 431. num. 42. & seq.

15 Imo etiam recedentibus aquis, si per tantum tempus aquæ sunt possessę ab alio, quod sufficiat ad præscriptionem, censetur præscriptum terrenum, vt non reuertatur ad primum Dominum, cuius erat antequam inundatio fieret, quia aqua præscribit sicut homo. Bart. de Tyberiad. par. 3. in vers. sed ius est. Aretin. in §. quid si naturali. Instit. de rer. diuisio. Ias. in l. 1. num. 24. ff. de acquir. possess. Corn. consil. 191. nu. 6. lib. 3. Benincas. tract. de alluuio. num. 5.

16 Contrarium tenet expresse Alex. consil. 57. In causa, & lite. num. 6. ver. Tutius etiam. lib. 7. vbi quod Princeps vtens longissimo tempore vallibus ad piscationem, non præscribit fundum vallium, quia tantum abest, quod possidendo aquas acquirat dominium fundi, vt imo si esset Dominus fundi amitteret dominium per inundationem aquarum.

17 Et quando flumen corrodit agrum, licitum est domino agri sequi flumen, prout testa, & frons possessionis suæ vadit. Alex. consil. 177. In causa, & lite. col. 2. in fin. num. 3. vers. vnde cum probata sint. lib. 6.

18 Et si partes discordant, Iudex accedit ad locum cum peritis architectis. Alex. consil. 177. In causa, & lite. num. 3. in fin. & num. 4. ver. vltra hoc etiam. lib. 6.

19 Extende, quia si totum terrenum vnius vicini flumini fuit corrosum a flumine subintrat alius vicinus, qui confinat cum flumine, adeo, quod si flumen recedat, & restituat terrenum semel corrosum, id nõ efficitur primi domini, quando fuit totum corrosum, sed efficitur eius, qui confinat vltimo loco cum ipso flumine. Alex. d. consil. 177. in fi. num. 16. ver. præterea nihil amplius tractandum. lib. 6.

Vide. Alluuio quid sit, & quando habeat locum, vel non. Concluſ. 321. num. 3. & seq.

Aluiani Castrum, & eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concluſ. CCCXX.

1 ALVIANI non extant statuta aliqua dispo nentia de modo succedendi inter masculos, & fœminas, ideo seruatur ius commune, per quod tam masculi, quam fœminæ succedunt. Bal. consil. 401. Punctus dubij. lib. 2.

Aluuio quid sit, quando habeat locum, vel non, quid operetur, & qualiter diuidatur, & qualiter probetur. Concluſ. CCCXXI.

1 ALLVVIO est incrementum latens, quod facit fluuius paulatim aliquid dando fundis vicinis. Corn. consil. 287. Dominus Ioachinus, in principio. lib. 3. & num. 9. Riminald. Iun. consil. 237. num. 54.

2 Et debet alluuio probari ab allegante, quod fuerit minutatim latens, & paulatim causata à natura, & flumine. l. 1. C. de alluuio. Bart. in tract. Tyberiad. part. 1. in verb. per alluuionem. Ias. consil. 126. lib. 4. Baptista Aym. tract. de alluuio. lib. 1. cap. 4.

3 Operatur alluuio, quod in dominio rerum particularium, quicquid augetur, per alluuionem efficitur eius, cui accedit, & accrescit. Socin. consil. 181. n. 2. ver. confirmatur. lib. 2. Instit. de rer. diuis. §. præterea. l. 1. §. adeo. ff. de acqui. rer. dom. l. 1. 2. & 3. C. de alluuio. Socin. consil. 15. lib. 4.

4 Et acquisitio fit ipso iure absenti etiam absq; apprehensione, etiam quando alueus in totum est derelictus. Cassad. decis. vnic. de rer. diuisio. quę est post decis. super regul. maxime in fi.

5 Extende in tantum alluuionem fieri de dominio eius, cuius bonis accedit, vt acquirat dominium, & possessionem ipso iure. Bart. in tract. Tyberiad. col. 5. ver. acquiritur nobis, in principio. Bald. in rubr. ff. de rer. diuisio. col. 6. ver. sed an istæ accessiones. Aretin. in l. 3. col. 5. ver. reperitur tamen casus. ff. de acquir. possess. sequitur Tiraquell. tract. de contin. possess. in præfatio. declarat. 6. num. 10.

6 Extende, quia alluuio procedit etiam in insula, quæ sit mea, quia sit vicinior fundo meo, nam si per alluuionem crescat versus vicinum, ita ut efficiatur magis proxima vicino, adhuc tamen mea remanet cum alluuione. l. insula. ff. de acquir. domin. in prin.

7 Extende, quia si ego spoliaui Titium petio terreni penes flumen, & fluuius corroserit totam petiam terrę non teneor restituere aliquid, etiam si post corrosionem per alluuionem postea accreuerit bonis meis. Alex. consil 91. In causa, & lite, in fi. num. 6. ver. non obstat etiam. lib. 5. vbi secus est si alueus fluminis post corrosionem recederet, quia deberet restitui spoliato.

8 Restringe, quia alluuio non habet locum in pala-

Digitized by Google

paludibus, stagnis, & lacubus priuatis, sed neque in flumine priuato. l.lacus, vbi glos. ff.de acquir. rer.domin. l.Rutilia pola, in fine. ff.de contrahen. emptio.Bart. in tractat.de Tyberiad. in ver. flumen.num.8. Bald. in rubr. ff.de rer. diuis. num. 11. Areti.in §.preterea.n.5. Instit.de rer.diuisio. Corne.cons.287.n.2.& num.9. lib.3. Cepol. tit.de lacu.n.6.tract.de seruit.rustic.pred. Franc. Marc. decis.110.num.16.& decis.111. par.2. Rimin.Iun.Instit.quib.alien. licet.§.1.num.75.& 76. Benincas.tract.de alluuio.nu.13. Bertazzol.cons. ciuili.72.num.14.Baptista Aym.tract.de alluuio. lib.1.cap.15.num.2.& 7.qui loquuntur in lacu Perusino.

9 Et vsus præsumitur priuatus in istis stagnis, paludibus, & lacubus. Baptista Aym. d.tract.de alluuio. lib.1.cap.15.n.7.& 8.

10 Et priuati dicuntur, quando vsus est priuatus etiam si spectet ad Rempublicam, vel Principem, quia tunc demum publicus vsus dicitur, quando omnibus est permissus indistincte.glos.in l. littus. la 2. ff. de verbor. signif. Bart.in tract.Tyberiad. in ver. flumen.nu. 8. Baptista Aym. d.tract.lib.1. cap.15.num.8.

11 Restringe in iurisdictionalibus, quia non augetur iurisdictio per alluuionem.Socin. d.cons.181. num.2.ver.confirmatur. lib. 2. Bart. tract. Tyberiad.vers. acquiritur nobis. Bald. in rubr. ff. de rer. diuis. Faber.& Areti.in §.praterea.Instit. de rer.diuisio.num.21.Ias.cons.146.lib.2. Collegium Ferrariæ,inter cons. Riminald.Sen.cons.64.& consil. 460.Corne.cons.322.lib.1.& 283.lib.3.& com
* munem * dicit Socin. cons. 127. num. 5. lib. 1. & quod ab ea in iudicando non est recedendum.Paris de Puteo,tract.de sindicat.cap.28.Cepol. de seruit.rustic.pred.tit.de flumine,in princ. Boss. in praxi.tit.de princip.num.277.& num.280. & tit.
* de aquis.num.15.vbi dicit * communem. Franc.
* Mar.decis.111.par.2.num.15.vbi dicit * communem. Hier.de Mont.tract.de confin.cap.24. nu.6.
* vbi de * communi.Riminald.Iun.in §.1.num.79. Instit. quib. alien. licet, & cons.237. num. 44. &
* 49.Benincas. tract.de alluuion. num.20. vbi de * communi. Bertazzol. cons.41. nu.118.in ciuil. &
* communem * dicit Curt.Sen.cons.56.in princ.n. 4.licet ipse postea teneat contrarium.

Vide. Alueus fluminis quid sit. Conclus. 319. num. 12.

12 Contrarium tenent plures, quos sequitur Baptista Aym. tract. de alluuion. lib.2. cap.6.& in specie per fundamenta 14. plene Curt. Sen. dicto cons.56.nu.4.& seq.per totum. ver. transitum faciamus,vbi probat communem non veram, & ab ea recedendum in hoc, & tollit omnia contraria.

13 Declarant Ioachin. de Narnia, Coronatus de Planca, Baptista de Breuis de Roma Aduocati Consistoriales, & Philippus Franc. quos refert Corn. cons. 287. lib. 3. quia iurisdictio per alluuionem non augetur per se principaliter,sed bene aucto territorio per alluuionem,augetur etiam secundario iurisdictio, & ad fundamentum,quod ea quę sunt iuris publici sicut iurisdictio,non augentur per alluuionem, respondet Corn.d.consil. 287.nu.2.vers. nec huic conclusioni. lib. 3. quod iurisdictio quatenus est in magistratu,qui ius redit, dicitur ius publicum, & non augetur, quatenus vero residet in dominio communitatis dicitur ius priuatum, & minuitur, & augetur, sed Philipp. Franc. aliter declarat, vt per Corn. vbi supra num. 4.quia iurisdictio non augetur, neque minuitur ex alluuione, sed prorogatur ex re adhærente, & aucta territorio, quia prorogatur de persona ad personam,& de re ad rem.

14 Contra declarationem tenent alij relati à Corne.d.cons.287.num.5.& seq.lib.3.quod quando sumus in agris limitatis, vel in rebus publicis alluuio non habet locum, ergo non habet locum in iurisdictione, quæ publici iuris est, & sic non augetur iurisdictio in agris limitatis, vt in concluf. præced. n.11.& seq.

Declarat Curt. Sen. cons. 56. Super eo, quod. nu.16.& seq.ver.& primo ad legem in agris, quod plus potest alluuio, quę est de iure naturali,quam lex ciuilis,& in omnem casum procedit quoad limites diœcesuum, & spiritualium, non autem temporalium, vide eum.

15 Et quod si alueus fluminis mutetur facto, vel opera hominis semper iurisdictio sit eadem, & non mutetur. Curt. Sen. d.cons.56. num.1. & seq.
* vbi num.4.dicit * communem. Paris. cons. 105. lib. 1. Boss. tit.de aquis.num.11. Hieron.de Mont. tit. de finib.cap.24.num.7. Vide Alex. consil. 25. Consideratis, per totum. libro 7. vbi comprobat, quod confinia debent esse in eodem loco, prout erant prius, licet mutetur status, vel alueus fluminis, excepta alluuione, quæ fit paulatim, quia bene per alluuionem mutantur confinia.

16 Imo, quod non possit opera hominum mutari alueus fluminis propter damnum, quod infertur vicinis. Canciuncula cons. 36. plenius Gerard. Mazol.cons.4.num.1. & 177. vbi quod Rota Florentiæ decidit non potuisse mutari alueum torrentis Lothæ pro deficcandis Clanis.

17 Declara, nisi fieret per Principem in suo territorio ex causa permissa; puta, publicæ vtilitatis, vel necessitatis, quia tunc si Princeps sibi non reseruat alueum antiquum, loco aluei noui, est locus alluuioni, vt accedat vsque ad dimidium agris vndique vicinis, ita Cassad. decis. quæ est post decis. super regul. Cancell.tit.de acquir.rer. domi.incipient.Derelictus erat alueus, vbi,quod ipso iure acquiritur etiam absque apprehensione, per totam,maxime num.13.& in fin.

18 Restringe in fœudalibus, quia accessiones bonorum allodialium non efficiuntur fœudalia, nisi per 30. annos, tamquam talia feudatarius possederit, ratio est, quia diuersitas est inter ipsa dominia. Bald. in cap. 1.§.ex contrario, de inuestit. de re alien. fact.plene Brun. cons.117. col. 40.& seq.vers.quod si ad 16.vbi secus esse dicit in accessione concreta cum declaratione ibi posita, quam videas, & ideo idem erit in emphyteusi per prædicta.

19 Restringe, quia alluuio non habet locum in lacu, quia licet crescat, & decrescat, non tamen fit acquisitio habentibus prædia vicina, vt est text. in l. lacus, & stagna. ff. de acquirend. rer. domin.

20 Contrarium,quando lacus est publicus, quia tunc alluuio habet locum, & dicitur publicus, quando omnes possunt ire per lacum,& piscari in eo. Corne. dicto cons. 287. D. Ioachinus.numer. 2. vers. ideo in flumine, & numero 9. vers. & licet Bart. libro 3. Alexand. cons. 57. In causa, &

lice.

lite,numer.9.in fin,& nu.10.verſ.præterea conſuetudo.lib.7.

91 Et ideo ille, qui emit lacum cum terreno pedum decem circumcirca,ſi lacus creuit occupando terrenum decem pedum, non debet amplius illos decem pedes terreni habere,l. Rutilia pola, ff. de contrahen.emptio.Alex.conſ.25.conſideratis.nu.6.ver.quinto pro iſta.lib.7.

92 Declara in hac materia,quia valles,& lacus dicuntur priuati,(licet ſint Principis,vel Reipublicæ) & non licet in eis piſcari,niſi conducentibus, ſi vero vſus eſt publicus omnibus,tunc dicitur publicus,& habet locum alluuio.Alex.d.conſ.57.n.10.lib.7.

93 Reſtringe,quando agri ſunt limitati, quia non acquiritur per alluuionem.l.in agris.ff.de acquirer.domin. vide ſupra num.14.& ver.Declara.

Vide ſupra in ver.Alueus. Concluſ. præcedendi.nu.11.& ſeq.

94 Prohiberi poteſt in futurum ius alluuionis per Principem. Baptiſta Aym. tract.de aluuio.lib.1. c.10.Rumin.Iun.in §.1.num.64.Inſtit.quib.alien. licet.

95 Qualiter probetur alluuio per teſtes, & qualiter deponere debeant.

Vide Maſcard.Concluſio 81.Alluuio quomodo probetur.

Ambaſciatores cui acquirant donata. Concluſio. CCCXXII.

1 DONATIVM facta Ambaſciatoribus per Principem acquiritur ipſis ſi illorum contẽplatione Princeps donauit,ſi vero contemplatione eius,cuius ſunt Ambaſciatores,acquiritur Principi. Bald.conſi.194.Præmiſſis verbis, lib. 2. vbi dicit * communem.

2 Extende,idem eſſe in Theſaurario, cui aliquid eſt donatum vel remiſſum,aut ipſe extorſit, quia ſi ratione officij,& contemplatione Principis, acquiritur Principi, ſi contemplatione ſui,acquiritur ſibi.Cuman.conſ.176.ver.ad ſecundum.

3 Declara,quia ſi eſt dubium, Princeps præſumitur contemplatione Ambaſciatorum donaſſe, ideo in dubio Ambaſciatores acquirent ſibi.Bar. in l.ſi vero,§.item quicquid,ff. ſolut. matri.quem ſequitur.Bal.d.conſ.194.lib.2. qui loquuntur in donatione facta Ambaſciatori Mediolani per Imperatorem Conſtantinopolitanum.

4 Extende,vt idem ſit in donatione facta per Regem Cypri, Cõſiliario Admirati Ciuitatis Ianuæ, ſuper quo caſu conſuluit Bald.d.conſ. 194. lib.2. & hoc dicit procedere ſine difficultate de iure communi.

5 Reſtringe, vt non procedat ſtante ſtatuto Ianuę, quod nullus Rector,Officialis,vel Poteſtas, aut Conſul poſsit aliquod præmium, vel gratiam recipere,quia tunc ſeruandum eſt ſtatutum. Bal. conſ.378. Saluo ſemper,per totum,lib.5.

6 Contrarium etiam in caſu dicti ſtatuti. Bald. conſ. 194.lib. 2. quando verba ſtatuti non comprehendunt,vt quia loquuntur de officiali, & donatio eſt facta conſiliario officialis. Vide tamen quia iſta duo conſilia contraria non poſſunt eſſe Bald.ſed alterũ tantum,quia vtrumq.eſt in eadem cauſa, & vnum eſt reſpondiuum ad alterum.

7 Extende, quia valet gratia facta per Papam Ambaſciatori Bononiæ de beneficio pro filio dicti Ambaſciatoris, quia licitum eſt ſupplicare, quando non contrahitur mora in officio. Angel. conſ.319.Titius ciuis,per totum.

8 Idem eſt in Legatis Mediolanenſium, quibus Cæſar donauit,de quibus in l.ſi vero,§. quicquid ff.ſolut.matrim.Angel.d.conſ. 319. in fin. de qua quæſtione,videlicet, donationis factæ per Cæſarem Imperatorem Conſtantinopolitanum Ambaſciatoribus Mediolani.Bal.conſ.194.in prin. lib. 2. vbi quod * communiter tenetur valuiſſe donationem.

9 Idem eſt, quia Bartolus vna cum Theo de Michelettis pro Ciuitate Peruſina Legatus apud Carolum IIII. Piſis obtinuit priuilegium Comitatus Palatini,& inſignium.Angel.d.conſ. 319.in fi.

10 Idem eſt in legatis Florentiæ apud Sedem Apoſtolicam, quia fuit valida impetratio beneficiorum pro ſe ipſis.Angel.d.conſ.319.in fin.

11 Reſtringe,quia ſi donantur veſtes,vel pecunia, vel quid aliud præſumitur donatũ Ambaſciatori,vt ſibi acquirat, ſi vero donatur aliquid ſingulare,prout Leo,vel quid ſimile cenſetur donatum, vt deferat ad ſuum Principẽ.Ita Docto.in l.ſi vero. §.tum quicquid,ff.ſolut.matrim.& in l.ſed ſi plures,§.in arrogato,vbi gloſ.ff de vulgar. & pupill. tex.& ibi Bart.in l.ſocium,qui in eo,§. fin.ff. pro ſocio.Canoniſtæ in c. poſtulaſti de conceſsione præben.

Ambaſciatores quæ poſsint,& quæ non. Concluſio. CCCXXIII.

1 AMBASCIATORES prohibentur litigare pro ſe,& dare libellum cõuentionalem. Angel.conſ.319.Titius ciuis,in prin.

2 Reſtringe,niſi de licentia Principis. Angel d. conſil. 319.in prin.ver.in contrarium.

3 Amplia,quia prohibẽtur(legatione durante)facere omnia, per quæ impediretur officium legationis ſub pœna. Angel.d.conſ. 319. verſ. ſuper puncto.

4 Limita, quia Ambaſciator poteſt omnia, per quæ non impeditur officium Legationis ſuæ. Angel.d.conſ. 319.nu.2.ver.cæterum.

5 Extende,quia poteſt adire hæreditatem ſibi delatam Angel.d.conſ.319.n.2.ver.hinc eſt.

6 Conſulere poteſt amico dummodo non conſulat,prout aduocati,& medici pro pecunia.Angel. d.conſ.319.nu.3.

7 Supplicare poteſt Principi,& gratiam obtinere,prout fecit Legatus Bononiæ apud Papam.Angel. d.conſ.319.per totum,vbi eſt caſus.

Vide. Ambaſciatores cui acquirant. Concluſio præcedenti.n.3.& ſeq.

Ambaſciatores ſecuri, & a quibus tuti eſſe debeant, & qualiter probentur tales. Concl. CCCXXIV.

1 AMBASCIATORES & Legati debent eſſe ſecuri eundo,ſtando, & reuertendo pro ambaſciata

ambaſciata ſignificata prius ijs,ad quos mittuntur ideo contra eos non poſſunt exequi repreſaleę, neq.exequutiones fieri,prætextu,quod ſint ex Principe,vel populo inimico.Bal. conſ. 103. Punctus talis eſt,lib.4.

2 Ius reuocandi domum habent Ambaſciatores, ideo non poſſunt conueniri in loco,vbi ſunt Ambaſciatores.Ancha.conſ.297.Efficacibus.n.7.ver. ſeptimo,& vltimo.vbi loquitur in Ambaſciatore Angliæ cõuento per Cardinalẽ in cauſa beneficiali.Caſtren.conſ.298.Ad primũ,nu.2.lib.1.allegat tex.in l.2. §. legatis,ff.de iudi.c.ñ.de for.compet.

Vide Soci.regul.27. Domum reuocandi priuilegium,vbi ampliat in curialibus.

3 Extende, quia non poteſt cogi ad conteſtandum litem,neq.ad iurandum,l. ſed, & ſi reſtituebatur,§.ex quibus autem cauſis.ff.de iudicijs.

4 Declara,quia de ſtylo Curię,qui pręualet ſi quis elegit mittere procuratorem in Curia, vel conſtituit,vt infra in prima reſtrictione,tunc compelli poteſt reſpondere interrogatorijs prępparatorijs, & etiam tendentibus ad deciſionem litis. Caſtrenſ. dict. conſ. 398. circa med. ver. dico etiam, lib.1.

5 Reſtringe,quia poteſt cogi ad conſtituendum Procuratorem in loco Ambaſciariæ, dummodo Procurator non cõueniatur,niſi poſtquam Ambaſciator ad patriam ſit reuerſus,& potuerit Procuratorem dimiſſum informare.Caſtrenſ. conſ.398. nu.2.lib.1.

6 Reſtringe, quia poteſt compelli ad cauendum ſine fideiuſſione, quod poſtquam reuerſus fuerit in patriam, & facta ſua ordinauerit redibit ad Curiam reſponſurus,vel ad cauendum, vt ſupra, quod in domicilio ſuo reſpondebit ad electionem creditoris, ne ſit in poteſtate rei ſe eximere à iudicio.Caſtrenſ.d.conſ.398.nu.2.lib.1.

7 Qualiter autem probetur quis Ambaſciator, dic per literas,ſed tamen etiam ſine literis quando eſt perſona nobilis,& nota Principi. Maſcard. Concluſio.84. Ambaſciatores quomodo probentur.

Ambitio quando, & in quibus reprobetur. Concluſio. CCCXXV.

1 AMBITIO reprobatur maxime in beneficialibus,& ſpiritualibus,quia in dubio prę ſumitur contra ambitioſum;vnde verſus, Fiat rapinæ ſecuritas Epiſcopatus ambitio.Gemin.conſ. 84.Quia iſtud dubium,in prin.ver.& quia tale iuramento,vbi nu.2.& 3.dicit,quod etiam iuramentum,& pactio illicita efficitur,licet fiat ſuper licito, quando fit inter electum, & eligentem ante electionem.

2 Amplia, vt magis prohibeatur ambitio in regularibus,quam in ſæcularibus,& ideo licet ſeculares poſſint habere plura beneficia ſimplicia, non poſſunt tamen regulares habere plura ſimplicia propter ambitionem magis prohibitam in eis.Feder.de Sen.conſ.132.circa fin.nume.3. ver. quia licet.

3 Amplia,quia actus ſub figmento factus præſumitur per ambitionem,& ideo reprobatur.Feder. de Sen. conſ. 147. in princ.vbi, quod Epiſcopus, qui fecit de familia ſua laicum de populo interdicto, & illum ordinauit, & ſtatim fuit præſentatus ad beneficium,pręſumitur per ambitionem hoc feciſſe,vt aſſequatur beneficiũ,ideo quia ſine licentia proprij Epiſcopi ordinatus eſt, nõ habet exequutionem ordinum,& non valet pręſentatio.

4 Et ideo ſtatutum apparenter bonum, puta, quod omnes fructus Canonicales ſint quotidianę diſtributiones, ſi ex auaritia eſt conditum, non eſt bonum. Ant. de Butr. conſ. 42. per totum, maxime num. 2. in fin. ver. nec dicatur, & num.3.

5 Amplia,quia ambienti regimen,& adminiſtrationem, non eſt concedenda adminiſtratio, vel regimen,c.in ſcripturis, 8. quęſtio 1. Geminian. conſ.84.nu.3.

6 Limita,quia ceſſat omnis ambitio,quando ſuperior ſemel vocauit eum cui debet prouideri, quia ſi non mouetur à ſemetipſo, non poteſt de ambitione notari, & licite tunc procurat effectum gratiæ ſibi propoſitę.Gemin.conſ.84.nu.12. ver.nec obſtat ratio ambitionis.

7 Extende limitationem in electo, quia licite proſequitur electionem ſuam, nec de ambitione poteſt notari, quia ſemel fuit vocatus. Geminianus. dict. conſ. 84.numer.13. ver. ſicut dicitur de electo.

8 Extende in eo,qui obtinuit voces in ſcrutinio, quem Canonici nolunt eligere poſt publicationem, quia poteſt abſque nota ambitionis tanquam vocatus illos compellere.Gemin.conſ.84. num.13.ver.& idem dicitur.

9 Limita,quia ambitio ad bonum ſuadetur:ęmulamini inuicem chariſmata bona, inquit Apoſtolus.

10 Vide hodie Bullas Gregorij XIII. & Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Octaui,quæ latiſſime hodie prouident, vt non liceat aliquid paciſci dare,vel recipere pro gratia,vel iuſtitia, conſequenda ſub pœnis grauiſſimis.

Amicitia æquiparatur conſanguinitati,& quando,& operatur multa,& qualiter probetur. Concluſio. CCCXXVI.

1 AMICVS non leui amicitia æquiparetur conſanguineo.Iaſ.in l.quæ dotis. nu.75. ff. ſolut.matrim.Alciat. de pręſumpt. regul. 1. pręſumpt.28.

2 Extende quia alimenta pręſtita amico non leuis amicitiæ, vel eius filio pręſumuntur donata, prout conſanguineo,l.is,qui amicitia,& l.ex duobus.§.fi. ff. de neg.geſt.Alexan.conſ.110.Videtur, vol.7.Deci.conſ.628.In caſu,nu 6. Crauett. conſ. 86.Magiſter,n.2.

Vide.Alimentare qui teneãtur de iure.Concluſio.287.nu.167.& ſeq.

3 Amicus dicitur alter ego.Io.de Amic.conſ.85. numer.13.

4 Et propterea amici dicuntur, in quibus eſt vnum velle,& nolle.Angel. in auth.de Monachis, §.cogitandum,quem citat Alex.conſ.93. Repetitus,nu.10.ver.ſed vltra,lib,6.

Et ami-

Digitized b

5 Et amicus dicitur non leui amicitia coniunctus.l.late.§.amicum.ff.de verb.signif. vbi Alciat. dicit sic intelligi in legibus permissiuis, vel prohibitiuis.

6 Amicitia non est actus improbus, sed virtuosus, tamen amicus magna amicitia non est idoneus testis pro amico, quia magna amicitia repellit testem, quando ex tali magna amicitia redderetur amicus odiosus aduersario. Alex. consil. 78.num.3.lib.1.

7 Antiqua amicitia dicitur quasi magna, ideo diminuit de integritate testis, nisi esset approbatus à parte, vel nisi in contractu, esset adhibitus vel nisi supplereturex alio integro, & maiore omni exceptione, vel ex numero testium. Alex. d. consil.93.num.10.& seq.lib.6.

8 Ordinaria amicitia, prout est in actu virtuoso, vt quia est amicus communis, non repellit,neque diminuit testi de fide, sed tamen materia est iudici arbitraria. Corne. consil. 131. In hac consultatione,circa fin.lib.4.

Vide. Testes multi non admittuntur, & non sunt idonei. Conclus.203.nu.81.& seq.

9 Restringe,quia amicitia turpis, vel inhonesta, prout amasius pro amasia, quia malos effectus operatur, repellit à testimonio.

Vidè. Testes multi non admittuntur.Conclus. 202.num.81.& multis seqq.

10 Qualiter autem probetur amicitia per testes,& ex quibus præsumatur, & ex quibus actibus.

Vide plene per Mascard.Conclus.85. Amicitia quomodo probetur per testes, die per duos testes, & alia signa.

Amor,quid sit,& operetur,& qualiter probetur,vel præsumatur. Conclus. CCCXXVII.

1 AMOR quid sit. vide Beatum Thomam in 3. distinct.27.quæst.1.art.1.& est primus actus naturalis.

2 Et est species furoris,& ideo delinquentes propter amorem excusantur, vt saltem minori pœna puniantur. Clar.in §.fin.quæst. 60.numer.10. ver.est & amor.

Vide.Delinquentes quando puniri non possunt, & excusantur. Conclus.188.num.6.

3 Alciat.vero sub enigmate sic definit,sed de lasciuo amore, Iucundus labor est lasciua per ocia cernens, cuius imago est punica glans clypeo.

4 Probatur amor inter amasium, & amasiam ex frequentatione, & alijs signis, inter patrem, & coniunctos præsumitur.

Vide Mascard.Conclus.89. vbi nonnulli recensentur modi.

Annata,& annatistæ vnde habeant originem. Conclusio. CCCXXVIII.

1 PAPA licite recipit vnam annatam integram ex beneficijs,quæ dantur consistorialiter, & hæc annata appellatur seruitium commune, quia negotium in Consistorio examinatur,& fit prouisio, & sic tam Papa,quam Cardinales inseruiunt, & laborant, & propterea medietas istius annatæ est Papæ,alia medietas est Cardinalium,licet hodie Papa suam medietatem officialibus diuersis vendiderit: de alijs vero beneficijs non Consistorialibus soluitur media annata tantũ,quãdo beneficia excedũt 24.ducatos.& hæc medietas pariter est vẽdita,prout hęc omnia habẽtur in Bulla Pauli IV.nu.43.vbi,quod pro beneficijs vnitis,quæ non vacant soluuntur quindennia, videlicet, singulis quindecim annis vna annata,vel media, prout beneficia requirunt secundum præmissa, & in dicta Bulla dicitur, quod hæc annata fuit approbata in Concilio Viennensi,& Concilio Constantiensi.

2 Et de hac annata meminit Ioan. Andr. in cap. inter cætera, in fin.de offic. Ordin. vbi quod tantum clamauit, quod in Concilio Viennensi habitus est sermo, & cupiebat ipse,quod Papa,& Cardinales loco annatæ haberent vigesimam de omnibus beneficijs totius orbis, & tollerentur ista communia seruitia, & annatæ, sed dicit ipse, quod propter auaritiam non fuit factum; nam si istud fieret, illi vellent vtrunque tempore procedente, & ideo Concilium approbauit annatam potius,idem dicit Bellam.ibi, & Cardin.Zabarell. qui dicit, quod remedium fuisset si Concilium statuisset, quod Papa non posset contrarium statuere, & quod hoc modo esset prouisum, si etiam tollerentur commendæ Cardinalium,quę præcipitant Ecclesiam, & idem relatiue ad Ioan. Andr. dicunt Petr. de Anchar.& Abbas.

3 Et quod ista annata sit pro substentatione Papæ, & Cardinalium. dicunt omnes prædicti * Doctores, & vltra eos idem dicit Præposit. in cap. si quis præbendas 1. quæst. 3.

Vide de hac materia in ver.Fructus beneficiorũ per totum orbem vacantium sunt Sedis Apostolicę. Conclus. 517. vbi quod debentur fructus primi anni ex constitutione Papali, quę est odiosa, vt non extendatur ad fructus secundi anni, quatenus ex primo haberi non possent.

Vide. Cardinalium Collegium quid possit Sede vacante. Conclus. 104.

Anconæ Ciuitas,& eius priuilegia, statuta, & consuetudines. Conclusio. CCCXXIX.

1 LIEAM fecit commune Anconæ cum Ciuitate Firmana, & Dominis Camerini, Fabriani, Mathelicę,& Montis Bodij de anno 1189.Angel. consil. 369. Punctus est, anno Domini.

2 Potest condere statuta, & tollere appellationem,quia ex concessione Papę habet primam, & secundam instantiam, vt per Corne. consil.162. maxime num 9. lib.4.vbi loquitur de statuto datij Piscatorum.

3 Ciuitas Anconę non potest compellere Ciues Castracani loci Sedis Apostolicæ, licet Communitas dicti loci se supposuerit communi Anconę de facto, quia in hoc alijs prędiudicare non potest. Petr.de Anch.consil. 10. Videtur efficaciter,per tot.

4 Castrum Corrinaldi, seu Corimarti est in Prouincia

gitized by Google

uincia Anconitana, & fuit propter rebellionem deſtructum, & amiſit territorium tempore Aegid. Card. Legati, poſtea fuit conceſſum per Vrbanum Quintum Nicolao de Neapoli. Bald. conſil. 321.& 322. lib. 4. vbi an in præiudicium libertatis acquiſitæ ex deſtructione cenſeatur facta reſtitutio, & Io. de Lignano, cuius eſt conſilium 321. dicit, quod non. Bald. conſilio 322. dicit contrarium.

5 Caſtrum Caſtracani de facto ſuppoſuit ſe communi Anconę,& non potuit præiudicare Sedi Apoſtolicę,cui ſubeſt,ſupra num.3.

6 Caſtrum Ficcardi non eſt ſub iuriſdictione Anconæ, ideo Iudex Anconæ non punit forenſem homicidium committentem in dicto Caſtro. Angel. de Peruſio conſil. 27. Quidam victor, per totum.

7 Villa S. Mariæ de Laureto erat de deſtrictu Anconæ, & ſecundum ſtatuta Anconę gubernatur. Alex.conſ.115.Viſa ſcriptura,per tot.lib.7.

8 Marchiæ Conſtitutiones ſeruantur in Ciuitate Anconæ.Ang.d.conſ.27.num.3.

9 Vſus Ciuitatis Anconę circa licitationem datiorum, & gabellarum eſt,vt ponantur ad certum pretium honeſtum, poſtea licitantur cum promiſſione, quod plus offerentes lucrentur certas pecunias pro augmento à tanta ſumma, vſque ad tantam. Bald. conſ. 327. Modus, & forma, in princ. lib. 2.

10 Statutum Anconæ, quod omnes naues ſoluant gabellam, ſeu datium etiam pro rebus alibi conductis,& non conductis ad portum Anconę,non ligat forenſes. Bald.conſ.51.Quæritur an Florentini.lib.4.per tot.vbi declarat d.ſtatutum.

11 Item ſtatutum eſt Anconę,quod nullus nobilis, vel potens poſſit facere accuſationem,vel querelam de aliquo Ciuitatis Anconę,vel aliunde, niſi ſolum pro iniuria illata in perſonam accuſatoris, vel denunciatoris, vel ſuorum, vel in rebus, quas poſſidet, & Poteſtas non admittat ſub pœna,&c. Bald. conſ. 332. Statuto Ciuitatis.lib.3.vbi quod non valet ſententia etiam contra contumacem accuſatum lata ad inſtantiam nobilis, niſi ſit in caſu permiſſo à ſtatuto, & conſtet, quia iuriſdictionem tollit ſtatutum, niſi in caſu permiſſo, quod conſilium duplicatur libro quinto. conſilio 420.

12 Angel.tamen conſilio 399. Datus eſt terminus, circa med. in alio conſilio ibi inſerto, incipit. In cauſa verteate, videtur tenere, quod valeat accuſatio, imo ſubſtinet eam, quamuis contrariam.

13 Statutum Anconæ, quod mulier non poſsit facere aliquem contractum, donationem, quietationem, vel quamcunque aliam obligationem, ſine conſenſu, & præſentia patris, vel ſi non habet patrem duorum conſanguineorum, & aliter factus contractus etiam cum iuramento non valeat ipſo iure, non habet locum in aditione hæreditatis opulenta, & non damnoſa, quia tale ſtatutum habet locum, quando ſe obligat principaliter, non autem quando in conſequentiam. Ang. conſ.317. Statutum, quod mulier.

14 Statutum, quod mulier non poſsit teſtari ſine præſentia proximiorum conſanguineorum eſt Anconę, excipit tamen caſum periculi mortis, ſi locus, vel tempus non patiatur. Corn.conſ.131. In hac conſultatione. n.2.lib.4. vbi, quod non habet etiam locum ſtatutum, quando adeſt peſtis in Ciuitate.

15 Captura ſuſpecti de fuga ex forma ſtatuti Anconæ poteſt fieri non citato debitore, ne fuga inſtruatur,neque debet probari cauſa ſuſpicionis aliter,quam per iuramentum, vel vnum teſtem, ſuper quo Caſtrenſ. conſ.474. Quod eſt vltimum. lib.1.vbi plura.

16 Statutum Anconę circa præſcriptionem decem annorum requirit bonam fidem, ſed ſtatutum circa præſcriptionem 20. annorũ procedit etiam cum mala fide, quia in 1. diſtinguit, in 2. ſimpliciter loquitur, ita Alex.conſ.115.nu.6.& ſeq.ver. pro hoc etiam facit. lib.7. vbi num. 8. & ſeq. tollit obiectum,quod non valeat, quia dicit non valere ad tollendum beneficium iuris communis, ſed ad tollendum beneficium ſtatuti ſecus,& addu cit ſimilia.

17 Statutum Anconę ſuper exequutione inſtrumentorum, admittit exceptionem ſolutionis, & præſcriptionis. Alexand. dicto conſ.115. per totum. libro 7.

18 Item dictum ſtatutum vult,quod debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris ſine citatione,quod procedit quando inſtrumentum eſt liquidum, & ad inſtantiam nominati in inſtrumento, ſecus ad inſtantiam hæredis, niſi prius liquidato, quod ſit hęres is, qui facit carcerare, & interim captus debet relaxari. Alex. d. conſ.115.in fin.num. 10. ver. poſtremo.lib.7.

Vide plenius. Statutum circa capturam debitoris contra quos,& pro quibus habeat locum. Concluſ.479.

Angaria, & angarij homines qui dicantur. Concluſ. CCCXXX.

1 ANGARIA onera dicuntur impoſitiones inſolitę, quę ſunt reſeruatæ Principi, prout compellere ſubditos ad conducendum ligna, paleas, ſtramina, & alios fructus, quę onera licet ſint ſupportata, cenſentur tamen metu facta,quo durante nullum ius acquiritur. Soci.Iun.conſ.98. num. 31.& ſequen.lib. 3. vbi plura.

2 Extende, quia nullum ius quęritur ex ſimilibus præſtationibus,quia fiunt, vel metu, vel vrbanitate. Bertazzol. conſ. 420. numer. 4. & ſeq. lib. 2. vt etiam Socin. Iun. dicto conſ. 98. nu.32. & ſeq. lib.3.

Vide. Metus ex quibus præſumatur. Concluſ. 222.num.40.& ſeq.

3 Et quod Domini Caſtrorum non poſsint imponere angarias, & onera ſubditis, quia ſunt de regalibus,& reſeruatis ſupremo Principi. Alexand. conſ. 145. Quoniam abunde,in princ.lib.2. Io. de Imol,conſ.121. num.3.& ſeq.

Vide. Barones quid poſsint. Concluſione 28. in fine.

4 Amplia, vt per Ruin. conſ. 111. per totum, maxime num. 21. & ſeq. lib. 5. quia lapſu temporis non inducitur prſcriptio, niſi ſit per tempus immemorabile.

Anglia

Digitized by Google

Angliæ consuetudo,statuta,& consuetudines. Concluſ. CCCXXXI.

1 VXOR moriente marito, debet habere certam portionem in bonis mariti de consuetudine,vel secundũ statuta Angliæ,quę localis est, secundum Lap.alleg.92 nu.2. verſ.secunda, & nu. 7.& 8.ver.ſuper quarto.

2 Filia fœmina non potest exhæredari à patre,ni ſi in certa portione ſecundum ſtatuta,& conſuetudinem Angliç,quæ localis eſt.Lap.d.alleg.92. nu. 2.& num.7.& 8. verſ.ſuper quarto.

3 Primogenitus de conſuetudine, & ex ſtatutis Angliç ſuccedit in omnibus bonis,de conſuetudine loquitur Bart.in l.1.C.de ſumm.Trinit.nu. 41. in fin.verſ.ſed poſſet dubitari; de ſtatuto Calder. conſ.17. de conſtitut.Statuto Ciuitatis.Signorol. conſ. 166.num.4.ver.tertio caſu.

4 Teſtamenta non valent in Anglia, Francia, & alijs Regnis, niſi ſint inſinuata coram Epiſcopo loci, & hoc de conſuetudine,quæ eſt valida,vt per Gemin. conſ.139.circa princ. verſ.quod autem circa merita.

5 Conſuetudo, quod Rex Angliæ poſſit cognoſcere ciuiliter, & criminaliter in clericos ſolutos,eſt nulla,non obſtante quacunque conſuetudine,præſcriptione,vel vſu,etiam data ſcientia Papę, quia eſt contra præceptum diuinum negatiuum, & contra libertatem Eccleſiaſticam. Rota,vt in deciſ.Biſignet.2. de conſuet. quæ duplicatur in antiq. eod.tit.deciſ.10.alias 844.

Animalia bruta qualiter delinquendo puniantur,vel obligent dominum. Concluſ. CCCXXXII.

1 BRVTA animalia dicuntur quæ naturaliter ratione,& ſenſu intellectuali carent, non per accidens,prout homo furioſus,ita text.cum gloſ. in l.1.circa princ.ff.ſi quadrup. paup.feciſſe dicatur, vbi gloſ. in ver. caret.

2 Delinquere poteſt animal brutum,ita vt puniatur.Guidop.deciſ.238.vbi vidit porcum furcis ſuſpenſum, qui interfecerat puerum.

3 Et vulneratus ab animali bruto tenetur dominus,vel animal præſentare,vel damna, & intereſſe ſoluere vulnerato.

Vide. Damnum qualiter reficiat dominus animalium. Concluſ. 9.

Vide. Vulneratus quando conſequatur damna, & intereſſe. Concluſ.384.

Animal qualiter diuino iudicio perijſſe probetur. Maſcard. concluſ. 138.

Animæ fauore multa ſpecialia introducuntur. Concluſ. CCCXXXIII.

1 FAVOR ſalutis animę habet multa ſpecialia, quia ea omnibus rebus eſt præferenda tanquam magis pretioſa. c. præcipimus 12. quæſt.1. Abb.conſ.63.Videtur primo. nu.3. verſ.item quis debet magis diligere.lib.1.

2 Et beneficiatus, qui de fructibus beneficij non reconditis non poteſt in præiudicium ſucceſſoris teſtari, poteſt tamen fauore ſalutis animę ſuę aliquid legare, ſi de hoc eſt conſuetudo.cap.animæ defunctorum 13. queſt.2. Calder. conſ. 329.vltra med.ver. Hoſtien.diſtinguebat,alias ſecundo, de pecul. Cleric.

3 Donatio facta Eccleſiæ in dubio pro ſalute animę cenſetur facta, ideo vt ſubſtineatur, debet fieri interpretatio. Calder. conſ. 327. alias 8 de donatio. per totum, maxime verſ. item quia, circa med.

4 Editio, quę non fit per reum actori ad fundandam intentionem actoris,fit, vbi agitur de fauore animę. Roman. conſ. 398. Vt clarior. num.3. verſ. ſecundo, idem oſtenditur, vbi apoſtill. in verb.animæ,dat concord.

5 Hęres fauore animę defuncti compellitur ad multa contra ius,fauore exonerationis,& ſalutis animæ defuncti.

Vide. Hęres quando teneatur exonerare animam defuncti.Concluſ.42.

Vide. Fauendum Eccleſiæ, & pię cauſę. Concluſ. 87.

Vide. Pię cauſę in dubio fauendum. Concluſione 337.

Vide. Religioni fauendum eſt, & pię cauſæ. Concluſ. 134.

6 Amplia multis modis in ver. Pia cauſa habet multa ſpecialia. Concluſ.333.

Vide etiam. Religionis, & piæ cauſę multa ſpecialia.Concluſ.135.

Vide. Eccleſiarum ſpecialia multa. Concluſione 7.

7 Limita, quia pietas cedit,quoad legitimam filiorum. cap.fin.17. quęſt. 4 vbi quod pater, qui vult priuare filium legitima, prętextu pię cauſæ quęrat alium, quam Auguſtinum,plene Abbas d. conſ. 63 num.4.lib.1.

Vide plenius ver.Piarum cauſarum concurſus. Concluſ. 136.

Vide in ver. Pia cauſa non habet priuilegium in princ. Concluſ. 335.

Animus,& intentio attenditur, & quid operetur. Concluſ. CCCXXXIV.

1 ANIMVS, & intentio agentis attenditur circa meritum, vel demeritum, quia animus, & voluntas informat, & qualificat actum. Feder. de Sen. conſ. 13. Clericus percuſſit, in princ. vbi multa de hac materia ponit.

Vide. Veritas attenditur in ſpiritualibus.Concluſ. 167.

2 Extende, vt procedat, ſiue verſemur in bono, ſiue in malo opere, quia attenditur animus. Gemin. conſ.7. n. 5.

3 Amplia, quia homicidium non imputatur ei, qui non habuit animum occidendi.l. 1. ff.ad l.Corneliam,de ſicar.

Vide. Homicida caſualis quando puniatur, vel non. Concluſ.144.

Digitized by Google

4 Amplia in tantum, vt licet animus repugnet credulitati, tamen ex eo inducitur delictum, quia habens animum interficiendi hominem, ſi vere interficiat hominem, licet crederet eſſe beſtiam, tamen punitur de homicidio propter intentionem, vt de Lamech, qui interfecit Caim 4. Regũ, refert Oldrad. conſ. 76. Quæritur de illo, circa fin. nu. 4. vbi multa ſimilia adducit.

5 Amplia in tantum, vt is, qui facit contra conſcientiam etiam per errorem non excuſetur à peccato. c. per tuas. de ſimon.

6 Amplia, vt affectus animi magis attendatur, quam veritas ipſa in eo, qui actum facit prohibitum ex affectu. cap. nuper de bigam. Gemin. conſ. 7. num. 5.

7 Extende maxime in delictis grauioribus, in quibus attenditur magis animus, quam effectus. Alex. conſ. 13. Conſideratis num. 15. ver. nec prædictis. lib. 6.

8 Declara, quod animus facit peccatum eſſe, vel non peccatum, & in omnibus attenditur quoad Deum, & forum pœnitentiæ, quia in iſtis attenditur voluntas, propoſitum, animus, & intentio etiam latens, & non apparens. Feder. de Sen. conſ. 13. num. 4. ver. & primo non obſtat. Gemin. conſil. 7. num. 5.

9 Declara etiam, quia animus, & voluntas attenditur apud Deum quoad hoc, vt actus iudicetur bonus, vel malus, meritorius, vel non meritorius, ſed tamen non conſideratur quoad quantitatem præmij, vel pœnę, quia intentio, & animus hoc non operantur, vt quis conſequatur meritum, quod credat, ſed veritas. Oldr. d. conſ. 76. n. 4. ver. non obſtat, qui loquitur de eo, qui credidit conſequi indulgentiam a falſo quęſtore, quam non conſequitur ex ſola intentione, licet mereatur propter bonum opus.

10 Animus præcipue in obligationibus attenditur, & in his, quæ pendent à voluntate, & conſenſu. l. obligationum, in fi. ff. de actio. & oblig. Ideo, qui gerit actum nomine Collegij, vel alterius ſe ipſum non obligat. Feder. conſ. 15. in princ. ver. tertio quod.

11 Et ideo ſpolium non præſumitur compatronus committere, ſi ſolus præſentet in præiudicium alterius patroni, qui non præſentauit, maxime ſi eum vocauit, vel monuit, quia ſine animo ſpolium non committitur. Feder. de Sen. conſ. 102. in fi. ver. præterea.

12 Amplia, quia in tantum animus, & intentio legiſlatoris attenditur, vel ſtatuentis, vt eo ipſo, quod conſtat de animo, quod putauit legem eſſe rationabilem, debet illa iudicari rationabilis. Anchar. conſ. 268. Iure diuino, in fi.

13 Extende, quia lex iudicatur fauorabilis, vel odioſa ab intentione, & animo conditoris.

Vide. Odioſa, vel fauorabilis diſpoſitio. Concluſ. 43.

14 Amplia, quia animus gerentis actum in his, quę conſenſu, vel patientia geruntur, attenditur in tantum, vt ſi conſtet de animo non poſſit ille ſe iuuare ex actu geſto ex animo ad vnum finẽ pro contrario, vel diuerſo fine. Bal. conſ. 396. Caſus talis eſt. nu. 3. vſq; in fi. ver. ponamus ergo. lib. 1. vbi quod is, qui poſſedit rem communem ſolus per 20. annos tanquam prælegatam non poteſt allegare, quod poſſederit pro diuiſo, ſi conſtat, quod confeſſus eſt ſe poſſidere iure prælegati, quia animus poſſidendi dirigit poſſeſſionem, ne ad alium finem operetur poſſeſſio.

Vide plenius in ver. Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concl. 125.

Vide plenius. Intentio agentium regulat omnes actus. Concl. 269.

Vide. Mens, & ratio attendenda pluſquam verba. Concluſ. 198.

15 Amplia in tantũ attendi animum, vt ex deſtinatione patrisfamilias legatum certi fundi comprehendat etiam alium fundum illi adiectum, licet diuerſo nomine nuncupetur, quando legãs animo deſtinauit, quod eſſet vnicus fundus. l. quod in rerum. §. penul. ff. de legat. 1. l. locus. ff. de ver. ſignific. l. prędijs. §. qui domum. ff. de legat. 3. & hęc deſtinatio fit ab vſu patrisfamilias, vt per Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gl. 3. num. 4.

16 Declara quando perpetuo facta eſt incorporatio, vel vnio, alias ſecus. Bal. d. l. quod in rerum. §. fi. ff. de leg. 1. Alex. ibi in fi.

17 Declara, quia quando ſunt res diuiſę, & ſeparatæ retinentur, nunquam vna accedit alteri. Bar. in l. 1. n. 3. ff. de reb. dub. vbi dicit mẽti tenendum, quia l. Caius. ff. de leg. 2. §. fi. habet locum, quando eſt vnicus fundus in ſe cõtinens, non autem ſi sũt plures diuiſi, ſequuntur Caſtren. in l. quod in rer. §. ſi quis poſt. n. 3. vbi Alex. in fi. ff. de legat. 1. Anchar. conſ. 419. num. 4. in fi.

18 Idem per alia verba dicit Bal. in l. cum fundus. ff. de leg. 2. quod ſi res, & fundi ſunt æque principales, vna non efficitur acceſſoria alteri.

19 Declara, quia licet ſolo animo deſtinari poſſit fundus ad pertinentias alterius, tamen procedit dũmodo dictis, aut factis hoc cõprobetur. Iaſ. in l. ſi ita. nu. 15. ver. item promiſſio. ff. de ver. oblig. Alex. plene conſ. 169. Viſo themate. nu. 9. li. 5. vbi quod non ſufficit locatio facta vnico Colono, ſed quod vnico nomine, & vnico corpore appellabat, & n. 10. quod non ſufficit dictum teſtium, quod eſſent vnitæ, quia intelligeretur de vnione, gratia fructuum in dubio.

20 Reſtringe, quia non procedit deſtinatio ex vſu patrisfamilias, in his, quę pendent ex voluntate vnius, ſecus ſi ex voluntate plurium. Bartol. in l. prædijs. §. final. in fine. ff. de legat. 3.

21 Extende in caſu contrario, quia ſi deſtinatione animi de vno fundo teſtator fecit plures, idem eſt dicendum. l. plane. la 1. §. fin. ff. de legat. 1. l. dotale prædium. la prima, in principio. ff. de fund. dotal.

22 Declara, dummodo ſub eiſdem confinibus, & ſub eadem denominatione ſint, alias ſunt plures fundi, & vnum non venit appellatione alterius, niſi probetur alijs coniecturis. Anchar. conſ. 419. num. 4. in, in fi. & num. 5.

23 Extende, vt procedat etiam ſi poſt legatum fundi teſtator acquirat aliquid in additamentum fundi legati, quia licet non dixerit, fundus qui meus erit, tamen veniunt acquiſita poſt, ſi modo fuerunt incorporata fundo legato. l. cum fundus. ff. de leg. 2.

24 Idem ſi teſtator alienet, vel diminuat in fundo legato, quia ſicuti augmentum auget, ita diminutio diminuit legatum. l. ſi ex toto. ff. de legat. 1. in princ.

25 Declara niſi res, quę erat legata eſſet primo tempore legati acceſſoria ad aliam rem, quia

Digitized by Google

quia licet teſtator poſt legatum faciat eandem rem acceſſoriam alterius, non tamen ceſſat legatum, ex quo erat huius naturę,& non exit de patrimonio teſtatoris. Alexan. conſ.172. Accurate perſpectis,in fin.lib.5.

26 Reſtringe, quia diuiſio facta ad vnum finem, non operatur alium finem, ideo facta ratione commoditatis culturę, non operatur ſeparationem corporum,vel è contra. Vnitas,ratione fructuum, vel culturæ non operatur vnitatem, vel incorporationem, quoad alium finem. text. cum gloſ. & ibi Bart. & alij in l. Caius.§.fin.ff.de leg. 2. Bart. in l.1.num.3.ff.de reb.dub.vbi dicit,quod text. in l. Caius. §. final. procedit, quando vnus ager, vel fundus erat vnitus. Caſtrenſ.conſ.4. In cauſa mota.n.2.lib.2.ſequitur Curt.in additio.ad Caſtrenſ.& ad Alex.in l. quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff.de legat.1.

27 Et quod procedat reſtrictio etiam quando plures fundi ſunt vniti gratia fructuum magis de facili colligendorum probat argumentum à contrario, in d.l.Caius.§.ſi. ff.de leg.2.& ita inducit ad probandum.Iaſ.in l. quod in rerum. §.ſi quis poſt. ff.de leg. 1. vbi Caſtrenſ. clare hoc dicit, & Angel. qui dicit, contrariorum eandem diſciplinam eſſe.

28 Reſtringe, quia quando plures fundi etiam eodem nomine appellati ſunt diuiſi,nunquam appellatione vnius veniunt omnes. Bart. in l. 1.num. 3. ff. de reb. dub.vbi dicit eſſe menti tenendum, ſequitur Caſtrenſ. in l. quod in rerum.num.3. vbi Alex.in fin.ff.de legat.1.

29 Amplia in legato vniuerſali, puta, ſi quis relinquat poſſeſſionem, vel manſum, aut podere, quod conſiſtit ex pluribus petijs, ſi teſtator acquirat aliqua bona ſub illa poſſeſsione ea veniunt, niſi ſe reſtrinxerit per pronomen meum, quod refertur ad tempus legati. Bart. in l. ſi ita, in fin.ff.de aur.& argent.legat.in fin.& in l.1.ff.de reb.dub.in fin.

30 Extende idem in Caſtro, quia pertinentiæ, & membra Caſtro deſtinata veniũt,etiam ſi ſint mẽbra alienę iuriſdictionis. Tiraq.de retract.lignag. §.36.gloſ.3.n.4.& ſeq.maxime num.5.

31 Et quod diuiſio per foſſata,ſepes,& alios termi nos conſtituat plures agros. Caſtren.conſ.4.circa fi.In cauſa mota.lib.2.& quod requiratur hęc diuiſio per ſepes,vel foſſata,plene Iaſ.poſt alios in l. ſi ita. num. 15. ff.de verb.oblig.vbi pro vtraq; opinione allegat, & videtur dicere hanc magis frequentem, & veram * opinionem.

32 Reſtringe, quia in ædificijs requiritur ſemper parietis interiectio.l.qui binas.§.ſi quis partẽ. ff. cõmun.prædio.Iaſ.in l.ſi ita.n.15.ff.de ver. oblig.

33 Reſtringe in legato facto particulari, puta, lego terram meam in communi Sancti Laurentij, quia ſi habet plures petias, non veniunt aliæ, niſi conſtet, quod gratia commoditatis fructuum ſint diuiſę, quia tunc venirent omnes petię, quando ſub eiſdem confinibus, & eadem denominatione exiſterent, alias ſecus. Anchar. conſ.419.In cauſa.n.4.& ſeq.

34 Declara,vt per Socin.in l.1.n.10. ff.de reb.dub. qui facit quatuor caſus. Primus eſt ſi emantur prędia, quaſi pro neceſsitate fundi, vt ſit laborerium integrum paris bouum. Secundus, & Tertius ſeruiunt in materia legati, quando legatur coniuncto,vel Eccleſiæ,Quartus ſeruit quando appellantur eodem nomine,& redditus ſub eadem ratione exiſtunt, & dicit in hoc ſtandum peritiæ ruſticorum.

35 Declara totam hanc materiam,quod ſola animi deſtinatione domini de pluribus fundis fit vnus fundus, & de pluribus domibus fit vna domus, & è conuerſo de vna fiunt plures fundi, & plures domus, ſed tamen oportet, quod hæc deſtinatio fiat primo per appoſitionem confinium, cum fiunt plures, vel per amotionem confinium, quando de pluribus fit vnus, plene Angel. in l. ſi quis duas. §.ſi quis partem.ff.commun. prędio.

36 Limita, quia qui non eſt dominus non poteſt rem communem deſtinare, neque rei communi liberam ſuam deſtinare. l.ſi quis binas. §.fin. vbi gloſ. & Doctor.ff.commun.prędio.

Vide. Deſtinatio facta per patrem familias. Concluſ. 227.

Vide. Vſus, & ſolitum patris familias ſeruit pro interpretatione. Concluſ. 364.

Animus hominis mutabilis, & velox. Concluſ. CCCXXXV.

1 ANIMVS hominis mobilis eſt, & velox, ita vt nihil cum velocitate animi poſsit contendere.Lap.alleg.57.num.7.verſ. iſta enim verba, vbi dicit idem de corde hominis, vt ſit mobilius omni mobili.

2 Et quid operetur variatio, & vacillatio.

Vide.Variatio quid operetur.Concluſ.23.

3 Hinc dicimus diſcordiam eſſe facilem.

Vide. Diſcordia facilis. Concluſ.454.

4 Licet mutatio voluntatis circa ea,quæ bene geſta ſunt,non præſumatur, tamen in ijs,quæ calore iracundiæ, vel ex cauſa facta ſunt, ceſſante cauſa,præſumitur mutatio voluntatis.

Vide. Mutatio voluntatis præſumitur. Concluſ. 433.

Vide. Voluntas præſumitur durare. Concluſione 286.

Vide. Corrigere ſeipſum in continenti nemo præſumitur. Concluſ.1046.

5 Et laudabile eſt mutare conſilium in melius. auth. de nupt. §. 1.

Vide. Mutare conſilium in melius. Concl.434.

Animus, & intentio ex quibus probetur. Concluſ. CCCXXXVI.

1 ANIMVS, mens,& intentio verbis probatur, & cognoſcitur,ſicut facies in ſpeculo. Maſcard. de probat.concluſ.41.nu.14.vbi quod animus pręſumitur conformis veritati.

2 Amplia, quia animus probatur coniecturis, & præſumptionibus, quia eſt difficilis probationis.

Vide. Probatio per coniecturas quando ſufficiat. Concluſ. 795. in priuc.

Vide. Dolus quomodo, & qualiter probetur. Concluſ.574.

Vide plenius Maſcard. Concluſ. 94. Animus quibus modis probetur, vbi quod directe probari non poteſt, ſed per indirectum, & quando ſtetur iuramento, vel non, aſſerentis.

3 Et ex præteritis intentionem futuram iudicamus iuxta illud, præteriti ratio ſcire futura facit, & ideo ille, qui ab initio deſiſtit moleſtare Clericum opponentem exceptionem Clericatus coram ſæculari, debet obtinere condemnationem expenſarum contra Clericum, qui diſtulit excipere de Clericatu, quia præſumitur, quod deſtitiſſet à principio, ſi à principio fuiſſet facta oppoſitio, ſecus ſi non deſtitit facta oppoſitione, quia neque deſtitiſſet, quando à principio fuiſſet oppoſita. Deci. conſ. 240. Scripſi. col. 2. n. 3. vbi apoſtill. allegat plura ſimilia. Marſil. in l. patre. num. 43. de quæſt.

4 Amplia, quia animus ex ſcriptura dignoſcitur, ideo ſi ego in libro meo deſcribo aliquem mihi debitorem expreſſa cauſa, probatur animus ſcribentis, quod voluit exigere, vel repetere. l. Neſennius, vbi Bart. ff. de negoc. geſt. l. ſi paterno. C. eod. Deci. conſ. 442. In cauſa. col. 1. Ruin. conſil. 171. Conſideratis. col. penult. n. 11. lib. 1.

5 Extende, quia debitum deſcriptum in libro proprietatis, cenſetur velle tale debitum ad ſe iure proprio ſpectare, ſi autem in libro ſocietatis, cenſetur velle, quod ſpectet ad ſocietatem, cuius nomine liber cantat. Corn. conſ. 145. Primo videndum. col. 2. lib. 3. & conſ. 111. Videtur prima facie. col. 1. lib. 4.

6 Amplia, quia ex actu etiam nullo declaratur animus gerentis. Bellon. conſ. 5. num. 12. verſ. nec dicat aliquis. Roman. conſ. 179. Ampliſſime Doctor. num. 11. vbi apoſtill. in ver. voluntatem, dat concord.

Vide plenius. Actus nullus nullum producit effectum. Concluſ. 139. num. 22. & ſeq.

7 Amplia, quia ſolo iuramento probatur animus, & intentio.

Vide. Iuramento aſſerentis quando ſtatur, vel non. Concluſ. 571.

Vide. Iniurioſa verba, quando animo iniuriandi, vel non. Concluſ. 159.

8 Amplia, quia animus probatur ſignis, dictis, & factis, tam in homine, quam reſpectiue in brutis.

Vide plene Maſcar. concluſ. 95. Quomodo probetur animus.

9 Amplia, quia animus compenſandi probatur ex coniecturis. Maſcard. concluſ. 96. Animus compenſandi.

Vide. Legatum factum creditori non præſumitur animo compenſandi, & quando ſecus. Concluſ. 141.

10 Amplia, quia animus occidendi, vel offendendi, vel non, probatur coniecturis, & ex genere armorum.

Vide plene Maſcard. Concluſ. 97. Animus delinquendi quibus modis probetur, vel præſumatur, vbi late.

Vide. Præſumitur in dubio contra delinquentes. Concluſ. 618.

11 Amplia, quia animus deliberatus præſumitur ex inimicitia graui præcedenti ex minis, ex tractatu, ex conuenticulis, & adunantia hominum, ex tempore, loco, armis, reiteratione, & alijs multis.

Vide Maſcar. concl. 98. Animus deliberatus.

12 Amplia, quia animus quoad multa præſumitur ſignis, factis, præparationibus, & alijs, quæ reſident in arbitrio iudicare debentis, & vide eundem Maſcard. Concluſ. 99. vide Animus multis alijs in rebus.

Anniuerſarium pro anima relictum, qualiter, & vbi celebrandum. Concluſ. CCCXXXVII.

1 TESTATOR relinquens anniuerſarium celebrari perpetuo pro anima ſua, licet non dicat in qua Eccleſia, tamen cenſetur reliquiſſe in Eccleſia, in qua erit ſepultus, quia ita mos, & conſuetudo ſeruat. Cuman. conſ. 12. Ioannes ab armis, in princ.

Vide. Legatum factum eccleſiæ certæ, vel incertę, quando valet, vel non. Concluſione 46. num. 14. & ſeq.

2 Amplia, quia hęredes, & etiam exequutores teſtamenti poſſunt compelli, vt exequantur voluntatem defuncti, imo poſſunt exequutores priuari, ſi moniti poſt annum ſint moroſi. Cuman. dicto conſilio 12. verſ. ad ſecundum, vſque in finem.

Annona quid ſit, & importet, & de cura habenda de ea. Conc. CCCXXXIIX.

1 ANNONA continet panem, vinum, acetum, lardum, carnes, paleas, fęnum, & omnia vſualia, quæ ad pondus, vel menſuram venduntur. Caſtrenſ. conſ. 40. num. 3. incip. Iſtud nomen. libro primo. Decian. tract. crimin. par. 2. lib. 7. cap. 22. tit. de fraudantibus annonam, in princip.

Vide. Graſcia quid ſignificet. Concluſ. 50.

2 Expendentes pecunias annonæ publicę deſtinatas in alios vſus, & non retinentes computa lucrorum, quę ad ſortem debent conſcribi, puniuntur in duplum. l. fin. C. de frum. Vrbis Conſtantinop. lib. 11.

3 Remedia pro annona recenſet Decian. d. lib. 7. cap. 22. per totum, quod fiant præfecti, qui curam habeant, & prouideant, item quod non habeatur ſpes, ſuper annonis abſentibus, ſed fiant ſemina, & exerceatur ars ſerendi, ita Auguſtum diſpoſuiſſe dicit. num. 44.

4 Seditionem generat fames, ideo Claudius Imperator attritus fuit fragmentis panis à populo, ita vt vix euaſerit. Decian. d. lib. 7. cap. 2. num. 45. vbi, quod origo ſeditionis eſt fames, & in princip. capit. dicit, nil lętius ſaturo populo, nil ſeditioſius ieiuno, & famelico.

5 Mixtura grani veteris cum nouo prohibetur, ſed dumtaxat permittitur fauore publico Fiſcali. l. 1. C. de condit. in horre. public. lib. 10.

6 Et ideo male conſuluit Simon de Præt. qui dixit contrarium. conſ. 82. num. 8. per illum text. quia procedit ſolum fauore publico.

7 Vſurpantes annonam publicam, puniuntur pę-

na

na deportationis, & confiſcationis omnium bonorum. l.final. C.de condit.iin public. horre. libro decimo.

8 Alibi Iudices,& officiales vſurpantes,vel mutantes canonem frumentarium pœna vltimi ſupplici puniuntur, & nulla conceſſio Principis valet in contrarium facta. l. fin. C. de canon. froment. lib.11.

9 Vide plene Decian.d.lib. 7. cap.22. vbi late, quod pœna erat 20. aureorum.num.3.& ſeq. poſtea pœna extraordinaria fuit impoſita, & in fine, quod etiam pœna vltimi ſupplicij fuit impoſita.

Antiquitas habet priuilegia plura, & operatur multa. Concl.CCCXXXIX.

1 SCRIPTVRA antiqua operatur, quod per ſolam comparationem dicitur plene recognita; quæ alias non eſſet recognita, ſi ceſſaret antiquitas. Decian.conſ.33.num.115.& ſeq.maxime num.120.lib.1.

2 Narratiua priuilegij etiam facti alieni, quę alias non probat inducit probationem ſi excedit memoriam hominum. Alexand. conſil. 6. num. 6. lib. 1.

Vide plenius. Preſcriptio immemorabilis habet multa ſpecialia.Concl.550.

3 Extende maxime quando verba narratiua ſunt geminata, vel extant plura inſtrumenta continentia narratiua verba confinium ab immemorabili tempore.

Vide.Confinia probantur.Concl.700.

4 Inſtrumenti verba narratiua plene probant etiam quoad tertium propter antiquitatem, quæ alias non probarent. Ant.de Butr. in c. cum dilectus,de ſucceſſ.ab inteſtat. not. in clem. Summus Pontifex,de ſent.excom.

5 Et quod verba enunciatiua probent; in antiquis. Alexan. conſ.73. Viſis, & ponderatis narratis in themate. lib.4. late Iaſ. conſ. 166. circa med. lib. 4. idem Alexan. conſil. 6. Viſo themate, circa fin. libro 1. Decian. conſil. 36. column. 4. num. 7.

6 Declarat Alex.con.94. Repetitus. num. 4. & ſeq.vſque in fin.

Vide. Inſtrumenta antiqua quam probationem habeant.Concl.238.

Vide. Verba enunciatiua quando,& qualiter probent. Concl.81.nu.81.& ſeq.

Vide Maſcard. Concluſ. 106. Antiquum quomodo probetur per verba enunciatiua.

Vide. Aſſertioni alicuius quando ſtandum,vel non.Concl.533.num.4.& ſeq.

Vide.Tempus immemorabile habet multa ſpecialia,& operatur multa.Concl.40.

7 Emptio de antiquo vltra centum annos non ſolum probat titulum, ſed etiam poſſeſſionem ex conſtituto.Alex.conſ.12. in fin.lib.4.quia conſtitutum probat poſſeſſionem abſque eo, quod probetur conſtituentem poſſediſſe tempore conſtituti propter antiquitatem.Abb. in c.cum nobis, de præſcript. quem ita declarat Socin.conſ.187. lib.2.col. 5.

8 Conſtitutum probat poſſeſſionem conſtituta-

rij abſque eo,quod probetur conſtituentem poſſediſſe tempore conſtituti, prout requiritur quãdo ſumus in antiquis vltra centum annos. Socin. conſ.187.libro2.Deci. conſ.302.num.2.Curtius. conſ.54.num.12. Marſil.ſing.521. Tiraq. de conſtit.in 3. par.limit.1.nu.18.

9 Scientia, & patientia requiritur in præſcriptione incorporalium, quia ex ea cauſatur quaſi poſſeſſio, quod fallit quando concurrit tempus immemorabile ſecundum magis communem * opinionem.Alex.conſ.6.n.4.lib.1.

Vide. Præſcriptio incorporalium. Concluſione 529.

10 Fama ſola probat in antiquis.

Vide. Fama probata quando probet.Concluſione 66.nu.10.& multis ſeqq.

Vide Maſcar.Concluſ.105.Nonnulli recenſentur modi, quibus antiquum poſſit probari.

11 Titulum quemcunq; operatur tempus immemorabile habens obſeruantiam certam.

Vide.Tempus immemorabile operatur multa. Concluſ.40. in prin. vbi videas plura priuilegia ſpecialia per diſcurſum.

12 Teſtes deponentes audiuiſſe publice dici, licet non probent famam,tamen ſecus eſt in antiquis. Alex.conſ.101.Super primo.nu.11.in fi.& plenius num.16.& ſeq. ver.venio ad quartum.lib.7.dicit eſſe verum cum adminiculis,prout ſi deponãt famam eſſe, quod a maiori parte populi dicitur, quia iuncta antiquitate probatur fama.

13 Teſtes de auditu probant in antiquis, qui non probarent.

Vide.Teſtes de auditu an probent, & quando. Concl.179.n.50.& multis ſeq.

Vide Maſcar.Concl.104.Antiquum an & quando probetur per teſtes de auditu.

14 Probatio leuior admittitur in antiquis 70.vel 80.annorum.

Vide.Probatio leuior.Concl.791.

Vide Maſcar.Concluſ.107. Antiquum per coniecturas quomodo probetur.

15 Geſta inter alios circa probationem inſtrumenti antiqui,licet non concludant inter diuerſos, tamen adminiculantur propter veruſtatem. Alex. conſ. 101. Super primo.num. 11.ver. fortificantur etiam.lib.7.

16 Solemnitas præſumitur propter antiquitatem, quæ non præſumeretur ceſſante antiquitate.

Vide. Solemnitas preſumitur, & quanto tempore. Concl.322.

Vide. Tempus immemorabile operatur multa,& habet multa ſpecialia.Concl.40.

Vide Maſcard.Concluſ.108.quo pacto antiquitas præſumatur,vel probet ſolemnitatem.

17 Reſtringe, quia quando duplex defectus ſolemnitatis apparet,nunquam ſola antiquitas probat.

Vide.Tranſumptum ſcripturę quando probet. Concluſione 372. num. 25. & ſeq. vbi pro vtraque parte.

18 Notariatus præſumitur quando ſumus in antiquis vltra centum annos, ſecus ſi ſumus in antiquis infra centum annos, quia debet adminiculari inſtrumentum, quod Notarius ſit Notarius. Afflict.deciſ.245.num.3. & ſeq.

Vide in ver. Notariatus non præſumitur, & quando ſecus.Concl.93.

19 Et quod Notariatus ex antiquitate temporis preſumatur,& non debet probari.Alex.conſ.101.

Super

Digitized by Google

Super primo.nu.10.ver.non obſtat.lib.7.vbi apoſtil.in ver.antiquiſſima,dat concord. & idem dicit Cuman.conſ.158.num.2.

20 Exemplum exempli antiquum centum annorum probat.Cuman.conſ.158.Viſis inſtrumento. nu.2.ver.his tamen non obſtantibus.

Extende etiam ſi non apparet citatio, quia ex antiquitate præſumitur Alex.conſ. 101.Super primo.n.9.& ſeq.ver,circa ſecundum.lib.7.

21 Locus in forma Eccleſiæ conſtructus in quo celebratur,præſumitur de licentia Epiſcopi conſtructus.Alex.plene conſ.101.Super primo.nu. 5.ver. denique.lib.7.vbi quod eſt verum quando concurrit antiquitas temporis.

22 Extende etiam in ſolemnitate extrinſeca, quia præſumitur ob antiquitatem temporis . Alex. d. conſ.101.nu.5.in fi.lib.7.

23 Licentia teſtandi de fructibus Eccleſiæ præſumitur quando teſtamentum Clerici,vel Cardinalis de antiquo fuit obſeruatum.Alex.d.conſ. 101. num.5.lib.7.

24 Limita , quia antiquitas probat quia habet vim famæ,ſed quando ſunt varia inſtrumenta antiqua,& contraria , tunc non poteſt fama introduci , quæ ſit firma , ideo tunc non probat antiquitas . Corn. conſilio 34. column. 4. in fin. libro 3.

25 Limita, quia licet tranſumptum antiquum probet , quia præſumitur ſolemne, tamen ſi conſtat, quod ſcriptura imperfecta, & priuata, quæ non probat fuit tranſumptata, quæ non probabat tẽpore tranſumpti, neque ipſum tranſumptum debet probare , quia antiquitas non poteſt hoc introducere. Alex.conſ.150. In cauſa.num.5.& ſeq. verſ.fortius poſſet.lib.6.& per totum, vbi loquitur in priuilegio Principis ſine ſigillo trãſumptato , quia ſicuti priuilegium ſine ſigillo non probat,niſi probaretur fuiſſe ſigillatum, & perditum ſigillum,ita neque tranſumptum.

Vide . Inſtrumentum non probat ſi originale eſt vitiatum.Concl.246.

Vide . Exemplum , & copia non probat.Concluſ.550.

26 Limita, quia propter ſolam antiquitatem de per ſe nunquam adhibetur ſcripturę,vel alteri documento plena fides , ſed ſi ſcriptura eſt ſolemnis , adhibetur tunc fides propter difficultatem probandi præſumptam probationem , prout in Notariatu, & ſimilibus. Alexand.conſ.150.nu. 8. & ſequen. maxime num. 10. verſ. vnde præſuppono.lib.6.

Antiquitas laudatur , & facta antiquorum circa diuerſa . Concluſio CCCXL.

1 ANTIQVI Doctores,magni, & veræ Philoſophiæ authores appellantur , prout appellat eos Bal.conſ.327.nu.2. ver. ſed in hoc non conuenerunt,lib.3.

2 Et patrum antiquorum iuſſa debent teneri inuiolabiliter.c.ne innitaris prudentiæ tuæ,de conſtitution.

3 Imo exẽpla bona tradita ab Apoſtolis,& Patribus antiquis ita cuſtodienda ſunt , ac ſi conſtitutione, & lege iuſſa fuiſſent. cap. cum in præterito 84.diſtinct.

4 Nam ridiculum eſſet , ſi traditiones Patrum poſſent licite infringi , cum ſint ad exemplum & obſeruantiam notatæ. cap. ridiculum 12. diſtinct.

6 Antiquitas eſt obſeruanda,eſt tex.in titulo de pace Conſtantię,in princ.in ver. ab antiquo: vbi Bald. & alij, qui extendunt generaliter in aquis, pontibus, molendinis,& ſimilibus.

Vide in ver. Conſuetudo attendenda circa diuerſa.Concluſ.311.

6 Declara, vt procedat in rebus ſic ſtantibus, & in ſtatu antiquo permanentibus . Caſtren. conſ. 8.Iſta bona paterna.col. final.verſic. nec obſtant contraria.lib.1.

7 Extende , quia ſolet dici , quod Prouinciales amant ſuas conſuetudines , & traditiones , & ab eis difficile eſt recedere.

8 Amplia,quia tempus centum annorum habens certam obſeruantiam operatur multa.

Vide.Tempus centum annorum habet multa priuilegia.Concl.38.

Vide.Tempus immemorabile operatur multa. Concluſ.40.

9 Extende, quia lapſus temporis inducit preſumptionem ſolemnitatis,conſenſus,& quod actus rite,& recte fuerit factus.

Vide.Obſeruantia diuturna multa operatur,& attendenda. Concluſ.59.

Vide. Solemnitas preſumitur, & quanto tempore. Concluſ. 322.

Antiquum qualiter , & quando aliquid dicatur . Concluſ.CCCXLI.

1 ANTIQVA dicitur poſſeſſio ſecundum arbitrium Iudicis,quia debet arbitrari,quando dicatur antiqua,& quando recens. Geminian. conſ.87.num.3.ver.quæ autem poſſeſſio. Alexan. conſ.79.Circa primum.n.5.lib.1.

2 Extende,quia in omni alio tempore, & materia an liber dicatur antiquus , vel non , eſt arbitrarium Iudici , ſecundum * communem opinionem. Affict.deciſ.83.In cauſa.num.7.Alex.conſ. 9. num. 9. lib. 3. & licet ſit controuerſa opinio, tamen intelligas ſecundum declarationem. Crauett.de antiq.tempor.in prima parte. num. 6. vt in modicis antiquum dicatur de annis 40. in arduis de cẽtum annis,& redditur arbitrarium Iudici, quia an res ſit modica, vel magna ſtatur arbitrio Iudicis,& ſic conciliantur opiniones,infra num. 20. & 23.

3 Amplia,quia poſſeſſio decem annorum dicitur antiqua in materia beneficiali,& vnionis,vt præſumatur conſenſus Capituli interueniſſe.Gemin. conſ.87.nu.4. vbi quod poſſeſſio decem , vel 30. annorum dicitur antiqua.

5 Et quod ſit arbitrarium ſecundum ſubiectã materiam , quia antiquum dicitur de decem annis, quandoque de triginta,quandoque de 40,item de 50.vel 60.item 70.vel 80.ſeu 90. ſed *communiter de centum . Crauett.tract. de antiq. tempor. par. 1. in princ.nu. 2. & ſeq. Menoch.caſ.3. Maſcard. concluſ.103.num.1.& ſeq.

Longum

Digitized by Google

5 Longum vero tempus dicitur decem annorum. Bart. in l. 1. & 2. ſi ager vectigal. Couar. vari. reſolut. c. 15. numer. 2. & eſt * communis opinio. Dec. conſ. 203. per totum, & locatio ad longum dicitur alienatio. Iaſ. in l. naturaliter, numer. 15. ff. de acquir. poſſeſſ. Berous conſ. 123. lib. 1. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glo. 14. nu. 83.

6 Eademq. ſolemnitas eſt requiſita in locatione ad decem annos, quæ in alienatione, & idem laudemium, & gabella eſt ſoluenda. Deci. dict. conſ. * 203. per totum, vbi late, & de * communi, quia transfertur ius in re.

7 Et ad differentiam noui aliquid dicitur antiquum, vel vetus.

Vide. Nouum quando dicatur, vel non. Concluſio. 128.

8 Declara, quia antiquum dicitur ſecundum intentionem proferentis, & ſecundum ſubiectam materiam, modo de vno, modo de alio tempore. Bald. conſi. 366. nu. 4. vſque in fin. lib. 3. vbi quod dicitur multis modis antiquum, videlicet, quod tranſiuit per multas generationes.

9 Viginti annorum ſpatium non dicitur antiquum ad excludendam nullitatem ſententiæ tam ex defectu iuriſdictionis, quam omiſſi ordinis iudiciarij, ita Abb. conſ. 61. In ea, col. fin. verſ. non obſtat factum eſſe antiquum, numer. 6. libro primo.

10 Reſtringe in crimine falſi, quia poſt 20. annos non opponitur, ſed intra 20. annos. Abb. d. conſ. 61. nu. 6. lib. 1.

11 Reſtringe, quia licet antiquitas inducat præſumptionem, quod ſententia ſit rite, & recte lata, tamen ſi probatur contrarium, non releuat præſumptio. Abbas d. conſi. 61. numer. 6. libro primo.

12 Antiquum dicitur proprie, & vere, quod excedit metam centum annorum. Alex. conſ. 6. in fi. lib. 1. & conſ. 208. num. 11. & ſeq. lib. 2. & conſ. 94. in fin. lib. 7. & conſ. 12. in fin. & conſ. 75. num. 37. lib. 4. & conſ. 89. numer. 5. lib. 5. vbi apoſtilla mea, & eſt * communis opinio, plene Alex. conſ. 116. perſpectis, nu. 6. & ſeq. lib. 5. Alex. & Iaſ. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. & * communem dicit Iaſ. in l. ad monendi, ff. de iur. iuran. numer. 203. verſi. quãdo dicatur in ſecunda lectura; et quod tempus vltra centum annos dicatur, & conſtituat antiquum ſine dubio. Alex. conſ. 12. in fin. lib. 4. & eſt magis * communis opinio, de qua Cravett. trac. de antiquit. tempo. in 1. par. nu. 2. & hęc eſt magis * communis opinio, in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. vbi Alex. dicit * communem, ſequitur Decius, conſ. 321. In cauſa, quæ Alexandriæ, & de * communi Iaſ. conſ. 81. num. 3. lib. 1. & magis * communem dicit Decian. conſ. 7. num. 3. lib. 3. Vbi cumulat concord. & loquitur de 90. vel centum annis. Ruin. conſ. 44. nu. 15. lib. 4. Areti. conſ. 37. nu. 1. in ſecundo dub. Cephal. conſ. 250. nume. 18. Pedemont. deciſ. 173. n. 8. & hanc ſequendã in legendo, cõſulẽdo, & iudicando eſſe dicit Iaſ. conſ. 148. poſt numerum octauum, lib. 4. Curt. conſ. penul. in fin. Ruin. conſ. 44. num. 15. lib. 4. Put. deciſ. 112. lib. 1. Caputaq. deciſ. 28. par. 1. * communem dicit. Cravett. de antiquit. tempo. par. 1. numer. 4. Crot. de teſtib. concluſ. 7. nu. 241. Areti. conſ. 37. num. 1. in ſecundo dub. Curt. Iun. conſ. 17. num. 3. Felin. in c. veniens il primo, num. 16. verſ. & intel lige de teſtibus, * communem dicunt Natt. conſ. 383. nu. 3. & alij, quos congerit. Maſcard. Concluſio. 103. in princip. Caſtrenſ. conſil. 139. numer. 5. lib. 1.

13 Extende, vt procedat ad effectum probandi per famam in antiquis, quia requiritur lapſus cẽtum annorum, & eſt ratio, quia præſumuntur homines viuere vſq. ad centum annos, nõ vltra, vnde in factis excedentibus centum annos, quia eſſet impoſſibilis probatio per teſtes, inducta eſt probatio per famam: ſi vero infra centum annos ad quam ætatem homines præſumuntur viuere, l. ſi. C. de Sacroſan. Eccleſ. non debet ſumi à fama probatio, ſi extant teſtes, qui poſſunt deponere de veritate, & ita loquuntur. Innocen. & Anton. de Butr. in c. veniens il primo, de teſtib. Alex. conſ. 89. Excellentiſſimi, nu. 5. ver. & in antiquis, lib. 5. vbi concord.

14 Declara, quia ſi in loco nõ eſſent teſtes, qui excederent 40. vel 50. annos, tunc fama in illo loco, vltra ætatem illorum teſtium dicerentur de antiquo, & probarent: nam ad hoc, vt fama probet, requiritur, quod habeat certos authores. Bar. d. l. de minore. §. tormenta, ff. de quæſtio. cum quo tranſeunt omnes, ſed eſſet impoſſibile, quod teſtes 50. annorum darent authores vltra cẽtum annos, niſi de auditu auditus, & ſic non probaretur fama, igitur neceſſe eſt dicere, quod quando non ſunt homines in loco excedentes certam ætatem, & hoc conſtet, quod antiquum in hac materia dicatur tempus excedens illam ætatem, & fama probet tãquam de antiquo, ita Abb. in c. licet ex quadam in 1. & 2. col. de teſtib. & facit ratio, quia lex ſemper excludit impoſſibile, vbi non poteſt imputari culpa volenti probare, l. ſi. C. quæ ſent. ſine appell. reſcind. & hęc eſt melior conciliatio, quã illa, quam ponit Deci. in c. 1. col. antepen. de appel. & ratio, per quam hoc eſt ſtatuum in antiquo centum annorum, eſt, quia non reperiuntur teſtes, ergo ab identitate hoc dicendum eſt in caſu iſto, l. illud. ff. ad l. Aquil.

15 Declara ſecundo, quia licet tempus 80. annorum proprie non ſit antiquum, tamen præbet materiam Iudici arbitrandi, quod ex indicijs, & præſumptionibus, ac leuioribus probationibus probatio inducatur. Alex. conſ. 90. In cauſa, & lite, lib. 6.

16 Antiquum etiam aliquando dicitur per 40. annos ſecundum communem vſum loquendi. Bal. d. conſ. 366. nu. 4. lib. 3. & factum ante 40. annos dicitur factum antiquum. Alex. conſ. 79. Circa primum, nu. 5. lib. 1. Socin. conſ. 89. lib. 1. & conſ. 106. lib. 3. Alex. conſ. 4. lib. 2. Anto. de Butr. in c. veniẽs il primo, de teſtib. Alexan. conſ. 187. col. 2. ver. hoc præſuppoſito, lib. 2. & conſ. 70. col. 2. ver. præterea, lib. 3. Soci. conſ. 106. col. 2. lib. 3. Specul. tit. de probat. §. probare, ver. & nota.

17 Quandoque 50. annorum tempus dicitur antiquum, & eſt arbitrarium Iudici, ſi plus, vel minus, & quando dicatur antiquum. Socin. d. conſ. 89. lib. 1. nu. 7. & conſ. 106. lib. 3. Afflict. deciſ. 83. n. 7. vbi dicunt antiquum dici de 40. & 50. annis, & dicunt * communem. Cravett. & alij per eum allegati de antiquit. tempor. in 1. par. nu. 315. vbi cõcludunt quod conſtitutũ in antiquis, & ſic poſt 50. annos inducere præſumptionem, quod pènes conſtituentem eſſet poſſeſſio iunctis alijs adminiculis. Socin. conſ. 187, nu. 13. lib. 2. & facit gloſ. in l. quædam mulier, ff. de rei vendic. Alex. conſ. 90.

In cauſa

In cauſa, & lite,col.3.ver.ad prędicta,lib.6.quod ſi tu emas rem,& poſtea reperiaris in poſſeſſione præſumitur quod ex cauſa emptionis.

18 Antiquum dicitur,quod per plures generationes durauit,& tranſiuit,vt in fœudo.Bald.d.conſ. 366.nu.4.lib.3.

19 Aliquando etiam antiquum dicitur,quod excedit 80. annos. Alexand.conſ.90. In cauſa, & lite col. 3.lib.6. vbi, quod ſufficit tunc probatio per teſtes de auditu,& publicam vocem,& famam, * & licet magis * communis opinio ſit, quod requiratur tempus centum annorum, vt per Cravett.de antiquit. tempor. par. 1.num. 2. tamen negari non poteſt, quin authoritas Alex. ſit magna,& vera,& attendenda hodiernis temporibus, cum homines non ſeneſcant vltra 50. annos, vt dicit Abb.in c. quoniam frequenter, col. penul. ver.nam quandoq.extra,vt lit.non conteſtat.

20 Et ſaltem negari non poteſt,quin ſit longum tempus lapſus 80. annorum, & quamuis non eſſet curſus prędicti temporis antiquus abſolute,tamen leuiores probationes admitti debent. Cravett.de antiquit. tempor.part.1. numer. 2. & ſequenti.verſ.placet mihi opinio, ideo teſtes de auditu ſufficerent.

21 Declara maxime, quando in loco non eſſent teſtes, qui attingerent ætatem tanti temporis. Vide ſupra ver.Declara.nu.13.

22 Tu dicas,quod ad affectum probãdi per teſtes, ſiue accipias antiquum,quod excedit centum annos, vt ſupra,ſiue accipias arbitrarium eſſe Iudici, ſecundum ſubiectam materiam, quod forte verius, & * communius eſt, vt per Alexand. conſ.187.In hac cauſa,col.2.lib.2.& conſ.90. In cauſa,& lite,col.3.ad med.lib. 6. Socin. conſ. 89. In cauſa agitata,col.2.in fin.lib.1.Areti.conſ.36. Caſus talis eſt.nu.6.Ruin.conſ.141. Viſo proceſſu,nu. 18.lib.5.Afflict.deci.13. Vertitur dubium, numer.23.& deci. 3.in cauſa antiqua,nume.7. & ſupra,numer.2.

23 Semper eſt verum, quod factum probandum excedens 70. ſeu 80.annos,dicitur difficilis probationis,& ſufficiunt probationes,quæ alias non ſufficerent, vt ſentit Bald. conſil. 217.Citatio cum ſit facti, in princip. lib. 4. & clarius Socin. conſi.106.Libenti animo,col. 1.lib.3.

24 Imo quod ad probandam filiationẽ,& deſcendentiam,ſufficiat,quod plura inſtrumenta ſint de tempore 56.annorum,in quibus enuncientur tales filij talis, quia dicitur tempus antiquum in probatione per ſcripturam, tenet expreſſe Alex. conſ.90.In cauſa,nu.6.& ſeq.verſ. comprobatur, & per totum,lib. 6. quando agitur de probatione filiationis,quæ eſt difficilis probationis, & probatur per coniecturas,quia ad effectum ſemiplenæ probationis,vel ſaltem transferendi onus probandi in aduerſarium ſufficit.

25 Declarat Cravett.de antiquit.tempor.part. 1. num.6.vbi quod tempus 40.annorum dicitur antiquum,quando agitur de modicis;in arduis vero requiruntur centum anni, & in hoc verſatur arbitrium Iudicis,quando ardua cauſa, vel modica dicatur,& ita etiam loquitur Alex.conſ.90.nu. 8.& ſeq.lib.6.& ita Alex. conſ. 118. Ponderatis, num.11.& 12.lib.6.& conſ.89.num.5.lib.5.& ſupra,num.2.

26 Et in præſumenda ſolemnitate, circa ea, quæ expreſſe debuerunt interuenire, puta, conſenſus proximiorum in venditione minoris,quod requiratur tempus centum annorum, vel vltra. Alex. conſ.218.Ponderatis per totum,maxime, numer. 12. & ſequentib.lib. 6. quia contraria loquuntur quando agitur de modico præiudicio,& cõcurrit quaſi poſſeſſio.

27 Et in verbis enunciatiuis,quæ probant in antiquis,quod requiratur lapſus centum annorum, vel vltra. Iaſ. conſ. 81. numer. 3. lib. primo. vbi * dicit * communem, & magis * communem, dicit Decian. conſ. 7. numero 19. & ſequent. lib.3.

28 Et pluta requiruntur inſtrumenta ad probandum antiquum, quæ debent eſſe adminiculata ſicuti plures teſtes requiruntur ad probandam famam. Rota deciſ. 185. par. 1. diuerſorum in nouis.

29 Declara,quia regula eſt,quod in ſcripturis, vt dicantur de antiquo,& plene probent, requiritur * lapſus centum annorum,ſecundum * communẽ, ſed ad effectum probationis pluſquam ſemiplene,vel ſemiplene ſufficiunt 60.anni,ita vt ſi concurrant aliq præſumptiones,inducatur plena probatio,tenet Tiber.Decian.conſ.32. nu. 90. & ſeq. ver.non obſtat pariter.lib.2.

30 Et quando agitur de ſcriptura,non ſufficit vnicum inſtrumentum, ſed plura requiruntur prout ad probandam famam plures teſtes requiruntur. Rota dicta deciſ. 185. part. prima in nouiſſim.

31 Declara, quia arbitrarium eſt Iudici,& variauit etiam Rota Romana, quæ tenet ſufficere 90. annos in teſtibus.Put.deciſ.112. lib. 1. Caputaq. deciſ.28.par.1.Maſcard.Concluſ.103.num.7. Menoch.de arbitr. caſ. 3.& quandoq. annorum 80. Put. deciſ. 212. numer. 3. part. tertia,aliquando annorum 75. vt in deciſ.284.num.5.lib. 2.par.3. in nouiſs.

32 Aliquando ſufficiunt 60. anni Caputaq. deciſ. 298.alias 35.par.3.eſt 5. part. 3. & 240.lib. 1. in manuſcrip.Rota diuerſ.lib.2.deciſ.155.nu. 13. & deciſ.284.nu.3.par.3.

33 Aliquando 40. annorum habito reſpectu ad vitam hominum.Alex.d.conſ.90.n.8.& 9.lib.6.& dicit Gozadin.conſ.68.nu.6.ver.non obſtat, & ver. ſeq. quod quilibet Iudex arbitratur tempus 40. annorum eſſe de antiquo, & ita firmat Florian. de Sancto Petro conſ. 15. in fin. numer. 16. quod ſufficit probatio de auditu,quando 40.anni in circa ſunt lapſi.

34 Declara,quia ſi teſtes deponunt de auditu,vel ſuper fama in antiquis, tunc debet eſſe tempus immemorabile,& ſic centum annorum,alias minus tempus ſufficit,ita Curt.Iun.conſ.17.numer. 3.poſt Felin.in c.veniens,il primo,num. 16. verſ. & intellige,de teſtib.

35 Declarat Alex.quoad effectũ,vt fama probet in antiquis requiritur tempus centum annorum, & non ſufficeret fama de facto 40. annorum. Alex. conſ.116.Perſpectis.n.5.ver.nunc videndum,vſq. in fi.maxime nu.7.lib.5.vbi de annis quadraginta non ponit pro vero.

36 Declara, quia quando teſtes in antiquis probant, debet intelligi concluſio, vt probent de 60. annis, dummodo illud tempus ſit ante litem motam, quia ex quo potuit fama introduci de tempore motę litis non releuaret. Abbas in cap. licet ex quadam per illum text. ſub num.

Digitized by Google

num. 3. ver. item nota. de testib. Deci. conf. 82. nu. 1. Gabriel. de testib. conclus. 3. num. 9. ver. quinto limita, & ita fuit resolutum in vna Tudertina de anno 1569. coram Decano, & in alia coram Il Iustrissimo Lancellotto, vt in d. decis. Rotæ diuer. p. 1. deci. 185. Aret. clare d. c. licet. n. 3. vbi quod debet dicere testis à se de fama ante litẽ, idem dicit Corn. cõs. 146. col. 2. ver. item non deponunt. li. 3. clarius Natt. conf. 170. num. 8. Crauett. conf. 260. num. 7. Cæpol. conf. ciuili 31. num. 9. Cephal. conf. 250. vum. 28. Crot. conf. 34. num. 24. lib. 1. Aemil. de testib. fol. 267. nu. 40. Archid. 35. q. 5. cap. consanguineus. circa fin. Roman. sing. 753. omni casu. Caputaq. decis. 9. lib. 2. Petra de fideicommiss. quæst. 13. num. 70. plures citat Mascar. conclus. 749. num. 30.

37 Et in tantum est verum, quod si testis non deponat audiuisse ante litem non probat, quia cum probatio sit dubia, & possit referri ante, & post litem non releuat. cap. in præsentia, de probatio. & quia quando tempus est de substantia illud debet omnino probari. Felin. in c. ex tenore, de testib. item quia quando tempus est fundamentum intentionis probari debentis, illud debet probari, & idem de qualitate. Ruin. conf. 92. num. 8. lib. 3. Alex. clare conf. 150. nu. 18. in fi. lib. 5.

Vide. Probatio debet de necessitate concludere. Concl. 765. nu. 5. & multis seqq.

38 Et quod in antiquis tempus motæ, & pendentiæ litis sit deducendum. Rota coram Seraphino Decano 1569. 23. Maij, In vna Tudertina, & coram Lancellotto. libro 1. diuers. dicta decis. 185. in principio.

39 Et tempus pendentiæ litis deducitur, vt non sit tempus antiquum, quando lis est super eo, quod probatur, secus si super alio incidenti, super quo lis non est. ita Put. decisione 358. lib. 2. per totam.

40 Contrarium, quod imo testes deponentes de fama in antiquis præsumantur deponere ante litem, non post litem, quando deponunt de præterito, & non fuerunt interrogati, an ante litem, vel post. Rota in vna Toletana portionis 15. Decembris 1563. Coram R.P.D. Rubeo, & coram Robusterio, quæ etiam reperitur notata per bon. mem. Cardinalem Ioannem Aldobrandinum, & facit de eadem mentionem Mascard. conclus. 749. numero 31.

41 Declara, quia magna est controuersia, an testis debeat deponere præcise ante litem, vel post litem audiuisse; quia potest esse, quod ignorauerit litem, & tempus litis, sed bene verum est, quod si deponat audiuisse post litem, siue expresse, siue ex coniecturis non probat, sicut è conuerso si deponat audiuisse ante litem probat, sed si nihil dicit, adeo, quod non constet an ante, vel post litem audiuerit est controuersia, & sunt opiniones, quod asserenti incumbit onus probandi, prout dicimus de ætate, vt bene declarat Bald. conf. 66. num. 5. vers. alij dicunt. lib. 3. vt pro reo præsumatur in dubio, & possessore, secus in actore.

Vide. Aetas minor, & maior debet probari ab asserente. Conclus. 344.

42 Antiquum dicitur, quod memoriam hominum excedit, ideo Princeps admittendo antiqua vectigalia, quæ non possunt præscribi nisi per tempus immemorabile, debet intelligi de antiquis per dictum tempus. Bald. conf. 366. Verba rescripti. lib. 3. in princ.

43 Declara, vt procedat quando materia subiecta hoc patitur, vt quia sermo habetur de vectigalibus antiquis respectu eius, qui non habet titulum, neque bonam fidem, alias autem sufficerent 30. vel 40. anni, & ideo antiquum dicitur per tantum tempus secundum subiectam materiam. Bald. dicto consilio 366. num. 4. ver. præterea. lib. 3.

Vide Mascard. Conclus. 103. Varijs in rebus quod tempus antiquum intelligatur.

Annui redditus, an inter immobilia computentur, & quando. Conclus. CCCXLII.

1 ANNVI redditus perpetui prouenientes ex bonis stabilibus, vt sunt fructus possessionũ, & domorum sine dubio computantur inter bona stabilia. clem. exiui. de verb. signific. in §. cum annui redditus. Feder. de Sen. conf. 12. Fratres Prædicatores. num. 5. ver. Item communi, vbi, quod proprie isti computantur inter immobilia, & idẽ Feder. d. conf. 82. In quodam capitulo, late Ruin. conf. 82. lib. 2. Roman. conf. 188. In hac causa, in fin. vbi apostill. dat concordan. plures. Zabarell. consil. 66. In dubio præmisso, in princip.

* Ias. in l. sciendum. nu. 23. vbi * de communi. ff. qui satisd. cogan.

2 Et quod annui redditus inter immobilia computentur. Bald. conf. 29. num. 3. in fin. vers. & quia annui. lib. 1. Anchar. conf. 100. in fin. Rom. conf. 302. Ego hunc contractum, in fin. vers. annui nunquam redditus, vbi apostill. in ver. computantur. Alex. conf. 15. attentis. num. 3. ver. imo etiam. lib. 7. vbi apostill. in ver. inter, citat Tiraq. de retract. §. 1. glos. 6. nu. 4. & seq.

3 Declara, seu limita tribus casibus, quando is, qui habet annuos redditus possideret illos, alias secus, si non est in quasi possess. exigendi. Secundo si debẽtur ad longũ tẽpus, secus esset si ad modicum. Tertio, quando tales redditus debentur ex publico, quia fiscus semper est soluendo, secus si à priuato non soluendo. Ita Ias. d. l. sciendum. nu. 23. ff. qui satisd. cogan.

4 Contrarium, quod imo annui redditus reputentur iura, & actiones, & sic sint tertia species. Abb. in cap. nulli. num. 10. de reb. Eccles. non alien. Alex. conf. 157. lib. 7. Deci. conf. 461. nu. 2. circa fi. Ruin. conf. 82. lib. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 3. & glos. 7. nu. 36. Angel. conf. 328. Anastasius olim, per totum, maxime num. 4. & num. 6.

5 Declara vt plene per Hier. Gabriel. conf. 141. per totum. fi. 2. vbi dicit, quod annui redditus perpetui, prout sunt census, qui cõsistunt in re stabili, & fructuosa, vel etiam montes non vacabiles consistentes in iuribus publicis, dicuntur immobilia, & in eis datur petitorium, possessorium, & habentur per omnia pro immobilibus, & in hoc dicit nullam esse difficultatem.

Vide. Census annui computantur inter im-

Digitized by Google

immobilia. Concluſione 194.

6 Si vero ſumus in annuis redditibus perſonalibus perpetuis, vel in conſiſtentibus in rebus immobilibus,ſed ad tempus,reputantur inter iura, & actiones,ita Gabriel.d. conſ.141.lib.2.vbi plurimos allegat, & dicit, quod ita iudicauit Rota Romana.

7 Amplia etiam ſi modicus ſit annuus redditus, quia adhuc inter immobilia computatur Gemi. conſ. 40.nu.4. ver.in contrarium.

8 Amplia, vt procedat etiam ſi iſti annui redditus eſſent temporales, puta ad vitam hominis, quia inter immobilia computantur, quia quoad eum, cui debentur ad vitam dicuntur perpetui. Feder.d.conſ.12.nu.5.ver.licet enim.

9 Amplia etiam in annuis redditibus ad longum tempus,puta decennij, quia inter immobilia computantur. Feder. d. conſ.12. circa fin. incipit,Domine mi cariſſime. ver. reſtat nunc: vbi declarat.

Vide.Bonorum immobilium appellatione.Concluſ.104.num.2.& ſeq.

10 Extende, quia pecunia depoſita ad honeſtam partem lucri, ex qua ſoluitur annuus redditus, dicitur inter immobilia.Roman.conſ.188.In hac cauſa.in fin.vbi apoſtill.fin.in verb. comparatur, dat plures concord.

11 Amplia,quia loca montium Florentiæ,quę conſiſtunt in annuis redditibus, dicuntur ciuiles poſſeſſiones, & rediguntur ad inſtar rei corporalis immobilis.Bal.conſ.424.Petrus emit.in fin. verſi. præterea iſtæ poſſeſſiones. lib.2. Pariſ. conſil.86. num. 6. lib. 3. Tiraq.de retract.lignag.§. 1. gloſſ. 6. num. 4. Roman.conſ.159. Super eo.column.2. in princip.

Vide. Montium loca fructuoſa an ſint licita. Concluſ.369.

12 Extende in locis montium ſalis, & molliturarum Bononiæ, quia inter immobilia computantur.Alex.conſ.179.In cauſa,& lite.nu.3.ver. fortificatur.lib.6.& iterum conſ.15.Attentis. num. 3. ver. imo etiam.lib.7.

13 Declara, quia ſi prohibetur à ſtatuto acquiſitio bonorum ſtabilium per forenſem,valebit legatum factum, quod res vendatur,& inueſtiatur in montibus Ciuitatis Venetiarum ad commodum legatarij forenſis,quia eſt odioſum. Card. Zabarell.conſ.68.in princ.

14 Contrarium tenet Angel. conſ.328.Anaſtaſius olim,per totum,maxime num.4.in fin.& num. 6. vbi,quod non veniunt in legato omnium bonorũ mobilium,& immobilũ,quia ſunt iura,& actiones,& licet inter immobilia computentur, tamẽ illud eſt reſpectu alienationis, & reſpectu applicationis ad mobilia,vel immobilia, prout competunt,ſed re vera ſunt iura,& actiones, vſque in fi. & eſt Ludouic.de Albergottis,& Angel.

Vide. Iura,& actiones an comprehendant mobilia, & immobilia.Concl.494.

15 Amplia, quia pecunia depoſitata, vel deſtinata pro emptione prædiorum pupilli, non poteſt alienari ſine decreto, quia inter immobilia computatur.Rom.conſ.188.In hac cauſa in fi.num.5. ver. quoad tertium, allegat text. ſingul. in l.3.§. vſuras. ff. de contrar. vel vtil. action. tutel. & ibi apoſtill. in verb. notabilis, quę citat plures concord.

16 Contrarium, quod imo non computetur inter immobilia, eſt magis communis* opinio,vt per eandem apoſtil. ad Rom.d. conſ. 188.in ver.notabilis.in fin. vbi citat alios atteſtantes de magis * communi.

17 Amplia, ad impreſtita Venetiarum, quia quodammodo ſunt bona immobilia Venetorum effecta,non autem ſunt Bononienſiũ,qui ſunt creditores, ex quo cenſentur perpetuo deſtinata Venetijs. Alex.conſ.19.Circa primum.nu.9.lib.6.

18 Reſtringe in fructibus alienatis ſine ſolo, quia mobiles reputantur.Tiraq.de retract.lignag.§.1. gloſſ 7.num.44.& ſeq.

19 Limita in legato annuo facto ad vitam monachi,quia reſpectu monaſterij non eſt perpetuum, neq; inter immobilia computatur.Feder.d.conſ. 12.nu.5.ver.licet enim.

20 Limita de conſuetudine in legato annuo ad modicum tempus, puta, duorum,vel trium annorum.Feder.d.conſ.12.in fin.in cap.Domine mi cariſſime.num.5.ver. ſed ſecus eſt, & idem Feder. conſ. 82. vbi idem eſt ſi vſque ad decem annos tantum legatum, quia cum non ſit perpetuum, non computatur inter immobilia.

21 Limita, quia vbicumque legatum annuum de facili poteſt deficere propter vitam legatarij, tunc non eſt perpetuum, nec inter immobilia computatur, quin poſſit valere,non obſtante conſtitutione prohibente retineri immobilia. Feder. dicto conſilio 82.

22 Extende vt licet vſusfructus ſit inter immobilia,tamen redditus computantur inter mobilia, ideo ſtatutum prohibens aliquem poſſe acquirere ſtabilia, qui non ſubſtinet onera in communi, non impedit quem habere legatum annui redditus ad vitam. Fulgoſ. conſ.92. num.2. verſ. item loquitur.

23 Limita, quando annuus redditus non eſſet ex re immobili.Crauett.conſ.782.nu.3.

26 Limita, quando annuus redditus eſſet propter moram, & in ſequelam obligationis principalis. Ruin.conſ.82.circa fi.lib.2.

Vide Ant.Gabriel.lib.6.tit.de verborum ſignification. Concl. 8. Annui redditus venuint appellatione immobilium.

Annulus ad quid inuentus, & an probet matrimonium. Concluſ. CCCXLIII.

1 ANNVLVS,& eius immiſſio non fuit inuentus ad ſubſtantiam matrimonij, ſed datur in ſignum mutuæ dilectionis, vt eorum corda pignore iungantur. Lap. alleg. 57. num. 4. verſic. annulus.

2 Ponitur in digito annulari, quia in eo eſt vena ſanguinis, quæ vſque ad cor peruenit.tex.eſt in c.noſtrates 30.q.5.quem ad hoc allegat Lap.allegat. 57. num. 4. ſed textus ibi hoc non dicit, ſed tantum dicit,quod ille dicitur digitus fidei.

3 Annulus probat ſponſalia contracta,ſi probatur immiſſio annuli ad inſtar arrhæ,quæ non probat contractum, ſed eſt ſignum futuri contractus. gl. in cap. fœminę 30. quæſt. 5. in glo. fin. Lap. alleg.57. num.4.

4 Probat etiam matrimonium annuli immiſſio,ſi ita

Digitized by Google

ita eſt de conſuetudine, quod annulus detur ſolum in matrimonio contracto.gl.fin.in d.c.fœminæ 30.quæſt.5.Lap.d.alleg.57.nu.5.ver.vnde per annulum,& latius num.13.ver.item inter præfatos:vbi in fin. dicit,quod in tota Tuſcia forte eſt talis conſuetudo.

5 Contrarium Socin.conſ.39.Viſis.n.3.lib.1.declara,vt per Maſcar.concl.1010.

Vide. Matrimonium ex quibus præſumatur. Concluſ.129.in princ.

6 Annulus immiſſus per virum mulieri eſt actus notus, & vulgare ſignum ad iudicandum matrimonium,prout fumus ignem.Lap.alleg. 57. circa fi.n.16.ver.& licet annuli immiſſio.

7 Et ex immiſſione annuli per virum in digito mulieris inſurgit preſumptio matrimonij. Alex. conſ.150.In cauſa,& lite.n.19.ver.præterea licet. lib.5.vbi apoſtill.citat Abb.in cap. final. de deſponſat.impub.

8 Declara,quia ſola geſtatio annuli per mulierem non infert matrimonium, maxime quando non probatur, quod præſente, & patiente,ac vidente prętenſo viro fuerit portatus annulus.Alexan.d. conſ.150.n.19.lib.5.

Vide Maſcar.Concluſ.100. Annuli tranſmiſſio an probet matrimonium.

Annuli ſponſaliorum,an cenſeantur donati, & vxoris fiant. Concluſ.CCCXLIV.

1 ANNVLVS cum quo maritus deſpõſat vxorẽ efficitur vxoris,& ea mortua ſpectat ad hæredes mulieris. Alber.in l.cum te.num.2.C.de donat.ante nupt.& hoc ideo, quia videtur donatus ex cauſa neceſſaria, & ideo non repetitur.l. ſi quis pro vxore. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ita per illum text. Roman.conſ.146.nu.2. verſic. nunc vero.Natt.conſ.317.& eſt text.in l.ſi donatę.§.ſi ſponſus.ff.de donat.inter vi.&vxo.vbi Odofred.& Cuma.Pariſ.in apoſtill.ibi ad Bar.ita Bal. in auth.ex teſtamento.n.10. C.de collatio.

2 In contrarium allegatur Bald.in l.cum te ſponſę.nu.3.ver.ſed pone antequam. C.de donat.ante nupt.Ang.conſ.339.Nicolaus de Tartagnis,ſuper ſecundo dubio, quod explicat ſimul cum primo. Card. Zabarell.conſ. 43. Vide plene apoſtill. ad Rom.d.conſ. 146. vbi allegat plures pro vtraque opinione.

3 Declara, quia ſi conſtat clare, quod donauerit annulum, vel quod non donauerit res eſt clara, ſi vero fumus in dubio,& extat conſuetudo,ſtatur conſuetudini,vt dicit Bar.in d.l.ſi donatæ.§.ſi ſpõſus.ff.de donat.int.vir.& vxor.& ita etiam Alber. in d.l.cum te.n.2.C.de donat.ante nupt.qui deponunt de conſuetudine particulari Patriæ.

4 Si vero non conſtat de cõſuetudine,tũc aut eſt annulus pretioſus magni valoris, & præſumitur accommodatus, vt ornatior incedat, aut modici valoris,& ordinarius,& mulier lucrari debet,ita in annulis,& veſtibus.Alex.cõſ.42. li.5.vbi quod ſi dd.res ſunt in vſu quotidiano,cẽſentur donatæ, alias non:vbi apoſtill.dat concordan. Roman. d. conſ. 146. numero 3. Socin. Iun. d. conſilio 134. num.38.lib.1.ita Bald.in auth.ex teſtamento. nu. 10.C.de collat.

5 Extende, quia procedit etiam ſi annulus eſſet alienus, & maritus conſtante matrimonio alium ſubrogaret, quia valebit donatio per illum text. in d.l.ſi donatę.§.ſi ſponſus.ff.de donat.int.vir.& vxor.vbi Cuman.& alij,& infert pro notabili Roman. conſilio 146. in fin. ſequitur Menoch. conſil.211.num.71. Oldrad.conſil.224. num.25. ver. & ad hoc facit.

Vide. Donata marito contemplatione vxoris, vel è contra,cuius ſint.Concluſ.698.maxime numero 60.& ſequen.

Annus quid ſit,& qualiter diuerſimode computetur,&incipiat. Concluſ. CCCXLV.

1 ANNVS menſuratur,& fit ex diebus,& menſibus, & ideo quo die incipit,in eodem die annus finitur,& renoluitur.Bal. conſ.457. Reuerendus pater,in fi.lib.1.

2 Et diuiditur annus in duodecim menſes,ſicuti hæreditas diuiditur in duodecim vncias, Bartol. in l. fur eſt manifeſtus, cum tribus ſeqq.ff. de fur. Alex.conſ.9.Attentis verbis,in prin. lib.7.

3 Et principium anni habet locum a primo menſe,quo incipit annus ex conuentione,vnde qui facit pactum de retrouendendo infra quatuor annos, dummodo in principio quarti anni offerat pretium,debet intelligi de principio quarti anni, videlicet in principio primi menſis quarti anni, alias lapſo principio expirat pactum. Alexand. conſilio 9. Attentis verbis. in princ. & per totum.lib.7.

4 Annus incipit, & computatur a die Natiuitatis Domini 25. Decembris in ipſo die,non autem a Circumciſione,& hoc in Romana Curia,Italia, Hiſpania,Aragonia,Cathalonia,Datia,& Vaſconia.Rot.in antiq.deciſ.17. de Iudic. alias 813.in princip.incipit,Sciendum eſt,quod Curia Romana, & concord. deciſ. 3. eodem titulo, in nouis, alias 40.

5 Reſtringe in Anglia, Francia, & Germania, quia incipit ab Incarnatione, qui eſt dies Annunciationis Beatæ Marię die 25.Martij.Rota d. deciſ.17.de iudic.in antiquis,& deciſ.3.in nouis,eodem titulo.

6 Piſani in Italia incipiunt ab Incarnatione vario modo, quia finito anno a die Incarnationis computant annum vnum,& ſic deinceps non autem a prima die Incarnationis computant,ſed in fine; & ideo in ſecundo anno Incarnationis computant primum annum,& ſic deinceps.

7 Declara, quia licet annus Dñi incipiat à Natiuitate Dñi, prout in Ciuitate Paduę de conſuetudine, tamen ſi apponatur annus ab Incarnatione, valet inſtrumentum, quia non annullatur contractus, vel inſtrumentum ex tali conſuetudine. Ioannes de Imola conſilio octauo, in principio.

8 Limita, quia annus quoad recollectionem fructuum incipit in menſe Septembris, & finitur in alio menſe Septembris.Fœudiſtæ in capite primo.§.his conſequenter, titul. hic finitur lex Corradi.

9 Et quoad eum, qui tenetur promoueri ratione beneficij incipit annus a die adeptæ poſ-

Digitized by Google

ſeſſionis pacifice beneficij, ſi tamen eſſet priuatus, tanquam non promotus, & obtineret de nouo prouideri, dummodo infra annum promoueatur, annus iſte inciperet à data nouæ prouiſionis. Ægid. Bellam. deciſ. 153. & deciſ. 178. ver. item quod ſi priuatus, & deciſ. 180.

Apparenter aliquid eſſe quando ſufficiat, licet non exiſtenter. Concluſ. CCCXLVI.

1 APPELLATIO ab interloquutoria, vt Iudex, ad quem poſſit procedere ſufficit apparere prima facie, quod fuerit interpolita ob cauſam legitimam expreſſam, quæ ſi eſſet vera, deuolueret, licet exiſtenter non ſit vera, quando cognoſcetur de meritis. gloſ. in l. 1. ff. nil nouar. appell. penden. in ver. fiat. quę licet loquatur quoad Iudicem à quo, tamen procedit etiam in Iudice ad quem. Caſtrenſ. conſ. 237. Viſo puncto, col. 2. verſ. reſpondetur. lib. 2. & conſ. 255. Primo, & ante omnia, prope fin. lib. 2.

2 Teſtamentum apparenter validum, vel nullum, attenditur quoad exequutionem. Caſtren. d. conſ. 237. col. 2. lib. 2. allegat Bart. in l. legatum, in prin. ff. de falſis, & faciunt notata in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll.

3 Leſionem ex laudo reſultantem, quę apparenter, ſi eſſet vera, releuaret exprimentem admitti debere, dicit Caſtren. dicto conſilio 255. col. 3. poſt med. libro 2. vbi, quod ſi poſtea in proceſſu iuſtificabit obtinet, ſin minus ſuccumbet, & ſoluet pęnam.

4 Limita, quia magis attenditur vera exiſtentia, quam apparentia. Vide Socin. reg. 34. Contumax verus, & reg. 35. Contumax fictus, vbi ponit exempla.

Vide. Debitor ſoluens non domino quando liberetur. Concluſ. 42.

Vide. Opinio, & reputatio communis multa operatur. Concluſ. 157.

Vide. Veritas contra opinionem, & mentem quando attendatur. Concluſ. 168.

Appellatio quid ſit, & in quo differat a prouocatione. Concluſ. CCCXLVII.

1 APPELLATIO eſt quædam medicina inuenta contra morbum ſententię iniquæ, l. 1. ff. de appell. Oldrad. conſ. 255. Contra prouiſionem. nu. 5. ver. præterea appellatio, vbi quod oportet commenſurari medicinam morbo, & ideo in caſibus, in quibus ſententia lata contra vnum omnibus præiudicat, appellatio interpoſita per vnum debet omnibus prodeſſe.

2 Et nil aliud eſt appellatio, quam quęrela iniquitatis. l. 1. in princ. ff. de minor. Caſtillio. conſil. 34. in fin. ſub num. 14.

3 Et eſt adinuenta appellatio, vt iudicantis iniquitas corrigatur. Rom. conſ. 324. num. 3.

4 Et eſt defenſio, & preſidium innocentię inducta de iure naturali, & inducta principaliter ad fauendum oppreſſis, plene Alex. conſ. 113. Viſo themate, in princ. lib. 5. vbi quod eſt remedium fauorabile.

5 Eſt defenſio appellatio, & ideo non cenſetur vnquam ſublata in dubio, ideo ſi denegatur audientia, non denegatur appellatio. Socin. conſilio 195. Circa primum. numer. 2. ver. confirmatur. libro 2.

6 Et reſpicit publicam vtilitatem appellatio, ideo in Ciuitate eſt neceſſarius Iudex appellationum, & Iudex datus à ſtatuto cum facultate committendi appellationes à diffinitiua, debet poſſe etiam committere appellationes ab interloquutoria, quando grauamen per diffinitiuam non poteſt reparari. Caſtrenſ. conſ. 194. num. 2. verſ. nunc eſt videndum. lib. 2.

7 Poteſtas tamen appellandi eſt introducta de iure ciuili. Signor. conſ. 249. num. 4. verſ. prętereа poteſtas appellandi.

8 Appellatio autem differt à prouocatione, quia licet quandoque vnum pro alio ponatur prouocat, & appellat, tamen prouocatio non eſt proprie appellatio, ſed potius vocatio ad cauſam. cap. cum ſit Romana, de appell. Lap. alleg. 39. n. 5. verſ. prouocatio enim, vbi quod fit contra ſuperiorem, vel Iudicem in cauſa propria ad effectum recuſationis, & vocationis coram alio ſuperiore communi.

9 Prouocatio tamen poteſt etiam fieri contra perſonas priuatas, & ſingulares. Lap. alleg. 39. num. 5. verſ. an autem.

10 Recurſus, ſeu petitio cognitoris ſi permittatur à ſtatuto debet regulari ſecundum naturam appellationis, quia ſpecies appellationis eſt; ideo ſi à ſententia interloquutoria petitur, debet peti in ſcriptis cum expreſsione cauſæ, ſicut in appellatione. Bald. conſ. 146. Quia ex facto, num. 1. verſ. & ad euidentiam. lib. 3.

11 Amplia, quia non grauatus non appellat, quia vbi ceſſat grauamen, ceſſat appellatio. Alexan. conſ. 89. num. 8. libro 1. cap. omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. * Doctor. in cap. vt debitus, per illum text. de appellat.

Vide. Appellatio à grauamine inferendo non admittitur. Concluſ. 361. vbi plenius.

12 Extende, quia appellatio eſt adinuenta ad tollenda grauamina illata per alium, & ideo ſi grauatus poteſt per ſeipſum tollere grauamen, prout comparendo, vel ſoluendo modicam ſummam pro expenſis, vel contumacia, non auditur, ſi appellat, quia non grauatur. Caſtren. conſ. 236. Viſo puncto. num. 2. ver. ad ſecundum. lib. 2.

13 Et ideo non poteſt tolli appellatio, niſi per Principem ſupremum.

Vide. Appellatio remoueri per quos Principes poſſit. Concluſ. 398. cum ſeq.

14 Et ſi tollatur per legem, vel ſtatutum, aut Principem, non tamen tollitur ſupplicatio ne grauatus opprimatur.

Vide. Supplicatio Principi, quid ſit, & quando prohibita, vel non. Concluſ. 905.

Appel-

Digitized by Google

Appellatio eſt de genere permiſſorum. Concluſio. CCCXLVIII.

1 REGVLA generalis eſt, quod de iure communi ab omni ſententia poteſt appellari, niſi reperiatur in ſpecie prohibita, l. in maioribus, & l. Proconſulibus. C. de appellat. Bar. conſ. 165. In quæſtione, qua quæritur in prin. lib. 1. quod duplicatur lib. 2. conſ. 22.

2 Et quod ſit regula, quod appellatio ſit permiſſa, niſi ſit prohibita expreſſe, c. omnis oppreſſus 2. q. 6. Rom. conſ. 261. Super eo, n. 4. ver. ſecundum membrum, vbi apoſtil. dat concordantes, in ver. non poteſt, & eſt fauorabilis, & in dubio cenſetur permiſſa, & non prohibita. Alexan. conſ. 113. Viſo themate, in prin. lib. 5.

3 Vide omnino Bar. q. 1. poſt conſilia 2. vol. Incip. Petitum fuit, in prin. vbi quod edictum de appellatione eſt prohibitorium, & prohibitorij natura eſt realis, & ideo, cum ea non reperiatur prohibita aliqua lege, eſt permiſſa appellatio.

4 Amplia etiam, quando datur reductio, prout à ſententia arbitri, ſeu arbitratoris, quia licet detur reductio, non tamen denegata, vel prohibita cenſetur appellatio. Rom. d. con. 261. numer. 5. ver. ſupereſt.

5 Contrarium tenet apoſtill. ad Roman. d. conſ. * 261. n. 5. ver. non eſt verum, vbi dicit * communem allegat. Abb. conſ. 77. In quæſtione, col. fin. ver. circa primum, lib. 2.

6 Amplia, quia datur appellatio etiam à modico grauamine, quando appellatio fit à mero Iudice, ſecus ſi à Iudice electo, tanquam bono viro. Roman. conſ. 261. col. 2. numer. 3. in fin. ver. ex quibus recte.

7 Extende, quia etiam in minimis cauſis datur appellatio. Alex. d. conſ. 113. n. 3. ver. hoc ſuppoſito, lib. 5.

8 Amplia, quia appellatur à trãſactione. Ro. cõſ. 261. n. 5. ver. ſecũdo, viua ratione, vbi quod ab omni actu deciſiuo extraiudiciali datur appellatio de iure Ciuili, & magis de iure Canonico, & ibi apoſtil. in ver. poteſt, allegat pro vtraq. parte.

9 Amplia, quia appellatio datur ab omni deciſione Iudicis aliquid ſtatuentis, vti boni viri, ſi excedat. Rom. d. conſ. 261. col. fi. n. 6. ver. ad ſecundum vero, vbi apoſtil. in ver. poſſe.

10 Extende quia vbi Iudicis arbitrio aliquid cõmittitur cenſetur electus, vti bonus vir, prout in dilatione concedenda, & tamen datur appellatio. Rom. d. conſ. 261. n. 6. ver. ad ſecundum, & ibi apoſt. in ver. poſſe.

11 Extende etiã, quia quando aliquid cõmittitur conſcientiæ alicuius, poteſt ſuperior factum per viam appellationis, vel recurſus moderari, gloſ. in clem. 1. de iure patr. in ver. oneramus, ſequitur Rom. conſ. 261. in fi. ver. ſecundo hoc probo.

12 Amplia, quia cum appellatio ſit fauorabilis, cumulantur ſummę plures, in quibus appellans eſt condemnatus, vt ſit locus appellationi, etiam ſi ſint plures ſummæ ſeparatę: nam dato quod à ſumma decem librarum infra non appelletur, ſi quis condemnatur in pluribus ſummis ſex ſcutorum, ex diuerſis cauſis ſimul coaceruantur, vt detur appellatio, ſecus ſi materia eſſet odioſa, late Alex. conſ. 113. Viſo themate. nu. 3. & ſeq. lib. 5. vbi * dicit * communem.

13 Amplia, quia licet in cauſa falſæ monetæ non detur appellatio, tamẽ id non extenditur ad alias falſitates, imo neq. ad eum, qui ſupponit vnam monetam pro alia. Bar. conſ. 165. in prin. ver. de iure communi, lib. 1. & duplicatur lib. 2. conſ. 23. vbi apoſtil. in ver. prohibetur, dat concord.

14 Extende vt idem ſit in omni diſpoſitione, per quam prohibetur appellatio, quia debet ſtrictè intelligi in illo caſu. Bar. d. conſ. 165. per totum, maxime in princ. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. prohibetur, dat concord. late Cephal. conſ. 219. numer. 13. lib. 2.

15 Limita in cauſa falſæ monetę fabricatæ, quia non datur appellatio, Bar. d. conſ. 165. in prin. ver. de iure communi, lib. 1. quod duplicatur, lib. 2. conſ. 23.

16 Limitat Socin. in regul. 24. Appellatio in qualibet cauſa permiſſa, modis 32. in quibus non datur appellatio.

Appellatio de vno ad alium quando arguat ſubiectionem. Concluſio. CCCXLIX.

1 APPELLATIO à Decano, ſeu Archidiacono ad Epiſcopum arguit ſubiectionem Archidiaconi à quo, verſus Epiſcopum ad quem.

2 Amplia, quia appellari non poteſt à maiori ad * minorem ſecundum * communem. Gozad. conſ. 76. num. 6.

3 Et ideo à Delegato Papæ, & conſeruatore non poteſt appellari ad Ordinarium, vel Legatum natiuum, aut Legatum de Latere. Anchar. conſ. 132. Caſus. ſuper quo. nu. 8.

4 Extende, quia neque valet ſtatutum, vel conſuetudo, quod appelletur ad inferiorem. Anchar. d. conſi. 132. nu. 9. Gozadin. conſi. 76. n. 7. vbi * dicit * communem.

5 Amplia, quia appellatio à ſententia Epiſcopi ſeu Officialis Epiſcopi deuoluitur ad Papam, vel Metropolitanum, non autem ad eundem Epiſcopum, ideo ſi Epiſcopus committat appellationem alteri, qui pronunciat, ſententia eſt nulla defectu iuriſdictionis, quia non refert, an careat omnino delegatione, vel habeat ab eo, qui non poteſt dare. Caſtillion. conſ. 34. num. ſexto, & ſequenti, vbi extendit etiam ſi vterque tam appellans, quam appellatus fuerint proſequuti.

6 Limita, quod non arguitur ſubiectio ex eo, quod ſubditi Archidiaconi appellent ad Epiſcopum, & appellatio deuoluatur, quia bene arguitur ſubiectio appellantium, ſed non eius, à quo appellatur. Oldrad. conſil. 244. numero 20. verſic. Quartum genus, qui nihil allegat.

Vide. Appellatio ad quem debet fieri. Concluſio. 352. nu. 16. & ſeq. & nu. 27.

Vide. Appellatio locorum inferiorum deuoluitur ad ſuperiorem. Concluſ. 372.

Vide. Superior ex quibus cognoſcatur. Concluſio. 898.

Appellatio coram quo, & qualiter interponenda. Concluſio. CCCL.

1 APPELLATIO debet interponi coram Iudice à quo,& ſic eo præſente; c. vt debitus de ãppellat.c.cordi,eod. tit.lib.6.& rationem ponit Lap.alleg.39.n.6.ver.quare ſit in preſentia, quia principaliter reſcindit factum Iudicis,de cuius iniquitate eſt agẽdum. Franc.in c.appellatio, num.3.ver.& rationem quare,de appellat.libr. 6. allegant Io.Andr.in c.generali de reg.iur.eod.lib. 6.Angel.conſ.130.Viſis omnibus,in prin.

2 Amplia,vt procedat ſiue appellatio ſit iudicialis,ſiue extraiudicialis,Lap.alleg.39.in prin. ver. alias ſi appelletur.

Amplia,vt procedat etiam in appellatione in-
3 terpoſita à declaratione calculatorum, quando ex forma ſtatutorum electi fuerunt,quia ſunt Iudices.Angel.conſ.130.in prin.

4 Amplia,etiam ſi appellatio ſit interpoſita ab interloquutoria.Angel.d.conſ.130.in prin.

5 Limita,quia valet etiam appellatio interpoſita coram Iudice ad quem, in abſentia Iudicis à quo.Lap.alleg.39.An valeat,in prin.

6 Limita,niſi ex iuſta cauſa,puta,propter metũ, vel quia copia Iudicis à quo, haberi non poteſt, quia tunc valet appellatio interpoſita coram honeſtis perſonis in abſentia Iudicis à quo, & Iudicis ad quem.Lap. d.alleg.39.in prin.ver.quãdoq. appellatur, vbi etiam relatiue, quæ ſit iuſta cauſa.Feder.de Sen.conſ.248.in princi. Angel. conſ. 130. Viſis omnibus,in prin.

Vide.Appellatio coram honeſtis perſonis,quã do valeat.Concluſ.proxima ſequent.

7 Limita, niſi appellans eſſet abſens, infirmus, vel pauper,aut alias impeditus,quia valet appellatio abſente Iudice à quo,ex quo non eſt præiudicialis Iudici, nec parti, donec ſit intimata, ideo probantur iſta impedimenta per iuramentũ, vel per alias leues, & ſummarias probationes. Lap.alleg.39.nu.12.ver.puta etiam,vſq.in fin.

8 Limita in reductione arbitrij,ſeu laudi,vel arbitramenti,quia appellatio,dictio nullitatis,& reductio fit,& petitur coram illo Iudice ordinario, ad quem ſpectat reductio.Bald.conſ.353. A.Procurator,per totum.lib.3.

9 Extende,quia ſi fuerit petita coram arbitro, qui tulit laudum,non valeret.Alex.conſ.101. Viſo proceſſu,in princ.lib.2.

10 Limita,quia appellatio facta in ſcriptis coram Iudice porrecta ſufficit, licet non legatur, quia ſufficit, quod ſit certa per relationem ad acta.Abb.conſ.28.Omiſſis.n.2. ver.ſecundo hoc videtur.lib.1.allegat text.in c.appellatio,de appellat. libro 6.

11 Qualiter ſit concipienda appellatio per Procuratorem,an in perſonam ſuam, an in perſonam domini, dic, quod in perſonam ſuam, vt quia ipſe appellat nomine domini, ſi tamen comparuit, & appellauit prout in cedula, etiam quod cedula loquatur in perſonã principalis ſubſtinetur,Bal.conſ.353.A.procurator,lib.3.

Apellatio coram honeſtis perſonis quando valeat. Concluſ. CCCLI.

1 APPELLATIO interpoſita coram honeſtis perſonis in abſentia Iudicis à quo, & Iudicis ad quem,valet,ſi ſubeſt iuſta cauſa, puta, metus,vel quia copia Iudicis à quo, haberi non poteſt.Lap.allegat.39.in prin.ver.quandoq.appellatur,ſecus ſi ſine cauſa.

2 Que autem dicatur iuſta cauſa appellandi coram honeſtis perſonis.Lap.relatiue d. allega. 39. in pri.ver.& quis metus,& latius aſſertiue, quod eſt metus ſi Iudex non facit copiam ſui in publico, quia non tenetur appellans perquirere eum in hortis, nu.11.ver.quomodo debeat, & nu.12. quod ſufficit abſentia infirmitas,paupertas appellantis, & quod iſta probantur per iuramentum appellantis.

3 Et dicitur iuſta cauſa, quando breuitas termini,& abſentia exequutoris,non patitur,quod coram illo appellatio interponatur. Feder. de Sen. conſ.248.in prin.

4 Limita, quod licet non valeat appellatio coram honeſtis perſonis in abſentia Iudicis, ſine cauſa, quando appellatur à Iudice iudicialiter procedente,gloſ. in c. appellatio, de appellatio, in 6.l.in offerendis,C.eod.tit.Lap.d.alleg.39.n.2. ver.ſi appellatur, tamen in Curia Romana tales appellationes admittuntur,dummodo notificentur Iudici,vel parti infra menſem, idem Lap.allegat.39.n.3. allegat Specul. in tit. de appellat. §. qualiter,qui dicit ita audiuiſſe ab expertis; & ſequitur Franc.in c.appellatio,nu.3.in fin.ver.fallit tamen,de appellat.in 6.

5 Declara hanc limitationem,quod talis appellatio extraiudicialis ante illius intimationem, non vitiat proceſſum factum coram Iudice à quo, Lap.d.allegat.39.n.3.ver.putat tamen Lap. & latiusſub n.10.ver.& ſi appellatur,dicit,quod appellans abſente Iudice,& parte,debet intimare eidẽ Iudici,vel parti in cauſa beneficiali infra menſem, & ſecundum formam clem. cauſam,de electio. in profana non eſt ſtatutus terminus, ſed ante intimationem non defenditur appellans,& valet proceſſus contra eum.

6 Limita in appellatione extraiudiciali à iudice extraiudicialiter procedente,quia valet appellatio coram honeſtis perſonis ſine cauſa,c.vt circa, de electio.in 6.Lap.d.allegat.39.nu.3. ver. quando appellatur.

Vide.Appellatio extraiudicialis qualiter interponenda.Concluſ.373.

7 Plures perſonæ an requirantur honeſtæ,coram quibus appelletur,an vna ſufficiat.Lap.allega.39. nu.8.ver.an vbi appellatur,ex mente Specul. in tit.de Decurio.§.nunc de effectu,ver.ſed nunquid dicit,quod ſufficit vna perſona,dummodo coram teſtibus fiat & Notario,& quod ita ſeruatur.Imo. numer.9.verſi. & videtur, dicit quod coram Sacerdote ſimplici,& ſolo Notario cum teſtibus,dicitur interpoſita coram honeſtis perſonis.

Appellatio ad quem debeat fieri. Concluſ. CCCLII.

1 APPELLATIO non debet fieri de iure ciuili ad primum Superiorem omiſſo medio. l. Imperatores. ff. de appellatio. & licet Rom. conſ. 2. in princip. incip. Viſis mihi, contrarium dicat, illud eſt per errorem, quia omiſit negatiuam, vt ibi apoſtill. aduertit, & ipſemet Roma. conſ. 332. num. 3. verſ. quod ex pluribus, vbi apoſtill. in ver. gradatim, dat plures concord. Caſtrenſ. conſ. 194. in fin. lib. 2. & conſ. 196. in fin. eod. lib. 2. num. 8. gradatim igitur debet appellari de iure ciuili per prædicta.

2 Sed de iure Canonico contrarium Gemin. conſ. 73. num. 2. Corn. conſ. 187. In conſultatione. nu. 8. & 9. lib. 4. Io. de Anan. conſ. 51. Caſtrenſ. conſ. 196. num. 8. lib. 2. Abb. conſ. 77. In quęſtione, in fin. ver. ego puto. lib. 2.

3 Regulam facias, quia de iure ciuili non debet appellari ad primum ſuperiorem omiſſo medio, ſed ad immediatum ſuperiorem, ita apoſtill. ad Roman. conſ. 2. in ver. debere, quæ dicit per errorem eſſe omiſſam negatiuam, videlicet, non debere, quia de iure ciuili gradatim eſt appellandum, & ita declarat idem Roman. conſilio 332. num. 3. verſ. quod ex pluribus, vbi plena apoſtill. in ver. gradatim, dat plurimos concordan. & ita etiam loquitur Caſtrenſ. conſilio 194. Viſo puncto, in fine. libro ſecundo, vbi allegat text. in dicta l. Imperatores. ff. de appell. quia expreſſe vult, quod omiſſo medio non appelletur ad Principem, & ſi eſt appellatum remittatur ad medium, ad quem iure municipali defertur, & * conſ. 196. in fine. num. 8. eodem libro, plene * Doctor. in cap. de duobus, de appell. vbi Guidopap. reddit bonam rationem, quando appellatur omiſſo medio ad Papam, non ad Imperatorem, & dicit, quia Papa magis inſiſtit in iudicando, quam Imperator intentus bello, & alijs bellicis negocijs, ſeu mundanis.

Extende, quia in caſibus, in quibus gradatim eſt appellandum, ſi non appelletur gradatim deferitur appellatio, & eſt danda exequutio ſententiæ. Ioan. de Anan. d. conſ. 51. per totum, maxime in fin. Roman. conſ. 2. per totum, vbi eſt caſus, vbi tollit contraria.

4 Extende etiam ſtante ſtatuto contrario, quando eſſet factum ab Vniuerſitate in pręiudicium ſuperioris, ad quem appellatio deuoluitur, quia non valet. Abb. quęſtione 6. colum. 14. num. 13. verſ. idem puto.

5 Extende, quando ſtatutum mandat, quod appellans à Prætore teneatur appellare coram Dominis loci, vel eorum delegatis, & proſequi appellationem infra decem dies, quia non habet locum, ſi Prętori fuit datus adiunctus Eccleſiaſticus Delegatus Epiſcopi, quia ad Epiſcopum debet appellari. Alex. conſ. 12. Viſo proceſſu, per totum, maxime num. 12. lib. 6. vbi, quod neque ſeruatur ſtatutum quoad inſtantiam.

6 Extende, quod in omnibus caſibus, in quibus appellatio debet deuolui ad ſuperiorem Eccleſiaſticum non valeat ſtatutum laicorum, quod non detur appellatio. Ab. in ſua q. 6. incip. candulphus. col. 14. nu. 12. verſ. ex omnibus prædictis.

7 Extende in tantum, vt licèt appellatio ad ſupremum ſuperiorem ſit interpoſita, tamẽ ad eum, ad quem conſiderato gradus ordine ius ciuile interponi volebat, talis appellatio deuoluta cenſetur. l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de appell. Roman. conſ. 2. in prin. verſ. poſitoque, vbi apoſtill. in ver. non ſit. Bald. conſ. 99. in princ. lib. 3. Caſtren. conſ. 194. in fin. lib. 2.

8 Et ideo de iure ciuili ſi ſtatutum loci, prout Firmi diſponat, quod appelletur ad Capitaneum, tunc non poterit appellatio fieri ad Gubernatorẽ, vel Legatum, ſecus eſt de iure Canonico, quia cum Legatus, vel Gubernator ſint ſuperiores, & concurrant cum qualibet iuriſdictione in Prouincia ſibi decreta, poterit ad eos appellari. Abb. conſ. 77. colum. fin. ver. circa primum, vſque in fin. lib. 2.

9 Reſtringe, quia per ſtatutum poteſt dari alia norma, quando eſt factum à non recognoſcente ſuperiorem. Corn. conſ. 187. num. 9. lib. 4. Ioann. de Imol. conſ. 120. In caſu pręmiſſo.

10 Imo etiam decretum legati dans formam appellandi omiſſo medio, vel gradatim valet, quia non eſt de ſubſtantia appellationis, quod appelletur gradatim, vel non, ſed eſt de circumſtantijs appellationis. Ioann. de Anan. conſ. 51. num. 4. Romanus conſ. 2. in principio. verſ. ex quo ſequitur.

Vide. Statutum diuerſorum locorum circa appellationes. Concluſ. 465. nu. 29. & ſeq.

11 Reſtringe, quia etiam de iure ciuili poteſt, imo debet appellari ad certam perſonam, quando ſtatutum hoc diſponeret, prout in Ciuitate Aſtenſi, in qua ſtatutum diſponit, quod appelletur ad poteſtatem. Bald. conſilio 99. Statuto Ciuitatis. libro 3.

12 Reſtringe idem in ſtatuto Brixiæ, quia poteſtas committit omnes appellationes, & licet ſit appellatum ad dominium Venetorum, tamen valet cognitio habita ab eo, cui Prętor commiſit, ex quo ſunt confirmata ſtatuta à dominio Venetorum. Caſtr. conſ. 194. in fi. lib. 2.

13 Idem eſt ſi appellatio eſt facta ad Iudicem ſuperiorem, ad quem de iure, quia ſubſtinetur talis appellatio, ſiue debeat fieri ad mediatam perſonam, ſiue non. Bald d. conſ. 99. in princ. n. 1. ver. præterea hoc non videtur. lib. 3.

14 Idem eſt, ſi Iudex detulit tali appellationi, quia ſiue ſit facta omiſſo medio, vel non, eſt bona. Bal. d. conſ. 99. num. 1. lib. 3.

15 Declara, quia appellatio interpoſita ad ſuperiorem omiſſo medio, cenſetur facta ad illum, ad quem debuit appellari. Bald. conſ. 99. in princ. lib. 3. Caſtrenſ. conſ. 194. in fin. lib. 2.

Vide plene per Soci. reg. 23. Appellatio ad Principem omiſſo medio regulariter non admittitur, vbi limitat 14. modis.

16 Ampliа, quia appellatio debet fieri ad ſuperiorem, non ad æqualem, vel inferiorem, & an liceat appellare à Papa ad Concilium, vide plene Abb. in ſua quęſtione prima. Epiſcopus. numer. 17. in fine, cũ ſeq. verſ. in 2. quęſt. vbi pro vtraq. parte allegat, & tandẽ col. 14. in fi. cum ſeq. n. 22. ver. ad ſolutionem diſtinguit, quod ſi Papa eſt præſens Concilio, & velit, tunc admittitur, alias non, & non tenetur admittere talem appellationem, quia ſolus ſuperior eſt, & Concil. recipit auctoritatem à Papa, & hodie omnis ceſſat diſputa-

tio per Bullas,& Decreta Summorum Pontt.quia non licet appellare vllo modo à Papa ad Concilium, & eſt Bulla Pij II.& Iulij II.& Leonis X.per quas hæretici nunciantur tales appellantes, quia ſunt ſciſſores veſtis inconſutilis Chriſti Domini Noſtri.

Vide. Concilium ſubeſt omnino Papæ, & qualiter procedat. Concluſ.549.

17 Et ſuperior dicitur Iudex appellationis,ſi reperitur deputatus,ſi vero non extat, debet appellari ad Rectoré Ciuitatis,qui dicitur Dominus. l.Spadonem.§.ſi Ciuitatis Princeps. ff. de excuſat.tutor.& ſi non adeſt, debet appellari ad Dominum, ſeu Dominos.l.vbi abſunt.ff.de tutor.& curat. intelligendo de prioribus, vel antianis Ciuitatis. Abb.in 6.quæſt. incip. Gandulphus. col.12.ver.ſi autem non eſt alius,& num.11.

18 Declara,vt ſuperior dicatur populus liber,vel dominus populi,ideo ſi non adeſt alius officialis, ad quem deuoluatur appellatio, appellari debet, vel ad populum, vel ad ſuperiorem populi. Bald. conſ.476. Viſo puncto.lib.2.

19 Extende, quia poteſt appellari ad Priores Ciuitatis, quando ipſi conſtituunt Iudicem, à quo, abſque confirmatione ſuperioris, ſecus ſi ſuperior confirmat, quia ad ſuperiorem debet fieri appellatio. Bald.conſ. 199. Priores Terrarum. lib. 3.

20 Extende, quia ſi adeſt Iudex appellationis deputatus, appellatur ad eum, ſi vero non adeſt, tunc appellatur ad Priores, vel ad Dominos Ciuitatis.l.vbi abſunt.ff.de tutor. & curat. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Abb.in ſua quæſtione 6. col. 12.in princ. ver.ſecundo caſu principali. vbi, quod Dominus Ciuitatis dicitur Rector Ciuitatis.

21 Contrarium tenet Ro.conſ.501.n.8.& ſeq.ver. quoad ſecundum,vſq; in fin.vbi,quod eſt verum, quod ad Decuriones poterat appellari,deficiente Iudice,ad quem,ſed non ad Priores,quia non habent tantam authoritatem,vbi apoſtill. in ver.limitatam:vnde dicit,quod ad conſilium generale, vel ad ſupremum ſuperiorem debet appellari, & apoſtill.fin.in ver.appellatio.

22 Si vero ſunt duo Iudices adiuncti,vel alias, & vnus ſit Eccleſiaſticus,vel ſecularis, tunc neceſſario debet appellari ad ſuperiorem Iudicis Eccleſiaſtici,etiam ſi ſit datus adiunctus Prætori loci,& ſeculari.Alex.conſ.12.Viſo proceſſu,in prin,lib.6.

23 Extende, etiam ſi in loco adſit ſtatutum, quod appellari debeat à Prætore ad Dominos loci, & infra decem dies debeat appellans proſequi appellationem,quia tale ſtatutum non eſt attendendum. Alex. d. conſilio 12. per totum, maximenum. 12. lib. 6.

24 Regula eſt, quod quando Iudex Eccleſiaſticus iudicat ratione iuriſdictionis Eccleſiaſticę, appellatio debet fieri ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ſicuti è conuerſo ſi iudicat, vt habens iuriſdictionem laicalem debet appellari ad ſuperiorem laicum, ita Abb. in queſtione 6. Gandulphus.colum. 10. in fine. verſ. ſecundo principaliter, allegat. cap. ex litteris, cum ibi not. de conſtit. & l. fin. C. de iuriſdict. omn. Iudic. & plenius Abb. in eadem 6. queſtione, column. 14. in principio, quod intelligas iuxta cap.Romana. §. debet, de appellat. in 6. quando Eccleſiaſticus recognoſcit in feudum, ſecus ſi habet ex donato liberam iuriſdictionem.glo.fin.in cap.2.de delict.puerorum.

Vide. Donatio facta per Conſtantinum Eccleſiæ Romanę,valet,& quid ſi Eccleſiæ particulari. Concluſ. 689.num.8.& ſeq.

25 Extende, quia Collegia inferiora, & eorum Rectores, ſi iudicant, inſpicitur, an ſint Collegia eccleſiaſtica, vel laicalia, & ſi Eccleſiaſtica ad Iudices,& Rectores Eccleſiaſticos appellatur, ſi laicalia ad ſuperiores,& Rectores laicos appellatur.Innoc. in cap. dilecta, de exceſſ. prælat. in fin. Abb.d.queſtione 6. col.10. in fin. ver.ſecundo principaliter,& colum.11.in fin.verſ. & hanc ſententiam.

26 Reſtringe primam regulam,quando Iudex Eccleſiaſticus, puta Epiſcopus iudicat, puta, vt dominus temporalis fœudi, quia tunc appellatio non deuoluitur ad Archiepiſcopum, ſed ad dominum fœudi. Innoc. & alij in cap. cęterum, de re iudic. communem * dicit Abb. in ſua queſtio. 6. colum. 10. circa med. ver. quando talis appellatio, vbi idem dicit in ſimilibus, quia ſi Epiſcopus eſſet factus Rector Ciuitatis, quia iudicat vt Rector, appellatio deuoluitur ad Dominum Ciuitatis laicum.

27 Secunda, & contraria regula eſt, quod ſemper debet appellari ad ſuperiorem illius, qui iudicauit. l.1.C.vbi,& apud quem,& eſt ratio, quia appellans conquæritur de Iudice, qui pronunciauit, non autem de parte, & ſic contingit in arbitro, quia reductio arbitri peti debet coram ſuperiore eius, qui iudicauit, vt ſi eſt laicus coram laico, ſi Clericus coram Clerico, & Eccleſiaſtico, ſic Abb. dicta quæſtione 6. column. 11. verſ. in contrarium.

Vide. Appellatio de vno ad alium, quando arguat ſubiectionem. Concluſ. 349.

28 Et propterea ad tollendam perplexitatem,quę regula ſit attendenda.Abb.d.quæſt.6. col.11. poſt med.verſ.ad ſolutionem, cum ſeq. diſtinguit quatuor caſus. Primus eſt, ſi iuriſdictio eſt Eccleſiaſtica, & Iudex, qui pronunciauit eſt Eccleſiaſticus, tunc res eſt clara, quod ad ſuperiorem Eccleſiaſticum appellatur.

29 Secundus caſus eſt,quando iuriſdictio eſt ſecularis, & Iudex eſt ſecularis,tunc etiam ſine dubio ad ſuperiorem ſecularem appellatur, niſi conſuetudo ſit in contrarium.Abb.d.queſt.6.col.11. in princ.verſ.ſecundo caſu principali.

30 Tertius caſus eſt, quando iuriſdictio eſſet eccleſiaſtica,puta,Collegiũ ſcholarium, in quo plures ſunt ſcholares Clerici,quia ſi Rector eſſet laicus, nõ poteſt iudicare Clericos,etiam ſi minor numerus eſſet Clericorũ, quia niſi ſit Rector Clericus, non poteſt iudicare Clericos, & ſic iſte caſus non poteſt euenire. Abb. vbi ſupra col. 12.ver.venio nunc ad tertium.

31 Quartus caſus eſt,quando Collegium eſt ſeculare,quia plures numero ſunt laici,quam Clerici, & tamen Rector eſt Clericus,& tunc quatenus ſententia eſt lata inter laicos,appellatur ad ſuperiorem laicum,quatenus vero ſententia eſſet contra Clericos promulgata, tunc appellaretur coram Eccleſiaſtico, quia prævalent qualitates hoc caſu. Abb. vbi ſupra. colum.12.in fin. cum ſeq.ver. quarto, & vltimo.

32 Rationem aſſignat Abb. in quarto caſu, quia quando Rector Clericus iudicat inter laicos,Clericatus Iudicis non operatur ex neceſſitate, ideo

non

non habetur in conſideratione, & pręualet natura iuriſdictionis laicalis, quam exercet, quando vero iudicat inter Clericos, Clericatus Rectoris eſt de ſubſtantia exercitij iuriſdictionis in Clericos, & licet natura iuriſdictionis Collegij ſit laicalis, quia concurrunt duę qualitates neceſſariæ ad ſententiam indiuiduam prævalet qualitas magis digna Clericatus, ideo neceſſario eſt appellandum ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, vt notandum dicit Abb. d.quæſt.6.col.12.in fin.ver. quarto,& vltimo,cum ſeq.

81 Quintus caſus eſt, quem ponit Alex. conſ. 12. Viſo proceſſu, per totum. lib. 6. maxime in prin. & num. 10. Quando poteſtas loci in cauſa laicorum procedens allegatur ſuſpectus, & datur ei adiunctus Vicarius foraneus Epiſcopi delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & fertur ſententia ab ambobus, tunc debet appellari ad ſuperiorem Eccleſiaſticum Epiſcopum etiam ſi in loco extet ſtatutum, quod appelletur ad Dominos temporales, vel eorum deputatos, & quod appellans teneatur proſequi appellationem infra decem dies, quia non erit locus ſtatuto hoc caſu.

82 Declara generaliter in cauſa ſcholarium, quia in terris Imperij ſcholaris appellat ad imperatorem omiſſo medio, & in terris non ſubiectis Imperio appellat ad Dominum, ſeu Dominos, qui ſunt ibi loco Imperatoris. Abb. in ſua quęſt. 6. column. 14.num. 12. ver. ſecundum dictum. Imo column. 13. in fi. ver.ſed nunc reſtat, dicit quod ad ſolum Imperatorem appellat, licet poſtea diſtinguat.

83 Amplia, quia appellatio à Iudice delegato Principis debet fieri ad Principem delegantem. cap.ſuper quæſtionum,de offic.deleg. iuncto cap. licet in corrigendis: vbi commiſſio facta ordinario vti delegato operatur, vt appellatio fiat ad delegantem, ſi vero fiat ad excitandum iuriſdictionem fit ad ordinarium Iudicem appellationis.Socin.conſ.83.Pro clariori,in princ. lib.4. & per totum.

84 Extende,quia reformatio Florentię,quod à ſententijs latis vigore litterarum excelſorum Dominorum debeat appellari ad Iudicem primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ; debet intelligi quando iuriſdictio alteratur,non autem quando ſimpliciter excitatur, vt in d. cap.ſuper quęſtionum,iuncto cap. licet in corrigendis. de offic. deleg. vbi quando Papa committit cauſam ordinario delegato,appellari debet ad ipſum Papam, ſed quando committit, vt ordinario, non ad ipſum, ſed ad Metropolitanum appellatur, & propterea quando in terra ſubdita adſunt certi Iudices appellationum,prout eſt Aretij,& in multis Ciuitatibus ſubditis Dominio Florentino, & excitatur tantum iuriſdictio Iudicis ordinarij, per litteras Principis,tunc debet appellari ad ipſos, & non ad Iudicem appellationis Ciuitatis Florentiæ,quia tali caſu reformatio nõ loquitur, ſecus ſi fuiſſet effectus Commiſſarius, vel delegatus,vt voluit Socin.d. conſil. 83.num.3.& ſequen. lib.4.

87 Contrariũ cõſuluit Excellens Dominus Horman.Detus inſignis Aduocatus Florẽtinus,& alij qui ſe ſubſcripſerunt eius conſilio, quod imo reformatio tantum procederet quando eſſet excitata iuriſdictio, monendo Iudicem, vt ſeruaret, vel faceret iuſtitiam ſeruatis ſeruandis, & non quando foret alterata iuriſdictio committendo negocium, de quo alias non poterat ſe intromittere, quia tunc cum efficiatur delegatus,per not. per raſ. in l.ius autem ciuile.ff.de iuſtit. & iur. & in l.& ſi prętor.ff.de offic.eius,& quod debeat appellari ad delegantes,quod videtur contra mentem diſpoſitionis, quia ſeruiret de vento,& quia ſequeretur abſurdum,quod nunquam daretur caſus, quod poſſet appellari ad Iudicem ordinarium.

88 Imo ſi tulerunt ipſe Iudex appellationis,& delegatus à principe in adiunctum ſententias contrarias,nulla ex eis habet vim ſententię;ſed quælibet earum ſtat in ſuſpenſo,donec altera earum fuerit per delegantem confirmata. Io. Andr.in c. fi.de re iud.Bar.in l.duo Iudices.ff.eod. & in vtro * que loco *communiter ſcribentes,& ideo nõ fuit licitum appellare.

89 Declara,quia ſi ſtante ſtatuto Bergomi, quod ab omnibus ſententijs inter ſubditos Bergomi appelletur ad deputatum per Iudicem Bergomi,quale ſtatutum eſt etiam Brixię, eueniat,quod in cauſa inter ſubditos Bergomi fuit commiſſa appellatio Vicario poteſtatis Brixię à quo appellatur,an ſit appellandum ad Prætorem Bergomi, an ad Prætorem Brixiæ, an ad Dominium Venetorum Caſtren.conſ.124.Viſo puncto,per totum arguit, quod ad Dominium delegantem, poſtea concludit, quod hoc caſu eſt appellandum ad Prętorem Brixiæ, ſtante pronuncia per eum facta, in qua declarauit ſe Iudicem competentem in hac cauſa quæ tranſiuit in iudicatum, & dicit, quod ex ea acquiſiuit iuriſdictionem, ex quo non carer funditus iuriſdictione.

90 Extende, quia appellatio à delegato debet interponi ad delegantem.l.Papinianus.C.de appellat. Calder.conſ. 214.alias 8.de appell.vbi quod ſi antiani delegant cauſam Vicario Poteſtatis Bononiæ,tunc appellatio debet interponi ad Antianos. Io.de Anan.conſ. 51.in fine;vbi quod appellatio a delegato legati debet fieri ad legatum de iure ciuili. Caſtren. conſ.124.Viſo puncto.col. 1. in fi.lib.2.vbi apoſtill.dat.concor.Anch.in c. Romana,de appell. in 6.n.7.in 8.quęſt.

91 Extende, quia procedit etiam in ſubdelegato, quando non ſubdelegauit omnes vices, & cauſa eſt cõmiſſa appellatione remota, quia ad ſubdelegantem appellari debet,alias appellatio eſt nulla.Caſtren. conſ. 66.Dubia ſupradicta, prope fin. num.9.ver.ad nonum.lib.1.

92 Declara, vt per Corn.conſ.15.In præſenti.col. 1.lib. 3.

93 Extende, quia ſi appelletur à ſententia Vicarij foranei Epiſcopi, qui dicitur delegatus Epiſcopi, debet appellari ad Epiſcopum, quia non facit idẽ tribunal cum Epiſcopo,prout Vicarius generalis. Abb.d cõſ.45.n.2.col.1.ver.nec obſtat poſtremo.lib. 2.Alex.conſ.12.Viſo. proceſſu.numero 4.lib.6.

94 Extende, quia ſi delegatur iuriſdictio alicui etiam iuriſdictionem habenti iure ordinario;ita, quod non poſſit fieri diuiſio, ordinaria ſumit naturam delegatę, non è contra,ideo appellatio neceſſario debet interponi ad delegantem, non ad ſuperiorem ordinarium, neque ad vtrunque, ita Abb. in ſua qu.6.Gandulphus.col.13.ver.ex quo ſimpliciter.

95 Declara,vt per Anchar.in c. Romana. num.7.

in

in 8. quæſtione, vbi diſtinguit, quod ſi delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ab Ordinario ſubdelegat vnam cauſam, appellatur ad Ordinarium.

46 Amplia, quia poteſt appellari à ſententia ſubdelegati ad delegatum Principis, qui ſubdelegauit quando pars iuriſdictionis fuit ſubdelegata, & non tota. Bald.d.conſ.449. Delegatus D.Papæ, circa med.ver.& ad clariorem, lib.1. quod in tantum eſt verum, quod ſi appellaretur ad alium ſuperiorem, appellatio eſſet nulla, late Franch.in c. ſi delegatus, in fin.num.8. verſ tertio aduerte, vbi ponit tres reſtrictiones, de offic deleg.in 6.

47 Extende, vt procedat etiam quando ſubdelegauit cognitionem contentioſam, & non exequutionem, quia tunc poteſt appellari ad delegatum, qui ſubdelegauit. Bald. conſ.449. circa med. ver. aut tota. lib. 1. vbi quod ſubdelegando ſententiam non ſubdelegat exequutionem, niſi ſimus in exequutore, & ita loquitur etiam Abb. conſ.87. Dico vnum.nu.2. verſ.preterea videmus, lib.1.allegat.c.ſi delegatus, de offic.deleg.in 6.

48 Reſtringe, vt non procedat in delegato ad prouidendum, quia ſi ſubdelegat ad prouidendum nihil ſibi retinet; & ideo eo caſu tota iuriſdictio in ſubdelegatum taliter eſt transfuſa, vt non poſſit ſubdelegatus re non integra reaſſumere iuriſdictionem, & ideo appellatio ad eundem delegatum eo caſu eſt nulla. Bald.d.conſ.449. poſt med. ver. & ideo, & in fin.lib.1.

49 Declara, quòd dicitur appellari poſſe à ſubdelegato Principis ad delegatum procedere, quando delegatus ſibi reſeruauit partem iuriſdictionis, ſecus ſi in totum ſubdeleganit, quia non valet appellatio ad delegatum Bald.conſ. 364. Epiſcopus Veronen.lib.1.vbi loquitur etiam ſi delegatus alias erat ordinarius.

50 Amplia, quia etiam de iure Canonico non poteſt appellari omiſſo medio prꝛterquam ad Papam ſupremum ſuperiorem; nam ſi appellatur à ſenrentia Vicarij generalis, debet appellari ad Archiepiſcopum, quia Epiſcopus, & Vicarius generalis faciunt vnum tribunal, ſed ſi appelletur à Vicario foraneo Epiſcopi, quia dicitur delegatus Epiſcopi, & non facit idem tribunal, eſſet nulla facta ad Archiepiſcopum, quia debuit fieri ad Epiſcopum immediatum ſuperiorem. Abb.conſ. 45. Videtur primo. num. 2. verſ. nec poſtremo. libro 2.

51 Et quod de iure Canonico etiam omiſſis omnibus alijs medijs appellatio poſſit interponi ad Papam. eſt text. in capit. ad Romanam 2. quæſt. 6. Gemin. conſilio 73.num.2. Corne. conſil. 187. num. 8. libro 4. Ioann. de Anan. conſilio 51. plena apoſtill. ad Roman. conſilio 332. in ver. gradatim, & eſt ſpeciale in Papa. Alexand. conſilio 12. Viſo proceſſu. n. 11. libro 6. ergo ſecus eſt in alijs, quia ad immediatum appellari debet, excepto Papa.

52 Extende, quia de iure Canonico appellatio non valet omiſſo medio, ſi pars opponit de nullitate, quia ab officiali Epiſcopi in certa parte diœceſis non poteſt appellari ad alium ſuperiorem, quam vel ad Epiſcopum immediatum, vel ad Papam, ſecus ſi ad alium omiſſo Epiſcopo appelletur. cap. Romana. §. primo, de appellat. in 6. Calderin. conſilio 208. alias 2. de appellat. qui declarat procedere hoc caſu, quia talis officialis non facit idem Conſiſtorium cum Epiſcopo, quia non eſt ad vniuerſitatẽ cauſarum deputatus, allegat not. in clem. ſi principalis, de reſcript.

Vide. Epiſcopus quando non facit idem Conſiſtorium cum ſuo officiali, appellatio deuoluitur ad Epiſcopum. Concluſ. 100.

53 Declara, quia non valet omiſſo medio, ſi pars opponat, alias ſi non opponit, valet. Abb.conſil. 45. Videtur primo.num.2.verſ.nec poſtremo. libro 2.

54 Extende, quia appellatio ab inferioribus Prælatis, qui præſcripſerunt contra Epiſcopum ius cognoſcendi, & procedendi, ac ſententiandi, debet fieri ad Epiſcopum. Calder.conſ.192. alias 2. de præſcript. in princ. ver. appellatur tamen.

55 Extende, quia de iure Canonico appellatur omiſſo medio abſolute, ſi adeſſet conſuetudo, quod appelletur omiſſo medio, quia valeret etiam de iure Canonico. Calderin. conſilio 207. alias 1. de appellat. ver. item hoc probatur.

Vide. Conſuetudo circa appellationes qualiter illæ interponendæ ſint. Concluſione 827.

56 Extende, vt valeat appellatio, & geſta coram Iudice appellationis, omiſſo medio, quando pars appellata non opponit, etiam ſi procurator habeat ſolum mandatum ad cauſam. Calderin. conſilio 207. alias 1. de appellation. per totum.

57 Extende, vt idem ſit in Legato Sedis Apoſtolicæ. Alex.d.conſ.12.n.11.lib.6.

58 Et ideo valet appellatio interpoſita ad quemlibet Iudicem competentem, quia intelligitur de Papa. Bald. conſ.449. Delegatus D.Papæ, in princ. lib.1.

59 Extende in Ciuitate Neapolis, vbi eſt conſtitutio, quod omiſſo medio appelletur ad Senatum, ſeu Conſilium Regium. apoſtill. ad Rom.conſ.332. in ver. gradatim, in fin.

60 Extende, quia imo ad ſolum Papam appellatur ab arbitris iuris. Abb. in quæſt.6. colum. 13. in fin. ver. ſed nunc reſtat.

61 Amplia, quia appellatio debet eſſe certa, non autem incerta, ad quem appelletur, ideo appellans ad vnum, vel ad alium alternatiue ſuperiorem, non valet appellatio de conſuetudine approbata, tanquam incerta. Ioan. Andr. in reg. alternat. & in cap. ſi is cui, de offic. delegat. in 6. cuius opinionẽ de conſuetudine ſeruari dicit Angel. conſ.336. Secus ſententiam, in prin. Caſtren. conſ. 66. Dubia ſupradicta, in fin. lib.1. plene Rom. conſ. 360. Circa propoſitum. n. 2. & 3. verſ. & ſic non obſtat, vbi reddit rationem, quia appellans non debet vagari in incerto cum iactura alterius, ex quo eſt quædam citatio, quę debet eſſe certa. Alexand. conſ. 164. Viſo proceſſu, in princip. & conſ. 167. Viſo proceſſu, & 181. libro 2. apoſtill. ad Alexand.d.conſ. 164. in ver. incertitudinem, citat alios concordantes.

Vide in ver. Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad Curiam. Concluſione 373. numer. 4. & ſeq.

62 Extende, vt procedat etiam ſi Iudex à quo detulerit tali appellationi. Alexand. conſ. 167. Viſo proceſſu, in princ. lib. 2.

63 Extende, vt procedat etiam ſi appellatio interpoſita alternatiua, poſt decem dies fuerit proſequuta, & alius Iudex fuerit adiunctus de cõſenſu partiũ, quia adhuc appellatio eſt deſerta, & nulla

in ter-

in terris Eccleſiæ, vel vbi agitur de materia ſpectante ad forum Eccleſiæ. Alex. d. conſ. 167. nu. 4. ver. nec obſtat. lib. 2.

64 Imo procedit etiam ſi appellatio fuiſſet commiſſa ad inſtantiam appellati. Alex. conſ. 79. In cauſa, & lite. num. 7. ver. & licet ad ſupplicationem. lib. 7. vide infra. num. 73. & ſeq.

65 Extende, quia maxime eſt vera ampliatio, quod appellatio alternatiua extraiudicialis, tanquam incerta eſt nulla, quia eſt quædam citatio, quæ debet eſſe certa, vt per Roman. d. conſ. 360. num. 3. Alex. d. conſ. 164. Viſo proceſſu, in princ. lib. 2. vbi apoſtil. in ver. incertitudinem, dat concordantes.

66 Extende, vt idem ſit, ſi quis ſimpliciter appellat, nec dicit ad quem, quia niſi declaret infra decem dies tranſit deſerta. Alex. conſ. 167. Viſo proceſſu. num. 4. lib. 2. vbi apoſtil. allegat Caſtren. in l. 2. C. de compenſat.

67 Extendit Alex. d. conſ. 167. num. 4. ver. item non obſtat. lib. 2. quia primo nominatus in hac materia non cenſetur electus, quia procedit in vltimis voluntatibus.

68 Reſtringe, quia valet appellatio extraiudicialis facta alternatiue ad Cõcilium ſi voluerit acceptare, alias ad Papam, quando ſubeſt iuſta cauſa in appellante dubitandi, an Concilium velit cognoſcere, quia propter probabilem dubitationẽ valet alternatiua, vel conditionalis appellatio. Roman. d. conſ. 360. in princ. vbi apoſtill. 1. in ver. valida, adducit Felin. in cap. inter cætera. col. 2. ver. & iſtis adde, de appell. vbi Roman. dat ſimilia de libello alternatiuo, electione, & poſtulatione alternatiua, quę ſunt prohibitæ, & valent ex cauſa probabilis dubitationis.

Vide. Libellus alternatiuus, & contrarius procedit, & quando ſecus. Concluſ. 313.

69 Reſtringe, quando appellans eſſet dubius, an ad ſubdelegantem, vel alium ſuperiorem debeat appellare, quia tunc admittitur copulatiua, & alternatiua appellatio. Alex. d. conſ. 164. Viſo proceſſu. num. 2. ver. & hoc vbi probabilem. lib. 2. & ibid. num. 3. in fi. ver. nec iſtis obſtat.

70 Reſtringe de iure ciuili, quia ex quo non poteſt appellari, omiſſo medio ad ſuperiorem. l. Imperatores. ff. de appellat. tunc ad proximum ſuperiorem cenſetur appellatum, quia vtile per inutile non vitiatur. Ita Alex. d. conſ. 164. num. 3. verſ. ad ſecundum eum. lib. 2. vbi dicit hoc non procedere in terris Eccleſiæ, in quibus ſeruatur ius Canonicum, & iterum ibi in ver. & licet dixerit. nu. 3. dicit, quod in tribus caſibus poteſt ſubſtineri appellatio alternatiua, quando ſeruatur ius ciuile, vel quando ad vnum tantum poteſt appellari, & quando infra tempus ad appellandum fuit facta declaratio, & quod de iure ciuili valeat. Alexand. conſ. 167. num. 4. lib. 2. verſic. nec obſtat prædictis.

71 Reſtringe, quod valeat coram ſuperiore primo, & maiori, dicit fuiſſe iudicatum in Curia Angel. d. conſ. 336. in princ.

72 Declara opiniones per ſex combinationes, de quibus Angel. d. conſ. 336. num. 2. Caſtrenſ. vero conſ. 66. in fin. dicit quod non ſufficit, ſi habuit etiam recurſum ad Papam, & obtinuit reſcriptũ, niſi infra decem dies declarauerit, & ſpecificauerit, quia commiſſio eſt ſubreptitia, & ita tenet Alexand. conſ. 101. Viſo proceſſu. num. 2. verſ. ſecunda ratione, lib. 2. plene Alex. conſ. 79. In cauſa, & lite. num. 5. & ſeq. ver. præterea etiam dico, lib. 7. vſque in fin. vbi quod appellatio interpoſita in cauſa Eccleſiaſtica ad Papam, & omnem alium, ad quem melius de iure appellare liceret ſi non declarauit infra decem dies datos ad appellandum, ad quem velit appellare, tanquam incerta appellatio non valet, ideo ſi coram Papa non eſt proſequutus, remanet deſerta appellatio, etiam ſi legatus commiſiſſet appellationem ad inſtantiam appellati, & ſententia lata in cauſa appellationis fuit nulla de effectu iuriſdictionis.

73 Prima autem eſt, quia ſi appellatur ad plures Iudices, vel plures ſuperiores copulatiue, vel diſiunctiue expreſſis eorum nominibus proprijs, vel appellatiuis forte ſub nomine dignitatis, & quilibet poteſt eſſe Iudex, appellatio eſt nulla propter incertitudinem, niſi appellans declaret infra tempus decem dierum. Angel. d. conſ. 336. num. 2. ver. prima eſt, & idem tenet Alex. conſ. 164. Viſo proceſſu, in princ. lib. 2. vbi. quod niſi ſic appellans declaret infra tempus datum ad appellandum, coram quo velit proſequi appellatio tanquam incerta erit nulla.

74 Extende, vt licet poſſit appellari ad Papam omiſſo medio, & valeat talis appellatio, ſi tamen appellat ad Papam, vel Archiepiſcopum, non valet propter incertitudinem appellati niſi declaret appellans infra decem dies. Alex. conſ. 12. num. 3. lib. 6.

75 Declara niſi appellans infra legitima tempora declaret coram quo appellauerit, & declaratio eſſet ad competentem vnum ſolum interpoſita. Angel. d. conſ. 339. num. 2. verſ. prima combinatio. Alex. d. conſ. 164. in prin. lib. 2. vbi n. 4. reddit rationem, quia appellatus remanet incertus, coram quo debet comparere, & iterum conſ. 12. Viſo proceſſu. num. 2. & ſeq. lib. 6.

76 Contrarium quando appellatio eſt ſimpliciter facta, vel etiam ad quem de iure, niſi ſit incerta, nec requiratur declaratio infra decem dies, tenet Alex. conſ. 12. nu. 13. & ſeq. ver. nec fuit neceſſe. lib. 6. quia ſatis eſt certa, quia ius eſt certum, quia ad primum ſuperiorem debet cenſeri interpoſita, excepto Papa, & legato.

77 Declara, quia ſi Iudex præfixit appellanti terminum ad proſequendum appellationem procedit declaratio, quod debet infra decem dies declarare, coram quo velit proſequi, alias ſecus, ita Alexander dicto conſilio 12. in fin. lib. 6. vbi quod ita declarat Gemin. in cap. ſi is, cui, de off. deleg. in 6.

78 Declara, quia per proſequutionem valide factam, coram vno Iudice competenti conualidatur appellatio, ſecus ſi proſequutio eſſet coram Iudice incompetenti. Alex. d. conſ. 12. in fin. lib. 6. ver. nec prędictis obſtat.

79 Secunda eſt, quando appellatur ad plures copulatiue, vel diſiunctiue, & nullus eſt competens, tunc eſt omnino nulla appellatio. Angel. d. conſ. 336. nu. 2. ver. ſecunda combinatio.

80 Tertia eſt, quando appellatur copulatiue, vel diſiunctiue ad duos, quorum vnus eſt competens alter incompetens, & tunc valet, quia non eſt aliqua ambiguitas, quia coram competente ſolo cenſetur appellatum. Angel. d. conſ. 336. num. 2. verſ. tertia combinatio.

Vide Socin. regul. 15. Appellans ad vnum, vel alium

alium:vbi quod eſt nulla,niſi declaret infra decẽ dies, fallit quando vnus ſolus ex nominatis eſſet competens, quia valet coram eo, & ibi apoſtilla.

Vide etiam incert.Author.poſt regulas Soci.in reg. 15. Appellatio alternatiua: vbi limitat duobus modis.

81 Declara , niſi proſequeretur coram incompetenti, quia ſibi præiudicaret. Angel.d.conſ.336. nu.2. ver.tertia combinatio .

82 Quarta eſt,quando appellatur coniunctiue,vel diſiunctiue ad certum ſuperiorem legitimum , & ad omnes alios ſuperiores, quia appellatio ſpecifica in ſpecie, non vitiatur per coniunctam, vel diſiunctam generalem appellationem,vel ad omnes alios,ideo eſt bona. Ang d.conſ.336.num.2. ver:quarta combinatio .

83 Quinta eſt , quando appellatur coniunctiue, vel diſiunctiue ad Legatum,vel adPapam reſerua ta facultate declarandi,quia ſequuta declaratione infra legitima tempora valet.Ang.d.conſ.336. nu.2.ver.quinta combinatio.

84 Sexta eſt , quando quis appellat ad vnum certum Iudicem, & ſi non erit competens ad alium & ſi non ſufficit ad alium , quia iſta appellatio non eſt incerta,imo certa , ex quo eſt ad vnum tantum ſub conditione de præſenti , ideo valet. Ang.d.conſ.336.num. 2.ver.ſexta, & vltima: vbi quod non eſt neceſſaria declaratio.

85 Extende, vt procedat , quod appellatio eſt bona etiam ſi proſequatur eam coram primo Iudice incompetenti, quia dummodo duret inſtantia non ſibi præiudicat , quin poſſit coram competenti proſequi.Angel.conſ.336.num.3.& ſeq. vſq; in fin. vbi multa ſimilia adducit , ex quo ſemper fuit certa appellatio.

86 Septima eſt,quãdo appellatur in genere,videlicet appello ad omnem Iudicem competentem, quia ille intelligitur Iudex appellationis, qui eligitur infra tempora appellandi. Angel. dicto conſilio 336. num. 2. verſic. quarta combinatio,circa fin.verſiculi .

87 Et idem eſt ſi appellatio fiat ſimpliciter ad Judicem competentem,quia valet talis appellatio. l. qui Romę.§ penul.ff.de verborum obligat.cum ibi not. Alex.plene conſil.12. Viſo proceſſu. num. 2.& ſequen.lib.6.vbi dicit,quod videtur neceſſarium, vt infra decem dies declaret ad tollendam incertitudinem , ſicut quando alternatiue appellatur.

88 Octaua eſt, quia valet appellatio ſub conditione,videlicet,dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appellatio in caſibus prædictis. Ang.d. conſ.336. n.2.in fi. ver.ſimiliter dicit Bart.ſed iſta pars non reſpicit incertitudinẽ Iudicis,ideo hic nõ cadit .

Vide. Appellatio an poſſit cumulari cum nullitate.Concl.394.

89 Amplia,quia appellatio à ſententia Vicarij Poteſtatis, de iure communi non admittitur ad Poteſtatem,quia idem eſt tribunal.Io.de Imo.conſ. 120. In caſu præmiſſo.

90 Reſtringe, niſi ſtatutũ,prout Feltri diſponeret, quod poſſet appellari à ſententia Vicarij Poteſtatis ad Poteſtatem,quia poteſt,licet non neget ſtatutum , quin etiam ad alium , ad quem de iure communi poſſit appellari.Io.de Imol. conſ. 120. per totum .

91 Amplia , quia appellatio à ſententia Vicarij Epiſcopi non admittitur ad Epiſcopum, quia idẽ eſt tribunal. Zabarell. conſil. 32. num. 4. verſic. ſecundo probatur.

92 Reſtringe, quando eſſet Iudex officialis in certa parte Diœceſis , quia non facit idem Auditorium,ideo appellari poteſt ad Epiſcopum . Cald. conſ.208.alias 2.de appell.Abb.conſ.45. num. 2. col.1.ver.nec obſtat poſtremo.lib.2.

Vide.Epiſcopus quando non facit idem Auditorium cum ſuo officiali.Concl.300.

93 Amplia,quia appellatio à feudatario deuoluitur ad ſupremum ſuperiorem ſi non eſt conceſſa feudatario.

Vide.Appellatio locorum inferiorum,& Baronum deuoluitur ad ſupremum Dominum . Concluſione 372.

Appellatio ad Imperatorẽm , vel Principem , an poſsit cognoſci per officialem.Concluſ. CCCLIII.

1 REGVLA eſt, quod appellatio interpoſita ad Imperatorem non poteſt ſine commiſſione cognoſci per eius Vicarium generalem.Caſtren.conſ.114. Procedendo , in princ. lib. 1. vbi quod ratio eſt, quia appellatio eſt meri Imperij.

2 Extẽde,quia propterea fatalia non currunt appellanti ad Principem, donec cõmittat,quia non valenti agere ante commiſſionem non currit tempus, dummodo per eum non ſteterit,ſic debet intelligi idem Caſtrenſ. dicto conſil. 114.in principio.lib.1.

3 Declara,quia aliquando primates habent hanc facultatem,ideo quæſtio dirimitur ex conſuetudine, vel ex facto,ſed regula eſt vera.Caſtren.d.conſil.114.in princ.lib.1.

4 Declara,quia ſi extat ſtatutum , prout Brixiæ confirmatum a Dominio Venetorum,quod Poteſtas Brixię committat omnes appellationes, is etiam poterit committere cauſas , etiam ſi eſſet appellatum ad Dominium Venetorum, quia licet non appelletur de iure ciuili ad Principem omiſſo medio , ſi tamen eſſet appellatum omiſſo medio,valet cognitio facta ab eo,ad quem defertur immediate.Caſtrenſ.conſ. 194.Viſo puncto, in fine. lib. 2.

Appellatio debet conſtare,quod eſt interpoſita infra decem dies. Concluſ.CCCLIV.

1 IVDEX appellationis non poteſt procedere in cauſa,niſi ſibi conſtet , quod intra decem dies fuerit appellatum.Feder.de Sen.conſil. 202. Audiui,per totum.

2 Et procedit etiam ſi appellãs,& appellatus eſſent concordes, quod appellatio poſt decem dies eſſet valida.Alex.conſ.87.Nos Doctores.n.2.ver. & dato.lib.7.& quod eſt Collegij Paduani.

3 Et qui non appellat infra decem dies ſententiæ acquieſcit.Alex.conſ.136.n.2.In cauſa,&lite.li.2.

Vide.

Digitized by Google

Vide. Appellare nolens quando approbet ſententiam. Concl. 388.

Vide. Res iudicata quando pro veritate habetur. Concluſ. 267.

Vide plene per Maſcardum. Concluſ. 16. Acceptatio. num. 8. & ſeq.

4 Extende, quia nedum appellatio, ſed ſupplicatio, & omne remedium retractatiuum debet fieri infra decem dies. Ang. Aret. conſ. 34. Pro deciſione. num. 14. & ſeq.

5 Extende ſecundum aliquos etiam in reductione laudi ad arbitrium boni viri, de quo in ver. Reductio ad arbitrium boni viri infra quantum, tempus ſit petenda. Concl. 68.

6 Amplia, quia tempus decem dierum ad appellandum non ſuſpenditur per compromiſſum inter partes factum, ſed ſolum procedit in tempore ad proſequendum appellationem. Abb. d. conſ. 77. In quęſtio. col. 1. ver. ad ſecundū. lib. 2. vbi reddit rationem diuerſitatis, quia tempus ad appellandū datur ad effectū deuolutionis, tēpus vero appellationis proſequēdę datur ad litigandum, & ita dicit intelligi debere clem. quādiu, de appell.

7 Amplia, quia ſententia lata per Iudicem appellationis, non docto de appellatione eſt nulla, quia ſine appellatione non procedit, niſi vt pronunciet ſe Iudicem incompetentem. Bald. conſ. 308. Super prædicto puncto. lib. 5.

8 Extende, vt idem ſit quoad nullitatis Iudicium, quia ſi eſt intentata nullitas, ſimul cum appellatione, & ſic incidenter debet de appellatione, & nullitate conſtare. Bald. d. conſ. 308. per totum, maxime in fi. lib. 5.

9 Amplia, quia regulariter appellatio debet interponi infra decem dies à die latę ſententiæ diffinitiuę, vel interloquutoriæ, quando ſententia eſt, quæ grauat, prout ea, qua pronunciatur non admittendos eſſe articulos, quia licet non admittat, poſtea in exequutione, illa non admiſſio non grauat. Caſtren. conſ. 335. Viſa appellatione. n. 3. ver. ſolutio ergo. lib. 1.

10 Reſtringe, quando grauamen non incipit a ſententia, ſeu declaratione, ſed potius ab exequutione, prout à captura, vel alio ſimili grauamine, quia tunc quandocunque durat grauamen poteſt appellari. Caſtren. d. conſ. 335. n. 4. & ſeq. li. 1.

11 Amplia, quia decem dies dati ad appellandum currunt etiam minoribus, & Eccleſijs, quia ſi non appellant infra decem dies ſententia tranſit in iudicatum, quia licet aliæ preſcriptiones non currant ipſo iure minoribus, tamen ſecus eſt in appellatione propter lites finiendas. Abb. conſ. 77. In quæſtione, in princ. lib. 2.

12 Declara, quia ſi minor petit reſtitui aduerſus lapſum decem dierum, & doceat ſe læſum, debet reſtitui in integrū per Legatum, vel Gubernatorem Firmi, de quo Abb. conſ. 77. col. 1. in fin. ver. ſed poſito per dictum tempus, vbi late, lib. 2.

13 Amplia, quia decem dies currunt de momento ad momentum ad appellandum, vide plene Io. de Anan. conſ. 93. n. 5. & ſeq. ver. venio nunc ad inueſtigandum, vbi quod ſi lata eſt ſententia preſentibus partibus, ſtatim ab hora latę ſententiæ currit tempus: vbi Bologn. nu. 10. ver. condeſcendo.

14 Et quod ſit continuum, & currat de momento ad momentum, eſt communis* opinio, de qua Alexand. conſilio 87. Nos Doctores, in principio, libro ſeptimo: vbi apoſtill. in ver. momentum, dat concord.

15 Et quod ſit tempus continuum tenet Abb. conſ. ſil. 77. col. 1. in fi. ver. prętera, & tertio. lib. 2.

16 Licet forte contrarium poſſit dici ſi à die notitiæ poteſt appellari, quia dicitur vtile à principio, ex quo non currit ignoranti.

Vide. Appellatio à die notitiæ. Concl. 355.

17 Extende idem in termino aſſignato ad proſequendum, quia currit de momento à die interpoſitę appellationis. Bologn. d. apoſtill. ad conſ. Io. de Anan. 93. nu. 10. ver. condeſcendo.

18 Amplia, quia ſi quis appellauit nomine alieno, debet Dominus infra decem dies ratum habere, alias non valet appellatio, late Socin. conſ. 45. Viſa appellatione. n. 10. ver. quinimo. lib. 1.

19 Amplia, quia adhęrentes appellationi alterius ex cōſortibus debent infra decem dies adhęrere, alias non valet adhæſio extra decem dies facta. Socin. d. conſ. 45. num. 10. verſ. quinta dubitatio. libro 1.

20 Amplia, quia appellatio a ſententia conditionali, quod aliquis debeat, vel teneatur ſoluere infra menſem, debet interponi infra decem dies a die latæ ſententiæ, non autem a die conditionis: ideo ſi appellat poſt decem dies a die latę ſentētię, non valet, plene Abb. in ſua quęſtio. 6. incip. Gandulphus. col. 14. in fi. cum ſeq. nu. 13. verſ. circa tertium: vbi allegat pro vtraque parte, & tandem col. 15. ver. in ſolutione, adducit tres opiniones, & ita concludit.

21 Extēde vt procedat etiam in ſententia excōmunicationis conditionalis, quia debet appellari infra decem dies a die latę ſententiæ, non autem ſufficit appellare a die conditionis, vide eundem Abb. d. quæſt. 6. col. 14. cum ſeq. per totam quęſtionem: vbi pro vtraque parte arguit, & recitat in ſolutione tres opiniones, contrarias, tandem ita tenet in ſententia iudiciali, & maxime col. antepen. in fi. ver. veniendo tamen, cum ſeq.

22 Contrarium videtur velle tex. in c. pręterea, de appellat. Abb. d. quęſt. 6. col. 14. in fi. & col. 15. ver. quod ergo, vbi videtur velle, quod a die conditionis, & ſic grauaminis illati, & ita videtur tenere Io. Andr. d. c. præterea.

23 Declarat Abb. d. quęſt. 6. col. 16. in princ. vt non liceat appellare a ſententia excommunicationis poſt decem dies a die ſententię hominis latæ ſub conditione, ſecus ſi eſſet lata a lege, vel conſtitutione, quia tunc ſufficit appellare infra decem dies a die condemnationis.

24 Declara melius, quia ſententia lata ſub conditione ſuper excommunicatione iudiciali requirit, quod infra decem dies appelletur a die ſententię, alias lapſis decem diebus, quis eidem cenſetur acquieuiſſe, ſi vero excommunicatio conditionalis eſt extra iudicium, puta per præceptum, vel monitoriū, tunc quia iſta extraiudicialia nō tranſeunt in iudicatum, poteſt quandocunq; durat grauamen, appellari. ita Abb. d. q. 6. col. 16. verſ. adnerte tamen, vſq; in fin. & col. fi. vbi tollit contraria, quod non refert, quod grauamen ſit ſucceſſiuum, niſi in extraiudicialibus.

25 Limita quando extaret ſtatutum, quod appellatio debeat interponi infra decem dies a die latæ ſententiæ, & tunc non currunt decem dies de momento ad momentum, prout de iure communi, quo diſponitur, quod currant non a die latæ ſententię, ſed a recitatione ſententiæ, quia vt ſtatutum aliquid operetur currit a die latæ ſententię, & dies latę ſententię non computatur in termino.

mino. Alex.conſ.87.Nos Doctores, in fin. ver.ad quod reſpondemus.lib.7.vbi apoſtil.in ver.dixit, dat concord.Tiraquel.de retract. lignag.§.1.gloſ. 11.num.48.

26 Limita, quia tempus decem dierum ad appellandum non currit, niſi à die notitiæ. Angel.conſilio 302. Viſis, & diligenter, in fine. verſ. fuit enim.

Vide. Appellatio infra decem dies à die notitiæ habitę. Concluſ.prox.ſeq.

27 Extende, quia non pręſumitur antequam ſententia lata intimetur, quando citatio ad ſententiam fuit per edictum, vel ad domum citati,quia cum non ſit perſonaliter apprehenſus, debet notificari. Anchar. conſ. 372. Pro declaratione, in fine.

28 Et non ſufficit intimatio facta procuratori generali, etiam cum libera, qui non interuenit in cauſa. Anchar.d.conſ.372.in fin.

29 Limita, quia appellatio poteſt interponi poſt decē dies ab interloquutoria tacita; puta,ſi Iudex procedendo ad vlteriora reiecit tacite exceptionem, vel articulos, quia tacita reiectio ſolum operatur in illo actu, ſi poſtea iterum petatur, & denegatur poteſt appellari, nec obſtat prima interloquutoria, quia eſt nouum grauamen, & noua denegatio. Caſtrenſ. conſilio 335. numero 6. libro 1.

30 Declara totam iſtam materiam, quando infra decem dies debeat appellari, & quando ſufficiat quandocunque appellare, quia quotieſcunque profertur ſententia expreſſa, ſiue diffinitiua, ſiue interloquutoria debet appellari à die ſententiæ, quia ipſa eſt, quæ grauat, quia mandat aliquid fieri, vel negat, & grauamen cauſatur ab ipſa ſententia expreſſa non ab exequutione ſubſequuta. Caſtrenſ. dicto conſilio 335.numer.3.lib. 1. Abb.dicta quæſtione 6. colum. 16.vbi, quod excommunicatur aliquis, quia fuit contumax in tali actu, ſi non appellat infra decem dies, poteſt exequi contra eum pro expenſis contumaciæ, quæ veniunt acceſſorię ad contumaciam.

31 Abb. in ſua quęſtione ſexta, colum. 15.numer. 15. verſ. in contrariam,dicit, quod condemnatus ſoluere infra menſem, ſi non appellat à die ſententiæ infra decem, non appellabit aduenientę conditione, quia conditio eſt exequutio ſententię.

32 Si vero Iudex non declarat aliquid expreſſe, ſed aliquid facit, puta, quia facit aliquem capi ſine ſententia præcedente, ſeu quando aliquem citat ad locum non tutum, vel dat alicui tenutam bonorum, quo caſu dicitur quędam interloquutoria, quæ nullo modo poteſt habere vim diffinitiuę, quia non declarat aliquid dubium, & iſto caſu licitum eſt appellare quandocunque à die grauaminis, & ab illato grauamine, & donec durat grauamen videtur lædi, & poteſt appellare. Caſtrenſ. conſ. 335.num.4.ver. interdum Iudex. libro 1. vbi quod nunquam dicitur excluſus ab appellando ab illato grauamine, quia ſemper grauatur.

33 Idem eſt, quando grauamen infertur extra iudicium, quia poteſt ſemper appellari, quia extraiudicialia non tranſeunt in iudicatum, prout in præcepto, monitorio, & ſimilibus. cap. concertationi, de appell. in 6. Si vero ſententia eſt lata iudicialis, licet grauamen habeat tractum ſucceſſiuum, non poteſt appellari, niſi infra decem dies à die ſententię. Abb. dicta quęſt. 6. in fin.

34 Imo dicit Caſtrenſ.dicto conſil.335.num.4.circa fin. verſ. alij dicunt, libro 1.quod etiam lapſis 30. annis poterit dari petitio negatoria teneri pro illo actu & futuris, licet non pręteritis, & audietur,quia tacitum non operatur niſi pro actu pręſenti, & non generaliter.

35 Eſt & tertius caſus, quando Iudex non facit interloquutoriam expreſſam, ſed tacitam,quæ non prouenit à ſolo facto Iudicis, ſed partis prouocantis aliquid fieri: puta, admitti articulos,dari dilationem, & Iudex procedit ad vlteriora, quia tacite reijcit, & iſto caſu, quia tacitum non eſt tantæ potentię, quantum expreſſum, præiudicat ſolum in illo actu, ita quod poteſt iterum peti illud idem, & iſto caſu appellatio debet eſſe infra 10.dies,ſed nō à prima reiectione tacita,ſed ſufficit,quod à ſecunda, & tertia appelletur, & ſic modus eſt, quod reiteretur, & appelletur, quia prima non tranſit in iudicatum, niſi pro illo actu.Caſtrenſ.pulchre d.conſ.335.nu.5.& ſequen. verſ.interdum vero.lib.1.Crauet.in ſimil. conſ.134.num.12.vbi ſequitur Caſtrenſ.

Vide plene per Maſcard.Concluſ.114.quę probare compellatur appellans, vbi ponit regulam, & 10. ampliationes.

Appellatio infra decem dies a die habitæ notitiæ ſufficit. Concluſ. CCCLV.

1 APPELLATIO ſicuti poteſt interponi infra decem dies à die notitię, ita etiam ratificari poteſt appellatio interpoſita infra decem dies à die ſcientię. Oldrad. conſ. 130.col.fi.verſ. nunc tranſeamus. num. 12.

2 Et quod ſufficiat appellare à die notitię infra decem dies.Angel.conſ.302. Viſis, & diligenter, in fin. verſ. fuit enim illa taxatio. Roman. conſil. 343. Ex propoſito, in fin. num. 18. vbi apoſtill. in ver. notabilis, quę dat concord. & eſt ratio, quia, vt inquit Roman. vbi ſupra, vt tempus decem dierum labatur ad appellandum,eſt neceſſe, vt ſciat eſſe latam is qui appellare debet, & quod ſit in ſui prędudicium.

3 Hanc regulam, quod appellatio admittatur infra decem dies à die habitæ ſcientiæ ponit Socin.reg.7. terminus 10. dierum,allegat auth. hodie. C.de appellatio. & ponit quatuor fallentias, quibus nō poteſt appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ, prima eſt ſi litigabat per procuratorem, quia non requiritur ſcientia domini;ſecunda ſi fuit ſententia intimata ad domum domini: aliæ duę fallentiæ ſunt, quod poſt decem dies appellat, videlicet tertia in ſententia excommunicationis ſub conditione lata, quia licet in alijs ſententijs ſub conditione debeat appellari infra 10.dies, ſecus in excommunicatione ſecundum * communem;quarta eſt in interloquutoria commi natoria,quia poſt decem dies poteſt appellari.

4 Et an appellatio pręſumatur infra decem dies à die habitę notitię,vel non,ſunt opiniones.

Vide plene per Maſcard. Concluſ.120. Appellatio, an & quando intra decem dies pręſumatur.

Appella-

Appellari poteſt diebus feriatis etiam in honorem Dei. Concl.CCCLVI.

1 APPELLATIO poteſt interponi die Dominico, & in honorem Dei feriato. Ancharan.conſ. 361. Viſa plena, in princip. Signorol.conſil.244. num. 2.

2 Extende etiam ſi extet conſtitutio, quod non poſsit rogari contractus, vel quid ſimile in diebus feriatis in honorem Dei. Anchar.d.conſ.361. in princ. vbi quod poterit fieri inſtrumentum appellationis, quia quando permittitur principale, permittitur acceſſorium.

3 Amplia, quia appellationis preſentatio fieri poteſt, etiam tempore, quo non redditur ius, vel acta ſunt repoſita, etiam ſi dies ſit feſtus in honorem Dei.Roman. conſ.100. In præſenti cauſa. colum.fin.num.2.vbi apoſtill. in ver. feriato, dat concord.

4 Amplia, quia appellatio poteſt interponi in omni loco, omnibus diebus, & extra iudicium, quia non eſt actus iudicialis. Io.de Anan.conſ.93. in fin. ver.quod autem dicitur.

Appellatio an in ſcriptis ſit facienda, vel non, & quando viua voce ſufficiat. Concluſ. CCCLVII.

1 APPELLATIO debet ſemper fieri in ſcriptis, ſiue appelletur à grauamine, ſiue ab interloquutoria ante ſententiam diffinitiuam,& debet inſeri cauſa grauaminis iuſtificatoria, alias appellatio eſt nulla.clem.appellanti,cum ibi not.de appell.Bald.conſ.44.Ad euidentiam.nu.6. verſ.ſuper quinto.lib.3.Caſtrenſ.conſ.237. Viſo puncto, col.2.verſ.reſpondetur. lib. 2.

Vide. Appellatio quando requirat cauſam exprimi. Concluſ.360.

2 Extende in tantum eſſe appellandum in ſcriptis, & cauſa expreſſa iuxta diſpoſitionem.c.cordi, de appellat. in 6. vt ſi alias appellaretur viua voce poſt lapſum termini erit deſerta appellatio, licet in termino ſit emiſſa in voce, & ſine cauſa. Guidop.deciſ.16.

3 Vide omnino Ro.conſ.501. Vt declarationem, in princ.vbi decem requirit neceſſaria,de quibus infra. Appellatio ab interloquutoria an admittatur. Concluſ.359.num.51.

4 Extende in tantum debere exprimi cauſam, vt licet appelletur ex cauſis, de quibus in actis,talis expreſsio non releuat, ſi cauſæ in actis apparentes eſſent friuolæ. Bald. conſ. 44.num.7.ver.ſuper ſexto. libro 3. & quod debeat cauſa exprimi ſignanter, & expreſſe.Bald. conſ. 146. Quia ex facto. num. 1. verſ. & ad euidentiam. lib.3.

5 Contrarium videtur tenere Specul. quod ſufficit appellatio in ſcriptis abſque expreſsione cauſæ (niſi in genere) dicere, quia eſt iniuſta ſententia,in tit. de appell. §. qualiter, in princ.num. 2. vbi Ioann. Andr. reprobat in addition. Natta conſilio 651. num.5. vbi declarat valere, quatenus fiat relatio ad certam partem proceſſus.

6 Declara, quia appellatio ab interloquutoria, licet debeat continere cauſas appellationis iuſtificandę vnam, vel plures, tamen de ſtylo Curiæ vna tantum cauſa attenditur,& admittitur.Gemi. conſ.118.in princ.

7 Declara in tantum verum eſſe, quod appellatio ab interloquutoria debeat eſſe in ſcriptis, & cum expreſsione cauſæ apparenter legitimæ, vt ſi iſtæ non appareant iudex ad quem debet cauſam remittere iudici à quo, & ſufficit, quod apparenter ſint legitimæ,licet non exiſtenter. Caſtrenſ.conſ.237.Viſo puncto.colum.2.ver.reſpondetur.lib. 2.

Vide ſupra in ver. Apparenter aliquid eſſe. Concluſ.346.

8 Reſtringe,quando extaret conſtitutio, vel ſtatutum mandans, procedi iuris ordine non ſeruato, quia valeret appellatio viua voce, & ſine ſcriptis ab interloquutoria. Angel. conſ.267.Conſtitutio Sanctæ Rom.colum.2. circa med.ver. non obſtat, ſi dicatur.

9 Amplia, quia appellatio non admittitur viua voce ab interloquutoria.Caſtrenſ.conſ.271.Super primo,in princ.ver.ſuper ſecundo.

10 Reſtringe, quia datur appellatio viua voce ab interloquutoria ex forma conſtitutionum Marchię. Caſtrenſ. dicto conſilio 271. in principio. libro 1.

11 Amplia, vt idem ſit in appellatione à diffinitiua, quæ niſi fiat Iudice ſedente eadem die, & vice,qua tulit ſententiam ſedendo,viua voce,non poteſt fieri niſi in ſcriptis, ſine tamen expreſsione cauſæ, alias eſſet nulla appellatio. l. litigatoribus. C. de appell. Specul.d.§.qualiter, in prin. de appell. Angel. conſ. 267. circa med. verſ. hoc præmiſſo.

12 Amplia in tantum, vt appellatio ab electione facta, vel facienda, ſeu prouiſione, vel alio præiudicio extraiudiciali, nedum debet fieri in ſcriptis, ſed debent omnia ſpecificari, per quæ appellans prætendit contra perſonam electi, & formam electionis audiri, alias non poſſet proſequi appellationem, niſi circa expreſſa. cap. vt circa, de electio. in 6.Specul. in tit.de appell.§.qualiter, num.4.ver.hodie qui appellat, & declara, vt ibi per eum.

13 Amplia,vt quod dicitur de appellatione ab interloquutoria, vel grauamine, procedat etiam in recurſu ab interloquutoria, vel grauamine, quia debet exprimi cauſa, & fieri in ſcriptis, prout appellatio. Bald. conſ. 146. Quia ex facto. num. 1. lib. 3.

14 Limita in appellatione à ſententia diffinitiua, quę poteſt viua voce interponi Iudice ſedente pro tribunali poſt latam ſententiam, dummodo eadem die interponatur antequam Iudex receſſerit à tribunali,quia alia vice quod ſederet, non valeret.Specul.tit.de appell.§.qualiter, in princ.

15 Extende, vt procedat de generali conſuetudine, & ſtylo Curiæ, quando appellatur à ſententia ſuper articulo incidenti lata, quando fuit ſententiatum bene, vel male appellatum, quia licet ſit appellatio ab interloquutoria à principio, tamen quando diffinitur, an bene, vel male ſit appellatum dicitur diffinitiua, quoad hoc, vt viua voce poſsit appellari. Calder. conſilio 202. alias 6. de re iudic.

16 Declara, vt etiam valeat appellatio viua voce interpoſita alio die, & Iudice non ſedente, quando cauſa erat commiſſa nedum ſummarie, ſed etiam cum clauſula de plano, &c. Bald.conſ. 272. A ſententia lata, per totum.lib.3.

17 Reſtringe, quia appellatio viua voce interpoſita à diffinitiua non valeret, ſi in ea eſſet clauſula, ſaluo, & reſeruato iure appellandi in ſcriptis, quia ſi non appellatur in ſcriptis, non habet effectum appellationis, & nihil importat, ſi vero appellaret poſtea in ſcriptis, valeret prima appellatio veſtita ſcriptura. Bald.conſ.425. Conſiderandi ſunt. numero 4. verſ. aut reſeruauit. libro tertio.

18 Et quando fuit interpoſita appellatio, viua voce: puta, tempore latę ſententiæ, & poſtea in ſcriptis alia appellatio interponatur, ſi non fiat mentio de appellatione viua voce, valebit appellatio in ſcriptis, & ab ea incipit inſtantia currere, non ab appellatione viua voce facta. Alexand. conſilio 64. Viſo proceſſu, circa fin.nu. * 5.lib.6.vbi dicit magis * communem.

19 Reſtringe etiam in appellatione ab interloquutoria, quæ non valet viua voce, ſed debet fieri in ſcriptis, nam ſi fiat in voce ſaluo iure appellandi in ſcriptis, & appelletur etiam in termino decem dierum in ſcriptis, valebit tanquam vnica, quia vna ineſt alteri. Bartol. in l. cum procurator. ff. de nou. oper. nunciat. Caſtrenſ. conſ. 271. num.2.ver.ſed aduertendum,vbi,quod ſecunda refertur ad tempus primæ factæ viua voce, non è conuerſo, & dicit, quod ita conſuluerunt Onuphrius de Peruſio, Antonius de Butrio, Petrus de Ancharano, & ipſe Caſtrenſis.

20 Contrarium, quod imo appellatio ab interloquutoria, quando habet vim diffinitiuæ valeat viua voce, & non inſerta, vel expreſſa cauſæ grauaminis. Natt.late conſ.92.Motiuum redditum, per totum. libro 1.

21 Imo, quod ſufficiat dicere appellanti ab interloquutoria, grauaſtis me, vt conſtat ex proceſſu fol. tali. Natt. conſ.531. num.14.

22 Limita in Romandiola, quia ab omni ſententia poteſt appellari, viua voce. Rom.conſ.41.In præſenti conſultatione. num. 2.

23 Vide. Appellatio à diffinitiua, in quo differat ab appellatione interloquutoriæ. Concluſione proxime ſequen.

Vide Soci. reg. 19.vbi ponit regulam, quod in ſcriptis appellari debet, fallit tribus caſibus, vt ibi.

quia.Feder.de Sen.conſ.163.num.3. verſ.non obſtat,quod appellatione interpoſita, vbi ponit rationem, & idem Feder. conſ.198. num.3. verſ.de ſecundo.

Vide. Sententia diffinitiua, & interloquutoria ex quibus cognoſcatur, & in quibus differant. Concluſ. 113.

3 Secunda eſt, quia appellatione interpoſita à diffinitiua non poteſt ſententia exequi, ſecus ſi ab interloquutoria, quia præſumitur pro proceſſu. Lap. alleg.2.num. 7. & 8. verſ. ad hoc, quia pendente, & hoc niſi ſit inhibitum, vt ibi dicitur. Feder. de Sen. conſilio 163. numero tertio, verſ. Iudex ergo.

4 Tertia eſt, quia ſi eſt appellatum à diffinitiua, poteſt ſententia impugnari, & iuſtificari ex nouiter producendis; interloquutoria vero ex ſolis deductis, & probatis iuſtificatur vel impugnatur. Feder. de Sen. conſ.163. num.3. verſ. non obſtat, quod appellatione. Bald.conſ.146.num.1.ver. ſed ipſe Franch.lib.3.

5 Quarta eſt,quia appellatio à diffinitiua ex neceſſitate non fit in ſcriptis, ſecus in appellatione ab interloquutoria, quæ non releuat, niſi fiat in ſcriptis, clem.appellanti,de appellat. Bald.conſ. 141.in prin.n.1.ver.& ad euidentiam.lib.1. Bald. conſ.146.Quia ex facto, in princ. lib.3.

Vide. Appellatio an in ſcriptis ſit facienda, vel non. Concluſ. 357.

6 Quinta eſt,quia in appellatione ab interloquutoria,debet inſeri cauſa, propter quã appellatur, vna,vel plures, ſecus in appellatione à diffinitiua,clem.appellanti,de appellat. Bald. conſil.141. Præmiſſis verbis.nu.1.ver.& ad euidentiam.lib.1. & conſ.146.num.1.lib.3.

Vide. Appellatio quando requirat cauſam exprimi. Concluſ.360.

7 Sexta eſt, quia in appellatione ab interloquutoria cauſa expreſſa debet iuſtificari ex eiſdem actis, alias ſuccumbit appellans.Gemin.conſilio 118.in fi.n.7.ver.appellans, ſecus eſt in appellatione à diffinitiua.

Reſtringe quatuor modis,de quibus Socin. in reg.22.Appellatio ab interloquutoria.

8 Limita,quando appellatio interponitur ab interloquutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quia tunc appellatio,licet non fiat in ſcriptis cauſa expreſſa, tamen valet, & poteſt verificari ex nouis probationibus. Card. Zabarell.conſ.72.num.11. verſ. ad aliud dubium.Rota in nou. deciſ.11. de appellat.quæ eſt deciſ. 85.

Appellatio a diffinitiua, in quo differat ab interloquutoria. Concluſio. CCCLVIII.

1 APPELLATIO à diffinitiua differt ab appellatione ab interloquutoria in multis.

2 Prima differentia eſt, quia appellatio à diffinitiua ligat manus Iudicis à quo, ita vt ſi quid poſt appellationem faciat per viam attentati reuocari poſſit, ſecus eſt in appellatione ab interloquutoria, Lap. alleg. 2. num. 9. verſ. ſecundo

Appellatio ab interloquutoria an admittatur, & quando. Concluſ. CCCLIX.

1 APPELLARE non licet à ſententia interloquutoria de iure ciuili.l.ante ſententiam. C.quorum appell.non recipian.vbi Bart. & alij. Caſtr. conſ.171. Super primo. verſ.ſuper ſecundo.lib.1. vbi quod non poteſt appellari viua voce.

2 Extende, quia appellatio non admittitur ab interloquutoria, quando non habet vim diffinitiuę, & cauſæ appellationis non ſunt legitimæ.Bal. conſ. 335. Tria ponuntur.lib.4.vbi,quod non valet

Digitized by Google

ter appellatio à ſententia ſuper admiſſione teſtium examinandorum.

8 Declara, quia appellatio non datur ab interloquutoria, quando in diffinitiua poteſt grauamen reparari, alias ſecus. Caſtrenſ. conſ. 194. Viſo puncto, in princ. lib. 2. & conſ. 236. Viſo puncto. num. 2. verſ. ad ſecundum. lib. 2.

9 Et ideo datur appellatio, vbicunque agitur de grauamine facti, prout à tortura, ab alapa, carceratione, quæ non reparantur per diffinitiuam. Caſtrenſ. conſilio 194. in principio. libro primo, allegat text. in l. ſi quis prouocatione. C. de appellatio.

10 Idem eſt, quando grauamen eſt facti, quod teneatur probare contenta in præcepto, quia factum pro infecto haberi non poteſt, idem eſt ſi Iudex mandet procedi ſuper libello inepto, & ſimilibus. Caſtrenſ. dicto conſilio 194. in principio. libro 2.

11 Effectus huius appellationis ab interloquutoria eſt, quia licet non ſuſpendat iuriſdictionem Iudicis à quo ante inhibitionem, tamen ſi contingat pronunciari, bene appellatum, & interim Iudex à quo protulit ſententiam diffinitiuam, illa erit ipſo iure nulla c. non ſolum, de appellat. lib. 6. Caſtrenſ. d. conſ. 194. in princ. lib. 2. Abb. conſ. 55. In cauſa. colum. 2. circa princ. verſ. item ſimile. libro 2.

12 Amplia in tantum, vt Iudex à quo poſſit procedere libere, non obſtante appellatione, quia non reuocantur acta tanquam attentata, niſi appellatio eſſet ex probabili cauſa. Feder. de Sen. conſ. 163. nu. 3. ver. Iudex ergo.

13 Extende, vt tanto magis appellatio ab interloquutoria non procedat, ſi in ea error iuris exprimitur. Bald. conſ. 244. Proponitur quod ſententia. n. 3. verſ. ſuper eo, lib. 2.

14 Amplia, quia non datur appellatio ab interloquutoria, quando ſtatutum prohibet, vel quando pars grauata poteſt per comparitionem, vel ſolutionem contumaciæ expenſarum tollere grauamen. Caſtrenſ. conſ. 236. num. 2. verſ. ad ſecundum. libr. 2.

15 Amplia, quia non appellatur à mandato de recognoſcenda ſcriptura, an ſit manu ſua, vel non, quia eſt interloquutoria. Bald. conſ. 335. A mandato, an ſcriptura. lib. 4.

16 Amplia, quia non datur appellatio à ſententia, ſeu decreto de deferendo iuramento in ſupplementum, quia eſt interloquutoria. Fulgoſ. conſil. 145. Quoniam plurimæ. verſic. ad ſecundum.

17 Amplia, quia datur appellatio à non admiſſione articulorum, ſeu exceptionum obiectiuarum contra teſtes, etiam ſi eſſent generales, quia debuerunt admitti, maxime ſuper inimicitia. Caſtrenſ. dicto conſilio 335. numero ſecundo. libro 1.

18 Limita, quia licet ante ſententiam diffinitiuam non poſſit appellari ab interloquutoria de iure ciuili, ſecus tamen eſt, ſi interloquutoria ſit poſt diffinitiuam, puta, ſuper exequutione, quia tunc bene poteſt appellari. Bart. in dicta l. ante ſententiam. C. quorum appell. non recipian. & in l. ab exequutore, per illum text. C. quor. appell. non recipian.

19 Declara, quia vbicunque admittitur appellatio ab interloquutoria, debet fieri in ſcripcis, & exprimi cauſa, infra num. 46.

Vide. Appellatio an in ſcriptis ſit facienda. Concluſ. 357.

Vide. Appellatio quando requirat cauſam. Concluſ. 360.

20 Limita, quia etiam de iure ciuili admittitur appellatio ab interloquutoria, quando ipſa interloquutoria portat ſecum exequutionem, ita quod in ſententia diffinitiua non poteſt grauamen reparari. Feder. de Sen. conſilio 66. Cum ſecundum, in princip. vbi allegat, quod alias daretur occaſio Iudicibus perperam faciendi. Ancharan. conſ. 372. num 9. & ſeq. vbi quod reuocantur omnia, ſi iuſtificatur grauamen.

21 Extende, quia ſtatutum prohibens appellari ab interloquutoria, non procedit in cauſa, quæ per diffinitiuam non poteſt reparari. Bald. in l. prima. C. ſi quacunque præditus poteſt. Deci. conſilio 22. numero 1. plene Caſtrenſ. conſil. 194. libro 2. num. 4. verſ. licet. Bald. conſil. 378. in princ. ver. nec obſtat ſtatutum. libro 3. & quod ſtatutum prohibens appellari ab interloquutoria non prohibeat, quando grauamen eſt notorium. Natt. conſ. 172. num. 2. & ſeq.

22 Et propterea datur appellatio à pronuncia, quod Iudex ſit competens. Bald. conſ. 2. Viſa petitione. num. 3. lib. 5.

23 Et idem eſt in ſententia, quod Iudex primus male iudicauerit interloquendo, quia infert grauamen irreparabile, quia perdit primam ſententiam in negocio principali. Anchar. conſ. 372. num. 9. & ſeq.

24 Limita, quando habet vim diffinitiuę, quia tunc poteſt appellari, vt à diffinitiua, vt notatur de exceptione peremptoria, in clem. fin. de appellat. in gloſ. 2. Feder. d. conſ. 66. in fi. Nat. conſ. 92. per totum.

25 Extende, quia imo valet appellatio ab interloquutoria habente vim diffinitiuæ, viua voce, etiam non expreſſa cauſa. Natt. dicto conſil. 92. in fin. num. 3.

26 Limita, quando infertur grauamen, ſiue ex aſſignatione termini, qui dicitur interloquutoria, ſiue ex malo proceſſu, ſiue ex intricatione, vt quia præiudicialem admiſceat Iudex quæſtionem. Ricard. Malumbra. in conſ. 71. Satis videtur, inter conſ. Feder. de ſen. vbi dicit in fin. diabolum eſſe in corpore Iudicum iſta facientium, à quibus eſt appellandum.

27 Et quod ex aſſignatione termini ad aliquid faciendum liceat appellare, quia cauſatiue compellitur, quia lapſo termino excluditur. Caſtr. conſilio 237. Viſo puncto. column. tertia. num. 2. verſ. dicitur enim primo, libro ſecundo, & per totum.

28 Extende, quia ab omiſſa forma ſtatuti in eligendo conſultore datur appellatio. Bald. conſil. 170. Ad euidentiam, circa princip. libro 3. vbi dicit * communem.

29 Declara, quia ſi ſemel fuit aſſignatus terminus in cauſa ſummaria ad probandum partibus, & vna pars probauit intentionem ſuam, altera vero nihil probauit, ſi in publicatione proceſſus pars, quæ nihil probauit, rea petit dilationem, quæ denegatur, & appellat, appellatio eſt triuola, & non debet admitti, maxime ſi coram bono viro

Digitized by Google

proceditur in cauſa reductionis arbitramenti. Abbas conſil. 48. Tria ſunt, in principio, libro primo.

25 Extende, vt procedat etiam ſi citatio contineret ad videndum aſsignari terminum ad probandum actori, quia ſi aſsignatio fuit facta ambabus partibus, vtraque parte præſente, & non contradicente, non attenditur citatio, & valet aſsignatio facta diuerſo modo à citatione, ſecus ſi pars citata fuiſſet abſens. Abb. d. conſ. 48. in princip. lib. 1.

26 Limita, quia licet appellatio ab interlocutoria non admittatur regulariter, ſi tamen fuit admiſſa, tunc Iudex habet ligatas manus, nec procedere poteſt. Feder. de Sen. con. 163. in fin. ver. non obſtat eod. tit. c. ſuper eo.

27 Limita, quia datur appellatio à taxatione expenſarum, quando adeſt exceſſus, & grauamen in taxandis expenſis. Doctor. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. ſed tamen debet exprimi, & probari exceſſus, clem. appellanti, de appellat. Deci. in c. vt debitus de appellat.

28 Limita, quia generaliter vbicunque legitimæ exceptiones non admittuntur, datur appellatio de iure Canonico. c. ex parte, de offi. delegat. Caſtrenſ. conſ. 335. Viſa appellatione, in princip. libro 1.

29 Limita, quia eſt ſpeciale in ſcholari, qui appellat ab omni grauamine, & ab omni interloquutoria. Abb. in ſua quæſtio, 6. incip. Gandulphus col. 14. nu. 12. ver. primum eſt.

30 Limita, quia appellatio datur à reiectione exceptionis releuantis facta per Iudicem in ſpolio, vt ſi Iudex reiecit ſpoliatorem opponentem in cauſa matrimoniali, quod erat minoris ætatis, nam ex quo talis exceptio detrahit poſſeſſioni matrimoniali, ſi reijcitur datur appellatio. Gemi nian. conſ. 24. numer. 3. ver. recte ergo excipiebat, & numer. 4. qui tamen videtur loqui de iure Canonico.

31 Extende à reiectione articulorum probandi, quia ſublata probatione infertur prejudicium irreparabile. Natta conſ. 172. In cauſa, & quæſtione, nu. 2. vbi etiam ſi extet ſtatutum, quod non poſſit appellari ab interloquutoria.

32 Limita, quia appellatio datur à reiectione articuli releuantis. Geminian. d. conſ. 24. numer. 11. ver. ad quintum. Caſtrenſ. conſ. 335. Viſa appellatione, in prin. lib. 1.

33 Imo ab interloquutoria de faciendo, vel non, datur appellatio prout à reiectione, vel non articulorum, vel exceptionis, quia habet vim diffinitiuæ. Caſtrenſ. conſ. 335. Viſa appellatione, nu. 1. lib. 1. & nu. 3.

34 Extende in tantum, vt ſententia lata poſt reiectionem, & appellationem, ac proceſſus inde factus tanquam attentata ſint reuocanda. Geminian. dict. conſ. 24. numer. 11. verſ. ad quintum.

35 Extende, quia datur appellatio ab admiſſione articulorum, tanquam repellente exceptiones partis. Rota in nou. de teſtib. deci. 8.

36 Extende è contra quia à non admiſſione articulorum releuantium datur appellatio. Rota deciſ. 5. de excep. in nou.

37 Limita, quia appellatio datur à reiectione exceptionis oppoſitæ, quod reus non teneatur reſpondere libello generali, & obſcuro, neq. litem ſuper eo conteſtari, quia ſi Iudex mandauit procedi, & reſponderi tali libello, admittitur appellatio. Gemin. conſ. 118. Ne ſuper deductis, in princ. & per totum. Caſtrenſ. conſ. 335. nu. 3. & ſeq. lib 1. & in princ.

38 Limita, quia appellatio datur à reiectione exceptionis inepti libelli etiam in cauſa poſſeſſorij, & ſpolij, quia licet non appelletur in cauſa ſpolij, & poſſeſſorij, tamen appellatur ab interloquutoria in poſſeſſorio ex qua grauamen infertur. Bal. conſ. 217. Verba libelli, nu. 2. ver. ſed quia iſtud, lib. 2.

39 Limita generaliter, quia vbicunque reijcitur probatio, vel beneficium, quod confert ius commune, ſemper admittitur appellatio, quia vbi denegatur obſeruãtia iuris communis, ibi infertur grauamen. Bal. conſ. 378. nu. 2. ver. nam ſi quis, libro 3.

40 Et ideo ſicuti datur appellatio à nimis breui dilatione, ita fortius datur à denegato termino ad probandum. Fulgoſ. conſ. 165. In quęſtione propoſita, in fin. ver. nouiſſime conſtat.

41 Limita, quia datur appellatio a pronuncia Iudicis ſuper competentia. Signorol. conſ. 129. circa fin. ver. inſuper Vicarius, vbi quod de iure Canonico, & Ciuili eſt proditum remedium.

42 Limita, quia datur appellatio a nimis breui dilatione, quia debet dari a die habitę copiæ. Caſtrenſ. conſ. 335. numer. 2. lib. 1. ver. concluditur ergo.

43 Extende è conuerſo, quia datur appellatio à ſecunda dilatione conceſſa ſine cauſæ cognitione in cauſa ſummaria, quia cum ſit nulla, & contra l. fi. ff. de ferijs, pars grauatur, & poteſt appellare. Bart. conſ. 97. In quæſtione per totum, maxime, numer. 4. & in fi. lib. 1. & conſ. 115. Quæſtio talis in fin. lib. 2.

44 Limita, quia quãdoq. appellatio ab interloquutoria datur, licet a diffinitiua non ſit permiſſa. Bal. conſ. 354. An ſtatutum prædictum, poſt med. ver. & interdum, lib. 2. Imo regulare eſt, quod quãdo non datur appellatio a ſententia diffinitiua, ſemper datur appellatio ab interloquutoria ante diffinitiuam. Innoc. in c. ſignificauerunt, de teſtib. numer. 3. ver. nota quod ab interloquutoria. Angel. conſ. 188. in princ. vbi ponit plura exempla de hoc.

45 Declara, vt procedat quando appellatio a diffinitiua denegatur ex natura cauſę, vt quia agitur de momentanea poſſeſſione, ſecus ſi non appellatur ex reuerentia perſonæ Iudicantis, quia ſi non datur appellatio a diffinitiua, multo minus ab interloquutoria. Angel. plene conſ. 188. Sed nunc videndum, in prin. & nu. 2.

46 Declara, quia vbicunque datur appellatio ab interloquutoria, id procedit ſi appellatio continet cauſam talem, quæ exiſtens vera inferret grauamen. Bald. conſ. 344. Proponitur quod, num. 3. ver. ſuper eo, lib. 2. qui loquitur in interloquutoria lata ſuper exceptione rei iudicatæ, vt non obſtante re iudicata, fiat compromiſſum, quia poteſt appellari a tali interloquutoria, ſupra num. 14.

Vide. Appellatio quando requirat cauſam exprimi. Concluſione proxima ſequente.

47 Limita, quia licet pronuncia, quod quis ſit hæres cum

res cum beneficio, vel sine beneficio legis, & Inuentarij, sit interloquutoria, maxime incidenter lata, tamen potest appellari, quia licet non decidat de toto, tamen decidit de tanto, & efficitur præiudicialis, & infert grauamen. Bald. cons. 378. Pro parte cuiusdam, in princ. lib. 3. vbi loquitur etiam si extet statutum, quod ab interloquutoria, quę possit reparari, non appelletur prout est Eugubij.

48 Limita, quia vbicunque infertur grauamen irreparabile, vel notorium, appellatur ab interloquutoria. Natta cons. 172. numer. 2. & sequent. libro 1.

49 Limita, quia appellatio à decreto exequutorialium licet sit ab interloquutoria, si tamen habet vim diffinitiuę, impedit exequutionem. Rota in nouis. part. 3. lib. 3. decis. 218. numero quinto.

50 Limita, quia valet ab abbreuiatione dilationis facta sine expressione causæ, Veral. lib. 1. deci. 38. Appellatio interposita.

51 Declara, quia vt appellatio ab interloquutoria sit legitima, decem requiruntur, quorum si vnum deficit appellatio non valet. Primo est causa grauaminis; secundo, quod causa sit legitima; tertio, quod sit vera; quarto, quod sit expressa; quinto, quod petitio, vel exceptio, non sit admissa; sexto, quod fiat in scriptis; septimo, quod ideo appellatur, quia non sit facta admissio, & hæc videtur eadem cum quinta; octauo, quod petantur Apostoli; nono, quod si appellans petierit, veniant partes instructæ; decimo, quod fiat infra decem dies, late Roma. cons. 501. Vt declarationem in prin. vbi quod non requiritur, quod appellans offerat se probaturum, & ibi prima apostil. dat con cord.

52 Deferre debet Iudex appellationi ab interloquutoria, & non deferens punitur sicut à sententia diffinitiua, late Roman. dict. cons. 501. numer. 2. ver. quibus præmissis, vbi allegat plura iura hoc probantia, & apostil. ibi in ver. punitur, dat concord

Vide, Appellationi quando deferendum. Concluf. 369.

53 Et procedit conclusio, quod debet deferre, etiã si sit dubium, an sit deferendum ob reuerentiam superioris. Roman. dict. cons. 501. nume. 2. ver. cæterum, vbi apostil. in ver. deferre, dat concordan.

54 Et potest pars petere à Iudice hoc casu, qui tenetur consulere sapientes circa delationem, & si negat hoc facere, grauat partem. Roma. d. cons. 501. nu. 2. ver. quinimo dicit Specul. vbi apostil. in ver. Speculator, dat concordan.

55 Imo Iudex si non vult deferre appellationi ab interloquutoria, tenetur exprimere causam propter quã non defert, & illam scribi facere. Roma. d. cons. 501. col. 2. ver. quæ quidem iura, & reddit rationem, quia si inique repelleret, posset puniri, secus si ex causa legitima repelleret.

56 Et processus factus erit nullus post appellationem, si contingat declarari bene appellatum Roman. dict. cons. 501. col. 2. in fin. ver. tamen processus.

57 Detulisse censetur, si admisit si & in quantum vnde transfert omnem iurisdictionem in Iudicem appellationis, ita quod si post admissionem procedat, processus est nullus, etiam si de consensu partium procedat, nisi superior causam commisisset. Roman. dict. cons. 501. nu. 4. & sequen. ver. nunc vero ad casum. Benintend. decis. prima, vbi dat cautelam in interloquutoria, vt negatiue concipiatur, non admitto, nisi si & in quantum, quia non abdicatur iurisdictio.

Appellatio quando requirat causam exprimi in appellatione, vel non. Conclusio. CCCLX.

1 APPELLATIO ab interloquutoria, requirit expressionem causarum vnius, vel plurium legitimarum, & tunc quando non sunt copulatæ, sufficit vnam iustificare. Gemin. cons. 118. in prin. c. cordi, de appellat. in 6. clem. appellanti, eod. tit.

Vide. Appellatio quando in scriptis facienda. Concluf. 357.

2 Et debet esse talis causa expressa, quæ si esset vera constaret de grauamine. Bald. cons. 244. proponitur quod, numer. 3. vers. super eo, libr. secundo, & sufficit, quod apparenter sit legitima, licet non existenter ad effectum, vt Iudex appellationis cognoscat. Castrens. consil. 237. Viso puncto, col. 2. ver. respondetur, lib. secundo.

3 Declara de stylo Curiæ, quia vnica tantum causa exprimitur, & attenditur in commissione, licet plures fuerint expressæ, & illa sola ad quam fit restrictio, est iustificanda. Geminian. cons. 118. Ne super deductis, in princip. & idem attestatur Rota in nou. decis. secunda, versi. imo nunquam, alias septima de appellatio, incip. Si appelletur.

4 Et non sufficit expressio in genere, videlicet, quod est grauatus, passusque iniustitiam, vel quid simile sed expressio debet esse specifica. Bald in l. prima, C de his, quæ pæn. nomi. Bologn. in additio. ad cons. Ioan. de Anani. 48. ver. & facit doctrina, idem Bolog. in addition. ad cons. 56. Ioan. de Anan. vers. accedat ad prędicta.

5 Extende in tantum requiri expressionem causę, vt ex non expressis non possit appellatio iustificari, clem. appellanti de appella. Fastoli dub. 43. die Lunæ in prin. vbi quod si causa expressa non subsistit, corruit appellatio. Rota in antiqui. decisio 44. nota si appelletur, alias 470. de appellat.

6 Extende in tantum causam debere exprimi in appellatione ab interloquutoria, vt non sufficiat se referre ad processum, & ad acta, Fastol. dub. 43. numer. 2. in fin. & numer. tertio versi. nec obstant leges. Rota in antiqui. decis. 44. nota, si appelletur, alias 470. de appellatio.

7 Restringe, quia sufficeret grauamen in specie, licet non specialissime. Bolognin. dicta apostil. ad cons. Ioan. de Anan. 56. ver. accedat ad prædicta.

8 Restringe, quia paria sunt, vel quod causæ ex-

primantur expreſſe in appellatione, vel per relationem ad aliquid certum, in quo cauſæ ſint expreſſæ. Alex.conſ.126. Repetitus.num.11.verſ.ſicut in ſimili.lib.6.vbi apoſtill.in ver.quandam, dat concordantes.

Vide Socin.in reg.16. Appellans ab interloquutoria, vbi quod debet cauſam exprimere,& limitat quinque modis.

9 Amplia,quia in omni appellatione interpoſita ab exequutore excedente munus ſuum, debet cauſa inferi in appellatione. Bald. conſ.428.Delegatus Apoſtolicus, in princip. libro primo, & quod debeat cauſa inferi certa, & non generalis, ad hoc, vt appellatio, vel recurſus à ſententia de exequendo rem iudicatam ſubſiſtat. Bald. conſil. 146.Quia ex facto, in princip. libro tertio. Roland. à Vall. conſ. 43. num. 6. libro 1. Caſtrenſ. conſil. 289. Ad primum reſpondetur, in princip. libro 1.

10 Extende idem in appellatione à ſententia de exequendo, quia eſt interloquutoria. Caſtrenſ. dicto conſilio 289. columna ſecunda, in princip. libro 1.

11 Amplia in omni appellatione prohibita,etiam à diffinitiua, quia ſi ſtatutum prohibet appellari, tunc non prohibet ſi ex iuſta cauſa expreſſa appelletur,quæ verificari debet. Bald. conſil. 354. An ſtatutum, circa fin. libro ſecundo. Cuman. conſilio 60. Viſis compromiſſo, numero 3. Bald. conſ.367.circa med. verſ. dico igitur, lib.1. vbi, quod quando eſt dubium, ſi exprimitur cauſa ſemper appellatur, ſecus ſi incolorate, plene Roman. conſilio 324.In propoſita,in fin. vbi apoſtill. fin. dat concord.

12 Extende in appellatione in ſpolio, quando appellans non habet aliud remedium, quia de iure Canonico, expreſſa cauſa, datur appellatio. Bald. conſ. 217. Verba libelli, in fin. verſ.aduertendum. libro ſecundo. Roman. dicto conſilio 324. in fin.

13 Extende in omni cauſa poſſeſſorij,quia de iure Canonico expreſſa cauſa appellatur. Bald.conſil. 379.Sequitur de anno Domini.num.9.verſ.ſed de iure Canonico.lib.1.& idem Bald.conſil.367. vbi, quod ſemper appellatur in dubio, ſi iuſta cauſa allegatur.

14 Extende, quia appellatio, vel nullitas vbicunque eſt generaliter prohibita ad hoc, vt admitti debeat ratione ſpecialitatis,illa ſpecialitas debet allegari, alias non valet. Cuman. conſ.60.Viſis compromiſſo.num.3.verſ.& ſi dicatur.

Vide Socin.in reg. 14. Appellans à ſententia diffinitiua, vbi ponit regulam, quod in appellatione à diffinitiua non requiritur expreſsio cauſæ, & limitat quatuor modis.

Vide etiam incertum authorem poſt regulas Soci.in reg.16. Appellatio iuſte fit,ſi Iudex reijcit legitimam exceptionem, dummodo probetur de veritate cauſę,& limitat nouem modis,in quibus non requiritur verificatio cauſæ.

15 Amplia, vt procedat, etiam ſi appellatio, vel nullitas ſit talis, quæ alias de ſui natura non requirit expreſsionem cauſæ. Bart. in l. à ſententia, in princ. in vltima quæſt. ff. de appellat. Cuman.conſ.60.num.3.verſ.reſpondeo.

16 Extende, quia hac ratione, cum appellatio ab interloquutoria ſit regulariter prohibita, vt ea admittatur, debet exprimi cauſa, tam de iure ciuili, quam de iure Canonico. Cuman. d.conſ. 60.n.3.verſ.& ea ratione.

17 Amplia in notorijs, in quibus non datur appellatio, ſi cauſa legitima in appellatione non exprimitur, quia hoc eſt regulare, quod in caſibus, in quibus non appellatur, prout ab interloquutoria, à ſententia ſuper poſſeſſorio, & ſuper notorio, bene appellatur, & datur appellatio, ſi appellans exprimit cauſam legitimam in appellatione. Roman.d.conſ.324. In propoſita conſultatione, in fin.

18 Amplia in declaratione calculatorum electorum ex forma ſtatuti Tudertini, quia debet cauſa exprimi,& fieri in ſcriptis, alias non valet.Angel. conſ.130.Viſis omnibus, in princ.

19 Amplia, quia quando appellatur ab interloquutoria,prout eſt pronuncia Iudicis competentis, debet exprimi cauſa etiam in terris Imperij, quia ius Canonicum declarans cauſam exprimi vbique, & in omnibus cauſis ſeruatur.Angel. conſ.217. In cauſa accuſationis.num.3.verſ. non obſtat.

20 Amplia in appellatione à ſententia confirmatoria laudi, & reijciente petitam reductionem, quia cum ſit dubium, an detur,vel non, ſicuti in dubio eſt deferendum appellationi, ita etiam debet admitti appellatio data cautione. Benintend. deciſ. 15.circa fin. vbi late.

21 Amplia, quia quod dicitur expreſsionem cauſæ requiri in appellatione ab interloquutoria procedit tam de iure Canonico, quam de iure ciuili. Io.de Anan.conſ. 26. num.2. & ibi Ludoui. Bologn.num.12.in apoſtil.

22 Amplia, vt ea, quæ dicuntur de appellatione ab interloquutoria, procedant etiam in recurſu ad Principem, quia cauſa ſpecifica debet exprimi, & non ſufficit generalis, videlicet, quod paſſus eſt iniuſtitiam, vel grauauit Iudex. Bald. in l. 1. C. de his, quæ pęn. nomin. Bologn. in addit. ad conſ.48.Ioann.de Anan.ver.& facit doctrina.

23 Limita, quando ſententia interloquutoria habet vim diffinitiuæ, quia tunc appellatur ſicut à diffinitiua, prout in ſententia ſuper defertione appellationis, quia infert magnum prędiudicium. Cardin. Zabarell. conſ. 72. numer. 12. ver. ad ſextum, & idem dicit Bal.conſ.344.Super eo,quod, in fin.ver.ex his.lib.1.

24 Vide tamen, an quoad alia potius attendatur natura interloquutorię, an effectus, quia habet vim diffinitiuę, vt debeat iuſtificari ex actis antiquis, non ex nouis, in ver. Sententia interloquutoria quæ dicatur. Concluſione 111. per diſcurſum.

25 Limita,quando cauſa eſt ſummaria, & ſummarie proceditur, quia tunc ſufficit appellatio ſine expreſsione cauſę, & etiam ſine ſcriptis ab interloquutoria, quia iſta ſolemnia iuris ciuilis, & poſitiui ſunt remiſſa.Angel.conſilio 267.Sequitur Franc. in cap.vt debitus.numero 27.de appellat. Oſaſch.deciſ.Pedemont.1.num.32.

Appel-

Digitized by Google

Appellare non potest non grauatus,neque a futuro grauamine appellari potelt.Concluſ. CCCLXI.

1 REGVLA eſt,quod non datur appellatio nõ grauato,quia ſine grauamine quis non appellat, ideo is, cuius non intereſt, non appellat. Alex.conſ.89.lib.1.vide ſupra.

Appellatio quid ſit. Concluſio.347.numero vndecimo.

Vide.Intereſſe non habens non auditur. Concluſio.315.

Vide.Appellatio multis caſibus non admittitur.Concluſ.402.n.15. & 16.

2 Amplia,quia non grauatus non appellat. Innocen.in cap.breui.de iur.iuran. Bald.in l.poſt ſententiam,nu.4.ver.illud eſto.C. de ſent.& interlocut.& in l. fi.num.2. ver.ſed hoc falſum. C.quan. prouoc.non eſt.neceſſ.

Vide.Appellatio friuola quando dicatur. Concluſ.397.

3 Extende, quia Iudex admittens ſi & in quantum non grauat.

Vide.Statutum circa conſilium ſapientis, vt à tali ſententia non appelletur.Concluſio. 493. numero 3.

4 Imo ſi grauaſſet,quando reuocat grauamen reponendo partem ceſſat appellatio.

Vide.Iudex à quo,quando poſſit reuocare grauamen Concluſ.460.

Vide.Appellatio ad effectum obtinendi repoſitionem datur.Concluſ.367.

5 Declara, quia ſufficit aliquale grauamen,ideo ſi lata eſt ſententia contra meum officialem, me non citato, poſſum appellare à die ſcientię propter aliquale grauamen mihi illatum. Roman. conſil.343. Ex propoſito, numer. 15. & ſeq. ver. quoad vltimum.

6 Amplia, quia appellatio à grauamine inferendo non tenet, & ideo ille, qui petit aliquid fieri, & ſi illud non fiat, appellat, non valet appellatio. Angelus conſil. 188. Sed nunc videndum, in princip. Innocent. in cap.ſignificaverunt, numer. 3. verſ. nota quod ab interloquutoria.

7 Amplia, quia appellatio à futuro grauamine non datur Geminian. conſ.102.in princip.Cardin.Zabarel.in clem.ſicut,de appellatio.Caſtrenſ. conſil. 271. Super primo, colum. 2. verſ. tamen quantum ad propoſitum, lib. 1. & conſi. 121.circa primum,in fin.lib.2.vbi quod appellatio à futuro grauamine ante ſententiam non datur, & ibi apoſtilla citat ad hoc Corne. conſil. 80. per tot.lib.1.

8 Amplia,quia etiã ſtatutum,quod poſſit quis appellare à comminatione ex ſententia interloquutoria,vel diffinitiua,non intelligitur,vt quis à futuro grauamine poſſit appellare,quia ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune.Caſtrenſ. conſ.121.in fin.lib.2.vbi apoſtilla.

9 Limita, quia valet appellatio à futuro grauamine, quando ſubeſt iuſtus timor de præſenti, clem.ſicut,de re iudic.Abb.in quęſtio.6. Ganduiphus,col.fi.circa medium,ver.& ſi diceres

10 Limita, quia valet appellatio à grauamine comminato.Angel.d conſ.188.numer.2.col. 3. in prin.ver.nec obſtat,quod ante ſententiam.

11 Contrarium Bald.in l. fi.nu 2.C.ſi reus,vel accuſatus mortuus fuerit vbi quod non valet, niſi per ſtatutum admittatur.

12 Declara, quia valet appellatio à ſententia ferenda,vt ſupra quando non poſſet reparari,tecus eſt ſi appelletur à ſententia lata, quæ eſt ferenda, quia non valet.Bald.in l.cum mulier,nu. 30. ver. ſubſequenter quæritur,ff.ſolut.matrim.Flor. in l. 2.nu. 5.ff.de probat.

13 Declara,quia ſunt opiniones, quod detur appellatio à comminatione,& quod non detur, ſed tamen diſtinguitur, aut comminatio eſt iudicialis,& datur appellatio,aut extra iudicium,& non datur appellatio,ſed potius recuſatio,quia odium & inimicitiam pariunt tales comminationes, vbi tollit contraria.Caſtren.conſ.121.Circa primum lib.2.in prin.

14 Vide eundem Caſtrenſ.d.conſ.121.col. 2. ver. ſuper ſecundo,lib.2.vbi dicit, quod ex commination facta in iudicio datur appellatio;ex commination vero facta extra iudicium datur recuſatio,non autem appellatio,& tamen vult,quod ita recuſatio,ſicut appellatio reddat proceſſum nullum,& ſententiam poſtea nullam, igitur verbalis videtur differentia.

15 Extende,qua vbicunque grauamen non poteſt reparari per appellationem, poteſt appellari à grauamine comminato, ideo valet appellatio à comminatione, vel decreto facto,quod aliquis torquendus ſit,quia tortura non poteſt reparari. Angel.d.conſ.188.in prin.ver. & hoc ſatis rationabile,plene Marſil.in praxi.§.expedita.num.69. ver.Nam in cauſis ciuilibus.

Appellare qui teneantur,& qui proſequi etiam obligentur.Concluſ.CCCLXII.

1 PROCVRATOR habens ſententiam contra, licet non habeat mandatum,niſi ad lites,tenetur tamen appellare,licet non teneatur proſequi appellationem.Caſtrenſ.conſ.136.Viſis,& cõſideratis,n.3.col.4.cum ſeq.lib.1.

2 Declara, quia ſi habet mandatum ad appellandum, & appellationes proſequendum tenetur etiam proſequi.

Vide Procurator ſimpliciter datus ad cauſam an appellet.Concluſ.838.

3 Fideiuſſor contractus, & emptor tenentur appellare, & appellationem proſequi.Caſtrenſ. conſ.136.nu.3.cum ſeq. lib. 1. vbi quod propterea fideiuſſor æquiparatur emptori, non autem Procuratori.

Appella-

Digitized by Google

Appellatio vnius quando profit alijs. Concluſ. CCCLXIII.

1 APPELLATIO vnius in actione populari prodeſt omnibus de populo,ſicuti etiam nocet omnibus ſuccumbentia vnius in eadem actione. Oldrad.conſ. 255. Contra prouiſionem. num. 3. verſ.preterea regula, & num.5. verſ. nec obſtat.

2 Amplia, vt ſententia lata contra hæredem nõ noceat legatario ſcienti, quin poſſit iuuari ex appellatione interpoſita per heredem, etiã ſi ſciuerit legatarius,& non appellauerit. Oldrad.conſil. 255.Circa fin.nu.7.vbi idem dicit in emptore, & venditore,in creditore,& debitore, & quocunque alio tertio.

3 Amplia in criminalibus,quia appellatio vnius prodeſt alteri in tantum, quod ſi ſunt plures correi criminis ſuperſederi debet exequutio contra omnes,quando vnus appellauit, & fuit admiſſa appellatio,quia omnes releuat.Clar.in §.fi.q.94. num.4.ver.quero nunquid.

4 Amplia,quia in his, quæ ſunt in eadem cauſa ab eodem iure pluribus communia, appellatio vnius prodeſt alijs,ſi expreſſe non approbant ſententiam. Bart. in l.ſi qui ſeparatim.§.fi.ff.de appellat. Ruin. conſil. 29. num. 3. lib. 4. Caſtrenſ. conſil. 94. in princip. verſic.& poſito, quod eſſet vna.lib.1.

5 Declara, quia vbicunq; appellatio vnius prodeſt alijs,intelligitur id, dummodo ſit præſens, & ſaltem ſciens, quia ſi ignoraret,non iuuaret eundem. Bart.in d.l.ſi quis ſeparatim.§.fi.in fi. verſ. approbare autem.ff.de appellat.

6 Extende,quia appellatio interpoſita per vnum ex conſortibus, & proſequuta nedum iuuat alios conſortes,qui non appellarunt,ſed etiam ſententia lata ad fauorem fratris conſortis releuat alios, qui non appellarunt. Roman. conſil. 249. In caſu propoſito.nu.4.ver.nec refragatur.

7 Contrarium tenet Alex. conſ.36. Viſo themate.n.2.ver.vel reſpondeo, & tutius.li.4. vbi vult, quod appellatio ſi tranſiuit deſerta quoad vnum, ſententia prima quoad eũ remanet firma : quoad alios vero poteſt infirmari per iudicem appellationis, & ſic poteſt quoad aliquos valere,quoad alios autẽ non,niſi dicas procedere quãdo non ex eodem iure conſortiali veniũt, vt non ſit contrarium de directo extenſioni, & ita etiam Alex. ibi videtur tenere.n.21.dum vult, quod conſors vtitur appellatione conſortis,imo appellatus vtitur appellatione appellantis, quod intellige quando ſimpliciter eſt appellatum, ſecus vero ſi in parte prejudiciali tantum, prout ſeruat Curia Romana,fuit appellatum.

8 Amplia,quando appellatio prodeſt tertio,ea poteſt proſequi quoadſe, etiam ſi ille, qui appellauit tranſegerit. Bar.in l.a ſententia.§. idemque reſcripſit.ff.de appellat.

Vide. Appellationi quando quis poſſit renunciare,vel non. Concluſ. 386.per totam, maxime num.18.& num.46.

9 Extende, quia non ſolum tertius, ſed ipſemet appellatus poteſt inuito appellante velle vti appellatione appellantis.Alex.conſ.36. Viſo themate,in fi.n.21.ver.non obſtat.lib.4.

10 An reſtitutio obtenta à minore proſit alteri conſorti minori. Bald. dicit, quod ſic in d. l. 1. num. 5. verſic. modo ego quæro. C. ſi vnus ex pluribus.

11 Amplia, quia appellatus poteſt adhærere appellationi interpoſitę per apellantem, & illam proſequi.

12 Extende etiam ſi appellans appellauerit in parte,& partibus contra ſe.Alex.conſ.75.in cauſa, & lite,in princ.lib.7.

13 Limita in vna ſententia condemnatoria plurium, quia licet ſit vnica, tamen tot ſunt ſententię, quot ſunt condemnati. Ideo appellatio vnius alijs non prejudicat, vt C. ſi plures vna ſenten.l.1.& 2. Oldrad. dicto conſilio 55. verſic. non obſtat.

14 Limita,quando alter appellauit, quia reſpectu appellantis non poteſt iuuari ex appellatione alterius. Alexand. in addit. Bartol. in d. l. ſi quis ſeparatim. §. fin. in verſic. ideo dicit. ff. de appellat.

15 Limita in criminalibus.Alex.d.addit.ad. Bart. in ver.ideo dic, allegat. Bald.in l. 1. ad fin. C.ſi vnus ex pluribus.

16 Declara iſtam materiam, vt plene per Bald. in l.1.in princ. C. ſi vnus ex pluribus,quia duo ſunt per quæ appellatio vnius alteri prodeſt,videlicet ius indiuiduum,& par cauſa, & vbi iſta duo, vel alterum non concurrit,appellatio vnius non prodeſt alteri, & intellige quando ſit condemnatio plurium in eadem ſententia,alias ſecus.

17 Limita niſi vnus approbauerit ſententiam expreſſe. Bar.in d.l.ſi quis ſeparatim.§.fin.in fi.ver. aut appellauit.ff.de appell.ſequitur Saly. in l.1.C. ſi vnus ex pluribus.

18 Extende,vt idem ſit,ſi tacite approbaſſet,videlicet,ſi per decem dies tacuiſſet ignorans,conſortem appellaſſe. Bar.d.l.ſi quis ſeparatim.§.fin. in fin. ff. de appellat. ubi dicit ſecus eſſe ſi ſciuiſſet appellationem,& tacuiſſet,quia ſciebat ius ſuum durare propter legis prouiſionem, ſequitur Saly. in d.l.1.C.ſi unus ex pluribus.

19 In prima inſtantia an proſequutio cauſę unius iuuet non proſequentem. Bald.d.l.1. C. ſi unus ex pluribus, dicit, quod ſic,quando ſumus in re indiuidua.

Appellatio quando vna,vel plures. Concluſ.CCCLXIV.

1 APPELLATIONES plures dicuntur ſi duo obligati inſolidum,unicam appellationem nomine amborum interponunt.Caſtren.conſilio 94.Poſito quod iſta eſſet.lib.1.

2 Extende, quia licet unus tantum appellet ex pluribus habentibus eandem defenſionem,& cauſam communem,tamen plures cenſentur appellationes,una uera,aliæ fictæ. Caſtren.d.conſ.94.circa prin.uer. & poſito,quod vnica.

3 Extende, ut idem ſit ſi contra eundem appellãtẽ ſit lata ſentẽtia habens plura capita, quia tot cenſentur appellationes, quot capita ſententiæ, & tot ſunt ſententię, quot ſunt capita,ideo unica ſentẽtia fingitur,quaſi plures ſint.Caſtrenſ.d.cõſ.

94

94.uerſ.& poſito quod unica.lib. 1.

Vide. Actus vnus plura facta continens quando dicantur plures.Concluſ.131.

4 Extende, quia propterea quis poteſt appellare ab vno ſolo capitulo ſententiæ continentis plura capitula, in reliquis ſententiam approbare.

Vide. Appellari quando poſſit ab vno capitulo. Concluſ. 366.

Appellationes plures ſi fiant, quæ attendi debeat. Concluſ. CCCLXV.

1 APPELLATIONES plures ſi ſunt interpoſitę,puta, prima infra quinque, quę eſt valida,& alia ſecunda infra 10. dies, quę non eſt valida, attenditur ſola prima, quia ſecunda inualida attendi non debet;& ideo inſtantia currit a die primæ validæ. Bald. conſ.425.Conſiderandi ſunt quatuor,in princ.lib.3.Oldrad.conſ.2. per totum. Caſtren. conſ. 7. In dubio præfati Excellentiſſimi.lib.1.

2 Reſtringe, vt ſecus ſit quando prima non eſſet valida,ſed ſecunda eſſet valida, quia tantum ſola ſecunda appellatio valida debet attendi,non autem prima. Bald.d.conſ. 425. in princip. verſ. ſecundus caſus.lib.3.

3 Amplia,quando duæ appellationes fuerunt ſimiles,& legitimè interpoſitę, quia prima ſola attendi debet, ex quo ſi eſt valida, euacuat effectũ omnis appellationis poſterioris,&propterea,qui primo valide appellauit, ſuperſluc appellat ſecundo loco. Bald.d.conſ.425.num.3.verſ. tertius caſus.lib. 3. Maxime quando Iudex ſuper prima dedit Apoſtolos reuerentiales,quia remanet priuatus iuriſdictione,ita,vt ſecunda non valeat.Caſtren.conſ. 7. per.totum. lib. 1.Rom. conſ. 41.In præſenti.n. 2.ver.ſecundo videndum, per totum; vbi plena apoſtill. in verb. dicendum,citat plurimos, & Roman. tollit omnia contraria de teſtamento, à quo non valet argumentum ad appellationem,ex quo appellatio non poteſt reuocari in præiudicium partis appellantis.

4 Amplia,vt idé ſit quãdo duę appellationes diſſimiles fuerunt interpoſitæ,puta, viua voce primo loco,poſtea iterum fuit appellatũ in ſcriptis,quia ſola prima interpoſita legitime viua voce attendi debet,& ab ea currunt fatalia.Bald.d. conſi. 425.num.4.ver.quartus eſt.lib. 3. Caſtrenſ. conſ. 7.per totum.lib. 1. & plenius per Roman.conſil. 41.In præſenti.num.2.& ſeq.per totum:vbi plena apoſtil.

5 Extende, vt procedat ampliatio, etiam ſi in appellatione prima viua voce interpoſita, ſit facta reſeruatio appellandi in ſcriptis,quia tunc ſi appellatur in ſcriptis, prima influit in ſcripturã, & ſcriptura veſtit primam viua voce factam, & propterea tempus currit à prima,ita quod deſeritur inſtantia à tempore primæ, non à tempore ſecundæ in ſcriptis redactæ, Bald. dicto conſilio 425. num. 4. verſic. aut reſeruauit. libro 3. Caſtren.conſ.7.In dubio præfati Excellentiſſimi.lib. 1.Roman. d.conſ. 41. column.penul.in fin.verſic. item quia ſecunda.

6 Reſtringe,vt non procedat quando appellatio eſſet facta viua voce,reſeruato iure appellandi in ſcriptis, & in appellatione in ſcriptis poſtea facta, prima appellatio eſſet reformata, quia tunc attenderetur ſola ſecunda emendans,alias ſecus. Bald.d.conſ.425. circa fin. verſ. & ideo ſi poſterior. lib. 3.

7 Amplia, vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quod appelletur infra decem dies,& quod præſentetur infra octo dies,quia ſi appelletur duabus vicibus,incipiunt octo dies, & fatalia à prima appellatione,ſi eſt valida,& quę ſola attenditur. Caſtren.conſ.7.per totum.

8 Amplia, vt procedat etiam ad effectum,vt inſtantia,& appellatio ſit deſerta, quia ſemper attenditur prima appellatio valida,non ſecunda. Bar.in l.cum Procurator.§. ſi Domini. ff. de nou. oper nunciat. Caſtren. d.conſ.7.per totum, & in fin.lib.1.

9 Contrarium tenet.Io And.quem citat Caſtren. d.conſ.7.circa fin.lib.1.& Bald.in l.appellatione. C.de appellat.

10 Extende etiam ſi prima appellatio interpoſita ſit viua voce,ſecunda non in ſcriptis, quia prima attenditur ſi valet, etiam ad deſertionem inſtantię. Caſtren.dicto conſ.7.per totum, maxime in fin.lib.1.

11 Limita, quando plures appellationes interponerentur vnico contextu, quia ſimt reputandæ pro vna tantum, etiam ſi ſint multæ. Rom. conſ. 427.nu.3.ubi apoſtill.in uer.una eſt.

Appellari quando poſsit ab vno capitulo ſententiæ. Concluſ.CCCLXVI.

1 APPELLARI poteſt ab uno capitulo ſententię,& ſententia poteſt in alijs approbari quando continet diſtincta capitula.Dyn.conſ. 26.Quæſtio talis eſt, quędam domina, in princ. Boer.deciſ.73. Videtur quod pro parte.

Vide. Sententia plura continens,quando una, uel plures.Concl. 164.

Vide. Sententia continere poteſt condemnationem,& abſolutionem eiuſdem perſonę circa diuerſa. Concluſ. 134.

Vide.Sententia poteſt in parte ualere,& in parte non. Concluſ. 165.

2 Contrarium,quod imo Iudex appellationis debeat cognoſcere ſuper tota ſententia etiam reſpectu eius partis,quę eſt contra appellatum,qui non appellauit. Bar.conſ. 150.Cum predicta examinarem,in prin.uer.in contrarium.lib.1.allegat Lampliorem.§.1.C.de appell.

3 Declarat Bar.d.conſ. 150.in princ.lib.1.ubi allegat pro utraq; parte, poſtea in uer.nec obſtat, quod ſi ſentetia eſt lata inter duos,puta, in parte pro actore,& in parte pro reo,licet reus ſolus appellet,& in parte, quæ eſt ad ſui fauorem acceptet,& petat exequi,appellatio ſua ſuſpendit totam ſententiam, etiam in parte lata ad fauorem appellantis,ſecus ſi eſſent plures conuenti,&unus ſolus ex condemnatis appellet, quia quoad alios poteſt exequi, & ita dicit procedere.l.circa.ff.de inoffic. teſtamen. ſuper qua fundatur opinio contraria.

4 Et quando dicantur ſeparata capitula, uel indiuidua,uide Ioann.de Imol conſ.144.Cæpit dubitari,in prin. ubi quod ſeparata ſunt ſi pendent à ſeparato facto,& ſeparata ratione, indiuidua uero ſi pendent ab eodem facto, & ab eadem ratione.

5 Amplia, quia poteſt etiam reſtitutio in integrum peti ab uno capitulo tantum ſententiæ, quando continet capitula ſeparata.Dyn.d. conſ. 26.num. 2.uer.item patet.

6 Amplia,quia ſi eſt ſententia continens capitula ſeparata, & quoad quędam eſt appellatum, & quoad alia tranſiuit in iudicatum, poteſt exequi quoad rem iudicatam.

Vide. Sententiæ quando, & ex quibus dicantur conformes, uel non Concluſ. 172.

7 Limita,quando Capitula non ſunt ſeparata,ſed unum pendet ab alio, quia tunc non poteſt fieri diuiſio. Dyn.d.conſ.26.nu.4.uer. contra uidetur. Boer.d.deciſ. 73. num 6. ubi declarat, quod ſunt capitula unita, & connexa, ueluti ſi eſt petitus ager Scianus, uel ſunt perita decem,& Iudex pronunciat pro parte tantum, quia tunc non poteſt ſeparatio fieri.

Vide. Indiuidua quę eſſe dicantur. Concluſio.101.

8 Ratio eſt, quia indiuidua non poſſunt pro parte impugnari & pro parte acceptari.Ang. conſil. 303.Viſa dicta ſcriptura, per totum.

9 Item, quia indiuidua ſeparationem non recipiunt. Bald.conſ.242.Super primo.nu.2. uerſ.ſuper ſecundo.lib.1.

10 Declara, quia indiuiduum dicitur capitulum quando una ſententia eſſet in decem,alia in uiginti,quando præceſſit petitio de uiginti. Boer. deciſ.73.num.6.

11 Contrarium tenet Barbat. conſ. 10. per totum lib. 1. ubi quod tres conformes mandantur exequutioni in minori ſumma, in qua ſunt conformes,idem tenet Afflict.deciſ.362.Fuit maximę, per totam: ubi quod duę ſententię in caſibus, in quibus faciunt rē iudicatā ſunt exequendę: licet una contineat decem,alia uiginti,quia in minori ſumma ſunt concordes.

Vide. Sententię quando, & ex quibus dicantur conformes.Concluſ.172.n.7.& ſeq.

Appellatio ad effectum obtinendi repoſitionem datur, & quando. Concluſ. CCCLXVII.

1 APPELLARE debet pars, cui præfixus eſt nimis arctus,& breuis terminus à breuitate termini, alias ſibi imputatur. Bald.conſ. 92. Quædam ſententia,in fi. lib.1.

2 Et ideo appellare poteſt ab omni grauamine, ut reponatur aduerſus grauamen,iuxta not. in l. quod iuſſit. ff. de re iudicat. vbi Bartol. & alij dicunt, quod repoſitio non fit niſi bis, ut ibi Ripa num. 38. ſed in Curia Romana fit pluries,donec Iudex deliberet.

Vide. Iudex à quo quando poſſit reuocare grauamen. Conconcluſione 460.

Vide. Appellationis delatio quid operetur, & quid ſit. Concluſione 370. maxime numero ſecundo,& ſequen.

Appellatio quando interponenda a denegatione admiſsionis appellationis. Concluſ. CCCLXVIII.

1 APPELLANS à ſententia diffinitiua, vel interloquutoria expreſſa ſi Iudex non defert non eſt neceſſe appellare à non delatione, quia non eſt nouum grauamen, ſed totum grauamen reſidet in ſententia expreſſa,ita videtur à ſimili,licet alio caſu ſoquatur.Caſtren.conſ.325. Viſa appellatione.nu.6.lib.1.

2 Limita in tacita interloquutoria, per quam reijcitur aliqua exceptio, quia ſi denegatur appellatio infertur nouum grauamen, ideo poteſt appellari,vide ſimile per Caſtren.d.conſ.325.nu. 6.lib.1.

Vide. Appellatio quando, & in quibus neceſſaria. Concluſione 391.

Appellationi quando, & qualiter deferendum. Concluſ. CCCLXIX.

1 APPELLATIONI debet deferre Iudex quando appellatur à diffinitiua, quia nedū defert, ſed etiam præcipit,quod deferatur per Iudicem.text.in c.cum appellationibus, de appel.in 6.Lap alleg.2.nu.4.ver.non remanſit.

2 Extende in tantum,quia Iudex deferens etiam appellationi friuolæ non debet reprehendi, quia ex nouis actis ſententia, quantumcunque iuſta poterit retractari. Cardinal. Zabarel. conſil.32.num.4.

Vide Concluſionem proximam ſequentem:vbi plenius.

3 Amplia etiam ſi Iudex ex ſententia diffinitiua non grauet, quia tenetur deferre.cap. fraternitatis,de teſtib. Lap. alleg. 2. num. 3.verſ. appellationi autem.

4 Amplia, quod in dubio appellationi ſemper eſt deferendum propter reuerentiam ſuperioris. Feder. de Sen. conſil. 187. Caſus talis eſt Dominus, in princ. vbi quod ſi eſt friuola appellatio, non defertur,ſi legitima,defertur,ſi dubia,in dubio eſt deferendum. Bald. conſ. 428. Delegatus Apoſtolicus. num. 3. ver. puta, quando appellatio. lib. 1. Deci. conſ. 356.In cauſa Dominę Mariæ.num.2.

5 Cauſę autem,ex quibus eſt deferendū appellationi, ſunt ſufficientes, quando ſufficerent ad reuocandum ſententiam, ergo multo magis ad inducendam delationem appellationi. Federic. de Sen. dicto conſilio 187. circa med. verſic. ſed videamus.

6 Amplia, quia debet deferre etiam appellationi ab interloquutoria legitime interpoſita, & non

Digitized by Google

non deferens punitur, ſicuti quando non defert appellationi à diffinitiua. Roman.conſ.501.num. 2. ver. quibus præmiſſis: vbi apoſtilla in ver. punitur.

7 Amplia,quia Iudex non deferens appellationi, niſi ſi & in quantum, dicitur detuliſſe tacite ob reuerentiam, ſed non detuliſſe expreſſe, & ideo ſunt Apoſtoli mixti, qui deferunt, ſi eſt deferendum, & retinent iuriſdictionem quatenus eſt retinenda, & ideo dicuntur Apoſtoli delatiui, quia cognitionem transferunt in ſuperiorem. Bal.conſil.428.Delegatus Apoſtolicus, circa med.nu. 2. verſ.ſed vltra hoc,vſque in fin.lib.1.

8 Amplia, quia delatio appellationi à diffinitiua operatur,quod Iudex non poteſt reuocare delationem, quamuis delatio ſit interloquutoria. Card.Zabar. conſ. 32. verſ. ad ſecundum, & per totum, vbi late.

9 Extende etiam ad effectum exequendi, quia non poteſt reuocare delationem ad effectum, vt exequatur ſententia, quę mereatur exequutionem. Cardin. d. conſ.32. nu.2.&ſeq. ver.ad ſecundum.

10 Extende idem, ſi deferat appellationi interloquutoriæ,quia non poterit reuocare.Card.Zabarell.d.conſ.32.num.3.& ſeq.

11 Extende etiam ſi Iudex detulerit appellationi friuolæ, & errauit in iure, quia non poteſt reuocare,Card.Zabarell.d.conſ. 32.nu.5.

12 Reſtringe, quando deferendo erraſſet in facto, ſecus ſi in iure.Card.Zab.conſ.32.nu.5.

13 Amplia,quia delatio appellationi priuat Iudicem à quo, omni iuriſdictione ſaltem ſub conditione ſi Iudex ad quem voluerit. Card. d. conſ. 32.num. 5.

14 Limita in ſententia non diffinitiua, ſed interloquutoria, quia ſi eſt friuola,non debet deferri, ſi tamen fuerit delatum, Iudex deferens non poterit procedere.Fed.de Sen.conſ.163.circa fi.n.3. ver.non obſtat.eod. tit. cap.ſuper eo. Benintend. deciſ.1.vbi late, quod Iudices practici non deferunt niſi ſi & in quantum, & ſic vtuntur verbis negatiuis quando appellatur ab interloquutoria; licet Felin.in cap.cum contingat,de offic.delegat. videatur indiſtinctè tenere, quando ſimpliciter non eſt delatum, ſed cum clauſula, ſi & in quantum defert, vide omnino Bald. declarantem verba illa, non detulit niſi ſi & in quantum: vbi quod cenſentur dati refutatorij, & reuerentiales, & ſic delatiui Apoſtoli.conſ. 428.Delegatus. lib.1.

Vide. Appellationis delatio quid operetur. Concl.prox.ſeq in princ.& num.3.& ſeq.

15 Declara,quia ex admiſſione facta per Iudicem ſi & in quantum de aliquo pars non poteſt dici grauata,ſi nõ datur appellatio,quia illa dictio,ſi & in quantum,non ſuſpendit,ſed intelligitur concelſum de præſenti id quod de iure conceditur. Bart.in l.ſi quando, in princ. vbi Imo.ff.de leg.1. & quod non grauet aliquem. Corne. conſ. 180.li. 1.plenius Roman.conſ. 501. Vt declarationem. num.4.& ſeq.vbi quod cenſetur delatum,& num. 5.ver.certum,vbi quod iſta delatio eſt interloquutoria,quę non valeret ſub conditione,ſi &in quantum,niſi conditio eſſet de præſenti,& exiſtens quo caſu valet.

Vide.Statutum circa conſilium ſapientis.Concluſ.493.

16 Vide tamen Roma. conſ.501.Vt declarationẽ. vbi. num.2. dicit, quod appellationi ab interloquutoria Iudex debet deferre, quando eſt legitima,etiã ſi eſſet dubiũ,& quod ſi non defert in caſu, in quo debuit deferri punitur,&debet in caſu non delationis,in ſcriptis exprimere cauſam,quare non defert vt appareat, an ex cauſa legitima, vel inique non deferat.

Vide,& declara,vt in ver.Appellatio ab interloquutoria, an admittatur,& quando. Concluſ. 359.num.51.& ſeq.

17 Limita quando appellatio eſt reprobata, vel ratione formæ, vt quia debuit appellari in ſcriptis,& cum inſertione cauſæ, & non fuit factum, quia tunc Iudex poteſt nolle deferre, & non dicitur negligere deferre,ſi non defert,quia non tenetur,ex quo apppellatio eſt nulla.Bald.d.conſ.44. Ad euidentiam,in ſi.lib.3.ſuper 7.

Vide.Clauſulę iudiciorum diuerſę,& quid operentur. Concluſ. 361.

Appellationis delatio quid operetur, & quid ſit, & qualiter probetur.Concluſ. CCCLXX.

1 IVNEX deferens appellationi abdicat à ſe omnem iuriſdictionem. Lap.alleg. 2. num. 2. ver. ſecundo quia. Cardin. Zabarell. conſ. 32.In deciſione. ver. ad ſecundum quęſitum, cum ſeq. Roma.conſ.501.Vt declarationem.num.7.vbi dicit * communem, & loquitur quando fuit delatum ſi & in quantum ab interloquutoria, quia tantum abdicat à ſe omnem iuriſdictionem, vt proceſſus poſtea factus ſit nullus.

2 Et ideo poſt delationem factam non poteſt reuocare grauamen,neque reponere partem, ſecus ſi non detuliſſet appellationi.Bald.in c. cum ceſſante.num.9.de appellat.

3 Amplia etiam ſi deferat appellationi ab interloquutoria,quia priuat ſe omni iuriſdictione per delationem.Lap.alleg. 2.num.3.in fi.cap. dilecti. cum gloſſ.de appellat.Feder.de Sen.conſ.192.nu. 2.col.2.ver.ſecundo membro principali:vbi quod transfert illam in Iudicem ad quem. Card. Zabarell.d.conſ.32.num.3. & ſequen. Roman. dicto conſ.501.num.7.

Vide plenius. Appellationi quando deferendum. Concluſione proxima præceden. num. 2. & ſequen.

4 Declara,quia ſi defert quatenus de iure quando appellatur ab interloquutoria, tunc non abdicat iuriſdictionem à ſe. Angel. conſ.217. In cauſa accuſationis. num. 4. in fine. verſic. nec obſtat. Felin. in cap. cum contingat. num.12. de offic. delegat.

5 Contrarium, quod deferendo appellationi ab interloquutoria,ſi & in quantũ, abdicat a ſe omnem iuriſdictionem,in tãtum quod proceſſus poſtea factus ſit nullus etiam ſi de cõſenſu partium proceſſit,niſi Princeps contulerit de nouo iuriſdictionem,tenet Roman.d. conſ. 501. nu.7. vbi dicit * communem.

Declara,quia Iudices practici concipiunt verba

Digitized by Google

ba negatiua,quando ab interlocutoria appellatur.Benincen.deciſ.1.per totam.

Vide Concluſionem proximam præcedentem, num.14.

6 Amplia,vt procedat ſiue deferat expreſſe, ſiue etiam tacite,puta, per denegationem Apoſtolorum,vel quia noluit admittere probationem cauſæ appellationis,quam volebat appellans probare coram eo.Feder.de Sen.d.conſ.192.nu.2. ver. ſecũdo mẽbro princ.& latius n.3.ver.ex his autẽ conſequutiue,vbi ponit diuerſitatem, quia deferens expreſſe priuat ſe omni iuriſdictione, & transfert illam in Iudicem ad quem, ſi vero tacite per denegationem Apoſtolorum non transfert niſi concurrat,quod fuerit legitime requiſitus de Apoſtolis,& non fuerit impeditus Iudex.

7 Amplia,quia licet Iudex deferens appellationi non eſſet vere Iudex in negocio principali,tamen ſi erat in poſſeſſione iuriſdictionis tempore delationis,transfert cognitionem negocij principalis in Iudicem ad quem. Feder. de Sen. d. conſ. 192.col.2.ver.in tertio,& vltimo caſu.

8 Extende, vt imo delatio transferat negocium principale etiam ſi Iudex à quo non haberet iuriſdictionem, ſi duo concurrant,quod ſit appellatio iuſtificata,& Iudex appellationis poſſit adiri per ſimplicem quærelam per partes.Feder.de Sen. d. conſ.192.in fin.ver.item quia illa.

Vide Maſcard. Concluſio. 119. Appellationis delatio quomodo probetur,vbi quod Iudex recipiens appellationem,vel benigne audiens appellantem cenſetur admittere,vbi plures modos admiſſionis ponit.

9 Amplia etiam ſi appellatio eſſet friuola,quia Iudex deferens friuole appellationi priuat ſe omni iuriſdictione.Feder.de Sen.conſ. 163. circa fin.nu.3.ver.non obſt.eod.tit.c.ſuper eo.

10 Et nedum Iudex deferens friuole appellationi, priuat ſe iuriſdictione, ſed etiam cognitione negocij principalis, & transfert eam in Iudicem ad quem.Feder.d.conſ.192.circa fin.nu.3.ver. differunt autem.

11 Amplia,quia delatio appellationi operatur,vt appellatio ſit legitima, etiam ſi non ſint petiti Apoſtoli,qui ex forma ſtatuti debuiſſent peti,etiã ſi eſſet interpoſita,omiſſo medio, & debuiſſet interponi ad certum Iudicem,quia delatio conſolidat appellationem defectuoſam in forma. Bald. conſ.99.Statuto Ciuitatis,in prin.lib.3.

12 Limita,ſi nullam habuiſſet primus Iudex à quo iuriſdictionem negocij principalis,neque eſſet in poſſeſſione,quia tunc ex ſua delatione non transfert cognitionem negocij principalis.Feder.dict. conſ.192.col.2.ver.ſecundo caſu, vbi reddit rationẽ,quia non poteſt trãsferre in alium id,quod non habet.

13 Delatio appellationi fieri poteſt expreſſe,& tacite.Bald.in c.cum ceſſante,n.9.& ibi Deci.nu.18. de appellat.

14 Expreſſe fit delatio quando Iudex à quo dixit, appellationem recipio.Franch.in c.ſæpe, num.4. poſt.Imol.de appell.

15 Vel ſi in actis ſcriptum reperitur, quod Iudex benigne recipit appellationem. Abb.in c.oblate, num.2.de appell.

16 Vel ſi à diffinitiua Iudex admiſit, ſi & in quantum,in caſu appellabili.Benintend.deciſ.1.

17 Tacite defert, quando conceſſit Apoſtolos dimiſſoriales, vel reuerentiales. Ioan. Monach. in c.1.in princ. numer. 8. de appell. in ſexto. Deci. in c.cum ceſſante,num.18.poſt Bald.nu.9. de appell.Rota in nou.deci 8.eod.tit.

18 Diſtingue tamen, quia plus operatur delatio expreſſa,quam tacita,quia ex expreſſa delatione ab interloquutoria Iudex priuatur cognitione negocij principalis.Benintend. deciſ. 1. circa fin.& per totam,ſecus ex tacita.Feder.de Sen.conſ. 192. per totum.

19 Quid ſi tacuit Iudex,an cenſeatur detuliſſe,vel non,dic regulariter,quod cenſetur deferre; ratio eſt,quia grauat non reſpondendo, & ſic iuſtificat appellationem.Bart.in l.eius,qui, ff. de appellat. recip.

20 Contrarium,quod imo cenſeatur dediſſe, vel refutatorios,vel terminum iuris, ita vt ſi appellans non reuertatur, tranſeat deſerta. Anchar. conſ.224.nu.3.& ſeq.

21 Declara, quia ſi mala eſt appellatio reſpectu formæ,vel prohibita,Iudex tacendo cenſetur dare refutatorios,ſi bona,& permiſſa,reuerentiales. Bal.conſ.44.in fi.lib.3.

22 Delatio appellationi duplex eſt,& ſumitur duplici modo,vno modo reſpectu Iudicis à quo,quia quando appellatur ab eo,debet deferre, vel non deferre prout de iure,ſed ſi appellatur ab interloquutoria, vel grauamine,ſi quidem ſibi conſtat, quod grauauit, non debet deferre, ſed debet reponere partem,& grauamen reuocare, ſi vero nõ grauauit,pariter non debet deferre, & ſic appellationi ab interloquutoria nunquam defert bonus Iudex.Caſtrenſ.conſ.237.Viſo puncto,in principio.lib.2.& concord.Bart.conſ.220.num.2.ver. ſuper ſecundo,lib.1.

23 Alia eſt delatio, quam facit Iudex ad quem, prout ſi committitur appellatio ab interloquutoria, Iudex ad quem debet videre, an ſit appellatum in ſcriptis,& cauſa legitima expreſſa, quæ ſi vera eſſet,diceretur legitima,& ſi hoc factum eſt, ſufficit, quod apparenter ſit legitima appellatio, licet non exiſtenter, vt procedat,& iſta eſt delatio,quæ fit à Iudice ad quem,quando incipit procedere, vel pronunciat appellationem deuoluere,& licet iſta non ſit proprie receptio, vel delatio appellationi,prout in Iudice à quo,tamen bene accõmodatur etiam Iudici ad quẽ,quia ſi apparenter non eſt legitima,debet remittere Iudici à quo,& ſic nõ deferre,ſeu nõ recipere, Caſtrenſ. d.cõſ.237.col.2.ver.ſecundo poteſt præſumi.li.2.

24 Et datur appellatio ab iſta pronuncia, quod appellatio deuoluat, ſeu quod ſit procedendum in cauſa appellationis. Caſtrenſ. d. conſ. 237.col.3.in prin.lib.2.

Vide. Appellatio ad effectum obtinendi repoſitionem datur,& quando.Concluſio.367.

Vide.Iudex à quo quando poſſit reuocare grauamen.Concluſio.460.

Appellatio quando deuoluat negocium principale ad ſuperiorem. Concluſio. CCCLXXI.

1 APPELLATIO iuſta,& vera deuoluit negocium principale cum ſuis acceſſorijs, & depen-

Digitized by Google

dependentis ad Iudicem appellationis tanquam ad maius tribunal, & ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis inferioris. Feder. de Sen. conſ. 248. Caſus talis eſt. Bertrandus in princ. Roman. conſ. 41. In præſenti. num. 4. vbi quod parit appellatio duos effectus reſciſſionem ſententiæ, & deuolutionem cauſæ, vbi apoſtill. in ver. effectus, citat Abb. in cap. dilecto. num. 9. verſ. ratio prædictorum, de appell.

2 Amplia, quia appellatio etiam à grauamine, & ab interloquutoria deuoluit negocium principale, quando fuit iudicatum ſuper grauamine male iudicatum. cap. vt debitus, de appellat. Ancharan. conſilio 372. Pro declaratione. num. 10. Roman. conſil. 362. Quoad primum num. 2. ver. quoad ſecundum, allegat deciſ. 23. de reſcript. in nou. alias 238. & ibi apoſtil. dat concord. Aegid. deciſ. 419. Si Auditori. Boer. deciſione 257. Sed quid ſi appelletur, & eſt 1. apoſtill. in ver. 627. & Rom. & Rota dicunt, quod negocium eſt ſub conditione deuolutum, ſi pronunciatur bene appellatum, alias negocium ad Iudicem à quo remitti debet.

3 Declarat eadem prima apoſtill. ad Roman. d. conſil. 362. in ver. 627. quod nunquam, vel raro dicta deciſio Rotæ habet locum in Curia, quia ſemper in commiſſionibus appellationum conſueuit apponi de ſtylo, clauſula, quam, & quas, quę facit deuoluere totum negocium.

4 Extende, quia Index appellationis à grauamine, omiſſo articulo grauaminis, poteſt de conſenſu ambarum partium pronunciare ſuper negocio principali. cap. vt debitus, de appellat. cap. 1. §. poſt hoc, de appell. in 6. qui licet loquatur in * Papa; tamen * Doctores extendunt etiam ad alios Iudices.

5 Et ſufficit etiam tacitus conſenſus partium. Bart. in l. 1. num. 12. ff. de iudic. Maria. Socin. in c. ſignificaſti. artic. 6. queſt. 1. nu. 37. de for. compet. * vbi de * communi.

6 Et ſatis eſt, quod pars citata non opponat declinatoriam, vt tacitus conſenſus inducatur. Socin. dicto cap. ſignificaſti. artic. 6. num. 37. de for. competen. Menoch. de recuperan. in 1. remed. nu. 163. Iaſ. conſ. 21. num. 10. libro 1. Natt. conſ. 252. num. 7. lib. 2.

7 Extende, quia imo de conſenſu ſolius appellati poteſt reuocato grauamine pronunciare ſuper negocio principali. Abb. Imol. & alij in cap. vt dilectus. col. fin. vbi Franc. num. 49. & 51. verſic. quinto quęritur, de appell. qui loquitur etiam inuito appellante.

8 Extende, quia etiam omiſſo articulo grauaminis, & inuito appellante poteſt cognoſcere de negocio principali, quando Iudex à quo detulit appellationi. Innoc. Ioan. Andr. Gemin. Imol. & Abb. quos refert, & ſequitur Franc. d. c. vt debitus. n. 51. ver. ſecunda concluſio, de appell.

9 Et quod ſi eſt appellatum ab interloquutoria, & Iudex appellationis pronunciat bene appellatum, licet remoueat grauamen illatum, tamen negocium principale remaneat penes Iudicem appellationis, & non reuertatur ad Iudicem à quo. Bart. conſ. 220. Appellatum eſt. num. 2. verſ. ſuper ſecundo. lib. 1. quod eſt Bart. & Angel. de Amelia, & reddit rationem, quia remotio impedimenti ſi fuiſſet facta à Iudice à quo, vt quia repoſuiſſet bene reduxiſſet negocium ad illum, ſed ex quo alius fecit, ſibi imputet, & ita declarat etiam Caſtrenſ. conſilio 237. Viſo puncto, in principio, libro 2.

10 Limita, quia non reuocato grauamine regulariter Iudex appellationis non conſequitur iuriſdictionem in negocio principali. Vant. tract. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. nu. 61.

11 Extende, quia Iudex, qui eſt deputatus ad cauſas appellationis, & qui non poteſt adiri per viam querelę, non poteſt etiam de conſenſu ambarum partium non reuocato prius grauamine pronunciare in meritis cauſæ, quia diceretur vt Iudex prorogatus pronunciare. Franc. dicto capit. vt debitus. numero 53. de appellat. Bald. in l. teſtamenta omnia. numero 3. verſ. item facit hęc lex. * C. de teſtam. vbi Alex. & Corn. & Iaſ. qui * communem atteſtatur in l. ſi per errorem. num. 7. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Deci. dicto cap. vt debitus. num. 27. in fin.

12 Reſtringe, quando primus Iudex detuliſſet appellationi à grauamine, quia tunc Iudex appellationis poteſt pronunciare ſuper negocio principali, ſiue partes conſentiant, ſiue non, quia etiam negocium dicitur deuolutum Iudici ad quem. Franc. dicto cap. vt debitus, numero 51. verſ. ſecunda concluſio, de appell. cap. cum appellationibus, de appellat. in 6. Angel. & Imol. in l. conſtitutiones, de appell. Bald. in l. 1. num. 10. de confeſſ. quem refert, & ſequitur Aufrer. ad Cappell. Tholoſan. quęſt. 176. column. ſecunda. Put. deciſione 103. libro tertio. Cardin. Zabarel. clement. prima. numero 16. de appellat. plene Iacob. à Sancto Georgio. in l. & poſt edictum. §. ſciendum. n. 6. ff. de iudic.

Vide. Deuolutio appellationis ad Curiam ex quibus inducatur. Concluſ. 230.

Vide. Deuolutio appellationis extraiudicialis. Concluſione 231. & Concluſione ibi proxima ſequente.

Vide. Apppellatio extraiudicialis quando deuoluatur. Concluſ. 374.

Appellatio locorum inferiorum Baronum deuoluitur ad ſupremum ſuperiorem. Concluſ. CCCLXXII.

1 APPELLATIO locorum, qui ſunt de Baronia Montiſpeſſulani deuoluitur ad Regem, & Dominum ſuperiorem Ciuitatis, ſub qua eſt Baronia, non autem ad ipſum Baronem de iure communi. Oldrad. conſilio 161. Thema tale eſt, orta materia. numero ſexto. verſ. ad ſecundam.

2 Extende, quia regula eſt iſta, quod ſemper Dominus remanet cognitor cauſarum appellationis ſui vaſſalli, quando in conceſſione fœudi expreſſe non remiſit, plene Natt. conſ. 614. Duæ ſunt clauſulæ. num. 5. ver. clarum eſt autem.

Vide. Appellatio de vno ad alium quando arguat ſubiectionem. Concluſ. 349.

3 Amplia, quia multæ ſunt cauſæ de maioribus, quę de ſui natura cognoſci debent per ſupremum Dominum, non autem per fœudatarium, ſeu vaſſallum, de quibus

Vide . Fœudatarius quid poſſit circa ſubditos, Concluſ.122.

Vide etiam in ver. Fœudatarius eſt vtilis dominus. Concluſ.108.

4 Limita niſi eſſet receſſum à iure ex vſu, vel conſuetudine, vel alias. Oldrad. d. conſ.161.num.7. ver.nec receſſum.

Vide plenius in ver.Fœudi Dominus in quibus exerceat iuriſdictionem. Concluſ.210.

Appellatio extraiudicialis qualiter interponenda ſit, vt releuet. Concl.CCCLXXIII.

1 APPELLATIO extraiudicialis poteſt fieri coram honeſta perſona, ſed debet intimari per appellantẽ ipſi appellato infra mẽſem,alias non arctat,neq; valet.c.cauſam,de elect. in clem. Feder.de Sen.conſ.248.verſ.item per iura noua, quod procedit in beneficiali, ſecus in profana cauſa, vt inquit Lap. alleg.39.num.3.

2 Contrarium tenet Gemin.conſ.91.nu.4. & ſeq. verſ.ſecundo excluditur; vbi quod appellatio extraiudicialis, licet debeat intimari infra menſem appellato. clem.cauſam,de elect.tamen intimatio fit ſolum ad effectum deuolutionis ad Curiam, ideo ſi non eſt intimata non deuoluit ad Curiam, ſed bene habet effectum ſuſpenſiuũ,& omnes alios effectus,ita quod facta fide de ea,Iudex non poterit procedere, & omnia poterunt reuocari tamquam attentata, & loquitur in cauſa beneficiali.

3 Amplia, quia appellari poteſt etiam, vbi appellans timet ſibi prꝫiudicari ex facto tertij. Gemin.conſ.117.in fin ver.ſed vbi quis.

4 Appellatio extraiudicialis, quia eſt quædam citatio debet eſſe certa, & non alternatiua, vel vaga cum diſpendio alterius.Rom. conſ. 360.Circa propoſitum.num. 3.

5 Declara,quia niſi ſubeſſet iuſta cauſa dubitandi, valet alternatiue facta ad Concilium, ſi voluerit cognoſcere, alias ad Papam. Roman. dicto conſilio 360. in princip. vbi 1. apoſtill. dat concordan.

Vide ſupra. Appellatio coram honeſtis perſonis, quando valet.Concluſ.351.

6 Et quæ dicatur appellatio iudicialis, & quę extraiudicialis.Oldrad.conſ.18.Circa primum,ver. ad quartum, & ver.ad quintum.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad Curiam. Concluſ. CCCLXXIV.

1 APPELLATIO interpoſita à prouiſione facta per Ordinarium reprobato appellante de ſui natura deuoluit ad Curiam cognitionem, ſecus ſi tantum Ordinarius reiecit appellantem, & prouiſionem alteri non fecit, quia in partibus poſſunt Iudices impetrari. Oldrad.conſ. 18. ver. ad ſextum.

Vide in ver.Appellatio quando deuoluat negocium principale. Concluſ.371.

Vide.Deuolutio appellationis ad Curiam.Concluſ.232.& ſeq.

2 Declara, quia appellatio extraiudicialis deuoluit cauſam ad Curiam Romanam, quando eſt legitime intimata, ſi vero non eſt intimata non deuoluit ad Curiam, ſed bene ſuſpendit, & habet alios effectus præter deuolutionem, ac ſi eſſet intimata, ita quod facta fide de appellatione, Iudex à quo nihil poteſt facere,alias reuocabuntur omnia,tanquam attentata.Gemin.conſ.91. nu.4. & ſeq.ver.ſecundo excluditur.

3 Modus intimandi eſt, quod mittatur appellato cum intimatione inſtrumentum publicum appellationis, quia aliter non tenetur credere. clem. cauſam, de elect. Roman. conſ. 336. Circa propoſitam.num.6,vbi apoſtill.in ver.illegitima, dat concord.

Vide. Intimatio vt dicatur legitima, quæ requirantur. Concluſ.338.

Vide.Intimatio quando, & quibus facienda. Concluſ.340.

4 Et quando appellatio extraiudicialis eſt alternatiue interpoſita; puta, ad Concilium, vel Papam, tanquam incerta non releuat, quia huiuſmodi intimatio eſt loco citationis, quæ debet eſſe certa, ſi tamen poſt intimationem incertam habuit intimatus certitudinem deuolutionis factæ ad Concilium, tunc ſufficit, & poteſt procedi per audientiam contradictarum, etiam non obſtante procuratore, qui non voluit exhibere mandatum. Roman. conſilio. 360. Circa propoſitum, numero 4. vſque in fin. ver. quoad ſecundum.

Vide. Appellatio ad quem debet fieri. Concluſ. 352.num. 61.& ſeq.

5 Declara, quia non ſimpliciter admitteretur, quod facta intimatione nullã habuerit intimatus notitiam cauſę deuolutę, quia ſine ſanatoria Principis forte non admitteretur.apoſtill.ad Roman. dicto conſilio 360. in ver. Sufficiens eſt, vbi quod in Gallia non reciperetur hæc concluſio.

6 Contra declarationem tenet idem Roman. loquens in citatione conſil.410. Vt clarior.numer. 2.ver.ſecundo quod quamuis, vbi plena apoſtill. fin.in ver.emanans, dat concordan.plures, quod licet citatio non ſit legitima,ſi tamen citatus habuit notitiam, arctat citatum, ſicuti ſi eſſet legitima, & ſequitur apoſtil.ad Caſtrenſ. conſ. 12. in principio.libro 1.in ver. quę ipſum arctat,& rurſus in conſilio 430.eod.libro primo, in fin. verſic. non fuit.

Vide. Deuolutio appellationis extraiudicialis ex quibus inducatur. Concluſ. 231.

Appellatione pendente nihil eſt innouandum. Concluſ. CCCLXXV.

1 APPELLATIONE pendente nihil eſt innouandum, quod intellige, quando appellatur à diffinitiua, quia ius defert. Feder. de Sen. conſil.163.num. 3. verſ. non obſtat quod appellatione interpoſita. Ioann. de Imol. conſ.130. Incaſu præmiſſo.numer.6.ver. circa tertium. Aegi. Bellam.conſ. 18.num.3.Roman.conſ.249.In caſu propo-

Digitized by Google

propoſito.num.3.ver.certum autem, vbi apoſtill. in ver.innouari.

Et procedit tam ex parte appellati, quam ex parte appellantis. Socin.reg.23.Sequeſtratio fructuum,in 3. fallentia.

8 Declara, quia intelligitur nihil innouari in prejudicium, quod directe fieret alteri ſuper eo, ſuper quo fuit appellatum,videlicet circa præiudicium litis, circa abſolutionem, vel condemnationem,vel proceſſum,aut poſſeſſionem, non autem circa ius deductum in lite, quia datur aliud remedium.Ægid.conſ.18.n.8. cum ſeq.

9 Et ideo appellatione pendente non poſſunt fieri interrogatoria prèparatoria reſpicientia cauſam appellationis coram alio Iudice.Rom.d.conſil.249.In caſu propoſito, maxime n.3.& per tot. vbi reddit rationem, quia actus eſt fruſtratorius, item quia eſt in præiudicium litis, & quia vbi cœptum eſt iudicium, ibi eſt finiendum, item quia continentia cauſarum non debet diuidi.

4 Declara, vt procedat dummodo appellatio ſit aliqua,ſecus ſi nulla. Bald. conſ. 367. Ad euidentiam prèmittendum.lib.1.

5 Amplia, vt procedat etiam in appellatione interpoſita à ſententia lata ab exequutore ſuper acceptatione,& prouiſione expectantis,quia appellatione pendente à diffinitiua eſt ſuperſedendum ab vlteriori acceptatione, quia pendebit acceptatio à futuro euentu. Feder. de Sen. conſ. 187. in fin.ver.prèterea contenta.

6 Amplia, vt procedat etiam quando eſt dubium, an appellatio ſit valida, quia non debet fieri exequutio, vel innouatio. Bald.d.conſ.367. circa med.vſque in fin. ver. interdum eſt dubium. libro 1.

7 Amplia etiam ſi appellatio ſit ab interloquutoria, vel granamine, quia poſt inhibitionem nihil eſt innouandum, & inducuntur attentata. Aegid. Bellam.conſilio 18. numero 2. & plenius numer. 3.

8 Amplia, quod dicitur de appellatione pendente, quod nihil ſit innouandum, nec danda exequutio, idem ſit in reſtitutione in integrum pendente. Io.de Imol.conſ.130.In caſu prèmiſſo.n.6. verſ. circa tertium.

9 Amplia idem pendente nullitate, quia nihil eſt innouandum, prout dicitur de appellatione. Io. de Imol.conſ. 130.num.6.& num.7. vbi dicit hoc procedere, ſi iudicium nullitatis præcedit iudicium exequutionis.

10 Limita, quia appellatione pendente non debet quis poſſeſſione ſua priuari.

11 Extende, vt procedat etiam ſi talis poſſeſſio ſit habita prætextu priuilegij, quod redarguitur de falſo,vel nullitate,aut alio vitio,quia adhuc poſſidens, debet continuare, quia litispendentia, & impugnatio non tollit, quin ſit facienda continuatio. Abb. conſ.3. Nitar.col.17. in princ. verſ. item ſoluitur. lib. 2.

12 Limita in appellatione ab interloquutoria,quia magis ſtatur proceſſui,quam appellationi. Feder. de Sen. conſ.163.In Chriſti nomine amen. nu. 3. verſ. non obſtat, quod appellatione, vſque in fin. vbi ponit rationem diuerſitatis.

13 Extende etiam ſi Iudex detulit appellationi, quatenus de iure deferre teneatur.Ang.conſ.217. num.4.in fi.ver.nec obſtat ſi dicatur.

14 Declara appellationem ab interloquutoria inducere attentata poſt inhibitionem, vel intimationem commiſſionis cauſæ. Aegid. Bellam.conſ. 18. in princip. ante vero non inducuntur attentata.

15 Limita quando appellatio eſt prohibita, vel notorie nulla, quia tunc poteſt ſententia exequi non obſtante appellatione tali. Bald. conſil.367. libro 1.

16 Extende etiam ſi Iudex detuliſſet,ſi & in quantum.Benintend. deciſ. 1. vbi late dicit hoc procedere in diffinitiua,ſecus in interloquutoria,quia Iudex deferendo priuat ſe iurisdictione, etiam ſi dicat,ſi & in quantum.

17 Limita,quando cauſæ ſunt ſeparatè,quia ſi appelletur ab eodem Iudice in vna cauſa,vel in vno articulo, non attentat Iudex à quo, ſi procedit in alia cauſa diuerſa, plene Aegid.Bellam. conſ.18. num.3.& ſeq. per totum, verſi tene contrarium, vbi late quando cauſa dicatur diuerſa, & ſeparata, & quando non.

18 Limita, quia exiſtens in poſſeſſione eligendi,licet pendeat appellatio ſuper ipſo iure eligendi,tamen poteſt eligere, & valebit electio, quia fructus poſſeſſionis eligendi eſt electio,ſeu eligere. Caſtren. conſ.347.Formæ capituli. num.2.vbi dicit * communem. lib. 1.vbi quod dicitur continuare ſuam poſſeſſionem.

19 Extende, vt procedat etiam ſi ſit in poſſeſſione eligendi, & non habeat ius, quia poteſt eligere, & non attentat, donec ſit priuatus iure eligendi. Caſtrenſ. d. conſ.347.num.2.lib.1.vbi pariter dicit * communem.

20 Extende multo magis quando habeat ius eligendi, quia pendente appellatione poteſt continuare poſſeſſionem, & eligere. Caſtrenſ. d.conſil. 347. in prin.verſ. poſito vero.lib.1.& per totum.

21 Limita, quia poteſt Iudex appellationis facere omnia, quæ debuit,& omiſit primus Iudex, ideo in cauſa criminali poteſt capere, & captum detinere inquiſitum condemnatum de delicto capitali,ne iudicium reddatur eluſorium. Io. de Anan. conſ.1.in princ. vbi Ludouic. Bolognin. in addit. num.13.ver. præterea pro confirmatione.

Vide. Iudex ad quem in quibus iuriſdictionem habeat.Concluſ.461.n.11.& ſeq.

22 Reſtringe, quando eſſet appellatum ab interloquutoria de carcerando, quia tunc non poſſet Iudex appellationis facere carcerare.Ludou.Bolog. in additio.ad conſ.1.Io.de Anan.nu.13.in fin.ver. ſed quando.

23 Limita quoad ſequeſtrum fructuum, quia appellatione pendente poteſt apponi contra dilapidantem fructus, & alijs caſibus, de quibus Socin. reg.23. Sequeſtratio fructuum, vbi ponit tres fallentias, quas videas.

24 Limita, quando factum eſſet pactum, de non alienando feudum cum iuramento, quia non impedit de iure translationem dominij, & idem in priuilegio facto per Principem, quia ſi reuocatur priuilegium, & fiat actus contrarius iuramento, valet,licet iurans ſit periurus,ſi interponatur appellatio à reuocatione priuilegij, vel ab alienatione facta, non dicitur innouari aliquid, neque impeditur dominium transferri. Abb.conſ.3.Nitar.col.16.in fin. verſ.& de appellatione, & col. 17. in princ. lib.2.

25 Limitat ſeptem modis Socin. in regula 21.Appellatione pendente regulariter nihil innouari.

Vide. Appellatione pendente non poteſt Iudex à quo procedere. Concluſ. prox.ſeq.

Vide. Attentata quæ dicantur. Concluſione 542.

Vide. Iudex à quo de quibus cognitionem habeat. Concluſ.462.

Appellatione pendente non poteſt Iudex à quo procedere, & quando ſecus. Concl. CCCLXXVI.

1 APPELLATIONE pendente Iudex à quo non poteſt procedere,& procedendo cenſetur tanquam priuatus, quia caret iuriſdictione, & ei poteſt reſiſti.Oldrad.conſ.89.

2 Amplia, etiam ſi appellatio eſſet ab interloquutoria, vel friuola, quando ipſe Iudex à quo tali appellationi detulit, quia nullo modo poteſt procedere. Feder. de Sen.conſil.163.num.3.ver. Iudex ergo, & latius conſ.192 circa fin. verſ.differunt autem.

3 Et idem eſt, ſi non detuliſſet appellationi friuolæ, ſed eſſet inhibitum per Iudicem ad quem. cap.non ſolum, de appellat.in 6. Oldra.conſ.303. num.5. verſ.ad id,quod dicitur.

4 Amplia, quia appellatione pendente non poteſt Iudex à quo in cauſa ſuper crimine facere, carcerare accuſatum. Calderin. conſil.209.alias 3. de appellat. in principio, verſ.hac ergo appellatione.

5 Amplia etiam in appellatione extraiudiciali, quia non poteſt Iudex à quo procedere, ſi ſibi conſtat de appellatione extraiudiciali, etiam ſi non ſit intimata, quia intimatio ſolum operatur deuolutionem ad Curiam, ſed ſi eſt omiſſa, licet deuolutio non fiat ad Curiam; tamen operatur ſuſpenſionem, & alios effectus etiam ſine intimatione. Gemin. conſ. 91.num.4.& ſeq. ver. ſecundo excluditur.

6 Reſtringe, quia appellatio extraiudicialis non à Iudice, ſed à facto extraiudiciali faciendo,prout ab electione, à prouiſione, & ſimilibus non ligat manus Ordinarij, quin poſſit conferre, & facere ea, quæ iure ordinario ſibi competunt, quia non debet priuari iure ſuo, vel poſſeſſione ſua. cap. 1. vt lit. pendent.

7 Declara, quia reſtrictio procedit in ijs, quæ iure communi expediuntur, ſecus ſi iure ſpeciali, quia tunc appellatio ſuſpendit, prout ſi Epiſcopus habet collationem regularium certo caſu, & iure ſpeciali. ita Caſtrenſ. conſ. 404. Illa quæ infirmantur.nnm.2.verſ.ſecundo quia. lib.1.

8 Amplia, quia Iudex non poteſt, appellatione pendente, procedere in eadem cauſa, vel connexa, quia ſuſpenſa eſt iuriſdictio. cap. ad hęc. il * 1. de appellatio.& eſt communis * opinio,vt per Alex.conſ.89.circa fin.lib.1.

9 Reſtringe quando eſt diuerſa cauſa. d. cap. ad hæc.il 1.Alex.d.conſ.89.lib.1.

10 An eadem, vel diuerſa cauſa dicatur, ſi quis eſt creditor ex vno inſtrumento in diuerſis terminis, & egerit pro vno termino, nunquid ſit excluſus proceſſus in alio termino poſtea matura-

to. Iaſ. conſ.9.lib.1.tenet,quod ſunt diuerſę cauſę, & maxime quando eſt iudicium exequutiuum.

11 Limita in caſibus, in quibus non datur appellatio, quia non obſtante appellatione poteſt exequi,vt per Feder.de Sen.conſ. 76. Domino Auditori, in princ. caſus autem, in quibus non datur appellatio, notantur per Specul.in tit.de appell. §.in quibus,vbi ponit 37.caſus.

12 Limita, quia poteſt facere ea, quæ ſunt præcedentis condemnationis, & facti declarationis, vt eſt taxatio expenſarum, Lap.alleg. 83.num.8. verſ. tamen hoc non obſtante, allegat not. in decret.ſępe,de appellat.

13 Limita in appellatione ab interloquutoria, quando eſt friuola, quia poteſt Iudex à quo procedere, niſi appellationi detuliſſet. Feder.de Sen. conſ.163.num.3.ver.Iudex ergo.

14 Et quod Iudex à quo poſſit procedere, non obſtante appellatione à grauamine, & ſic ab interlo quutoria, & antequam inhibeatur,& valeat proceſſus, & poſſit reuocare grauamen. Card. Zabarell.conſ.45. in princip.

15 Extende,vt procedat etiam ſi partes ambæ ceperint procedere coram Iudice ad quem, quia adhuc valebit proceſſus coram Iudice à quo, donec fuerit inhibitus. Cardin. dicto conſil.45.in principio.

16 Reſtringe,niſi detuliſſet appellationi,quia tunc non poteſt procedere, & non valet proceſſus.

Vide.Appellationis delatio quid operetur.Concluſ. 370.

17 Limita, quando appellatio eſt contra ius, quia non obſtante appellatione Iudex à quo rite procedit. Bald.conſ.111.Proceſſus factus.lib.5.

18 Limita in appellatione friuola, quia Capitulum corrigens Canonicum propter inobedientiam, poteſt non obſtante friuola appellatione procedere ad maiorem pœnam, ſi perſeuerat in contumacia. Anchar.conſ.410.Ponderata, in fin. num. 7. & 8.

Vide. Appellatione pendente nihil eſt innouandum. Concluſ. prox.præced.

Vide. Iudex à quo de quibus cognitionem habeat, vel non. Concluſ.462.

Appellatio ſuſpendit iudicatum, & ſententiam. Concluſ. CCCLXXVII.

1 APPELLATIO ſuſpendit iudicatum, & ſententiam.l.1.§.fin.ff.ad Turpill.Oldrad.conſ. 255. Contra prouiſionem, in princ.num.2. verſ. ſed in caſu noſtro, vbi declarat, quod ſic ſuſpendit, quod neſcitur dum pendet, ex quo tempore incipiet vires ſortiri.

2 Et quod imo appellatio extinguat ſententiam reuocabiliter, ſeu ſuſpendat taliter, quod partes rediguntur ad ſtatum, in quo erant,nondum prolata illa ſententia. Caſtillio. conſ. 34. num. 2. Roman.conſ. 41.num.4. vbi, quod reſcindit iudicatum.

3 Et quod extinguat iudicatum. Bart.in ſua q.9. Iudex per imperitiam,in prin.allegat l.1.in fin. ff. ad Turpil.& in ver.ſolutio,in d.q.col.pen.in fin.

4 Declara, quia ſunt opiniones, quia ſecundum canones,

* canones,& Canoniſtas * communiter appellatio ſuſpendit ſententiam, & effectum illius,de iure ciuili appellatio extinguit effectum ſententiæ reuocabiliter,& ſic effectus ſententiæ de præſenti tempore appellationis dicitur ſublatus.Ita Abb.conſ. 69. Videtur primo.col.2.n.2.verſ. & licet fuerint opiniones.lib.1.& ita etiam Alex.conſ.188.Viſo proceſſu.num.10. verſ.& licet per Iudicem. lib.2. vbi quod extinguit preſumptionem, & effectum ſententiæ inſpecto præſenti ſtatu,licet inſpecto futuro euentu ſuſpendat,& dicit * communem.

5 Extende,vt procedat etiam in ſententia, quæ trahit ſecum exequutionem, puta,lata pro poſſeſſore, vel cuius exequutio non retardatur, quia adhuc appellatio ſuſpendit effectum reuocabiliter, ne fiat Dominus habens ſententiam,quæ trahit ſecum exequutionem.Abb.d.conſ.69. col.2.n.2.verſ.& licet fuerint.lib.1.

6 Contrarium, quod imo appellatio reſpectu appellantis confirmet ſententiã,quia ſi lata eſt contra vnum, & alius appellet pro ſuo intereſſe dicitur illam confirmare,per text.in l.4.§.falſus. ff.rẽ rat. habe.quod intelligit Bart.quod confirmatur tanquam ſic lata, non tanquam bene lata, prout etiam dicit ita intelligi, ſi non appellat, approbet ſententiam tanquam ſic latam, non tanquam bene latam, ideo Iudex, qui per imprudentiam iudicauit, tenetur ad totale intereſſe, licet is, contra quem eſt lata, potuerit appellare, & non appellauerit, ita Bart.in quæſt.9.Iudex per imperitiam.in ver. ſolutio, in princ.

7 Declara, quia veritas eſt, quod appellatio inſpecto præſenti ſtatu,extinguit ſententiam, à qua fuit appellatum, & inſpecto futuro euentu,ſuſpendit,ideo ex ſentẽtia, à qua pendet appellatio,non oritur actio, ſed à futuro euentu expectatur effectus. Alex.conſ.36. Viſo themate.num.5.& 6.lib. 4. vbi quod iſta eſt veritas, & hoc modo conciliantur opiniones contrariæ,& ibi apoſtil.in ver. ſuſpendit,dat concordantẽs.

8 Amplia, vt procedat etiam ſi ſententia ſit iuſta, & lata in Curia Romana. Oldrad.d.conſ.155. num.6.ver.ad ſecundum.

9 Amplia, quia imo decem dies dati ad appellandum ſuſpendunt exequutionem ſententiæ, etiam ſi non ſit appellatum.

Vide. Exequutio ſententiæ quando poſſit fieri, vel non infra decem dies.Concluſ.480.

10 Amplia,quia appellatio nedum ſuſpendit iudicatum, ſed imo operatur, vt appellans fingatur non condemnatus.l.2.ff.de pẽn.Feder.de Sen.con. 198.num.2.in fin.

11 Extende,quia appellatio reponit appellantem in eum ſtatum, in quo erat immediate poſt litem conteſtatam.Caſtrenſ.conſ.141.Viſa quadam.nu. 2.verſ.ego allego.lib.1.vbi adducit text.in l. ita demum,cum ibi not.C.de procurat.plenius Rom. conſ.381.Quæſtio eſt.n.2. verſ.ſecundo,quia, vbi apoſtil.in ver.primæ.

12 Imo quod appellatio operetur, & reducat partes in ſtatu, in quo erant poſt litem conteſtatam, quia in cauſa appellationis non poteſt opponi aliqua exceptio declinatoria, neque alia,quæ poſt litem conteſtatam eſſet excluſa. Caſtillio. conſ.34. n.2.vbi,quod imo verius eſt,quod appellatio reducit partes ad ſtatum, in quo erant ante latam ſententiam,& poſt completum proceſſum allegat. l. 8.C.de appell.& l.ita demum. ff.de procurator.

13 Et poteſt propterea Iudex appellationis facere omnia, quæ Iudex primæ appellationis facere iuſte potuiſſet. Caſtillio.d.conſ.34.num.2.verſ.quo fit, & num.3. quod licet debeat Iudex appellationis in melius reformare, quandoque tamen in peius reformat.

14 Vide Caſtren.conſ.10.In caſu preſenti,in prin. lib.2.qui idem dicit in ſubſtantia, videlicet,quod appellatio ponit rem in ſtatu, in quo erat ante ſententiam, præterquam quoad dilatorias exceptiones proponendas.

15 Amplia,vt appellatio nedum ſuſpendat iudicatum, ſed etiam ſuſpendat effectum actorum illius iudicij, quia talia acta non probant etiam inter eaſdem perſonas ad alium effectum,pendente appellatione. Feder.de Sen.conſ. 223. Domino Nicolao,per totum.

16 Amplia, quia appellatio in tantum ſuſpendit ſententiam, & effectum ſententiæ, vt quoad proceſſum, & probationem actor debeat probare in ſecunda inſtantia, ſicut in prima. Abb. in cap. quoniam contra.num.19.Felin.ibi num. 21.Deci. * num. 32.qui dicit * communem,de probatio.Zabarell.conſ.139.num.11.verſ.ſed ſic eſt. Caſtrenſ. conſ.141. Viſa quadam. num.2. verſ.ſecundo videndum. lib.1.

17 Extende, vt etiam procedat in criminali cauſa,etiam ſi extet ſtatutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, quia datur appellatio,& poſt appellationem actor debet probare delictum,quia appellatio reponit appellantem in ſtatu, in quo erat ſtatim conteſtata lite. Caſtrenſ. d. conſ.141. num.2.& ſeq. lib. 1.

18 Declara, quia licet reductio ad arbitrium boni viri ſit ſpecies appellationis, tamen non extinguit, neque ſuſpendit laudum. Zabarell. d. conſ. 139.nu.11.verſ. venio ad ſecundum, per totum, quod eſt Salyceti,vbi allegat pro vtraque parte, & ita tenet idem Zabar.conſ.140.nu.8.& ſeq.ver. in ſecundo.

19 Et maxime procedit in reductione arbitramenti, quia nullo modo extinguit, neque ſuſpendit, quia arbitramentum habet naturam contractus, non iudicij. Zabar. conſ.140.num.12.

20 Reſtringe, quando ſententia eſſet lata ſuper his,quæ ſunt in arbitrio Iudicis,quia tunc appellatio non ſuſpendit, vt ibidem Felin.d.c.quoniam contra.num.21.de probatio.

21 Amplia, quia appellatio ſuſpendit iudicatum, ſiue ſit delatum appellationi, quo caſu delatio operatur deuolutionem ſi ſuperior ad quem voluerit.Card.Zabar. conſ.32.n.5.

22 Siue etiam non fuerit delatum,quia ſemper appellatio ſuſpendit, quia poteſt recipi per ſuperiorem,ideo appellans,ſi poſſidet,non debet amoueri.Card. Zabarell.d.conſ.32.per totum, vbi eſt caſus, maxime in fin.ver.de ſtatuto.

23 Amplia,quia appellatio eximit,& protegit appellantem à iuriſdictione Iudicis à quo, & adhęrentes appellationi.Roland.à Vall.conſ.77. num. 3. lib. 2.

24 Declara,quia effectus appellationis in caſibus prædictis habent locum, quando de iure admittitur appellatio,alias ſecus,

25 Amplia,quia appellatio duo operatur, ſententiæ reſciſſionem,& cauſæ deuolutionem.Ro.conſ. 41.In preſenti conſultatione.num.4.

26 Amplia, quia appellatio nedum ſuſpendit iudicatum,

dicatum, ſed etiam reducit omnia ad ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatę in prima inſtantia. Crauett.conſ.220.nu.6.Rom.conſ.381. Queſtio eſt.nu.2.vbi apoſtill.allegatAlciat.in l.edita. C.de eden.in ver.emendari.col.3.l.per hanc.C.de tempor.appellat.Caſtren.conſ.141.nu.2.ver.ego allego.lib.1.

87 Extende, quia etiam ſi non eſſet audiendus quis vti contumax poſt appellationem, tamen auditur, quia reponit appellatio in primum ſtatum, vt ſupra. Caſtren.d.conſ.141.nu.2. uer. nec obſtat. lib.1.

88 Reſtringe, vt procedat ampliatio quoad exceptiones peremptorias,& concernẽtia merita cauſæ,ſecus quoad dilatorias,quę ſunt omiſſæ in prima inſtantia, & non poſſunt opponi in cauſa appellationis,plene Caſtren.conſ.321.Quod in cauſa appellationis,in prin.lib.1.Rom.conſ.384. In caſu. in princ.

89 Reſtringe,quia reſcindit iudicatum, ideſt grauamen illatum à Iudice, non autem grauamen illatum à parte,quia ſi pars ſibi preiudicat non opponendo quæ debet,non poteſt conquæri de Iudice.Bal.in l.ita demum.C.de procur. Caſtren.d.conſ.321.in princ.lib.1.

90 Et ideo ſi ſtatutum mandat fieri compromiſſum inter cõſanguineos ante terminum probatorium,ſi petatur,non debet fieri ſi petatur poſt terminum, etiam ſi petatur in cauſa appellationis ante terminum,quia eſt excluſus in prima inſtantia, & non reintegratur in cauſa appellationis, quia tale ſtatutum eſt ordinatorium. Caſtrenſ. d.conſ.321.per totum,vbi eſt caſus,& dicit quod ita fuit iudicatum.lib.1.

91 Amplia,quia appellatio ita reducit negocium, vt non probatum probari poſſit.

92 Reſtringe,niſi ſit aliquid omnino nouum,& nõ deductum in prima inſtantia.Caſtren.d.conſ.321. n.3.ver.inſuper non video.lib.1.

93 Amplia, quia appellatio vnius ſuſpendit exequutionem ſententię,etiam quoad alios correos. Clarus in praxi crim.§.fi.q.94.nu.4. verſ. quæro nunquid:vbi dicit* communem.

94 Extende etiam ſi appellatio ſit interpoſita ab vno de populo,etiam ſi fuit interpoſita a Clerico pro ipſo condemnato,communem* dicit Clar. d. q.94.num.4.& 5.

95 Amplia, quia condemnatus in pœnam capitis cum confiſcatione bonorum,ſi appellauit,& pendente appellatione moritur,certum eſt,quod pœna capitis eſt extincta per mortem,& etiam pęna confiſcationis facta in conſequentiam per dictionem cum confiſcatione bonorum,ſecus ſi confiſcatio eſſet facta principaliter.Clar.d.quęſt. 94.n.7. ver.ſed pone.

96 Limita,vt non procedat,quando appellatio nõ eſſet rite interpoſita, & ſententia trãſitum feciſſet in iudicatum, veluti ſi Epiſcopus Delegatus Papę ſubdelegauit in totum Vicarium ſuum, qui ſententiauit. Nam ſi appelletur ad Delegatum Epiſcopum, qui nihil ſibi reſeruauit, & pronunciet appellationem non valere, & iterum appelletur, iſta ſecunda appellatio non ſuſpendit rem iudicatam. Bald. conſ.364. Epiſcopus Veronen. per totum.lib.3.

97 Limita in appellatione ab excommunicatione, quia non ſuſpendit effectum excommunicationis. ● paſtoralis, de appellationibus, ſed tollit præſumptionem ſententiæ iuſtę ad effectum deuolutionis. Abb.conſ.2.in princ.lib.1.

98 Extende,vt idem ſit in reductione petita ad arbitrium boni viri,quia bonus vir ſuccedit in hoc loco Iudicis appellationis,& licet non ſuſpendatur exequutio, tamen ſuſpenditur præſumptio iuſti ad effectum deuolutionis. Abb.d. conſ.2. in prin.lib.1.

99 Limita multis modis, quando appellatio eſſet nulla, vel friuola,vel in caſu, in quo non daretur appellatio, vel ſi detur datur ſolũ deuolutiua,vt infra Cõcl.397.& Cõcl.402.cũ ſeqq.per diſcurſũ.

100 Limita, quando ſententia eſt lata ſuper his, quæ ſunt commiſſa arbitrio Iudicis, quia appellans iſto caſu debet probare, quia præſumitur pro Iudice in arbitrarijs etiam poſt ſententiam. Felin.in cap. quoniam contra.num.21.verſ.hanc concluſionem,de probat.

Vide. Appellatio non datur ab his, quę commiſſa ſunt arbitrio,& poteſtati Iudicis. Con.415.

Vide. Arbitrio Iudicis quando ſtandum.Concluſione 475.

Appellationis proſequendæ tempora quæ ſint.Concluſ. CCCLXXVIII.

1 APPELLANS habet annum ad proſequendum,qui dicitur primum fatale. authen. ei qui.C.de temp.appellat.Ang.conſ.130.Viſis omnibus.ver.item mihi præſupponitur.

2 Amplia, quia impeditus aliquo legitimo impedimento habet biennium. Oldrad.conſ.60.ver. quid ſi impeditus,& latius conſ.157. vbi quod ſufficit etiam modicum impedimentum,vt conſequatur biennium etiam ſi impedimentum eſſet vnius diei tantum poſt proſequutionem. Calder.conſ. 217.alias 11.de.appell.Signorol.deHomod.conſ. 211.In quęſtione appellationis.num.5.vſque in fi. ver.venio ad tertium.

3 Et dicitur impedimentum legitimum, quando pars aduerſa oppoſuit exceptiones,in quibus ſuccubuit,quia excuſatur appellans.Signorol. Homod.d.conſ.211.nu.6.

4 Item ſi fuit ſibi dictum,quod non recederet ſine licentia, vel bolletta Principis ab aliquo officiali obtenta. Signor.d.conſ.211.circa fin.

Vide. Impedimentum legitimum excuſat impeditum.Concluſ. 29.

5 Amplia,quia in tantum appellãs impeditus in primo anno ad proſequendum appellationem habeat ſecundum annum,vt is detur ipſo iure. Calder.conſ.216.in prin.alias 10.de appellat. in tantum,vt non requiratur reſtitutio, ſed illęſus conſeruetur, vt ibi in fi. qui dicit hanc* communem ● opinionem.Signorol.d.conſ.211.nu.6.

6 Extende, vt detur ſecundus annus ipſo iure,ſine impedimentum proueniat in principio primi anni,ſiue poſt,& in qualibet parte anni, etiam ſi eſſet impedimentum vnius diei tantum. Calder. conſ. 217.in princ.alias 11. de appell. Signorol. d.conſ. 211. num. 6. vbi quod dicatur legitimum impedimentum.

7 Amplia, vt imo impeditus in ſecundo anno habeat etiam tempus vltra biennium, ſed an ipſo iure, vel per reſtitutionem in integrum ſunt opi-

Digitized by Google

opiniones in ſecundo anno. Calderin. dicto conſilio 216. verſic. quinimo de vlteriori, alias 10. de appellat.

8 Contrarium, quod imo appellans non habeat biennium, ſi fuit negligens in primo anno, tanta negligentia, quod potuiſſet expedire cauſam, tenet Angel. conſil. 310. In propoſita quæſtione, per totum: vbi col. 2. vbi quod iſta eſt vera, & reſpondet ad omnia contraria.

9 Declara, quia de ſtylo Curiæ prima opinio ſeruatur, quod ex modico impedimento datur biennium, quia ſtylus quatenus eſſet in Curia, haberet locum in cauſis fori Eccleſiaſtici. Ang. d. cõſ. 310. circa fi. ver. ita non obſtat: vbi non ponit ſtylum pro abſoluto, quia dicit hoc ignorare, quia nunquam fuit in Curia.

10 Declara, quod dicitur appellantem impeditũ in primo anno habere ſecundum annum, procedere ſecundum diſtinctionem. Bald. conſ. 323. Cum quidam medicus. num. 2. verſ. vnde ex Doctorum ſcriptis, vſque in fin. lib. 1. vbi facit duos caſus indubitatos, quia ſi apparet totalis negligentia non habet ſecundum annum, ſi vero apparet totale impedimentum, habet illum.

11 Si vero in parte fuit negligens, & in parte impeditus, ſi impedimentum præceſſit, & negligentia ſuperuenit in primo anno, & non excuſatur ſi tanta fuit negligentia, quod potuerit expedire. Bal. d. conſ. 323. in fin. verſ. aliquando eſt negligentia. lib. 1.

12 Quando vero negligentia præceſſit, & impedimẽtum ſuperuenit, ſi negligentia non fuit nimia, tunc impedimentum etiam vnius diei releuat. Bald. d. conſ. 323. in fin. lib. 1.

13 Extende, quia appellans habet ſecundum annum, quando Iudex propter caſum fuit impeditus aliquo notabili ſpacio temporis, quia ipſo iure lex dat ſecundum annum integrum. Bald. conſ. 166. quando ſtat per caſum. lib. 3. vbi dicit* communem, vbi quod habitatio, & receſſus Iudicis excuſat ſi non erat vicinus.

14 Declara, quia debet appellans ſaltem proteſtari de impedimento, alias non releuatur, quin cauſa tranſeat deſerta. Bald. d. conſilio 166. in fine. lib. 3.

Vide. Inſtantia cauſæ appellationis quando currat, vel non, in prejudicium appellantis. Con. 209.

15 Et quod ſi ſtatutum præfigit certum terminum ad expediendam cauſam appellationis a die commiſſionis, prout Cæſenę, & in Ciuitate Caſtelli, quod appellans ſi impediatur debeat facere diligentiam, & proteſtari, alias per lapſum termini cauſa deſerta maneat. Alex. plene conſ. 164. Viſo proceſſu. num. 4. in fin. verſ. aut conſideramus, & ſeq. lib. 2. vbi dicit* communem: vbi quod debet adire Cameram Principis, vel ſuperioris, & facere diligentiam pro obtinenda commiſſione, & ſi non poteſt proteſtetur coram Notario, & num. 6. allegat exemplum, quod cauſa tranſiuit deſerta, quia is, qui allegabat diligentiam, non fuit proteſtatus, & allegat etiam Ant. de Butr. in cauſa Ciuitatis Caſtelli, quod cauſa appellationis terminetur infra decem dies à die commiſſionis faciendę per Priores, quia ex quo non fuit commiſſa, quia non fuerunt Priores requiſiti, ideo tranſiuit deſerta, & dat exemplum de Apoſtolis, qui cum diligentia debẽt peti inſtanter & inſtantiſſime, quibus aſſimilatur commiſſio appellationis, & terminus ad obtinendam commiſſionem, non debet eſſe longior inſtantia appellationis, alias eſſet abſurdum, quia ſtatutum inductum ad abbreuiandas lites induceret perpetuitatem, & dicit* communem. nu. 7.

16 Limita, quando inſtantia appellationis per ſtatutum eſſet abbreuiata, quia illa ſeruatur, prout Anconæ: vbi eſt triginta dierum. Corn. conſil. 262. num. 10. lib. 4.

17 Impedimentum receſſus Iudicis excuſat, donec ſucceſſor venerit. Corn. conſ. 262. n. 10. lib. 4. vbi quod vltra non excuſatur, ſi fuit negligens poſt aduentum ſucceſſoris.

18 Declara totam hanc materiam, quia tria ſunt diſtinguenda in termino aſſignato ad proſequendam appellationem, videlicet, an finis termini poſſit per appellantem preueniri, & ſi præfigitur à Iudice, vel à parte, aut à iure, & tunc cap. oblatę, & cap. ſæpe, de appellat. attendi debet.

19 Si vero tempus eſt certum, & conſtat, quod appellans cæpit proſequi appellationem antequam effet appellatum, & tunc certum eſt, omnia eſſe nulla ex prepoſteratione, quia paria ſunt facere poſt terminum, vel ante terminum. Caſtr. d. conſ. 117. num. 3. ver. interdum. lib. 1.

20 Quando vero eſt dubium, prout in ſtatuto Florentino, quod diſponit inſtantiam eſſe 60. dierum poſt dies datos ad appellandum, & aliquis appellauit eadem die, qua lata eſt ſententia, & cæpit proſequi, an dicatur iudicium nullum, quia adſit præpoſteratio, videtur, quod ſic, quia inſtantia incipit poſt decem dies datos ad appellandum: contrarium tenet Caſtren. d. conſ. 117. Super primo. num. 3. & per totum. lib. 1. quia ſtatutum cæpit extremum tempus decem dierum, qui dantur ad appellandum, preſupponens decimo die appellatum, ſed ſi ante non negat quin poſſit proſequi a die appellationis, & hoc eſt conforme iuri communi, vt abbreuietur inſtantia.

Vide concluſionem proximam ſequentem.

Vide. Appellans quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deferatur. Concluſ. 380. cum duabus ibi prox. ſeqq.

Vide plene in ver. Defertio appellationis quando excuſetur. Concluſ. 225.

Vide. Defertio appellationis ex quibus inducatur. Concluſ. 222.

Appellationis proſequendæ tempora omnibus currunt, & quando non. Concluſ. CCCLXXIX.

1 TEMPORA, ſeu fatalia appellationis proſequendæ currunt viduis, & pauperibus, ſicut alijs. Bald. conſ. 5. Quæritur vtrum viduæ. lib. 1. & conſ. 440. lib. 5. vbi excipit magnam paupertatem, quę cauſaret impotentiam ſecundum arbitrium Iudicis.

2 Amplia, vt procedatur etiam ſi actum ſit de nullitate principaliter, quia ſi agens de nullitate ſuccubuit, tempora appellationis cucurrerunt, quando coram eodem Iudice actum eſt, quia poſſum

poſſunt ſimul cumulari nullitas,& appellatio, ſecus ſi coram diuerſis Iudicibus. Cuman.conſ.36. Proponitur quod, per totum.

Vide. Inſtantia cauſæ appellationis quando currat,vel non.Concl.208.

3 Amplia, quia tempora appellationis proſequendę currunt etiam minoribus,& Eccleſijs, vt videtur innuere Abb.conſilio 77.In quæſtione, quę ad præſens,libro ſecundo.colum.1.verſic. ad ſecundum.

4 Limita, quia non currunt aduerſus pauperem, quando talis eſt paupertas, quę arbitrio Iudicis prębuit neceſſitatem, vt non potuerit proſequi, quia non poteſt dici negligens eo caſu. Bald. d. conſil. 5. per totum. lib. 1.& duplicatur.libro 5. conſil.440.

5 Limita, quia in primo anno non computatur tempus aſſignatum per Iudicem ad proſequendum appellationē,quia eſt præparatorium.Oldr. conſ.270.n.11.verſ.hinc eſt quod tempus.

Vide.Tempus præparationis ſubducitur ad fauorem præparantis.Concl.31.

6 Limita, quia tempus appellationis proſequendæ non currit durante compromiſſo facto inter ambas partes ſuper cauſa, de qua pendet appellatio.clem.quandiu,de appell. Abb. conſ. 77. In quęſtione.col.1.ver.ad ſecundum.lib.2.

7 Reſtringe quando cōpromiſſum nō eſſet de tota cauſa,ſed de parte,vel de alia cauſa, puta, ſi appellatio eſſet ſuper cauſa criminali,& compromiſſum ſuper cauſa ciuili, quia ex diuerſis non infertur. Abb. dicto conſilio 77.col.1.verſ.ad ſecundum.lib.2.

Vide Concluſionem proximam prędcedentem, & Concluſionem proximam ſequentem.

Appellans quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deferatur. Concluſ. CCCLXXX.

1 APPELLANS ſi infra annum comparuit ad hoſtium palatij Papę,vt committeret appellationem ſuam,& proteſtatus fuerit,non excuſatur a deſertione appellationis, quia non ſufficit ſemel ire,& proteſtari,ſed ſæpius eſt eundum, & tempore debito audientię,& debet ſummo conatu inſtari,& reclamari ad oſtium, & proteſtari, & quod Notarius rogetur de omnibus diligentijs. Baldus conſilio 86. Factum ſic proponitur.libro quarto, & conſilio 454. Super facto libro 2.

2 Et quod appellans debeat proteſtari de impedimento,& quod non ſtet per eum,alias non releuetur.Bald.conſ.160.in fi.lib.3.

3 Et idē quando labitur inſtantia, & Iudex non facit copiam ſui, quod debeat coram Notario facere diligentiam,& proteſtari, & magno conatu procurare audientiam, & quod non ſtet per eum. Alexand.conſ. 164. Viſo proceſſu. num. 4. & ſeq.lib. 2.

Vide. Appellationis proſequendæ tempora. Concluſ.378.& Concluſ.ſeq.

4 Extende, quia idem eſt ſeruandum in Commiſſione appellationis, vt magna diligentia ſit facienda, & ſi Curia recedit de loco, non excuſatur, niſi ſequatur Curiam, de primo Bald. conſ. 481.num. 5. ver. quantum ad ſecundum. lib.3.de ſecundo idem Bald. conſilio 454. Super facto. libro 4.

Vide plenius. Deſertio appellationis quando excuſetur.Concluſ.225.

5 Amplia, quia appellans licet habeat legitimum impedimentum, tamen ſemper debet proteſtari, quia tempus eſt continuum, ſecus ſi eſſet vtile. Zabarell.conſ.128.num.3.& 4.ver.ſecundo quæritur.Boer.deciſ.40.nu.4.& ſeq.

Vide plene in ver. Impedimentum legitimum excuſat impeditum.Concl.29.

Vide. Proteſtatio quando neceſſaria. Concluſ. 939.num.7.& ſeq.vbi plenius.

Vide plene per Maſcar.concluſ.116. Appellans an,& quando probare debeat impedimentum.

6 Limita,quia appellanti, qui tenetur ex forma ſtatuti loci ſe præſentare coram ſuperiore infra certum tempus, alias ſit deſerta, ſufficit, quod compareat in termino, & faciat diligentiam, & præſentare ſe coram locumtenente eo caſu, quo Dominus non reperitur,vel copia non poteſt haberi.Car.Zabar.conſ.72.num.13.

7 Extende, vt procedat limitatio etiam ſi ſtatutum dicat,quod non poſſit gloſſari, neque interpretari,ſed debeat ad litteram, prout iacet intelligi, quia ſufficit diligentia, & interpretatio iuridica.Card.Zabarel.d.conſ.72.nu.12.& ſeq.ver. ad ſeptimum.

8 Limita, quia debens ſe præſentare conſpectui Iudicis certa hora,vel die excuſatur, ſi illa die, vel hora Iudex non dat audientiam, vel non reperitur.Card.Zabar.conſ.72.num.13.

Vide duas concluſiones proxime ſequentes.

● Vide Maſcar.concluſ.115.Nonnulla alia vbiq; facere,& probare debet appellans.

Appellationis proſequendæ tempora quando poſſunt per conſtitutionem reſtringi. Concluſio. CCCLXXXI.

1 APPELLATIONIS tempora regulariter non poſſunt de iure Canonico certo termino abbreuiari,aliter quam ſit de iure communi, quia non poteſt prohiberi appellatio ad Papam,qua interpoſita habent locum tempora prę-fixa à iure communi. cap. venientes, de iureiur. Feder.de Sen.conſ.93.num.7.ver.nam licet,qui dicit conſtitutionē ſynodalē in hoc nō valere. Rom. conſ.2.Viſis mihi.nu.2.ver. nec prędictis obſtat, qui loquitur in conſtitutione Legati de Latere,vt non ualeat.

2 Limita niſi eſſet confirmata talis conſtitutio per Papam,quia tunc appellatio regulatur,& deſeruitur ſecundum conſtitutionem confirmatam. Rom. conſ. 2. per totum, qui loquitur in ſtatuto Bononiæ confirmato à Papa.

3 Limita, quia poteſt ſtatutum dare aliam formam, & abbreuiare nedum inſtantiam appellationis, ſed etiam inſtantiam primam.

Bald.

Digitized by Google

Bald.consil. 20. Decreto Illustris Marchionis,libro 1.

Vide. Statutum circa appellationes diuersorum locorum.Concluſ.465.

Vide.Statutum circa inſtantiam cauſarum. Concluſ.571.

Appellanti quæ tempora ſint præfixa,vel poſsint præfigi.Concluſ. CCCLXXXII

1 APPELLANTI ſunt præfixi plures termini a lege,& poſſunt etiam præfigi à Iudice à quo, vt infra.

2 Terminus ad iter arripiendum datur à iure appellanti,ſeu prouocanti extra iudicium,c.cupientes,de offi.ordin.c.ſtatuimus,de electio. in ſexto. Oldrad.conſ.60.in prin.

3 Datur,& præfigitur etiam ab homine.Oldrad. conſ.60.in prin.videlicet,à Iudice, vel ab ipſo appellante, non tamen poteſt præfigi ab appellato, ibidem circa fin.col.1.ver. & iſti termini. Feder. de Sen.conſ.28.

4 De iure Ciuili iſte terminus eſt incognitus, & etiam terminus ad ſe preſentandum,ſed ſolum terminus ad petendum Apoſtolos reperitur.Oldrad. conſ.60.in 6.col.1. ver. de termino, vbi reputat eſſe eundem terminum cum iſto.

5 Appellanti non præfigitur terminus à iure ad præſentandum ſe conſpectui ſuperioris quanto citius poterit, niſi quando præfigitur ad iter arripiendum. Oldrad. conſ. 60. in prin.ver.& terminus,ad præſentandum. Feder.de Sen.conſ.28.in prin.

6 Terminus ad ſe præſentandum conſpectui ſuperioris poteſt præfigi à Iudice à quo, Oldrad. conſ 60.in princi. ver. & terminus ad preſentandum,iuncto ver.quandoque ſtatuitur ab homine. Feder.de Sen.conſ. 172.Per totum, vbi quid operetur præfixio huius termini, quia obligatur appellans terminum ſeruare,& non poteſt præuenire,vt impetret litteras, ſed debet expectare vltimum diem ad impetrandum, alias litterę non valerent.

7 Declara,quod non valeant litterę per preuentionem obtentæ,quando in eis non eſt facta mentio de preſixione termini,ſecus ſi mentio eſſet facta.Feder.de Sen.conſ.108.per totum.

8 Exequi poteſt Iudex ſuam ſententiam,ſi appellans non ſeruat iſtos terminos,ita quod appellatio remaneat deſerta.Feder. de Sen. conſ. 28. in prin.ver.& ſi infra illum terminum.vbi quod Iudex exequitur ſententiam,ſi eſt certus de non obſeruatione terminorum.

Vide.Appellans ſi non ſeruat terminum præfixum, quando appellationi renunciare cenſetur. Concluſio.385.

9 Amplia,vt ſi Iudex exequutus fuerit ſententiam, quia appellans non docuit de proſequutione in termino,licet alleget impedimentum, tamen non reuocatur exequutio, niſi ab euentu cauſę appellationis,ſi conſtabit de impedimento, interim tamen non deſeritur appellatio.Feder.de Sen,d.conſ.28.n.2.ver.ſed non mihi.

10 Appellanti poteſt præfigi terminus ad proſequendum appellationem à Iudice, vel ab ipſomet appellante.Oldrad.conſ.60.col.1. ver. eſt terminus ad proſequendum,& conſ.308. in princ.& 314.in prin.

11 Et multo magis à lege,vel ſtatuto, prout Florentię,quia habet appellans dies 60.poſt decem dies ad appellandum,& ſi appellatur primo die, currit inſtantia à die appellationis,neq.deſeritur ex præuentione,vt quia non expectauit lapſum decem dierum, plene Caſtrenſ.conſ.117.num. 3. ver.ſuper ſecundo,per totum,lib.1.

12 Limita,niſi Iudex ſimpliciter detulit appellationi,quia terminum preſigere non poteſt.Oldra. conſ.317.nu.3.vbi limitat, niſi ſimpliciter detuliſſet ob reuerentiam Sedis Apoſtolicę, quia poteſt tunc illum præfigere.

13 Terminus iſte ad proſequendum dicitur idem cum termino ad preſentandū ſe conſpectui, quia Doctores videntur accipere vnum pro alio. Oldrad.d.conſ.60.ver.verum eſt tamen,& id.

14 Et idem eſt de termino ad impetrandum Iudicem, quia idem eſt cum termino ad proſequendum,& ſic interpretatur.Oldrad. conſ. 314. num. 6.ver.quarto,& num.7.vbi dicit,quod quando talis terminus præfigitur,ſufficit proteſtatio per appellantem ad docendum de appellantis diligentia.

15 Appellatus non poteſt preſigere hunc terminum,ſed appellans.Oldrad.conſ.60.ver.& iſti termini.

16 Appellanti etiam preſigitur terminus ad faciendum fidem de arreptione itineris,& preſentatione conſpectui Principis, vel proſequutione, & hoc eſſe de conſuetudine introducta, ſecus autem de iure aſſerit Feder.de Sen.conſ.28.Punctus queſtionis,nu.2.vſq.in fin.

17 Effectus huius termini operatur,quod ſi eſt datus menſis non poteſt appellans preuenire impetrando litteras etiam in vno die, quia non tenetur expectare vltimum terminum, c. ſæpe. in fin. de appellat.vbi Innocen. & præueniendo patitur pœnam cōtumacię,quia litteræ non valent, & tenetur ad expenſas parti,vt ibi dicitur.

18 Declara, quod ſi præueniat appellans terminum hominis,non tamen patitur pœnam deſertionis appellationis.Feder.de Sen.conſ. 172. per totum.

19 Item declara,quod non valent litteræ,& patitur pœnam contumaciæ, quando præuenit ſi non fecit mentionem de termino, ſecus ſi mentionem fecit,quia tunc valent.Feder.de Sen.con.108.per totum.

20 Limita,quia non poteſt Iudex apponere pœnam excommunicationis,neq.pœnam pecuniariam, etiam applicandam fiſco appellanti ad ſe preſentandum,vel proſequendum,quia ſatis eſt pœna iuris,per quam deſeritur appellatio.Zabarell.conſ. 119.Vbi quod Iudex redditur ſuſpectus ex huiuſmodi pœna.

21 Limita, quia terminus debet eſſe honeſtus, alias non arctat. Zabarell.dict. conſ. 119. in fin. vbi quod menſis eſt breuis terminus ex Ciuitate Taruiſina ad Vrbem tempore hyemali.

22 Limita,quia non poteſt Iudex præfigere terminum ad finiendam cauſam.

Vide. Appellanti non poteſt preſigi terminus ad finiendam cauſam. Concluſio. proxima ſequent.

Limita

33 Limita; quia in appellatione extraiudiciali à prouiſione ſi Epiſcopus præfigat terminum appellanti ad proſequendam appellationem, non cenſetur receſſum à prouiſione cap. ſtatuimus de electio. in texto. Oldrad. conſ. 2. Vbi ſunt duæ, per totum.

Appellanti non poteſt præfigi terminus ad finiendam cauſam. Conc. CCCLXXXIII.

1 APPELLANTI non poteſt Iudex præfigere terminum ad faciendum, ſeu finiendum cauſam, quia habet à iure annum, & ex cauſa biennium, quod non poteſt abbreuiari. Oldrad. conſ 60. col. 1. in fin. ver. & terminus ad faciendum.

2 Amplia in tantum, vt ſi talis terminus præfigatur, is non arctet ſed intelligi debeat, vt habeat effectum ſolum quoad proſequutionem, cap. ex inſinuatione de appellatio. vbi gloſ. penult.

3 Et in tantum iſte terminus anni ad finiendum non poteſt tolli appellanti, vt neo appellatus poſſit inſtare pro ſententia niſi quando ſolus menſis de termino anni reſtaret. Oldrad. conſ. 60. in fin. col. 1 & in prin. col. 2. verſ. terminum iuris.

4 Et quale debeat eſſe impedimentum, vt detur ſecundus annus, vide Oldrad. conſil. 60. verſ. quid ſi impeditus eſt, vbi quod probatur impedimentum per iuramentum, & quando incipit currere annus ibidem in fine, & quod etiam modicum impedimentum attendatur in primo anno, & detur ſecundus annus. Oldradus conſil. 157. Caſus talis eſt, vbi in fin. quod ad probandum diligentiam non ſufficeret confeſſio facta per Procuratorem partis aduerſæ coram Iudice incompetenti.

5 Terminus proſequendæ, & finiendę appellationis eſt annus, & ex cauſa datur biennium, authent. ei qui, C. de tempor. appellation.

Vide in ver. Inſtantia cauſę appellationis quantum duret. Concluſio. 217.

Vide. Appellationis proſequendæ tempora quę ſint. Concluſio. 378.

Appellans quando teneatur exprimere præfixionem termini in commiſsione cauſæ. Con. CCCLXXXIV.

1 APPELLANS, cui prefixus eſt terminus à Iudice à quo, ſi abſente parte impetrat commiſſionem appellationis durante termino præfixo ab homine, tenetur de eo facere mentionem, alias appellatio non valet, ſecus ſi poſt terminum iudicent impetret, vel parte preſente. Feder. de Sen. conſil. 108. Punctus quæſtionis, per totum.

Appellans ſi non ſeruat terminum præfixum, quando appellationi renunciare cenſeatur. Con. CCCLXXXV.

1 TERMINVS decem dierum ſi præfigatur appellanti per Iudicem à quo ad proſequendum, operatur, vt cauſa deferatur, & appellationi videatur renunciaſſe appellans ſi terminum non ſeruauit. Oldrad. conſ. 308. in prin. ver. nunc eſt in quæſtione, & conſ. 60. in prin. & conſ. 314. in prin. ver. & abſq. dubio.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi terminus eſſet prefixus Procuratori appellantis ad omnes cauſas conſtituto, ita eſt caſus conſilij Oldrad. 308. nu. 2. & per totum.

3 Amplia, vt idem ſit, ſi Iudex præfigat terminum ad impetrandum, vel proſequendum, quia licet terminus ad impetrandum non pendeat ab appellante, ſufficit tamen diligentia & proteſtatio, & idem eſt cum termino ad proſequendum, & nulla diligentia facta deſcritur appellatio. Oldrad. dict. conſ. 314. numer. 6. ver. quarto, & numer. 7. & iſte eſt caſus conſilij, iuncto toto conſilio.

4 Declara, dummodo terminus præfixus, & non ſeruatus, fuerit honeſtus, alias non obligat. Zabarell. conſ. 119. in fin.

Vide ſupra, Appellanti quæ tempora ſint prefixa. Concluſio. 382.

Appellationi an, & quando poſsit renunciari. Concluſio. CCCLXXXVI.

1 APPELLATIONI poteſt renunciari, ſi partes eligunt Iudices ſub conditione, & promiſſione quod ab eorum ſententijs non liceat appellare, gloſ. & Doctor. in cap. ſi autem, 2. quæſtio. 6. Gemin. conſ. 129. nu. 7. ver. ſuper ſecundo. Angel. conſ. 187. A. & B. contraxerunt, vbi pro vtraq. parte allegat, & dicit eſſe verum, quando renunciatur appellationi certæ cauſæ motæ, vel cognitæ.

2 Vide regulam cum fallentijs apud Socin. in regul. 17. in tract. fallent.

3 Declara, quia non valet renunciatio ſimpliciter facta appellationi, quia iuri de futuro non poteſt renunciari, ſecus ſi renunciatio fit per pactũ, quia valet renunciatio. Gemin. d. conſ. 129. num. 7. ver. eſt tantum verum, vbi dicit hanc * communem opinionem; vbi ponit rationem diuerſitatis, quia plus poteſt conſenſus ambarum partium, quam vnius tantum, & hæc eſt ratio, & declaratio Salyceti in l. ſi. §. ſi. C. de tempor. appellat. num. 7. vbi, quod valet renunciatio, ſi fiat in iudicio, ſed non extra, pactum vero valet ſiue in iudicio, ſiue extra. Caſtrenſ. conſ. 260. Viſis compromiſſo, in prin. lib. 1. & conſ. 282. In cauſa iſta, in prin. lib. 1. & conſ. 283. nu. 2. ver. reſtat nunc, libr. 1. vbi latius loquitur, quod ſufficiat ſola promiſſio extraiudicialis in ſcriptis facta, quæ habeat conſenſum ambarum partium.

Extende

Digitized by Google

4 Extende declarationem, vt valeat renunciatio appellationis etiam per vnam partem tantum, quando in iudicio est facta renunciatio, ita tenet Rota, prout refert Gemin. d.conſ.129. in fin. verſ.& hanc partem.Caſtrenſ.conſ. 283. num. 2. libro 1.

Vide. Iudicij calor multa operatur. Concluſ. 483.num.5.& ſeq.

5 Extende, quia valet renunciatio appellationi facta cum iuramento, vel per pactum etiam in compromiſſo.Caſtren. d.conſ.260.in princ.lib.1. & conſ.282.lib.1. vbi quod quando promiſſio eſt facta in manibus partis, habet vim iuramenti, etiam ſi non ſit iuratum.

6 Extende vt valeat etiam renunciatio appellationi, quando eſt facta extra iudicium per vnam partem tantum in præſentia alterius partis non contradicentis, quia habet vim pacti.Gemin.in d.conſ.129.in fi.ver.ſi autem: vbi quod ita tenet Rota.Caſtr.conſ.283.nu.2. lib.1.

7 Extende, quia valet renunciatio appellationi bona fide facta.Caſtren.conſ.183.Super iſto negocio.in princ.lib.1.

8 Extende, quia renunciatio iuri de futuro, & ſic appellationi valet extra iudicium facta in ſcriptis quando interuenit conſenſus vtriuſque partis, quia renunciatio in ſcriptis habet vim pacti. Caſtren.d.conſ.287.nu.2.lib.1.

9 Extende, quia valet renunciatio appellationi in tantum, vt in caſibus, in quibus repellit appellantem a diffinitiua, repellat etiam ante diffinitiuam, & ſic non poterunt partes, quæ renunciarunt appellationi, appellare ante ſententiam. Angel. conſilio 188. Sed nunc videndum, per totum.

10 Extende, quia Iudex non tenetur remittere cauſam conſulendam, etiam ſi extet ſtatutum diſponens, ſed non neceſſitans, quod committat cauſam conſulendam, quia ſi partes renunciarunt appellationi, & promiſerunt ſtare ſententiæ ferendæ per Iudicem, tunc non datur appellatio, etiam à denegato conſilio, ſeu ſpreto conſilio.Angel. d. conſ.188.nu.2.ver.ſed an ſibi inferatur.

11 Reſtringe, quia ſi eſt renunciatum appellationi à ſententia ferenda per Auditorem Rotæ de voto, & conſilio aliorum Auditorum, & feratur ſententia ſine voto poterit appellari, quia ſententia iſta ſine voto, non eſt illa, de qua fuit promiſſum non appellare.Caſtren.d.conſ.282.in princ. verſ. nec obſtat id, quod.lib.1.

12 Declara, quia ſufficit præſumptiua probatio, quod ſit lata de conſilio aliorum Dominorum Auditorum Rotæ, videlicet, ſi excipiens diu tardauit opponere exceptionem, quod non fuit lata de conſilio, item ſi in ea narratur, quod fuit lata de conſilio aliorum; item, quia ſolitum eſt, quod omnes ſententiæ feruntur de conſilio aliorum, ideo non erit locus appellationi. Caſtrenſ. dicto conſ.282.in princ.ver.nec obſtat.lib.1.

13 Reſtringe, quia non valet renunciatio appellationis etiam per pactum iuratum incerta, & generalis non reſtricta ad certam cauſam motam, vel quæ ſperetur moueri, quia hoc caſu iura negatiua procedunt, quia non poteſt renunciari iuri publico, & defenſioni naturali, neque poteſt dari materia doli faciendi. Ang. d. conſilio 187. qui ponit ſeptem rationes pro negatiua opinione, & ita Salycet. numero ſecundo. verſic. finaliter ſalua ſaniori, & hanc partem tenet Specul. in titulo de appellation. §.final. verſic.& nota, quod cum ſit.

14 Declara reſtrictionem, vt non procedat, quando eſſet facta renunciatio generalis cum iuramento, quia valeret, ex quo iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis. Angel.conſ. 187.col. penul. num.3.in fin.verſic.ſi vero partes: vbi tollit contraria.

15 Amplia, quia poſt ſententiam latam poteſt renunciari appellationi tacite, & expreſſe. Angel. dicto conſilio 187. numero 3. verſicul. item poſt ſententiam, ſequitur Barbat. conſilio 12. Illud afferam.li.4.in prin.Bal.in l.fi.§.fi.C.de tempo. appellat. num. 5. & ibi Salycet.& alij in apoſtil. ad * Bald. & Fulgoſ. ibi, qui dicit * omnes cum gloſ. tranſire.

16 Reſtringe, quia renunciatio appellationis facta per partem, ſiue expreſſe, ſiue tacite non releuat Iudicem, quin teneatur in ſyndicatu, & faciat litem ſuam, ſi eſt iniuſta.Barbat.d.conſ. 12.lib.4. * in princ.vbi num. 4. in fin.& num.7. dicit* communem, reprobatis Bald. & Abb. contrarium tenentibus, & vide pro hac opinione Bal.in l.fi.§. fi.nu.2. in fin.ver. opponitur, & ibi Barbat. C. de tempor. appell.

17 Reſtringe quando ſententia eſſet lata dolo, vel corruptione procuratis a parte, quia non valeret renunciatio appellationi. Ang.d.conſ. 187.n. 3.col.penul.ver.plus etiam dico.

18 Reſtringe quoad præiudicium paciſcentium, non autem tertij. Baldus d.l.final. §.fin. num. 5. verſic. extra quæro. C. de tempor. appellation. infra num.46.

19 Amplia, quia cõpromittentes in arbitrum, qui renunciant appellationi, & promittunt non appellare, & non reclamare, & non petere reductionem, ſibi præiudicant qnoad appellationem, cui poſſunt renunciare (licet non ſibi præiudicent quoad reductionem.) Caſtren.conſ.73. Viſis compromiſſo, & laudo.lib.1.

20 Declara, quia differentia eſt, an quis renunciet appellationi à laudo, vel à ſententia, quia in laudo intelligitur renunciare, quatenus æquum ſit, in ſententia vero ſecus eſt, quia ſiue æqua ſit, vel non, valet renunciatio parti præſenti. Caſtrenſ. conſil.272.col.2. verſic.item ſecundo non obſtat. lib.1.

Vide plene. Reductio ad arbitrium boni viri. non habet locum, & quando ſecus. Concluſione 73.

21 Amplia, quia poteſt renunciari reſtitutioni in integrum competituræ per maiorem. Ang. dicto conſilio 187.column.final.verſic.omnia enim quę dixi.

22 Extende etiam in minore, & Prælato renunciantibus cum iuramento reſtitutioni in integrum, quia iuramentum repræſentat eos maiores. Angel.d.conſ.187.col.fi.

23 Reſtringe, quia non valet renunciatio reſtitutioni in integrum facta per minorem, vel Epiſcopum, aut Prælatum, quando beneficio futuro reſtitutionis renunciatur, quia eo ipſo eſt læſus. Angel.d.conſ.187.col.fi.

24 Amplia, quia valet renunciatio appellationi in iudicio facta re integra antequam aduerſarius adhæſerit, vel ſi impugnabat appellationem, quia non poterit adhærere appellationi poſt re-

nun-

nunciationem. Socin.conſ.45. Viſa appellatione, numero 11. & ſequen. libro primo: vbi ponit alios caſus, & quando facta adhæſione poſſit per ambas partes, vel per vnam renunciari, vide eum.

25 Amplia, quia poteſt quilibet renunciare nedum appellationi futurę, ſed etiam iuri dicendi de nullitate laudi, ex quo ius priuatum reſpicit renunciatio, & quilibet eſt in re ſua, & iure ſuo moderator, & arbiter. Caſtren. conſ. 260. in prinpio. lib. 1.

26 Extende, quia eadem ratione poteſt renunciari defenſionibus pręſentibus, & futuris, quando agitur de iure priuato. Caſtren. d. conſ. 260. col. 2. in princ. lib. 1.

27 Extende, quia mulier renunciat Velleiano, quia ius priuatum reſpicit. Caſtrenſ. dicto conſil. 260. col. 2. in princ. lib. 1.

28 Extende, quia eadem ratione, pacto, & iuramento poteſt renunciari reductioni laudi, & arbitramenti ad arbitrium boni viri. Caſtrenſ. d. conſ. * 290. num. 3. verſ. ſi vero vellet. lib. 1. vbi dicit * communem.

29 Amplia, quia appellationi ſi eſt expreſſe renunciatum, operatur renunciatio etiã ſi ſententia nõ ſit ęqua, quia eodem modo operatur renunciatio tacita, puta, ſi non eſt appellatũ, vel inſtantia tranſiuit deſerta, & expreſſum non debet minus operari, quam tacitum. Caſtrenſ. dicto conſ. 282. column. 2. verſ. item ſecundo non obſtat. libro primo.

30 Extende, quia renunciatio appellationi expreſ ſę facta operatur per horam idem, quod operatur tacita per lapſum temporis ad appellandum, vel proſequendum. Caſtrenſ. dicto conſilio 282. numero primo, in fine. col. 2. verſic. ſed paria ſunt. lib. 1.

31 Amplia maxime, quia renunciatio appellationi facta præſente parte tollit appellationem, etiam ſi non valeret, quando iudex appellationis pronunciauit nulliter fuiſſe appellatum, quia ſi tranſiuit in iudicatum, claudit os appellanti, vt non poſſit audiri, quia res iudicata habetur pro veritate, & præiudicat contrariç veritati. Caſtrenſ. conſilio 282. numero ſecundo. ver. ſecundo dico. libro 1. & conſil. 283. Super iſto, in princ. lib. 1.

Vide. Res iudicata quando pro veritate habeatur. Concluſ. 267.

32 Amplia, quia appellans extra iudicium, poteſt renunciare ſuę appellationi, nec compellitur appellationem exhibere. Feder. de Sen. conſ. 248. ver. Item per iura noua, & conſil. 260. verſ. tertio quęritur.

33 Amplia, vt imo etiam poſſit appellans renunciare appellationi in iudicio factæ, & reſcriptum à ſe impetratum, antequam iudicibus ſit præſentatum, lacerare. Feder. de Sen. conſ. 248. num. 2. ver. optime facit.

34 Et poteſt approbando ſententiam expreſſe ſibi pręiudicare, quia cum approbet ſententiam, dicitur renunciare appellationi. Crauett. conſ. 103. num. 12. vbi latiſſime.

35 Amplia, quia imo valet renunciatio appellationis facta ante ſententiam, & præiudicat, vt lata ſententia non poſſit appellare. Ioann. de Anan. conſilio 50. In quęſtione Euſtachij, in principio: vbi quod non eſt dubium, & ibi Bologn. in apoſtilla, in principio.

36 Extende idem in appellatione in compromiſſo facto in arbitrum, vel arbitratorem. Ioann. de Anan. dicto conſilio 50. in principio, & ibi Bologn. in apoſtill.

37 Extende, quia etiam valet renunciatio facta nullitati, quia ſi ſententia, vel laudum feratur, nõ poterit dici de nullitate, cui eſt renunciatum, plene Ioann. de Anan. dicto conſil. 50. num. 2. & ſequen. verſicul. ſi vero vult proſequi, & ibi Bologn. in apoſtill.

38 Extende, vt idem ſit quando eſt renunciatum reductioni laudi, vel arbitramenti cũ iuramento, quia ſi non adeſt maxima læſio, nec apparens ſordes, dolus, vel gratia arbitri, vel arbitratoris, * valet renunciatio, ſecundum * communem, de qua Ioan. de Anan. d. conſ. 50. num. 5. & 6. & ibi Bologn. in apoſtill.

39 Amplia, quia tacitè appellationi cenſetur renunciatum, & valet renunciatio ſi appellans poſt appellationem ſponte ſoluit contenta in ſententia, à qua appellauit. Bald. conſ. 233. Renunciatio non valuit. lib. 4.

40 Extende, vt idem ſit, ſi poſt appellationem petit terminum ad ſoluendum contenta in ſententia, vel laudo. Roman. conſ. 9. quod pars condemnata, in fin. vbi apoſtill. dat plurimos concordantes in verſic. beneficium, dubitat tamen, an appellationi interponendæ dicatur renunciatum.

41 Extende, quia is, qui non vult appellare à ſententia contra ſe lata, dicitur approbare ſententiam.

Vide ſupra, Appellare nolens. Concl. 388.

42 Vide, quia multi ſunt caſus, in quibus appellans dicitur tacite renunciare appellationi interpoſitæ, de quibus in ver. Appellationi ex quibus cenſeatur renunciatum. Concluſione proxima ſequente.

43 Limita, quia in criminali cauſa, vbi agitur de pœna capitali, non poteſt condemnatus renunciare appellationi indiſtincte. Bald. conſ. 382. Dicit lex. num. 2. ver. & nota, quod. lib. 1. vbi quod de conſuetudine aſſeſſores non ſeruant, vt expectent lapſum decem dierum, ſed tamen ſi non appellat reus non cenſetur renunciare appellationi, quia non poteſt. Bald. in l. fi. §. fi. nu. 2. verſ. opponitur. C. de tempor. appellat. & ibi Salycet. in princip.

44 Extende idem in cauſa ſtatus, quia non valet renunciatio appellationi. Baldus. d. l. final. §. fin. num. 5. C. de tempor. appellat. & ibi Salyc. in princ.

45 Extende, quando pactum, vel ſtatutum tollens appellationem prætudicaret Principi, vel ſuperiori. Baldus in d. l. fin. §. fi. C. de tempor appellat. num. 5.

46 Limita, quia non poteſt appellans renunciare appellationi ſimpliciter interpoſitę in pręiudicium appellati, vel habentis intereſſe. Alex. conſ. 36. Viſo themate, in fin. n. 21. verſ. non obſtat. lib. 4. & ſupra num. 18.

Vide. Appellatio vnius quando proſit. Concl. 363. num. 8

47 Limita, quia non valet renunciatio facta beneficio dicendi de nullitate ſententiæ, quando nullitas eſt cauſata dolo aduerſarij ſolius, vel dolo ipſius, & iudicis corrupti pecunia, quia non

non cenſetur huic nullitati renunciatum. Angel. dict. conſil. 187. col. fin. verſi. an autem poſſit dici.

42 Extende idem, ſi nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis.Angel.d.conſ.187.in fi.

49 Extende idem,ſi nullitas prouenit à perplexitate, vel repugnantia. Angel. dict. conſil. 187. in fin.

50 Extende idem, ſi nullitas prouenit ab expreſſo errore Iudicis.Angel.d.conſ.187.in fin.

51 Reſtringe,quando nullitas proueniret ex defectu ſolemnitatis, quia licet non poſſit ſolemnitas tolli, tamen poteſt quis renunciando ſibi auferre ius allegandi talem defectum. Angel. d. conſ. 187. in fin.

52 Reſtringe, quia poteſt renunciari iuri dicendi de nullitate laudi, ſeu arbitramenti, quia in his, quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem, quilibet eſt in re ſua moderator, & arbiter, & iuri ſuo de futuro poteſt renunciare per pactum, vel iuramentum.Caſtrenſ. conſ. 260.Viſis compromiſſo, in prin.lib.1.

Vide.Renunciare iuri de futuro quando quis poſſit,vel non.Concluſ.172.

Vide. Renunciatio facta quando comprehendat ius de futuro.Concluſ.173.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Vide plene per Maſcard.Concluſio.117.Appellatio, an & quando deſerta præſumatur, & appellationis renunciatio quomodo probetur.

Appellationi quando, & ex quibus cenſeatur renunciatum. Concluſ. CCCLXXXVII.

1 APPELLANS ſi pendente appellatione petat terminum ad ſoluendum contenta in ſententia,à qua appellauit, cenſetur renunciare appellationi. Calcan.conſ.22.n.8.Grãmat.deciſ. 103.nu.41.Affli&.deciſ.78.Capici. deciſ.169. per totam.Roma.conſ.9.Quod pars condemnata,in fin.

2 Et petens terminum de iure communi ad ſoluendum,habet quatuor menſes miſerationis cauſa.l.ſi debitori,& ibi Bart.ff.de iudic.

Vide. Dilationes, quæ dantur condemnatis. Concluſ.444.

Vide plenius Anton. Gabriel. libr. 2. titul. de appellatio.Concluſio.3.condemnatus petens terminum dicitur appellationi renunciaſſe,& quando.

3 Amplia,quia appellans ſimpliciter à ſententia continente plura capita,ſi proſequitur ipſam appellationem ſolum quoad vnum caput,quoad reliqua capita tranſit deſerta, & ſententia tranſit in iudicatum.Angel.Aretin,conſ.60. Clare videtur, nu.2.& ſeq.ver.ſecundo poſito.

4 Extende,quia ſi quis intentet iudicium vniuerſale,& ſolum proſequitur vnum caput ſpeciale, ſententia lata in generali iudicio, & proſequuta appellatione in capite ſpeciali,tranſit in iudicatum,quoad non proſequuta.Angel.d.conſ.60. nu. 3.& 4.ver.tertio hoc probatur.

5 Amplia quia is,qui non vult appellare, cenſetur approbare ſententiam contra ſe latam.

Vide ſupra.Appellare nolens.Concluſio proxima ſeq.388.

6 Amplia quando appellans, ſi poſt appellationem comparet coram Iudice ordinario à quo ſimpliciter,cenſetur renunciare appellationi.

Vide. Appellans ſi comparet coram Iudice à quo,Concluſ.389.

7 Amplia, quando fatalia non fuerunt prorogata in tempore.Angel.Aretin.d.conſ.60.numer.4. ver.quarto aduertendum.

8 Amplia,ſi appellans non ſeruat terminum præfixum à Iudice à quo, cenſetur appellationi renunciare,

Vide.Appellans ſi non ſeruat terminum præfixum.Concluſ.385.

Vide.Renunciatio tacita iuri ſuo ex quibus inducatur,vel non.Concluſio.179.per totam,maxime nu.29.& ſeq.

Vide in ver.Sententia quando,& ex quibus dicitur approbata.Concluſio.182.nu.11.& ſequenti.

Vide Maſcard.Concluſio. 117. Vbi ex quibus cenſeatur appellationi renuntiatum, & ex quibus non.

Appellare nolens quando approbet ſententiam. Concluſio. CCCLXXXVIII.

1 NON appellans dicitur approbare ſententiam latam quoad iuſticiam,ſecus eſt quo ad nullitatem,quia poteſt de nullitate dicere. Feder. de Sen. conſ. 102. col. 1.in fin. ver.ad ſecundum,& idem ſi appellauit,& appellationem non eſt proſequutus, quia de nullitate poterit dicere vſque ad 30.annos.Crauett.conſil.108.in fin.

Vide. Res iudicata quando pro veritate habeatur,vel non.Concluſ.267.in prin.

2 Amplia,quia magis comprobat ſententiam is qui non appellat, cum poſſit appellare, quam is qui poſt appellationem patitur inſtantiam deſeri,quia primo caſu non habet regreſſum contra Iudicem,qui iniuſtitiã fecit, quaſi renunciauerit, non appellando, ſecundo vero caſu ſecus eſt. Angel.conſ.188. Sed nunc videndum,in fin. ver. eodem modo videtur.

3 Amplia, quia etiam appellans, & non proſequens appellationem, dicitur approbare ſententiam,quę inducit rem iudicatam.Dyn.conſi. 20. Quæſtio talis eſt,Armaleone,in princip. Crauet. conſ. 103.in prin.Corne.conſ.262. numer. 10. libro 4.

Vide. Appellans quam diligentiam facere debet.Concluſ.380.

Vide.Appellanti quæ tempora ſint præfixa. Concluſio.382.

4 Amplia, quia non appellans infra decem dies, dicitur acquieſcere ſententiæ.Crauett.conſ. 103. in prin.& conſ.108.nu.3

5 Amplia,vt procedat non ſolum lata prima ſententia(quia non appellans cenſetur illam approbare)ſed etiam ſi lata prima ſententia, à qua fuit appellatum,feratur ſecunda contraria primæ, & ab ea non appelletur quia cenſetur ſecunda approbata,& prima euaneſcit.Caſtillion. conſ. 34. num.4.ver.nam non appellando, vt eſt ibi caſus de ſecunda ſententia.

Digitized by Google

6 Amplia quia,ſi Epiſcopus ferat ſententiam pro me,ſeu eius Vicarius,& A. meus aduerſarius appellat,& cauſa per Epiſcopum committatur alteri,qui pronunciat contra me licet ego appellem ab hac ſecunda ſententia,tamen prima ſententia ad mei fauorem lata remanet valida,& tranſit in iudicatum ex quo ſecunda eſt lata à Iudice incõpetenti,ex eo,quod Epiſcopus functus officio ſuo non potuit cauſam appellationis a ſua ſententia committere, & propterea perinde eſt ac ſi à prima non eſſet appellatum, ſed approbata fuiſſet. Caſtillio.d.conſ.34.num.5.& ſeq. ver.ſed quippè.

Vide . Deſertio appellationis quando confirmet ſententiam.Concluſi.223.

Vide pleniusRes iudicata quando pro veritate habetur.Concluſ.267.

Vide. Sententia quando , & ex quibus dicitur approbata.Concluſ.182.

Appellans ſi comparet coram Iudice à quo,quando videatur appellationi renunciare.Concluſ. CCCLXXXIX.

7 APPELLANS ſi comparet poſt appellationem coram Iudice Ordinario à quo in eadem cauſa,videtur appellationi ſuæ renunciare.Petr.de Anchar.conſ.6.viſo themate quæſtionis,n.3.ver.ſimiliter non videtur.Alex.conſ.146. in cauſa,& lite,nu.21.in fi.lib.5.per.c.gratum, de offic.delegat.

Vide. Sententia quando , & ex quibus dicitur approbata . Concluſio . 182. numer. 21. & ſequenti.

8 Extende, vt maxime procedat in appellatione ab interloquutoria. Angel.conſ.136.In quæſtione col.penul.nu.4.ver.ſed hęc obiectio.

9 Amplia etiam ſi proteſtetur, quod non intendit recedere ab appellatione ſua , quia ſi allegat aliquod intereſſe ratione ſententiæ, à qua appellauit dicitur renunciaſſe appellationi, non obſtante proteſtatione contraria.Calde.conſ.211.Alias quinto de appell.Petr.de Anchar. conſ. 6.num. 3. ver.ſimiliter non videtur.

Vide.Proteſtatio contraria iuri, & facto non releuat.Concluſ.944.

4 Contrarium,quod reijciatur, ac ſi non comparuiſſet.Zabarell.conſ.52.numer.6.ver. quarto ad idem,infra nu.9.& ſeq.

5 Amplia,vt procedat etiam in eo,qui petijt nihil fieri per Iudicem , niſi cum conſilio ſapientis ſtante ſtatuto , quod petito conſilio Iudex non procedat ſine eo , quia ſi poſtea is comparet coram eodem Iudice.& procedat ſimpliciter,cenſetur recedere à tali conſilio.Angel.conſ.136.num. 4.ver.ſecundum eſt obiectum.

6 Amplia,quia petens terminum ad ſoluendum, cenſetur renunciare appellationi, l. ad ſolutionem.C.de re iudic.

7 Reſtringe,vt non procedat quoad appellationem interponendam , ſecus quoad interpoſitam. Socin.conſ.220.Viſis compromiſſo in fi.lib.1.

8 Contrarium tenet apoſtill.ad.Bart.in d.l.ad ſolutionem.C.de re iudi.

9 Limita niſi comparens , & excipiens proteſtetur quod non intendit renunciare appellationi, quia præſervat eam per proteſtationem.Oldrad. conſ.301.num.5.ver.non obſtare videtur, & quia appellationi non renunciat , quia iuriſdictionem ſemper declinat. Oldrad. conſ.303. numer. 6.vbi ita reſpondet ad ea , quæ proxime contraria ponuntur.Zabarell.conſ.52.nu.6. ver.quarto ad idem.

Vide . Proteſtatio conſernat ius proteſtantis. Concluſio.938.

10 Contrarium Oldrad.conſ.302.nume. 10.& 11. ver.& quod dicit , vbi limitat procedere quando ſuper proteſtatione , vel poſt eam Iudex pronunciauit,quia debuit appellare , vbi quod de facili proteſtatio Iudicialis admittitur, & tollitur,ſupra nu.3.& ſeq.

11 Declara,quia ſibi non preiudicat , ſed habetur pro non comparente,quia debuit repelli , ex quo eſt contrarius.Zabarel.d.conſ.52.n.6.ver.quarto ad idem.

12 Limita,quando ſententia eſſet nulla,quia licet appellans redeat ad Iudicem à quo , cum proteſtatione,quod non intendit ſibi prejudicare , tamen nullitatem poteſt proſequi , & dicere , quod ſententia nõ eſt ſententia.Petr. de Ancha.d.conſ. 6.Viſo themate quęſtionis,num. 9. & ſeq. ver. & pro hac parte.

13 Limita , quando appellans comparet coram Iudice a quo , ſed citra conſenſum in iuriſdictionem,quia non cenſetur appellationi renunciare. Oldrad.d.conſ.303.Breuis reſponſio,nu.6.ver.ad id,quod dicitur.

14 Limita,quando comparens non agit,ſed ſolum patitur aliquid fieri, quia non renunciat appellationi.Alex.in addit. ad Bart. in l. ſi quis ſeparatim.§.fin.in ver.approbare.ff.de appell. vbi ponit multas ampliationes,& limitationes.

15 Limita quinq.modis,vt per Socin.in regula 25. appellationi renunciare videtur.

Vide.Appellationi quando,& ex quibus cenſeatur renunciatum.Concluſio.387.

Vide plene Anton.Gabriel lib.2. tit. de appellat. Concluſio. 2. Appellans redeundo ad Iudicem à quo.

Appellare quando non ſit neceſſe. Concluſio.CCCXC.

1 SENTENTIA contra ſententiam,quæ tranſiuit in iudicatum,ſi de ea fuit oppoſitum legitime , eſt nulla,& non eſt neceſſe appellare.l.1. C.quando prouoc.non eſt neceſſe, vbi Bartol. & ** omnes.

Vide. Sententia contra ſententiam quando valet vel non.Concluſ.142.

Vide . Sententia nulla nullum producit effectum.Concluſ.154.

2 Amplia,quod non eſt neceſſe appellare , ſi Iudex interpoſita legitima appellatione poſt eam procedat,& pronunciet.Oldrad.conſ.301. circa fi.verſ.nec obſtat,& latius.conſ.303.in fin.

3 Contrarium videtur velle Oldrad.conſ.302. n. 11.ver.mirabile,vbi quod ſententia quę eſt lata contra ius litigatoris,non expreſſo in ea errore eſt valida,& loquitur in caſu præcedenti , quia conſilium prędictũ eſt reſponſiuum ad conſ. 301.

Amplia

4 Amplia, quia ſententia contra ius, vel continens errorem iuris, puta, quod minor 12.annorum poſſit teſtari, eſt nulla,& non eſt neceſſe appellare à tali ſententia.l.2.C.quan.prouoc.non eſt neceſſ.

Vide. Sententia lata contra ius, quando nulla. Concluſ.141.

5 Vide Gabriel. lib.2.tit.de ſenten.concluſ.7.vbi ponit ampliationes quinque, & totidem limitationes.

6 Extende in ſententia continente errorem expreſſum calculi, & alijs caſibus.

Vide. Sententia continens errorem quando ſit nulla,vel non.Concluſ.140.

Appellatio quando, & in quibus ſit neceſſaria. Concluſ. CCCXCI.

1 TERTIVS poſſeſſor ſi conuenitur hypothecaria, non diſcuſſo prius principali debitore,contra tex.in auth.hoc ſi debitor.C.de pignor. licet proteſtetur debere fieri prius excuſſionem, alias de nullitate, & Iudex illum condemnet;tamen valet ſententia mero iure, quia paria ſunt non excipere,vel excipere,& à reiectione tacita, vel expreſſa reiectionis non appellare, igitur debuit appellare quatenus procedatur, non facta excuſſione,alias ſententia dicitur contra ius litigatoris, & valet.Abb.conſ.29.In quęſtione.num. 2. & ſeq. lib.2.

2 Extende,vt idem ſit quando quis opponit de re iudicata,quia debet appellare à proceſſu vlteriori contra rem iudicatã,alias cenſetur conſentire.

3 Extende in exempto, qui compellitur ſoluere, quia non ſufficit, quod proteſtetur, ſed debet etiam appellare, vide pro vtraque parte Iaſ. in l. falſo, circa fin.C. de diuerſ. reſcript. & quæ ibi addidi.

Vide. Exempti ſoluentes onera, quando perdant exemptionem. Concl.575.n.7.& ſeq.

4 Extende in exequutione rei iudicatę in reali, quia exequutio debet primo fieri in bonis mobilibus, & ſecundo loco in ſtabilibus, & tertio loco in iuribus, & actionibus. l. à diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iud. ſi tamen fiat in contrarium, & pars non appellet ab iſta omiſſione ordinis,valet ſententia, ſeu exequutio; ſi vero eſt appellatum, Iudex appellationis reuocabit ſententiam, & ſeu exequutionem. Surd. conſilio 39. maxime numero 18. & ſequen.& ſic appellatio eſt neceſſaria in his, quæ mero iure valent, licet contra ius fiant.

5 Extende in reiectione appellationis à tacita interloquutoria,per quam reijcitur exceptio.

Vide.Appellatio quando interponenda à denegatione. Concluſ.368.

Appellationi in dubio eſt fauendum,& qualiter procedat. Concl. CCCXCII.

1 APPELLANTI in dubio eſt fauendum, etiam in caſu non appellabili, quando allegat cauſam inducentem legitimam appellationem, (licet negetur cauſa) quia in dubio præſumitur pro appellante. Bald.conſil.141.Præmiſſis verbis.n.1.verſ.Conſidera.lib.1.

2 Declara, quia prius ſummarie de cauſa debet conſtare, quæ cauſam non appellabilem,facit appellabilem,vt dicit Alexan. conſ. 139. Viſo puncto, in fin. numer.8. ver.habet tamen in primis. libro 7.

3 Amplia, quia vbi eſt dubium, an appellatio ſit remota, vel non, ſemper eſt iudicandum, quod non ſit remota. Socin. conſ. 105. Circa primum. n.3.ver.præterea in re dubia.lib.2.

4 Amplia, quia appellatio ſi eſt remota, & ſit dubium, an debeat admitti, vel non propter iniuſtitiam ſententiæ, vel grauaminis, tunc ea debet in dubio admitti.Dec.conſ.49. circa fi.ver. quarto ſuadetur, vbi quod ſaltem debet eligi conſultor,qui videat.

5 Amplia,quia licet ſint opiniones, an detur appellatio à ſententia confirmante laudum petitum reduci, vel reijciente reductionem,tamen in dubio defertur appellationi, ſaltem data cautione. Benintend.deciſ.15.vbi latiſſime.

6 Amplia,quia in dubio debet pronunciari,quod appellatio deuoluat. Alexand.conſ.106. Viſo themate, in fin.lib.3.

7 Extende, quia ſi dubium ſit,an admitti debeat appellatio,vel deferri, in dubio eſt deferendum. Alex.conſ.139.Viſo puncto. n.7. ver. accedit.lib. 7. vbi apoſtill.in ver. deferri, allegat Alex.conſil. 113.num.2.

8 Declara, quia tres ſunt caſus, in quibus datur, vel non datur appellatio. Primus eſt, quia ſi expreſſe prohibetur appellatio,non datur.Secundus eſt, ſi non eſt prohibita, ſemper datur. Tertius, quando dubium eſt propter opiniones Doctorum, & tunc aut appellatur cum expreſſione cauſę, & datur appellatio;aut ſine expreſſione,& ſic incolorate,& non datur appellatio. Bald.pulchre conſ. 367.Ad euidentiam præmittendum.lib.1. vbi loquitur in appellatione, in ſpolio,& poſſeſſorio.

9 Amplia,vt quod dicitur de appellatione, idem ſit dicendum de ſupplicatione, quia in dubio eſt concedenda, quia denegatio poteſt perimere ius partis; conceſſio vero non operatur,niſi quod cognoſcatur de nouo, ideo eſt magis fauorabilis, quia non perimit ius partis, Ioann.de Imol.conſ. 145.in fin.

10 Extende,vt idem ſit in recurſu à laudo, quia in caſu dubio,ſemper locus eſt recurſui. Alex. conſ. 139.Viſo puncto.num.7.ver.accedit ad confirmationem.lib.7.

11 Amplia,quia in dubio fauẽdum eſt appellationi,vt non ſit deſerta.Signorol.conſ.252.in fi. quia ſi non eſt deſerta,iuſtitia habet locum,quæ poteſt dici excluſa, ſi cauſa appellationis eſt deſerta.Caſtrenſ.in l.ex ijs.ff.de his,quę in fraud.credit, vbi reddit rationem,quia hoc modo vtriq; parti conſulitur,cum neuter lędatur,ſed inclinando in partem affirmatiuam ius appellãtis eſſet extinctum.

12 Extende idem in pace,quia in dubio tenendum eſt, quod non ſit rupta. Vulpel. de treg. & pac.q. 56. in fin. vbi reddit rationem, quia conſeruatio pacis generat bonum publicum, & ruptura ſcandalum.

13 Amplia, quia Iudex primæ appellationis in dubio debet iudicare ad fauorem appellantis, &

ſic fauere appellationi, vt melius cauſa poſſit diſcuti per alios Iudices ſubſequentes,iuxta text. in l.legaui. ff.de liber. legat.

14 Amplia,quia ſi non conſtat, quod appellans à laudo,vel ſententia habuerit noticiam laudi, vel ſententiæ, ex quo erat abſens,& tempora ad appellandum non currunt ignoranti,præſumitur appellare in tempore, ex quo de cõtrario non conſtat.Caſtrenſ.conſ.241.In queſtione,quę vertitur, circa fin.ver.nunc reſtat. lib.1.

15 Extende etiam ſi Notarius atteſtetur,quod ipſe notificauit laudum latum in abſentem,quia ſibi non creditur.Caſtrenſ.conſ.241.col.2.in fi.ver. nunc reſtat.lib.1.

16 Amplia,quia ſi ſententia eſt dubia,vt quia poteſt dupliciter intelligi,ſemper intelligitur in eum ſenſum,qui minus pręiudicat partibus,& ideo interpretatur, vt ſit locus appellationi, non vt faciat conformitatem, & tollat appellationem. Dec.conſ.339.Viſis his, in princ.

17 Vide plene.Deſertio appellationis quando excuſetur. Concluſ.225.

Vide. Inſtantia in dubio non iudicatur deſerta. Concluſ.212.

18 Amplia, quia ſtante legitimo impedimento appellãtis,vel Iudicis,licet ſint opiniones,an currat tẽpus,vel non,tamen datur reſtitutio in integrũ.

Vide.Inſtantia cauſę appellationis quando currat. Concluſ.209.

Vide. Appellans quando reſtituatur aduerſus deſertionem. Concluſ.prox.ſeq.

19 Amplia, quia etiam quod appellatio ſit remota, ſi tamen eſt dubium, an ſit admittenda appellatio propter iniuſtitiam, vel grauamen in dubio debet admitti. Deci. conſ. 49. Preſtantiſſime Doctor.num.2. ver.quarto ſuadetur.

20 Amplia, quia ſi ſtatutum permittit ſemel tantum appellari intelligitur ſemel à qualibet parte, non ſemel ab vna parte, quia ſtatutum eſt odioſum,& appellationi fauendum.Dec.d.conſ.49. in princ.& per totum.

21 Limita ſeptem modis,de quibus Soci.in reg.20. appellare à ſtatuto iniquo.

Appellans quando reſtituatur aduerſus deſertionem. Concluſ. CCCXCIII.

1 APPELLANS reſtituitur ex negligentia procuratoris ſui, ſi cauſa tranſiuit deſerta, quando procurator non ſit ſoluendo.Oldrad.con. 157. Caſus talis.ver.circa hoc.

2 Amplia, vt etiam appellans, qui non fuit proſequutus appellationem propter impedimentum Iudicis, vel infirmitatem debeat reſtitui in integrum. Calder.conſ.210.in prin.ver.attamen quia Iudex, alias 4.de appellat.

Vide plenius in ver.Impedimentum legitimum excuſat impeditum. Concluſ.29.

3 Declara dummodo ceſſante impedimento non fuerit negligens appellans, quia tempus propriæ negligentiæ corrodit tempus legitimi impedimenti. Calder.d.conſ.210.in princ.ver.attamen,alias 4. de appellat.

Vide. Inſtantia cauſæ appellationis quando currat, vel non. Concluſ.209.

Vide. Inſtantia quando poſſit deſerta reſtitui. Concluſ.215.

Vide. Reſtitutio aduerſus rem iudicatam andetur, & qualiter. Concluſ.291.

Appellatio an poſsit cumulari cum nullitate. Concluſ. CCCXCIV.

1 APPELLATIO non poteſt cumulari cum nullitate,quia videntur remedia contraria, quia appellatio præſupponit ſentẽtiam aliquam, nullitas vero ſecus.c.ſollicitudinem,de appell.vbi Innoc.& Hoſtienſ.& quia appellatio ſuſpendit,ſeu extinguit iudicatum,nullitas vero non poteſt extinguere illud,quod eſt iam nullum. Alexan.conſ. 49.In cauſa,& lite.num.3.& 4.verſ.ſequitur,quod talis ſententia.lib.7.

2 Contrarium tenet Ioann.Andr.in dicto cap.ſollicitudinem, de appellat. verſ.contra, & ſequitur Calder. conſil. 219. alias 13. de appellat. quia quoad effectum remedia non ſunt contraria. Fulgoſ.conſ.112.circa fi.Io.de Anan.conſ.93.in fi.vbi * quod iſta eſt communis * opinio, & ſeruatur de * conſuetudine, & hanc eſſe *communem omnium, & à ſtylo approbatam tradit Abb.conſ.97.Attingam,in prin.lib.1.

3 Imo in tantum videtur cumulata nullitas in appellatione, vt ſi ſimpliciter ſit appellatum à ſententia, poterit Iudex appellationis de nullitate ſententiæ cognoſcere. l. ſi expreſſim. ff. de appell. l. quædam mulier. ff.famil. hercif. c.dilecto, cum ibi not. de appellat.

4 Declara, quia ſecundum practicam hodiernam datur appellatio alternatiua, vt dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, & hoc modò procedit. Calder.d.conſ.219.ver.attamen hæc eſſet ſuperflua, alias 13. de appellat.& quod de iure, & in practica admittatur hæc appellatio.Cum.con. * 36.Proponitur quod,in princ. vbi circa fi.dicit * communem opinionem, vbi quod poſſunt concurrere ſimul coram eodem Iudice, ex quo nullitas ineſt in appellatione, ſecus ſi dicatur de nullitate coram Iudice à quo, & appelletur corã ſuperiore, quia cumulari non poſſunt.Bald.conſ.481. In cauſa vertente.n.6.ver.eſt videndum vltimo.lib. 3.& quod valeat d. appellatio dico ſententiam nullã, & ſi qua eſt appello.Angel.conſ.336.Seius ſententiam.num.2.in fi.ver. ſimiliter dicit Bart.Fulgoſ. conſ.112.circa fin.ver.ſuper alio, quia dicit, vbi, quod ſi appellans dicat de nullitate, & ſi qua eſt appellat, facit, quod tacite ineſt, & ita ſeruari dicit Bar.conſ.225.Clericus non,ſub nomine.n.3. lib.1.& hanc formam ſeruari in Curia Romana atteſtatur Bolog.in addit.ad conſ.Io.de An.63.n.10. & ſeq.col.fi.ver.vlterius videndum, & quod pluries ita fuit pronũciatum.Alex.conſ 49.In cauſa, & lite, nu. 4.ver.& ideo cum pro parte. lib.7.vbi apoſtil.citat eundem Alex.conſ.2.col.3.lib.3.

Vide. Libellus alternatiuus procedit,& quando. Concluſ.313.in princ.

5 Declara, quia ſunt opiniones,quando quis dicit ſimpliciter, appello à ſententia lata in poſſeſſorio,quia de iure ciuili non datur appellatio,ſed poteſt dici de nullitate,idcirco quia appellatio cõtinet etiã nullitatem poterit principaliter dici de

nullitate

Digitized by Google

nullitate non autem incidenter, quia incidenter posset dici de nullitate, si appellatio daretur, alias secus. Alexa.cons.2.num.12.ver. quamuis autem, lib.3.& concord.Guidop.quæstio.38.Boer.sing.6. ver.nullitas.Deci.in l.1.nu.16.vbi Ias.nu.65.C.de bon. possess. secund. tabul. Natta cons.217.nu.6. Silua.cons.55.col.1.& 2.lib.2.Cur.Iun. cons. 163. num.9. Grat.consi. fin. nume.41. lib.2. Menoch. de adipiscend. in quarto remed. numer. 879. Zuccard. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. numer. 448. Franch. in cap. dilecto,num. 110. de appell.

6 Contrarium tenet Salycet. in l 1. seu vnica C. si de moment. possess. quod imo etiam si dicatur, dico sententiam nullam', & si qua est appello, quod non poterit appellare (quia est prohibitum expresse de iure Ciuili) nec dicere de nullitate principaliter, sed solum incidenter, ideo sublata causa appellationis tollitur nullitas, quę secundario venit, & dicit quod non obstat, quod inceperit à nullitate, ergo videtur principaliter dixisse de nullitate, quia dicit quod ex mente iuris censetur principalis intentio appellandi, allegat l. quædam mulier. C. famil. herciscund. & ita tenet glos. in l. prima. C. quand. prouoc. non est. necess. & sequitur Lanfranch. in cap. quoniam contra, in ver. interloquutorie. nu. 59. de probatio.

7 Declarat plenissime Alexan.cons.secundo consideratis, nu.3.& seq.vsque in fin. vers. sed de vno posset esse dubium, lib.3. vbi reprobat Salycet. quia glos. quam allegat in dict.l.1.C.quand. prouoc. non est necess. loquitur per verbum, maxime, & quia copulata simul æque principaliter sunt in dispositione, & allegat plures, & dicit hanc veriorem, & * communem, sed tamen ad tollendum omnem dubitationem dicit, quod potest is, qui ita appellauit declarare mentem suam fuisse appellando sic velle dicere de nullitate principaliter, & cessabit omnis dubietas, & pro ista parte facit apostill. ibi ad Alex.nu. 13. in ver. principaliter, dat concord.

8 Amplia, quia à sententia nulla non potest appellari secundum aliquos, & secundum alios potest appellari, & ista est ratio præcedentis conclusionis, an possit cumulari nullitas, & appellatio, pro quibus plene Cuman.cons.36.ver.sane ad rectiorem, n. 2. vbi omnes recitat opiniones, & distinguit, sed tamen cons.44. Ab arbitrali, n.4.ver. in quæstione proposita, dicit à sententia nulla posse appellari, & quod glos. tenens contrarium in l. 1.C.quan.appell.non est necesse. communiter reprobatur.

9 Contrarium tenet Fulgos.cons.150.num.1. vbi quod à sententia nulla proprie non appellatur, ideo si Procurator ad appellandum appellat, & deferat appellationem, non prohibetur dominus dicere de nullitate, quia licet extet statutum, quod deserta appellatione, prout est Senis, nõ possit dici de nullitate, tamen secus est hoc casu, quia non potest facere incidere dominum in pœnam. Fulgos.cons.150.nu.1.

10 Declarat plene Alexand.cons.59. Viso titulo in prin.lib.4.vbi, quod à sententia nulla potest appellari simpliciter, & appellatio licet non suspendat, quando sententia est nulla, quia quod nullum est non potest suspendi, tamen operatur appellatio simplex, quod deuoluitur totum negocium ad Iudicem ad quem, qui poterit de iustitia, & iniustitia, ac de nullitate cognoscere, & sententiam nullam declarare, vel reformare: sed si appellatio fiat reseruata causa nullitatis, vel reseruato iure dicendi de nullitate, tunc si sententia est nulla, appellatio redditur frustratoria, & non releuat. Ita Alexand.d.cons.59.num.9.& seq. ver. nec his obstat, libr. 4. vbi apostill. in ver. includitur, dat concord.& iterum n.16.& 17. dicit quod appellatio, reseruato iure dicendi de nullitate, dicitur cõditionalis, prout est etiam, quando dicitur, dico sententiam nullam, & si qua est appello, & ideo si sententia esset euidenter nulla, appellatio diceretur frustratoria.

11 Imo volens dicere de nullitate tutius facit si appellat, quia appellatio continet nullitatem, & est magis priuilegiata, quia appellatio simpliciter, & indistincte impedit exequutionem, secus est in nullitate, nisi sit euidens. Cuman.d.cons.44.nu. 4.ver. Vnde quamuis. Fulgos. cons. 112. circa fin. ver. super alio, Bologn. in addit. ad cons. Ioan. de Anan. 93. in fin.

12 Et Iudex appellationis potest pronunciare sententiam nullam, si est nulla. Deci.cons.232. Viso tenore, col. 3. numer. 3. circa fin. ver. & videmus quod Iudex, vbi apostill. littera G. in ver. nulla, dat multos concord. Fulgos. cons. 112. in prin. & per tot.

13 Imo quod quando fuit dictum de nullitate, & si qua est appello, debeat Iudex pronunciare sententiam nullam, si est nulla, quia in tali casu non est appellatum, vel potest dicere, ex superuacuo appellatum. Alex.d.cons.49.nu.4.ver. & ideo cum pro parte, lib.7.

14 Amplia, vt quod dicitur procedere appellationem alternatiuam, videlicet, dico sententiam nullam, & si qua est appello, vt procedat tam à sententia diffinitiua, quam ab interloquutoria. Bal. d.cons.481.num. 6. vbi recitat opiniones, & dicit hanc veram, lib. 3. quia semper nullitas inest tacite appellationi.

15 Extende, quia talis appellatio continet vtrunq. principaliter, videlicet, nullitatem, & appellationem; ideo deserta appellatione potest ex integro principaliter agi de nullitate. Bald.d.cons.481.in fi.n.7.& 8.ver. secundo est, li.3. vbi recitat opiniones, & dicit, quod ita tenet pro tunc, & est Petri de Perusio. Cardin. Zabarel. plene cons.71.nu.3.& seq. vbi latissime tuetur. Castrens. cons.289. ad primum respondetur, col.2. ver. circa secundum, lib. 1. vbi quod perimitur instantia & appellationis, & nullitatis deserta appellatione, ita vt Iudex appellationis deserta instantia non possit declarare nullitatem, sed bene potest intentari de nouo per viam actionis, vel etiam per modum excipiendi, & quod deserta appellatione possit intentari nullitas, etiam post tres sententias latas super eodem articulo, probat Abb. cons.97. Attingam, in princ. ver. & quod plus est, lib.1. vbi probat ratione, & authoritate.

16 Contrarium videtur tenere Bald. cons.308. Super prædicto, lib.5. vbi quod censetur deducta in consequentiam, quando est cumulata cum appellatione ipsa nullitas, & Fulgos. cons.112. circa fin. ver. super alio, quia dicit, vbi quod deducitur nullitas connexe. Cuman. cons. 44. nu. 2. vers. in contrarium.

17 Declara, quia in appellatione inest nullitas con-

nexe,ideo remota appellatione vlteriori,etiam remouetur nullitas.Fulgoſ.dict.conſi.112. ver. ſecundo quęritur.

18 Declara, quia ſi ſtatutum præfigit terminum ad appellandum,& dicendum de nullitate,deſerta appellatione,eſt ſublata in totum nullitas,quia licet ſententia nulla non conualidetur,tamẽ clauditur os dicere volenti de nullitate, de iure vero communi, quia non reperitur prefixum tempus nullitati, deſerta appellatione, bene deſeritur etiam inſtantia nullitatis,ita quod Iudex non poteſt declarare nullitatem,ſed ea poterit intentari de nouo.Caſtrenſ.conſ.289.col.2.ver. circa ſecundum.lib.1.

Vide.Statutum circa nullitates prohibens dici de nullitate.Concluſ.603.

19 Idem eſt in reductione laudi ad arbitrium boni viri, quia ſi laudum confirmatur, non poteſt nullitas laudi proſequi,quæ fuit connexe in reductione comprehenſa,& ſublata.Fulgoſ. dict. conſ. 112.ver.ſecundo quæritur.

20 Declara,quia ſi de nullitate eſt cognitum,procedit concluſio, quod confirmatio ſententię, vel reiectio appellationis tollit nullitatem,ſi vero de nullitate non eſt cognitum,ſecus eſt,quia poterit de ea agi ſeparatim.Cuman. conſ.44. nu. 2. & 3. vbi hoc examinat.

21 Declara,quia ſi ſentẽtia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quę non poſſit conſenſu partium ſanari,prout eſt quando ſententia eſt lata à delegato vltra vnam dietam, non facta mentione in delegatione,quia decretum irritans,de quo in c.ſtatutum de reſcript.in ſexto, operatur nullitatem, quę conſenſu partium non poteſt ſanari,ideo deſertio, vel ſententia ſuper deſertione appellationis non tollit nullitatem,ita Zabarell.conſ.71. n. 3.& ſeq.vbi late comprobat multis rationibus, & ea præcipue,quia ſi expreſſus conſenſus non ſanat,ergo nec tacitus partium.

22 Amplia,quia appellationis, & nullitatis cauſa poſſunt ſimul deduci in eodem libello, ſecundum omnes Doctores,& communem ſtylum iudiciorum,& iſta eſt magis * communis opinio, licet aliqui antiqui contrarium tenuerint. Abb. conſ. 97.Attingam,in prin.lib.1.

23 Extende,quia cauſa appellationis,& nullitatis poſſunt etiam in diuerſis libellis intentari,etiam diuerſo tempore,clem.1.de re iudi.iuncta gloſ. in ver.donec,ita Abb.d.conſ.97.in prin.lib.1.

24 Et ideo deſerta cauſa appellationis poteſt cauſa nullitatis proſequi,quia vbicunque duæ cauſæ ſunt commiſſæ,& non dicitur,quod ſimul, & ſemel terminentur,poteſt Iudex vnam terminare, & aliam proſequi,ſeu retinere.Abb.dict.conſ.97. ver.& quod plus eſt,lib.1.& dat exemplum de poſſeſſorio,& petitorio.

Vide.Iudex ordinarius vel delegatus quando dicatur functus officio.Concluſio.432.numer.46 & ſeq.

25 Limita in caſu conuerſo, quia ſi committitur cauſa nullitatis non poteſt delegatus cognoſcere de appellatione,ſed de ſola nullitate,ſecus ſi committitur ſola cauſa appellationis,quia poteſt etiã cognoſcere de nullitate.Bologn.in addit.ad conſ. Io.de Anan.93.in fin.

26 Limita in appellatione à ſententia interloquutoria,quia licet dicat appellans,dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, tamen non poteſt deduci, niſi iniuſtitia ex grauamine, quia talis appellatio non deuoluit ab initio niſi grauamen, ideo de ſolo grauamine poterit cognoſci. Bolognin. in addit.ad Ioan.de Anan.d.conſ.93.in fin.ver.plus dico.

27 Vide in ver.Nullitatis cauſa an ſit ſimilis cauſæ appellationis . Concluſio. 149. vbi de hac eadem materia,& quæ ſit differentia,quando ſimpliciter cumulantur,vel euentualiter,& qualiter Iudex procedens ſuper vno,non procedat ſuper alio,vel è contra.

Appellationis cauſa an ſit eadem cum principali. Concluſio. CCCXCV.

1 CAVSA licet per apellationem transferatur de vno tribunali ad aliud,tamen eſt eadem,& in ea proceditur prout in prima, ideo ſi in prima inſtantia proceſſum fuit ſine parte, poterit pariter procedi ſine parte in cauſa appellationis.Gemin.conſ.73.nu.4.ver.& pro hoc optime.

2 Amplia,quia in tantum cauſa appellationis eſt eadem cum prima in ſubſtantia, vt ſi prima eſt ſummaria,etiam cauſa appellationis erit ſummaria.Bal.conſ.272.A ſententia lata,per totum, maxime in fin.lib.3.

3 Amplia, quia mutatiõ Iudicis,& loci iudicialis non diuerſificat cauſam,quin ſit ſemper eadẽ quando eſt ſuper eadem re, & inter eaſdem partes,ideo qui promiſit nihil impetrare in illa cauſa,non poterit etiam in cauſa appellationis impetrare.Roman.conſ.379. Circa primum,numer.4. ver.tertio propter verbum.

Vide.Cauſa quid ſit loquendo de iudiciali.Concluſio.155.n.6.& ſeq.

4 Amplia,quia cauſa appellationis debet terminari ſecundum leges,& ſtatuta,quæ erant tempore primæ ſententiæ latę,etiam ſi nouæ leges,& ſtatuta eſſent condita.Alex. conſ. 96. Viſo proceſſu, num.3.ver.ſed pręmiſſis,lib.2.& iterum numer.5. ver.confirmo.

5 Extende,quia leges, & ſtatuta noua, quæ habent,quod trahantur ad præterita, non comprehendunt lites pendentes ſiue in prima, ſiue in vlteriori inſtantia,quia eadem eſt cauſa pendens. Alex.d.conſ.96.nu.4.ver.& item Bart.lib.2.

6 Amplia,quia eadem cauſa dicitur poſt litem conteſtatã,donec terminetur,ſiue ſit in prima,ſiue in poſteriori inſtantia,vt in rubr.& in l. 1. C. ne liceat in vna eademq.cauſ.teſt.prouoc. Alex. d.conſ.96.nu.5.ver.quod autem,lib.2.

7 Amplia, quia donec inſtantia cauſæ appellationis durat,ita dicitur cauſa durare quemadmodum ſi prima inſtantia eſſet,ideo quę licẽt in prima inſtantia,licent etiam in ſecunda.Oldra.conſ. 255.nu.4.

8 Amplia,vt poſſit emptor denunciare venditori litem in cauſa appellationis, prout in prima inſtantia,l.ſi rem.ff.de euictio.§.ſi.cum ibi not. Oldrad.d.conſ.255.nu.4.ver.hinc eſt.

9 Amplia,quod tertius admitti debeat pro intereſſe in ſtatu,& terminis,in quibus reperitur.Oldrad.d.conſ.255.n.4.ver.non obſtat.

10 Amplia, vt obiectus omiſſi in prima inſtantia poſſunt dari etiã per tertium venientẽ pro ſuo intereſſe

tereſſe in ſecunda inſtantia. Oldrad.d. conſ. 255. vbi caſus conſilij hoc continet.

11 Amplia, vt error facti in prima inſtantia poſſit corrigi etiam in ſecunda inſtantia. Oldrad. d. conſ.255.nu.5.ver. conſtat autem.

12 Amplia, quod cauſa appellationis eſt eadem cum cauſa primę inſtantiæ, quia non probatum probabo, ſed inſtantia eſt diuerſa. Caſtren.conſ. 192.in fin. lib.2.

Vide. Iudex ad quem qualiter procedere poſſit,vel non.Concluſ.463.

13 Et iſta eſt regula,quia non probatum in prima inſtantia poteſt probari in cauſa appellationis.l. per hanc.C.de temp. appellat.c.fraternitatis, de teſtib.Roman.conſ.384.n.2.

Vide plenius. Iudex ad quem in quibus iuriſdictionem habeat.Concluſ.464.nu.16.& ſeq.

14 Extende, vt procedat etiam circa emergentia & incidentia,puta, Sacerdos non poteſt eſſe procurator in cauſa profana corã ſeculari niſi eſſet pro miſerabili perſona,fuit appoſita exceptio, tu nõ potes eſſe procurator,quia es Sacerdos,& nihil fuit probatũ, poteſt in cauſa appellationis probari,quod ſit Sacerdos, item poteſt Sacerdos probare,quod eſt procurator miſerabilis perſonæ. Ro. conſ.384.In caſu propoſitę.nu.2.ver.ſi tamen Sacerdos.

15 Declara, quia licet appellans poſſit non probatum probare in cauſa appellationis, tamen intelligitur dummodo ea,quæ allegantur, vel probãtur in ſecunda inſtantia, vel tertia,non faciant rem nouam, vel diuerſam actionem ab intentata in prima inſtantia.l.per hanc.C.de tempor.appel. vbi dicitur actorẽ in appellationis cauſa illis ſolis affectionibus põſſe vti, dummodo non pertineant ad nouum capitulum, videlicet rem, vel actionem diuerſam ab intentata in prima inſtantia. Roman.clare conſ.381. Queſtio eſt.num.3. vſque in fin.

Vide plenius per Maſcar.concl.118.An,& quo modo non probata probentur in cauſa appellationis.

16 Ratio declarationis eſt in promptu, quia appellatio reducit ſententiam, & cauſam ad eum ſtatum,in quo erat in prima inſtantia tempore litis conteſtatæ, quo tempore non poteſt libellus mutari,neque variari plene Roman.d.conſ. 381. num.2.quia vbi apoſtill.

Vide ſupra.Appellatio ſuſpendit iudicatum, Concluſ.377.nu.10.& ſeq.

17 Limita, quia cauſa appellationis eſt diuerſa à cauſa principali;ideo fideiuſſio, ſeu cautio de rato pręſtita in prima inſtantia non ſe extendit in cauſa appellationis,quia ſunt diuerſę.Dyn. conſ. 25.Queſtio talia eſt,tutor.n.2.vſq.in fi.

18 Extẽde,quia inſtãtia appellationis eſt diuerſa à prima,ideo tutor,vel procurator volẽs cõſtituere procuratorem, vel ſubſtituere, debet primo effici Dominus inſtantiæ appellationis,alias non valet conſtitutio,vel ſubſtitutio.Fulgoſ.conſ.150. Quidam Ciues.nu.2.

19 Extende,quia exceptiones dilatoriæ, quę poſſunt opponi ante litem conteſtatam in prima inſtantia, non poſſunt opponi in cauſa appellationis.Io de Anan.conſ.16.In cauſa nobilium.n.9.in fi.ver.prętereà non obſtat.

20 Limita, quod cauſa appellationis ſit diuerſa à cauſa primæ inſtantię,probat Alex.d,conſ.96. Vi ſo proceſſu,in princ. lib.2.ex multis.

21 Primo,quia poſſunt fieri noua capitula, & nouæ probationes,quæ non poterant in prima.Alexand.d.conſ.96.num.1.lib.2.

22 Secundo,quia in eadem cauſa duę,& plures ſententię diffinitiuę fieri non poſſunt,& tamen conſtat,quod hic dantur plures ſententiæ.Alexan. d. conſ.96.in princ.lib.2.

23 Tertio,quia Aduocatus, qui promiſit patrocinium in cauſa prioris inſtantiæ non tenetur in cauſa appellationis pro eodem ſalario inſeruire,ſecundum* omnes.Alex. dicto conſilio 96. nu. 2.libro 2.

24 Imo dicit Alex.d.conſ.96.num. 2. lib. 2. verſ. per hoc etiam,vnum turpe, quod ſi tibi promiſi patrocinium in tali cauſa,lata ſententia, potero dare patrocinium aduerſario tuo in alia inſtantia.

25 Quarto, iuramentum calumnię in prima inſtantia pręſtitum non ſeruit pro ſecunda inſtantia. Alexand. dicto conſil.96.num. 2.verſic. per prædicta. lib.2.

26 Quinto, procurator in cauſa, lata ſententia, non tenetur proſequi appellationem. Alexan.d. conſ.96.nu.2.ver.per hoc etiam.lib.2.

27 Declara,quia cauſa appellationis,& cauſa primę inſtãtiæ,non eſt penitus vna,neque penitus diuerſa,ſed diuerſis reſpectibus vna,& eadem,& diuerſa,ſecundum*communem,de qua Alex. dicto conſ.96.col.fin.num. 5.in fin.verſ.& communiter. lib.2.vbi num. 6. concludit, quod cum ſit quoddam mixtum ſtatutum exorbitans, vel odioſum, vel correctorium loquens de ſimplici, prout de cauſis ſimpliciter, vel de cauſis motis, & mouendis non trahitur ad cauſas iſtas appellationis mixtas,& concord. Caſtren.conſ.17. lib.1. Gemi. conſ.73.num.4.

28 Limita alijs modis, de quibus in ver. Inſtantia cauſæ appellationis differt. Concl.218.

Appellatio nulla ex quibus reddatur. Concluſ. CCCXCVI.

1 APPELLATIO redditur nulla interpoſita per procuratorem,ſi non exprimat cuius nomine procuratorio appellet.Calder.conſ.103. alias 1.de procurat.

2 Extende,vt procedat etiam ſi poſtea appareat cuius eſſet procurator, quia ex quo hoc non expreſſit appellatio nulla redditur. Calder.d. conſ. 103.in fi.alias 1.de procurat. vbi extendit etiam ſi dixerit procurator antedictorum,ſi nihil antedictum ſit.

3 Amplia,quia nulla redditur ſi eſt incerta.

Vide plene in ver. Appellatio ad quem debeat fieri. Concluſ.352. per totam,maxime num. 61. & ſequen.

4 Amplia, quia appellatio interpoſita à ſententia lata per Vicarium poteſtatis Bononię eſt nulla,ſi Vicarius erat delegatus ab Antianis in cauſa,quæ non erat ſuę iuriſdictionis.quia ſi non expreſſit lata per Vicarium tanquam delegatum, appellatio eſt nulla. Calder.conſ.214.alias 8. de appellatio.

Amplia,

3 Amplia, vt appellatio sit nulla, si non exprimitur, vel notatur dies appellationis. Calder. consil. 318. alias 11. de appell.

6 Amplia, quia appellatio redditur nulla, quando est facta à grauamine inferendo.

Vide. Appellare non potest non grauatus. Concluſ. 361.

7 Amplia, quia nulla est quando non est interposita coram Iudice à quo, si eius copia haberi poterat. Angel. conſ. 130. Viſis omnibus, in principio.

Vide. Appellatio coram quo, & qualiter interponenda. Concluſ. 350.

8 Amplia, quando requirit cauſæ expreſſionem, & non est expreſſa, vel debet fieri in ſcriptis, & non est facta in ſcriptis.

Vide. Appellatio quando requirat cauſam exprimi. Concluſ. 360.

9 Amplia, quia appellatio friuola redditur nulla. Fulgoſ. conſ. 165. num. 2.

Vide. Appellatio friuola quando dicatur. Concluſ. proxime ſeq.

10 Amplia, quia appellatio à ſententia nulla interpoſita per procuratorem ad appellandum, est nulla, quia mandatum intelligitur de appellatione de iure admiſſa, & procedente, ideo ſi talis appellatio deferatur, non præiudicat Domino. Fulgoſ. conſ. 150. in princ. num. 1.

11 Amplia, quia appellatio redditur nulla, ſi non fiat intra decem dies. Anchar. conſilio 345. Iam deſerta. num. 2.

Vide. Appellatio debet conſtare quod est interpoſita infra decem dies. Concluſ. 354.

12 Amplia, quia ſi deferatur inſtantia appellationis, appellatio redditur nulla, & Iudex appellationis remanet incompetens. Anchar. d. conſ. 345. per totum.

13 Extende etiam quod prima ſententia, à qua fuerit appellatum, ſit nulla, vel iniuſta, quia deſerta appellatione non poteſt Iudex appellationis reuocare talem ſententiam, ex quo caret iuriſdictione. Ancharan. dicto conſilio 345. per totum.

14 Reſtringe, niſi eſſet alias Iudex competens, vel niſi pronunciaſſet, ſe Iudicem competentem, quia tunc poteſt pronunciare, ita Anchar. d. conſ. 345. in fin. verſ. iura autem.

15 Amplia multis modis quando est prohibita, vel ſublata.

Vide. Appellatio multis caſibus non admittitur. Concluſ. 402.

Appellatio friuola quando dicatur, & effectus illius. Concluſ. CCCXCVII.

1 APPELLATIO friuola non operatur effectum appellationis, nec debet admitti. Feder. de Sen. conſ. 187. Caſus talis est, dominus. vbi loquitur, quando est manifeſte friuola. Bald. conſil. 338. Ad euidentiam. num. 4. ver. huc accedit.

2 Et dicitur friuola, quando est male propoſita cauſa recuſationis Iudicis, puta, quod eligantur arbitri, quando ad Iudicem ſuperiorem erat recurrendum. Oldrad. conſil. 302. in princ. num. 2. ver. item huius recuſatio, & num. 9. verſ. nec appellatio, quia quando Iudex ordinarius recuſatur, non eliguntur arbitri, iuxta not. in cap. ſi contra vnum, in fin. de offic. deleg. in 6.

3 Item, quando appellatur à futuro grauamine, dicitur appellatio friuola. Geminian. conſil. 102. in princip.

4 Et friuola dicitur appellatio interpoſita à Canonico ſuper honeſta correctione data per Capitulũ propter contumaciã, quia ea non obſtante poteſt procedere ad pœnam etiam alteratam, ſi perſeuerat in contumacia, & inobedientia. Anchar. conſ. 410. Ponderata. num. 7. & 8.

5 Item ſi fiat ab admiſſione facta, ſi & in quantum de iure, quia Iudex admittens aliquid, ſi & in quantum non grauat, ideo non admittitur appellatio. Imol. in l. Iudex, in fin. ver. quid autem ſi Iudex dicat. ff. de re iudic. Natt. conſ. 32. n. 8. ver. nec obſtat, vnde cum ceſſet cauſa finalis appellandi, quod est grauamen, & oppreſſus ſubleuetur, cap. ſuggeſtum, de appell. ſequitur, quod appellatio est truſtratoria, quæ à iure est prohibita. cap. paſtoralis. ver. per appellationem truſtratoriam. de appell. vbi Præpoſit.

Vide. Clauſulæ iudiciorum diuerſę, & quid operentur. Concluſ. 361.

Vide. Statutum circa conſilium Sapientis, vt à tali ſententia non appelletur. Concluſione 493. numero 3.

6 Amplia, quia appellatio manifeſte friuola in tantum reprobatur à iure, vt taliter appellantem priuet iterum poteſtate appellandi in eadem cauſa. cap. ſi appellationem, de dol. & contuma. Feder. de Sen. conſ. 192. col. 2. circa fin. ver. ſi autem non detulit.

7 Amplia, quia appellatio truſtratoria, & friuola non admittitur, etiam interpoſita contra electionem factam. Bald. conſil. 338. num. 4. ver. huc accedit. lib. 1.

8 Et dicitur friuola, quando euidenter est iniuſta. Bald. dicto conſilio 338. num. 4. ver. nec obſtat. lib. 1.

9 Item dicitur friuola quando is, qui appellat non grauatur, quia ſententia eum non tangit. Fulgoſ. conſ. 165. In quæſtione propoſita. num. 2. vbi late.

Vide. Appellare non poteſt non grauatus. Concluſ. 361.

10 Item quando appellatio reijcitur tanquam friuola per Iudicem à quo, & pars appellans non appellat à reiectione, quia cenſetur acquieſcere, quod ſit friuola. Card. Zabarel. conſ. 32. In deciſione, in princ. verſ. circa primum.

11 Amplia, quia appellatio friuola est in tantum nulla, vt non impediat exequutionem, neque deuoluat, neque effectum aliquem operetur. Fulgoſ. d. conſ. 165. num. 2.

12 Extende multo magis quando est notorie friuola, & nulla, quia non impedit proceſſum, veluti, ſi quis allegat Iudicem ſuſpectum, vel locum ſuſpectum, poſtquam concordauit de Iudice, & loco procurator. Anchar. conſ. 158. Ex narratis. num. 29. & ſeq.

13 Amplia, quia appellatio non ligat Iudicem, ſi non est eidem intimata, ideo valent geſta ab eo, poſt appellationem interpoſitam, de qua ipſe

ipſe non habuit notitiam.Anchar.d.conſ.158.nu. 31.vbi dicit * communem.

Vide. Appellatio nulla ex quibus reddatur. Concluſ. prox.præceden.

Appellatio remoueri per quos Principes poſsit. Concluſ. CCCXCVIII.

1 SOLVS Papa,& Imperator poſſunt tollere appellationem,& committere cauſam omni appellatione remota.Bald.conſ.361. Quamquam ſuper.num.5.lib.3.

2 Contrarium in Duce Mediolani, qui poteſt committere cauſam,appellatione remota.Socin. conſ.195.Circa primum, in princ. vbi quod non recognoſcentes de facto ſuperiorem, & habentes iura Imperatoris in ſuo ſtatu hoc facere poſſunt.

3 Declara, quia licet tollatur appellatio, prout tollitur à lege, vel ſtatuto, aut Principe, tamen non tollitur ſupplicatio Principi, quando tria concurrunt. Primo, quod aliud remedium non ſuperſit. Secundo,quod amplius non fuerit appellatum,vel ſupplicatum. Tertio, quod notorietas, vel enormitas delicti non obſtet. Ioan. de Imol. conſ.145. num. 3.in fin.verſ. & vt breuiter,& nu. 8.ver. item quia.

Vide.Supplicatio Principi quid ſit, & quando prohibita,vel non.Concluſ.905.

Vide.Renisio quid ſit, & importet. Conc.513.

4 Declara, quia licet iſti Principes abſoluti hoc facere poſſint,tamen per commiſſionem factam, vt Iudex procedat in cauſa commiſſa, prout Iudex datij procedit non cenſetur ſublata appellatio, etiam ſi Iudex datij procedat in cauſis datiorum remota appellatione, quia in hoc quoad remouendam appellationem, non ſufficit ſubrogatio generalis. Ita Socin. d. conſ.195. in princ.lib.2.vbi late.

5 Declara, quia imo ſtatutum,vel lex, vel Princeps tollens appellationem,intelligitur,vt non habeat locum, quando manifeſte quis grauatur, quia contineret iniquum.Deci.conſ.49. Præſtantiſſime Doctor,in fi.ver.quinto,& vltimo.

6 Amplia, quia habentes authoritatem legis condendæ à Principe, vel à conſilio generali Ciuitatis. non poſſunt tollere appellationem à diffinitiua,ſed tantum ab interloquutoria.Bart. conſil. 172. Dubia in ſecundo dubio. numero 4.verſic.licet Princeps. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. condendi, & eſt ratio, quia eſt de reſeruatis Principi.

7 Amplia, quia neque ſtatutum poteſt tollere appellationem à diffinitiua, niſi ſit confirmatum à Principe.

Vide.Appellatio quando tolli poſſit per ſtatutum. Concluſ.proxim. ſequen.

Appellatio quando tolli poſsit per ſtatutum, & ſublata, & de qua intelligatur. Concluſ.CCCXCIX.

1 APPELLATIO à diffinitiua tolli non poteſt per ſtatutum non confirmatum à Principe,ſecus ſi ſit confirmatum.Bal.conſ.354.An ſtatutum prædictum, in princ. lib.2.& conſ. 2. Viſa petitione. lib. 5.num.3.

Vide. Appellatio remota ex quibus verbis cenſeatur.Concluſ.407.

2 Reſtringe, quia valet ſtatutum prohibens appellationem ab interloquutoria, etiam ſi non ſit confirmatum à Principe.Bal.d.conſ. 354. in principio: lib.2.& concluſ.prox. ſequen.in princip. & per totam.

Vide.Statutum tollens appellationem. Concl. 466.num.18.& ſeq.

3 Et ideo valet ſtatutum, quod à pronuncia quod Iudex eſt competens non detur appellatio, quia eſt interloquutoria. Bald. conſilio 2. num. 3.lib.5.

4 Declara,quia licet ſtatutum non valeat,tamen Iudex,qui iurauit illius obſeruantiam non poteſt allegare ſtatuti nullitatem. Bald.d.conſ.354. in princ.lib. 2.

5 Declara,quia licet non valeat ſtatutum tollens appellationem,ſecundum * communem opinionem, tamen contrariù de conſuetudine ſeruatur in practica. Clarus in §. final.qu.94. numero 3. ver. ceterum.

6 Reſtringe, quia Ciuitas habens cognitionem primæ, & ſecundæ appellationis poteſt tollere appellationem,imo ſi habet primam appellationem poſſet illam tollere, & duæ ſententiæ ſufficerent.Corn.qui loquitur in Ciuitate Anconę.conſ. 262.num.9.lib.4.

7 Amplia, quia prohibita appellatione cenſetur prohibita tam reſpectu exequutionis, quam reſpectu deuolutionis. Capic. deciſ. 34. numero tertio.

Vide omnino Socin. in regula 20. appellare a ſtatuto iniquo non permittitur: vbi quod licet à tali ſtatuto non appelletur, tamen appellatur à ſententia lata vigore talis ſtatuti, & limitat ſeptem modis.

8 Limita, quia prohibita appellatione,non prohibetur recurſus. Grammat.deciſ.35.num. 4. neque ſupplicatio. Natt.conſ. 171.num.8.lib.1. vbi num.11.& ſeq.declarat qualiter procedat.

9 Declara, quia ſupplicatio non ſuſpendit exequutionem.

Vide.Supplicatio quid ſit, & quando prohibita,vel non.Concluſ.905.

10 Reſtringe, quia ſi ex lege, vel priuilegio prohibetur appellatio,non tamen ſupplicatio, ſecus ſi eſt prohibita ex pacto, vel conuentione. Natt. conſil.914.num.4.& ſeq.lib.3.

11 Limita,quia prohibita appellatione nunquam intelligitur prohibita,quando conſtat ex actis de manifeſta iniuſtitia. Natta conſ.51.nu.21.lib. 1. allegat Alex.conſ.107.Viſo themate.col. fi. lib.3. latius Natta conſ.172.num.4.

12 Extende etiam ſi dolo ſit pronunciatum.Natta conſ.172.num.6.

13 Limita,quia prohibita appellatione per ſtatutum intelligitur de appellatione friuola.Bart. in l.1.§.hoc interdictum.ff.quand.vi, aut clam. Zab. conſ.120.In caſu incip. Titius obligauit.in fi.Ro. in rub.ff.de arbit. allegat. c. paſtoralis,& cap.ex parte.il 2.de off.deleg.

Vide in ver. Statutum tollens exceptionem. Conc.526.n.30.& ſeq.

14 Contrarium tenet Alexan.conſ.139. Viſo pun-

cto,in principio, libro 7. vbi plures citat, & reprobat tenentes contrarium, quod inaduertenter loquantur, quia in lege, & ſtatuto intelligitur de appellatione generaliter, ſecus ſi tollatur per reſcriptum, quia intelligitur ſolum de friuola.

15 Imo quando grauamen eſt notorium, quod ſem per permittatur appellatio etiam in caſu prohibito. Deci. conſ. 49. in fi. ver. quinto, & vltimo.

16 Extende, vt procedat in reſcripto Principis. Zabarell. d. conſ. 120. in fi. Caſus ibi poſiti, in quo inſeruntur allegationes.

17 Limita, quia etiã in interloquutoria prohibita appellatione, intelligitur de ea, quę poteſt repara ri, alias non. Natt. conſ. 172. in princ. vbi late.

18 Limita, quia clauſula appellatione remota, nõ intelligitur de appellatione, qua quis pronunciat ſe Iudicem competentem. Ruin. conſ. 1. numero quarto, lib. 4.

19 Limita, quia ſi eſt renunciatum à partibus appellationi intelligitur de appellatione principali, non autem de appellatione ex defectu proceſſus, vel iuriſdictionis, vt quia laicus Iudex iudicet ſuper inſtrumento, non obſtante exceptione vſuraria. Zabarell. d. conſ. 120. num. 3. ver. ad ſecundum.

20 Limita, quia ſi ſtatutum prohibet ſemel appellari tantum debet intelligi ſemel à qualibet parte, non ab vna tantum. Deci. conſ. 49. Præſtantiſſime Doctor.

21 Limita, quia ſi ſtatutum prohibet appellationem, & nullitatem laudi, & ſententię, & mandat exequi ipſo facto, ac ſi eſſet emologatum: licet loquatur generaliter de omni ſententia, tamen non habet locum ſi eſſet latum ex dolo Iudicis, vel partis, aut per ſordes, vel falſos teſtes, quia ad iſtos caſus non extenditur ſtatutum, & ſi extenderetur non valeret, quia eſt nutritiuum peccati. Alex. conſilio 139. Viſo puncto; per totum. lib. 7.

22 Declarat Alexand. dicto conſilio 139. in fine. numero octauo. verſicul. habet tamen in primis. libro ſeptimo; vt prius ſummarie debeat conſtare de dolo, & ſordibus, aut falſitate, alias ſecus, & ponit practicam ſeruandam, vide eum.

Vide plenius. Statutum circa appellationem, & nullitatem. Concluſ. 466. num. 40. & ſeq.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Appellatio remota in reſcripto, vel alias qualiter, & de qua intelligatur. Concluſ. C D.

1 APPELLATIO ſi eſt remota per Principẽ in ſtatuto, vel lege, non debet appellãs audiri, neque aduerſus interloquutoriam, neq; diffinitiuam, ſecus ſi ſit remota à ſtatuto non confirmato à Principe, quia non tollit appellationem à diffinitiua. Bald. conſ. 354. An ſtatutum prædictum, in princ. lib. 2.

Vide. Appellatio quando poſſit tolli per ſtatutum. Concluſ. prox. pręced.

2 Reſtringe quando eſſet ſublata à ſtatuto non confirmato a ſuperiore, quia tunc ſtatutum non tollit appellationem a diffinitiua. Bald. d. conſ. 354. An ſtatutum, in princ. lib. 2.

3 Amplia, quia appellatione remota in commiſſione cauſę emanata a ſignatura PP. diſcuſſo negocio, nulla admittitur appellatio ſuſpẽſiua exequutionis, & ideo appellatio nõ impedit exequutionẽ, nec debet per viã attẽtati reuocari talis exẽquutio ſecundum * communẽ opinionem, de qua * Rota, vt per Veſtan. deciſ. 70. Hæc clauſula. lib. 1. In vna Hiſpalen. coram S. Cruce, inter manuſcr.

4 Reſtringe in reſcripto Papæ emanato per viam contradictarum, quia ex quo talis clauſula paſſim concedi ſolet nihil operatur, ex quo non adhibetur cauſę cognitio. Veſtan. d. deciſ. 70. lib. 1. vbi dicit ita tentum coram Sancta Cruce in vna Hiſpalen.

5 Reſtringe, quia remota appellatione, non cenſetur ea remota, vbi quis manifeſte grauatur. Deci. conſ. 49. Præſtantiſſime Doctor, circa fi. n. 3. Portius Imol. conſ. 209. num. 15. Alex. conſ. 77. Viſis dubitationibus. n. 17. & conſ. 106. Viſo themate. num. 27. lib. 3. plene Alex. conſ. 91. In cauſa inter Antonium. lib. 6. in princ. vbi poſui concor.

6 Amplia, quia appellatione remota per ſtatutum quid cenſeatur prohibitum.

Vide. Appellatio quando poſſit tolli per ſtatutum. Concl. prox. præced.

Vide plenius. Statutum circa appellationem, & nullitatem. Concl. 466.

7 Declara, quia tale ſtatutum dicitur odioſum, & debet ſtricte intelligi. Deci. conſ. 49. in prin. & per tot. vbi quod ſtatutũ permittens appellari ſemel tantum, intelligi debet ſemel à qualibet parte.

8 Limita vbicunque appellatio prohibetur a lege, vel ſtatuto propter abbreuiationem litium, quia ſemper poteſt appellari expreſſa cauſa a iure approbata, quæ ſi probetur appellationem permittit. Bald. d. conſ. 354. circa fi. ver. quandoq. propter abbreuiationem. lib. 2.

9 Limita quando appellatio eſt remota in reſcripto Principis, quia cum reſcriptum ſit contra ius, debet intelligi de appellatione friuola, non autem de appellatione releuanti. Bald. conſ. 354. in fi. ver. quandoque appellatio. lib. 2. Alex. conſ. 113. Viſo themate. n. 9. ver. plus dicit. lib. 5. vbi loquitur in exceptione, & deciſ. Pedemon. 88. nu. 12. Rom. conſ. 211. Allegationes. n. 2. ver. item adducitur, vbi apoſtil. inver. iuſtam, citat concor.

10 Declara, quia non habet locum in appellatione a diffinitiua, quia ſemper eſt iuſta, ſed ſolum ab interloquutoria, vel poteſt eſſe, vel eſt friuola, & ita tenuiſſe Rotam atteſtatur apoſtill. ad Romanum dicto conſilio 211. numero ſecundo. verb. iuſtam.

11 Reſtringe, quia ſpeciale eſt in commiſſione facta Card. omni appellatione remota, quia nullo modo poteſt appellari etiam a diffinitiua. apoſt. ad Roma. d. con. 211. num. 2. in ver. iuſtam, circa medium. ver. an autem hęc procedant, vbi citat plurimos.

12 Limita, quia clauſula, appellatione remota, in reſcripto, nihil operatur ſi litteræ ſunt nulię, & quandiu durat nullitas ſuper litteris, talis clauſula nihil operatur. Lap. alleg. 123. quãtum ad nunciationem. n. 3. in fi. ver. vide ibi, quod clauſula.

13 Limita, quia non tollit appellationem, per quam appellans dicit ſe innocentem. Alex. conſ. 113. num. 7. ver. nunc ſolum. lib. 3.

Limita,

Digitized by Google

14 Limita ſi appellatio per Papam ſit commiſſa, quia clauſula in primo reſcripto appellatione remota perdit vires.Lap.alleg.123. num. 4.verſ. item clauſula .

15 Limita,quia clauſula appellatione remota non habet locum ſi proceditur abſque parte,& extra Iudicium.Lap.alleg.123.num.4.

16 Limita , quia clauſula,appellatione remota, inter duos non præiudicat tertio.Lap.alleg. 123. nu.4.verſ.item ſi clauſula: vbi quod non ſe extendit ad eum , qui negat vacationem narratam, ſed dicit ſuum eſſe beneficium, de quo agitur .

Vide . Tertio non præiudicat reſcriptum , vel diſpoſitio.Concluſ.88.

17 Limita , quia clauſula appellatione remota, ſimpliciter intelligitur de diffinitiua,non autem de interloquutoria.Gemin. in cap. vt inquiſitionis.num.8.& 9.vbi Franch. num. 4. dicit eſſe notandum. lib. 6. Felin.in cap.cauſam, quæ.nu. 27. de reſcript.

18 Limita , quia licet non poſſit appellari , tamen poteſt de nullitate dici. Alex.conſ.2. Conſideratis his,de quibus num.12.lib.3.cum ijs, quæ ibi poſui in margine : vbi loquitur in ſententia poſſeſſorij , à qua licet non detur appellatio , tamen poteſt dici de nullitate.

19 Extende,vt procedat etiam ſi eſſet dictum, dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt appello , quia valet talis dictio nullitatis.Alex. d.conſ. 2. num. 13.vſque in fi.lib.3. vbi recitat opiniones , & dicit hanc veram contra Salycetum volentem contrarium,ſed tamē pro tēperamento dicit taliter dicentē de nullitate debere declarare, quod dixit de nullitate principaliter non autem incidenter.

20 Limita,quia commiſſa cauſa,appellatione remota,non eſt ſublata appellatio, quando ille Iudex pronunciat ad relationem alterius . Socin. conſ.195. Circa primum.nu.5.lib.2.

Vide . Appellatio à ſententia lata de conſilio, vel ad relationem alterius admitti debet. Concluſ.419.

21 Limita, quia clauſula , appellatione remota, non operatur, quando iniuſtitia ſententiæ eſt detecta,& notoria,quia tunc datur appellatio. Bal. conſ.141. Premiſſis verbis.nu.8.in fi.verſ. item, quando iniquitas.lib.1.

22 Limita,quia ſi eſt appellatio remota,& ſit dubium,an ſit admittenda appellatio propter iniuſtitiam,vel grauamen debet admitti.Dec.d.conſ. 49.circa fin.ver.quarto ſuadetur.

Vide. Appellationi in dubio fauendum . Concluſ.392.

23 Extende,quia ſaltem eligi debet conſultor, qui videat,an appellatio ſit concedenda.Deci.d.conſ. 49. in fin.

24 Limita,quia per clauſulam,appellatione remota,non cenſetur remota ſupplicatio.Franch.in c. paſtoralis.num.6.de appellat.

Vide . Supplicatio remota quid ſit,& quando prohibita,vel non.Concluſ.905.

25 Limita , quia ſi Papa mandat præciſe aliquid exequi propter cauſam expreſſam, appellatione remota cum excommunicatione datur appellatio,ſi is,contra quem exequutio mandatur , probat cauſam expreſſam non eſſe veram,quia omne reſcriptum habet clauſulam, ſi preces veritate nitantur,Anch.conſ.240.Per prædicta num.4.

Appellatio remota ex quibus verbis cenſeatur . Concluſ. CDI.

1 APPELLATIO cenſetur remota , ſi ſtatutum,vel lex mandat aliquid fieri in poſſeſſorio , vel ad conſouendam poſſeſſionem ſine lite, vel ſtatim, quia cenſetur velle tollere ex præmiſſis omnem appellationem in poſſeſſorio , etiam quod iudicium poſſit dici mixtum. Bal.conſ.330. Statuto cauetur.lib.1.n. 7. verſ. pro qua opinione,vſque in fi.

2 Limita , quia appellatio non dicitur remota licet Princeps committat cauſam Iudici, vt procedat more datiario,quia licet à ſententijs Iudicis datij,vel vbi agitur de datio, non detur appellatio,tamen non cenſetur Princeps proptera tollere appellationem . Socin. conſ. 195.Circa primum.lib.2.vbi eſt caſus: vbi quod ſubrogatus ad vnam cauſam , loco Iudicis , a quo non appellatur, non dicitur ſubrogatus circa hoc , vt non poſſit appellari .

Vide plenius per duas concluſiones proximas præcedentes per diſcurſum .

Appellatio multis caſibus non admittitur . Concluſ. CDII.

1 APPELLATIO non datur Religioſo condemnato, ſeu correcto à ſuo Prælato Religioſo , quia inter Religioſos non eſt locus ſubtili ſtrepitui iudiciali. cap. ad noſtram , de appellation. Lap. alleg.54.num.3.verſ.nec ordo.

2 Amplia,quia appellatio non datur in 37. caſibus poſitis per Speculat.tit.de appellat.§.in quibus autem caſibus,quem citat Socin.conſ.195.in prin.ver.ſed præmiſſis.lib.2. vbi quod ponit omnes caſus,in quibus non datur appellatio.

3 Vide omnino Corrad. in ſuo breuiar. fol.100. num. 9. & ſequen. vbi ponit caſus 80. in quibus non datur appellatio , quos videas omnino.Speculat. titul.de appellation. §. 2. quem Socin. citat,non poſuit omnes caſus, in quibus non detur appellatio.

4 Amplia,quia non datur appellatio ei, qui tenetur ſoluere tributum.Feder.de Sen.conſ.81.Laicus,circa fi.ver.nam ſicut ille .

5 Amplia, quia petita reductione laudi ad arbitrium boni viri coram Iudice ordinario, non datur appellatio a ſententia tali,quia Iudex procedit tanquam arbiter , & perſona ſubrogata loco arbitri.Anch.inter cōſ.Cald.114.n.2. ver.in progreſſis etiam,alias 5.de arbitr.

Vide . Appellatio an detur à ſententia confirmante laudum.Concluſ.414.

6 Amplia,quia appellatio non datur à correctione,quia prohibitum eſt appellare ne quis corrigatur.Calder.conſ.209.alias 3.de appell.in prin.allegat.c.licet de offic.ord.& c.reprehenſibilis, de appellat.

Amplia,

7 Amplia,quia non datur ab indicta purgatione Canonica,nisi excedatur modus. Rom. cons.351. In proposito,in fi.

8 Amplia, vt appellatio non detur maxime in notorio.Calder.d.cons.209.alias.3. de appell. in princ.

Vide. Appellatio super notorio non admittitur.Conclus.404.

9 Amplia, quia confessus in iure non appellat. cap. Romana.§.fi autem, de appell. in 6. Calder. cons.209.in princ.ver. item confessus, alias tertio,de appell.

Vide. Appellare an possit confessus. Conclus.417.

10 Amplia,quia appellatio a futuro grauamine non datur.Gemin.cons.102.in princ. Cardin.in clem.sicut,de appell.

Vide. Appellare non potest non grauatus.Conclus.361.

11 Amplia, quia ab exequutione facti non datur appellatio.Gemin.cons.99.in princ. num. 1. & 2. ver.quandoque profertur sententia, & quod non detur de consuetudine a carceratione facti. Clar. in prax. crimin. §. fin.q. 46.nu.2.vers.sed quid si reus.

Vide. Appellatio ab exequutione an admittenda.Conclus.410.

12 Amplia, quia verus contumax non potest appellare, & non admittitur appellatio ab eo interposita,siue sit principalis,siue procurator. Gemi. cons.2. Istud dubium,per totum.

Vide.Contumax verus non potest appellare,& qualiter procedat. Conclus.1025.

13 Extende in contumace manifesto appellante, quia eius appellatio non recipitur.clem. fi ante, de dol.& contum.Gemin.cons.102.num.3.& seq. ver.nam ille,qui recedit.

14 Extende, quia appellatio a diffinitiua non datur,quando est lata contra contumacem, qui friuole appellauerat ab interloquutoria, quia dicitur manifestus contumax.Abb.cons.48.Tria sunt. n.3.vers.ex his concludo.lib.1.

15 Appellatio non recipitur pro eo,cuius non interest.Gemin.cons.117.in fi.ver.nec obstat.

Vide. Interesse non habens non auditur. Conclus.315.

16 Extende, quia non citati, & nullum interesse habentes, non possunt appellare,quia non grauatus non appellat.Alex.cons.89.n.8.lib.1.c.omnis oppressus 2.quæst.6.Doctor.*in c.vt debitus,per illum tex.de appell.

Vide.Appellare non potest non grauatus.Conclus.361.

17 Amplia, quia non datur a sententia super alimentis futuris,secus super præteritis, & qualiter procedat.

Vide.Alimenta habent multa priuilegia.Conc. 286.num.47.& seq.

Amplia, quia non datur ab his, quæ sunt in facultate Iudicis, ideo non valet appellatio à reuocatione substituti Iudicis, quando Iudex ordinarius vult per se cognoscere, quia hoc habet in facultate a lege. Baldus consilio 111. Processus factus.lib.5.

18 Extende in his, quæ arbitrio Iudicis commissa sunt secundum distinctionem, de qua infra in fine.Appellatio non datur in his,quæ sunt arbitraria Iudici,& quando.Concl.415.

19 Amplia, quia appellatio non datur ab excommunicatione, vel sententia excommunicationis, & interdicti. Ang. cons.188.Sed nunc videndum, in princ.& num.2. col.3.in princ.vers.nec obstat, quod dicimus, vbi quod habet multa specialia sententia excommunicationis.

Vide. Excommunicatio lata quando non ligat excommunicatum propter appellationem. Conclus.460.

20 Amplia, quia appellatio a decreto interposita super aliquo actu,vel instrumento non datur, quę suspendat,de quibus Affict.decis.261.per tot.vbi fere omnia decreta enumerat, in quibus non datur appellatio.

21 Amplia, quia vbicunque non datur appellatio a sententia super negocio principali,prout a laudo lato inter consanguineos vigore statuti, ita non datur a sententia preambulę compulsionis de compromittendo tanquam accessoriæ.Petrus Anchar.cons.78.Ex verbis sententiæ;per totum.

22 Declara,quia vbicunque appellatio non datur, tamen conceditur si appellans exprimat talem causam, quæ si esset vera constaret de grauamine.

Vide. Appellatio quando requirat causam exprimi. Conclus.360.

23 Amplia,quia appellatio non datur contra tres sententias conformes.C.ne licea.ter.prouoc.

Vide. Appellatio contra tres sententias non admittitur.Conclus.403.

24 Extẽde in tantum, vt neque Princeps de ordinaria potestate possit ex rescripto cõcedere,quod tertio prouocari possit.Socin.cons.158.ver.circa primam difficultatem,cum seq.lib.2.

25 Restringe, quando sententiæ sunt tres conformes, si vero sunt difformes, appellatur toties, quoties tres sint conformes.Castr.cons.163.Proponitur in facto.num.2.lib.2.

26 Restringe, nisi Papa intellecto,quod essent latę tres,nihilominus committeret appellationem, quia censetur illam concedere. Alexan. cons. 77. In causa,& lite. num. 3. vers. secundo principali fundamento.lib.2.

27 Amplia, quia neque admittitur dictio nullitatis,quando sunt latæ tres conformes.clem.1. de re iudicat.

Vide. Nullitas quando impediat exequtionem trium conformium.Conclus.136.

28 Amplia, quia non datur appellatio in causa summaria à sententia lata super incidenti. Castrens.cons.19.Quod à sententia.vers.sed regula est.lib.1.

29 Amplia,quia non datur appellatio aduersus sepulturam mortui commissam. Anchar.cons.189. Tribus de causis.num.2.

30 Extende, quia vbicunque res esset peritura,si appellatio suspenderet exequtionem, non datur appellatio,ne res pereat. Anchar.dicto consil.189.num.2.

31 Amplia,quia is, qui obtinet sententiam fauorabilem, non appellat ab omissa condemnatione expensarum.

Vide. Expensarum condemnatio omissa quando præiudicet,vel non.Conclus.628.

32 Amplia,quia non datur in his,quę committuntur alicuius conscientiæ, & ideo si alicui committitur, quod faciat, quod in conscientia sibi videtur, non datur appellatio, neque reductio

ad

ad arbitrium boni viri.Rom.conſ.27.Viſo thema te.n.3.col.2.ver.tertio videndum.

Vide. Conſcientia quid ſit, & qualiter regulanda.Concluſ.742.

33 Amplia in criminalibus, in quibus non datur appellatio in multis, nam à decreto carcerationis rei non datur appellatio de conſuetudine, licet forte ſecus ſit de iure, ita Clar.in §. fin. q.46. num.2.ver.ſed quid ſi reus,vbi quod alias eluderetur materia criminalis.

34 Extende, quia licet detur appellatio à decreto de torquendo, imo & à comminatione de inferenda tortura,ſecundum * communem,tamen ſecus eſt,ſi Iudex differat tale decretum in tempus, quo reus cœptus eſt ſpoliari,vt torqueatur, quia ex quo eſt cœptum tormentum, & exequutio non datur appellatio. ita Clar. in §.fin. quæſt.64.nu. 27. ver.ſed quid agendum,& nu.35.in fi.ver.quæro nunc, vbi quod tale decretum fit ſecreto, & ſtatim deuenitur ad illius exequutionem.

35 Limita,quia in omnibus caſibus,in quibus non appellatur, poteſt appellari, quando ſententia eſt notorie iniuſta, vel iniqua. Anchar.conſ. 363. num.5.verſ.ad ſextum, cum ſeq. vel quando manifeſte conſtat de grauamine.Dec.con.49.Preſtantiſſime Doctor,in fin.ver.quinto,& vltimo,vel ſaltem non denegatur ſupplicatio.

Vide. Supplicatio quid ſit, & quando denegetur, vel non. Concluſione 905. vel per viam recurſus.

36 Limita,quia in caſibus, in quibus non datur appellatio, multoties datur ex cauſa expreſſa relenanti ſi probatur.

Vide incertum authorem poſt regulas Soci. in reg.16.Appellatio iuſte fit,vbi reſtringit nouem modis.

Appellatio contra tres ſententias conformes non datur. Concluſ. CDIII.

1 APPELLATIO non admittitur contra tres ſententias conformes, quia non licet tertio prouocare.clem.vt calumnijs, de re iudic.vbi quod reijcitur tanquam calumnioſa.

2 Et quod non liceat tertio prouocare,eſt tex.in l.1.C.ne liceat tertio prouocare.Soc.ponit in reg. 50.prouocare tertio in vna eademque cauſa non licet,vbi limitat duobus modis,ab vna parte, & niſi inferatur nouum grauamen.

Vide. Appellatio multis caſibus non admittitur.Concluſ.prox.præced.n.23.& ſeq.

Vide. Clement.1.vt calumnijs,de re iudi.Concluſ.374.

Vide. Nullitas quando impediat exequtionem trium conformium.Concluſ.136.

Vide. Sententia iniuſta, & iniqua ex multis. Concluſ. 155.

Vide.Notoria iniuſtitia quę,& quando dicatur. Concluſ.112.

3 Declara, vt idem ſit contra duas conformes, ſtãte ſtatuto, quod duæ conformes faciant iudicatum.Alex.conſ.75.In cauſa,& lite,in princ. lib.7.

4 Declara,niſi in vna fieret reſeruatio iurium, quę non eſſet in aliis, quia daretur appellatio in ea parte, in qua ſunt diſformes. Alexand. dicto conſ. 75. in princip. & per totum. libro 7.

5 Limita, quia vbi euidenter, & notorie conſtat de iniuſtitia trium conformium datur appellatio & remedium grauato, & ſuſpenditur exequutio. Alex.conſil.106.Viſo themate.n.28.ver.in quibus locis.lib.3.& idem repetit Alex.conſ.77. num.17. eod.lib.& conſ.113.num.8.lib.5.& conſ.91. nu.2. lib.6.Deci.conſ.49.num.3. Oldrad.conſ.106.Bal. in l.1.in princ.C.ne licea.tert.prouoc.

6 Extende,vt idem ſit,quando eſſet vnica ſententia à qua ſtatutum prohiberet appellari,ſupplicari,de nullitate dici per viam exceptionis,vel reſtitutionis,etiam implorando officium Iudicis,quia ſi conſtat euidenter,& notorie de iniuſtitia,admitti debet appellatio.Alexan.d.conſ.106.n.26.in fin. cum ſeq.ver.ex alio.lib.3.& num.25.cum ſeq.vbi, quod ſtatutum non debet trahi ad iniquum,ſed redigi ad ius commune,quantum fieri poteſt.

7 Contra limitationem, & extenſionem tenet Alexan.conſ.225.Ponderatis.nu.16. ver.comprobo ex his.lib.6. vbi allegat Ant.de Butr.Ioann.de Imol. & Abb.d.clem.vt calumnijs, de re iudic. & apoſtil.ad Alex. citat eundem conſ.111.lib.5. Felin.in rubr. de for. compet. quod imo habeat locum,vt tollatur & appellatio (licet notorie conſtet de grauamine)& nullitas(licet ex actis ſit euidens,& notoria,) quia prius debet fieri, & dari exequutio trium conformium,quia non agitur de graui præiudicio, & irreparabili, quia competit reſtitutio in integrum, & nullitas infra 30. annos poteſt proponi,& ibi in ver.præterea, dat concor. qui reprobant Bald.

8 Declarat Alex. d.conſ.225. num.16.& ſequen. verſ. per hoc patet.lib.6. quod vel verius ſit contrarium, vel ſaltem data veriori limitatione, illa ſit in terminis d.clem.vt calumnijs,ſecus ſi extaret ſtatutum, quod non appellans infra certum terminum, vel non dicens de nullitate excludatur, quia talis excluſio ſtatuti non eſt neceſſaria, ſed voluntaria ex negligentia non appellantis, &c.

9 Limita, quando notorie conſtaret de nullitate ex defectu iuriſdictionis. Alexand.conſ.77. num. 8. & ſeq.libro 2.

10 Limita, quia debet appellans exprimere cauſam releuantem Soci. reg.14. Appellans à ſententia diffinitiua.limit.3.

Vide plenius per Ant. Gabriel. lib.2. tit.de re iudic.Concl.1.Exequutio poſt tres conformes ſtatim fit non obſtante quacunque exceptione.

Appellatio ſuper notorio non admittitur. Concluſ. CDIV.

1 APPELLATIO interpoſita à decreto, vel ſententia,per quam aliquis declaratur non ſufficiens,de quo eſt notorium,non ſuſpendit exequutionem, nec operatur reuocationem attentatorum,imo non admittitur ſuper notorio, & poteſt talis ſententia exequi etiã non expectatis decem diebus.Oldra.conſ.18.Circa primum.ver.ad tertium,& conſ.311. circa fi. ver.ſecundo quia.n. 10.allegat c.Romana.§.ſi autem,de appel.in 6.& quod non detur appellatio,ſi ſit vere notoriũ, vel probatum

Digitized by Goog

probatum ſit. Lap.alleg.85.in fi.n.12. ver.ſed pone.Zabarell.conſ.101.in fi.verſ.quoad ſecundum. Calder.conſ.209.alias 3.de appellat.in princ.

2 Et licet ordine non ſeruato proceſſerit ſuper notorio, & ſic extraiudicialiter, quod fieri poteſt, tamen appellatio dicitur iudicialis, licet ibi non ſit aſſiſtentia trium perſonarum. Oldrad. dicto conſilio 18. verſic.ad quartum, & verſ. ad quintum.

3 Amplia, quia non datur appellatio in l.fi.C.de edict.diu.Adrian. toll. quia cauſa eſt ſummaria ſuper notorio, ex quo per productionem ſcripturę apparet notorium. Caſtrenſ.conſil.39. Quod à ſententia lata,in princ.lib.1.

4 Amplia,quia Iudex non tenetur deferrę appellationi interpoſitæ à ſententia lata ſuper notorio, etiam ſi notorium ſit iuris tantum, & poterit Iudex à quo procedere donec inhibeatur, & geſta poſt talem appellationem non reuocantur, vt attentata. Zabarell.conſ.101.in fi.verſ.quoad ſecundum.Felin.in c.Rodulphus,in fin.ver.& appellari.num.42.de reſcript.

5 Contrarium,quod imo appellatio ſit licita, & admittenda ſuper notorio iuris, puta,non obſtante ſententia, vel confeſſione, tenet Salycet.in l.ea quidem.n.89.& 90. vbi late recitat opiniones pro vtraque parte, & dicit ſecundum Iuriſtas deferri appellationi,ſecundum Canoniſtas ſecus.

6 Declarant Canoniſtæ, quod non admittatur appellatio ſuper notorio iuris,niſi quando condemnatus allegat cauſam rationabilem, puta, ſi confeſſus dicit confeſſionem erroneam, vel quod potuit impune interfici, aut aliam cauſam ſimilem, & admittitur,alias non. ita Hoſtienſ. Io. Andr.& alij in c.cum ſpeciali.5.porro,de appell.vbi quod iſte eſt caſus, in quo cauſæ debent exprimi in appellatione à diffinitiua, & hanc declarationem admittit Roman.conſ.324.In propoſita.num.4.& ſeq.verſ.veruntamen,vſque in fin.vbi apoſtill. in ver.deferre,dat concord.

7 Contrarium tenet Salycet.in d.l.ea quidem.nu. 90.C.de accuſat.vbi late diſputat, quod ſola notorietas iuris non tollit appellationem, neque ſola confeſsio, niſi ſit confeſſus, & conuictus,vide eum, quia diſputat pleniſsime, & tuetur hanc partem.

8 Amplia, quia non datur appellatio ſuper crimine, ſeu criminoſo ex euidentia iuris quando in ſententia exprimitur, alias ſecus. Salycet.d.l. ea quidem.num.91.C.de accuſat. vbi monet Iudices, ne hoc exprimant, niſi ſibi conſtet, & dicit, quod debet examinari maior pars viciniæ,quia ſi non conſtabit de notorio, omnia eſſent nulla facta tanquam ſuper notorio.

9 Amplia,quia regula notiſsima eſt,quod in notorijs non datur appellatio.Rom.conſ.324.In propoſita conſultatione.num.2.ver.ſecundo quia notiſsima, vbi apoſtill.in ver. non poſſe, dat concordantes, & hanc communem * dicit Io. de An. in c.quam pernitioſum,poſt num.1. de vſur.

10 Ratio eſt duplex, quia appellatio eſt introducta,vt Iudicis iniquitas detegatur,quod ceſſat in notorijs; ſecunda, quia ſententia ſuper notorio non eſt ſententia, ſed exequutio, & ab exequutione regulariter non appellatur. Rom.d.conſilio 324.num.3.verſ.& huius duplex, & ibi apoſtill. in ver.exequutio.

11 Declarat Clar. in §. fin.q.94. num.2. ver.ſolet etiam dici, vt non ſit ſimpliciter verum, ſed cum diſtinctione, quam ipſe poſuit circa probationem notorij in quæſtione 9. numer. 5. ver. quęro nunquid.

Vide in ver. Notorium habet multa ſpecialia, Concluſ.110. in princ.

Appellatio à ſententia iuris non admittitur. Concluſ. CDV.

1 APPELLATIO non admittitur à ſententia iuris.l.ſi qua pœna.ff.de verb. ſignif. Oldrad. conſ.311.in fin.num.10.ver.nec obſtat.Abb.conſ. 68.Quanquam. col.2.n.4.lib.2.

2 Contrarium videtur velle Lap.quod detur appellatio alleg.85.num.12. ver.ſed pone, dic quod Oldrad. loquitur, quod non datur appellatio à pœna impoſita à iure. Lap. quod datur à declaratione hominis, puta, quia negat incurriſſe pęnam iuris.

Declara, & vide in ver.Declaratio an requiratur contra ipſo iure priuatum. Concluſ.98.

3 Amplia,quia non datur appellatio a ſententia, quæ recipit fomentum à ſtatuto,quod non appelletur, prout eſt ſententia interloquutoria, quod quis ſit Iudex competens, quia cum habeat iuris fomentum, non datur appellatio. Bald. conſil.2. Viſa petitione,num.3.lib.5.

4 Amplia, quia non datur appellatio a ſententia legis viuæ,& ſic Principis.Anchar.conſ.240.nu.4.

5 Limita, quia datur appellatio a ſententia declaratoria ſuper pœna inflicta a iure, vel a lege viua, vel mortua.Ancharan.conſ.240.Per prędicta à numero quarto vſque in fin. & eſt ratio, quia potuit Iudex male declaraſſe. Abb. conſilio 68. colum.2.numero quarto,verſ. hinc dixit gloſ. libro 2.

Appellatio à ſententia Principis an detur, & quando. Concl. CDVI.

1 APPELLATIO non datur a ſententia Principis.l.1.ff.a quib.appell.non licet, quæ loquitur de Imperatore.Alex. conſ.2. Viſis codicillis,in fin.n.20.lib.1.Rom.conſ.521.Circa propoſitam,in princ.

2 Et ideo non poteſt appellari a ſententia Papæ, vt in cap. ipſi ſunt Canones 9. quęſt. vltima, & hanc eſſe regulam dicit Roman. conſ. 521. Circa propoſitam, in principio, vbi prima apoſtill.dat concordan.

3 Et in caſu, in quo poſſet appellari a ſententia Papæ, vel propter id, quod ſit lata ad relationem, vel quia ſit notorie iniuſta, vel tollat defenſiones,ad Concilium, ſi eſt apertum poteſt appellari, & debet admitti per Concilium generale, in quo Papa præſidet, prout idem diſponitur de ſententia Archiepiſcopi,quia poteſt appellari ad Prouinciale Concilium, ſi eſt apertum. Roman. dicto conſil. 521. in princip. & num.3. verſic.hoc ergo preſuppoſito, vbi quod Orbis eſt maior Vrbe,& ſic Cõcilium totam Eccleſiam repræſentat, in quo

Digitized by Google

in quo est Papa præsens, & in hoc consistit decisio, quia Papa præsens est, & consentit, & infra proxime, alias secus.

4 Contrarium, quod non possit appellari à sententia Papæ ad Cocilium nisi in tribus casibus, in quibus Concilium est supra Papam, videlicet si esset contra fidem, vel si super eo, quod Ecclesia vniuersalis decoloraretur, vt quia ageretur de schismate, vel contineret peccatum mortale, ex quo scandalum in Ecclesia posset oriri. Abb. in sua q. 1. incip. Episcopus. n. 17. & seq. ver. in 2. quæst. col. 12. & seq. vbi pro vtraque parte plene allegat, & ita distinguit.

5 Declara, quia si Papa consentiret, valeret appellatio, alias non. Abb. d. q. 1. col. 14. in fin. ver. ad solutionem, vbi qui potest nolle consentire si sibi non placet, igitur totum consistit in voluntate Papę, alias secus.

Vide. Appellatio ad quem debet fieri. Concluſ. 352. num. 16.

6 Amplia, quia neque datur à sententia Præfecti prętorio. l. 1. ff. de offic. præfect. Prætor.

7 Declara, quia licet Cardinales æquiparentur Præfecto prętorio, tamen appellatur à sententia Cardinalis. cap. cum parati, de appell. Rom. consil. 334. Circa primum. n. 3. in fin. & num. 4.

8 Amplia, quia appellatio non datur à sententia Senatus. Angel. consil. 188. n. 2. vers. quandoque non potest appellari.

9 Amplia, quia vbicunque non potest appellari à diffinitiua sententia ob reuerentiam personæ iudicantis, non etiam potest appellari ab interloquutoria, secus est si appellatio à diffinitiua sit prohibita ratione causę, quia poterit appellari ante diffinitiuam ab interloquutoria. Angel. consil. 188. Sed nunc videndum. num. 2.

10 Limita, quando sententia Principis esset lata ad relationem alterius, quia propter iniustitiam relationis potest appellari, & idem est propter male calculatam rationem. Bald. consil. 354. An statutum prędictum, circa med. ver. tertio est scien dum. lib. 2. Socin. consil. 195. Circa primum. nu. 4. & 5. ver. postremo. lib. 2.

11 Extende etiam in Papa, quia si pronunciat ad relationem alterius, potest appellari, quia tunc appellatio potius arguit errorem relatoris, quam Papæ. Roman. dicto consilio 521. Circa propositam, in princ. vbi loquitur in sententia Papæ lata ad relationem Cardinalis, & ibi apostill. in ver. relatione, dat concord.

12 Extende in Imperatore. l. 1. in princip. ff. quando appellandum sit, quæ est canonizata in §. biduum. ver. si quidem 2. quæst. 6. secundum Rom. d. consil. 521. in princ.

13 Extende in omni alio Iudice dato, appellatione remota, quia si pronunciat ad relationem alterius datur appellatio. Socin. d. consil. 195. n. 5. lib. 2.

14 Limita, quia datur appellatio à sententia Papę hoc modo, videlicet appellatur à Papa male informato ad Papam bene informatum. Abb. in 1. q. incip. Episcopus. col. 15. in princip. ver. facit quod legitur.

15 Extende, vt idem sit à sententia Imperatoris qualificati, puta à Cæsare irato, ad Cæsarem non iratum, vt dicunt * Doctor.

16 Extende, quia à sententia iniusta Papę, & Imperatoris, licet non admittatur appellatio propria, tamen admittitur quædam appellatio, quæ est prouocatio, quia cum Papa iniuste agit, non est Papa, ideo tanquam alia persona fingitur in melius reformare, quia Iudex, qui iniquam fert sententiam, in illo actu non est Iudex. Abb. dicta quęst. 1. col. 15. in princ.

17 Limita, quia licet non detur appellatio à sententia Regis, tamen secus est si pronunciat non tanquam Rex, & supremus Princeps, sed tanquam Comes, vel Baro, Collegium Bononiæ consil. 1. post consil. Zabar. nu. 25. allegat Bart. in l. si quando. C. de appellat.

Vide Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de appellat. concl. 1. An à sententia Principis appelletur.

Appellatio non datur in possessorio & quando. Concluſ. CDVII.

1 APPELLATIO à sententia lata in possessorio non admittitur de iure Ciuili. l. 1. C. si de moment. possess. Bald. consil. 379. Sequitur, quod de anno Domini, circa si. num. 9. vers. Circa primum. lib. 1. & hanc communem * dicit Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. n. 286. & seq. vbi dat multas extensiones, & limitationes. Fulgos. consil. 145. Quoniam plurimæ. vers. ad secundum, & communem * dicit Io. de Imol. consil. 55. n. 5. vers. circa primum, & hanc magis * communem de iure Ciuili in terris Imperij dicit. Alexan. consil. 2. Ponderatis, in fin. num. 15. ver. quantum autem. lib. 3. & consil. 81. Lecto, & discusso, in princ. lib. 3. vbi dicit indubitatum.

2 Contrarium quod detur appellatio à sententia in possessorio lata de iure Ciuili, sed non suspendatur exequutio, dicit Bart. in l. vnica. C. si de momentan. possess. Castrens. consil. 85. In causa mota, in fine. vers. præterea. num. 3. lib. 2. plenius Abb. consil. 55. In causa, in princip. lib. 2. vbi allegat Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. & dicit Abb. quod appellatur de iure Canonico, & propterea ius Ciuile est restringendum, vt non appelletur de iure Ciuili quoad impediendam exequutionem, & sic appellatur, quoad effectum deuolutiuum, & dat plura exempla in appellatione ab exequutore, ab interloquutoria, & similibus.

3 Extende, vt minus appelletur de iure Ciuili à sententia lata pro hęrede scripto, vt mittatur in possessionem, quia siue ista missio sit diffinitiua, siue interloquutoria de iure Ciuili non appellatur. Bald. consil. 141. Pręmissis verbis. numer. 1. vers. & ad euidentiam. libro 1. & infra numer. 8. & num. 10.

4 Et procedit conclusio, tam in actore, quam in reo, prout Rota Rom. per Put. decis. 316. in vna Asinaten. lib. 2.

Vide. Appellatio an detur ab immissione ex testamento. Concluſ. 409.

5 Declara extensionem, vt non procedat de iure Canonico si grauamen fieret manifestum, vel notorium; ideo si Iudex misit in possessionem ex testamento, quod de iure non valeret, & hoc cõstet, datur appellatio. Bald. d. consil. 141. in princ. lib. 1. & consil. 203. Pronunciatum fuit. lib. 4. vbi pro vtraq; parte allegat, & distinguit, quod non datur de iure Ciuili, sed de æquitate datur ex causa legitima expressa de iure Canonico.

6 Extende, vt procedat etiam ſtante ſtatuto, prout Bononiæ, quia licet permittat appellari ſemel à ſententia poſſeſſorij, tamen intelligitur quoad deuolutionem. Menoch. d. tract. de adipiſc. in 4. remed. num. 833.

7 Amplia, quia appellatio non datur in poſſeſſorio, quando extat ſtatutum, quod colonus non poſsit priuare dominum ſua poſſeſsione, quia ſi colonus vendat rem conductam, & per longum tempus emptor poſsideat, tamen colonus ſemper ſoluerit penſionem à ſententia lata pro locatore ſuper poſſeſſorio non datur appellatio. Bal. conſilio 330. Statuto cauetur, in principio. libro primo.

8 Extende, quia quando agitur ſolo poſſeſſorio de immittendo hæredem in poſſeſsionem bonorum defuncti, ſtante ſtatuto, quod poſſeſsio continuetur in hæredem, (licet opponatur præſcriptio) non datur appellatio. Bald. conſ. 331. Super prædicto puncto. lib. 1. in fin. ſupra num. 3. & ſeq.

9 Amplia in omni poſſeſſorio, in quo ſtatutum, vel lex mandat ſic fieri ſine lite, aut velociter, vel ſimilia verba, quia cenſetur ſublata omnis appellatio. Bald. conſ. 330. num. 7. ver. pro qua opinione. lib. 1. vſque in fin.

10 Amplia, quia appellatio non datur à ſententia de immittendo aliquem in poſſeſsionem. Fulgoſ. conſ. 145. ver. ad ſecundum. ſupra numero 3. & numer. 8.

11 Amplia maxime procedere, quando ſententia lata eſt ſuper manutentione poſſeſsionis, quia non appellatur ſecundum * omnes. Angel. de Perufio conſ. 46. Statuto Ciuitatis. nu. 3. ver. contrarium eſt veritas, vbi, quod omnes ita tenent.

12 Extende, vt procedat etiam contra tertium contendentem de ſola poſſeſsione, nam ſi quis fuit miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto pro inſtrumento guarentigiato ſecundum formam ſtatuti, & compareat tertius, qui dicat ſe poſsidere, & Iudex pronunciet contra tertium, quod poſſeſsio immiſsi ſit confirmanda, non datur appellatio, quia eſt in poſſeſſorio retinendæ. Angel. dicto conſil. 46. num. 4. vbi in fin. hoc declarat procedere, quando tertius non opponit, niſi de poſſeſsione.

13 Extende, vt procedat etiam ſi ille miſſus in poſſeſsionem deberet lucrari ex forma ſtatuti aliquos fructus prout Florentiæ, vbi lucratur fructus ad rationem quinque pro centonario, quia non datur appellatio ratione fructuum, ex quo ſententia non eſt, quę faciat illos deberi, ſed ſtatutum. Angel. d. conſ. 46. num. 4. verſ. non obſtat ſtatutum.

14 Idem eſt, quando miſsio fieret in poſſeſsionem pro vſufructu legato certorum bonorum, quia ſi in exequutione inſtrumenti, vel teſtamenti fiat miſsio ſecundum ſtatutum non datur appellatio, licet vſufructuarius conſequatur fructus ratione vſusfructus. Angel. dicto conſilio 46. num. 4. ver. non obſtat ſtatutum.

15 Extende, vt procedant prędicta etiam de iure Canonico, quia bene appellatur ab omni grauamine per interloquutoriam in poſſeſsorio momentaneæ, ſed non appellatur ab ipſa ſententia diffinitiua. Angel d. conſ. 46. in fin. num. 5. ver. non obſtat, vbi dicit notabile.

16 Amplia. quia quod dicitur, reum non appellare à ſententia contra ſe lata, idem eſt in actore. Rot. Rom. apud Pur. deciſ. 316. lib. 2. quod procedit, quando ſupereſt remedium petitorij, prout Bart. in l. 2. num. 5. de appell. recipien. Caſtr. conſ. 36. in fi. lib. 1. Abb. conſ. 55. col. 1. lib. 2.

17 Contrarium tenent plures, quos citat Menoch. de adipiſc. poſs. remed. 4. num. 876. & ſeq. quia ceſſat cauſa celeritatis in actore.

18 Limita de iure Canonico, quia poteſt appellari etiam in poſſeſsorio. cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat. Specul. in tit. de appell. §. in quibus autem. num. 8. verſ. ſexto non appellatur, vbi Ioann. Andr. in apoſtill. gloſ. penult. in cap. * cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. & communem * dicit Feder. de Sen. conſ. 76. in princip. Bald. conſ. 141. in prin. verſ. & ad euidentiam. lib. 1. vbi dicit hodie hoc eſse deciſum ex clemen. 1. de cauſ. poſs. & propriet. Alexan. conſ. 99. Viſis proceſsibus, in * princ. lib. 5. vbi dicit * communem, & quod attentata veniunt reuocanda.

19 Declara, quia vbicunque appellari permittitur à ſententia in poſſeſsorio intelligitur ad effectum deuolutiuum tantum. Menoch. d. tract. de adipiſc. remed. 4. numero 874. Pedemont. deciſione 25. numer. 19.

20 Declara, dummodo cauſa rationabilis allegetur in appellatione. Bald. conſ. 379. nu. 9. verſ. ſed de iure Canonico. libro 1. plenius conſ. 367. Ad euidentiam, circa med. ver. interdum eſt dubium. libro 1.

21 Reſtringe, vt non procedat quando ſententia fertur ſuper momentanea poſſeſsione, quia licet appelletur à quolibet grauamine, & à qualibet interloquutoria, non tamen appellatur à ſententia diffinitiua. Angel. conſilio 46. Statuto Ciuitatis, in fine. verſic. non obſtat, vbi quod eſt notatu dignum, quia l. prima. C. de momentan. poſſeſs. eſt canonizata de iure Canonico.

22 Declara, quia de iure Canonico, videlicet in locis, vbi ſeruatur ius Canonicum, eſt controuerſa opinio. Alexand. conſilio 81. in princip. libro 3.

23 Limita de iure Ciuili, quando duę cauſæ ſunt complicatæ, quarum vna admittit appellationem, alia non, quia ſi ſuper vtraque eſt pronunciatum ſimul ſuper vtraque datur appellatio. Bald. conſ. 141. Præmiſsis verbis, in fine. verſic. illud etiam non omitto. lib. primo. ſequitur Rota, vt atteſtatur Dominus Cotta deciſione 15. & quod in mixto poſſeſsorio poſsit appellari. Bald. conſ. 330. Statuto cauetur. verſic. porro omnes. * num. 5. lib. 1. vbi dicit * communem, & dicitur permixta, ſi agatur petitorio, & poſſeſsorio, & reus negat vtrumque. Bald. conſilio 331. circa med. verſic. porro licet. libro 1. Roman. conſilio 324. In propoſita conſultatione, in princip. vbi apoſtill. in verb. poſſeſsorio, citat plures, & * dicit * communem.

24 Extende, vt procedat quomodocunque fuerit pronunciatum, quia ſi libellus eſt complicatus reſpiciens petitorium, & poſſeſsorium, & pronuncietur etiam in ſolo poſſeſsorio datur appellatio, quia ſententia eſt nulla non conformis libello, & idem ſi eſt lata ſuper vtroque, & ſic appellabilis eſt ex ſola mixtura libelli. Bald. conſilio 153. Nouum dubium, in principio. libro primo.

25 Et ideo ſi admixta eſt cauſa proprietatis datur appel-

appellatio. Cuma. in l. 2. C. de appell. recip. n. 31. vers. vbi autem causa.

26 Contrarium, quod imo detur appellatio respectu fructuum duntaxat, non autem respectu possessionis, quia mixtura hoc non operatur, late Menoch. qui alios citat de adipiscend. possess. in 4. remed. num. 869. & seq. vbi maxime allegat Affict. decis. 78. circa fi. Rolan. à Vall. conf. 77. num. 13. lib. 2.

27 Extende, vt procedat etiam, quando sententia esset lata in possessorio habente admixtam cognitionem proprietatis, veluti super constituti executione, quia si allegatur nullitas instrumenti, in quo est constitutum, dicitur agi de vtroque, & & datur appellatio. Castren. conf. 43. Videtur dicendum, in princ. lib. 1.

28 Declara extensionem procedere quando tria concurrunt. Primum, quod via ordinaria esset actum dato libello. Secundum, quod plene de nullitate esset cognitum. Tertium, quod nullitas esset opposita ad finem nullitatis, secus si iudicium fuisset summarium, vel non esset plene cognitum, vel nullitas ad finem possessorij esset opposita, quia non datur appellatio. Castren. d. conf. 43. vbi
* in fi. dicit * communem. lib. 1.

29 Restringe, vt non procedat quando fructus venirent à dispositione statuti, non à sententia, vel condemnatione, veluti si staret statutum, quod habens instrumentum guarentigiatum mittatur in possessionem, & lucretur certos fructus, nam sententia lata super immissione, vel postquam est missus super manutentione contra tertium non admittitur appellatio sub prætextu, quod contineat mixturam propter fructus, quia fructus non debentur ex sententia. Ang. conf. 46. Statuto Ciuitatis. num. 4. ver. non obstat statutum.

30 Restringe quando quis haberet instrumentum guarentigiatum, vel testamentum habens executionem paratam continens vsumfructum, nam si mittitur in possessionem vigore statuti, non datur appellatio prætextu, quod consequatur fructus, quia illos consequitur ex instrumento, & non ex sententia. Angel. d. conf. 46. num. 4. & per totum.

31 Restringe in fructibus pendentibus, quia non datur appellatio pro illorum condemnatione. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. nu. 873.

32 Restringe, quia in prophanis hodie in statu Ecclesiastico seruatur ius Ciuile, & non datur appellatio in possessorio propter cõstitutiones Aegidianas Marchiæ extensas ad totum statũ Eccl. vt per Bullas summorum Pontificum videri potest, maxime. Pauli III. & Sixti V. & extant infinitę decisiones Rotæ, vt dicit apostill. 1. ad Roman. d. conf. 324. in ver. in possessorio.

33 Restringe quando sententia est in possessorio contra manifestum, & notorium spoliatorem. Ro. d. conf. 324. in prin. vbi apostill. citat Ripam in c. sępe. col. 2. post nu. 3. de restitut. spoliat. & dicit Rom. esse casum in c. cum sit Romana. §. prętereà, de appell.

34 Limita quando sententia est notorie iniusta, quia datur recursus. Bal. d. conf. 141. in fi. n. 7. vbi
* dicit hunc esse * communem intellectum. gl. in l. arbitro. ff. qui satisd. cogan. lib. 1. & nu. 8. ver. item quando iniquitas. Alexand. conf. 91. num. 2. lib. 6.

35 Extende idem quando possessio aufertur iniuste, siue ex sententia iniusta, siue alias, quia tunc agitur de magno pręiudicio. Abb. conf. 55. In causa, in princ. lib. 2.

36 Limita in sententia lata ex condictione. l. si quis in tantam. C. vnd. vi. quia licet sit super possessorio, tamen datur appellatio, quia excedit terminos simplicis possessorij. Bald. conf. 141. Præmissis verbis, in fi. n. 8. vers. ad prædicta facit. lib. 1. & conf. 379. in fi. num. 9. ver. item si esset possessorium. lib. 1. vbi quod si fieret executio pendente appellatione, debet reuocari tanquam attentata.

37 Limita, quia appellatio datur in possessorio, si allegatur causa iusta, quia licet negetur procedit appellatio. Bald. dicto consil. 141. num. 1. libro 1. causa tamen debebit probari, vt idem Bald. consilio 354. libro secundo, vbi dicit idem, quod allegatio iustę causę hoc operatur, & declarat conf. 367. lib. 1. vt allegetur in appellatione. quia tunc operatur, quod in dubio deferatur appellationi, & ita etiam Bald. in l. 1. C. si de moment. possess.

38 Contrarium, quod solum datur de iure Canonico expressa causa, quia est interloquutoria, quæ postea in petitorio cognoscitur, dicit Alex. conf. 225. Ponderatis, num. 17. ver. prętereà. lib. 6. citat Salycet. in d. l. 1. C. si de moment. poss. ff.

Vide Socin. in regula 14. Apellans à sententia diffinitiua: vbi quod expressa causa relenanti datur appellatio etiam in causa non appellabili.

39 Limita, quia licet de iure Ciuili non appelletur a sententia lata in possessorio, tamen appellatur ab omissa probatione, & lapsu termini in possessorio. Bald. consilio 208. Presuppositis tribus. libro primo, numero 1. in fi. ver. & est simile, quod dicimus.

40 Limita in actione ad exhibendum, quæ est pręparatoria rei vendicationis, quia datur appellatio. Baldus consilio 330. numero 5. versic. porro, lib. 1.

41 Extende multo magis, quia à sententia lata in rei vendicatione datur appellatio. Bal. conf. 319. nu. 4. ver. porro etiam. lib. 3.

42 Limita, quia licet non detur appellatio de iure Ciuili à sententia lata in possessorio, tamen Ecclesię, & minori daretur restitutio in integrum, si sunt enormiter læsi. Bald. dicto consilio 379. in fine. num. 9. vers. de restitutione autem in integrum. lib. 1.

43 Extende, vt etiam detur restitutio de iure communi minori læso ex sententia possessorij per implorationem auxilij superioris. Bald. d. conf. 379. num. 9. in fi. lib. 1. vbi quod si de iure speciali succurritur minori læso, quare non idem est per recursum Principis? quasi quod idem sit dicendum.

44 Limita, quia licet non admittatur appellatio, tamen admittitur nullitatis dictio, & recursus ad superiorem. Abb. conf. 55. col. 2. versic. quoad secundum. lib. 2. vide Concluf. 394. num. 5. vbi plene, & hanc esse regulam, quod licet non possit appellari tamẽ potest de nullitate dici. Alexand. conf. 2. Ponderatis. num. 12. ver. quantum autem libro 3.

45 Intelligas dummodo principaliter nullitas proponatur vi actionis non vi appellationis: ita Bal. in l. 2. C. si de moment. nu. 11. vers. quæro nunquid

ſententia, & ibi Salycet.nu.5. vbi,quod non procederet dictio nullitatis annexa appellationi, dico nulla, & ſi qua eſt appellio, & quod nullitas debeat eſſe per viam principalis actionis. Alex. conſ.2.num.10,lib,3.Curt.Iun.conſ.163.numer.9. Silua.conſ.55.col.1.& 2. libro 2.Natt.conſil.217. numero 6.

46 Extende etiam ſi ſtatutum excluderet nullitatem, quia non intelligitur de ea, quæ eſt patens, vel quæ incontinenti offertur probari. Abb. dicto conſ. 55.col.2.nu.2.Præterea ſtatutum.lib. 2.

47 Extende, quia vtilius eſt dicere de nullitate, quia Iudex in declaratione nullitatis ſententię poterit expreſſe reuocare attentata. Alexand.dicto conſilio ſecundo, in fine. verſ. tamen puto. libro 2.

48 Limita, quia datur appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio ratione contractus, vel hypothecę, quia cum non agatur de momentanea poſſeſſione, datur appellatio. Bald. conſ. 210. Punctus infraſcripti,in fin. lib.5.

49 Limita, quia licet appellatio non detur in poſſeſſorio de iure Ciuili,tamen datur ſi Iudex in ſententia excedat modum, quia non reperitur caſus,in quo non admittatur appellatio ab exceſſu. Bald. conſilio 319. poſt med. verſ. porro nunquam. lib. 3.

50 Limita, quando Iudex admiſiſſet appellationem, vel ei detuliſſet. Alex.conſ.2. Ponderatis, in fi.n.15.ver.quantum autem. lib.3.

51 Limita,quia appellatio datur à ſententia lata in poſſeſſorio,& ſpolio,etiam de iure Ciuili,quando ſpoliator intentauit remedium c. ſæpe, de reſtit. ſpoliat.vel remedium c.reintegrandæ 3. q.1. quia cum ſint remedia incognita de iure Ciuili,& prodita à mero iure Canonico, & de iure Canonico non prohibeatur appellatio, & ius Ciuile prohibeat appellari in poſſeſſorio, & remedijs poſſeſſorijs cognitis à iure Ciuili,idcirco dabitur appellatio, quia ſi replicabitur ius Ciuile eſt ſeruandum poterit reſponderi,ergo de iure Ciuili ſine actione expertus es. Bal.plene,& pulchre conſ. 319.Ad euidentiam præmittendum. lib.3.

52 Limita, quia appellatur à ſententia lata in poſſeſſorio intentato per interdictum,quod metus cauſa. Bal.conſ.319.circa med.ver.præterea conditio ex canone.lib.3.

53 Limita, quando ſententia in poſſeſſorio eſſet nulla.Fulgoſ.conſ.162.Viſis actis, in fin.

54 Limita, quando ſententia patitur vitium formæ, quia in omni poſſeſſorio appellatur. Bald.d. conſ. 319. circa med. verſ. præterea quando ſententia. lib.3.vbi tamen quod id potius eſt, quia eſt nulla, quam quod ſit appellatio à ſententia iſto caſu.

55 Extende,vt idem ſit, quando ſententia eſſet lata ſuper inepto libello, quia dicitur appellari à proceſſu, non à ſententia in poſſeſſorio,& ſic hoc reſpicit nullitatem. Bald.d.conſ.319.circa fin. n. 3.ver.item viſo libello. lib.3.

56 Extende, quando ſententia eſt lata vltra petita, vt ſi petijt reſtitui ad poſſeſſionem ciuilem,& ſententia mandat reſtitui ad ciuilem, & naturalem, quia nulla eſt non conformis libello. Bald. d.conſ.319.in fin.lib.3.

57 Vide etiam Soc.in reg.18.Appellare à ſententia lata in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non licet, vbi limitat quinque modis.

Appellatio non datur in ſpolio, & quando ſecus. Concluſ. CDVIII.

1 APPELLATIO non datur à ſententia lata in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, & exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur. Bald.conſ.141.Præmiſſis verbis,n. 1.verſ.quæ enim requiruntur.lib 1.

Vide.Appellatio an admittatur in poſſeſſorio, Concluſ.prox.præced.

2 Declara, vt non procedat quando eſſet intentatum remedium recuperandæ poſſeſsionis competens ſolum de iure Canonico, prout eſt c.ſæpe de reſtit. ſpoliat. & cap.reintegrandæ 3. quæſt.1. quia cum ſint remedia incognita de iure ciuili, & inducta a ſolo iure Canonico, quod non prohibet appellari,appellatio admitti debet etiam in foro ſeculari,& de iure Ciuili.Bald.plene conſ.319.Ad euidentiam,per totum.lib.3.

3 Limita, niſi ſpoliatus paſſus ſit diſcuti petitorium,quia ſi eſt diſputatum, & probatum, exceptio dominij prænalet ad excluſionem poſſeſſorij.c.1.de reſtit.ſpoliat.quem caſum ſingularem dicit Bald.d.conſ.141.num.2.ver.ſecundo præmitto.lib.1.& clarius num.6.verſ.ex his,quæ præmiſſa ſunt,vſque in fin.vbi.quod ratione mixturę in poſſeſſorio, & in caſu appellabili appellatur in totum.

4 Limita de iure Canonico, quando rationabilis cauſa appellandi allegaretur in appellatione, quia eſſet admittenda. Bald. conſ. 217. Verba libelli,in fin.verſ.aduertendum. lib.2. vbi dicit hoc procedere,quando appellans non habet aliud remedium,& hoc eſſe æquum.

5 Limita, quando ſententia eſſet lata inimicitia, vel dolo Iudicis, vel eius latiſſima culpa, quia datur nedum appellatio, ſed etiam reſtitutio. Bald.dicto conſ.217.in fin.ver.concludendo ergo. libro 2.

6 Limita,quando appellaretur ab exceſſu ſententię latę in poſſeſſorio, quia nullus caſus reperitur, in quo prohibeatur appellatio ab exceſſu. Bald.d.conſ.319. poſt med. verſ.porro nunquam. libro 3.

Appellatio an detur ab immiſsione ex teſtamento, & quando. Concl. CDIX.

1 APPELLATIO non datur à ſententia de immittendo hęredem ex teſtamento in poſſeſſionem hęreditatis de iure Ciuili,ſiue ſententia dicatur interloquutoria, ſiue diffinitiua.Bal.conſ. 141.Præmiſſis verbis. num. 1. in princip. verſ.ſed ne ſcriptus hęres.lib.1.vbi nu.1.ver.quę enim requirunt dicit hoc iudicium regulari, prout interdictum recuperandæ, vt exceptiones requirentes
* altiorem indaginem non admittat,& hanc * communem oſtendit Menoc.de adipiſc.poſſeſ.remed. 4.num.826.& ſeq.Caſtren.conſ.39.Quod à ſententia lata.lib.1.

2 Declara multis modis, de quibus Menoch.vbi ſupra

Digitized by Google

ſupra de adipiſcen.poſſeſſ.remed.4.n. 826.& ſeq.

3 Amplia,vt nec detur appellatio à ſententia lata pro hærede,in quem ex forma ſtatuti poſſeſsio defuncti continuatur,quia licet ſit ficta poſſeſsio, & requirat verificationem,quod ſit hęres,& conſequenter iudicium ſit mixtum,& appellatio detur,tamen ſecus eſt quando ſumus in hærede ſuo, quia ex quo non poteſt dubitari,an ſit hæres ceſſat petitorium , & ſententia dicitur lata in mero poſſeſſorio,& non appellatur.Bal.conſ.330. Statuto cauetur,nu.5.ver.pro ſolutione,lib.1.

Vide.Statutũ circa poſſeſſionem defuncti continuandam in hæredem.Concluſ.616.

4 Extende ampliationem , vt idem ſit in extraneo hærede,quando non ſit quæſtio, an ſit hæres, vt quia reus fatetur eum eſſe hæredem, quia tunc non datur appellatio, ex quo ceſſat controuerſia petitorij. Bald. conſ. 331. Super predicto puncto per totum.lib. 1. vbi ſecus dicit,ſi ſit controuerſia an ſit hæres.

5 Amplia,vt procedat quando eſt quæſtio de ſola immiſſione,quia non negatur hæres,ſed opponitur præſcriptio in poſſeſſorio;quia non appellatur.Bald.dict.conſ.331.in fin.ver.nec obſtat,lib.1. Caſtrenſ.d.conſ.39.lib.1.in prin.

6 Amplia in edicto Diui Adriani,quia immiſſio, quæ fit ex illo remedio non recipit appellationẽ ex iure ſpeciali , quando teſtamentum eſt in ſcriptis,vel notorium.Bald.d.conſ.330.nu.5.ver.pro ſolutione.lib.1.

7 Amplia,vt procedat, quod non detur appellatio à ſententia lata ſuper immiſſione vigore ſtatuti volentis poſſeſſionem defuncti tranſire in hęredem, quando ſtatutum dicat fieri ſine litè , vel velociter , aut ſimilia verba , quia tunc cenſetur tollere appellationem.Bal.d.conſ.330.nu. 7. ver. pro qua opinione,lib.1.vſq.in fi.

8 Declara, quia appellatio non datur de iure Ciuili ab immiſſione ex l.fin.C.de edict.Diui Adriani, ſed tamen de ęquitate Canonica , ſi exprimitur cauſa relcuans,datur.Bald.plene d.conſ.203. per tot.lib.4.

9 Amplia, quia non datur ab immiſſione in poſſeſſionem vigore teſtamenti, vel inſtrumenti guarentigiati,quando extat ſtatutum,quod teſtamenta,& inſtrumenta guarentigiata habeant exequutionem paratam.Angel.de Perusio conſ.46. Statuto Ciuitatis,per totum.

10 Extende,vt procedat,etiam ſi miſſus in poſſeſſionem faceret fructus ſuos vigore ſtatuti,quia per hoc non datur appellatio, ex quo ſententia non eſt,quæ inducat lucrum in fructibus. Angel. d.conſ.46.n.4.ver.non obſtat ſtatutum.

11 Extende,vt procedat etiam ſi tertius ſe opponeret ratione poſſeſſionis,quia non datur appellatio,ſecus ſi ratione dominij.Angel. d. conſ. 46. nu.4.ver.non obſtat dictum Iacobi.

12 Extende, vt procedat etiam de iure Canonico in poſſeſſorio retinendæ,quando tertius ratione poſſeſsionis comparuit cõtra miſſum in poſſeſsionem , quia ſi eſt facta confirmatio poſſeſsionis miſsi per ſententiam non appellat ille tertius, etiam de iure Canonico. Angel. dict. conſ. 46.in fin.

13 Amplia etiam ſi deductum eſſet ius in proprietate per eum,qui prętenderet dominium , & poſſeſsionem poſt obitum defuncti, quia cum deducatur,vel dicatur deduci incidenter,non impedit exequutionem , ſed cognoſcitur in iudicio plenario de iure proprietatis.Caſtren.d.conſ.39.Quod à ſententia lata,ver.ex quibus tollitur.lib.1.

14 Amplia,quia neque datur appellatio à ſententia de immittendo in poſſeſsionem. Fulgoſ. conſ. 145.ver.ad ſecundum.

15 Limita de iure Canonico, quia appellatur , ſi grauamen eſt manifeſtum,vel per ſe notum. Bal. d.conſ.141.n.1.ver.ſed ne ſcriptus hæres,lib.1.

16 Imo quod de iure Canonico detur appellatio in hoc remedio.Caſtrenſ.d.conſ. 39. col. fin. ver. Item dicit,lib.1.

17 Extende, vt limitatio procedat etiam de iure ciuili , quando miſsio eſſet facta ex teſtamento quod prima facie erat nullum,quia ſaltem datur recurſus.Bal.d.conſ.141.n.1.ver.& etiam de iure Ciuili,lib.1.& conſ.203.Pronunciatum fuit libro quarto.

18 Limita, quia appellatio datur ab immiſsione facta vigore ſtatuti diſponentis , quod poſſeſsio defuncti continuet in hæredem, quia intelligitur de vero,& proprio hærede,& ſic cum cognitione propietatis.Bal.conſ.141.nu. 6. ver. ex his , quæ pręmiſſa ſunt lib.1. quod procedit,ſi negatur hęres.Bald.conſ.331. per totum , libr. primo, alias ſecus.

19 Declara,vt limitatio non procedat in ſuo hærede , quia in eo non poteſt cadere diſputatio quod non ſit hęres vere,ideo ſtante ſtatuto prædicto,dicitur agi de mero poſſeſſorio , & non appellatur.Bald.conſ.330.Statuto cauetur,nu.5.ver. pro ſolutione,lib.1.vbi,quod procedit in hęrede extraneo.

20 Limita,quando fuit diſputatum, & doctum de nullitate teſtamenti,quia licet non debuerit de validitate cognoſci,tamen ſi eſt cognitum,& probatum,filium eſſe præteritum, tunc non datur miſsio ex edicto,& ſi pronunciat ſuper materia mixta,datur appellatio.Bald. d. conſ. 141. numer. 6. ver.ex his , quæ pręmiſſa ſunt,vſque in fin. libro primo.

21 Limita,quando eſſet pronunciatum negatiue, nam licet non detur appellatio , quando affirmatiue pronunciatur,ſecus tamen eſt ſi negatiue pronuncietur , videlicet non competere remedium , ita Menoch. de adipiſcen.remed. 4. num. 876.& ſequent. Caſtrenſ. conſ. 39. in fin.lib.1.vbi reddit rationem , quia actor non habet aliud remedium , ſecus quando ſententia fertur pro actore, quia cognoſcetur de iuribus rei in petitorio.

Vide . Appellatio an detur in poſſeſſorio. Concluſio. 407. numer. 3. & ſequent.& numer. 10.& ſeq.

Vide . Lex finalis de edicto Diui Adriani tollen. quod hęres mittatur in poſſeſſionem.Concluſio.287.

Appellatio ab exequutione non datur, & quando ſecus . Concluſi. CDX.

1 APPELLATIO ab exequutione facti non admittitur.Ioan.de Anan.conſi.26. * In cauſa nobilium in,prin. * communem dicit. Rolan. à Vall.conſ.43.in prin.lib.1.Roman. conſ. 41.in

Digitized by Google

41.In præſenti conſultatione in prin. Alex. conſ. 95.Viſis proceſſibus,nu.4.ver.Item ſi ab exequutione vbi dicit * communem,lib. 2. & conſ. 113. Viſo themate col.fin.numer. 10. ver. dum tenent, lib. 5. & conſi. 181. numer. 12. lib. 5. Geminian. conſ.99.in princ.num.1.& 2.ver.quandoque profertur ſententia.

2 Contrarium,quia appellatur, tam ab exequutione facti,quam à ſententia de exequendo,dummodo appelletur in ſcriptis,& expreſſa cauſa, & eſt ratio,quia ſi non datur exequutio facti,poteſt pars,quæ non obtinet appellare; igitur debet etiã poſſe appellare is, contra quem datur exequutio; & ideo,quod dicitur non dari appellationem ab exequutione facti;intelligi debet ſine expreſſione cauſę legitimę,ita Caſtrenſ.conſ.289.Ad primum reſpondetur,in prin.lib.1.& ita etiam videtur tenere.Rom.conſ.41.in prin. quod licet non detur appellatio ab exequutione,datur tamen ſi exprimitur cauſa,ſecus ſi non exprimitur, & ita tenet * ibi apoſtil.in.ver.videndum,quę dicit * communem,& citat plurimos.

3 Cognitio cauſarum expreſſarum ſpectat ad Iudicem ad quem, quia pronunciabit appellationẽ legitimam , vel friuolam,& ſic reſpectu pronuncię ſpectat ad iudicem ad quem,ſed tamen poteſt ſpectare etiam ad Iudicem à quo,reſpectu retardationis facti,vel non, quia ſi videt friuolas cauſas antequam ſit inhibitum, poteſt exequi , quia eſt ſententia interloquutoria, ſi videt releuantes, poteſt ſuperſedere in exequutione, donec pronuncietur per Iudicem ad quem.Caſtrenſ.dict. conſ. 289.col.2.in prin.ver.& ſi Iudex,lib.1.

4 Declara, quia ab exequutione facti datur appellatio, quando exequutio fieret in perſonali actione niſi pars citetur,vel ſi citata petat copiam petitionis,& ſibi denegetur,quia debet audiri , ſi quid releuans deducat,alias bene appellat, tanquam grauata,ita Abb.conſ. 30.Prædicta, lib. 1. vbi dat conſilium deciſiuum,& dicit procedere de iure communi,& de iure municipali,etiam ſi ſtatutum eſſet dubium , quia in dubio ſecundum ius commune intelligitur,ſecus forte ſi exequutio fieret in re,in qua extat res iudicata.

5 Cauſę ſunt,ſi excedit modum in exequendo, ſiue in re,ſiue in quantitate , ſiue in tempore , vel perſona,vel quia non admittit exceptiones , quæ poſt ſententiam debent admitti. Alex.conſ.95.nu. 6.ver.nec in dicta pronuncia,lib.2.

6 Amplia, quia appellatio non datur à commiſſione de exequendo facta in vim rei iudicatæ ab vno Iudice ad alium in iuris ſubſidium.Caſtrenſ. conſ.271.Super primo, in prin.lib.1.

7 Extende,vt idem ſit à mandato de exequendo, quia ſi id eſt in vim rei iudicatæ non datur appellatio.Rom.d.conſ.41.in prin.vbi apoſtill. in ver. videndum,citat Alex.conſ.95.nu.3.lib.2. atteſtantem de * communi.

8 Amplia,quia qui non appellat à prouiſione , ſeu electione,non admittitur ad appellandum ab exequutione facti ipſius prouiſionis,& electionis. Gemin.conſ.99.n.1.& 2,ver.quandoq. profertur.

9 Extende in tantum,vt etiam ſi feratur excommunicatio pro exequutione ſententię, quæ tranſiuit in iudicatum,licet à tali excommunicatione appelletur intra decem dies,tamen excommunicatio eſt valida,vt tenet Gemin.d.conſ.99.

10 Reſtringe ampliationem,vt licet appellans nullo modo ab exequutione facti admittatur per viã exceptionis ad impediendam exequutionem, tamen admittitur per viam actionis,vt poſtea agat. Gemin.conſ.99.n.2.ver.dat enim talis appellans.

11 Amplia,quia appellatio non datur ab exequutore,apoſtil.ad Rom.d.conſ.41.in prin.in ver. videndum,vbi de * communi,& citat plurimos.Angel.Aretin.conſ.136.In themate,nu.10.In fi. cum ſeq.ver.vltimo eſt ſingulariter.

12 Extende,quia non valet appellatio ab exequutione interpoſita per Procuratorem , niſi habeat mandatum ſpeciale,quia cum dominus,ſi non obtineret, caderet in pœnam 500. librarum,ex quo poſſet facere cadere dominum in pœnam,non poteſt appellare.Angel.Aretin.conſ. 136.In themathe,in fin.ver.vltimo eſt ſingulariter,vſq.infin.

13 Amplia,quia non datur appellatio à ſententia lata de immittendo aliquem in poſſeſſionem. Fulgoſ.conſ.145.ver.ad ſecundum.

14 Amplia, quia non datur appellatio à pronuncia de exequendo quando fit in exequutionem rei iudicatæ , quia cum ſit interloquutoria debet exprimi cauſa certa , & in ſcriptis,alias non valet appellatio,nec recurſus.Bal.conſ. 146. quia ex facto,nu. 1.ver.& ad euidentiam.lib. 3. Socin. Iun.conſ.138.nu.7.lib.3.Roland.conſ.43.n.5. lib. * 1.Caputaq.deciſ.427.lib.1.& hanc magis * communem,& communem dicit Rolan.à Vall.d.conſ. 41.nu.5.in fi.cum ſeq.vbi reſpondet ad omnia cõtraria,lib.1. * communem dicit apoſtil.ad Rom. conſ.41.In præſenti,in ver.videndum.Alex. plene conſ.95.nu.4.ver.quod autem à ſententia, lib. 2. * vbi pluries,quod eſt * communis opinio,à qua in iudicãdo,& conſulendo nõ eſt recedendũ.Alex. * cõſ.89.n.8.lib.1.& conſ.181.n.12.lib.6.& * cõmunem dicit Soci.in reg.24.fal.2.& reg.26.Alex.cõſ. 113.Viſo themate,n.10.ver.& licet quidã,lib.5.

15 Contrarium,quia appellatio datur à ſententia de exequendo præceptum factum in vim guarentigiæ,quia habet vim diffinitiuæ , quia diffinit litem,licet non oriatur actio ex ea.Bald.conſ. 201. Punctus petita, libr. 5. circa med. & hanc magis * * communem dicit Corn.conſ. 71.Super primo, num.20.ver.ab exequutione,lib.1.

16 Et pro contrario,quod imo detur appellatio à ſententia de exequendo,plurimos allegat Rolan. à Vall.conſ.43.in prin.vbi adducit rationem,quia habet vim diffinitiuæ,vel eſt diffinitiua.Item quia inducit nouum grauamen,licet ibi teneat contra- * rium, & dicat * magis communem in cõtrarium, lib.1.Ita Io.de Anan.conſ.26. In cauſa nobilium, in prin.Alex.conſ.113.nu.7.lib.5.

17 Declara,quia à ſententia de exequendo datur appellatio, ſed ab exequutione facti , vt ſi Iudex tradat mandatum exequutori pro exequutione, non datur.Io.de Anan.d.conſ.26.in princ. plures allegat pro hac vltima exequutione facti. Rolan. * à Vall.d.conſ.43.in prin. vbi dicit * omnes tenere,quod non detur appellatio a commiſsione exequutionis,lib.1.Cor.conſ.71.Super primo,nu.20. & 21.ver.ab exequutione,vbi quod non datur ab exequutione facti,neq.quando Iudex mandat exequutori,vt exequatur niſi excedat modum,lib. 1.

18 Declara, quia datur appellatio a pronuncia de exequendo expreſſa cauſa in ſcriptis, puta , quia fuerunt admiſſæ exceptiones minus legitimæ ad impediendam exequutionem,vel quia non fuerunt admiſsæ exceptiones legitimæ ad impedien-

impediendam exequutionem. Caſtrenſ. conſil. 289. Ad primum reſpondetur. lib. 1. in princ. vbi quod ita debent intelligi, quod non detur appellatio niſi expreſſa cauſa.

Et an ſit diffinitiua, vel interloquutoria.

Vide. Sententia interloquutoria quæ dicatur. Concluſ. 111. num. 65. & ſeq.

79 Extende, quia ſi ſcripta priuata fuit pronunciata pro recognita, & pro confeſſa per primum Iudicem, & pronunciatum exequutionem mereri, non datur eo caſu appellatio à pronuncia de exequendo. Bar. in l. ab exequutore. C. quand. appell. non recip. in ſimili. Corn. qui dicit *communem. conſ. 71. col. 4. n. 20. & 21. vbi quod ſi prohibetur exequutio, etiã prohibetur pronũcia de exequendo, per quã peruenitur ad exequutionem prohibitã. lib. 1. Marant. in praxi, parte 6. n. 259. & 260. & maxime, quia cum ſcripta ſit pronunciata pro recognita, & confeſſa debitor conuictus, & confeſſus non appellat. l. 2. C. quor. appell. non recip. Franch. in cap. cum ſpecialiter. §. porro, de appel. Bal. & alij, quos refert Marant. vbi ſupra n. 292. quia in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in exequendo.

80 Declara, quia ſi talis pronunciatio pro recognita, & confeſſa eſſet nulliter facta, vel indiſcreta, tunc non procederet extenſio, & quando ſit nulla.

Vide in ver. Recognitio apocę priuatæ qualiter facienda, vt probet. Concl. 50.

81 Declara, quia licet non detur appellatio a pronuncia de exequendo, vel ab exequutione, tamen datur a grauamine in procedendo ad exequutionem, veluti ſi detur exequutio rei iudicatæ, vel apocę recognitæ habentis exequutionem paratam in perſonali contra non citatum, vel ſi eſt citatus, & petijt copiam petitionis, ſi eſt denegata copia, & denegatus terminus defenſionis, ita Abb. conſ. 30. Procedam multum ſuccincte, per totum. lib. 1. vbi dicit ſecus fore ſi exequutio eſſet in re, ſuper qua eſt iudicatum.

82 Declarat Alexander d. conſilio 113. numero decimo, & ſequen. libro quinto, quod datur appellatio ſine dubio a ſententia, vel declaratione de exequendo, quando non præcedit res iudicata, ſecus ſi præcedit, quia tunc non datur.

83 Limita, quia appellatur ab exceſſu exequutionis, & non datur caſus, in quo non liceat appellare propter exceſſum. Bald. conſil. 319. Ad euidentiam præmittendum, poſt med. ver. porro nunquam reperitur. lib. 3.

84 Declara, ſi exceſſus exprimitur, alias ſecus, quia non ſufficit in genere dicere, quia exceſſiſtis modum in exequendo. Rolan. a Vall. conſil. 43. num. 6. lib. 1.

85 Limita quinque modis, de quibus Socin. in regula 26. Appellare ab exequutione ſententiæ quis non poteſt.

Vide. Sententia de exequendo qualis, & an detur appellatio, & quando ſecus. Concluſione 167.

Vide Concluſionem proximam ſequen.

Vide. Anton. Gabriel. libro 2. titul. de appell. concluſ. 4. Appellari an poſsit a decreto de exequendo.

Appellatio à ſententia exequutoris an ſuſpendat exequutionem. Concluſ. CDXI.

1 APPELLATIO a ſententia exequutoris non datur ſecundum aliquos, & gl. in clem. 1. de offi. Iud.

Vide. Appellatio ab exequutione an admittenda. Concl. prox. preced.

2 Contrarium tenet Lap. quod imo detur appellatio, & ſuſpendat ſententiam exequutoris, niſi ſit ſublata appellatio, vt in allegat. 85. in fin. verſ. ſi autem, vt merus, & concordat Feder. de Sen. conſil. 187. Caſus talis eſt, per totum, maxime in fin. & idem.

3 Extende hoc contrarium, vt in tantum detur appellario ab exequutore, vt liceat extra iudicium appellare coram honeſta perſona quando breuitas termini non patitur, vt coram ipſo exequutore interponatur. Feder. de Sen. conſ. 248. per totum: vbi quod talis appellatio deuoluit negocium ad Papam, & ſuſpendit.

4 Declara, quia exequutor datus ad conferendum, vel exequendum, ſi reperit poſſeſſorem debet cognoſcere, vt Iudex, & tenetur admittere appellationem rationabilem, quia quando extra munus ſuum exequitur admittitur appellatio inſerta cauſa. Bal. conſ. 428. Delegatus Apoſtolicus, in princ. lib. 1.

5 Si vero eſt nudus exequutor non debet admittere appellationem, ſed tamen datur recurſus ad principem. Bald. d. conſ. 428. nu. 1. videlicet, licet ſecus eſſet. lib. 1.

6 At vero Abb. conſil. 55. In cauſa, quæ, in col. 2. in principio videtur tenere, quod non detur ſuſpenſiua exequutionis, ſed tantum deuolutiua.

Vide. Exequutio ſententiæ non retardatur multis caſibus. Concluſ. 488.

Vide. Exequutores litterarum Apoſtolicarum quando, & qualiter exequi poſſint. Concl. 507.

Appellatio à correctione quando admittatur, vel non. Concl. CDXII.

1 APPELLATIO regulatiter non admittitur à ſententia lata ſuper correctione. c. licet, de offi. ordin. c. reprehenſibilis, de appellatio.

2 Amplia, vt non detur appellatio Religioſo correcto à ſuo Prælato, quia inter Religioſos non eſt locus ſubtili ſtrepitui iudiciali. Lap. alleg. 54. num. 3. ver. nec ordo.

3 Amplia, quia Canonico correcto decenter à Capitulo non datur appellatio, & quando correctio non excedit delictum, illi perſeueranti in contumacia poteſt Capitulum aliam pœnam dare maiorem non obſtante appellatione, quæ dicitur friuola. Anchar. conſil. 410. Ponderata. num. 7. & ſeq.

Amplia.

Digitized by Google

4 Amplia, quia hodie ex forma Conc. Trident. ſeſſ. 13.cap. 1. de reform. non datur appellatio in cauſis viſitationis, & correctionis, ſeu habilitatis, vel inhabilitatis, neque ab interloquutoria in criminalib. & ſeſſ. 22. c. 1. de refor. declarat, quod appellatio non ſuſpendat in his, quæ morum correctionem pertinent, & ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. appellatio, & inhibitio non ſuſpendit.

5 Amplia, quia in his, quę ſpectant ad reſidentiam non datur appellatio etiam prætextu Eugenianæ in fauorem Curialium editæ, nec inhibitio, ſeu appellatio ſuſpendit, ut in Conc. Tridentino. ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat. in fi.

6 Extende, quia circa ſufficientiam, vel inſufficientiam, examinatio, & approbatio lectorum in ſeminarijs ſpectat ad Epiſcopum remota appellatione, in eodem Conc. Triden. ſeſſ. 23. c. 18. de reform. col. pen.

7 Extende, vt procedat in cauſis precedentiæ, vt in eod. Concil. ſeſſ. 25. c. 13. de reformatio. vt Epiſcopus amota appellatione, componat etiam inter Religioſos, & exemptos.

8 Limita, niſi modus correctionis excederetur, quia tunc datur appellatio ab exceſſu, quia appellare ne quis corrigatur, eſt prohibitum, ſed appellare, vt ſuperior corrigat ſententiam correctionis non eſt prohibitum. Calder. conſ. 209. in principio, alias 3. de appellat. in princip. verſ. ſed prædicta ſunt vera.

Appellatio non datur a ſententia arbitri. Concluſ. CDXIII.

1 DE iure communi appellatio non datur à ſententia arbitri. l. 1. C. de arbitr. l. diem proferre. §. ſtari. ff. eod. Roman. conſ. 400. Quęritur an ſtatutum, in princ. vbi apoſtill. in ver. non permittitur, dat plures concordan. & idem Rom. conſ. 27. col. 2. in fi. ver. aut dictum fuit.

2 Extende etiam ſi arbiter ſit ſubrogatus loco Iudicis ordinarij, quia licet à Iudice ordinario poſſet appellari, non tamen à ſententia arbitri loco Iudicis, plene Menoch. quęſt. 54. num. 31. & ſeq. vbi late.

3 Amplia multo magis in laudo arbitratoris, * quia ſecundum * communem non datur appellatio, idem Menoch. de arbitrar. quæſt. 70. nu. * 11. vbi de magis* communi,

4 Limita, quia appellatur in caſu ſpeciali, quando arbiter iuris pronunciauit. Roma. dicto conſ. 400. in princ. vbi apoſtill. ibi in ver. ab arbitris, dat concord.

5 Limita in caſu l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. Rom. conſ. 27. col. fi. in prin.

6 Contrarium tenet ibi apoſtill. in ver. vnam lecturam, quæ dicit, quod loquitur de perito in arte, non de arbitro.

7 Limita quando ex laudo oritur actio, quia tunc datur appellatio. Bar. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Rom. d. conſ. 27. col. fi. in princ.

8 Contrarium tenet apoſtill. ad Roman. dicto * conſil. 27. in ver. ex alio, quæ dicit * communem in contrarium.

9 Limita de iure Canonico, quia ſententia arbitri poteſt per ſuperiorem peti corrigi, & moderari, Rom. d. conſ. 27. col. fi. in prin. vbi apoſtil. in ver. emendari, vbi dat concord.

10 Declara, quia vbi datur appellatio, illa infra decem dies debet interponi. Roman. conſil. 27. col. fi. in princ. vbi apoſtill. in ver. decendium, dat concor.

Vide. Reductio laudi, & arbitramenti petita an impediat exequutionem. Concl. 75.

1 Vide Concluſionem proximam ſeq.

11 Limita quindecim modis, de quibus Socin. in reg. 17. Appellare à ſententia arbitri non licet.

Appellatio andetur à ſententia confirmante laudum. Concl. CDXIV.

1 APPELLATIO non datur à ſententia confirmante laudum, & reiiciente reductioné laudi petitam ad arbitrium boni viri. Calderin. conſ. 114. Cui incumbat, num. 2. ver. in progreſſis, alias 5. de arbitr. vbi quod ita pridie conſuluit, & idem tenet. Fulgoſ. conſ. 110. Supponitur ex facto, & conſ. 112. circa fi. ver. ſuper alio dubio, an poſſit appellari. Salyc. inter conſ. Zabar. 139. n. 22. & ſeq. Cardin. Zabarell. conſ. 140. in fi. ver. ad quartum. Io. de Anan. conſ. 51. In cauſa illorum: vbi Bolognin. in apoſtill. dicit non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando. Roman. conſil. 261. Super eo, quod, in principio: vbi recitat tres opiniones, & dicit * hanc eſſe Ioann. Andr. & * Bart. & licet ipſe reprobet, tamen apoſtill. ibi in ver. quod non, citat plurimos, & dicit credere quod hęc ſit verior, * & cõmunior. Abb. conſ. 48. Tria ſunt. verſ. condeſcendo ad ſecundum, vſque in fin. lib. 1. vbi citat pro vtraque opinione, & hãc tuetur, quia Iudex reductionis dicitur tanquam bonus vir aſſumptus, non tanquam Iudex, ideo ab eo non appellatur. & pro hac parte arguit plene Alex. conſ. 106. Viſo themate. in princ. li. 3. vbi plures citat, licet ipſe teneat contrarium, & potiſſima ratio eſt, quia Iudex ſubrogatur loco arbitri, & quia non appellatur ab eo, qui habet arbitriũ, & ibi apoſtil. citat plures, in ver. quod non, & in ver. maiori: vbi atteſtatur hanc crebriorem.

2 Contrarium, quod detur appellatio tenet Beninten. deciſ. 15. per totam: vbi recitatis opinionibus pro vtraque parte dicit * hanc magis cõmunem. Rom. conſ. 261. Super eodem, ex mente Bal. in l. 1. & 2. C. de his, quæ pęn. nomi. Ioann. de Anan. conſ. 31. Alexand conſ. 106. lib. 3. num. 6. & ſequen. vbi quod iſta eſt æquior, verior, & a maiori parte Doctorum approbatur, vbi tollit omnia contraria, quia non ſubrogatur eo modo, quo arbitrator, & arbitrium non eſt liberum, & & hanc partem tenet Bald. quod imo ſimpliciter detur appellatio in cap. final. quo tempore miles inueſt. in vſib. fœud. & in l. vnica. C. ne liceat in vna, eademque cauſa tertio prouoc. & conſuluit Io. Bapt. à S. Blaſio, vt ipſe refert in tract. de arbi. quæſt. penul.

3 Declara, quia hæc appellatio eſt multum controuerſa ex his, quæ late Alex. in l. 1. ff. de legat. 2. maxime Florentiæ: vbi ex forma ſtatutorum duę ſententię faciunt rem iudicatam, vt in ſtatuto de appell.

appell.lib.1.cap.127. ver. & ſi ſententia alicuius Iudicis.Rom.conſ.261. & Alex.d.conſ.106.lib.3.

4 Declara,quia quandoque datur exequutio,niſi præſtetur cautio,vt per Benintend.dict.deciſ. 15. in fin.

5 Declarat Abb.conſ.48.nu.3.lib.1.vt non detur appellatio quando appellans etiam friuole appellaſſet ab interloquutoria coram ipſo Iudice, & fuit contumax,quia tunc tanquam manifeſtus cõtumax non appellat.

6 Declara aliis modis de quibus in ver.Reductio laudi, & arbitramenti petita impedit exequutionem,& quando ſecus.Concluſio.75.numer. 11. & ſequent.

7 Declara,quia ſi petitur reductio arbitraméti ad arbitriũ boni viri, tunc nõ datur appellatio,quia arbitramentum habet naturam contractus, non Iudicij,& quia Iudex, ad quem recurritur ſuccedit,non vt Iudex,ſed vt bonus vir,ideo ſicut ab arbitratore non datur appellatio,ita nec à Iudice loco arbitratoris,ita Zabarell.conſ. 139.num.22. & ſeq.quod eſt Salyceti,& plenius conſ.140.in fi. ver.ad quartum,& idem videtur tenere.Ioan.de Anan.conſ. 51.dum loquitur in arbitramento,cuius reductio fuit reiecta, & iſta eſt prima opinio Io.Andr.Bart. plene in ſua quæſtio.1. poſt conſil.2.vol.incipit.Petitum fuit,vbi pro vtraq.opinione allegat,& hanc tuetur in ver.in cõtrarium, & in ver.Solutio,per totam.

8 Declara, quia ſi ſententia Iudicis appellationis à laudo,ſeu reductionis parum lædit, non appellatur,ſecus ſi multum lędit.Bal.in l.1.col.3.C. de his,quæ pęn.nomi.Rom.conſ.261.Alex.d.conſ. 106.n.14.&15.lib.3.vbi citat alios.

9 Declara,quia ſicut poteſt peti reductio à laudo,& arbitramento, quæ eſt ſpecies appellationis,ita etiam à ſententia confirmante laudum, quia ſi eſt ſubrogatus,eo modo poteſt peti reductio.Alex.conſ.106.nu.17.ver.poſſet etiam,libro tertio.

10 Tertia fuit opinio Bal.in l.vnica.ff.de his, quæ pęn.nomi.quia aut Iudex lędit in modico, & non datur appellatio,aut lędit in magna quantitate, & datur appellatio;quia ſi habet etiam naturam cauſæ principalis coram arbitro, & arbitratore, & Iudex,qui hoc caſu vti bonus vir eſt aſſumptus, eodem modo,quo arbiter,vel arbitrator reputatur,ita Rom.conſ.261.Super eo quod,nu.3.col.2. ver.tertia fuit,vbi late tuetur.vbi apoſtill. in ver. opinionem,citat plurimos.

11 Declarat Alex.conſ.85.Viſo themate,nu. 5. & ſeq.ver.nec obſtat,libr.5. quia ſi laudum non habet exequutionem paratam,agendum eſt ex compromiſſo via ordinaria,ſi vero laudum habet exequutionem paratam,tunc ſi lata eſt ſententia ſuper exequutione,non datur appellatio,ſi vero via exequutiua non eſt intentata, ſed via ordinaria, & Iudex pronunciauit eodem modo,quo laudum, tunc datur appellatio, & loquitur in laudo emologato.

12 Reſtringe.declarationem,quia ſemper datur appellatio à ſententia confirmante, vel exequente laudum quando fuit oppoſita exceptio, quę non impugnat laudum,& reijcitur,prout ſi fuit oppoſita ſolutio,vel nouatio laudi,quę habet vim ſolutionis,tunc dari debet appellatio, quia reijcitur exceptio,quę releuat,& extinguit ſi eſt vera.Alex. dict. conſil.85.Viſo themate per totum,maxime numer.5.& ſequent.libr.5. vbi tollit omnia contraria.

13 Amplia, quia petita reductione laudi, ſi confirmetur, vel reformetur laudum,non poteſt dici de nullitate laudi,ex quo nullitas connexe fuit in reductione petita,& ſublata reductione, tollitur etiam nullitas.Fulgoſ.conſ. 112.Arbitrator tulit,ver.ſecundo quæritur.

14 Amplia,quia nõ etiam datur appellatio à ſententia, quæ fertur per Iudicem ordinarium aditum per modum recurſus,quia ſi limitat laudum, vel moderatur, non datur appellatio, ſicut non datur, quando confirmat laudum. Fulgoſ. conſ. 112. numer. 2. ver. tertio quæritur, vbi quod quando Iudex aditur vti bonus vir, tunc non datur appellatio.Bartol. in l.prima,in fin. ff. de legat.2.

15 Contrarium tenet Bal.in l.1.C.ne liceat in vna eademq,cauſa,tertio prouoc.

16 Declara,quia controuerſa eſt opinio, vt dicit Caſtrenſ.conſ.121.circa primum,in fin.ver.circa tertium,lib.2.

17 Declara plene vt per Bar.in prima quęſtio.poſt cõſilia libr.2.incip.Petitũ fuit,ver. ſolutio, col.2. ver.certum eſt, vbi appellatur a ſententia lata tanquam a Iudice inter ſubditos,ſecus ſi ex iuriſdictione prorogata inter non ſubditos, ſi Iudex vt arbiter cognoſcit inter non ſubditos appellatur, ſecus ſi vt arbitrator, quia datur reductio, non appellatio.

18 Amplia,quia neq.a laudo habente exequutionem paratam datur appellatio, ſed reductio ad arbitrium boni viri, niſi ſtatutum induceret appellationem,prout Parmę,ſuper quo Caſtrenſ. conſ.150.Viſo ſtatuto,lib.1.

19 Amplia,quia ſi extat ſtatutum loci,quod a ſententia lata ſuper reductione,ſiue ſit confirmatoria,ſiue infirmatoria,non poſſit appellari, neque quærelari,ſupplicari, de nullitate dici,etiam per viam exceptionis,reſtitutionis in integrum, peti officium Iudicis,vel aliquod aliud remedium implorari,ſed firma maneat, prout ſupra de laudo, & arbitramento diximus,tunc non poterit appellari,etiam ſi conſtet de dolo,vel læſione enormiſſima tertię partis,licet in ſupradicto ſtatuto duo caſus in laudo excipiantur.Ita Alexan.conſ. 106. numer.18.& ſequen.ver.modo venio libr. tertio, quia debet adaptari ad caſum proportionabilem denegantem appellationem, non autem permittentem.

20 Contrarium tenet per plura Alex.dict. conſil. 106.numer.20.& ſequent.ver. ſed prędictis non obſtantibus,lib.3.quia dictio illa, prout ſupra de laudo,& arbitramento diximus, cum referatur ad aliquid diuerſum ab eo, quod propoſitum eſt,ſtat ſimilitudinarie.l. iuris gentium, §.quinimo,ff. de pact. in princip. & relatio, ſeu extenſio ſimilitudinaria recipit omnes qualitates proportionatas,ideo poteſt appellari, ſi eſt lata ex dolo,vel ſi adeſt læſio in tertia parte prout in laudo diſponitur,& iſte ſenſus tenendus eſt,quia minus lædit ius commune,item quia non continet iniquum.

21 Declarat ex alio capite Alexand. dict. conſ. 106.numer.25.in fin.cum ſequent.libr. 3. ver. ex alio, quia vbicunque denegatur appellatio, vel aliud remedium defenſionis,nunquam denegatio procedit,quando euidenter,& notorie conſtat de iniuſti-

iniuſtitia, etiam ſi latæ eſſent tres ſententiæ conformes,& confirmat Alexand. conſ. 77. nume. 8. lib.2.cum ſeq.& conſ.77.nu.17.lib.3.& conſ.113. nu.8.lib.5.& conſ.91.n.2.lib.6.vbi dedi concord. Deci.conſ.49.nu.3.

Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Appellatio non datur in his quæ ſunt arbitraria Iudici,& quando ſecus. Concluſio. CDXV.

1 APPELLATIO non datur ab his, quæ ſunt in facultate Iudicis,ideo non valet appellatio à reuocatione ſubſtituti Iudicis, quando Iudex ordinarius vult per ſe cognoſcere, quia hoc habet in facultate à lege.Bald.conſ.111.Proceſſus faſtus,lib.5.

2 Extende,ſeu amplia regulam prædictam ſeptẽ modis, in quibus non appellatur. Primo, quando habet Iudex liberum arbitrium. Secundo, quando actus conſiſtens in arbitrio Iudicis, non eſſet prejudicialis. Tertio, quando Iudex pronunciat ſuper exequutione eorum, quæ ſpectant de iure ad eius officium. Quarto,in his, quę committuntur conſcientię Iudicis. Quinto, in facultate diſpenſandi collata Iudici. Sexto, quando pronunciat ſuper negatione eorum, quæ poſſet, ſi vellet, cum tribus declarationibus. Septimo, quando Iudex eſſet aditus,& arbitratus tanquam bonus vir,ita Felin.in cap.ſuper his,num.7.& ſeq. de accuſatio.

3 Vide alios caſus infra in ver.Arbitrio Iudicis, quando ſtandum.Concluſ.475.

4 Amplia,quia non datur appellatio ab his,quæ conſiſtunt in mera facultate Iudicis, puta, quia reuocat ſubſtitutum, & vult cognoſcere per ſe ipſum. Bald. conſ. 111. Proceſſus factus, libro quinto.

5 Amplia in his,quæ committuntur alicui in conſcientia indeterminata,ſecus ſi determinate.Ant. de Butr.conſ.62.in fin.ver.non obſtat.

Vide. Conſcientia, quid ſit. Concluſ.742.

6 Amplia,quia arbitrarium eſt Iudici deferre iuramentum in litem, & non deferre, quando probatio eſt dubia,& arbitraria, & propterea non debet appellari, & quatenus appelletur, ſi non probatur de iniquitate, ſeu iniuſtitia primi Iudicis, ſententia eſt confirmanda, & laudum. Bartol. conſi.149. Litteras,in fin.lib.1.& plenius conſ. 150. eod. lib. numer.5. ver.ſed quid ſi Iudex,vbi numer. 6. quod licet ſit in arbitrio Iudicis deferre,& non deferre iuramentum,tamen intelligitur ſecundum bonam fidem,ita quod ſi reperiatur iniuſte detuliſſe,vel denegaſſe,Iudex appellationis reformabit.

7 Amplia, quia ſi committitur aliquid Iudicis arbitrio, vel Iudex ſuccedit loco boni viri, vt arbitrio ſuo iudicet, non datur appellatio. Alexand. conſilio 106. Viſo themate,in princip. lib. 3.

8 Contrarium, quod imo quando aliquid committitur arbitrio Iudicis, cenſeatur arbitrio boni viri commiſſum, & arbitrium boni viri intelligitur arbitrium Iudicis ordinarij. l. vir bonus. ff. iudic. ſolui, & ideo poteſt appellari à ſententia lata per Iudicem habentem arbitrium boni viri, l. ſi qua pęna,& ibi gloſ.& Bart.ff.de verbo. ſignific.Alex.plene dict.conſ.106.numer.8.& ſeq. lib.3.ver.ſecundo quia.

9 Declarat Geminian.c.1.de iuram.calum.in ſexto, quia ſi committitur libero arbitrio Iudicis non appellatur,quia poteſt iniquum ęquo præferre;ſi vero committatur arbitrio Iudicis non libero,ſed ſimpliciter diſtinguitur,aut agitur de magno præiudicio,& appellatur,aut de modico præiudicio,& non appellatur, quem refert, & ſequitur citando alios.Alexand.conſ.106.numer.10.& ſeq.lib.3.

10 Limita,quia Iudex qui poteſt aliquid facere ex officio,ſi non facit,dicitur grauare partem,ideo poterit appellare. Bart. in l.1.num. 11. ff. de iuriſd. omn. iudic. Felin. in cap.per tuas de teſtib. numer.6.

11 Contrarium dicit Felin.d.c.ſuper his,de accuſat.nume.13.ver.ſexto limita,vbi quod ſi aliquid committitur poteſtati officialis,ſeu Iudicis, non appellatur,ſi non facit,& ſic a facto negatiuo,ſecus ab affirmatiuo.

12 Declarat Feli.tribus modis,vt ſi fiat aliquid affirmatiue,detur appellatio, idem quando implo-ratur officium Iudicis, & ille non impartitur, idem eſt quando ex facto negatiuo appellans lęderetur. Felin. dict. cap. ſuper his,numer. 113. de accuſat.

13 Limita, quia appellatio datur in his,quę Iudicis arbitrio, tanquam boni viri committuntur. Roman.conſ.261.Super eo, quod,in fin.ver.ad ſecundum fundamentum,vbi ponit plura exempla, videlicet,quod a Iudice declarante dilationem, appellatur, quia licet ea committatur arbitrio Iudicis,tamen appellatur.

14 Declarat Alex.conſ.70.Viſo conſilio,n.5. ver. & in dubio, lib.2.vbi quod in dubio præſumitur pro arbitrio Iudicis ſuper dilatione data,licet detur appellatio.

15 Declara totam hanc materiam, quia non datur appellatio in his, quæ libero arbitrio Iudicis committuntur, ſecus ſi arbitrio, quia intelligitur de regulato,& ſi grauat appellatur,& iſta eſt regula,quam ponit.Felin.in c.ſuper his, num. 7.& ſequent.de accuſat.& idem plenius Menoch. de arbitrar.lib.1.quęſt.70. vbi latiſſime,maxime numer.13.

Appellatio à ſententia capitali quã dò detur,vel non.Concluſ. CDXVI.

1 APPELLATIO regulariter admittitur aduerſus ſententiam capitalem de iure communi,plurimos citat ad hoc Farinac. in ſuo trac. criminal.q.11.n.48.

2 Extende,vt procedat,ſiue ſit lata contra præſentem,ſiue contra contumacem, quia datur appellatio,vt per eundem Farinac.d.q.11.n.48.

3 Amplia,vt procedat etiam ſtante ſtatuto,quod contumax habeatur pro confeſſo,quia adhuc poteſt condemnatus in contumaciam, qui habitus fuit pro confeſſo appellare.Farinac.quæſt. 11.nu. 48.ver.limita octauo.

Contra-

Digitized by G

4 Contrarium tenent multi, quos idem Farinac. tenet d.quæſt.11.n.48.verſ.contrarium.

5 Declara, quia ſi ſtatutum habet reum contumacem pro confeſſo, & conuicto, tunc non appellat, ſi vero pro confeſſo tantum appellat, Farinac.d.quæſt.11.num.48.verſ. in hac opinione, vbi adducit diſtinctionem Nelli de Bannit. in 4. parte primi temp.q.1.

6 Contrarium ipſe tenet, quia dicit, quod licet confeſſus, & conuictus non appellet; tamen illud procedit in vere confeſſo, & conuicto, ſecus
* ſi ficte, & dicit * communem.d.quęſt.11. nu.48. verſ.hæc tamen Nelli.

7 Declara, quia appellatio admitteretur, quando iuſtum impedimentum, vel iuſta cauſa in appellatione narraretur, quod impediret ſtatutum operari, ſi verum eſt impedimentum. Cartar.tit. de exequut.ſent. capto bannito. cap.1. num.261. & ſequen.

8 Amplia, quia ſi contumax mittat procuratorem ad appellandum bene admittitur, licet non poſſit audiri per procuratorem ſuper delicto,plures allegat Farinac. dicta quæſtione 11. num.49. verſ.ſed quid.

9 Contrarium dicit fuiſſe deciſum idem Farinac. d.q.11.num.49.ver.contrarium.

10 Declara,quia ſi condemnatus infra decem dies ſe conſtitueret,tunc appellatio eſſet bona,quia ſi cuti ſi eſſet conſtitutus tempore appellationis,admitteretur, ita etiam ſi infra decem dies ſe conſtituat, prout dicimus de appellatione interpoſita à non habente mandatum, quæ non valet,niſi infra decem dies ſuperueniat mandatum.

11 Idem crederem, ſi allegaretur impedimentum licitum, puta,carceratio, infirmitas, vel quid ſimile, quod poſtea probaretur ex his, quæ late idem Farinac.d.quæſt.11.nu.50. cum ſeq.

12 Limita, quia in ſtatu Eccleſiæ non admittitur appellatio condemnati in contumaciam, niſi ſe conſtituat ſponte, & infra annum etiam ſi ſtatutum habeat eum pro confeſſo tantum, & idem eſt ex conſtitutionibus Marchiæ.Farinac.d.q.11.nu. 48.ver.apud nos tamen.

13 Vide etiam Bullam Pij IV.de non admittendis appellationibus in cauſis fiſcalibus,vbi quod non auditur contumax appellans in cauſa capitali,niſi ſe conſtituat, & in cauſa pecuniaria, niſi facto actuali depoſito, & fuit reformata per Pium V. quod ſufficiat fideiuſſio loco depoſiti exceptis confeſſis, qui non audiuntur in cauſa pecuniaria.

14 Et neceſſe eſt, quod appellantes expediant cauſas infra ſex menſes ex alia Bulla Pij V.

Appellare an poſsit confeſsus. Concluſ. CDXVII.

1 CONFESSVS crimen, ſecundum Canoniſtas non appellat,quia confeſsio inducit notorium iuris,& ſecundum Iuriſtas appellat,quia confeſsio poteſt eſſe erronea, vel poſſet conſtare de cauſa excuſante, puta, ſi ad defenſionem delictum commiſiſſet.vide Salyc.in l.ea quidem.C.de accuſat.num.89.& 90.vbi late.cap. Romana. §. ſi autem, de appellat. in 6. Calder. conſ.209. alias 3. de appell. ver.item confeſſus.

2 Amplia, quia ficte cõfeſſus in criminalibus(veluti ſi extat ſtatutũ,quod contumax habeatur pro confeſſo) poteſt appellare, quia non eſt confeſſus, & conuictus.Caſtrenſ.conſ.141. Viſa quadam inquiſitione, in princ. lib.1. vbi,quod ita conſuluerunt, Bald.Guil.& Comes de Peruſio.

3 Extende, quia etiam recuſans iurare ad mandatum Iudicis habetur pro confeſſo.l.generaliter. §.ſin autem.C.de reb.credi. Caſtrenſ.d.conſ.141. in princ. lib.1.

4 Limita, quia confeſſus, & conuictus non appellat, ſecus ſi tantum confeſſus, vel tantum conuictus.Salyc.d.l.ea quidem.num.90.C.de accuſat. vbi latiſſime.Caſtrenſ.conſ.141. in princ. & iſta
* eſt communis * opinio, vt atteſtatur Clar. in prax.crim.§.fin.in princ.

5 Declara,quia licet aliqui hoc tenuerint eſſe verum in quinque caſibus exceptis, prout homicidij, veneficii, adulterij, maleficij, & vis publicæ,
* tamen communis * eſt opinio, quod indiſtincte confeſſus,& conuictus non appellat. Clar.d.q.94. in princ.vbi dicit, quod etiam ita de conſuetudine ſeruatur.

6 Limita, quia verus contumax ad ſententiam qui appræhenſus dixit nolle comparere non appellat, ſecus ſi eſt contumax ad proceſſum. Caſtr. d.conſ.141.in princ. lib.1.

7 Limita, quia confeſſus tantum coram Iudice in atrocioribus, & maxime quãdo fuit in fragranti repertus non appellat, ſed ſententia mandatur exequutioni, quia inducitur notorium. Gramm. deciſ.36.num.39.& multis ſequent. & iterum nu. 61.& ſeq.vbi latiſſime.

8 Extende,quia confeſſus tantum non appellat,ſi non reuocauit ſuam confeſſionem, ſed ſententia exequutioni mandatur. gloſ. in §. Romana. §.ſin autem, in ver. vel de quo, de appellat.in 6. quam
* in practica teneri, & communem * eſſe opinionem dicit Clar.quæſt.94.in princ. ver.aut eſt confeſſus tantum, & quod omnes Iudices illam ſeruant,& quod eſt magis * communis.

9 Contrarium tenet Bal.in l.2.nu. 11. C.quorum appellat. non recip. vbi quod requiritur, quod ſit
* confeſſus,& conuictus,& communem * dicit Ant. Gomez.cap.3.Delict.num.31.etiam ſi agatur de crimine læſæ maieſtatis.

10 Declarat Clarus d.§.fin.quæſt.94.num.1.in fin. ver.Bald.autem, vt Iudex poſſit admittere appellationem, vel exequi, allegat deciſio. Tholoſ. 176. quæ dicit, quod ita ſeruatur; dicit tamen Clar.dicta quæſt.94.num.2.in fi. quod ſi delictum eſſet notorium Iudex peccaret non exequendo.

11 Limita, quando ſolum eſſet confeſſus, vel conuictus, & extaret ſtatutum, vel conſtitutio tollens omnem appellationem, & mandans debere exequi, quia valet de conſuetudine. Clar. dicta quęſt. 94. num. 3. ver.cęterum,vbi quod ita Mediolani ſeruatur.

12 Contrarium, quod non valet ſtatutum tollens defenſionem,quæ eſt de iure naturæ.Clar.d.quæſt.
* 94. num.3.vbi dicit * communem.

13 Declarat Clarus dicta quæſt.94. num.3. vt de conſuetudine valeat,ſi ita eſt conſuetudo,quod ſeruetur.

Appellans quando remittatur ad Iudicem grauantem. Concl. CDXVIII.

1 APPELLANS grauatus à Iudice, qui ignorauit, grauamen remitti debet ad eundem Iudicem, quia non eſt grauamen. Bart. conſ. 225. Clericus. num. 3. lib. 1.

2 Amplia multis modis, quando appellans renunciaſſet appellationi, de quibus in ver. Appellationi, quando, & ex quibus cenſeatur renunciatum. Concluſ. 387.

Appellatio à ſententia lata de conſilio, vel ad relationem alterius admitti debet. Concl. CDXIX.

1 APPELLATIO datur à ſententia lata ad conſilium conſultoris, etiam ſi Iudex pronunciet omnino, prout in conſilio. Alex. conſil. 185. Viſo titulo. col. fin. lib. 2. Bald. in ſimili. conſ. 229. Primum dubium. lib. 1. Felin. in cap. cum venerabilis. nu. 46. de exceptio. qui licet loquantur quando conſilium non erat in actis, & ideo ſententia erat nulla, tamen concluſio eſt in ſe vera, quod ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis in actis, nunquam tranſit in iudicatum, plene Roman. conſ. 218. Pro plena diſcuſſione, in fin nu. 15. & 16. ver. quia imo, vbi apoſtill. in ver. retractari, dat concord. & dicit * communem.

2 Amplia, vt idem ſit in ſententia lata ad relationem peritorum, ſeu alterius, quia ſemper poteſt appellari, quia nunquam tranſit in iudicatum. Alexan. conſ. 148. Excellentiſſime Domine. n. 6. verſ. per prædicta patet non obſtare, lib. 2. vbi apoſtill. in ver. nunquam, dat concord. pro, & contra. Bero. conſ. 144. nu. 53. & ſequen. lib. 3.

Vide. Sententia quibus caſibus non tranſeat in iudicatum. Concluſ. 173.

Vide. Peritis in arte ſtandum eſt. Concluſione 286.

3 Amplia in tantum, vt ſi cauſa ſit commiſſa appellatione remota, ſi Iudex ad relationem alterius pronunciat, adhuc debet dari appellatio. Socin. conſ. 195. Circa primum. num. 5. lib. 2.

4 Amplia, vt procedat etiam in ſententia Papæ, & Imperatoris lata ad relationem alterius, quia datur appellatio ab ea, plene Rom. conſ. 521. Circa propoſitum, in prin. vbi apoſtill. dat concor.

Appellans non compellitur ab appellato proſequi appellationem, & quando. Concluſ. CDXX.

1 APPELLANS non compellitur proſequi appellationem ab appellato, quando eſt interpoſita extra iudicium, niſi infra menſem fuerit legitime intimata in cauſa beneficiali. Lap. alleg. 39. num. 3. Feder. de Sen. conſ. 248. ver. item per iura noua, quia eſt in facultate appellantis lacerare appellationem non intimatam.

2 Amplia in tantum, vt neque poſſit compelli appellans ab appellato ad exhibendam appellationem extraiudicialem, ſi illam non vult exhibere. Feder. de Sen. conſil. 249. per totum, vbi eſt caſus, & conſ. 260. in princ. ver. tertio quæritur, & in fin. ver. ſuper tertio.

3 Declara, niſi eſſet effecta de actis, & communis. Feder. de Sen. dicto conſilio 260. in fin. verſ. ſuper tertio.

4 Amplia, quia non etiam compellitur appellans proſequi appellationem iudicialiter interpoſitam, niſi per menſem ante finem anni per c. obiatæ de appellat.

Vide. Appellatus, quando, & qualiter poſſit præuenire appellantem in commiſſione. Concl. 422.

Appellans an teneatur exhibere ſententiam, & acta, an appellatus. Concluſ. CDXXI.

1 APPELLANS tenetur exhibere ſententiam, & acta, non autem appellatus, quando ipſe appellatus negat illam habere. Innoc. in c. g. perpetuus, de fid. inſtrum. quem ſequitur Feder. de Sen. conſ. 202. Audiui, vbi quod D. Rainerius de Montebiano ita conſuluit, alias Iudex appellationis, poteſt ſententiam, ſi qua reperitur caſſare. Angel. conſ. 194. Viſis proceſſibus, in fin. verſ. nunc deſcendo.

2 Declara, vt per Feder. d. conſ. 202. Propter perplexitatem, quia Iudex appellationis non poteſt pronunciare ſuper appellatione, niſi ſibi conſtet, quod infra decem dies fuerit appellatum.

3 Amplia, quia hodie in cauſis Eccleſiaſticis data eſt forma ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 20. de reformat. cauſæ omnes, in fin. vt appellans teneatur acta, & ſententiam tranſportare expenſis ſuis, & reus comparens, ſi vult vti actis ſoluat ratam ſuam; ſi vero appellatus præueniat ipſe exhibeat acta, vt ſupra cum eadé diſtinctione, ſi actor comparens velit vti actis, ſoluat ſuam partem.

Vide plenius per Maſcard. Concl. 115. Nonnulla alia recenſentur, vbi quod exhibere debet acta libellum: & alia plura docere, & facere.

4 Limita, vt procedat quando appellatus confiteretur, ſententiam eſſe latam, quia tunc appellans non tenetur illam producere, quia ſufficit confeſſio appellati. Angel. d. conſ. 194. nu. 4. vbi loquitur etiam ſi extat ſtatutum, quod deferatur appellatio, niſi appellans produxerit ſententiam infra certum tempus, quia ſufficit, quod appellatus confiteatur, & poteſt etiam de hoc interrogari.

5 Limita, quia appellans à ſententia iniuſta, & nulla, vel petens reductionem à laudo, vel arbitramento. licet non producat aliquid in termino ſtatuto ad docendum de nullitate, tamen contra eam non poteſt fieri exequutio, ſi ſententia, & laudum condemnatorium fuit latum ſine probationibus, & non datis dilationibus, quia ex quo nullitas ineſt in primis actis, impeditur perpetuo exequutio. Bald. conſ. 340. Statuto Papiæ. libro 1. per totum.

Vide.

Vide omnino Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſione 24. cap. 20. de reformatio. per quod datur prouiſio appellanti, vt exhibeat acta,& quod eidem tradantur.

Vide plenius Anton.Gabriel. lib.2. titu. de appellatio.Concluſ.5. Appellatus an appellans debeat probare.

Appellatus quando poſsit præuenire appellantem in commiſsione appellationis. Concluſ. CDXXII.

1 APPELLATVS non poteſt pręuenire appellantem in impetratione litterarum appellationis ante terminum pręfixum à Iudice, ſicut nec appellans poteſt iſto caſu prævenire appellatum, vt per text. in cap.ſæpe.de appellatio. & per gloſ. in cap. oblatæ. eod. tit. in verſ. pars appellata.

2 Amplia, vt nec poſſit prævenire nimis præcurrens, quando terminus iuris eſt datus, quia tunc, cum appellans habeat annum à lege ad impetrandum, non poteſt appellatus nimis præcurrere, & ſupplantare appellantem. cap. oblatæ, de appellatio. vbi gloſ. in verſ. pars appellata.

3 Extende etiam ſtante ſtatuto, prout Cęſenæ. Alexand. conſ.19. Viſo proceſſu.num. 4.& 5. lib. 1. vbi quod ſtatutum intelligitur ſecundum ius, vt non poſſit pręuenire nimis propere, & præoccupando appellantem, niſi prout de iure, videlicet, quando appellans eſſet negligens, & iſtud eſt arbitrarium Iudici.

4 Limita, quia durante termino hominis poteſt appellatus impetrare litteras, etiam ante terminum,quando in litteris facit mentionem de termino.Feder. de Sen.conſ.173. in princ. quia hoc ipſum permittitur etiam appellanti, facta eadem mentione. Feder.conſ.108.per totum.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Appellatus quando poſsit prævenire, vel non appellantem in proſequutione cauſæ. Concl. CDXXIII.

1 APPELLATVS non poteſt prævenire appellantem in proſequutione cauſæ appellationis, quando terminus legis ſolus eſt ſtatutus, niſi per menſem ante finem anni. Innoc. in cap. oblatæ, de appell. in princip. Feder. de Sen.conſ. 248.in princip.ver.ſed poſito. Card.Zabar.conſil. 87.num.3.ver.ad ſecundum.

2 Amplia, vt procedat, etiam ſi ſit ſtatutus terminus ab homine, quia licet ante terminum facta mentione de termino poſſit impetrare appellatus litteras, vel poſt terminum præfixum, tamen non poterit appellationem proſequi niſi infine anni quando ſolum menſis ſupereſt de anno. Feder. de Sen. conſ.173. In cauſa hoſpitalis,& ibi Abb.antiq.eſt eiuſdem opinionis.

3 Amplia in appellatione extraiudiciali, quando infra menſem in cauſa beneficiali fuit intimata, quia tunc poteſt appellatus proſequi appellationem contra appellantem inuitum poſt menſem. Feder. de Sen. d. conſ. 248.verſ. item per iura noua, vbi quod intelligitur clement. 1. de appellatio.

4 Limita quando appellans eſſet negligens in committendo cauſam, & ſic dummodo nimium non præcurrat, & iſtud eſt arbitrarium Iudici. Alex.conſ.19. Viſo proceſſu.num.4.& 5.lib.1.Zabarell.conſ.87.num.3.in fin.ver.ſed quoad id.

5 Declara hanc materiam,quia ſi appellans non proſequitur appellationem, poteſt appellatus in vltimo menſe ante finem anni, vel biennij, etiam non citato appellante, petere confirmari ſententiam, ſi vero appellatus velit proſequi appellationem,citato appellante, poteſt facere,dummodo nimium non præcurrat, quod eſt arbitrarium Iudici,& non eſt neceſſe expectare vltimum menſem. Cardin.Zabarell.conſ.87.num.3.& 4.ver.ad ſecundum.

Vide Concluſionem prox. præced.

Apoſtaſia quid ſit, & quis dicatur apoſtata, & qualiter probetur. Concl. CDXXIV.

1 APOSTASIA triplex eſt, quædam fidei, quædam inobedientiæ, & quædam religionis. Calder. conſ. 498. alias vnico de apoſtatis, * & ita omnes * tenere dicit Clar.in §.fi. quęſt.78. num.4. ver.apoſtata.

2 Apoſtata fidei dicitur ille, qui à Chriſtiana religione tranſit ad Iudaiſmum, vel aliam ſectam infidelium, prout conſuluit Alciat. conſil. 478. Clar. §.final. quæſtione 78. num.4. vbi, quod iſti ſunt peiores hęreticis, quia in totum recedunt, licet reuertentes recipiantur vt hęretici, ſecundum * communem.

3 Apoſtata religionis proprie dicitur, qui ad ſeculum redit, dimiſſo habitu religionis, quaſi abeat retro, ſi vero retinet habitum proprie non eſt apoſtata,ſed vagabundus. Calderin.conſ.498. * alias vnico,de apoſtat.communem * dicit. Clar. d.§.fi.quæſt.78.num.4.

4 Extende, quia etiam beneficiatus ſecularis Clericus,ſi dimittat habitum,dicitur apoſtatare, * ſecus ſi non eſt beneficiatus, communem * dicit Clar.§.fin.quæſt.78.num.4.in fin.

5 Apoſtaſia inobedientiæ eſt, quando religioſus non ſeruans regulam efficitur vagabundus retento habitu,ſed non eſt propric apoſtaſia.

6 Limita, quia apoſtata non dicitur monachus vagabundus,quando non dimiſit habitum. Calderin.d.conſ.1.de apoſtatis. Clar.d.§.fin. quæſt.78. num.4.in fin.

7 Extende, quia Clericus non beneficiatus, licet dimittat habitum, non dicitur apoſtata, ſecus * ſi eſſet beneficiatus, communem * dicit Clar. d. §.fin.quæſt.78.num.4.in fin.

8 Pœna apoſtatantium eſt cõfiſcatio bonorum,ſi non extant filij, vel cognati ad quos bona deferuntur. l, 1. C.de apoſtat. iuncta authen. ſi qua mulier,

Digitized by Google

mulier,de Sacroſ. Eccleſ.Clar.§.fin.quæſt.78. nu. 4.ver.apoſtata .

9 Imo, quod apoſtata poſſit compelli ad reaſſumendum habitum, &redeundum ad ſuam religionem, alias poſſit carcerari, ita, quod ſola miſera vita reſeruetur , donec aſſumptionis nequitia reſipiſcat . Roman. conſil. 268. In cauſa propoſita , in fine , allegat capit. à nobis extra , de apoſtat.

10 Extende,quia longinquitas temporis,quo apoſtatauit nedũ non excuſat, ſed maioris tranſgreſſionis argumentum præbet.Rom.d.conſ.268.in fi.

Vide . Monachus dimittens habitum, quando eſt excommunicatus,vel non.Concl.328.

Vide. Religioſus ad laxiorem religionem tranſiens non eſt apoſtata.Concluſ.143.

Vide Maſcard.concluſ.112.pluribus modis alium eſſe apoſtatam probari.

Apoſtatantes religioſi a quibus poſſint abſolui. Concluſ. CDXXV.

1 RELIGIOSI apoſtatæ , qui dimiſerunt habitum,& incurrerunt excommunicationẽ. c. vt periculoſa,ne clerici,ne monachi.li.6. poſſunt abſolui à ſuo Prælato immediato , quia hoc non reperitur reſeruatum Papæ.Cald.conſ.538. alias 6. de ſent.excomm.

2 Amplia , vt procedat etiam ſi vltra ius commune adeſſet eadem pœna vigore conſtitutionis, & regulæ,quia adhuc poſſunt abſolui à ſuo ſuperiore immediato. Calder. d.conſil. 538. alias 6. de ſent:excomm.

3 Limita,niſi conſuetudo ſit in contrarium,quod abſolutio ſit reſeruata Capitulo generali.vel alteri ſuperiori generali,quia attendi debet in hoc conſuetudo . Cald. conſ. 538. alias 6. de ſenten. excomm.in fi.

Apoſtilla quando vitiat, & quando probet,vel non. Concl. CDXXVI.

1 APOSTILLA in teſtamento , vel inſtrumento vitiat teſtamentum, ſi Notarius de illa in ſubſcriptione ſua non facit mentionem, maxime quando eſt manu aliena etiam teſtatoris , quia debet ſpecifice facere mentionem.Ioan. de Anan. conſ. 28. Viſis,& ponderatis,in princ.Alex. conſ. 41.Viſo tenore,in princ.lib.1.

2 Imo quod debeat atteſtari poſuiſſe de voluntate teſtatoris,eſt tex.in l.1.ff.de his,quę in teſt.de len.ver.& ideo.

3 Extende , quia ſi apoſtilla in margine manu aliena non habet diem , & conſulem , & non fit mentio ſpecialis de ea vitiat , quod operatur multa, quia expleri non poteſt in mundum , nec apoſtillæ, cum non ſint rogatę , poſſunt inſeri , & in ſumma remouent fidem inſtrumenti , cum ſint connexę. Ioann.de Anan. dicto conſil.28.plene ibi Bologn.in apoſtill. qui multa dicit , maxime num.13.

4 Cõtrariũ,quod imo ſicuti cancellatio particularis legati facta in teſtamẽto perfecto nõ vitiat inſtitutionem non cancellatam,quia præſumitur facta de conſenſu teſtatoris ; ita etiam apoſtilla addita in margine non vitiat reſiduum inſtrumenti perfecti,ſed ſolum vitiatur ipſa apoſtilla,niſi notarius illam approbet,vel niſi ſit manu notarij,& ratio eſt,quia ſi manu aliena non præſumitur eodem tempore,ſed addita;ita plene Alex. conſ.14. Viſis,& conſideratis.n.5.ver.tertio,quia plenius, & nu.27.& ſeq.ver.non obſtat quod ſecundo. lib. 6.& n.28.ver.& eodem modo: vbi dicit cõmunẽ.

5 Amplia,quia ea,quę dicuntur de ſubſcriptione ſpeciali pro approbatione apoſtillæ procedunt etiam in cancellatione facta in loco ſubſtantiali, & idem eſt quando manu aliena eſt ſcriptum originale.Bologni.in apoſtill.ad conſ.10.de Ana.28. num.13.& n.15.cum ſeq.

6 Amplia , quia ſcriptura,&matrix inſtrumenti ſcripta manu diuerſarum perſonarum redditur ſuſpecta.Alexan.conſ.14.Viſis,& conſideratis, in princ.lib.6.

7 Reſtringe,quia inſtrumentum non probat quãdo matrix diuerſa manu eſt ſcripta,quãdo Notarius dicit eſſe manu ſua ſcriptam,ſecus vero ſi facit mentionem, quod aliena,& diuerſis manibus eſt ſcripta, quia probat tex.in c. inter dilectos, de fi.inſtr.Alex.d.conſ.14.n.25.ver.& licet. lib.6.

8 Reſtringe, quia etiam ſi Notarius non faceret mentionem, quod diuerſa manu eſt ſcripta quando hoc euidenter paret , & ſine fraude, vel ſuſpitione,veluti ſi conſtat,quod teſtamentum eſt ſcriptum manu Notarij, & aliena manus eſt teſtatoris,& inſerta in medio inſtrumenti,ſeu teſtamenti, quia tunc probat , ac ſi feciſſet mentionem, quia non poteſt dici aliquid additum poſt rogitum Notarij.Alex.d.conſ.14.nu.25.ver.ex prędictis.lib.6.vbi n.26.in fin.quod præſumitur de voluntate teſtatoris ſcriptum .

9 Declara, quia non procederet reſtrictio quando aliena manus eſſet ſuperaddita,vt quia appareret raſura,& ſcriptum ſuper raſura, vel in margine aliquid ſcriptum,vel in ventre tanquam additum , quia tunc eſſet ſcriptura ſuſpecta , & non probaret. Alex.d.conſ.14.nu.26. verſ.redderetur etiam.lib.6.

10 Reſtringe , quia imo ſi notarius ſubſcribat inſtrumentum ſcriptum ab alio,licet ipſa imbreuiatura non ſit manu eius,qui fuit rogatus,ſcripta tamen valebit. etiam ſi in margine dictę imbreuiaturæ ſint aliæ apoſtillæ manu incognita ſcriptæ. Alex.d.conſ.14.n.18.ver.quinto probatur. lib. 6. vbi apoſtill.citat eundem Alex.conſ.147. num.4. lib.2.& Alex.d.conſ.14.num.19. vult quod generalis ſubſcriptio ſufficiat ,non facta mentione de manu aliena .

11 Contrarium dicit Pariſ.conſ.12.nu.120.& ſeq. lib.2.vbi reprobat Alex.

12 Declarat Alex.d.conſ.14.num.18.& ſeq. lib.6. quia ſubſcriptio non eſt neceſſaria in matrice perfecta,habente perfectionem ex verbis,actum, &c. ſecus in ſumpto , vel exemplo authentico .

13 Amplia,quia non ſtatur cancellationi, neque apoſtillę , etiam ſi ſit in ventre inſtrumenti ſcripta niſi Notarius atteſtetur ſe addidiſſe , vel cãcellaſſe de volũtate teſtatoris.Bart.in l.ſi vnus. C.de teſtam. Caſtrenſ. conſil.131. Dubium facit, prope fin. verſ. ad aliud,libro ſecundo; vbi quod can-

Digitized by Google

cancellatio non attenditur, quia potuit fieri post stipulatum instrumentum, & ignoratur à quo, & dato, quod à Notario fuerit facta cancellatio debet apponere diem, & annum, & quod fecit de voluntate testatoris.

14 Extende, quia scriptura, in qua sunt cancellationes, redditur suspecta, maxime quando Notarius non facit mentionem de cancellationibus. Alexand. dicto cons. 14. num. 2. & seq. vers. secundo quia. lib. 6.

15 Et ideo licet testamentum repertum cum cancellationibus, & interlineaturis possit releuari authenticum, & in publicam formam, tamen Notarius debet omnes interlineaturas, rasuras, & cancellationes describere, & de eis mentionem facere, vt sic non plus fidei sit authenticum exemplatum, quam originale. Alexand. dicto consilio 14. num. 4. vers. quod si testamentum. libro 6.

16 Restringe, quia cancellationes in testamento circa particularia legata, non vitiant institutionem sine cancellatione, quando testamentum est in reliquis perfectum, quia cancellationes factę præsumuntur de voluntate testatoris. Alexand. dicto consilio 14. num. 27. vers. non obstat, quod secundo. lib. 6. & plenius ibi, num. 10. vers. secundo adduco, vbi quod solum vitiat cancellatum, si de eo agitur, secus si de alio non cancellato, & num. 13. extendit etiam si esset cancellata institutio particularis, quia valet institutio vniuersalis, & è conuerso, quando adest clausula codicillaris, quę substinet legata, & testamentum.

17 Idem est in simili, si instrumentum in aliqua parte, non potest legi, quia non vitiatur in alia parte, quæ potest legi. Alex. d. cons. 14. num. 11. & sequen. lib. 6.

18 Declara, quia cancellatio, seu rasura est circa substantialia, videlicet annum, mensem, diem, indictionem, nomen tabellionis, vel nomen partium, & instrumentum non valet in aliquo; si vero esset in eo, quod est de substantia vnius capituli, non autem totius instrumenti, vitiatur illud capitulum, & non totum instrumentum, nisi esset falsitas manifesta in vno capitulo, quia totum vitiatur, quia fides tabellionis fundatur in iuramento, licet eius officium fundetur in decreto superioris. Alexand. d. consil. 14. num. 12. vers. dicendum est. lib. 6.

19 Amplia, quia apostilla, & rasura præsumitur facta ab eo ad cuius commodum facit.

20 Restringe, nisi apostilla, vel rasura reperiatur facta in scripturis sigillatis, & sequestratis quando altera partium dissigillauit, & subripuit, quia contra eum præsumitur, non contra eum pro quo facit apostilla, vel rasura. Rom. cons. 346. In hac causa. num. 12. & seq.

21 Amplia, quia originale testamenti habens apostillas, quando est diuersa manu, & redditur suspectum, potest releuari, si habet perfectionem suam, maxime quando extant duo testes, qui de veritate deponunt, quod Notarius mortuus fuit rogatus, etiam si sint legatarij, quando lis est inter hæredem scriptum, & hæredem ab intestato. Alex. cons. 14. Visis. num. 22. & seq. vers. septimo est attendendum. lib. 6.

22 Extende, quia apostilla addita ad testamentum, non reddit testamentum falsum, imo substinetur, quando concurrunt plures præsumptiones, & coniecturę excludentes falsitatem. Castrens. cons. 131. Dubium facit. colum. 2. ver. sed ad ista potest responderi.

23 Extende in rasura, & scriptura facta in ipsa rasura, quia si aliunde constat de veritate, vel adiuuetur, non vitiat, prout si pater fecit testamentum, in quo filiam viuentem instituere volebat, sed ea mortua tempore stipulationis testamenti fuit facta rasura, & aliud nomen positum. Alexand. dicto consilio 14. nu. 14. vers. tertio comprobatur, vbi apostill. in ver. alijs, dat concord. libro 6.

24 Limita, quando apostilla in margine testamenti est scripta manu Notarij, quia tũc non præsumitur falsitas, licet non apposuerit approbationem, & contraria loquuntur, quando ignoratur, cuius manu sit apostilla. Castrens. cons. 131. col. 2. vers. præterea posito. lib. 2.

Vide. Falsitas ex multis arguitur, & præsumitur. Concluf. 44. nu. 32. & multis seqq.

Vide plene etiam per Mascard. Concluf. 113. An, & quando fides habeatur apostillæ.

Apostoli appellationis multiplices, & de natura singulorum. Concl. CDXXVII.

1 APOSTOLI reuerentiales dicuntur, quando Iudex detulit appellationi ob reuerentiam & ideo si dat Apostolos reuerentiales, dicitur detulisse. l. eos. §. super ijs. C. de appellat.

Si vero defert simpliciter, nec dicatur quod dat reuerentiales, tunc appellantur dimissorij Apostoli. l. 1. C. de libell. dimissor.

2 Et idem est in multis casibus, quando nihil respondet, quia censetur detulisse.

Vide. Apostolorum denegatio habet vim delationis. Concluf. 429.

3 Refutatorios Apostolos dat Iudex appellationis, quando denegat admittere appellationem. c. cum appellationibus, de appellat. in 6.

4 Mixti dicuntur Apostoli, quando Iudex denegat admittere appellationem, nisi si & in quantum, quia expresse dantur refutatorij, quia non admittit appellationem, sed tacite dantur reuerentiales, quia subijcit, nisi si & in quantum, cuius natura est, si sequitur negatiuam includere affirmatiuam. Bald. cons. 428. Delegatus Apostolicus. num. 2. vers. sed vltra hoc. lib. 1. vbi quod sunt mixti.

5 Extende, quia delatiui dicuntur tales Apostoli, quia Iudex denegat de iure deferre, & retinet iurisdictionem, tamen ob reuerentiam defert, vt Iudex superior cognoscat, ad quem defertur ista cognitio propter mixturam, & dubietatem. Bald. dicto consilio 428. num. 3. vers. secundo casu. libro 1.

6 Quando non apparet de responsione Iudicis, vt quia Notarius scripsit solam appellationem, an Iudex præsumatur tacuisse, & sic dedisse refutatorios, an potius terminum iuris, vt appellans teneatur redire. Ancharan. consilio 224. Iste Dominus, num. 3. & sequen. versic. sed restat, dicit, quod præsumitur dedisse terminum iuris, maxime si Iudex hoc attestatur, quia non repugnat instrumento.

7 Extende etiam ad effectum deſertionis appellationis,ſi appellans non redit pro Apoſtolis,maxime quãdo ſunt petiti in porta, & ſic in loco incongruo,quia pręſumitur Iudex dediſſe terminum iuris.Anchar.d.conſ. 224. per totum, maxime in fine.

8 Teſtimoniales dicuntur,quando coram Notario,vel honeſta perſona appellatur, quia Iudicis copia haberi non poteſt. Caſſad. deciſ.8.n.7.verſ. item,quod locus domicilij,de appel.

9 Conuentionales dicuntur, quando pars defert cap. 1.de for.comp.in princ.lib.6.

10 Iuris terminum etiam dare poteſt Iudex locó Apoſtolorũ,& operatur, quod appellans tenetur reuerti infra 30.dies pro Apoſtolis,& ſi nõ reuertitur habetur pro non appellante, etiam ſi veniret ante; & Iudex non reſponderet,ideo ne appellans grauetur datur terminus iuris, & interim quandocunque, &c.quia tunc ſufficit,quod reuertatur quandocunque, vide circa præmiſſa Veſtrium in praxi.lib.7.tit.de appellat.& apoſt.circa fin.ver.conſueuerunt etiam, & infra. concluſ. 429.vbi plenius.

Apoſtoli ab appellante qualiter petendi. Concluſio. CDXXVIII.

1 APOSTOLI debent peti ab appellante ſæpe, & ſæpius cum inſtantia,tamen ſufficit ſi petantur contextualiter ſæpe, & ſæpius cum inſtantia,quia non requiritur, quod ſeparatim, & diuiſim petantur diuerſis vicibus.Bald.conſ.171. Punctus quęritur.lib.5.

2 Ratio,ob quam cum inſtantia, & pluries petendi ſunt, eſt, vt Iudex mitigetur, & ira eius, quia vt plurimum iraſcitur Iudex contra appellantem. Lap. alleg.39. numero 7. verſic. quare Apoſtoli.

3 Amplia, vt ſicut congruo loco, & tempore debent peti Apoſtoli ab appellante,ita hęc congruẽtia conuenit Iudici, vnde ſi aſſignaret terminum hora incongrua,puta ad octo dies, horam tertiarum, & dies octaua eſſet Natalis Domini, & ſic incongrua,poteſt in vigilia comparere appellans & non eſt deſerta appellatio.Feder.de Sen. conſi. 75.Iudex à quo,per totum.

4 Et ideo Apoſtoli petiti in via, vel in porta nõ cenſentur congruo loco petiti, ideo tenetur petens redire pro eis loco congruo. Ancharan. conſ.224.Iſte Dominus.nu.5.& ſeq.

5 Limita, quia licet Apoſtoli debeant peti ab appellante,etiam ex forma ſtatuti, tamen ſi non ſint petiti, & Iudex illos conceſſerit, vt quia detulerit appellationi, ſatis eſt, & valet appellatio. Bald. conſil.99. Statuto Ciuitatis. num. 1. verſ. item dico. lib.3.

Apoſtolorum denegatio habet vim deuolutionis apellationis. Concl. CDXXIX.

1 IVDEX denegans reſpondere de apoſtolis quando debita cum inſtantia congruis loco & tempore eſt requiſitus, dicitur deferre appellationi,ita, quod quicquid poſtea agit nullum eſt. clem.quamuis.§.fi.de appell. quæ facit tres caſus.

2 Primus caſus eſt, ſi Iudex in termino ab eo ſtatuto requiſitus non reſpondiderit de Apoſtolis,quia cenſetur deferre.d. clem.quamuis.§.fi.de appellat.Feder. de Sen. in ſimili. conſilio 95. Iudex à quo.

3 Secundus,ſi dixerit ſe daturum, nec appoſuit aliquem terminum, quia etiam cenſetur deferre.d.clem.quamuis.§.fi.de appel.

4 Tertius caſus eſt quando aſſignauit terminum iuris, & in termino expectato fine termini illos nihilominus non dedit, quia dicitur detuliſſe.d. clem.quamuis. §.fi.de appellat. vbi gloſſ. in ver. ex tunc,quia ſi in termino menſis non reſpondet, cenſetur deferre. Federic. de Senis conſilio 187. in princ.

5 Quartus caſus eſt ſi Iudex reſpondidit ſe poſtea daturum, & deinde in termino iuris citauit appellantem ad recipiendum, quia adhuc cenſetur detuliſſe,ita quod procedendo vlterius nulliter agit.Lap.allegat. 125. Factum ſuper quo, & iſte caſus videtur cadere in ſecundo,niſi quod Iudex poſtea citauit.

6 Quintus caſus eſt, ſi Iudex nihil reſpondidit, quia cenſetur detuliſſe, & plus eſt reſpondere ſe daturum Apoſtolos ſine termino, & nihilominus cenſetur deferre, quam ſi nihil omnino reſpondeat. Lap.alleg.125.Factum ſuper quo,in fi. vbi dicit ſe ita obtinuiſſe, idem tenet Zabarell.in d. clem.quamuis.§.1.in 2.quæſtio.num.3. de appellat.Feder.de Sen.conſ.187.in princ. qui loquitur in Iudice exequutore,qui nihil reſpondidit appellanti,poſtea citauit illum ad recipiendum Apoſtolos,& appellante comparente, nihil reſpondidit,quia detuliſſe cenſetur.

7 Sextus caſus eſt,ſi Iudex dixit,quod non admittebat,niſi ſi & in quantum de iure,quia cum nihil reſpondeat de Apoſtolis habetur pro deferente. Car.Zabar.in d.clem.quamuis.§.fin.n.4. ver.tertio quæro,de appel.

8 Regula igitur eſt, quod Iudex denegans dare Apoſtolos appellanti,dicitur deferre appellationi.clem.quamuis.§.fi.de appellat.vt ſupra Feder. de Sen. conſ.192. numero ſecundo, verſ.ſecundo membro principali.

9 Ratio eſt, quia non deferendo grauat appellantem, & ex denegatione grauamen illatum iuſtificat appellationem. Baldus conſilio 44. Ad euidentiam, in fine.verſic. dicit enim Bartol. libro tertio.

10 Declara, vt procedat dummodo Iudex fuerit legitime requiſitus, & non fuerit legitime impeditus, quia tunc non habetur pro deferente. cap. vt ſuper,de appellat. Feder.d.conſil. 192. num. 2. verſ. ſecundo membro principali.& num. 3. verſ. differunt autem.

11 Amplia, vt Iudex appellationi deferre cenſeatur nedum ſi non reſpondet de Apoſtolis, ſed etiam ſi non admittit appellantem ad probandum cauſam ſufficientem appellationis ab interlocutoria,ſecus eſt ſi cauſam ineptam,& nõ releuantem adduceret. Innocent. in cap.Romana de appellat. in 6. Feder.dicto conſil. 192.num.2. ver. ſecundo membro principali, ibi, & idem erit,&c.

Decla-

12 Declara, quod non tantum operatur recusatio admissionis ad probandum causam appellationis, quantum operatur delatio, quia delatio transfert iurisdictionem, etiam si à principio sit friuola,& peccet in forma, secus est in recusatione admissionis probationis causæ. Feder.de Sen. d.consil. 192.in fine. vers. differunt, vbi ponit alias differentias, & conuenientias.

13 Limita, quia Iudex potest denegare delationem, & non grauat, quando appellatio est prohibita, vel quando est nulliter interposita. Bald. cons.44.Ad euidentiam,in fin.ver.super septimo. libro 3.

Apotheca quid sit. Concluſ. CDXXX.

1 APOTHECA est locus, seu statio ad merces, vel exercitium aliquod.l.1.C.de verb. signific. plenius in l.si quis intra.C.de bonis proscript.

2 Et apotheca non est domus, sed meritoria domus,licet contineatur appellatione domus,quando est subtus domum, & vnita domui. Castrens. cons.454.in princ.lib.1.

3 Est tamen nomen vniuersale, quia appellatione apothecę veniunt omnes merces, quæ sunt in ea. Alexan.cons.47. Circa primum. num.2. lib.1. Ias.in l.si res obligata.n.24. ff.de leg.1.

Et quando appellatione domus veniat apotheca,vel non. Vide plene Domus an, & quando vna dicatur. Concluſ.619. num.16. & seq. & Concluſ. ibi sequen.

Approbare quando quis dicatur,& quomodo non. Concluſ. CDXXXI.

1 OPINIO glos. & Doctor. dicitur approbata ab alijs scriptoribus in eadem materia, & loco si non improbant, quia non improbare, est approbare.glo.1.in l.inter omnes.ff.qui satisd. coga. Curt.Sen.cons.58. col.3. Alex.cons.139.nu. 14.lib.6.Corn.cons.24.n.3.lib.2. & sic arguit Ant. de Butr.cons.22.in princ. quod glos.à nemine reprobata sit approbata.

2 Et facit in simili, quia omnia, quæ non sunt prohibita,censentur permissa, & sic est de genere permissorum non improbare.

Vide. Permissa censentur omnia non prohibita. Concluſ.190.

3 Amplia, quia personam, quam in aliqua qualitate existere ad mei fauorem volo, & approbo, compellor etiam approbare contra me. Roman. cons. 331.In casu propositæ. num.2. vbi apostill. in verb. contra me, dat concord. vbi quod ille, quem volo esse meum procuratorem ad mei fauorem, necesse est etiam, vt approbem eundem talem contra me.

4 Extende, quia si produco aliquid pro me in iudicio,compellor stare contra me illi producto.

Vide. Producens in iudicio aliquid censetur fateri contenta in ea. Concluſ.872.

5 Extende,quia si volo,quod aliquid exhibeatur, quia volo vti pro me, & contra me statur producto.

Vide. Editionem petens an teneatur stare pro, & contra se. Concluſ. 42.

Vide. Impugnans aliquid non potest se fundare in eo. Concluſ.57.

6 Limita, quia non inducitur approbatio ex eo, quod quis plus non possidet,quia non potest,nam possidens quartam partem eius, quod sibi debetur, quia totum habere non potest, non dicitur contentari de quarta parte, & residuum renunciare. Crauett.consil.747. Causa primogenituræ. numer. 15.

Vide. Mascard. concluſ.121. Approbatio sententiæ, vel scripturæ quibus modis probetur.

Vide Concluſ.prox.seq.

7 Idem est, si quis per metum vendit, licet pretium sponte recipiat, tamen non approbat meticulosam venditionem, quia ex alia causa potuit recipere, vt minus perderet. Crauett.dicto cons. 747.num.16.

8 Idem est, quia creditor in centum, si petat quinquaginta solum à suo debitore, non remittit residuum, quia nisi addat pro residuo reliquum petere potest. Crauett.d.cons.747.nu.19.

Approbatio personæ alicuius non extenditur ad aliam,& quando secus. Concluſ. CDXXXII.

1 APPROBATIO vnius actus non infert ad alium actum diuersum, & ideo approbans factum potest improbare qualitatem. Decian. cons.54.n. 69.& seq.vbi late,lib.2.

2 Extende, quia approbans vnum capitulum testamenti inualidi, non censetur approbare totum testamentum,& substitutionem in eo factam. Alexand. consil.123. Discusis. num.8.ver. vnde non sequitur. libro 1.& cons.2.prope fin.libro 4. quia in capitulis separatis non infertur de vno ad aliud.

3 Sicut etiam fideiusio coram vno Iudice, & in vno loco non extenditur ad alium Iudicem, & alium locum.Rom.cons.62.nu.2.

4 Amplia, quia approbans personam Iudicis, non censetur approbare eius dictum, vel sententiam. cap.super quæstione, de offic. delegat. Gemin. consil.15.num.17.in fin. ver.quantum ad secundum.

5 Extende ad testes, quia approbata si est persona testis, non approbatur eius dictum. cap. præsentium, de testib. Geminian. dicto cons. 15. nu. 17. in fine.

6 Extende in Notario, quia approbata legalitate personæ transumentis instrumentum, non censetur approbatum ipsum instrumentum. Gemin. d.cons.15.num.17.ver.quantum ad secundum.

7 Extende, quia in dubio approbatio censetur facta sine præiudicio iurium in reliquis.Decian.d. cons.54.n.74.& seq. lib.2.

8 Et renuncians instrumento,non censetur remittere debitum contentum in instrumento. Decian. d. cons.54.n.75.lib.2.

9 Amplia, quia approbatio, quæ insurgit ex fa-

ſto non includit, niſi ea, quæ neceſſario veniunt. Decian.d.conſ.54.num.65.lib.2.

10 Limita, quia approbans fideiuſſorem dicitur obligari pro eo ſi non eſt idoneus.l.ſi vero. §.qui pro rei.ff.qui ſatiſd.cogan.vbi Ang.& cæteri, qui dicunt, quod caueat quilibet,ne approbet fideiuſſorem,vel alium pro idoneo, quia eo ipſo, quod approbat,tenetur pro eo.

11 Contrarium dicit tex.in l.eleganter. ff. de dol. vbi, quod ſi non lucri gratia approbauit animo decipiendi, non tenetur de dolo.

12 Declarat Bart. ſecundum aliquos primum dictum procedere, quando magna eſt quantitas,ſecundum contrarium quando eſt parua, vel dicit melius eſſe, quia contrarium procedit, quando approbauit ſine dolo,vt quia laudabat, prout faciunt homines aliquando ex ſui natura,vide Bar. d.l.eleganter.§.fi.ff.de dol.

13 Declarat Fulgoſ. d. l.ſi vero. §. qui pro rei, vt primum procedat quando in iudicio, ſecundum, quando extra iudicium. ff.qui ſatiſdar.cogan.vel quod ſit ſpeciale in ſatiſdatione in illo titulo.

14 Declara melius, vt per Iaſ. d. l. ſi vero. §. qui pro rei.num.2.ff.qui ſatiſd.cogan. vt illi,qui ſunt deputati ad approbandum, omnino teneantur ex approbatione, alij vero non teneantur niſi eorum interſit, quia ſi non ſunt in dolo, non tenentur.

Vide plene. Incluſio vnius eſt excluſio alterius. Concluſ.71.

Vide. Limitatio legis in vno caſu non extenditur ad alium caſum. Concluſ.356.

Vide. Diſpoſitio limitata non extenditur.Concluſ.494.

15 Limita, quia is, qui dicit habere ſcribentem hominem veracem, & integerrimum in eius dictis,cenſetur approbare eius ſcripturam,vel eius examen,licet in ſpecie non dicat, & qualiter procedat.

Vide plene Maſcard.concluſ.121. Approbatio ſententiæ,vel ſcripturæ.

Approbatus ad vnum beneficium poteſt reprobari ad aliud etiam ſimile. Concluſ. CDXXXIII.

1 APPROBATVS per Epiſcopum ad duas Parrochiales Eccleſias,poteſt ad tertiam vocatus reprobari. Oldrad. conſ. 18. Circa primum articulum, in princ.

2 Amplia idem in medico, & alijs ſimilibus propter periculum in exercitio artis ſuę. l. 2. C. de profeſſ.& medi.lib.10. & ibi Bart. qui dicit idem in Doctore,qui male legit ſcholaribus. Oldrad.d. conſ.18.in princ.

Vide.Medicus ſemel approbatus poteſt reprobari.Concl.160.

3 Limita in eo,qui ſemel fuit approbatus ad audiendum confeſſiones ab Epiſcopo, quia talis licentia non poteſt reuocari, quando eſt ſimpliciter conceſſa. Oldrad. conſ. 230. verſ. ad ſecundam.num.3. tamen videtur diſtinguendum, an ſubſit cauſa,&poſſit,alias ſecus,prout in ſimili,de diſpenſatione facta de ſtudendo, vt non reuocetur. Oldrad.conſ 203.ver.ad tertium.

Vide.Reuocari non poteſt ſine cauſa diſpenſatio, & licentia de non promouendo. Concluſione 317.

4 Limita, quia imo regula, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. c. quod ſemel placuit,de reg.iur.in 6.

5 Reſtringitur, quia in habentibus tractum ſucceſſiuum poſſum ſemel approbatum, & placitum ex noua cauſa reprobare, & impugnare. Anton. de Butr. conſ.22.nu.3,ver.excluſo niſi: vbi quod Dominus ſi recepit ſciẽter canonẽ ab emphyteuta,qui alienauit rem emphyteuticam, cenſetur remittere caducitatem cauſatam vſque tunc,ſed ſi continuet in ipſa alienatione,quia quotidie dicitur alienare, poteſt Dominus declarare caducitatem,tanquam ex noua cauſa.

Apuliæ ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. CDXXXIV.

1 FOEVDA de conſuetudine Apulię tranſeunt ad fœminas non extantibus maſculis. Apoſtill.ad Rom.conſ.367. in ver. non ſuccedere circa fin.vbi plurimos citat.

Vide. Rex Apulię qualis, & eius ſucceſſio. Concluſ. 340.

Vide. Conſuetudo diuerſorum locorum circa fœudalia. Concluſ.862.

Aquæductus, & ius irrigandi quando competat, & qualiter probetur. Concluſ. CDXXXV.

1 IVS irrigandi fundum emptum ſi quis habere prętendat,debet probare,quod iſtud ius cõpeteret venditori iure reali, nec ſufficeret docere, quod venditor irrigabat, quia poteſt competere iure perſonali.Caſtren.conſ.235. Viſo puncto, in princ.& per totam.lib.2.

2 Vendens aquas intrantes per talem buccam, & diſcurrentes in eis, cenſetur vendidiſſe etiam aquas, quæ ex fundo venditoris miſcebantur cum aquis buccæ poſt ipſam buccam, & ſolitæ erant ſimul diſcurrere ad commodum irrigandi, ita quod venditor non poteſt auertere, & aliunde velle deducere.Caſtren.conſ.246. Viſis ſupradictis.lib. 2. vbi late diſcutit plura de aquis venditis,& deriuari ſolitis.

3 Aquam in ſolo meo naſcentem poſſum auertere,dummodo faciam,vt mihi proſit,non autem, vt alteri noceam.l. proculus. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique Marcellus.ff. de aqua pluui. arcend. & maxime quando eſt aqua priuata. Caſtren. conſil. 323. in principio. verſ. videndum eſt. lib.2.

4 Reſtringe,ſi naſceretur in fundo alieno, vel publico,& ingrederetur curſum, quia licet tranſeat per meum agrum, tamen non poſſum auertere.

l.1.

l. 1. §.illud.in fin.de aqua quotid. & æstiua . Castrens.d.cons.323.ver.in contrarium.lib.2.

5 Declarat Castrens. qui ponit prædicta omnia, cons. 246.col.2.ver.secũdo dicit per totum,lib.2. Quod prædicta procedunt duobus concurrentibus: primum est,quod is,ad quem deriuat aqua non habeat causam a superiore,quia tunc habens aquam deriuantem ad fundum suum inferiorem, si fundum inferiorem alienet,censetur cum iure decursus aquarum vendere; secundum requisitũ est,quod inferior iure seruitutis non acquisiuerit, quia tunc non potest auferre.

6 Declara alio modo,vt per Castrens.cons. 323. Visa supradicta col.2.ver.sed contrarium,libr.2. quia l.1.§.deniq.Marcellus, ff. de aqua pluui.arcend. procedit quando aliquis in fundo suo fabricat,& ex tali fabrica confert commodum vicino, quia potest illud commodum auferre,secus si edificat in alieno,quia non potest auferre commodum causatum vicino.

7 Amplia etiam, quod quilibet possit aquas decurrentes ex fundis alienis acquirere, & facere suas per diuisionem sine opere manufacto in alieno,est tex.in l.1.§.idem aiunt aquam pluuiam,ff. de aqua pluuial. arcend. Castrens. consil. 323. Visa supradicta, in princip.libr. 2. vbi quod ex tali præoccupatione sciente domino a cuius prædio deriuat aqua per 30. annos acquiritur dominium.

8 Et saltem licet aqua non sit occupantis antequam fundum ingrediatur,tamen saltem acquisiuit ius ducendæ aquę per prædia aliena, ne possint diuertere, l. 1. §. aristo,& §. quæsitum,& sic poterit confessoriam intentare. Castrens. dict. cons. 323. colum. 2. in fin. vers. vel si dicimus,libro 2.

9 Imo quod alienam aquam diuertens ad sui commodum per 30. annos illam acquirat, si est in bona fide,alias secus.Castrens.d.cons.323. in fi.ver.quantum vero.lib.2.

10 Declara,quia licet non acquiratur proprietas aquę, minori spacio triginta annorum, tamen acquiritur ius aquę ducendę spacio longi temporis,quia tanto tempore seruitutes habentes, causam continuam perdunt,l. sicut, C. deseruit. & aqua.

11 Imo quando seruitus est rustica ea perditur spacio 10. annorum,etiam aduersario existente in mala fide. l. sequitur,§.via; ff. de vsucap. Castrens.cons.323.in fi.lib.2.

12 Declara,quia contra minores non currit talis præscriptio decem annorũ, quia debent restitui. Castrens.d.cons.323.in fin.lib.2.

13 Et aqua,quæ ducitur ex flumine publico, qualiter fiat priuatorum.

Vide. Flumen publicum quando dicatur& quę in eis fieri sint permissa. Conclusio. 405. numer. 16.& seq.

14 Qualiter autem probetur istud ius aquæ ducendę acquisitum esse, dicas, quod si aquæ defluunt naturaliter absque facto hominis,nullum ius potest in eis acquiri,etiam si per mille annos ita defluerent.Iacob.Mandel.cons.199. num. 23. plene apostil.ad Alex.cons.69.Circa primum, in prin.in ver.ius.lib.5.

15 Extende idem esse in aquis, quę scaturiunt ex prędio alieno,quia si defluunt per riuulos ex se nullus potest diuertere aliũde ex prędijs alienis, quia riuus dicitur esse eorum qui habent ripas contingentes.Alex.cons.69.Circa primũ,in prin. lib.5.vbi apostilla.

16 Restringe,nisi quis sit solitus spatiare, irrigationes facere.Mandell.d.cons.199.numer. 4. ver. quarta ratio,cum sequen. vbi requirit tempus antiquissimum.

17 Restringe,quando quis esset in possessione vsus aquæ deriuandæ per cursum manufactum bona fide,& dicitur bonæ fidei si per decennium esset vsus.Alex.d.cons.69.numer.2.& sequent. ver. sed præmissis,libr.5. & ita declarat apostill. ibi in ver.ius.

18 Limita, quia aqua quę defluit per formulam ad molendinum meum dicitur priuata, & mea: ideo non potest per alium alio diuerti. Alexand. consi.108.In causa,& lite,in prin.lib.2.

19 Restringe,quia aqua si postquam ex meo molendino defluit,transit per fundum alienum, efficitur illius,qui est dominus fundi, qui potest diuertere, vbi velit.Alex.dict. consil. 108. numer. 2.lib.2.vbi apostill.citat Ias.cons.150.lib. primo, & alios.

20 Declara,quia is qui est in possessione vsus aquæ ducendæ per decennium, habet duo remedia; vnum est interdictum,ne impediatur; alterum est actio confessoria. Alexand.consil.69. nu. 4. & sequent.ver.secundo principaliter,lib.secundo.Quæ confessoria præscribitur,& acquiritur per 10. annos interpræsentes,& 20. inter absentes cũ scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur.

Vide.Qualiter aqua probetur esse propria alicuius,vel non,plene per Mascard.Conclusio. 123 Aqua,an & quibus modis probetur esse propria alicuius.

Aquæ ducendæ ius quando,& qualiter conseruetur, vel perdatur,& aquæ bonitas qualiter probetur. Con. CDXXXVI.

1 HABENS ius ducendi aquam ad molendinũ suum ex flumine dicitur præoccupasse istud ius,ita quod potest prohibere alium volentem diuertere aquam,vt conducat ad nouum molendinum suum.Alex.cons.130.Vertitur dubium, in prin.lib.6.vbi hoc admittit,quando is,qui præoccupauit,vel priuilegio,vel consuetudine, aut præscriptione,potuit facere,& quando aqua non est sufficiens pro ambobus molendinis.

2 Extende,vt procedat etiam si molendinum huius præoccupantis esset destructum, & demolitum,quia retinet ius aquæ ducendæ.Alexand. d. cons.130.in prin.lib.6.

3 Declara,quia destructo molendino, ius aquæ ducendę conseruatur,& potest dominus molendini destructi prohibere alium,ne vtatur dicto iure aquę ducendę,quando molendinum non est in totum destructum, & aqua non recipit cursum suum naturalem,si vero molendinum esset in totum destructum, & aquam permisisset recipere

cursum

curſum ſuum naturalem, tunc dominus molendini deſtructi perdit ius præoccupationis, etiam ſi permiſit hoc per annum. Bart. in l. fi. in prin. ff. de vſucap. & in l. quominus, quæſtio. 15. de flumin. plene Alexand.d.conſ.130.num. 4. & ſeq. per totum,ver.ſed præmiſſis,lib.6.vbi dicit * cõmunem opinionem.

4 Cautela igitur datur, vt non perdat ius prohibendi, & conſeruetur aquæ ducendę ius primeuum, quod dominus molendini declaret per inſtrumentum, quod intendit continuare poſſeſſionem aluei, & quod pro ſigno apponat palos, & alia ſigna, & hoc modo conſeruabit. Alexander conſil.130.numer.5.verſic. & idem dicit Angel.lib.6.

5 Limita, quia vſus ducendi aquam per fundum alienum ad molendinum, vel alias etiam iure ſeruitutis perditur per non vſum decem annorum inter præſentes,& viginti annorum inter abſentes.Alex.d.conſ.130.in fin.lib.6.

Vide. Aquæductus, & ius irrigandi, quando competat.Concluſ.præcedent.

Aquę bonitas quomodo, & qualiter probetur, Maſcar.Concluſio.122.Aquę bonitas.

Aquilegienſis Ciuitas,& eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. Concluſio. CDXXXVII.

1 CIVITAS Aquilegien.eſt Patriarchalis,habens dominium temporale in Patria Fori Iulij.

2 Et conſtituebat officialem Marchionem in Hiſtria,quę erat de temporali iuriſdictione Patriarchæ,vt per Cardin.Zabarell.conſ.83.In caſu ibi poſito,& per totum conſilium, vbi Anton. Caraffa de Neapoli fuit conſtitutus Marchio, & poſtea ſe rebellauit occupando Caſtrum,& Ciuitas Iuſtinopolis erat de iuriſdictione Patriarchę temporali,vt ibi.

3 Iuriſdictionem habet temporalem, & Ciuitas Tergeſtina,& multæ terræ in patria Fori Iulij ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegien. Card.Zabarell.conſ.72. In caſu, qui ibi ponitur ante conſilium.

4 Recognoſcit reſpectu temporalium Papam in ſuperiorem,vt dicit Zabarell.conſ.83.in fin.quod eſt Collegij Paduani, vbi, quod de conſuetudine Fori Iulij fit iuſtitia contra ipſum in parlamentis.

5 Contrarium,& male dicit.Caſtrenſ.conſi.125. dubitatur in princip. libr. 2. quem ſequitur Iaſ. conſ.123.lib.1.& quod dicat male, videatur idem Caſtrenſ.conſ.155.In cauſa, quæ vertitur, numer. 2. lib. 2. vbi, quod eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & quod in ea ſeruatur ius Canonicum.

6 Caſtrum Sancti Danielis eſt de iuriſdictione Patriarchæ Aquilegien. Caſtrenſ. conſ. 155. in prin.& per totum,lib.2.

7 Caſtrum Zopolæ eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegien. in temporalibus. Zabarell.conſ.148. Nobiles Viri.

8 Caſtrum Petrgpiloſę eſt de iuriſdictione dictæ Eccleſiæ temporali, quod fuit occupatum,poſtea reſtitutum per Antonium Carrafam de Neapoli officialem Patriarchæ, Zabarell. dict. conſ. 83.In themate precedenti, vbi ponitur ſeries facti.

9 Caſtrũ Sauorgnani penes Vtinam cępit Patriarcha,& ſpoliauit Comites omnibus munitionibus, qui fuerunt reſtituti. Zabarella conſil. 134. per totum.

10 Prætendebat Patriarcha Aquilegienſis ſuperioritatem,videlicet cauſas appellationis etiam reſpectu temporalium in Epiſcopatu Ceneten.quia Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem, ſed Iaſ.conſ.123.lib. 1. conſuluit,& male, quod imo ſuperioritas ſpectat ad dominium Venetorum, quia iuriſdictio temporalis fuit ab Imperio conceſſa.

11 Sed in facto dicas, quod non ſpectat ad dominium Venetorum, neque ad Patriarcham, ſed ad Papam ſpectat, ex quo ſicuti Patriarcha ſubijcitur Papę reſpectu temporalis iuriſdictionis, vt per Cardin.Zabarell.d.conſil.83. in fi. Ita etiã Epiſcopus Ceneteñ. & maxime quia ex conuentione inter cõmune Cenetę, & Epiſcopum Ceneten.de anno 1429. dicitur quod ſpectat appellatio Vicarij Ceneteñ.ad Epiſcopum,quia antiquitus non appellabatur niſi ad Epiſcopum, & hec conuentio eſt facta coram deputatis à Republica die 19. Nouembris in Palatio S. Marci,rogatis duobus Notarijs.

12 Vide Caſtrenſ. obiter dicentem, quod temporalis iuriſdictio Patriarchatus Aquilegieñ.prouenit ex donatione Principum,& quod valet legitimatio Imperialis in terris Patriarchatus, quia Principes donantes non cenſentur abdicaſſe a ſe omnem iuriſdictionem,prout abdicatur quando fit donatio Eccleſiæ Romanæ. Caſtrenſ. ita conſ.343.Circa primum,in prin.lib.2.

13 Contrarium, quia quando Imperator donauit Patriarchę,nihil ſibi reſeruauit, & eadẽ libertas eſt,ſi donatur Eccleſię inferiori, ſicut ſi donatur * Eccleſiæ Romanæ,ſentit de * communi opinione atteſtans Iacob. Mandel.conſ.52. nu.14.& ſeq. & * magis * communem dicit Couarr. pract. quæſti. c.4.nu.2.

14 Patriarcha Aquilegieñ.de anno 1445.ex tranſactione tranſtulit omnem iuriſdictionem quam habebat in pluribus Ciuitatibus in dominium Venetorum,exceptis tribus,vt dicit Iaſ.conſ.123. col. 1.in fi.lib.1.

15 Schiſmatica fuit,vt in c. quia diligentia de electio. Ideo non eſt mirum ſi propter peccata veniunt aduerſa. Nam propter iniuſtitias humiliantur Regna, & Principatus, vt dicit Pſalmiſta.

16 Patriarcha Aquilegieñ.fuit Antonius Caietanus poſtea translatus.Zabarell.conſ.134.

17 Delictum Prælati non debet nocere Eccleſię. Bald.in terminis de Eccleſia Aquilegieñ.loquens d.c.quia diligentia,de electio.

18 Epiſcopus Gurgenſis erat æmulus Patriarchę Aquilegieñ.Zabarell.d. conſ.83.in caſu quem ibi præmittit.

19 Conſtitutio Aquilegieñ. quod nõ poſſit purgari mora, non valet tanquam contra Canones, vel ſaltem non ligat minores,ex quo de eis non facit mentionem. Zabarella, conſ. 148. in principio.

Acqui-

Digitized by Google

Acquirens quando omnibus hæredibus acquirat, vel non. Conc. CDXXXVIII.

1 ACQVIRENS poteſt ſibi,& quibus velit acquirere,& quos velit ab acquiſitione excludere in his,quæ ſunt tranſitoria ad quoſcunque.

Vide.Hæredes cenſentur nominati in omni diſpoſitione hominis ſimpliciter facta. Concl.75. vbi plura per diſcurſum.

2 Amplia,quia procedit in acquiſitione fœudi abſolute hęreditarij,alias ſecus.

Vide.Fœudum hæreditarium quando dicatur, vel non.Concluſ.157.

Vide. Fœudum pro ſe,& hæredibus, de quibus intelligatur.Concluſ.159.

3 Extende in emphyteuſi priuati,quia illa poteſt acquiri pro quocunque, & tranſit ad quoſcunque.

Vide. Emphyteuſis conceſſa vni, & hæredibus ad quos hæredes tranſeat.Concluſ.166.

4 Limita,quia in his,quæ in dando, vel reſtituendo cõſiſtunt, licet quis ſe obliget daturum aliquibus hæredibus,& aliquibus non, etiam exceptuati debent habere.Caſtren.conſ.190.Cum tempore,in fi.lib.1.

5 Reſtringe,quia ſi non extarent niſi hęredes excluſi.ipſi nihil conſequi poſſent, ſecus ſi ipſi, & alij, & obligatio eſt in dando. Caſtr.d.conſ. 190. in fin. lib. 1.

6 Limita in fœudo proprio, quia non tranſit ad fœminas,neque ad extraneos.

Vide.Fœudum quando tranſit ad fœminas, vel non. Concluſ.161.

7 Extende in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia non tranſit ad fœminas,neque ad extraneos.

Vide. Emphyteuſis Eccleſiaſtica an tranſeat ad fœminas.Concluſ.160.

Vide. Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando ad extraneos tranſire poſſit.Concluſ.163.

Acquirens pro ſe, & filijs, an filijs poſsit præiudicare. Conc. CDXXXIX.

1 TRES ſunt caſus. Primus eſt,quia pater aliquando acquirit filio,vt filio,aliquando,vt filio,& hæredi; & aliquando ſimpliciter.In primo caſu non requiritur quod ſit hęres. In ſecundo requiritur, vtrunque,quod filius ſit, & hęres. In tertio caſu videtur filio vti hæredi ſtipulatum fuiſſe.Anchar.conſ. 319. in princ. quod vltimum intellige in emphyteuſi priuati.Doctor.*in l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pact.Corn.conſ. 131. Præmittendum eſt.col.fin.lib.2.Ruin.conſ.169.In primis eſt videndum. num.2. lib.1. Alex.conſ. 129. Perſpectis his.col.1.lib.5.Anchar.conſ.125. Viſis, & diligenter.num. 5. & hanc eſſe veritatem * dicit Caſtren.conſ.244.n.3.ver.ſuper tertio.lib. 2. vbi loquitur tam in fœudo,quam in emphyteuſi.

2 Declara tertium caſum,niſi res deducta in ſtipulationem aliter ſuadeat, quia tunc cenſetur in dubio, vt filio, non etiam hæredi conceſſa,prout in emphyteuſi Eccleſiaſtica,quæ de ſui natura ad tertiam generationem cenſetur conceſſa. Anch. d.conſ.319.nu.2.& ſeq.

3 Et procedit declaratio,quod cenſetur acquiſita emphyteuſis perſonę filiorum non vti hæredum quando prima acquiſitio eſt facta à trãſuerſali, puta à patruo pro linea ſua, & in defectum pro linea fratris,quia tunc poterunt nepotes habere emphyteuſim,& non eſſe hæredes patris.Bartol. in l.mortis cauſa capitur.ff.de donatio. cauſ. mort. & in l. iurisiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert.

4 Declara plene,vt per Roman.conſ.35.Viſa facti.num.2.vbi apoſtill. in ver. licet non hæredes, quę citat concord.& quod emphyteuſis priuata, quę tranſit ad omnes hæredes, intelligatur acquiſita pro filijs,& nepotibus hęredibus ſecundum* communem, Eccleſiaſtica vero non,ſecundum Alex.conſ. 129.Perſpectis.col.2. lib.5. ſed tamen dicit apoſtil. ad Alexand. quod etiam in Eccleſiaſtica debeant eſſe hęredes, & quod iſta eſt communis opinio.

5 Pater acquirens pro ſe, & filijs ſuis maſculis, quibus voluit acquiri ex prouiſione ſua non poteſt præiudicare filijs, quibus ius eſt quæſitum, neque alienare. Feder. conſ.228.Factum tale eſt, in fin.qui loquitur in emphyteuſi. Fulgoſ. conſil. 131.Quidam ſer Secretus.column. 2. in fin. verſ. nec his obſtat: vbi hanc iuſtiorem partem.Anch. conſ.319.Caius conuentus.num.2.& ſeq. commu nem dicit apoſtill.ad Alexand. conſil.8.lib.3. ſub num.15.vbi alios citat.Couar. var. reſolut. cap. 18. nu. 2. dicit * communem, & magis communem dicit Alex.conſ.106.num.8.Viſo themate: vbi dicit magis communem,& conſ.107. incip.in cauſa,in princ.lib. 4. vbi dicit magis * communem,cum alijs, quos allegat Clar. in §. emphyteuſis.quęſt. 16.ver.his præmiſſis, & magis communem * dicit Gabriel.de iur. emphyt.concl. 2. num.46.Menoch.conſ.155.num.38.& ſeq. vbi dicit*communem, quod non poteſt omnibus filijs prejudicare,quia ſunt duę acquiſitiones,vna pro ſe,& alia pro filijs,ideo non poteſt primus acquirens repudiare,neque delinquendo prejudicare filijs,& hanc magis communem * dicit Alexan. conſ.107. In cauſa Nicolai,in principio. lib. 4. & tuetur conſ.106. eodem lib.col.fi.num.8. vbi dicit magis communem,& hanc partem tenet Couarru.var.reſolut.lib.2.cap.18.num.2.verſ.tertia concluſio.Iaſ.in l.2.in pen.car.C. de iur.emphyt. Decius conſ.239.col.3.incip. Primo non videtur, in tertio dubio,qui dicit *communem. Iaſ.conſ. 168.col.penul.lib.4. Corne.conſ.149. In preſenti conſultatione.lib.2.& conſ.110.Viſa dicta copia. lib. 4. Pinel.in l. 1. verſ.ſed receptior opinio eſt, C.de bon.mater.Deci.conſ.239.nu. 5. & ſeq. vbi de communi.Pariſ.conſ.98.num.10.lib. 2. Ruin. conſ.8.num.7.lib.1.Cephal.conſ.12.n.30.& conſ. 29.n.23.vbi dicit*communẽ,& magis* communem dicit Iaſ.in l.2.n.202.cum ſeq.C.de iur. emphyt.Ang.Aret.plene conſ.64.Quoad primum: vbi allegat pro vtraque opinione,& hanc tuetur.

6 Et quod non poſſit pater primus acquirens præiudicare filijs, pro quibus fuit ſtipulatus in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia dicuntur filij habere

bere ab Eccleſia , pleniſſime Angel. Aretin. conſil. 124. In caſu, in principio : vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc tuetur, apoſtill. ad Alex. conſ. 22. num. 13. in ver. reuocare. lib. 5. quando ex lege inueſtituræ vti filijs, non vt hęredibus acquiſiuit, licet dicat, quod ſi ſimpliciter pro filijs acquirat, cenſetur vti hæredibus acquiſiuiſſe.

7 Contrarium tenet Cuman. conſ. 166. Viſa copia, circa fin. ver. tertia conſideratio: vbi allegat Bald. contrarium tenentem : vbi adducit rationem, quod filio vtilis actio ſolum quæritur, quæ tolli poteſt. Alex. conſ. 18. Attentis narratis. nu. 5. & 6. libro 5. vbi loquitur in fœudo acquiſito pro ſe, & filijs vti hęredibus, vel ſimpliciter, quia præſumitur vti hæredibus idem tenet Bald. conſ. 337. in fin. ver. reſtat vnum. lib. 1. plene Alexand. in ſimili conſ. 19. num. 10. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. creditores, dicit hanc opinionem habere magnam æquitatem, vt quod à patre cauſatur ſatisfaciat primo creditoribus, licet non tranſeat niſi ad filios, & loquitur in operibus à liberto ſtipulatis per Patrem, concord. Caſtrenſ. conſ. 179. In cauſa, quam magnificus. maxime n. 3. li. 1. Anch. cõſ. 143. Caſus talis eſt. n. 2. vbi quod eſt ius in ſpe in quo pręiudicat pater primus acquirẽs, quãdo eſt ex liberalitate patris, quia poteſt reuocari donatio facta filio, & hanc partem tenet Zabarell.
* conſ. 129. in fin. & communem * dicit Angel. & Alexan. in l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui, poſt numerum quartum. ff. de legat. 1. Socin. conſ. 127.
* num. 10. lib. 3. & communem * dicit Iaſ. conſ. 213.
* num. 4. lib. 2. & magis communem * dicit Alexan. conſ. 124. Conſideratis. nu. 8. lib. 5. ver. quinimo:
* vbi dicit * magis communem, plures citat Tiraq. de retract. lignag. §. 11. gloſſ. 6. num. 25. & hanc ſibi placuiſſe ſemper dicit Clar. in d. §. emphyteuſis. quæſt. 16. ver. contrariam autem, Ruin. conſil. 42. num. 11. lib. 1. & hęc fuit opinio Bart. in authen. quas ruinas. col. pen. verſ. iuxta hoc quæro. C. de Sacroſ. Eccleſ. Bald. in l. 1. ad fin. C. per quas perſo. nob. acquir. Alexan. in Lidem Iulianus. §. ſi
* quis alicui. ff. de leg. 1. vbi dicit * magis communem. Corn. conſ. 282. Viſo dicto puncto, & conſ. 37. Circa primum. lib. 3. Roman. conſ. 35. Viſa facti ſerie, in fin.

8 Et quod pater poſſit legare emphyteuſim Eccleſiæ receptam pro ſe, & filijs, & nepotibus, ſiue vt filijs, & nepotibus, ſiue etiam vti hæredibus, vni particulari nepoti, tenet Roman. conſ. 35. Viſa facti, in fin. vbi apoſtill. in ver. potuerit, citat
* concord. & dicit * hanc communem, licet con-
* trouerſam, & communem dicit * Angel. Aretin. conſil. 124. in princ. licet poſtea teneat ibi contrariũ, & hanc in primo acquirẽte tuetur Alex. conſ. 22. Viſo titulo. n. 12. & ſeq. ver. ſed ita eſt: vbi quod ex acquiſitione tali videtur filijs donaſſe, quę donatio poteſt reuocari, & plenius repetit in primo acquirente fœudum pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, vt poſſit cum conſenſu Domini alienare in præiudicium filiorum. Alex. conſ. 28. In cauſa,
* & lite. num. 2. & 3. lib. 5. vbi nu. 16. dicit * communem, & quod contraria procedunt in fœudo antiquo, in quo pater non pręiudicat, etiam de licentia Domini, non autem in primo acquirente, & feudo nouo, & multo magis ſi eſſet quęſitum pro filijs, & hæredibus, vt ibi num. 18. cum ſeq. verſ. confirmo rationes, quare poſſit pater alienare, quia cum acquirat filijs in poteſtate, cenſetur cauſa mortis donare, quę poteſt reuocari, & per alias rationes relatas per Alexand. conſil. 107. per totum, libro 4. quæ non militant in filijs, licet ibi
* teneat Alex. magis * communem in contrariũ.

9 Et pro contrario facit, quia pater poteſt renunciare iuripatronatus Eccleſię in præiudicium legitimorum hæredum. Alexan. conſil. 18. num. 6. lib. 5. vbi apoſtil. in ver. patronatus, dat concord.

10 Declara, quia ſi filij, quibus quæritur per patrem, aut aſcendentes non ſunt in poteſtate acquirentis, non poteſt acquirens eis præiudicare ; ſecus ſi ſunt in poteſtate. Fulgoſ. conſ. 131. Quidam ſer Secretus. col. 2. in fin. verſ. nec his obſtat, & ita etiam Alexand. conſil. 22. num. 12. & ſeq. lib. 5. verſ. ſed ita eſt.

11 Declarat Caſtrenſ. plene conſ. 164. In pręſentei cauſa. num. 7. verſ. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 2. vbi quod poteſt pater reuocare, quia filij dicuntur habere mortis cauſa capione à primo acquirente, ſed dicit hoc eſſe verum, quando pater acquiſiuit ſimpliciter pro ſe, & liberis, quia aſſignare poſſet vni ex liberis, quia verificantur verba, ſed non poſſet extraneo aſſignare, ſi vero acquiſiuit pro ſe, & primogenito, vel pro ſe, & Lutio, & Titio filijs, non poſſet illis præiudicare.

12 Declara, vt per Bald. conſil. 337. in fin. verſ. reſtat vnum. lib. 1. quia ſi fœudum eſt acquiſitum filijs, vt filijs per patrem, non poteſt pater filijs præiudicare ; ſi vero eſt quęſitum filijs vti hæredibus, vel etiam filijs ſimpliciter, quia in dubio præſumitur vti hæredibus, tunc poteſt pręiudicare, & hanc eandem diſtinctionem tenet Alex. conſilio 18. num. 5. & ſeq. lib. 5. & plenius apoſtil. ad Alex. conſ. 22. num. 13. lib. 5. in ver. reuocare, &
* hanc * communem, vt vni filio ſoli poſſit legare, accedente conſenſu Domini, & alienare, dicit Gabriel. de iur. emphit. concluſ. 2. vbi in fine infinitos allegat. Angel. Aretin. conſil. 64. num. 161. & ſequen.

13 Contrariũ, quod ſine acquiſiuit pro ſe, & hęredibus, vel pro ſe, & filijs poſſit præiudicare plus relinquendo vni, quam alteri. Ang. Aretin. conſ. 73. num. 47. verſ. & prędicta confirmantur : vbi citat plures.

14 Declara in fœudo non tranſmiſsibili ad hęredes, prout fœudum dignitatis, quia pater non præiudicat filijs, & in dubio non cenſetur hęreditarium, ſed filijs quęſitum.

15 Declara, quia non poteſt pater delinquendo filijs pręiudicare. Menoch. conſ. 155. n. 28. vbi dicit
* * communem.

16 Declara, quia poteſt pręiudicare pater, & primus acquirẽs plus legãdo, vel totum legando vni, dũmodo ſit de vocatis, quando nõ eſt datus ordo pręciſus vocatis, ita Aret. conſ. 73. n. 44. & ſeq. vbi ponit plura ſimilia, quæ videas. in ver. Fideicommiſſum non poteſt alienari, & quando ſecus. Concl. 283. n. 85. & ſeqq.

17 Declara, quia in aduentitijs non pręiudicat quando acquirerentur filijs non ordine ſucceſſiuo, uel etiam ſi pręcederent merita filiorum, ita uidetur velle Anchar. d. conſil. 143. n. 2. & ſeq.

17 Declara, quia licet pater poſsit vni prælegare ex filijs, non tamen poteſt auferre ab omnibus fęudum, vel acquiſitum pro ſe, & filiis, quia ſunt duę inueſtiturę, vel duę acquiſitiones. Menoch. d. conſ. 155. nu. 28. & 29.

Declara,

19 Declara,quia pater poteſt prę̃iudicare filijs pro quibus ordine ſucceſſiuo aquiſiuit quãdo ipſe pater fuit primus acquirẽs,& pater acquiſiuit ſibi, & filijs,ſecus ſi acquiſiuiſſet ſibi,& Dominico filio & ſic filio nominato per nomen propriũ,quia tunc non prę̃iudicat,ita diſtinguit in emphyteuſi.Clar. in §.emphyteuſis,quęſtio.26.ver.cõtrarium, & in fœudo in §.fœudũ,quæſt.41.ver.& hęc quidẽ in fi. & eſt de mẽte Caſtren.conſ.244.Viſo,& examinato,n.3.ver.ſuper tertio,lib. 2. vbi dicit, quod iſta eſt veritas recitatis opinionibus , & quod non poſſit extraneo alienare dicit abſolute , vocatis autem filijs expreſſe idem, ſecus ſi filij vocantur tacite,quia cenſentur in dubio vocati vt hęredes, quibus poteſt præiudicare.

20 Declara,quia ſi emphyteuſis eſt recepta pro ſe, & filijs,ex acquiſitione patris,& tunc poteſt prę̃judicare,ſi vero eſt acquiſita beneficio concedentis,ſecus eſt,ita Socin.d conſ.127.col.4. vol.3. vt etiã atteſtatur.Gabriel.qui alios citat de iur. emphyt.concluſ.2.nu.47.Iaſ.in l.2. C.de iur.emphit. num.207.& ſeq.

21 Declara,quia ſiue poſſit præiudicare, ſiue non in dubio non cenſetur præiudicare,niſi dicat expreſſe,ideo ſi pater inſtituat filiam in re certa, & quod plus non poſſit petere non cenſetur præiudicare, quin petat,& conſequatur emphyteuſim ſibi debitam,quia prohibitio cẽſetur reſtricta,vt plus non petat de bonis defuncti,& iure hæreditario, ita Bar.conſ.55.Dominus Amatus, lib.1. vbi plura , & ibi apoſtill. in ver. de bonis , & Bernard. Landr.dant concor.plurimos.

22 Declara,quia ſi pater acquiſiuit,ex propria pecunia , & ſic acquiſitio eſt de proprio patris acquirentis,tunc poteſt prę̃iudicare filijs , pro quibus acquiſiuit,ita declarat,ſeu limitat.Angel. in d.l.apud Iulianum,§.ſi quis alicui lapidem, ff. de leg.1.Bal.in l.1.in fi.n.17.C.per quas perſon.nob. acquir. ſequitur Laurent. de Palar.in tract. quod ſtant.maſcul.in prin.nu.46.quia iſto caſu filij dicuntur habere ex tacita donatione patris,quæ poteſt reuocari,quãdo ſunt in poteſtate patris,ſi vero primus acquirens nihil de ſuo impẽdidit,quia ſuccedunt ex mero beneficio concedentis,primus acquirens nõ poteſt illis prę̃iudicare,& ita etiam Aretin. in d.l.apud Iulianum, §. ſi quis alicui,ff. de leg.1.Ruyn.conſ.42.nu.11.lib.1.& ita declarat Gozad.conſ.75.n.12.& ſeq.

23 Declarat Bart.conſ.1.proponitur in fin.lib. 2. quod primus acquirens non teneatur reſtituere filijs,pro quibus acquiſiuit,ſed bene tanquam miniſter dicitur filijs acquiſiuiſſe , & ſic videtur tenere primam opinionem,quod eis quęſiuit,vt miniſter,ergo non præiudicat.

24 Declara, quia dato quod in primo acquirente procederet, non tamen procedit in alijs deſcendentibus vocatis,quia neq.fœudũ,neq. emphyteuſim poſſunt alienare, etiam de conſenſu domini, in prę̃iudicium aliorum vocatorum vltra vitam ſuam.Alex.d.conſ.106.Viſis,per totum, & maxime in fin.lib.4.& plenius,conſ. 107. In cauſa Nicolai eod.lib.per totum.

25 Declara niſi conſenſiſſent filij renunciationi fœudi,quia ſibi præiudicarent etiam in fœudo antiquo.Zabarell.d.conſ.129.in fin.

26 Declara,quia articulus eſt valde dubius,& vtraque opinio poteſt ſubſtineri,& quod ſit dubius,vide Pariſ.conſ.17.n.16.lib.1.Socin.Iun. conſ. 110. nu.25.lib.2.Ruyn.conſ.7.n.16.lib.1.Bar.in l.iurisiurandi.§.ſi debitori.ff.de oper.libert.Bal.in l.itẽ videndum,§.nunc videamus.ff.de petit.hæred. & in l.quoniam nouella,col.fin. C.de inoffi. teſtam. Anchar.conſ.25.col.penul.plures citat Crot.in l. qui Romę,§.duo fratres,ff.de ver.oblig.num. 68. apoſtil.ad Rom.conſ.35.in ver.potuerit.

27 Declara,quia procedit prima opinio,quãdo adſunt vocati in ſtipulatione,quibus non poteſt primus acquirẽs prę̃iudicare.etiã donando plus vni, quã alteri, in emphyteuſi Eccleſiaſtica contrariũ procedit,quãdo non extant vocati. Angel. Areti. d.conſ.124.In caſu,n.13.& ſeq.ver.ſecũdo poſito.

28 Declara,quia non poteſt præiudicare in fœudo antiquo etiam ſi dñs conſentiat,vocatis ex inueſtitura primi acquirentis,ſecus in fœudo nouo,& ſic in primo acquirente.Alex.conſ.18.n.5.& ſeq. maxime n.8.lib.5.vbi apoſtil.in ver.prę̃iudicare, dat concord.& plenius conſ.22.n.13.& ſeq. maxime nu.14.circa fi.lib.5.& ibi alia apoſtil. in ver. reuocare.

29 Amplia,quia non procedit in fœudo antiquo, quia non poteſt Vaſſallus prę̃iudicare vocatis ex inueſtitura,quibus eſt ius quęſitum.Alex.conſ.18. nu.7.lib.5.vbi apoſtil.dat concor.in ver.prę̃iudicare.& ita debere intelligi.Bal.contrarium tenentem ſimpliciter,vt loquatur in fœudo antiquo.Zabarell.d.conſ.129.in fin.

Vide.Fęudũ antiquũ ob alienationẽ.Concl.194.

30 Amplia,vt id quod dicitur in patre primo acquirente pro ſe,& filijs,vt ſcilicet nõ poſſit in prę̃iudicium filiorum alienare , multo magis procedat in matre.Menoch.d.conſ.155.nu.29.vbi alios allegat Angel.Areti.conſ.64.Quoad primum,per totum,vbi pro vtraq. opinione allegat,& hanc latiſſime tuetur.

31 Extende multo magis in alijs poſterioribus, vt per DD.in prin.pro hac parte allegatos.

32 Amplia ſine dubio, quia filio emancipato non poteſt præiudicari.Angel.Areti. d. conſ.64.num. 16.ver.ſin autem .

33 Amplia, quia procedit abſolute in filijs primi acquirentis,& quando primus acquirens poſt ius quęſitum filijs,& ſic poſt mortem præiudicaret. Alex.conſ.106.in princ.lib.4.

34 Extende , quia non poteſt donare etiam nepti ex filia,ſtãte filia.Angel.Areti.d.conſ. 64.per tot.

35 Extende,quia neque legando poteſt pater prę̃iudicare alijs filijs , quibus acquiſiuit,ſi acquiſitum legat vni tantum.Couar.var. reſolut. lib. 2. cap. 18. numer. 2. Alexand. conſ. 106 . & conſ. 107. libro 4. Tiraquel. de retract. lignag. §. 11. gloſ.6.num.23.

Vide . Emphyteuta non poteſt vendere ſine conſenſu domini,& quando ſecus.Concluſ.107.

36 Extende, quia ſicut non poteſt præiudicare in vltima voluntate, ita multo minus in contractu, & inter viuos, donando totum vni ex filijs , vel aliter rem aſſignando.Iaſ.in l.2. colum. antepen. circa medium. C. de iur. emphyt. numer. 207. Ruyn.conſ.37.numer.11. & conſ.166. numer. 10. libro 1.

37 Extende , quia in bonis emphyteuticis , & liuellarijs acquiſitis filijs , & deſcendentibus ex prouidentia primi acquirentis , non poteſt ipſe primus acquirens facere teſtamentum . Bald. conſil. 1. libr. 2. & conſil. 38. libr. 1. Quia in feudalibus , & emphyteuticis bonis non po-

teſt fœudatarius, vel emphyteuta teſtari, niſi ſecundum inueſtituram. Bal. conſ. 294. lib. 5. & conſ. 401. eod. lib.

38 Imo quod fortius eſt, non poteſt frater moriens etiam de conſenſu confratris ſui ſuperuiuentis, qui habet participationem in fœudo, & emphyteuſi de portione ſua teſtari, ex quo conſentiens tempore præſtiti conſenſus nullum ius habet in ea. Bal. conſ. 220. lib. 5. Pariſ. conſ. 98. lib. 2.

39 Reſtringe, quia poteſt pater primus acquirens totam emphyteuſim vni ex filijs aſsignare, ſiue in vltima voluntate, ſiue inter viuos, quando alijs in compenſationem aſſignauit bona libera, & allodialia. Angel. in conſilijs allegatis per Iaſ. in l. 2. n. 254. C. de. iur. emphyt. Barbar. in c. potuit, locati. Bart. in l. iurisiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. & in conſ. 60. Queſtio iſta.

40 Limita, quia pater poteſt renunciare iuri patronatus Eccleſiæ in præiudicium legitimorum hæredum. Alex. d. conſ. 18. nu. 6 lib. 5. vbi apoſtil. dat concord. in ver. patronatus.

41 Limita in fœudo nouo acquiſito per patrem alienantem cũ conſenſu domini. Alex. conſ. 18. n. 5. & 6. lib. 5. qui loquitur in fœudo nouo acquiſito pro ſe, & hæredibus, vel acquiſito ſimpliciter, * quia præſumitur hæreditarium in dubio, * communem dicit Sigiſmund. in conſ. fœudali 52. num. 1. & ita intelligit Alex. conſ. 22. nu. 13. & ſeq. lib. 5. vbi apoſtil. in ver. reuocare. & Bal. conſ. 337. in fi. ver. reſtat, lib. 1. Alex. conſ. 28. In cauſa, & lite, in prin. n. 2. & 3. ver. ſtante itaq. lib. 5. vbi numer. * 16. dicit * communem.

42 Declara niſi pater acquiſiuiſſet nominatim pro certo filio, quia non poſſet præiudicare. Clar. in §. fœudũ, queſt. 41. ver. & hæc quidẽ, in fi. & idẽ ſi pro primogenito, vel pro maſculis, apoſtil. ad Alex. conſ. 22. lib. 5. n. 13. in ver. reuocare, in fi. vbi quod ita fuit iudicatũ, & allegat Bertrã. in multis conſ.

43 Declara extenſionem de fœudo multis modis, vt per Gabriel. de iur. emphyt. concluſ. 2. nu. 5. & ſeq. vbi ponit ampliationes, & limitationes.

44 Limita, quia donans alicui cũ pacto, quod mortuo donatario Eccleſiæ acquiratur, poteſt reuocare pactũ quod Eccleſiæ acquiratur. Bart. in l. qui Romę. §. Flauius, ff. de ver. oblig. ſequitur Anchar. conſ. 143. num. 2.

45 Contrarium tenet Caſtrenſ. conſ. 164. n. 7. ver. ſed contra hoc. lib. 2. vbi, quod dictum Bar. nõ eſt verum, & quod contrarium tenent Ioan. Andr. & Franc. de Albergot. de Aretio, & reſpondet ad l. qui Romæ, §. Flauius, ſuper qua ſe fundat Bart. quia ibi nõ potuit acquiri ſeruo obligatio, & actio etiã conditionalis, ſecus eſt in filijs, & reſpondet ad omnia alia, quæ adducuntur per Bart. quia dicit illa procedere in actibus, ex quibus capitur mortis cauſa, & ſic reuocabiliter, ſecus eſt, ſi ex contractu acquiratur, & quando concurrit non ſolum factum primi acquirentis, ſed etiam concedentis, qui eſt tertia perſona.

46 Limita, vt etiam poſſit pater præiudicare filijs nedum in acquiſitis de ſuo, ſed etiam in acquiſitis per aliũ contẽplatione patris, etiam ſi acquiſitio ſit in perſonam filiorum. Ruin. conſ. 42. n. 11. lib. 1.

47 Limita, quia poteſt primus acquirens alienare in vita ſua, & valebit, ſed reſoluetur mortuo eo pro filijs, pro quibus facta eſt acquiſitio. Angel. Aretin. d. conſ. 64. nu. 20. ver non obſtat tertium.

48 Limita contrarium, quia procedit etiam ſi pater in vltima voluntate inſtituat filiam in certa re, & iubeat eam plus non petere, & hæredes faciat vniuerſales omnes fratres, quia prçiudicat in emphyteuſi acquiſita pro ſe, & filijs. Anchar. d. conſ. 143. in prin. videlicet, n. 2. 3. & pro hac parte Angel. conſ. 311. ver. ſuper ſecundo.

Vide. Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs, & vna fœmina. Concluſ. 171.

49 Contrarium de directo Anchar. conſ. 319. per totum, vbi ſuper cõſilio prędicto alieno, ita decidit, & pro hac parte cõſuluit Bar. cõſ. 55. Dominus Amatus, per totum, lib. 1. quod duplicatur conſil. 60. Quæſtio iſta, n. 4. ver. ſecundum dubium, & iterum duplicatur conſ. 183. lib. 1. ſequitur Alexan. conſ. 128. Conſideratis, col. fi. nu. 8. lib. 1. vbi alios citat concord. licet apoſtil. ibi declaret.

50 Extende maxime, quando emphyteuſis eſt Eccleſiaſtica, & facta eſt ſtipulatio pro ſe, & filijs, quia ſi Papa facit gratiã, quod de bonis Eccleſiæ emphyteuticis libere diſponatur, prout de bonis laicalibus, & patrimonialibus, tũc poteſt filijs prę iudicari. Ancha. d. cõſ. 143. vbi eſt caſus. n. 3. & ſeq.

51 Contrarium, quod imo pater non poſſit prçiudicare filiæ in emphyteuſi Eccleſiaſtica eidẽ acquiſita, & reſcriptũ Papę non extendatur, vt tollat ius filię quçſitum, tenet Anchar. conſ. 319. per totũ, quod eſt conſilium deciſiuum ſuper alio conſilio 143. de quo facit mentionem, quia illud primum eſt alterius, & idem tenet Angel. Aretin. d. cõſ. 64. Quoad primum, per totum, maxime, n. 17. ver. & potiſſime, vbi dicitur filium habere etiam ab Eccleſia, ideo non poteſt primus acquirens præiudicare.

52 Declara, quia ſi emphyteuſis eſſet à maioribus & nõ à teſtatore acquiſita nullo modo poteſt pater præiudicare filijs, quia ab eo non habent, ſed à maioribus, ita Bar. d. conſ. 55. in prin. ver. & hoc verum primo, lib. 1. & ibi Bernard. Landr. in apoſtil. in ver. in gloſ. in l. dat concord. & d. conſ. 60. num. 4. lib. 1.

53 Declara, quia primus acquirens poteſt alienare de cõſenſu Abbatis ſeu Eccleſiæ, ita Angel. Aretin. d. conſ. 64. nu. 20. ver. non obſtat quod dicit, vbi quod procedit reſpectu patris, qui habet filios in poteſtate, pro quibus facta eſt acquiſitio, ſecus ſi non habet in poteſtate, vel in matre, vel procedit quando licentia eſt libera, ſecus ſi ſine prçiudicio habentis ius.

Vide plene per Anton. Gabriel. lib. 3. tit. de iure emphyt. Concluſ. 2. Pater qui recipit emphyteuſim.

Acquirere alteri quando, & per quos poſsit, vel non. Concluſio. CDXL.

1 ALTERI acquirere nemo poteſt ſine ceſſione, & ideo ſi is, qui nomine meo aliquid acquiſiuit, mihi non cedat iura, non poſſum agere ſine ceſsione, l. 1. C. per quas perſon. nob. acquirit.

Vide plene in ver. Ceſsio iurium debet fieri ex neceſſitate multis caſibus. Concluſ. 111. in princ. maxime nu. 2. & ſeq. vbi quod eſt regula, & ibi habes plures limitationes.

2 Declara, quod dicitur alteri per alterum non acquiri intelligi, niſi acquirens eſſet in poteſtate eius,

eius,cui acquiritur prout filius pro patre,seruus pro domino,vt l.1.C.per quas person.nob.acquirit.Fulgos.cons.202.Guil. Ser Pelegrati, in prin. Castrens.cons.171.In casu presenti,col.2.in fi.lib. 2.ver.item,& tertio,& cons.195.Visis his,num.2. ver.secundo videndum,lib.2.

3 Declara,quia non acquiritur actio,sed bene absenti acquiritur possessio,& dominium, si absens ratum habeat.Fulgos.cons.232. In proposita quæstione,col.1.ver. & pro hoc apparet non obstare, & cons.131.n.2.vers.illud autem.

4 Imo contrarium quod facilius absenti acquiratur actio vtilis quam possessio,& dominium. Alex.cons.31.nu.16.lib.6.

5 Amplia,quia ex contractu socij non acquiritur socio alteri,nisi sibi cedatur,l.2.ff.pro socio.Petr. de Anchar.cons.18.nu.8.ver.secundum aduertendum.Cuman.cons.172.in fi. qui hoc dicit procedere,nisi in subsidium,quia tunc secus est,ita Bar. in l.eandem in 7.quæstio.de duob.reis.

6 Amplia in emptione pro se, & persona nominanda, quia non acquiritur personæ nominatæ donec acceptet.

Vide. Emptio facta pro persona nominanda, cui acquiratur.Concluf.133.

7 Amplia,quia etiam procedit in Notario acquirente pro absente,quia non acquiritur absenti sine cessione.

Vide.Notarius potest multa tanquam publica persona.Concluf.99.

8 * In contrarium est * communis opinio, quod Notarius potest absenti stipulari, vide Notarius potest multa, Concluſio.99.nu. 4.& nu.8.ver.Declara,& hanc tenet Alex.cons.185.In causa, & lite,n.7.ver.opponitur etiã,lib.6. vbi quod tanquã publica persona potest absenti stipulari, & acquirit absenti sine cessione,vbi apostil. in ver.sine.

9 Extende,quia non acquiritur etiam per stipulationem Notarij absenti, nisi postquam absens acceptauerit.Deci.cons.216.n.8.vsq.in fi.

10 Restringe in confessione, & pacto liberatorio, quia absenti acquiritur.

Vide.Confessio extraiudicialis absente parte non valet,& quando secus.Concluf.638.

11 Restringe quoad vtilem actionem,quia per Notarium acquiritur absenti.Io.de Imol. cons.46. in prin.vbi simpliciter loquitur.Rolan.à Vall.cons. 19.n.17.lib.1.vbi dicit * communem.Deci.cons. 239.Castrẽs.cons.195.n.2.lib.2.vbi quod sequuta ratificatione acquiritur vtilis actio sine cessione. Alex.cons.185.In causa & lite,n.7.ver.opponitur etiam,lib.6.

12 Declara, quia absenti per Notarium acquiritur sine cessione in his, quę spectant ad officium Notarij,non autem in alijs.Angel.cons.73. In statuto Florentino,in fin. ver. item non obstat,& in prin.vbi exemplificat in stipulatione dationis tutelæ rem pupilli saluam fore.

Vide. Cessio iurium debet fieri ex necessitate in multis casibus.Concluf.211.n.3.& seq.

13 Amplia, quia nunquam acquiritur absenti, quando sua non interest. Alex. cons. 13.num.11. ver.plus tenuit.lib.1.

14 Amplia, quia statutũ Florentiæ mandãs,quod per Notariũ acquiratur ius absenti sine cessione, non habet locũ, quando Notarius acquireret in territorio Florentino pro absente forense, quia statutũ non extenditur extra territorium actiue, neq.passiue hoc casu.Angel.d.cõs.73.per tot.Ro. cons.224.n.6.vbi apostil.& Alex.cons.41.n.3.li.7.

15 Amplia,quia generalis est regula,quod in acquisitionibus attenditur animus acquirentis,an sibi, vel alteri voluerit acquirere.Anchar.consi. 127. num.4.& 5.

16 Declara,quia si discordes sint is,qui donat, & recipit,quia dãs dat mihi,videlicet.nomine meo, recipiens recipit nomine alieno,mihi acquiritur, l.qui mihi donatum,ff.de donationib.

17 Amplia, quia non valet confessio facta Notario ad fauorem absentis, si Notarius non acceptauit talem confessionem.Signorol.cons.78.Instrumentum præsupponitur,in prin.

18 Amplia,quia attenduntur verba, quia nuncius debet concipere verba in personam eius, cui acquirere vult,alias acquirit sibi.Bald.in l.multum interest.C.si quis alteri,vbi quod Procurator concipit verba in persoaam suam nomine domini, nuncius debet concipere verba in dominum.

19 Idem est in negociorum gestore,quia vt acquirat domino possessionem,& dominium,debet concipere verba in personã domini,non in personam suam,& ratihabitione tunc quæritur domino, secus si in personam suam.Ancha.cons.127.in prin. num.4 & seq.

20 Idem est in actionibus, quia impossibile esset, vt concipiam verba in me, & alteri quæratur. l. quæcunq.ff.de actionibus.

21 Amplia, quia donatio facta absenti non valet, nisi interuenerit nuncius,vel epistola.

Vide.Absenti non acquiritur nisi per nuntium, vel epistolam.Concl.38.maxime. nu.38.& seq.

22 Amplia in Procuratore,quia non acquirit domino sine cessione.

23 Contrarium,quod imo Procurator non acquirat domino,si stipulatur debitum à debitore priore.Fulgos.cons.202.col.3.vbi quod regula est pro hac parte,ex quo alij sunt casus speciales,& probat,quia Procurator non potest concipere verba exequutiua in personam domini, prout filius, & seruus.

24 Restringe hoc contrarium, quia non procedit in iudicio,vel quasi,in quo Procurator potest acquirere domino stipulando debitum prius, & est casus specialis,& in contrarium est ius commune.Fulgos.d.cons.202.col.3.in prin.

25 Declara,quia etiam in casu,in quo non acquirit domino,puta.quando non est stipulatus ex re domini, si tamen non potest cedere Procurator, vt quia nõ apparet,acquiritur vtilis sine cessione.Fulgos.d.cons.202.in prin.

26 Declara quando Procurator, vel negociorum gestor stipulatur rem domini,l. pen. C. ad exhib. item quando stipulatur aliqua ex re domini, l. quod Procurator ex re.ff.de Procurat. Item quando dominus esset præsens. l. si Procuratori præsenti, ff. de verbor. oblig. Item quando stipulatio esset prętoria,l.in omnibus,ff.de prætor. stipulat. quia istis quatuor casibus verba possunt concipi in dominum, & illi quæritur.Roman. dict. cons. 441.num.2.

27 Declara,quia aut Procurator acquirit, seu stipulatur domino ex re domini,& vtilem acquirit domino sine cessione, secus si acquirit, vel stipulatur domino ex re non domini, quia illi non acquirit sine cessione. Abbas in cap. si Clericus laicum. numer.13.de for. competent. versic.

& pro hac differentia. Fulgoſ. conſ. 202. in prin. al legat l. quod Procurator ex re, ff. de procurat. Alexand. conſ. 13. n. 11. in fi. lib. 1.

28 Intellige hanc declarationem ſi conſtat de mã dato procurę, alias ſecus. Fulgoſ. d. conſ. 202. col. 2. in fin.

29 Quando autem dicatur ex re domini, vide Fulgoſ. d. conſ. 202. col. 2. in fin. ver. item nec dicitur, vbi quod ſi ſtipulatur debitum à debitore nomine creditoris, non dicitur ex re domini

30 Limita, quia ex contractu diuiſionis acquiritur abſenti, quia eſt quædam ratio compoſita inter diuidentes, que probat contra eos, ſicut liber nummularij contra nummularium. Bar. in conſ. 123. factum ſic ſe habet, n. 3. lib. 1. ſequitur Ruin. conſ. 40. num. 5. & 6. lib. 4. vbi dicit ſpeciale eſſe in diuiſione.

31 Extende idem in libro nummularij per rationem Bart. ſupradictam in d. conſ. 123. n. 3. lib. 1.

32 Limita in Syndico, vel actore Vniuerſitatis. Angel. de Peruſio conſ. 73. In ſtatuto Florentino in prin. quia acquirit Vniuerſitati ſuæ pro qua ſtipulatur ſine ceſſione.

33 Limita, quia in his, quæ ſunt notoria, & publica, populus videtur loco nuncij, & epiſtolæ deferentis abſenti. Caſtrenſ. conſ. 115. Super primo, in fi. n. 6. ver. nec obſtat, quod confeſsio, lib. 1.

34 Extende, quia idem efficit ſcriptura, quæ ſemper loquitur, & defert abſenti. Caſtrenſ. dict. conſ. 115. nu. 6. lib. 1.

35 Limita in ſeruo, quia per ſeruum noſtrum acquiritur nobis ſine ceſſione, etiam inuitis, & abſentibus. Angel. d. conſ. 71. in princ. Fulgoſ. conſ. 202. in prin. Caſtrenſ. conſ. 195. n. 2. lib. 2.

36 Limita in filio familias, quia acquirit patri. Fulgoſ. d. conſ. 202. in prin. & col. 3. in prin. ver. nam & vbi directo, vbi dicit eſſe ſpeciale in ſeruo, & filio, vt acquirãt domino, & patri etiam directe, etiam concipiendo verba in perſonam patris, & domini. Caſtrenſ. conſ. 195. n. 2. lib. 2.

37 Declara, quia vt acquiſitio habeat effectum, ne ceſſe eſt, quod pater ſcinerit, & ratum habuerit. Alex. conſ. 184. Viſo, n. 8. ver. ſed in propoſito, li. 5.

38 Limita, quia Eccleſiæ vniuerſali poteſt acquirere quilibet Catholicus & fidelis, nec attenditur an habeat legitimam perſonam, vel nõ. Bal. conſ. 379. Sequitur, quod anno Domini, n. 8. ver. amplius ſciendum, lib. 1.

39 Extende, quia Eccleſia cõcedens in emphyteuſim Titio præſenti pro ſe, & fratribus abſentibus acquirit actionem etiam contra abſentes ad canonem promiſſum, ſi ratũ habuerunt. Fulgoſ. conſ. 232. col. 1. in fin. ver. & Eccleſię datur vtilis.

40 Limita in Procuratore acquirẽte nomine domini, quia ſi ipſi Procuratori fiat traditio, vel quaſi, acquiritur domino ſine alia ceſſione. Dynus conſ. 15. Quæſtio talis eſt, Quidam, nu. 2. ver. mihi autem Dyno.

41 Et quod per Procuratorem acquiratur domino abſenti. Io. de Imol. conſ. 57. in prin.

42 Declara, quia procurator acquirit domino ſine ceſſione circa realia, actionem vero perſonalem non acquirit domino, niſi cedat. Angel. conſ. 161. Viſo puncto, col. 3. in fi. ver. dubitatur autem, & col. fi. in prin.

43 Imo quod Caſtaldio, & Syndicus acquirat vtilem actionem Capitulo, & Vniuerſitati. Caſtrenſ. conſ. 342. n. 2. ver. ſed plures teſtes, lib. 2.

44 Vide Alex. conſ. 177. Viſis, & lectis, lib. 7. nu. 3. ver. probatur etiam, quia etiã actio perſonalis acquiritur domino per Procuratorem ſine ceſſione, quãdo Procurator ſtipulatus eſt pro domino qui erat præſens, l. ſi procuratori prẽſentis, ff. de ver. oblig.

45 Extẽde in marito circa dotalia, quia dicitur habere mandatũ a lege, & ſic extenſio procedit in Procuratore à lege dato. Alex. conſ. 185. in cauſa, & lite, nu. 7. ver. opponitur etiam, lib. 6.

46 Extende, quia Procurator in iudicialibus acquirit domino ſine ceſſione. Roman. conſ. 86. Viſo quęſtionis themate, col. fi. n. 13. ver. primo quia.

47 Extende, quia ex actibus iudicialibus, ſiue coram Iudice ordinario, ſiue coram arbitro factis acquiritur domino per Procuratorem ſine ceſſione. Rom. d. conſ. 86. col. fi. num. 13. & 14. vbi quod æquiparantur.

48 Extende, quia in præcepto guarentigiæ facto à Notario, quando habet exequutionem paratam, acquiritur abſenti ſine ceſſione quaſi in iudicio ſit factum. Ro. d. conſ. 86. n. 14. & plenius conſ. 76. In cauſa nobilis, in prin. vbi plena apoſtil. in ver. Guilielmus, dat plurimos concord.

49 Extende, quia ſicut ex ſententia Iudicis, ita etiam ex laudo, & ex guarentigia acquiritur abſenti, ſine ceſſione, quia æquiparantur. Roman. d. conſ. 86. col. fi. vbi apoſtil. in ver. æquiparamus.

50 Limita in negociorũ geſtore acquirente nomine abſentis, cuius negocia gerit, quia ſi eidem geſtori fiat traditio, acquiritur domino ratum habenti ſine alia ceſſione. Dyn. d. conſ. 15. nu. 3. ver. Item conſtat. Angel. d. conſ. 161. col. fi. in prin. Angel. conſ. 232. Punctus eſt talis, in princ.

Vide. Negociorum geſtor cui acquirat ante ratificationem. Concluſ. 41.

51 Contrarium, quod imo quantumcunque verba exequutiua ſint concepta in negociorum geſtorem paciſcentem nomine domini, adhuc domino non quęratur directa, neque vtilis ſine ceſsione. Alex. conſ. 13. nu. 12. lib. 1.

52 Declara, quia imo per ratificationem domini illi quęritur ſine ceſsione, quantumcunque verba ſint, vel directa in perſonam domini, vel negociorum geſtoris. Apoſtil. ad Alex. d. conſ. 13. nu. 12. in ver. exequutiua, lib. 1. & ita videtur tenere Abbas conſ. 55. In quæſtione, nu. 5. ver. Item, & ſecundo, lib. 1. vbi, quod acquiritur abſenti per tertiũ, ſi abſens ratum habet, & idem etiam tenet Rom. d. conſ. 441. numer. 4. & ſequen. ver. quoad ſecundum, vbi num. 5. dicit * communem, quia paria ſunt, quod dicat promittis pro tali, vel nomine talis, vbi plena apoſtil. dat concord.

53 Intelligit Rom. quod vtilis acquiritur ſine ceſſione per negociorum geſtorem directa ſequuta ratihabitione, quando fuit ſtipulatus pro domino, vel eius nomine, & ratificatio poteſt fieri per dominum etiam poſt mortẽ negociorũ geſtoris. Ita Rom. d. conſ. 441. nu. 4. & 5. ver. quoad ſecundum.

54 Declarat Caſtrenſ. conſ. 171. In caſu præſenti, col. 2. prope fi. ver. itẽ, & tertio. lib. 2. vbi quod vis eſt in verbis, ad quẽ dirigantur, quia ſi ego ſtipulor, promittis mihi dare centum Titio, acquiritur Titio abſenti, ſi mea intereſt, vel ſi ſtipulor, vt Procurator, vel negociorum geſtor Titij, ſecus ſi omnia verba concipiuntur in ſtipulantem, niſi eſſet legitimus adminiſtrator abſentis.

Extende

55 Extende, quia ſemper acquiritur principali per negociorum geſtorem, ſi non poteſt cedere, quia lex operatur eo caſu ceſſionem.

56 Intellige extenſionem, dummodo conſtet cauſa cognita, quod non poſſit fieri ceſſio. Fulgoſ.d. conſ.202.col.3.ver.& licet vbi ipſe.

57 Et, quod imo poſſit tertius ſtipulari ſibi nomine abſentis, videlicet, promittis mihi, quod dabis Titio, plene Bart.conſ.71.Gellus.lib.1.vbi declarat non poſſe abſenti ſtipulari, videlicet, promittis Titio, quod illi dabis.

58 Imo, quod plus eſt Bart. conſ. 92. Stipulatus eſt, libro 1.dicit, quod valet ſtipulatio nomine in eo facta quod dabis ſtipulanti, & poſſum liberare debitorem ſine ceſſione, quia aut ſumus in caſu, quod mihi acquiritur ſine ceſsione, & valet liberatio, aut non, & oritur exceptio doli ad beneficium liberati.

59 Dicas in hac materia, quod ſi negociorum geſtor, vel procurator, verba obligationis concipit in propria perſona, prout promittis mihi, quod ſolues Titio principali, valet ſtipulatio, & acquiritur Titio, ſecundum Bart.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verb.oblig.

60 Contrarium tenet Bald. & Angel. in dicta l.ſtipulatio.§.ſi ſtipuler.ff.de verbor.oblig. quod imo ſtipulatio, quæ continet obligationem in perſonam geſtoris, ſeu procuratoris, & exequutionem in perſonam principalis eſt nulla, niſi interſit negociorum geſtoris, & procuratoris, quod verba exequutiua in dominum concipiantur, & obligatiua in perſonam propriam, quos ſequitur Roman.d.conſ.441.in princ.ver.ſecunda autem opinio, vbi limitat quatuor modis.

61 Declarat Rom.d.conſ.441.num.3.verſ.vel tertio, cum ſeq. vbi quod ſemper ſequutus fuit opinionem Bald. & Angel. quia procedunt à pari ſtipulatio procuratoris facta cum mandato, & ſtipulatio negociorum geſtoris cum ratificatione, & quod opinio Bart. ſolum vno caſu procedit, videlicet, in procuratore à lege, ſeu iure conſtituto, vt eſt creditor, qui reſpectu rei pignoratæ cenſetur procurator debitoris. l.ſi pignori. ff. famil. herciſ. quia poteſt verba in dominum referre.l.ſi cum venderet.ff.de pignor. actio.

62 Extende limitationem, quia ſi facta eſt confeſſio Titio tanquam negociorum geſtori Meuij, & hæredum, & dicto nomine facta eſt traditio, poterunt hæredes Meuij habendo ratum agere ſine ceſsione.Dyn.d.conſ.15.per totum, vbi loquitur in confeſsione facta de fœudo verſus Titium, ſuo, & conſortum nomine recipienti, quia ſi conſortes ratum habent, poſſunt agere ſine ceſsione.

63 Et vbicunque interuenit, vel ceſsio, vel ratificatio, aut mandatum per negociorum geſtorem acquiritur principali, non ante.Fulgoſ.conſil.202. col.3.verſ.nec ad rem pertinet.

64 Imo etiam ſi confeſsio, vel ceſsio eſſet facta geſtori Meuij, & Meuius eſſet mortuus, poterunt hæredes, de quibus non eſt facta mentio, ratum habere, ſi res eſt tranſitoria ad hæredes.Angel.conſ. 161.col.fi.in princ.ver.ſi autem dictæ pupillæ.

65 Prout etiam è conuerſo, ſi eſſet mortuus negociorum geſtor, poteſt dominus, cuius nomine acquiſiuit ratum habere geſtum ab ipſo mortuo. Rom.conſ.441. Præſens inſtrumentum.nu.5. verſ. ſin autem.

66 Extende, quia poteſt abſenti acquiri per tertium ſine ceſsione, quando verba directa obligationis ſunt directa in perſonam recipientis ad commodum tamen abſentis, & ad illius vtilitatem, & ſufficit, quod quandocunque abſens ratum habeat, etiam poſt mortem, & pœnitentiam gerentis, & acquirentis. Fulgoſ.conſ.131. Quidam ſer Secretus.n.2.Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obligat.

67 Extende, vt procedat etiam ſi abſens pro quo acquiritur nondum eſſet natus, quia quandocunque ratum habeat in caſu proximę extenſionis, acquiritur ſibi ratum habenti etiam poſt mortem acquirentis vel pœnitentiam eiuſdem. Fulgoſ. d.conſ.131.num.2.

68 Limita, quia iuramentum operatur quod acquiritur abſenti, & quod ſtipulatio pro abſente recepta valet.Alex.conſ.185.In cauſa,& lite.n.8.verſ. quinimo.lib.6.vbi apoſtil.in ver. iuramentum.

69 Limita in vtili dominio, quod ex contractu emphyteutico interueniente traditione transfertur directo, & ipſo iure per Procuratorem, vel negociorum geſtorem, ſequuta ratificatione vna cum poſſeſsione. Fulgoſ. conſ.131.n.2. verſ.illud autem, & conſ. 232. In propoſita quæſtione. col. 1.in fin.verſ.& per hoc apparet.

70 Declara plene per Alex.conſ.24. Ponderatis.n. 4. verſ. iſtis ſuppoſitis, cum ſeq.lib. 5. vbi quod ſi Titius acquirit emphyteuſim pro ſe, & nomine fratris ſui, & antequam frater abſens acceptauerit, moritur, tunc deuoluitur ad dominum, non ad acquirentem; ſed ſi acquirit totum pro abſente, videlicet, nomine abſentis, & non velit habere ratum abſens, tunc acquirenti acquiritur cum qualitatibus expreſsis, ita quod attenditur linea abſentis expreſſa, non autem linea acquirentis; quando vero fit conceſsio Titio præſenti, & Seio abſenti ex cauſa lucratiua non valet pro abſente, ſi ex cauſa oneroſa valet, ac ſi eſſet præſens, quando conceditur Titio præſenti recipienti pro ſe, & nomine fratris abſentis valet pro vtroque, ſed ſi abſens moritur antequam ratificet portio accreſcit portioni non perſonę.

Vide. Emphyteuſis conceſſa pluribus in ſolidum. Concluſ. 173.maxime nu.7.

71 Extende in fœudalibus, quia frater acquirit fratri abſenti, & ſufficit, quod abſens acceptet, & etiam hęredes abſentis poſſent acceptare, & illis acquiritur. Alex.conſ.92.Perſpectis. num.9. & ſeq. lib.6.

72 Reſtringe ſecus eſſe in actionibus, & obligationibus. Fulgo.d.conſ.131.col.2.ver.illud autem expeditum, & d.conſ.232.col.1.circa fin.

73 Limita in parentibus, quia acquirunt filijs in poteſtate abſentibus ſine ceſſione. Fulgoſ. conſil. 131.Quidam ſer Secretus, in princ. Angel. Areti. conſ. 64. Quoad primum, in princ.

74 Extende, quia imo etiam mater, quæ non habet in poteſtate, poteſt acquirere ſibi, & filijs, & deſcendentibus, quando ſtipulatur mater ſuper re quæ futura eſt ſua, prout in emphyteuſi, plene Ang.Aret.conſ.64.Quoad primum, maxime n.10. & ſeq.verſ.ſed tamen his non obſtantibus, per totum, vbi tollit contraria.

75 Extende, quia pater etiam in aduentitijs, in quibus ſibi non acquiritur vſusfructus, prout eſt in donatione facta à marito propter nuptias, acquirit filiæ ſuę ſine alia ceſsione, quando conſtat, quod eidem vti filię, non autem vti

extraneæ perſonæ, veluti acquirere,& dicitur voluiſſe filiæ acquirere, ſi eidem vti filię nominatę acquirat. Alex.conſ.31.Viſo themate.num. 14.in fi.cum ſeq.ver.vltimo non obſtat.lib.6.& ibi apoſtill.citat eundem Alex.conſ.26.lib.5.

76 Reſtringe, vt non procedat quando filij non ſunt in poteſtate, quia neque tunc parentes acquirunt filijs abſentibus. Fulgoſ.dicto conſil.131. in princip.

77 Declara, quia in perſonali actione quęrenda non poteſt acquiri per eum,qui non habet in poteſtate,in reali vero actione diſtinguitur, quia etiam pater poteſt acquirere pro deſcēdentibus ſuper re ſua, vel futura ſua, prout in emphyteuſi, pro re vero aliena,&nō futura ſua nōacquiritur, niſi habeat in poteſtate.plene Ang. Aret. d.conſ. 64.Quoad primum.num.10.& ſeq.ver. ſed tamen & plenius.num.17.in fi.& nu.18.ver. non obſtant allegata.

78 Declara reſtrictionem niſi filij poſtea eſſent hęredes, quia licet non eſſent in poteſtate illis abſentibus acquiritur ſine ceſſione. Fulgoſ.d.conſ. 131.nu.1.ver.nec officit.

79 Limita, quia alteri per alterum acquiritur per nuncium, quando contractus non celebratur verbis, prout ſtipulatio, quia ſi de commiſſione obligantis promittentis,vel paciſcentis,nuncius interuenit, acquiritur abſenti poſt notitiam factam per nuncium,& acceptationem. Caſtrenſ. conſilio 342.numero 2.verſic.tertio dicitur. libro ſecundo.

80 Limita quando procurator ſtipulatur Domino ſuper re Domini,videlicet remDomini eidem Domino reſtitui,quia acquirit Domino ſine ceſſione.Alex.conſ.13.num.11.in fine verſ.niſi in caſibus.lib.1.

81 Limita, quia in ſtipulatione notarij acquiritur abſenti ſine ceſsione quando poſsidet, quæ exceptio non requirit ceſsionem, ſicut actio. Ancharan.conſilio 261. Videtur prima, circa med.ver. ex qua ſtipulatione, & quod ius excipiendi tranſeat ſine ceſsione. Ioann. de Imol. conſilio 128. numero 3.

82 Extende,quia Notarius tanquam publica perſona acquirit pro abſente abſque alia ceſsione, * communem,& magis veram,& communem * dicit. Alexand. conſilio 31. Viſo themate. column. penult.numero 16. verſic.fuit etiam vltra prędicta.lib.6.

83 Declara totam iſtam materiam, quia opinio antiquorum omnium vſque ad Paulum de Caſtro fuit, quod Notarius tanquam publica perſona acquirat abſenti, & ignoranti abſque alia ceſsione.Paul. de Caſtr.& moderni (excepto Decio)tenent,quod non acquirat, niſi ipſe abſens, cui acquiritur re integra ratum habeat, & hanc * hodie eſſe magis * communem, dicit apoſtill. plena ad Alexand. dicto conſilio 31. column. penul.nu.16.lib.6.in ver. vtilis, quę citat pro vtraque opinione plurimos.

84 Limita igitur in hæredibus, quia quilibet poteſt acquirere hæredibus ſuis abſentibus ſine alia ceſsione.Fulgoſ.conſ.131.in princip. ver.nec officit.

85 Limita in Iudice circa ſubditos ſuæ iuriſdictioni,quia illis abſentibus acquirit,plene Bar.in ſua quæſt.14.Iudex maleficiorum.ver. contra in fi.in octauo argumento: vbi quod propterea factum Iudicis quoad multa dicitur factum partis.

86 Limita fauore dotis, quia verba enunciatiua probant dotem pro muliere abſente. Bart. conſ. 123.lib.1. vbi concord.annotaui, & dicit Bartol. quod procedit in omni materia pro dote, vt acquiratur mulieri abſenti. Ioann.de Imol.conſilio 46.in princ.

87 Extende,quia tam coniunctus,quam extraneus ſtipulādo dotem mulieri eidem acquirit ſine ceſsione fauore dotis.Alex.conſ.13.ex his,quę num. 10.& ſeq.ver.nunc capio ſecundum. lib.1. Ioann. de Imol.conſ.46.

88 Reſtringe, quia non habet locum ad fauorem mariti,ideo extraneus, qui ſtipulatur marito,illi * non acquirit ſine ceſsione,ſecundum*cōmunem, de qua Alex.d.conſ.13.n.11.ver.tamen locū.lib.1.

Vide.Abſenti non acquiritur niſi per nuncium vel epiſtolam.Concluſ.38.

Vide.Stipulari alteri per alterum quando poſſit.Concluſ.704.

Vide. Empcio facta pro perſona nominanda cui acquiratur,vel non.Concl.132.& concluſ.proxima ibi ſeq.

Vide plene Ant.Gab.li.3.tit.de ver.obl.concl. 1.Stipulari alteri non poteſt.

Acquirere nolle, & alienare ſunt diuerſa. Concluſ. CDXLI.

1 NOTANDVM acquirere,quod poteſt,non dicitur alienare.l.ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres.ff.de donat.int.vi.& vx. quia non acquirendo non fit pauperior,alienando vero ſecus eſt. Vide.Aliud eſt vēditio.Concl.310.maxime n.38.

2 Et diuerſa ſunt refutare, & alienare, quia minus eſt refutare. Iaſ.in l.legatū.n.20. ff. de leg.1. plene Caſtren. conſ.171.In caſu prędenti,n. 1.lib. 2.Caſtren.conſ.419.Viſo puncto,in princ.ver.nec obſtat ei,lib.2. vbi quod repudiatio non eſt donatio,neque requirit inſinuationem, neque ex ea transfertur dominium.

Vide. Repudiatio quid ſit.Conci 202.in princ.

3 Et ideo maritus, qui vxori donare non poteſt, imo nec eam liberare ab eo,quod ſibi debet. d.l. ſi ſponſus.§.ſi maritus.il 1.ff.de donat.int. vir. & vxor.non prohibetur nolle acquirere in prædiudicium vxoris, & vt vxori tanquam ſubſtitutæ acquiratur.

4 Amplia generaliter,quia vbi non agitur de diminuendo patrimonio non habet locum titulus, quæ in fraudem credit.&c. Ideo qui non vult acquirere nō fraudat,ita Deci.conſ.260. Quæritur, per totum.num.1.verſ. ſed tamen prædictis non obſtantibus. Socin.Iun.conſ. 124. in princ. lib. 3. plene Iaſ.qui reddit rationem,Inſtit.de action. §. item ſi quis in fraudem.nu.121. ver.aliud,cum ſeq.per tex.clarum in l.qui autem.ff.quæ in frau. credit.in princ.

5 Amplia,quia Prælatus Eccleſiæ, & minor, licet non poſſint alienare ſine decreto, & ſolemnitatibus,tamen poſſunt repudiare hereditatem, & legatum non agnitum,& nolle acquirere ſine ſolemnitate.Feder.de Sen.cōſ.9.Caſus talis eſt:vbi tamen, quod poteſt agi contra Prælatum negligentem acquirere.Card.Zabar.conſ.89.per tot.

Vide.

Digitized by Google

Vide. Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita regulariter. Concluſione 273.num.58. & ſeq. vbi pro vtraque parte.

6 Amplia, quia reſignatio beneficij acquiſiti non poteſt fieri, niſi in manibus ſuperioris, quia licet alias beneficiatus non dimittatur à ſe ipſo liber, tamen in beneficio collato abſenti, & non acceptato, vel alias acquirendo ſufficit ſimplex repudiatio ſine ſuperiore. Feder.d.conſ.9.in fine.verſ. ſimile eſt.

7 Amplia, quia pater hæres poteſt rogatus reſtituere hæreditatem filio ſuo, poſt mortem, illam ſtatim reſtituere, non retenta Trebellianica, nec dicitur in fraudem creditorum alienare. Iaſ.plene in §. item ſi quis in fraudem, Inſtit. de action.vbi à numero 120. vſque in finem, multa adducit.

8 Amplia, quia ius quærendum facilius remittitur, quam ius iam quæſitum. Feder.de Sen.conſ. 247. circa fin. vbi limitat in iure viſitationis, & quartæ Epiſcopalis, quia neutrum poteſt per Epiſcopum remitti, ſiue ſit iam acquiſitum, ſiue acquirendum.

9 Amplia, quia frater excludens ſororem ex ſtatuto poteſt in præiudicium creditorum renunciare ſtatuto, vt ſoror ſecum ſuccedat. Rolan. à Vall.de lucr.dot.queſt.40.num.10.vbi alia exempla allegat.

10 Extende, quia mater, cui delata eſt hereditas filij maſculi, ſi vult quod ſibi fœmina filia excluſa ab hæreditate fratris tanquam dotata non ſuccedat, poteſt repudiare, & nolle acceptare hæreditatem filij, & fratris reſpectiue ſibi delatam, nec propterea dicitur fraudari filia, ſi mater non vult acquirere. Bald.conſ.157. Titius habens, in fin. lib.5.

11 Amplia, quia debitor, cui eſt factum legatum, vel relicta hæreditas, poteſt nolle acquirere in præiudicium creditorum ſuorum, & non dicitur fraudare. l.qui autem, in princ. ff. de his, quę in fraud.credit. in princip. l.1.§.vtrum. ff.ſi quid in fraud. credit. Caſtrenſ. conſ.135. Dubium facit, in princip. lib. 1.

12 Et quod legatum non acceptatum poſſit repudiari etiam per hæredem legatarij in præiudicium creditorum legatarij, per d. l. qui autem. §.ſed & illud.ff.quę in fraud.creditor.l.ſi mihi, & tibi.ff.de legat.1.tradunt ibi Bart. Caſtrenſ. Alexand.Soci.& Iaſ.& reſpondent ad contraria. Alexand.conſ. 113. libro 3. quod duplicatur. conſil. 132. libro 6.

13 Contrarium in hęrede legatarij tenent Dyn.& Angel. d. l. qui autem, vbi etiam Cuman. & Caſtrenſ. in lect.Bononien.& apoſtil. ad Alexand. d. conſil.113. lib.3.

14 Declara, quia hoc vltimum de debitore non procedit, quando creditor habet hypothecam, prout nec contra Fiſcum, quia habet tacitam hypothecam. Petr. Ancharan.conſ.101.Ex prædicto themate.num.12.vſque in fin. Socin. conſ. 76. lib.4. quod eſt Franci.Papi.Neguſ.de pignor. in 4.par.num.55.

15 Contrarium, quod imo etiam ſi habeant creditores hypothecam, non poſſint conquęri, ſi debitor non vult acquirere.Socin.Iun. d.conſ.124. per totum. lib. 3.vbi reprobat Ancharan. Franc.deciſ. Neapol.101.per totam, & eſt ratio ſecundum Pariſ.conſ.127.num.26.lib.1. quia licet in hypotheca generali veniant bona præſentia, & futura, non tamen bona, in quibus habet debitor ſpem de præſenti, niſi exprimatur. Angel. Aret.conſil. 56. In cauſa, in princ.

16 Declara, quia conſil.Anchar. procedit quando ius eſt quæſitum, vel ſub conditione quęrendum, ſecus ſi repudiatio fiat ante acquiſitionem, & quærendum ſit ex vltima voluntate, quia donec teſtator, vel hęres viuit poteſt repudiari, quia ius adeundi non eſt in bonis noſtris, ita Franc.d. deciſ.101.per totam, maxime num.29. & ſequent. Socin.d.conſ.124.lib.3.num.13.melius Bero.conſ. 43.per totum.lib.1.vbi ſi ius eſt delatum, ſed non acceptatum procedit opinio Anchar. ſi vero non eſt delatum, neque acceptatum, procedit contrarium, & quia licet veniant bona futura in hypotheca generali. l.fin. C.quæ res pignor.oblig. poſſ.tamen id intelligitur poſtquam erunt quęſita. Socin.Iun.d.conſ.124.num.13.lib.3. Pariſ.d.conſ. 127.num.26.lib.1.

17 Et idem etiam in acquirendis ex contractu, vel ſtatuto, quia dum eſt incertum, an ſint quærenda, vel non, poteſt renunciari, prout in lucro dotis. Socin.dicto conſ.124.per totum, vbi in princ.de communi, * & num.3. allegat Neguſ.de pign. in 4.part.n.67.mihi eſt.num.41.

18 Declarat Angel. Aret.conſ.56. In cauſa illius, in princ.verſ.nec obſtat, quod nouiter dicitur, vbi quod ſi acquiſitio eſt ex cauſa lucratiua, poteſt non acquirere etiam in præiudicium creditorum habentium hypothecam, ſecus ſi acquiſitio eſſet ex cauſa onerosa.

19 Reſtringe Florentiæ in hæreditatibus mulierũ, quę cenſentur aditę ad beneficiũ creditorũ vigore legis municipalis mercatorũ, & legis de an. 1496.

20 Amplia, quia debitor poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam in præiudicium creditorum, nec eſt, quod illi poſsit imputari. Surd. plene conſ.300.num.17.& ſequen. vbi quod poteſt præiudicare creditoribus, etiam ſi ſit Fiſcus, vel Eccleſia.

21 Extende etiam in præiudicium Fiſci.Nellus de S.Geminiano in tractat.bannit. in 1.part.ſecund. tempor.q.30.in fin. vbi late ſequitur Boſſ. de bonor. public.n.29. Surd.conſ.300.n.19.

22 Extende, quia filij, quorum contemplatione mater prohibetur alienare ex forma ſtatuti, ſi ipſi conſentiant, valebit alienatio, nec creditores filiorum poſſunt conquęri de conſenſu in acquirendis. Caſtrenſ.conſ.198.Notandum primo. num.4. libro 1.

23 Extende, quia pater, qui habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, vel dote matris, poteſt antequam filius adiuerit hęreditatem matris, & etiam poſtquam adiuit renunciare dicto vſufructui, & nolle acquirere, nec creditores poſſunt conquęri. Caſtrenſ. conſil.135. Dubium facit. libro 1.in princ.

24 Amplia, quia mulier, quæ vigore ſtatuti non poteſt conſtante matrimonio alienare, vel donare bona extradotalia, poteſt renunciare, & donare bona ſibi donata, ſed non acceptata, quia ſtatutum odioſum non habet locum in quærendis. Io.de Imol.conſ.74.In caſu præmiſſo.

25 Extende in filia repudiante hęreditatem patris & matris cum iuramento, quia valet ex quo non minuit patrimonium ſuum, ſed non vult augere. Caſtr.conſ.419.Viſo puncto, in princ.lib.2.

Amplia,

Digitized by Google

26 Amplia, quia maritus poteſt repudiare pactum lucri dotis, etiam ſi proueniat à ſtatuto, & non dicitur fraudare creditores. Socin. Iun. conſ. 109. per totum. libro tertio, vbi num. 5. dicit, quod hęc opinio non habet contradictorem. Pariſ. plene, qui alios citat conſ. 127. lib. 1. plenius Dec. conſ. 260. Superioribus, per totum, vbi dicit, quod quando non agitur de diminutione patrimonij, creditores non dicuntur fraudari. Curt. Iun. conſ. 47. num. 7. vbi plura, & Socin. Sen. conſ. 114. num. 8. lib 1. vbi adducit plures text. hoc probantes, plene Socin. Sen. conſ. 114. libro 1. per totum. Rolan. à Vall. de lucro dotis. quæſtione 40. per totam.

27 Extende, etiam ſi ſtatuto non poſſit renunciari. Pariſ. d. conſ. 127. libro 1. Socin. Iun. conſ. 109. num. 4. lib. 3.

28 Amplia, quia legatarius poteſt repudiare legatum in pręiudicium creditorum. Alexan. conſ. 113. Pro deciſione, in princ. & per totam. Rol. à Vall. de lucro dot. quæſt. 40. num. 9. & eſt text. in dicta l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. Caſtrenſ. conſil. 135. in princip. ver. plus videtur. libro 1. vbi ſi repudiat antequam acceptauerit legatum, licet quęratur abſenti, & ignoranti; tamen ſi non acceptauit, fingitur nunquam acquiſiuiſſe.

29 Extende, vt etiam hæres hæredis, vel legatarij poſſit repudiare hæreditatem, & legatum in pręiudicium tertij, & creditorum. Alex. d. conſ. 113. num. 5. & ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 300. per totum. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 109. lib. 3.

30 Contra extenſionem tenet apoſtill. ad Alex. d. conſ. 113. in ver. Inutile. libro 3. Socin. Iun. conſil. 109. in fine. lib. 3. ſequitur Phanuc. de lucro dot. gloſ. 8. num. 21.

31 Declara, quia etiam hæres hæredis, & legatarij repudiat, quando eſt repudiatio ad ſui commodum, alias ſecus, vt per Alexan. d. conſ. 113. num. 6. & ſeq. lib. 3 ita etiam Surd. conſ. 300. num. 11. & ſeq. per totum.

32 Amplia, quia in pręiudicium Fiſci bannitus poteſt nolle acquirere hæreditatem ſibi delatam, & Fiſcus non poteſt conquæri. l. qui autem. ff. de his, quæ in fraud. credit. cum quo text. concord. l. cum quidam. ff. de iur. Fiſci; plures citat ad hoc Boſſ. de bonor. public. plene Surd. conſ. 300. num. 19. allegat plures, maxime Cephal. conſ. 321. per tot. Natt. conſ. 472. num. 12.

33 Contrarium tenet text. in l. in fraudem. ff. de iur. Fiſci, vbi quod etiam in quærendis ſit fraus Fiſco.

34 Declara, quia in debitore Fiſci iam condemnato procedit contrarium, quia non poteſt non acquirere; in condemnando vero ſecus eſt, quia poteſt ante repudiare. ita Bart. dicta l. in fraudem. ff. de iur. Fiſci, & ſequitur Boſſ. d. praxi. tit. de bonor. public. nu. 29. in fin. & ita loquitur Nellus in 1. part. ſecundi tempor. quęſt. 30. vbi in fin. quod poteſt repudiare.

35 Contrarium tenet idem Boſſ. tit. de his, quib. vt indign. num. 18. vbi quod non poteſt renunciare, quia in fraudem præſumitur renunciare, ſed ſi moriatur infra tempus renunciatio præiudicat Fiſco; ſecus autem ſi poſt tempus adeundi.

36 Declara, quia ſi bannitus ipſo iure poſt delictum priuatur ſucceſſione, habet locum ſucceſſio proximiorum, tanquam ſucceſſio ſit non ſcripta. Alex. conſ. 202. num. 3. lib. 6. verſ. tamen præmiſſis.

37 Limita in acquiſitis, quia non poteſt debitor repudiare in præiudicium creditorum, etiam ſi eſſet vſusfructus quęſitus. l. vel ei. §. geſta, vbi gloſ. ff. quę in fraud. credit.

38 Contrarium tenet Caſtrenſ. conſ. 135. Dubium facit. in princip. lib. 1. vbi dicitur, quod acquiritur patri vſusfructus in bonis aduentitijs filij, etiam ſi ignorat, prout legatario, & ſi repudiat ante acceptationem fingitur non acquiſiuiſſe vnquam, & ideo poteſt repudiare, & accreſcet filijs, Caſtrenſ. d. conſ. 135. in princ. ver. plus videtur. lib. 1.

39 Declara, quia quęſita perfecte prout legatum, & vſusfructus, quæ acquiruntur abſenti, & ignoranti reuocabiliter, ſi ſemel ſunt acceptata, non poſſunt repudiari. Caſtrenſ. d. conſ. 135. in princ. verſ. plus videtur. lib. 1.

40 Acquiſiuiſſe dicitur pater vſumfructum, ſi poſtquam delatus eſt, prout in legato donat illum alicui, quia donatio, & alij contractus, qui inducunt dominij tranſlationem, operantur acceptationem prius factam in neceſſarium antecedens. Caſtrenſ. d. conſ. 135. in princ. verſ. donatio vero. lib. 1.

Vide. Conſequens preſupponit ſuum neceſſarium antecedens, & è conuerſo. Concluſione 757.

41 Limita, quia hęreditas delata delinquenti venit in confiſcatione, ideo ius adeundi tranſit in Fiſcum, ſi materia eſt tranſmiſsibilis, alias ſecus. Clar. §. fin. quęſt. 78. num. 25. verſ. ſæpe contingit, vbi dicit * communem.

42 Declara, quia ſicut bona quęſita ante condemnationem veniunt in confiſcatione, ita ius adeundi cauſatum ante condemnationem venit; poſt condemnationem vero ſicut bona quæſita non veniunt, ita neque ius adeundi venit. Clar. dicto §. final. quęſtione 78. num. 24. verſ. vlterius quęro.

43 Et hęc repudiatio, ſeu non acquiſitio non valeret, ſi eſſet facta per actum merę repudiationis, ſed debet fieri per pactum, quia iuri de futuro non renunciatur, niſi per pactum. Socin. Iun. conſ. 109. in princ. verſ. & non dicimus. lib. 3. ſequitur Franc. de lucro dot. gloſ. 8. num. 22. & eſt communis * opinio, vt per Curt. Iun. in l. 1. C. de pact. n. 36. ver. ſecundum principalem.

Vide. Renunciare iuri de futuro quis non poteſt, & quando ſecus. Concluſ. 172.

44 Extende, quia non valet repudiatio facta per eum, cui facienda eſt reſtitutio hæreditatis in caſu mortis hęredis, quando iam adiuerat, quia ex quo nata erat actio perſonalis inter eos, non ſufficit repudiare in abſentia grauati etiam in iudicio, niſi adſit nuncius, vel epiſtola, aut Iudex acceptauerit pro abſente, quia non applicatur terminus repudiationis, niſi ad ea, quæ pendent ex ſolo conſenſu repudiantis. Caſtrenſ. plene conſ. 393. Vt attingamus. num. 2. verſ. pro cuius intellectu. lib. 1.

45 Vide tamen Deci. dicta l. prima. num. 25. verſ. in ſecundo membro. C. de pact. qui impugnat. Caſtrenſ. quoque in conſ. 135. in princ. lib. 1. loquitur in iure nondum quæſito, quod poteſt repudiari.

46 Sufficit autem, quod fiat renunciatio Titio abſenti,

Digitized by Google

ſenti,& Notario pro eo ſtipulanti, quia ea ſubſequuta ratificatione,ſeu acceptatione Titij valet in vim pacti. Socin. Iun.dicto conſil. 109. nu. 2. libro 3.

47 Et multo magis ſi fiat renunciatio Titio præſenti,quia præſumitur intelligere , & acceptare, & valet in vim pacti,& idē ſi fiat in iudicio.Soci. Sen. conſ. 114. Viſo teſtamento Dominę Marianę.lib.1.in prin.& n.6.& communem*dicit Curt. Iun.d.l.2. nu. 38. quia præſentia , licet multi teneant contrarium.C.de pact.

Vide . Præſentia quando requirat acceptationem.Concluſ.601.

48 Imo ſi per epiſtolam fiat renunciatio iuri de futuro,valet per receptionem epiſtolę in vim pacti,plene Pariſ.d.conſ.127.lib.1.nu.27. & ſeq.vbi * num.28.dicit*communem.Caſtren.conſ.393.nu. 2.ver.pro cuius intellectu.lib.1. vbi quod ſufficit nuncius,vel epiſtola.

49 Et quando eſt geminata renunciatio facta abſenti,valet in vim pacti ob geminationem. Pariſ. d.conſ.127.nu.37.lib.1.Curt.Iun.d.l.1.n.44.& 45. C.de pact.

50 Declara , quia procedit ſi geminatio ſit ſeparata temporis interuallo. Purpur. dicta l.1.num. 65.C. de pactis.

51 Idem ſi fiat in iudicio,quãdo Iudex eſt præſens, & acceptat,alias non. Curt. Iun. in l.1. num.42. & ſequen. C. de pact. Caſtrenſ. conſ. 393. num. 2. column. 2. circa fin. verſic. nec obſtat ſi dicatur.lib.1.

52 Idem ſi fiat adhibito iuramento ſuper iure de futuro renunciato,alias ſecus.Cur.Iun.d. l. num. 44. & ſeq.C.de pact.

53 Contrarium Deci.d.l.1.num.27.C.de pa.

Acquirere quid ſit , & acquiſitum quot modis dicatur ex prouidentia maiorum . Concluſ. CDXLII.

1 ACQVIRERE proprie eſt titulo lucratiuo, vel ex induſtria acquirere , quia acquirens ex re ſua permutata , vel diſtracta proprie non acquirit. Petr.Anchanconſ.102. Quæſtio eſt talis.nu.9.ver.vltimo conſiderandum .

2 Acquiſita,& conqueſta ex propria induſtria , & labore,quæ dicũtur,cõqueſta ſunt propriè illa, quę quis acquirit ex contractu oneroſo , prout ex ſocietate, ex locato, conducto , ex empto , & ſimilibus;acquiſita vero ex teſtamento,vel ex donato non dicuntur conqueſta , quia ſunt ex titulo gratuito. Aegid. Bellam.conſ.43. num. 1. & 2. vbi nu.2.dicit. quod propterea non poteſt renunciari alimentis ex teſtamento ſine decreto Iudicis,quia de facili quis renunciat acquiſitis ex lucro, ſecus ſi ex contractu inter viuos.l.cum hi.§. 2.ff.de tranſact.

3 Extende , vt procedat etiam in caſu mixto, quia ſi Imperator acquiſiuit multas Ciuitates, & loca per vim , & ſic ex conqueſtu , aliquas vero ſponte recepit,quia ſe dederunt,dicuntur tamen omnes ex conqueſtu,vt per Io. Fabr. in proœ. Inſtit.quem ſequitur Aegid.Bellam. conſ. 43.nu. 2. ver.confirmatur .

4 Extende in fœudo paterno, quod pater decrepitus renunciat filijs ſuis , & Dominus facit nouam inueſtituram,quia dicitur nihilominus antiquum,cum attendatur id,quod eſt naturaliter, & non per accidens. Aegi.d.conſ.43.nu.2. & 3. ver. præterea .

5 Extende, quia ſi filia renunciat fratri hæreditatem paternam pro rata ſua,illud dicitur queſitum fratri ex conqueſtu,quia eſt ex contractu reciproco , prout ſi dotauit ſororem renuncianten . Aegid.dicto conſ.43.num.1.2.& 3. quod eſt D.Iuniani ..

6 Contrarium, & ſic eſt limitatio, ſeu reſtrictio quando ſorores renunciarunt , antequam adiuerint, quia ex quo portio ceſſa accreſcit portioni maſculorum,quibus eſt ceſſum,dicitur potius ex prouidentia, & ſucceſſione, quam ex conqueſtu. Aeg.Bella.conſ.43.n. 13.ver.ad aliud vſque in fi. quod eſt D.Io.de Armion.

7 Vtilitas poteſt eſſe,quia in multis locis prout Biſunti eſt conſuetudo , quod in conqueſtis ſuccedatur vno modo in paternis , & maternis alio modo,vt in d.conſ.Aegid. 43.in princ.

8 Pluribus modis dicitur acquiſitum ex prouidentia patris,vel aſcendentium , quandoque acquirens acquirit pro ſe,& filijs ſuis,vt filijs;quandoque , filijs , vt hæredibus ; quandoque vt filijs & hæredibus ſimul,ſeu hęrede vt filio;quandoque filio vti extraneo.Bal.conſ. 448. Primo conſiderandum eſt.lib. 3.in princ.

Vide . Emphyteuſis quando dicatur ex prouidentia maiorum , vel hæreditaria . Concluſione 175.

9 Primo caſu quando ſtipulatio eſt cõcepta pro filio vt filio,tunc acquirens nõ poteſt alienare in præiudiciũ filij , imo ſi alienaret acquiritur filio. Bal.qui loquitur in fœudo.conſ.337.In primis videndum,circa fi.n.18.ver. reſtat vnum. lib. 1.

Vide . Emphyteuſis Eccleſiaſtica an tranſeat ad filios non hęredes.Concl.159.

10 Secundo caſu quãdo ſtipulatio eſt cõcepta pro filio vt hęrede, tunc emphyteuſis poteſt alienari per acquirentem.Bal.d.conſ.337. in fi. ver.reſtat lib.1.Alex.conſ.28.In cauſa, & lite, in princ. nu. 2. & 3.ver.ſtante itaque.lib.5. vbi num. 16. dicit * * communem .

11 Tertio caſu quãdo eſt cõcepta ſtipulatio,pro filio,vt filio,& hęrede ſimul,tũc neceſſe eſt quod cõcurrat vtrunq;quod ſit filius,& hęres vniuerſalis, & ideo filia excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis , licet in re certa pro legitima debeat inſtitui, tamen nõ ſuccedit ex hac ſtipulatione ſtãtibus maſculis . Baldus conſilio 448. Primo conſiderandũ. libro tertio : vbi loquitur in emphyteuſi recepta per patrem pro ſe , & filijs ſuis , & hęredibus, vt fœmina non admittatur , quæ non eſt hæres vniuerſalis.

Vide.Fœudum hæreditarium quando dicatur. Concluſ.157.

12 Quarto caſu quando ſtipulatio eſt concepta pro filio,vt extraneo , quia in his , quia ſunt traſmiſſibilia ad extraneos non conſideratur filiatio. Bald. dicto conſilio 448. Conſiderandum eſt in princ.lib.3.

Quinto

Digitized by Google

13 Quinto caſu quando ſtipulatio eſt facta ſimpliciter non expreſſo, an filio, vt filio, neque filio vti hæredi, neque vti filio, & hęredi ſimul, neque vti extraneo, & tunc ſi ſumus in fęudo, vel materia tranſmiſsibili, cenſetur vti hæredi, alias ſecus Bald. dicto conſilio 337. in fine. verſicul. reſtat vnum. lib. 1.

Vide, & declara, vt in ver. Fęudum pro ſe, & filijs, an etiam pro hęredibus. Conc. 158. n. 3. & ſeq.

Acquiſiuiſſe an quis in dubio præſumatur de ſuo, vel de alieno. Concluſ. CDXLIII.

1 NEGOCIATVS geſtor priuati diues factus non preſumitur ditatus de alieno, quod habuit in adminiſtrationem. Bald. conſ. 449. Iſta eſt ſubtilis, in fi. lib. 2.

2 Et iſta eſt regula, quod adminiſtrator rei alienæ non preſumitur acquiſiuiſſe de bonis eius, cuius fuit adminiſtrator, niſi adſint præſumptiones in contrarium. Alex. conſ. 82. Perſpectis. num. 14. ver. & regulariter. lib. 2. & agens probare hoc debet contra poſsidentem.

Vide. Adminiſtrator de quibus acquiſiuiſſe. Concluſ. 212.

3 Amplia, quia Hoſpitalarius habens de ſuo proprio, ſi acquirat, preſumitur de ſuo acquirere, non de bonis hoſpitalis, niſi probetur. Bald. conſ. 7. Viſis teſtamentis. num. 2. verſ. proponitur etiam. lib. 4.

4 Extende, vt procedat etiam ſi Hoſpitalarius carceratus pro fideiuſsione, vel alia cauſa ſoluat aliquid, quia præſumitur de ſuo, non de pecunia hoſpitalis ſoluiſſe. Bald. d. conſ. 7. in fi. lib. 4.

5 Amplia, quia coheres, qui adminiſtrauit bona communia non preſumitur acquiſiuiſſe ex bonis communibus, ſed ex ſua parte maxime ſi reddidit rationem ſocio. Caſtren. conſ. 397. Premittenda ſunt, in fin. verſic. ſuper eo vero. lib. 1. vbi quod præſumeretur furtum feciſſe, quod eſt alienum à preſumptione.

Vide Maſcar. concluſ. 31. Acquiſita per fratrem cum alijs fratribus, vbi ponit regulam, quod de communi præſumatur acquiſiuiſſe, niſi aliunde habuerit vltra communia bona.

6 Amplia, quia ſocius, qui ante ſocietatem habet proprium patrimonium, ſi poſt factam ſocietatem cum aliquo acquirat, præſumitur acquiſiuiſſe de ſuo, non de communi in ſocietate. Rom. conſ. 346. In hac cauſa. nu. 16. ver. quoad octauum: vbi apoſtill. in ver. propria. Idem Rom. conſ. 274. Dicta mater: vbi apoſtil. magna in ver. preſumantur, dat plurimos concord.

7 Extende, quia etiam ſi non haberet proprium patrimonium, ſed eſſet homo induſtrioſus, quia non preſumitur de adminiſtratis, vel ſocialibus acquirere, ſed de ſua induſtria. Roma. d. conſ. 274. in fi. & conſ. 346. nu. 16. ver. vel etiam.

8 Extende, vt procedat etiam in filio ſocij adminiſtratoris, quia ſi negociauit nomine ſuo pecunias patris debitas ex adminiſtratione, tenetur reſtituere, & cum nihil proprij haberet, preſumitur ex pecunia patris, & conſequenter ex debito ſocietatis acquiſiuiſſe. Alex. conſ. 13. Circa primum, in fi. ver. circa quintum. lib. 3.

9 Reſtringe ſi conſtat adminiſtratorem, vel ſocium nihil habuiſſe ante adminiſtrationem, ſeu ſocietatem, neque conſtat de induſtria, neq. quod in alio ſe exercuerit, quia præſumitur de adminiſtratis, vel ſocialibus acquiſiuiſſe. Rom. d. con. 274. & plenius conſil. 346. vbi apoſtill. in ver. ſocietatis, dat concord.

10 Declara, vt quod dicitur de adminiſtratore, & ſocio habeat locum in hęrede, & fideicommiſſario, quia ſi in hęreditate erant pecuniæ, & hæres fideicommiſſarius de ſuo nihil habebat, & factus eſt dives, & pecuniæ non extant amplius, præſumitur de hęreditate fideicommiſſaria acquiſiuiſſe, ſecus in caſu contrario. Roman. conſ. 276. num. 7. ver. quoad nonum.

11 Declara, quia non ſufficit, quod adminiſtrator pauper eſſet induſtrioſus habitu tantũ, ſed actu, vt de ſuo acquiſiuiſſe dicatur. Rom. d. conſ. 346. nu. 18. & ſeq. vſque in fin.

12 Amplia in tutore facto diuite, quia non preſumitur ex bonis pupilli acquiſiuiſſe. l. ſi defunctus. C. arbitr. tutel. Roma. conſ. 159. nu. 5. ver. nec huic membro refragatur: vbi tollit contraria, quia Clericus non poteſt negociari, & alij, qui propterea de alieno præſumuntur acquiuiſſe. Abb. conſ. 36. Circa primum. col. 2. in princip. lib. 2. allegat text. in l. ſi defunctus. C. arbitrar. tutel. plenius Roman. conſil. 346. in fin. verſ. neque aliquid in oppoſitum: vbi quod ſufficit, quod tutor, licet nihil haberet, tamen eſſet induſtrioſus habitu, & actu.

13 Extende, quia procedit etiam in matre paupere facta diuite poſt adminiſtrationẽ tutelę filiorũ, vt de ſuo preſumatur acquiſiuiſſe, non de bonis filiorum, plene Alex. conſ. 62. Sereniſsimus. nu. 13. & ſeq. ver. ſed nunc. lib. 4. vbi pro vtraque opinione, & hanc tuetur, & eſt conſ. Franc. Cremenſis de Placentia.

14 Amplia in filio familias habente artificium, & patrem pauperem, quia præſumitur de ſuo artificio acquiſiuiſſe. Rom. d. conſ. 159. in fin. verſ. & ad hoc accedat.

Vide. Filius an præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis patris. Concl. 353.

15 Reſtringe, ſecus eſſe ſi pater eſſet dives, filius pauper, & nullam exerceret induſtriam. Roman. d. conſ. 346. n. 20. ver. quarto ad idem. Alex. conſ. 31. Viſo teſtamento. num. 5. & ſeq. verſ. quæritur etiam. lib. 4.

16 Imo, quod etiam in dubio filius acquirens, ſi non apparent coniecturæ, vnde acquiſiuerit, preſumatur ex bonis paternis acquiſiuiſſe, quando pater erat dives. Alex. d. conſ. 31. nu. 8. verſ. quod imo. lib. 4.

Amplia in officialibus Principis, quia de ſuo acquiſiuiſſe preſumuntur, vide Maſcard. concluſ. 216.

17 Limita in adminiſtratoribus publicis, qui preſumuntur ex publica adminiſtratione ditati. gl. in l. facultas. C. de iur. fiſci. lib. 10. Bald. d. conſil. 449. in fi. lib. 2. idem Bald. in l. ſi eum ſeruum. col. 3. ff. ſi cert. petat. Salycet. in l. final. C. de priuil. fiſci. Roman. conſil. 159. Super eo. num. 4. verſ. item facit.

18 Contrarium tenet Boſſ. titul. de fiſco, & priuil. eius.

Digitized by Google

eſus. nu. 51. vbi dicit falſiſsimam concluſionem,
* & quod communis * eſt in contrarium, allegat Deci. conſ. 6.

19 Declarat Rom. conſ. 346. In hac cauſa. col. fi. n. 19. vt procedat quando adminiſtrator Reipublicę non habebat aliquid ante adminiſtrationem, prout in Clerico, quia non exercent induſtriã iſti.

20 Declarat Deci. in d. conſ. 6. in fin. vt ſi exactor, vel officialis publicus tenetur ſtatim pecuniam exactam reſtituere, vel inueſtire in alijs rebus, lucrum non facit ſuum ex tali pecunia, ſi vero non tenetur inueſtire, vel reſtituere, ſecus eſt.

21 Extende limitationem in adminiſtratore Clerico, qui bona Eccleſię adminiſtrauit, quia pręſumitur de bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe. Deci. d. conſ. 6. num. 1.

Vide plene per Maſcar. concluſ. 161 Bancherius communis: vbi pro vtraque opinione diſtinguit, ſi eſt publicus, pręſumitur acquiſiuiſſe de publico, ſecus ſi priuatus eſt, maxime poſt redditam rationem, ante vero ſecus eſt.

Vide eundem Maſcar. concl. 212. vbi quod imo mater vidua adminiſtrans bona filiorum, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis filiorum, niſi doceat de contrario.

22 Limita in vxore, vel filia familias, quia de bonis mariti, vel patris præſumitur acquiſiuiſſe. Roman. d. conſ. 159. n. 3. col. 3. in prin. ver. facit quod dicimus, & plenius cõſ. 346. n. 17. ver. primo ex eo.

Vide. Vxor præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis mariti. Concluſ. 394.

Vide Maſcar. concluſ. 213. & 214.

23 Limita in concubina, quia præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis amaſij. Maſc. concl. 340. Concubina an præſumatur: vbi pro vtraq; parte allegat, & tuetur concluſionẽ verã quoad præſumptionẽ.

24 Limita in Clerico beneficiato, quando non habet patrimonium ante beneficium adeptum, neque induſtriam, quia præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, alias ſecus. Rom. d. conſ. 159. nu. 4. col. 2. ver. ego vero, & plenius conſ. 346. nu. 18. ver. ſecundo idem.

Vide. Bona per Prælatum acquiſita an ſint Eccleſiæ, vel hæredum. Concluſ. 112.

25 Limita in officiali Reipublicę, qui non habet patrimonium ante officium, ſeu magiſtratum, quia licet habeat induſtriam, tamen quia non poteſt negociari durante magiſtratu, ideo factus dies præſumitur ex magiſtratu, & de bonis Reipublicę acquiſiuiſſe. Rom. d. conſ. 346. num. 19. verſ. tertio quia, & ibi apoſtill. fin. dat concord. eundem Rom. conſ. 159. nu. 5.

26 Limita in adminiſtratore, etiam patre, vel ſocero, quia ſi adminiſtrat dotem nurus, vel rem filij liberam, & acquirat pro nuru, vel pro filio pręſumitur ex pecunia nurus, vel filij, cuius habet adminiſtrationem. Roman. conſ. 426. Negociorum. nu. 5. & ſeq. verſ. dum autem, vbi extendit, ſiue ſit pecunia peruenta ad manus ementis ad illum effectum, ſiue alias ab eo adminiſtretur.

27 Et idem eſt ſi ſoluit adminiſtrator pręſumitur ſoluiſſe de bonis adminiſtratis non de ſuo, & quando ſecus ſit. vide plene Maſc. concl. 53. Adminiſtrator ſoluens.

28 Declara pro quantitate pecuniæ ſufficientis ad emptionem, quia ſi non ſufficit, præſumitur reſiduum ex pecunia propria acquirentis. Rom. d. conſ. 426. num. 7. ver. & hęc vera.

Vide. Præſumitur quis acquiſiuiſſe de ſuo non de alieno. Concl. 628. & Concl. ibi prox. ſeq.

Vide plene per Maſcar. concl. ſua 1089. Pro negociatore pręſumendum.

Vide eundem Maſcar. concl. 31. An acquiſita per fratrẽ: vbi quod frater in communione acquirere pręſumitur de communi, & quando ſecus.

Arrharum datio quid operetur, & quando probetur datio arrarum in ſponſalibus. Concluſ. CDXLIV.

1 ARRHARVM datio eſt argumẽtum emptionis, & venditionis, ſed tamen non eſt modus tollendæ, vel inducendæ emptionis. Bald. conſ. 458. Quidam emit, in princ. lib. 1.

2 Extende, quia datio arrharum nõ facit deſinere rem eſſe integram, ideo ſi partes recedunt à contractu, recedunt etiam ab arrhis, quæ reſtitui debent, niſi ſint datę pro parte pretij, quia tunc res non eſt integra. Iaſ. in l. ab emptione. num. 4. ff. de pact.

3 Declara, quia ſi arrha datur pro parte pretij in cõtractibus, qui conſenſu perficiuntur, vel pretio, tunc cõtractus non poteſt reſcindi ſine cõſenſu amborum. Bal. conſ. 469. Tria dubia. num. 2. ver. ſuper ſecundo. lib. 2. quod duplicatur conſ. 370. lib. 4. vbi quod res non dicitur integra ſi interuenerũt arrhę, plene Iaſ. in l. ab emptione. n. 4. ff. de pactis: vbi quod communiter arrhę dãtur pro parte pretij, vt non poſſit recedi à contractu.

4 Et ideo Romæ extat ſtatutum. lib. 1. c. 112. per quod diſponitur, quod datio arrhæ in quolibet contractu perficiat emptionem, nec liberetur emptor volens arrham amittere, neque venditor volens duplicatam reſtituere.

5 Arrhæ perditio, an ſit pœna, vide Iaſ. in l. Titia. n. 20. ff. de ver. obl. vbi quod videtur eſſe pęna, ſed tamen differt in aliquo, quia pęna promittitur, arrhæ vero dantur. l. fi. C. de ſponſal.

Vide Concluſionem proximam ſeq.

Qualiter autem probetur datio arrharum in ſpõſalibus. Vide Maſcar. Concluſ. 129. quo pacto.

Arrha data quando perdatur, vel reſtituatur duplicata. Concluſ. CDXLV.

1 ARRHA poteſt dari pro matrimonio contrahendo, vt ſi non ſequatur matrimonium, reſtituatur duplicata (licet pœna non poſſit promitti) communem* dicit Feder. de Sen. conſ. 169.
* Domino Corrado, in princ. & per totum: vbi ponit rationem differentię.

2 Amplia, vt idem ſit etiam, ſi eſſent infantes, qui debent contrahere matrimonium, quia poteſt dari, & amittitur arrha. Feder. de Sen. conſ. 194. In dubijs, in princ. & in ſponſalibus, quod poſſit dari, & perdatur arrha. l. 1. C. de ſponſal. Bald. cõſil. 148. num. 12. lib. 1.

3 Amplia, vt valeat etiam datio pignoris pro arrhis, & amittatur, & reſtituatur arrha. Feder.

de

Digitized by Google

de Sen.d.conſ.194.circa fin.verſ.ſecus ſi à principio,& quod pignus poſſit dari pro arrha,eſt communis * opinio . Iaſ. in l. Titia. num.35. ff. de verb. oblig.

4 Extende,quia pignus,& arrha poteſt dari in re immobili,quia imo proprie pignus cadit in re immobili,& in ſpeciebus, ita Bald.& Salycet.in l. fi. C.de ſponſal.Imol.Cuman.Caſtrenſ. & Alex.in l. Titia. ff. de verb.oblig. quos ibi citat Iaſ. nu. 35. & communem * dicit Couar.in c.3,§.7.num.7.de * ſponſal.fol.167.

5 Contrarium Bart.in d.l.Titia.nu.2. & plenius nu.10. vbi quod non poteſt dari fundus,& ſpecies non multiplicabilis,quem ſequuntur Ant.de Butr. & Abb.in c.Gemma,de ſponſal.n.8.& tenent alij, quos Iaſ.d.l.Titia.num.12.& ſeq.ff.de verb.oblig. & quod pignus non poſſit dari, quia non redditur duplicatum, & claudicat contractus. Io. Brunell.tractat.de ſponſal.concluſ.16.declarat.4.numer. 6. & 7.

6 Declara,quia opinio Bart. procedit in ſpecie, vel re non multiplicabili,& quę non recipit extimationem,alias ſecus,quia ſi res recipit extimationem, poteſt recipere multiplicationem.Iaſ.d.l. Titia.nu.35.ff.de verb.oblig.

7 Amplia,quia valet confeſsio arrhæ receptæ pro matrimonio contrahendo, & reddi debet duplicata,ſi ſtat per recipientem,quia licet non probetur traditio, tamen ſufficit confeſsio.Bart.d.l.Titia.n.7.ver.item quid ſi altera.ff.de verb.obli.vbi Cuman.Aret.& Iaſ.qui iſtos citat,n.26.& 27.ver. * tene concluſionem.communem * dicit Coua.c.3. §.7.n.10.de ſponſal. fol.167.

8 Contrarium tenent Ang.Imol.& Caſtren,quos refert Iaſ.d.l.Titia.n.27.ff.de verb.obligat.qui dicunt allegata per Bart. non loqui in caſu, in quo vera traditio requiritur.

9 Declarat Iaſ. tribus modis.d.l.Titia.n.27. ff.de verb. oblig. & ſunt tres limitationes. Prima eſt, quando confeſsio eſſet reprobata ratione præſumptę fraudis.Secunda,quando lex vult poſſe opponi contra confeſsionem, vt in mutuo,& dote. Tertia, quando præſumitur ſimulatio.

10 Declara,quia ſi arrhæ non ſunt datę, ſed ſolum promiſſæ,non valet promiſsio. Bart.conſ.45.Vannes.lib.1.vbi apoſtill.in ver.& non datæ, quæ dat concordant.

11 Reſtringe,quando confeſsio eſſet reciproca arrharum,quia confiteor habuiſse cętum, & tu alia centum à me, quia reducitur ad nudã promiſsionem verbalẽ,quia perinde eſt,ac ſi nihil eſset ſolutũ.Bar.d.l.Titia.n.8.ff.de verb.obli. & alij, quos * Iaſ.ibi n.29.& ſeq.vbi n.31.dicit magis*cõmunẽ.

12 Contrarium Bald. & Caſtrenſ. quos idem Iaſ. cum alijs citat.d.l.Titia.nu.29. & ſeq.ver.contra iſtam deciſionem, vbi alios citat,& n.31.dicit opinionem Baldi magis ſubſtantialem.& eam ſequitur Couar.c.3.§.7.nu.8. de ſponſal.fol.167.

13 Declarat Cuma.vt procedat opinio Bald.quando arrha hinc inde datur in diuerſa ſpecie,vt Iaſ. ibi num.30. in fin.

14 Limita, quia pœna non poteſt promitti in ſponſalibus,& promiſsa non tenet.Bar.in l.Titia. ff.de verb.oblig.quia eſt impeditiua liberæ voluntatis in matrimonio.

Vide. Matrimonium debet eſse liberum,& voluntarium. Concluſ.133.

15 Declara,quia poteſt promitti,& ſtipulari inter * tertios,& valet ſecundum * communem,de qua Io.Brunel.de ſponſal.concluſ.16.declar.4. nu.6.

16 Limita, quia arrha non data pro matrimonio contrahendo,ſed ſolum promiſſa nõ committitur, neq;reſtituitur,quia cenſetur in fraudem vſurarũ, Feder de Sen.d.conſ.169.Domino Corrado. verſ. præterea,& circa fin.& conſ.194.nu.2.ver.tamen quia hodie,vbi dicit quod talia inſtrumenta exequerentur per Iudices ſeculares, niſi in foro Eccleſiaſtico inhibeantur, & quod ſi eſt promiſſa,nõ tradita nõ committatur.Bart.conſ.45.Vannes populi.lib.1.ſequitur Iaſ.qui alios citat in l.Titia.n. * 24.ff.de verb.oblig.vbi n.25.dicit * communem.

17 Contrarium Bald.in l. 2. in 7.queſt. C. quando liceat ab emptio.diſcedere,quem citat Iaſ.d.l.Titia.n.24.ff.de verb.oblig.

18 Limita, quia licet arrha data pro matrimonio contrahendo inter ſponſos,perdatur,vel reſtituatur duplicata,tamẽ ſecus eſt,ſi mitteretur libellus repudij de licentia Epiſcopi,quia tunc nõ perduntur arrhæ.Bal.conſ.148.In caſu propoſito,circa §. n.12.ver.nunc venio ad Capitulum.lib.1.vbi quã do Epiſcopus debeat dare hanc licentiã,vel non.

19 Limita,quia ſi non detur actu ipſa arrha,vel pignus,non valet,nec ſufficit ficta traditio per conſtitutum,& eſt ratio,quia pœna promittitur,quæ pro matrimonio prohibetur, quia impedit libertatem matrimonij, ſed arrha facto traditur, quæ inuitat ad matrimoniũ,& ratio differẽtię eſt,quia facilius aliquid promittitur,quã detur. vide Bar. d.l.Titia.n.4.vbi ponit differentiam inter arrhã,& pœnam.latius Iaſ.n.21.& ſeq.ff.de verb.oblig. vbi plures adducit rationes,& n.31.dicit quod opinio * Bart. eſt magis * communis,quod requiritur vera traditio,& non ſufficit conſtitutum,& quod requiratur traditio.Tiraq.de retract.conuen.§.7.n. 55.ſequitur Couar.c.3.§.7.n.10.de ſponſ.fol.167.

20 Contrarium,quod imo ſufficiat conſtitutum, tenet Bald.in l.2.in 7.q.C.quan.lice.ab emptio. diſced.Caſtr.in l.1.§.ſi rem.ff.depoſiti,quem ad hoc citat Tiraq. de conſtit.par.1.n.76.clarius in 3.p. limit.26.in fi.nam in depoſito,& pęnalibus requiritur vera traditio,prout in arrhis,& tamen ſufficit conſtitutum pro traditione,& hanc partem videtur tenere.Alex.& Iaſ.d.l.Titia.n.31.dum dicit, quod ſi confeſſio ſufficit, licet non ſit facta traditio, ergo ficta traditio ſufficit,prout Bart.tenet in * ſeq.ampliatione,& eſt communis * opinio, ergo ſibi contradicit.

21 Declara,quia ſi extat ſtatutum,& promiſſio ſit guarentigiata, quæ habeat exequutionem paratam, dabitur exequutio de iure Ciuili,licet ſecus ſit de iure Canonico per prædicta.

Aratro ſi ſubijciatur terra, qualiter redimi poſsit. Concluſ. CDXLVI.

1 VILLA ſuppoſita aratro dicitur morti deſtinata,ideo ſicuti licitum eſt cuicunq; redimere vitã,& ſanguinẽ pecunia,ita is,qui pro liberãda villa à tali pœna reperijt pecunias, non patitur pœnam aliquam,quia facit rem licitam.Signorol.conſ.158.Factum ſic ſe habet.

Vide. Tranſactio ſuper quibus fieri poſſit, vel non. Concluſ.347.

Arbitri,

Arbitri,& arbitratores esse qui possint, vel non Concluſ. CDXLVII.

1 ARBITER esse potest homo liber maior 25.annis,siue pater, siue filius familias,dũmodo compos mentis sit, etiam si esset infamis. Bart.in tract.de arbitr.in princ.

2 Amplia,quia Clericus potest esse arbiter,& arbitrator.l.non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbitr.Io.And.in addit.ad Spec.tit.de arbitr.§.post.

3 Restringe in sacerdote,quia non potest esse arbiter, in tantum quod si fiat compromissum in eum, quando est laicus,& pendente compromisso fiat sacerdos, expirat.d. l.non distinguemus. §. sacerdotio.ff.de arbitr.

4 Amplia in excommunicato,& bannito,quia valet laudum latum, & compromissum in eum factum si non superuenit bannum, vel excommunicatio post compromissum.Ias.in l.si quis arbitratu in 6. quæst. post Bart.ff.de verb.oblig. vbi dicit * magis * communem,sequitur apost.ad Bar.conſ. 17.lib.2.in ver.limita, in fin.

5 Restringe nisi bannum. & excommunicatio superuenerit post factum cõpromissum.Ias.vbi sup.

6 Restringe, quando laudum haberet exequutionem paratam, quia non valet latum ab excommunicato,vel bannito.Ias.vbi supra.

7 Amplia in deportato,quia licet non possit esse arbiter,vel Iudex, quia amittit ea, quæ sunt iuris ciuilis; tamen potest esse arbitrator.Bart.d.conſ. 17.n.3.ver.prȩterea video,quod deportati. lib.2. vbi apostill.in ver.arbitratores.

8 Amplia,quia infamis potest esse arbiter, & arbitrator.Bart.in d.tract.de arbitr. in princ. & in conſ.17. Viso quodam, in princ.lib.2. vbi quod si non potest esse arbiter,quia est ad instar iudiciorum, potest esse arbitrator.

9 Extende,quia Iudæus potest esse arbiter, & arbitrator. Bart.conſ.17. Viso quodam, in princ. & per totum.lib.2.

10 Declara, quia etiam si Iudęus non posset esse arbiter, tamen potest esse arbitrator sine dubio. Bar.d.conſ.17.in princ.vbi apostill.in ver.Iudęus.

11 Limita,quia monachus non potest esse arbiter vel arbitrator,quia non habet velle, neq; nolle,& habetur pro mortuo, ideo laudum ab eo latũ non valet. Anchar.conſ.fin.Primo eliciamus, in princ. vbi neque valet compromiſsum. Abb.in cap.quintauallis,in 6.different.de iur.iuran. Alex.conſ.80. Visis themate,in princ.lib.5.

12 Extende etiam in alijs religiosis, quia non possunt esse arbitri,gloſ.& Bart.in l.pędius.ff.de arbitr.sed bene poterunt esse arbitratores.Lanfran. de Orian.in tract.de arbitr.in cart.4.in 2.& 3.col. Ias.conſ.12.lib.1.Alex.conſ.80.lib.5.in princ. vbi * de* communi,nisi quando de licentia sui superioris eligeretur arbitrator, alias sine licentia non potest esse etiam pro bono pacis,& concordię.

13 Extende in fratre Ordinis Minorum, quia non habet participationem temporalium.Alex.conſil. 80.col.1.lib.5.vbi, quod non potest esse arbiter, neq; arbitrator,quia non est capax temporalium. etiam habentium pietatem admixtam. Ang.conſ. 343. Bald.conſi.313.lib.5.& apostill. ad Alexan. d.conſ.80. in ver.arbitrator, dat concordan.

14 Extende, quia ex quo frater Ordinis Minorum non potuit eligi laudum, & arbitramentum est nullum.Bald.conſ.343.lib.5. Alex.d.conſ.80.Visis themate, in princ.lib.5.

15 Declara,vt per Feli.in c.decernimus. de iudic.

16 Restringe, quia valet laudum latum à fratre Minore, quando partes cum iuramento promiserunt stare.& non opponere de nullitate, maxime si latum est,prȩsentibus partibus,late Corn.conſ. 2.lib.2.per totum.

17 Restringe nisi de licentia sui superioris.Anch. d.conſ.51.in prin.& num.6.ver.sed in contrarium, vbi quod potest esse arbitrator de licentia superioris, alias non. Alex.conſ.80.in princ.lib.5.vbi * dicit * communem.num.3.

18 Et quod monachus, seu frater Ordinis Minorum possit eligi in arbitratorem de licentia sui superioris. Bald.in l.si quis ex consensu.C.de Episc. audien. Corn.conſ.2.li.2.vbi quod licentia præsumitur, quando latum est partibus præsentibus. Ias.conſ.12.lib.1.

19 Restringe in Abbatibus monachis,quia possunt esse arbitri, & arbitratores,& valet compromissum in eis factum.Anchar.d.conſ.fin.nu.6.ver.sed in contrarium.

20 Restringe,etiam si monachus haberet administrationem,prout Prioratum, quia potest esse arbitrator. Anchar.d.conſ.fin.num.7.

21 Limita, quia sicut Iudex in causa propria esse non potest, ita neque arbiter. Franc. Aretin. conſil.14. Viso, & diligenter,num.9. ver. nec potest dici.

22 Extende, quia socius non potest esse arbiter in causa societatis, quia esset in causa propria. l. si de re sua.ff.de arbitr.

23 Restringe secus in arbitratore, prout est arbiter de iure, & de facto.gloſ.& Doctor. * in l.vnica.C.ne quis in sua causa.l. si libertus. la 2. C.de oper.libert.Ias.in l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdict. omn.Iudic.

24 Et quod possit quis in causa propria eligi arbitrator, sed non arbiter. Abb.conſ.116.Illud de iure.col.3.num.2.circa fin. versſ.vnde ponderando diligenter.lib.2.& plene Franc.Aretin. conſ.14.n. 9.ver.nec potest dici.

25 Declara, quod licet quis arbitrator possit esse in causa propria, tamen verba quamcunque liberam voluntatem denotantia isto casu important semper arbitrium boni viri propter suspicionem, cum iudicet in causa propria, vnde semper erit locus reductioni,ac si essent verba importantia arbitrium boni viri.Franc.Aret.d.conſ.14. num.9.ver.nec potest dici, vbi late.

26 Limita, quia tertius in casu discordię arbiter non potest esse Collegium, & Vniuersitas. Decian. conſ. 42.per totum, maxime n.9.& seq. ver. circa tertiam difficultatem.lib.3.

27 Limita, quia in fœminam non valet compromissum, tanquam in arbitrum, nec firmatur etiam iuramento, sed valet in arbitratricem, & amicabilem compositricem. Abb.in c.dilecti filij, in 3.not.de arbitr.& in c.quintauallis, in 2.not.de iur.iur.Deci.in l.2.col.4. post princ. ff. de reg.iur.

28 Fœmina non potest esse Iudex,vel arbiter, sed potest esse arbitratrix.Signorol.conſ.238.num.6. Abb.in cap.dilecti filij,in 3.not.de arbitr. & in c. quintauallis,in 2. not.de iur.iuran.

29 Limita,quia minor viginti quinque annis non poteſt eſſe arbiter.l.cum lege.ff.de arbitr. Specul. tit.de arbitr.§.poteſt.ver.item minor. Hoſtienſ.in ſumma,in tit.de arbitr.§.1.Lanfranch. de Orian. tract.de arbitr.in carta.5.ver.quinto quero.

30 Extende in tantum, vt ſi tempore laudi ſuperueniat ætas legitima nihilominus laudum ſit nullum. Specul. tit.de arbitr. §. poſſunt. ver. quid ſi pendente, quod extendit Socin. conſ.99. Sereniſſimus Rex.col.4.& 5.lib.3.procedere in omni materia,quod non ſanatur actus per ſuperuenientem habilitatem.

31 Declara,quia non valet compromiſſum factum in minore 20.annis, ſiue compromittatur in arbitrum, ſiue in arbitratorem, ſi vero eſt maior 20. annis, licet minor 25.non compellitur acceptare, ſed ſi acceptauerit compellitur iudicare, niſi petat reſtitutionem in integrum, ideo valet, ita loquitur tex.in l.cum lege de arbitr.prout declarat Abb.in c.cum vigeſimum.num. 5. de offic. delegat.

32 Limita in Iudice, qui licet poſſit eſſe arbitrator, non tamen poteſt eſſe arbiter. Bart.conſ.17. Viſo quodam.n.2.ver.ecce.lib.2.

Vide. Compromitti in quas perſonas poſſit, vel non. Concluſ.504.

Arbiter, & arbitrator in quo differant. Concluſ. CDXLVIII.

1 ARBITER, & arbitrator differunt,prout etiam arbitri,& arbitratoris ſententia,quia ſententia arbitri debet ferri in ſcriptis,quia eſt ad inſtar ſententiæ,arbitratoris vero ſecus eſt, quia ad inſtar contractus eſt.Iaſ.in l.cum te tranſegiſſe,in 2.not.C.de tranſactio.

2 Legatum non poteſt conferri in merâ voluntatem hæredis tanquam arbitri, & tamen confertur in eundem, tanquam in arbitratorem, videlicet tanquam in voluntatẽ boni viri. Oldra.conſ.156. in prin. & ſic arbiter in cauſa propria non poteſt eſſe, ſed arbitrator ſic.

3 Arbitri, & alij Iudices in cauſa propria non poſſunt iudicare,arbitrator vero ſic.Anchar.conſ. 208. Iudex de iure.nu.14.Zabarel.conſ.140.nu.3. Signorol.conſ.238.num.5.in fin.

4 Arbiter debet habere liberum, & abſolutum arbitrium,alias non valet compromiſſum, neque laudum,ſecus in arbitratore, ſeu amicabili compoſitore.Ægid. Bellam.conſ.24.in princ.

5 Reductio ſententiæ arbitri non fit ad arbitrium boni viri,ſecus in ſententia arbitratoris. Oldrad. con.156.ver.ſecundum dubium,idem tenet Feder. de Sen.conſ.225.nu.2.ver.nam ſi ponamus.Aegid. conſ.24.n.2.ver.dico tamen. Rom. conſ.264. In caſu propoſito,in princ.

6 Contrarium, quod imo detur reductio, tam à ſententia arbitri, quam arbitratoris, ſi grauat enormiter, ſecus ſi in modico ledat. apoſtill. ad Rom.conſ.261.nu.5.ver.non eſt verum,vbi plures * citat,& dicit * communem.

7 Declarat Ro.conſ.27.Viſo themate.col.2. in fi. vt non detur appellatio à ſententia arbitri, ſecus quando eſt arbiter iuris,vbi apoſtil.in ver.arbiter, & clarius in conſ.400.Quæritur,an ſtatutum, vbi apoſtil.in ver.non permittitur,& in ver.ab arbitris,quæ dat concordi.plurimos,

8 Exequutionem paratam non habet laudum arbitratoris,quia potius eſt contractus,quã ſententia,quia contractus de iure communi non habent exequutionem paratam,ſecus in laudo arbitri.Io. de Anan.conſ.16.Viſo puncto.n.5.ver.circa vero ſecundum,plenius conſ.30. n.7.ver. circa vero ſecundum. & nu.8.vbi declarat niſi arbitramentum habeat guarentigiam.

9 Actio in rem vtilis competit ex laudo arbitri, maxime ſequuta traditione,ſed ex arbitramento ſola perſonalis competit. Alex. conſ. 1. Ponderatis.n.5.& ſeq.maxime n.7.lib.5.ver. prẽterea id, quod habetur.

Vide.Laudũ quã actionem producat.Concl.19.

10 Compromitti nõ poſſunt ſpiritualia, & ius decimarum etiam laicis conceſſarum,in laicos,tanquam arbitros, quia arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum, tamen poteſt fieri compromiſſum in laicum, tanquam in arbitratorem. Petr. de Anchar. conſ.34.n.7.& ſeq.verſ.vltra prædicta,& conſ.98. Iſtam quẽſtionem,in princ.ſequitur Ro.conſ.173. prope finem. verſ.vltimo.

11 Reſtringe in arbitratore, quia licet ſit laicus, tamen poteſt fieri compromiſſum in eum de decimis,& alijs ſpiritualibus, in quibus valet amicabilis compoſitio, non tamen de beneficijs poteſt compromitti in arbitrum,neq; in arbitratorem, quia non valet compoſitio.Pet.de Anchar.d.conſ. 34.n.10.verſ.iſta prima facie.

12 Reſtringe,quia poteſt laicus audire, & cognoſcere de ſpiritualibus ſi non opponitur exceptio incompetentię perimens iudicium.Petr.de Anch. d.conſ.98.Iſtam quæſtionem.n.2. & ſeq.

13 Reſtringe,quia licet non valeat compromiſſum de re ſpirituali in laicum arbitrum, vel arbitratorem, tamen valet, & ſaltem compellitur pars obſeruare quæ iurauit. Ancharan. d. conſ.98. circa fin. verſ.vltimo.

14 Fœmina non poteſt eſſe Iudex, vel arbiter, ſed poteſt eſse arbitratrix. Signorol.conſ.238. nu. 6. Abb.in c.dilecti filij,in 3.not. de arbitr. & in cap. quintauallis, in 2.not.de iur.iuran.

15 Extende idem in monacho, qui de licentia ſui ſuperioris poteſt eſse arbitrator,ſed non arbiter. Abb.d.c.quintauallis,in 6.different.de iur. iur. & idẽ in alijs religioſis.Lanfran.de Orian.in tract.de arbitr.in 4.carta.col.2.& 3.Iaſ.conſ.12.lib.1.Alex. * conſ.80. vol.5.in princ.vbi dicit * communem, etiam ſi fiat pro pace,quia nõ poteſt ſine licentia.

16 Actio non oritur ex arbitratoris ſententia, ſed ex præambulo conſenſu compromittentium,ſecus ex ſententia arbitri, quia arbitri ſententia eſt ad inſtar iudiciorum,& ſententia arbitratoris ad inſtar tranſactionis,quę titulum non confert.Pet.de Anch.conſ.34.n.10.& ſeq. ver.iſta prima facie.

17 Ordo iudiciarius non requiritur coram arbitratore,ſecus corã arbitro. Signorol.cõſ.238.n.3.

18 Citatio non eſt neceſsaria ad ſententiam coram arbitratore,maxime ſi fuit dictum,quod poſſit procedere etiam partibus abſentibus,ſecus coram arbitro,quia cum arbitria ſint ad inſtar iudiciorum, dicta clauſula non operatur coram arbitro,niſi partibus citatis.Cuma.conſ.7.per totum, incipit,primum videndum, quod eſt ſubſcriptum à Cumano,Fulgoſio, Chriſtophoro Caſtilioneo, Franciſco eius filio, Thadeo de Vicomercato, & nouem

nouem alijs Doctoribus,quos vide, & ita etiã videtur velle Bald.conſ.8.Punctus quæſtionis. nu.2. verſ.ſed obſtare videtur.lib.3.vbi non bene ſoluit quia ſub dubio relinquit,licet in fi.n.5. dicat hoc procedere, quod in arbitratore non eſt neceſſaria,quando cauſa fuit plene diſcuſſa, plene Anch. conſ.269.Pro declaratione.n.5.& ſeq.vbi ſecus in arbitro.Salyc.inter conſ.Zabarell.139.n.6.& ſeq. vbi quod ſtatur arbitratori,& Zabarel.conſ.140. num.2.ver.ad aliud. Alex.conſ.218.Viſis verbis. num.7.lib.2.

19 Contrarium tenet Bart. in l. ſi quis arbitratu. n.7.ff.de verb.oblig. vbi quod fuit reuocatum laudum nullum in contradictorio tanquam ex abrupto latum parte non audita, quem ſequitur Salycet.inter conſ.Zabarell.139.n.2.ver.& pro tanto, idem dicit Zabarel.conſ.140.in princ.ver.& dicit Bald. vbi allegat Bald. atteſtantem vidiſſe declarari nullum.

20 Declara, quia ſi compromiſſum eſt in arbitratorem de cauſa, quæ requirat informationem,requiritur citatio, alias ſi poteſt ſententia ferri ex ſola informatione arbitatoris non requiritur citatio.Ita Bald.conſ.64.Nunquid arbiter.lib.3.Zabarell.conſ.140.n.5.ver.item de facto.

21 Declara,quia non requiritur citatio formalis, ſi audiuit partes,quando fuit lata ab arbitratore, vel arbitro cũ iſta facultate, & ſufficit probatio, etiam per arbitratorem.Zabarell.conſ.139.nu.5. & ſeq.ver.pro parte fratrum,& conſ.140. num.5. verſ. item de facto.

22 Differentię multæ ponuntur inter arbitrum, & arbitratorem per Innocen.& alios in c.quintaual lis, vbi plene Imol. ponit 23. differentias de iur. iuran.Speculator tit.de arbitr.§.1. vbi pleniſſime Abb. quem videas.

23 Compromitti non poteſt in arbitrum,vt certam ferat ſententiam,& laudum eſt nullum. l.qualem. ff.de arbitr.ſecus in arbitratore. Rom.conſ. 141. Eximie Doctor.col.2.& conſ.175. in princ.

24 Arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum, & Iudicum, arbitramenta ſunt ad inſtar contractuum,& tranſactionis,ideo poteſt arbitrator ferre arbitramentum die feriata etiam in honorem Dei, quia poteſt fieri tranſactio,arbiter vero ſecus, & laudum arbitri ſi feratur die feriata in honorẽ Dei eſt nullum.Bald.conſ.470.Statuto cauetur.lib.1.& quod Anchar.conſ.208.n.13.ver.item ſententia. Zabarell.conſ.140.nu.12.vbi latiſſime Zabarell.conſil. 141.in princ.quod eſt Io.de Imol.

25 Contrarium videtur velle Aegid.Bell.conſ.14. n.3. vbi quod arbitramentum habet vim tranſactionis,& ad inſtar iudiciorum,non ſic arbitrium.

26 Extende, quia arbiter tenetur ſeruare ſolemnia iudicij,alias laudum eſt nullum,ſecus in arbitratore.Ang.d.conſ.198.nu.2. Zabarell.conſ.141. in princip.

27 Ideo non porrigitur libellus ex neceſſitate corã arbitratore, item non ſedet, & die feriato procedit,ſecus eſt in arbitro.Anchar.conſ.208.nu.14.

28 Extende, quia arbiter eſt ad inſtar iudicij,arbitrator ad inſtar tranſactionis. Petr.de Anch.conſ. 98.Iſtam quęſtionẽ,in prin.& conſ.34.n.10.& ſeq.

29 Et ſententia arbitri appellatur ſententia, illa vero arbitratoris appellatur mandatum.Anchar. d. conſ.208.num.13.in fi.

30 Declara, quia licet quoad ſolemnia iudicij arbitrator non teneatur vllo modo ſeruare ſolemnia,ſecus in arbitro, tamen quoad iuſtitiam,& rectitudinem perquirendam, & amplectendam pares ſunt, vt vnus iudicialiter,alius extraiudicialiter procedat,ita tamen,quod ſecundum naturalem æquitatem poſſit apparere,videlicet,per duos teſtes,alias daretur materia decipiendi,vide plene Io. de Imol. inter conſ.Zabarell. conſ.141.per totum, vbi pulchre declarat.

31 Declara, quia licet multę ſint differentiæ inter arbitrum, & arbitratorem, tamen ſi non affertur differentia, non valeret generalis allegatio, niſi in illo caſu adducatur. Io. de Anan.conſ.19. n.4. in fin. & n.5.vbi quod compromiſſum, & verbum arbitri ita congruit arbitro,ſicut arbitratori.

32 Iurare debet arbiter,cuius relationi partes ſtare promiſerunt ſuper aliquo articulo,vel conſuetudine,quia æquiparatur teſti, ſed arbitrator non tenetur iurare. Bald. conſ. 472. Statuto communis. num.4. ver.tertio dicitur.lib.1.

33 Suſpectus allegari poteſt arbiter, prout Iudex, ſed arbitrator non poteſt allegari ſuſpectus, niſi propter grauem cauſam. Bald. conſ.472. num.4. ver.tertio dicitur.lib.1.

34 Appellatio non datur à laudo arbitri de iure communi.l.1.C.de arbitr.l.diem proferre.§.ſtari. ff.eod.ſecus eſt in laudo arbitratoris,quia eſt compromiſſum de iure, & de facto, quia dicitur arbitrator.Alex. conſ. 106.lib.3.& conſ.22.n.16.lib.5.

35 Declara, quia de iure ciuili non appellatur à ſententia arbitri, ſecus de iure Canonico,com-
* munem * dicit Alex.conſ.22.in fi.lib.5. nu.20.

36 Petitionem partium ſequi non tenetur arbitrator, ſecus in arbitro, & ideo ſubtilitatem iuris non ſequitur arbitrator,quia non tenetur pronunciare in ſolo poſſeſſorio, ſuſpenſo petitorio, ſicut arbiter.Bald.conſ.496.Tenor litterarum. n.2. circa fin.verſ. & ideo conſidero. lib. 1.

37 Imo conſcientiam ſuam informare habet de his, de quibus debet arbitrari. Signorol. conſil. 238. num.3. & plenius num.5.circa fin. vbi quod non ſequitur petita, ſed veritatem, & æquitatem ex conſcientia.

38 Cauſæ cognitionem tenetur adhibere arbiter, & non præſumitur adhibuiſſe, ſi non conſtat ſicut in Iudice, quia eſt ad inſtar Iudicis,ſecus eſt in arbitratore, quia eo ipſo, quod pronunciat, præſumitur adhibuiſſe cauſæ cognitionem. Bald.conſil. 334. Conſiderato compromiſſo, circa med. verſ. præterea hæc concluſio.lib. 2.

39 Et arbitratori ſoli creditur de cauſa,de cognitione,& alijs,& illa verba,viſis, probant plene in arbitratore.Zabarell.conſ.139.nu.6.& 7.ſecus in arbitro.

40 Præſumitur pro ſententia Iudicis, & laudo arbitri, ſecus eſt pro arbitramento arbitratoris,quia non habet authoritatem Iudicis,ſed eſt quędam tranſactio,& actus extraiudicialis.Cuman.conſil. 23.Viſo compromiſſo, circa fin.

41 Contrarium, quod imo præſumatur pro ſententia arbitratoris,tanquam rite,& recte lata. Bald. conſ.8.in fin. ver.item videtur. lib. 3. vbi allegat conſil. Dyni.

42 Declara,quia præſumitur etiã pro ſententia arbitratoris in arbitrarijs,puta in probationibus,non ſolũ quoad iuſtitiã animi, ſed etiam quoad iuſtitiam actus.Bald.conſ.31. Tria ſunt, in fin.lib. 4.

43 Poteſt arbitrator auferre ab vno,& dare alteri
* ſecundũ cõmunẽ *opinionẽ,de qua Dyn.conſ.50.

In quęſtione præmiſſa.num.3.ſecus in arbitro.

44 Item arbitrator componit, & compellit partes ad concordandum,ſi cauſa eſt dubia,non ſic arbiter.Caccialup.in repet.l.precibus.C.de impub. & alijs ſubſtit.

45 Authoritatẽ latiorẽ habet arbitrator,quia poteſt credere vni teſti ſuper extraiudicali confeſſione ſimulationis cum iuramento partis. Bald. d.conſ.31.lib. 4.vbi eſt caſus.

46 Compromiſſum in arbitratorem, & eius arbitramentum habet vim tranſactionis,& non arbitrij,ideo operatur, quod non poteſt adiri Iudex, dum pendet coram arbitratore, quia tranſactio impedit litis proſequutionem, parte opponente. Alex.conſ.21. Conſideratis.nu.8.& ſeq.verſ.nunc deſcendo.lib.7.& ibi apoſtill.in ver.tranſactio,infra.num.63.

Vide. Compromiſſo pendente, an poſſit agi iudicio ordinario.Concluſ. 524.

47 Tertius arbiter eligi debet in diſcordia arbitrorum primo electorum, ſecus eſt in arbitratoribus, quia de iure communi non deuenitur ad tertium, niſi ſtatutum, vel conuentio partium aliter diſponat. Bal. conſ. 8.Punctus quæſtionis, in fi.ver.& ſi dicatur.lib.3.

48 Generaliter autem differunt, quia arbitrator non tenetur ſeruare ſolemnia iudiciorum,arbiter vero ſecus. Baldus conſil. 8. numero 5. ver.quicquid dictum. lib. 3.& quando non ſeruauit ordinem iuris, cenſetur vt arbitrator, ſi vero ſeruauit, vt arbiter proceſſiſſe.Ancharan. conſilio 208.num.13.

49 Libellus non requiritur coram arbitratore, ſed ſufficit narratio facti ſine concluſione.Bal.conſil.169.In primis ſciendum. num. 3.verſic. tertio ſciendum.lib.3.

50 Imo ineptitudo libelli,& ineptitudo comparentis non attenditur coram arbitratore, ſecus corã arbitro.Signorol.conſ.138.col.2.num.1.ver.item partes ſunt,& nu.2.& nu.5.in fi.

51 Inſtantia currit coram arbitro ſecundum ius commune,tam in prima, quam vlteriori inſtãtia, coram arbitratore vero ſecus,quia durat per 30. annos.Bald.conſ. 350.Verba compromiſſi. lib.5. in princ.

52 Fatalia non currunt in reductione laudi arbitratoris,licet ſit diſputabile in arbitro. Zabarell. conſ. 116.nu.2.

53 Arbiter dicitur quando de iure tenetur pronũciare;ſi vero poteſt de iure,& de facto,tunc dicitur arbitrator.Bal.conſ.351.Ioannes,&Federicus n.9.ver.nec obſtat ſi dicatur. lib.5.quod eſt Ang.

54 Litem ſuam non facit arbitrator iudicans ex imperitia,ſed ſolum ex dolo tenetur, arbiter vero tenetur prout Iudex ex imperitia.Caſtrenſ. in l.ſi filius familias.n.4.ff.de iudi.& in l.cum in plures.§.mandaui.n.6.ff.locati.

55 Confeſſio facta coram arbitratore dicitur extraiudicialis, ideo ſine cauſa non valet etiam ſi extet ſtatutum, quod arbitramenta mandentur exequutioni inter conſanguineos,quia extra conſanguineos non habet exequutionem, ſecus coram arbitro,quia maius dubium eſt. Alex. conſ. 13.nu.5.& ſeq. lib. 1.

56 Emologatio laudi arbitri poteſt fieri ex quocũq; cõſenſu,arbitratoris vero ſecus eſt,quia niſi adſit ſtipulatio, non valet emologatio. Anchar.conſil. 249. In quęſtione.num.3.& 4.ver. ſed dices: vbi quod teſtes deponentes, quod promiſit ſtare laudo arbitratoris non probant,quia non concludunt ſtipulationem.

57 Imo laudum ſi emologatur,oritur ex eo actio, arbitramentum vero etiam emologatum non parit actionem,quia agitur ex compromiſſo. Zabarell.conſ.139.nu.8.vbi late.

58 Arbitramentum dicitur latum in forma arbitramenti,ſeu in forma declarationis, ſi vero in forma diffinitiuę ſententiæ dicitur laudum arbitri.Bal.conſ.463.Quod ſententia,in fi.lib.1.

59 Arbitramentum non requirit niſi veritatem,& æquitatem,laudum vero requirit etiam ſolemnitatem. Anchar.d.conſ.269.nu.6.

60 Et ideo arbiter, & Iudex iudicant ſecundum acta, & probata,& veritatem apparẽtem ex ſcripturis productis,die non feriata,ſecus in arbitratore, quia etiam in diebus feſtiuis in honorem Dei inquirit veritatem.Zabarell.conſ. 141.in princ.quod eſt 10.de ſmol.

61 Extende, quia arbitramentum non requirit niſi ſimulum verbum arbitratoris, & compromiſſum in arbitratorem valet etiam in aduerſarium, ſecus in arbitro.Anchar.d.conſ. 269.nu.5.

62 Dolus arbitratoris non reddit arbitramentum nullum,dolus arbitri ſecus, rationem adducit Zabarell.conſ.139. num. 8. quod eſt Salyceti, quia dolus arbitratoris dicitur dolus tertij, ideo reſcindi debet per actionem de dolo:vbi loquitur in vero dolo, quia præſumptus non cadit in arbitratore,vt ibi.nu.8.

63 Finitur magis de facili compromiſſum in arbitrum, quia etiam altera parte tantum recurrente ad Iudicem finitur,licet incidat in pęnam, ſecus ſi in arbitratorem,ſiue de iure, ſiue de facto. Rom.conſ.338.Bart.in l.qui fidem.ff.de tranſact. ſupra num.46.

64 Nullum eſt compromiſſum factum in duos arbitros cum facultate eligendi tertium incertum. l.item ſi vnus. §. ſi in duos.ff.de arbitr.gloſ. in c. cum ſpeciali,de appellat.ſecus ſi in arbitratores, quia valet,l.anfranch. de Orian. tract. de arbitr. in 7.car col.fin.ver.ſecundo quęro, Alex. in apoſtil.ad Bar.in l.ſi tres,in §.Celſus.ff.de arbit. Dec. * d.c.cũ ſpeciali.de appellat. vbi dicit*communẽ.

65 Compromiſſum factum in arbitrum,& arbitratorem,licet teneatur pronunciare,prout de iure, ſi tamen hoc exprimitur in ſpecie,expreſſio operatur formam, ita quod laudum erit arbitri, & non arbitratoris, etiam ſi in compromiſſo detur facultas procedendi diebus feriatis, & non feriatis,ſtando,ſedendo, quæ ſoli arbitratori conueniunt, quia prævalet expreſſio in pronunciando. Alex.conſ.22.Viſo titulo.nu.15. & ſeq. lib.15.vbi n.16. dicit, quod ſi laudum feratur iniuſte, erit nullum ipſo iure,tanquam latum contra formam compromiſſi.

66 Qualiter cognoſcatur,an tanquam arbiter,vel arbitrator proceſſerit.

Vide Concluſionem prox.ſeq.nu.43.& ſeq.

Vide Arbitramentum quid ſit,& quid laudum, & in dubio quid præſumatur.Concl.465.

Vide.Arbitrator quis dicatur, & quid poſſit,& quis arbiter.Concl.prox.ſeq.

Arbi-

Digitized by

Arbitrator quis dicatur, & quid posit, & quis arbiter. Concl. CDXLIX.

1 ARBITRATOR dicitur quasi vir bonus electus, ideo multa permittuntur fieri per arbitratorem, quæ denegantur per arbitrum. Oldra. cons. 156. Primum quæritur, Petr. de Anchar. cons. 34. n. 10. & seq. & quid sit bonus vir Dyn. cons. 50. In quæstione prœmissa. n. 8. vers. præterea arbitratores. Rom. cons. 299. In proposita, in prin. vbi quod multa denegantur arbitro, quæ potest arbitrator.

* Et ideo compromissum factum in arbitrũ communem amicum, & compositorem, dicitur factum in arbitrum, & arbitratorem, qui est communis amicus, & amicabilis compositor. Rom. cons. 165. In casu proposito, in princ. & cons. 299. nu. 9. ver. quod autem.

3 Potest enim arbitrator iudicare, & sequi veritatem sibi quomodolibet notam. Bald. cons. 240. Donatio facta, in fin. lib. 1. Lap. alleg. 78. in fi. num. 9. ver. quinto, & vltimo. Cuman. cons. 7. col. 14. Hostiens. in c. quintauallis, de iur. iuran. vbi dicit verum, etiam si per garritum auiũ habet veritatem. Bald. in l. fin. C. de contrahen. emptio.

4 Extẽde, quia in arbitro, & arbitratore simul nõ requiritur ita exacta probatio, prout iniudicio. Castr. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de de iur. iur.

5 Extende, quia si arbitrator, reiecto iuris rigore, viam veritatis amplectitur, gloria, & honore dignus est. Ang. cons. 243. Visis attestationibus.

6 Extende, quia arbitrator reijcit exceptionem prœscriptionis tanquam rigorosam, & contra æquitatem, quam principaliter amplectitur arbitrator. Fulgos. cons. 108. Cuman. cons. 67. in fin.

7 Contrarium Rom. in rubr. de arbitr. in 1. & 2. col. pulchre Lanfranch. de Oriano tract. de arbitr. quæst. 25.

8 Declara, vt procedant, quę dicuntur de veritate attendenda quomodocunq; illam habeat, dummodo id fiat citata parte. Curt. cons. 13.

9 Vide, quia ad instar arbitrorum sunt calculatores electi à partibus, & quid si sunt electi a Iudice, & quando vere sunt electi à partibus, dicuntur quasi arbitratores. Alex. cons. 21. Consideratis, in princ. lib. 7. plenius Corn. cons. 43. n. 5. & seq. lib. 1. Vide. Calculatores quomodo eligendi, & quam iurisdictionem habeant. Concluſ. 4. n. 11. & seq.

10 Et quod arbitrator possit amplecti probationem verisimilem, seu veritatem ex verisimilitudine tantum. Corn. cons. 251. In hac consultatione. n. 3. lib. 3. Bald. in l. solam, in fin. C. de testib. Aretin. cons. 126. In causa D. Antoniæ. col. penul. vbi quod licet verisimilitudo non concludat necessario, tamen concludit bono viro, qui ex æquitate procedit, & idem Aret. cons. 84. Diligenter ponderatis, col. 3. ver. & hoc maxime.

11 Arbitramentum est quædam transactio, & vbi cadit transactio, cadit etiam arbitramentum, quia neutrum eorum confert titulum, ideo sicut de decimis infeudatis in laicos potest inter eos transigi, ita etiam in laicum tanquam arbitratorem compromitti, & valebit tale arbitramentum. Petr. de Anchar. cons. 34. n. 10. ver. ista prima facie.

12 Potest tamen arbitrator in totum absolucre reum conuentum, non obstante, quod compromissum, & laudum abitratoris sit species transactionis, quæ supponit semper aliquid hinc inde remitti. Bart. in l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco. Ang. cons. 93. incip. Præmitte.

13 Arbitrator potest multa, quæ non potest arbiter, & ideo potest cõponere inter partes, & statuere, quod vni remaneat res, alteri vero dare recompensam. Bald. cons. 414. Verba dicunt, in prin. li. 1.

14 Item secundum aliquos potest causa spiritualis in arbitratorem compromitti, non in arbitrum. Rom. d. cons. 299. in princ. licet n. 6. & seq. teneat * contrarium, sed prima est* communis, vt ibi prima apostilla.

15 Amplia, quia arbitrator potest pro bono pacis pronunciare super non petitis. Cuma. cons. 7. Primum videndũ. n. 17. vers. prœterea considerandum.

16 Amplia, quia creditur assertioni arbitratoris, quod se informauerit, & etiam potest esse testis pro solemnitate, alias non possent subsistineri arbitramenta, quia non fiunt solemnia. Cuma. d. cons. 7. Primum videndum. n. 7. vers. pro quo facit, & in fi. vers. item pro hoc faciunt verba.

Vide. Testes omnes sunt idonei, nisi sint prohibiti. Concluſ. 190. num. 9. & seq.

17 Extende, quia statur attestationi arbitratoris, quod se informauerit, quod causæ cognitionem adhibuerit, secus in arbitro. Card. Zabarel. cons. 139. num. 6. & 7.

Vide. Arbitris in quibus credatur, vel non. Concluſ. 469.

18 Restringe, nisi attestetur super aliquo impossibili, quia sibi non creditur, imo censetur in dolo. l. solemus, & l. quoties. ff. de iudic.

19 Amplia, quia arbitrator potest procedere, & ferre arbitramentum non citatis partibus ad sententiam. Cuma. cons. 7. Primum videndum, nu. 3. vers. pro parte vero, cum seq. & per tot. vbi sunt subscriptiones multorum Doctorum, & maxime si in compromisso fit dictum. nu. 17. ver. ex his etiam, * vbi dicit* communem. & n. 18. ver. prœterea quod de iure. Bald. cons. 8. nu. 2. ver. sed obstare. lib. 3. & cons. 64. Nunquid arbiter, in princ. lib. 3.

20 Contrarium, quod sit nullum, & requiratur citatio partis, tenet Bart. in cons. 166. Calamanus de * Spoleto, vbi apostill. magna dicit * communem. Iaſi in l. si quis arbitratu. n. 21. ff. de verb. oblig. vbi recitat plurimos pro vtraque opinione, & dicit * hanc* cõmunem, & quod in iudicando ab ea non est recedendũ, quia authoritas Bar. in actu practico est maxima. Iode Anan. cons. 83. in princ. dicit hanc veriorem, & maioris authoritatis, & ibi Bo* logn. in fi. dicit magis * communem, & magis cõ* munem* dicit Iaſ. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. licet ipse teneat contrariam.

21 Declara, vt procedat dummodo arbitrator audierit partes, & fuerit informatus, quando est electus super re litigiosa, alias non valeret arbitramentum latum, non auditis partibus, & non citatis. Cuman. d. cons. 7. n. 6. ver. Idem tenet Bal. & clarius distinguit ibi num. 15. vers. sed quia opiniones sunt, quod est Iacobi Salyceti subscriptio. Bald. cons. 8. Punctus quęstionis. num. 5. ver. quicquid dictum sit. libro tertio, & consil. 64. in princip. lib. 3. ita declarat Iaſ. in l. si quis arbitratu. num. 22.

22 Declara, quia creditur assertioni arbitratoris circa hoc, quia alias arbitramenta omnia essent

nulla, quia cum non teneantur ſeruare ſolemnitatem,nec illã ſeruent, non poſſet probatio fieri. Cuma.d.conſ.7.num.7.ver.pro quo facit.

23 Vide decem limitationes,quas ponit Iaſ.in d. l. ſi quis arbitratu.nu. 22. ff. de verb.oblig. quæ ſunt extenſiones ampliationis, & eas etiam ponit relatiue apoſtilla ad conſ.Bar.166.

24 Extende , vt ampliatio procedat etiam ſi in compromiſſo ſit dictum , quod poſſit citare partes , vel ſit dictum dantes facultatem citandi, &c. quia inducta ad augumentum , non operantur diminutionem , nec neceſſitati ſubijcitur , quod poteſtati relinquitur . Cuman. dicto conſilio ſeptimo, numero ſeptimo. verſic.ad ea , quę pro aduerſa, & num. 17. verſic. in quæſtione , & differentia , quod eſt conſilium Florian. de Sancto Petro.

25 Extende , quando vltima die termini proferret laudum, quia valet ſine citatione . Abb. in conſil.54.Venio ad primum. colum. 5.verſicul. nunc reſtat.lib.1.

26 Extende vt procedat de generali conſuetudine vbique, quod arbitratores non citant ad ſententiam.Cuman.d.conſ.7. num. 7. verſ. & ad horum omnium .

27 Extende maxime,quando fuit dictum,quod poſſit ferre laudum,partibus præſentibus,vel abſentibus,citatis,vel non citatis.Iaſ.conſ.12.in fi.li.1.

28 Extende, vt procedat quando tertius arbitrator fuit electus à Iudice de conſenſu duorum arbitrorũ, quia valet arbitramentum latum ſine citatione ad ſententiam etiam ſi alter ex duobus primis fuit abſens ex malitia,quia noluit adeſſe, ſi modo partes fuerunt auditę,& informauerunt. Bal.d.conſ.8. per totum:vbi eſt caſus.lib.3.

29 Reſtringe niſi arbitrator aſſumeret partes arbitri,quia requiritur citatio.Cuman. d.conſ.7.n. 16.ver.ex his infero, quod eſt ſubſcriptio Iacobi Salice.vbi quod cognoſcitur,quod ex modo adhibito in procedendo,& ex denominatione ſua:vbi * dicit hanc communem opinionem .

30 Reſtringe , quando arbitrator eſſet ad declarandum,vel conſtituendum pretium , quia debet iurare,igitur requiritur præſentia partium. Bart. conſ.166.num.4.

31 Declara,vt per Bald.d.conſ.8.num. 2. verſ.ſed obſtare,cum ſeq. lib. 3. quia poteſt arbitrator ſi vult, velle, quod pars citetur,& bene facit,ſed tamen non tenetur,quia abſentia partis non poteſt impedire poteſtatem arbitratoris,ſed mẽtis declarationem,ſecus ipſo nolente, & maxime vbi partes audiuit pluries , quia non eſt neceſſaria citatio,vt ipſe dicit nu.5.

32 Reſtringe,quando arbitrator eſt ſuper re controuerſionali,vel eſt dictum, quod de iure procedat.Bal.conſ.147.Inuentarium hæredis.n.4.verſ. ſequitur videre.lib.4.

33 Reſtringe in laudo arbitratoris per quod incipitur ab exequutione,veluti ſi agatur redhibitoria,quia bene requiritur citatio partis.Bal.conſ. 8.nu.3.ver.ſed in tertio.lib.3.

34 Reſtringe quando in compromiſſo arbitratoris eſt dictum, quod debeat ferre ſententiam , vel de iure procedere , quia debet partes citare, ex quo nõ eſt merus arbitrator eo caſu.Bal.d.conſ. 147.num.4.lib.4.

35 Amplia, quia poteſt arbitrator nedum proferre laudum ſuum non citata parte quando partes audiuit , ſed etiam quando compromiſſum eſt de re , quæ ſine informatione partium ſciri poteſt, tunc enim valet arbitramentum,non auditis,neque citatis partibus.Bald.conſ.64.nunquid arbiter.lib.3. in princ.

36 Amplia,quia poteſt arbitrator procedere,& definire de iure, & de facto omni ſolemnitate iuris omiſſa.Alex.conſ.13.num.5.ver. prætera,& fortius.lib.1.

37 Amplia,quia poteſt arbiter , & arbitrator habens facultatem de iure, & de facto in rebus multum arduis ex æquitate componere partes.l.non ſine. §. 1. ff. de bon. quæ liber. & ita plures conſuluiſſe refert Caccialup. in repet. l. precibus. C. de impub.& alijs ſubſtit.

38 Extende , quia potius ſequi debet arbitrator concordiam partium,& illud,quod credit partes poſſe acceptare pro concordia,quam illud, quod eſt de iure,& poteſt auferre ab vna parte aliquid, & dare alteri. Abb.conſ.64.lib.1. infra num. 47. & ſequen.

Vide . Præſumitur pro Iudice , & pro ſententia, & quando ſecus.Concluſ.621.num.36.& multis ſeqq. maxime num.67.

39 Limita,quia non poteſt declarare laudum , ſeu arbitramentum,ſed id ſpectat ad Iudicem,qui bene poteſt informari ab arbitratore.Cuman.conſ. 143.Ser Petrus,in princ.

40 Limita,quia imo arbitrator, quando fert arbitramentum condemnatorium , nihil plus poteſt, quam Iudex , licet habeat pleniſſimam authoritatem,quia debet tali caſu ferre ſententiam cum cauſę cognitione , & data competenti dilatione, alias arbitramẽtũ eſt nullũ ſicut ſentẽtia.Bal.cõſ. 340.Statuto Papiç.nu.5.ver.in contrarium.lib.1.

41 Contrarium tenet Cuman.conſ.7.Primum videndum , numero quarto . verſic.non autem ex eo : vbi quod hoc modo eſſet negare arbitratorem poſſe ferre arbitramentum pro iuſtitia,quod non eſt dicendum.

42 Limita,quia non poteſt iubere,quod alter vendat rem ſuam alteri,ſi non eſt dictum . Baldus dicto conſilio 414.in fine , verſic. in contrarium. libro primo .

43 Cognoſcitur arbitrator ab arbitro ex modo procedẽdi,quia ſi aſſumpſit partes arbitri in procedendo dicitur arbiter.Cuma.conſ.7.Primum videndum.n.3.ver.pro parte vero.& nu.4.vbi dicit * communem,& quod ex præambulo modo procedendi cognoſcitur quam partem elegerit,& nu. 16. vbi dicit * communem.

44 Et multo magis ſi declarauit cum eſſet arbiter & amicabilis compoſitor, ſe velle eligere viam arbitratoris,quia tunc non eſt dubium, quod tanquam talis potuit arbitrari, Roman.conſ.165. in princip. vbi apoſtill. in ver. arbitratoriam, dat concord.

45 Declara,quod licet arbitrator ſit quidam compoſitor,& tranſactor , tamen etiam ſi in totum condemnat , vel abſoluit , non propterea ceſſat, quod ſit arbitrator , quia alias ſequeretur , quod non poſſet iuſtum arbitramentum proferre. Cuman.d.conſ.7.n.4.ver.non autem ex eo.

46 Declara,quia licet dicatur in laudo arbitratoris,Viſis actis,&c.non tamen propterea cenſetur elegiſſe viam arbitri.Cuman conſ.7.num.17. ver. ſimiliter nec ex eo, quod eſt Floriani de S.Petro & Io.de Imol.

Declara,

47 Declara, quia arbitrator dicitur, quando in compromiſſo fuit dictum, quod poſſit procedere diebus feriatis,& non feriatis, ſtando, & ſedendo quomodocunque ſibi videbitur, ſed tamen ſi poſtea fuit dictum,quod teneatur pronũciare, prout de iure,neceſſario erit arbiter,nõ arbitrator,quia attenditur magis finis pronunciandi,& ſolum erit remiſſa arbitro ſolemnitas ordinis iudiciarij. Alexand.plene conſ.22.Viſo titulo.num.15.lib.5.vbi apoſtil.in ver.de iure,dat concord.

48 Auferre poteſt arbitrator de iure vnius partis, & dare alteri.Dyn.conſ.50. In quæſtione præmiſſa.num.3. vbi dicit * communem.

49 Et maxime quando facit pro bono pacis, & concordię.gloſ.& Bart.in l.ſi de meis.§.recepiſſe. ff. de arbitr.

50 Reſtringe, dũmodo modice lędat,ſecus in arbitro,quia ſi in ſpecie nõ eſt data facultas lædẽdi nõ poteſt lędere. Abb.in c.quintauallis,in 20.differẽt. de iur.iuran.& quod arbitrator non poſſit lædere, niſi in modico,auferendo ab vno, & dando alteri. Bart. in l.cum Aquiliana.ff.de tranſact.Socin. conſ.104.num.8.lib.4.

51 Extende, quia etiam arbiter ſi fuit ſibi data facultas auferendi ab vna parte, & dandi alteri, poterit in modica quantitate auferre ab vno, & dare alteri, & num.52.& ſeq.

Vide. Clauſulę compromiſſorum,& earum importantia.Concluſ.293.

52 Si vero fuit dictum,quod poſsit auferre ab vno & dare alteri, ſiue in parua, ſiue in magna quantitate,quia ſemper intelligitur dummodo in non magna nimis lædat. Bart. in l. ſocietatem. §.arbitrorum.col.4.in fi.cum ſeq.ff pro ſocio,ſequitur Caſtrenſ. in l.2. §. illud etiam. ff.de aqua pluuia arcend.

53 Declara,quia etiam ſi arbitratori ſit data facultas auferendi ab vna parte,& dandi alteri,non poteſt excedere ſextam partem. Bart. in d.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio,

Vide. Reductio laudi vt habeat locum quam læſionem requirat. Concluſ.70.

Vide. Arbiter, & arbitrator, in quo differunt. Concluſ.prędeden.

Vſde. Compromiſſum, quando in arbitrum, vel arbitratorem dicatur.Concluſ.523.

Arbitrorum iuriſdictio quantum duret. Concluſ. CDL.

1 ARBITRIA à lege conceſſa non durant niſi per annum, ſicut officium magiſtratus,& ideo ſi feratur laudum poſt annum redditur nullum. Bald.conſ.463. Quo ſententia ſecunda, in princip. lib. 1.& conſ.395.De principali. num. 3. verſ.prędterea iſta. lib.5. vbi loquitur in compromiſſo facto in monachum, vt non valeat latum poſt annum in his, quæ reſpiciunt ſubſtantiam contractus.

Vide. Compromiſſum quando, & qualiter expirat, vel non. Concluſ.531.

2 Reſtringe, vt non procedat quando cauſa eſſet talis, quæ propter arduitatem non poſſet anno expediri.Bald.d.conſ.463.in princ. verſ.niſi forte eſſet tale.lib.1.

3 Reſtringe, quando fieret compromiſſum in arbitrum, vel arbitratorem ſuper lite decidenda, quia non finitur anno, ideo laudum latum poſt annum non erit nullum.Bald.conſ.495.Prędſuppoſita valitura.lib.4.

4 Declara, quia ſi ſtatutum dat inſtantiam, vel tempus arbitro,vt teneatur laudare infra certum tempus, ſub pœna, ſi poſt tempus non fuit laudatum, valebit laudum, licet arbiter incurrat pœnam, quia non imponitur nullitas laudi. Bald. conſ. 495. circa fin. libro 4. ſecus ſi meta temporis eſſet impoſita ad compromiſsum finiendum.

5 Amplia, quia lato laudo expirat iuriſdictio arbitri, quia non poteſt reuocare laudum latum prętextu etiam erroris, quia functus eſt officio ſuo. Signorol. conſ. 88. In quæſtione vertente, per totum. Fulgoſ. conſ.144.Syndici communis. verſ.ad ſecundum.

Vide. Iudex ordinarius, vel delegatus quando dicatur functus officio ſuo. Concluſ. 432. nu. 33. & ſeq.

6 Extende etiam ſi in compromiſso ſit dictum, quod ſemel, & pluries poſsit laudare, quia intelligitur circa diuerſa, non circa eadem.Signorol. conſ. 88. per totum. Fulgoſ. conſ. 144. verſ.ad ſecundum, in fin.

7 Declara, quia poteſt arbiter, qui condemnauit ſub pœna infra certum tempus partem ad conſignandum, reſeruata facultate, prout in laudo pluries declarandi iuxta compromiſsum, declarare pœnam non incurſam, & iura eſſe ſibi conſignata in termino, & illi ſtatur.Iaſ.conſ.10.lib.1. in 3.& 4.quæſito.

8 Extende etiam ſi ſit dictum, quod poſsit laudare, corrigere, & emendare, quia licet arbiter in laudo ſibi reſeruauerit facultatem corrigendi, reuocandi, &c. tamen correctio, & reuocatio poſtea facta eſt nulla. Fulgoſ. d.conſ.144. ver.ad ſecundum.

9 Declara, quia ſecundum laudum eſt nullum, quando eſt contrarium primo, etiam ſi eſset dictum, quod poſset ſemel, & pluries laudare. Bald. conſ.47 libro 2.Ancharan conſ.111.per totum, & ſi in laudo ſibi reſeruaſset facultatem, quia non poteſt.

Vide. Arbiter licet habeat. Concluſ. 454. nu. 27.& ſeq.

10 Maxime quando primum laudum à partibus fuit emologatum. Anchar.conſ.111.Ex ſupradicta narratione.

Vide.Arbitramentum quando,& ex quibus nullum.Concluſ.468.num.3.& ſeq.

11 Amplia, quia publicatis bonis alterius compromittentis expirat compromiſsum, & laudum latum poſt confiſcationem non valet, quia reſolnitur conditio, quæ eſt ſi fuerit laudatum. Bart. conſ.166.in fin. libro 1. vbi quod licet tranſeat ad hæredes, & ſic poſt mortem, tamen ſecus eſt in prædudicium Fiſci, qui non eſt proprie hæres.

12 Amplia, quia mortuo arbitro expirat omne compromiſsum, quia perſonam non egreditur. l. fin.C.de contrahen.emption.

13 Reſtringe, quando facultas arbitrandi, vel declarandi accedit obligationi, quia tranſit in ſucceſsorem.Bald.& Salycet.d.l.fin. C.de contrahen. emptio.Iaſ.in l.quominus.n.175.de flumin. Abb. conſ.80.num.5.lib.2.

Vide. Declaratio an poſſit fieri poſt mortem, & per

& per quos . Concluſ. 101. num. 10. & multis ſequen.

14 Limita in arbitrijs ab homine conceſſis , quia durant pro tempore , pro quo fuit data poteſtas in compromiſſo, ideo vſque ad illud tempus poſſunt arbitri,& arbitratores pronunciare . Bald. conſ.470.Statuto cauetur.lib.1.vbi ſecus eſt poſt illud tempus,& iſta eſt communis* opinio , de qua Bologni.in addit.ad conſ.19.Io. de Anan. nu. 19.ver.& poſita communi.

15 Et currit tempus compromiſſi de momento ad momentum , maxime quando fuit data facultas arbitrandi hinc ad decem dies,vel infra decem dies.Angel.conſ.404.Paulus Centulini,per totum vbi late .

16 Extende,quia in cauſa appellationis commiſſa in arbitrum,& arbitratorem,non currit tempus, neque biennij. Bald.conſ.64.Nunquid arbiter.nu. 2. ver. ſecundo nunquid.lib.3. qui loquitur in arbitratore.

17 Extende , quia ſi eſt compromiſſum in A. cum pacto ſi moriatur Vicarius poteſtatis ſit arbiter,etiam quod A. moriatur poſt annum,adhuc tamen durat, quod Vicarius poteſtatis poſſit arbitrari,quia tacite videtur data facultas , donec viuat A.primus arbiter.Io.de Anan.d.conſ.19.nu. 4. & ſequen.

Vide.Laudum arbitri ex quibus nullum. Concluſ.29.num. 3. & ſeq.

18 Limita in arbitratore ſimpliciter electo,quia non labitur inſtantia per annum,neque per aliud tempus.Bald.d.conſ.64.num.2.verſ.ſed nunquid: vbi reprobat Bar.lib.3.& dicit nulla lege caueri, quod finiatur anno,& conſ.472. Punctus quæſtionis.lib.5.vbi quodBar.iuit per ſomnium tenendo contrarium.

19 Extende idem in arbitro,quia quando eſt compromiſſum à partibus ſiue in arbitrum , ſiue in arbitratorem , non reperitur iure cautum, quod anno finiatur, ita Io.de Anan. d. conſ.19.num.4. & ſeq.vbi reſpondet ad contraria, vt procedant, vel in vltima voluntate,in qua ſit ſpeciale,ne diu ſtent in ſuſpenſo,vel quando compromiſſum fit à lege,vel à tertio,ſecus ſi à partibus: & ibi Bolog. in addit.n.19 dicit , quod licet inuentum ſit compromiſſum ad lites dirimendas,tamen imputatur partibus,ſi tempus non appoſuerunt.

20 Limita in arbitro, quia inſtantia currit, prout Iudici de iure communi,quando ſimpliciter eſt factum compromiſſum in arbitrum ſine tempore, quia triennio durat à die litis conteſtatæ . Bald. conſ.355.Præſumendum eſt,circa med.nu.2. ver. præter hoc.lib.5.& plenius conſ.350.Verba compromiſſi,in princ.lib.5.

21 Contrarium,quod ſi ponitur in conditione , ſi arbitratus fuerit , finiatur alio modo. Bart.conſ. 166.nu.6.& 7.vbi quod Specul.qui dicit non finiri triennio non intellexit , diſtingue vt per eum, diſtingue omnino per Iaſ.d.l.ſi quis arbitratu.nu. 24.ff.de verb.obligation.

22 Extende,vt idem ſit , quando ſimul eſſet arbiter , & arbitrator , quia inſtantia eſt triennalis. Bald.d.conſ.355.num.2.verſ.ſi autem eſt mixtus. libro 5.

23 Declara, quia non poteſt arbitrari tanquam arbitrator poſt annum,ſed ſolum tanquam arbiter,niſi dicas,quod inſtantia triennalis proroget annalem, prout conſiderat Bald. conſ.350. num. 1.verſic. aut loquimur.libro quinto.

24 Extende,quia quod dicitur de arbitro, vel arbitro, & arbitratore ſimul,quod prima inſtantia ſit triennalis , prout in Iudice de iure communi procedat etiam in inſtantijs vlterioribus appellationis . Bald. d. conſ. 355. num. 2. verſ. præter hoc. lib.5.

25 Extende in arbitratore quoad primam inſtantiam,quia durat triennio de iure communi,licet quoad appellationis deſertionem non currat inſtantia.Bald.d.conſ.355.poſt med.ver.ſi vero loquimur.lib.5.

26 Contrarium , quod imo in arbitratore duret prima inſtantia ſolum per annum quaſi videatur ita actum ad inſtar vltimarum volũtatum . Bart. quem refert,& ſequitur Bald.conſ.150. Caſus talis eſt,poſt med.ver.quarta ratio. lib.1. & duplicatur conſil. 457. lib. 5. vbi quod iſta eſt veritas. Bald. in cap. 1. §. 1. de lege Corradi, in vſib. fœud.

27 Declara , quia imo inſtantia arbitratori non eſt præfinita,quia poteſt de iure declarare infra 30.annos.Bal.conſ.350. in princ. verſ. aut loquimur in arbitratore.li.5.&iſta eſt communis*opinio contra Bar.vt per Iaſ.in l.ſi quis arbitratu.n. 24.ff.de verb.oblig.

28 Declara , quia ſi expirat per annum compromiſſum , incipit ſolum currere à die, quo potuit arbitrator arbitrare partibus præſentibus,ita Ludouic. Bologn. in apoſtill. ad conſ.19.Ioann. de Anan.nu.18. & ad hoc allegat Bald. d. cap.1.§.1. de lege Corradi.

29 Reſtringe in arbitro, quia ſi poteſt ſine ordine Iudicij procedere , inſtantia durat per 30.annos, prout in arbitratore . Bald. conſ. 350. in principio.lib.5.

30 Reſtringe niſi partes appoſuerint certum terminum præfinitum ad laudandum ſine facultate data ad prorogandum, quia ſeruandum eſt compromiſſum , & idem ſi eſſet data facultas prorogandi.Bald.d.conſ.350.num.2.verſ.modo videamus.lib.5.

31 Reſtringe,quia omne arbitrium declarandi id, quod eſt de ſubſtantia contractus,expirat per annum.Bal.conſ. 457. circa med.verſ.quarta ratio. lib.5.quod duplicatur lib.1.conſ.150.& ita debet intelligi.Bal.conſ.395.nu.3.lib.5.

32 Contrarium , quod imo duret perpetuo tenet Io.de Anan.conſ.19.Viſis inſtrumentis. num.4.& ſeq.ver.circa vero ſecundum:vbi quod non reperitur iure cautum , & tollit omnia contraria , & ibi Ludouic.Bologn.in addit. nu. 18. allegat Bal. in pluribus locis.

33 Declara,quia ſi fiat venditio pura, & pretium committatur,ſeu compromittatur in declarationem Titij ſine termino cum pacto , quod ſi moriatur ante declarationem ſuccedat Vicarius poteſtatis certe venditio eſt pura,& declaratio poteſt fieri poſt annum , & ſi moriatur Titius poſt annum compromiſſum deuoluitur ad Vicarium Poteſtatis . Ioann. de Anan. dicto conſil. 19. per totum: vbi eſt caſus , maxime num. 4.& ſequen. & ibi Bologn.

34 Declara, quia expirat per annum,quando fuit requiſitus,& conſtat, quod non voluit arbitrari, ſecus ſi nunquam fuit requiſitus , ita Ioann. de Anan. dicto conſil. 19. nu. 5. verſ. preterea alio reſpectu .

Decla

35 Declara totam hanc materiam alio modo per Bar.conſ.166. Calamanus de Spoleto. num. 6. & ſeq.ver.ſuper ſecundo. lib. 1. quia ſi fiat compromiſſum,& arbitrium confertur in aliquem ex contrahentibus in caſu prꝫmiſſo debet arbitrari infra 60. dies,ſi aliud tempus non eſt expreſſum, & hoc quando arbitrium eſt circa ſubſtantialia contractus, ſi vero circa non ſubſtantialia debet arbitrari cum primum poteſt, & alias conditio ſi fuerit arbitratus euaneſcit.

36 Si vero arbitrium conſiſtit in tertium, puta, circa perſonam,cui debeat acquiri, & non dicitur conditio lapſa, neque tempus,donec in iudicio ſit interpellatus, quia ante poteſt moram purgare. Bar.d.conſ.166.nu.7.verſ.aliquando facta interpellatione dicitur nolle.

37 Si arbitrium eſt circa res, quia perſona eſt certa,tunc ſiue ſimus in vltima voluntate, ſiue in contractu habet annum, ſola differentia eſt, quod in vltima voluntate arbitrium tranſit de hærede negligente in legatarium in contractu extinguitur. Bartol. dicto conſil. 166. num. 7. & 8.libro 1.

38 Contra hanc vltimã diſtinctionẽ tenent cõmuniter*Docto.vt dicit Iaſ. in l.ſi quis arbitratu.n. 24.ff.de ver.obli.vbi tenet præcedentes, ſed vltimam reprobat,quod ſit propter tempus ad arbitrandum in contractibus,in vltimis voluntatibus poſt annum deuoluitur.

39 Limita,quia authoritas arbitri,&arbitratoris in tãtum dependet à compromiſſo, vt illo expirato euaneſcat authoritas data, vt non poſſit ipſemet arbiter,vel arbitrator pronunciando per laudum ſibi reſeruare authoritatem vltra compromiſſum.Alex.conſ.18.Circa dubia,in princ. lib. 7. & ibi apoſtil.in ver.arbiter,dat concord.

40 Extende, vt procedat ſiue fiat per modum facultatis ſibi datæ,ſiue ſibi reſeruatę,quia licet valeat reſeruatio, & facultas durante compromiſſo,non tamen valet eo finito,& ideo quatenus in laudo reſeruet facultatem condemnandi in expenſis, vel taxandi expenſas,poterit hoc facere durante compromiſſo,non poſtea. Alex. d. conſ. 18. in princ.lib.7.

Vide.Inſtantia de iure Ciuili quando,& in quibus attendatur,vel non.Concluſ. 203.

Vide. Compromiſſum quando,& qualiter expiret. Concluſ. 531.

Arbiter an extra locum compromiſsi poſsit laudare.Concluſ. CDLI.

1 AN arbiter, in quem factum eſt compromiſſum in Ciuitate Florentię inter Florentinos abſens à dicta Ciuitate poſſit ferre laudum. Innoc.in cap.prꝫſentata,in ver.ſolo, de teſtib.vbi diſtinguit, quod poſſit citare partes in loco non multum remoto, & ſic non vltra dietas, quando fuit data facultas,vel eſt perſona,quę non ſolet à loco ſuo recedere,alias videtur, quod in loco iudicare debet,prout Iudex.

Vide.Iudex iudicialia an poſſit expedire extra tribunal.Concluſ.388.num.2.

Arbiter an, & quando dicatur Iudex ordinarius ex compromiſſo. Concluſ. CDLII.

1 IVDEX ordinarius electus arbiter, vel arbitrator non dicitur Iudex ordinarius, vel Delegatus, quando cognoſcit vigore compromiſſi in eum facti ꝑſona non ſubdita, ideo non habet iuriſdictionem ordinariam quoad hoc. Calder. conſil. 76. An officium decem, alias 3. de offic. delegat.

2 Amplia, quia arbiter,& arbitrator ęquiparatur Iudici delegato, quia ſiue ſit arbiter ad vnam cauſam, ſiue ad vnum actum non poteſt delegare alteri. Baldus conſilio 196. Ioan. quondam: vbi quod eſt electa induſtria perſonæ.lib.1.

3 Declara, quia poteſt committere iuramenta teſtium, & illorum examen quando habet facultatem procedendi de iure,& de facto. Bal.d.conſ. 296.in fi.lib.1.

4 Extende in tantum arbitrum ęquiparari Iudici delegato,vt valeat argumentum ab arbitro ad delegatum, & ę contra, ideo ſicut arbiter non poteſt ferre ſententiam,quæ non imponat finem liti,ita neque Delegatus. Fulgoſ. conſ. 217. Viſo exemplo.

5 Limita multis modis,de quibus in ver.Arbiter etiam à ſtatuto,an dicatur Iudex ordinarius, vel Delegatus. Concluſ. prox.ſeq.

Arbiter etiam vigore ſtatuti electus an dicatur Iudex ordinarius,vel Delegatus.Concluſ. CDLIII.

1 ARBITRI electi vigore ſtatuti,licet habere dicantur iuriſdictionem à lege non tamen proprie ſunt ordinarij, neque delegati, ſed ſunt ad ſimilitudinem delegati potius,quam ordinarij,quia ad vnam cauſam tantum ſunt deputati.Bald.conſ.90.Queritur vtrum arbitri. lib.1.& quod ſint quaſi delegati, & non poſſint niſi ea quæ poteſt Iudex delegatus. Bald. conſ.470. Statuto cauetur.n.3.verſ.amplius conſidera.li.1.

2 Imo quod ſint vere delegati,& compellantur,& eorum deciſio ſit ſententia, non autem ſint arbitri,neq;arbitratores,dicit Signorol. conſ. 249.in principio.

3 Amplia in tantum ſimilitudinem delegati eos habere, vt ſi eligatur tertius vigore ſtatuti, licet ex cõpromiſſo in duos primos,ſit illis data facultas ſententiandi non citatis, & non prꝫſentibus partibus,tamen ſi illis iungatur tertius à ſtatuto debent partes citari ab eo.Bald. conſ.8. Punctus quęſtionis.nu.2.ver.ſed obſtare videtur.lib.3.

4 Et dicuntur habere iuriſdictionem, & propriè ſunt Iudices arbitri electi à ſtatuto, vel ex neceſ-

ſitate

ſitate ſtatuti.Bal. conſ.190. In cauſa iſtorum nobilium,circa fi.ver.illud conſtat.lib.5.

Vide.Arbitri poſſunt multa ſicut Iudices.Concluſ.456.& Concl.ibi prox.ſeq.

5 Amplia , quia Iudices delegati dicuntur boni viri electi à Prætore , ideo ab eis appellatur ad Prætorem.Signorol.d.conſ.211. In quæſtione appellationis,in princ.

6 Extende, vt procedat etiam ſi poteſtas ratificaſſet laudum latum ab arbitris deputatis à ſe, quia ad eundem appellari debet.Signorol.d.conſil.211.nu.3.& ſeq.

7 Amplia, quia arbitri , & arbitratores ſunt delegati , ſeu delegatis æquiparantur,in hoc, quod non poſſunt lato laudo aliud facere tanquam functi officio.Anchar.conſ.208.nu.2.

8 Et quod electi ex forma ſtatuti iuſſu Iudicis ſint delegati Iudices,non autem arbitri,neque arbitratores probat Signorol.conſ.249.in prin. vbi quod eorum ſententia dicitur , prout aliorum Iudicum.

9 Extende etiam ſi ſtatutum confirmat iuriſdictionem illorum,quia ex quo dantur à Iudice ordinario ſunt delegati,& non ordinarij. Signorol. d.conſ.249.nu.2.ver.item notanter.

10 Extende , vt idem dicendum ſit de electis iuſſu Principis inter conſanguineos,quia dicũtur Iudices delegati potius,quam arbitri , vel arbitratores.Signorol.conſ.194.In quæſtione vertente,per totum.

11 Limita quando eligẽdi ſunt ex neceſſitate,quia dicuntur ordinarij,& habent ordinariam iuriſdictionem.Bal.conſ.351.Ioannes, & Federicus.n.8. ver.circa tertium.lib.5.quod eſt Angeli.

12 Reſtringe niſi eligantur ex reſcripto Principis ita mandantis,quia ſunt delegati,licet ex neceſſitate eligantur.Fulgoſ.conſ.141. Nanes,& Corus. col.3.in fi.ver.nam,& hi arbitri.

Vide.Arbiter an, & quando dicatur Iudex ordinarius.Concluſ.prox.præced.

Arbiter, licet habeat arctiſsimam poteſtatem , tamen poteſt multa,& quæ non.Concluſ. CDLIV.

1 ARBITER habet arctiſsimam poteſtatem, ſed tamen poteſt pronunciare ſuper omnibus neceſſarijs,vtilibus,& acceſſorijs ad negociũ ſibi commiſſum.Federic.de Sen.conſ.216. Domino Federico.num.2.ver quinimo,& arbiter.

2 Extende,quia poteſt adiudicare omnia bona paterna filio, licet repudiauerit hæreditatem.Caſtren.conſ.72.Dubitatio.lib.1.ver.ſuper ſecundo, vſque in fin.

3 Amplia, quia arbitri debent potius ſequi æquitatem,quam rigorem iuris.Ang.conſ.305.In quæſtione vertente.col.2.verſ. licet ita ſit de rigore, vſque in fin.

4 Amplia , quia quandoque ex cauſa habent latam authoritatẽ,etiam ſuper non compromiſsis.

Vide. Arbitri quando ſuper non compromiſsis pronunciare poſſunt.Concl.460.cum alijs tribus Concluſionibus præced.dictam Concluſionem.

5 Limita,quia arbiter,& arbitrator etiam cum libera facultate laudandi, & arbitrandi non poſſunt laudare,quod vnus donet alteri. Rom.conſ. 55. Si volumus dicere, circa medium. ver. amplius,& poſito.

6 Extende multo magis, quando compromiſſum eſt per verba denotantia arbitrium boni viri, prout ſunt verba, prout videbitur , & placuerit. Rom.d.conſ.55.in princ.

7 Reſtringe,quia pro bono pacis poteſt arbiter, & arbitrator in modico lędere auferendo ab vno & dando alteri , dummodo non exceſſum faciat. Roma. d.conſ. 55.verſ. ex ſecundo autem capite.

8 Reſtringe, quia poteſt arbitrator pro coęquatione partium ab vno auferre,& alteri dare,quia iſta non eſt donatio liberalitatem continens,ſed cauſam ęqualitatis ſapit.Rom. conſ.55.in fin.vbi apoſtill.in ver. coæquatione,citat plures concordantes .

9 Limita , quia arbitri quantumcunque latiſsimam habeant facultatem , tamen ex fide bona reſtringitur,vt non excedat modum tollendi vni & dando alteri. Bald. conſil. 381 . Conceſsio arbitrij. lib. 1.

10 Limita , quia ſi in compromiſſo fuit conuentum , quod teneatur accipere conſilium ſapientis ſuper dubijs proponendis , debet hoc facere, nec poteſt euitare prętextu quod dubia non ſint vera,quia cõſideratur dubium, prout eſt, non autem an ſit verum. Caſtren. conſ.465. Viſo laudo, in princ. lib.1.

11 Declara,quaimo ſi in cõpromiſſo arbitro eſſet data neceſsitas ſequendi conſilium alienum non valet laudum , vel compromiſſum , quia debet eſſe liberum arbitrium arbitri . Aegid. Bellam. con.24.num.2.

12 Limita,quia non poteſt pronunciare ſuper parte, quando negocium eſt liquidum.Bal.conſ.416. Nobilis vir Dominus.lib.1.

13 Limita, quia aliter iudicare non debent arbiter,& arbitrator in alium , quam ipſi vellent inſe ipſos iudicari. Roman.conſ.55.Si volumus, in princ. vbi apoſtill. in ver. iudicari, dat concordantes .

14 Limita,quia non poteſt pronunciare,quod vna pars vendat aliquid alteri , ſi expreſſe non eſt dictum.Bald.conſ.414. Verba dicunt, per tot.lib.1. & 416.eod.lib.1.

15 Extende, vt neque poſsit prohibere alienationem,ſi non eſt data facultas præciſa.Bald.conſilio 55. nu.4. libro 3. vbi quod etiam ſi eſſet data hæc facultas , prohibitio non impedit transferri dominium, licet faciat incurrere pœnam illum, qui contrauenit.

16 Limita,quia ſuper re non compromiſſa non poteſt pronunciare,quia non plus poteſt, quã dicter forma compromiſsi , ideo ſi factum eſt compromiſſum inter plures fratres ex vna, & extraneos ex alia,nõ poteſt pronunciare ſuper re,& controuerſia inter fratres,quia de hoc nõ,eſt factũ compromiſſum.Bal.conſ.309. Cum eſſent plures.n.2. verſ.ſed pone.lib.1.l.non diſtinguimus.§. de officio.ff.de arbit.late Iaſ.conſ.62.lib.3.& conſ. 168. penul.col.nu.16.lib.4.Deci.conſ.11.Et pro tenui. ver.tertio principaliter.Alex.conſ.94.In cauſa.& lite.col.2.lib.2.& conſ.48.col.3.lib.7.Felin. conſ. 51.per totum. Caſtrenſ. conſ. 423. Pro informatione,in princ.lib.1.

Et

17 Et idem eſt in arbitratore, quia ſuper non compromiſſis non poteſt ſententiare. Cumah. conſ.7. Primum videndum,nu.8.ver.quæ quidem verba.Alexan.conſ.135.Circa primam dubitationem,num.9.lib.6. vbi quod neque in modico poteſt excedere.Anton. de Butr.in c.conſtitutus de relig.domib.

18. Extende in tantum, arbitrum non poſſe ſuper non compromiſſis pronunciare,& ſi pronunciauerit laudum eſſe nullum, vt etiam ſi ſequatur emologatio laudi,non conualidetur.Bald.d.conſ.309. nu.2.ver.ſed pone,vſque in fin.

19 Extẽde,vt procedat etiam circa perſonas,quia nullum eſt laudum latum extra perſonas quę cõpromiſerunt.Bal.conſ.55.Ad euidentiam,in prin. lib.3.alias laudum eſt ipſo iure nullum,l. non diſtinguemus,§.nunc de officio.ff.de arbitr. & §. fi. Bal.conſ.351.nu.9.lib.5.vbi quod forma compromiſſi,& mandati non ſeruata,actus eſt nullus.Bal. conſ.21.lib.5.& conſ.250.eodem lib.5.Deci.conſ. 331.nu.4.laſ.conſ.165.lib.2. & quod ſit nullum inter perſonas non compromittentes.Alex.conſ. 48. col. 3.lib.7. Felin.conſ.51.Per totum. Corne. conſ.193.Multa in medium,col.3.tit.3.

20 Extende,quia ea duntaxat veniunt in compromiſſo,de quibus ſpecialiter actum eſt.Socin.conſi 20.lib.1.Alex.conſ.135.Circa primum dubitatur, n.9.lib.6.vbi dicit arbitratores etiam in modico non poſſe fines compromiſſi excedere.

21 Et in ſumma poteſtas arbitri; & arbitratoris pendet ex compromiſſo.l.non.diſtinguemus,ff.de arbitr. Roman. conſil. 55.ſi volumus dicere,in principip.

22 Extende, quia neque poteſt fines compromiſſi excedere in modico. Alexand. dict. conſil. 135. num.9.lib.6.

23 Extende,quia officium arbitri eſt ſtrictiſsimũ, & taxatum, ac limitatum proprijs verbis compromiſſi.Bald. in rubric. de arbitr.& in compromiſſo id ſolum venit, quod eſt expreſſum, vt veniat. Imol. in cap. cum dilectus,de arbitr.Socin. conſ.20.lib.1.Corne.conſ.293.lib.3.

24 Reſtringe,niſi verba ſint generalia, & ampla ita vt contineant omnem facultatem. Cumah. conſ.7.nu.16.ver. ſuper iniuſtitia quod eſt conſilium Floriani de Sancto Petro, vbi quod licet nõ compromittat quis vt hæres,vel vt ſocius,tamen ſi ſit dictum de omnibus, quæ quouis modo ad eum ſpectant, cenſetur compromiſiſſe omne ius, & valet laudum.

25 Limita, quia non poteſt arbiter ſubdelegare vices ſuas alijs, ideo laudum latum per tres arbitros ex quatuor, etiam ſi quartus ſubdelegaſſet,eſt nullum.Fulgoſ.conſ.144.in prin.

26 Limita,quia non poteſt arbiter laudare,vt extur ad alium arbitrum.Fulgoſ.dict.conſil.144.in prin.

27 Limita,quia arbiter lato laudo eſt functus officio ſuo,ideo non poteſt ferre aliud laudum.Bald. conſ.47.Poſtquam fuit latum,lib.2.

Vide. Arbitrorum iuriſdictio quantum durat, Concluſ.450.nu.5.& ſeq.

28 Extende,quia non poteſt ſibi reſeruare aliquid expediendum poſt tempus compromiſſi,l.ſi. cum dies.§.ſi intra diem,& l.non diſtinguemus,§. fin. de arbitr.Bald. in l.terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.col.penult.& ibi Salycet.ait, quod ſi reſeruat ſibi taxationem expenſarum non poterit taxare poſt tempus compromiſſi. Angel.& modet. in l.ſecus,& Augerius,ff.ad leg.Falcid.Alex.conſ. 18.col.1.lib.7.

Vide. Expenſę poſſunt taxari poſt appellationem.Concluſ.627.

29 Reſtringe niſi eſſet data facultas ſemel,& pluries laudandi, quia poſſet ferre aliud laudum, dummodo non ſit contrarium primo.Bald. dict. conſ.47.lib.2,

30 Reſtringe,niſi laudum eſſet latum nulliter, puta non ſeruata forma compromiſſi, nam ſi durat tempus compromiſsi,poterit ferre aliud laudum validum.Angel.conſ.152.Arbitri electi, in fin.

31 Declara, quia ſi primum laudum à partibus eſſet emologatum,non valeret ſecundum laudum correctorium primi,etiam ſi in primo reſeruaſſet ſibi facultatem laudandi de nouo.Anchar. conſil. 111.per totum.

32 Limita,quia etiam ſi compromiſſum fiat ſuper litibus,quæſtionibus,& differentijs,tam ortis,quã oriendis, vſque ad diem duraturi compromiſſi, cum poteſtate dandi, & aſsignandi,vſque ad omnem quantitatem,non poteſt arbiter,vel arbitrator adiudicare vni parti,niſi ſuper his,de quibus erat litigium,non ſuper alijs,quæ non erant in litigio.Abb.in c.cum dilectus,de arbitr. Angel. in l.de his.ff.de tranſact.vbi dicit audiuiſſe Bart.dicentem, quod ſicuti generalis acceptilatio non porrigitur ad non cogitata, ſic & compromiſſum ſuper vna re non extenditur ad aliam.Rom.conſ. 404.Pro deciſione, vbi alios allegat,Ant.de Butr. in c.conſtitutus,per illum tex. de religioſ.domib. Alex.conſ.119.Titulus quæſtionis,alias quæritur ergo,& conſ.124.In cauſa,& lite, n.4.lib.2.Corn. conſ.10.Quod dictum ſecundum laudum,col.penu.11,& ſeq.lib.2.& conſ.57.In cauſa,& lite, col. fi.lib.3.& conſ.168.Viſa copia,libr.1. Socin.conſ. 220.lib.2. & conſ. 121. In cauſa reclamationis, col 6.ver.reſtat,lib.3.Fulgoſ.conſ. 120.Super eo.

33 Et eo ipſo,quod pars negat fuiſſe compromiſſum ſuper laudato,pars alia debet probare.Alex. d.conſ.119.& 124.lib.2.facit Abb.conſ. 18.In cauſa,& quæſtione,col.2.lib.2.Angel.conſ.218. Viſa narratione,col. pen.

34 Extende, quia non poteſt arbitrari ſuper non compromiſsis,etiam ſi cõpromiſſum ſit generale, cum clauſula,quod cenſeatur lis ſuper omnibus laudatis Anton.de Butr.conſ.79.Viſis actis, allegat Bar.in l.cum Aquiliana,ff.de tranſact.ſequitur Bal.in l.ſi.§.ſed & ſi quis,col.2,ver. porro, C. cõmun.de legat.vbi extendit etiam ſi arbiter pro bono pacis hoc faceret.

35 Extende,quia ſi factum eſt cõpromiſſum generale de omnibus rebus communibus diuidendis, non poteſt ferri laudum ſuper rebus proprijs alterius compromittentis,& eas alteri parti adiudicare.Anchar.conſ.111.Ex ſupradicta.

36 Extende,quia in omnibus caſibus prædictis in quibus laudum eſt latum ſuper non compromiſſis,laudum erit nullum tanquam latum à non habente poteſtatem.Cardin.Zabarell.conſil.139.Factum tale eſt,col.3.allegat Bal.in l.milites.C. de teſtam.

37 Extende eſſe vera prædicta, etiam ſi eſſet pactum in compromiſſo, quod non poſſet opponi, quod laudata eſſent extra compromiſſa,quia hoc non obſtante poteſt opponi,quod laudum eſt nullum, ſi extra compromiſſa fuit laudatum, ita

Guil.

Guil.de Cunio in l.3. §. ſi ſeruus,ff.de pecul. per illum text. ſequitur Bald.in tit. de pace conſtantię.§.ſententiæ quoque,& ita refert ſe conſuluiſſe Caſtrenſ.in l.ſi cum dies,§.plenum.ff.de arbitr.

38 Extende, quia non poteſt arbiter condemnare partes ad prorogandum tempus compromiſſi ſub pœna,cum clauſula, quod facta prorogatione pęna pro non adiecta habeatur. Caſtrenſ.in l. Seius,poſt prin.ff.ad l.Falcid.& in l.ſi quis,n.3.ff. de cond.inſtit.

39 Limita,quia non poſſunt arbitri condemnare eum, cuius nomine factum eſt compromiſſum ad ratificandum,quia illud non venit in compromiſſo, ſicut nec poteſt condemnari is, pro quo eſt facta tregua cum promiſsione rati ad ratificandam treguam.Caſtren.conſ.423.Pro confirmatione,in prin.& per tot.lib.1.

40 Limita, quia non poſſunt condemnare partes ad pacem faciendam.Caſtrenſ.dict.conſ.423.Pro confirmatione, in prin.& per tot.lib.1.

41 Extende,quia minus poſſunt declarare,quod ſi pax non fiat infra tot dies, cenſeatur facta. Caſtrenſ. dict.conſ.423.nume.4.ver.quantum ad ſecundum,lib.1.vbi quod minus valet laudum, per quod declarant arbitri pacem factam, quia non eſt in eorum poteſtate, quod non factum ſit factum.

42 Extende,quia non valet pęna, in qua condemnantur compromittentes ſine cauſa,neque ſi abſoluunt arbitri à pęna, quatenus faciant pacem, quia cenſentur in fraudem legis condemnaſſe, & abſoluiſſe.Caſtrenſ.d.conſ.423. col.1. in fin. & col.2.ver.his non obſtantibus,lib.1.

43 Reſtringe, quia valeret pęna impoſita ex cauſa,puta,damni,vel delicti.Caſtrenſ.d.conſ.423.In prin.lib.1.

44 Limita,quia in caſibus, in quibus arbiter non poteſt condemnare, non obligat condemnatos etiam ſtante ſtatuto Florentiæ, quod nihil poſsit allegari contra laudum, ſed mittatur exequutioni,quia ea,quæ non veniunt in compromiſſo,ſemper poſſunt opponi ſicut exceptio, quod Iudex non ſit competens.Caſtrenſ. d.con.423.nu.3.ver. non obſtat ſtatutum,lib.1.

Vide.Compromiſſum quid ſit, & eius natura. Concluſio.497.

Arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum. Concluſio. CDLV.

1 ARBITRIA ſunt ad inſtar iudiciorum, l. 1.ff. de arbitr. Dyn. conſ.50. Prius dicendum, in princ.Socin. conſ. 195. Circa primum, in princ.ver.accedit etiam,lib.2.& ideo qui non poteſt eſſe Iudex, non poteſt eſſe arbiter. Oldrad. conſ.156.Primum quæritur,in princip. Petr. de Anchar. conſil. 34. numer.10. ver. iſta prima facie.

2 Amplia quia, quæ non poteſt Iudex, non poteſt arbiter, ideo non poteſt die feriata,maxime in honorem Dei,ferre laudum, neque componere partes inuitas, quia Iudex non poſſet iſta. Baldus conſil. 470. Statuto cauetur, libro 1.

Vide duas Concluſiones proximas ſequentes.

3 Amplia,quia ea, quæ cenſentur deducta in iudicio, cenſentur etiam deducta coram arbitris. Dyn.conſ.50. in princ. vbi quod omne ius cenſetur deductum coram arbitris, quod tamen reſtringit,nu.5.& 6.ad ius cognitum,& in compromiſſo deductum.

4 Amplia,quia arbiter tenetur, prout Iudex ſeruare ſolemnia iudicij,niſi expreſſe partes in compromiſſo talem ſolemnitatem remiſerint, alias laudum eſt nullum prout ſententia Iudicis.Angel. conſ.198.Teſtator quidam, numer.2. qui allegat Philippum, & Roſellum eandem opinionem tenere.

5 Amplia, quia arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum æquiparata quoad omnia niſi conſtet de contrario in aliquibus caſibus expreſsis. Socin. d.conſ.195.in prin.ver.accedit etiam,lib.2.

6 Et ſententia arbitri æquiparatur ſententiæ Iudicis.Fulgoſ.conſ.141.col.3.ver.ſic igitur,& in arbitrali.

7 Extende,quia ſicuti per ſententiam Iudicis non fit nouatio,quæ extinguat primam obligationem etiam ſi dies ſolutioni pure adijciatur, ita neque ex laudo arbitri.Fulgoſ.conſ.141,col. 4.ver. monet præterea.

Vide.Nouatio quando & ex quibus inducatur, vel non.Concluſ.119.n.31.& multis ſeqq.

8 Et actio ſicuti quęritur ex actu iudiciali domino per procuratorem ſine ceſſione, ita etiam ex compromiſſo,quia eſt ad inſtar iudiciorum.Rom. conſ.86.num.13.& 14.

9 Et ſicuti comparens in iudicio cum certa qualitate,puta,vt hæres patris,iudicium ſibi non nocet extra illam qualitatem,ita etiam in compromiſſo facto cum certa qualitate non nocet extra qualitatem.Rom.conſ.88.in prin.

10 Et ſicut iudicium non trahitur ad futura, quia ad Iudicem non ſpectat tractus futuri temporis, ita compromiſſum non trahitur ad futura, quia ad arbitrum non ſpectat,vt ſupra.Roman.d.conſ. 88.n.3.ver.tertio quia, vbi apoſtil.in ver.prȩſentia,& in fi.conſilij.

11 Amplia,quia ſicut ſententia eſt nulla lata ſine citatione peremptoria,ita laudum arbitri,quia eſt ad inſtar iudiciorum.Anchar.conſ.269.Pro declaratione,vbi ſecus dicit in arbitratore.

12 Extende,quia ſicut ſententia eſt nulla,nullis receptis probationibus, ita laudum arbitri. Bald. conſ.463.Quod ſententia,in fin.lib.1.

13 Amplia,quia ſicuti Iudex iudicans per imperitiam,vel dolum facit litem ſuam,ita etiam arbiter.Caſtrenſ. in l.ſi filius familias,n.4. ff. de iudi. & in l.cum in plures.§.mandaui.nume.6.ff.locat. Lanfranch. de Oriano in tract. de arbitr. in vltima par.quæſt.36.

14 Extende maxime etiam in arbitratore, quando atteſtatur in ſuo arbitramento vidiſſe ea,quæ non potuerunt videri,quia videtur in dolo,l. ſolemus,& l.quoties,ff.de iudi.ſed tamen in dubio,pro laudo præſumitur.

15 Reſtringe in arbitratore, quia ſolum tenetur de dolo,vt per Caſtrenſ.d.l. §.filius familias, nu. 4.ff.de iudic.

16 Amplia,quia ſicut ſententia eſt valida licet cõtra ius partis feratur,& tranſit in iudicatum, ita laudum arbitri declarans bona paterna ſpectare ad

re ad filium , qui repudiauit hæreditatem patris , valet.Castrens.conſ.72. Dubitatio.lib.1. ver.ſuper ſecundo,vſque in fin.

17 Amplia,quia inſtantia iuris communis,quæ eſt triennium in prima inſtantia habet locum in arbitro,& arbitratore ſecundum diſtinctionem, de qua in ver. Arbitratorum iuriſdictio quantum duret. Concluſ.450.

18 Limita , quia licet non valeat ſententia lata per plures Iudices , quorum vnus erat inhabilis. c.cum ſuper,de offic.deleg. tamen valet laudum : & ratio differentiæ eſt , quia plures delegati repreſentant vnam perſonam,& ſic delegantem,arbitri vero ſecus. Bald.conſ.42. Compromiſſum fuit.lib.1.vbi quod hoc maxime procedit , quia aderat clauſula , quod valeret etiam laudum latum per duos tantum.

19 Limita , quia arbiter, & arbitrator de iure, & de facto,non ſeruant apices,& ſubtilitates iuris , ſed iudicant ſecundum veritatem , & conſcientiam . Lap.alleg.78.in fin.num.9. verſ.quinto , & vltimo. Bald. conſ.240. Donatio facta , in fine libro 1.

20 Limita,quia ſolemnitates requiſitæ poſſunt remitti in arbitrijs,ſecus in iudicijs.Cuman.conſ.7. Primum videndum.n.18.ver.præterea non eſt bona,quod eſt Florian.de S.Petro,& aliorum .

21 Limita , quia licet arbitria ſint ad inſtar iudiciorum , tamen quoad quædam habentur ad inſtar contractuum.Bald.conſ.494.Arbiter,& arbitrator,circa fi.ver.ſed contrarium.lib.5.vbi quod licet arbiter non poſſit lata ſententia illam declarare,ſicut nec Iudex , maxime quando declaratio eſt noua ſententia , tamen ſecus eſt ſi ex compromiſſo habeat hanc facultatem .

Vide.Arbitramentum quid ſit,& quid laudum. Concluſ.465.

22 Limita , quia licet in iudicijs omne ius partium cenſeatur deductum , tamen ſecus eſt in arbitrijs, quia non cenſetur deductum,niſi id,quod eſt in compromiſſo expreſſum.Dyn.conſ.50.nu.6. ver.præterea certum eſt,vſque in fin.

23 Limita, quia ſi in compromiſſo fuit data facultas procedendi ſine figura iudicij, arbitrio ipſorum arbitratorum, nulla ſeruata forma, partibus citatis,& non citatis, præſentibus,vel abſentibus, non requiruntur ſolemnia,quia ſtandum eſt compromiſſo , ideo ineptitudo libelli non vitiat . Signorol.conſ.238.n.2.& 4.

24 Extende, quia ineptitudo perſonæ non vitiat . Signorol.conſ.238.col.2.nu.1.verſ.ſed prædictis , vbi idem dicit in arbitratore.

25 Limitat Socin.in reg.27.Arbitria vt iudicia tractantur,vbi ponit limitationes 31.

Arbitri poſſunt multa ſicut Iudices, non tamen vltra . Concl. CDLVI.

1 ARBITRI ad inſtar Iudicum eſſe dicuntur, ideo poſſunt tantum ea , quæ poſſunt Iudices,& non vltra. Bald.conſ.470.Statuto cauetur. lib.1. vbi quod non poſſunt ferre laudum die feriato in honorem Dei, quia non poteſt Iudex ferre ſententiam , & ſi feratur erit nullum.

2 Amplia maxime in arbitris ex neceſſitate electis, quia quamcunque authoritatem habeant latam, non poſſunt niſi ea , quæ poteſt Iudex , ideo non poſſunt partes inuitas componere , quia Iudex hoc non poſſet.Bald.d conſ.470.n.3. verſ.amplius conſidera.lib.1.Angel.Areti.conſ.108. num. 19.& ſeq.vbi,quod ab eis appellatur , & eorum laudo,ſicut à Iudice.

3 Extende,quia imo arbitri electi vigore ſtatuti ſunt proprie Iudices , & habent iuriſdictionem . Bald.conſ.290.In cauſa iſtorum nobilium, circa fin.ver.illud conſtat. lib.5.

Vide.Arbiter etiam à ſtatuto an dicatur Iudex ordinarius,vel delegatus. Concluſ.453.

4 Amplia , quia arbiter ſicut Iudex, poteſt condemnare ad dandum infra certum terminum ſub pœna.l.quid tamen.§.ſolutioni.ff.de arbitr. Imol. in c.cum dilectus,de arbitr.& an ſit locus purgationi moræ poſt terminum. Lanfranch.de arbitr. cart.14.in 11.quæſt.

5 Limita,niſi eſſet ſimul arbiter,& arbitrator , & pronunciaret vtroque modo , quia ſubſtinebitur ſententia lata in die feriata, etiam in honorem Dei, etiam per modum compoſitionis inter inuitos.Bald.conſ.470. num. 2. ver. aut pronunciauit complexiue. lib.1.

6 Limita , quia arbitri poſſunt ſemel , & pluries laudare , quando in compromiſſo fuit hoc conceſſum, non tamen poterunt laudata corrigere.Bar. in l.quid tamen.ff.de arbitr. Deci.in cap. paſtoralis.§.quoniam,in fin.de reſcript. Ancharan. conſ. 162.De viribus, & efficacia, in fin.

7 Reſtringe , niſi eſſet data poteſtas pluries laudandi, & laudata corrigendi , quia poterit corrigere laudata ſi tempore laudi hoc fuit reſeruatum , alias non item procedit , dummodo laudata non ſint etiam à partibus emologata. Bald.in l.item labeo.ff.famil.herciſc. vbi gloſ. in ver. pure, & per text.in l diſtinguemus. §.ſumma. & §. compromiſſo. ff.de arbitr.

8 Scias tamen, quod ſtante tali clauſula , etiam quod arbiter ſibi reſeruauerit in laudo hanc facultatem , quod non poteſt durante compromiſſo peti reductio ſuper laudatis , ſed recurrendum eſt ad ipſum arbitrum,qui cogendus eſt.l.3.§.tam * & ſi,vbi gloſ.& * Doctor.ff.de arbitr,Lanfranch. in tract.de arbitr.quæſt.19.in fin.

Vide. Arbitri non poſſunt multa ſicut Iudices. Concluſ.prox.ſeq.

Arbitri non poſſunt multa ſicut Iudices . Concluſ. CDLVII.

1 ARBITRI non poſſunt exequi eorum ſententias,prout poſſunt Iudices. l.epiſtola. C. de Epiſcopal. audient. Bald. conſil.90. Quæritur vtrum arbitri.lib.1.

2 Amplia,quia non habent iuriſdictionem cohærentem territorio , etiam ſi eligantur ex forma ſtatutorum. Bald. d.conſ.90.lib.1. vbi quod proprie non ſunt Iudices ordinarij , neque delegati , ſed ad ſimilitudinem delegatorum.

3 Amplia , quia arbitri , & arbitratores non poſſunt compellere, vt compromittens vendat

Digitized by Google

rem ſuam pro tanto pretio alteri, ſi hoc non eſt actum, quia nouus contractus eſt. Bal.conſ.414. Verba dicunt, per totum, vbi eſt caſus, & conſil. 416.lib.1.

4 Amplia,quia Iudex poteſt,nedum diuidere petentem diuiſionem à pluribus, ſed etiam ipſos plures inter ſe ſe, ſecus eſt in arbitro, quia non plus poteſt, quam cantet forma compromiſſi. Bald. conſ. 309. Cum eſſent plures. num. 3. verſ. item quia vbi.lib.1.

5 Amplia, quia arbiter non poteſt ferre laudum, partibus abſentibus etiam citatis, quia coram arbitro non contrahitur hermodicium. Cuman. conſ.7.Primum videndum, in princ. Abb. conſil. 33.Quia quinque.col.4.num.7.verſ.ad tertium. lib.2.allegat text.in l.diem proferre.§.ſi quis litigatori.ff.de arbitr.& l.2. C. eod. & Abb.loquitur etiam ſi ſint partes citatæ, & monitæ pro certa die, quia ſi non eſt data facultas, non valet laudum, licet committatur pœna.

6 Extende, quia nec poteſt ferre laudum partibus non citatis, etiam ſi ſit dictum, quod poſſit ferre laudum partibus abſentibus, quia intelligitur, dummodo ſint citatæ. Cuman. conſil. 7. in principio.

7 Reſtringe, quando arbitris eſſet data facultas procedendi partibus abſentibus & monitis, ſeu citatis. Abb. d. conſ.33.num.7. ver. ad tertium. libro 2.

8 Reſtringe, quando arbitri ſunt ſubrogati loco Iudicum, vel data eſt facultas procedendi ſecundum ſtatuta, vel prout Iudices facerent, quia ſufficit citatio, vel monitio partium, licet fuerint abſentes tempore prolationis laudi. Abb. d. conſil. 33. numero ſeptimo. verſ. ad tertium. libro ſecundo.

9 Amplia, quia arbiter non poteſt ferre laudum die feriato, maxime in honorem Dei, & ſi feratur eſt nullum, ſicut nulla eſſet ſententia. Bald. conſ. 470. Statuto cauetur. lib.1.

10 Amplia maxime in arbitris electis ex neceſſitate ſtatutorum, quia quamcunque habeant facultatem in omnibus rediguntur ad inſtar iudicum, ideo nec poſſunt partes inuitas componere, nec alia facere, quę non poteſt Iudex. Bald. dicto conſ.470.num.3. verſ. amplius conſidera. libro 1.

11 Amplia, quia non poteſt declarare laudum, licet Iudex declarare poſsit ſententiam nihil addendo. Cuman.conſ.143.in princ.

12 Extende, quia arbiter non poteſt interpretari obſcuritatem ſui laudi, niſi à partibus fuerit data poteſtas in compromiſſo. Guido de Suzar. in l.quidam. ff.de arbitr. Ioann. Andr.in additio. Specul.tit.de arbitr. §. fin. in verſ. Guido. Anton. de Butr.in cap.quintauallis, de iur. iuran. Alex. conſ.18.col.1.lib.7.

13 Amplia, quia arbiter non poteſt ſubdelegare, quia ſolus delegatus à Principe ſubdelegat, non ab inferiore,ideo laudum latum à tribus ex quatuor arbitris, etiam ſi quartus alios ſubdelegauerit, eſt nullum. Fulgoſ. conſil. 144.in principio, verſ. ad primum.

14 Amplia, quia Iudices habent iuriſdictionem, & cauſæ cognitionem, arbitri vero ſolum habent notionem.text.& ibi gloſ.in l.notionem.ff.de ver. ſignif. melius per gloſ. & ſcribentes in l. ait prætor.ff.de re iudic.

15 Limita multis caſibus, in ver. Arbitri poſſunt multa ſicut Iudices. Concluſione proxima præcedente.

Arbiter,& arbitrator de iure, & de facto quid poſsit. Concluſ. CDLVIII.

1 ARBITER, & arbitrator de iure, & de facto poſſunt ſecundum veritatem,& conſcientiam ſuam iudicare reiectis apicibus,& ſubtilitatibus iuris.Lap.allegat.78.Tabellio,in fin. num.9. verſ.quinto, & vltimo. Angel. conſ. 367. In quæſtione vertente.num.10. vbi,quod idem importat quod clauſula,manu regia.Signorol.conſ.238.n.2. & ſeq.& num.5.in fin.

2 Declara differentiam eſſe, quia vbi datur iſta difficultas ſententiandi de iure, & de facto, tunc non dicitur arbiter, ſed arbitrator.Bal. conſ.351. Ioannes,& Federicus.n.9.ver.nec obſtat, ſi dicatur.lib.5.Alex.conſ.106.lib.3.

3 Reſtringe, quando compromiſſum diceret cum authoritate pronunciandi de iuſtitia, & iure, & veritate, quia non poteſt ſecundum conſcientiam laudare. Iaſ. in l. iuſtitia, in princip. ff. de iuſtit. & iur.

4 Imo quod plus eſt, etiam ſi eſſet dictum, quod poſſit pronunciare ſecundum quod onus conſcientiæ dictauerit, tamen per hoc non intelligitur derogatum legibus, vel ſtatutis. Iaſ. conſ. 191. ad fin. lib. 2. & propterea tali caſu non poterit laudare abſque citatione partium.Iaſ.in l.certum,in vltima col.C.vnd.legit.

5 Amplia, quia poſſunt circa ea, quæ reſpiciunt proceſſum, prout examinare teſtes committere alteri examen, etiam ſi facultas quoad decidendum ſit de iure tantum. Bald.conſil.296. Ioannes quondam,in fin.verſ.ſed poſtea iterum.lib.1. Angel.d.conſ.367.num.10.

6 Declara, ſeu limita, quia illa verba de iure, & de facto, intelliguntur, dummodo non fiat contra ius gentium, & ſic non poteſt procedere per alium, & parte non vocata virtute illorum verborum. Bald. conſ. 296. num. 3. verſ. item illa verba. lib. 1.

7 Amplia, quia arbitri, in quos eſt compromiſſum, vbicunque data eſt eis facultas procedendi, & decidendi de iure,& de facto (maxime ſi eſt dictum tanquam in amicos)poſſunt amplecti ſolam veritatem, reiectis omnibus ſolemnitatibus iuris ciuilis, ideo poſſunt conualidare contractum mulieris factum ſine ſolemnitate, quod eſſet nullum, ſi conſtat de veritate. Angel. dicto conſil. 353.Florentię Ciuitatis.num.3.colum.3. ver.hoc præmiſſo.

8 Extende, quia arbitri vbicunque ſubeſt veritas cum æquitate, poſſunt attendere veritatem, & ideo vbicunque naturalis obligatio eſt nata ex conſenſu partium, vel pactum eſt nudum,poſſunt ipſam veritatem ſequi. Ang.d. conſ.353. per tot. vbi n.3.col.3.in princ.dicit quod important idem quod de bono,& æquo.

9 Reſtringe, quia non poteſt iudicare ſecundum informationem habitam ab vno teſte tantum, etiam ſi in compromiſſo ſit clauſula de iure, & de facto.

Digitized by Google

facto. Lanfran. de Orian. in tract. de arbitr. in vltim. par. quæst. 42.

10 Quid si habet iudicare secundum sensum suum, de quo sensu intelligatur, vide Abb. in cap. 1. nu. 13. de constit.

11 Amplia, quia imo ex eo solo, quod in arbitratorem est compromissum, dicitur transactum, & potest secundum conscientiam suam decidere arbitrator, & non seruat aliqua solemnia iudicij, quia eius sententia est declaratio transactionis partium. Signorol. cons. 238. num. 5.

12 Extende, quia arbitrator, vel in quem de iure, & de facto est compromissum, non seruat solemnia, sed procedere potest manu regia. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, in fine.

13 Extende, quia poterit iudicare ex causa non deducta in libello Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de senten. prolat. §. qualiter. ver. quid si lis. Socin. cons. 160. In præsenti consultatione. col. pen.

14 Amplia, quia compromissum de iure, & de facto habet vim transactionis. Castrens. cons. 239. Quod Nanes, in fin. lib. 1. n. 3.

15 Amplia, quia compromissum, in quo partes promittant non contrauenire laudo de iure, & de facto, operatur, quod si erit contrauentum de facto laudo, committitur pœna. Castren. cons. 319. Quod Nanes. col. 2. vers. secundo videtur obstare. lib. 1. quod est subscriptum à Nello de S. Geminiano.

16 Limita, quia si arbitri condemnant vnum hæredem ad omnia debita, quia sibi constat, quod tantum habuit de communi, etiam si possint de iure, & de facto auferre ab vno, & dare alteri, si extat lęsio enormis non valet, nec creditur vni, sed requiritur fides plurium. Castrens. consilio 465. numero 3. vers. quantum ad secundum. libro 1.

17 Limita, quia si sunt electi arbitri, & arbitratores cum facultate procedendi de iure, & de facto, sed ad decidendum de iure tantum, non præsumuntur in dubio procedere, nisi tanquam arbitri, ex quo secundum ius debent decidere. Cuma. cons. 7. Primum videndum. nu. 16. vers. non obstat quod arbitri.

18 Et propterea in dubio censetur eo casu arbitrator assumpsisse viam arbitri, & partes arbitri. Bald. consilio 43. Quidam ser Cecchus, in fine, libro 5.

19 Extende, quia arbitri de iure, & de facto in procedendo, sed de iure tantum in decidendo, tenentur iudicare secundum statuta loci, si derogant iuri, ita Ias. in l. omnes populi in prima lectura, col. antepen. ff. de iustit. & iur. & in secunda lectura. col. 4.

20 Extende in tantum arbitros ad decidendum de iure arctari secundum ius ad pronunciandum, vt si iniuste pronunciant, laudum sit ipso iure nullum, & non possit reformari, sed debet in totum pronunciari nullum, nisi apparenter videretur iustum, quia tunc licet sit iniustum potest reformari. Bald. cons. 169. In primis sciendum. num. 4. & 5. lib. 3. Bart. in l. diem. §. stari. ff. de arbitr. Bal. cons. 351. nu. 9. ver. circa tertium. lib. 5. vbi hoc restringit ad voluntarium arbitrum, secus in necessario per statutum inducto.

21 Contrarium tenet Bald. cons. 351. num. 9. vsque in fin. lib. 5. quod est Angel. vbi quod compromissum factum in arbitros à statuto inductos, & non voluntarios, quod possint sententiare de iure tantum, operatur quod laudum iniustum latum contra ius litigatoris valet, quia ista clausula, de iure tantum, inest tacite, vbi latissime in ver. in contrariũ, quia vt inquit, voluntarij non ita adstringuntur ad pronunciandum de iure tantum.

22 Declara, quia laudum est nullum, si est contra ius, quia sit contra formam compromissi. Bart. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. Abb. in cap. cum dilecta. col. 4. de rescript. & in cap. causam, circa fin. de re iudic. & in cons. 42. Videndum est. lib. 1. Fulgos. cons. 180. Viso processu. colum. 2. Aretin. cons. 68. Excellens Domine Collateralis. col. penul.

23 Limita, quia arbiter de iure, & de facto, ita quod possit auferre ab vno, & dare alteri non potest lædere immoderate. Castrens. consil. 465. Viso laudo. num. 5. vers. concluditur. lib. 1.

24 Limita, quia non potest arbitrator restituere in integrum, si non est dictum. Signorol. consil. 238. num. 8.

25 Limita, quia arbiter, & arbitrator, siue de iure, siue de facto, & cum amplissima potestate, non potest plus, quam possunt partes ex pacto sibi præiudicare, quia arbitrium sumit vires à pacto partium, & quod pacto fieri non potest, neque potest fieri ex laudo, vel arbitramento. Castrens. consil. 366. Super primo. columna 2. in principio. libro primo, vbi quod sicut non valet pactum, per quod quis priuat se facultate testandi, vendendi, & disponendi de re sua, ita non valet laudum.

Vide. Pacta quando sunt seruanda, vel non. Conclus. 4.

26 Limita, quia non potest examinare testes extra locum deputatum sine licentia partium, vel scientia, alias non probant. Signorol. d. cons. 238. n. 7. ver. vel potest.

Vide. Clausulæ compromissorum, & earum importantia. Conclus. 293.

Vide Anton. Gabriel. libro 2. tit. de arbitris, Conclus. 5. Arbitri sententia, qui de iure tantum pronunciare tenebatur.

Arbitri, & arbitratores quando prorogare possint instantiam. Conclusio. CDLIX.

1 ARBITRI, & arbitratores, quibus non est data facultas prorogandi instantiam compromissi, non possunt prorogare, sed partes possunt compelli ad prorogationem, si non liqueret, & ex causa, quę appareret. Bald. cons. 350. Verba compromissi. num. 2. ver. modo videamus. lib. 5.

2 Declara, quia non possunt laudare arbitri, quod sub pœna fiat prorogatio, qua facta habeatur pœna pro non apposita. Castrens. in l. Seius, post princ. ff. ad l. Falcid. & in l. si quis. num. 3. ff. de condit. institut.

3 Extende, quia non possunt arbitri, & arbitratores prorogare instantiam compromissi, nisi

Digitized by Google

in compromiſſo ſit eis data facultas, in tantum, quod licet prorogent laudum erit nullum tanquam latum extra tempus compromiſſi, quia requiritur facultas data in compromiſſo, vel quod partes conſentiant. Alex. plene conſ. 82. Ponderatis, in prin. lib. 5.

4 Amplia, quia ſi eſſet data facultas prorogandi intra tempus compromiſſi, quod eſt duorum menſium ſemel, & pluries, & quoties, ac quantum voluerint prorogare, quia debent fieri omnes prorogationes infra tempus compromiſſi, non autem valerent prorogationes factæ poſt duos menſes, etiam ſi intra tempus prorogatum ſint factæ. Bal. conſ. 346. Viſo themate, & conſ. 347. Poſt hæc fui, lib. 5. & idem tenet Angel. conſ. 231. Punctus talis eſt.

5 Contrarium tenet alius conſulens ſine nomine, vt per Bal. conſi. 345. Cum Quartus quondam Berti, lib. 5. vbi quod verba illa debent intelligi, dummodo fiant prorogationes ordine ſucceſſiuo, antequam ſit expirata prima prorogatio, fiat ſecunda, & ſic deinceps, ex quo verba ſunt dubia, & quia quod tacite inerat, nihil operatur.

6 Declara, quia ſi conſtat de mente compromittentium, vt non voluerint compromiſſum diu durare, veriſimile eſt, quod prorogatio debuerit fieri in primo termino, vt tollatur infinitas, maxime quando verba hoc ſonant. Bald. conſ. 350. Verba compromiſſi, n. 3. vſq. in fi. lib. 5. vbi dicit eſſe quęſtionem dubiam.

7 Amplia, quia prorogatio non poteſt fieri niſi bis, licet ſit data facultas prorogandi ſemel, & pluries, quia hoc important verba, vt ſemel computetur in pluries, niſi etiam ſit dictum toties, quoties. Bald. dict. conſil. 350. circa fi. ver. ſi autem partes, lib. 5. & plenius conſ. 101. num. 5. verſi. redeo ad primum, libr. 3. vbi late, quod non importat vltra duas vices, & idem Bal. conſ. 102. Omnis poteſtas, numer. 6. ver. dicto de cauſis, lib. 3.

8 Extende, quia imo etiam ſi ſit data facultas prorogandi vna vice, & pluribus, intelligitur de duabus vicibus tantum, vt tollatur infinitas, quando ſumus in diſpoſitione hominis obligatoria. Bal. d. conſ. 101. num. 5. & ſeq. lib. 3. & ita loquitur Bald. etiam conſ. 102. 103. & 104. eodem lib. 3.

9 Reſtringe, quia ſi eſt data facultas prorogandi ſemel, & pluries, & toties, ac quantum videbitur, quia poterunt prorogare pluries indefinite, ita tamen, quod infinitas non inducatur, neque captioſitas, ideo non poſſent prorogare ad vitam, ſed ſano modo verba ſunt intelligenda. Bal. d. conſ. 347. In fin. & conſ. 350. nu. 4. vſque in fin. lib. 5. vbi quod hęc habent locum, quando conſtat de mente compromittentium, quod breuem terminum ipſi conſtituerunt in prima inſtantia.

10 Amplia, quia imo etiam ſi eſſet data facultas tribus arbitris prorogandi, non valet prorogatio facta per duos ex eis, tertio abſente, & non vocato. Alexand. conſil. 82. Ponderatis, numer. 2. lib. 5.

11 Amplia, quia non poteſt fieri prorogatio extra territorium compromittentium, neque valet conſequenter laudum latum extra territorium, etiam ſi ſit dictum, quod poſsint prorogare, & ſententiare in quocunque loco, quia debet intelligi de congruo loco. Bald. conſ. 102. nu. 7. ver. viſo de temporibus, lib. 3.

12 Contrarium tenet Bal. conſ. 101. nu. 11. verſ. venio ad tertium, lib. 3.

13 Amplia, quia prorogatio non debet eſſe longior, quam tempus prorogatum.

Vide. Prorogatio non debet eſſe maior tempore prorogato. Concluſ. 923.

14 Amplia, quia ſi compromiſſum habet certum tempus ad laudandum, non poſſunt arbitri illud prorogare ſine nouo conſenſu partium, neque in laudo ſibi reſeruare ius ad laudandum, l. non diſtinguemus. §. fin. de arbitr. quia lapſo termino nullam prorſus iudicandi habent authoritatem, l. ſi cum dies. §. arbiter ex compromiſſo. ff. eod.

15 Amplia, quia regimen Ciuitatis Mutinæ recognoſcens ſuperiorem, nõ poteſt prorogare inſtantiam compromiſſi ſine partibus, & latum extra inſtantiam, etiam infra tempus prorogatum à regimine Ciuitatis, laudum eſt nullum. Alexand. conſ. 82. Ponderatis. num. 3. & ſeq. verſ. & omnis poteſtas, lib. 5. vbi extendit, etiam ſi Princeps regimini mandauit per verba arbitrium boni viri importantia.

16 Declara, quia Princeps poſſet prorogare, & valet prorogatio, vt innuit Angel. d. conſ. 82. numer. 4. & ſeq. lib. 5.

Vide. Prorogatio datur facilius durante termino. Concluſ. 920.

17 Limita, quando eſſet data facultas prorogandi etiam partibus abſentibus, quia prorogatio poteſt fieri partibus abſentibus, & ignorantibus. Bald. dict. conſil. 350. numer. 2. ver. aut eſt data, lib. 5. & partes in hoc poſſunt paciſci. Bal. conſil. 101. Nobiles viri, numer. quarto. verſic. venio ad tertium, libro 3. & latius. numer. 10. ver. venio ad ſecundum, vbi quod requiritur notificatio.

18 Extende, vt idem ſit, quando eſſet data facultas prorogandi partibus requiſitis, vel præſentibus, quia poteſt fieri prorogatio ſecundum formam compromiſſi, & non alias, videlicet, partibus præſentibus, vel citatis. Bal. d. conſ. 350. nu. 2. ver. aut eſt actum, lib. 5.

19 Extende, etiam ſi data eſſet ſimplex facultas prorogandi, quia poteſt fieri partibus abſentibus, cum ſit interloquutoria dummodo vna pars petat, & non ſit longa prorogatio. Bald. dict. conſ. 350. nu. 2. ver. aut nihil eſt dictum, libro 5.

20 Imo quod requiratur notificatio, tenet Bal. conſil. 101. nu. 10. ver. venio ad ſecundum, & latius conſil. 192. num. 4. & 5. & conſil. 103. circa finem, ver. ſtatuitur enim, lib. 3.

21 Declara, quia vbicunque data eſt facultas prorogandi compromiſſum arbitris, ſeu arbitratoribus, debet fieri prorogatio expreſſa, & non ſufficit tacita prorogatio, quæ oritur ex eo, quia poſt tempus compromiſſi pronunciarunt. Baldus conſil. 321. Verba compromiſſi, lib. 5.

Arbitri

Digitized by Google

Arbitri quando ſuper non compromiſsis pronunciare poſsint. Concluſ. CDLX.

1 ARBITRI electi ſuper exceptione poſſunt pronunciare ſuper debito compenſando, veluti, ſi habens creditum liquidum petat à me, & oppono exceptionem liquidandam ſuper qua fit compromiſſum, ſi arbitri pronunciant actorem debere deducta in exceptionibus, poſſunt eundem nare actorem, vt compenſet ſuper credito ſuo liquido. Alex.conſ.119.in princ.lib.2.

2 Extende maxime, quando in compromiſſo fuit facta obligatio depoſiti debendi reo, quod ſit obligatum actori, vel è contra, quia videtur data facultas compenſandi. Alexan. d.conſ.119.Quæritur, in princ. ver. tamen quantum ad propoſitum. lib. 2.

3 Declarat Alex. d.conſ.119.Quæritur.nu.7. ver. non obſtant allegata.lib.2. vt poſſit pronunciare ſuper compenſatione, quando oritur ex eadem cauſa, pro qua eſt factum compromiſſum, alias non, quia compenſatio eſt reconuentio, quę coram arbitro non habet locum.

4 Extende, quia poteſt arbiter idiota compellere partes ad eligendum conſultorem confidentem & ad deponendum ſalarium. Bald.in l. 2. C. deſent. ex pericul recit.

5 Extende, quia in omnibus acceſſorijs incidentibus connexis, & non extraneis à compromiſſis pronunciat valide.

Vide. Laudum arbitri ex quibus nullum dici poſſit.Concluſ.29.n.93.& multis ſeqq.

6 Et quod poſſit arbiter laudare ſuper cohærentibus expreſsis in compromiſſo, licet de ipſis cohærentibus nulla ſit facta mentio, etiam ſi compromiſſum habeat taxatiuam, & valeat laudum. Abb.conſ.62.In controuerſia.col.2.n.5.verſ.dico, quod licet.lib.2.

7 Item ſi compromiſſum eſt de certis terris, cum ſolo campanili, (non autem de fortalitijs liberis) controuerſis, licet non ſit data facultas declarandi, quę ſint terrę cum campanili, vel non, tamen id poteſt declarare, tanquam in neceſſarium prœambulum laudi ferendi.Abb.d.conſ.62. col.2. n.4.& ſeq.ver.prœterea.lib.2.

8 Item data poteſtate eligendi per compromiſſum, poterit etiam poſtulare, quia ea, quæ ſunt vicina mandato veniunt.cap.in cauſis,de electio. iuncta gloſ. in ver. quia vero, in fin. Abb. conſil. 62.col.3.in princ.num.5.lib.2.verſ.pro hoc, cum ſeq. vbi late.

9 Item quia ſicuti poteſt Iudex ordinarius, vel delegatus cognoſcere de cauſa, ita etiam de acceſſorijs neceſſarijs ad cauſam, videlicet, an ſua ſit iuriſdictio, ita etiam arbiter. Abb.d.conſ.62. nu. 5.in fin.col.3.in princip.ver.idem tacit. lib.2. vbi num.6.idem exemplum dat in conſeruatore, qui licet non poſsit cognoſcere, niſi ſuper notorijs, tamen ſi negetur notorium, poteſt ſuper eo ſumere informationes.

10 Item ſicut mandatum non extenditur vltra expreſſa in eo, etiam ſi habeat verba taxatiua, tamen extenditur ad ea, quæ ſunt prœparatoria mandati, ita etiam compromiſſum. Abb.d.conſil.62. col.3.num.7.ver.prœterea.lib.2.vbi idem dicitur, quod extenditur ad ea, quæ ſunt proxima mandato, vel in ſequelam mandati.

11 Amplia, quia poteſt arbiter adijcere conditiones, & modos congruos, & adiacentes, veluti, ſi ſuper fundo vertitur compromiſsum, & arbiter mandat reſtitui fundum, poterit adijcere, quod is, cui fundus reſtituitur, teneatur ſoluere aliquid reſtituenti fundum. Alex.conſ.119. nu.2. ver.accedit quod.lib.2.

12 Amplia, quia valet laudum latum pro bono pacis, etiam ſi apponat manum ad non compromiſsa, de quo

Vide. Laudum arbitri ex quibus dicatur nullum, vel non.Concluſ.29.n.13.& multis ſeqq.

13 Limita, quia regula eſt in contrarium, quia laudum extra compromiſsa eſt nullum.

Vide. Arbiter licet habeat ſtrictiſsimam facultatem. Concl.454.per totam, maxime n.32.& ſeq.

Arbitri quando poſſunt compelli ad acceptandum, arbitrandum, vel non, & abſentes eligi poſſunt. Concluſ. CDLXI.

1 ARBITRI electi ad concordandum, & qui tenentur concordare partes poſſunt compelli, vt concordent, non obſtante inutili diſcordia. Bald.conſ.177.In Eccleſia Regina, in fin.ver. item ſi arbitri. lib.1.

2 Finis diſcordiæ arbitrorum eſt electio tertij, & ideo ad id poſſunt compelli, & ideo ante electionem tertij non expirat eorum iuriſdictio, niſi ſit lapſum tempus compromiſsi prœfixum. Bald. conſ.90. Quęritur, vtrum arbitri, libro primo, in fine.

3 Modus eſt, quod Prætor det tertium, cuius authoritati tenentur adhærere, licet tertius non pronunciet, ſed duo diſcordes pronuncient, ſi vero electio fit per partes de tertio arbitro, tunc compelluntur ſimul omnes pronunciare, & ſtatur maiori parti. Angel. conſil.512. per totum.

Vide. Arbiter tertius qualiter eligatur, & quam facultatem habeat. Concluſ.prox.ſeq.

4 Imo duo etiam diſcordes, ſeu recuſantes, velle pronunciare, ſunt compellendi per ſubtractionem victus, vt ſolus panis, & aqua eis miniſtrentur, & ſic per capturam, & detentionem perſonę, ita vidiſſe obſeruari atteſtatur Signorol. conſil. 194.ver.& ſi quæratur.

5 Si vero diſcordant in ſententijs, tunc non compelluntur partes eligere tertium poſtquam pronunciauerint, quia compromiſſum debet eſſe liberum, neque Iudex poteſt magis adhærere vni, quam alteri, ſed vitiabuntur ſententiæ diſcordes, quia ab initio debuit dari numerus diſpar. Signorol.conſ.194.per totum, maxime circa fin.vbi loquitur in electis iuſſu Principis in lite inter conſanguineos.

6 Arbitri non compelluntur acceptare compromiſſum in eos factum.l.3.§.tam & ſi. ff.de arbitr. Alex.conſ.81.Reuocatur in dubio.lib.5.in princ.

Digitized by Google

7 Et ideo antequam acceptauerint compromiſſum, poſſunt illud renunciare ſimpliciter. Alex. d.conſ.81.

8 Secus ſi ſemel acceptarunt compromiſſum, quia tunc compelluntur laudare, in tantum, quod non valet renunciatio facta etiam ad inſtantiam vnius partis, quia ſicuti poſtquam acceptarunt dicuntur obligati vtrique parti, ita non poſſunt abſolui niſi de conſenſu vtriuſque partis compromittentis. Alex. d.conſ.81. in princ. lib.5. num.2. & ſeq. vbi quod non ſufficeret conſenſus ſeparatus etiam ambarum partium.

9 Extende, quia etiam ſi arbiter, vel arbitrator expreſſe non acceptaſſet compromiſſum, tamen adhuc non poteſt renunciare laudo, & cõpromiſſo poſtquam ſciuit, & non contradixit, niſi de conſenſu ambarum partium, quia ſi velit reaſſumere, & arbitrari, poſſit hoc facere. Alexan. d.conſil.81. Reuocatur. num.3. & ſeq. ver. ſecundo vero caſu. lib. 5. licet dicat hoc habere aliqualem difficultatem.

10 Reſtringe quando acceptauit, quia cõpellitur laudare. l.3. §.1. ff. de arbi. gl. in l. fi. C. de contrah. emptio. & ita ſeruatur quod fiunt mulctæ pecuniariæ arbitris recuſantibus laudare.

11 Reſtringe, quando diu eſſet litigatum inter partes, & dubitatur de ſcandalo, quia imo peccat arbiter, ſi non acceptat. Socin. in l. quidam, in vltimo not. ff. de verb. obligat. tex. eſt cum gloſ. in c. quod ſicut. 11. queſt. 1.

12 Reſtringe quãdo arbiter eſt vtrique parti coniunctus, quia compellitur acceptare. Bald. in l. 1. §. quamuis: vbi pupill. educ. Marſil. in l. 1. ff. de rapt. Virg. nu. 202.

13 Acceptaſſe qualiter probetur arbiter, dicas eo ipſo, quod fit compromiſſum in ipſum preſentem, quia præſumitur acceptaſſe, ſi vero in abſentem fit factum compromiſſum eo ipſo, quod ſciuit, & tacuit dicitur acceptaſſe. Specul. tit. de arbitr. §. fi. ver. ſed nunquid arbitrator.

Vide. Compromiſſi tempus quando incipiat currere. Concluſ. 515.

14 Contrarium, quod imo requiratur expreſſa approbatio Io. And. in addit. ad Specul. tit. de arbitr. §. fin. ſequitur Lanfranch. de Orian. in tract. de arbitr. in 2. cart. vbi limitat niſi compromiſſum eſſet factum in iudicio præſente, & tacente arbitro, quia videtur acceptaſſe.

15 Amplia, quia arbiter, qui ſemel acceptauit compromiſſum, vel etiam ſi non acceptauit, non poteſt ad inſtantiam vnius partis ſolum renunciare, & ſi renunciat ad inſtantiam vnius partis poſtea accepter, & laudet, valebit laudum. Alex. conſ. 81. Reuocatur in dubium. vol. 2.

16 Extende, vt quod dicitur de arbitro idem ſit de arbitratore. Alex. d.conſ. 81. nu. 1. lib. 5.

17 Extende, vt procedat etiam ſi arbiter, vel arbitrator poſtquã acceptauit renunciauerit ad inſtantiam vnius partis tantum, & poſtea procurator alterius partis conſenſit, quia debent ambę partes ſimul conſentire, alias poteſt non obſtante tali renunciatione, iterum acceptare, & laudare. Alexand. d.conſil. 81. num. 2. & ſeq. lib. 5. maxime quando diuturnum tempus non interceſſit.

18 Dari poteſt arbiter, & arbitrator abſens, quia cum eo non contrahitur. Bald. in l. ſi duobus. §. ſed & ſi quis n. 15. C. commun. de legat.

19 Sed tamen cũ primum ſciuit ſe electum, & non contradixit, dicitur acceptaſſe. Alex. d. conſ. 81. num. 3. ver. & ſecundum Specul. lib. 5.

Arbiter tertius qualiter eligatur, & quid poſsit. Conclũſ. CDLXII.

1 COMPROMISSO facto in duos arbitros, vel arbitratores ſi diſcordant, debet eligi tertius, & ad id poſſunt compelli ipſi arbitri vel compromittentes, quia arbitrorum diſcordię finis eſt electio tertij. Bald. conſ. 90. Quæritur, vtrum arbitri. lib. 1. in fi.

2 Qualiter autem debeat fieri electio, & per quem, & quid ſi diſcordent, & quando eſt data facultas eligendi, vel non, plene Bal. conſ. 73. Contra laudum. lib. 3.

3 Fieri autem debet electio tertij partibus vocatis, ſi fiat per alios arbitros, vel per Iudicem, quia agitur de præiudicio partium. Bald. conſ. 8. Punctus quęſtionis. lib. 3. in principio. ver. ſed adhuc opponitur.

4 Reſtringe, quia arbitri poſſunt tertium eligere non vocatis partibus, quando ſic eis fuit conceſſum in compromiſſo. Bald. d.conſ. 8. num. 2. verſ. ſolutio. lib. 3.

5 Idem eſt quando eligeretur à Iudice coram arbitris habentibus hanc facultatem, quia præſens, & conſentiens dicitur eligere. Bal. d.conſ. 8. nu. 2. ver. item dictus tertius. lib. 3.

6 Reſtringe, vt non procedat quando ex forma ſtatuti Iudex poſſet tertium eligere à ſe ipſo, vocatis partibus. Bal. d.conſ. 8. num. 2. ver. prętera, quia ſtatutum. lib. 3.

7 Limita quando duo arbitri fuerunt electi iuſſu Principis, quia ex quo ſunt potius Iudices delegati, quam arbitri, ſi diſcordant, compelluntur iudicare, & non eſt locus electioni tertij, ſi partes iuſſu eodem non compellantur, quia debet eſſe liberum compromiſſum, & iuſſus Principis non debet extendi vlterius, quia eſt contra ius. Signorol. conſ. 194. ver. ſecundo caſu, vſq. in fi.

8 Limita, quia in arbitratoribus non habet locum electio tertij de iure communi, niſi partes, vel ſtatutum hoc prouideant. Bal. d.conſ. 8. in fin. ver. & ſi dicatur. lib. 3.

9 Electio tertij fit multis modis, & ad diuerſos effectus.

10 Primus modus eſt, quia tertius eligitur quandoque ex forma iuris ad effectum concordiæ duorum diſcordantium, & iſte non eſt arbiter, neq; debet ferre ſententiam, ſed ſolum iſte tertius cõpellit, vt duo arbitrentur ſecundum authoritatem tertij. Angel. conſ. 198. Arbitri, in princip. vbi quod Prętor dat hunc tertium via iuris.

11 Secundus modus eſt quando eligitur tertius de conſenſu compromittentium, vel etiam eligitur à duobus diſcordantibus, quia partes ita declararunt in compromiſſo, & iſto caſu dicitur tertius arbiter, & debet pronunciare prout alij coniunctim, & non ſtatur magis ſuæ ſententię, quam aliorum, ſed ſtatur ſententiæ maioris partis. Angel. d.conſ. 151. circa med. ver. ſi autẽ fuit electus.

12 Si autem alia forma data eſſet à ſtatuto illa debet ſeruari. Ang. d.conſ. 151. in fi.

Tertius

13 Tertius modus est, quia in casu discordiæ eligitur tertius, vel à partibus, vel datur facultas duobus electis eligendi tertium, & tunc quia conditionalis est dispositio tertij, debet purificari, & constare de discordia duorum. Natt.cons.567. nu. 9. ver. postremo.

14 Et ideo non potest tertius pronunciare, nisi constet de discordia. Alex.cons.124. In hac causa, & lite.col.pen.ver.tertia ratione principali.lib.1. sequitur Natt.d.cons.567.num.10.

15 Sufficit tamen, quod constet de discordia, vel per litteras ipsorum arbitratorum, quod non possint concordare, vel per lapsum termini ad pronunciandum, & concordandum. Natt.d.cons. 567.in fin.allegat Dec.cons. 340. Pro resolutione dubiorum.col.hn. ver.vltimo non obstat.

Vide plenius in ver. Compromissum an valeat in duos cum potestate eligendi tertium, qualiter valeat electio. Conclus.508.

16 Facultas tertij arbitri est, quod ipsi stetur in concordia cum altero ex duobus primis, alias autem si duo primi sunt concordes, tertius non attenditur,etiam si fit dictum,quod duo primi stare debeant dicto tertij, quia intelligitur, duobus primis discordantibus.Bald.cons.97. Proponitur quod. lib.5.

17 Et quod non stetur declarationi tertij arbitri electi in discordia, nisi concordet cum altero ex duobus primis.Bald.in l.1.C.de his quæ pœn.nomi.Castrens.cons.145.Videndum est. lib.2.

18 Contrarium videtur facere text. in l. item si vnus.§.principaliter,in fi.ff.de arbitr. & alios pro hac parte citat Castrens. d.cons.145. lib.2.

19 Declara,vt per Socin.cons.54.per tot. lib.1.

20 Si vero discordat cum alijs duobus discordantibus, cui sententiæ standum sit. Socin. cons. 54. Abunde, & subtiliter.lib.1. vbi an per electionem tertij arbitri videantur amittere potestatem laudandi.

Vide Ant. Gabriel. lib.2. tit. de arbitris concl. 1. Arbitri duo quando non concordant,an tertius cum alio debeat concordare, vel possit solus laudare.

Arbitri super diuersis quando super toto tenentur pronunciare,vel non. Conclus.CDLXIII.

1 ARBITRI in quos est factum compromissum tenentur super toto pronunciare.Bald. cons.416.Nobilis vir Dominus Antonius. li.1.vbi quod non possunt pronunciare super parte,maxime quando totum est liquidum,& potest Princeps eis præcipere, ne recedant à tramite rationis, & quod non possit arbiter diuidere iudicium. Bald. cons.481.Vertente quæstione, in fin. lib. 1.

2 Extende, vt procedat etiam in consultore assumpto super pluribus ad consulendum, quia si consulit super parte, consilium est nullum, sicut sententia arbitri, quia non potest diuidere iudicium, ex quo consultor est similis arbitro. Bald. cons. 481. Vertente quæstione, lib.1.in fin. vers. sed sequitur.

3 Declara, quia licet arbiter debeat sententiam dicere collectiue super omnibus, tamen istud non est ratione rei,sed magis ratione formæ compromissi. Bald.cons.336.in fine. lib.3. vbi credo, quod hæc differentia seruiat in hoc, quod sententia non sit ipso iure nulla, quia in his, super quibus ratione rei debet super toto pronunciari, (prout super reconuentione cohærenti)vel inhærenti, (prout est iudicium famil.hercis.) tunc si feratur sententia super parte, ea est ipso iure nulla, secus in iudicio reconuentionis ratione mutuæ petitionis, & sic credo velle inferre Baldum ex sua declaratione, & quod sit nullum laudum latum super aliquibus, omissis alijs. Bart. in l.de rebus.ff.de arbitr.

4 Amplia, quia imo in tantum tenetur arbiter iudicare super toto, vt si non finiat controuersiam, dicitur negligere facere iustitiam,& potest puniri, & non valet laudum, per quod declarat esse faciendum nouum compromissum, quia non definit controuersiam, ita per plura Rom. consil. 318.In casu propositæ.n.3.& seq. vbi apostill. in ver.neglexisse.

5 Extende, quia si arbiter super pluribus electus laudat super aliquibus tantum,alia vero negligit nulliter facit Bart.in l.de rebus.ff.de arbitr. Præpos. in cap.dilecto,in 8. quæst.princ. de appellat. Blanch.in tract.de compromiss. in 6. quæst. princ. quæst. 3.ver.vbi arbiter in quem est compromissum,per l. quid tamen. ff. de arbitr.vbi quod laudum est nullum.

6 Extende maxime in connexis, & indiuiduis, prout loquitur text. in dicta l. quid tamen. ff. de arbitr.

7 Restringe, quando sumus in capitulis separatis & diuersis,quia tot sunt lauda, & sententiæ, quot sunt capitula separata. Abb. in cap.cum tempus de arbitr.Ias.in l.stipulationes.§.si mihi.n.20.ff.de verbor.oblig.Corn.cons.135.in princ. ver.& quia plura. libro 3. facit text. in l. scire debemus.ff. de verb.obligat.

8 Contrarium,quia non dicitur facta diuisio laudi per capitula separata, sed vnicum est laudum sub vna structura verborum, quo casu non habet locum.l.scire debemus. ff.de verb. obligat,vt ibi dicit Bart. ideo laudum fuit in totum nullum, vt per Aflict.decis.218.nu. 4. facit quia forma semper est indiuisibilis, Deci.cons.532. num. 4. & 5. Ias.cons.165. Viso,& considerato,per totum,maxime in fi.lib.2.& laudum continet formam,quod omnia terminentur, ergo nihil potest omitti. Bald. cons. 351. num.9. lib.5.& cons.169. num.4. & seq. lib. 3.

Vide. Iudex iudicare debet super toto, & non super parte. Concl.399.

Arbitri plures qualiter pronunciare debeant, & valeat sententia. Conclus. CDLXIV.

1 ARBITRI plures electi debent omnes pronunciare, (licet in pronunciando discordent) alias non valet eorum pronunciatio, nisi omnes essent præsentes, & aliqui noluerint pronunciare, quia

quia valet maioris partis pronunciatio. Oldrad. cõſ. 42. Eorum, quę in faciendo, vbi, dicit arbitria non poſſe ſubdelegari, quia eſt electa induſtria perſonæ, concord. Bal. conſ. 29. de iure Ciuili, lib. 4. & quod debeant omnes coniunctim pronunciare. Angel. conſ. 152. Arbitri electi, in fi.

4 Declara, quia ſi pronunciarunt nulliter, nõ ſeruata forma cõpromiſſi, vt quia ſeparatim pronũciauerint, nõ dicuntur functi officio ſuo, quatenus duret tempus compromiſſi. Angel. conſ. 152. in fi.

3 Amplia, quia ſi omnes ſunt præſentes, videlicet tres arbitri, & vnus ſolus pronunciat cõcipiendo verba in perſonam omnium, omnes dicuntur pronunciare. Signorol. conſ. 104. Factum ſic ſe habet per totum, maxime, nu. 10.

4 Extende, quia etiam ſi ſolus vnus pronunciat etiam in ſingulari, aliis præſentibus, & nõ contradicentibus, valet laudum tanquam latum ab omnibus per repetitionem tacitam ex ſola præſentia cum taciturnitate. Signorol. dict. conſ. 104. numer. 11. licet hoc ſubſequenter videatur reprehendere.

5 Extende, quia licet compromiſſum in plures dicat, quod iudicatum per eos debeat obſeruari, tamen habet locum in iudicato per maiorem partem, quando omnes fuerunt præſentes, vel vocati. Angel. in apoſtil. ad Bart. in l. exactores. C. de ſuſcept. & Ancha. lib. 10. ſequitur Corſet. ſingul. Vniuerſitas, & in addit. ad Abb. in c. 2. nu. 10. de nou. oper. nunciat. vbi allegat gloſ. in c. pen. de re iudic. lib. 6. quæ hoc dicit, quod intelligas, dummodo alij ſint requiſiti, & præſentes, l. ſi in tres, ff. de arbitr. Deci. in regul. qui poteſt, de reg. iur.

6 Declara, niſi aliter ex forma compromiſſi colligeretur, puta, quod eſſet dictum, quod illud, quod concorditer foret pronunciatum per eos &c. obſeruaretur, quia omnes debent conuenire, Deci. in l. aliud eſt vendere, §. refertur, poſt prin. ff. de reg. iur.

7 Declara, quia ſi factum eſt compromiſſum in duos, cenſetur taliter electa induſtria perſonarum, vt vnus alterum ad laudandum delegare non poſſit, Abb. conſ. 116. Illud de iure, col. 2. verſ. demum non ambo, lib. 2. vbi quod nec creditur laudanti, quod de voluntate alterius laudauerit.

8 Tamen ſi compromiſſum eſſet factum per filium in patrem de differentia, quam habet cum patre, & in tertium, & ſolus tertius arbitrator laudauerit ſine patre, valet ſi pater ratum habuit. Abbas dict. conſil. 116. col. 3. n. 3. lib. 2.

9 Reſtringe, quia non valet laudum latum ab vno coram alijs, tanquam, quod ipſi conſenſerint ex ſola præſentia. Signorol. d. conſ. 104. n. 11.

10 Amplia in tantum, omnes arbitros debere eſſe præſentes in pronunciando, vt ſi ex quatuor deficiat vnus, & alij tres conueniant adhuc laudum eſt nullum, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, quia ius Canonicum in hoc non eſt contrarium. Bald. conſ. 29. de iure Ciuili, lib. 4. vbi, quod compromiſſa ſub hac conditione, cenſentur facta ſi omnes ferant ſententiam, quia licet diſcordent, tamẽ valet quod fit à maiori parte. Fulgoſ. conſ. 144. ver. ad ſecundum.

11 Et quod de iure Ciuili, ſi factum eſt compromiſſum in tres arbitros, non poſſint duo ex eis etiam tertio citato, & non comparente, pronunciare ſine tertij præſentia, eſt text. in l. Item ſi vnus, §. 1. & in l. ſi in tres, ff. de arbitr. & licet Bald. in l. non diſtinguemus, §. cum in plures, de arbitr. dicat valere, abſente tertio, intelligitur, videlicet diſcordante. dict. l. ſi in tres, ff. de arbitr. Specul. tit. de arbitr. §. ſequitur. Abbas. conſ. 77. In quæſtione, colum. 3. verſic. ad primum, lib. 2. vbi, quod de iure Ciuili verior eſt iſta opinio.

12 Et in tantum eſt verum, quod etiam ſi ille, qui non interfuit, poſtea ratificet, adhuc laudum erit nullum. Io. Andr. in 2. cum ab vno, de re iudic. in ſexto Specul. tit. de arbitr. §. fi. ver. ſed pone, lata eſt ſententia.

13 Extende etiam ſi tertius ante diſceſſum ſuum dixiſſet votum ſuum, & alios audiuiſſet, vel etiam ſi expreſſe commiſiſſet alijs duobus motum animi ſui, vt certo modo iudicarent, quia adhuc non valeret ſententia lata ipſo abſente. Bar. in l. duo ex tribus, ff. de re iudic. & ibi Iaſ. Abb. conſ. 77. col. 3. ver. ad primum, lib. 2. vbi iſta verior de iure Ciuili.

14 Contrarium de iure Canonico, quia valet ſententia duorum, tertio abſente, dummodo fuerit legitime vocatus, & requiſitus, c. fin. de arbitr. in ſexto, vbi Ioan. Andre. in gloſ. in ver. liberę. Abb. conſ. 77. col. 3. ver. ſed de iure Canonico, lib. 2.

15 Et ſufficit vna citatio, vel requiſitio etiam generalis, vt par citet parem, gloſ. in clem. prima, de hæret. in ver. requiratur, quam ſequitur Baldus in l. ad peremptorium. ff. de iudic.

16 Declara, quia ius Canonicum ſeruari debet in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſię, non autem in terris Imperii, nec in foro ciuili, vt gloſ. ordinaria in dict. cap. finali, de arbitr. in ſexto, in ver. ciuilis, quam ibi omnes* ſequuntur, vt tradit Iaſ. in dict. l. duo ex tribus, ff. de re iudic. col. 2. circa med. & ita Abb. d. conſ. 77. col. 3. ver. ad primum. lib. 2.

17 Declara, quia c. fin. de arbitr. in ſexto, habet locum ſolum in arbitris electis ſponte à partibus, ſecus in arbitris iuris, vel ex neceſſitate ſtatuti, quia ius Ciuile non corrigitur, ita Iaſ. d. l. duo ex tribus, ff. de re iudic.

18 Extende in tantum laudum latum à tribus ex quatuor arbitris eſſe nullum, vt etiam ſi quartus alios delegauerit, vel ſubdelegauerit in ſui locum, tamen laudum erit nullum. Fulgoſ. dict. conſ. 144. Syndici communis. ver. ad primum, & ver. ad ſecundum.

19 Reſtringe de iure Canonico fauore vltimæ voluntatis, & hoc eſt ſpeciale hoc caſu per c. fin. de teſtam. in ſexto, & c. fin. de arbitr. cod. lib. 6. ita Bal. d. conſ. 29. lib. 4.

20 Imo, quod indiſtincte ualeat laudum latum à duobus, abſente tertio ex malitia ſua, quia uocatus noluit adeſſe, ſecundum ius Canonicum per cap. fin. de arbitr. lib 6. dicit Baldus conſil. 3. Punctus quęſtionis, in princip. lib. 3. ubi dicit hoc eſſe ſeruandum etiam in terris Imperij propter ęquitatem, in qua pręualet ius Canonicum.

21 Reſtringe, quia ſi eſt deuentum ad electionem tertij ualet laudum latum à tertio de concordia alterius, (licet alter diſcrepet) quia attenditur ad ualiditatem laudi, quod omnes pronunciauerint pręſentes, & ſtatur laudo maioris partis eorum. Bal. conſ. 31. Proculdubio. lib. 4.

22 Reſtringe, niſi in compromiſſo data eſſet facultas laudandi quibuſcunque duobus ex eis, quia

quia propter naturam distributiuæ quibuscunque perinde est,ac si dictũ foret,quod tres,vel duo tãtum possent laudare. Bar.in l.hoc articulo. ff. de hæred.instit.Abb.consil.64.num.4.ver.venio ad secundam. lib.1. Ioann. de Anan. consil. 50. in fine: vbi Bolognin. in addit.in fine . ver. ac etiam non obstat.

Declara,vt infra nu.37.& 38.ver.limita,& ver. declara.

83 Amplia, quia si tres arbitri pronunciant,vnus xv. soluen. infra mensem, alter decem infra xv. dies,alter quinque statim soluenda , non possunt reduci ad concordiam , ideo sententia non valet quia non possunt in minori summa conuenire, quia qui dixit de minori summa , dixit etiam de maiori summa circa dilationem,& sic non valet. Bald.cons.287.lib.2.vbi est casus.

84 Extende idem in duobus,quia si vnus condẽnat in decem de præsenti anno, alter in 20. sed concedit maiorem dilationem, quia non possunt reduci ad concordiam,quia qui dicit minus in summa, dicit plus in tempore,& sic non datur conciliatio. Bald. consil. 285. Considera, quod secundus.lib. 5.

85 Amplia , quia si arbiter condemnat reum in ducentis,hoc acto, quod si infra octo dies soluerit centum, sit liberatus, non soluendo non tenetur nisi ad centum , quia alia summa videtur apposita loco pœnæ,& non debetur. Bart. in l. quid tamen.§.fin.ff. de arbitr.Iaſ.in §.curare.col.10.n. 47.ver.quid autem.Instit. de action.Castren.in l. si quis,ad fin.C.ad l.Falcid.vbi quod ſępius videseruari , maxime Florentię , & dant cautelam qualiter debeat declarare .

Vide. Præceptum quando vnicum,vel plura Concluſ.482.

86 Restringe nisi cõstaret,quod re vera esset debitor in dicta maiori summa,sed arbiter propter celerem satisfactionem , voluit eum exonerare. Castrens. dicta l. si quis , in fine.C. ad l.Falcid.

87 Amplia in tantum debere eligi tertium , vt si duo arbitri diuersas sententias proferant,neutra valet.l. diem proferre . §. si plures . ff. de arbitr.

Vide.Iudices plures dati simul qualiter iudicare debeant. Concluſ.419.

88 Declara , vt procedat quando omnino discordant,vel ex protestatione contraria, vel quia sequeretur absurditas, vt si esset compromissum de pretio rei,& vnus declaret in quinque , alter in decem,quia absurdum esset , quod res valens decem daretur pro quinque , & quia intentio laudantis in decem, non fuit consentire in quinque. Bald. cons. 307.Quatuor fuerunt,circa medium. versic.non obstat.libro 1.

Vide . Summa maior continet minorem , & quando secus.Concluſ. 886.

89 Extende , vt quę dicuntur de duobus arbitris discordantibus, quod valeat,vel non sententia, idem sit de quatuor quando sunt pares hinc inde in discordia.Bal.d.cons.307.per totum.lib.1. vbi est casus .

90 Restringe ,vt quod dicitur de duobus arbitris discordãtibus, vt in minori valeat sentẽtia quando consentiunt; vt supra, idem sic in tribus arbitris, quia si vnus pronunciet de quindecim, alter de decem , tertius de quinque , valebit sententia in quinque.Bald. cons. 287. Et si præmittere, in princ.lib.2. Cuman.cons.17.Hieronymus de Bischerijs,in princ.& de duobus.

91 Restringe , vt non procedat respectu dilationis temporis,quia minor dilatio censetur maior summa,ideo si concordant in summa, sed discordant in dilatione, maior dilatio attenditur, si habuerunt animum consentiendi , vt supra . Bald. dicto consil.287.in principio. vers.secundo præmitto.lib.2.

92 Restringe , quia valet sententia lata per duos arbitros discordes in eo, quod minus est quando sunt concordes in causa , & non est protestatio contraria,& cessat absurditas.Bald.d.cons.307.in fi.ver.solutio.lib.1. imo etiam si adesset protestatio contraria post ex interuallo facta , valebit in minori summa.Cuman.cons.17.in princ.

93 Amplia , quia non possunt arbitri delegare suam authoritatem vni,& ipse solus iudicare,neque vnus potest alijs suas vices demandare , sed debent omnes esse prẹsentes,& pronunciare . Signorol.d.cons.104.num.10.

94 Extende, quia non valent confessio,neque acta facta coram vno ex pluribus arbitris,seu arbitratoribus,etiã si alij subdelegassent vices suas vni , quia non valet talis subdelegatio.Alex. cons. 13. Ex his,quæ.nu.9.lib.1.

95 Restringe , nisi in compromisso esset clausula, quod duo ex tribus possent laudare,quia tunc valet laudum duorum non vocato tertio , ita plene Abb.cons.64. Venio ad primum.nu.4. vers. venio ad secundam.lib.1.

96 Limita, quia si plures arbitri sunt electi cum clausula , quod quilibet eorum insolidum possit pronunciare, tunc quilibet arbiter potest laudare,nec est necesse,quod alij citentur , & valet laudum latum à singulo eorum.l.non distinguemus. §.cum in plures. ff. de arbitr.quia frustra requireretur citatio eorũ,sine quibus actus fieri potest.c. cum in plures,de off.deleg.lib.6.& cap.suscitatur, de reser.in fi.gl.in l.si in tres.ff.de arbitr.Innoc.in c.Rainaldus,de testam.super ver. forma.Bar. in l.hæredes mei.§.fi.ff.ad Trebell.

97 Declara,vt procedat limitatio solum , quando non cæpissent ambo procedere , quia tunc non posset alter solus laudare. Bar.in l.sed si ita. ff.de arbit. sequitur Alex. cons. 93. Repetit in causa. num.3.lib.7.& ideo non valet laudum latum vno absente.l.cum in tres, & l. sicut de arbitr . Bartol. Iason , & alij in l.duo ex tribus. ff. de re iudicata .

98 Contra declarationem videtur velle Bal.in l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr. vbi quod duo poterunt laudare,absente tertio.

99 Declara,quia Bal.debet necessario intelligi secundum iuris dispositionem,& naturam contractus,vt per Bal.in l.1.C.commod. Alex.cons. 37. Viso dicto instrumento.num.5. lib. §. vt scilicet, duo concordes, præsente tertio quantumcunque discordante pronuncient. l. si in tres. ff. de arbitr.secus si absente, & non requisito. cap. final.de arbitr.in 6.

100 Extende limitationem, vt procedat , etiam si adsit clausula in compromisso,quod omnes,vel alter eorum possit laudare , & expedire , quia per vnum,& alijs absentibus , & non requisitis poterit laudare,secus si esset dictũ,&si omnes nó potuerint ,vel non voluerint laudare vnus solus possit pronunciare , quia debet primo constare , quod alij

alij non potuerint, vel non voluerint laudare. Iaſ.in l.fundum.§.his verbis.ff.de leg.1.

41 Extende, quando eſſet dictum, quod fit compromiſſum in tres,& in maiorem partem ipſorum, quia idem eſt ac ſi eſſet compromiſſum in ipſos tres, vel in duos eorum, & an tali caſu valeat laudum latum per duos,abſente,& non vocato tertio,plene Sailuſt. de Peruſio in quodam conſilio inſerto per Lanfranch.de Orian. in tract. de arbit.in fin. vbi concludit,quod ſic, quia tali caſu videntur compromittentes attribuiſſe actum laudandi duobus inſolidum,& habuiſſe confidentiam,ita de duobus,ſic de tribus, ſecus forte ſi à principio fuiſſet compromiſſum in tres cum poteſtate procedendi, & ſententiandi per duos ex eis, nam tunc forte cum non appareat compromiſſum factum in duos requiritur citatio tertij, & eſt ratio, quia fruſtra videretur à principio factum compromiſſum in tres,ſi per ſubſequentia verba duo poſſent laudare,quia opus eſſet, quod duobus eſſet data poteſtas laudandi ſine tertio.

Vide. Iudices plures dati ſimul qualiter iudicare debeant.Concluſ.419. vbi num.4.& ſeq.habes plures ampliationes,& limitationes.

Vide.Compromiſſum in duos,vel tres qualiter obligat ad pronunciandum.Concluſ.509.

Arbitramentum quid ſit, & quid laudum, & in dubio quid præſumatur. Concluſ.CDLXV.

1 ARBITRAMENTVM appellatur ſententia arbitratoris,quæ proprie non eſt ſententia, neque quaſi ſententia,ſed implementum compromiſſi, ideo actio oritur ex compromiſſo, non ex arbitramento.Zabarell.conſ.139.n.6.ver.&ſi hęc vera ſunt,quod eſt Salyceti, & quod arbitramentum non ſit ſententia, neque arbitrator ſit Iudex. Io.de Anan.conſ.16.nu.3.

Vide.Laudum arbitratoris, vel arbitri,nõ eſt ſententia,ſed quædam tranſactio. Concluſ.18.

2 Et dicitur contractus vtriuſque partis declaratus per arbitratorem. Zabarell.conſ.140.nu.4. Signorol.conſ.251.nu.2.

3 Et quod non ſit ſententia, neque appellatione ſententiæ contineatur Io.de Anan. conſ.16. Viſo puncto,in principio:vbi quod ſemper vbi fit mentio de arbitratore,illud eſt circa contractus,ideo nihil habet commune cum iudicialibus.

Vide in verbo. Arbitria ſunt ad inſtar Iudiciorum.Concluſ.425.nu.21.

4 Et tale arbitramentum eſt tranſactio. gloſ.in authen.vt differ.Iudices.§. ſi vero contigerit collatio.9.Bald.conſ.292.num. 1. in fin. verſ. nam ſi tale.lib.1. & quod magis aſſimiletur tranſactioni quam ſententiæ.Bald.conſ.332.Proponitur,quod inter,in fi.lib.2.idem tenet Cuman.conſ.23. Viſo compromiſſo, circa fin. vbi quod non habet authoritatem Iudicis, ſed eſt quędam tranſactio, & actus extraiudicialis. Angel.conſ.198.col.penul. verſ.aut dicimus. Bart. conſ. 159. Viſa quadam conſtitutione.num.4.verſ.in ſecundo lib. 1. Anchar.conſ.249.In quęſtione,in fin.Signorol. conſ. 251.num.2.Alex.conſ.21.Conſideratis. num.9.& ſeq.ver.vnde videtur.lib.7.vbi apoſtil.in ver.tranſactio,allegat eundem Alex.conſ.22.num.3. lib.1. vide infra num.14.

5 Extende in tantum arbitramentum, ſeu laudũ arbitratoris dici tranſactionẽ,vt ſi non poſſit fieri tranſactio, non poſſit etiam fieri compromiſſum in arbitratorem, neque valet laudum arbitratoris in *ijs*, in quibus non valeret tranſactio. Ang.conſ.198.col.2.circa med. verſ.aut dicimus, & ideo non valet latum ſuper deciſis per rem iudicatam.Ang.conſ.249.

6 Imo requiſita ad validam tranſactionem ſunt etiã requiſita in cõpromiſſo in arbitratorẽ,&ideo ſicut non valet tranſactio ſuper diſpoſitis in teſtamento,non cognitis verbis teſtamenti, ita neque valet compromiſſum.Ang.conſ.198.n.3.

7 Et eadem ſolemnitas requiritur in compromiſſo,quę requiritur in tranſactione, ideo ſi mulier, vel minor non poteſt alienare ſine decreto, non poteſt etiam compromittere, & aliter factum compromiſſum eſt nullum, & laudum inde latum non meretur exequutionem etiam ſtante ſtatuto.Bar.conſ.159.nu.4.& 5.lib.1.

8 Extende, quia nedum compromiſſum in arbitratorem,& arbitramentum eius,dicitur tranſactio,ſed etiam periti electi, vel calculatores, vel agrimenſores, vel extimatores electi à partibus dicuntur arbitratores,& eorum compromiſſum, & declaratio dicitur tranſactio,& ideo ſi eligantur in iudicio, non poteſt proſequi vna pars iudicium,alia excipiente de compromiſſo, quia ſicuti tranſactio impedit proſequutionem iudicij, vel aditum ad iudicem, ita electio peritorum donec referant,vel donec pendet electio, plene Alex. d.conſ.21.nu.8.ver.nunc deſcendo.lib.7.vſque in fin.

9 Declara, quia laudum arbitratoris dicitur tranſactio quando aliquid hinc inde diſponit,ſed quando ex vna parte tantum aliquid diſponit,dicitur potius pactum,quam tranſactio. Bald.conſ. 415.Præmittendum eſt,in princ.nu.2.lib.1.

10 Et dicitur diſpoſitio partium contrahentium. Signor.conſ.251.nu.2.

11 Et factum arbitratoris dicitur factum partium, & facta ab eo poſſunt allegari facta à partibus. Signo.conſ.251.nu.2.ver.item factum.

12 Extende, quia etiam laudum arbitri dicitur tranſactio.Bald.conſ. 463. Quod ſententia.lib.1. ver.tertia ratio.

13 Reſtringe,quia nõ eſt tranſactio,quoad omnia, quia in trãſactione requiritur leſio vltra dimidiã. In arbitramento vero, vel laudo ſufficit, quod vſq;ad tertiam partem ſit læſio.Io.de Imol. inter conſilia Zabarell.141.nu.6.

14 Declara, quia arbitramenta dicuntur tranſactiones, quia parificantur, nam partes euntes ad arbitratores,dicuntur recedere à lite,& tranſigere, & ſic arbitramenta ſunt declarationes tranſactionis factæ inter partes. Signorol. conſ. 238.num.5.

Vide. Laudum arbitratoris,vel arbitri, nõ eſt ſententia, ſed quędam tranſactio. Concluſ. 18. ver.laudum arbitratoris.

Vide. Arbiter, & arbitrator in quo differant. Concluſ.448.

15 Amplia, quia arbitramentum emologatum à partibus dicitur mandatum partium, & pactum par-

Digitized by Google

partium etiam si non constet de compromisso priori. Signorol.cons.251.nu.2.vers.item cum sit sequuta.

16 Amplia,quia habet locum l.si quis maior.C.de transact. quando talia arbitramenta, vel compromissa sunt approbata, medio iuramento. Signorol.d.cons.251.num.3.

17 Cognoscitur arbitramentum à laudo,quia laudum dicitur latum in forma sententiç, arbitramentum vero in forma declarationis. Bald.cons. 463.in fi.lib.3.

18 Potest tamen ferri laudum complexiue ab arbitro,& arbitratore,& tunc valebit tãquam laudum,& arbitramentum. Baldus consilio 470.Statuto cauetur. numero secundo. versic. aut pronunciauit.lib.1.

19 Imo in dubio arbitrator præsumitur elegisse viam potius arbitri, quam arbitratoris, quia præsumitur viam equitatis, & iustitiæ elegisse. Baldus cons.43. Quidam ser Cecchus, in fi.lib.5. qui tamen loquitur quando erat factum compromissum in arbitrum, & arbitratorem de iure, & de facto in procedendo, sed de iure tantum in decidendo.

20 Et quando de iure pronunciatur, videtur electa via arbitri, non arbitratoris, & idem est si ex præfatione apparet. Fulgos. consilio 141. numero primo. column.3.in fin. vers.nam & hi arbitri.

21 Si vero pronunciat tanquam arbiter, & arbitrator, nec potest cognosci quam viam elegerit nisi acta videantur, ideo si seruauit telam iudicij presumitur, vt arbiter pronunciasse, si vero nullam telam seruauit, secus est. Angel. consilio 198. Testator quidam. numero secundo, cui consilio subscripsere Philippus, & Rosellus, & est simile consilium Ancharan. consilio 269. Pro declaratione, numero tertio, & sequen. vbi idem loquitur in statuto disponente de arbitro, & arbitratore, vt intelligi debeat de arbitratore, si in modo procedendi conueniant verba.

22 Et quod ex tenore compromissi, & ex modo procedendi cognoscatur, an laudum sit, vel arbitramentum. Ancharan. consilio 208. Iudex de iure. numero 13. versic. secundum ostendendum: vbi quod si non debet seruare, vel non seruauit ordinem iuris, censetur vt arbitrator processisse.

23 Contrarium, quod confessio facta coram arbitro, & arbitratore, potius facta dicatur coram arbitratore, & sic censeatur extraiudicialis, dicit Alex.consil.13.Ex his,quæ, num. 5.& 6.ver. vel posito.lib.1.

24 Et statutum Lucanum disponens, quod eligi debeant amici cõmunes in arbitros,& arbitratores, qui secundũ nullã telam iudiciariã decidant, & eorum sententiæ exequantur, debet intelligi ex modo procedendi, nulla tela seruata, vt sint potius arbitratores, quam arbitri,ideo valet laudum eorum non citata parte. Anchar.cons. 269. per totum: vbi est casus.

Vide Mascard. conclus. 125. Quid censendum sit de illo, qui tanquam arbiter, & arbitrator.

Arbitramentum, vel laudum operatur multa, & qualiter probetur.Conclus. CDLXVI.

1 ARBITRAMENTVM, vel laudum quando habent vim sententiæ diffinitiuæ ex forma statuti debent obseruari, nec soluta pœna potest eis contraueniri,ideo si laudum dicat, quod actor non possit molestare reum,non poterit molestare etiam soluendo pœnam, Bald. cons. 456. Seia origine, in fine. num. 8. vers. sextus articulus.lib.1.

2 Transit virtus laudi ad singularem successorem,& ideo laudum latum pro venditore,prodest emptori.B.l.d.cons.456.in fin. vers.vltimus articulus.lib.1.

3 Arbitramentum licet non habeat exequutionem paratam, tamen oritur officium Iudicis ex eo si non petitur reductio.Io.de Anan.cons.16.Viso puncto.num.6.

4 Operatur laudum, quod non obediens incidit in pœnam, quæ potest exigi.

5 Extende, vt procedat etiam si paruit laudo, sed statim postea contrauenit. Castren. in l.Titio centum, in princ.ff.de condit.indebit.quod declara, vt per Lanfranc. de Oriano tract. de arbitr. part.vltima,quæst.41.

Arbitramentum reducitur ad arbitrium boni viri. Conclus. CDLXVII.

1 ARBITRAMENTVM potest reduci ad arbitrium boni viri,si hoc petatur Oldrad. cons. 156. Primum quæritur,in princ.ver. secundum dubium.

2 Extende etiam si sit factum compromissum de iure, & de facto cum promissione non reducendi laudum ad arbitrium boni viri, quia si est iniquum potest peti reductio pro modica iniquitate,si vero in renunciatione fuit dictum, etiam si esset iniquum intelligeretur de modica iniquitate,ideo pro magna iniquitate haberet locum reductio. Castren.in l. si vnus.§.illud.ff. de pact.

3 Amplia, vt procedat etiam si sit expresse renunciatum huic reductioni, quia nihilominus etiam potest peti reductio.Oldrad.cons.155.ver. tertium est.

4 Amplia, vt procedat etiam si esset renunciatũ cum iuramento, quia iuramentum non obstat, quia inest conditio, si secundũ arbitriũ boni viri pronunciauerit.Oldr.cons.156.ver. quartum est. Cald.cons.110.col.2.in princ.ver.super exceptione,alias 1.de arbitr.vbi dicit* communem.

5 Vide Guidopapa decis.519.vbi quod pro graui lesione poterit petere reductionem, non obstante iuramento: vbi quę grauis lesio,vel non dicatur.

Declara,

Digitized by Google

6 Declara, vt procedat quando eſt renunciatum in genere,& in compromiſſo generali,ſecus ſi in ſpecie per pactum expreſſum eſt renunciatum, ita Feder.de Sen.conſ.125.ver.ad ſecundum quæritur,vſque in fin.Calderin.conſ.110.col.2. verſ. ſuper exceptione, alias 1.de arbitr.& duplicatur 186.alias 10.de iur.iuran.

7 Amplia, vt hæc petitio, & reductio poſſit peti infra triginta annos.Oldrad.conſ.156.in fin. ver. quintum eſt.

8 Declara, niſi adſit ſtatutum,prout in Ciuitate Lucana, quod petatur infra viginti dies, alias mittatur exequutioni, quia valet ſtatutum. Cuman.conſ. 7. Primum videndum.numer.11. & 12. ver.immediate conſulta,quæ eſt ſubſcriptio Chriſtophori Caſtillio.

9 Amplia, vt in omni caſu reductionis non ſit locus commiſſioni pœnæ. Calder.conſ.110.col.2. in princ.ver.ſuper exceptione,alias 1.de arbitr.

10 Amplia etiam ſi eſſet in ſpecie cum iuramento renunciatum, de non petendo reductionem prædictam, quando laudum eſſet latum per dolum, fraudem, vel ſordes, quia tunc habet locum reductio. Calderin.conſ.110.col.2.verſ.ſed non derogando, alias 1.de arbitr. & conſil.186. alias 10.de iure iuran.

11 Amplia etiam ſi extet ſtatutum, quod laudum non poſſit dici iniquum, neque reduci ad arbitrium boni viri, quia non habet locum, quando fuit latum per dolum arbitri, vel eſt læſiuum vltra dimidiam, quia tunc ineſt dolus, vel quando eſt nullum apparenter. Bald. conſ.153. Statutum quod prohibet.lib.2.

Vide. Statutum circa exequutionem ſententiarum,& laudorum non habet locum, & quando ſecus. Concluſ.534.

12 Declara, quia Iudex reductionis poteſt reformare laudum iniuſtum, vel arbitramentum iniuſtum, etiam ſi compromiſſum erat de iure tantum, & non debet declarare nullum, niſi quando laudum, & arbitramentum errorem iuris apparenter contineret.Bald.conſ.169. In primis ſciendum.num.4. & ſeq.lib.3.

13 Amplia, quia vt detur Iudex reductionis, conſideratur ſolum an aſſerta ſint talia, quæ mereantur reductionem,non autem an ſint vera.Caſtren. conſ.465.Viſo laudo, in princ.lib.1.

14 Limita, quia reductio ad arbitrium boni viri non conceditur ei, cuius non intereſt, ideo non poteſt emptor rei petere reductionem laudi lati contra venditorem ſuper re vendita poſt venditionem, quia tale laudum non nocet emptori, ſed bet exequutio in extimatione contra venditorem. Bald. conſ. 31. Proculdubio, circa finem. libro 4.

15 Limita, quia appellatio, & reductio ad arbitrium boni viri non datur à laudo arbitri, ſecus eſt à laudo arbitratoris.Roman.conſ.265.In caſu propoſito,in princ.vbi apoſtil. in ver.non poteſt, & idem dicit conſ.27.col.2.in fin.

16 Contrarium, quod imo detur recurſus à laudo arbitri.& arbitratoris, ſi ſententia enormiter lædit. apoſtill. ad Roman. conſ. 27. Viſo themate. in ver. vnam lecturam, quæ dicit * communem, & alia apoſtill. ad conſ. Rom. 261. in ver. * Non eſt verum, quę citat plurimos, & dicit * communem.

Vide. Reductio ad arbitrium boni viri quando non habeat locum, vel è contra. Concluſ. 73. & Concluſ.ibi prox.ſeq.

Arbitramentum quando,& ex quibus nullum dicatur. Concluſ. CDLXVIII.

1 SENTENTIA arbitri, vel arbitratoris eſt nulla, ſi eſt lata per dolum, vel culpam arbitri, & dicitur per dolum, ſi lædit vſq; ad ſextam partem. Zabarell. conſ.141.num.3.& 4.Quod eſt Io. de Imol.

Vide. Laudum arbitratoris ex quibus nullum. Concluſ.29.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi eſſet confirmata, quia adhuc nullitas non ceſſat, quando ex actis manifeſte conſtat, quia nullo modo poteſt nullitas patens ex actis, & proueniens ex culpa arbitri,vel arbitratoris velari.Bald.conſ.208. Præſuppoſitis tribus,in fin.ver.ſuper tertio. lib.1.

3 Amplia, quia laudum arbitratoris latum poſt primum laudum, eſt nullum, ſi non erat data facultas ſemel, & pluries laudandi.Bald.conſ.47. Poſtquam fuit latum. lib.2.

4 Extende, vt procedat quod ſecundum laudum eſt nullum, etiam ſi data erat facultas ſemel, & pluries laudandi, quando eſt contrarium primo. Bald.d.conſ.47.lib.2.

5 Extende,etiam ſi in primo laudo arbitri reſernaſſent ſibi facultatem corrigendi, quia non poſſunt, ſi in compromiſſo non erat expreſſum. Fulgoſ.conſ.144.verſ.ad ſecundum.

Vide. Arbitrorum iuriſdictio quantum durat. Concluſ.450.num.5. & ſeq.

6 Reſtringe, vt non procedat quando poſt primum compromiſſum, & primum laudum partes iterum compromiſerunt, & ſecundum laudum latum fuit.Bald.conſ.333.Proponitur quod inter, & conſ.334.Conſiderato compromiſſo.lib.2.vbi circa med.ver.præterea hęc concluſio dicit,hoc procedere,quando iterum interuenit cognitio,quę in arbitratore ſemper intelligitur,& præſumitur interueniſſe.

7 Declara reſtrictionem, vt non procedat quando primum arbitramentum fuit emologatum à partibus, quia ſecundum corrigens primum, eſt nullum.Petr.Anchar.conſ.111.per totum.

8 Amplia, quia laudum quatuor arbitrorum latum per tres,altero abſente,non valet de iure Ciuili,neque de iure Canonico,niſi fauore vltimę voluntatis.Bald.conſ.29.De iure Ciuili.lib.4.

9 Amplia, quando à priuatis res publica fuit compromiſſa,quia nedum non valet laudum, ſed ipſi compromittentes poſſunt contrauenire.Bald. d. conſ.29.in fin.lib.4.quod intelligit ipſos poſſe contrauenire tanquam homines de republica,non tanquam priuatos.

10 Amplia,quia arbitramentum, ſeu laudum arbitratoris eſt nullum, ſi latum eſt ſuper hæreditate viuentis, vel dote matris, inter filios, & matrem.Caſtren.conſ.465.Viſo laudo.num.2.verſ.& primo ad primum.

11 Amplia, quia laudum, & arbitramentum eſt nullum latum inter patrem, & filium, quando compromiſſum eſt nullum,vt quia ſtatutũ (prout Senis)prohibet omnem contractum filij familias ſine conſenſu patris, quia non valet cum patre.

Caſtrenſ.

Caſtrenſ.conſ.466.Viſo cõpromiſſo in prin.lib.1. vbi quod compromiſſum eſt contractus,& tranſactio.

12 Amplia,quia nullum eſt quoad præiudicium tertij,ideo ſi inter patrem,& filium fiat compromiſſum, & feratur laudum ſuper reſtitutione dotis vxoris filij,& liberatione ſoceri, non præiudicat nurui, & quoad ipſam eſt nullum. Caſtrenſ. conſ. 466.in prin.lib.1.

Laudum arbitri quando, & ex quibus nullum eſſe dicatur.

Vide.Laudum arbitri ex quibus nullum. Concluſ.19.

13 Amplia,quia arbiter,& arbitrator ſuper vna re compromiſſa non poteſt arbitrari, quod alia res detur pro re compromiſſa,ſed poteſt arbitrari, quod detur pecunia pro illa re, quia pecunia extimantur omnia,& videtur eadem res eſſe pecunia.Alex.conſ.79.Eleganter,n.8.ver. fortius noluit,lib.5.

Arbitris in quibus credatur, vel non. Concluſio. CDLXIX.

1 NON creditur arbitris, ſi non conſtat de compromiſſo,licet ipſi atteſtentur in laudo factum fuiſſe compromiſſum, l. ne in arbitris cum l.ſeq.& ibi Doctor.C.de arbitr.Socin.in authen.ſi quis in aliquo in vltimo not.C.de eden.in vltim.limitatio.nu.10. ver.ex quo videtur cum ſeq. quod declara ſecundum Felin.in c. quoniam contra,n.37.& ſeq.ver.ſexta concluſio,de probatio.niſi latum eſſet partibus præſentibus,& non contradicentibus aſſertioni arbitri.

2 Extende, quia non creditur arbitris dicentibus in laudo ſe fuiſſe electos à partibus in arbitros, vt conſtat ex inſtrumento publico, quando non aſſerunt vidiſſe,& legiſſe illud, quia imo laudum eſt nullum, quia ignorarunt poteſtatem, à qua pendet laudum,l.in hac autem,§.1.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eat.Bald.in l.Multum intereſt, ff.de condit.& demonſtrat.Archid.in c.is qui, de procur.in 6.

3 Reſtringe,niſi interueniſſet diuturnitas temporis,quę faceret præſumere pro laudo, & ſolemnitate laudi,vt factum fuerit compromiſſum. Bald. conſ.98,Quęritur,col.2.lib.2. Guidop. conſ.241. Vbi in terminis,in quibus ipſe loquitur, erant lapſi 40. anni à die lati laudi,tamen ex allegatis per eum ſufficit lapſus 20.annorum.

4 Contra reſtrictionem poteſt facere,quia mandatum non præſumitur etiam ſpatio centum annorum.Vide'mandatum non præſumitur.Concluſio.32.Niſi dicas,quod non eſt mãdatum ſimplex, & quia ſumus in ſententia, pro qua præſumitur Io.Fabr.inſt.de fideiuſſ.§.fi.in fi.

Vide. Præſumitur pro Iudice, & pro ſententia. Concluſio.621.

5 Reſtringe,quando partibus præſentibus, & intelligentibus,& non contradicentibus enunciant in laudo viſo cõpromiſſo in nos facto, quia illis creditur,& valet laudum, etiam ſi non appareat compromiſſum,in vim taciti cõpromiſſi. Angel. & Io.de Imol.in l.ſciẽdum, circa fi.ff.de ver.obli. eſt tex.in c.niſi eſſent de præben.vbi Innocent. & Abb.per illum tex.Blanch.in trac.de compromiſſo,quæſt.9.col.penul.Socin.conſ.220.nu.1.libr.2. Ruin.conſ.135.col.3.lib.5.

6 Amplia,quia non creditur arbitris dicentibus ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem. Ant.de Butr. & Abb.in c. quintauallis de iure iuran. Felin. in c. quoniã'contra,de probat.n.37.ver. ſexta concluſ.

7 Contrarium Alex.in l.ſciendum, col. 8. & 9.ff. de ver.obli.vbi diſputat,& hanc videtur firmare.

8 Declarat Feli.d.c.quoniam cõtra.n.37.ver.ſed aduerte, vbi quod in arbitratore non præſumitur quia arbitramentum accedit contractui, & tranſactioni.

9 Amplia,quia non creditur iudici,neq. arbitro, ſi atteſtentur coram ſe factum fuiſſe aliquid,quod non reperitur ſcriptum. Abb.conſ. 64. Venio ad primum,col.3.in prin.ver.nec obſtat,lib.1.

10 Reſtringe,quia creditur arbitratori,quia corã eo non fit ex neceſſitate proceſſus, ſed ſe informat,vt bonus vir,ideo ſaltem in his,quę ſunt modici præiudicij,ſibi creditur.Abb.d.conſ.64.col.3. in prin.ver.nec obſtat,lib.1.

11 Declara, quia imo etiam ſi eſſet data facultas arbitratori,ſeu arbitro ſine ſcriptis procedendi, vel pronunciandi,non eſſet credendum,ſi atteſtatur ſuper eo,quod iuſtificat ſuam ſentẽtiam,quia aperiretur via malitijs,& fraudibus, quia uolentes grauare,narrarẽt ſibi conſtare,& vidiſſe. Angel.de Aretio,conſ.2.n.30.& ſeq. vbi dicit doctrinam Bart.in auth.niſi breuiores.C.de ſent.ex breuilo.recit. in fi.eſſe periculoſam, dum tenet contrarium.

12 Amplia,quia etiam pluribus arbitris non creditur teſtificantibus circa iuſtitiam, vel iniuſtitiam ſuæ ſententię, etiam ſi in cauſa appellationis,vel in exequutione eſſemus.Angel. de Aretio d. conſ.2.nu. 35.& ſeq.

13 Limita, quia creditur aſſertioni arbitratoris, quod ſe informauerit.Vide Arbitrator quis dicatur,& poſſit.Concluſio.449.n.16.& ſeq.

14 Limita, quia ſi factum eſt compromiſſum plenum cum facultate ſemel,& pluries laudandi inter fratres,& feratur laudum,quod exhibeant infra menſem quędam ſub pœna ſi non apparet de exhibitione, & agatur ad pœnam, quod poſſint pronunciare exhibitionẽ ſibi factam in termino, & non incurſam pœnam,& illis ſtandum eſſe dicit Laſ.conſ.10.lib.1.in tertio,& quarto quęſito.

15 Extende,quia creditur arbitratori in multis.

Vide.Arbitrator quis dicatur, & quid poſsit. Concluſ.449.n. 16.& ſeq.

Vide. Aſſertioni Iudicis, vel alterius quando ſtandum.Concluſ.534.n.3.& ſeq.

Vide.Delegato, & alijs non creditur niſi conſtet de delegatione,& quando.Concluſ.154.

Vide.Iudici aliquid atteſtanti ſupra ſuam facultatem non creditur, & quando ſecus.Concluſ. 477.

Vide.Nuncio non creditur extra officiũ ſuum. Concluſ.155.

Vide. Officiali ſtatur in his, quæ pertinent ad officium,& quando.Concluſ.102.

Vide in ver. Teſtes omnes ſunt idonei. Concluſio.190.nu.9.& multis ſeqq.

Vide plene Maſcard. Concluſio.124. dirimitur illa quæſtio an arbiter poſsit eſſe teſtis,& quando.

Arbitrio alicuius si quid committitur, regulatur secundum arbitrium boni viri. Concl. CDLXX.

1 ARBITRIO alicuius si quid cõmittitur, intelligitur de arbitrio boni viri, non de libera voluntate. Old. cons. 254. in fi. ver. ad quæ omnia. Rom. cons. 55. Si volumus, circa med. & cons. 228. Pro plena, num. 11. in fin. vbi apostil. & cons. 467. Vt clara, in prin.

2 Et vbicunq. aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur seruare omnes regulas iuris communis. Alex. cons. 33. n. 3. lib. 1. Socin. Iun. cons. 49. num. 16. lib. 2. Crauett. cons. 612. num. 11. & cons. 657. num. 56. & nedum regulas iuris communis in illa materia, sed adhibita diligenti inquisitione debet terminare secundum naturam negocij commissi, & qualitatẽ personarum, ita Menoc. cons. 69. nu. 4. & 5.

3 Et regulari debet arbitrium Iudicis, & arbitriũ boni viri, vt sit conforme iuri, & æquitati, apostil. ad Rom. cons. 376. Quæstio est, num. 7. in ver. ordinaria. Alexand. cons. 129. Puto, numer. 2. lib. 2. vbi, quod arbitrium censetur boni viri, & bonus vir est iudex, qui tenetur seruare leges, & statuta, ergo de iure iudicare debet.

4 Item arbitrium boni viri succedit, vt faciat, quę iuris sunt, vt thyriaca contra venenum, licet in arbitrarijs possit etiam secundum conscientiam facere. Crauett. consil. 190. numer. 5. vbi late.

5 Item, vt ratio suadet. Deci. in l. 1. numer. 96. C. de seruis fugiti. apostill. ad Roman. de qua supra.

6 Et quia bonus vir dicitur Iudex, & arbitrium boni viri est, vt faciat quod faceret iudex. Deci. in cap. ne innitaris, numer. 4. in fin. & numer. 5. de constit. Alexand. cons. 129. Puto, numer. secundo, lib. 2.

7 Item ratio subiectę materiæ attendi debet, videlicet, an materia sit fauorabilis, vel ne, & late interpretanda, an vero odiosa, & stricte intelligenda. Rom. d. cons. 376. nu. 7. vbi apostil. prędicta in ver. ordinaria. in fi.

8 Et peruersum est, quod quis priuetur officio sine culpa, vel fine causa, ideo habentes arbitrium amouendi Rectorem hospitalis Senarum, non possunt amouere sine causa. Roman. cons. 467. vt clara in princip. allegat text. in cap. satis peruersum distinct. 4. in cap. conquerente, de restit. spoliat.

9 Declara, quia vbicunque iudicis arbitrium intrat, ille debet seruare equitatem. Ancha. cons. 57. Quædam ex prædictis, num. 3. sed equitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. Ias. in l. si sic legatum, n. 15. ff. de leg. 1. ergo videtur, quod cum misericordia æqua debeat procedere, quod declara, vt per Ias. in l. quod si ephesi, §. interdum, numer. 2. ff. de eo quod certo loco.

10 Quatuor continet arbitrium iudicis. Primum, ne faciliter credat. Secundum, vt requisita discutiat. Tertium, vt proposita diligenter examinet. Quartum, quod quæ secreta habet intimet, sic Menoch. de arbitr. quęstio. 10.

11 Et versatur hoc arbitrium circa prædicamenta substantię, quantitatis, qualitatis. relationis, actionis, passionis, vbi, quãdo, situs, & habitus. Menoch. de arbitr. quęst. 11.

12 Et debet bonus vir arbitrari, nedũ quod iuris est, vt inter fratres æqualis fiat diuisio, & æquitatem, & charitatem, & affectionem, quam habere debet verisimiliter is, qui commisit negocium arbitrio tertij. Alex. cons. 175. contingit. n. 6. lib. 6.

13 Et qualiter istud arbitrium iudicis, (puta super pretio rei incerto, quod arbitrio iudicis committitur, vt plene Menoc. de arbitr. cas. 143. In emptoris, per totũ) regulari debeat, dicit ibi Menoch. nu. 3. quod iudex ex informationibus sumptis declarabit, sed si constat, quod ipsemet, qui vẽdit, alias emit partes eiusdem rei pro emptore ab alijs, tenetur eodem pretio partem suam vendere.

14 Et quod si discordant partes in consignatione bonorum pro legitima, vel Trebellianica, quia vnus, videlicet hæres, vult assignare partẽ, quam recusat filius, & filius petit alia bona, vide plene Menoch. cas. 163. in fi. qui dicit, quod index cuius arbitrio relinquitur, iubebit hæredem facere partes ex tota hæreditate, & dare electionem filio, vel è contra, filius faciat partes, & det electionẽ hæredi, quod si non conueniunt sorte dirimatur, vt qui per sortem fecerit partes, alter eligat, & hanc singularem practicam dicit Crass. §. legitima, quęstio. 17. in fin.

15 Si vero agatur de pretio rei iam certæ adhibendo, & discordant partes, iudex citata parte, sine libello adhibebit extimatores duos si sunt in loco, alias vnus sufficit publicus, vel partes eligant si concordant, quę si discordent eligat iudex, & duo periti sint discordes eligatur tertius, & debent iurare se legaliter extimaturos, & facta extimatione referant siue simul, siue separatim, siue die iuridico, vel feriato, & facta relatione, si duo discordant tertius eligitur, qui ad concordiam reducat, ita Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. nu. 160. & seq. quęstio. 25. quæ est materia l. 3. C. de pignor. vbi Bart. & alij, & plenissime Mandel. cons. 266. numer. 36. ver. sed dato, vbi apostil. in ver. extat remedium, vbi quod index ex officio, & ad instantiam partis potest hoc facere.

16 Et in probandis melioramentis, quod debeant adhiberi architecti, & nõ statur probationi eorũ, qui dicunt tantum valere melioramenta, quia illa ipsi fecerunt, vel laborarunt, plene Curt. Iun. * cons. 165. nu. 20. ver. prętera, vbi de * communi.

17 Et semper is, qui aliquid facere debet secundũ arbitrium boni viri, tenetur vocare partes. Alex. cons. 218. Visis verbis, nu. 6. & seq. ver. sed constat, lib. 2. vbi quod propterea arbitrator tenetur vocare partes.

18 Amplia in tantum, vt nec admittatur exceptio in contrarium, quod arbitrium non debeat regulari secundum arbitrium boni viri. Oldrad. dict. cons. 254. in fi. ver. nec ad opponendum.

19 Amplia in tantum arbitrium boni viri succedere in dispositione arbitraria, vt licet apparenter dispositio vltimę voluntatis in alienum arbitrium collata dicatur incerta, tamen iuris interpretatione propter arbitrium boni viri dicitur certa. Bald. cons. 183. in prin. ver. quandoque fit in ultima uoluntate, lib. 1.

Et ideo

30 Et ideo legatum factum filiæ de dote taxandæ (prout videbitur certis exequutoribus) cum verbum, videbitur, importet arbitrium boni viri, est purum, & non conditionale, quia sola quantitas est in arbitrio cõmissa, quę potest declarari etiam mortuis commissarijs per iudicem, ideo transmittitur tanquam purum. Alexand. cons. 13. Circa primum. n. 19. & 20. ver. super tertio. lib. 3. & in simili cons. 175. Contingit, per totum. lib. 6.

31 Amplia in contractibus, prout in locatione, quia si aliquid arbitrio conductoris remittitur, intelligitur secundum arbitrium boni viri, & naturam contractus. Bald. consil. 434. Pactum inter, in fin. lib. 1.

32 Differentia est, an aliquid remittatur arbitrio boni viri ex contractu, vel ex vltima voluntate, quia ex contractu tale compromissum censetur conditionale, & ideo si non sequitur laudum, nihil debetur, neque transmittitur ad hęredes, secus est in vltima voluntate. Bal. cons. 183. Præsupponitur, quod statutum, in princ. lib. 1.

Vide. Compromissum quando dicatur purum. Conclus. 522.

33 Amplia, quia vbicunque aliquid committitur ministro, vel officiali, etiam si dicatur quod habeat plenum arbitrium, semper intelligitur secundum ęquitatem, & arbitrium regulatum. l. Lutius Titius testamento. ff. de fideicommiss. libert.

34 Extende, vt idem sit in mandato procuræ ad vendendum pro pretio sibi beneuiso, & prout sibi placuerit, quia intelligitur de arbitrio regulato boni viri. Angel. cons. 388. Constat procuratorem. col. 2. nu. 2. vers. tertio quia.

35 Extende in procuratore, quia licet ei datum fuerit in mandato liberum arbitrium, quod in re propria importat absolutam potestatem, & præferendo iniquum ęquitati, tamen secus est in procuratore, & in eo, qui habet arbitrium liberum in actu iuris alieni. Bald. d. cons. 379. num. 3. ver. liberum autem. lib. 3.

36 Amplia, quia in dubio verba potius sunt interpretanda, vt importent arbitrium boni viri, quam dispensationem, vel potestatem contra ius. Alexand. cons. 33. num. 4. lib. 1. vbi apostill. in ver. commune ius.

37 Amplia, quia constituitur regula, quod extra verba aliqua (ex quibus libera voluntas importatur) generaliter ex alijs verbis denotatur regulata voluntas, & arbitrium boni viri. Bart. in extrauag. ad reprimendum. ver. videbitur. nu. 4. vers. conclude igitur.

38 Et generalis regula est, quod ex verbis generalibus non censeatur data libera facultas, sed regulata. Alex. cons. 41. Viso, nu. 5. ver. quia respondeo, * vbi dicit magis * communem. lib. 3.

39 Declara totam istam materiam, quæ ad tres casus refertur, quia aut refertur ad facultatem contrahendi, aut largiendi, aut iudicandi. Primo casu circa contractus, verba denotantia arbitrium boni viri, sine dubio restringuntur secundum arbitrium boni viri, si vero sunt verba liberam facultatem importantia, tunc extensa sunt secundum suam naturam, preterquam in duobus casibus. Primo, quod non donet. Secundo quod dolose se non gerat, quia habet liberam voluntatem secundum regulas iuris Ciuilis, non contra ius gentium, vel naturale. ita Bart. dicta extrauagan. ad reprimendum, in ver. videbitur. num. 4. in fin. ver. verbi gratia, cum sequen. & ibi apostill. in ver. abfit.

30 Secundus casus quando conceditur facultas largiendi ex causa lucratiua, per verba denotantia, arbitrium boni viri, tunc ille debet facere, vt bonus vir: si vero per verba liberam facultatem importantia, tunc ille potest libere omnia contra regulas iuris ciuilis, seruatis regulis iuris gentium, vbi ponit exemplum, quia potest donare deportato incapaci de iure ciuili, sed non posset donare seruo pœnę, quia incapax est de iure gentium. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur. n. 7. ver. secundo casu principali, vbi alia exempla ponit, & ibi apost. in ver. proprium, & in ver. in cuius.

31 Tertius casus est, quando datur facultas iudicãdi, si secundum verba importantia arbitrium boni viri, tũc ille debet seruare omnes regulas iuris Ciuilis: si per verba denotantia liberam facultatẽ tunc non seruat regulas iuris ciuilis, sed bene tenetur seruare regulas iuris gentium, seu naturalis æquitatis, & ideo non potest habens liberam facultatem, seu liberum arbitrium facere iniustitiam. Bart. d. extrauag. ad reprimen. nu. 8. & seq. ver. tertio casu, vbi apostill. in ver. importantia, quę dat concord. & in ver. quęstio.

32 Quartus casus est quando copulantur verba importantia arbitrium boni viri, & importantia liberam voluntatem, veluti si dicatur, prout tibi videbitur, & placuerit, tunc debet sequi arbitrium boni viri. Bart. d. extrauag. ad reprimendum. in ver. videbitur. nu. 11. ver. sed quid si apponuntur, vbi apostill. in ver. arbitratus, citat Franc. Aret. cons. 84. col. 4. rationem adducit Bart. quia quando duo copulantur, quorum vnum inest alteri, alterum resoluitur in adiectiuum; sed arbitrium regulatum non est sine voluntate, ergo adiectio voluntatis non operatur, allegat l. 1. ff. de pact. ibi placitum, & consensum, quia placitum non est sine consensu, ergo idem est per adiectionem.

33 Declara, quia potest alius casus dari, prout inter socios, libera nanque administratio vni potest concedi, vel procuratori, & tunc si conuenit de aliquid faciẽdo, licet possit ex libera administratione pœnitere, & non facere, tamen intelligitur, dũmodo faciat notificare re integra illis, quibus promisit facere, quod pœnituit, alias teneretur ad damna, & interesse, nec releuaretur ex libera faciendi, & nõ faciendi facultate cõcessa, à qua recedit, si promittit aliquid facere pręcise, & nõ facit. Alexan. cons. 41. num. 6. & seq. ver. quinimo. lib. 3.

34 Amplia maxime in criminalibus, quia arbitriũ datum iudici restringitur ad ius commune, ita vt solũ quoad leuia in procedẽdo aliquid possit secũdum * communem, de qua Iul. Clar. in §. fi. q. 31. n. 9. vbi monet Iudices, quia solum censetur remota subtilitas iuris, ideo non sint nimis animosi.

35 Limita, quando in libera voluntate, vel in voluntate contrahentium aliquid committitur, quia intelligitur de absoluta, etiam iniusta, voluntate, secus si in arbitrio tertij, vel voluntate tertij. Bal. cons. 195. Laudare vos. nu. 8. in fin. ver. porro cum Dominus Marchio. lib. 2.

Vide. Verba importantia absolutam voluntatem. Conclus. 153.

36 Et voluntatis verbum est liberum non subiectũ rescissioni, ideo potest præferre iniquum æquo. Pet. Anchar. cons. 102. Quæstio est talis. num. 4.

37 Declara, quia ſi non declarauit infra annum, deuoluitur iſta declaratio libera ad bonum virum, qui declarabit ſecundum arbitrium boni viri, ita Alex. conſ. 175. Contingit. num. 8. verſ. ſiue etiam dicamus. lib. 6.

Vide Incertum authorem poſt regulas Soci. regula 6. commiſſio facta alicui ſecundum volũtatem: vbi limitat duobus modis.

38 Limitą quando alicui concederetur plenum arbitrium, cum tranſlatione pleni dominij in eo facta, quia poteſt etiam iniquum, & ſecundum ſuam liberam voluntatem facere. Bald. conſ. 379. Quando ſuper facto, in prin. n. 2. lib. 3. Bart. in extrauag. ad reprimendum. ver. videbitur. n. 3. ver, item vbicunque.

Vide plenius. Arbitrium liberum, vel ſimpliciter datum aliquid faciendi, quæ facta comprehendat, vel non. Concluſ. 476. maxime num. 12, & ſeq. vbi declaratur.

39 Extende, vt idem ſit quando alicui datum eſt liberum arbitrium in his, quæ iure ſuo, non autem iure alieno facere poteſt, quia intelligitur de abſoluta poteſtate. Bald. conſ. 379. num. 3. verſ. liberum autem. lib. 3. Bart. d. extrau. ad reprimendum. verſ. videbitur. num. 3. verſicul. item vbicunque.

40 Declara, quia imo habens liberum arbitrium, & liberam poteſtatem aliquid faciendi, non tamen poteſt in prejudicium alterius diſſipare, vel damnum inferre, quin teneatur. Alex. plene conſilio 41. Viſo puncto. num. 6. & ſequen. ver. quinimo poſito. lib. 3. quod duplicatur lib. 6. conſ. 52.

Arbitrio Iudicis multa committuntur. Concluſ. CDLXXI.

1 ARBITRIO Iudicis committitur, an conſuetudo ſit rationabilis in Eccleſia, vel non. Oldrad. conſ. 220. ver. & ideo notauit, & idem tenet Feder. de Sen. conſ. 17. Quæſtio talis. col. 3. n. 5. ver. & pro tanto.

2 Vide infinita exempla per Tiraquel. in l. ſi vnquam, ver. omnia. n. 31. C. de reuoc. donat. vbi an quid ſit magnum, vel paruum antiquum, vel non, ſtatur arbitrio Iudicis, & alia infinita ſimilia, quę omnia ſunt arbitraria.

3 Et idem eſt an ſtatutum ſit rationabile, ex quo certa doctrina dari non poteſt. Calder. conſ. 18. de conſtit. in fi.

Vide. Rationabile quando quid dicatur. Concluſ. 39.

4 Non determinata à iure omnia ſunt arbitraria iudici. Bellon. conſ. 60. num. 10. ſequitur Menoch. de recuperan. remed. 9. nu. 388.

5 Amplia in mora, & alijs, in quibus non poteſt certa regula dari, quia ſtatur arbitrio iudicare debentis. Oldr. d. conſ. 220. ver. & ideo notauit.

6 Expenſarum qualitas, & quantitas factarum per tutorem, aut adminiſtratorem pupilli reſidet arbitrio iudicis, an debeant, vel non computari. Anchar. conſ. 316. In cauſa, quæ. n. 9.

7 Paupertas an ſit talis, quæ excuſet appellantem, qui non eſt proſequutus appellationem, committitur arbitrio iudicis. Bald. conſ. 5. Quæritur vtrum Viduę. li. 1. in fi. & duplicatur conſ. 440. li. 5.

8 Idem eſt in vxore, quia an ipſa laboret tali inopia, vt ſuccedat marito in quarta, eſt arbitrarium iudici. Cuman. conſ. 132. Duo fratres, in princ.

9 Idem eſt de beneficio, quia an ita dicatur debile, vt excuſetur à ſolutione decimarum Papalium, eſt arbitrarium iudici. Gemin. conſ. 85. num. 25. ver. de habentibus.

10 Metus an ſit iuſtus, vel talis, qui caderet in cõſtantem virũ, committitur arbitrio iudicis, conſideratis circumſtantijs, & qualitate, tam inferentis metum, quam eius, cui infertur. Calder. conſ. 108. nu. 2. ver. ſecundo quod metus, alias eſt primum, ſub tit. quod met. cauſ.

11 Idẽ eſt, an metus ſit probatus, vel nõ, probatur ex cõiecturis, & inditijs, quia omnia q̃ probantur per cõiecturas, ſunt iudici arbitraria. Cuma. cõſ. 68. In præſenti quęſtione, per tot. maxime circa fi.

12 Negligens an quis dici poſſit in procurando, quod exequutor conferat beneficium infra menſem acceptãdum eſt in arbitrio iudicis. Cald. cõſ. 254. in fi. alias 33. de pręb. vbi tamen dicit negligentiam hoc caſu probari per ſex menſes.

13 Exceptio, quæ releuet, vel non eſt arbitrarium iudici in caſu ſtatuti reijcientis omnes exceptiones non releuantes. Io. de Anan. conſ. 26. num. 10. ver. vltimo circa intellectum.

14 Diſcordia tutorum ſi oriatur, an qui habet alimenta, dummodo vitam non deteſtabilem gerat, illa amiſerit, vel an dicatur deteſtabiliter viuere, recurritur ad iudicem, qui dirimat. Calder. conſ. 332. in fin. alias 3. de teſtam.

15 Vſurarius an manifeſtus probetur, quia coram pluribus mutuauit ad vſuras, relinquitur arbitrio iudicis. Cald. conſ. 507. alias 9. de vſur.

16 Temporis quantitas, videlicet, quandiu venditor poſſederit poſt venditionem, quę dicitur ſimulata eſt in arbitrio iudicis, vt præſumptio ſimulationis oriatur. Bal. conſ. 70. Apparent quædam inſtrumenta. num. 3. ver. ſuper ſecundo. lib. 1. Ang. conſ. 48. Quidam Franciſcus, in princ. qui loquitur in donatione.

17 Indicia an ſint ſufficientia ad torturam contra hæreticum, vel criminoſum artis magicę ex confeſsione criminoſi, vel ex mala conuerſatione, aut ex qualitate præceptoris, relinquitur arbitrio iudicis. Bal. conſ. 95. Regula iuris eſt, in prin. li. 1. & conſ. 259. Verba inquiſitionis. nu. 4. verſ. ſeptima ratio. lib. 1. vbi loquitur de alijs indicijs. Cuman. conſ. 136. Ad primum, in fin.

18 Et idem eſt in quocunque alio criminoſo, tamen tale arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati conſonum. apoſtil. ad Rom. conſ. 376. nu. 7. in ver. ordinaria, quæ dat concord.

19 Itẽ, an ſint purgata indicia per torturã, vel nõ, & quãta debeat eſſe tortura indiciati, nõ poteſt dari certa regula, ſed eſt arbitrium indici. Bal. conſ. 421. Quædam mulier, num. 9. lib. 5.

20 Potentior, an quis dicatur, vel non ad effectum edicti, ne liceat potentioribus, committitur arbitrio iudicis. Bal. conſ. 151. Caſus, quędam mulier, circa med. ver. hæc quæſtio. lib. 1.

21 Obſcuritas verborũ habentiũ plures ſignificatus declaratur arbitrio Iudicis, ſed tamẽ debet ex pẽdere ſuũ arbitriũ, prout ſuadet ratio ſubiectæ materiæ. Rom. conſ. 377. Quæſtio eſt, nu. 6. & 7. vbi plena apoſtil. in ver. ordinaria, dat plures concor.

Teſtis

22 Teſtis idoneus an dicatur,vel non,eſt arbitrarium Iudici,vt ex qualitate inimicitiæ allegatæ, hoc cognoſcat.Bal.conſ.152.Plura tanguntur,nu. 3.ver.porro hoc eſt,lib.1.

23 Idem eſt,quia an ſit ſuſpectus in cauſa ſuæ Vniuerſitatis,conſiderato commodo paruo, vel magno, & an ſit admittendus eſt arbitrarium iudici.Cuman.conſ.69.In dubium , in fi. ver. quia tamen. Bal.conſ.420.lib.1.circa fi.verſ. nunc videamus,lib.1.& duplicatur,lib.3.conſ.459.

24 Cautio fideiuſſoria de non offendendo , an ſit præſtanda,& cognitio cauſarum,propter quas ſit præſtanda, vel non , in totum committitur arbitrio iudicis . Baldus conſ. 176. Cæcilia receſſit, lib.1.per totum.

25 Societas inter fratres,& ſocios diſpares, qualiter lucra,& onera conferat,remota omni fallacia, multum releuat arbitrium iudicis ſeruata æqualitate pro modo cõmunicationis factæ. Bal. conſ.160.Vnus,videlicet,Ioannes,nu.2.verſ. de expreſſis.lib.1.

26 Spurio quæ alimenta,& ſpuriæ quanta dos loco alimentorum poſſit legari,ſtatur arbitrio iudicis.Bal.conſ.267.Ad euidentiam præmitto,nu.6. ver.item ſurgit alia,lib.1.

27 Præſumptiua,& coniecturalis materia eſt , an contractus habens formam licitam , præſumatur in fraudem vſurarum,& relinquitur ſubtilitati,& arbitrio iudicis. Bal.conſ.154. Inſtrumentum ſic dicit,in fin.lib.2.& conſil.311.In quæſtione Galuagni,n.12.ver.duodecimo,lib.5.

28 Suſpitio iudicis , an ſit legitima , vel non , ſi non eſt cauſa à iure approbata,vel reprobata, expreſſe ſtatur arbirio iudicis. Bald.conſil. 472. Statuto communis,num.6. ver. prꝛterea eſſet videndum,lib.1.

29 Probatio expenſarum reſultans ex libro rationum, an faciat fidem pro ſcribente , eſt arbitrarium iudici, conſiderata veriſimilitudine expenſarum modicitate , & qualitatei perſonæ ſcribentis cum iuramento.Cuma.conſ.137. Viſis inſtrumentis,circa fi.

30 Iuramentum in ſupplementum plenę probationis,vel prꝛſumptionis,an ſit deferendum , vel ne , committitur arbitrio iudicis , quia requirit cauſæ cognitionem.Caſtrenſ.conſ.162.Super primo,col.2.lib.1.

31 Pœna,an ſit imponẽda de homicidio,vel de vulnere in actu rixę,& in caſu dubio,eſt arbitraria extra ordinem imponenda in dubio.Cuma. conſ. 135.Viſis denuntia,in fi.

32 Extende,quando homicidium fuit culpoſum ſine dolo,quia punitur arbitrio iudicis,non autem pena ordinaria.Clar.in §.homicidium.n.3.in. fi. ver. huius autem, vbi dicit * communem.

33 Extende,vt idem ſit quod arbitraria ſit pœna, quando dubium eſt,an ad defenſionem licitam ſit factum homicidium,vt quia teſtes probant defenſionem neceſſariam,& etiam extat contraria probatio.Bal.conſ.312.Factum ſuper quo, lib. 4. per totum,maxime in fin.

34 Iuramenti forma,& interrogationes in iudicio fiendæ qualiter ſint concipiendę,an ſuper nudo facto,an ſuper effectu,eſt arbitrarium iudici.Bald. conſ.447.Statuto Peruſij.lib.3.

35 Probationes etiam in criminali non pingues ſufficiunt ad condemnandum , ſi animus iudicis conformis eſt probationi factæ . Signorol. conſil. 242.in fi.ver.prꝛterea certo certius.

Vide.Probatio quid ſit, & qualiter dicatur arbitraria.concluſ.764.

36 Probatio omnino ęqualis,ſi eſt facta in poſſeſſorio,tunc poteſt iudex eius arbitrio inhęrere illi,cui magis voluerit inhęrere.Bal.conſ. 459. nu. 2.verſ.& redeundo,lib.3. quod duplicatur, conſ. 420.lib.1.

37 Extende in omni materia probationum , quia an ſit ſufficiens,vel non , ſtatur arbitrio iudicis. Fulgoſ. conſ.145.nu.2.ver.porro ſi aliunde,qui loquitur in poſſeſſorio.

38 Aufugientes de carcere ſine fractura,vel conſpirantes ſuper fractura carceris arbitrio iudicis,puniuntur.Cuman.conſ. 106. Caſus talis, & idem eſt ſi cum fractura fugiunt.Ludoui. Bologn. in addit. ad conſ.1.Ioan.de Anan.n.18.

39 Pœnę omnes hodie ſunt arbitrariæ, l. hodie.ff. de pœn.Ludoui.Bologn.in addit. ad conſil. 1.Io. de Anan.nu.18.

40 Idem eſt in pœna eius,qui attentauit , ſed non conſumpſit delictum,prout in venefico,& homicida,quia pœna extraordinaria puniri debet arbitrio iudicis,ita quod non mutilet membrum,neque mortem inferat.Bal.conſ.437.Cecchus confecit,per totum,lib.3.

41 Pretium incertum inter cõtrahentes,videlicet, in emptione,in datione in ſolutum,& in alijs contractibus,iudicis arbitrio declarari debet . Menoch.de arbitr.caſ.143.per totum,vbi quod ſumptis informationibus declarabit pretium, & plura ſimilia adducit.

42 Dolus,an ſit præſumendus in delinquente , vel non,conſideratis conſuetudine,bona,vel mala fama,& qualitate delinquentis,& delicti iudex poteſt arbitrari.Bald.conſ.155.Reperitur in volumine,lib.3.

43 Generaliter omnis materia , quæ coniecturis probatur , reſidet in arbitrio iudicis , videlicet, an contractus ſit vſurarius. Bald. conſil.311. lib. 5. in fin.ſequitur Crauett. conſ. 156.num.14.An debitor ſit ſuſpectus de fuga.Menoch.caſ. 87. nu. 8. An contractus ſit ſimulatus . Pariſ. conſ. 54. nu.22.lib.1.

44 Pœna ſpreti,ſeu contempti prꝛcepti Principis eſt arbitraria Principi , vel iudici, quando præceptum non habebat certam pœnam. Bald.conſ. 159.Super eo quod,nu.9.ver.ſupereſt,lib.3.

Vide. Pœna extraordinaria quando imponenda.Concluſ.236.

45 Teſtis conſanguineus, an ſit idoneus , & an ſit illi deferendum iuramentum in ſupplementum , eſt arbitrarium iudici.Bald.conſ.188. Conſobrinus,lib.4.vbi quod ſi iudex fuit arbitratus , non eſt vlterius quærendum.

46 Idem eſt,an fideiuſſor ſit idoneus teſtis, quia non admittitur propter damnum,quod poſſet cõſequi,& admittitur,ſi ceſſat timor damni propter legalitatem principalis,ideo arbitrio iudicis cõmittitur. Angel.conſ.296.nu.2.& 3.

47 Prꝛſumptiua probatio eſt arbitraria iudici,quę ſufficiat,vel non.Bal.conſ.438.Primo dicam,ante med.ver.vtrum dubitaretur,lib.3.

48 Tutor petitus à matre volente tranſire ad ſecunda vota,an ſit idoneus,vel non,arbitrarium eſt iudici,qui poteſt illum dare,vel alium, prout arbitrabitur.Bal.conſ. 489. Punctus quęſtionis,in fin.lib.4.

49 Pœna Iudicis,qui reum in tortura ſine dolo te nuit,ita quod mortuus eſt,eſt arbitraria,quando ceſſat dolus Iudicis,& licita fuit tortura, quia an aliquam pœnam pecuniariam debeat pati,eſt ar bitrarium.Bald.conſ. 61. Factum ſic proponitur, in fin.lib.5.

50 Pœna adulterij eſt arbitraria Iudici etiam vſq. ad mortem incluſiue,ideo Iudex poteſt ſeuerio-rem, & mitiorem pœnam imponere pro adulte-rio.Bal.conſ.423.Super eo,quod lib.5.

51 Iuramentum in ſupplementum an ſit deferen-dum, vel non actori,eſt arbitrarium, conſiderata qualitate iurare debentis,& quantitate cauſæ.An gel.conſ.296.in fin.Bal.conſ.188.lib.4.

52 An leuis ſit exceſſus in caſtigando vxorẽ,vel alium,in quem cadit leuis caſtigatio,eſt arbitra-rium Iudici.Signorol.conſ.63.in prin.

53 Tempus,& locus an patiantur,vel non aliquẽ poſſe comparere,eſt arbitrarium Iudici, quia in iure deciſum non reperitur. Corne. conſ. 131.In hac conſultatione,n.7.lib.4.

54 Item,an quis ſit negligens,vel alius nimis præ currens,prout in appellante,& appellato.Alexan. conſ.19.Viſo proceſſu,n.5.vbi, quod eſt arbitra-rium Iudici.lib.1.

55 Tempus vulnerati,qui ſi diu ſuperuixit,& dubi tetur,quod non ex vulnere,ſed ex alio malo,quod ſuperuenerit, quantum requiratur, eſt arbitra-rium Iudici.Petr.de Ancha.conſ.283.Iure ſtricto. nu.5.& 6.

56 Modicum,vel longum tempus quantum exten datur,remittitur arbitrio Iudicis,ſed tamen æqui tatem ſeruare debet vbicunq.arbitrium intrat. Pe trus de Anchar.conſ.57.nu.3.pleniſſime Tiraq.in l.ſi vnquam,§.omnia,n.31.C.de reuoc.donat. vbi infinita ſimilia enumerat de magno,& paruo,vt ſit arbitrarium Iudici.

57 Contexualitas actus,videlicet,an ſi fiat in vna domo in pluribus cameris, vel ſi in agro, ſed di-uerſis partibus dicatur vnico contextu, vel non, vide plene Ædid.conſ.1.in prin. ver tertium ca-pitulum,vbi multa allegat, & tandem dicit arbi-trarium eſſe Iudici, an dicatur idem locus, vel non.

58 Æqualitas perſonarum,vt ſi vnus eſt diues,ſed patitur defectũ nataliũ,alius eſt minus diues, ſed de legitimo matrimonio, an ſint æqualis condi-tionis,relinquitur arbitrio Iudicis. Ioan. de Imol conſ.135.In cauſa matrimoniali.n.3.

59 An magna, vel parua quantitas dicatur,com-mittitur arbitrio Iudicis,conſiderata qualitate perſonarum.Bald.in l.vnica.C.de confeſ.Fel.c. 2. de fid.inſtrument.

60 Arbitrio Iudicis committitur, an confeſſio ſit ſpontanea,vel metu tormentorum facta per reũ tortum,plures opiniones recitat Ioan. de Anan. conſ.17.nu.6.vbi quod moderni tenent, quod ſit arbitrarium Iudici.

61 Declara, quia hoc arbitrium regulatur ex mul tis,vt conſideret numerũ,ordinem,& modum tor mentorum,quia paria ſunt,quod quis confiteatur in tormentis,vel metu tormentorum, ita Bolo-gnin.in apoſtil.ad dictum conſ.17.10.de Anan. n. 15.vbi late.

Vide.Pœna arbitraria quibus caſibus impona-tur.Concluſ.218.

Arbitrium Iudicis quando ſuccedat loco arbitrij priuatorum,etiam quod mortui ſint. Concl. CDLXXII.

1 VENDITIO facta cum pacto, quod ſi re-periatur,quod res vendita ſit emphyteuti-ca,debeat fieri diminutio arbitrio Titij, mortuo Titio declaratio poteſt fieri per Iudicem.Bart.in in l.ſi quis arbitratu,n.4.ver.ſormo tibi,ff.de ver bo.oblig,ſequitur Bal.conſ.375.in fi.lib.1.

2 Amplia,vt idem ſit, quando arbitrium conſti-ſtit in aliqua qualitate,quia mortuo eo, in quem qualitas eſt remiſſa arbitranda, tunc ſtatur arbi-trio Iudicis.Bart.d.l.ſi quis arbitratu, nume.4.ff. de ver.obliga.

3 Amplia,quia ſi teſtator legat dotem declaran dam arbitrio certarum perſonarum, facta decla-ratione,ſi reclament partes, vel vna earum,re-currendum eſt ad arbitrium Iudicis,tanquam bo ni viri.Afflict.deciſ.371.

4 Amplia,quia regulare eſt in vltimis voluntа-tibus, quia legatum commiſſum in arbitrium Titij,eo non declarante,poteſt Iudex declarare. Bart. in l. ſi quis arbitratu,nu.5.ff.de verb. obli. & nu.3.

5 Reſtringe,vt non procedat quando per condi-tionem poneretur,puta,lego Titio, ſi Seius arbi-trabitur, quia tunc eo non declarante, non va-let legatum,neque receditur à perſona. Bartol. dict. l. ſi quis arbitratu, numer. 3. & num. 5. ff. de verb.oblig.

6 Reſtringe,quoad pœnam,quia non receditur à perſona electa.Bar.vbi ſupra,nu.5.

7 Limita, quando quis compromittit in certum Iudicem, quia mortuo Iudice, non tenetur com-promittens ſtare arbitrio alterius Iudicis,quia non receditur à perſona.Alexand.& Iaſon. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. obligat. Bartol. & alij, in l. inter ſtipulantem. §.1. & in l. eandem ff.eod. tit. Abb. conſ. 80. Caſus in effectum con-tingens.

Vide.Compromiſſum,uel remiſſio in certum Iudicem,an extendatur ad alium. Concluſ.510.

Vide.Fideiuſſor coram uno Iudice, non poteſt conueniri coram alio.Concluſ.303.

8 Reſtringe, quia ſpeciale eſt in dote declaran-da,quia ſi compromittitur in certum arbitrum, & ipſe non declaret,tunc arbitrium Iudicis ſucce dit,& arbitrium boni uiri.l.cum poſt.§. gener. ff. de iur.dot.l.quæro,ubi Bar.eod.tit.l.ſi cum. C.de dot.promiſſ.

9 Declara,quia ſi inique fuerit arbitratus,recur-ritur ad arbitrium boni uiri, etiam in cauſa do-tis,quia Iudex dicitur bonus uir. l. uir bonus. ff. iudic.ſolu.& eſt tex.in l.ſi.§.ſed & ſi quis. C. cõ-mun.de lega.ubi Bal.

10 Limita in contractibus, quia arbitrium ſtat conditionaliter, ideo eo non arbitrante, non re-ceditur, neque Iudex poteſt arbitrari. Bartol. in dicta l. ſi quis arbitratu, numer. 3. & 5.ff. de uerb.oblig.

11 Reſtringe,niſi eſſet arbitratus inique quia recur ritur ad Iudicem.Bar.in d.l.ſi quis arbitratu.n.5. ff.de ver.obli.

Reſtringe,

Digitized by

11 Restringe, nisi esset commissum in arbitrium vnius ex contrahentibus, quia receditur, & Iudex potest adiri. Bar. vbi supra n. 5.

13 Restringe nisi esset perfectus contractus, & super aliquo accessorio fieret electio arbitrij tertij, veluti super fructibus, damnis, &c. Bart. d. l. si quis arbitratu. num. 5. ver. aut fuit tertius. ff. de ver. oblig.

14 Restringe in contractu dotis, quia dos incerta valet fauore dotis, ideo si est commissa in arbitrium tertij, valet, & si non arbitretur, potest Iudex arbitrari, secus in augumento dotis, ex quo cessat ratio, quia mulier est dotata. Castren. cons. 11. Viso dicto libello. nu. 3. ver. quoad secundum. lib. 1. vbi declarat.

15 Restringe quando contractus esset perfectus, quia circa qualitatem si statur arbitrio tertij, veluti si est emphyteuticus, minus pretium solustur arbitrio Titij, quia ad Iudicem potest iri, tertio non declarante. Bart. d. l. si quis arbitratu. num. 4. ff. de verbor. obligat.

Arbitrium Iudicis ad quæ se extendat in poenalibus, & quæ criminalia sint arbitraria Concluſ. CDLXXIII.

1 CONDEMNATVS in banno sub pœna, quod si non seruet bannum, arbitrio Iudicis puniatur, tale arbitrium se extendit, vt possit bannum duplicari pro tempore restanti, quo non seruauit condemnatus bannum. Dyn. cons. 29. Prima quæstio est. nu. 3. ver. in tertia quæstione.

2 Extende, vt arbitrium reseruatum extendatur etiam ad successorem. Dyn. d. cons. 29. in fin. ver. in quarta.

3 Amplia quando pœna relinquitur arbitrio Iudicis in his, quę sunt de genere prohibitorum, quia si est consuetudo, quod magna pœna soleat imponi, tunc excedet relegationem, & non admittetur procurator. Signor. cons. 169. n. 5. ver. aut talis pœna petitur.

4 Extende magis quando arbitrium datur in his quæ sunt de genere prohibitorum, & de iure communi est certa pœna statuta, quæ excedit relegationem, & illa potest imponi, quia arbitriũ eo casu debet regulari secundum ius commune certum. Signor. d. cons. 169. n. 53. ver. aut per consuetudinem: vbi quod non admittitur procurator.

5 Extende idem quando certa pœna non est appositа de iure communi in illo casu, sed in simili casu, quia admittetur arbitrium secundum similem casum, & non comparet procurator. Signor. d. cons. 153. ver. item dicerem.

6 Declara totam materiam, quia quando de iure communi non est appositа certa pœna, sed extra ordinẽ, si statutũ dat arbitriũ potestati debet regulari secundũ qualitatẽ facti personarũ, & qualitatũ, quę interuenerũt, vt quãdoq; sit maior, quãdoque sit minor, & si inspecta naturali ratione, & causis, & quod solitum est, causa debet terminari in vinculis, & pœna excedere relegationem, non admittitur procurator, alias secus. Signor. cons. 169. in fine. versic. si vero ex eodem delicto. vsque in finem.

7 Limita, quia arbitrium Iudicis datum circa pœnam imponendam, non extenditur ad pœnam mortis. plene Boer. decis. 317. num. 2. vbi dicit maiorem pœnam, quam mortis non posse dari, igitur non venit sub arbitrio, quia mors est vltimum terribilium, vt dicit Felin. in cap. inquisitionis, in princ. de accusat. Calephat. inter consilia criminal. tomo 1. cons. 103. num. 9. & cons. 162. num. 19. Clar. §. fin. quæst. 88. per totam. Alex. plene cons. 55. In causa inquisitionis. num. 3. ver. nec Iudex, cuius arbitrio. lib. 7.

8 Contrarium, quod imo possit arbitrari mortem. gl. in §. in summa. Instit. de iniur. Socin. cons. 188. Visa bulla. nu. 8. licet dicat hanc opinionem non esse tutam. lib. 2.

9 Declara, quia si lex, vel statutum loquitur de moderatione, prima est verior, si vero de pœna imponenda loquitur, contrarium est verius, maxime quando pro simili delicto extaret statutum, vel consuetudo, quod pœna mortis imponatur, cessante consuetudine, nec Iudex debet esse nimis rigorosus, neque nimis placidus, ita Boer. d. decis. 317. num. 2. & 3. Alexand. cons. 121. Viso processu. maxime num. 6. vers. pro hoc bene facit. lib. 7. vbi pro vtraque opinione allegat, & distinguit, quod non debet arbitrari mortem, quando statutum loquitur de moderatione pœnæ. num. 4. & 5. quando de imponenda pœna arbitrio. num. 6. vsq; * in finẽ, quod magis communis * est opinio, quod potest pœnam mortis arbitrari, quando ex qualitate delicti de iure, vel consuetudine potest talis * pœna imponi, & quod sit communis * opinio. Alexand. consil. 111. Ponderatis. num. 3. lib. 1. vbi ait, quod hoc modo conciliantur contrarię opiniones.

10 Declara, quia in atrocioribus, quando datur arbitrium Iudici circa pœnam imponendam, tunc potest Iudex arbitrari etiam mortem inclusiue, ita Socin. cons. 188. col. pen. nu. 8. lib. 2.

11 Declara si arbitrium est liberum, tunc extenditur etiam ad mortem inclusiue. Soci. d. cons. 188. col. pen. num. 8. lib. 2.

12 Declara, quia quando pœna venit imponenda arbitrio Iudicis, secundum aliquos dicitur pœna extraordinaria, quæ non debet esse mortis, neq; mutilationis membri, quæ equiparatur morti, secundum alios contrarium, sed secundum distinctionem veram, non debet arbitrari mortem, nisi quando concurrunt circunstantiæ, & qualitates, quę hoc suadent. Alex. plene cons. 13. Attentis his, num. 15. lib. 7. & num. 16. ibidem. vers. secundo respondeo, dicit, quod Iudex semper in dubio debet inclinare in mitiorem pœnam, & quasi eadem repetit. cons. 111. nu. 3. lib. 1.

13 Extende, quia neq; posset Iudex arbitrari pœnam perpetui carceris saltem in terris Imperij. Alex. dicto consil. 55. num. 4. versic. nec etiam posset, libro 7.

14 Extende, quia neque posset arbitrari pœnam mutilationis membri, sicut non posset pœnam vltimi supplicij imponere. Alex. d. cons. 55. n. 5. ver. & per prædicta. lib. 7.

15 Limita, quia vbi pœna arbitrio Iudicis committitur pro delicto, nunquam arbitrium censetur datum: vbi funditus delictum deficit, quia arbitrium

trium cenſetur datum, ſi adeſt delictum, & pro qualitate delicti. Bald. conſil. 144. Præſuppoſito communis Papiæ, circa fi.nu.4.verſ. & ſi dicatur. lib. 1.quod duplicatur conſ.454.lib.3.

16 Limita, quia ſi ſtatutum, (prout Papiæ) mandat delinquentes puniri in ære, & perſona arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate delicti, tunc Iudices poſſunt in delictis paruis vſque ad relegationem punire, non vltra. Signorol.conſ.169.num.53.vbi dat exemplum in vendente vinum ad minutum Mediolani de die, quia licet pęna æris, & perſonę ſit arbitraria, tamen non poteſt excedere relegationem, & quod procurator admittitur.

17 Extende, quia arbitrium Iudici datum circa criminalia, intelligitur ſecundum ius commune, & comprehendit ſolum læuia, vt in procedendo * ſecundum * communem, de qua Clar.in praxi crim.§.fi.quæſt.31.num. 9. vbi monet Iudices, vt non ſint nimis animoſi, quia cenſetur remota ſubtilitas iuris.

18 Extende idem quando ſumus in prohibitis de iure communi, ſed tamen ex parte delinquentis non eſt dolus, ſed culpa, puta, in non proſpiciendo, veluti ſi volens ſe tueri à cane mordace proiecit contra canem ſaxum, & percuſſit hominem, qui moritur, certe non excedet arbitrium relegationem. Signorol.conſ.169.num.53.ver.interdum homicidium.

19 Reſtringe, niſi doloſe, & de nocte, & per plebeium, quia poſſet excedere relegationem, & non admitteretur procurator.

20 Arbitrium Iudicis reſeruatum quandiu duret.

Vide. Arbitrium reſeruatum quando morte extinguatur. Concluſ. 478.

Vide. Voluntas præſumitur durare, & in quibus. Concluſ.286.

Vide. Beneplacitum alicuius quando dicatur durare. Concluſ.89.

Vide. Pœna arbitraria Iudici ad quid ſe extendat, vel non. Concluſ. 236.

Arbitrium operatur multa. Concluſ. CDLXXIV.

1 ARBITRIVM late datum Iudici operatur quod non tenetur de culpa, ſed ſolum de dolo. Alex.conſ.65.Habita ſuper contentis.num. 7.lib.1.quod intelligit Alex. quando arbitrium eſt liberum.conſ.47.nu.8.lib.1.

2 Extende, quia multo minus tenetur de leui. Alexand. conſil. 47. num. 8. lib. 1. vbi loquitur, quando eſt arbitrium regulatum, quia nec tunc de leui tenetur.

3 Imo etiam ſi arbitrium ſit regulatum, quod non teneatur de lata, ſed ſolum de dolo, tenet Alex.d.conſ.65.nu.7.& 8.lib.1.

4 Et ſufficit, quod iuſtis rationibus moueatur. Zabar.con.139.nu.5.ver.item caſus eſt.

5 Et ſufficit, quod faciat in re aliena, quod faceret in propria. Alexand. d. conſ. 47. num. 7. ver.ad idem.lib.1.

6 Operatur etiam quod faciens actum, vel factum vigore arbitrij ſibi dati in ſpecie, neceſſe eſt, quod hoc exprimat, alias non ſufficit feciſſe. Bartol. in queſtione quinta, incipiente Adunantia.

Vide ſupra in ver. Arbitrio alicuius. Concl. 470.num.35.& ſeq.

Vide. Arbitrium datum ad aliquid faciendum. num.12.& ſeq.

Arbitrio Iudicis quando ſtandum, & de multiplici arbitrio. Concl.CDLXXV.

1 ARBITRIO Iudicis, ſi quid ſimpliciter committitur, & nihil vlterius diſponitur, tale arbitrium non lædit ius partis, nec contra iuſtitiam præſumitur. Bald. conſ. 217. Reperitur ſententia lata, circa fin. verſ. vnde ſciendum eſt. lib.4.

2 Si vero conceditur arbitrium, & præſumitur pro eo, tunc in alteram partem transfertur onus probandi contra arbitrium. Bal.conſ.217.circa fi.ver.aut conceditur.lib.4.

3 Si vero concedatur arbitrium, & ſtatuitur pro ipſo, tunc illi ſtandum eſt. Bald. d.conſ.217.in fin. ver. aut conceditur.lib.4.

4 Regulariter autem pro arbitrio Iudicis preſumitur. Bal.d.conſ.217. circa med. verſ. Statutum enim.lib.4.

5 Extende, quia licet non præſumatur pro Iudice, neq; pro ſententia, quando eſt appellatum, tamen ſecus eſt quando ſententia eſt lata ſuper ijs, quæ arbitrio Iudicis ſunt commiſſa, quia debet appellans probare, quia præſumitur pro Iudice, & ſententia in arbitrarijs. Felin. in capit. quoniam contra num.21. verſ. hanc concluſionem, de probat.

6 Extende, quia Iudex, qui poſt didicita teſtificata, poteſt repetere teſtes ex lato ſuo arbitrio, ſi tamen vel repeti faciat, vel recuſet, non tenetur in ſyndicatu, & non grauat partes ſi vult, vel non, vti arbitrio ſibi a lege dato. Caſtrenſ. conſ. 246. In caſu, de quo quæritur. num. 2. lib. 1. verſ. item non obſtat.

Vide. Appellatio non datur ab his, quę commiſſa ſunt poteſtati, & arbitrio Iudicis, & quando ſecus. Concluſ.415.

Arbitrium datur ad aliquid faciendum, quid comprehendat, vel non. Concluſ. CDLXXVI.

1 REGVLA eſt, quod licet arbitrium ſimplex reguletur ſecundum arbitrium boni viri, tamen quando dicitur plenum, ſeu liberum, tunc importat liberam facultatem. Bart. in extrauagan. ad reprimend. in ver. videbitur. numero tertio. verſicul. item vbicunque, quod declara vt ſupra.

Vide. Arbitrio alicuius ſi quid committitur regulatur ſecundum arbitrium boni viri. Concl. 470.per totam, maxime num. 38. & ſeq. vbi contrarium & quando.

Vide. Verba importantia abſolutam voluntatem. Concluſ.193.

2 Amplia, quia arbitrium datur per commune Flo-

Digitized by Google

Florentiæ certis Ciuibus puniendi homicidas, & vulneratores, de quo Bald.conſ. 178. Conceſſum fuit arbitrium.lib.5. ſe extendit etiam quoad impoſitionem pœnarũ,quod vnus teneatur pro alio.

Vide.Mandatum generale ad quæ extendatur vel non.Concluſ.50.

3 Arbitrium datum alicui, vt poſſit excarcerare certos delinquentes, extenditur etiam ſi poſt carcerationem de delicto fuerint condemnati ipſi carcerati, quando arbitrium eſt generale. Bald. conſ.370.Nunquid arbitrium.lib.3.

4 Declara, quia vbicunque arbitrium alicuius intrat,ibi intrat æquitas. Petr. de Anchar. conſ. 57.n.3.quia ſecundum tramites rationis, & metas æquitatis intelligitur,vt non auferatur defenſio,& ius partis. Zabarel.conſ.139.num.3.& ſeq. ver, quinto ad idem.

5 Limita,quia arbitrium plenum,& generale datum procuratori non ſe extendit ad ea,quę non ſunt honeſta,ſed turpiter fierent,ſeu turpitudinẽ ſaperent.Bal.conſ.379.Quando ſuper facto.lib.3. per tot.vbi quod arbitrium datum ſuper bello Ciuitatis Peruſij,non poſſunt donari Caſtra Ciuibus acquirentibus ea, quia turpiter fit per Ciues,ſi recipiunt prẽmium pro bello Patriæ, & ad defenſionem.

6 Extende in iudice, quia licet ſibi detur liberum arbitrium, tamen non poteſt facere iniuſtitiam,quia licet relaxentur ea,quæ ſunt iuris Ciuilis,non tamen relaxantur ea,quę ſunt iuris gentium,vel naturalis æquitatis.Bar.in extrauag.ad reprimen.in ver.videbitur.num.8,& ſeq.ver.tertio caſu.

7 Declarat Alex.conſ.65.num.7.& ſeq.lib.1.quod tunc eſt in lata culpa, non in dolo, niſi conſtet de dolo.

8 Extende,quia non extenditur tale arbitrium plenum datum procuratori ad ea, quę non conſueuerunt concedi ſine certa forma,vt hant forma non ſeruata.Bal.d.conſ.379.nu.6.lib.3.verſ. prẽterea quando eſt tradita.

9 Extende, quia arbitrium, & libera licentia non extenduntur ad dolum. Alex.conſ.58.Habita.nu.11.ver.quantum vero.lib.3.

10 Et quid importet,vel non importet arbitrium datum prioribus per populum,& quid poſſint,vel non.vigore talis arbitrij,plenę Bart.in l.ambitioſa.ff.de decret. ab ordin. facien.

Vide. Priores, & Conſiliarij Ciuitatum quid poſſint,vel non.Concluſ.713.

11 Et de arbitrio dato ſuper pacifico ſtatu Ciuitatis, vel alio arbitrio dato officialibus, quod non poſſint habentes tale arbitrium auferre ius ſuum alicui,quia tale arbitruim intelligitur ſine iniuria datum.Alex.plene conſ.47.In cauſa.nu.5. ver.confirmantur.lib.7.

12 Limita. quia arbitrium liberum, & abſolutum datum Iudici,non operatur,quod poſſit defenſiones partis tollere.Alex.conſ.65.Habita ſuper contentis.n.2.lib.1. Zabarell. conſ.139.num.3.verſ. quinto ad idem, quod eſt Salyc. vbi quod ſemper reſtringitur ad licita ſecundum leges, alias non valeret,quia daret occaſionem delinquendi.

13 Extende, quia non poteſt index inferre torturam,non data copia inditiorum.Alex.d.conſ.65. num.2.lib.1.ver.videtur ergo.

14 Extende,quia circa deciſiua non poterit ſine probatione legitima condemnare accuſatum, Signorol.conſ.145.numero 16. & ſeq.

15 Extende maxime, vbi agitur de magno prẽiudicio, quia non cenſetur datum arbitrium Iudici cum prẽiudicio tertij.Alex.d.conſ.65.nu.2.lib.1. Zaba.d.conſ.139.nu.4.

16 Et prætextu arbitrij non poteſt inferri tortura reo ſine indicijs, alias iudex tenetur in ſyndi- * catu. Clar. in §. fin.quęſt.64. num. 9. vbi dicit* communem, quod vnicum ſaltem requiritur indicium.

17 Extende, quia non poteſt aliquid turpe, vel contra bonos mores.Alex. d.conſ.65.num.2.verſ. bene facit.lib.1

18 Et ſemper excludit dolum,quantumcunque arbitrium ſit liberum,& generaliſſimum. Zabar, d. conſ. 139.nu.5.

19 Extende, quia non poteſt ea, quę ſunt à iure prohibita, ideo ſi datur poteſtas à ſtatuto plena, & libera puniendi,Iudex non poterit condemnare, vel punire ad perpetuum carcerem,quia talis pœna eſt improbata de iure.Alexan.d.conſ.65.n. 2.ver.& etiam refert.lib. 1.

20 Declara, quia Iudex habens arbitrium etiam regulatum, nunquam tenetur de lata culpa,ſed ſolum de dolo,ideo ſi tranſgreditur leges:dicitur in lata culpa non in dolo. Alexan. conſ.65. num. 7.& ſeq.lib.1.

21 Reſtringe,quia arbitrium ſiue liberum,ſiue regulatum datum iudici, vel arbitro,operatur, vt ſolum teneatur de culpa,non autem de dolo.Alexan.conſ.65.nu.7.& 8.lib.1.

Vide. Arbitrio alicuius ſi quid committitur. Concluſ.470.nu.35.& ſeq.

22 Limita,quia ſi quid arbitrio iudicis committitur, intelligitur ſecundum rationem, & æquitatem,ita quod non poterit extra,& contra regulas iuris decernere.Gozad.conſ.54.nu. 10.verſ.ſi Iudex. Menoch.de arbit.quæſt.8.nu.2.& quęſt. 9.n. 3.& quęſt.13.num.15.& quæſt. 14.nu.1. & quęſt. 77.num.1.

23 Et non poſſet condemnare,niſi per concludentes probationes. Benintend.deciſ.31.num.4. ver. ſed licet, quem ſequitur Menoc.de arbitr. quæſt. 24.num.1.

24 Limita,quia habens arbitrium quantumcunque latiſſimum datum circa aliquod factum, vel proceſſum terminatum, non poteſt illud factum, vel proceſſum terminatum,prorogare. Roman.conſil. 322.In caſu propoſitæ.n.3.ver.ſecundo,& hoc eſt:vbi apoſtill. in ver. prẽfixum, quę citat multos concord.

25 Extende,quia arbitrium latiſſimum datum iudici ad vnum finem,puta,ad abbreuiandum lites non poteſt exerceri ad effectum protelandi lites, quia inducta advnum finem contrarium effectum operari non debent. Rom.conſ.322.num.2.in fin. verſic.tertio quia,vſque in fin.

26 Limita, quia arbitrium datum à conſilio populi Pacerijs, vt compellant omnes inimicantes ad pacem,non comprehendit,vt compellant contra formam ſtatutorum populi diſponentium, quod banniti non audiantur,ſed poſſint offendi à quocunque,ideo pacem bannitis non poſſunt procurare,& procurata non tenet.Caſtren.conſ.427. Quod iſti officiales. num. 3. & ſeq. verſ. quarto probatur.lib.1.

27 Extende,quia conceſſo arbitrio generaliter aliquibus officialibus nõ cẽſetur data poteſtas diſponendi

nendi cõtra ſtatuta,& ordinamenta Ciuitatis facta,quia non eſt veriſimile,quod quis conceſſerit in genere, quod ſpecialiter non fuiſſet conceſſurus.Bar.in proœm.C.Abb.conſ.104.Videtur primo,in princ lib.1.

28 . Declarat Abb.d.conſ.104.in fi.ver.non obſtant contraria.lib.1.vt ſit vera limitatio, quando datur arbitium generaliter in loco circa aliquod particulare negocium, quia tunc non poteſt tollere ſtatuta generalia, ſecus quando arbitrium generaliter daretur in loco circa merum, & mixtum Imperium,& circa ſtatuta condenda in eodẽ loco,quia poſſunt contra ſtatuta facta ſtatuere.

29 Limita,quia poteſtas data per conſiliũ generale Tuderti ſtatuendi, & faciendi ſuper facto libri, & cataſti non cõprehendit,quod poſſint allibratũ inCiuitate facere,quod allibretur in comitatu tãquamCiuis comitatinus,ex quo habet fratrẽ allibratũ in Comitatu.Bart.conſ. 172.Dubia occurrentia,in princ.lib.1.vbi apoſtill.in ver dubia.

30 Extende,quia licet conſilium poſſet per legem generalem facere tale decretũ,quod omnes Ciues allibrati ſoluant prout Ciues Comitatini,non tamen poſſent contra particularem hoc facere, & multo minus habentes poteſtatem a conſilio.Bar. d.conſ.172.in princ.num.2.lib.1.

31 Declara extenſionem,quia poteſt lex particularis fieri,quod allibratus inCiuitate allibretur vt Ciuis Comitatenſis, quando haberet bona ſua in communi cum fratre Comitatino. Bart. d. conſ. 172.nu .2.ver. fallit.lib.1.

Vide . Priores, & Conſiliarij Ciuitatum,quid poſſint,vel non.Concluſ.713.

Vide.Reformatores quid poſſint,vel non.Concluſ.81.

32 Et arbitrio alicuius ſi quid committitur intelligitur,vt faciat in re data arbitrio id, quod faceret in re ſua. Alex.conſ. 47. Circa primum.num. 7.ver.ad idem.lib.1.

33 Et leuis culpa non cadit in eo, cuius arbitrio aliquid committitur, ideo de leui non tenetur. Alex.conſ.47.num.8.lib.1.

34 Et intelligitur,ſi arbitrium habens, iuſtis rationibus moueatur,Zabarel.conſ.139.nu.5. verſ. item caſus eſt: vbi quod procedit etiam in modicis ſecundum aliquos.

35 Et intelligitur vti arbitrio boni viri ille,qui facit illud,quod eſt de iure,vel eſt ſolitum, ſeu illud quod in ſua re faceret,ideo cõductor ſyluę,qui arbitrio ſuo poterat incidi facere arbores,poteſt arbores à laborerio,quando renaſcuntur,& ſunt ceduæ incidere.Alex.conſ.118. In caſu,in prin. vbi eſt caſus.lib.5.

36 Declara , quia arbitrium datum alcui aliquid faciendi requirit expreſsionem arbitrij,vt cẽſeatur vſus arbitrio illo ſpeciali pro vtraq; opinione.Bar.in ſua quęſt.Adunantia.quæſt.5.vbi late, & in l.ambitioſa,in fi.ff.de decret. ab ordi. faciẽ. & inter vltimam voluntatem, & contractum diſtinguit in l.3. ff. de milit. teſtam. quia in vltima volutate non requiritur expreſsio, vt in illo tex. ſecus in contractu,vt idem Bar.in l.poſt mortem. §.1.ff.quan.ex fact. tutor.

Vide.Expreſsio indiuidua, & ſpecialis quando requiratur.Concluſ.692.

Arbitrium boni viri ſuccedit in multis diſpoſitionibus . Concluſ. CDLXXVII.

1 OBLIGATIO ſoluendi libras duas mille pro dote ſororis cum pactis, & conditionibus apponendis in inſtrumento dotis,cenſetur regulata ad pacta , & conditiones arbitrio boni viri,quando eſt controuerſia, quia etiam ſi incerta ſit perſona,tamen intelligitur ſecundum arbitriũ boni viri.Petr. de Anchar. conſ. 7.In quæſtione agitata,in prin.

2 Præceptum ſuperioris iuſtum afficit,iniuſtum vero non valet,& ſi oriatur controuerſia,an ſit iuſtum,vel non,ſuccedit arbitrium boni viri . Bald. conſ.159.Super eo quod,n. 8.ver.ſecundo pręmittendum.lib.3.

3 Arbitrium boni viri debet attendi in deductione legitimę, vt non eligatur ex ſingulis rebus propter diſcordiam , & licet non ſit dictum à teſtatore,tamen ſemper ineſt clauſula à iure,vt arbitrio boni viri fiat electio,& deductio. Oldr.conſil.113.Quæſtio,quia quæritur.

Vide. Adiudicatio bonorum,de quibus bonis, & qualiter fiat.Concluſ.199.

Vide. Arbitrio alicuius ſi quid cõmittatur,regulatur ſecundum arbitriũ boni viri. Concl.470.

Vide . Aequitas quid ſit , & in quibus prævaleat. Concl.308.cũ duabus Concl.ibi prox.ſeqq.

Arbitrium reſeruatum quando morte extinguatur , vel non. Concl. CDLXXVIII.

1 PRINCEPS ſi aliquid concedit ſub nomine dignitatis,durante arbitrio, vel voluntate, aut beneplacito ſua cenſetur concedere etiam poſt mortem ſuam,quia non extinguitur arbitriũ per mortem ſuam , ex quo dignitas non moritur Crauett.conſ.732.in princ.num.2. & ſeq.

2 Si vero concedat priuatus aliquid ad ſui beneplacitum,tunc morte finitur . Crauett..d.conſil. 732.in princ.

3 Quando vero fit conceſsio ad beneplacitum expreſſo prius nomine proprio,& etiam nomine dignitatis , regula eſt,quod ſi pręponitur nomen proprium,finitur morte,ſi nomen pręponitur dignitatis , ſecus eſt,niſi vtroque caſu coniecturę in contrarium concurrant,plene Crauett. d. conſ. 732.in princ.vbi late.

Vide . Beneplacitum alicuius quando dicatur durare,vel non.Concluſ.89.

Vide. Voluntas pręſumitur durare, & in quibus . Concluſ. 286.

Arbor quid ſit,&arbuſta,ſeu arbuſtum, & per quot pedes radices emittat arbor Concl. CDLXXIX.

1 ARBOR eſt nomen generale,& comprehendit vitem,arundinem,& omnem arborem habentem radices,vide plene in l. nitem. ff. arborum furtim cæſarum.

Arbuſta

Digitized by Google

2 Arbuſta ſunt, quando arbores inciſę ſunt, remanente ſolo trunco arboris. Alexand. conſ.25. Conſideratis.n.12.verſ.arbuſta eſſe dicuntur. lib. 7.allegat.l.fin.in fin.ff.de termi. amo. quaſi arbuſta ſint arboris haſta.

3 Sed apoſtill.ad Alexand.d.conſ.25.num.12. in ver. Papia. lib. 7. dicit, quod imo arbuſta ſunt, quæ habent vitem maritatam, vnde arbuſta dicuntur quaſi arboreta.

4 Arboretum, verbum importat locum multis arboribus plenum, prout idem etiam dicimus de ſaliceto, vbi ſunt plures arbores ſalicum. Alex. d.conſ.25.num.12.lib.7.

5 Radices preſumitur emittere arbor vſque ad pedes 15. vel ſecundum alios 25. Maſcard. Concluſ.127.Arbor.

Arbores in fundo alieno habere licitum eſt. Concluſ. CDLXXX.

1 ARBORES in fundo alieno haberi poſſunt, & poſſunt vendi, & legari prout aliæ res propriæ abſq; conſenſu domini fundi, & dominus tenetur præſtare patientiam vtendi, incidendi, & aſportandi.Bald.conſ.134.lib.5.

2 Extende,quia nedum arbores,ſed fodinas, ſalinam, & ſimilia poteſt quis habere in fundo alieno.l.fundi.C.de metalar. Affict.deciſ.321. num. 15.& per totam.

3 Extende,quia generaliter iure ſeruitutis,quando competit ius ad rem ſuam, debet dari cuicunque.

Vide. Acceſſus ad rem ſuam.Concluſ.80.

Arborum inciſio qualiter, & quibus prohibita. Concluſ. CDLXXXI.

1 ARBORES fructiferas, ſeu grandes,& germinales non poteſt ſuccidere emphyteuta in re emphytheutica, quia deterioratur ſubſtantia rei,alias cadit ab emphyteuſi,& poteſt expelli. Bald. conſil.290.Vulgare eſt.num.2.verſ.modo ſequitur.lib.2. Alexand.conſ.118. In caſu, in princ.lib.5.

2 Amplia in colono, ſeu conductore, quia pariter non poteſt ſuccidere arbores fructiferas, ſeu grandes, & germinales, alias poteſt expelli. Bald.dicto conſil.290. numer.2.verſ.modo ſequitur. libro 2.

3 Declara, niſi tales arbores ſint in fructu,vt cedantur, quia poſſunt cedi, ſi non ſunt ad alium fructum, & renaſcuntur. Alexand. dicto conſil. 118.in princip.vbi eſt caſus, lib.5. maxime num. 3. & ſeq.

4 Amplia in marito, quia non poteſt ſuccidere dictas arbores in re vxoris. Bald. dicto conſil. 290.num.3.lib.2.quia non ſunt in fructu, ſed in proprietate. Alexand. dicto conſil. 118. in principio. lib. 5.

5 Amplia in vſufructuario, quia poteſt ſolum frondibus, & fructibus vti, & frui, non autem arbores ſuccidere.Bald.d.conſ.190. in fine. lib.2. Alexan.conſ.118.num.4.lib.5. vbi apoſtill.in ver. incidere, citat Cæpol. de ſeruit. ruſtico. cap.20. de montibus.

6 Limita, quia conductor ſyluarum poteſt incidere arbores grandes à laborerio, quando non ſunt fructiferæ,& renaſcuntur.Alex.conſ.118. In caſu.num.3.& ſeq.lib.5.

7 Extende maxime, quando verba locationis ſunt vniuerſalia, & geminata, prout quando locarunt omnes,& quaſcunque ſyluas, quia non fit reſtrictio,quæ forte fieri potuiſſet. Alexand. d. conſil. 118. num.4. & ſequen. ver. ſecundo probatur. libro 5.

8 Extende maxime, quando in locatione extat pactum, quod fabricando dominus non teneatur lignamina ſoluere conductoribus. Alexand.d. conſ.118.num.6.verſ.tertio probatur. lib.5. quia pactum eſſet ſuperfluum.

9 Limita in laboratoribus conductis à tertio ad incidendum ligna in alieno, tanquam in ſuo, quia ſi ignorarunt,excuſantur, alias ſecus.

Vide. Laboratores excuſantur,ſi inferant damnum, & quando ſecus. Concl.2.

Archidiaconus, & eius officium, quid ſit, & quibus præferatur. Concluſ. CDLXXXII.

1 DIGNITATEM habet Archidiaconus,quæ eſt quædam præheminentia ex adminiſtratione, quia ſaltem promouendos examinat, & alia promouenda exercet. Oldrad. conſ. 150. num. 3. verſ.ſecundo eſt attendendum.

2 Imo etiam ſi non habet præheminentiam adminiſtrationis iuriſdictionis,adhuc tamen habet dignitatem, quia de iure communi tres ſunt dignitates,vel tria nomina, quæ ſonant in dignitatem, Archidiaconus,Archipresbyter,& Primicerius,& iſte Archidiaconus præcellit omnes.Aretin. conſ. 23. in princ. vbi quod Archidiaconus Parmæ habet dignitatem; licet non præſit iuriſdictioni, & quod eſt dignitas prima poſt Epiſcopum, quia vices Epiſcopi tenet.

3 In fœudum non poteſt dari Archidiaconatus, nec pro eo homagium præſtari. c. fin. vbi Innoc. de reg.iur. licet pro eo debeat præſtari ſacramentum obedientię, & fidelitatis.Oldr.conſ.283.in fi.

4 Archidiaconatus eſt dignitas in Cathedrali, quæ non eſt principalis, neque Collegiata, quia Epiſcopus habet principalem dignitatem. Gemin. conſ.131.ver.expreſſit de decanatu.num. 5. Franc. Areti.conſ.23. in princ.

5 Tamen maior eſt dignitas in Cathedrali poſt Epiſcopalem de iure communi, ideo eſt maior Archidiaconus Prępoſito in Cathedrali. Bald. conſ.387. Archidiaconus habet. lib. 1. qui loquitur de Archidiacono Auguſtan. allegat text. in cap.perlectis. 25. diſtinct.Aretin. conſ.23.in prin. vbi quod maior eſt Archipresbytero, & loquitur in Parmenſi. num. 2. Abb. conſ. 81. Viſo dubio, in fi. lib.1. vbi quod maior eſt poſt officiales Epiſcopi.Deci.conſ.420. Quæritur, vbi quod eſt maior Archipresbytero, & alijs, & loquitur in Archidiacono Florentiæ.

Barbat.

Digitized by Google

6 Barbat.conſ.5.lib.2. dicit idem,quod Archidiaconus ſit dignior Archipresbytero, & Primicerio in voce, in loco,in adminiſtratione, & alijs ,¦ & loquitur in Parmenſi .

7 Amplia,quia licet Archipresbyter ſit Vicarius Epiſcopi , & in ſpiritualibus vices Epiſcopi obtineat,tamen ſubeſt Archidiacono reſpectu iuriſdictionis.Bald.conſ.161. Caſus ſuper quo. num.11. ver.item dato,quod dictus. lib.2.

8 Et quod Archidiaconi,Archipresbyteri,& Decani Capitulorum Cathedralium habeant ex conſuetudine quandam iuriſdictionem ſub Epiſcopo. Aegid.Bellam.conſ.20.in princ.

9 Amplia, quia Archidiaconus dicitur Vicarius Epiſcopi quoad quędam, & habet iuriſdictionem, non tamen contentioſam , de qua in cap. ad hæc. §. in quadam , de offic. Archidiac. quę tamen Abb. conſ. 21. in princip.lib.1. dicit eſſe de conſuetudine. Roman.conſil.371. In propoſita. num. 4. vbi quod ſecundum * communem intellectum d. text. Archidiaconus non habet iuriſdictionem in criminalibus , neque in ciuilibus arduis , ſed tantum in ciuilibus pauci valoris, remittens ſe ad dictum text.

10 Extende , quia mortuo,vel abſente Epiſcopo, Archidiaconus eſt Vicarius Epiſcopi, & habet cuſtodiam ſacramentorum,non autem Archipresbyter,qui licet ipſe habeat curam animarum,tamen Archidiaconus primus eſt , & præfertur in cuſtodia,& iuriſdictione,& Archipresbyter illi ſubijcitur,& obedire tenetur.c.1.& c.ad hæc, de off. Archid.& c.1.de offic.Archipresb.vbi patet,quod circa curam iuriſdictionalem,circa correctionem,approbationem perſonarum inſtitutionem , & ſimilia ipſe Archidiaconus eſt Vicarius Epiſcopi, præeſt omnibus; circa vero curam animarum, & ea,quæ reſpiciunt curam,& ſuper Presbyteros miniſtros curæ,Archipresbyter eſt Vicarius Epiſcopi, & vide plene Deci. conſ. 420. Quæritur, vbi , quod in abſentia Epiſcopi, cuſtodia ſacramentorum eſt Archidiaconi,non Archipresbyteri.

11 Amplia,quia Archidiaconus in tantum Sede vacante,repręſentat Epiſcopum,quod tunc in omnibus præcipit Archipresbytero , quaſi alia perſona . Gemin.in c. pen.de offic.lega.in 6.nu.6.

12 Amplia,quia Archidiaconus licet ſit minor Archipresbytero in ordine , tamen maior eſt in adminiſtratione,& quoad iuriſdictionalia,& adminiſtratione præcellit, & illi Archipresbyter ſubeſt. * c.1.de offic.Archipresb. vbi gloſ.& omnes * Doctor.Rota in nou.deciſ.4. de elect. col.2.vbi quod loco Archidiaconi ſuccedit Præpoſitus, loco Archipresbyteri ſuccedit Decanus.

13 Extende, quia Archidiaconus eſt maior Archipresbytero,& illum precedit in loco, in voce , in iuriſdictione , & alijs , quæ ei competunt ratione dignitatis,excepta celebratione Miſſę, extra eam vero illum pręcedit quoad omnia. Barbat. conſil. 5.num.18.lib.2.

14 Rationem aſſignat multiplicem Cardin. Zabarell.in clem.1.de pręben.in 7.queſt.n.6. quia licet cura animę ſit dignior cura temporalium , ſicut anima dignior corpore,tamen cura temporalis,& adminiſtratio eſt ſuperior , quia ab ea pendet cura fori animæ, & quia exercentes adminiſtrationem temporalem magis adhęrent Papæ , ideo Cardinales , qui maius officium , & adminiſtrationem temporalem cum Papa habent,pręcedunt Epiſcopum maiorem ordine , ſic Archidiaconus pręcedit Archipresbyterũ hac ratione,plura ſimilia tradit Deci. c.ſane,de off.delegat. n.16.& ſeq. in 3.not.Felin.in rubr.de maior.& obedien.nu. 9.

15 Extende igitur, vt procedat, quia imo etiam dicitur maior ordine , ſi ipſe Archidiaconus eſſet in ordine Presbyteratus per accidens , quia tunc poteſt ipſe ſi velit etiam cantare Miſſam ſolemnem , quæ ſpectat ad Archipresbyterum ratione ordinis , quia hoc eſt, eo quod Archidiaconus de ſui natura non eſt Presbyter, ita Hoſtienſ. in d.c. 1.de offic. Archipresb. quem ibi ſequuntur Ioann. Andr. Anchar. Anton. de Butr. Zabarell.Abb. & Ioann. de Anan. Bero. conſ. 22. num.31.lib.1. & ita fuit reſolutum ab Illuſtriſſimis,& Reuerendiſſ. DD.Cardd.Congregationis Sacrorum rituum de anno 1600.pro Archidiacono Regien. contra Archipresb.eiuſdem Eccleſiæ.

16 Et loquuntur Hoſtienſ. & alij, quando eſt Præsbyter ex voluntate , quia non compellitur effici ſacerdos Archidiaconus.cap.geſta 74. diſtinct.

17 Extende, quia Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in cæremonialibus,quę conueniunt ordini,& ſtatui ſuo,quia licet Archipresbyter exerceat curam ſuper omnes Presbyteros,tamen illud eſt,vt miniſter,vt in d.cap.1. de offic.Archipresbyteri,in ver.ad eius miniſterium,ita Barbat.conſil. 5.Proceſſu.n.8.lib.2.

18 Amplia , quia ordinari licet debeat Archidiaconus , tamen cum ſit dignitas de iure antiquo non incurrit pœnam. c.licet canon,ſi non ordinetur, niſi præcedente monitione, & requiritur priuatio per ſententiam.Gemin.conſ.131. nu.5. ver. expreſſit de Decanatu.

19 Contrarium hodie eſt de iure nouiſſimo ex Concilio Conſtantienſi,ſub Martino V. vt per Gemi. d. conſ.131.per tot. & maxime num.5. verſ. vnde voluit Papa.

20 Limita , quia licet Archidiaconus in quibuſdam ſit Vicarius Epiſcopi , & habeat iuriſdictionem , non tamen facit idem conſiſtorium, vel tribunal cum Epiſcopo, ſed ſubeſt Vicario generali Epiſcopi . Abb.plene conſ.21.Viſo dubio,per totum. lib. 1.

21 Extende , quia Archidiaconus non poteſt velle præcedere Vicarium Epiſcopi etiam ex conſuetudine , quia eſſet abuſiua , & ſtulta . Felin. in rubr.de maior.& obedien.num.10.in fin.

22 Limita , niſi conſuetudo ſit in contrarium , Hoſtienſ. & alij in d. c. 1. de officio Archipresb.

23 Et maxime in Ciuitate Paduæ Archipresbyter præcedit Archidiaconum ex antiqua conſuetudine, & ex ſtatuto Capituli, ſuper quibus Alexand. conſ.142.Viſo proceſſu. libro ſexto, vbi quod Archipresbyter inſtallat Abbatiſſas exemptas, & beneficiatos in Ciuitate, Archidiaconus beneficiatos extra Ciuitatem, & num.4.dicit quod iſto caſu attenditur effectus non nomen dignitatis , quia Archipresbyter in his , in quibus præcedit Archidiaconum in adminiſtratione , poteſt dici Archidiaconus.

24 Declara , quia conſuetudo iſta contra ius Canonicum debet eſſe præſcripta per 40. annos , alias non releuat. Barbat.d.conſ.5.nu.6.ver.præmitto etiam.lib.2.& ita Corn.conſ.155. col. pen. lib.4.Bart.conſ.136.lib.1. Crauett. de antiquitat. temp.§.1.in 4.par.nu.7.vbi num.12.& ſeq.reprobat Aret.conſ.13.

Imo

25 Imo tempus vacantis dignitatis deduci debet. Alexand.conſ.142.num.6.lib.6.

26 Vide Alexand.conſ.142.Viſo proceſſu. num.7. verſ. plus dixit. ſib.6. vbi, quod ſi probatur conſuetudo præſcripta decem annorum, præſumitur, quod ſit præſcripta per maius tempus, licet apoſtill.ibi dicat eſſe falſum.

27 Declarat etiam Aretin. conſ.23. num.11.verſ. reſtat igitur, vbi quod hęc eſt conſuetudo, quando eſt vniuerſalis,& 10. annis præſcribitur, ſecus ſi eſſet ſingularis,quia tunc 40. anni requiruntur, ſed vt ſupra Crauett. de antiquit. tempor. in 4. par.§.1.num.12.& ſeq. reprobat Aretin.

28 Limita in multis Eccleſijs,quia de conſuetudine Archipresbyter dicitur maior dignitas, quam ſit Archidiaconi, vt in Eccleſia Paduana.Alexan. conſ.142. num.4. lib.6. vbi quod iſto caſu Archipresbyter cenſetur Archidiaconus.

29 Idem eſt in Eccleſia Taurinenſi. Gemi. in cap. penul.num.6.de off.legat.lib.6.

30 Pariſienſis Archidiaconus nullam habet adminiſtrationem, tamen eſt dignitas. Prob. in addit. ad Ioann.Monach.in rubr.de pręben.in 6.nu. 15. & ſequen.

31 Declara, quia Archidiaconus poteſt eſſe ſine prębenda, quia hoc non eſt prohibitum. Oldrad. conſ.150. In Eccleſia Valentina. verſ. circa primum, ibi præterea nullum credo.

32 Et officium Archidiaconi eſt potius de conſuetudine, & eius iuriſdictio, quam de iure communi. Alexand.conſ.142.Viſo proceſſu. nu.5.verſ.ſecundo principaliter.lib.6.allegat gloſ. & * Doct. in cap.2.de exceſſ.Prælat.

Archiepiſcopus poteſt multa in dioeceſi ſui ſuffraganei, & quæ non.Concluſ. CDLXXXIII.

1 ARCHIEPISCOPVS in dioeceſi ſui Epiſcopi poteſt ex negligentia Prælatorum cognoſcere de cauſis ſubditorum Epiſcopi,vt not.in c.paſtoralis 1.reſponſ.de off.ordin.Feder.de Sen. tenet hanc partem conſ.158.ver.ad ſecundum.

2 Limita,quia Archiepiſcopus non poteſt authorizare vnionem factam per Epiſcopum ſuum ſuffraganeum Capitulo, ſed requiritur authoritas Papę, quia iſtud non eſt de reſeruatis Metropolitano.Oldrad.conſ.262.In quæſtione.n.3.verſ.prętерea dictæ vniones.

Archimia non eſt ars prohibita. Concluſ. CDLXXXIV.

1 ARCHIMISTA non peccat, nec archimia eſt ars prohibita, imo laudabilis,dummodo non fiat artibus magicis. Oldrad. conſilio 74. An Archimiſta, vbi videtur comprobare, quod ſit ars, quæ natura imitatur, & ex qua omnia metalla ex ſulphure, & argento viuo producuntur, quod per artem fieri poſſit commutatio metallorum, vt ſtamnum fiat aurum.

Archipresbyter, & eius officium quid ſit, & quibus præferatur. Concluſ. DCLXXXV.

1 ARCHIPRESBYTER dicitur Vicarius Epiſcopi, & eidem omnes de Dioœceſi poſſunt confiteri abſque alia parochorum licentia. Oldrad.conſ.230. num.2.in fin. ver.quarta ratio, per text.in cap.fin.de offic.Archipresb.

2 Declara,quia Archipresbyter dicitur Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus,& illius pęnitentiarius, & in diuinis gerit vices Epiſcopi, non tamen in iuriſdictionalibus,quia ſubeſt Archidiacono. Bal. conſ. 161. Caſus ſuper quo. num. 11. verſ.item dato quod dictus.lib.2.

3 Extende, quia dignitatem habet Archipresbyter, & in Cathedrali habet Prælaturam, & præheminentiam. Feder. de Sen. conſil.80. num. 2. verſ. conſiderantur ergo. Aretin. conſil.23.nu. 4. vbi, quod de iure communi Archidiaconus, & Archipresbyter habent dignitatem, & etiam Primicerius.

4 Non tamen poteſt Archipresbyter (licet ſit Vicarius in ſpiritualibus) recipere cautionem ab vſurario.Bald.d.conſ.161.n.11.lib.2.

5 Amplia, quia habent Archipresbyteri, & Decani Capitulorum iuriſdictionem ex conſuetudine ſub Epiſcopo circa aliqua. Ægid. Bellam.conſ. 20.in princ.

6 Non autem habet Archipresbyter contentioſam iuriſdictionem de iure communi, & ideo non poteſt procedere contra Canonicum, vel alium delinquentem, niſi habeat talem iuriſdictionem ex priuilegio, vel conſuetudine, aut præſcriptione,& præſcriptio vt procedat requirit titulum coloratum,& ſic bonam fidem cum ſpatio 40.annorum,& ſine titulo requiritur tempus immemorabile.Abb.conſ.25.Attingam iſta,in princ. lib.1.& loquitur in Archipresbytero Peruſino.

7 Amplia in Archipresbytero Collegiatæ Eccleſiæ, quia cum ſit ibi Collegium, dicitur habere dignitatem, quia omnis Eccleſia habens Collegium, dicitur dignitas. Bald.conſ.1.in fin.lib.1. Feder.d.conſ.80. num.2.ver.conſiderantur ergo.

8 Archipresbyter vero Collegiatæ habens ſub ſe Canonicos habet authoritatem excommunicandi, ex quo eſt in plena adminiſtratione.Bald. conſ.124. Archipresbyter habens. lib.1.

9 Extende in omnibus Prælatis, qui ſunt in poſſeſſione Prælaturæ, quia dicuntur iudices ordinarij.Bald.d.conſ.124.in princ. lib.1.

10 Declara, vt licet Prælati habeant iuriſdictionem in ſubditos, (prout Archipresbyter) tamen non poſſunt extra territorium iuriſdictionem contentioſam exercere, ſed tantum voluntariam. Bald.d.conſ.124.lib.1.in princ.

11 Limita, quia Archipresbyteri rurales an habeant dignitatem, quando non habent Eccleſiam Collegiatam, ſed ſolum habent ſub ſe Cappellas. Feder. de Sen. d. conſ.80. per totum,tenet, quod non, & quod omnis diſpoſitio loquens de plebanis,Archipresbyteris, & Præpoſitis, quod prohibeantur ſtudere phyſicæ, vel legibus ad textum in c. 1. ne Cleric.vel Monac.lib.6. intelligatur de

habentibus Collegium, vel prærogatiuam in Cathedrali, quia alij non ſunt in dignitate.

12 Contrarium tenet Franc. in d. cap. 1. ne cleric. vel monach. lib. 6. in princ. num. 4. vbi, quod ſi habent duas cappellas ſub ſe perpetuas, dicuntur habere dignitatem. Feder. de Sen. conſ. 86. num. * 2. ver. ſed modo inſurgit, vbi dicit * communem. Caſtrenſ. conſ. 66. num. 4. lib. 1. vbi dicit hoc maxime in Tuſcia, & reddit rationem, quia Archipresbyteri rurales ſunt vt plebani, & plebani habent dignitatem.

13 Declara, quia Archipresbyteri, Plebani, Priores, & alij rurales ſi non habent Collegium, Conuentum, vel Cappellas, nec prerogatiuam in Cathedrali, vel preheminentiam in Collegiata, non dicuntur habere dignitatem. Feder. de Sen. conſil. 86. num. 1. in fin. ver. ſed contra videtur, & conſil. 132. in fin. ver. nec obſtat.

Archiuium publicum, & eius ſcripturæ quando probent. Concluſ. CDLXXXVI.

1 ARCHIVIVM publicum retentum ſub fida cuſtodia, & ſcripturæ in eo conſeruatæ probant quando ſunt ſubſcripte ab illo, qui ex publico habet cuſtodiam archiuij. Gemin. conſil. 81. num. 5. verſ. ſed ad hoc reſpondetur, qui loquitur de libro regiſtri ſupplicationum Apoſtolicarum.

2 Et liber Cleri, in quo ſunt deſcriptæ omnes Eccleſie, & cenſus Eccleſiarum probat, quando eſt repertus in archiuio publico. Gemin. conſ. 117. in princ. num. 2. ver. item per libros.

3 Extende, vt idem ſit in ſcriptura ſolutionis cenſus, quæ probat contra eum, qui paſſus eſt deſcribi, & preſumitur ſcribens recepiſſe pro abſente, idem eſt, ſi eſt in archiuio conſeruatá. Bald. conſ. 152. Huic ſcripturæ. lib. 4.

4 Et magna eſt præſumptio pro ſcripturis archiuij publici. Bald. conſ. 161. Proponitur quod per commune, circa fin. num. 3. ver. multum enim præſumitur. lib. 3.

5 Amplia, quia ſcripturæ bene cuſtoditæ in archiuio publico, etiam ſi non ſint publicæ, tamen probant dummodo archiuium bene ſit cuſtoditum. Angel. conſ. 140. Quidam Matthæus. Alexan. conſ. 245. Ponderatis his. n. 3. verſ. ſed ita eſt. lib. 6.

6 Amplia, quia ſcripturæ archiuij publici probant in loco, & territorio archiuij, extra territorium vero an probent, eſt controuerſia. Crauett. de antiquit. temp. par. 1. ſect. Viſo. nu. 9. ver. quarto limitatur.

7 Reſtringe primo, quod non probent ſcripturæ archiuij publici Ciuitatis Regij contra non ſubditos vigore ſtatuti, quod credatur ſcripturis archiuij, tenet plene Alexand. conſil. 16. In cauſa, & lite. num. 4. & ſequen. verſ. ſecundo principaliter. lib. 5.

8 Reſtringe ſecundo, quia ſcriptura archiuij publici habens fidem publicam vigore ſtatuti non ſe extendit nedum extra territorium, neque contra non ſubditum, ſed neque quando diſputatur, an res ſit in territorio, vel is, contra quem producitur, ſit ſubditus, vel non, quia tunc non habet locum, maxime ad commodum communitatis. Alexan. conſ. 16. nu. 5. & ſeq. verſ. quia reſpondeo. lib. 5.

9 Reſtringe ſimiliter vt per Alex. conſ. 23. Viſo proceſſu. n. 6. ver. præterea etiam. lib. 5. quod ſcripturæ archiuij Ciuitatis Arimini, nõ probant Cæſenæ, & ſic extra territorium, neque contra Foroliuienſes, qui non ſunt de iuriſdictione.

10 Declara, quia multum fidei tribuit conſeruatio in archiuio publico ſcripturę antiquæ, etiam extra territorium. Crauett. conſ. 274. n. 6. Oſaich. deciſ. Pedemont. 69. num. 6.

11 Declara reſtrictiones, vt procedant quoad fidem, quę imponitur de iure municipali, quia extra territorium non extenditur, ſecus ſi de iure communi adhibetur fides, quia ſcripturæ conſeruatę ſunt publicæ, & non agitur de commodo Ciuitatis, cuius eſt archiuium, apoſtill. ad Alexan. conſ. 16. num. 3. in ver. extra. lib. 5.

12 Amplia, quia ſcriptura archiuij publici probat, vt publicum inſtrumentum. authen. ad hoc. C. de fid. inſtrum. cap. ad audientiam, de præſcript. per quę iura ita ſcribit Roman. conſ. 319. In cauſa Ioannis.

13 Extende in libro regiſtri conſeruato in archiuio publico, quia plene probat pro producente. Roman. conſ. 165. Liber regiſtri, per totum, vbi apoſtil. dat concord.

14 Amplia, quia maxime probat ſcriptura etiam priuata in archiuio, vel etiam nummularij, vel alterius, quando eſt conſuetudo in loco, quod probet. Alex. d. conſ. 245. Ponderatis, in fin. lib. 6.

15 Amplia, quia in tantũ probat ſcriptura ſumpta ex archiuio publico, vt ſicuti inſtrumentum publicum præfertur ſcripturę priuatę, & probationi per teſtes, ita etiam ſcriptura archiuij publici. Roman. plene conſil. 319. In cauſa Ioannis, vbi apoſtill.

16 Extende, vt procedat etiam ſi ſcriptura archiuij habeat contrariam ſcripturam Theſaurarij, cuius Theſaurarij ſcripturis adhibetur fides, quia reſtringitur fides Theſaurarij ad ſcripturas ratione theſaurariæ, non priuatorum. Iaſ. in l. age cum Geminiano. num. 5. C. de tranſact. Felin. in cap. cum ordinem, poſt numerum 6. verſ. & dicit Ludou. de reſcript. Marſil. ſing. 560. Habemus, quos citat apoſtill. prima ad conſil. Roman. d. conſil. 319. & eos in hoc reprobat, quia illud conſilium, ſuper quo ſe fundat, hoc non dicit, quod ſtatutum daret fidem ſcripturæ Theſaurarij.

17 Extende, vt procedat etiam contra Fiſcum, vt per Roman. d. conſ. 319. vbi in fin. dicit, quod ibi agebatur de probatione contra ius Fiſci.

18 Limita, quia ſcriptura archiuij Principis non probat contra non ſubditos ipſius, maxime pro Principe, & quando non conſtat, de quo tempore fuerit repoſita, quia potuiſſet reponi tempore litis pendentis. Put. deciſ. 451. lib. 2. & Purpur. in auth. ſi quis in aliquo. num. 31. C. de æden.

19 Limita, quia ad hoc, vt ſcriptura archiuij probet requiritur, quod Notarius, cuius ſcriptura eſt in archiuio, ſit mortuus, vel in longinquis partibus, & quod eadem ſcriptura non ſit alibi, niſi in archiuio. Angel. Aretin. conſ. 89. Pro deciſione. nu. 6. & ſeq. vbi loquitur in archiuio Regij forſan, quia ſtatutum ſic diſponebat, & quod eſſet ſoluta gabella infra annum, & idem dicit Alex. conſ. 16. In cauſa, & lite. nu. 28. ver. reſpondetur etiã. lib. 5.

20 Citatio an ſit neceſſaria, quando ſcriptura ex archi-

archiuio exemplatur, vt probet, vide plene Cardin. Zabarell. conſ.72.num.5. & ſeq. verſ.ad tertium, vbi pro vtraque parte allegat, & tandem tenet requiri citationem, prout quando alius Notarius,qui non eſt rogatus exemplauit, & dicit hanc partem tutiorem, & minus nociuam.nu. 7.verſ.& licet hic articulus.

21 Reſtringe, quando in deputatione officialis ad ſcripturas archiuij fuiſſet factum proclama generale contra omnes, vel etiam ſine proclamate inter eos de loco, etiam ſi producantur ſcripturæ archiuij in alieno foro, quia ſicut conſuetudo poteſt facere authenticam ſcripturam, ita ſtatur ordinamentis loci.

Vide plenius. Tranſumptum ſcripturæ quando probet, vel non. Concluſ. 372.

Vide. Ant.Gabriel.lib.1.concluſ.5. Scriptura informis in archiuio reperta an faciat fidem.

Areſtum carceri æquiparatur, & qui poſsint areſtari. Concl. CDLXXXVII.

1 ARESTVM æquiparatur in hoc carceri, quia frangens areſtum æquiparatur frangenti carcerem. Oldr.conſ.65.in princ.

2 Quando autem poſſit fieri areſtum,ſeu recommendatio carcerato,vel non.Bald.conſ.90. Quæritur an captus. libro 5.vbi late diſtinguit plures caſus.

Vide. Carceratus quando poſſit areſtari.Concluſione 83.

3 Regulam facias, quod ſuſpectus de fuga nulliter captus, non poteſt areſtari, ſed debet ſtatim relaxari.text.eſt in l.fin.ff.nullo tempore. ff.de liber.hom.exhib.per quem text. ita, & per plura alia tenet Rom.conſ.320. nu.5. vbi allegat etiam Bart. qui hoc dicit in quæſt.6.Lapus fuit captus, plurimos citat Rota in nouiſſ.par.2.deciſ. 151. n. 3.plene Alexand. conſ.241.Perſpectis ſtatutis, in fin. lib. 6.

4 Declarat Bart. d.quæſt. 6. Lapus.verſ.ſolutio, quia ſi eſt iniuſte, & nulliter captus ex parte Iudicis, vt quia extra territorium, vel in Eccleſia, vel in loco,& tempore prohibitis, & tunc debet priſtinæ libertati reſtitui, aut iniuſte, & nulliter reſpectu partis, vt quia pars erat ſatisfacta, ſed de ſatisfactione non conſtitit Iudici, ſed do credito, & tunc licet pars ſit in dolo ſimplici, tamen non egreditur dolus perſonam doloſi, & poteſt areſtari ab alio, qui non venit ex prima captura, ſed ex iure ſuo,& hoc maxime ſi vis compulſiua fuit ex conſenſu capti, qui præſtitit fideiuſſionem,approbata expreſſe,vel tacite,ſecus ſi vis eſſet mere ſpoliatiua libertatis.

5 Aliter declarat Alex.conſ.159. Circa primum. num.8.ver.alia ratione.lib.2. vbi dicit ex mente * Bart.d.quæſt.6.Lapus,quod communis eſt * opinio, quod ſi captura non eſt legitima interuenien te defectu iudicis, vt quia iudici conſtitit, non eſſe capiendum,& tunc non poteſt areſtari, alias ſi iudici non conſtitit,poteſt areſtari.

6 Extende, quia captus fideiuſſor, non facta diſcuſsione principalis, debet relaxari, & non poteſt areſtari ex alia cauſa, quia nulliter captus eſt,ex quo conſtitit iudici,quod tanquam fideiuſſor capiebatur, non facta diſcuſsione. Alexand. d. conſil. 159. num. 8.& ſequen. lib.2.vbi apoſtill.in ver. excuſsione, citat concordan. ſed dicit non ſeruari de conſuetudine in obligato ex contractu.

7 Extende, quia captus die feriata in honorem Dei, non poteſt areſtari, quia licet captura ſuſpecti de fuga poſſit fieri die feriata in honorem Dei, non tamen poteſt areſtari die feriata in honorem Dei, quia cum ſit captus fugere non poteſt,& quia ſi relaxetur die feriata in honorem Dei, poterit tanquam ſuſpectus de fuga capi, ſed non areſtari. Alex. d.conſ. 159.num.7.verſ.quantum vero ad ſecundum.lib.2.

Aretina Ciuitas, & eius ſtatuta conſuetudines,& priuilegia.Concluſ. CDLXXXVIII.

1 FLORENTINI ſudoribus, & laboribus acquiſiuerunt Aretinam Ciuitatem ſub ſuo dominio temporali. Angel. de Peruſio conſil. 15. Quæcunque diximus, in fin.

2 Et ideo dicitur effecta Ciuitas de territorio Florentię vna cum Ciuitate Piſtorij,quia poſſunt terreri à Florentinis. Ruin.conſ.1.num.2. in fin. lib.4. allegat Ioan.Andr.in cap.vt animarum. §. ſtatutum, de conſtit.in 6.

3 Vide Socin.conſ.7.Nunc quæſitorum.lib.1. vbi, quod dicitur recommendata Ciuitati Florentiæ, non ſuppoſita, licet conſignauerit arcem cum poteſtate ędificandi alia fortalitia, ſequitur Bar. Socin.conſ.74.num.8.

4 Priores habet Ciuitas Aretina, quia in aliquibus præſunt Confraternitati Piæ, ſed tamen ipſa Confraternitas non ſubiacet Prioribus, neque adminiſtratoribus Ciuitatis, niſi circa aliqua. Decl. conſil. 72. Viſo puncto, per totum, vbi, quod legata facta huic Confraternitati, dicuntur ad piam cauſam, ſecus ſi ſint facta reipublicæ.

5 Poteſtas Aretij habet ſuum locumtenentem, qui pendet à poteſtate, ſicut riuulus à fonte, & licet locumtenens ſit qui dat ſententias, tamen poteſtas poteſt in cauſis etiam coram locumtenente pendentibus, ipſo locumtenente impedito pronunciare, & cauſæ cognitio adhibita per ipſum locumtenentem ſeruit pro Poteſtate. Ang. Aretin. dicto conſil. 34. num. 18. & ſequen. verſ. nunc reſtat.

6 Caſtrum Trignandæ eſt de Dioecefi Aretij, & Communitas habet iuſpatronatus ad plebem dicti loci conceſſam à Martino Papa V.ideo Eccleſia non debetur expectantibus. Abb. conſ.28.In cauſa.lib.2.

7 Statutum eſt Aretij,quod decedenti ab inteſtato,ſuccedãt agnati proximiores,excluſa matre,& fœminis,de quo Rom.conſ.4. Sententiam præfati, vbi,quod verificatur,& habet locum etiã in impubere,qui licet non poſſit teſtari, tamẽ dicitur inteſtatus decedere, & quod eſt fauorabile propter conſeruationem familiarum, vbi plena apoſtill. * docet hanc communem, & magis * communem.

8 Item,quod vinum forenſe non poſſit portari in territorio Aretino ſub certa pœna, ſuper quo Bal. conſ.275. Factum tale eſt, Nutus.lib. 1. vbi quod tale ſtatutum fuit reformatum ex conſuetudine interpretatiua abrogatum.

Digitized by Google

9 Item,quod delinquentes poſſint inquiri,vbicun que commiſſum fuerit delictum, quod ſtatutum valet,& operatur quod habitans Aretij,ſi commi ſit homicidium extra territorium poteſt puniri ſecundum ſtatuta loci delicti,Bald.conſ.393.Punctus talis. lib.1.in fin.

10 Item,quod mater,vel aliquis aſcendens per lineam maternam ad ſucceſſionem filij,vel filiæ,ſeu decedentium ab inteſtato non admittantur, exiſtente fratre, vel ſorore defuncti, vel filijs ipſorum,vel patruo,vel fratribus patruelibus,ſeu fratre patruele defuncti, quod ſtatutum habet locum etiam ſi extet ſoror patruelis, videlicet filia patrui defuncti propter aliud ſtatutum quod maſculinum concipiat fœmininum, ſi congrue poteſt aptari. Bald.conſ.47. Factum tale. lib.5. vbi eſt duplex conſilium.

11 Statutum Aretij requirit binam citationem,vt actus prætudicialis fiat,puta,quod detur tenuta contra contumacem, ideo tenuta data ex vnica citatione, eſt nulla. Ioan.de Imol. conſ. 110. In cauſa, quæ vertitur, in princ.

12 Et tale ſtatutum admittit cognitionem exceptionũ ſuper prioritate creditorum, imo ſi data eſt tenuta vni creditori,& alter obtineat,pendente prima tenuta,ſibi dari eandem tenutam, non dicitur nulla ſecunda,non citato primo poſſidente tenutario, ſed cognoſcitur de prioritate, ne ſtatutum corrigat ius commune. Ioan.de Imol.d. conſ.110. num.6.

13 Contrarium in ſimili ſtatuto Florentino conſuluit Anchar.conſ.92. in princ.quod ſecunda tenuta ſit nulla, non citato primo tenutario poſſidente.

14 Captura ſuſpecti de fuga poteſt fieri eo non citato, neque facta narratione, quod ſit ſuſpectus ſecundum ſtatutum circa hoc, de quo late Caſtrenſ.conſ.473. quod eſt penul.lib.1. vbi diuiditur ſtatutum, & datur interpretatio.

15 Statutum Aretij circa compromiſſa, quod minores ad euitandum litis diſpendia compromittere compellantur, & non poſſint appellare, reclamare, de nullitate dicere,neque reductionem petere,non habet locum, quando minor eſt læſus magna læſione,& incontinenti poteſt docere, quia alias eſſet iniquum,& quia ſtatutum eſt odioſum, quia eſt contra ius, & magis odioſum eſſet,quando contra minorem extenderetur,ad cuius fauorem emanauit, ideo licet tollatur remedium iuris in vno,vt non reclamet,tamen non tollitur in alio,vt læſus non reſtituatur. Abb.plene conſ.31. Circa primum.li.2.per totum, vbi pulchre loquitur,vbi quod magna dicitur læſio,licet habeat regreſſum de euictione, quia intereſt minoris ne ſumptibus litium vexetur, & quia ſi modica læſio eſſet,non emanaſſet,authen. hoc ſi debitor. C. de pignor.

16 Contrarium in eodem caſu conſuluit.Abb.conſ. 29.In quæſtione præſenti.eod.lib.2. vbi quod non competit reſtitutio, quia modica eſt læſio, & ex quo habet regreſſum de euictione,& quia iuſte fuit condemnatus, & quia licet non ſit facta excuſſio, hoc non inducit nullitatem ſententiæ, etiam ſi ſit oppoſita exceptio,niſi etiam appellet ab vlteriori proceſſu.

17 Appellari non poteſt à ſententia Prætoris Aretij, neque ſupplicati, niſi infra decem dies. Ang. Aretin.conſ.34.Pro deciſione.num.13.& ſeq. verſ. ſed tamen his non obſtantibus.

18 Et duæ ſententiæ conformes faciunt rem iudicatam,ita quod non poſſint Excellentiſſimi Priores Florentiæ de ordinaria authoritate eam retractare. Angel. Aretin.d.conſ.34.num.16. verſ. ſecundo quia,

19 Statutum, quod minor 25. annorum non poſſit ſe obligare ſine conſenſu coniuncti maioris 25. annorum,alias obligatio ſit nulla habet locum ſi minor agens ad nullitatem,probat,quod haberet coniunctum talem, & quod poterat interuenire, alias non.Caſtrenſ.conſ.124. In cauſa, quę vertitur,in princ.& ver.ſecundo videndum.lib.1.

20 Statutum Aretij,quod Poteſtas Aretij poſſit legitimare quemlibet non legitimum non extantibus filijs,vel nepotibus legitimis, & naturalibus, non loquitur de ſpurijs, quia non valet ſtatutum, ex quo legitimatio ſpuriorum eſt reſeruata ſupremo Principi,ideo facta non valet.Bart.conſ. 109. Factum proponitur,quod eſt Bart. & conſ.106.Viſo puncto, quod eſt Baldi, lib. 2. vbi quod huiuſmodi ſtatutum eſt nullum, quia neque Princeps poſſet per viam legis hoc facere, licet poſsit legitimare ſpurios.

Vide. Statutum circa ſpurios. Concluſ.655.

Argentæ terræ ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia. Concluſ. CDLXXXIX.

1 IN terra Argentæ diſtrictus Ferrariæ eſt dariſi ſuper pellibus animaliũ,& tenentur in vim ſtatutorum caligarij denunciare omnes pelles die 2. Aprilis,alias incidunt in pœnã,ſi non denunciant, ſed tamen dicta ſtatuta à conſuetudine interpretationem ſumpſerũt, quod Datiarius tenetur ire ad apothecas caligariorum, & deſcribi facere pelles,& compellere ad ſolutionem datij.Alex.conſ. 172.Viſis,& opportune.lib.2.per totum,vbi conſilio deciſiuo reuocandam eſſe conſuluit ſententiam condemnatoriam latam contra caligarium quendam,quia non fuit in mora.

Arguere licẽt ab authoritate inſignium virorum. Concl. CDXC.

1 ARGVMENTVM valet ab authoritate Ariſtotelis, vel alterius magni viri. l.ſi pater. ff.de ſolutio.l.ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homi. Bart. in ſua quæſt. 7. incip. Mulier habens. verſ. contra quod,in princ.

2 Limita quando authoritas magnorum virorum, prout Ariſtotelis, & ſimilium, eſt contra legem, quia non attenditur. Bart. dicta quęſtione 7. Mulier habens in ſolutione. num. 2. in fine. ver. & ſic non curo de authoritate Ariſtotelis.

Argu-

Digitized by Google

Argumentum concludens ab omni parte quando valet. Concluſ. CDXCI.

1 QVANDO argumentum concludit ab omni parte contra eum,qui agit,excludit abſq; alia declaratione,puta,ſi fœmina petat diuiſionem bonorum, quę negantur eſſe communia petentis, excluditur ea à iudicio diuiſionis, quia ſi petat tanquam fœudalia,fœmina non ſuccedit', ſi tanquam allodialia, debet prius probare proprietatem. Caſtren. conſ. 179. In cauſa, quam magnificus.num.6. verſ.ſuper tertio.libro 1. vbi pulchre.

2 Extende, vt procedat etiam ſi in quolibet intellectu non arguat eandem qualitatem, ſeu probationem eiuſdem qualitatis, vt quia in vno concludat præſumptiue, in alio concludat vere,cum vtraque probatio ſufficiat. Caſtrenſ. d.conſ.179. In cauſa quam. num.6.in 3.dub.lib.1. Aretin.in l. eum,qui duobus, in fin. princ. ff.de acquir.hęred. Angel.conſ.183. Ex themate,quod eſt inter conſ. Anchar. 203.

3 Amplia in probatione, quia licet incerta probatio non releuet probantem, maxime in criminalibus, tamen fallit, quando argumentum, & probatio concludit omni modo, puta, ſi teſtes concludunt, quod Titius interfecit Meuium,ſiue cum gladio, ſiue cum clauo, quia non dicitur incerta probatio cum concludat ab omni parte.Marſil.ſing.206.Incertitudo regulariter, per totum, vbi multa allegat.

4 Extende, vt idem ſit multo magis in ciuilibus, quia licet probatio dubia non releuet, tamen, quãdo eſt verificabilis, & concluſiua in quolibet intellectu probare debentis prodeſt probanti, vt pro eo poſſit ferri ſententia. Alex.conſ.186.Viſo proceſſu.num.3.ver.& notabiliter traditur. lib.7. vbi plena apoſtill. in ver.quolibet, dat plurimos concord.

5 Extende, quia probatio alternatiua, quę concludit ab omni parte ſufficit ad victoriam.Caſtr. conſ.445.In cauſa,quæ vertitur.lib.1. num.3.ver. item notandum. Card. Alexan. in cap.per tuas in 8.not. qui fil.ſin.legit.

Vide. Teſtis dictum dubium qualiter interpretandum. Concluſ.268.

Vide. Probatio debet de neceſſitate concludere. Concluſ. 765.

6 Amplia, quia hæres ex duplici teſtamento poteſt iuuari hoc argumento, ſi impugnatur primum reuocatum ex ſecundo, ergo habet ex ſecundo, ſi replicatur ſecundum non valere, ergo primum ſubſtinetur,quia dubitatio inter duo extrema, quorum quodlibet eſt eiuſdem naturæ nihil operatur. Ancharan.conſ. 203. Factum ſuper quo,quod eſt ſubſcriptum à ſex Doctor.num.4.& eſt conſil.Ang.183.Et themate.

7 Et licet aditio debeat eſſe certa, an ex teſtamento, vel ab inteſtato, tamen ſi duo ſunt teſtamenta, & in vtroque idem hæres eſt inſtitutus, datur aditio, quia ſiue primum valeat, ſiue ſecundum, ex vtroque obtinet. Roman. conſilio 235. Quoad primum. num. 7. verſ. quo autem ad quintum.

8 Idem eſt in immiſſione ex edicto Dini Adriani, quia dari debet, licet duo ſint teſtamenta, quando in vtroque eſt idem hęres petens immiſſionem.Roman.d.conſ.235.num.7.

9 Extende, quia is, qui eſt hæres ex teſtamento, & ceſſante teſtamento, eſt hęres ab inteſtato poteſt dare libellum alternatiuum ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, quia concludit ab omni parte, & licet regulariter libellus alternatiuus non admittatur, quia eſt in electione partis, ex qua cauſa velit agere. l. prima. §.quid autem. ff. quor. legat. tamen hoc caſu admittitur, quando ab omni parte concludit, idem tenet Abb. in cap. ex parte, de for. competen. & in cap. conquæſtus, vbi etiam Ancharan.de reſtit. in integr. plene Iaſ. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verbor. obligat.

Vide. Dilemma quid ſit, & an valeat argumentum per dilemma.Concluſ.447.

Vide. Argumentum valet à ſufficienti partium enumeratione.Concluſ.prox.ſeq.

Argumentum valet à ſufficienti partium enumeratione. Concluſ. CDXCII.

1 ARGVMENTVM valet à ſufficienti partium enumeratione. l. patre furioſo, in princip. ff.de his, qui ſunt ſui,vel alien. iur.Feder.de Sen. conſ. 159. Sempronius, in princ. num.2. verſ. ſecunda ratio. Crauett. conſ. 306. in princ. Socin. conſ.25.Dominus Franciſcus.num.28. & conſ.26. in princ. & conſ.31.num.20. verſ.ſexto probatur. libro 1. Iaſ. in §. omnium.num.20.inſtit.de actio. Caſtrenſ.conſ.256. Videtur manifeſte. lib. 2. in princ. vbi apoſtill.citat Socin.in ſupradictis conſilijs.

2 Extende, quia in omni diſpoſitione concludit argumentum à ſufficienti partium enumeratione. Io.de Imol.conſ.12.num.1.

3 Amplia, quia Doctores ſæpiſſime hoc argumento vtuntur, vt à ſufficienti partium enumeratione concludant, ſic Rom. plene conſ.102.Super eo, & conſ.111. Viſo puncto, per totum.

Vide. Argumentum concludens ab omni parte quando valeat. Concluſione prędcedenti.

Argumentum valet à communiter contingentibus. Concluſ. CDXCIII.

1 ARGVMENTVM valet à communiter contingentibus, quia in dubijs caſibus tale argumentum præſumptiue concludit, quia vna hirundo non facit ver.Bal.conſ.390.Tam profunde. nu.3. verſ.venio ad ſecundum.lib.2.ſequitur Crauett.conſ.40.n.2.in fin.Caſtrenſ.conſ.466.n.5.lib. 1.Socin.conſil.93. circa princip. libro 1. verſ.poſtremo.Marſil.ſing.1.Corn.conſil.21. Viſa dicta repudiatione.colum.penul. ver.& argumentum à

communiter contingentibus,libr. 2. & conſ.194. Circa præſentem,col.3.eod.lib.Abb. conſ.18. nu. 6.lib.2.& conſ.48.Videtur primo,numer. 3. verſ. non obſtant contraria,lib.2.Alexand.conſi.80.Viſo proceſſu,numer.3.lib.4.& conſ.190. Plura,nu. 11.lib.6.

8 Extende, quia ſi ſolitum eſt aliquid fieri communiter in loco,puta , quod lauda emologentur antequam legantur, & de eis habeatur notitia, emologatio præſumitur facta eo modo à communiter contingentibus.Caſtrenſ.conſ.466. nume.5. lib.1.

8 Et in præſumptione contra vſurarios valet hoc argumentum ex eo,quod ſoliti ſunt non quietare de ſorte , niſi prius habuerint vſuras. Caſtrenſ. conſil. 26. numer. 3. lib.2. vbi apoſtil. dat concord.

4 Extende,quia in dubio partus in nono menſe, præſumitur conceptus alio non apparente , quia à communiter accidentibus homines naſcuntur in nono menſe . Bald. dict. conſil.390. num. 3. lib.2.

5 Extende, quia maxime in materia probationum concludit argumentum à communiter contingentibus. Ideo ſi ſolent Auditores Rotæ Romanæ ferre ſententias de voto omnium Auditorum , ſententia præſumitur lata eo modo, quo communiter fieri ſolet,videlicet de voto aliorum . Caſtrenſ. conſil. 282. In cauſa iſta in principio , verſic. præterea licet incumberet,lib.1.

6 Extende,etiam ſi agatur de crimine,& vita turpi,quia luxurioſa vita probatur per locum à cõmuniter contingentibus,ſi fœmina paſſim admittat iuuenes ad ſe ingredi. Bald.conſ.253. Filia familias,in prin.lib.2.

7 Item probatur homicidium iunctis alijs à communiter contingentibus,ideo maritus ſolus exiſtens cum vxore,præſumitur illam interfeciſſe, ſi non apparet interfector.Bald. conſ. 254. Proponitur quod vxor,circa med. verſ.in contrarium, lib. 2.

8 Item hęres eius, qui nihil habet in bonis non ſolet reperiri à communiter contingentibus.Abbas conſ. 48.numer. 3.verſi. non obſtant contraria,lib.2.

9 Amplia,quia argumentum valet ab eo , quod fieri ſolet.Signorol. Homod. conſ. 20. Factum ſic ſe habet,numer.4. Caſtrenſ.conſ. 466. numer. 5. lib.1.

10 Amplia,quia fœudatarius,qui non præſtitit obedientiam legatis,præſumitur liber quando alij omnes fęudatarij præſtiterunt obedientiam,quia à communiter contingentibus , veriſimile eſt, quod præſtitiſſet,prout alij,ſi fuiſſet ſubditus. Anchar.conſil.310.Tres domini,nu.7.& 8.ver. vlterius ad præſumendum.

11 Amplia,quia in probationibus valet argumentum à communiter contingentibus.Cravet.conſ. 151.& conſ.234.col.3.verſ.3. valet argumentum, & in tract.de antiq.tempor.in 4.par.numer.229. Corn.conſ.194.Circa præſentem.col.3.ver.& argumentum à communiter accidentibus,lib.2. Caſtrenſ.conſ.282.col.2.in prin.ver. item releuatur, libr. 1. & conſil.283.Super iſto negocio.numer.4. libr. 1. vbi apoſtilla dat concord.

12 Et ſcire quis præſumitur ea , quæ à communiter contingentibus ſciuntur,gloſ. & Doctor. in l. neque natales,C de probat.c.1.de Cleric.non reſiden.Alex.in l.non hoc,col.2.C.vnd.legit.Corn. conſ.113.Viſa fuit,nu.2.lib.2.& conſ.105.libr. 3. Deci.conſ.183.Diligenter conſiderato,numer. 7. col.2.ver.& communiter ita fieri ſolet.

13 Amplia in tantum, vt ſufficiat ad obtinendam ſententiam in ciuilibus.Abb.conſ.113.Tria ſunt, col.3. verſ.concurrunt multæ aliæ,lib.2. Allegat c.primum de Cleric. non reſidentib. & ibi Ioan. Andr.

14 Amplia, quia à communiter accidentibus dotes promittuntur, vel confitentur in actu matrimonij,ideirco confeſſio probat per argumentum à communiter contingentibus,quod inducit præſumptionem veriſimilitudinis.Cravett. conſ. 40. num.2.& ſeq.

15 Extende,quia inducitur ratificatio ex tacitur nitate Vniuerſitatis,quando veriſimile eſt à communiter contingentibus,quod habuerit copiam laudi,ſeu tranſactionis.Abb.conſ. 18.col.4. verſi. dixi,lib.2.ſequitur.Cravet.conſ.40.n.3.

16 Extende,quia valet argumentum à communiter contingentibus etiam in criminalibus, quando agitur ciuiliter.Abbas conſ. 113. col.3. lib.2. quem refert,& ſequitur Cravet.conſ.40.n.3.

17 Amplia,quia nobilis vulneratus præſumitur ſe reduxiſſe in domo ſua,vt ſe faceret curare , quia à communiter contingentibus ſic fieri ſolet, Hieron.de Tort.in conſ. Quod eſt in fin. conſiliorum Anton.de Butrio, numer. 7. verſic. nec prædictis obſtat.

18 Amplia,quia valet argumentum à ſolitis fieri. Item à practica,& quod ſolitum eſt fieri.Cravet. conſ.91.nu.7.

19 Extende,quia ſcholaris accipiens pecunias mutuo,præſumitur expendidiſſe in neceſſitates ſuas ſcholaſticas.Cravet.d.conſ.91.n.5.

20 Et pater accipiens pecunias mutuo tempore careſtię,præſumitur expendidiſſe in alimentis familię ſuę, Cravet.d.conſ.91.num.5.vbi alia ſimilia ponit.

21 Amplia,quia procurator in arduis præſumitur certioraſſe dominum,quia hoc ſolet fieri à communiter contingentibus.Abb.conſ. 18.Primo, nu. 6.lib.2.

Vide.Scientia in quibus,& de quibus præſumatur.Concluſio.64.n.52.& multis ſeqq.

22 Amplia à contrario,quia valet argumentum hoc etiam negatiue à communiter contingẽtibus hoc modo videlicet,fieri non ſolet hoc, ergo non eſt veriſimile quod ſit factum, quia communiter contrarium contingit.Cravett.conſ.40.n. 3. ver. tertio reſpondeo.Alex.conſ.80.Viſo proceſſu.nu. 2.& 3.ver.nec.etiam eſt veriſimile,lib.4.ubi quod communiter fieri ſolet, præſumitur obſeruatum, & ideo argumentum concludit negatiue , quod contrarium non ſit factum.

23 Sic etiam lex non aptatur ad ea,quę raro euenire ſolent,ſed ad ea,quę frequentius eueniunt,& ſic ad ea, quę communiter accidunt per tex. in l. non ad ea,ff.de legib.cum.ibi not.

Vide,Scientia in quibus,& de quibus præſumatur.Concluſ.64.nu.6.& multis ſeqq.

Argu-

Digitized by G

Argumentum valet ab eo, quod ſtatuens interrogatus reſpondidiſſet. Concl. CDXCIV.

1 VALET argumentum à veriſimili mente ſtatuentis, vel teſtatoris, puta, ſi ſtatuens, vel teſtator interrogatus fuiſſet veriſimiliter, ita reſpondidiſſet gloſſ. in l. tale pactum. §. fin. in gl. fin. in fin. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius. & ibi Bart. ff. de liber. & poſthum. l. fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. Anchar. conſ. 219. Mirum, prima facie, Alex. conſ. 55. col. 1. lib. 3. dicet, in fin. teneat non procedere, quando de facili potuit prouidere, infinitos citat Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. titul. 19. num. 4. vbi ſumit regulam à veriſimili, & quando teſtator, vel diſponens ita diſpoſuiſſet, ſi interrogatus fuiſſet, vel ſi cogitaſſet. Alexan. plene conſ. 24. Animaduerſis. num. 34. ver. inſuper reſpondeo. lib. 2. vbi dicit *communem, & ibi apoſtill. in ver. ſtatuiſſent, citat infinitos, & iterum conſ. 130. Attentis, num. 4. vbi apoſtil. in verſ. cogitaſſet. lib. 2. quæ dat plurimos concordantes, & iterum conſ. 46. Ponderatis verbis, eod. lib. 2. plene Vincen. Palçot. inter conſ. Alex. conſ. 54. Viſo puncto. num. 6. ver. item confirmo. lib. 4. vbi quod procedit in ſtatuto, in lege, in conuentione, & reſcripto, & ibi apoſtill. in ver. ſtatuiſſent, allegat Alex. conſ. 24. num. 34. lib. 2.

2 Extende, quia procedit tam in reo, quam in actore, tam in maſculo, quam in fœmina, quia licet gloſſę, & Doctores loquantur in reo, vel maſculo, tamen illud eſt ratione frequentioris vſus, & ideo indiſtincte procedit, in ruſtico, in Ciue, & in omnibus, vt per DD. in dictis locis.

3 Extende, vt idem ſit circa omiſſa, quia ſi concedens ſciuiſſet, & veriſimiliter feciſſet, habentur pro factis. Signor. Homod. conſ. 5. Cum inter Gabrielem, in princ. num. 2. plene. Roman. conſ. 392. Circa primum, in fin. verſ. tertio certum eſt: vbi plena apoſtill. in ver. conſtituentes, citat plurimos, & dicit eſſe verba Ariſtotel. lib. 5. Ethicor. cap. 10.

4 Contrariæ ſunt regulæ, prima eſt, quia diuinationibus diſponentium voluntates non ſunt ſubuertendæ; item, quia omiſſum habetur pro omiſſo; item, quia de perſona ad perſonam non fit extenſio, de quibus latiſſ. Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 19. num. 5. & ſeq. & tit. 20. vbi quod voluntas imperfecta non tranſit in diſpoſitionem, item propoſitum in mente retentum nihil operatur.

5 Secunda regula contraria eſt, quod non valeat argumentum, quia ſi voluiſſet diſpoſuiſſet, non diſpoſuit ergo noluit. Alex. d. conſ. 55. Ponderatis his. num. 6. ver. non obſtat. lib. 3.

6 Amplia in ſtatuente circa teſtamenta nulla, vel valida, quia valet argumentum ſi ſtatuẽs hoc caſu fuiſſet interrogatus ſtatuiſſet teſtamẽtũ vſurarij valere. Bald. conſ. 57. Punctus quęſtionis. n. 8. ver. preterea. lib. 5. vbi loquitur quando vſurarius moritur in actu præſtationis cautionis, quia valere debet teſtamentum, licet non ſit ſtatutum quod valeat.

7 Extende in ſtatuto circa tutelam, quia ſemper valet argumentum, quando eadem, vel maior ratio militat. Angel. Aretin. conſil. 76. In his dubitationibus. num. 35. verſic. præterea, & cui dubium.

8 Extende in ſtatuentibus circa ſucceſſionem agnatorũ excluſa matre, an intellexerint de agnatis fœminis, vel de ſolis maſculis, quia valet argumentum ab interrogatione, vt mater non excludatur ab amita, quia caret ratione. Bald. conſ. 459. Circa quæſtionem. num. 3. in fin. ver. concluſiue. lib. 5.

9 Amplia in inueſtitura fœudali de fœudo recepto pro maſculis, & fęminis in defectum maſculorum, vt ſi eueniat concurſus fœminarum inter ſe valeat argumentum à veriſimili mente fęudum recipientis. Bal. conſ. 202. Inueſtitura Domini, in prin. ver. ſexto, & vltimo. lib. 5.

10 Amplia in reſcripto, quia ſi eſt ſubreptitium, quia impetrans non expreſſit ſe condemnatum de falſo, quod monuiſſet Principem ad denegandum ſi ſciuiſſet, ideo reſcriptum non valet. Signorol. Homod. dicto conſ. 5. num. 2. verſ. præterea illud.

11 Amplia in legato facto piæ cauſæ per teſtatorem grauantem filiam ſuam hæredem ad aliquid donec vixerit, quia ea mortua hæredes tenentur ex veriſimili mente, quia ſi teſtator interrogatus fuiſſet ita reſpondidiſſet. Signoro l. conſ. 206. In quæſtione præmiſſa, per tot.

12 Amplia, quia valet argumentum ab eo, quod diſpoſuiſſet teſtator, ſi cogitaſſet de caſu omiſſo, ſecundum verba, quia ſuppletur per veriſimilem mentem. Alex. conſ. 130. Attentis verbis, lib. 2. vbi num. 4. & ſeq. ponit plura exempla, & plena apoſtill. in ver. cogitaſſet, citat plurimos concordan.

13 Amplia in teſtamentis, quia valet argumentum ab eo, quod teſtator interrogatus reſponderet, vt potius cauſam piam, quam extraneum voluerit ſuccedere. Ancharan. conſ. 362. De viribus. num. 3. vbi cum iſto argumento excludit reſtitutionem in integrum.

14 Extende, etiam ſi agatur de ſucceſſione Regni nam Rex Ioannes Aragonum habens vnicam filiam inſtituit Martinum fratrem ſuum hæredem in Regno, prout fuit, & quia Martinus mortuus eſt ſine filijs, & ad Regnum, quod eſt fœmineum concurrebant filia Regis Ioannis, & alij tranſuerſales, dicit Anch. deberi Regnum filię Ioãnis, quia quando inſtituit fratrem, ſi fuiſſet interrogatus, & ſi moriatur frater ſine filiis, vtique reſpondidiſſet, eo caſu ſuccedat filia mea, & valet hoc argumentum, Anchar. conſ. 339. Pro maiori itelligentia. nu. 25.

15 Extende, quia etiam contra verba ex mente teſtatoris fit interpretatio pro pia cauſa, & pro ſalute animæ teſtatoris, vt non adſit perſona, quæ ex mente teſtatoris excludat piam cauſam. Alex. conſ. 38. nu. 3. lib. 1. Ruin. in fortioribus conſ. 125. lib. 3. per totum.

16 Amplia in contractibus, quia valet argumentum ab eo, quod veriſimiliter partes intellexerunt, & ſi interrogati fuiſſent reſpondidiſſent. Rolan. conſ. 37. nu. 22. lib. 2. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 90. num. 16. & ſeq.

17 Extende multo magis in contractu dependente à volũtate vnius, prout in donatione, vt illud cenſea-

cenſeatur diſpoſitum, quod donans veriſimiliter interrogatus reſpondidiſſet.Rolan.à Vall.d.conſ. 37.nu.23.vbi quod præſumitur,quod non voluerit ſe adſtringere ad cauẽdum de vſufructu ſibi reſeruato ſuper rebus donatis.

18 Extende in legibus, ſtatutis, conuentionibus, & reſcriptis.Oſaſch.deciſ.Pedemont. 90. numer. 16. & ſeq.& nu. 18. vbi attenditur tempus obligationis.

19 Amplia in priuilegio.Alexand.conſ. 110. Adeo grauis, numer. 11. verſ. & confirmari poteſt, lib.6.

20 Amplia,quia valet argumentum etiam in ſtatuto pœnali contra facientem delictum, vt extendatur ad mandantem,& ratum habentem, quia ſic ſtatuentes veriſimiliter dixiſſent interrogati. Roman.conſ.105.Viſo themate,col.2.ver. ſecundo quia,vbi apoſtil.in ver.viuerent.

21 Extende in ſtatuto pœnali quod ingrediens domum alienam ſine licentia habitatoris de nocte poſſit interfici,licet ad maſculos ſpectet cuſtodia, & ſtatutum dum requirit licentiam habitatoris,intelligi debeat de maſculo,quia maſculinum non concipit fœmininum,tamen valet argumentum à veriſimili reſponſione ſtatuentium, ſi eſſet dubium.Alex.conſ.24.animaduerſis,nu.14. verſi. * inſuper reſpondeo,lib. 2. vbi dicit * communem, & apoſtil. in verb. ſtatuiſſent dat concord. plures.

22 Amplia generaliter,quia valet argumentum ſi ſtatuentes interrogati, &c. quod in caſu omiſſo militat eadem,vel maior ratio vt habeatur diſpoſitio pro facta.Angel.Areti.conſ.76.n.35.ver.præterea, & cui dubium.

23 Amplia,quia in omni diſpoſitione habetur pro expreſſo illud,quod diſponens expreſiſſet veriſimiliter,ſi cogitaſſet,vel interrogatus fuiſſet.Alexan.d.conſ.46.Ponderatis verbis,num.2. ver.pro hoc facit,lib.2.

Vide. Veriſimile habetur pro vero in multis. Concluſ.162.

Vide.Veriſimilitudo attendenda, & quid ſit veriſimile.Concluſ.161.

24 Amplia ,quia omnis diſpoſitio interpretatur, prout veriſimile eſt diſponentem reſponſurum, ſi interrogatus fuiſſet,vide plene per Anton.Gabriel.lib.6.tit.de regul.iuris.Concluſi.10.Diſpoſitio interpretatus.

24 Limita, quia huiuſmodi argumentum ab eo, quod ſi interrogatus iſta reſpõdidiſſet,non valet in materia exorbitanti à iure communi, quia ſemper fit reſtrictio ſecundum verba prolata. Alex.conſ.32.Clariſsime, in fi.lib.7.ver.non obſtat quod ſi ſtatuentes.

25 Limita,quia non valeret iſtud argumentum, quando eſſemus in materia, in qua requiruntur verba,vt in contractu,qui verbis celebratur,quia cum deficiat ſubſtantia, non valet argumentum ab intentione, vel à tacita voluntate,facit Bald. conſ. 396. In libris Theſaurarij,num.6.ver.interdum ſimulatur, libro 5. quod duplicatur. lib. 1. conſ.249.

Vide.Expreſsio indiuidua quando requiratur. Concluſ.652.

26 Extende, vt idem ſit in contractibus, qui reconcrahuntur ex eadem ratione.Bald.d.conſ.396. nu.6.lib.5.

27 Et quod non valeat argumentum à veriſimili mente, quod contrahens non feciſſet,ſi ſciuiſſet, vel cogitaſſet,niſi quando eſt adeo veriſimile, vt omnes ita faterentur,alias nõ.Gabriel.conſ. 156. nu.18.lib.1.

28 Limita in fideicommiſſo extendendo de perſona ad perſonam, quia non valet argumentum ex veriſimili mente, quod teſtator ita diſpoſuiſſet interrogatus.Hier. Gabriel.conſ.111.numer. 13. * vbi dicit * communem.

Vide.Fideicommiſsum non habet locum, neque inducitur, niſi prout verba ſonant. Concluſio.261.

29 Extende,etiam ſi adſit ratio,quod ita reſpondiſſet,quia in præiudicium vocati ſubſtitutio non extenditur vltra caſum, ideo ſi dixit ſi ſine filijs deceſſerit,non alteratur,quia illis decedentibus, vel ſuperſtitibus ſtatur diſpoſitioni, non obſtante hoc argumento,ita Rolan.à Vall.conſ.56.n.24. ver.nec obſtat,lib.3.Card.Alba.conſ.2. nu. 7. latiſsime Riminal.Iun.conſ.190.nu.57. vbi de magis communi, quod propoſitum in mente retentum nihil operatur.

30 Limita in ſtatuto exorbitanti à regulis iuris communis, quia imo in caſu omiſſo cenſentur ſtatuentes reliquiſſe diſpoſitionem iuris communis validam.Soci.conſ.207.In cauſa domin.n.4. ver.quarto conantur,lib.2.vbi dat alias reſpõſiones, quod imo ſi ſtatuens non expreſsit, omiſit, & contrarium diſpoſuit in ſtatuto correctorio, vel exorbitante.

31 Extende multo magis, quando ſtatutum eſt correctorium iuris communis,tunc non fit extenſio ex eo, quod ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, ita dixiſſent,maxime quando ratio in ſtatuto nõ eſt expreſsa,etiam quod dicatur eadem ratio militare in caſu extendendo.Alex. conſ. 167. Viſis, nu.13.ver.nec etiam obſtat,lib.7.

32 Limita, quando ex diuerſitate rationis poſſet rationabiliter negari,quod imo interrogatus cõtrarium dixiſſet. Anchar.conſ. 356.circa fi. ver. non obſtat quarta ratio. Alex.conſ. 46. Ponderatis verbis,circa fi.n.9. ver.non obſtat.lib.2.

33 Et ideo ſufficit, quod non adſit eadem ratio. Alexan.conſ.167.n.13.lib.7.

34 Limita,quando ex tali argumento, & reſponſione fieret extenſio ad caſum inordinatum,veluti ſi maritus inſtituit vxorem hæredem vniuerſalem, ſi filij naſcituri moriantur ſine filijs,& fratrem in quinque inſtituit,nam ſi nulli filij naſcantur vxor non dicitur inſtituta,etiam quando conſtaret, maritum eam magis dilexiſſe, quam fratrem,quia non valet argumentum ab interrogatione,ex quo frater contra ordinem legis excluderetur ab vxore.Anchar.dict.conſ.356.in fin.nu. 6.& ſeq.

35 Limita in conditionibus voluntarijs. Socin. conſ.116.nu.6.verſ.ad vltimum.lib.3. Pariſ. conſ. 86.nume.20.& ſeq.lib.2.Gabriel.tit.de regul.iur. concluſ.10.nu.11.

36 Limita,quia non valet tale argumentum,quando caſus omiſſus fuit ignoratus à diſponente.Pet. Surd.conſ.150.nu.90.vbi allegat rationem, quia ad ignorata non potuit accomodare reſponſum, allegat Natt.conſ.15.& alios.

37 Extende, quia non valet tale argumentũ,quãdo obſtat contraria regula,quia ſi voluiſſet de facili expreſiſſet, & conſtat,quod prouidit in alijs caſibus,ergo in omiſsis non voluit eſſe prouiſum.

Alex.

Alex.conſ.55.Ponderatis.num.6.ver,non obſtat, quod tacite.lib.3.

17 Limita quando verba poſſunt importare hanc mentem, quia valet argumentum, alias ſecus. Noni.conſ.95.n.5.vbi plures allegat.

18 Declara,quando materia eſt odioſa,vel diſpenſationem continet, quia licet conceſſiſſet etiam in caſu omiſſo,tamen ſi diſpenſatio eſt ad fauoré laicorum circa ſpiritualia, neque fit extenſio ex mente, neque ex proprietate verbi lato ſumpto vocabulo,ita Abb.conſ. 57.Attingam.col. penul. circa princ.ver. non obſtant.l. 1.

Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates, & e contra. Concluſ. CDXCV.

1 VALET argumentum de contractibus ad vltimas voluntates affirmatiue tanquã de minori ad maius.Dyn.conſ. 7. Quæſtio talis eſt. nu.4. verſ. præterea licet arguere: vbi apoſtil. quæ ponit concord.

2 Sed non valet negatiuè de contractu ad vltimã volũtatem, quia in contractibus fit ſtricta interpretatio, in vltimis vero volũtatibus fit lata,ſed bene valet negatiue de vltima uoluntate ad contractum.Alex. conſ.61. Super eo,de quo,num.2. ver. non obſtat, quod in vltimis lib. 1.

3 Extende, quia valet argumentum de legato ad donationem, quia legatum eſt quædam donatio. Petr. de Ancharan. conſil. 102. Quæſtio eſt talis. num.5.

4 De hac materia pleniſſime Iaſ.in l. quę de legato.ff.de legat. 1. vbi ponit regulam in princip. quod valet de vltima voluntate ad contractum, poſtea ponit 18.differentias inter contractus, & vltimas voluntates, in quibus non valet argumentum.

5 Et è conuerſo Iaſ. d. l. quę de legato. ff. de legat. 1. ponit aliam regulam cum ſeq. quod valet de contractibus ad vltimas voluntates, & ponit quindecim caſus, in quibus non valet, ſed differunt.

6 Amplia, quia valet argumentum de contractu ad vltimam voluntatem,& è contra,vt per Iaſ.in l.quæ de legato.ff.de legat.1.

7 Declara,& limita multis modis, vt non valeat de vltima voluntate ad contractum per 10.inſtantias, quas ponit Iaſ.d.l.quæ de legato.ff. de legat. 1. vbi etiam in caſu contrario oſtendit idem.

8 Amplia,quia ualet argumentum de contractibus ad delicta.Florian. conſ.11. in fin. num. 9. & 10. ubi quod ſicuti Iudęus, & hæreticus infamis propter utilitatem neceſſarij uſus poteſt eſſe teſtis in conractu,ita etiam in delicto quando ſumus in his, quę ſunt difficilis probationis, ut ibi num.8.& ſeq.

9 Limita.quia compromiſſum factũ in arbitrium alicuius inter uiros,eſt conditionale,& intelligitur ſi fuerit laudatum,ſi uero eſt in vltima voluntate,ſecus eſt, quia non eſt conditionale, ſi non eſt expreſſe dictum.Bald.conſ.184.Præſuppoſito, quod ſtatutum.lib.1.in princ. & conſ. 415. Super puncto pręmiſſo.lib.3.in princ.

10 Limita, quia ius conditionale proueniens ex contractu poteſt confiſcari, ſecus ſi ex ultima uoluntate proueniat. Roman. conſ.247.Primo dici poteſt: ubi apoſtill.in uer.conditione,quę citat * pro utraque parte,& dicit * hanc communem diſtinctionem eſſe.

11 Limita,quia ius accreſcendi habet locũ in ultimis uoluntatibus inter coniunctos propter fauorem extenſiuum ultimarum uoluntatum,ſecus in contractibus, in quibus omne omiſſum habetur pro omiſſo. Bald. conſ. 251. Conſiderandum eſt. lib.2.in princ.

12 Limita, quia ubi eſt diuerſa ratio, non ualet argumentum ab ultima uoluntate ad contractum. Alex.d.conſ.61. nu.2. uer.non obſtat,quod in ultimis. lib. 1. Caſtrenſ. conſ.101.col.2.lib.1. uer.quantum uero.

13 Limita,quia magis ceſſat præſumptio doli in ultimis uoluntatibus,quam in contractibus. Caſtrenſ.conſ.101.Quantum ad tempus. col.2. poſt med.lib.1.

14 Contrarium, quod imo magis pręſumatur fraus in ultima uoluntate, quam in contractu. Iaſon in l. quæ de legato. nu.37.uerſ.ſeptimo. ff. de legat.1.

15 Declara, quia licet facilior præſumatur fraus in teſtamento,quã in contractu,tamen non ualet emptio,neq;cõtractus inter perſonas prohibitas ſicuti neq;cõfeſsio in ultima uoluntate,niſi adſit pręſumptio ueritatis.prout non ualet emptio facta per patrem nomine filij ſpurij tanquam de pecunijs filij ſpurij, niſi adſint præſumptiones, * quod pecuniæ ſint ſpurij,ſecundum magis *communem,de qua Alexand.conſ.18.Conſideratis, in prin. lib.3.

16 Extende, quia uſuræ magis de facili remittuntur per legatum,& ultimam uoluntatem, quam per contractum, quia in contractu non ualet remiſsio uſurarum pręteritarum, niſi ſors principalis ſit prius ſoluta,quia non cenſetur facere ex liberalitate,ſecus in legato,uel ultima uoluntate, quia magis præſumitur liberalitas. Caſtrenſ. d. conſ. 101.col.2.per tot.lib.1.

Argumentum valet de conſtitutione, & ſtatuto ad reſcripta,& alia, & e contra. Concluſ. CDXCVI.

1 ARGVMENTVM ualet a conſtitutione municipali,& ſtatuto ad reſcripta,quia pariter interpretantur, ut reducantur conformia iuri communi. Roman.conſ.399. Vt præſens conſultatio,in prin.ver.ſecundo probatur,& è contra de reſcripto ad ſtatutum.Iaſ.in l.iuſtitia.col.pen. ff.de iuſtit.& iur.Rom.d.conſ.399. col.1. Calcan. conſ.17.col.1.

2 Extende,quia ualet argumentum de ſtatuto ad conuentionẽ,uel cõtractum,quia parem ſtrictam ſignificationem habent, ut ſecundum ius commune intelligantur. Roman.d. conſ. 399. num. 2. uer.tertio.

Et

3 Et è contra à conuentione ad ſtatutum ualet argumentum affirmatiue. Roman. d.conſ.399.n. 3.vbi apoſtill.in ver.affirmatiue : vbi idem dicit de pacto ad ſtatutum.

4 Extende à ſtatuto ad vltimam voluntatem,cui magis conuenit ſtatutum, quam contractui. Roman.d.conſil.399.num.4. ver. quarto probatur: vbi quod ſtatutum , & vltima voluntas æquiparantur: vbi apoſtill. in ver. æquiparantur,dicit* communem.

5 Extende à ſtatuto ad ſententiam,& è contra, quia ſimilia ſunt,& parem obtinent a iure communi interpretationem. Roman. d.conſ.399.n.5. vbi apoſtill.in ver. ſimilitudinem.

Argumentum de ſtatuto ad pactum valet, & e contra, & quando. Concluſ. CDXCVII.

3 ARGVMENTVM valet de ſtatuto ad pactum. Petr.Anchar.conſ. 102.Queſtio eſt talis.num.9. vbi quod ſicut Societas inita inter ſocios intelligitur de lucris,& de his,quæ acquirun tur,ita ſtatutum , quod quærenda per coniuges intelliguntur de quærendis ex induſtria , non ex legato facto vni , vel venditione rerum vnius tantum.

2 Extende à ſtatuto ad conuentionem partium. Roman. conſ. 90. Viſo themate. num. 3.verſ.ſecundo principaliter: vbi apoſtill. in ver. conuentioni .

3 Amplia,quia ſicut ſtatutum non trahitur ad casum fictum,ita neque pactum,ideo pactum, quod quis teneatur de euictione intelligitur de euictione vera,ſequuta ſententia , non autem de ficta. Bald. cõſ. 289.Antonia de Maijs.prope fi.ver.ſed ſtatutum.lib.2.

4 Amplia,quia argumentum tam affirmatiuum, quam negatiuum valet de pacto ad ſtatutũ,& è cõuerſo,vnde ſicut reductio ad arbitrium boni viri non poteſt pacto remitti, quando eſt cum dolo, vel per ſordes iniuſtum, ita neque per ſtatutum. Florian.conſilio 6.numero 3.in fin.ver. prçterea, & num.4.

5 Declarat Alex.conſ. 59.Viſo titulo.nu.4. lib.4. Quod ſine dubio valet argumentum affirmatiuum de ſtatuto ad pactum,hoc poſſunt partes facere ex pacto, & valet,ergo multo magis ſtatutũ.

6 Amplia in caſu contrario , quia ſicuti non valet pactum continens dolum contra bonos mores ita non valet ſtatutum. Caſtren.conſ.466 .num. 4.ver.ad ſecundum.lib.1. Socin.conſ.106.In præſenti conſultatione.col pen.lib.1.

Argumentum valet à contrario ſenſu . Concluſ. CDXCVIII.

2 ARGVMENTVM à cõtrario ſenſu valet in iure, ideo exẽptio conceſſa Clericis,& Eccleſijs ne ſoluant gabellam, neque onera pro rebus pro prijs , non habet locum pro bonis ex mercimonia acquiſitis , quia valet argumentum à contrario * ſenſu. cap.quanquam:vbi Doctor. * de cenſib. in 6.Feder.de Sen.conſ.207. in prin.verſ.ab iſta regula. Dyn.conſ. 27. Quæſtio, & articulus.num.2. ver.item ad hoc,& quod in iure valeat argumentum à contrario ſenſu.Roman.conſ.399.in princ: vbi apoſt.in ver.deciſionem,& plenior apoſt.n.6. * in ver.veriorem,quę dicit * communem , & ma* gis communem , dummodo non ſequatur correctio iuris communis. Caſtrenſ.conſ.175. num.3. lib. 1. vbi apoſtill. & Roman. conſil. 196. Præmiſſa,in fin.

3 Vide regulam per Iaſ. in l.1.num.36. & ſeq. ff. de offic. eius : vbi ponit ampliationes , & limitationes .

3 Et dicitur fortiſſimum argumentum , quod ſumitur à contrario ſenſu . Caſtillio.conſ. 19. In facto.num.2.

4 Et tantum debet operari oppoſitum in oppoſito, quantum propoſitum in propoſito.l.ſicut.C. de repudian.hæredit.

5 Et ſicut in rebus peſſimi exempli excedimus iura in puniendo,ita in rebus optimi exẽpli licitũ eſt tranſgredi iura in premiando, vt tantum operetur oppoſitum in oppoſito , quantum propoſitum in propoſito.Florian.de.S. Petro quæſt.2.in quarto dubio.n.6.ver.confirmatur hoc.

6 Et dicitur tex.expreſſus, & mens legis,& ſtatuti,& ſicuti ſtatuto non poteſt renunciari, ita neq; argumento reſultanti à contrario ſenſu.Rim.Iun. conſ.110.num.49.& ſeq.vbi plures. lib.1. & quod ſit caſus legis argumentum à contrario ſenſu.Caſtillio.d.conſ.19.num.2.

7 Amplia in tantum valere argumentum à contrario ſenſu , vt etiam procedat de iure Canonico fauore piæ cauſę, licet caſus ſit prohibitus de iure Ciuili,qui reſultat à contrario ſenſu. cap. licet,de ſepult. lib. 6. ubi a contrario ſenſu inducitur,quod filius familias poſſit teſtari,codicillari, & legare ad piam cauſam cum conſenſu patris,licet de iure Ciuili non poſſit. Feder.de Sen. conſ. 294.per totum.

8 Extende etiam in exorbitantibus.Caſtrenſ. d. conſ.175.num.3.lib.1.

9 Extende , quia argumentum ſumptum a contrario ſenſu legis dicitur ipſa lex. Dyn. con.16. Diligenter conſiderata, in fine.ver. Præterea argumentum .

10 Extende in conſtitutione municipali. Ro.conſ. 399.in princ.

11 Amplia,quia in cõtractibus cõditionalibus ſemper ualet argumẽtũ à contrario ſenſu. Bald.conſ. 273.Factum dicitur eſſe tale,Domina Catherina. num.2.uer.aliquando nõ ſtipuletur.li.1.ubi quod ſi eſt factum pactum de lucranda dote liberis exrantibus,ergo ſecus eſt ſi non extãt , eſt text.in l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dotal. quod declarat Bald.conſ.75.lib.5.per totum,quia non eſt ſimpliciter verum,& conſ.120.Quidam Auiclius, & conſ.122.Quidam Cobitius.lib.5.ubi promittens pro dot.70.flor.ſi bona mulieris non aſcendant ad quantitatem prædictam , uidetur paciſci non teneri ſi bona mulieris ad id aſcendant.

Vide.Conditio operatur diuerſos effectus.Concluſ.587.

12 Et ideo ſi in contractu dicitur,quod pro rebus, quæ conducuntur ad mercatum non ſoluatur gabella,ſolui debebit pro rebus,quę non conducuntur

tur ad mercatum. Alexan. conſ. 46. Ponderatis, n. 5. lib. 2. & inſtrumentũ, ſeu contractus, ſi colonos laborauerit terras non poſſit expelli, à contrario ſenſu continet, quod poſsit expelli, ſi non laborauerit. Alex. conſ. 119. Puto de iure. in prin. lib. 2. & contractus, quod quis non poſſit ſuas pecunias leuare infra certum terminum, à contrario ſenſu lapſo termino poterit leuare. Alex. cõſ. 119. Quæritur, nu. 8. lib. 2.

13 Extende, quia ſemper valet argumentum à contrario ſenſu in contractibus. Alex. conſ. 129. in prin. lib. 2. & conſ. 46. nu. 5. eodem. lib. vbi apoſtil. dat concord. & conſ. 119. Quæritur, numer. 8. libro 2.

14 Et idem eſt in conuentionibus. Roman. conſ. 399. ver. 3. vbi apoſtil. in ver. conuentionibus, dat multos concordan. Alexand. conſil. 46. Ponderatis verbis, nu. 5. verſ. tertio in conuentionibus, vbi apoſtilla dat concordan. lib. 2. Decı. conſ. 216. numer. 8.

15 Extende, quia ſi maritus fecit vxori contra dotem, ita quod nihil habeat, ſi ipſa marito præmoriatur, videtur à contrario ſenſu, vt habeat, ſi ſuperuiuat. Fulgoſ. conſil. 108. col. 3. ver. item expreſſius.

16 Extende, quia ſi promittitur dos reſtituenda, quatenus ſine filijs mulier decedat, à contrario, ſi decedat cum filijs, cenſetur negatiuum pactum. Anchar. conſ. 213. n. 4. in. fi.

17 Declara, vt non procedat abſolute, & in totum, ſed diſtributiue, quia ſi in contractu eſt dictum, quod Capitaneus nõ teneatur pro ſuis militibus, ſi omni menſe fecerit cridas, quod illis non detur ad credentiam, ſi omiſerit facere cridas vno menſe, non tenetur in totum, ſed pro illo menſe. Bald. conſil. 107. Magnificus dominus Malateſta, per tot. lib. 1.

18 Declara, vt non procedat quando ſequeretur donatio, vel iactatio mulieris pro dote, nã ſi mulier dat dotem, & ſtipulatur ſibi reddi ſoluto matrimonio ſine filijs, & in omnem alium caſum, ſi decedat cum filijs, non cenſetur donaſſe marito, vel filijs. Bal. conſ. 75. Verba dicunt, per totum, vbi latę pro vtraq. parte, lib. 5.

19 Amplia in ſtatutis, quia valet argumentum à contrario ſenſu, ideo ſtatutum dans certam ſolemnitatem in contrahendo minori 18. annorum non habet locum in eo, qui eſt maior 18. annis à contrario ſenſu, Bal. conſ. 201. In Prouincia, num. 3. ver. in contrarium, lib. 1. Caſtren. conſ. 455. Ad primum, num. 5. ver. item ſi dicatur. lib. 2.

20 Extende, quia ſtatutum vocans ad ſucceſſionem defuncti certas perſonas certo caſu, cenſetur diſponere contrarium à contrario ſenſu. Angel. conſ. 110. Statutum ſupradictum, numer. 4. ver. contrarium, ubi quod ita conſuluit Cyn. & quia valet argumentum à contrario in pactis, & eſt conſiliũ Collegij Perulini, ſequitur Ruin. conſ. 37. in prin. lib. 3.

21 Et ſtatutum, quod Archidiaconus poſsit, abſente Archipresbytero, inſtallare, includit argumentum à contrario, quod inſtallatio ſpectet ad Archipresbyterum præſentem. Alexand. conſ. 142. Viſo proceſſu, numer. 2. verſ. nam ſtatutum, libro 6.

22 Extende, quia ſtatutum de magnatibus loquens, habet locum, vt contrarius ſenſus procedat, puta, quia dicit, magnates habentes certam qualitatem, tunc enim intelligitur, vt non habeat locum in ijs, qui non habent eandem qualitatem. Dynus conſ. 27. per totum.

23 Extende, quia ſtatutum, quod filius familias nõ poſſit obligari, niſi gerat publice negocia domus, intelligitur à contrario, quod ſi gerat negocia domus poteſt obligari. Caſtrenſ. conſ. 98. in cauſa appellationis, vol. 2. in princi. & num. 2. lib. 2.

24 Extende, quia ſtatutum, quod non extantibus certis maſculis ſuccedant fœminę, operatur, vt à contrario ſenſu ſi extant tales maſculi, fœminæ excludantur etiam ad correctionem iuris communis, quando alias ſtatutum nihil operaretur. Ruin. conſ. 37. Pro deciſione, lib. 3. in prin. Socin. conſ. 207. nu. 11. lib. 2.

25 Idem eſt in ſtatuto, quod donec extabunt maſculi, fœminæ non ſuccedant, quia à contrario ſenſu ſuccedunt, quandocunque maſculi deſinant. Pariſ. conſ. 47. col. 2. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 249. n. 34. & ſeq. lib. 3.

26 Idem eſt in caſu contrario, ſi ſtatutum excludat fœminas filias, ſtantibus maſculis, à contrario ſenſu, non ſtantibus maſculis, vocat fœminas, prout ius commune diſponit. Corn. conſ. 146. In hac conſultatione, in prin. lib. 2.

27 Extende, quia ſtatutum, quod minor viginti annis adhibeat certam ſolemnitatem in alienatione bonorum, inducit argumentum à contrario, quod maior viginti annis non adhibeat hanc ſolemnitatem ſtatuti. Caſtrenſ. conſ. 106. in princip. lib. 2. Deci. conſ. 386. col. 3. numer. 4. ſed tamen Caſtrenſ. numer. 2. declarat, quod licet ſolemnitas ſtatuti non requiratur, tamen requiritur ſolemnitas iuris communis, ſi eſt minor 25. annis, quia tale ſtatutum non tollit ſolemnitatem iuris communis.

28 Extende, quia ſtatutum, quod à 25. libris ſupra requiratur libellus, & ordo iudiciorum, à contrario ſenſu operatur, quod à 25. infra non requiratur libellus, neque ordo iudicij. Caſtren. conſ. 112. Super primo, in prin. lib. 2.

29 Et maxime procedit argumentum à contrario ſenſu, quando conſonat contrarius ſenſus iuri communi. Roman. conſil. 448. Videtur primo, numer. 4. verſic. nec obſtat. Abbas conſil. 117. numer. 2. verſic. quia ad hoc reſpondeo, vbi, quod ſtatutum diſponens, (prout Senis) quod mater de tribus quartis non poſsit diſponere in præiudicium filiorum, a contrario ſenſu admittit, quod inter filios poſsit diſponere.

30 Declara, quia ſtatutum, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant, dicitur habere duo capita, vnum incluſiuum maſculorum, & alterum excluſiuum fœminarum. Bar. in l. 2. §. interdum, ff. ad Tertullian. quem * cõmuniter approbari dicit Socin. conſ. 207. in fi. lib. 2.

31 Intelligas tamẽ, quod caput includens excludit omnes perſonas non incluſas, quæ veniunt mediante perſona excluſa, non autem excluduntur perſonæ, quę veniunt iure ſuo, vnde ſi ſtatutum excludit matrem, & omnes cognatos, intelligitur de cognatis, qui a matre procedunt, non de ſorore. Socin. conſ. 207. nu. 8. vſque in fi. ver. ſed aduerſarij. lib. 2.

32 Extende, quia valet argumentum a contrario ſenſu in ſtatuto, etiam ſi diſponat ſtatutum limitatiue ad tempus, prout ſi mandat, quod mater

ſucce-

ſuccedat in vſufructu hæreditatis filij donec vidua ſit, à contrario, cum primum nubit, perdit vſumfructum. Alexand. conſil. 3. Circa præmiſſam, numer. 6. verſic. præterea dictum ſtatutum. lib. 7.

33 Qualiter autem ſumendum ſit argumentum à contrario ſenſu, dic quod ſumitur à contrarietate cauſę finalis, l. tale pactum, §. fi. ff. de pactis. Bald. conſil. 477. in fin. verſic. ego dixi, libro 4.

34 Et quod ſumatur ſolum in ſenſu directo. Decius conſ. 386. Licet in controuerſijs, numer. 4. vbi ſi prohibetur alienatio vſque ad certum tempus, non prohibetur poſt illud tempus, ſed non ſequitur, ergo poſt tempus permiſſa eſt alienatio, quia non eſſet argumentum in ſenſu directo.

35 Vide quęſtionem ſubtilem, qualiter argumentum à contrario valeat, vel non apud Bald. in l. bebius, & in l. inter §. cum inter, ff. de pact. dotal. & per eundem dicto conſil. 477. numer. 5. vſque in fin. lib. 4. vbi confutat argumentum cuiuſdam Doctoris volentis, quod ſi ſtatutum diſponit, quod maritus lucretur mediam dotem, filijs non extantibus, mortua vxore, ergo lucratur totam, ſi filij extant, & dicit dict. conſil. 477. in fin. quod eſt vnum pecus, quia non ita ſumendum eſt argumentum, ſed in caſu conuerſo maritus lucratur medietatem, ſi non extant liberi, ergo ſi extant, nihil lucratur, quia deficientia liberorum affert lucrum, ergo ſi extant liberi lucrum ceſſat, & eſt intellectus dict. l. inter, §. cum inter, ff. de pact. dotal. qui dat æquiuocationem, ſed loquitur in retentione ad fauorem filiorum, non mariti.

36 Et quod argumentum à contrario ſenſu non ſumatur, niſi in ſenſu directo. Caſtrenſ. conſ. 106. Incipiendo à ſecundo, in princip. lib. 2. vbi quod ſolemnitas ſeruanda à ſtatuto in minore 18. annis, non debet ſeruari in maiore 18. annis, ſed non ſequitur, ergo maior 18. annis efficitur maior 25. quia non eſt arguere à ſenſu directo.

37 Idem eſt in arbitro, qui condemnat in aliquo petito, quia ſequitur, ergo non condemnat in alijs petitis, ſed non ſequitur, ergo abſoluit in alijs petitis. Corneus conſil. 49. num. 13. lib. 2. ſequitur Crauetta conſil. 320. in princip.

38 Extende in tantum valere argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis, vt ſi non poteſt renunciari ſtatuto expreſſo, neq. etiam contrario ſenſui, quando ius commune non repugnat contrario ſenſui. Bal. conſ. 443. Statuimus, & ordinamus, lib. 2. circa fin, ſecus ſi contrarius ſenſus repugnat iuri communi, quia poteſt illi renunciari, vide melius infra, quia iſta debet eſſe reſtrictio, non extenſio.

39 Et quod argumentum à contrario ſenſu valeat in ſtatutis quando contrarius ſenſus non eſt repugnans iuri communi: Ideo ſtatutum, quod mortua vxore maritus lucretur tertiam partem dotis non extantibus filijs communibus, & quod huic ſtatuto non poſſit renunciari, habet locum in caſu contrario, quod ſtantibus maſculis Pater, ſeu maritus nihil lucretur. Bald. conſ. 443. Statuimus, & ordinamus, lib. 2. quòd duplicatur conſ. 91. Primo ſtatuto, lib. 4. & conſ. 477. Punctus quæſtionis, in princ. lib. 4. Rom. conſ. 399. in princ. & nu. 6. plene Iaſ. in l. 1. nu. 4. ff. de offic. eius & infra nu. 50. & nu. 123.

40 Extende, quia ſtatutum dans facultatem mulieri diſponendi pro anima ſolum de octaua parte dotis, cenſetur prohibere in reſiduo à contrario ſenſu. Io. de Anan. conſ. 23. Licet prima facie, in fin. numero 5. & ibi Bolognin. in apoſtill. num. 6.

41 Et idem eſt in ſtatuto, quòd non extantibus filijs dos reuertatur ad patrem mulieris defunctæ, quia ſi extant filij, dos non debet reuerti. Bald. d. conſ. 443. lib. 2. per totum, & conſilio 90. Sciendum eſt, poſt med. verſ. Item quæritur, & conſ. 91. Primo ſtatuto, lib. 4. & d. conſ. 477. per totum, lib. 4. & plenius Signorol. Homod. conſ. 68. Quædam mulier, nu. 3. verſ. certum eſt, vbi quod contrarium ſtatuitur, in caſu contrario, ſi extant filij.

42 Extende, quia ſtatutum Tergeſti, quod mulier non habens filios, poſſit teſtari de dote, in quem voluerit operatur à contrario ſenſu, quod ſi habet filios non poteſt teſtari, vel legare aliquid, Anchar. plene conſ. 213. Quæſtio talis, nu. 3. & ſeq.

43 Extende in ſtatuto, quod mulieri decedenti ſine filijs ſuccedat pater, quia argumentum concludit à contrario ſenſu, ſi filij extant, nõ ſuccedat pater. Io. Imol. conſ. 64. nu. 2.

44 Reſtringe, quia argumentum à contrario ſenſu, in ſtatutis non ſumitur quoad omnia, quia licet in caſu directo ſtatuto prohibeatur poſſe renunciari prædicto ſtatuto, tamen in caſu contrario ex argumento poterunt partes expreſſe renunciare, quia cum argumentum à contrario ſenſu ſit tacitum, poſſunt partes illi renunciare. Bald. d. conſ. 443. n. 2. verſ. in contrarium videtur, lib. 2. & conſ. 91. verſ. in contrarium videtur, num. 2. lib. 4.

45 Contrarium tenet Bald. conſ. 477. num. 3. verſ. vtrum huic argumento. lib. 4. vbi quod ſi non poteſt renunciari ſtatuto, ergo neque contrario argumento ſtatuti, quia eſt idem ſtatutum.

46 Amplia in arbitramentis, quia ex eis ſumitur argumentum à contrario ſenſu, veluti ſi laudum faciat exemptum aliquem, donec duret deſcriptio facta, quia poſt deſcriptionem cenſetur denegata exemptio. Bald. conſ. 142. Quidam dominus Paſinus, num. 2. verſ. ſubſequenter præmittendum, lib. 2.

47 Extende in correctione laudi, ſeu arbitramenti facta in vna parte, quia aliam partem non tangit, quia valet argumentum circa hoc. Fulgoſ. conſ. 144. Syndici communis, n. 2.

48 Amplia, quia teſtes conſanguinei, & patrueles ſunt idonei à contrario ſenſu, quia non poſſunt inuiti compelli ad examinandum, ergo volentes admittuntur. Bald. conſ. 188. Conſobrinus, lib. 4.

49 Amplia in pactis, quia argumentum à contrario ſenſu habet vim pacti expreſſi. Bald. conſil. 390. Factum tale eſt, quidam, lib. 4. in fin. Angel. conſilio 210. numero 4. verſic. contrarium, quod eſt Collegij Peruſini. Anchar. conſil. 213. numero 1.

50 Amplia in priuilegijs, & maxime, vt reducantur ad ius commune. Angel. Aretin. conſilio 72. In caſu ſupradicto, num. 14. verſ. & potiſſime,

& hæc est generalis regula in statuto, & omni dispositione, quia quando per argumentum à contrario sensu reducimur ad ius commune, semper valet argumentum, si non fiat correctio statuti, vel alterius dispositionis. Rom. cons. 399. num. 5. & seq. supra num. 39. & infra num. 123.

51 Amplia in rescriptis, ideo si ex rescripto mandantur taxari expensæ de iure debitæ, à contrario sensu mandatur non taxari expensas de iure non debitas. Signorol. Homod. cons. 36. In quæstione vertente. num. 7. vers. decimo præmitto. Roman. cons. 399. in princip. vers. secundo, vbi apostill. in ver. rescriptis.

52 Amplia in conditionibus, & dispositione conditionali, quia semper admittit argumentum à contrario sensu, supra num. 11. & seq.

53 Extende etiam circa sponsalia, & matrimonia, quia si contraho sponsalia de præsenti, si in ætate 14. annorum non erit mulier gybbosa, ergo à contrario sensu, si erit gybbosa, non contraho. Aretin. cons. 142. numero 9. vers. quia ista conditio negativa.

54 Amplia, quia si statutum laicorum non valet in præiudicium Ecclesiæ, nisi sit confirmatum à Papa, vt in c. Ecclesia S. Mariæ. de constit. ergo à contrario sensu valet, si est confirmatum per Papam, vel eius officialem. Fulgos. cons. 6. Quidam emphyteuta, in princ.

55 Amplia, quia inuestitura fœudi vocans certas personas, si talis decesserit sine filijs, operatur exclusionem à contrario sensu, si cum filijs decesserit. Fulgos. consil. 4. Ad id, de quo quæritur, in princip.

56 Amplia, quia conducens rem propriam ignorans, sibi non præiudicat. l. qui rem propriam. C. locati, ergo à contrario sensu, qui sciebat sibi præiudicat. ita Fulgos. consil. 5. Quidam Guilielmus, in princ.

57 Declara, quia quandoq; negatur argumentum à contrario sensu in legibus, quando potius narratur factum, prout erat in contingentia, quia ignorauit conducens, non quod super hoc lex disponat à contrario sensu. ita Fulgos. d. cons. 5. col. 4. vers. supereſt ergo.

58 Amplia in testamentis, quia valet argumentum à contrario sensu. Alexan. cons. 130. Attentis verbis. n. 6. ver. nam in multis voluntatibus. lib. 2.

59 Amplia in pactis, quia si agatur de correctione sicuti in lege non fit extensio, sed valet argumẽtum à contrario sensu, ita idem est in pacto, videlicet pactum in hoc corrigit, ergo in alijs secus est, quia pactum est lex negocij, de quo agitur. Fulgos. cons. 144. num. 2.

60 Extende in contractu etiam ad obligationem inducendam, vnde qui dicit non habere pro tunc modum soluendi sine dilatione, à contrario sensu dicit se debitorem, & qui dicit debitum non esse pro se ipso, fatetur pro alio à contrario sensu, & sic se esse fideiussorem. Alexand. consil. 91. Circa primum. num. 4. & 5. vers. & videtur quod fuerit confessus. libro 4. vbi quod ex tali confessione, parte præsente facta, à contrario sensu resultat probatio debiti.

61 Extende idem in sententia, quia sententia, & pactum dant legem negocijs. Fulgos. d. consil. 144. num. 2.

62 Amplia in sententia habente dictionem taxatiuam, puta, si dicat male iudicatum tantum quoad certum caput, quia censetur confirmare in alijs. Ancharan. cons. 372. Pro declaratione. nu. 6. Rom. cons. 399.

63 Extende, quia argumentum valet à contrario sensu in sententijs sicut & in statutis, quia æquiparantur, & sententia sicut statutum recipit interpretationem à iure communi. Rom. plene consil. 399. num. 5. ver. quinto, vbi apostill. in ver. similitudinem.

64 Amplia ab opposito ad propositum, & è contra, & ideo valet argumentum à contrario, prositum operatur hoc in proposito, ergo oppositum idem debet operari in opposito. Anch. cons. 179. Prima facie videretur, in princ.

65 Amplia, quia taxatiua in dispositione opposita inducit contrarium sensum in alijs extra taxatiuam. Anchar. d. cons. 372. num. 6.

66 Limita, quia licet argumentum valeat à contrario sensu textus, non tamen valet à contrario sensu glossæ. ita Calder. cons. 89. quod est 9. de off. lega. circa fin. vers. item non sic libere quod duplicatur 224. alias 3. de preben.

67 Extende, quia in dicto Doctoris non valet argumentum a contrario sensu. Alexand. consil. 25. Viso testamento. num. 6. in fin. vers. nec debet. lib. 3.

68 Contrarium, quod valeat, tenet Rimin. Iun. cons. 86. num. 13. vbi plurimos allegat, plenius cons. 71. nu. 27. & seq. vbi reprobat contrarium tenentes, quia imo valet à contrario sensu, glos. & Doctores dicti.

69 Et quod valeat argumentum à contrario sensu Doctoris, in se ipso declarat Socin. consil. 44. nu. 9. libro tertio, vbi quod ipse subscripsit, & comprobauit cons. Alex. 13. libro quarto, in quo tenet, quod substitutio facta de fratre, filijs, & nepotibus fratris est vulgaris, quando non adest tractus temporis, vel conditio mortis, quia non potest esse fideicommissaria, & ita consulunt Socin. consil. 113. libro primo, sed quando adest dictio importans tractum temporis, vel mentio mortis. Socin. tenet contrarium dicto consil. 44. num. 9. lib. 3. & allegat Alexand. pro se à contrario sensu.

70 Declara, quia potest adduci inclinatio Doctoris ab argumento à contrario sensu. Alexand. consil. 65. num. 4. vers. corroborantur prædicta. libro 1.

71 Restringe, quia argumentum à contrario sensu, sumitur in lege quoad verba dispositiua legis, secus si verba sunt narratiua. Alexand. consilio 105. Magnifice. num. 8. vers. respondet etiam. libro 3.

72 Limita, quia argumentum à contrario sensu non valet contra ius commune in statutis. Bald. d. cons. 443. circa fin. ver. sed istud videtur falsum. lib. 2. & cons. 122. Quanquam denunciatio. lib. 4. vbi quod si statutum requirit denunciari laudum ad hoc, vt post decem dies non possit peti reductio, tamen non tollit statutum remedia iuris communis, licet non fiat intimatio, infra numer. 86. & seq. vbi latius.

73 Extende, quia argumentum à contrario sensu non valet in statutis, in casu à iure communi prouiso. Rom. cons. 111. in princ. apostil. ad Rom. cons. * 399. n. 6. vbi apostill. in ver. veriorem dicit * communem, & magis communem.

74 Declara, vt limitatio non procedat, quando statutum

tutum nihil operaretur. Ruin. conſ. 37. in prin. lib. 1. & ita Anchar. conſ. 213. num. 4. ver. & vltra rationes. plene Socin. conſ. 81. In præſenti. num. 4. allegat Ioann. de Imol. in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolut. matrim. Caſtren. conſ. 83. Preſens caſus. lib. 2. nu. 6. ver. nec obſtat theorica. Crauett. conſ. 92. num. 5. & conſ. 201. num. 13. pleniſsime Alex. conſ. 95. Et ſi vt puto, num. 4. & ſequen. verſ. nec obſtat, quod ſtatutum. lib. 4. & conſ. 61. num. 2. & 3. verſic. non obſtat, quod ſtatutum. libro 3. & conſil. 142. Viſo proceſſu. numero 2. & 3. verſic. & quamuis, libro ſexto; vbi apoſtill. in verb. tunc.

75 Reſtringe, quia imo quando ſtatutum prohibet aliquid fieri certo tempore, ſemper lapſo tempore intrat argumentum à contrario ſenſu ex neceſſitate, etiam ſi ſit contra ius commune, quia alias nihil operaretur. Alexan. conſ. 95. nu. 4. & ſequen. verſic. non obſtat. lib. 4. & conſil. 61. nu. 4. 3. lib. 3.

76 Idem eſt, quando ſtatutum permittit aliquid fieri certo tempore, puta, abſente Archipresbytero permittit, quod Archidiaconus aliquid poſsit, quia neceſſario infert à contrario ſenſu, quod præſente Archipresbytero ad ipſum ſpectat illud, quod eo abſente permittitur alteri, etiam ſi ſit cõtra ius commune, quia alias nihil operaretur. Alex. d. conſ 192. Viſo proceſſu. numero ſecundo, & ſequen. lib. 6.

77 Limita, quia non valet argumentum à contrario sẽſu cõditionis in diſpoſitione hominis, prout pater exhæredauit filiũ, ſi non reuertatur ad patriam, non ſequitur à contrario ſenſu, ergo inſtituit ſi reuertatur, ſed intrat prætcritio, & caſus dicitur omiſſus. l. 2. C. de condit. inſer. vbi Bald. ſic etiam ſi pater relinquat medietatem ſuę hæreditatis neptibus fœminis ſi extabunt, aliam medietatem loco pio, quia non valet argumẽtum à contrario ſenſu, ergo nullis fęminis extantibus, locus pius non habebit omnia, ſed ſolam medietatem. Caſtren. conſ. 160. Conſiderandum. col. 1. circa fi. ver. pro ſecunda parte. lib. 2.

78 Contrarium, quod in conditionibus, & diſpoſitione hominis ademptum ſub vna conditione videatur conceſſum ſub contraria conditione, & è conuerſo. Crauett. conſ. 974. nu. 16. vbi addu cit multa iura.

79 Declara, quia in caſu Crauettæ diſpoſitio conditionalis complectebatur vtrunque caſum, quia ſoror renunciauerat hæreditati patris, & fratris, ſed appoſuerat pactum, ſi frater ſine filijs decederet renunciatio non valeret, nam valida eſſet omni caſu, præterquã ſi ſine filijs decedat, vel declara, vt argumentũ in ſenſu directo ſolum operetur, prout Caſtren. exẽplificat, exhæredo filiũ ſi ad patriã nõ reuertitur, ergo ſi reuertitur nõ exhęredo, & iſte eſt ſenſus arguẽdi à contrario ſenſu, ſed nõ ſequitur inſtituo, quia nõ eſſet argumẽtũ a cõtrario ſenſu directo, ſed per indirectũ, quod nõ valet, & ſic videtur ſentire Caſtren. dum dicit, quod remanet caſus omiſſus. d. conſ. 160. col. 1. in fi. lib. 2.

80 Limita in priuilegijs, quia non valet argumentum a contrario ſenſu. Socin. conſ. 246. nu. 11. lib. * 2. vbi dicit communem.

81 Limita, quia valet argumentum a contrario ſenſu, quando ita veriſimiliter ſtatuentes reſpondiſſent interrogati. Roman. plene conſilio 392. Circa primum, in fine. verſicul. tertio certum eſt: vbi pleniſs. apoſtil. in ver. conſtituentes.

82 Limita, quia non valet argumentum a contrario ſenſu, quando contrariatur mens, puta pactum ad diminuendum inductum, non poteſt operari contrarium effectum, vt augeat a contrario ſenſu. Signorol. conſilio 92. Dominus Marchio, numero ſeptimo. verſicul. item eſt ſecundum pactum, quia quando ſequitur abſurdum, non valet, & maior abſurditas non reperitur, quam quod inducta ad vnum effectum contrarium operentur. Rom. conſ. 399. num. 6. vbi apoſtill. in ver. ſumendum.

83 Extende, quia licet argumentum a contrario ſenſu valeat in vltimis voluntatibus, tamen non procedit, quando veriſimilis mens teſtatoris repugnat. Alexand. conſilio 93. Alias conſultus, numero vndecimo. verſicul. & pro hac ſublatum. libro tertio, quod eſt Alexand. & trium ſubſcribentium.

84 Limita quando abſurdum induceretur a contrario ſenſu, vt inducta ad vnum finem contrarium operentur, vel quid ſimile. Roma. conſ. 399. numero 6. vbi apoſtill. in verb. ſumendum. dat concordan. & conſilio 392. Circa primum, numero 24. vbi apoſtill. in ver. quod non, & in ver. abſurditas.

85 Extende quando reſultaret iniquitas, vt quia tollitur ius tertij. Aegid. Bellam. conſ. 34. nu. 21. ver. ad tertium.

86 Limita, quia argumentum à contrario ſenſu legis non valet, quando lex alia contradicit argumento, quia non valet, vbi ius commune corrigitur. Io. de Imol. conſ. 100. in fin. Caſtren. conſ. 175. Caſus præſens. num. 3. ver. reſponderi poterit. lib. 1. & conſil. 184. Videtur. col. 2. verſ. nam contrarium ſenſum. lib. 1. Roman. conſ. 392. Circa primum. numero 25. vbi apoſtill. in ver. locum habet, dat concordan. & alio modo dicit, quod non habet locum à contrario ſenſu, quando caſus omiſſus reperitur deciſus, & ſupra numero 72. & ſequen.

87 Extende, quia non valet argumentum à contrario ſenſu, quando fieret ex tali argumento correctio iuris communis. Io. de Imol. conſ. 57. in fin. & conſ. 100. in fin. Abb. conſ. 75. num. 2. ver. nec obſtat. lib. 1.

88 Reſtringe vt non procedat quando contraria lex eſſet ſub alio titulo, quia tunc poteſt dici caſus ſpecialis, ita Corneus conſilio 81. in principio, libro ſecundo: vbi dicit, quod ſi agitur de diuiſione rei, quæ commodam diuiſionem non recipit, quis plus offert, debet habere rem, & alter pretium, non autem qui habet maiorem partem, quia ita diſponit lex in titulo communi diuidundo a contrario ſenſu, nec obſtat lex ſancimus. §. ne autem. C. de donat. quę vult eum præferri in re communi inter donantem, & donatarium, qui habet maiorem partem, quia ille textus cum ſit extra titulum communi diuidundo, non operatur, niſi in caſu ſpeciali.

89 Reſtringe, quia argumentum a contrario ſenſu, valet etiam ad correctionem iuris, quando diſpoſitio eſſet inutilis, niſi ſumeretur argumentum à contrario ſenſu. Roman. conſil. 399. numero ſexto: vbi apoſtill. in verb. ſumi, dicit eſſe * communem opinionem. Ancharan. conſ. 213. numer. 4. ver. & vltra rationes. Ruin. conſ. 37. in princ. lib. 1. & ita Alexan. conſ. 17. Viſis. numero

4. ver.

4.verſ.& procedunt prædicta.libro 2.& conſ.116. Animaduerſis.num.17.verſ.vbi ergo ſtatutum libro 2.

90 Idem eſt in legibus nouiſſimis, quia valet argumentum à contrario ſenſu ad correctionem iuris antiqui,quando non eſſet alicuius effectus lex vltima.Rom.d.conſ.399.num.6.

91 Imo Abb. conſ.63.Videtur primo,in fin.lib.1.à contrario ſenſu inducit priuationem teſtandi, quę eſt contra ius, ne diſpoſitio reddatur inutilis.

92 Declara, quia ſi argumentum ſumitur a contrario ſenſu, vt corrigatur ius commune, ſaltem ſumitur, vt minus lędatur ius commune, ideo ſi ex contrario ſenſu poteſt quis perdere dominium, & poſſeſſionem contra ius commune, reſtringitur ad poſſeſſionem ſolam. Ioann. de Imol. d. conſ.57.in fin.

93 Extende etiam in legibus fœudalibus, quia non valet argumentum a contrario ſenſu,quando eſſet contra ius commune, quia imo tunc recurrendum eſt ad ius commune, ne corrigatur,quia argumentum a contrario dicitur eſſe tacitum, & non expreſſum, & dicitur ſubauditus intellectus. Alex.conſ.7.In conſultatione.num.13. ver. reſtat ad allegata,cum ſeq. lib.5.& plenius conſ.25. Attentis.num.12.& ſeq.ver.ſed tale argumentum lib.5.vbi quod dicitur diſpoſitio ſubaudita, & tacita, & quia in fœudalibus ſeruatur ius commune, niſi in caſibus, in quibus reperitur expreſſe ſtatutum contrarium, & argumentum a contrario non dicitur expreſſe ſtatutum, ſed tacitum.

94 Extende,quia non ſumitur argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis,vel conſtitutionibus,ſi inducitur correctio alterius ſtatuti,vel alterius conſtitutionis. Rom.d.conſ.399.nu.9. ver.quinto.

95 Extende, quia etiam ſi ſtatutum poſterius, a quo ſumendum eſſet argumentum, haberet clauſulam derogatoriam, adhuc non inducitur argumentum, vt corrigatur a contrario ſenſu prędcedens ſtatutum contrarium. Roman.dicto conſ. 399. num. 10. vbi apoſtill. in ver. non obſtan. & plenior apoſtill. ad Roman. conſil. 312. in ver. derogatoria.

96 Extende, quia argumentum a contrario ſenſu nunquam procedit, quando ius commune corrigeretur ex tali argumento, & maxime quando ſtatutum diſponit, quod non poſſit interpretari, ſed intelligatur, prout verba iacent, quia argumentum a contrario ſenſu venit ex interpretatione. Caſtren. conſ.175.num.3.verſ.præterea, vt dicit Baldus, lib.1. vbi allegat pro vtraque.

97 Extende, quia argumentum a contrario ſenſu non debet ſumi, quando ex eo reſultaret iuris correctio, vel abſurdum. Caſtrenſ. conſilio 175. Caſus præſens. num. 3.libro primo, vbi apoſtil, & colum. 4. ver.& dum dicitur.libro 1. concord. Abb. in eodem caſu,conſil. 75. colum.2. in princ. libro 1.

98 Contrarium,quod imo ſumitur argumentum a contrario ſenſu, quando reſultaret maius abſurdum, illud non ſumendo, item quando verba eſſent ſuperflua. Caſtrenſ. d.conſ.175. num.4. col. 4.in fin.verſ.& dum dicitur. lib.1.

99 Declarat Caſtrenſ.d.conſ.175.col.4. in fin. lib. 1. ver.præterea volo fateri,vt ſi ſtatutum eſſet contrarium alteri ſtatuto in caſu, quod ſumeretur argumentum a contrario ſenſu, vel ſi vna lex iuris communis eſſet contraria iuri communi per argumentum a contrario ſenſu, tunc non ſumitur argumentum a contrario ſenſu,ſed ſi lex eſſet contraria ſtatuto, vel ſtatutum eſſet contrarium iuri communi, poteſt ſumi argumentum a contrario ſenſu,quia ex quo ſtatutum corrigens ius commune admittit argumentum a contrario ſenſu,etiam ſi corrigatur ius commune, ex quo corrigit principaliter,etiam admittenda eſt correctio per argumentũ a cõtrario ſenſu ſequitur Deci. conſ.33.

100 Et propterea ex iſta declaratione infertur concluſionem Cyni in ſua quæſtione ad ſtatutum Florentinum eſſe veram, quod ſtante ſtatuto, quod filia fœmina ſuccedat patri non extante filio maſculo, quod valeat argumentum a contrario ſenſu, ſtante maſculo fęmina non ſuccedat, licet corrigatur ius commune, & idem determinatur in ſtatuto Senarum, quod non ſtantibus aſcendentibus, neque deſcendentibus, frater, & ſoror, & filij eorum excludant matrem in totum, & alij agnati vſque ad tertium gradum excludant matrem in tribus quartis per argumentum a contrario ſenſu:ſi extat auus paternus, qui eſt aſcendens excludet matrem, prout frater, & ſoror a contrario ſenſu, licet corrigatur ius commune, ne plus concedatur remotioribus, quam auo, & ſequatur abſurdum. Caſtrenſ.d.conſ.175.per totum,maxime colum.3.verſ.nunc ad partem contrariam,per tot. lib.1.& ſequitur Deci.conſ.332. vbi dat concord. pleniſſime Abb.in eodem ſtatuto Senarum.conſ.75.Primo eſt videndum.num.5. & ſeq.ver.ſed quanquam.lib.1.

101 Extende,vt procedat declaratio, etiam ſi ſtatutum diſponat, quod intelligatur ſimpliciter, & non recipiat interpretationem,quia ne verba ſint ſuperflua, admittitur interpretatio congruę rationis,& quæ remouet abſurdum. Caſtren.d.conſ. 175.colum.penul. ver.item non obſtat ſtatutum. libro 1.

102 Declara alio modo, quia ſtatutum inducens tempus limitatum inſtantiæ,& eo modo, quo ius commune diſponens de inſtantia limitata, operatur, quod etiam lapſo termino inſtantiæ limitatæ perit inſtantia, etiam ſi corrigatur lex communis, quia conſtat, quod ſtatutum voluit omnino ſubrogare inſtantiam abbreuiatam loco inſtantiæ iuris communis, ex quo per eundem modum ſtatuit, dirigendo verba inſtantiæ, non iudici, ſecus ſi alio modo ſtatuiſſet, videlicet, per alia verba, ita Caſtrenſ. conſil. 184. Videtur dicendum. col.2.lib.1.

103 Extende, quia argumentum a contrario ſenſu non ſumitur in ſtatutis, quando ex ipſo argumento a contrario ſenſu induceretur correctio iuris communis, & iſta eſt regula. Abb. conſ 75. Primo eſt videndum. col.1.in fin.& col.2. in princip. lib.1. allegat cap. a nobis.il 2.de ſentent.excom. Alexand. conſ. 17. Viſis, & opportune. numer. 2.verſ. ſed ita eſt.lib.2. vbi apoſtill.in ver. ſenſu, vbi ponit multa exempla. Alex. conſ.69. Viſa facti,in fin.lib.2. vbi dicit * communem.

104 Et ideo ſtatutum, quod mulier filia familias non poſſit teſtari de dote in præiudicium filiorum, non operatur, quod poſſit teſtari, quando non adſunt filij. Alexand. conſil. 17. in princip. libro ſecundo, maxime numero 2. quia corrigeret ius commune.

105 Et ſtatutum, quod minor 18. annis non poſſit

ſine certa ſolemnitate contrahere, non operatur, quod lapſis 18. annis habeatur pro maiore 25, quia corrigeretur ius commune. Alex.d.conſ.17. num. 3. verſ.benefacit.lib.2.

106 Et ſtatutum, quod vſurarius non poſſit accipere vltra duos pro centonario, non permittit à contrario ſenſu, quod duos percipiat, quia eſſet contra ius commune. Alex.d.conſ.17.num.4.ver. pro hoc etiam. lib.2. vbi apoſtill. in ver. non videtur, dat plures concord.

107 Extende maxime, quia argumẽtum à contrario ſenſu dicitur ſubauditus intellectus, & ideo nõ inducitur correctio iuris cõmunis, & maxime quando ſtatutum mandaret ſubmoueri extraneos, & ſubauditos intellectus. Abb.d.conſ.75.n.3.verſ.ſecundo ad idem.lib.1.Alex.conſ.25.Attentis.num. 12.& ſeq.ver,ſicut dicimus in ſtatuto.lib.5.

108 Extende, vt procedat etiam ex identitate, vel maioritate rationis, quando non eſt expreſſa in ſtatuto ratio. Abb. d. conſ.75.n.3.ver, nec obſtat, ſi dicatur.lib. 1.

109 Extende, vt procedat etiam in ſtatuto criminali, quod deferatur iuramentum in cauſa criminali cum vno teſte idoneo, quia non valet argumentum à contrario ſenſu, quod non deferatur, ſi teſtis vnus eſſet ſocius criminis, & concurrerent adminicula, quando agitur de pena pecuniaria criminaliter, quia corrigeretur ius commune, ideo argumentum à contrario ſenſu non admittitur. Alex. conſ. 69. Viſa facti, in fi.lib.2.vbi dicit * communem.

110 Extende, vt non valeat in ſtatuto diſponente, quod mulier poſſit agere ad dotem contra bona mariti vergentis ad inopiam, quia non negat etiam contra bona fideiuſſorum, ex quo corrigeretur ius commune ex tali argumento. Ioann.de Imol.d.conſ.100.in fin.qui loquitur in ſtatuto Florentiæ.

111 Extende, niſi inducatur correctio alterius ſtatuti, quia non valet argumentum à contrario ſenſu, quia quando concurrunt iſta duo, quod argumentum à contrario ſenſu reducit nos ad ius commune, ſed corrigit aliud ſtatutum, nunquam ſumi debet argumentum à contrario ſenſu. Rom. d.conſ.7.verſ.ſecundo quia, vbi apoſtill.in ver.alterius ſtatuti, citat Gozad.conſ.37. Prima facie. num. 6. vbi, quod quilibet ſtatuens magis præſumitur velle conſeruare ius per eum ſtatutum, quam per alium.

112 Reſtringe, quia imo argumentum à contrario ſenſu ſumitur in ſtatutis, etiam ſi ex ipſo argumento ſequatur correctio iuris, quando conſtat de mente ex coniecturis, & ne ſequatur abſurdum, quia tunc caſus non dicitur omiſſus, vt per plura ſentit Abb. conſ.75.Primo eſt videndum. n. 3.& per totum.lib.1.& n.8.Caſtrenſ.conſ.175.col. 3.ver.nunc ad partem contrariam.lib.1.

113 Reſtringe, quia argumentum à contrario ſenſu ſtatuti, etiam ſi corrigatur ius commune, admittitur, quando agitur de bono publico, ne quis decipiatur. Caſtrenſ.conſ.455.Ad primum, num. 5, verſ. item ſi dicatur. lib.2. vbi quod ſtatutum diſponens, quod puella dotata, ſi cum iuramento renunciauit, nõ læſa enormiter non audiatur, procedit à contrario ſenſu, vt ſi læſa eſt enormiter, ea audiri debeat nõ obſtãte iuramento, licet ſit contra ius commune hoc argumentum à contrario ſenſu, dicit tamen, quod melius eſt, vt petat ab Epiſcopo abſolui à iuramento.

114 Limita, quia non valet argumentum à contrario ſenſu, quando repugnat ratio conſtitutionis, à qua ſumendum eſſet argumentum. Rom. conſ. 399. num.8. ver. tertio quia, vbi apoſtill. in ver. ſingularis, allegat Socin. in l. 1. ff. de offic. eius. num.7.

115 Extende, quia non valet argumentum a contrario ſenſu in his quæ ſunt poſita ad cautelam, cauſa dubitationis tollendæ. Rimin.Iun.in l.1.nu. 435.ff.de offic.eius, & ideo in confirmatione Papæ facta pro potiori cautela, non valet argumentum a contrario ſenſu. Grat. conſ.7.num. 21. & ſeq.lib.1.

116 Extende, quando agitur de corrigenda diſpoſitione, quia ex argumento à contrario ſenſu, ſi corrigitur in totum, vel in parte, diſpoſitio certe non habet locum. Rimin.Iun.d.l.1.n.412. ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.

117 Limita, quia diſpoſitio, quę elicitur ex argumẽto à contrario ſenſu, non eſt propria, ſed coniecturalis, ideo non corrigit diſpoſitiones expreſſas contrarias. Rom.d.conſ.399.n.8.& ſeq.ver.quarto, vbi apoſtill. in ver.ſingularis.

118 Limita, quando inducta ad vnum finem contrarium operarentur effectum. Crauett. conſilio 39. num.8.

119 Extende, quando ſequeretur abſurdum. Ruin. conſil.71.num.18. libro 1.& conſil. 84. numer.2. libro 3.

120 Limita, quia non valet argumentum à contrario ſententiæ ſenſu, condemno te ad ſortem principalem, quia non ſequitur, ergo abſoluo te ab vſuris. Bart.poſt gloſ.in l.4.C.depoſit.& ibi Bald. & clarius 2.apoſtil.in ver.conſuleret, quæ allegat Angel.& Imol.in l.Paulus.la 1.ff.de re iudic.quod ſi petitur ſors principalis,& intereſſe, Iudexque condemnat in ſorte principali, certe non cenſetur abſoluere ab intereſſe, quod ideo poterit peti, ſi iure actionis debebatur, quia ſententia non abſoluit à contrario ſenſu.

121 Limita, quia verba negatiua ſemper negant, & nunquam affirmant, ideo nunquam valet argumentum à contrario ſenſu, vt inducatur affirmatiua, quia contrarium effectum producerent. Alexand.conſ.150.In cauſa,& lite.num.20.ver.verba negatiua. lib. 5.

122 Contrarium Alexan.in l. 1.col. 1.in 4. not. ff.de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. apoſtill. ad Alex. d.conſ.150.num.20.lib.5. vbi relatiue declarat.

123 Declara totam materiam, quia maxime valet argumentum à contrario ſenſu in ſtatuto, & alia diſpoſitione, quando per tale argumentum à contrario ſenſu reducimur ad ius commune. Rom. conſ. 399. num. 5. quod intelligas, niſi ſequatur correctio alterius ſtatuti, vel diſpoſitionis, vt ſupra num.50.

124 Vide regulam per Iaſ. in l.1.num. 36.& ſeq. ff. de off.eius, vbi omnes ponunt varias limitationes, & ampliationes ad regulam.

125 Vide Socin. in reg. 28.Argumentum a contrario ſenſu, tam in legibus, quam in ſtatutis, & vltimis voluntatibus valet, vbi limitat 17. caſibus.

Argu-

Argumentum quando valet de toto ad partem, & è contra. Concluſ. CDXCIX.

1 ARGVMENTVM valet de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendic.

2 Extende in ſententia, quia ſicuti non valet ſuper contractu lata ſine citatione partis, & cauſæ cognitione, ita etiam ſuper parte contractus, puta, ſuper iuramento confirmante contractum Anchar. conſ. 382. Retento ordine. num. 6. verſ. ex iſtis breuiter.

3 Et vbi eſt eadem ratio in parte, quoad partem, valet argumentum de ratione totius ad totum. Abb. conſ. 58. Quidam Nicolaus, in fin. verſ. præterea, & quarto. lib. 2. Alexand. conſ. 15. Viſo, in fin. lib. 4.

4 E contra non valet argumentum de parte ad totum, quia qui poteſt partem, non poteſt totum. Calder. conſ. 111. alias 2. de arbitr. vbi ponit ſimilia, qui poteſt offendere lumina, non poteſt in totum tollere. l. Caius, alias binas. ff. de ſeruit. vrban. quia aliud eſt offendere, aliud occidere. cap. is qui, de homic. lib. 6.

5 Amplia, quia valet argumentum de vniuerſali ad particulare, & ſic de toto ad partem, ideo ſtatutum loquens de vniuerſali ſucceſſione maſculorum, exclusis fœminis, habebit locum etiam in fideicommiſſo, & ſucceſſione particulari, quia eadem eſt ratio. Alexand. conſ. 15. Viſo, per totum. lib. 4.

6 Amplia, quia valet argumentum à denominatione, vt quis maiorem habeat prerogatiuam, qui denominatur à toto, quam qui denominatur à parte. Oldrad. conſ. 204. ver. tertio quod per excellentiam, vbi quod Abbas Cluniacenſis eſt caput in ordine Cluniacen. alij membra, quia ſolus appellatur Abbas Cluniacen. & etiam mouetur alijs fundamentis, ſed hoc argumento etiam vtitur.

Argumentum ab ethymologia vocabuli quando valet. Concluſ. D.

1 ARGVMENTVM ab ethymologia vocabuli eſt probabile, ſed non concludit neceſſario. Signorol. Homod. conſ. 70. In quæſtione vertente. num. 3.

2 Imo, quod argumentum valeat ab ethymologia vocabuli, tam negatiuè, quam etiam affirmatiue tenet Abb. conſ. 82. Quanquam. num. 2. verſ. ſecundo. lib. 1. vbi quod fœudum dicitur à fide, & fidelitate propter ethymologiam.

3 Declarat Alexand. conſ. 153. Viſo themate. nu. 3. ver. hoc etiam patet. lib. 7. quia valet argumentum ab alluſione, ſeu ethymologia vocabuli, quando non contradicit propriæ ſignificationi, & ideo ibi vult, quod conſobrini proprie ſunt filij ſororum, quia etiam alluſio vocabuli concurrit quaſi conſororij.

Argumentum valet de maiori ad minus, & quando. Concl. D I.

1 ARGVMENTVM de maiori ad minus affirmatiue non valet, cap. cum in cunctis, de electio. laſ. in l. quæ, de legato. num. 4. ff. de legat. 1. Curt. Iun. conſil. 134. num. 4. quod declarat idem Curt. conſ. 339. num. 59. & 60. lib. 3. naturali ratione, hoc modo, ſequeretur, quod quicquid poteſt Imperator, poteſt priuatus.

2 Contrarium, quod imo valeat argumentum affirmatiuum de maiori ad minus, tenet Gozad. conſ. 6. num. 52. vbi extendit etiam in materia odioſa, ſequitur Rolan. à Vall. conſ. 61. num. 49. lib. 1. & loquuntur in poteſtate, quia ſi poteſt, quod maius eſt, ergo poteſt etiam quod minus eſt.

3 Et valet affirmatiuum à paritate conceſſionum, vt ſi clauſula prœuentionis operatur in ſecunda gratia, quæ minoris efficaciæ eſt, operetur in gratia priori, in qua pariter eſt ſcripta, quia fortior eſt. Ægid. Bellam. conſ. 33. num. 18.

4 Extende contrarium, quia valet argumentum affirmatiuum à maiori ad minus, ad euadendum pœnam, puta, pro raptu facto eſt tanta pœna, ergo non poteſt eſſe maior in delicto attentato non facto. Decian. conſ. 49. n. 35. li. 2. vbi quod ſumitur hoc modo, quod magis videtur ineſſe non ineſt, ergo quod eſt minus non ineſt.

5 Et qui poteſt quod plus eſt, poteſt etiam quod minus eſt, ita arguit Alex. conſ. 187. Videretur. nu. 9. ver. tertio probatur. lib. 5. vbi, quod ſi quis eſt legitimatus quoad præiudiciũ filiorũ legitimorum, multo magis quoad præiudicium tranſuerſalium.

6 Extende, quia valet argumentum à multo magis quod eſt fortius alijs, vt ſi alluuio ſpectat ad habentem pignus, ergo multo magis ſpectabit ad habentem vtile dominium, quod eſt plus. Decian. conſ. 123. num. 65. lib. 3.

7 Declara, quia vt habeat locum argumentum à multo magis, oportet, quod minus eſt contineatur ſub eo, quod maius eſt tanquam ſpecies. Decian. conſ. 56. num. 19. lib. 3.

8 Declara, quia videntur contrarij, & concordant, quia laſ. & tenentes non valere argumentum de maiori ad minus loquuntur in terminis diuerſis, puta, Imperator poteſt multa, ergo priuatus, qui minor eſt multo magis poterit, & bene dicunt, alij vero loquuntur in eodem termino, & ſubiecto, puta, poſſum interficere bannitum, ergo poſſum vulnerare, quod minus eſt, & ſic vtraque concluſio eſt vera, ſed non contradicunt.

9 Extende, quia valet argumentum affirmatiuum de maiori ad minus in his, quæ ſunt poteſtatis, poſſum occidere bannitum, ergo & vulnerare, ita Alex. in l. in ſuis, in princ. vbi laſ. n. 2. & nu. 24. verſ. quarto, & vltimo, cum ſeq. allegat reg. cui licet quod plus, de reg. iur. in 6.

10 Declara, quia valet argumentum affirmatiuum de maiori ad minus, quando maius, & minus ſunt eiuſdem qualitatis, ſecus ſi diuerſæ qualitatis, ideo approbatus ad maiorem dignitatem, cenſetur approbatus etiam ad minorem, quando minor eſt eiuſdem qualitatis, alias ſecus. Beſignet. deciſione 19. de præbend. quæ duplicatur in

Digitized by Google

antiq.deciſ. 4. de reſcriptis,alias 582.

11 Reſtringe in caſu contrario, quia valet argumentum negatiuum de maiori ad minus.Iaſ.d. l. quæ de legato.num.4.ff.de leg.1.

12 Prout valet negatiuum ab oppoſito conſequenti.Ægid. Bellam. conſ.33.nu.18.

13 Sed non valet negatiuum de minori ad maius. Cur.Iun.conſ.157.nu.30.

14 Amplia per multa exempla, quia qui poteſt, quod plus eſt, poteſt quod minus eſt. l.non debet ff.de reg.iur.c.cui licet.de reg.iur.in 6.

15 Extende, quia qui poteſt alienare inter viuos, multo magis in vltima voluntate per hęredis inſtitutionem, quæ eſt magis fauorabilis alienare poterit, ita arguit Menoch.conſ. 210. num. 11. & ſequen. vbi allegat Iaſ. conſ. 130. col. 3, verſ. item dicta Claretta.lib.4.vbi ponit plura exẽpla.

16 Extende,quia filius familias, qui poteſt inuito patre adire hęreditatem aduentitiam ſibi debitam,multo magis poteſt adire eo inſcio, etiam ſtante ſtatuto, quod filius non poſſit adire ſine conſenſu patris,quia non comprehendit caſum,in quo poteſt inuito patre adire,& per extenſionem eo ignorante.ita Alex.conſ.234.Puto,in 5 prin.lib. 6.vbi dicit procedere hoc ex paſſiua interpretatione in correctoriis, prout habetur in l. qui poteſt inuitus.ff.de reg.iur.vbi tollit contrariũ de l, duo ex tribus.ff.de re iudic. vbi de duo ex tribus recte iudicant concordes inuito tertio,& contradicente,ſed non eo ignorante,quia dicit,quod illud eſt ibi propter ſpretum in tertium,quia ſi non vocatur,non habetur pro Iudice.

17 Declara materiã totam,vt per Menoch.d. conſil. 210. num. 65. & ſeq. vbi facit quatuor caſus, vide tamen, quia ſua diſtinctio potius inſeruit, quando dicatur quis diſpoſuiſſe, vel non ſuper prohibitis, & permiſſis per generalem diſpoſitionem.

Argumentum valet de perſonis ad res,& e conuerſo, Concluſ. D II.

1 ARGVMENTVM valet de perſonis ad res c.ſuper quibuſdam,de verb.ſignif.

2 Amplia,vt procedat circa verborum interpretationem, quia ſicut verba generalia rerum,intelliguntur ſecundum conditionem perſonæ, cui diriguntur,ita e conuerſo,verba perſonarum intelliguntur ſecundum conditionem rei.Calder.conſil.193.num.2.ver.item verba generalia, alias 1. de rer.permut. vbi ſicut prouiſio de prioratu facta ſeculari, vel regulari importat expreſſionem, vt prioratus ſit ſecularis,vel regularis ſecundum qualitatem perſonę, cui fit prouiſio,ita in caſu conuerſo,prouiſio de Prioratu regulari importat, quod perſona prouiſa ſit regularis,licet non ſit dictum,quia valet argumentum de re ad perſonam.

3 Amplia, quia valet argumentum è contra à loco,vel re ad perſonã,& è conuerſo,quia iſta ſunt ſimilia locus,tempus,& perſona.Petr.de Anchar. conſ.111.num. 7. ver.ex quinto arguitur ſic, quod eſt conſilium Bald.Gaſpar.Cald. conſ.21. de conſtit. vbi duplicatur, & etiam eſt ſubſcriptum à Petr.Anchar.& Lauren.de Pin.

4 Amplia, vt valeat argumentum de re ad perſonam,& è contra affirmatiue, vt poſſim ſtatuere circa res mihi ſuppoſitas, ergo circa perſonas poſſum ſtatuere, & etiam negatiuè, de affirmatiuo. Petr.de Anchar.d.conſ.111,num.7.de negatiuo idem Petr. de Ancharan. conſ. 112. Super caſu prædicto. num.6.ver. ſed ſic circa extraneum.

5 Extende, vt procedat argumentum in diſpoſitione quacunque, vt diſpoſitio loquens de rebus ſic regulatur,ergo idem eſt in diſpoſitione perſonarum, vel è contra. Petr. de Anchar. conſ.117.nu. 12.ver.ſi hoc eſt in rebus.

6 Amplia è conuerſo,quia valet argumentum de rebus ad perſonas.Bar.conſ. 10. Viſo ſtatuto.nu. 4.ver.præterea hoc probatur.

7 Et ideo ſicuti defectus rerum ſuppletur, ſiue in parte, ſiue in totum, prout eſt defectus, ita etiam in perſonis.Bar.d.conſ.10.num. 4.lib.1.vbi ſi ſtatutum requirit in alienatione rei mulieris duos conſanguineos ex latere patris ſi extant, ſin minus duos ex latere matris, ſi extat vnus ſolus ex latere patris ſupplebitur per vnum alium ex latere matris, non autem omittitur ipſe,vt duo ex latere matris accipiantur,quia in defectu rei ſupplebitur pro parte,ſi in parte eſt defectus.

Argumentum valet à coniunctione plurium diſpoſitionum. Concluſ. D III.

1 VALET argumentum à coniunctione plurium legum. Angel. Aretin. conſ. 76. In his dubitationibus, num. 15.verſ. ſed his non obſtantibus.

2 Extende, valet etiam à coniunctione plurium ſtatutorum.Ang.Aret.d.conſ.76.nu.15.

3 Extende in pluribus diſpoſitionibus ex vltima voluntate,prout ex teſtamento,& codicillis.Ang. Aretin. conſ. 73. Quia eleganter, num. 7. & 8. verſ.quinto.

4 Declara, quia in his, in quibus effectus reſultat contrarius nõ fit argumentũ, veluti ſi quis in vltima volũtate legat, poſtea dicens, quod perſeuerans in eadem volũtate donat inter viuos bona legata,non arguitur ex cõiunctione iſto caſu, quia voluntas vltima eſt ambulatoria, & expectat mortem,donatio vero inter viuos non, ita Angel. Aretin.d.conſ.73.num. 58. & ſequen.ver. nec obſtare poſſunt.

Argumentum valet de re ad tempus. Concluſ. D IV.

1 ARGVMENTVM valet de re ad tempus. l.miles,ita hæredi.§. quia diximus.ff.de teſtam. milit. Angel. conſ.123. Viſo libello, circa fin.verſ.ſed arguendo.

2 Et è contra argumentum valet de tempore ad rem.c.vnico de plus petitio. Gemin.conſ.37.n.4. ver.& hęc argumentatio.

Amplia,

Digitized by

3 Amplia, vt procedat etiam in negatiuis, vt procurator, qui non potest præiudicare Domino in re, nec etiam possit in tempore. Calderin. cons. 105. An procurator, ver. probatur, & alia ratione, alias tertio, de procurat. & duplicatur cons. 210. in fin. ver. probatur, & alia ratione, alias quarto, de appell.

4 Amplia, quia valet etiam quoad extimationem rerum, quia sicuti res tota plus valet quam pars, ita res perpetua plus valet, quam ad tempus, quia de re ad tempus valet argumentum. Bal. cons. 161. Queritur de gabella. lib. 4.

5 Amplia, quia sicut is, qui petit in libello plus, quam debeat consequi, reportat sententiam pro eo, quod re vera consequi debet, ita etiam si petat plus tempore, quia valet argumentum de re ad tempus. Angel. cons. 123. Viso libello. nu. 2.

6 Limita, quia non valet argumentum de re ad tempus multis casibus, duos ponit Iaf. in l. si fundus. num. 7. ff. solut matrim.

Argumentum valet de loco ad tempus, & e contra. Concluf. DV.

1 VALET argumentum de loco ad tempus, & è conuerso. Bartol. cons. 13. Ex facto, in princ. uers. hoc probat. lib. 1. allegat. l. uinum. ff. si cert. petat.

2 Et idem operatur temporis protensio, quod operatur loci longinquitas. Bar. d. cons. 13. in pri. uer. hoc probat. lib. 1.

Argumentum valet de temporalibus ad spiritualia, & e contra, & quando. Concluf. DVI.

1 ARGVMENTVM à Clerico deseruiente Ecclesiæ ad militem admittitur secundum Oldra. cons. 17. num. 10. in fin. col. 2.

2 Argumentum à matrimonio carnali valet ad matrimonium spirituale, ut sicuti una debet esse sponsa, & sponsus, ita eadem Ecclesia non possit habere plures Prelatos, quia esset monstrum. Oldrad. cons. 67. vbi tenet, quod propterea duo instituti in parrochiali ad exercitium curæ non sunt Prelati, & in eis non habent locum. cap. de multa, de præbend. nec c. licet Canon, de elect. in 6.

Vide. Matrimonium spirituale, & carnale in quibus differunt. Concluf. 120.

3 A legato ad beneficium, quia vtrunque est donatio. Oldra. cons. 58. num. 2. uers. & proprie.

Vide. Argumentum valet de uno ad aliud. Concluf. prox. seq. in prin.

4 A dote temporali ad dotem spiritualem beneficij dotati. Abb. cons. 89. Ex themate. num. 2. uer. moueor. lib. 2.

Vide. Dos habet tacitam hypotecam. Concluf. 745. num. 44. & seq.

Argumentum valet devno ad aliud vt infra. Concluf. DVII.

1 ARGVMENTVM valet à legato ad beneficium, quia vtrunq; dicitur donatio. Oldrad. cons. 58. Quidam impetrauit. num. 2. ver. & proprie; vbi in fine consilij dicit secus in herede, quia non valet argumentum de hæreditate ad beneficium.

2 Argumentum à sententia ad testamentum valet, quia testamentum sententia dicitur. Oldrad. cons. 119. Titius condidit. ver. sed contrarium.

3 A testamentis ad iudicia, & è conuerso à iudicijs ad vltimas voluntates. Rom. cons. 186. In casu proposito. n. 3. & 4. vbi apostillan. ver. voluntatibus, dat concord.

4 A sententia ad confessionem procuratoris valet argumentum. Oldrad. cons. 126. in fin. ver. quinto.

5 A re iudicata ad statutum. Feder. de Sen. cons. 96. in princ. ver. quod statutum.

6 A iudicialibus ad contractus, & è contra. Rom. cons. 186. in princ. nu. 3.

7 A delegato à subdelegato, ad procuratorem, vel substitutum, quia mortuo substituto procuratore, qui cæpit litem, facultas non reuertitur ad substituentem totaliter vices suas, sed ad Dominum principalem, prout mortuo subdelegato, qui cæpit cognoscere, iurisdictio reuertitur ad fontem, non ad delegatum. Oldrad. cons. 130. num. 5. ver. & si dicatur.

8 Extende, vt valeat argumentum de procuratore ad iudicem delegatum, quia sicuti potest dari procurator ad lites nondum cæptas, italudex ad confirmandam electionem nondum factam. Cald. cons. 78. quod est quintum, de offi. deleg.

9 Extende, vt valeat argumentum a reuocatione procuratoris, si principalis tractat causam per se ipsum, ad reuocationem delegati eodem modo. Calderin. cons. 69. in fin. quod est secundum, de offi. Vicar. & cons. 80. quod est septimum, de offic. lega.

10 Contrarium idem Oldrad. cons. 130. col. penul. num. 11. vers. non obstat similiter: vbi non subest eadem ratio, nam pluribus iudicibus, vel arbitris datis, ideo omnes debent simul adesse, quia decisio ab eis ex toto pendet, & sincerius est iudicium &c. secus in procuratoribus, quia ab vno admisso valent gesta.

11 A delegato ad arbitrum, & è contra. Fulgos. cons. 217. Viso exemplo. in princ.

12 A suspecto tutore ad suspectum iudicem ordinarium, ita arguit Oldrad. cons. 147. Thema tale est recusatus.

13 A priuilegio ad consuetudinem, quia quod potest consuetudo, potest priuilegium, & è contra. Oldrad. cons. 146. in fi. & cons. 172. in princ.

14 Contrarium videtur velle idem Oldrad. cons. 128. num. 7. & cons. 191. in principio, incip. Nullo modo.

15 A consensu. & voluntate contrahentium ad legem, quia quicquid possunt contrahentes, potest & lex. l. non impossibile. ff. de pact. Oldrad. cons. 224. col. fin. ver. tertio, & vltimo.

A præ-

Digitized by Google

16 A præſcriptione ad conſuetudinem, quia quicquid poteſt præſcribi, poteſt & per conſuetudinem induci. Oldrad.conſ. 172. Quia omnes, in principio.

17 A prouiſione legis ad prouiſionem hominis,vt ſicut prouiſio hominis cenſetur pro ſe, & hæredibus ſuis,ita prouiſio hominis ſe extendit ad prouiſum, & eius hæredes. Oldrad.conſ.124.col.fin. ver.præterea retenta prima.num.4. & conſ. 104. num. 11.vbi terminus à lege,& homine procedunt à pari.

18 A matrimonio ſpirituali ad carnale, & è contra valet argumentum.

Vide. Argumentum valet de temporalibus ad ſpiritualia, & è contra. Concluſione proxima præcedente.

19 Ab appellatione ad exceptionem valet argumentum,quia omnis cauſa, quæ præbet iuſtam appellationem, præbet etiam iuſtam, & releuantem exceptionem. Oldrad. conſ.323. Circa primum.in prine.

20 A cõſuetudine ad ſtatutum,quia quod non poteſt conſuetudo,neque poteſt ſtatutũ,& è contra. Lap.alleg.43.in fi. Feder.de Sen.conſ. 17. num.3. ver.præterea conſuetudines.

Vide. Conſuetudine quæ non poſſunt induci, neque per ſtatutum. Concluſ.809.

21 Ab occupatione,ſeu inuaſione bonorum Eccleſiæ ad alienationem, quia occupatio, & inuaſio dicitur alienatio.Lap. alleg.61.nu.2.in fi.ver.nec obſtat,& num.3.

22 A contractibus ad teſtamenta valet argumentum. Feder.de Sen.conſ.3.num.5.verſ.nam licet.

23 Ab abſolutione ad excommunicationem quoad omnia. Federic. de Sen. conſil. 11. num. 4. ver. præterea.

24 A tempore ad locum.Feder.de Sen.d.conſ. 11. num.6.ver.additio.

25 A perſona ad rem.c.ſuper quibuſdam,de verb, ſignif. Calderin. conſ.293.circa fin. alias primo, de rer.permutat.

26 A delictis ad contractus valet argumentum. l. omnes,& l.tam ex contractibus.ff.de iudic. Petr. de Anchar.conſ.28.n.3.ver.de delictis.

27 A tranſactione ad arbitramentum,& è contra quia arbitramentum eſt tranſactio. Pet.de Anch. conſ.34.nu.11.verſ.hinc eſt.

28 A verbis legis loquentis de vltima voluntate ad verba teſtatoris.Bald.conſ.184.Præſuppoſito, quod ſtatutum,in fi.lib.1.

29 A ſimili valet argumentum ad ſimile.Euerard. in locis legal.in loc. à ſimil.in prin.

30 Declara, vt procedat quando æqualis iuris diſpoſitio eſt in vtroque, alias non dicitur ſimile. Bal.conſ.188. in fi.ver.non obſtat argumentũ.li.1.

Vide Socin.reg. 29. Argumentum à ſimili corruit data diſſimilitudine, & ſic hæc eſt limitatio, quæ reſtringitur ibi per Socin. niſi ſimilitudo eſſet in eo, de quo quæritur, quia licet in alijs ſit diſſimilitudo,tamen valebit argumentum.

31 A ſolitis valet argumentum. Caſtren. conſilio 333.Dubium videtur,nu.3. ver. licitum eſt. lib.2.

Vide. Vſus, & ſolitum patris familias ſeruit pro interpretatione.Concluſ.364.

32 A libertate ad piam cauſam,& è contra.Roma. conſ.235.Quoad primum.n.5.vbi apoſtil.in verb. argumentum,dat concor.

33 Ab eo, quod diſponens omiſit cenſetur non voluiſſe, quia ſi voluiſſet expreſſiſſet.

Vide.Omiſſum habetur pro omiſſo.Concl.115. num.60.& multis ſeqq.

34 A fœndo ad emphyteuſim, quia ſicut feudatarius cadit à feudo ipſo iure, ſi alienauit feudum irrequiſito Domino, ita etiam emphyteuta cadit ipſo iure, ſi alienauit,vt ſupra.Alex.conſ.44.Viſa facti,in princ.lib.3.

Vide.Fœudum,& emphyteuſis in quibus æquiparentur. Concluſ. 214. & Concluſ.ibi prox.ſeq.

35 Argumentum genericum concludit abſque eo, quod deueniatur ad ſpeciem indiuiduam,quando quælibet ſpecies illius generis habet effectum propoſitionis.Oldrad.conſ.279.in fi.

36 Limita quãdo diuerſus effectus reſultet ex prouiſione hominis,& legis,quia argumentum non valet. Oldrad. conſ.275.num.4.

Argumentum de tanquam, quid ſit,& quando valeat.. Concluſ. DVIII.

1 ARGVMENTVM de tanquam tali,dicitur quando quis duplicem repreſentat perſonam, quia tunc valet argumentum,hoc modo.valet actus tanquam à tali,quia talis etiam erat,licet idem poſsit eſſe diuerſa perſona. Signorol. conſ.127.num.3.

Vide. Perſona vna poteſt habere iura diuerſarum perſonarum.Concluſ.317.

2 Extende,quia procuratorio nomine obligatus non tenetur de ſuo eadem ratione.

Vide.Procuratorio nomine obligatus non tenetur de ſuo.Concluſ.823.

Argumentum ceſſat probato contrario. Concluſio DIX.

1 ARGVMENTVM ceſſat probato contrario, quia veritas cedit præſumptioni. Maſcar.lib.3.de probat.concl.1221.num.17.

2 Extende, quia ad tollendam conſequentiam ſufficit dare inſtantiam contrariam.cap.ſicut vrgeri 1.quæſt.1.gl.in l. creditori: vbi Iaſ.ff. de nou. ope.nunc.Vaſq. de ſucceſſ.reſolut.li.2.§.18.n.59.

3 Extende,quia à negatione ceſſat argumentum, puta non reperiri iure cautum,niſi doceatur,quia erubeſcimus cum ſine lege loquimur.

Vide. Erubeſcimus cum ſine lege loquimur. Concluſ.331.

4 Amplia, quia Argumentum ceſſat,data rationis diuerſitate, quia ratio diuerſa facit ceſſare omne argumentum. Feder.de Sen.conſ.67. Pone, quod ſunt quatuor.num.2. ſed non eſt dubium.

Vide. Rationis diuerſitas facit ceſſare omne argumentum. Concluſ.37.

Argumentum non valet in multis caſibus ſequentibus.Concluſ. DX.

1 AQVALI ad quod non valet argumentum. Oldrad conſ.225.Grauamina.num.16.ver. circa

Digitized by Google

circa quartum,in fi.vbi quod licet debeatur quarta à monachis de omnibusiegatis factis Ecclesiæ Monachorum, vel Conuentui ab eo, qui elegit sepulturam in eorum Ecclesia, tamen non debetur de legatis factis monacho singulari quamuis acquiratur Conuentui.

2 A diuersis ad diuersa non arguitur. l.Papinianus exuli.ff.de minor. Abb. consi. 10. In causa, & quæstione,in princ.lib.1. vbi ponit exempla in liberatione, & de vno ad aliud diuersum non infertur.

3 Declara, quia licet argumentum non valeat à diuersis,tamen si eadem sit ratio, licet casus sint diuersi, valet argumentum. Deci.consi.35.nu. 16. ver.nec obstant plura.

4 A causa immediata causante, non arguitur ad causam mediatam eundem effectum producentem.Oldrad.d.consi.22.n5.17.ver.nec obstat.

5 A sententia iuris ad sententiam hominis non valet argumentum,quia sententia iuris expectat probationem fiendam. Sẽtentia vero hominis habet iam factam,ideo in spolio prima nõ impedit restitutionem,secunda vero sic.Oldr.consi.227. n. 4.ver.secundo obijcit,& idem consi.240.nu.1.ver. hic vero quęritur.

Vide. Sententia iuris differt à sententia hominis. Conclus.107.

6 A suspensione hominis ad suspensionem iuris valet argumentum. Feder. consi. 11. num.7.vers. remanet ergo.

7 A sententia ad renunciationem non valet argumentum, quia plus operatur renunciatio, & actus pendens à consensu spontaneo,quam a consensu inuito.Oldrad.consi.227.num.5. vers.sed ad istud respondetur.

8 A rebus diuisilibus ad indiuisibilia non valet argumentum. Oldrad. consil. 231.in fin.ver.præterea ibi.

9 Ab essentia secundum quid ad essentiam simpliciter,vt albus dentes.ergo non est simpliciter. Oldrad. consi. 235. Factum tale est. G.de Sancto, in princ.

Vide. Verba sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid.Conclus.92.

10 Ab actu dependente à voluntate vnius, vt est prælegatum, ad actum prouenientem à voluntate duorum contrahentium,vt est diuisio.Oldrad. consi.237.num. 4. ver.nec est verum,& idem dicit Oldrad.consi.240. num. 4. ver. præterea videtur: vbi non valet argumentum à contractu conditionali ad legatum conditionale, quia vnum prouenit a facto, & consensu duorum, aliud a consensu vnius.

11 A subiectione, vel consensu singularium Canonicorum ad subiectionem, vel consensum vniuersorum, tanquam Capitulum,non valet argumentum. Oldrad. consi. 244.num.19. vers.non obstat hoc: vbi vult, quod licet Episcopus conferat dignitates,& propterea arguatur subiectio singulorum de Capitulo,non tamen sequitur, quod Capitulum sit subiectum ipsi Episcopo.

12 Ab adulto ad pupillum non valet argumentum. Oldrad. consi. 325.in fin.num.9.vers.primo quia.

13 A religiosis ad Clericos seculares non valet argumentum, quia seculares habent maiorem exequutionem proprię voluntatis, & pinguius in eorum beneficijs, quam regulares. Feder. de Sen.consi.5.num.4.ver.non obstant iura.

14 Ab actu extraiudiciali ad iudicialem actum, nõ valet argumentum,quia facilius impediuntur iudicialia.Feder.de Sen.consi.5.in fin.vers. item, quia facilius.

15 Ab actu, ex quo quis non vult acquirere sibi delatum, & debitum non arguitur ad alienationem, nec è contra. Federic.de Sen.consil. 9. per totum.

16 A statuto ad sententiam non valet argumentum,quia plus ligat sententia,quam statutum, vide Feder.de Sen.consi. 16.nu. 13.vers.sed quæ potest esse.

Vide. An statutum possit, quantum sententia. Conclus.438.

17 Dissimilitudo vbicunque possit assignari,non valet argumentum a simili in eo, in quo dissimilitudo assignari potest. Feder.de Sen.consi.67.nu. 2.ver.sed non est dubium.

18 A pacto ad legem, & è contra non valet argumentum,quia plus potest lex, quam pactum. Calder.consi.98. An procedat hæc argumentatio, alias tertio,de pact.

Vide. Pactum non potest quantum lex. Conclus.8.

19 Ab actu,& decreto necessario ad voluntarium, & è contra non valet argumentum. Sfortia Odd. consi.de restit.in integr.q.22.art.11.nu.69.

20 Abeo,de quo disputatur, nunquam licitum est arguere tanquam a termino. Crauett. consi.307. num. 2.

Vide.Habilitas requiritur in omni dispositione.Conclus.2.

21 Argumentum non sumitur a statuto,vel lege, quando noua constitutio est derogatoria statuti, vel legis.Socin.consi.188.Visa bulla.n.5.ver. præterea,ex quo bulla. lib.2.

Vide plenius in ver. Statutum qualiter interpretari debeat.Conclus.574.n.74.& seq.

Vide etiam supra. Argumentum valet a contrario sensu.Conclus.498.num.86.& seq.

Argumentum non valet in multis casibus, in quibus datur aliquando æquiparatio. Conclus. DXI.

1 CONTRACTVS conditionalis differt a testamento conditionali,ideo non valet argumentum de vno ad aliud,quia debitum ex vltima voluntate sub conditione,moriente eo,cui debetur ante conditionem,non transmittitur ad hæredes,& suos.l.si ita legatum.ff.de leg.1.§.illi si vosenus in eo,quod debetue ex contractu,vel beneficio legis,& Principis, quia pendente conditione si is,cui debetur, moritur transmitt. institut. de ver.oblig.§.ex conditionali,ita Oldrad.consi.224. num.27.ver.& pro hoc non obstat.

2 Et quod non valeat argumentum a testamento ad contractum simpliciter,sed solum vbi adest eadem ratio.Alexan.consi.61.num.2.ver. non obstat quod in vltimis.li.1. vbi quod circa interpretationem non valet, quia latior fit interpretatio in testamentis.

Exten-

Digitized by Google

3 Extende in prohibitis, quia prohibitio facta in contractu non habet locum, ſi fiat per teſtamentum,& hæredis inſtitutionem propter diuerſitatem rationis, quia quis decederet pro parte teſtatus,& pro parte non. Bal. conſ. 349. Statuto Placentiç,in princip. & in fin.ver. ſubſequenter. libro 1.

4 A legato ad donationem valet argumentum, quia legatum largo modo eſt donatio. Oldrad. conſ. 58. nu. 2. tamen non valet in modo conſtituendi, quia legatum fit abſenti, & monaſterio nondum conſtructo,ſecus in donatione,quę debet fieri præſenti, & monaſterio nondum conſtructo fieri non poteſt. Franc.in cap. Abbat.de re iudic. §.allegabatur.num.3.

5 A ſimili valet,ſed vbi poteſt dari diſſimilitudo non valet. Feder. de Sen.conſ.67.Pone,quod ſunt quatuor.num.2.ver.ſed non eſt dubium.

8 Item quod ſoluatur gabella de omni inſtrumento ſocietatis, & non habet locum d. ſtatutum Arimini ſi fiat ſocietas ſine inſtrumento.Io. de Imol.conſil.17.per totum.

9 Item,quod ſoluatur gabella de grano, hordeo, & faba, ſuper quo Alex. conſ.188. Viſo proceſſu, per tot.lib.7.

10 Et proceditur ſummarie in cauſis gabellarum, & ſufficit probatio per coniecturas.Alex.d. conſ. 188.num. 2.& ſequen.ver.& contra iſtos inquiſitos.lib 7.

11 Statutum Arimini ſuper preſcriptione, quod negligens per 15. annos petere creditum excludatur, eſt odioſum,& reſtringendum, vt non comprehendat obligationem ad factum, licet in conſequentiam facti veniret debitum in pecunia.Angel.conſ.343.Quidam Manuel,per totum:vbi ponit ſtatutum,& qualiter intelligatur.

Ariminenſis Ciuitas,& eius ſtatuta conſuetudines, & priuilegia. Concluſ.DXII.

1 CIVITAS Arimini erat de iuriſdictione Epiſcopi Ariminenſis, & eſt nunc de terris Eccleſiç. Caſtren. conſ.431. Iſta inſtitutio, in princ.

2 Poſtea hæc Ciuitas fuit conceſſa familiç de Malateſtis in Vicariatum, nam Galeottus Malateſta erat Dominus Arimini pro Eccleſia Romana, contra quem Veneti conceſſerunt repreſaleas. Bal.conſ.445.Quatuor ad propoſitum.lib.4.

3 Et Robertus Malateſta erat Dominus Arimini tempore Alexandri de Imola, qui contra eum conſuluit. lib. 5. conſ. 33. Quod villa Donigaliæ ipſius Roberti non comprehendit bona Caſtri Zouediç,quod eſt territorij Forilinij vſque ad flumen Luxij,& conſ.183.Viſo proceſſu, conſulit in cauſa criminali ad inſtantiam Ill.D. Roberti Domini Arimini.lib.7.

4 Et Lealis Malateſta fuit Epiſcopus Ariminen. tempore Dominij Dominorum de Malateſtis, ideo facta tempore illius per Eccleſias exemptas, & quæ præſcripſerunt dicuntur facta ob metum reuerentialem familiæ de Malateſtis. Zabarell. conſ. 131. in fi.

5 Epiſcopus Ariminen.& Capitulum Cathedralis Eccleſiæ permutarunt Eccleſias inuicem, videlicet, Capitulum dedit Epiſcopo Eccleſiam S. Mariæ inCerreto cum omni iuriſdictione;Epiſcopus vero dedit Capitulo Eccleſiam Sancti Laurentij,cum hoc, quod eſſet pleno iure ſubiecta, etiam quoad ius viſitandi Capitulo, & hoc de anno 1291. Zabarell.conſ.131.Per totum: vbi quod valuit permutatio.

6 Monaſterium Sancti Iuliani habet multas Plebes, & Eccleſias cenſuales conceſſas à diuerſis Romanis Pontificibus vſque de anno 1070.ſuper quibus ad fauorem Monaſterij conſuluit Zabar. conſ.118.

7 Statutũ eſt Arimini,quod filius familias maior 18.annis poſſit contrahere ſine conſenſu patris, valet,& habet locum etiam in Iudęis ibi habitantibus. Ioann.de Im.conſ.1.n.11.& 12.ver. an autem de iure municipali.

Ariſtotelis laudes. Concluſ. DXIII.

ARISTOTELIS appellatur lux Philoſophiç veritatis,& Princeps,per Bal.conſ.vltimo,Petrus Lambardus.num.7.lib.4.

Armorum appellatione quid veniat. Concluſ. DXIV.

1 ARMORVM appellatione veniunt non tantum ſcuta,& gladij, & galeæ, ſed etiam fuſtes,& lapides.l. armorum. ff. de verborum ſignificatione.

2 Et omne, quod nocere poteſt, & eſt aptum ad nocendum dicitur armorum appellatione contineri, ideo qui facit vim publicam armatus,ſufficit, quod habeat aliquid aptum nocere. l. armatus.ff.ad l.Iul.de vi publi.

3 Et telorum appellatione venit omne aptum nocere.l.hi qui ædes.ff.ad l.Iul.de vi publi.

4 Et in ſpecie, quod veniat baculus, & omne aptum ad nocendum. Areti. per illum tex. inſtit. de public.Iud.§.lex Cornelia.nu.2.

5 Declara, quia in bannimentis ſuper delatione armorum ex communi vſu loquendi non veniunt ſaxa,neque cultelli. Clarus in praxi criminal. §. final.queſt.82. ver. ſtatutum 6. num. 4. & 5. ver. & ſcias.

6 Amplia, quia armorum appellatione veniunt etiam arma defenſibilia, & quę non venirent ante factum, quia poſt maleficium, & offenſam ueniunt, & ideo poſt factum ſemper largo modo ſumitur vocabulum armorum.

7 Contrarium videtur velle Marſil. in praxi. §. pro complemento.num.19.

8 Limita, quia dentes non veniunt appellatione armorum, ſed potius applicantur ad membra, vel inſtrumenta corporis, ideo ſtantę ſtatuto plebis, quod offendens cum armis ſoluat decem pro pœna, ſi cum manu ſine armis inquinque, is, qui cum dentibus momordit extra

Digitized by Google

extra faciem debet puniri in minori pœna, quia sine armis offendidit. Bar. cons. 106. Statuto Castri Plebis, lib. 1. vbi reddit rationem, quia si dentes essent arma, homo semper esset armatus, & ibi apostill. in vers. cum dentibus, dat concord.

9 Limita, quia in materia pœnali, & stricta appellatione armorum veniunt solum parata ad nocendum. Marsil. in praxi, §. pro complemento, num. 14. not. in clem. 1. §. quia vero nonnulli, in ver. arma, de stat. monac. Cæpol. in l. armorum, in princ. & ibi Alciat. circa fin. Rebuff. vers. Secundo intelligitur, & ver. quarto, ff. de verbor. signific.

10 Restringe, quia attenditur animus, & cognoscitur ex loco percusso ex instrumento apto cum loco percusso, vt si gladio paruo in gutture, cum baculo non leui in capite cum ligone, qui solet non leuem plagam inferre, ista enim instrumenta proprie non parantur, vt arma, & tamen iudicantur talia secundum qualitatem percussionis. Boss. tit. de homicid. nu. 37. & seq.

11 Et dicit Aretin. cons. 80. nu. 6. Quod licet gladius appellatione armorum veniat, tamen si paruus est gladius, & cum eo percutiatur in loco nõ periculoso, minus infert, quam si quis cum baculo magno percutiat in loco periculoso.

12 Declara, quia si sumus in banno, vel statuto prohibente deferre arma, forte est verum, quod non venit gladius ad incidendum panem, aut ad temperandum calamum, sed si loquimur de percussione, & vulnere venit, ita videtur velle Bart. in l. 1. n. 2. ff. de vi publ. Marsil. d. §. pro complemento, in praxi, nu. 18.

13 Declara, quia triplex est genus armorum, primum est proprium, de quo in auth. de armis. Angel. cons. 397. Quidam puer, nu. 2.

14 Secundum est eorum, quæ euidenter sunt apta ad nocendum, quia hominis industria potest cum illis inducere nocumentum. Angel. d. cons. 397. num. 2.

15 Tertiũ genus est eorum, quæ non sunt parata ad nocendum, prout candelabra, & alia instrumenta ad vsum permissum parata, quę tamen incidenter possunt inducere nocumentum, & ista non veniunt appellatione instrumentorum euidenter aptorum ad nocendum. Angel. d. cons. 397. per totum, maxime nu. 2. ver. tertia species.

Vide. Statutum, seu bannum puniens arma deferentem, quando habet locum, vel non. Conclusio. 467.

Armorum vsus prohibitus, & quando non. Conclusio. DXV.

1 NEMO potest depredari, & armis vti contra consaguineum fratrem, neque potest alter alterum in carcere detrudere, sed est recurrendum ad Principem. Bald. cons. 418. Non licuit illi strenuo, lib. 1.

2 Amplia, quia vsus armorum, & delatio est prohibita de iure communi. Corn. cons. 20. lib. 3. per totum.

3 Et puniri debet, qui proijcit arma, ne reperiantur, sicut si inuentus esset cum armis. Corne. dicto cons. 20. lib. 3. in prin.

4 Declara, & vide Bertach. in ver. Arma. ver. 32. incipit, Arma qualiter, vbi quod primo arma deferre licebat de iure digestorum. De iure vero Codicis non sine licentia principis. De iure autem Authenticorum nõ licet etiam defensibilia. De iure nouissimo fęudorum licet itinerãtibus.

5 Extende, quia propterea præsumitur contra incedẽtes armatos, & coadunantẽ homines armatos. Alex. cons. 103. Videtur. n. 3. ver. pro eo facit. lib. 1. Ias. Instit. de action. §. ex maleficijs, nu. 81.

6 Limita, nisi in casu proditionis contra se ipsum, secus si contra alium. Bal. d. cons. 418. lib. 1.

7 Limita, quia de consuetudine delatio armorũ permissa est, maxime ob defensionem. Crauetta cons. 314. in prin.

8 Declara, quia potest prohiberi generaliter delatio armorum, & particulariter ex causa, & portans arma prohibita malo animo præsumitur deferre. Crauet. d. cons. 314. n. 3. per totum, late Ias. in §. ex maleficijs. nu. 81. Inst. de actio.

9 Limita quando statutum loquitur, quod inuentus puniatur, quia debet capi, l. fi. barbasorem. C. de fideiuss. vbi Bart.

10 Limita septem modis de quibus Socin. in regula 30. Arma portare regulariter est prohibitum.

Vide Mascard. Conclusio. 128. Si quis cum telo sit, vbi quod armorum vsus prohibitus, & quod armatus præsumitur ad malum, & quando secus.

Arma, & insignia familiarum quid operentur, & ad quid inuenta. Conclusio. DXVI.

1 ARMA, & insignia familiarum adinuenta, vt memoria familiarum conseruetur. Anchar. cons. 113. Iura, quę loquuntur, numer. 5. vbi, quod propter signa cognoscuntur signata. Io de Anan. cons. 86. Pro expeditione, n. 2. vbi Bologn. in apostil. nu. 3.

2 Et non potest sculpi insigne alienum in loco, in quo quis construxit cum suis insignibus, quia memoria familiarum confunderetur. Anchar. dicto consil. 113. num. 6. cum sequent. Io. de Anan. cons. 86. nu. 2.

3 Extende, etiam si sit finita familia, quæ talia, insignia in templis, vel locis publicis à se constructis posuit. Anchar. cons. 113. nu. 6. & seq.

4 Extende, etiam si sit hæres primi fundatoris, qui habet diuersa insignia, quia non potest illa ponere in cappella, vel sepulchro fundatoris, qui sua voluit insignia poni. Io. de Anan. cons. 86. in fi.

5 Restringe, quando alij fideles in augmentum Ecclesię, vel publici operis vellent magnificare, & apponere sua insignia, non deletis antiquis, vel appositis litteris, quæ non derogarent primis armis, Anchar. d. cons. 113. Vbi est casus, nu. 7. per totum, quia augmentum, & ampliatio expresse non potest prohiberi.

6 Amplia, quia nemo potest in re aliena ponere propria insignia. Io. de Anan. cons. 86. num. 2.

7 Amplia quia arma, & insignia dignitatis, prout legati, Episcopi, Doctoris, & similium non possunt portari nisi per habẽtes illã dignitatem, alias incurritur pęna falsi. Bart. in tract. de insignibus, & armis

Digitized by Google

& armis in prin.vbi apoſtilla limitat duobus modis.

8 Extende idem in inſignibus Principũ, Regum, &c.Bart.vbi ſupra.

9 Aliqua inſignia traduntur à Principe, aliqua aſſumuntur ex placito, & qualiter poſſit vnus alium prohibere,vide Bar.vbi ſupra, vbi multa circa artifices,mercatores,& alios.

10 Amplia,quia imo fiſcus,vel priuatus per appoſitionem armorum in re confiſcata, vel quæſita cenſetur apprehendere poſſeſsionem quia appoſitio inſignium, & armorum probat poſſeſſionem. Bar.in l.facultas,nu.4.C.de iur.fiſc.lib.10. plene Franc.Lucan.in tract.priuil.fiſci,n.121.

11 Extende, quia communiter probatur rem eſſe eius cuius ſunt arma,& inſignia,l.qui libertatem. §.fi.& ibi Bar.ff.de oper.public. Cæpol. in tract. de ſeruit.vrban.prædio.c. 40.tit. de pariete, ſeu muro,num.16.

12 Extẽde,quia ex inſignibus,& armis cognoſcitur qui ſit dominus rei, vel rerum. Bald. in Authẽ dos data, C. de donat. ante nupt. in ver. in ſignaculo.

13 Et ideo Ballæ Mercatorum præſumuntur eius cuius ſunt ſignacula,ſeu arma.Neguſ.de pignorib. in 2.par.3.membr.in 5.par.princ.n.14.Grat.conſ. 9.num.10.lib.1.

Vide Maſcard. Concluſi. 160. Balla an præſumatur mercatoris, cuius eſt ſignum in ea, vbi quid de animalibus ſignatis, & alijs,quod prẽſumantur domini inſignium. Maſcard. Concluſio. 91. Animal.

14 Et quod inſcriptiones ſoleant probare dominium.Grat.d.conſ.9.n.10.libr.1.& idem dicit Decius in iurepatronatus,conſ.135.Ad iuſtificationem.Balla,nu.1.

15 Et maxime quando ſunt inſcriptiones, & inſignia antiqua,probant,vt dicit Angel. in l. monumentorum.C.de religioſ. & ſumpt. funer. nam ob inſcriptionem,& inſignia D. N. Iesvs Chriſtus iudicauit reddendum Cæſari,quod eſt illius.

16 Extende,quia ex ſtigmate, & ſigno infixo ſeruo,vel animali ſignato fit recognitio,quod ſit eius cuius eſt ſignum. Bart. in l.ſtigmata. C.de fabricenſ.lib.11.vbi in fine ponit quod recognitio corporis mortui cuius facies deuaſtata eſt,poteſt fieri ex cicatrice,vel ſigno recognito.

17 Amplia in libris,quia an geſta ſint proprio,vel cõmuni nomine geſta,inſpicitur inſcriptio,ſeu intitulatio libri.Bar. in l.patruus.C.cõmun.vtriuſque iudi. quem ibi ſequitur Salycet. & Bald. Caſtrenſ.conſ.319.Viſis,& examinatis,num.2.lib.2. Socin. conſ. 162.Conſiderata contingentia caſus, num.9.lib.2.Alex.conſ.132.Perlectis,nu. 9. & 12. lib.5.Corne.conſ.71.licet videatur prima facie, num.6.lib.1.

18 Amplia,quia inſignia antiqua probant,ſeu inducunt præſumptionem,quod domus,Eccleſia, vel aliud ædificium fuerit fabricatum pro gloria eius, qui poſuit inſignia,ſed in his, quæ ſunt magni prẽiudicij,non probãt dominium rei, & idem de ſcriptura antiqua inſcripta, alias poſſet fieri prẽiudicium magnum,plenè Cagnol.in l.1.n.177. & ſeq.ver.& ſicuti ſcripturæ.ff.ſi cert.petat.

19 Limita in auibus ſolitis volare,vel Feris,quia ſigna non inducunt dominium ex quo fiunt capientium,vnde auis, & fera quę euolauit, vel aufugit,effecta libera efficitur capientis,non obſtan te ſigno,vide plene Maſcard.Concluſio.157.Auis reperta penes tertium.

Arroten. Ciuitas eſt Rom. Eccleſ. eius ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia.Concluſio. DXVII.

1 ARROTEN eſt ſubiecta Rom.Eccleſ.& domini illius ſunt Vicarij temporales Romanæ Eccleſiæ.Anchar.conſ. 110. Prima facie videtur,in prin.maximę,nu.2.

2 Statutum Ciuitatis Arrotenſis punit fraudantes datium communis certa pœna, ſed non habet locum in datiario conducente, quia ſi fraudem committat ſocius,non habet locum pœna fraudãtis commune,quia mutatur perſona, & ſucceſſio emptoris datij dicitur ſubrogatus in commoditatis perceptione tantum,non in alijs,plene.Anchar.d.conſ.110.Per totum vbi eſt caſus.

Ars iuuat artificem, & quid ſit ars. Concluſio. DXVIII.

1 ARTIFEX excuſatur ab iniuria, quando ſequendo artem ſuam,aliquid de ſui natura iniurioſum profert: nam ſi Aſtrologus dicat aliquem furtum commiſiſſe ſequendo artem ſuam, non dicitur inferre iniuriam.Gemin.conſil.7.nu. 6.ver.nam vt ibi.

Vide.Iniuriarum actione non tenetur.Concluſio.161.

2 Amplia,quia artifices ſunt iuuandi, & conſouendi,ne homines ignauię dediti fiãt.C.de Decurio.lib.12.l. quidem ignauiæ. Angel. de Peruſio. conſ.33.Supradicta prima,n.3. vbi quod propterea Florẽtini prohibuerunt,aliquem poſſe imbuſſolari pro officio,& regimine,qui artem non exerceret, vbi quod etiam Notarij dicuntur habere artem.

3 Ars eſt regula, quia vbi non eſt regula non eſt ars, & ſine ingenio non eſt ars, ideo non eſt ars fœnus,neq.fęneratoresdicuntur artẽ habere.Bal. conſ.108.Statuto cauetur.n.4.lib.4.

4 Notariatus dicitur ars,& ideo Notarij dicuntur habere artem, ſicut aliud magiſterium ſcientiæ.Angel.de Peruſio.conſ.33. Supradicta prima, num.5.ver.quartum dubium.

Artifex quis dicatur,& quando deſinat eſſe,vel non.Concluſio. DXIX.

1 ARTIFEX dicitur is, qui certam artem exercet,quando admittit omnes ſine delectu volentes ab eo emere,vel inſeruire in illo artificio, alias non eſſet artifex, ita Abb. conſ. 78.

Viſo

Viſo toto proceſſu.col.2.circa prin.ver.retaglia ria.lib.1.allegat not.in l.palam.ff.de rit.nupt.

2 Et dicitur artifex ad differentiam mercatoris, ille, qui mercimoniam emit, & eam exercet artem, vt vendat cum artificio ad differentiam mercatoris, qui vendit mercantiam, prout ipſe emit nullo adhibito artificio.

Vide. Mercator quis dicatur. Concluſ.208.

3 Magiſter lapidum non dicitur proprie artifex, ſed ſimilis artifici. Roman. conſ.92.n.3.

4 Artifex, qui acquiſiuit artificium ſua voluntate deſinit eſſe artifex cum primum dimittit, & deſinit exercere illud artificium. Bald.conſ.409. Cum quæritur,in fi.lib.5.vbi quod eo caſu exercitium facit artificem.

5 Contrarium, quod ſcholaris, & artifex non deſinant eſſe tales niſi lapſo quinquennio. Bartol. conſ.134.Vniuerſitatis, & ibi apoſtill. in ver.reuertendi.lib.1.

Vide. Matriculatus quando perdat priuilegium. Concluſ.115.

6 Amplia, quia quis poteſt eſſe in collegio duarum artium vnam exercendo per ſe ipſum, aliam per miniſtros,& quę prævaleat quando vna eſt magis priuilegiata,quam alia. Alex.conſ.293. Viſis, & ponderatis,& per totum.lib.7.

7 Reſtringe,niſi cum dolo,& fraude fuiſſet aſſecutus artem maiorem poſt legem. Alex. d. conſilio 193.lib.7.

8 Limita in artificio,quod ſola volũtate artificis non acquiritur,prout in Doctore, quia Doctoratus confertur ratione ſcientiæ, ideo Doctor à ſe ipſo non poteſt deſinere eſſe Doctor,quia voluntate ſua,& alterius acquiſiuit artificium. Bald.d. conſ.409.lib.5.in fi.

Vide plene per Maſcard. concluſ. 135. Artificem:vbi qualiter probetur quem eſſe, vel deſijſſe eſſe artificem.

Artifex inſignis habet multa priuilegia. Concluſio. DXX.

1 ARTIFEX ſingulari excellentia,vel quilibet inſignis homo in aliqua arte,vel ſcientia habet priuilegium, quod pro delicto commiſſo minuitur ſibi pęna, vel remittitur etiã in totum. l.ad beſtias.ff.de pœn. & eſt communis * opinio. Clar.§.fi.quęſt.60.n.26.ver.pariter etiam:vbi dat exemplas in bombarderio,in fabro,& alijs.

2 Declara, quia iudices inferiores hoc non poſſunt facere inconſulto Principe, neque alij maiores,quando eſt facta condemnatio,quia Princeps debet conſuli.Clar.d.quęſt.60.num.26. in fin.vbi quod raro hoc euenit.

Vide.Litterati homines priuilegiati.Cõc.360

Articulus quid ſit, & vnde formetur,& cenſetur admiſſus ſi ſuper eo ſunt teſtes examinati.Concl. DXXI.

1 ARTICVLVS eſt nomen diminutiuum deſignans aliquid particulare,& indiuiduum in genere ſuo per debitas circumſtãtias deciſum. Oldra.conſ.167.Ante omnia.nu.3.ver.eſt enim articulus.

2 Et dicitur articulus pars intentionis cõtinens illud,quod actor,vel reus probare intendit.Bald. in l.generaliter.§.1.C.de reb.credit.

3 Et debet articulus eſſe ſimplex,& non continere plures concluſiones. Caſtren. conſil. 455. Viſo,& examinato,in prin.lib.1.vbi quod teſtis referens ſe ad articulum plura continentem, & dicens vera contenta in articulo,debet ſane intelligi ſecundum rationem,vnde ſi cõtinet poſſeſſionem plurium, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis, & teſtis dicat vera, quia vidit poſſidere, prout in articulo,& vltra non refertur ad poſſeſſionem tempore mortis,quia dictio,vltra,non poteſt accommodari.

4 Et propterea articuli obſcuri generales,& carentes debitis ſolemnitatibus non ſunt admittendi, & non releuant, maxime ſi ſunt obiectiui. Oldrad.d.conſ.167.

Vide. Objcens dicitur accuſator, & quando quis admittatur.Concluſ.8.

Vide. Articulus obiectiuus quando dicatur. Concluſ.429.

5 Et non ſunt obſcuri,ſi facta probatione releuarent.Signor.conſ. 79. Factum ſic ſe habet.nu.11. ver.ex his euidenter.

6 Limita,quod exceptiones articulatę generales releuant, ſi non ſunt criminoſæ. Caſtrenſ. conſil. 335.num.2.lib.1.

7 Formari debẽt articuli,& poſitiones ſuper petitione, ſeu libello,quia de corpore petitionis naſci debent.Bald.conſ.2.Viſa petitione.nu.3.ver.& quia de corpore.lib.5.

8 Contrarium tenet Alexan. conſ.172. In cauſa, lib.6.in prin.vbi quod differentia eſt inter articuculos,& poſitiones, quia poſitio probat in præiudicium ponentis, articulus vero non probat in præiudicium articulantis.

9 Et cautela eſt, quod formentur articuli cum clauſula,& prout teſtes probauerint, ſeu depoſuerint, quia talis articulus,cum præciſe non diſponat,non probat contra articulantem. Alex. conſ. 133.Viſo proceſſu.num. 14.& ſeq.lib.1.& conſ. 80. numer. 10. & ſeq.lib.2. Ant.de Butr.& Abb. c.fi.de confeſs.

10 Declara, quia ſicuti libellus probat contra libellantem, ita etiam poſitiones, & articuli probant contra ponẽtem,& articulantẽ,quia ſumuntur ex libello, verum eſt,quod interrogatoria nõ probant contra interrogantem,niſi ſint prępparatoria, quia illa probant contra interrogantem. ita apoſtill.ad Alex.d.conſ.172.in princip.in ver. articulans. lib. 6. licet dicat aliqua,quæ non ſunt vera, quod poſitiones, & articulus ſumantur, & quod tam articuli, quam poſitiones probent contra ponentẽ,vel articulantem,non autem contra interrogantem. Caſtrenſ.& Iaſ.in l.Iudices in §. C.de iudic.vbi dicit menti tenendum.

Vide Concluſionem proximam ſeq.

Vide Maſcar.concl.130.An cenſeantur admiſſi articuli :vbi quod eo ipſo ſunt admiſſi, quod ſuper eis teſtes ſunt examinati, & quandoſecus.

Articulus quando dicatur ſufficiens,vel non.Concluſ. DXXII.

1 ARTICVLVS dicitur ſufficiens, ſi continet id,quod ſufficit pro ſufficienti probatione

tione testium, quia articulus non debet continere plus, quam debeant deponere testes. Oldra. cons. 172.n.19.ver.ad id vero, quia quicquid potest probari, potest in articulum deduci. Oldrad.cons.279. ver.ad secundum, nu.2.& nu.4. vbi quod non debet plus poni in articulo, quam necesse sit per testem deponi. Calder.cons.190.in prin.ver.certum est, alias primo de exceptio. vbi quod illud, quod est de substantia articuli, vel exceptionis, est etiam de substantia probationis.

2 Amplia, vt articulus dicatur sufficiens si contineat nomen dignitatis, puta, Papæ, licet non exprimatur nomen Papæ, quando articulatur actus dignitati attributus, & non personæ. Oldrad. cons. 254. Quia tota, num.6.ver.quarto oppono et nu.21. ver.ad corroborationem, & in cons.279.n.6. ver. & vt aliqua in specie.

3 Amplia, quod articulus male specificatus, vt quia non continet nomen habentis dignitatem, potest declarari, & specificari intra tempus, & terminum datum ad declarandum. Oldra. d. consil. 254.n.22.ver.ad alium obiectum.

4 Amplia, quod articulus dicitur sufficiens, licet non contineat tempus, nec locum celebrati contractus, quia licet nullum factum de mũdo possit esse sine certo loco, & tempore, tamen de necessitate istud non debet exprimi, quia daretur materia fabricandi falsum. Oldra.cons.279.n.4. ver. quartum, & n.5.ver.dicit etiam, vbi quod istæ circumstãtiæ relinquuntur examinationi testium, & cons.285.n.6.ver.ad secundum.

5 Amplia, quod articulus super exercitio iurisdictionis, est sufficiens, licet non exprimantur singuli actus, nec personæ inter quas fuit iurisdictio exercitata, quia licet testes possint de istis circumstantijs interrogari; tamen ista non sunt articulis inscribenda. Oldr.cons.279.n.9. ver. deinde dicit pars, vsq.in fi.

6 Amplia, quia ad hoc, vt articulus sit sufficiens, debet esse talis, vt ex eius confessione resultet formalis conclusio victoriæ articulantis. Bald. cons. 62. Alia vice, circa prin.ver.quarta conclusio, lib. 2. Signorol.cons.79. Factum sic se habet.n.11.ver. ex his euidenter.

Vide Conclusionem proximam sequentem.

Articuli quando captiosi, & impliciti, vel defectuosi. Concluſ. DXXIII.

1 ARTICVLI captiosi, & impliciti dicuntur, quando concludunt per dictionem, etiam, quæ est implicativa. Oldrad.cons.244.nu.18.ver. secundum genus, & latius num.23.ver.quo vero, vbi quod articuli impliciti per dictionem, etiam, & generales, tanquam obscuritatem continentes, non sunt admittendi.

2 Amplia, quod articuli generales tanquam incerti, & obscuri non admittuntur. Oldr.cons.244. num.23.ver.quo vero, & qualiter procedat. Oldr. cons.279.nu.5.ver.dicit etiam, vbi, quod in materia ciuili generalitas respectu circumstantiarum non articulatur, sed examinationi testium relinquitur, secus in criminali, prout sunt locus, tempus, contestes, &c. & latius cons.311.nu.6.& 7.vbi quod dicitur articulus clarus, quando continet quid, quale, & quando, idem si per relationem est certus.

3 Extende, quia articuli, quod libris alicuius semper fuerit adhibita fides in iudicio, & extra, non sunt admittendi, quia testes non possunt concludere propter nimiam generalitatem, quia si ex statuto, vel consuetudine id procedit, restringitur ad certam artem, vel artificium. Ias. in l. age cum Geminiano, col.1.C.de transact. ideo debent continere artem scribentis, alias probatio non releuaret, vel quatenus ad ius commune referri deberet probatio, debent articuli continere legalitatem personę, & alias verisimilitudines.

4 Imo etiam si testes super tali articulo, & legalitate generali deponerent vidisse dari fidem semper, & interrogati in causa scientię nunquam viderint in iudicio, hæc fieri, non probant, quia ratio attendi debet, l.solã, vbi, Bal. & alij, C.de testib.

5 Amplia, si contineant verba iuris, non sunt admittendi. Oldra.cons.244.nu.21.ver.nec obstat.

Vide. Articulus iuris quando procedat, vel non. Conclusio.525.

6 Amplia, si contineant negatiuam non coarctam loco, & tempore, non admittuntur. Oldra. d. cons.244.nu.21.ver.nec obstat, secus si sit coarcta, quia est probabilis. Oldra.cons.279.nu. 2.ver. ad secundum.

7 Amplia, si contineant alternatiua verba, quia debent esse certi, & dispositiui. Oldrad. cons. 244. nu.23.ver. ilud etiam genus.

8 Amplia, si continent turpitudinem articulantis, quia non admittuntur. Oldrad.cons.244.in fin. n.27.ver.idem quoad articulum.

9 Amplia, quia post terminum peremptorium ad dandum articulos præfixum non sunt admittendi. Oldra.cons.244.in fi.nu.28.

10 Amplia, quod articuli necessario non concludentes, sunt impertinentes, vt si quis priuatiuè ad alium vult probare exercuisse iurisdictionem, non sufficit simpliciter articulare de exercitio iurisdictionis, nisi dicatur quod solus, & insolidum ponens, & articulans exercuit iurisdictionem. Oldrad.cõs.254. Quia tota, n.11.ver.primo dicitur.

11 Amplia, quia articuli debent continere tale factum quod corporis sensu possit percipi, & apprehendi, alias non sunt admittendi, vt si quis articulat, talem fuisse virtuosum, vel fatuum, quia ista non cadunt in sensum hominis, nisi constet ex actibus, ex quibus quis talis iudicatur. Oldra. consil.279.n.3. ver. tertium.

12 Amplia, quia quando quis articulat titulum suum, qui sit necessarius, non sufficit ipsum titulum articulare, nisi dicatur à quo sit habitus titulus, quia aliàs præsumitur fictitius. Oldra.cons. 279. n. 7.ver.non obstat.

13 Amplia, quod articuli contrarij non admittuntur. Oldra.cons.285.num.9.ver.sed contra ista, & quando dicantur contrarij, vel declaratiui, vide eundem ibi n. 10.

14 Amplia, quia articuli non sunt admittendi, quã do probati non releuant. Oldrad. cons. 316. Breues rationes in princip. & per totum, & cons. 328. in princ.

15 Amplia, quia articuli super consuetudine contra ius non admittuntur, nisi contineant actus positiuos, ex quibus resultet consuetudo. Ægid.dec. 407.articulus consuetudinis, & dec.461.

Limita,

16 Limita, seu declara, quod dictio,etiam,implicatiua facit articulum captiosum,& non admissibilé quando implicat contraria, secus si implicat diuersa. Oldra.cons.254. Quia tota pars in princ.3.ver.secundo dicitur.

17 Limita, seu declara nisi adsit adiectio causæ, quæ concludat,quia licet articulus sit vagus, tamen per causam bonam expressam admitti debet.Oldrad. cons.254.num.10.ver.septimo opponitur.

18 Limita, quia specificatio non requiritur in his quę generaliter dicta omni ex parte concludunt. Oldrad.cons.279.in fin.

19 Limita,nisi negatiua resultaret ex affirmatiua, puta,quod solus Episcopus aliquid fecerit,quia de stylo admittuntur in palatio.Oldra. cons.254. nu.25.ver.præterea ad illud.

20 Item,nisi negatiua,quę semper habet implicitã affirmatiuã, & è contra posset probari per actus, vel causas affirmatiuas.Oldrad.cons.311.n.4.

21 Limita in dominio,& his,quę intellectu percipiuntur,quia admittuntur,sed testes etiam non interrogati debent reddere causam scientiæ,alias non probant.Oldra.cons.311.nu.5.

22 Limita nisi titulus ab immemorabili tempore allegetur,quia non debet exprimi,à quo.Oldr. cons.279.nu.8.ver.præterea.

23 Limita in alia instantia,quia possunt dari in secunda instantia articuli contrarij primis per modum correctionis.Oldra.cons.285.in fi. ver.& ex his manifeste.

Articuli impertinentes an admittendi, & quæ requirantur, & an post terminum, & didicita testificata admittantur articuli. Concluſ. DXXIV.

1 ARTICVLI impertinentes admitti non debent Oldra.cons.215.Puncta breuia.col. fi.n.10.ver.ad vltimum,vsque in fi.

2 Amplia,vt idem sit quando constat de non iure dantis articulos, quia adhuc non sunt admittendi tanquam impertinentes.Oldra.d.cons.215. in fi.ver.deinde opponit.

3 Amplia,quia articuli,& positiones non admittuntur,quando probati non releuant.cap.cum dilectus vltra medium,de election.Feder. de Se.con sil. 148. circa medium.vers. item facit alia præsumptio.

Vide. Probatio quæ non releuat non admittitur.Concluſ.782.

4 Et dicuntur impertinentes quando non continent tale factum, quod ex eorum confessione resultet conclusionis effectus.Bal.cõs.61. Alia vice, circa princ.ver.quarta conclusio.lib.2.

5 Amplia,quia imo neq; articuli pertinentes admittũtur post publicationẽ attestationũ, regulam ponit Masc.cõcl.134.Articuli an admittãtur post publicatas attestationes: vbi ampliat, & limitat.

Vide plenius.Testes regulariter non examinantur super eisdem post publicationem. Concl.292.

6 Limita quando est dubium,an articuli sint impertinentes, vel non, quia in dubio sunt admittendi cum clausula,saluo iure impertinentium, & non admittendorum.Bald.cons.143. Super quæstione vertente,in fi. vers.item & si esset dubium. lib.2.Signor.cons.79.Factum sic se habet. n.11. & seq.ver.ex his euidenter.

7 Et quid operetur hæc clausula in admissione articulorum,saluo iure impertinentium.

Vide. Protestatio contraria facto non releuat, idem si contraria iuri. Concluſ.944.

8 Restringe,vt secus sit in positione,quę si est dubia an releuet,reijcitur in dubio propter periculum iuramenti.Signorol.d.cons.79.num.12. vers. nec obstat.

9 Declara, quia responsio facta positioni,cui non erat respõdendũ præiudicat,secus si facta est protestatio, quod habeatur pro non responso si respondendum non est, quia protestatio releuat, & respõsio habetur pro non facta quando non erat respondendum. Bar.in l. ille à quo. §.si de testamento.ff.ad Trebellian.

Vide.Clausulæ iudiciorum diuersę,& quid operentur.Concluſ.361.

Vide plene Mascar.concl.132. Articuli impertinentes an sint admittendi.

10 Limita,quia articuli pertinentes censentur admissi eo ipso, quod super eis sunt testes examinati. Mascard. concluſ. 130.An censeantur admissi articuli,vbi qualiter procedat,& intelligatur.

11 Contrarium, quod imo requiratur citatio in productione,& admissione articulorum. Mascar. concluſ.131.An pars vocanda sit.

12 Limita,quia articuli non sunt admittendi post terminum peremptorium,& quando secus. Vide pro vtraque opinione Mascar. concluſ.133.Articuli in causa ciuili,vel criminali.

Articulus iuris quando procedat, vel non. Concluſ. DXXV.

1 ARTICVLVS continens ius non perceptibile sensu corporis non admittitur. Oldrad.cons.244.Ad obiectus,in princ.versic.tenent etiam locum,& num.21.ver.nec obstat,& quomodo intelligatur, quod articulus iuris non admittitur,declarat Oldrad.cons.279. ver. ad primum, in princ.vbi quod articulus affirmatiuus, vel negatiuus eius,quod est de iure, nõ admittitur,quia ius est certum, & contrariam non admittit probationem.

Vide. Articuli quando dandi in causa summaria.Concluſ.prox.seq.

2 Amplia in tantum articulum debere continere factum, vt si contineat verba ambigua,quę possunt referri ad ius,& factum,prout in consuetudine semper ad factum referuntur. Oldrad. d. cons.244.num.3.ver.cum ergo,& cons.172. num. 6.ver.ad quartum.

3 Limita,nisi articulus contineat ius perceptibile sensu corporis,quia tunc admittitur, vt si quis narrãdo factũ,seu articulando annectit ius, quod resultat ex tali facto,quia tunc nihil aliud est nisi qualificare factum probationi subiacens, quia tunc indistincte procedit.Oldrad.d.cons. 244. nu. 2.ver. secundo respondetur: vbi exemplificat in eo,qui articulat possedisse rẽ mobilem triennio,

Digitized by Google

& quod effectus eſt dominus,& ſimilia , & conſ. 272.in prin.ver alius,qui ſit, vbi exemplificat in eo,qui vendidit,vel fecit teſtamentum,vt inde iuris effectus reſultet.

4 Limita in articulo continente conſuetudinem, quia licet conſuetudo ſit iuris ,tamen quia etiam continet actũ frequentatum, & habitum generatum,quæ ſunt facti in dubio ad factum conſuetudinem inducens referuntur verba articulorum. Oldr.cõſ.244.ver.ad ſecundũ,n.3.& conſ.172.n.6. ver.ad quartum.latius conſ.254.Quia tota pars, numer.4.ver.ad ſecundum,vbi quod articulus de conſuetudine tanquam de facto valet, videlicet, continens factum,quod cadit in ſenſu hominis.

5 Contrarium parte opponente tenet Crauet. conſ.134.nu.7.vbi declarat Oldr.in hoc.

6 Limita,vt imo articulus admittatur, ſed tamẽ teſtis examinatus non probat,niſi reddat cauſam ſcientiæ,etiam non interrogatus. Oldr.conſ.311. num. 5.vbi loquitur in dominio probando.

Articuli in cauſa ſummaria quando loco petitionis, & qualiter admittendi.Concluſio. DXXVI.

1 ARTICVLI in cauſa ſummaria funguntur duplici officio,nẽpe ſunt loco petitionis,quia dantur in principio litis,abſq.alia petitione,& loco articulorũ. Oldr.conſ.244.Ad obiectus , in prin.idem Oldr.conſ.290.ver. ſed hic domina Ioanna,n.2.& quod ſint loco libelli. Oldra. conſ.316.n.4.ver. tertio , vbi loquitur in cauſa ſummaria.

2 Ex quando ſunt loco libelli admittunt etiam verba iuris exprimentia,prout libellus,idem Oldra.d.conſ.244.in prin.ver.ſi ſic eſt.

3 Vide Caſtren.contrarium tenentem, conſ.455. Viſo,& examinato,nu.3. ver. tertia ratio,libr.1. quod in cauſa edicti Diui Adriani intentati, quæ eſt ſummaria,proceſſus,& ſententia eſt nulla,quia dati ſunt primò articuli, & examinati teſtes, poſtea petitio in fine,& ideo omnia nulla ſunt, quia reus non potuit deliberare,& quia prępoſteratur ordo iudicij.

4 Secundo,articuli tenent locum petitionis,& ſic tenent locum facti probandi,& hoc caſu nõ debẽt continere ius ſenſu non perceptibile, ſecus ſi continent factum.ex quo ius inferri poteſt . Oldrad. d.conſ.244.in prin.n.1.in fi.ante nu. 2.ver.tenent etiam locum.

Vide etiam ſupra.Articulus iuris quando procedat.Concluſ.proxima præcedente.

Articuli poſt publicationem teſtium, qui debent admitti, vel non. Concluſio. DXXVII.

1 ARTICVLI ſuper eiſdem materijs, ſuper quibus examinati fuerunt teſtes in prima inſtantia, & eorum dicta publicata , non poſſunt admitti in cauſa appellationis, c.cum clamor,de teſtib.

Vide. Teſtes regulariter non examinantur ſuper eiſdem poſt publicationem. Concluſ.294.

2 Amplia, quia neque articuli directo contrarij poſſunt admitti poſt publicationem teſtium,quia ſubeſt timor ſubornationis. Angel. conſ. 155. In quæſtione vertente,in prin.

3 Limita,quia prędicta procedunt de iure Canonico,& in terris Eccleſiæ,ſecus de iure Ciuili.Angel.d conſ.155. in prin.

4 Limita,quia admitti debent articuli ad reprobandum , ſecundum communem opinionem , vel etiam diuerſi,ſecundum Signorol.conſ.79.Factum ſic ſe habet,per totum.

Articulus famæ qualiter formandus , vt probet famam. Concluſio. DXXVIII.

1 ARTICVLVS vltimus,qui de ſtylo dari cõ ſueuit concludens,quod de prædictis omnibus fuit publica vox,& fama,non releuat, etiam ſi teſtes probent talem articulum in caſu,in quo fama , & communis opinio ſpecifice debuit probari in alijs articulis. Signorol. conſ. 70. In quæſtione vertente,nu. 18.in fi.cum ſeq.ver. venio ad ſecundum,vbi quod niſi reddant rationem ſcientiæ non releuat.

2 Declara,quia articulus ſuper probatione famę debet ſpecifice continere in loco tali eſſe publicam vocem,& famam apud homines, & incolas, & apud maiorem partem populi , quia ſic apud maiorem partem populi publice dicitur,tenetur, & reputatur,alias non ſufficeret,vt plene Bart. in l.de minore.§.plurimum,nu.20.& ſeq. ff.de quæſtio.ver.quæro quid ſi dicit teſtis.Alex.conſ. 151. Repetitus in cauſa,n.11.& ſeq.lib.5. vbi apoſtil. in ver.famam.

Vide,Fama ad hoc vt releuet.Concluſ.64. nu. 25.& ſeq.

Vide.Teſtes debent intelligere id,quod dicunt, alias non probant,& quando ſecus. Concluſ.172.

Articulus obiectiuus quando dicatur , & admittatur, vel non . Concluſio. DXXIX.

1 ARTICVLVS obiectiuus dicitur(qui ſi non deſcendit ex appellatione extraiudiciali, non debet admitti)quando Titius impetrauit 15. Februarij beneficium per obitum , & ego 15. Martij.& volo probare, quod is per cuius obitum vacat obijt poſt diem 15. Februarij, & ante diem 15. Martij , quia quoad primam partem dicitur impugnatiuus gratiæ aduerſarij non autem de iure meo.Oldrad.conſ.116.Titius impetrauit, qui dicit ſemper eſſe obiectiuum , quando ex eo principaliter ius dantis non creatur, ſicut materiatum ex materia.

2 Contrarium tenet Caſſad.deciſ.1.de exceptio. vbi,quod articulus dicitur de iure dantis, & non obiectiuus,quocunq.modo directe , vel indirecte intret ius meum,& reprobat Oldr.in d.conſ.116.

Vide plenius obiectiua materia , quæ dicatur. Concluſio.9.

Aſculana

Digitized by Google

Aſculana Ciuitas, & eius ſtatuta,cõ ſuetudines,& priuilegia.Con clu. DXXX.

1 ASCVLANA Ciuitas habet ſtatutũ, quod nulla mulier virum,vel filios habens, poſſit teſtari,vel aliquo modo pro anima diſponere, vel ordinare, vel etiam alienare de bonis ſuis ſine requiſitione, vel prẽſentia mariti, ſi habuerit maritum,alioquin ſine præſentia filiorum,vel filiarum.Angel.conſ.88.Item ſtatuimus,vbi, quod eſt fauorabile filijs, & quod eſt confirmatum a Papa.

Aſſaſſiniũ quid ſit, vel Aſſaſſinus, & qualiter probetur,& multa ſpecialia, & quæ poena imponenda ſit.Con clu.DXXXI.

1 ASSASSINIVM cõmittit propriè,& aſſaſſinus dicitur is,qui aliquem Chriſtianum occidi precio mandat alteri,ſiue Chriſtiano, ſiue * infideli,*communem dicũt Clar.in §.aſſaſſinium in prin.Roland.à Vall.conſ.14.lib.4.Burſat.conſ. * 20.num.4.

2 Et non refert,an pecunia fiat homicidium actu ſoluta,an promiſſa. Monterent.ſuper ſtatuto criminali,rubr.21.allegat Bald.conſ.383.lib.5.

3 Et licet aliqui teneant, illud nomen aſſaſſinij eſſe locale,vt ſint certi loci homines, vt Archid. & Ioan.Andr.in d.c. 1.de homicid.in ſexto. Aren. conſ.163.col.10.& alij,quos citat apoſtil.ad Alex. conſ.166.in ver.aſſaſſinus,lib.7. Tamen eſt generale ad omnes,& omnes comprehendit,qui pecunia Chriſtianum interfecerint,vel interfici mandauerint. Clar.d.§. aſſaſſinium,in prin. vbi dicit * communem.Corne.conſ.249.col.2.libr.1.& vi detur tenere Alexan.d.conſ.166.lib.7.

4 Extende,vt etiam Epiſcopus dici debeat aſſaſſinus,& pœna obligetur aſſaſſinij, ſi precio mandauit interfici, vel pecunia interfecit Chriſtianum,* communem dicit Clar.d.§.aſſaſſinium, numer.3.

5 Declara,quia ſi illa qualitas, quod interfectus eſſet Chriſtianus,non eſſet probata, non haberet locum pœna aſſaſſinij,plene Alex.cõſ.166. Videretur,in fin.lib.7.vbi dicit * communem, & quod fuerunt liberati plures propter qualitatem non probatam,dicit Clar.d. §.aſſaſſinium,nu. 2. licet ipſe non approbet propter communem contingentiam,quod omnes ſunt Chriſtiani in partibus noſtris, ideo onus probandi incumbit aſſaſſino, quod interfectus eſſet infidelis.

6 Et idem dicitur de eo,qui interfecit hominem, vt derobet eum, quia iſte proprie etiam dicitur aſſaſſinus,& famoſus latro, de quo eſt tex.in l.capitalium,§.famoſos.ff. de pœn.Mõterent.ſuper ſtatuto Bonon.crimin.rubr.21.

7 Extende,quia aſſaſſinus magis * dicitur, qui pecunia interfecit,quã qui pecunia mandauit interfici,& licet pariter vterque ſit aſſaſſinus, tamẽ maius videtur delictum facientis homicidiũ, quam iubentis,ideo pœna interfectoris magis rigoroſa eſſe debet.Clar.d.§.aſſaſſinium,in fi.Corrad.in §.3.tit.de mandante.nu.4.

8 Vide,quia imo pari pœna puniuntur,mandans, & mandatarius multis caſibus,de quibus Corrad. in ſuo breuiario.§.3.tit.de mandante,n.3.& ſeq. vbi ponit 17.ampliationes,& octo limitationes.

9 Extende,quia aſſaſſinus dicitur,qui accepit pecuniam ad homicidium committendum.Corrad. in breuiar.§.3.tit.de mandante,n.3.& 4.vbi quod atrox dicitur delictum aſſaſſinij,& ideo pœna augeri debet,& plenius tit.de aſſaſſinis, in prin.vbi * dicit * communem,& num.2.dicit, quod eſt delictum immane,& atrociſſimum.

10 Amplia,quia aſſaſſinus dicitur etiam qui gratis interfecit ad mandatum alterius, licet plus peccet,& magis puniatur qui cum pecunia,quam ille,qui gratis interfecit.Clar.d.§.aſſaſſinium, in fi.& idem dicit Corrad.in §.3.tit. de aſſaſſi. n. 1. in fi.& n.2. vbi quod interueniente pecunia delictum fit atrox,& pœna augetur,quia eſt delictum atrociſſimum,& immane.

11 Et quod aſſaſſinium poſſit eſſe ſine pecunia. Angel.conſ.14.Ariminen.ad Angel.de malefic.in ver.Sempronium mandatorem,n.3.Corrad.d.tit. de aſſaſſi.num.1.

12 Contrarium, quod requiratur pecunia.Corn. conſ.202.num.2.& conſ.249.num.2.libr. 1. Rip. reſponſ.2.numer. 2.tit.de requir.reis.Marſil.in l. vnius.§.cogniturum.numer.64.ff.de quæſtio.& in praxi.§.examinanda,nu.21.Corrad.vbi ſupra.

13 Declara,quia in multis locis(prout Mediolani, & Laudæ) ſunt conſtitutiones,& ſtatuta, quibus aſſaſſinium committi dicitur per eum, qui recepta pecunia,vel promiſsione alium interficere promittit,vt per Corrad.in §.3.titu. de aſſaſſin. in fin.

14 Imo,qui mandat aliquem interfici, vt ei ſuccedat,dicitur aſſaſſinus vere.Monterẽt.Super ſtatuto Bonon.crimin.rubr.21.

Vide plene Anton.Gabriel.lib.7. de criminal. Concluſio.1.offendens alium mandato.

15 Amplia,quia aſſaſſinium,& aſſaſſinus dicitur ſecundum communem vſum loquendi is qui cum magna copia hominum,& animo deliberato interfecit eum,quem non monuit, vt ſe defenderet. Grat.conſ. 52.num.51.& per totum,lib.2. ſequitur Monterent.ſuper ſtatuto crimin. Bonon. rub. 21.licet dicat improprie dici aſſaſſinum.

16 Inhumanitas horrenda,& deteſtanda ſæuitia dicitur aſſaſſinium,quoniam non ſolum mors corporum, ſed animarum inhumaniter procuratur. Angel.conſ.14.nu.3.ver.præterea ſi diligenter, & tex.in c.1.de homicid.in ſexto.

17 Atrociſsimum,& immane dicitur delictum, & ideo quæ locum habent in criminibus exceptis, procedunt etiam in aſſaſſinio.Corrad.in §.3.tit. de aſſaſſi.nu.2.& 3.& quod ſit atrociſsimum, & horrendũ.Decian.tit.de manda.pecun.lib.2.n.45.

18 Et tex.in c.pro humani,de homicid.in ſexto,appellat horrendã immanitatem,& deteſtandam ſæuitiam.

19 Et ordo iuris poteſt prætermitti contra aſſaſſinum,& Iudex ex mero officio procedit per probabilia argumenta.Corrad.d.§.3. tit. de aſſaſſi. n. 3.ver.item contra aſſaſſinum.

20 Et torqueri poteſt ſine indicijs,vt indicet mandantem.Corrad.d.§.3.tit.de aſſaſſi.n.3.in fi.ver. & torqueri poteſt.

31 Et tenetur restituere pecuniam, quam accepit Corrad.d.§.3.tit.de assass.n.5.in 6.

32 Non continetur in generali abolitione propter sui atrocitatem.Corrad.vbi supra.

33 Iura licite transgrediuntur contra assassinos. Corrad.vbi supra.num.4.

34 Valet renunciatio facta defensionibus per assassinum.Corrad.vbi supra.num.4.

35 Testes de auditu faciunt indicium ad torturam contra assassinum.Corrad.vbi sup.n.4.plene Mascar.concl. 137. Assassinium quomodo probetur, num.4.& seq. vbi late.

36 Examinantur testes parte non citata, & ante litem contestatam,ordine iuris non seruato . Decian.lib.2.tit.de manda.pecun.num.22.& seq.

37 Assassinus torqueri potest sine indicijs,vt indicet mandantem , non continetur in abolitione generali,non appellat, & multa alia specialia vide apud Decian. vbi supra.

38 Iudex secularis potest Clericum , & Presbyterum assassinum condemnare ad mortem , etiam si non sit incorrigibilis , neque requiritur degradatio. Clar.relatiue in §.assassinium,in fin.& plene in §.fi.q.36.nu.19.& seq.ver.item quæro : vbi quod communiter ita seruatur,quod absq;alia declaratione Iudicis Ecclesiastici,quod sit assassinus, vel incorrigibilis suspendi potest,quia sunt diffidati,& possunt à quocunque offendi.Corrad.§.3. tit.de assassi.num.3.ver.imo etiam Clericus.Couarr.variar.resolut.lib.2.cap.20.num.10.ver. sexto.Capic.decis.159.circa fi.in 9.speciali,& quod ista declaratio sit necessaria , sed possit fieri per Iudicem secularem.Capic.decis.112.n.6.& seq.& ex hac opinione transit.Gabr. lib.7.tit. de crim. * concluf.1.nu.24.vbi dicit *communem.

29 Contrarium,quod requiratur declaratio Iudicis Ecclesiastici.Card.Alba.conf.13. Sequitur plura allegans Farinac.quæst 8 nu.85.& seq. vbi di- * cit* communem,quia ex ista qualitate, quod sit assassinus acquirit secularis iurisdictionem, & re vera si hoc non seruaretur esset aperta via fraudibus, & libertas Ecclesiastica deprimeretur , & pro hac parte facit , quia si cap. 1. de homic. in 6. hoc non aperit declaratio canonum non spectat nisi ad Papã, & bene fateor,quod si esset notorius assassinus,& notorie constaret eum talẽ,quia tunc esset denudatus ordine ipso facto,posset puniri a seculari,auctoritate illius canonis, sed antequam detegatur,quod sit talis quod iurisdictionem habeat secularis ad detegendum , & procedendum,certe est vanitas,& quod antequam constet esse talem, & fit facta declaratio,quod sit talis,non sit locus d.c.1.de homicid.in 6.dicit Alex. conf.166.Videtur fortasse.n.5.ver.nec obstant ea, * lib.7.vbi quod ita tenent*omnes.

30 Extende,quia assassini non gaudent immunitate Ecclesiastica , sed de Ecclesia possunt extrahi * per Iudicem secularem secundum magis * communem.Clar.d.§.assassinium.num.5.

31 Extende, quia offendens Clericum assassinum non incidit in can.Si quis suadente diabolo , 17. * quæst. & communem in fortioribus* dicit Clar. in § homicidium nu.48.ver.dixi dum vult, quod lex permittens patri occisionem adulteri cum filia habet locum,etiam si adulter sit Clericus.

32 Specialia 13.ponit in crimine assassinij.Capic. decis.155.n.25.& seq.& vide etiam Mascar. concluf.137.& 138.vbi latius.

33 Vide plura alia in ver.Delicta,quæ magis grauia.Concluf.161.nu.15.in ver.Atrociora;vbi habes 19.specialia super facilitate Iudicis propter atrocitatem criminis.

34 Pœna assassinij est pœna mortis, & furcarum, quia maior pœna ponitur pro assassinio,quã pro homicidio Ang.de Perusio.cõs.14.Nos Carolus. num.3.ver.præterea si diligenter.Clar.§. assassinium. num.4. vbi quod etiam trahuntur ad caudam equorum , & de consuetudine scinduntur in frusta propter immanitatem criminis . Corrad. vero in §.3.tit.de assassi.nu.3.in fi.dicit,quod alta furca suspenduntur .

35 Imo pœna assassinij est quod scindatur in frusta,Carrer.in prax.fol.140.in fi.vbi quod ita seruatur propter immanitatem criminis.

36 Alia pœna, quia imo assassini propter immanitatem criminis sunt diffidati,& possunt interfici nedum per Iudicem,sed etiam per priuatos.Angel.d.cons.14.num.13.circa fin.ver. in hoc ergo, & est tex.in cap.1.de homicid.in 6.Clar.in §. assassinium.nu.4.Corrad. in §.3.titulo de assassin. num 2.& 3.

37 Vide alias pœnas per Carrer.in prax.fol.138. vbi plene examinat de pœnis assassinorum,& decorum inhabilitatibus , & diffidationibus.

38 Item dicitur assassinus diffidatus,& potest impune interfici a priuato. Alexan.conf.166. Videretur,in princ.lib.7.

Alia pœna est , quia non gaudent immunitate Ecclesiæ, sed possunt extrahi à Iudice seculari sine pœna, secundum magis * communem. Clar.d. * §.assassinium. n.5.

39 Alia,quia vbique potest puniri quando cõstat de assassinio, alias secus,iuxta not. in c.1. de homic.in 6.Alex.conf.166.n.2.& seq. ver.tamen istis non obstantibus,vsque in fi.lib.7.& maxime nu.5. vbi quod licet non requiratur sententia super incursu pœnarum , tamen requiritur declaratio.

40 Alia pœna,quia licet in criminalibus clariores probationes requirantur,tamen in assassinio propter immanitatem delicti sufficit præsumpta probatio, etiam ad condemnandum in pœnam ordi- * nariam vltimi supplicij,communem* dicit Clar. §.assassinium.numero 6.& Corrad.in §.3.tit.de assassi.nu.3.

41 Alia pœna constituitur in assassinio , quia licet de consuetudine Italiæ non puniatur affectus, nisi sequatur effectus.tamẽ secus est in assassinio,in quo punitur conatus , etiam quod effectus non * fuerit sequutus, secundum magis *cõmunem, de qua Clar.d. §.assassinium.num.7.vbi dicit , quod est arbitrarium iudici hoc casu,quia diuersis modis iudicatum fuit,quandoque morte naturali condemnati , quandoque ad triremes , quandoque in pecunia , ideo consuetudinem loci seruandam esse dicit quicquid sit de apicibus iuris Angel.dicto consilio 14. Nos Carolus, numero tertio , & sequen.ver.præterea si diligenter, Corrad. in suo breuiar.§.3.tit.de assassin.nu.3.in fin.ver.& quod plus est.

42 Et quod assassiniũ puniatur ex solo conatu est tex.in c.pro humani,ante fin. de homic.in 6. ibi quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur, & ibi Gemin. num.2. ver. nota casum.Bald.in l. 1. §. hęc autem,vertic. in ea glossa.ff. quod quisque iur.Tiraquell.de pœn.temporal.causa.37.nu. 4.Bossi.titul.de mand.ad homicid.nu. 13.Gabriel.

lib.

* lib.7. concluſ.1.num.7.& 8. in fin. vbi de * communi, & magis communi. Paulus Merend. inter conſil.crimin.diuerſ.lib.2.conſ.88.num.12. Placa in emphyt.delict.cap.19.n.9. vbi alijs relatis, & contrarijs reprobatis hanc veriorem,& frequentiori calculo receptam ſententiam teſtatur,Maſc. concluſ.138.num.2.in princ.& ver.tertio amplia, poſt num.5.vbi ſublatis contrarijs, pariter atteſtatur magis * communem, & vide plurimos, quos citat Maſcard. concluſ.138. num.8. qui ponunt caſus, quibus conatus punitur ſolus pœna ordinaria, licet effectus non ſit ſequutus.

43 Extende, vt procedat etiam non obſtante generali conſuetudine,per quam derogatur legibus punientibus affectum, non ſequuto effectu. Arimin.ad Angel.de malefic.in ver.Sempronium. n. 4.& in ver.ex interuallo, poſt num.16. Afflict. in rubr.de malef.& noual. medica. in conſtit. incip. mala noxia, in prin. poſt num.6. Marſil.in l.eiuſdem,in prin.nu.8.in fin.& nu.9. ff.de ſicar.Grammat.vot.9.num.21.& 22.Placa d.cap.19.nu.9. ad fin. Clar.in §.aſſaſſinium,verſ.ſcias etiam, vbi teſtatur de * communi, & quod Iudex non erraret, ſi eam ſequeretur.

44 Contrarium tamen tenent multi, quos citant Grammat.Clar.& alij in locis prædictis.

45 Declara, quia punitur pœna extraordinaria, quia imo regula eſt,quod ſolus conatus non punitur pœna ordinaria.Anchar.d.c.pro humani, de homicid.in 6.Marſil.in l.1.C.de rapt.virgin.vbi, quod pœna extraordinaria punitur. Corn.conſil. 202.col.fin.lib.1. Grammat.vot.8.& 20. & conſil. 56.num.16.& deciſ.2.8.& 9.& 74. Farinac.quæſt. 17. num. 49. Tiraquel.de pœn.temp.cauſ.17.per totam. Maſcard. concluſ.138. num. 8. & ſequen. Boſſ.de homicid.num.8. Clar.§.fin.quæſt. 92. per totam.

46 Declara, quia eadem pœna ponitur etiam pro aſſaſſinio deliberato, ſed non effectuato, quando deuentum eſt ad actum proximum. Ang. d.conſ. 14.per tot.maxime num. 4. ver. concludo ergo, vbi imo etiam ſi actus non ſit proximus, idem tenet,prout in eo, qui armatus deambulabat animo committendi aſſaſſinium.

Vide. Pœna mortis ob delictum non conſumatum quando imponatur. Concluſ. 227.

Vide Ant. Gabriel.lib.7.tit.de criminal.concl. * 1.num.7.& ſeq.vbi de * communi,& magis communi.

47 Actus autem proximus dicitur, ſi admenauit, vel vulnerauit.Carrer.in praxi criminal.fol. 138. num.10.allegat Grammat.vot.9. & quod ita reſident Doctores.

Vide. Actus proximus, vel remotus quando dicatur. Concluſ.150.

48 Extende,quia mandans aliquem occidi per aſſaſſinamentum, punitur etiam ſi ante homicidium reuocauerit mandatum. gloſ.in cap. 1. de homicid. in 6.in ver. mandauit, vbi Franch. numero 7.

49 Declara, quia ex indulgentia Principis bona eſt commutatio pœnæ mortis. ita declarat Corrad. dicto §. 3. tit. de aſſaſſi. num. 6. vbi plures citat.

50 Reſtringe, quia iudex ſi vult poteſt temperare pœnam, quia quod dicitur conatum puniri,licet effectus non ſit ſequutus, procedit ſi ſic iudex arbitratur iuxta facti,& perſonarum qualitatem. Gabriel.dicta concluſ.1.num.15.Clar.d.§. aſſaſſinium. num.6. verſ.ſcias etiam, in fin.Tiber. Decian.in tract.crimin.tom.2.lib.9.tit.de mand. pecun.interced.cap.30.num.13.in fin.Brunor.à Sole quæſt.34. num. 36.& ſeq.

51 Reſtringe, vt procedat ampliatio, quando deuentum eſt ad actum proximum aſſaſſinij, alias ſecus; quia ſi ſolum ad actum remotum ſit deuentum,non punitur conatus pœna mortis naturalis. Io. Monach. in dicto cap. pro humani. num. 5.de homicid.in 6. Afflict. in rubr. de percuſſio. illicita cum armis.n.11.ver.& eſt ſciendum,in conſtit. Regni.Marſil.in l.qui falſam.n.8.ff.de falſ.Grammat.vot.9.per tot. Couarr.in clemen. ſi furioſus. par.2.in princip. num.9. verſ.ſecundus ſubijcitur caſus. Gabriel. dicta concluſ. 1. num.11.Meſoch. de arbitr.caſ.360.nu.42.& ſeq. Decian.d.cap.30. num.13.verſ.quid ſi loquamur de aſſaſſinio interpretato. Brunor. à Sole d. quæſt. 34. num. 32. & * ſeq. vbi de * communi. & quod ita vidit ſæpius iudicatum.

52 Limita, quia aſſaſſinium non dicitur homicidium commiſſum per filium de mandato, vel conſenſu patris, quia vbi non interuenit præmium, nec ſpes præmij, ibi non cadit aſſaſſinium. Bald. conſ.256.Quanquam allegationes. lib.2.Maſcar. concluſ.138.num.15. vbi citat hoc conſilium Baldi erratum.

53 Limita, quia vbicunque aſſaſſinium non cadit in committente homicidium, non etiam cadit in eo, qui conſuluit, vel conſenſit. Bald. conſil. 256. in princ. lib.2.

54 Limita, quia patruelis interficiens patruelem hoſtem patriæ, & pro læſa maieſtate bannitum non dicitur fratricida, neque aſſaſſinus, etiam ſi recipiat præmium indictum, ſeu promiſſum, Bald. conſil.264. Qui feruore, in princip. lib. 3. & per totum, vbi tamen aliqua in contrarium ponit, quod turpitudo pecuniæ denigrat, allegat l.idem eſt. §.ſi tibi.ff.de cond.ob turp.cauſ.

55 Extende, quia ſi ſtatutum mandat impune poſſe interfici bannitum,poteſt etiam mandari,quod interficiatur, & mandans non punitur. Bal. conſ. 401. Ad euidentiam dicendorum, in fin. libro 1. verſ. decimo quia.

Vide. Statutum circa bannitos impune interficiendos. Concluſ.469.

56 Limita,quia licet non requiratur ſententia contra aſſaſsinum incurſus pœnarum, quia ipſo iure incurrit pœnas, tamen requiritur declaratio iudicis ipſum incurriſſe, & ante non habent locum pœnæ. Alexand. conſ.166. Videndum, per totum, maxime num.5.lib.7.

Vide tamen pro vtraque opinione Maſcard. Concluſ.138.in fin.

57 Extende, quia neque ſufficit,quod is qui interfecit per aſſaſſinium,confiteatur feciſſe de mandato Titij, quia non eſt ſufficiens illa confeſsio, vt vbique poſsit puniri, Alexand.dicto conſ.166. in fin. lib. 7.

58 Limita, quia non dicitur aſſaſsinus is qui ad cuſtodiam poſſeſsionis deſtinatur cum mandato, quod non permittat ſe expelli, & ſi aliquid contingat, quod non dubitet, quia licet committat homicidium, etiam ſi eſſet ſtipendiatus, vel recipiat equum, vt ſe ſaluaret, tamen non dicitur aſſaſsinus proprie, nec pœna aſſaſsinij poteſt puniri. Bald.conſil.383. Bertonus de Leuo. libro 5.

per

per totum, vbi quod ſtatutum imponens pro aſſaſſinio, & mandans aſſaſsinium eſſe homicidium certo modo commiſſum per pecuniam, eſt odioſum, & proprie debent verba ſumi.

Vide. Atrox delictum & iniuria quando dicatur. Concluſ.550.

Aſſenſus in quibus non eſt denegandus. Concluſ. DXXXII.

1 ASSENSVS non eſt denegandus iuſta petenti. Anchar.conſ.276.Viſa diligenter,in princ.cap.nouit,de iudic.in princ.

Aſſertioni alicuius quando ſtandum eſt, vel non. Concl. DXXXIII.

1 NON creditur regulariter aſſertioni alicuius, quod aliquid ſit, vel non ſit, prout aſſerit, quod declara, vt in ver. Fides non facit fidem, & quando. Concluſ.337.

2 Extende, quia non creditur Præpoſito nauis verſum eſſe in vtilitatem nauis. Caſtrenſ. conſil. 343. Conſiderandum eſt, col.1.circa med. verſic. nec obſtat. lib.1. vbi idem probat in tutore,qui dicit expendiſſe in vtilitatem pupilli; & in Prælato Eccleſiæ, qui dicit expendiſſe in vtilitatem Eccleſiæ, quia eis non creditur, niſi probant, & repetit column. ſecunda, verſic. ſed vt particularius.

3 Extende, vt idem ſit in Prælato recipiente mutuũ pro Eccleſia, & neceſsitate Eccleſiæ, quia
4 debet docere mutuum eſſe conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ.

Vide. Vtilitati Eccleſiæ quando aliquid conuerſum eſse intelligatur. Concluſ.375.

4 Limita, quia in antiquiſsimis ſtatur aſſertioni etiam priuati.

Vide. Verba enunciatiua quando, & qualiter probent, vel non. Concluſ. 82.

5 Extende, quia conſtituens ſe tenere, & poſsidere non transfert poſſeſsionem in conſtitutarium,niſi probetur poſſeſsio conſtituentis, quod fallit quando ſumus in antiquiſsimis. Socin.conſ. 187.num.12.& 13.lib.2.

6 Extende maxime, quando Notarius enunciat aliquid in antiquiſsimis, quia creditur ſibi, quod illud interuenerit, etiam ſi non potuiſſet interuenire in illo actu, quando concurrunt indicia, vel poſſeſsio pro actu enunciato, vel fama, aut quid ſimile. Caſtrenſ. conſilio 202. numero 4. libro primo.

7 Reſtringe, quando non ſumus in antiquis,quia non creditur Notario aſſerenti aliquid interueniſſe, quando illud non potuit interuenire in illo
* actu,communem * dicit Caſtrenſ.dicto conſ.202. num.4.lib.1.

Vide.Antiquitas habet plura priuilegia,& operatur multa.Concluſ.339.

8 Limita, quia creditur Iudici de maioribus aliquid ſcribenti, & atteſtanti de mandato Regis, vel Principis. Caſtrenſ. conſ. 303. n.2.lib.1.

9 Limita in Papa, quia ſtatur aſsertioni eius, & quando.

Vide.Papę aſſertioni. Concluſ.62.

Vide etiam.Imperatoris aſsertioni quando ſtatur,vel non. Concluſ.43.

10 Limita,quia Cardinali legato creditur,& quando ſecus.

Vide. Cardinalis aſsertioni quando ſtetur.Concluſ.103.

11 Limita, quia authori alicuius rei creditur.Maſcard.concluſ.153. Authoris alicuius rei.

Aſſertioni Iudicis, vel alterius quando ſtandum. Concl.DXXXIV.

1 IVDICIS aſsertioni ſtatur, in cauſis ſummarijs, & modici præiudicij circa ordinatoria,quia cum non fiat ſcriptura, illi ſtandum eſt. Bart. in auth.niſi breuiores, in fin. C.de ſent. ex breuilo. recit. vbi pleniſsime apoſtill. cumulant authoritates.

Vide plenius in ver. Iudici aliquid atteſtanti non creditur, & quando ſecus. Concl. 477.

Vide. Delegato, & alijs non creditur,niſi conſtet de delegatione. Concluſ.554.

2 Amplia,quia creditur Iudici maiori aliquid atteſtanti de mandato Regis, vel Principis. Caſtr. conſ.303.num.2.lib.1.

Vide, Aſsertioni gerentis actum ex cauſa permiſsum.Concluſ.535.num.39.& ſeq.

3 Amplia in arbitro,cui data eſt facultas procedendi, laudandi in ſcriptis, & ſine ſcriptis ſummaric,ſeruato, & non ſeruato ordine iudicij.Bar. dicit notabile in d. auth.niſi breuiores.C.de ſent. ex breuilo. recit. vbi plena apoſtill. in ver. pro compromiſsis, dat plurimos concord. & in ver. ſimplici confirmationi.

4 Contrarium tenet Aug.Aret.conſ.1.num.30.& multis ſeqq.verſ.non obſtat ſecundum, vbi quod doctrina Bart.eſt periculoſa,quia aperiretur via fraudibus,ſi eſset credendum arbitris, & arbitratoribus, quia ſemper atteſtarentur ſibi hoc conſtare, ideo abſoluunt, & ſeu condemnant, & tolleretur reductio, & quia non eſt idoneus teſtis, vbi agitur de validitate,& iuſtitia, ſeu nullitate, & iniuſtitia ſuę ſententię.

Vide. Arbitris in quibus credatur, vel non. Concluſ. 469.

5 Amplia in Nuncio circa ea, quæ ſpectant ad officium ſuum. Bart. d. auth. niſi breuiores. C. de ſent.ex breuilo.recit.

Vide. Nuncio non creditur extra officium ſuum, ſed bene creditur in ijs. Concluſ.155.

6 Amplia, quia valet pactum,quod de expenſis, damnis, & intereſse ſtetur aſsertioni damnum paſsi.Alex.conſ.37.Viſo,& opportune.nu.31.ver. certam ergo. lib.2.vbi apoſtill.in ver.aſsertioni, citat Alex.conſ.47.num.4.lib.1.

7 Declarat Alex. d.conſ.37. num.31.& 32.lib.2. quod debeat ſtari cum iuramento, & quod iſtud eſt equiſsimum, vt recepto iuramento per Iudicem poſtea condemnet.

8 Limita, quia non creditur Iudici de facto partium aliquid aſserenti. Maſcard. concluſ.142.de aſsertione Iudicis.

9 Extende,quia non ſtatur aſseſsoris dicto, Maſcard.concluſ.145.Aſseſsoris teſtimonio.

Limita

10 Limita,quia non ſtatur dicto Notarij. Maſcar. Concluſ.143.Aſſertio Notarij.

Vide plenius. Notario in quibus non creditur. Concluſ. 83.

11 Limita,quia non ſtatur dicto vulnerati contra vulnerantem,& quando ſecus.

Vide. Indicia remota non ſufficiunt ad torturam. Concluſ.96.n.39.& multis ſeqq.

11 Limita, quia non creditur denunciatori maleficiorum,& quando ſecus. Vide Soci.reg.14.Denunciantibus de iure non creditur.

Vide plenius. Denunciatio maleficiorum quotuplex, & per quem fiat. Concluſ.192.

Aſſertioni gerentis actum ex cauſa permiſſum an credatur. Concluſ. DXXXV.

1 NON creditur aſſertioni gerentis actum prohibitum, & ex certa cauſa permiſſum, ſi ipſe aſſerat ſubeſſe cauſam, niſi probet aliunde cauſam. l. qui teſtamentum. ff.de probat.l.cum quis decedens.§.Titij.ff.de legat.3. Anchar. conſ. 150. In quæſtione, quę vertitur.num.8. vbi quod alias eſſet aperta via fraudibus, & eſt communis*opinio.Deci.conſ.132.n.2. communem * dicit Deci. conſ.349 .in princ. vbi quod debet cauſa probari. Caſtrenſ. conſ.117. Viſo ſupradicto. col.2.lib.1.

Vide. Alienatio facta in fraudem qualiter revocetur. Concluſ.268.

2 Et in Clerico, vel milite donante concubinæ ob benemerita, quod illi non ſtetur, quia præſumitur in fraudem donare. Anchar. conſ.247. nu. 2.& 3.& late Afflict.deciſ.102.latius Anchar.Regien.quæſt.12.num.7,& ſeq:lib.2.

3 Et donatio facta ob benemerita ab eo, qui aliter donare non poterat, non valet, niſi probentur benemerita. Oldrad.conſ.216.numer.7.verſ. vnde Docto. vbi etiam, quod debet commenſurari donatio benemeritis, alias non valet, plene de vtroque Deci.in l.ſi donationem. C.de collat.

Vide. Donatio ob benemerita quando valeat. Concluſ.636.

4 Et pater donans filio ob benemerita, & ſeruitia recepta, non probat ſeruitia, nec ſibi creditur.Caſtrenſ.conſ.177.Viſo ſupradicto.col.1.ver. conſtat autem. lib.1.

5 Et emptiones factæ per Clericum nomine concubinę non valent, licet dicat pecunias eſſe concubinæ, quia niſi aliunde probetur, præſumuntur Clerici, & ſoluentis, communem * dicit Deci. conſ.132.num.2.

6 Idé eſt in emptione facta per maritum nomine vxoris; conſtante matrimonio, quia non ſtatur marito aſſerenti pecunias vxoris, ſi non conſtat aliunde de veritate.Soci.conſ.65. Circa primum. ver.ſecundo probatur. lib.1.

Vide. Maritus acquirens pro vxore. Concluſione 92.

7 Notarius iurans amiſiſſe caſu originalem matricem inſtrumentorum rogatorum, debet probare caſum, alias ſibi non creditur. Feder. de Sen. conſ.113. Titius conſtituit. numero 2. verſ. dico inſuper.

8 Et in his, quæ non ſunt in poteſtate aſſerentis, non ſtatur aſſertioni ſuę. Caſtrenſ.dicto conſilio 177. col.2 lib.1.

9 Et confeſſio inter perſonas prohibitas non probat.

Vide. Confeſſio inter perſonas prohibitas,vel non quando operetur donationem, vel ſecus. Concluſ.659.

10 Pater, qui non poteſt donare filio profecticia, ſi aſſerat in emptione emere ex pecunia filiorum aduentitia, & acquiſita ex eorum induſtria, ſibi non creditur, niſi aliunde conſtet de veritate. Ang.conſ.341. Pater emit, in princ.

11 Reſtringe, quia creditur patri aſſerenti filium mali gubernij, vel prodigum,ad effectum, vt illi conſulat prohibendo alienationem bonorum, etiam pro legitima ad tempus, vel fauore filij. Caſtrenſ. quem ſequitur Picus in repet.l.in quartam.num.105.ff.ad l.Falcid. vbi multa cumulat, & dicit eſſe.text.in l.ſi furioſo puberi. ff.de curat. furioſ.idem ſi aſſerat filium furioſum. Alex. conſ. 34. Ad quæſitum.lib.1.

12 Maritus confitens recepiſſe dotem, vel acquirens, animo donandi præſumitur,ſi nomine vxoris emat,niſi aliunde conſtet de veritate.

Vide. Donatio inter virum, & vxorem. Concluſione 690.

13 Vniuerſitas, quæ non poteſt concedere exemptionem niſi ex cauſa meritorum, ſi concedat aſſerendo merita præcedere,non ſibi creditur, niſi vere conſtet de eis. Alex. conſ. 101. Viſis inſtrumentis.num.6.ver.præterea dato.lib.1.

14 Amplia, quia non creditur iudici atteſtanti ſe feciſſe actum ex cauſa permiſſum circa cauſam, puta, quia aſſerit propter abſentiam alicuius ita feciſſe,quia in his,in quibus tendit ad conualidandum acta ſua, ſibi non creditur.Signorol.Homod. conſ.36.In quęſtione vertente.num.6.

Vide. Inſtrumentum non probat quoad multa in eo contenta. Concluſ.242.

15 Declara, quia præſumitur pro iudice aſſerente aliquid, quod poteſt interuenire in actu, qui geritur, ſed poteſt probari contrarium. Ruin.conſ. 69.Circa proceſſum,in princ.lib.1.

Vide. Aſſertioni Iudicis, vel alterius quando ſtandum. Concluſ.534.

16 Extende, quia non creditur arbitris aſſerentibus in laudo de conſenſu partium laudaſſe eo modo, maxime, quando conſtat de contrario, vt quia partes erant abſentes, quia non creditur iudici in præiudicium alterius. 6.q.2. cap.ſi tamen. Abb.in cap. conquerente. num. 2. de reſtit. ſpol. Deci.conſ.587.num.6.

17 Teſtatori aſſerenti bona ſua tantum valere,non ſtatur in præiudicium filiorum, ſi fecit legata plura,& filius dicat ſibi non remanere legitimam, quia in prohibitis teſtatori non creditur, neque transfertur onus probandi contrarium in filium hæredem. Caſtrenſ.conſ.177. Viſo ſupradicto. n. 2. & per totum.lib.1.& conſ.197.num.3.& conſil. 448.lib.2.

18 Extende, quia neque crederetur teſtatori, ſi in iudicio cum iuramento aliquid dicat contra legitimam filiorum, & in eorum damnum. Caſtren. d.conſ.177.col.2.ver. poſito autem. lib.1.

19 Extende, quia non probant verba aſſertiua teſtatoris, quod ſua hæreditas tantum valeat, etiam contra tutorem. Caſtrenſ.dicto conſ.177. num.4.

num.4.verſ.item non obſtat. lib.1.vbi declarat.l. 1.C.arbitr.tutel.

20 Reſtringe in hęrede extraneo in his, in quibus poteſt teſtator præiudicare,namque aſſertio teſtatoris in tantum præiudicat, vt transferat onus probandi contrarium in hęredē, imo ſi teſtator iuraſſet aſſerta,non poſſet hæres probare contrarium.Caſtren.d.conſ.187.num.2.ver.ſed contra hoc,& n.3.lib.1.vbi dat exemplum in eo,quod teſtator eſt creditor,puta,centum,dicit de ſolis 50. vel de eo,quod debet hęredi.

21 Reſtringe quando teſtator ex certa ſcientia fateretur hęreditatem ſuam tantum valere ſi hęres non negat,ſed fateatur,ſibi præiudicat in falcidia debita. Caſtrenſ.d.conſ.177.nu.3.verſ.item non obſtat.lib.1.

22 Amplia,quia licet vſura non dicatur,ſi ex pecunia dotali mulier,ſoluto matrimonio recipiat interesſe,quod patitur, tamen eſt vſura ſi non conſtat de intereſſe, niſi per confeſsionem partium, quæ conueniunt de ſoluendo decem pro centonario pro damnis,quę ad tantam ſummam cofitentur aſcendere,quia hoc modo eſſet apertavia fraudibus.Anch.d.conſ.150. n.7.& 8.ver.non obſtat.

23 Amplia, quia ſi alienatio rei eſt prohibita regulariter,ſed certis caſibus permiſſa, ſeruata aliqua ſolemnitate,non creditur aſſerenti.Oſaſc.deciſ.Pedemon.171.n.12.& ſeq.vbi latiſsime.

24 Extende,quia ſi data eſt licentia vxori alienandi bona mariti pro ſua neceſsitate, requiruntur quinq;quod ſit euidens neceſsitas;ſecundo,quod in eum modum; tertio, quod in illam cauſam neceſſariam,& non vltra;quarto,quod ratione loci, & temporis concurrat oportunitas;quinto, quod ceſſet fraus.Oſaſc.d.deciſ.171.nu.14.

25 Amplia in teſtibus non idoneis,qui licet admittantur in ſubſidium, quando veritas aliter probari nō poteſt,vt quia alij teſtes non interuenerint, tamē hoc intelligitur ſi cōſtet de hoc aliter quā ex eorū depoſitione,ne ipſi cauſam ſuę admiſsionis probent.Boſſ.in prax.tit.de indit. & tortur n. 168.& ſeq.plene Alex.conſ.64.in fi.lib.1.

26 Amplia,quia non eſt ſumenda occaſio pro cauſa,pro qua ſit permiſsio. Oſaſc.d.deciſ.171.n.16.

27 Amplia in Principe,qui ex cauſa contra ius diuinum poteſt diſpenſare, quia debet conſtare de cauſa.Deci.in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.n. 130.ver.ex iſtis.

28 Idem eſt in inferiore,qui ex cauſa poteſt tollere legem ſuperioris,quia de ea debet conſtare.

Vide.Diſpenſatio quando requirat cauſam expreſſam,vel non.Concluſ.458.

29 Limita quando eſſet geminata confeſsio,maxime in perſona publica.Iaſ.d.conſ.101.col.4.verſ. ſecundo reſpondebatur.

30 Limitat Lap.alleg.95. Quidam presbyter, per totam maxime.n.1. in actu prohibito,& ex cauſa permiſſo,quod eſt difficilis probationis, quia ſtatur ſacramento aſſerentis, & loquitur in presbytero, qui reuelare poteſt confeſsionē de licentia confitentis,vt ſibi credatur cū ſacramento, quod de licentia reuelat propter difficilem probationem licentiæ,maxime quando Presbyter non accuſatur à confitente, quia tunc ſecus eſſet.

31 Extende, quando pendet ab animo, prout importante bladum extra territorium pro vſu ſuo, quod permittitur;extra vſum vero prohibetur, & ſtatur iuramento portantis. Imol.Alexan. & Iaſ in l.cętera.§.ſed ſi quis.ff.de legat.1.

32 Extende,quia Clerico promoto poſt delictum commiſſum, qui non eximitur à iudice ſęculari, quia in fraudem promoueri ſe fecit,ſecus ſi ante delictum vouiſſet ſe clericari velle, creditur cum iuramento,an vouerit ante, vel non, & ſic ſtatur iuramento ſuo in his quę ſunt prohibita, niſi ex cauſa. Iaſ. in l. cum quidam, ff. de iuriſdict. omnium iudic.

33 Extende multis modis,de quibus in ver. Iuramento aſſerentis quando ſtandum.Concl.531.

34 Declara,quia quando in ſpecie merita ſunt expreſſa,& eſt iuratum,ſtatur iuramēto,et iam ſi inter perſonas prohibitas, ſecus ſi expreſſio eſt in genere.Corn.conſ.104.lib.2. vbi quod ita debent diſtingui contrarietates in hoc articulo.

Vide. Donatio ob benemerita quando valet, vel non.concluſ.636.

35 Limita in eo,qui iam poſsidet,quia debet manuteneri, donec contrarium appareat. Bal.conſ. 462.Præſuppoſito,quod poſt.lib.1.vbi vult, quod licet conceſsio decimarum in fęudum ſit prohibita, niſi ſint ſolitæ concedi ante Concilium Lateranenſe ab immemorabili,ſi tamen fiat conceſsio decimarum poſt Concilium cum aſſertione,quod ſunt ſolitæ concedi ante Concilium ab immemorabili,quod poſſeſſor non eſt amouendus,niſi contrarium probetur.

36 Limita in Principe derogante legibus, vel in Papa derogante Concilio ex certa cauſa ſibi permiſſa, quia ſtatur aſſertioni Principis dicentis cauſam eſſe iuſtam,& rationabilem. Roma.conſ. 332.in fi.ver.poſtremo,nu.17. vbi apoſtil.in ver. gloſſatoris. Iaſ. conſ. 101.col.4.verſ.primo quod Dux.lib.4.

37 Extēde etiam ſi de facto alieno atteſtatur Princeps.Iaſ.conſ. 101.Immunitas.col.4. verſ. quinimo.lib.4.

Vide. Papæ aſſertioni quando ſtandum, vel non.Concluſ.62.

38 Limita, quia licet non credatur in foro fori aſſerenti ſe feciſſe ex cauſa, vel pro defenſione, tamen creditur in foro poli,& conſcientiæ.Florian. de Sancto Petro quæſt.2.nu.2.vrſ.item etiam,allegat c.ſignificaſti.il 2.de homic.

39 Limita,quia etiam ſtatur aſſertioni, & creditur officialibus habentibus arbitrium aliquid faciendi,& creditur illis de aſſertis,quod ad eos ſpectet,vel res ita ſe habeat,licet poſsit contrarium probari,quod non eſt in Papa, quia illi creditur in facto ſuo,& contrarium non probatur,ita Rui. conſ.69.in prin.lib.1.

40 Limita, quia creditur aſsertioni hominum electorum à communitate ſuper meritis eius, qui obtinuit exemptionem, donec probetur contrarium.Ruin.conſ.217.in princ.lib.1. plenius Iaſon conſ.101. Immunitas.col.4.ver.tertio, & adhuc. lib. 4. vbi quod regula habet locum in priuatis, non autem in publicis perſonis, prout Decuriones,Iudices,& Communitas.

Aſſerenti quando ſtandum eſt, & an debeat iurare. Concluſ. DXXXVI.

1 PARTES ſi promittant ſtare ſimplici dicto alicuius de dānis,&c.id debet intelligi cum iura-

iuramento.Iaſ.in l.apertiſſimi,in fin. C. de iudic. melius in l.de pupillo.§.qui opus nouum, maxime num.4. ff.de noui.oper.nunciat. Alex.conſ.37. Viſo, & opportune. colum.penul.num.31. & ſeq. ver.tamen attento.lib.2.

2 Extende in arbitro, vel arbitratore ad taxandum precium rei venditæ, quia ſi partes promiſerunt facere quicquid Titius taxauerit, intelligitur cum iuramento. Bart.conſ.166.Calamanus de Spoleto.nu.4.lib.1. vbi apoſtill.in ver. iurare.

3 Amplia idem eſſe, ſi teſtator mandauit ſtari dicto alicuius,quia intelligitur cũ iuramẽto.Bar. in l. Theopõpus.n.7.ff.de dot.præleg.vbi plena apoſtill.quod intelligas de his,quæ debet deponere vt teſtis, ita Alex.conſ.54.Circa id,quod.col. 1.verſ.nec obſtat.lib.2.vbi quod in his, in quibus teſtator vult ſtari dicto alicuius, de eo, quod teſtator ſibi dixit, tunc requiritur iuramentum, quia vt teſtis eſt.

4 Reſtringe, ſi teſtator mandauit ſtari arbitrio certæ perſonę, quia tunc ſine iuramento ei ſtaretur. Bart.d.l.Theopompus.n.7.ff.de dot.prę leg. ita Alex.d.conſ.54.num.2.lib.2.

5 Amplia, quia regula, quod ſtetur declarationi,ſeu aſſertioni in his,quæ pendent ab animo,intelligitur,quando aſſertio eſt cum iuramento. Cephal.conſ.35.n.10.vbi quod neque ſufficit aſſertio iurata, niſi vbi agitur de modico præiudicio.

6 Amplia in lege, vel ſtatuto, quę mandat ſtari putationi alicuius,quia intelligitur cum iuramento. Iaſ.d.l.apertiſſimi,circa fin. C.de iudi.

7 Extende, quia vbicunque lex diſponit ſtari aſſertioni alicuius in præiudicium alterius, intelligitur cum iuramento, ideo vendens pignus ex licentia partis, vel Iudicis, ſi dicat tantum vendidiſſe,non plus,illi ſtatur,ſed cum iuramento.*Doctor.in l.fi.C.de iur.domin.impetran. Cephal.conſil.35.num.9.& ſeq.

8 Amplia in ſtatuto, quia licet valeat,quod crẽdatur vni teſti, tamen tanquam odioſum intelligitur,dummodo teſtis ſit habilis,& non tollit probationem contrariam,& ſunt etiam caſus,in quibus non valet tale ſtatutum,vel pactum partium.

Vide. Statutum circa probationem per teſtes non admittendam.Concl.638.num.65.& ſeq. ver. è conuerſ.

9 Amplia idem in diſpoſitione, quæ aliquid conſcientiæ alterius remittit,quia intelligitur,ſi iurauerit,vel cum iuramento.Iaſ.d.l.apertiſſimi.C.de iudi.in fin.

10 Adde,quia ſi teſtator legat pro anniuerſario Rectori Eccleſiæ certum quid, grauando conſcientiam illius, ſtatur eius dicto, quod celebrauerit miſſas ordinatas.gloſ. in clem.1.in ver.Parochiano,de priuil.& in cap.placuit,de pęniten. diſtinct. 6.Iaſ.in rubr.ff.de acquir.hæred.

11 Limita, quando cauſa eſſet ſummaria, quia etiam teſti ſine iuramento creditur. Rom.conſil. 20. Viſo puncto.num.4.vbi apoſtill.in ver.ſuadetur, dicit *communem.

12 Extende, quando ſunt probationes pares hinc inde, quia vnus teſtis etiam ſine iuramento facit præponderare probationem, vt poſſit pro ea Iudex pronunciare. Alex. conſ.112.In cauſa,& lite. lib.4.in fin.

13 Extende,etiam ſi cauſa non ſit ſummaria,quando ſunt periti ad referendum de credulitate electi à iudice, vt quia de iudicio referunt, ſecus ſi de veritate. ita plena apoſtill. ad Rom.conſil.20. in ver. admittitur.

14 Extende, quando periti ſunt electi à partibus, quia ſiue de credulitate, ſiue de aſſertione deponant,non probant ſine iuramento. apoſtill.ad Roman.conſ.20.in ver. admittitur.

15 Limita,quia diſpoſitio teſtatoris,quod ſocius, vel alius faciat quicquid ſibi placuerit de ſocietate,intelligitur ſecundum arbitrium boni viri.Bar. conſ.168.Quidam habens.n.2.in fin.& ſeq.ver.ſuper ſecundo.lib.1.Iaſ.in l.ſi ſic poſt alios.ff.de legat.1.Abb.conſ.48.num.3.lib.2.

16 Extende idem in contractu,quia ſi aliquid committitur arbitrio conductoris, intelligitur ſecundum arbitrium boni viri. Bald. conſ.434. Pactum inter,in fin.libro 1.

17 Extende idem,quando committitur in tertium, vt faciat quicquid ſibi placuerit,quia intelligitur arbitrio boni viri. Bart.conſ.166.num.3.& 4.ver. prętęrea de hoc. lib.1.

18 Limita, quia diſpoſitio teſtatoris, quod de capitali, & lucro ſocietatis ſtetur dicto Titij ſocij, non valet tanquam captatoria, & quia boni viri arbitrio regulatur.Bart.conſ.168.num.3.vſque in fin. lib.1.

19 Extende,quia non valet etiam contractus, in quo promitto ſtare ſimplici verbo contrahentis mecum. Bart.d.conſ.168.num.4.vſque in fin.li.1.

Vide. Intereſſe conuentum quando,& qualiter debeatur, vel non.Concluſ.308. n.8.& ſeq.

20 Contra extenſionem, quod imo valeat pactum per quod creditor ſe obligat ſtare dicto debitoris circa lucra,& capitale debitum.Alexan.conſ.47. Circa primum.num.4.lib.1.vbi plena apoſtill.in ver.dicto.lib.1.Ang.conſ.201. & eſt communis *opinio,de qua Iaſ.in l.iuſiurandum,quod ex conuentione.ff.de iur.iur. Alexand. conſ. 54. Circa id, in princ.lib.2.& conſ. 67. Viſo themate. num. 4. ver.faciunt notata. libro 2. vbi dicit magis *communem.

21 Et quod valeat pactum,& diſpoſitio teſtatoris, quod de adminiſtratis per tutorem ſtetur dicto tutoris, & quod teſtator eum liberat,& mandat, quod non poſſit moleſtari eſt communis*opinio. Alexan.conſ.54.Circa id,quod,in princ.lib.2. vbi quod non poteſt moleſtari, ſi dixit habita in beneficium pupilli expendidiſſe.

22 Imo,quod valeat ſimplex aſſertio hoc caſu ſine iuramento,quia non vt teſtis deponit, ſed vt habens arbitrium, & ideo non tenetur iurare.Alex. d.conſ.54.num.2.lib.2.

23 Etiam ſi ſumma non ſit certa, neq; ſpecificata, quia adhuc valet remiſſio in eum facta, & declaratio ſine iuramento. Alex.d.conſ.54.nu.3.& ſeq. maxime n.4.lib.2.vbi dicit procedere,tam in vltima voluntate, quam in contractu.

24 Extende, quia promiſſio facta per venditorem emptori de euictione, & quod vult teneri ad omnia damna,& intereſſe, & promittit ſtari ſimplici verbo emptoris, valet. Alexand. d. conſ. 67.num.4.lib.2.

25 Declara, quia ſi aliquid committitur in libera voluntate contrahentium,vel etiam in volũtate, intelligitur de abſoluta etiam iniuſta, ſecus ſi in voluntate, vel arbitrio tertij. Bald. conſil. 195. Laudare vos.num.8.in fin.lib.2.

Vide. Verba importantia abſolutam voluntatem. Concluſ. 153.

Declara

26 . Declara,quia valet remiſſio & pactum , niſi oſtendatur de dolo eius , in quem fit remiſſio, vt quia excederet declarando in magna quantitate. Alex.d.conſ.47.n u.4.& 5.lib. 1.vbi quod dicitur magna,quando eſt in toto , vel in parte, aut in tertia.

27 . Declara,quia licet valeat tale pactum, tamen ſi fiat exceſſus in declarando,datur reductio ad arbitrium boni viri.Alexan.conſ.37.n.31.& ſeq.lib. * 2. * communem dicit Ioan. de Anan. conſ.31. in fi.

28 Poteſt tamen tale pactum reuocari,etiam ſi ſit iuratum, per quod quis ſe obligat ſtare dicto ſui aduerſarij.Bart. in l.fi.ff.de prætor.ſtipul.

29 Contrarium,quod non poſſit reuocari. Alex. * conſ.130.in fi.lib. 1. vbi dicit * communem.

30 Declara,quia poteſt reuocari ex noua cauſa ſu peruenienti,puta,ſi eſſet effectus ribaldus ſi adeſſent probationes,laſ. in l. iusiurandum in prin.ff. de iureiu. Angel.in dicta l.fin.ff.de pret. ſtipul.

31 Extende,quia non ſtatur aſſertioni procuratoris habentis mandatum ad accipiendum pecuniam ad vſuram,vel intereſſe,niſi dicat, à quo accepit,& doceat,quid , & quãtum ſoluerit.Afflict. deciſ.22.

Contrarium,quod ſit illi credendum, & non te
32 neatur detegere,à quo habuit pecunias mutuo,& cui,vel quantum ſoluerit. Bar. in l.fi.ff.de Prætor. ſtipul. Afflict.deciſ.91.

Declara,quia ſi eſt perſona bonæ famæ,& ma-
33 gni crediti ſtatur illi,ſi vero ſecus præſumitur à ſe ipſo accepiſſe,& ſibi non creditur,& in omnem caſum poteſt Iudex taxare honeſtum intereſſe iuxta morem regionis,vide Afflict. dictis deciſionib. 82.& 91.& hæc declaratio poteſt inſeruire etiam ſupra.

Reſtringe in dote,quia pro dote valet legatum
34 incertum.Bar.d.conſ.168.num. 3.ver.non obſtat, libro 1.

Reſtringe fauore piæ cauſæ,quia valet collatio
35 voluntatis vltimę in alienum arbitrium. Bart. d. conſ.168.nu.3.lib.1.

Limita,quia aſſertioni Papę creditur, & quan-
36 do . Vide Papæ aſsertioni quando ſtandum , vel non.Concluſ.62.

Aſsicuratores nauium qualiter obligentur,& quid ſit aſsicurare. Concl. DXXXVII.

1 ASSICVRATOR nauis onuſtæ frumento, ſi aſsumat omne periculum, non tenetur de periculo retentionis grani ob penuriam factæ per Regem,per cuius Regnum nauigatio fiebat, maxime ſi conductori, ſeu emptori poteſt imputari, quod poſſet per aliam viam nauigare,& ſciret periculum,vel ſi non fecit inſtantiam penes Regem pro reſtitutione.Bald. conſ. 395. Pro domino Dinaldo,lib.2.per totum,vbi confuſe loquitur,ideo melius videas motiua pro vtraq.parte.

Vide.Nauta aſsicurans nauem qualiter teneatur.Concluſ.15.

2 Contrarium conſuluit in eadem cauſa Angel. conſ.219.Puoctus,& caſus,vbi,quod tam de æquitate,quam de rigore iuris mercator,ſeu patronus nauis, qui promiſsit conducere nauem grani ex Sicilia ad alium locum, & ſe obligauit ad omnes caſus fortuitos excepta deperditione nauis capte ab armata,vel ab infortunio , tenetur , licet Rex pro abundantia eum impediuerit conducere,& late proſequitur.

3 Florentiæ extat ſtatutum prohibens,poſſe Florentinos facere aſsicurationem pro forenſibus, ſed bene inter ſe,quod ſtatutum habet locum,etiã ſi illi fuerit renunciatum,quia non poteſt renunciari,quia eſt prohibitorium,& ius publicum continet.Caſtrenſ.conſ.251.Viſa quadam ſecuritate, lib.1.vbi quod habet locum nedum pro mercantijs,& rebus,vt loquitur , ſed etiam pro nauibus, ne fiat fraus,& quia eadem eſt ratio.

4 Aſsicurare,vel facere ſecurum,fit nuda promiſſione,item fideinſoribus,item pignore, vel hypotheca,& aliquando etiam fit quis ſecurus quando reditur ſine timore. Soci.conſ.93.Circa primum, in prin.lib.1.

Vide.Securitatem dare obligatus,de qua intel ligatur.Concluſ.95.

5 Facere ſecurum non eſt ſoluere,licet dici poſsit ſatisfactio in ea parte,in qua eſt promiſsum facere ſecurum,vide Soci.qui multa ponit d.conſ. 93. in prin.lib.1.

Aſsignare quando importat dominij translationem,vel non. Concluſ.DXXXVIII.

1 ASSIGNO in laudo,vel ſententia,aut alia diſpoſitione importat,& non importat dominij trãslationem ſecundum ſubiectam materiam. Alex.conſ.40.Super primo,n.6.& 8.lib.4.

Aſsiſium,& eius ſtatuta, conſuetudines,& priuilegia.Concluſ. DXXXIX.

1 CIVITAS Aſsiſij non eſt de diſtrictu , neq. ſubiecta Perusinis,quia eſt de Ducatu Spoletano,& ſubiecta ſoli Papæ.Bald.conſ.382.Arbitrium datum,lib.2.in fi.

2 Contrarium, quod Ciuitas Aſsiſij fecerit pacẽ cum Perusinis,& ſubiecerit ſe communi Perusij. dicit Bar.conſ.92.In quæſtione,n.7.lib.1. vbi ponit tempus initæ pacis,& ſubiectionis,& enumerat tempus pacis 1322.de menſe Aprilis.

3 Monaſterium Sancti Sebaſtiani de Canario,ordinis S. Clarę olim erat vnum,& idem cum Monaſterio S. Margaritæ de Aſsiſio,ſed fuit ſeparatum de anno 1340. ſeparationis tenorem ponit Feder.de Sen.conſ.29.Quidam volens, vbi tenet, quod non valuit.

4 Statutum Aſsiſij,licet diſponat,quod ſtantibus maſculis,fœminę nõ ſuccedant, tamen ſi non extant maſculi,ſuccedũt.Bar.conſ.41. Factum tale, n.3.ver.nec obſtat ſtatutum,lib.1.

5 Statutum eſt Aſsiſij,quod donec extiterint maſculi,fœminæ dotatæ non ſuccedant , de quo Bal. conſ. 111. Ad conſeruationem, vbi inſerit ſtatutum,lib.2. & dicit quod non excludit,ſed ſuſpendit ſucceſsionem , ideo ſi morianiur maſculi admitterentur fœminę extantes,vel deſcendẽtes ex

fœminis,& conſ.409.Factum tale eſt,lib.3.vbi ponit verba ſtatuti, vbi interpretatur illa verba, quouſq. deſcendentes ex eis,vt intelligantur de mortuis maſculis,non de parentibus,vt ſit minor iniquitas,niſi adſit conſuetudo contraria.

6 Bart.cõſ.28.In quæſtione,in fi.lib.1.dicit,quod ſtatutum Aſſiſij diſponit,quod fœmina dotata nõ ſuccedat,& ideo concludit,quod ſi pater eam non dotauit,neq.inſtituit ſimpliciter, ſed ſub conditione caſuali,vel mixta, debet ſuccedere in ſua portione,& conſ.31.Quidam,lib.1.quod attenditur tempus mortis teſtatoris,an ſit dotata,vel ne, vt ſuccedat,licet Roman. conſ.442.dicat attendi tempus ſucceſſionis factæ.

7 Statutum eſt Aſſiſij,quod nulla mulier poſſit teſtari ſine præſentia filiorum ſi habet filios,vel ſine prẽſentia nepotum ex filijs,ſeu ex fratribus,ſi non habet filios,neque nepotes ex eis.Bald.conſ. 395.Statuto Ciuitatis,lib.3,vbi quod filij banniti,cum ſint inhabiles non conputantur,ſed tamen nepotes, vel alij ſucceſsiue vocati à ſtatuto debent adhiberi,libr.3.ideo dicit teſtamentum nullum,in quo non interuenerunt nepotes, licet extarent filij banniti.

8 Item ſtatutum prædictum eſt, quod requiratur cõſenſus patris,& mariti,ſi habet patrem,& marium,vel alterius, ſi habet alterum, & ſi non habet iſtos, ſine præſentia filiorum, vt ſupra.Bald. cõſ.209.Pro Tranquillo,& Pacifico, vbi inferitur ſtatutum ad litteram,lib.4.vbi quod non habet locum iſtud ſtatutum in cancellatione,licet ibi referat,quod Petrus, & Guilielmus tenuerunt contrarium,quia in teſtamento aderat clauſula,quod cancellabat ad effectum,vt ab inteſtato talis ſuccederet.

Vide.Statutum circa teſtamenta,& eorum ſolemnitatem.Concluſio.680.

9 Item,quod nulla mulier Ciuitatis Aſſiſij, vel Comitatus ſi nupta ſit,poſsit contrahere,vel teſtari ſine præſentia viri, habet locum etiam in muliere Peruſina nupta Aſsiſij,quia non poteſt teſtari etiam Peruſij.Bal.conſ.139. Statuto communis Aſſiſij,lib,5.

10 Item,quod contractus mulierum non valeant ipſo iure, niſi interueniat conſenſus certorum proximiorum,quod ſtatutum habet locum etiam ſi mulier ſubdita faciat contractum extra territorium,ſed tamẽ non habet locum in muliere ſorore tertij Ordinis.Bal.conſ.60.Quædam ſoror,lib. 5.per totum.

11 Statutum Aſſiſij,quod omnia inſtrumenta à 10. annis tunc celebrata eſſent nulla,niſi eſſet facta exequutio,ſuper quo Bar.conſ.36.Statuto Ciuitatis Aſſiſij,lib.1.dicit,quod eſt odioſum,& contrarium eius eſt fauorabile, ideo facta dicitur exequutio, licet ſit ſolũ cæpta quia res eſt fauorabilis,vt ſtatutum excludatur,& loquitur Bar.etiam ad fauorem Hebræi habentis exequutionẽ cẽptã,

12 Et conſ.87.Factum tale,lib.1. dicit, quod tale ſtatutum non trahitur ad cauſas iam deciſas trãſactione,vbi apoſtil.in ver.compromiſſa,dat concord.

13 Item non habet locum,ſi infra decem annos factum fuit compromiſſum de iure, & de facto in arbitratorem,qui acceptauit, & pendet compromiſſum, quia dicitur tranſactio de ſtando laudo ferendo, & ſi fertur poſt decem annos, trahitur ad tempus compromiſſi. Bartol.dicto conſil. 87. numer.2.& ſequen.lib.1.

14 Criminale ſtatutum Aſsiſij diſponit,quod quãdo probatum eſt maleficium contra aliquam perſonam, per quam probationem poſsit,vel debeat torqueri ſecundum formam iuris, tunc Iudex debeat illum citari facere,ſuper quo Bar.conſ.111. Quæritur,n.3.ver.nunc videndum,lib.1.vbi quod ſi non conſtat, vt in ſtatuto,citatio facta eſt nulla,& condemnatio in contumaciam facta eſt nulla, & nu.4.ver.ſuper ſecundo,dicit, quod verba ſententię,quod prædicta omnia conſtãt nobis vera fuiſſe per legitimas probationes, & etiam per eorum contumaciam,quos citari fecimus,&c. debent intelligi copulatiue,& coniunctim, non autem diuiſim, quia omnia ſimul ſufficiebant ad citationem,non autem,quod contumacia ſit diſiuncta,vt citatio ſit ad condemnationem,alias implicaret contradictionem,vt ibi demonſtrat.

15 Item ſtatuta,quod pœnæ duplicentur ratione loci,vel temporis,vel alijs caſibus, de quibus Bar. conſ.41.Statuto Ciuitatis, lib. 2. vbi quod debet intelligi,quod duplicatio etiam pluries facienda, intelligatur de pœna ſimplici, & naturali,non de accidentali,& ſemel duplicata.

Aſsiſtentia iuris communis licet non adſit, non tamen inducitur contrarietas. Concluſio. DXL.

1 DIFFERVNT iſti termini, quod ius Commune non aſſiſtat,vel quod ius commune contrarium ſit.Rom.conſ.448.Videtur primo, n. 4. in fi.ver.præterea ſtatutum.Abb.conſ.117. nu. 2.ver.& pro hoc reſpondetur.

Vide.Exorbitans, vel correctorium quando dicatur ſtatutum.Concluſ.589.

Aſtenſis Ciuitas,eiuſq; ſtatuta,conſuetudines, & priuilegia. Concl. DXLI.

1 CIVITAS Aſtenſis eſt ducis Mediolani, quam poteſt Dux vendere,& donare. Ioan. de Anan.conſ.81.in prin.nu.2.

2 Ciuitas Aſtenſis cum ſuo territorio,& fortaliciis fuit data in dotem per Io. Galeatium Comitem Virtutum,Vicecomitem Duci Turoniæ fratri Regis Frãciæ,vt per Bal.conſ.357. Nota pro Duce Turoniæ,lib.5.quod eſt Petri de Curte.Antoniani,& Baldi,vbi quod fauore dotis venit latiſsime Ciuitas, & territorium.

3 Vide plenius Alex.conſ.87.Accurate lib.6.vbi in facto precedente conſilium narrat quod Io.Galeatius Vicecomes nupſit Valentinam eius filiam Ludouico Duci Aurelianeñ,& illi dedit in dotem Ciuitatem Aſtenſem,& iſte Ludouicus Dux erat filius Caroli Quinti, & frater Caroli ſexti Regum Francię,vt dicit ibi apoſtil.Ex iſtis coniugibus nati ſunt Carolus, qui fuit Dux Aurelianeñ, Philippus Comes Virtutum, Ioannes Comes Angoleſmi, & Margarita Comitiſſa de Stampis. Carolus tanquam Primogenitus fecit ſe inueſtiri de Ciuitate Aſtenſi à Sigiſmundo Imperatore,die

18. Septembris 1413. Sed quia fuit captiuus in Anglia Philippus Maria Dux Mediolani, pro eo gubernauit Ciuitatem Aſtenſem, tanquam auunculus, & mortuo Carolo ſucceſsit Ludouicus eius filius, qui fuit Rex Franciæ XII. Alexand. conſuluit, quod Ciuitas Aſtenſis fuit data per Galeatium Mariam; non in fœudum, ſed libera pro filijs, & hæredibus, & quod niſi probetur conſuetudo, quod ad primogenitum ſpectet, quod etiam fœmina in ea ſuccedit pro portione.

4 Et probatur, quod poſsedit eam ex narratis per Bal. conſ. 332. lib. 5. vbi quæritur, an poſsit idem Dux locare in totum rem communem, cum particulari in dicta Ciuitate, in qua Dux erat adminiſtrator. Hodie iſta Ciuitas cum ſuo Comitatu eſt Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ, & iuſto titulo poſſeſſa, & translata.

5 Comes Virtutum frater Ducis ob adhærentiã certorum Nobilium Duci Mediolani donauit Nobilibus certum territorium Ciuitatis, & donatio fuit confirmata per Ducem, ſuper cuius validitate, & quod Ciuitas non poſsit reuocare, Ioan. de Anan. conſ. 81. per tot.

6 Habet Marchionem Ceuæ fuum ſubditum ratione multorum caſtrorum, de quibus Marchio fuit infeudatus, prout per Bal. conſ. 483. Magnificus dominus, per tot. lib. 1. vbi quod habet iuriſdictionem in Marchionem male tractantem vaſſallos prædictos, & de eadem inueſtitura dictorum Caſtrorũ. Bal. conſ. 183. Factum ſic ſe habet, lib. 3. vbi quod commune Aſtẽſis debet cognoſcere cauſam inter Marchionem, & alium feudatarium de fœudis prædictis.

7 Marchiones Ceuæ ſunt domini terræ Bagnaſchi, & fecerunt pacta, & conuentiones cum dictis comuni, & hominibus ſuper multis, quæ ſunt valida, ſecundum Bald. conſ. 492. Inter magnificos. lib. 5. per totum, vbi quod poſſunt homines piſcari in flumine Tanagri, & tenentur ad ſeruitutem verſus Marchionem.

8 Fecerunt iſti Marchiones diuiſionem plurium caſtrorum, & conuenerunt, quod aliquis eorum ſub pœna nõ poſſit aliquid acquirere in parte alterius. Bald. conſ. 368. Quod permutatio, & latius conſ. 491. Inter Marchiones, lib. 5. vbi, an tale pactum tranſeat ad ſucceſsores, & d. conſ. 491. in fi. ponit qualiter vnus ex dictis Marchionibus ſpoliauit alium, & adhæſijt Duci Aurelienſi, tamen non eſt effectus ſubiectus Duci.

9 Sunt iſti Marchiones nobiles feudatarij, & trahunt originem ab Imperiali ſanguine, & à patri procedunt cum Marchionibus Sauonæ, & Finarij, ideo ſunt exempti ab omnibus oneribus tanquam Nobiles. Purpur. conſ. 536. per tot.

10 Fœudum Caſtri, & Villæ montis magni vendidit Ciuitas Aſtenſis domino Antonio de Turchis liberum, vt per Bald. conſ. 56. Cõmunẽ Aſt. lib. 3.

11 Epiſcopus Aſtenſis conceſsit feudum ſui Epiſcopatus Caſtrum, & Villam Aſternæ. Bald. conſ. 185. Factum eſt tale, lib. 3.

12 Item conceſsit aliud Caſtrum, & Villam Gandulpho de Gregoguris, quem poſtea priuauit ob rebellionem, & inueſtiuit Simonettam Rotarij, Ganduiphus vero vẽdidit Bartholomæo Careto, quem etiam Epiſcopus priuauit, & qui Bartholomæus alia feuda tenebat ab Epiſcopo. Bal. conſ. 95. Mortuo Gregorio, lib. 3.

13 Eccleſia, & Epiſcopus Aſtenſis habet Conſtitutionem Epiſcopalem, quod fœuda ipſo iure reuertantur ad Eccleſiam dominam propter culpam, vel felloniam vaſſalli, quæ conſtitutio eſt valida ſecundum Bald. in conſ. 9. Factum tale eſt, nu. 3. in fi. ver. mihi finaliter, lib. 1. & conſ. 95. Mortuo Gregorio, in prin. ver. item fecerunt, lib. 3. vbi de quodam feudo reuerſo ad Eccleſiam.

14 Statutum eſt in Ciuitate Aſtenſi, quod omnes ementes, & vendentes teneantur ſoluere gabellã, quod nõ ligat Eccleſias, neq. Eccleſiaſticas perſonas. Bal. conſ. 31. Statuto Ciuitatis Aſtenſis, lib. 1.

15 Item, quod in cauſis mutui, vel depoſiti apparentium per publica inſtrumenta procedatur via ſummaria, & non poſsint opponi quædam exceptiones. Bal. cõſ. 223. Primo ſtatuto, lib. 1. vbi, quod non corrigitur per aliud ſtatutũ poſterius, quod inter conſanguineos omnes cauſæ cõpromittãtur.

16 Item ſtatutum, quod omnes lites inter conſanguineos compromitti debeant. Bald. d. conſ. 223. per tot. lib. 1. vbi quod non comprehendit debita apparentia per publicum inſtrumentum.

17 Item habet ſtatutum qualiter creditores hypothecarij præferri debeant. Bal. conſ. 278. In cauſa domini Amoneti, lib. 2.

18 Item, quod præmoriente vxore, maritus lucretur totam dotem, ſi præmoriatur ſine filijs Bald. conſ. 31. Statuto Ciuitatis, lib. 3. & conſ. 96. Proponitur quod, vbi ampliat, vt procedat etiam in territorio Aſtenſi, licet fuerit occupatum tale territorium ab alio, lib. 3. Signorol. Homod. conſ. 57. Factum ſit proponitur, vbi tenet, quod ſtante etiã alio ſtatuto, quod liceat mulieri dare in dotem legata à primo viro, quod maritus lucretur totam dotem, etiam ſtantibus filiis ex priori matrimonio, quia ſtatutum requirit, quod relinquat filijs tanquam vxor, & idem repetit conſ. 69. Vbi confutat Rayner. de Forolimio, qui tenuit cõtrarium, conſ. 68. & conſ. 263. Vbi multa hinc inde.

19 Et quod huiuſmodi ſtatutum, quod maritus lucretur totam dotem vxore mortua ſine filijs, ſeu ſine liberis, importet, quod ſi extant liberi ſiue ex primo, ſiue ex ſecundo matrimonio, maritus non lucretur dotem, quia ceſſat conditio. Caſtren. conſ. 359. Supradictus dominus, in prin. lib. 2. & per totum, vbi quod non derogat, l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.

20 Aliud ſtatutum Aſtenſe, quod ſi mater legat, vel diſponat de bonis ſuis ad fauorem filiorum ſecundi matrimonij, quod valeat diſpoſitio in preiudicium filiorum primi matrimonij, ſed nihil operatur ab inteſtato, nec ſufficit indirecta, ſeu tacita diſpoſitio, vt videatur diſpoſuiſſe, ex quo bona dedit in dotem. Caſtren. dict. conſ. 359. numer. 2. ver. ſed nec obſtat, libr. 2.

21 Statutum, quod mulier tranſiens ad ſecunda vota poſſit dare in dotem ſecundo marito etiam legata à primo viro, & quod filij primi matrimonij in nullo ſuccedant matri, nec mater poſſit ſuccedere filio primi matrimonij, ſaluo niſi inſtitueretur hæres, vel ſibi fieret legatũ. Bal. conſ. 216. Caſus talis eſt, lib. 3. vbi ponit integrũ ſtatutum, & dicit quod mater ſubſtituta filiabus ſi trã ſeat ad ſecũda vota, & moriatur vna filia cui eſt ſubſtituta pupillariter, illi ſuccedit, hoc idẽ ſtatutum ponit Signorol. conſ. 37. in prin. vbi interpretatur illud in cõtradictione cum Rayner. de Forolinio, inter conſilia Signorol. 68. & 69. & 263.

22 Itẽ, quod nulla mulier ſuccedat decedẽtibus, ſtã

tibus

tibus agnatis, vsq; ad septimũ gradũ,nisi in vsufructu eius portionis,quã habitura esset ab intestato,cessante statuto,quo vsufructu mulier sit priuata,si transit ad secunda vota.Bal.cons.187.Proposito statuto. lib. 3. vbi quod non habet locum in hæreditate paterna delata infanti, qui decessit,ea non adita,quando de consuetudine iure matris in matrem transmisit,& non in agnatos,secus de iure communi etiam si transmitteret ad matrem nõ ex priuilegio personali,sed ex priuilegio suritatis.Bal.cons.156.Clausula codicillaris.nu.2. ver.modo venio,vsque in fi.lib.2.

23 Item, quod non liceat appellare ad Principem, quod statutum valet,quia Princeps iurauit obseruantiam statutorum. Bald. cons.86.Per statutum Ciuitatis.lib.3.

24 Et quod appellationes debeant fieri ad potestatem Astensem, & quando appellatio interponitur debeat appellans infra octo dies dare idoneam securitatem, alias sententia ferenda non valeat,quod statutum valet, & habet locum, si non fuisset absens iudex ad quem, & coram quo cautio erat danda.Bal.cons.99.StatutoCiuitatis.li.3.

25 Adde,quod si appellatur à sententia potestatis tunc appellatio deuoluitur ad iudicem maleficiorum ex obseruãtia,licet statutum dicat, quod ab omnibus sententijs appelletur ad potestatem. Bald.d.cons. 99. in princ. lib.3.vbi quod tenetur etiam appellans petere Apostolos infra certum tempus,tamen si iudex illos det,non debent peti.

26 Item,quod mulier maritata non veniat ad successionẽ patris, vel matris,quod statutum est validum, ita quod stante masculo,fœmina dotata excluditur.Bal.cons.327.Visa serie facti, in princip.lib.5.

27 Item circa præscriptiones,quod possidens rem acquisitam per 20. annos, non possit a quoquam molestari exceptis minoribus vigintiquinque annis, & ijs, qui non potuerunt agere, quod statutum habet locum etiam contra ignorantes,& in causa dotis.Bal.cons. 329. Præmissis verbis.lib.5.

28 Item circa fures, vt famosi furca suspendantur & famosi dicuntur, qui tria furta commiserunt. Bald.con.348.Viso themate.lib.5.vbi quod non habet locum si furta sunt commissa extra territorium, vel si actũ esset ciuiliter tantum, & pars fuisset satisfacta, vel quando furtum esset domesticum.

29 Statutum Astense disponit, quod statuta debeant intelligi, prout scripta sunt, & vt eorum littera sonat. Signorol.Homod.cons.37. in princ. & num.7.in fi. ver.venio ad tertium, dicit, quod recipiunt nihilominus declaratiuam interpretationem.

30 Quicquid habet Ciuitas Astensis in publico dicitur esse Ducis Mediolani, ideo potest Dux disponere,& non dicitur de alieno disponere.Ioan. de Anan.cons.81.Viso instrumento.num.4.

Attentata quæ dicuntur,& ex quibus probentur. Concluſ. DXLII.

1 ATTENTATA dicuntur nõ minus, quæ facta sunt,pendente lite, & post inhibitionem, quam facta post appellationem extraiudicialem. Oldrad. cons.199.in princ.ver.non obstat si dicatur,& cons. 206. In causa Carnocen.in princ. vbi quod pendentia litis,& prohibitio superioris causat attentatum.

Vide. Appellatione pendente nihil est innouandum. Concluſ.375.

2 Et facta post sententiam ante appellationem, ita dicuntur attentata, sicut facta post appellationem subsequutam in tempore. Feder. de Sen. cons.98.in prin.allegat c venientes,de iur.iuran. Federic.consil.126.num. 2. vers.item est sciendũ. l.appellatione: vbi glos. & Doctor. C.de appellat.Oldrad.cons.18.Rota decis.461.

3 Et facta post inhibitionem iudicis Ecclesiastici iudici seculari per ipsum secularem in causa cuius quæstio præiudicialis pendebat corã Ecclesiastico,dicuntur attentata.Feder. de Sen. consil. 126.per totum:vbi est casus.

4 Et in materia noui operis fabricata post nunciationem factam,siue per prætorem,siue per iactum lapilli in ipso opere factum ipsis opificibus dicuntur attentata. Bald. cons. 245. Proponitur, quod fuit.lib.2.

5 Imo post solam citationem legitimam, & legitime exequutã inducuntur attentata,quia per talem citationem inducitur litis pendentia.Cardin. Zabarell.cons.10.Iacobus exequutor, in princip. & num.2.

6 Et facta post appellationem ab interloquutoria dicuntur attentata si fiant post inhibitionem emanatam.Alexan.cons.89.Diligenter consideratis,num.6.lib.1.

7 Idem est si aliquid fiat, postquam iudex detulit appellationi ab interloquutoria,coram eodem. Alex.d.cons.89.nu.6.lib.1.

Vide. Appellatione pendente non potest iudex à quo procedere.Concluſ.376.

8 Idem est si aliquid fiat in eodem articulo,à quo fuit appellatum, secus si fiat per iudicem in alio articulo separato ante delationem appellationi, & ante inhibitionem, quia non reuocatur tanquam attentatum,nisi per viam iustitiæ,vel iniustitiæ,secundum* opinionẽ magis commnẽ.Alex. d.cons.89.nu.6.ver.quantum vero.lib.1.vbi quando dicantur capitula connexa,vel separata.

9 Amplia,quia multo magis vere, & proprie inducuntur attentata, si aliquid fit post appellationem à diffinitiua, vt tot. tit. nil nouari pendente appellatione.

10 Amplia in appellatione ab interloquutoria quã do fuit facta inhibitio.c.non solum,de.appel.in 6.

Vide plenissime per Mascar. concluſ. 148. Attentata quo pacto probentur:vbi ex quibus inducatur probatio attentatorum.

11 Limita quando appellatio est notorie nulla, quia non habent locum attentata, imo valet processus factus per iudicem a quo, Anchar. cons.158.Ex narratis,nu.29.& seq.

12 Extende quando appellatio non est notificata iudici,quia non habent locum attentata.Anchar. d.cons.158.num.19.

13 Limita, quia possessor,qui continuat suã possessionem lite pendente non dicitur attentare.

Vide plenissime per Ant.Gab.li.5.tit.de acqui. poss. concl. 6.Possessor potest etiã lite pendente.

Vide Mascar.concl.146.Attentata reuocari petens: vbi qualiter probetur attentatum esse.

Attentata ſunt reuocanda ante omnia. Concluſio. DXLIII.

1 ATTENTATA facta pendente lite, ſunt reuocanda, quia pendentia litis cauſat attentatum, quod tolli, & reuocari debet. Oldrad. conſ. 206. In cauſa Carnocen. in princ.

2 Amplia, vt idem ſit, ſi aliquid contra prohibitionem ſuperioris eſt factum, quia tanquam attentatum contra legem debet reuocari. Oldrad. d. conſ. 206. in princ.

3 Amplia etiam ſi ſit appellatũ ab interloquutoria, dummodo fuerit inhibitum per Iudicem ad quem, quia reuocantur attentata facta poſt inhibitionem. Oldrad. conſ. 303. circa fi. n. 5. ver. ad id, quod dicitur. Alex. conſ. 99. n. 4. lib. 5.

4 Amplia, quia ſi poſt appellationem à diffinitiua, vel poſt ſententiam diffinitiuam ante appellationem infra decem dies aliquid eſt attentatum id pariter debet ante omnia reuocari. Feder. de Sen. conſ. 98. Nicolutius, in prin. verſ. ad primum, & idem Feder. conſ. 126. nu. 2. verſ. item ſciendum eſt. Alex. conſ. 99. Viſis proceſſibus. nu. 3. & 4. verſ. hoc præſuppoſito. lib. 5.

5 Extende, vt idem ſit in ſententia lata in poſſeſſorio in terris Eccleſię, quia de iure Canonico datur appellatio, & ſententia in poſſeſſorio dicitur diffinitiua, ideo ſi fiat exequutio, vel infra decem dies ad appellandum, vel poſt decem dies, appellatione interpoſita, & pendente, debent reuocari ante omnia attentata. Alexand. d. conſ. 99. Viſis proceſſibus. num. 3. & ſeq. verſ. hoc præſuppoſito. lib. 5.

6 Extende, quia reuocatio attentatorum ante omnia debet fieri per Iudicem ad quem, etiã antequam ſit cognitum de iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis à ſententia in poſſeſſorio in terris Eccleſiæ, ex quo de iure Canonico appellatur. Alexand. dicto conſil. 99. num. 3. lib. 5.

7 Declara, quia hodie, ob conſtitutionẽ Aegidianã, quæ eſt in toto ſtatu Eccleſiæ recepta, nõ datur appellatio in profanis, quando ſententia poſſeſſorij non continet mixturam, ſi vero continet mixturam datur appellatio, vel in bonis Eccleſię.

Vide ſupra in ver. Appellatio an detur in poſſeſſorio, & quando. Concl. 407. nu. 23. & ſeq.

8 Amplia, vt idem ſit quando ſententia lata eſt ſuper incidenti prciudiciali negocio principali, quia tunc eſt diffinitiua, vel ſaltem habet vim diffinitiuæ, & ſic attentãta poſt appellationem ſunt reuocanda. Feder. de Sen. conſil. 198. num. 3. ver. de ſecundo.

9 Amplia etiam ſi conſtet de notorio non iure petentis reuocari attentata in profanis, quia attentata ſunt magis priuilegiata, quam ſpolium, quia attentans offendit partem, iudicium, & Iudicem. Alex. d. conſ. 99. Viſis proceſſibus. num. 8. in fin. cum ſeq. verſ. prcterea. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. magis, dat concord.

Vide. Attentata an reuocentur etiam quando conſtat de non iure petentis illa reuocari. Concluſ. 546.

10 Contrarium tenent plures, quos allegat apoſtill. ad Alex. d. conſ. 99. num. 9. ver. conſtat. lib. 5.

11 Declara, quia reuocantur ſemper attentata, etiã ſi attentans diceret, vel conſtaret notorie de non iure petentis, quando ſumus in profanis, & quod ita practicatur, affirmat apoſtill. ad Alex. d. conſ. 99. num. 9. in ver. conſtat. lib. 5.

12 Reſtringe in beneficialibus ne detur vitioſus ingreſſus, & ita Alex. d. conſ. 99. num. 7. & ſeq. lib. 5. declarat procedere deciſiones Rotę, videlicet 2. vt lit. pend. alias 55. in nou. incipit Ad inſtantiam, & deciſ. 2. Fuit dubitatum, col. 2. verſ. ſed ſi conſtaret, de reſtit. ſpol. in nou.

13 Extende, vt procedat, quod reuocatio attentatorum in profanis fiat ante omnia, etiam ſi conſtet de non iure petentis attentata reuocari, licet Iudex pronunciauerit, non eſſe reuocanda, & ſua ſententia tranſiuerit in iudicatum, quia cum ſit interloquutoria tranſiuit in iudicatum quoad partem, ſed non quoad Iudicem, qui quidem ideo poteſt eam reuocare. Alex. conſ. 99. num. 10. & ſeq. verſ. nec etiam habet obſtare. lib. 5.

14 Amplia, quia attentata ſunt reuocanda ante omnia etiam ſi procurator Eccleſiæ, vel minoris, vel alterius expreſſe renunciauerit appellationi, quia non valet talis renunciatio, & non tollit attentata, quin reuocentur facta poſt talem renunciationem. Alexand. conſil. 115. Attentis narratis. lib. 5. in princ.

15 Limita, quia attentata non reuocantur, quando appellatio eſt ab interloquutoria interpoſita.

Vide. Attentata non reuocantur ante omnia. Concluſ. 547.

Vide Maſcard. concluſ. 146. Attentata reuocari petens.

Attentata ſi ante omnia reuocanda ſunt, per quem reuocari poſſint. Concl. DXLIV.

1 REVOCATIO attentatorum fieri poteſt, & debet per Iudicem appellationis ad quẽ, quando attentata ſunt in præiudicium appellationis. cap. fin. de iur. iuran. & l. quoniam iudices. C. de appell. Feder. de Sen. conſ. 98. in prin. num. 1. in fin. verſ. ad primum reſpondeo. Alex. conſ. 99. Viſis proceſſibus. num. 3. lib. 5.

2 Amplia, quia etiam iudex à quo, vel alius, qui attentauit, poteſt reuocare attentata per eum commiſſa, quia iudex facta de facto contrario imperio reuocare poteſt, & melius facit ſi ſe ipſum corrigit, quam ſi ab alio correctionem expectat. Feder. d. conſ. 98. num. 2. ver. melius eſt enim.

Vide, quia officio Iudicis fit reuocatio attentatorum. Concluſ. prox. ſeq.

3 In Curia ſeruatur, quod qui prætendit attentatum obtinet committi iudici ad quem, vt ante omnia reuocet attentata, & quia quandoque per calumniam rei confingunt attentata, cautela eſt vel quod fiat ceſſio attentati, vel quod alia cõmiſſio impetretur ſuper præfixione termini ad docendum de prætenſis attentatis, quo elapſo Iudex ad vlteriora procedat.

4 Et quod attentata pendente appellatione debeant reuocari per Iudicem appellationis, & quando non. Vide incertum authorem poſt regulas Soci. reg. 17. Appellatione pendente, vbi ponit regulam, & tres limitationes.

Atten-

Digitized by Google

Attentatorum reuocatio ſapit poſſeſſorium, & duplex attentatum iuris, & facti. Concl.DXLV.

1 ATTENTATORVM reuocatio ſapit naturã poſſeſſorij, non petitorij, videlicet, recuperandæ poſſeſſionis, reſpectu præteritorum, & retinendæ poſſeſſionis reſpectu futurorum. Oldrad. conſ.106. In cauſa Carnocen. nu.4. col.2.verſ. ad ſecundam quæſtionem.

2 Declara, quia licet attentatum ſapiat ſpolium, tamen magis eſt priuilegiatum, quàm ſpolium.

Vide infra. Attentata magis priuilegiata, quàm ſpolium. Concluſ.548.

3 Duplex eſt attentatum, videlicet, iuris, & facti; attentatum iuris eſt, quando aliquid eſt factum contra ius, quòd non habuit exequutionem facti, & iſtud tollitur per ſolam declarationem nullitatis actus; ſi vero facta eſt aliqua exequutio facti, prout eſt traditio poſſeſſionis, tunc illud factum debet reuocari. Alex.conſ. 89. nu.6. verſ. Eſt verum, quod illud, lib.1.

4 Et officio iudicis reuocantur attentata facta de facto, prout exequutio ſententiæ pendente appellatione conceſſa. Alex.conſ.89. Diligenter conſideratis, in fi.lib.1.verſ. quo autem ad id.

Attentata an reuocentur quando conſtat de non iure petentis ea reuocari. Concluſ. DXLVI.

1 ATTENTATA ſunt reuocanda in profanis etiã ſi conſtet de non iure petentis reuocari.

Vide. Attentata ſunt reuocanda ante omnia. Concluſ.543.nu.9. & ſeq. vbi pro vtraque parte, & declaratur, & infra Concluſ. prox.ſeq.n.3.& ſeq.

2 Amplia, vt attentata reuocentur etiam in beneficialibus abſque eo, quòd petens ea reuocari, probet aliquid de iure ſuo, vel coloret ſuam poſſeſſionem ex titulo. Gemin.conſ.94. in fi.

Attentata quando non reuocantur ante omnia. Concl.DXLVII.

1 ATTENTATA non reuocantur ante omnia, ſed expectatur finis iudicati, quando fuit appellatum ante diffinitiuam, & per iudicem à quo non obſtante appellatione fuit proceſſum. Oldra. conſ.302.nu.10.verſ.præterea, Feder. de Sen.conſ. 198. nu.3.verſ. de ſecundo, quod intelligit verum, Alex.conſ.89.nu.6.lib.1.

2 Contrarium, quod ſententia lata, & proceſſus habiti poſt appellationẽ interpoſitam à reiectione articuli admittendi tanquam attentata ſint reuocanda, quando conſtat, quòd articuli erant admittendi. Gemin.conſ.24.nu.11.verſ. ad quintum, ſed loquitur per viam nullitatis, ex quo dicit reuocationem fieri, poſtquam conſtat, quòd appellatio erat admittenda, & ſic concordat.

3 Declara, quia attentata poſt appellationem ab interloquutoria, non reuocantur per viam attentati, niſi quando appellationi fuit delatum, vel niſi fuerit inhibitum; iſtis enim duobus caſibus reuocantur attentata per viam attentati, alias non. Alex.conſ.89. Diligenter conſideratis, nu.6.lib.1. qui loquitur generaliter, Caſtrenſ. conſ.381. In præſenti conſultatione, lib.2.

4 Et quòd ſi eſt delatum appellationi ab interloquutoria, vel ſi eſt inhibitum reuocentur geſta poſt per viam attentati. Caſtren.d.conſ.381.circa med. lib.2.

5 Declara, etiam quia quoad articulum, ſuper quo eſt appellatum, & quoad connexa, etiam ſi nõ ſit delatum appellationi, neque inhibitum, tamen reuocantur attentata, ſecus quoad capitula ſeparata ab articulo, ita videtur tenere Alex. d. conſ. 89.n.6.verſ. vbi autem neutrum, lib.1. vbi allegat Ant. de Butr. in c. dilectus filius, §. Saracenus, de reſcript. in vltim. not. & ibi Io. de Imol. & declarat ibi Alex. quando capitula dicantur connexa, & quando ſeparata, & hęc eſt declaratio præmiſſorũ.

6 Amplia, quia non reuocãtur attentata poſt appellationem interpoſitam, ſuper notorio. Oldra. conſ.18.verſ. ad tertium, nu.3. Zabarel.conſ.101. circa fi. vbi quòd poſt inhibitionem bene reuocantur attentata ante omnia.

7 Amplia, quia excommunicatio lata poſt ſententiam pro illius exequutione infra decem dies ad appellandum non venit reuocanda per viam attentati, ſi eſt lata ante appellationem interpoſitã, licet appellatum fuerit infra decem dies poſt latam excommunicationem. Gemin.conſ.99.in prin. verſ. ad ſecundum.

8 Amplia, quia licet attentata ſint reuocanda ante omnia per viam attentati, etiam in opere nouo facto poſt nunciationem, tamen ſi poſtea fuit lis conteſtata ſuper negocio principali, non ſunt amplius reuocanda, niſi cum negocio principali ſimul pronuncietur. Bald. conſ.245. Proponitur, quòd fuit num.2. verſ.2. præmitto, lib.2.

9 Amplia, quia in caſibus, in quibus appellatione, vel lite pendente, poteſt innouari, non cadunt attentata, ideo non ſunt reuocanda. Corrad.in Breuiar.fol.206.nu.21.vbi ponit caſus 23.

10 Amplia, quia qui continuat ſuam poſſeſſionem non attentat, & ideo non fit reuocatio. Alex. d. conſ.99.n.5. verſ. nec obſtat, lib.5. vbi apoſtil. in ver. poſſeſſione, dat concord.

11 Reſtringe, quia is, qui petijt reſtitui ad poſſeſſionem, & obtinuit, & eſt in poſſeſſione præſumitur attentaſſe, quia reſtitutio petita repugnat poſſeſſioni. Alex. d. conſ. 99. num.5.verſ. ſed in præſuppoſito noſtro, lib.5.

12 Reſtringe, quia ſi eſt dubium, an is, qui obtinuit poſſeſſionem, pendente appellatione, poſſideret, debent reuocari, tanquam attentata omnia geſta per iudicem à quo. Alex.d.conſ.99. num.6.verſ. præterea, lib.5.

13 Amplia, quia attentata non reuocantur ante omnia, quando appellatio eſt extraiudicialis, ſed expectatur euentus boni, vel mali iuris. Caſtrenſ. conſ.216. Per ea, quæ comprehendo, circa princ. lib.2. vbi quod talis appellatio, donec ſit inhibitũ, habet vim proceſtationis.

14 Extende, multo magis in proteſtante, quòd aliquid non fiat, quia ſi illud fiat non reuocatur, vt attentatum, ſed expectatur euentus litis, & boni iuris. Caſtrenſ.d.conſ.216. per tot. lib.2.

15 Amplia,quia attentata non reuocantur quando notorie conſtat de non iure petentis reuocari attentata. Alex.conſ.99.Viſis proceſſibus num.7. verſ.non obſtat, lib.5. allegat Rotam deciſ.2.Ad inſtantiam,vt lit.penden. alias 55. & deciſ.2.Fuit dubitatum,ver. ſed ſi conſtaret, alias 14.de reſtit. ſpoliat. in nouis.

16 Declara, quia ante concluſionem in cauſa non poteſt dici notorie conſtare de non iure. Alex. d. conſ.99. num.7. & 8. verſ. quia reſpondeo, lib.5.

17 Declara,quia imo attentata reuocantur,etiam ſi conſtet de notorio non iure petentis reuocari attentata, quia ſunt magis priuilegiata, quàm ſit ſpolium, quia attentans offendit partem,iudiciũ, & iudicem; ideo in profanis reuocantur, ſecus in beneficialibus, quando notorie conſtat de non iure petentis attentata reuocari, ita Alex.d.conſ. 99.num.9. & ſeq.verſ. præterea,lib.5. vbi apoſtil. in ver. magis,& in ver.conſtat, dat concordantes.

18 Amplia, quia non reuocantur attentata poſt inhibitionem, ſi pars inhibita comparuit coram iudice inhibente, quia reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ſecus ſi non comparuit.Caſtrenſ.conſ. 395. In cauſa, quæ vertitur,in princ.verſ. conſtat autem,lib.2.

19 Limita, quia ſpeciale eſt,vt per viam attentati reuocetur opus nouum factum poſt denunciationem, & proteſtationem etiam extra iudicium factam, Caſtren.d.conſ.216. circa princ.lib.2.

Vide Maſcard. concluſio 146. num. 6. & multis ſeqq.

Attentata ſunt magis priuilegiata, quàm ſpolium. Concl. DXLVIII.

1 ATTENTATORVM cauſa maius priuilegium habet, & maiorem fauorem, quam cauſa ſpolij.Oldrad.conſ.199. Pro fundamento in princ. qui dicit, quòd per ſpolij reſtitutionem ſuccurritur parti ſpoliatæ; per reuocationem vero attentatorum,& parti ſpoliatæ ſuccurritur, & contempta iudicis maieſtas vindicatur.

2 Primum priuilegium eſt, quia in cauſa ſpolij agens debet probare ſe deiectum à ſpoliatore, & tempore deiectionis poſſeditiſſe, c. conſultationibus,de offic.delegat.Oldrad.conſ.199.verſ. & hac ratione motus,in princ. & idem dicit Cardin. Zabarel.conſ.10. Iacobus exequutor,nu.2.

3 In reuocatione vero attentatorum ſufficit probare ſe poſſediſſe,& aduerſarium hodie poſſidere, etiam ſi deiectio non probetur.Oldra.d.conſ.199. in princ. verſ. In reuocatione autem. Zabarell. d. conſ.10.num.2.

4 Secundum, quia in reuocatione attentatorum proceditur ex puro, & mero officio iudicis ſine libello, & litis conteſtatione. Lap.alleg.98. nu.1. in fin.verſ. primo quia,allegat gl.in clem.1.vt lit. penden.Cardin.Zabarel.d.conſ.10.nu.2.

5 In reuocatione autem poſſeſſionis, qua quis eſt ſpoliatus requiritur libellus. & lis conteſtatur, & ſic fauorabilius remedium eſt attentatorum,& facilius.Lap.d.allegat.98.nu.1.in fi.Zabarell.conſ. 10.n.2. Vbi quòd in cauſa ſpolij ſeruatur ordo iuris,ſecus in attentatis.

Attentata habent multa ſpecialia, & an detur remiſſoria pro attentatis probandis. Concl. DIL.

1 ATTENTATA ſufficit petere reuocari in genere, vel etiam de eis excipere, quia licet actio,& exceptio debeat eſſe clara,& certa,vt procedat, vt pars aduerſa poſſit deliberare. l.1.§. labeo, ff. de flumin. tamen ſecus eſt in attentatis, tamquam acceſſorijs ad negocium principale. Oldra.conſ.206. In cauſa Carnocen. in fin.ver.ad quintam.

Vide. Exceptio debet eſſe clara ſicut actio. Concluſ.372.

Vide. Libellus generalis, & obſcurus quando procedat. Concluſ.306.

2 Amplia, quia datur remiſſoria ad partes ad probandum attentata ad fauorem actoris,& fauore attentatorum, non autem è conuerſo. Vide plene per Maſcard.concluſio.147. Attentata quomodo probentur per remiſſionem ad partes.

Atrox delictum, & iniuria quando dicatur. Concluſ. DL.

1 CRIMEN, ſeu delictum dicitur atrox, prout aſſaſſinium, quia qualitas inducens aſſaſſinium, prout per pecuniam interficere hominem inducit atrocitatem, ideo dicitur atrociſſimum, & pœna debet eſſe atrox.Corrad.in breuiar. §.3. tit. de aſſaſſ. nu.1. in fi. & n.2. vbi appellat atrociſsimum & immane,ideo furca altiori ſuſpenditur, vt nu.3. in fi. Item ſecundum Clar. in §. aſſaſsinium, nu.4. trahuntur ad caudam equorum, item ſcinduntur in fruſta ad terrorem, & propter atrocitatem, & enormitatem criminis.

Vide. Aſſaſsinium quid ſit, & multa ſpecialia huius criminis. Concluſ.531.

2 Amplia,quia iniuria,vel delictum dicitur atrox ex perſona committentis; ex perſona eius, in quẽ eſt commiſſa;ex loco, ex parte offenſa, prout in facie, in oculo, vel in ore, plus quam in pede, vel manu, item ex magnitudine, vel leuitate delicti. Inſtit. de iniur. §. atrox, & eſt text. in c. aut facta,de pœnitentia,diſt.1.vbi quòd ſeptem conſiderantur, cauſa, perſona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus, & de omnibus ponit exemplum.

3 Ex magnitudine delicti prout ex magno vulnere, vel vulnuſculo,dicitur atrox delictum & leue, ſecundum plus,& minus. d.§. atrox,Inſtit.de iniur.vbi gl. in ver. atrox, quæ dicit magis,& minus puniri ſecundum atrocitatem.

4 Idem dicit gloſ. in c. cum illorum, de ſent. excomm. in ver. effuſionem, quod effuſio modica ſanguinis dicitur lenis, magna effuſio grauis, & quòd arbitrarium eſt iudici, quæ modica,vel magna dicatur.

5 Ex facto qualificato, vel ſimplici, nam maior eſt offenſa facti,quàm verbi,ita text. in d.§.atrox Inſtit.

Digitized by Goog

Inſtit. de iniur. in ver. facto, & ibi gloſ. l. ſed eſt quæſtionis, in princ. ff. eod. vbi maior eſt offenſa, quæ tangit corpus, quàm ſola veſtimenta.

6 Item maior eſt ex perſona offendentis, prout ſi humilis, vel vilis perſona offendit. gl. d. §. atrox, vbi gl. in ver. humili.

7 Item ex perſona offenſa, veluti ſi ſenator, vel habens dignitatem, vel magiſtratum offendatur, vel ſi ſeruus, aut libertus dominum, ſi filius patrē offendat, d. §. atrox, Inſtit. de iniur. l. prætor in fi. ff. eod. & clarius in l. ſed eſt quæſtionis ibi ex perſona, ſi ſubditus dominum, vel officialem, ff. eod. auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. ex aduerſo, vbi gloſ. in ver. amariſsimis, imponit pœnam parricidij vti maiorem.

8 Et de Epiſcopo offenſo, quod dicatur atrox offenſa ex perſona offenſi. gloſ. in c. cum illorum, per illum text. in ver. in Epiſcopum, de ſenten. excom. vbi quod tales offenſiones ſine ſcandalo non poſſunt prætermitti.

9 Et in officiali contra quem calumnioſa accuſatio inſtituitur, vt grauius puniatur accuſator, Farin. quæſt. 16. nu. 7. vbi quòd quidam Aduocatus, qui ſuggeſſerat accuſationem contra officialem fuit condemnatus ad damna, expenſas, & exilium.

10 Item ex loco commiſſi delicti, veluti, ſi in foro publico, vel coram Prætore, vel in Eccleſia, aut loco ſacro quis offendatur. d. §. atrox, Inſtit. de iniur. vel in ſpectaculo publico, l. prætor, in fine, & l. vulneris. ff. eod.

11 Et licet ſit leuis offenſa, prout pauca verberatio, tamen ſi in ſpectaculo, vel loco publico fiat, dicitur atrox, l. ſed eſt quæſtionis, §. ſed ſi in theatro.

12 Item ex loco, in quo corpus offenditur, nam maior eſt offenſa vulnus in facie, quàm in alia parte corporis, quia efficitur notoria, item magis in oculo, in ore, in naſo, quàm in alia parte capitis, quia iſta debilitant, & deturpant magis. d. §. atrox, Inſtit. de iniur. & eſt text. in l. prætor in fi. & l. vulneris, ff. eod.

13 Falſitas dicitur grauiſſimum delictum propter eius frequentiam, ideo ſolet grauius puniri, & eſt crimen publicum. Clar. in §. falſum, in princ.

14 Et in iſtis atrocioribus licitum eſt iura tranſgredi.

Vide. Delicta, quæ magis grauia eſſe dicantur. Concluſ. 161.

Vide. Crimina grauia, & leuia, quæ eſſe dicantur. Concluſ. 1077.

Auaritia omnium malorum radix, & qui præſumantur auari. Concl. DLI.

1 RADIX omnium malorum eſt auaritia, vt inquit Apoſtolus.

2 Et auaritia inſatiabilis lupus eſt, Bald. conſ. 301. Proponitur quod, num. 11. in fin. lib. 1. vbi dicit, quod fœudum non apertum non poteſt concedi, quia inducitur votum captandæ mortis alterius, & ex voto ſæpe peruenitur ad actum facinoris, quia auaritia inſatiabilis lupus eſt.

3 Amplia, quia auaritia maxime damnatur in Prælatis Eccleſiaſticis, & Clericis, quando iſti de agris à principio deſertis datis ad culturam, poſtquàm colonus eos reduxit ad culturam volunt augere canonem, vel reſponſionem, quia non poſſunt. l. fin. C. de omni agro deſerto, lib. 11. vbi Bart. dicit notabilem text. contra Prælatos inſatiabiles, Caſtrenſ. quoque conſ. 142. col. 2. lib. 2. vbi in fi. inuehitur contra certos Abbates, qui ex auaritia alterarunt pacta inueſtituræ perpetuæ ad locationem ſimplicem ruſtico, & ignoranti.

Vide. Clerici quales eſſe debent. Concluſ. 379.

4 Amplia, quia etiam ſtatuta, quæ alias ſancta dicuntur, vt pote, pro augmento cultus diuini, & valent, ſi ex cupiditate auaritiæ proueniunt, non valent, plene Ant. de But. conſil. 42. per tot. maxime, num. 2. in fin. verſ. nec dicatur, & num. 3. vbi, quòd ſtatutum reducens ad diſtributiones quotidianas, omnes fructus canonicatuum contra antiquam conſuetudinem Eccleſiæ præſumitur ex auaritia, & per fraudem emanaſſe, ex quo principalis intentio eſt, vt fructus prædicti applicentur reſidentibus tantum.

Vide. Ambitio quando, & in quibus reprobetur. Concluſ. 325.

5 Amplia, quia maxime in Principe damnatur auaritia, quæ eſt proprium mulierum, Anchar. conſ. 389. nu. 8.

6 Auari præſumuntur homines propter commoditatem diuitiarum, & mulieres maxime ſunt auaræ, Clerici, Laici, Medici, Iudices, & alij præſumuntur auari, vt dicit Maſcard. concl. 150. Cum auari omnes præſumantur.

Auditores contradictarum quam iuriſdictionem habeant. Concl. DLII.

1 AVDITOR contradictarum habet iuriſdictionem ordinariam, & quicquid ipſe facit circa commiſſiones appellationum, & alia, dicitur facere conſiſtorium Papæ, Feder. de Sen. conſ. 108. verſ. Ad primum, in princ.

2 Audientia contradictarum procedit contra appellatum, cui appellatio extraiudicialis fuit nulliter intimata, quando re vera ipſe nullitèr intimatus habuit veram notitiam, quòd procedebatur in cauſa. Roma. conſ. 360. Circa propoſitum, circa fi. verſ. & ſic appuret.

3 Extende, vt procedat etiam ſi intimatus conſtituit Procuratores negligentes in producendo mandato, quia non debuerunt citari, cum non conſtaret, eos eſſe Procuratores, quia negligentia Procuratoris nocet Domino, qui fuit in mala electione. Roma. d. conſ. 360. in fin.

4 Et citationes contradictarum vicem obtinent citationum per edictum. Oldra. conſ. 130. n. 9. verſ. non obſtat.

5 Hodie iſtud officium habet ſolum iuriſdictionē circa citationes, quæ fiunt per contradictas, ſed retinet multa priuilegia circa honores & præcedentias.

Andi-

Digitized by Google

Auditores Rotæ aliqui antiqui, & Auditorum priuilegia. Concl. DLIII.

1 DOMINVS de Columna.
Dominus de Vrsinis.
Dominus Iacobus de Campo.
Dominus Florentinus.
Dominus Sancti Marci.
Isti omnes erant Auditores Rotæ tempore Pauli de Castro, vt ipse meminit, cons. suo 282. Ista, li. 1.

2 Auditores Rotæ, & Capellani Papæ habent priuilegium ab Alexandro V. expeditum, sub Ioanne Papa XXII. quòd ipsi præferantur in concursu expectantium omnium, etiam si alij fuerint magis diligentes, dummodo non sint maioris, vel æqualis dignitatis, quod priuilegium est insertum, per Gemin. cons. 113. & respicit gratias concessas, & concedendas.

3 Amplia, quia dictum priuilegium extenditur etiam ad habentem expectatiuam, qui postea Auditor Rotæ fuit effectus. Gemin. cons. 113. Super dubio præmisso per totum, Castren. cons. 341. Dominus noster Papa, vbi consuluit super ipso priuilegio, & dicit, quod sunt familiares Papæ, sed per fictionem.

4 Amplia, quia dicto priuilegio Auditorum Rotæ non censetur derogatum per clausulas generales derogatorias in priuilegio concesso priuatæ personæ, eo quia priuilegium Auditorum est eis concessum ob publicam vtilitatem, & quia contrarium priuilegium loquitur de personis, & priuilegium Auditorum est concessum collegio, quod non venit appellatione personæ, & quia priuilegium Rotæ est confirmatum pluries, & quia transiuit in contractum, & quia fauore alimentorum est concessum, & quia habet clausulam derogatoriam, plenissime Roma. cons. 436. Quod indultum per totum, vbi plurima cumulat, & apostil. 1. in ver. non deroget, dat concordantes, & sequitur, Sarnen. super regulis, decis. 2.

5 Auditores Rotæ faciunt collegium, quia habent omnia requisita collegij, sunt tres, & vltra habent sigillum proprium collegij, arcam communem, thesaurarium, & locum vbi se congregant, & Decanum, licet Decanus non sit de requisitis: ita Roma. cons. 436. Quod indultum, nu. 6. & seq.

6 Et dicuntur Decuriones, & Consiliarij Reipublicæ, ita vt priuilegia eis concessa, dicantur respicere fauorem publicum, vt dicit Roma. d. cons. 436. nu. 9. & seq.

7 Etiam dicuntur Auditores Papæ, vt per Ægid. Bellam. cons. 40. nu. 42. in fi. Quod est votum D. Ioannis de Varenis Auditoris Rotæ.

8 Et possunt spernentes, & turbantes suam iurisdictionem pœnis mulctare, excommunicare, & ad prædicta omnia procedere iure suo ordinario. Ægid. d. cons. 40. nu. 42. in fi. & n. 43.

9 Limita, quia Auditores Rotæ dicuntur ficti familiares Papæ; ideo priuilegia eorum familiaritatis non tollunt ius quæsitum alteri, quia istud est de natura taciti, seu ficti priuilegij. Castrens. d. cons. 341. lib. 1. Quod est plurium doctorum, & saltem secundum tempora illa, licet hodie habeant multa priuilegia maiora.

Auditores Rotæ quam iurisdictionem habeant. Concluf. DLIV.

1 AVDITORES Rotæ habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, & audiendo, Rota in noui. decis. 61. Fuit dubitatum, alias 430. vltra med. de appellat.

2 Amplia, quia habent iurisdictionem, seu iurisdictionis exercitium habitu, sed non actu; ideo commissiones, quæ fiunt eis sunt potius distributiones, per quas datur exercitium. Rota in noui. decis. 60. Si in causa, in fi. alias 429. & decis. 61. Fuit dubitatum, circa med. vers. fuit determinatum, de appellat. & decis. 13. de offic. delegat. si causa committatur, in noui. circa prin. alias 362.

3 Contrarium tenet Ægid. decis. 55. de iudi. alias 747. si Auditor, circa princ. vers. 2. Suppono, vbi quòd extra causas sibi commissas nullam habent iurisdictionem, & in causis sibi commissis sunt iudices delegati.

4 Declara, quia prima opinio est vera in procedendo, & audiendo, seu cognoscendo, & hoc etiã tenet gl. in clem. auditis, de rescript. secus quoad decisionem causarum, quia habent vere delegatam iurisdictionem. Rot. in noui. decis. 16. de re iudi. Dubitatur, vtrum, in fi. alias 341. sequuntur hanc declarationem Gemin. cons. 95. in princ. & in c. 1. de rescript. lib. 6. vbi etiam Franch. nu. 10. vers. decimo quæritur.

5 Amplia, quod valet processus coram eis factus vigore rescripti impetrati per excommunicatum sicut coram ordinario, ideo c. 1. de rescript. in 6. non habet locum in eis. Rota d. decis. 13. de offi. deleg. in prin. alias 362. in noui. & decis. 6. de iudi. Commissio impetrata, in princ. alias 175. in noui. quæ duplicatur per Ægid. decis. 730. Commissio impetrata, alias 51. de rescript. Felin. in c. fin. nu. 7. in 5. fallen. de exceptio'.

6 Non tamen valet sententia lata vigore talis rescripti, quia in decidendo sunt vere delegati. Gemin. d. cons. 95. in princ. Franc. d. c. 1. de rescript. in 6. num. 6.

7 Amplia, quia etiam valet processus factus coram ipso Auditore excommunicato publice, quia valeret coram ordinario, ex quo in procedendo habet ordinariam. Rota in antiqu. decis. 1. de iudi. Nota quod processus, alias 34.

8 Limita, quia Auditores Rotæ non possunt pronunciare, nisi de consilio aliorum Auditorum, & de hoc habent iuramentum, alias essent periuri; ideo sententia præsumitur lata de consilio omniũ, maxime quando hoc narratur in sententia, quia non præsumuntur delinquere. Castrens. consil. 282. col. 2. lib. 1.

9 Extende maxime, quando in sententia hoc narratur, quod fuit lata de consilio aliorum, quia licet non credatur verbis narratiuis in his, quæ nó potuerũt interuenire tempore actus, tamen fallit, quando partes fuerunt præsentes, & non contradixerunt. Castren. d. cons. 282. col. 1. vers. præterea licet, lib. 1.

Augmen-

Augmentum regulatur ſecundum principale. Concluſ. D L V.

1 STATVTVM augens legitimam in omnibus, intelligi debet de ipſo augmento, prout iura loquuntur de legitima ipſa, ideo ſicut in legitima non cadit grauamen, ita neque in augmento. Calder. conſ. 12. de conſtit. & conſ. 361. alias 32. de teſtam. Bald. conſ. 407. In quæſtione. nu. 3. verſ. dicet aliquis. lib. 1. vbi quod idem ius ſtatuitur in augmento, quod in principali aucto.

Vide. Statutum recipit interpretationem paſſiuam. Concluſ. 576.

2 Et territorium, ſeu comitatus ciuitatis ſi augeatur, Caſtra, quæ vniuntur, confunduntur, in tantum, quod idem iuris eſt de augmento, quod de aucto, quando ſimpliciter, & non ſecundum quid ſunt vnita. Ancharan. conſilio 437. Iſta ſententia. num. 3.

3 Extende, quia ſi concedatur Caſtrum cum territorio, cenſetur conceſſa iuriſdictio, & ſi territorium augeatur, cenſetur aucta iuriſdictio. Iaſ. in l. 1. num. 16. ff. de iuriſd. omn. iud.

Vide. Additamentum ſequitur naturam eius, cui adijcitur. Concluſ. 182.

Vide Concluſ. prox. ſequen.

Vide. Augmentum qnando mutet ſubſtantiam. Concluſ. prox. ſeq.

Vide plenius. Priuilegium vni conceſſum quando extendatur ad alios. Concluſ. 373.

4 Limita in fœudo, quia additamentum, quod fit fœudo per vaſſallum, ſi poteſt ſeparari à fœudo, non eſt feudalis, ſed eius, qui auxit. Alex. conſil. 44. Viſa facti. nu. 8. verſ. corroborantur. lib. 3. allegat text. in cap. 1. tit. de inueſt. de reb. alien. fact.

5 Reſtringe, quando augmentum non poteſt ſeparari, quia tunc efficitur fœudale. Alex. d. conſ. 44. num. 8. lib. 3.

6 Reſtringe, quando additamentum non poteſt ſciri, neque probari, quia tunc neque ſeparari poteſt, igitur neque tanquam ſeparatum iudicatur, ſed fœudale. Alex. d. conſil. 44. n. 8. lib. 3.

Augmentum quando mutet ſubſtantiam rei augmentatæ, Concluſ. DLVI.

1 RES aucta non definit eſſe, prout prius, neque dicitur res diuerſa à prima. Gemin. conſ. 70. n. 7. verſ. tamen in iſto.

Vide. Augmentum regulatur. Concluſionem proximam præceden.

Vide. Additamentum ſequitur naturam eius, cui adijcitur. Concluſ. 182.

2 Amplia, quia legatum, vel alia diſpoſitio facta pro ſubſtinenda familia, comprehendit etiam familiam auctam ſine fraude, ſed ex iuſta cauſa. Gemin. dicto conſ. 70. num. 6. verſ. ſuper ſecundo, vſque in fin.

Vide. Legatum factum pro certo onere an augendum aucto onere. Concluſ. 72.

3 Amplia, quia prorogatio facta, durante primo termino, non inducit nouam diſpoſitionem, ſed dicitur eadem diſpoſitio.

Vide. Prorogatio an inducat nouum actum. Concluſ. 921.

4 Amplia, quia dignitas aucta retinet ſuam naturam primæuam, & priuilegia.

Vide. Dignitas aucta retinet primæuam eſſentiam. Concluſ. 425.

Augures prohibentur. Concluſ. D L V I I.

1 AVGVRANDI, & diuinandi ſcientia omnino prohibetur Clericis, & laicis. cap. quanti Clerici 26. quæſt. 5.

2 Et diuinare nemo tenetur, ideo neque Eccleſia, neque Papa, neque quis alius præter Deum iudicat de occultis. Roman. conſ. 395. Vt res clarior. num. 5. verſ. vnde abſit, & ibi apoſtill. in ver. diuinare, dat multos concord.

Vide. Diuinare de occultis nemo poteſt. Concluſ. 519.

Vide. Incantationes, & maleficia an noceant, & qualiter puniantur. Concluſ. 59.

Auguſtana Ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. DLVIII.

1 ARCHIDIACONATVS Auguſtenſis habet maiorem dignitatem poſt Epiſcopalem, ideo præfertur Præpoſito dictę Ciuitatis. Bal. conſ. 387. Archidiaconus habet, per totum. lib. 1.

Auia, & auus quando veniant appellatione matris, vel patris, & an præſumantur dotaſſe neptem contemplatione filij, vel neptis. Concluſ. DLIX.

1 AVIA alia eſt materna, alia paterna, materna venit appellatione matris in diſpoſitione fauorabili, ſecus in odioſa. Alexand. conſ. 198. Perſpectis.

2 Extende, quia etiam auia paterna venit appellatione matris. Alex. conſ. 198. num. 7. verſ. non obſtat. lib. 6. Corne. conſ. 307. maxime nu. 9. lib. 4.

3 Contrarium, quod auia paterna non veniat appellatione matris. Alex. d. conſ. 198. nu. 12. verſ. item reſpondeo. lib. 6.

4 Declara, quia venit auia paterna appellatione matris ex impropria ſignificatione, non ex propria, ideo ſi ſtatutum mandat, quod verba accipiantur proprie, non continetur auia paterna appellatione matris, plene Alex. d. conſ. 198. num. 12. & ſequen. verſ. item reſpondeo, vſque in fin. lib. 6.

5 Et ſi auus dotet neptem ex filio, an præſumatur contemplatione filij, vel ipſius neptis. Vide Maſcard. concluſ. 156. Auus an in dubio.

Aui-

Digitized by Google

Auinionensis Ciuitas, & status est Ecclesiæ Romanæ, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. DLX.

1 CIVITAS Auinioni est de temporali iurisdictione Romanæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ. Signorol. cons. 219. num. 1. & per totum.

2 Et non facit alicui remissionem delinquentium prout nec alij Principatus, nec Comitatus, de quibus Aegid. Bellam. cons. 11. numer. 7. vers. ad propositum.

3 Non est in Regno, neque de Regno Franciæ status Auinionen. sed extra Regnum, ideo Rex non potest in eo citari facere. Aegid. Bellam. consil. 40. num. 32. & 34. vbi late.

4 In statu Auinionen. quod est Romanę Ecclesiæ, Papa habet multa Castra, quæ sunt sub iurisdictione Imperij, & licet Papa ipsa Castra cõcesserit in fœudum ligium, tamen talis concessio fuit nulla. Aegid. Bellam. cons. 33. num. 41. & seq. ver. primo quæritur, & est Comitatus Valentinen. cum Castro de Motellinis, quę fuerunt concessa in fęudum pro Flor. 30. millia. Imo num. 54. vers. prętereà quod saltem, dicit quod sunt Castra 76. Quorum pars est sub dominio Imperij, alia pars Ecclesię Romanæ, & aliarum Ecclesiarum, & quod Comes se recognouit fęudatarium pro omnibus Ecclesiæ Romanæ, quia Papa promisit 158. millia Flor. vt num. 60. & per totum, vbi inserit pacta contractus.

5 Auinioni Ciuitas fuit electa vna ex tribus Ciuitatibus, in qua celebrari deberet Concilium Basileæ, in quo Gręci conueniebant, & Auinionenses promittebant mutuare pro Concilio Flor. 70. millia, tamen fuit translatum Ferrariæ, quia Græci consenserunt, licet Concilium Basilienſe non vellet consentire, pro Concilio consuluerunt Rom. cons. 352. Quęritur primo, per totum. Castr. cons. 228. lib. 2. pleniſſime Abb. satis interessatus, & appassionatus in sermone suo de Concilio, vbi inuehitur contra Eugenium, quia voluit Concilium transferre, prout transtulit ad Ciuitatem Ferrariæ ex causa legitima.

6 Consuetudo, & priuilegium Auinionensibus Aulicis competit, quod sint Ciues Auinioni, quia Gregorius, quando transtulit Curiam Romanam ita concesſit. Aegid. Bellam. cons. 24. in princ.

7 Consuetudo est Auinioni, quod parentes possunt eligere sepulturam, vbi velint pro eorum impuberibus filijs. Oldrad. cons. 225. Grauamina. col. 2. n. 7. vers. duodecima.

8 Ecclesia S. Desiderij Auinionen. fuit ędificata a Cardinale Bertrando de Dioceo Episcopo Sabinen.

9 Episcopus Auinionen. habet multa Castra, & in specie Castrum Barbentanæ, in quibus, tam ex priuilegijs Imperialibus, quam ex antiqua consuetudine immemorabili exercet merum, & mixtum Imperium, & regalia absolute, prout alij domini temporales Imperiales solent exercere, & propterea præscripsit ius piscandi in flumine publico, quia prohibuit per 10. & 20. annos omnibus, & acquieuerunt, plene Aegid. Bellam. cons. 7. in principio, & per totum.

10 Item habet Castrum de Lertio sibi fœdatarium. Ægid. cons. 11. num. 11. & seq. vbi est etiam Castrum nouum, & alia Castra, vt in duobus instrumentis ibi registratis, quæ videas.

11 Castrum Barbentanæ erat Ecclesiæ Auinionen. & fuit concessum cuidam Georgio pro scutis 30 mille, quos expendiderat in fauorem Ecclesiæ Romanę tempore Clementis Papæ, qui in defensione Reginę Ioannę Sicilię aduersus Bartholum, & adhęrentes inimicos Reginę expendidit. Castrens. cons. 415. In facto prędicto, per tot. lib. 1. vbi quod valuit dicta alienario, quia Papa est Dominus, & habet liberam administrationem omnium Ecclesiarum.

Auocatio causæ ex quibus inducatur. Concluſ. DLXI.

1 AVOCATA dicitur causa ab omnibus Iudicibus, quando supplicatio continet, quod dignetur Papa auocare ad se causam super tali negocio pendente coram quocunque iudice, & illam committere Auditori Rotę, si Papa committat eandem causam, licet non dicat auocamus, sed simpliciter causam committat alicui, qui iustitiam faciat, vt petitur. Geminian. cons. 47. in princ. & per totum, maxime num. 2. quia responsio debet esse conformis petitioni.

2 Amplia, quia imo sufficit, quod narretur pendentia litis coram vno Iudice, & Papa alteri committat, quia censetur auocata. Staphyl. de liter. iust. fol. 126. num. 22.

3 Extende, vt idem sit, quando Papa super articulo grauaminis committit causam vna cum toto negocio principali, quia censetur auocare negocium principale, dummodo causa non sit instructa. Staphyl. de liter. iustit. fol. 119. num. 32. secundum antiquam impressionem, sed fol. 126. nu. 20. & seq. dicit, quod si iuret non sperare iustitiæ complementum in partibus, committitur etiam si esset instructa.

4 Imo in Curia si appellatur, & committitur articulus à grauamine semper solet addi clausula vna cum toto negocio principali, ne continentia causarum diuidatur. Staphyl. de liter. iustit. n. 13. & seq. vbi, quod speciale est in Curia, quia causa semel commissa in Curia nunquam exire debet, etiam si grauamen non iustificetur.

5 Limita, quia auocatio causæ facta post conclusum in causa non valet, & commissio est nulla. si non est derogatum regulæ, ita Rom. cons. 176. Iste sunt. per totum, maxime num. 13. & seq. vbi quod hęc opinio est vera.

6 Extende vt procedat, siue conclusio facta sit expressa, siue tacita. Roman. d. consil. 176. per tot. maxime num. 9. vers. superest ergo.

Auo-

ed by Googl

Auocatio, & commiſsio cauſæ operatur multa. Concluſ. DLXII.

1 AVOCATIO cauſæ facta per Papam, & commiſſa alicui alteri motu proprio operatur, vt alij iudices, ſiue ordinarij, ſiue delegati nulliter procedant, etiam ante intimationem auocationis. Geminian. conſil. 47. in princ. verſ. nam quandoque.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi auocatio ſit ad inſtantiam partis, & non motuproprio, quando commiſſio eſt cum auocatione expreſſa. Gemin. d. conſ. 47. ver. in contrarium. nu. 1. vſque in fi.

3 Contrarium tenet additio ad d. conſ. Gemi. 47. incipit. Satis aduocat: vbi quod hoc vltimum procedit, ſi in commiſſione eſt decretum irritans, vel ſi eſt inhibitum, alias non eſt nullus proceſſus factus à primo iudice non notificato.

4 Limita in commiſſionibus primo, & ſecundo loco factis, quia donec notificentur iudici procedenti, proceſſus valet. Gemin. d. conſ. 47. in princ. ver. & videtur prima facie, qui ſic declarat, in fi. ver. non obſtant contraria.

Aurem qui tangit totum corpus tangere dicitur. Concl. DLXIII.

1 PARTEM qui tangit, puta aurem, totum corpus tetigiſſe dicitur in his, quę ſunt indiuiſibilia, & vno integrali, quod cõſiſtit in vno ſpiritu, & vna elementatione. Bar. in l. vulgariś, in prin. ff. de furt. Caſtren. conſ. 4. prope fi. lib. 1.

2 Amplia in his, quæ veniunt in ſequela, quia licet quis committat crimen læſæ maieſtatis in Ciuitatem priuatam, tamen ſi eſt ſuppoſita Principi, in quo cadit maieſtas, tunc ſi fiat ſeditio in cauſa ad effectũ ſubuertendi obedientiam ab illo Principe, incurrit in crimen læſę maieſtatis, quia qui tangit aurem, totum corpus tetigiſſe videtur. Bald. conſ. 59. nu. 2. ver. niſi quando fieret. lib. 1.

3 Amplia, quia capiens poſſeſſionem in angulo prædij, dicitur cepiſſe poſſeſſionem integri prędij. Caſtren. d. conſ. 4. col. 2. in fi. lib. 2.

4 Amplia, quia præſcribens venã mineriæ in vna parte cum ſit vna à principio vſq; ad finem, totã præſcripſiſſe dicitur. Caſtrenſ. dicto conſilio quarto, columna ſecunda, in fine, lib. 2. vbi dat alia ſimilia.

Authenticorum quorundam interpretatio. Concluſio.

1 AVTHENT. qui ſemel, quomodo, & quando Iudex, quod agens teneatur perſeuerare coram illo iudice, & contra agentem poſſit reus etiam contumacem obtinere abſolutionem limitatur ſeptem modis. Socin. reg. 32. auth. qui ſemel.

Vide. Iudicium vbi cęptum ibi finem accipere debet. Concluſ. 487.

3 Authent. malę fidei. C. de præſcription. long. tempor. quod mala fides defuncti tranſeat in eius hęredem, limitatur quindecim modis, vt per Socin. regula 33. Authentic. malæ fidei.

Vide plenius. Mala fides defuncti quando noceat hæredi, vel non. Concluſ. 22.

Vide de multis Soci. reg. 32. & 33.

Authoritate propria quando aliquid poſsit fieri. Concluſ. DLXIV.

1 AVTHORITATE propria cenſetur aliquid conceſſum, quando verba exequutiua diriguntur ei, qui facere poteſt. Bald. conſ. 86. Teſtator diſponit. lib. 1.

Authorari nemo poteſt in re ſua ad commodum ſuum. Concluſ. DLXV.

1 IN re propria authorari nemo poteſt. l. 1. & l. pupillus. ff. de author. tutor. & hanc communem opinionem * dicit Bal. conſ. 58. Factum tale eſt. num. 3. lib. 4. Abb. conſ. 40. lib. 2. in fi.

2 Amplia, vt capitulum, quod alias conſenſum, & authoritatem interponit cum Epiſcopo ſuper vnione non poſſit hoc facere, ſi vni fiat capitulo. Oldrad. conſ. 262. nu. 323.

Vide. Vnio facta per Capitulum, & Epiſcopum an valeat pro Capitulo. Concluſ. 237.

3 Extende in Epiſcopo, qui cum conſenſu Capituli poteſt diſtribuere bona certi monaſterii, non poteſt ſuæ menſæ vnire, vel applicare, quia ſibi authorari non poteſt. Dyn. conſ. 22. Monaſterium quoddam. nu. 3.

4 Et quod dicitur de vnione, procedit in donatione, permutatione, & alio contractu. Zabarell. conſ. 131. in princ. vbi limitat, quando ſeparata eſſet adminiſtratio Capituli ab Epiſcopo, quia poſſet vnire Capitulo.

5 Amplia, quia ſtatutum prohibens filiosfamilias poſſe obligari ſine parabola patris, intelligitur ſine authoritate, ideo in cauſa pro patre redimendo non poteſt obligari, quia pater in cauſa propria non poteſt ſibi authorizare. Bald. conſ. 213. Occurrit dubium. lib. 2.

6 Extende, quia pater non poteſt authorari, vt filia nupta donet alijs filijs in ſua poteſtate exiſtentibus, quia in cauſa propria authorizaret. Abb. conſ. 40. Factum in effectu. in fi. lib. 2. vbi allegat prouraque opinione Bar. ſibi contrarium, * ſed dicit * hanc veriorem.

7 Declara, quia forte propter pietatem, videlicet, pro patre redimendo poſſet valere talis authoritas in cauſa propria. Bal. d. conſ. 213. in principio. lib. 2.

8 Extende, quia non valet liberatio filij minoris facta patri authoranti, quia eſt ſpecies donationis, & pater ſibi authorari non poteſt, etiam ſi adſit iuramentum minoris, quia non ſupplet niſi defectum ætatis, non autem alios defectus, plene Caſtren. conſilio 460. Sequendo ordinem, in princ. lib. 1.

Extende,

9 Extende, quia vbi requiritur authoritas Patris in contractu filij ex forma ſtatuti, non poteſt Pater authorari in contractu donationis ſibi factæ per filiam. Bald. conſ. 139. Factum tale eſt in fi. lib. 2. & conſ. 58. num. 2. & 3. verſ. ſequitur videre, li. 4. * vbi dicit * communem, ſed declarat, vt infra recitatis opinionibus pro vtraque parte, & concordat quod non valet, Florian. de ſancto Petro, conſ. 8. nu. 3. & ſeq.

10 Declara extenſionem, vt procedat, quando donatio fieret per filiam Patri in fraudem filiorum, ſecus ſi bona fide, quia authoritas, quæ requiritur fauore patris, hoc caſu poteſt per patrem præſtari ad commodum ſuum. Bald. d. conſ. 58. num. 2. & 3. lib. 4. vbi quod iſta declaratio eſt ſatis æqua.

11 Amplia, vt procedat etiam ſi ſtatutum requirat copulatiue authoritatem, & conſenſum, quia non poteſt quis ſibi authorari, & conſentire. Bald. d. conſ. 78. circa fi. lib. 4.

12 Extende idem, ſi ſtatutum requirat conſenſum Patris in renunciatione filiæ, quia ſibi non poteſt pater conſentire, ideo renunciatio facta patri non valet, quia ſibi non poteſt conſentire. Iaſ. conſil. 69. lib. 1. Florian. de ſancto Petro conſ. 8. nu. 5. & 6.

13 Declara ſecus eſſe, ſi alternatiue requirat, vel authoritatem, vel conſenſum, quia ſi eſt conſenſus authorizabilis, idem eſt quod de authoritate dicitur, vt non poſſit authorari, vel conſentire in cauſa propria, ſecus ſi eſſet ſimplex cõſenſus, quia etiam quod alternatiue ponatur, valebit. Bald. d. conſ. 78. in fi. lib. 4.

14 Amplia, quia etiam de iure communi non valet refutatio bonorum profectitiorum facta per filiam ad fauorem patris, quia in profectitijs filius non alienat ſine authoritate patris, & propterea pater non poteſt ſibi authorari, ſecus in bonis aduentitijs, quia filia poteſt renunciare patri bona materna, Angel. d. conſ. 303. Pactum tale eſt, per totum.

15 Amplia, quia Epiſcopus non poteſt abſoluere ſe ipſum à iuramento, quia non poteſt in cauſa propria ſibi authorari, neque poteſt eſſe iudex, & pars, Roma. conſ. 325. Quoad primum, n. 11. verſ. niſi conſtitutio.

16 Extende etiam in Papa, quia ſe ipſum non abſoluit, neque alteri abſolutionem pro ſe committit circa ea, quæ ſunt iuris diuini.

Vide. Papa non poteſt multa, & quæ. Concluſ. 50. nũ. 22. & ſeq.

17 Amplia, quia ſtatutum prohibens filium, vel filiam poſſe contrahere ſine licentia patris, prohibet etiam, quod non valet donatio facta per filiam ipſi patri conſentienti, quia non poteſt ſibi authorari pater. Bald. conſ. 287. Factum ſic proponitur, vbi recitat opiniones pro vtraque parte, & nihil ſoluit, niſi quod aut iſta licentia eſt ſolemnitas extrinſeca, & non valet, aut intrinſeca, & valet, lib. 3. & latius conſ. 288. Hæ quæſtiones, per totum, eod. lib. 3. vbi, quod de ſubtilitate iuris non valet, quia licentia debet præcedere actum, & eſt ad inſtar authoritatis, ideo non valet, tamen dicit, quod Iudex eligat quam partem velit ſecundum conſciẽtiam, ſed ipſe inclinat per multa fundamenta, quod non valeat, quia licentia non debet eſſe ſibi ipſi, vel pro ſe ipſo.

18 Extende, quia pater non poteſt authorizare in cauſa filij, ſicut neque in cauſa ſua propria, ideo in rebus prohibitis pater officialis non dat licentiam, neque authorizat filio. Deci. conſ. 273. nu. 4. * & ſeq. vbi dicit * magis communem.

19 Contrarium, quando pater per modum iuriſdictionis conſenſit, vel authoritatem interpoſuit pro filio. Ripa in l. 1. §. fuit quæſitum, ante num. 7. ver. aduerte tamen. ff. ad Trebell.

20 Extende, vt quod dicitur, non valere donationem factam patri per filiam, quando ſtatutum prohibet filiam donare ſine licentia patris, vt procedat, etiam ſi donatio fieret filijs in poteſtate patris exiſtentibus, quia idem eſt. Bald. d. conſ. 287. & 288. per tot. lib. 3.

21 Extende, quia ſtatutum prohibens mulierem poſſe ſe obligare cum viro, ſeu pro viro, aut abſq; viro, ſalua licentia fratris carnalis, ſi patrem non habuerit, prohibet etiam mulierem obligari pro fratre dante licentiam vna cum viro, quia ad fauorem fratris, nemo bonus vir dediſſet licentiam, & quia licet renunciauerit, tamen nõ apparet certiorata mulier. Bald. conſ. 193. Punctus prohibetur, lib. 5. per totum.

22 Amplia, quia ſtante ſtatuto, quod filius non poſſit contrahere ſine authoritate, aut ſine conſenſu patris, non valebit donatio profectitiorum facta per filium patri, cum authoritate patris, quia ſibi authorari non poteſt. Florian. conſ. 8. nu. 4. & 5.

23 Extende idem in aduentitijs, quia licet in eis habeat vſumfructum, & ſit legitimus adminiſtrator, tamen in donatione ſibi facta per filium non poteſt authorari, Florianus à ſancto Petro d. conſ. 8. per totum.

24 Extende, vt id quod dicitur de authoritate, procedat etiam in conſenſu. Florian. d. conſil. 8. num. 5. & 6.

25 Contrarium tenet Alex. conſ. 19. Præclare, nu. 12. & ſeq. verſ. & pro hoc etiam, lib. 3. vbi quod non habet locum tale ſtatutum in renunciatione, quam fecit filia patri, maxime cum iuramẽto, quia differunt conſenſus, qui poteſt ſemper interuenire, & authoritas, & quia pater habet præſumptionem magnam legis, quæ de Patre confidit.

26 Declara hanc materiam, quia aut ſumus in authoritate præſtanda, & nullus diſcrepat, quod non poteſt pater ſibi authorari, aut ſumus in conſenſu ſimplici requiſito, vel licentia, & ſunt opiniones quod valeat, quia conſenſus, & authoritas ſunt diuerſiſſima. Roma. conſ. 515. In quæſtione, per totum: alij dicunt etiam iſto caſu contrarium, quod non valet, & Apoſt. ad Roma. in ver. interponere, * allegat pro vtraque opinione, & dicit * vtranque communem, & vtranque magis * communem, & in fine dicit quod negatiua eſt longe communior, ſed affirmatiua eſt verior.

27 Intrare igitur poteſt diſtinctio Bald. conſ. 58. nu. 2. & 3. verſ. ſequitur videre, lib. 4. quia ſi donatio eſt bona fide, valet, ſi cum fraude, non. infra num. 52.

28 Declara totam iſtam materiam, quia aut agitur de authoritate præſtanda ad integrandam perſonam minoris, vel mulieris, in re minoris, vel mulieris, & tunc non poteſt quis ad ſui fauorẽ authorari ad ſui commodum, & idem eſt, quando agitur de conſenſu præſtando loco authoritatis, prout ſi in alienatione rerum minoris ſtatutum requirit, quod non poſſit contrahere niſi cum conſenſu duorum proximiorum, quia iſte conſenſus fit ad integrandam

grandam perſonam minoris, vel mulieris, ſi vero authoritas, vel conſenſus etiam ad authorizandum actum, vel contractum minoris, vel mulieris de re patris requiritur, quia talis conſenſus, & ſeu authoritas reſpicit fauorem patris, ne in re patris filius poſſit patri præiudicare, & iſto caſu ſufficit authoritas, vel conſenſus patris, ſiue in actu, ſiue poſt actum interueniat, quia cum agatur de præiudicio patris, poteſt pater conſentire quandocunq; in ſui præiudicium. Alex. plene conſ. 106. Quod ad præſens. li. 1. vbi plene allegat pro vtraque opinione, & ita num. 2. in ver. & differentia, vſq; in fi. diſtinguit, & ibi apoſt. in ver. differentia.

29 Amplia in terminis iuris communis, quod non valet donatio cauſa mortis facta per filiam patri ſibi authorizanti. gloſ. in l. 1. ff. de author. tuto. vbi Dyn. & Bart. quia nemo ſibi poteſt authorari, & hanc communem * opinionem dicit. Bal. conſ. 58. Soluto matrimonio, li. 4. n. 3. & hanc partem circa authoritatem tenet Alexan. conſ. 106. Quoad præſens. in princ. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. mortis, dat plurimos concord. pro vtraq; parte.

30 Contrarium tenent Iac. de Raue. & Petr. quos refert Bald. conſ. 287. circa fi. lib. 3. vbi allegat pro vtraq; parte, & hanc partem tenent Specul. de inſtrum. editio. §. porro. ver. quod ſi filia, vbi Io. Andr. in addit. vbi dicit hanc partem tenere Petrum de Cermitis, & idem tenent Guil. de Cun. Bald. conſ. 288. Hæ quæſtiones. num. 4. & 5. vbi quod Io. Andr. mouetur, quia aliud eſt authorare, aliud conſentire, & hanc veriorem dicit apoſtill. ad Alex. conſ. 106. Quoad præſens, in princ. lib. 1. in ver. mortis, vbi allegat pro vtraque opinione plurimos, & dicit quod eſt iſta verior, quia patria poteſtas iure Romano fuit introducta fauore patris, ergo, &c.

31 Declarat Bald. conſ. 58. n. 3. verſ. poteſt dici. li. 4. quod non valeat donatio facta patri ſibi authorizanti, quando fit in præiudicium filiorum donantis, ſecus ſi fiat bona fide, & ſine fraude.

32 Amplia, quia non poteſt tutor, vel curator de iure communi ſibi authorari in donatione ſibi facta à pupillo, vel minore. Caſtr. conſ. 353. Curator. n. 3. lib. 1. vbi dicit curatorem eſſe in dolo, quia iurauit bene, & legaliter adminiſtrare, & ſi non iurauit, adhuc tenetur.

33 Extende, vt procedat nedum ſi ſibi facta eſt donatio, ſed etiam ſi alteri, quia donare eſt perdere. Caſtr. d. conſ. 353. num. 3. lib. 1.

34 Extende, vt procedant prædicta multo magis, ſi non eſſet verus tutor, vel curator, ſed putatiuus, quia à fortiori non authorizat ſibi, ex quo deficit omnis ſolemnitas. Caſtrenſ. d. conſil. 353. nu. 3. lib. 1. vbi quod datur actio pupillo, & magis replicatio de dolo, & non poteſt habere locum turpitudo ex parte minoris, ex quo allegans turpitudinẽ participat de dolo, & ſentit cõmodũ.

35 Extende, quia tutor non poteſt ſibi authorari tacite, neq; expreſſe in ſocietate facta cum pupillo, vel renouata, vt quia erat ſocius patris pupilli, & continuauit cum pupillo. ita Ro. conſ. 413. Quoad primum. nu. 14. & 15. ver. quoad ſextum.

36 Limita, quia valet conſenſus, & authoritas patris adhibitus filiæ repudianti hæreditatem maternam nondum aditam, (licet ex tali repudiatione acquiratur patri) quia valet repudiatio etiam ſine cauſa, ſecus ſi hereditas ſemel fuiſſet adita. Bald. conſ. 144. Statuto Ciuitatis Papiæ. lib. 2. vbi loquitur in conſenſu patris præſtito in repudiatione filiæ, ex qua patri acquiritur, & dicit, quod ſi interueniſſet dolus, vel metus, non valeret.

37 Extende, quia ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, & contingat mulierem contrahere cum patre, etiam nullo alio interueniente conſenſu, quamuis contractus eſſet in fauorem patris, vt quia renunciaret patri, tamen valebit contractus propter ſummam confidentiam, quam lex habet in patre. Bald. in l. pactum quod dotali, in 21. quæſtio. C. de collatio. quem ſequitur Alex. conſ. 106. Quoad præſens, in fin. lib. 1.

38 Extende, quia introductus eſt iuſſus patris in aditione hereditatis, quam facit filius, quia propter vtilitatem patris poteſt iubere filio, vt adeat & ſine iuſſu adire non poteſt. Alex. d. conſ. 106. nu. 2. verſ. & hac ratione. lib. 1.

39 Extende, quia imo valet renunciatio facta per filiam patri de bonis maternis, quia in aduentitijs poteſt filius ſine authoritate patris, ſecus in profectitijs contrahere. Angel. conſ. 303. Factum tale eſt, per totum.

40 Extende maxime, quando filia renunciat, ſeu repudiat hæreditates paternam, & maternam, nondum aditas, patri acquirenti pro filijs maſculis, quia poteſt authorari cum non fiat ad fauorem patris, ſed poſt eius mortem. Caſtrenſ. conſ. 419. Viſo puncto. numer. 2. verſ. & ſi dicatur. libro ſecundo.

41 Limita, quia ſi ſtatutum dicat, quod vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu mariti, valebit teſtamentum vxoris cum conſenſu mariti, in quo maritus eſt inſtitutus. Bald. conſil. 78. Præmittendum eſt. lib. 4 per totum, maxime in fin. Angel. conſ. 143. Tria videntur, circa med. verſ. ſed ego alias.

42 Limita, quando ſtatutum requirit ſolam præſentiam, etiam ſi præſentia ſit pro ſolemnitate, quia poteſt quis adhibere præſentiam in actu, qui fit ad commodum præſtantis præſentiam. Bald. d. conſ. 78. in princip. lib. 4. Angel. dicto conſilio 143. circa med.

43 Contrarium in conſenſu proximioris requiſiti in obligatione mulieris, vt ſibi contrahenti cum muliere non poſſit præſtare conſenſum. Caſtren. conſ. 330. Viſis. num. 4. verſ. item quia ſecundum ſtatutum. lib. 1.

44 Declara, quia vbicunque conſenſus eſt authorizabilis, vt conſenſus patris adminiſtratoris filij non valeat ad fauorem conſentientis, ſi vero conſenſus non habet ſe ad authoritatem, ſed ad ſolam voluntatem, tunc valet etiam ad fauorem conſentientis. ita Bald. d. conſ. 78. lib. 4. verſ. ſi vero ſtatutum.

45 Limita igitur in conſenſu, qui debet præſtari tanquam ſimplex conſenſus, quia poteſt præſtari, & in actu, & poſt actum quandocunque ab eo, qui debet conſentire ratione ſui præiudicij. Alex. d. conſ. 106. col. 2. ver. quibus non obſtantibus, & n. 2. verſ. inſuper. lib. 1.

46 Extende, etiam ſi agatur de conſenſu ſuperioris, prout in renunciatione beneficij. Alex. d. conſ. 106. nu. 3. verſ. exemplum patet. lib. 1.

47 Extende, quia conſenſus præſtandus ad fauorẽ, & integritatẽ perſonæ minoris, vel mulieris ſuper re ipſius conſentire debentis, ſiue reſpiciat authoritatem,

ritatem, ſiue conſenſum, poteſt præſtari ſemper per eum ad cuius commodum inducitur, ita eſt caſus, per totum conſil. Angel. 106. lib. 1.

48 Reſtringe in conſenſu ſuperioris præſtando in actu inferioris per modum authoritatis, quia debet in actu præſtari, & non poteſt poſt, vel extra actum præſtari. Alex. d. conſ. 105. num. 2. ver. ſimiliter etiam. lib. 1.

49 Limita, quia valet authoritas patris preſtita filiæ in re propria patris contra patrem, ſed non pro patre. Bologn. in addit. ad conſ. 10. de Anan. 103. verſ. quo vero ad aliam. Alexan. conſil. 106. Quo ad preſens. col. 2. ver. quibus non obſtantibus. lib. 1.

50 Extende, quia valet authoritas tutoris præſtita contra ſeipſum tutorem non pro tutore. Bolog. d. conſ. 10. de Anan. 103. ver. accedat.

51 Extende, quia factum non nomine meo, ratum habere non poſſum, ſed bene poſſum in preiudicium meum. Bologn. d. apoſtil. ad conſ. 10. de Ana. 103. verſ. accedat.

52 Limita igitur, quando filius donat patri bona fide, ſecus ſi in fraudem filiorum, quia cum filius familias non poſſit donare ſine authoritate patris, quę authoritas eſt inducta fauore patris, & non fauore filij, ideo poteſt ſibi ipſi authorari pater hoc caſu bona fide. Bald. conſ. 58. num. 2. & 3. verſ. ſequitur videre. lib. 4. vbi ita diſtinguit, & dicit hanc eſſe ſatis equam diſtinctionem inter varias opiniones, & ſupra num. 27.

53 Limita ad commodum minoris, vt ſi curator cum nepote minore, cuius eſt tutor, vel curator, renouet ſocietatem, quam cum patre minoris habebat, quia tacite videtur authorari, & valet pro minore, ſupra num. 49. & ſeq.

54 Vide Socin. in reg. 35. Authorari ſibi nemo poteſt, vbi limitat duobus modis.

Authoritas ſuperioris quomodo, & qualiter interponenda, & quando præſumatur interueniſſe. Concl. DLXVI.

1 AVTHORITAS ſuperioris interponenda in alienatione rerum Eccleſiæ, debet præcedere ipſam alienationem. Gemin. conſil. 32. Pro examinatione. num. 7. verſ. in contrarium, vbi, quod hęc forma ſeruatur, quod ſi authoritas requiritur per modũ licẽtiæ debet præcedere actũ, alias actus eſt nullus, & loquitur in authoritate ſuperioris in alienatione bonorum Eccleſiæ. Bal. conſ. 221. Primo quęritur. lib. 1. num. 4. verſ. tertio quæritur. lib. 1. vbi late tuetur hanc partem.

2 Et idem eſt in alienatione bonorum Monaſterij, quando ſolemnitas, & decretum Epiſcopi interuenit poſt alienationem. Bald. conſ. 475. Quidam Ioannes Abbas. num. 2. verſ. ſed circa hoc dubitatur. lib. 1.

3 Contrarium, quod imo authoritas Epiſcopi, vel Generalis ſufficiat in alienatione bonorum Eccleſiæ poſt alienationem, tenet Socin. conſ. 15. num. 45. & ſequen. vbi late, quod talis authoritas præſtatur vt conſenſus, & ideo ſufficit, quod preſtetur poſt alienationem factam, & hanc partem tenet Feder. de Sen. conſ. 179. in fin. verſ. ſed poſito, quod talis, & conſ. 249. num. 2. verſ. item quia, & ſi dici poſſit.

4 Declara, quia licet non valeat, quando licentia, & authoritas interuenit poſt, tamen ſi poſtea confirmetur contractus in iudicio de conſenſu partium per Superiorem valebit vigore confirmationis, non vigore licentiæ, ſeu authoritatis. Bald. dicto conſ. 221. num. 4. verſ. tertio quæritur. libro primo, & ita videtur velle Feder. de Sen. dicto conſil. 179. in fin. verſ. ſed poſitum, dum dicit, ſi partes perſeuerent in eadem voluntate; & idem Bald. conſ. 475. num. 3. verſ. quæro igitur. lib. 1. vbi quod ſi confirmetur de conſenſu vtriuſque partis valebit tanquam de nouo ſit celebratus, ſecus ſi vna pars tantum peteret confirmationem, quia non valeret etiam poſt; ſequitur Bald. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 6. in ver. conſentiment. num. 10. & 11. vbi ponunt multa ſimilia.

5 Declara, quod ſufficit etiam ſi talis licentia, & authoritas non præcedat, dummodo interueniat in ipſo actu. Geminian. dicto conſil. 32. nu. 7. in fine. verſ. nos autem loquimur, & quod debeat interuenire decretum ſuperioris in actu alienationis, alias non valeat. Bald. conſilio 496. Quidam Prælatus, in fine. libro quinto, vbi dicit * communem, quod non ſufficit ratificatio, vel confirmatio ex poſt.

6 Declara ſecundo, vt ſufficiat authoritas quandocunq; in alienatione rei Eccleſiaſticę præſtita, quando agitur de re modica alienata. Gemi. conſ. 48. n. 5. ver. nec opinio contraria.

7 Declara tertio, vt conſenſus Superioris, vel Capituli poſſit præſtari, & ſufficiat poſt alienationem quando præſtatur in vtilitatem Eccleſiæ, ſecus è contra. Gemin. d. conſ. 48. num. 5. verſ. vel ſecundum Hoſtien.

8 Contrarium tenet Bald. conſ. 475. num. 2. verſ. ſed circa hoc dubitatur. lib. 1. vbi quod iſta eſt veritas, quia contrahentes ſunt inhabiles, ſequitur Tiraquel. de legib. connubial. gloſ. 6. ver. conſentiment. num. 10. & 11.

9 Declara quarto, vt poſſit præſtari conſenſus à Capitulo in alienatione rei Eccleſiaſticæ etiam poſt alienationem quando alienatio eſt temporalis, & non perpetua. Gemin. d. conſ. 48. nu. 5. ver. vel tertio intelligitur de alienatione ad modicum tempus, non autem ad vitam.

10 Declara, niſi contraria ſit conſuetudo in loco, quod poſtea poſsit confirmari. Bald. conſ. 496. circa fin. verſ. hoc ergo præmiſſo. lib. 5.

11 Amplia, quia authoritas, & decretum ſuperioris, nedum debet interponi in actu alienationis, ſed etiam Epiſcopus debet illud interponere pro tribunali, & in ſua iuriſdictione, alias non valeret. Calderin. conſil. 153. alias 5. de confeſſ. in fin. & hanc communem * opinionem dicit Bald. d. conſ. 496. in fin. lib. 5. niſi contraria ſit conſuetudo, vt ibi.

12 Amplia, quia attenditur ſuperior Eccleſiæ, non autem ſuperior loci, vbi bona, quæ alienantur, ſita ſunt, quia Epiſcopus bonorum non habet aliquam iuriſdictionem. Federic. de Sen. conſ. 151. num. 5. col. penul. in fin. verſ. ſequitur ergo videre, plene Calder. conſ. 272. alias 10. de reb. Eccleſ. non alien.

13 Declara totam iſtam materiam, quia ſi conſenſus ſuperioris requiritur tanquam authoritas,

& non

& non poteſt interuenire poſt actum, quia hoc ſonat ipſum vocabulum, authoritas, quia illam præſtans debet eſſe author, & principalis in illo negocio, & quia authoritas eſt maiorum conſenſus, non autem minorum, ideo debet interuenire in actu prohibito ſine authoritate ſuperioris, ita Abb. in ſua queſt.5.col.7.poſt med.verſ.tum quia conſenſus Epiſcopi, vbi loquitur in donatione iuriſpatronatus facta laico, in qua requiritur authoritas Epiſcopi.

14 Fauore tamen Eccleſiæ quandoque authoritas poteſt interponi poſt actum,& conualidat.Abb.d. q.5.col.10.in fin.verſ.venio ad tertium.

15 Aut conſenſus requiritur tanquam ſolemnitas, & adhuc idē eſt,quia debet in ipſo actu interuenire, & non ſufficit,quod ex poſt interueniat. Abb. d. quæſt. 5. col.7.in fin. verſ. ſed poſito quod exigatur per viam ſolemnitatis, vbi ponit exemplum in conſenſu duorum proximiorum in contractu minoris.

16 Si vero conſenſus requiritur, vt ſimplex conſenſus, & tunc ſufficit, quod quandocunque interponatur re integra, & conualidatur actus à principio, ſed ſi res non eſt integra, vt quia aliquis ex contrahentibus mortuus eſt, vel reuocauit,tunc quia non poteſt trahi retro, non conualidat, niſi de nouo omnes conſentiant. Abb. d.quæſt.5. col. 8. verſ. item, & tertio præſuppoſito, in princip. allegat text. in l.ſi. C.commun. prædio.

17 Vide eundem Abb. d.quæſt.5.col.10.prope fin. ver. fateor tamen,vbi quod iſta vocabula,authoritas, & conſenſus, confunduntur, & ſæpe vnum ſumitur pro alio, ideo regula certa non datur,vbi dat exemplum, quod ſuperior poteſt ratam habere renunciationem beneficij factam à beneficiato,etiam quod ſine ſuo conſenſu non valuerit, & illum expellere à beneficio.

18 Limita, quando conſenſus ſuperioris requiritur non tanquam licentia, & authoritas,ſed tanquam conſenſus,quia tunc poteſt interuenire poſt actum.Gemi.conſ.32.n.7. verſ.non obſtat.

Vide. Conſenſus,ſine quo actus eſt nullus an valeat poſt actum. Concluſ.755.

19 Limita, quia per modum confirmationis iudicialis de conſenſu partium poteſt conualidari contractus nullus propter defectum authoritatis,quę non interuenerit in ipſo actu. Bald. conſ. 221. nu. 4.& 5.libro 1.

20 Declara,quiá licet decretum iudicis pro validitate contractus debeat interuenire in ipſo actu,& antequā actus ſit conſumatus,alias actus nō conualidaretur,tamen ſecus eſt in cōfirmatione ſuperioris pro validitate cōtractus,quia poteſt interuenire ex interuallo,& ſequi.Ro.conſ.50.Idem in præfata,in princ.vbi apoſtill.in ver. ſequi poteſt.

21 Et preſumitur authoritas ſuperioris interueniſſe in actu requiſiti ex diuturnitate temporis data ſcientia ſuperioris. Maſcar.concluſ. 154. Authoritas ſuperioris.

Author, & principalis dans cauſam delicto punitur de omni eo,quod ſequitur.Concl. DLXVII.

1 REGVLA eſt, quod principales, & authores delicti, qui cauſam primam dederunt, puniuntur.l.quoniam multa.ff.de vi publ. cap.fin. de homicid.in 6. plene Rolan.à Vall.conſ. 63. nu. 4.lib.2.plenius Marſil.ſingul. 403. Superioribus, vbi citat plurimos concord.

Vide.Damnum cauſans damnum dediſſe videtur. cluſ. 6.vbi latiſſime num.28. & ſeq.

2 Et ideo ſi quis facit adunantiam armatorum ad baſtonandum aliquem, & ex accidenti ſequatur homicidium,quia id eſt contra mentem conuocatorum, & aſtantium, tenetur de homicidio ſolus homicida, & author, qui fecit adunantiam ad delictum, licet non ad homicidium.Caſtrenſ. conſ.177.In cauſa carceratorum.col.1.in fin. verſ. ſi ergo, & col.ſeq.lib.2. allegat Ang. d.l.quoniam multa, & plenius num. 3.in fin.ver. nec obſtat lex quoniam multa.

3 Declara, vt procedat, quando quis intendens committere delictum, dedit cauſam maiori delicto, quam eſſet illud, quod committere intendebat, ſecus ſi dabat operam rei licitę, & ſequutum eſt delictum.Caſtrenſ.conſ.255.Viſo ſupradicto, col.1.& 3.verſ.nec obſtant,lib.1.Deci.in l.hoc iure.ff.de regul.iur. Boſſ. de plurib. violent. num. 75.Salycet d.l.quoniam multa, n.70.ff. de vi public.& num.9.ſequitur Angel. de malefic.in ver.& appenſatè,nu.3.gloſ.d.c.fi.de homici.in 6. in ver. culpa,in fi.& ibi Gemin.& Franc.Cępol. conſ.33. num.4.Caſtrenſ.d.conſ.277.col.penul. nu. 3.verſ. nec obſtat lex, lib.2.

4 Extende idem in eo,qui fuit caporalis ad adunandum homines armatos,quorum opera ingreſſus Caſtrum.vel arcem abſtulit multa bona, quia tenetur ipſe ad omnia damna, & ad quadruplum, tanquàm principalis de rapina, & vi bonorum raptorum,ad reſtitutionem, & ſi non adeſt caporalis tenentur omnes in ſolidum. Alex. conſ.103. Videtur prima conſideratione, n.2.verſ.ſed præmiſſis. lib. 1. & per totum.

Vide. Rapina quid ſit.Concluſ.3.num.5.

5 Et eo ipſo, quod probata eſt violentia,dicitur probatus dolus, violentia autem probatur,quando aliquid fit prohibitum, & per vim cum gentibus armatis.Alex.d.conſ.103.nu.2. verſ.hoc prę-ſuppoſito.lib.1.

6 Extende,quia is, qui ingreditur violenter poſſeſſionem beneficij propria authoritate priuata, tenetur.c.eum qui,de pręben. in 6.

7 Declara, vt non procedat, ſi authoritate iudicis ingreditur etiam violenter.Io. Monach.& alij poſt gloſ. in d.cap. eum qui,de præben. in 6. Aufrer. deciſ.Tholoſ.443. in fin.

8 Reſtringe,quia prouocatus,vel alias timens ſibi fieri violentiam in domo ſua ab eo, qui iactauit velle in domo propria vxorem ſtuprare, ſi conuocauit amicos,& conſanguineos, & affines,& ille venerit, & in inſtitu fuerit interfectus, certe author conuocationis non tenetur de homicidio, quia conuocauit ad actum licitum, & licuit ſibi tueri honorem ſuum,& perſonam, ſicuti & rem. Caſtren.conſ.277. In cauſa incarceratorum.num. 2. & ſequ. per totum. lib.2. vbi quod neque homicida pęna ordinaria puniri poteſt,alij ad nihil tenentur.

9 Reſtringe, quia l. quoniam multa. ff.de vi public. non habet locum in eo,qui mandauit ingredi poſſeſſionem.Marſil.conſ.67.nu.34. & ſeq.poſt Veronen.conſ.36.num.7.verſ. & ita dixi limitandam eſſe, & num.6.verſ.ad hoc ego,& c.fin.de homicid.

micid. in 6. habet locum, quoad pœnam irregularitatis. Cepol. conſ. 37. n. 12. verſ. nec obſtat, c. fi.

10 Reſtringe, quia non habet locum in eo, qui lege, vel ſtatuto permittente facit, quia non dicitur facere rem illicitam. Caſtrenſ. d. conſ. 255. verſ. his non obſtantibus, lib. 1.

11 Declara, quia multum refert an delictum ſit permiſſum non ob culpam eius, in quem committitur, ſed ob publicam vtilitatem, & tunc habet locum l. quoniam multa, ff. de vi public. aut delictum permittitur propter culpam eius, in quem committitur, & tunc non habet locum, dicta l. quoniam multa, ſic Caſtrenſ. d. conſ. 255. col. 3. verſ. nec obſtant, lib. 1.

12 Amplia, quia author. & Caporalis, qui coadunauit gentes tenetur ad omnia damna rerum vi ablatarum, & quadruplum, etiam ſi bona ablata ad eum non peruenerint. Alex. d. conſ. 103. n. 3. in fi. verſ. & quamuis Comes, lib. 1.

13 Extende, etiam ſi rapinam intulerunt armati in re communi cum ipſo Caporali, quando modum exceſſerunt, auferendo per vim bona ſociorum, vel aliter male fecerunt, quàm conueniret rei communi, & vſui illius. Alex. conſ. 103. num. 6. verſ. nunc reſtat, lib. 1. vbi quod in dubio etiam ſi aliqua bona ſociorum ſaluari fecit, cenſetur animo pro ſe retinendi, & dolo malo.

14 Extende, vt procedat etiam ſi Caporalis habẽs partem in re inuaſa, petijt ſibi aperiri portas de nocte cum hominibus armatis, quia cum eſſet ſuſpectum tempus, & ſuſpecta præparatio non excuſatur. Alex. d. conſ. 103. n. 8. verſ. non obſtat etiam, lib. 1.

15 Extende, etiam ſi Caporalis eſſet miles armatæ militiæ, quia non excuſatur inuadendo rem communem, & totam occupando cum hominibus armatis. Alex. d. conſ. 103. nu. 9. in fi. & nu. 10. verſ. non obſtat quartum, li. 1. vbi Idem ſi rem alienam.

16 Extende idem in minore, quia in his, quæ ſunt contra ius naturale, vel ius ciuile notorium, quis non excuſatur faciendo contrariũ. quia eſt in vero dolo, ſecus ſi negligendo facere ea, quæ ſcit, vel ſcire debet, ſe teneri facere, quia tunc excuſatur, quia eſt in dolo præſumpto, vel quando conſuluiſſet peritiores, & dixiſſent eum poſſe facere, quia credẽdo excuſaretur eo caſu à dolo vero, nõ alias, ita Alex. d. conſ. 103. Videtur, num. 12. & ſeq. verſ. non obſtat dum quinto, lib. 1.

17 Amplia, quia licet frangens oſtium, non teneatur ad furtum poſtea commiſſum, ſed ſolum ad injuriam, l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. tamen illud procedit, quando ignorauit furtum debere committi, alias ſi ſciuit eſſe committendum, ſiue à certa, ſiue ab incerta perſona, tenetur. Alex. d. conſ. 103. Videtur, num. 9. verſ. tertio non obſtat, lib. 1.

18 Extende, quia is, qui coadunauit armatos, ſemper tenetur de eo, quod ſequitur. Alex. d. conſ. 103. nu. 9. verſ. ſecundo reſpondeo, lib. 1.

19 Amplia in pace rupta, quia ſi fiant hinc inde offenſiones, tamen author rumpit pacem, & punitur. Bertazol. conſ. 48. num. 9. & ſeq. Moron. late, tract. de fid. tregua, & pac. quæſt. 122. num. 11. & ſeq. vbi multa congerit.

20 Extẽde, quia author tenetur ad omnia damna. Boer. deciſ. 261. nu. 2. Marſil. ſingul. 103. Ruin. conſ. 36. n. 11. in fi. li. 3. late. Moron. de fid. treg. & pac. q. 121. n. 38. & ſeq. & n. 48. vbi quod tenetur de fractione pacis, ſi deuenit ad verba altercatoria, per quæ facta ſunt ruptura pacis, & in princ. n. 5. & ſeq. dicit, quod eſt in culpa ex quo debuit cogitare, quod euenit, maxime quando author is factum eſt ordinatum ad effectum ſubſequutum.

21 Extende, quia procedit etiam in præſtante auxilium rei illicitæ, quia ſiue ante delictum, ſiue in delicto, ſiue poſt, ſi ſequatur aliud maleficium, licet non eſſet ad hoc ordinatum, tamen nec cõſcius de eo, tenetur pœna extraordinaria. Cacher. deciſ. 104. num. 2. ſequitur Menoch. de arbitr. caſ. 471. num. 4.

Vide. Caporales qui dicantur. Concluſ. 61.

Vide. Damnum cauſans damnum dediſſe videtur. Concluſ. 6.

Vide. Homicidium in rixa commiſſum qualiter puniatur. Concl. 149.

Auximana Ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concl. DLXVIII.

1 CIVITAS Auximi habuit litem cum ciuitate Rechanati ſuper exemptione ab omnibus vectigalibus, & gabellis pro tranſitu ſuper territorio Rechanati, & tandem facto compromiſſo, fuit latum laudum ad fauorem Auximi, quod tranſiuit in iudicatum, & fuit emologatum, ideo durat exemptio, etiam ſi per mille annos Auximani non traduxiſſent aliquid, quia iſtud eſt facultatis. Abb. conſ. 18. Primo quod, per tot. lib. 1.

2 Extende, quia non fuit præiudicatũ dictæ libertati, licet aliqui Auximani ſoluerint, quia requiritur ſcientia, & patientia ciuitatis cum lapſu 30. annorum. vel quod maior pars particularium, & ciuitatis ſoluerit. Abb. d. conſ. 18. col. antepen. & ſeq. verſ. non obſtat, quod de præſcriptione, lib. 2.

Auxilium multiplex, & eius ſpecies ponuntur, & qua pœna teneatur præſtans auxilium. Concl. DLXIX.

1 TRIPLEX eſt gradus auxilij, nam aliqui præſtant auxilium remotum ab actu, (prout in eo, qui accommodauit ſcalas,) & non puniuntur pœna ſequuti delicti, ſed mitiori pœna. Bald. conſ. 492. Dicitur quod certe, in princ. lib. 1. & idem eſt in eo, qui accommodauit baliſtam, de quo Boer. deciſ. 166. num. 2. Clar. §. fin. quæſt. 90. num. 2. in fin.

2 Declara, quia imo qui accommodauit baliſtam, vel enſem amico bona fide, ex quo, vel cum quo commiſit homicidium, nullam pœnam meretur, & debet gratis liberari, ſi ignorauit delictum committendum. ita Boer. deciſ. 166. nu. 2. Quod verum intelligit Clar. d. quæſt. 90. numero 2. in fin. niſi negaſſet accommodaſſe, vel aliter ſuſpectum ſe reddidiſſet, quia deberet torqueri.

3 Alij præſtant auxilium inflammando homicidã, quod

Digitized by Google

quod bene faceret interficere, & quod se expediat, & isti non tenentur de homicidio, etiam stante statuto, quod auxilium præstans teneatur de homicidio, quando iam homicida ex se ipso erat deliberatus. Angel. de Perus. cons. 22. De pœna illius, per totum.

4 Alij præstant auxilium per assistentiam, vt quia armati assistunt homicidio, & puniri possunt pœna extraordinaria, vel torqueri an cũ tractatu, & scie tia astiterint. Clar. §. fin. q. 90. n. 8. ver. quæro nunquid, vbi dicit *communem, dicit tamen quod Io. de Amicis. cons. 53. & Rimin. cons. 13. dicunt, quod assistens armatus non punitur nisi appareat ex proposito astitisse, sed ipse dicit contrarium, quod debet torqueri nisi doceat assistens, quod casu astiterit.

5 Alij præstant auxilium, seu opem medium, vt in eo, qui stat armatus, sed non vult sequi homicidam, & pariter leuiori pœna puniri debet, quia de homicidio non tenentur isti. Bald. d. cons. 492. in princ. vers. quidam præstant. lib. 1.

6 Extende, quia in auxilio non distinguitur. an principalis alias esset facturus, vel non, tamen mitius punitur. Clar. d. q. 90. n. 7. ver. item scias.

7 Alij præstant fauorem, quia sunt receptatores furium, & rerum derobatarum, & isti puniuntur eadem pœna. Clar. d. q. 90. n. 9. ver. quæro etiam.

Vide. Receptator delinquentium quis dicatur, & qua pœna puniatur. Concluf. 47.

8 Vide plene Bart. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. vbi dicit, quod auxilium, vel consilium prœstitum bannito sumitur large de omni auxilio etiam mutuando pecunias, auxilium vero præstitum maleficio magis stricte sumitur, quia nisi fuerit in actu, vel cum participatione delicti, quando ante, vel post, non punitur eadem pœna. Et Bart. relatiue in l. 4. ff. ad leg. Iul. maiest. & de istis verbis auxilium, consilium, vel fauorem, vide in c. si aduersus, de hæret.

Declara, quia non probato principali delinquente, non potest aliquis teneri de auxilio. Alex. cons. 99. In causa inquisitionis. num. 4. vers. præterea iste testis. lib. 1. vbi apostill. in ver. nec etiam, citat Alex. cons. 137. num. 6. lib. 4.

9 Et non sufficeret probatio, quia principalis delinquens in contumaciam esset condemnatus, * secundum * communem, de qua Clar. in §. fin. q. 90. n. 6. ver. scias etiam, vbi quod ita communiter practicatur, sed imo Clar. dicit contrarium seruari Mediolani, quia ex contumacia principalis potest procedi contra auxiliatores.

Vide. Contumacia delinquentis quando probet delictum, vel non. Concluf. 1020.

10 Alij prœstant substantiale auxilium, prout sunt interuenientes homicidio, & percutientes, & siquidem percutiunt lœtaliter, tenentur de homicidio, siue homicidium sit in rixa, siue non. Bald. consil. 492. circa princip. ver. quidam lœtaliter. lib. 1.

11 Extende, vt idem sit, quando percusserunt non lœtaliter in homicidio deliberato, quia sufficit, quod prœstiterint opem substantialiter interueniendo, & percutiendo. Bal. d. cons. 492. circa fi. li. 1. vbi quod est in arbitrio Iudicis, & quod in dubio quando constat, quod potuit percutere lœtaliter, & non percussit, non debet condemnari de occiso.

12 Restringe, vt interueniens homicidio facto per insultum in rixa, & percutiens, sed non lœtaliter, non tenetur de occiso, sed alia pœna extraordinaria arbitrio iudicis. Bald. cons. 492. lib. 1. per tot.

Vide. Homicidium in rixa commissum quali ter puniatur. Concluf. 149.

13 Alij præstant sibi inuicem auxilium, consilium, & fauorem percutiendo, & si omnes percusserunt tenentur solum de percussione, quia auxilium venit in consequentiam, & isto casu non attenditur, sed attenderetur in his, qui non percussissent. Bart. plene consil. 24. Viso facto, per totum. lib. 2.

14 Pœna præstantis opem homicidio est pœna homicidij regulariter. Felin. in cap. sicut dignum, de homicid. in princ. & hanc communem * dicit. Clar. in §. fin. quæst. 90. in princ. vbi citat Cauet. cons. 220. post nu. 12. & alios attestantes de communi, sed vide in num. 24. ver. vna est opinio.

15 Et idem est in eo, qui præstat receptationem furibus, vel rebus furatis, quia eadem pœna tenetur. Clar. §. fi. quæst. 90. in fin. vbi apostill. limitat tribus modis. Primo si sine culpa, & coacte recepit. Secundo non tenetur pœna statuti si scienter, sed sine lucro, vel spe lucri. Tertio si recepit, sed non abscondit quia necesse est quod receperit scienter, & abscondiderit.

16 Pœna igitur auxilium præstantis illa est, quæ debet imponi delinquenti, si præstans auxilium, dedit causam delicto, alias non. ita Boss. tit. de homicid. nu. 33. vbi dicit ex mente omnium hanc * esse * communem. Socin. cons. 188. Visa Bulla. num. 6. vers. sed iterum. lib. 2.

17 Et dicitur dedisse causam delicto, si scienter indicauit offensum, & ad eum conduxit in cropa offendentem, licet postea recesserit. Socin. d. cons. 188. num. 6. vers. ad ista dicta. lib. 2.

18 Extende, vt procedat siue sit proximum auxilium, siue remotum, quia consideratur solum an dederit causam delicto, vel non. Boss. dicta prax. tit. de homicid. nu. 33. & ita etiam per plura Socin. dicto consil. 188. numero 7. ver. præterea. libro secundo, vbi dicit * communem Legistarum, & Canonistarum, & idem dicit siue sit ante delictum, sine in delicto, quando fuit causa delicti,

19 Limita multis modis per Felin. d. cap. sicut dignum, de homicidijs.

20 Limita, quando lex loquitur in personam, puta, si quis homicidium, vel furtum fecerit, quia tunc non punitur præstans auxilium eadem pœna, secus si lex loquitur in rem, videlicet, pro homicidio, vel furto talis pœna imponatur, tunc eadem pœna tenetur præstans auxilium. Bart. in l. is, qui opem. ff. de furt.

21 Limita, quando delinquens fuisset nihilominus facturus sine auxilio, quia tunc semper mitius punitur. ita Clar. in §. fin. quæstione 90. num. 7. ver. item scias.

22 Limita, quando auxilium præstatur per actum remotum, quia mitius punitur, secus si per actum proximum assistendo. Bald. per illum tex. in l. vnica. C. de crimin. Stellion.

23 Restringe multis modis per Socin. d. cons. 188. num. 7. libro 2. & numero 8. Primo, quando fuit præsens aggressuro, licet recesserit. Secundo, quando incontinenti eo præsente cum armis secutum est homicidium. Tertio, quando astitit, licet arma deposuerit. Quarto, quando lex punit etiã promittentes auxiliũ, multo magis facientes.

Quinto, quando fumus in atrocioribus. Sexto, quando datur liberum arbitrium iudici.

24 Vna est opinio, quod præstans opem, vel auxilium delinquenti puniatur eadem pœna, qua * punitur delinquens ipse, quam dicit * communem. Corne. cons.8. lib. 3. & plures citat Dec. in cap.1.num.11.de offic.delegat.plures etiam citat Clar.in §.fin.quæst.90.in princ.

25 Et hęc opinio extenditur, etiam si præstans auxilium, non apposuerit manum maleficio. Dec. in dicto cap.1.num.11.de offic.delegat. Clar. vbi supra.

26 Extende in tantum, vt etiã si principalis veniret maiori pœna puniendus propter qualitatem in eo concurrentem, & aggrauantem, & præstans auxilium, & sciens qualitatem aggrauantem, pariter maiori pœna punitur. Clar. dicta quæstione 90. in princip. ver.quinimo, vbi dicit * *communem.

27 Contraria opinio, quod imo auxilium præstans delicto, si non est causa immediata delicti non possit puniri eadem pœna, sed mitiori, communem * Legistarum, & Canonistarum dicit * Clar.allegans Soci.cons.188.lib.2. cum alijs,quos citat idem Clar d.quæst.90.in princ. & alij, & secundum eum etiam ista tanquam æquior videtur tenenda, sed certe Socin. non dicit hoc, sed dicit,quod quando quis dedit ex suo auxilio,siue præstito ante delictum,siue in ipso delicto,causam delicto, punitur eadem pęna, & dicit hanc esse * *communem Legistarum, & Canonistarum. d. cons.188.num.7.vers.præterea.lib.2. sed tamen Clar.allegat multos alios attestantes de cõmuni.

28 Extende, vt præstans auxilium puniatur eadem pœna, qua delinquens quando fuit causa immediata delicti, etiam si delinquens ex persona sua propter aliquam qualitatem deberet puniri * pœna maiori, communem * dicit Clar.dicta quæst.90.in princ.ver. quinimo, & ita Socin.dicto cons.188.num.7.lib.2.

29 Distingue, quia ante maleficium præstans opem, punitur eadem pœna, vt per Menoch. d. cas. 349. in princ. vbi limitat, quando auxilium ante delictum non fuit proximum, secundo quando fuit præstitum ab ignorante.

30 Et vbicunq; lex prohibet auxilium ad certum delictum, semper punitur eadem pœna, etiam si ante delictum scienter pręstetur. Socin. consil. 188. Visa Bulla. num. 3. vers. confirmatur ista conclusio, lib. 2.

31 In ipso delicto præstans auxilium punitur eadem pęna secundum magis * communem, de qua Menoch. dicto cas. 349. numero septimo. versic. secundus est casus, vbi limitat, quando auxilium fuit remotum. Secundo, quando non constat plene de delicto. Tertio, quando principalis non punitur, prout si pater interfecerit filiam adulteram, præstans auxilium non punitur, quia principalis impune delinquit, item si ignorauit, item quando post opem pręstitam principali ob qualitatem augetur pęna,non augetur auxilianti, ibi numero 17. & 18. item quando statutum ponit diuersam pęnam, item quando auxiliator nihil egit, sed principalis per se.

32 Post delictum pęna extraordinaria punitur, non ordinaria. Menoch. d.cas. 349. nu.21.& seq. limitat,quando præcessisset tractatus.

33 Declara tres species auxilij ante delictum in ipso delicto, & post delictum, vt infra Carrer. in prax. §.homicidij.num.2.& seq.late Menoch.cas. 349.in princ.& per totum. Clar. d.q.90.in princ. ver.ego tamen pro clariori.

34 Prima est ante delictum.quia si interuenit tractatus ad delictum contentiens, vel etiam sciens, si postea dedit auxilium,tenetur eadem pęna,qua principalis,ita Clar.d.§.fi.q.90.in princ. vers.ego tamen,& idem quocunque tempore dederit auxilium, & vide exempla infinita de pręstante opem, vel auxilium ante maleficium per Carrer. in praxi §.homicidij.n.1.& seq.ver. circa primum.

35 Idem est, quando non præcessit tractatus, neq; deliberatio, si auxiliator præbuit causam delicto, quia tenetur eadem pœna, qua tenetur principalis secundum * communem, de qua Grat. dicto cons.52.n.3.lib.2. quem refert, & sequitur Clar. d.§.fin.q.90. num.2.ver.aut vero non præcessit.

36 Si vero non interuenit tractatus, vel deliberatio ante delictum, tunc pręstans opem non in ipso delicto immediate, semper mitiori pęna punitur. Clar. dicta quæst. 90. num.2. vers.aut vero, * vbi dicit * communem, & quod nullus discrepat. allegat Grat.cons.52.num.3.lib.2.

37 In ipso delicto auxilium cooperantium qualiter dicatur præstitum, plene Carrer.d.praxi.§.homicidij.n.6.vers.circa secundum.

38 Et qualiter mediatum auxilium dicatur quis pręstare maleficio. Carrer.d.§.homicidij.n.9. & seq. vbi plura exempla ponit.

39 Aut est dubium, an interuenerit tractatus, & tunc potest, & debet torqueri super tractatu, & scientia, & si persistat in negatiua, mitiori pœna debet puniri. Clar. dicto §. final. quęstione 90. numero 2. vers. aut est dubium, & idem dicit seruari idem Clarus in eo, qui exhortatus est ad delictum eum, qui alias erat facturus, quia est suspectus de mandato. quęstione 88. in fin. & quod debeat torqueri, si associat, vel recipit delinquentem in domo statim, quia oritur præsumptio tractatus, plene Carrer.§.homicidij.numer. 27.& 28.vbi videtur requirere scientiam in pręstante auxilium, & numero 30. & 31. vbi quod procedit præsumptio quando pręstat auxilium statim.

40 Declarat Clarum Bertazol.cons.106. nu.12. vt procedat,quando constat de auxilio, secus si casu præsumatur aduenisse,vel casu astitisse,& Menoc. de arbitr. cas.349.n.24.idem tenet, & dicit Boer, & alios aliter sentire contra Clarum.

41 Declara prædicta omnia, nisi constaret, quod non esset sciens, neque tractatum fecisset, vt quia auxilium esset remotissimum post factum, neque esset amicus auxiliator delinquentis prout in exemplo de eo, qui balistam, vel ensem accommodauit, de quo Boer. decisione 166. numero secundo, quia ex bona qualitate personę absoluitur, secus si adesset mendacium, vt quia negaret accommodasse à principio, quia efficitur suspectus. Clar. dicta quęstione 90. numero 2. in fin.vers. sed hoc intellige.plenissime Carrer. ponit in praxi.§.homicidij.numero 26. vers. post vero maleficium cum sequen. vbi si statim resciuit, tenetur de auxilio post factum, alias non tenetur de auxilio, sed pęna receptantium delinquentes.

42 Limita, quia si ex forma statuti imponitur certa pęna præstanti auxilium, attendi debet pęna statuti,

statuti, & omitti pœna iuris communis. Ro. conſ. 117. Nec præmiſſa, circa fin. vbi apoſtill. in verb. omiſſa.

43 Auxilium poſt factum de recenti habet præſumptionem participationis delicti, ſecus ſi longe poſt delictum, ita declarat Natta conſ. 499. num. 12. Blanch. de indi. & tortur. nu. 101. Onded. conſ. 76. numero 98. Eugen. conſ. 76. vbi alios plures adducit, & dicit ita intelligendos eſſe, qui ſimpliciter loquuntur de auxilio, & ita etiam Felin. in c. ſicut dignum. num. 4. in 4. limit. vbi quod oritur præſumptio ex auxilio, quod auxiliator fuerit particeps delicti, licet ſimpliciter loquatur de homic. plene Bertazol. conſ. 182. nu. 17. & ſeq. vbi quod intelligitur de ope immediata, quæ dedit cauſam delicto.

44 Contrarium, quod auxilium præſtitum poſt factum ſemper habeat maximam præſumptionem participationis delicti, & ideo quod ſit torquendus auxiliator ſuper ipſa participatione. Clar. d. §. fin. quæſt. 90. num. 2. verſic. aut eſt dubium, & Felin. dicto cap. ſicut dignum. num. 4. in 4. limit. de homicid.

45 Declara, quod auxilium præſtitum præſumitur habere participationem, quando fit à ſciente, & poteſt influere in participationem delicti. Felin. c. ſicut dignum. num. 2. ver. modo, de homicid. & in 4. limit. & 5.

46 Auxilium præſtans, vt de delicto teneatur, debet fieri mentio in inquiſitione, vel ſaltem, vt conſtet de eo ex narratis, & quæ ſint neceſſaria, vt poſſit condemnari. Clar. late d. quæſt. 90. num. 3. & ſeq. verſic. in hac autem materia, quem videas omnino.

47 Et inter aliá, vt auxiliator poſſit de auxilio condemnari debet conſtare de principali delinquente, ſecundum * communem, de qua Clar. d. §. fi. quæſt. 90. nu. 6. ver. ſcias etiam, licet dicat in ſtatu Mediolani hoc non ſeruari.

48 Adde, quia præſtans auxilium rei illicitæ, ſine ante, vel in actu, vel poſt, & ſequatur aliud maleficium ex hoc, licet non eſſet ordinatum, nec conſcius de eo, tenetur tamen pœna extraordinaria. Cacher. deciſ. Pedemont. 104. nu. 2. ſequitur Menoch. de arbitr. caſ. 471. nu. 4.

49 Idem eſt dicendum quando quis præbet auxilium delicto habenti tempus ſucceſsiuum poſtquam iam erat commiſſum, & continuabat, prout in furto, in adulterio, & ſimilibus, quia ex quo ſine auxilio ſuperuenienti committebatur, tale auxilium tanquam minus punibile non debet excedere pœnam extraordinariam. Ang. in l. is, qui opem. nu. 4. ff. de furt. vbi dicit menti tenendum. Auguſti. ad Angel. de malefic. in ver. dicto maleficio ſemper aſtitit. ver. quero, qua pœna. num. 16. vbi aſſerit defendiſſe quendam à pœna furcarum. Bertazol. conſ. 103. num. 18. & conſ. 186. nu. 7. lib. 1.

50 Idem eſt in auxilio præſtito in raptu mulieris honeſtæ, quia non tenetur pœna mortis, prout principalis raptor, niſi quando præſtitit opem, ſeu auxilium inuaſionis tempore, vt dicit tex. in l. 1. C. de rapt. virgi. & in §. fi. vbi quod alij auxiliatores poſt inuaſionem, & raptum pœna tantum capitali plectuntur, & ſic pœna mortis ciuilis.

Auxilium, & opem multis modis quis præſtare dicitur, qualiter probetur, & quando excuſetur, vel non. Conc. DLXX.

1 AVXILIVM, & opem non dicitur quis præſtitiſſe ad homicidium, licet arma ſua accommodauerit alicui ignarus de abuſu armorum, & ideo non tenetur de auxilio, neque de ope. Bal. conſil. 250. In quæſtione Domini Milani. num. 4. ver. ſequitur videre. lib. 1. & conſ. 382. num. 6. lib. 5. Socin. conſ. 188. Viſa bulla. num. 2. lib. 2.

2 Contrarium ſi ſciens vſum armorum accommodauerit ad delictum. Socin. d. conſ. 188. num. 2. ver. ſecundum probatur. lib. 2. & nu. 3. vbi quod accommodans arma, ſcalas, pecunias, & alia inſtrumenta ad maleficium committendum, dicitur præſtare opem, & auxilium.

3 Extende, quia ſi quis accipiens gladium ex officina dilanionis alium interficiat, non tenetur dilanio, ſed interficiens. Baldus dicto conſilio 250. numero quinto. verſic. oportet igitur. libro 1. & conſ. 382 num. 6. ver. & ſi quis cultro. libro quinto.

4 Amplia multis modis, quia nõ tenetur quis de auxilio niſi concurrat quod ex propoſito, & ſciẽs delictum auxilium præſtiterit, vide plene Carrer. in prax. §. homicidij. nu. 54. & multis ſeqq. vbi plures caſus ponit, in quibus tenetur. Soci. conſ. 188. num. 2. lib. 2. Roman. conſ. 117. Hæc præmiſſa. col. 1. in fi. cum ſeq.

5 Amplia, quia is, qui occultat aliquem debitorem etiam ſcienter, non tenetur de ſuo verſus creditorem. Bald. d. conſ. 250. num. 5. verſ. ſequitur videre. libro primo, & conſilio 382. numer. 7. libro 5.

Vide. Reuelare quando quis teneatur delinquentem, vel non. Concl. 310.

6 Reſtringe in eo, qui occultat malefactorem ne capiatur, quia meretur pœnam. Bart. & Ang. in l. in furto. §. ope. ff. de furt.

7 Reſtringe in occultante debitorem tributorum. l. quoties. C. de exacto. tribut. vbi eſt caſus ſpecialis ſecundum Bal. d. conſ. 250. nu. 5. lib. 1. & conſ. 382. num. 7. lib. 5.

8 Reſtringe in caſu. l. fin. C. de oper. liber. Bald. in dicto conſ. 250. numer. 5. lib. 1. & 382. numero 7. libro 5.

9 Reſtringe in eo, qui debitorem vi exemptum à manibus iuſtitiæ occultauit. l. penult. ff. ne quis eum, qui in ius vocan. vi eximat. Baldus dicto conſilio 250. numero 5. libro 1. & 382. num. 7. libro 5.

10 Reſtringe in eo, qui occultat citatum volentem comparere, ne comparere poſſit. Bal. d. conſ. 250. nu. 5. verſ. quartus eſt. lib. 1. & conſ. 382. num. 7. lib. 5.

11 Amplia, quis is, qui aliquem delinquentem alit poſt delictum non dicitur præſtare opem delicto. Bertazol. conſ. 98. nu. 8.

Amplia

14 Amplia,quia aſſocians homicidam,quando nõ interfuit homicidio, neque vulneribus,non tenetur de homicidio, licet pœna extraordinaria, & mitiori puniri debeat.Bald. conſ.235. Videamus gemm.lib.3. vbi ita conſuluiſſe aſſerit Philippum Caſſolam de Regio

15 Contrarium tamen dicit tenere multos, qui rigoroſe agunt,vt imo aſſocians homicidam,teneatur de homicidio, licet non interuenerit vulneribus,neque homicidio.

16 Declara quia aſſocians delinquentem ad delictum , licet aliud non committat , dicitur præſtare opem , & auxilium , licet aliud non faciat , & maxime ſi armatus aſſociat , quia ſufficit, quod reddat delinquentem audaciorem , & offenſum timidiorem. Socin.conſ.188.Viſa bulla. nu.2.lib.2.vbi num.3.dicit,quod tenetur de auxilio,vbicunque delinquens eſt redditus audacior, & offenſus timidior.

17 Declara,quia aſſocians homicidam tenetur de homicidio,quando iſta duo iunguntur, videlicet, aſſociatio, & conſilium ad homicidium. Bald.d. conſ.235.lib.3.circa fin.

18 Declara, quia ſi conſtat de fraude,licet apparenter verba ſonent aliter,cenſetur occulte delinquere,& idem eſt ſi cum machinatione,quę conſtit in ordine doloſo habente ex verbis apparentiam liciti,vt per Bar.in extrauag.qui ſint rebelles in ver.occulte,& in ver.machinantur.

19 Quatuor ſunt caſus , quibus aſſocians delinquentem tenetur;primus eſt, quando aſſociat ad ipſum crimen perpetrandum , ſeu ordinandum; ſecundus , quando ad crimen, & in ipſo actu criminis;tertius , quando poſt crimen ad criminis continuationem ; quartus , quando poſt crimen ad ipſum criminoſum tutandum, & ſaluandum extra iſtos ſocius non punitur . Bald. conſ. 487.Conſiderandum eſt.lib.4.

20 Amplia,quia is,qui caſu,& fortuito ſuperuenit dum committeretur homicidium , quia non dicitur præſtitiſſe auxilium,neq; de auxilio poteſt puniri.Ro.conſ.117.Hęc præmiſſa,in princ.vbi apoſtill.in ver.non puniatur.

21 Extende , quia ſtatutum puniens certa pœna præſtantem auxilium delicto per aſſiſtentiam,debet intelligi quando ex propoſito,non quando caſu fortuito præſtitit illud , quia abſurdum eſſet velle punire aliquem ſine culpa. Roman. d.conſ. 117.per totum.

22 Amplia, quia is, qui inflammat deliberatum ad homicidium,vt ſe expediat,non tenetur de homicidio , ſed de auxilio tantum remoto, etiam ſtante ſtatuto, quod præſtans auxilium ad homicidium,teneatur de homicidio, vt in Lucana Ciuitate.Ang.de Peruſio conſ.22.De pœna illius, in princ.per totum.

23 Extende , vt neque tanquam mandator puniri poſſit etiam ſi per confeſſionem inquiſitionis continentem ipſum ex verbis inflammantibus dici mandatorem,quia an ſit mandator conſiſtit in iure,& non in facto , & confeſſio non nocet, ſi conſtat ex narratis in inquiſitione , quod non poteſt dici mandator.Ang.d.conſ.22.col.3.nu.2. vſque in fin.ver.videamus ergo.

24 Extende,quia regulariter conſilium,inſtigatio, inflammatio, inſtructio idem ſunt, ſi ad commodum facientis,& pœna eadem non punitur . Boſſ. tit.de mandat ad homicid.num.61.

25 Reſtringe, quia conſilium,inflammatio, & alia ſupra puniri debent eadem pœna , quando aliter delinquens non erat facturus.Boſſ.de mandat.ad homicid.num.59.

26 Amplia , quia non debet quis puniri de auxilio ex ſola ſcientia delicti. Roman. d.conſ.117.in principio.

27 Extende , quia non tenetur de auxilio , vel ad pœnam delicti is , qui potuit prohibere delictum, & non prohibuit.Roma.conſ.117.in princip. vbi apoſtill.in ver. non puniatur , dat concordantes.

28 Amplia, quia nunquam punitur quis de auxilio niſi ſcientia probetur delinquentis , & in dubio ignorantia præſumitur . Ruin.conſ.1. num.2. lib.5.ſequitur Decian.lib.7.crimin.cap.34.tit. de auxiliantibus.num.7.Carrer.d.§.homicidij.num. 54.Felin.cap.ſicut dignum in 1.& 5.limit. de homicid. vbi quod auxilium non punitur,niſi ſit præſtitum per actum proximum,&ſcienter.quia ignorantia præſumitur, & ſequitur Mandel. conſ. 47. in fi.pleniſsime Menoch.caſ.349.nu.6. ver.declaratur ſecundo:vbi quod in dubio ignorantia , & caſu adfuiſſe præſumitur.

29 Contrarium videtur velle Clar.in §.fin. q.90. nu.2.ver.aut eſt dubium:vbi ex eo ſolo,quod dedit auxiliũ, poteſt torqueri ſuper ſcientia delicti, & n.16.vbi ſi dubitatur de ſcientia,& tractatu auxiliator torqueri debet,& idẽCarre.d.§.homicid. n.27.& 28.quando incontinenti præſtitit auxiliũ.

30 Amplia, quia is, qui inquiritur ſuper eo, quod dederit conſilium,& mandatũ , alias facturo,per quod nõ poteſt condemnari,licet in inquiſitione etiam addatur , quod dedit auxilium prædicto modo,tamẽ detali auxilio non poteſt puniri.Bar. conſ. 165. In quæſtione,in fi. lib.1 quod duplicatur conſ.13. lib.2.vbi apoſtill. in ver. dedit conſilium.

31 Amplia, quia is,qui præſtat opem, puta receptando delinquentem, vel aſſociando ex interuallo,non dicitur præſtare auxilium,quia tenetur potius tanquã receptator. Carrer.d.prax.§. homicidij.num.27.vbi quod tunc tenetur de auxilio,& præſumitur quod tractauerit , ſi ſtatim præſtitit auxilium , ſecus ſi ex interuallo , quia proprie non eſt auxilium.Felin.in cap.ſicut dignum.num. 4. ver.quarto limita,de homicid. & quod teneatur,vt receptator,non vt auxiliator quando eſt remotum auxilium poſt delictum.Caſſan.conſ.58.n. 21. ſequitur Menoch. de arbitrar. caſ. 349. vbi alios citat.

32 Limita, quia is, qui ſciens conducit delinquentẽ in groppa equi ad delictum , dicitur ferre auxilium ad delictum, Socin.conſ. 188. Viſa bulla. num.2. lib. 2. vbi dicit maxime hoc procedere, quando prius inueſtigauit de inueniendo eum, qui fuit offenſus.

33 Limita,quia is, qui præbet domum ad adulterium committendum perfecto flagitio , ſi ſcienter,pœna capitis plecti debet.l.1.§. fin.ff. de extraordin.crimin. Natta conſilio 151. numero 3. libro primo.l.qui domum.ff.de adulter.vbi Bart. & alii.

34 Limita,quia auxilium præſtare dicitur, qui delinquenti mutuat pecuniam. Carrer. in prax. crimin. fol.130.pagin.2.nu.42. cum ſeq. vbi quid in eo , qui aduocat , & ſupplicat pro bannito , & nuncium, vel litteras mittit, & quod mutuans pecuniam delinquenti dicatur auxilium præſtare .

Bart.

Bart. in l.fi.ff. ad l.Pompe.de parricid.

35 Limita, quia is, qui assistit maleficio cum armis,licet arma non moueat, dicitur auxiliũ præstare.Bertazol.lun.in 1. apostill. ad consilium patris,103.Roma.cons.117. per totum, vbi plenissima apostill. in ver. ex proposito., citat concord. Alex.conf.138. visa copia,num.6.vers.non obstat, li.6. vbi de* communi,maxime quando astabat, iuxta, vel prope, vbi apostil. in ver. auxilium,dat concord.

36 Declara, quando non armatus astabat, vel ex circumstantijs appareret de contrario. Alex. d. conf.138.nu.6.lib.6.

37 Limita igitur primo, quando quis associat criminosum,vel delinquentem ante delictum ad maleficium ordinandum, vel perpetrandum. Bald. cons. 487. in princ. lib. 4. vbi quod eadem pœna tenetur.

38 Idem est,quando adducitur delinquens ad locũ delicti, quia sequuto delicto dicitur præstitisse auxilium.Socin.conf.188.lib.2.nu.6.vers. ad ista.

39 Limita, quia licet differant consilium ab auxilio,& ope,quia consilium in verbis, auxilium in facto,& verbis consistit, tamen largo modo dans consilium dicitur præstare auxilium. Carrer. in pract.§.circa, nu. 131.vers. circa secundum, vbi quot modis quis auxilium præstare dicatur,& nu. seq. an vna pœna, vel pluribus teneatur consulens alias non facturo, & simul præstans opem, vbi latissime distinguit.

40 Limita secundo, quando in ipso actu delinquẽdi associat quis ad delictum perpetrandum, quia punitur, vt supra.Bald.d.conf.487. in princ.

41 Item si quis facit guardiam, seu excubias, dum committitur delictum. Bart. in l. in furti, §. ope, nu.3.ff. de furt. Salycet. in l. vnica, nu.27. vers. si autem præstatio opis, il 1.C. de rapt.virgin. & in muliere faciente guardiam dum cõmittitur adulterium. Bertazol.conf.311.nu.8.lib.2.

42 Limita tertio, quando associat delinquentem post delictum, & sic duobus modis, videlicet, si associat ad continuandum delictum. Bald.d.conf. 487. in princ.lib.4.

43 Extende, vt idem sit,si associat ad defendendũ, & tutandum delinquentem. Bald. d. conf.487. in princ.lib.4.

44 Restringe,quia associans delinquentem post delictum ignorans delicti ad aliquid de se licitum, veluti si quis rapuisset monialem, postea eam reduxisset ad monasterium associatus, socij,qui non fuerunt conscij delicti non possunt puniri,quia societas fuit ad opus licitum. Bald.d.conf. 487. per tot.lib.4. vbi est casus.

45 Et ideo, si testes contra inquisitum de associatione ad tuendum delinquentem deponant, quod viderunt ipsum associantem, & non probatur scientia delicti in ipso associante, non potest torqueri.Bald.conf.41. Præsupposito statuto,num.5.vers. sed alij testes, lib.5. vbi quod ista qualitas scientiæ omnino debet probari.

46 Et non potest quis inquiri, vel condemnari de auxilio, nisi fuerit conscius, & coadunatus pro delicto, ideo ignorans delictum non potest teneri de auxilio. Gram. decis.25.nu.3. & per totam, vbi plures allegat.

47 Limita, quia etiam assistens dicitur præstitisse auxilium, siue vtatur armis, siue non, imo etiam si deposuerit arma,dummodo illa habuerit sub sua custodia, ita Boss. tit. de homicid. nu. 22. allegat Alex.conf.fin.lib.3. & alios, Iaf. plene, in l. cum te proponas,nu.3.C. de transact.

48 Declara,quia in dubio præsumitur quis fortuito adfuisse, quo casu non est punibilis assistentia causalis, & tollitur hæc præsumptio coniecturis. veluti si astans recessit cum delinquente, si fecit lætitiam de delicto commisso, vel si astans conduxit, vel associauit delinquentem. Boss. vbi supra, nu.33. in fi.

49 Et ideo qui in rixa inquiritur de auxilio,vt possit puniri, necesse est, quod habuerit scientiam, & præcesserit tractatus. Anchar. consil. 216. Nos Bart. nu.4.Rom.conf.473. Crauet.conf.309.num. 6.vers. tertio, ex alio.

50 Extende, etiam si associans steterit à longe, quia sufficit, quod reddiderit vulnerantem audaciorem, & vulneratum timidiorem.Iaf.d.l.cum te proponas, nu.3.C. de transact.

51 Imo sufficit coniectura, quod voluerit, si opus esset se ingerere in delicto. Felin. in c. sicut dignũ, nu.6. de homicid.

52 Et ideo materia est coniecturalis, an associans esset inimicus aggressi, vt considerant Salycet. & Anchar.conf.216.nu.8. inter conf.Anchar.

53 Limita, quia auxilium dicitur præstare rebelli, & perduelli,si mutuat pecuniã, vel aliam rem sibi concedat, ideo incurrit pœnam læsæ maiestatis, Gig. de crim.læs.maiest. in 1.part. q.34. per totã, vbi quod pecunia comprehendit omnem rem.Castren.conf.296.col.2.vers. iste autem B. lib.1.

54 Et auxilium, consilium, vel fauorem præstare quando quis dicatur,vide text. in c. quoniam intelleximus, de immunit. Eccles.lib.6. & per illum text.Ægid.Bellam.conf.40.nu.6. & 7. plene Socin. conf.188. Visa bulla per totum, lib.2.

Vide Fauorem præstare quis dicatur. Conclus. 92.

55 Auxilium est nomen satis latum, & generale aptum comprehendere quomodocumque alicui succurratur. l. auxilium, in princ. ff. de minor. Alex.conf.7. Attentis, nu.12. vers. est enim, hoc nomen,lib.7.

56 Et clausula in inquisitione contra plures delinquentes, quæ dicit sibi inuicem præstantes auxilium, consilium, & fauorem, debet intelligi, vt vnus alteri, & alter alteri æqualiter auxiliu præstiterint in maleficio. Bart.conf.14. Ex facto proponitur, lib.2. in princ.

57 Declara, quia talis clausula licet hoc operetur, tamen quando constat, quod omnes percusserunt, ex quo tenentur de delicto principali, videlicet, percussionum, non possunt teneri de delicto in cõsequentiam, videlicet, de auxilio, quia hoc procederet,si omnes non percussissent.Bart.d.conf.24. per totum, col.2.vers. modo restat, lib. 2. vsque in fin.

58 Intelligas id,quia auxilium ad maleficium tunc intrat, & omnes in solidum tenentur, quando delictum per vnum consummari non potuisset sine auxilio, tunc tale auxilium obligat omnes in solidum. Bart.d.consil.24.nu.3. vertic. præterea quæstio, lib.2.

59 Et quod in accusatione, vel inquisitione, seu libello criminali, vt possit sequi condemnatio de auxilio, sit necesse, quod fiat mentio de auxilio, aut saltẽ quod ex verbis istud colligi possit. Clar. d.§.fin.q.90.nu.3. & seq.ver. in hac autem.

Imo

60 Imo, quod quando ſunt duo delinquentes tantum, quod conueniat illa clauſula, quod alter alteri ſe præſtiterunt auxilium, ſed ſi eſſent plures vltra duos, quod illa clauſula, alter alteri, quę de duobus intelligitur, non ſufficeret, & quod ita fuit iudicatum. Clar. d.q. 90. num. 4. ver. item aduerte.

61 Plus dicit Clar. d.q. 90. n. 5. ver. aduerte etiam, quod vt poſsit puniri tanquam principalis, & etiam tanquam præſtans auxilium, requiritur, quod expreſſe dicatur, quod vnus alteri auxilium præſtitit aſſiſtendo, vt alius delictum facilius committeret. Bar. in l. qui ſeruo. §. fin. num. 2. ff. de furt. Clar. dicta quæſt. 90. numero quinto.

Vide. Delinquentes plures quando teneantur in ſolidum. Concluſ. 186.

Vide plene Maſcar. concluſ. 159. Auxilium delinquenti: vbi plene qualiter, & quibus modis præſumatur, vel probetur auxilium præſtitum ad delictum, & pœna auxiliatoris.

62 Limita, quia præſtans auxilium ei, qui commitit parricidium, vel frangit pacem, tenetur etiam ad pœnam qualificatam ſicut principalis, ſi hoc ſciat de quo plene Maſcardus dicta concluſione 159. numero 20. & ſequent. vbi plene declarat.

B

BAGNOLI CASTRVM, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. I.

BAGNOLI Caſtrum fuit conceſſum antiquitus Epiſcopo Mantuano, & eſt de iuriſdictione Epiſcopi Mantuani, & Carolus IIII. confirmauit conceſsionem, ſuper qua Franc. Areti. conſ. 15. Reuerédiſsime Pater, per totum, conſuluit, quod iuriſdictio eſt ſua, ſed an bona particularium, & communitatis ſint, dicit, quod ſi fuiſſent inculta tempore conceſsionis eſſent conceſſa, quia non fuiſſent in bonis alicuius, ſi vero erant culta, ſeu habebant ſignum culturæ, tunc nó veniunt in conceſsione, & præſumuntur fuiſſe culta ſi hodie ſunt culta, quia quando ſtatus præſens poteſt conuenire ſtatui antiquo de præſenti pręſumitur in præteritum.

1 Eſt in territorio Regij, vt per Caſtren. conſ. 317. lib. 2. vbi quod vna cum Nouolaria eſt dominorum de Gonzaghis in territorio Regij.

2 Dicit tamen Aretin. d. conſ. 15. quod ex quo Epiſcopus habet teſtes antiquos examinatos contra communitatem Mantuæ, qui ſunt de antiquo ſemiplene probant, & iuncta probatione famę in antiquis poſſet obtinere, vel ſaltem ſi probat ſe poſſediſſe de antiquo poſſet obtinere etiã contra habentes titulum, ex c. reintegranda, ita idem Areti. d. conſ. 15. n. 3. & ſeq.

Vide Regienſis Ciuitas, & eius ſtatuta conſuetudines, & pruiilegia. Concluſ. 89. n. 19. & ſeq.

Bannimenta, & cridæ qualiter intelligenda. Concluſio. II.

1 CRIDAE & bannimenta, vt habeant locum requiritur contrauentio, & dolus, & ſine dolo non incurritur pęna bannimentorum. Franc. Marc. deciſ. 395. n. 2. vbi alios citat. lib. 1.

Vide. Pœna corporis afflictiua requirit dolum, & quando ſecus. Concluſ. 222.

Extende, quia ſtante ſtatuto, quod dans auxilium bannito puniatur, requiritur ſcientia, quod ille qui præſtitit auxilium bannito ſciret eſſe bannitum. Iul. Clar. in §. fi. q. 31. n. 12. ver. ſcienter, & doloſe.

3 Idem, eſt in ſtatuto quod homicida pęna mortis puniatur, quia intelligitur ſi eſt in dolo. Alex. cõſ. 109. Viſis, n. 5. ver. 3. principaliter, lib. 1. vbi plena apoſtilla in ver. dolum, dat concord.

4 Et idem in ſtatuto, vel bannimento receptantis, vel dantis auxilium bannito, quod ſcilicet requiritur ſcientia ex parte receptantis, vel auxilium præſtantis, quod eſſet bannitus, alias non punitur. Crauet. conſ. 446. nume. 6. allegat Signorol. conſ. 125. in fi. qui dicit ſcientiã debere probari. & ponit alia exempla, plene Gigãs de crim. læſæ Maieſt. lib. fi. q. 10. n. 8. vbi quod debet probari ſcientia, niſi ſit notorium.

Vide. Scientia quando debet probari, vt delinquens puniatur. Concluſi. 65.

Vide. Bannimenta non ligant ignorantes. Concluſio 4.

5 Reſtringe, quando publicum, & notorium eſſet in loco, quod receptatus eſſet bannitus. Bero. conſ. 183. n. 11. lib. 3.

6 Amplia, quia ſtatutum, quod occidens occidatur, intelligitur quando homicidium eſt doloſum, videlicet appenſate, & deliberato animo, alias ſi in rixa, vel ex accidenti eſt commiſſum homicidium, tunc non habet locum pęna ordinaria vllo modo ceſſante dolo. Anchar. Regien. q. 61. lib. 3. in prin.

7 Extende maxime, quando punitur alius prout pater pro homicidio commiſſo à filio in bonis patris, quia, vt quis pro delicto alterius puniatur, requiritur delictum cum dolo. Anchar. d. q. 61. per totam, vbi ponit plures limitationes.

8 Amplia, quia bannum ſtricte interpretatur, & quicquid in banno non eſt expreſſum cenſetur omiſſum. Deci. conſ. 438. Accurate, & eleganter. Bald. in l. 1. col. antepen. ver. apparet igitur ex prędictis, C. de hæred. inſtit. & in l. Gallus, §. quid ſi tantum, col. pen. ff. de liber. & poſthum. ſequitur Alex. in l. 2. C. qui teſta. facere poſſ.

9 Extende, quia non venit confiſcatio bonorum de iure communi pro aliquo delicto, niſi ſit crimen læſæ Maieſtatis, de iure communi, ideo bannitus non patitur confiſcationem, vt in Authen. bona damnatorum. C. de bon. damnat. niſi ſit de conſuetudine, vel ſtatuto.

Vide. Confiſcatio bonorum non eſt de iure, ſed de conſuetudine. Concluſio. 717.

10 Bannum dicitur ſententia interloquutoria.

Caſtren.

Digitized by Google

Caſtrenſ. conſilio 236. Viſo puncto, numer. 2. libro 2.

Vide . Bannum an ſit ſententia. Concluſio. 7.

11 Reſtringe, quia bannimenta non ſemper ad exequntionem, ſed ad terrorem fiunt. Baldus in addition. ad Specul. §. ſententia, in ver. Banna, quem ita citat Grammat. deciſ. 36. in principio.

Vide . Proclama, & cridę quando ligare incipiunt. Concluſio. 805.

Bannimenta de quibus poſsit facere Officialis. Concluſio. III.

1 OFFICIALIS poteſt facere bannimentum per quod ſtatuitur capientibus
* delinquentem aliquod præmium, ſecundũ * communem, de qua Iul. Clar. in §. fi. in praxi crimi. q. 29. num. 6. ver. ſed quid ſi delinquens, vbi declarat eſſe verum in caſu particulari delicti atrocis.

2 Item poteſt facere bannimentum, ſeu cridas de iure communi quando res eſt vendenda, & conſtat de diffamatione dicentium ſe creditores, vel habere iura in bonis, vt agant iuxta l. diffamari. C. de ingen. quo termino elapſo erit impoſitũ perpetuum ſilentium, ſecus ſi non conſtat de diffamatione, quia quis non compellitur agere. Roma. conſ. 53. Viſis themate, vbi apoſtill. in ver. diffamantibus, quæ dat concord.

Vide. Statutum circa cridas, & bannimenta pro alienatione bonorum. Concluſ. 498.

3 Declara, quia ceſſante diffamatione Iudex non poteſt facere hoc bannimentum ad inſtantiam partis, puta emere volentis, ſed neque ex ſuo officio. Roman. d. conſ. 53. col. 2. ver. quinimo.

Vide tamen Maſcard. Concluſi. 539. Dominiũ an probetur, nu. 31. vbi dat hanc cautelam emptori, vt emat ſecurus, quod faciat fieri à Iudice bannimenta qui vult emere à tali talem rem, ſi quis prætendat compareat, quia nullo comparente, probat dominium poſſeſſoris vendentis.

4 Declara, quia ſi incerti ſunt creditores ſufficit bannimentum generale, ſecus ſi ſunt certi, quia debent nominatim citari, & non ſufficit bannum generale. Rom. d. conſ. 53. in fi. ver. aduertendum, nu. 3. vbi apoſtil. in ver. citandæ.

Vide . Citatio generalis per edictum quando ſufficiat. Concluſio. 257.

5 Si vero extat ſtatutum, quod bannimenta fiant, & cridæ, tunc ſeruari poteſt forma ſtatuti, etiam ſi non præcedat diffamatio, ſed tamen bannimentum ſufficit ſolum pro incertis, non autem afficit certos, niſi ſpecialiter citentur. Roman. dict. conſ. 53. col. 2. numer. 2. ver. ſed attenta.

Vide. Edicta publica, quæ poſsint facere Officiales. Concluſio. 31.

Vide. Proclama, & cridę obligant. Concluſio. 806.

Bannimenta non ligant ignorantes, & quando ſecus. Concluſio. IIII.

1 NON ligant ignorantes bannimenta, l. fi. ff. de decret. ab ordi. facien. & ad excuſationem multum prodeſt allegatio ignorantiæ, plura cumulat Felin. in c. 2. de except. in prin. c. Apoſtolicæ de clerico excom.

Vide plenius. Ignorans nihil agit, neq. conſentit. Concluſio. 17.

2 Extende, quia edictum, ſeu bannum, aut ſtatutum non ligat ignorantes, & iſta eſt regula communis. Roma. conſ. 59 Ad diſcutiendum. nume. 5.
* ver. tertio videndum, vbi de * communi.

3 Ignorantia banni præſumitur, ideo matrimonium contrahens in caſu prohibito poſt bannimentum præſumitur ignoraſſe impedimẽtum inductum per bannimentum nouum, propterea proles erit legitima, d. c. cum inhibitio. §. 1. de clandeſti. deſponſ.

4 Idem eſt in alio bannimento, quia in dubio præſumitur ignorantia. Rom. conſ. 59. n. 5. ver. primo ex regula, & ibi apoſtil. in ver. verius, allegat eundem Roma. conſ. 403. Pro deciſione, n. 16.

Vide plenius. Ignorantes quando ligantur edicto, vel decreto, vel non. Concluſ. 20.

5 Extende, quia abſens præſumitur ignorare bannimenta etiam generalia Ciuitatis. Bal. in l. plane per illum. tex. ff. de excuſ. tuto. c. fi. vbi Abb. in 3. not. qui matr. accuſ. poſſ. & in c. 1. in 3. col. de poſtul. prælat. Bal. & Angel. in l. tres fratres. ff. de pac. Rom. cõſ. 59. n. 5. ver. ſecũdo ratione abſentiæ. vbi apoſtil. in ver. ignorare, dat plurimos concord.

6 Extende, quia imo exiſtens in Ciuitate præſumitur ignorare banna facta in Comitatu, & è contra, Bal. Angel. & Moder. in l. Titius. §. Lucius, per illum tex. ff. de liber. & poſthum.

7 Reſtringe, quia imo cridæ, & bannimenta etiam ignorantes afficiunt quando ſunt publicata. Caſtren. conſ. 301 n. 2. lib. 2.

Reſtringe multis caſibus de quibus ſtatutum ſcire, vel ignorare, qui præſumantur. Conſ. 448.

8 Reſtringe, quia etiam abſens à Ciuitate, in qua bannum, vel ſtatutum eſt publicatum, vel eſt notorium, præſumitur ſciuiſſe. Roma. d. conſ. 59. nu. 5. ver. contrarium.

9 Reſtringe, quando fuit denunciatum bannum, quia præſumitur ſcientia, Roma. conſ. 59. num. 5. ver. ſecundo quia ſibi, aut ſuæ dominæ.

10 Reſtringe, quia publicatio banni inducit præſumptã ſciẽtiã. Ro. d. conſ. 59. n. 5. ver. tertio quia.

Vide. Lex, & conſtitutio noua quando incipiat ligare. Concl. 256.

Vide. Statutum, & conſtitutio non ligat antepublicationem. Concluſ. 444. cũ tribus ibi ſeqq.

11 Reſtringe, quando abſens erat in loco vicino, quia præſumitur ſciuiſſe. Rom. d. conſ. 59. n. 5. in fi. ver. quarto quia, vbi apoſtil. in ver. dicte Ciuitati.

12 Amplia, quia bannimenta, & cridę nõ afficiunt minores, neq. abſentes etiam ſi fiant ſuper ſolutione onerum, & collectarum, & quatenus afficerent, minor, & abſens debet infra quadriennium reſtitui in integrum, quod non incipit currere,

niſi

nisi à die scientię,& quo fuit minor factus maior. Alex.consi.31. Ponderatis, in princ. lib.5.vbi apostill.in ver.proclamata, dat concord.

Vide. Scientia quando debet probari,vt delinquens puniatur. Concluſ. 65.

Vide plene. Bannitorum recepeator quando possit puniri,vel non. Concluſ.17.

Bannimenta in quibus locis fieri debeant, & quid operentur. Concluſio. V.

1 BANNIMENTA matrimonij contrahendi sunt facienda in Ecclesia ad hoc,vt detegantur impedimenta contrahere volentium si quæ sunt, quæ impediant matrimonium, alias proles legitima non erit, si impedimentum appareat. c. cum inhibitio, de clandest. desponſ.

2 Limita, quia bannimenta,quæ sunt necessaria, vt supra, non habent locum in casu necessitatis, vbi casus festinus eueniat, quod constitutus in articulo mortis velit desponsare. Gemin.consi.66.n. 6.col.fin.ver.vel potest alio modo.

3 Limita,quia talia bannimenta non releuãt scientes impedimentum,vt declarat idem tex.in c.cum inhibitio.§.1.de clandest.desponſ.

Bannimenta quid operentur, & quantum durent. Concluſio. VI.

1 OPERANTVR bannimenta,& cridæ, quod lapso termino præfixo in eis,quis non audiatur amplius,vt de bannimentis,quę fiunt in syndicatu officialium,dicit Clar.in §.fi.q.51. nu.5. ver. hac etiam,vbi quod lapso termino banni officialis non potest molestari, neque in loco officij, neque in loco domicilij,& hoc siue post terminum sit lata sententia absolutoria, siue non.

Vide. Statutum circa cridas, & bannimenta pro alienatione bonorum. Concluſ.498.

2 Extende, vt procedat etiam in cridis statuti, quod infra certum terminum qui voluerit audiri, deducat ius suũ,quia vlterius non audietur,quia valet, & comprehendit etiam exemptos,& Ecclesiasticos,ex quo præcise non citantur,vt veniant, sed quatenus velint venire.Castren.consi.301.Prędicta dubia.lib.2.num.2.

3 Contrarium quoad Ecclesiasticos, quia nullo modo eis præiudicatur ex bannimento laicorum, vel.statuto.c.Ecclesiæ S.Marię,de constit. cum ibi not. Vide. Laicus Iudex nullam in Clericos habet iurisdictionem.Concluſ.8.

4 Durant bannimẽta officialiũ pęnalia quantum durat eorum officiũ.Bald.& alij in l.1.C.de postulan.Bart.in l.fi.ff.de pęn.vbi Alex.in apost.Specul. in tit.de Aduoc.§.1.circa fin.ver.in summa nota. Instit.de actio.§.penales.Bart.& alij in l.in honorarijs.ff.de actio.& obligatio.

5 Declara,quia statutũ,bannimentũ, & constitutio si fiat a Duce, Marchione,Comite,& Communitate recognoscentibus Superiorem, dicitur ius prętorium,non autem ius Ciuile,etiam si durent perpetuo, vt voluit Mathesil.singul.189.actio tamen ad pęnam est annalis quando parti applicatur; si vero sunt temporalia,anno durant,vt videtur velle Bart.in l.5.in fin.principij. ff. de verbor. oblig. quem ibi Iaſ.num.10.dicit * communiter approbari, tunc omnino & statutum,& actio pęnalis essent annalia.

* Vide, & declara vt plenius in ver. Statutum multiplex. Concluſ.429.

6 Quando autem incipiant ligare constitutiones. Vide.Lex infra quantum tempus.Concl.256.

Vide. Cridę. Concluſ. 805.

Vide. Statutum, & Constitutio non ligat ante publicationem. Concluſ. 444.

Bannum an sit sententia. Concluſ. VII.

1 BANNVM non est maioris efficaciæ, quam sententia diffinitiua, quia imo interloquutoriæ æquiparatur. Petr.de Anchar.consi.6.in fi.ver. item non est maioris, vbi quod ea, quæ possunt opponi contra sententiam,possunt opponi contra bannum, quia æquiparantur.

2 Et quod bannum appelletur sententia interloquutoria,ideo valeat super incerta quantitate, quando per relationem potest redigi ad certitudinem. Alex.consi.90.Fere omnis.num.6.ver.non obstat quod not.lib.1.Castren.consi.236.Viso pun &o.n.2.li.2.vbi quod est sentẽtia interloquutoria.

3 Et potest reuocari,prout reuocari potest sententia interloquutoria.Alex.d.consi.164.Visis.n.2. li. 7.& plenius n.11.ver.ex hoc etiam patet.

4 Restringe, nisi aliter esset dispositum ex statuto,quod bannum esset perpetuum, & non posset tolli nisi per satisfactionem, vel quod transeat in condemnationem. Alex. consi. 164.nu.11. & seq. ver. ex hoc etiam patet. lib. 7. vbi quod transit in diffinitiuam.

5 Bannum dicitur medicinale sicut excommunicatio,quia tollitur purgata contumacia,& seu facta satisfactione, ideo quatenus excommunicatio remouet excommunicatum à beneficijs Ecclesiæ, eatenus bannum remouet bannitum à beneficiis secularibus; igitur bannum,& bannitus differt à rebelli,quia bannum medicinale,rebellio mortale,quæ non remittitur sine gratia Principis. Bart. in extrauag.qui sint rebelles,in ver.rebellis.nu.6. vsque in fin.vbi allegat concord. sed tamen non arguitur de vno ad alium, quia differunt in multis. Bar.in q.1.Lucanę Ciuitatis,in solutione.nu. 4.ver.quarto est videndum.

Vide. Banniti nostri temporis quibus æquiparentur. Concluſ. 11.in princ.

6 Amplia, quia bannum propter contumaciam semper est sententia interloquutoria. Signorol. consi.119.n.12.ver.præterea deportatio. Castren. consi.236. Viso puncto.n.2.lib.2.Alex.consil. 164. Visis,& ponderatis.n.2.ver.& quamuis hoc.lib.7.

7 Et dicitur potius quędam mulcta, quia non potest continere pœnam personalem. Bart. quæst. 1. Lucanæ Ciuitatis,in ver.solutio.num.13.& seq. ver. quid ergo.

8 Amplia, quia bannum ex interloquutoria non meretur exequutionem,quia ad hoc vt detur exequutio sententię contra bannitũ,requiritur quod per sententiam diffinitiuam sit condemnatus. Bald. in l. 1. nu. 12. C. de hered. instit. Chartar.

tit.de exec.ſenten.c.1.n.438.& ſeq.& 451.vbi dicit quod Bullæ Summorum Pontificum non habent locum in bannitis tantum,videlicet poſitis in banno, ſed in condemnatis.

9 Extende, quia in tantum bannum quod datur contumaci ex forma ſtatuti Peruſiæ, & quaſi totius Italiæ, per quod bona aduocantur, quia eſt interloquutoria ſententia, licet quo ad bona ſit diffinitiuum, eo quod bona non reſtituuntur,tamen auditur ſuper crimine ſi comparet contumax.Bar.conſ.107. Viſis omnibus,num.3.ver.ſed contra prædicta.

10 Extende, quia aliud bannum in quo punitur contumax, vt ſecundum ſtatutum habeatur pro confeſſo de crimine,licet excludat criminoſum, ne audiatur contra crimen,non tamen excludit quin Iudex in diffinitiua poſsit pœnam in banno poſitam moderari.Bar.d.conſ.107.col.1.in fi.ver. ſed in banno qui datur,lib.1.vbi quod ita conſuetudo interpretatur.

11 Reſtringe, quia contumax poteſt torqueri ex banno dato ob contumaciam.Grãmat. deciſ.11. nu.15.vbi in fi.concludit,quod cum aliis adminiculis poteſt etiam ex pluribus prçſumptionibus ſequi condemnatio ad mortem.

Vide. Concluſionem proximam ſequentem, quia etiam bannum eſt pœna, & mulcta.

Bannum, ſeu exilium quid ſit, & quo iure introductum. Concluſio. VIII.

1 BANNVM, ſeu exilium eſt pçna apud Italos multum frequens,tam contra prçſentes delinquentes,quam etiam contra contumaces,& eſt quandoque perpetuum,quandoque ad tempus,& quandoq.arbitrarium.Clar.in §.fin.q.71.in princip.

2 Imo bannum quando bannitus non poteſt offendi,dicitur mulcta,& bannitus dicitur mulctatus, quæ mulcta non poteſt continere pçnam corporalem,etiam ſi fiat bannum à maioribus iudicibus, ideo ſi dicat Index quod mulctatus poſt certum tempus poſsit impune offendi,non valet.Bart.d. quæſt.1.Lucanę Ciuitatis,in ſolutio.nu.13.& ſeq. maxime.n.15.vbi late,ver.quid ergo.

3 Et eſt tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico ſaltem de conſuetudine,licet de iure Canonico ceſſante conſuetudine non ſit inductum bannum.Clar.§.fi.q.67.in fi.& d.q.71.in prin.vbi relatiue loquitur.

4 Caſus in quibus imponitur pçna banni ſeu exilij,ponit Calic.in Margarita fiſci,fol.85.vbi num. 69.recenſet,vt refert Clar.d.§.fi.q.71.n.2.

5 Pçna banni imponitur officialibus prouinciarum,qui ruſticanos,vel eorum ſeruos,vel iumenta ad aliqua cogunt obſequia, nec non ruſticani qui ſponte ſe ſupponunt ad dicta obſequia, l.2. C.ne ruſtica. ad vllum obſequium deuocen. licet hodie Clar.dict.§.fin.q.71.numer.3.dicat non ſeruari.

Vide Concluſionem proximam præcedentem, vbi quod bannum eſt ſententia interloquutoria, & medicinæ.

Bannitorum plures ſunt ſpecies,& qualiter quis probetur bannitus. Concluſ. IX.

1 BANNITI appellantur quandoq.foreſtati, & idem eſt ſignificatus.Angel.conſ.257.Inter capitula,n.4.ver.foreſtati.

2 Aliqui ſunt foreſtati ex proprijs demeritis,qui & diffidati appellantur,proprie autem ſunt banniti.Angel.d.conſ.257.n.4.

3 Aliqui ſunt,qui ſine bãno foreſtãtur,prout ſunt relegati ex própria culpa.Angel conſil.257. n.4.

4 Aliqui foreſtantur ex iniuria fortunę, vt morboſi.Angel.d.conſ.257.nu.4.

5 Aliqui foreſtantur ſuſpicione potentatus, aut aſtutæ prudentię.Angel.d.conſ.257.n.4.

6 Aliqui ſunt banniti cum publicatione bonorũ, & iſti perdunt iura ciuitatis, & iuris communis, quia equiparantur deportatis,& damnatis in metallum.Alex.conſ.23.n.9.lib.1.

7 Contrarium tenet Anchar.conſ.275.ſilio ſuo, * vbi dicit * communem opinionem,quod retinent iura gentium,& ſic competentia de iure communi, prout iuſtitatis hæredis,licet forte in loco banni effectu careat iſta retentio, ſed ſi fiſcus tacet ſuccedit in præiudicium ſubſtituti.vulgaris.

Declara,vt in ver. Banniti poſſunt impune offendi,& quando.Concluſ.19.n.24.

8 Extende idem ad bannitos qui poſſunt impune offendi.Alex.d.conſ.23.n.9.lib.& conſ.71.lib.1.& quod banniti, qui poſſunt impune offendi deſertores dicantur,& impune offendi poſsint.Ancha. d.conſ.275.in prin.

9 Et iſti dicuntur transfugę hoſtes, & latrones. Vide.Banniti poſsunt impune offendi. Concluſi. 19.nu.1. & ſeq.

10 Idem eſt de bannitis perpetuo,quia non poſſunt hæredes inſtitui in bonis territorij à quo ſunt banniti. Alex.d.conſ.23.n.9.lib.1.

11 Idem eſt in bannitis priuatis omni actu legitimo,quia non ſuccedunt ex quo ſucceſſio eſt actus legitimus.Alex.conſ.75.

12 Declara,vt per Anchar.d.conſ. 275. Quia non ſuccedunt in loco, licet retineant in omnibus caſibus prędictis iura communia,quæ in loco banni carent effectu, licet ſi fiſcus taceat contra alios admitti debeant.Vide plenius Banniti quando habeantur pro mortuis.Concluſio.12.n.19.& ſeq.

13 Aliqui ſunt relegati pro graui maleficio. Anchar.conſ.275.in prin.

14 Et quando rũpunt cõfinia poſt relegationẽ efficiũtur hoſtes,& rebelles.Ancha.d.cõſ.275.in pri.

15 Aliqui deſertores dicuntur, & deſertoribus equiparantur inobedientes, & contumaces patrię. Anchar.d.conſ.275.in prin.

16 Aliqui rebelles ciuitatis. Anchar. d. conſ.287. Iſte B.vide.Rebellis,& proditor.Concluſ.44.Et dicitur rebellis,qui ſe ſubtrahit ab obedientia Principis.Gig.de crim.lęſę.Maie.lib.1.q.25.

17 Perduelliones dicuntur parati ad duellum, & pugnã contra Principem.Gig. de crim.læſæ Maieſt.rubr.qualiter,& à quibus,lib.1.q.27.

18 Aliqui ſunt banniti potius ex cõtumacia, quia non comparuerunt, quã ex delicto, & quia pœna iſtorum eſt in omittendo facilius remittitur, & poteſt cum iſtis fieri pax.Bar.quæſt.1.Lucanæ Ciuitatis,n.4.ver.4.probatur ſic.

Decla-

19 Declara, nisi adsit statutum, quod bannitus ex contumacia habeatur pro confesso, quia tunc dicitur condemnatus ex maleficio confessato, & cõtumacia, & sic delictum cõparatur delicto, & licet etiam stante statuto quod quoad alios censeatur condemnatus popter contumaciam tamen secus est quoad se ipsum, quia illa ficta confessio sibi nocet prout vera. Bar. d. quæst. 1. c. fi. in solutione, n. 15. ver. ad quartum respondeo.

20 Aliqui sunt banniti, qui non possunt impune offendi, & isti dicuntur potius mulctati, quia bannum de iure communi non est nisi mulcta pecuniaria, vel in bonis, quę non potest continere pœnam personalem. Bar. d. quæst. 1. in solutione, nu. 13. & seq. ver. quid ergo.

21 Qualiter autem probetur quis bannitus. Vide Mascard. Conclusio. 162. Bannitum esse quomodo probetur.

Banniti an possint testari. Conc. X.

1 BANNITI non possunt testari secundũ statuta suę Ciuitatis à qua exulant, quia perdiderunt beneficium statuti, secus si secundum ius commune testarentur. Bar. in l. eius qui, §. 1. ff. de testam. cuius opinionem * communem dicit Nellus in 1. parte 2. temporis, n. 52.

2 Contrariũ, quod imo simpliciter bannitus absq. eo quod pœna mortis sit condemnatus si peruenerit in fortiam superioris, non perdat beneficium statuti, & possit libere testari, tenet Clar. in §. testamentum, quæst. 19. in prin. vbi dicit Bart. opinionem debere sic distingui.

3 Declara igitur, quia si bannitus est simpliciter, etiam cum confiscatione bonorũ, absq. pœna mortis, potest libere testari, & secundum ius commune, & secundum statuta, nisi statutum priuaret bannitum commodo statuti, ita Clar. d. §. testamentum, q. 19. in prin.

4 Si vero est condemnatus ad mortem si peruenerit in fortiam, siquidem est bannitus pro delicto, pro quo inducitur de iure cõmuni pœna mortis, & seruatis seruandis de iure communi, vt quia præsens, & in fortijs cõdemnatur, & tunc licet aufugiat post condemnationem, non tamen potest testari, neq. secundum ius commune, neq. secundum statuta. Clar. d. §. testamentum, quæst. 19. nu. 2. ver. aliquando vero, vbi quod est seruus pœnæ effectus, & non potest testari in territorio, neque extra.

5 Si quis est bannitus ad pœnam mortis secundum statutum, & fuit processum in contumaciam secundum formam statuti, quia habitus fuit pro confesso, & tunc si post condemnationem peruenit in fortiam Iudicis, quia effectus est reus pœnę, adhuc non potest testari: si autem non peruenit * in fortias iustitię, quia secundum * cõmunem opinionem, non est effectus seruus pœnæ, potest testari, siue bona sint confiscata, siue non, quia bona extra territorium, vel bona postea quæsita, vel etiã si nulla bona haberet, non venirent in confiscatione. Clar. d. §. testamentum, q. 19. nu. 2. per totũ.

6 Declara plenius, vt infra. Banniti an, & quando habeãtur pro mortuis. Concl. 12. n. 11. & seq.

Vide. Damnati ad mortem. Cõclus. 2. num. 6. & seq. vbi pleniſſime.

Vide. Testari non possunt multi ex propria culpa. Conclus. 105. n. 28. & seq. & n. 55. & seq.

Banniti nostri temporis quibus æquiparentur. Conclusio. XI.

1 BANNITI, seu proscripti nostri temporis æquiparantur excommunicatis. Feder. de Sen. cõs. 271. in fi. Signorol. cons. 119. n. 3. in q. 1. Lucanæ Ciuitatis, in pri. n. 9. ver. nono probatur sic.

2 Contrarium tenet Bar. d. q. 1. in solutione, nu. 4. ver. quarto est videndum, vbi quod non licet arguere de vno ad aliũ, quia banniti habentur pro confessis: excommunicati vero prestita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ absoluuntur; excommunicatus perdit perceptionem Sacramentorum, banniti autem secus; excommunicatio ligat vbiq. bannum vero secus; excommunicatus non potest offendi, bannitus sic, & in vno conueniunt, quia perdunt ambo commercium hominũ.

Declara, vt supra in ver. Bannum, an sit sententia. Conclus. 7. n. 5. ver. bannum dicitur, cum seq.

3 Aliqui dicunt, quod bãniti æquiparantur mulctatis quando non possunt impune offendi. Bar. in q. 1. Lucanę Ciuitatis, in ver. Solutio. n. 13. ver. quid ergo, vbi quod bannum de iure communi non est nisi mulcta pecuniaria.

4 Aliqui, quod imo æquiparantur deportatis. Signorol. cons. 119. in prin.

5 Contrarium, quod deportatis nõ æquiparẽtur, quia Prætores nõ possunt adimere Ciuitatem Romanam, & sic deportare. Signorol. d. cons. 119. n. 12. & seq. Licet ipse teneat ampliationem, sed quod imo ampliatio communiter reprobetur. Clarus in §. fi. q. 71. n. 12. ver. & in primis.

6 Declara, quia banniti ad mortem licet nõ fiant deportati, quia prætores non habent ius deportãdi, tamen in illo loco in quo sunt banniti æquiparãtur deportatis. Bal. cons. 284. Præmissis verbis vltra med. n. 1. in fi. ver. cõfirmãtur prędicta lib. 1. Signor. cõs. 89. n. 3. vbi quod deportatio afficit personã, quia aufert ea, quę sunt iuris, ideo vbiq. flagellãtur, & idẽ est quando per extẽsionẽ fit, vt idẽ bannũ de vno loco extendatur ad alium locũ, & quod æquiparentur deportatis, maximè quando possũt impune offendi, nõ autẽ relegatis. Alex. plene cõs. 26. Circa primũ, in prin lib. 1. Angel. Areti. cons. 47. In casu præfato, in prin. vbi nu. 36. & seq. ver. nec obstant, declarat procedere quoad ius statuti non quoad ius commune, & dicit * cõmunẽ.

Vide. Deportationis pęna quæ sit, & a quibus imponi possit. Conclus. 197.

Vide. Pęnarum capitalium maior, quæ dicatur, & quot sint capitales. Conclus. 223. n. 4. & seq.

7 Et ex grauitate criminis bannitus ęquiparatur deportato. Bal. cons. 341. in prin. Incip. super primo quod duplicatur. cons. 36. lib. 4.

8 Et condemnatus ad triremes an dicatur deportatus, vel relegatus, vel dãnatus in metallum. Vide. Deportationis pęna quæ sit. Cõcl. 197. in prin.

9 Exilium, seu bannum hodie ęquiparatur pœnæ deportationis, ideo dicitur pęna capitalis, relegatio autem dicitur confinatio, & est pęna non capitalis. Signorol. cons. 207. In quæstione præsentibus alligata. n. 3. col. 1. in prin. ver. 2. pro ipso stupro.

10 Contrarium, quod banniti cum publicatione bonorum nón æquiparentur deportatis. Alexand. * cons. 75. n. 9. qui dicit * communem, lib. 1. & cõ* munẽ * dicit. Ancha. cõs. 275. Filio suo. n. 2. Bart.

d.q.1.Lucanæ Ciuitatis,in ſolutione.n.3. verſ.ſecundo videamus , vbi pro vtraq; opinione allegat,& dicit hanc * cõmunem opinionẽ moderno
* rũ,etiam ſi poſſent offendi impune,& vide Concl. proximam ſequen.num.20.ver. contrarium*, vbi quod poteſt teſtari,igitur non æquiparatur deportato , & ibi habes concord. plurimos .

11 Declara,vt per Iul.Clar.in praxi crimin.§.fi.q. 71.num.12.vbi recitat multas diſtinctiones,& di-
* cit communem * opinionem , quod non æquiparantur deportatis;etiam ſi ſint banniti cum confiſcatione bonorum etiam ſi poſſint impune offendi, ſed quod bannum non eſt deportatio , neque relegatio , ſed tertia ſpecies, & in fine dicit,quod ſecundum qualitatem banni ſtandum eſt deciſionibus Doctorum in caſu particulari loquentiũ de bannito,non autem loquentiũ per æquiparationẽ.

12 Declara,quia licet banniti, qui poſſunt impune offendi æquiparentur deportatis,& deportati non ſuccedant,tamen banniti ſuccedunt de iure communi,& gentium,quia non perdunt iura communia.Alex.conſ.26.Circa primum.lib.1.in prin.An
* char.conſ.175.Filio ſuo,per tot.vbi nu.2. dicit * communem .

13 Contra declarationem tenet idẽ Alex.conſ.75. n.7.& ſeq.vbi quod banniti , qui poſſunt impune offendi perdunt iura Ciuitatis in loco, à quo ſunt banniti,& etiam iura communia,& ſic ſuccedendi de iure communi in illo loco, ſecus extra locum.

14 Imo,quod non ſit verum in filio,qui retinet nomen ſuitatis , & hæredis dicit Anch.conſ.275.vbi hoc docet , quia nomen hæredis non circumſcribitur loco,& patet quia extra locum ſuccedit,ergo etiam in loco retinet nomen hæredis ad hoc , quod vulgaris ſubſtitutus non admittatur in loco banniti ſi fiſcus non moleſtat , nec poteſt opponere de iure Fiſci .

15 Declara,quia banniti pro crimine,pro quo imponitur pœna mortis, æquiparantur deportatis,ſi vero pro crimine , pro quo non imponitur pœna mortis æquiparantur relegatis.

Vide . Damnati in metallum. Concluſ. 3.

Vide . Relegatio quid ſit.Concluſ.130.

16 Contra declarationem eſt communis * opinio, vt dicit Curt. Sen. conſ.60. plures citat Clar. §. fin.quæſt.71.num.12. ver.ſed certe .

17 Declara alio modo, quia ſi pœna banniti eſt cũ confiſcatione bonorum , & æquiparatur deportato,ſi vero eſt ſine confiſcatione bonorum æquiparatur relegato.Clar.vbi ſup.ſed reprobat, quia di
* cit * communem in contrarium,& quod gloſ. in §.relegati,in ver.retinent.Inſtit.quibus modis ius patr. pot. ſoluitur , communiter reprobatur,allegat Curt. Sen.conſ.59.num.18.

18 Contrarium,quod imo ipſa glo. ſit vera, vt eſt ſimilis glo.in c.Domino Guerram,in prin.tit. hic finitur,quam ſequitur Alex.conſ.116.Animaduerſis.n.2.& ſeq.li.2.vbi citat plurimos,& dicit,quod in relegatione non venit confiſcatio bonorum,in deportatione ſecus. plures alios citat apoſtil. ibi in ver. deportato . Tiraq. de retract.lignag. §. 1. glo.9.n.28.vbi in confuſo citat plures .

19 Declara , quia bannitus cum publicatione bonorum participat de relegato,& deportato,com-
* munem* dicit Alex.conſ.116.n.7.lib.2.vbi dicit, quod omnes ita fatentur .

20 Declara , quia bannitus cum confiſcatione bonorum,& qui poteſt impune offendi,quia rebellis, & hoſtis eſt , & ei eſt bellum indictum æquiparatur deportato in loco banni quoad ius ſtatuti non quoad ius commune, ita Ang. Areti.conſ.47. In-caſu prædicto.num.36.& ſeq. ver.nec obſtant, vbi
* de * communi.Alex. conſ.26.Circa primum. col. 2.ver.non autem perdunt . lib. 1.

21 Extende , quia bannitus bene æquiparatur deportato , quando poteſt impune offendi , alias ſe-
* cus,communem * dicit Corn.conſ.55. lib.2.

22 Vera opinio eſt,quod ſine bãnitus ſit perpetuo, ſiue ad tempus , ſiue ſit cum confiſcatione bonorum,ſiue non,ſiue poſſit impune offendi, ſiue non , non æquiparatur deportato, neq; relegato,ſed eſt tertia ſpecies de per ſe,& non valet argumentum de vno ad alium. Clar.d.§.fi.q.71.n.12. in fi.ver. quid tenendum,vbi quod hæc eſt tutior , & verior quicquid contrarium teneant Alciat.& Boſſius.

23 Contrarium tamen,quod imo quando bannitus eſt perpetuo cum confiſcatione bonorum , & poteſt impune offendi , iſtis concurrentibus, æquiparetur deportato, & relegato. Boſſ. de bonorum publicat.nu.69.& Alciat.conſ.58.n.9.Corne.conſ. 55. lib. 2. maxime quando propter delictum pro quo eſt condẽnatus imponitur pœna mortis.Curt. Iun.conſ.182.n.8.Plot.conſ.130.n.14. & conſ. 91.
* criminalium.lib.1. communem * dicit .

Vide plenius . Banniti , & relegati quorũ actuũ ſint capaces , vel non.Concluſ. 13.num.22.& ſeq.

Vide. Banniti poſſunt impune offendi,& quando . Concluſ.19.num.24.& multis ſeqq.

24 Aliqui tenent, quod imo banniti æquiparantur
* relegatis, non autem deportatis,& communem * dicit Soci.Iun.conſ.147.num.20.lib.2.plures citat Clar.§.fi.q.71.num.12.ver.alij ſimpliciter .

25 Declara,quia quando quis eſt bannitus ſine confiſcatione bonorum,æquiparatur relegato; ſi vero cum confiſcatione bonorum,ſecus eſt,verã & com
* munem * dicit Marant. quem citat Clar.d.§.fin. q. 71.num.12.ver. alij igitur , & vide Concluſionem proximam ſeq.nu.19.& ſeq.

26 Declarat Bart. quæſt. 1. Lucanæ Ciuitatis , in ſolutio.n.3.ver.tertio eſt videndum,quod licet ſecundum gloſ. & aliquos æquiparetur bannitus relegato, quando non patitur confiſcationem bonorum, tamen dicit Bar.contrarium credere eſſe verum , quia relegatus non poteſt condemnari niſi cauſa cognita ſuper delicto,& niſi adſit dolus,contrarium in bannito , relegatus eſt infamis,bannitus non, relegatus non poteſt gratiari niſi à Principe,bannitus ſecus, relegatus impune non poteſt offendi, bannitus ſecus.

Vide,& declara multis modis.Bãniti,& relegati quorũ actuum ſint capaces . Conc. 13.n.24.& ſeq.

27 Aliqui tenent,quod imo bãnitus transfugę æquiparatur.Signorol.d conſ.119.nu.2.imo proprie dici poteſt bãnitus,qui poteſt impune offendi,transfuga,& hoſtis.Bart.d.q.1,Lucanæ,in ſolutione.nu. 3.ver. quid ergo dicendum .

28 Vide.Bãniti an,& quando habeantur pro mortuis.Concl.prox.ſeq.& plenius in ver. Banniti, & relegati quorũ actuum . Concluſ. 13. Vide etiam in ver.Damnati in metallum,& qui æquiparentur deportato. Concluſ.3.

Vide.Pœnarum capitalium maior quæ dicatur, & quot ſint capitales . Concluſ.223.n.4. & ſeq.

29 Dãnatus ad perpetuos carceres ob delictũ dicitur capitaliter damnatus, quando ad pœnam fuit damnatus . Calder.conſ.104. circa fi. ver. non obſtat,

ſtat, glo. alias 2. de procur.

30 Detruſus vero perpetuo in monaſterium, non dicitur capitaliter damnatus ſi detruſio ſit ad correctionem dumtaxat. Calder. conſ. 104. circa fin. ver. & detruſionem, alias 2. de procur.

31 Declara, niſi detruſio in monaſteriũ fieret perpetuo, & ad pœnam quia capitaliter dicitur punitus, & mortuus reputatus detruſus quo ad hoc, quia eſt locus lucro dotis, & reſtitutioni bonorũ. Calder. d. conſ. 104. in fin. ver. & ſecundum prædicta, alias 2. de procur.

Vide. Damnati in metallum qui dicantur, & cui æquiparentur. Concluſio 3.

Banniti an & quando habeantur pro mortuis. Concluſ. XII.

1 BANNITVS qui nudus exulauit omnibus bonis ex cauſa capitali ademptis, fingitur, ſeu intelligitur mortuus à die bannimenti, ideo habetur pro mortuo ante patrem quando tale bannum præcedit mortem patris, & conſequenter fiſcus nõ ſuccedit. Bald. conſ. 7. Secundum ea quæ ponuntur, lib. 2. & conſ. 257. Quæritur vtrum, lib. 3.

2 Extende maxime, vt habeatur pro mortuo in omnibus diſpoſitionibus ſtatuti loci à quo eſt bannitus, ideo ſi ſtatutũ dicat quod mulier non poſſit teſtari ſine præſentia filij (prout eſt Affiſij) ſi habet mulier filium bannitum perinde eſt ac ſi non haberet quia habetur pro mortuo. Bald. conſ. 395. Statuto ciuitatis, lib. 3.

3 Extẽde, quia filius banniti, qui habetur pro mortuo intrat in locum patris prout ſi eſſet mortuus, l. ſi qua pœna, vbi Bart. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Alex. conſ. 23. li. 1. quod eſt repetitum, con. 88. lib. 3. ver. ſeptimo, & Conſ. 75. col. 4. ver. quo ad ſecundum, lib. 1.

4 Extende, quia habetur pro ſeruo pœnę, ideo nõ poteſt confiteri neque obligari, quando bona eius ſunt confiſcata. Cuma. conſ. 171. Proponitur quod.

5 Declara quia ſi eſſet condemnatus, & bannitus in contumaciam, & ſtatutum deferet hereditatem ſuccedentibus ab inteſtato tunc valeret obligatio eius, vel ſi ſtatutum (prout eſt Veronæ) mandaret quod non habeatur pro condemnato in contumaciam. Cuma. conſ. 171.

6 Extende, quia ſi bannito denegatur audientia, denegatur etiam coniuncto vel procuratori, qui pro eo vult comparere. Alex. conſ. 26. Circa primum, in fi. lib. 1.

7 Amplia in damnato ex crimine læſæ maieſtatis, quia nec eſt capax ſucceſſionis de iure communi, l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. Bald. conſ. 24. circa fi. lib. 4.

8 Sed tamen filij talis damnati non ſuccedunt in locũ patris, quia & ipſi ſunt inſucceſſibiles quando læſa eſt maieſtas in primo capite. Ang. & Salycet. in l. fallaciter, C. de abolitio. Alex. conſ. 103. in fi. lib. 1. Soci. conſ. 275. lib. 2. & conſ. 121. lib. 4. Angel. conſ. 227. Pro deciſione. Dec. conſ. 410. Iaſ. conſ. 86. In cauſa Reuerendi. vol. 3.

9 Contrarium Soci. conſ. 11. lib. 1.

10 Amplia, vt procedat etiã in damnato occaſione proditionis patriæ, vel communis, quia æquiparatur delicto criminis læſæ maieſtatis. Bald. d. cõſ. 24. Vbi eſt caſus, & non bene firmat pro abſoluto li. 4.

Vide. Rebellis & proditor quis dicatur, vel nõ Concluſ. 44.

11 Amplia in bannito, qui poteſt impune offendi, prout communiter per Statuta Italiæ ſeruatur, quia habetur pro mortuo ſicut deportatus. Alex. conſ. 23. n. 9. li. 1. & conſ. 26. Circa primum, in prin. li. 1. & plenius, conſ. 75. n. 7. & ſeq. li. 1. plene. Caſtr. conſ. 212. n. 8. lib. 2. vbi quod bannitus rebellis, qui poteſt impune offendi æquiparatur deportato, & habetur pro mortuo, apoſtil. ibi citat Alex. conſ. 115. col. 2. lib. 3.

12 Contrarium Alex. conſ. 26. in princ. lib. 1. vbi quod non procedit de iure communi.

Vide, & declara vt ſupra. Concluſ. præced. vbi latius, nu. 15. & ſeq.

Vide etiam. Banniti poſſunt impune offendi. Concl. 19. nu. 24.

13 Amplia, quia hęres inſtitui non poteſt bannitus cum publicatione bonorum, vel perpetuo bannitus, vel quando impune poteſt offendi, ſicuti neque deportatus, neque damnatus in metallum. Alex. conſ. 23. nu. 10. ver. refert etiam, lib. 1.

14 Extende, quia vſumfructum habere non poteſt bannitus, quia eſt incapax. Alex. d. conſ. 23. nu. 13. ver. non obſtat quartum, lib. 1.

15 Contrarium, quod imo ex teſtamẽto valido, vel alias de iure communi, vel gentium ſuccedat non ex iure municipali. Alex. conſ. 26. in princ. lib. 1.

16 Declara, vt procedat etiam circa beneficium iuris communis quando agitur de bonis ſitis in territorio in quo eſt bannitus alias ſecus. Alex. d. conſ. 23. nu. 10. ver. & hoc verum, lib. 1. & conſ. 75. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 100. per totum.

17 Contrarium, quod imo ſimpliciter ſuccedat de iure communi etiam in loco banni quia per bannum ſolum perdit iura municipalia loci, à quo eſt bannitus. Alex. conſ. 26. in princ. lib. 1. vbi num. 2. dicit * communem.

18 Declara, vt per Bart. qu. 1. Lucanæ ciuitatis, in ſolutione, nu. 9. & ſeq. quia ſi bannitus poteſt impune offendi eſt tranſfuga ſi non poteſt impune offendi non eſt tranſfuga, & non perdit iura ciuilia etiam ciuitatis, quia bannũ eſt mulcta, non perſonalis, & bannitus dicitur mulctatus, niſi aliter diſponat ſtatutum.

19 Amplia igitur, quia bannitus cum confiſcatione bonorum nõ poteſt teſtari. Signorol. conſ. 119. Statuto ciuitatis, vbi pro vtraque parte allegat, & hanc partem tenet, & conſ. 120. per totum, & vide ſupra Banniti an poſſint teſtari. Concl. 10. & infra concl. ſeq. nu. 49. & ſeq. plene in ver. Damnati ad mortem, concl. 2. nu. 6. & ſeq.

20 Contrarium tenet allegando idem Signorol. d. conſ. 119. n. 12. & ſeq. ver. in oppoſitum, vbi multa allegat, licet dicat in fine primam verioré, & quod poſſit teſtari de iure communi. Bart. q. 1. Lucanæ ciuitatis, in ſolutione, ver. ecce quęritur, nu. 11. & apoſtil. ibi ſub nu. 6. in ver. perdit illam, & in tract. bannit. n. 12. ver. quęro nunquid bannitus, col. 3. & in l. eius, qui §. fi. in fin. de teſtam. & in l. 1. n. 3. ver. vltimo ſolet quæri, C. de hęred. inſtit. & in l. amiſſione, §. qui deficiunt, n. 3. & ex prędictis ſequitur, ff. de capit. diminu. Nellus in 1. parte ſecundi tẽporis, q. 52. vbi dicit * cõmunem. Bald. conſ. 27. ad dictum condemnatum, vol. 4. & in l. fi. nu. 11. verſ. & ideo teſtamenta. C. ſi à non compet. iudi. & in l. ſi quis filio, §. eius qui, n. 3. ver. in textu interloquutus, ff. de iniuſto. rupto. teſta. vbi Imol. §. irritum, in princ. & in d. §. eius qui, num. 6. idem Bald. in

l. eius qui. §. fin. num. 5. ver. tertio, & vltimo quæro. ff. de teſtam. vbi Imol. ver. ſi vero pendet ex forma iuris municipalis, & idem Bald. in l. 1. nu. 29. C. de hæred. inſtit. vbi Salycet. num. 19. verſ. quæro ſexto. Alberic. nu. 4. ver. quærunt hic. Ang. in princ. Alex. nu. 4. Iaſ. num. 5. ver. in quantum ergo. Bart. in l. ex facto. §. ex facto. nu. 5. ver. quæro quid in bannito. ff. ad Trebell. vbi Ang. verſ. & ideo Iacobinus. Alber. Caſtr. & Alex. Bart. in l. certa forma. C. de iure Fiſci. lib. 10. Alber. libro 4. ſtat. quæſt. 13. Ripa in d. l. ex facto, vbi dicit * communem. Practic. Papienſ. in forma inquiſitio. ver. tranſeat. n. 3. Caſtr. conſ. 56. Super primo, in prin. lib. 1. Capra. conſ. 77. Et ſi viſo. n. 29. ver. nam ad hoc reſpondetur. Cephal. conſ. 324. n. 28. Bero. conſ. 8. & conſ. 54. num. 10. lib. 2. Bologni. conſ. 70. vbi dicit eſſe vniformem omnium * opinionem.

91 Declara, vt per Bart. d. q. 1. in ſolutione, n. 1 to ver. ecce quæritur, vbi arguit pro, & contra, & diſtinguit, aut teſtatur ſecundum ius commune, & valet, aut ſecundum ſtatutum, puta, quia minor ſolemnitas ex ſtatuto requiritur, & quia amiſit beneficium ſtatuti non valet, & loquitur in bannito, qui poteſt impune offendi.

92 Idem eſt ſi hæres inſtituatur talis bannitus, & idem ſi agitur de ſucceſſione ab inteſtato, quia poteſt, & non poteſt ſecundum eandem diſtinctionem. Bart. ibi qui dicit, quod plures quæſtiones poſſunt decidi ſecundum præmiſſa.

93 In bannitis vero, qui non poſſunt impune offendi iſti non ſunt transfugę, neq; hoſtes, & non perdunt niſi ea, quæ diſponuntur à ſtatuto, & ſi ſtatutum nihil diſponit, tunc in terminis iuris communis bannum eſt mulcta, quæ debet eſſe pecuniaria, & non corporalis, & bannitus retinet iura ciuilia, & etiam iura Ciuitatis ſuæ, quia dicitur mulctatus. Bart. d. q. 1. in ſolutio. n. 13. & ſeq. ver. quid ergo dices de exbannito.

94 Declara, quia procedit ampliatio quoad bona ſita in territorio, à quo eſt bannitus, quia non poteſt teſtari, neque de iure ciuili, neque de iure municipali, quo vero ad alia bona extra illud territorium bene poteſt teſtari de iure communi, ita Caſtr. d. l. 1. num. 4. ver. aduerte notabiliter. C. de hæred. inſtit. vbi quod ita conſuluit, & vidit plura conſ. Florentiæ. Io. de Imol. in l. ex facto. §. ex facto. num. 20. ff. ad Trebel. Alex. conſ. 23. Opportune, in princip. & conſ. 75. Viſis. num. 8. lib. 1. Socin. conſ. 28. Viſis, in fin. lib. 3. Deci, in l. vt vim. num. 14. ff. de iuſt. & iure. Ruin. conſ. 49. Si probatum eſt. num. 4. lib. 4. Ferret. conſ. 169. Bannitus. num. 4. lib. 1. Ludouic. Catus conſ. 103. In hoc caſu. nu. 5. inter conſ. crimin. vbi dicit * communem. Curt. Iun. conſ. 100. num. 2. Marſil. conſ. 131. Illumina. num. 42. Lofred. conſ. 45. nu. 9. Thob. Nonius conſ. 93. n. 5. Riminal. Sen. conſ. 243. In cauſa. nu. 70. lib. 1. vbi dicit * communem. Decian. conſ. 86. Quo ad primam. nu. 16. lib. 3. vbi dicit * communem. Boſſius de bonorum publicatio. n. 69. ver. an bannitus, vbi dicit ita ſeruari indiſtincte in practica. Iaſ. conſ. 166. Videntur. num. 9. lib. 2. vbi dicit magis * communem, & conſ. 167. num. 6. eod. lib. Menoch. conſ. 101. Eſt noua, nu. 9. vbi dicit * communem. Alciat. conſ. 6. num. 14. in fin. tomo 1. lib. 2. & loquuntur omnes etiam in territorio inferiorum, quia licet non poſſint tollere iura communia, tamen poſſunt offuſcare illa in ſuo territorio, vt dicit Caſtren. d. l. 1. C. de hæred. inſtit. & omnes prædicti ſequuntur, & idem dicit Bart. d. l. amiſſione. §. qui deficiunt, in fi. ff. de capit. diminut. vbi quod licet poſſit facere teſtamentum bannitus, qui poteſt impune offendi, quia retinet iura ciuilia, tamen in territorio à quo exulat non admittitur. & infra num. 33. ver. limita.

Vide. Banniti poſſunt impune offendi, & quando. Concluſ. 19. num. 24. & ſeq.

25 Sic etiam licet bannitus notarius extra territorium conficiat inſtrumenta, quia retinet ea, quę ſunt iuris Ciuilis, tamen non datur fides in territorio à quo eſt bannitus. Bal. in l. 1. n. 11. ver. item ex forma ſtatuti. C. de hæred. inſtit. & in l. exercendis. num. 21. C. de fide inſtrum.

26 Extende, quia in tantum non valet teſtamentum banniti cum confiſcatione bonorum, vt licet reſtituatur per Principem, tamen non conualeſcat teſtamentum factum dum eſſet bannitus, quia requiritur habilitas teſtandi tempore teſtamenti, & tempore mortis. Signorol. conſ. 120. Quidam Placentinus.

27 Extende, vt nec valeant codicilli facti durante banno, licet reſtitutus fuerit niſi poſt reſtitutionem declarauerit velle perſeuerare in codicillis. Signorol. dicto conſil. 120. num. 3. ver. inſuper tunc temporis.

28 Ampliа, quia bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo omnino, nec poteſt durante banno erari in cauſa ciuili, nec patitur ſecundum decretum. Bald. conſ. 63. Solum de ſubſcriptione, in fin. num. 4. ver. præterea iſti erant banniti. lib. 5.

29 Idem habetur pro mortuo, quia ſuccedunt illi vocati per illius mortem. Alex. conſ. 13. Opportune conſideratis. num. 9. lib. 1. ver. octauo probatur, & conſ. 75. num. 9. & ſeq. lib. 1.

30 Declara, quia ſuccedunt alij vocati poſt eum de iure municipali, ſecus de iure communi, vel gentium, quia iſta iura non amittit propter bannum particulare. Alex. conſ. 26. Circa primum, in princ. lib. 1.

31 Contrarium idem Alex. conſ. 75. n. 7. & ſeq. li. 1. quando poteſt offendi impune, quia neq; ſuccedit de iure communi in loco, in quo poteſt offendi.

32 Limita, quia in ijs, in quibus non offenditur publica vtilitas, veluti ſi quis obligat bannito, puta pecuniam ex cauſa donationis, vel alias in caſibus non prohibitis, valeret obligatio, & licet eſſet inefficax, quia cum ſit diffidatus ſibi non redderetur ius, tamen poteſt eſſe efficax, quia valeret ceſſio alteri facta ex cauſa non lucratiua. Bart. q. 1. Lucanæ Ciuitatis, in ſolutio. num. 9. & 10. ver. ſed ſi aliquis.

33 Limita, vt non procedat quoad ſucceſsionẽ iuris communis, ſed ſolum quoad ſucceſsionem ex iure municipali, quia ſuccedit ex teſtamento, vel etiam ab inteſtato ſecundum ius commune, vbi extat ſolum ius commune, ſecus ſi vellet ſuccedere ex iure municipali, quia habetur pro mortuo. Bald. conſ. 24. Factum tale eſt, quidam. lib. 4. vbi loquitur quando non eſt damnatus ex crimine læſæ maieſtatis, vel ſimili. Alexand. conſ. 26. Circa primum, in prin. lib. 1. & idem Alex. conſ. 75. in prin. qui dicit * communem. lib. 1. Anchar. conſ. 275. per totum, & hanc communem * dicit Ang. Aret. conſ. 47. In caſu prędicto. nu. 36. & 37. ver. nec obſtant allegata, vbi dat exemplum ſi inſtituitur hæres in teſtamento, in quo ſecundum ſtatutum Senarum

narum ſufficiunt tres teſtes nullum eſt teſtamentum,quia perdit iura ciuitatis,non ius commune, & ſupra n.10.& n.24.vbi habes concor.plurimos.

Vide etiam Concluſionem proximam ſequentem.num.22.& ſeq.

14 Extende, vt idem ſit ſi teſtamentum eſſet nullum,quia ſi reducitur ad inteſtatum de iure communi bannitus ſuccedens tranſmittit ad filios,& non ad fiſcum hæreditatem delatam,ſed non aditam.Bal.conſ.395. Statuto Ciuitatis.lib.3.in fi.

15 Reſtringe quando bannitus eſſet priuatus omni actu Ciuili, vel poſſet impune offendi, quia ex quo eſt hoſtis, & transfuga, tunc non ſuccedit etiam de iure communi in loco, à quo eſt bannitus,ſed extra ſic,ita declarat Alex.conſ.75.nu.7. & ſeq.lib.1.

16 Contrarium tenet Anchar.conſ.375.Filio ſuo, vt non procedat in filio ſuo,quia licet ſit transfuga,& poſſit impune offendi, tamen retinet ſuitatem,& nomen hęredis,& ſtatutum non poteſt tollere ea,quæ ſunt iuris gentium, prout nomen hæredis, ius ſuitatis, & ſimilia, & ideo ſubſtitutus vulgaris,ſi filius hæres non erit,vel eſſe non poterit ad ſuum commodum,non admittitur,ſi fiſcus non moleſtatur, etiam reſpectu bonorum loci à quo eſt bannitus. Ancharan.conſ.175.per totum, vbi pulchre.

17 Limita, quia in onerosis banniti non deſinunt eſſe ciues,ſecus in lucroſis.Roman.conſ.73.Circa primum.nu.3.& ſeq. vbi quod ſi patitur bannitus ſe eligi ad officium oneroſum compellitur, ſi vero ad officium lucroſum capite punitur.

18 Extende,quia licet priuetur omni iure Ciuili Ciuitatis,à qua eſt bannitus, & poſſit impune offendi,tamen priuatio intelligitur in concernentibus fauorem banniti,non in concernentibus odium. Bartol.in quæſt.1.Lucanæ Ciuitatis,in ſolutio. n. 6.ver.reſtat videre.

Banniti, & relegati quorum actuum ſint capaces. Concl. XIII.

1 BANNITI, & relegati non ademptis bonis valide vendũt eorum bona,& ius acquiritur emptori,& dominium.Bald.conſ.236. Bona relegatorum. lib. 4. vbi quod tranſeunt bona cum ſua cauſa.

Vide. Relegatus quid ſit, & quis poſſit relegare.Concluſ.130.

2 Secus ſi bona cõfiſcata ſint,quia ſunt ſerui pœnę,& nihil habent,& carent adminiſtratione, ita vt obligatio non valeat in prejudicium fiſci. Cuman. conſil.161.Proponitur quod.

3 Amplia, quia valet alienatio etiam ſi pęna pecuniaria eſſent condemnati banniti,& relegati,tamen fiſcus pro pœna auocat bona per hypothecariam,donec ſatisfiat.Bald.conſ.236.lib.4.

4 Amplia maxime in bannitis in contumaciam,quia non ſunt infames. & dicuntur pro crimine condemnati ſecundum * communem. Clar.§.fin.quæſt.71.num.5.ver.quæro nunc.Bart. in quæſt.1.Lucanæ in ſolutione.num.2. verſ. prętera fama eius,& num 3.in fin.verſ. præterea relegatus.

5 Contrarium, quod imo etiam ſi in contumaciam eſt bannitus efficiatur infamis. Alex. conſ. 112. Omiſsis. libro ſecundo.

Vide. Infamis quando quis efficiatur ex ſententia,vel non.Concluſ.111.

6 Declara, quia bannitus etiam, qui non poteſt offendi efficitur infamis, ſi delictum pro quo eſt bannitus infamat.Bart. quæſt. 1. Lucanæ in ſolutione.col.pen.num.14. verſic. item ſi tale eſt crimen,allegat l.ſi.in fi.C.de requir.reis.

7 Declara,quia ſi bannum cancellatur,quia obtinuit gratiam,& ſoluit compoſitionem tunc reſtituitur ad famam; ſi vero ſoluiſſet pœnam tanquam condemnatus,ſecus eſt. Alex. d. conſ.111. Omiſsis.lib.2.vbi apoſtilla dat concordantes in ver.cancellatus.

8 Vide tamen Alex.conſ.114.Repetitus.lib.2.vbi ſecus eſt ſi à populo,vel alio recognoſcẽte ſuperiorem reſtituatur, quia iſti non poſſunt reſtituere ad famam, & loquitur in populo Bononiæ.

9 Extende, quia bannitus de iure communi poteſt eſſe teſtis,Clar.d.§.fin.quæſt.71.num.6.vbi de * communi,& plura allegat,& quod quotidie conceduntur ſaluiconductus bannitis, vt veniant ad ſe examinandum.

10 Declara, quia ſi pro confeſſo haberetur de crimine ex forma ſtatuti non procederet ampliatio. Clar.vbi ſupra,quæſt.71.num.6. ver. hęc tamen conclusio: vbi quod tunc videtur condemnatus pro delicto.

11 Contrarium tenet Alex.conſ.114.Repetitus,in fine.verb fortius.lib.2. vbi quod imo condemnatus, & bannitus in contumaciam, licet ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo,tamen non ſit infamis, & ante eum Caſtren conſ.468. Super hoc.in princ.ver.ſecundo præmitto.lib.1.

12 Declara, quia ſi ex ſtatuto habetur pro confeſſo efficitur infamis quoad ſe, non autem nocet alijs.Corne.conſ.55.num.4.& ſeq.lib.4.Couarru. variarum reſolut.lib.2.c.11.n.4.

13 Amplia, quia valet venditio facta per delinquentem quando ex tali delicto pęna non erat in patrimonio,& bonis imponenda.Bal.d.conſ.236. in fi.lib.4.

14 Amplia, quia bannitus cum confiſcatione bonorum non tenetur ad collectas,ſeu præſtantias, quę ratione bonorum confiſcatorum debentur, quia debentur à poſſeſſore bonorum, tam pro futuro, quam præterito tempore.Roman.conſ. 73. Circa primum.col.fin.nu.4.& ſeq.ver.eſt & ſecundus caſus: vbi apoſtilla in ver. granari, citat concordan.& dicit procedere ſi omnia bona confiſcantur.

15 Amplia, quia de iure communi converſatio cum bannitis,& receptatio,dando illis cibum, & potum,non eſt prohibita,quia neque prohibentur deportati conuerſare. Signorol. Homod.conſil. 115.per totum.

16 Amplia, quia banniti, & deportati, ac dãnati in metallum ſunt capaces actionum,& obligationum,quæ tendunt ad vitæ ſubſtentationem, licet à iure communi deſcendant. Bar.q.1. Lucanę Ciuitatis,in prin.n.3.ver.tertio probatur.

17 Declara, vt procedat in obediente,ſecus in contumace, & rebelle. Bart. d.q. circa fin.in ſolutione.num.15.ver.ad tertium.

18 Amplia, quia banniti etiam ad mortem retinent ius conſentiendi matrimonio ſororis in caſu ſtatuti Nurſię diſponentis ſub pœna,quod nullus contrahat matrimonium cum muliere, quę

non habeat patrem; niſi de conſenſu fratris,quia ſi frater conſentiat etiam bannitus , valet talis conſenſus.Bald.conſ.54. Statuto terræ. lib. 5. per totum .

19 Amplia , quia banniti quando ſunt tolerati non poſſunt impune offendi , quia tolerantia inducit tacitam reſtitutionem ſecundum*communem,& veriorem opinionem. Bero.conſ. 181.nu. 3.lib. 3. vbi quod tales banniti quando non poſſunt offendi remanent diſtrictuales , & gaudent beneficio ſtatuti, vide eum latiſſime.Burſat.conſil.331.nu.22.& conſ.118.nu.8.& ſeq.

Declara,vt in verb. Tolerantia.Concluſ.322.

20 Amplia , quia banniti non perdunt patriam, poteſtatem,ſecundum communem * opinionem. Clar.§.fin.q.71.num.7.verſ.ſucceſſive quæro: vbi quod vtilitas eſt , quia ſi pater perdit patriam poteſtatem , peculium profectitium tranſit in fiſcum,alias ſecus eſt,

21 Contrarium infra in ver. limita. num. 47. & ſequen.

22 Amplia,quia banniti nõ perdunt beneficia iuris communis,& ſic ſuccedendi de iure communi,ſed ſolum perdunt beneficia inducta a legibus,& ſtatutis Ciuitatis,à qua ſunt banniti. Alexand.conſ. 75.Viſis,& diligenter.in princ.lib.1.vbi dicit magis * communem opinionem. Anchar.conſ. 287. Iſte B. num. 3. Corne. conſ.55.Reperio me alias. colum.3.ad fin.lib.2. qui loquitur in ſtatuto Florentino,& dicit * communem , & quod ſit magis communis * opinio , quod retinet ea , quæ ſunt iuris communis.Areti.de Malef.in ver.& eius bona:vbi Ariminen.num.37.Doctor.in l.1.ff.de hæred.inſtit.Alexan.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil. vbi dicit*communem,& ibi Ripa,& Hercul.Anchar.conſ.275.Curt.conſ.59.Iaſ. conſ. 144.lib.1. Angel.Aret.Inſtit. quibus modis ius patr.pot.ſol. Bart.in quæſt. Lucanæ Ciuitatis,in ſolutione.num. 6.&7.ver.reſtat videre,& in l.ex facto.§.ex facto. ff.adTrebell.vbi Alexan.dicit*communem,prout communem*dicit Socin. Iun.conſ.147. num. 20. lib.2.Caſtrenſ.conſ.56. Super primo:infinitos citat Clar. in §. Teſtamentum. quæſt. 20. vbi dicit magis communem, quod poteſt ſuccedere de iure communi quando impune non poteſt offendi.

Vide Concluſionem proximam præcedentem. numero 33.

23 Contrarium,quod imo bannitus perdat iura communia, & beneficium iuris communis in loco,a quo eſt bannitus,non extra.Caſtr. in l. 1. ff. de hæred.inſtit. Alex.conſ. 23. lib. 1. Ruin. conſil. 49. num. 4. vol. 4. Pariſ. conſ. 51. vol.1.vbi dicit hanc communem * opinionem. Iaſ.conſ.166.nu. 2.lib.2. & magis * communem dicit Aſinius in l. 1.num.107.ff.de relig. & ſumpt.funerum, & hanc partem communem*dicit Iaſ.conſ.166.colum.3. ver.quarto facit.lib. 2.

24 Declara, vt per Clar.d.§. teſtamentum. quæſt. 20. per totam, quia quoad bona extra territoriũ res eſt clara , quia ſtatutum non poteſt afficere bona extra territorium,quo vero ad bona infra territorium ſunt opiniones,quia ſi poteſt impune offendi perdit ſucceſſionem etiam de iure communi,quia licet ſtatutum non poſſit tollere ius commune in totum,tamen poteſt offuſcare,ſed in contrarium dicit eſſe magis*communem,quia banniti retinent beneficia iuris communis in territorio niſi ſtatutum expreſſe contrarium diſponat, vide infra num. 39. & multis ſequentibus:vbi declaratur.

Vide.Banniti poſſunt impune offendi.Concluſ. 19.num.14.& ſeq.

Vide etiam . Banniti noſtri temporis quibus æquiparentur.Concluſ.11.nu.12.& ſeq.

25 Declara , quia ſi bannitus eſt pro delicto,pro quo non venit imponenda pœna mortis,tunc non æquiparatur deportato, &retinet iuris communis beneficia;ſi vero delictum pro quo eſt bannitus eſſet tale , pro quo pœna mortis imponeretur,tunc æquiparatur deportato,& amittit beneficium iuris communis, ita Curt. Iun. conſ.182. num.8. & quando æquiparatur deportato habetur pro mortuo, & eidem non debetur legitima , nec fiſco ex perſona ſua,nec vſusfructus.Plot.conſil.130. num. 14.& conſil.91.lib.1.criminalium.

Vide. Banniti noſtri temporis. Concluſ.11.

26 Declara, quia licet bannitus perdat iura ciuilia loci,in quo eſt bannitus,illud tamen intelligitur ad ſui commodum, ſed in ſui prejudicium iura etiam ciuitatis contra eum vigent,& exercentur.Bar.d.quæſt.1.Lucanæ,in ſolutio.num.6. ver. reſtat videre:vbi apoſtill. in ver. commodum, ciuat Socin.conſ.68.Viſis priuilegijs.col.pen.

27 Extende ampliationem,vt procedat ſine dubio in bannito propter contumaciã,ſeu in contumaciã,quia nõ efficitur ſeruus pœnæ donec veniat in fortijs iuſtitiæ. Corne. conſ.55. vol. 2.vbi dicit* communem.Bero.deciſ.278.num.12.Clar.in praxi.§.fin.quæſt.71.ver.vlterius quæro , & ideo talis bannitus etiam cum publicatione bonorum non efficitur inteſtabilis.Arerin.in l.eius qui.§. 1. num.3.ff.de teſtam.ſequitur Clar.in §.teſtamentum.quæſt.19.

28 Extende , quia talis bannitus in contumaciam non perdit ius patriæ poteſtatis. Nell.in tract.de bannitis in prima parte 2. temporis. quæſt. 20. Corn.d.conſ.55.lib.2.Boſſ.tit.de public.bonorum n.70.vbi dicit *communem.

29 Declara,quia ſi eſt bannitus, & diffidatus ſimpliciter perdit in loco ſolum iura loci, videlicet, ſtatuti, & ſucceſſionem ex ſtatuto;ſi vero eſt hoſtis diffidatus,qui poteſt impune offendi perdit in loco,nedum iura Ciuitatis,ſed etiam ius commune, quia offuſcatur.

Vide Concluſ.præceden.ver.limita.n.33.

30 Extende,vt procedat etiam ſi bannitus ſit aliquis pro delicto , pro quo imponitur pœna mortis,quia adhuc non perdit iura communia,neque æquiparatur deportato , vt habeatur pro mortuo,communem* dicit Iul. Clar.in praxi criminali.§.fin.quæſt.71.num.12.ver. aliqui vero,allegat Curt.Sen.conſ. 60.& Ripam in l. ex facto. §. ex facto.nu.14.ff.ad Trebell.atteſtantes de *communi.

31 Extende etiam ſi bannitus ſit cum confiſcatione bonorum, quia non habetur pro mortuo , neque æquiparatur deportato , ſed retinet iura communia, ita Clar. d.§.fin.q.71.nu.12.verſ.alij igitur aliter.

32 Reſtringe, niſi ſtatutum(prout Mutinę) excludat bannitum ab omni actu legitimo , quia tunc perdit iura communia ſuccedendi ex quo ſucceſſio etiam ad bona patris dicitur actus legitimus. Alexander dicto conſilio 75. numero 4. verſ. ſed præmiſſis. lib. 1. & ita Clar.d. §. teſtamentum.q. 21.in fine.

Con-

33 Contrarium in ſtatuto Mutinę tenet Ang. Aretin.conſ.47.In caſu prædicto.num.36.& ſeq. verſ. * nec obſtant allegata: vbi dicit * communem, quod non perdit niſi iura municipalia,& dat exẽplum,puta ſi vigore ſtatuti valet teſtamentum coram tribus teſtibus, quia non habet locum ad fauorem banniti,ſed iura communia non perdit.

34 Reſtringe quando bannitus poſſet impune offendi, quia cum ſit inimicus ciuitatis, videtur etiam iſto caſu priuatus omni actu legitimo,& ſic ſucceſſione de iure communi.Alex.d.conſ.75.n.7. ver.fortificantur.lib.1.

35 Contrarium dicit Clar.§.teſtamentum.quæſt. 19.in fi.vbi quod qualitas illa, quod poſſit impune offendi,vel non,nihil infert ad actum teſtandi, vel ſtatum perſonæ.

36 Declara,quia infert bene quoad ius municipale, & ſic ſuccedendi ex ſtatuto, ſecus quoad beneficium iuris communis, quia non cenſetur ſublatum niſi expreſſe dicatur in ſtatuto, & hanc * magis communem dicit Clar.d.§. teſtamentum. q.20.in fin.vbi recitat opinionem contrariam, & * dicit * communem.

37 Declara, quia quando eſt bannitus, & rebellis, qui poteſt impune offendi, tunc ſi fuerunt etiam confiſcata bona æquiparatur deportato; ideo efficitur incapax, & non ſuccedit, ſed habetur pro mortuo. Caſtren. conſ.212.nu.2.lib. 2. vbi apoſtilla citat Alex.conſ.115.col.2. lib.3.

38 Reſtringe niſi eſſet bannitus ab Imperio, quia tunc perderet beneficium iuris communis,quia, ſicuti conſuetudo particularis derogat iuri in loco paticulari,ita etiam conſuetudo generalis derogat iuri generali, ſic & in banno loci particularis,& ab Imperio. Alex conſ.75.n.7.lib.1.

39 Declara,quia licet inferior non poſſit tollere ius commune, & beneficium iuris communis,tamen poteſt illud in ſuo territorio taliter offuſcare, vt non ſit alicuius effectus, vt eſt communis * opinio *.Decian.conſ.86.nu.37.lib.3.

40 Declara vltimam reſtrictionem, quia licet perdat bannitus ab Imperio iura communia Ciuilia, non tamen perdit iura naturalia.Alex.d.conſ.75. num.8.ver.prꝛterea dato.lib.1.

41 Declara,quia banniti cum publicatione bonorum, vel ſine, participant quandoq; de deportatione, quandoque de relegatione. Clar.d.§.fin.q. 71.num. 12. ver. & ideo multi dicunt: vbi dicit omnes fateri hoc verum, ſed tamen ipſe ibi aliter diſtinguit,quod non æquiparentur, & ſit tertia ſpecies.

42 Declara omnes reſtrictiones, quia banniti,qui poſſunt impune offendi perdunt iura ciuitatis, & ius ſuccedendi etiam de iure communi quoad illam Ciuitatem, & eius territorium, quia licet non poſſit tollere ius commune,poteſt tamen offuſcare taliter,quod non habeat locum in ſua Ciuitate, & territorio,ſed in bonis extra territoriũ bene ſuccedet de iure communi,ita dicit Alexan. ex mente Caſtr.& aliorum conſ. 75. num.8. verſ, prꝛterea dato. libro 1. vbi quod alij venientes ab inteſtato ſuccedent, & ita eſt de mente Bart. in d.l.Lucanæ,in ſolutione. num. 6.& 7.dum dicit,quod non perdit iura communia,quia non eſt transfuga totius Imperij,ſed ſolum illius Ciuitatis,a qua dicitur peregrinus, & firmat Decian. conſ.86.num.37.lib.3.vbi quod licet inferior non poſſit tollere ius cõmune, tamen poteſt illud offuſcare in ſuo territorio, vt non ſit alicuius effectus,& Bart.d.quæſt.1.in ſolutio.num.9.in fi. reddit rationem,quia ſibi tanquam diffidato non red
* ditur ius per officiales,& hanc communem*dicit laſ..conſ.166.col.3.ver. quarto facit.li.2.

43 Contrarium, quod imo ſit magis communis
* * opinio, quod neque perdat beneficium iuris communis in illa Ciuitate, licet poſſit impune offendi,niſi in ſpecie ſtatutum hoc dicat.Clar. d. §. teſtamentum.q.20.n.2.ver.ſed quicquid dicat.

44 Declara alio modo, quia banniti non excluduntur à beneficio iuris communis,& ſic à ſucceſſione debita de iure communi, ſecus ſi ſtatutum contrarium diſponat expreſſe,vel per verba, quæ hoc importent.Alex.d.conſ.75.nu.11.verſ. tertio * poteſt.lib.1.& hanc magis*communem. Clar. d. §.teſtamentum.q.20.nu.2.

45 Imo videtur velle conſ.287.nu.3. & ſeq. quod niſi ſequatur ſententia declaratoria priuatio vigore ſtatuti non reddit inhabilem,etiam ſi priuatio ſit ipſo iure facta.

Vide ſupra.n.22.& ſeq.vbi plenius.

46 Limita quando eſſet facta conditio,& relegatio cum confiſcatione bonorum, quia tunc fiſcus poteſt bona recuperare rei vendicatione. Bal.conſ. 236.lib.4.

47 Limita,quia bannitus amittit ius patrię potẽſtatis,quę perditur per capitis diminutionem.Inſtit.de capit.diminut.

48 Extende,quia etiam pater amittit ius patriæ poteſtatis filij banniti.Salyc.in l.ſi quis poſt hac, C.de bonis damna.Alex.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.ſecundum terminos Inſtit. quibus mod. ius patr.poteſt ſoluitur.

Vide.Patria poteſtas.Concl.132.& habes contrarium,etiam ſupra.num.20.

49 Limita, quia banniti ad mortem de ſua Ciuitate habentur pro mortuis,ideo iura ſuę Ciuitatis non habent locum in eis. Baldus conſilio 54. Statuto terrę Nurſiæ,in princ.lib.5.

50 Extende, quia banniti, & damnati ad mortem æquiparantur deportatis,& hoſtibus, & quando poſſunt impune interfici nullum ſtatum retinent. Bal.conſ.54.in princ.lib.5.

51 Extende, quia bãniti cum publicatione bonorum habentur pro mortuis.Alexand.conſ.23. Opportune conſideratis. num.9.verſ. octauo probatur.lib.1.

Vide. Banniti, an & quando habeantur pro mortuis.Concluſ.prox.præced.

52 Limita,quia bannitus cum confiſcatione bonorum perdit munera habentia annexum officium, vel dignitatem, quinimo ſi acceptaret tale officium dignitatis capite puniri debet.l. qui cum vno.§.inſulam.ff.de re milita.Rom.conſ.73.num. 3.ver.mihi autem.

53 Declara,quia omnia oneroſa munera retinet, ideo ſi officium dignitatis eſſet oneroſum,& odioſum compellitur acceptare.Roma.conſ.73. num. 3.ver.hæc autem regula, & dicit quod ſi non poteſt ingredi Ciuitatem compellitur facere per ſubſtitutum.

Vide. Statutum ſimpliciter loquens comprehendit bannitos in odioſis. Concluſione 473.

Vide. Delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quam non delinquens. Concluſione 190.

Limita,

54 Limita,quia banniti perdunt famam,quia ſunt infames,& viles perſonę.Bald.d.conſ.54. circa fi. ver. & licet bannitus. libro 5. ſecus ſi ex contumacia.

55 Limita, quia perdunt banni ciuilitatem, quo ad honores, & vtilitates, ſed non quoad damna, & incommoda.Rom.d.conſ.73.n.4.

56 Limita, quia habentur pro præſentibus in damnoſis,& in ſui præiudicium propter contumaciam.Bald.d.conſ. 54.ante med. verſ.ſed contra.lib.5.

57 Item habentur banniti pro forenſibus,& peregrinis in odium illorum. Alexand.conſil.64.num. 10.libro 1.

58 Limita,quia bannitus perdit ius filiationis, & ius agnationis.Alexand.conſ.75.num.8.verſ.pro hoc facit.lib.1.

59 Contrarium videtur, quia iura ſanguinis naturalia non amittit, vt Alex. d. conſ.75. numero 7.libro 1.

60 Limita, quia banniti, & excommunicati, qui non poſſunt agere in loco banni, poſſunt ſe tueri,& quando dicantur actores,vel rei.Rom.conſ. 217.Res iſta,per totum.

61 Limita,quia banniti,ex forma ſtatuti in territorio bannientis nihil acquirere poſſunt etiam per ſubiectam perſonam.

Vide Socin.in regu.1.Bannitus ex forma ſtatuti:vbi limitat tribus modis.

Vide. Banniti an poſſint teſtari Concluſione 10.

Vide. Damnati ad mortem quę perdant, vel retineant,concluſione 2. & concluſione ibi proxima ſequen.

Bannitus filius an faciat patri ſuccedere fiſcum.Concluſ. XIV.

1 FILIVS non ſuccedit patri decedenti, cuius filius eſt bannitus cum confiſcatione bonorum, quia intelligitur filius deceſſiſſe viuo patre, ex quo nudus exulauit.Bald.conſ.7. Secundum ea, quæ ponuntur. lib. 2. & conſ. 257. Quæritur vtrum.lib.3.

2 Et quod filius bannitus, qui ratione ſtatuti excluderet matrem non excludat mortuo alio fratre banniti,ſed mater ſuccedat de iure communi per auth. defuncto. C ad Tertul.pro medietate, quia bannitus perdidit beneficium ſtatuti, ſed non beneficium iuris communis, plene Caſtrenſ. conſ.56.Super primo,per totum.

3 Declara, vt habeatur pro mortuo circa ſucceſſionem ex iure municipali, ſecus ex iure communi.Bal.conſ.24.Factum tale eſt,quidam. lib.4. Anchar. conſ.275.Filio ſuo,per totum: vbi quod ſtatutum, & bannum non poteſt tollere ius ſuitatis,quod eſt de iure gentium,&naturæ,&hanc magis communem * dicit Clar. in §. teſtamentum. quęſt.20.in fi.

4 Amplia, quia neque ſuccedit fiſcus in legitima filij, licet filius propter homicidium ſit condemnatus,& eius bona confiſcata,quia viuente patre legitima non eſt filij, & nullum ius habet in ea, ſi vero pater moritur filio bannito,ex quo filius fingitur per bannum prius mortuus, nihil habere debet fiſcus.Bald.d.conſ.257.lib.3.Alex. conſ.75. num.9.lib.1.

5 Amplia maxime prędicta procedere, quod filius non ſuccedit patri,neque alijs conſanguineis quando eſt bannitus, & poteſt offendi impune, quia cum ſit incapax aperit viam filijs ſuis, vel proximioribus,ideo fiſcus nihil capit ex perſona talis banniti.Alex.conſ.75.Viſis,&diligenter, per totum.lib.1.& plene hoc declarat.num.13.& ſeq. ver.quoad ſecundum,vſq;in fi.

6 Extende idem quando banniti eſſent priuati omni actu legitimo, qui ſunt priuati omni ſucceſſione, ex quo actus legitimus dicitur ſucceſſio. Alexander dicto conſilio 75. numero 4. & ſeq. lib.1.

7 Extende multo magis quando poteſt bannitus impune offendi. quia habetur pro diffidato, & ſibi ius non redditur. Alexand.dicto conſil.75. nu. 7.& ſeq.lib.1.

8 Reſtringe in filio, qui eſt ſuus patri, quia ſi ei eſt ſubſtitutus vulgaris, quatenus ipſe filius non ſit,vel eſſe non poſſit hæres ad commodum ſuum, ſi tamen eſt bannitus, & diffidatus cum bonorum confiſcatione ſuccedit patri excluſo ſubſtituto, ſi fiſcus non capiat bona, nec poteſt ſubſtitutus opponere de iure fiſci. Ancharan.conſ.275.Filio ſuo,per totum: vbi ſubtiliter loquitur.

9 Amplia,vt idem ſit in deportato, quia non eſt capax ſucceſsionis paternæ, vel alterius, ſed tamen non ſuccedit fiſcus, ſed alij ab inteſtato proximiores communem*dicit Clar. in §.teſtamentum.quæſt.22.num.2.verſ.ſi autem quæris,allegat Alex.conſ.26. in principio.lib. 1. atteſtante de magis*communi.

10 Amplia, quia fiſcus non ſuccedit bannito ex quacunque cauſa, etiam ob læſam maieſtatem, in bonis poſt confiſcationem quæſitis, neque in fideicommiſſo poſt confiſcationem purificato, & acquiſito ipſi bannito, quia ſiue ſit talis bannitus, qui poſsit ſuccedere, & retinet pro ſe, aut habetur pro mortuo, ita quod non ſuccedit, & fiſco non acquiritur. Baldus conſilio 24. Factum tale eſt, quidam magiſter, libro quarto.

11 Contrarium videtur velle Bald. conſilio 395. Statuto Ciuitatis Aſsiſij in fine. lib. 3. vbi videtur diſtinguere, quod bannitus ſuccedens de iure communi, ſi non adiuit non acquirit fiſco, ſed tranſmittit ius adeundi ad filios ſuos non bannitos, quaſi quod ſecus eſſet ſi adiuiſſet bannitus.

12 Declara, quia ſi non excluditur à ſucceſsione iuris communis eſt capax hæreditatis in genere, non autem certi loci, & ideo bona quæſita poſt bannum non capit fiſcus in alio crimine,quam forte læſæ Maieſtatis.Ancha.d.conſ. 275.num. 4. & 5.per totum.

13 Limita, quia verum eſt, quod fiſcus non ſuccedit in bonis poſtea quęſitis per bannitum quando non adiuit bannitus, quia non compellitur adire, & ſic hæreditas, vel per ius accreſcendi non adita ſpectat ad alios cohæredes, vel defertur proximioribus. Caſtrenſ. conſilio 56. Super primo, numer. 2. & ſequen. lib. 1. ſecus dicit eſſe ſi adiret bannitus, quia fiſcus auferret.

14 Extende idem, ſi non acquireret hęreditatem

Digitized by Google

fibi delatam, quia illam repudiaret, nam tunc fiscus succederet, quia expressa repudiatio induxit fraudem. Castr. d. cons. 56. num. 3. lib. 1.

Declara, vt in ver. Acquirere nolle, & alienare sunt diuersa. Conclus. 441.

Banniti simpliciter quanto tempore bannum duret. Conclus. XV.

1 BANNITVS, vel relegatus simpliciter censetur perpetuo bannitus. Bald. cons. 34. Casus talis est Guido. in princ. lib. 1.

2 Amplia multo magis quando bannum, vel relegatio est perpetua, quia si est expressum, non est locus coniecturis. Bald. dicto consilio 34. in principio.

3 Bannum, seu exilium est in usu tam aduersus præsentes, quam aduersus contumaces, & est triplex, quia quandoque est perpetuum, quandoque temporale, & quandoque arbitrarium, & est de iure Canonico, saltem de consuetudine. Clar. §. fi. quæst. 71. in princ.

4 Arbitrio Iudicis datum bannum mortuo iudice, vel finito officio non reuocatur secundum cõmunem* dicit Foller. in prax. crimin. canon. fol. 282. in princ. & hanc seruari dicit Clar. in §. fina. quæst. 72. in fin. quia arbitrium personæ publicæ non expirat. Deci. cons. 108. col. pen. in fin.

5 Contrarium, quod imo censeatur extinctum, communem* dicit Gomez. c. 8. delictorum, quia morte extinguitur arbitrium.

6 Declara, vt in ver. Beneplacitũ alicuius quando durare dicatur. Conclus. 89. num. 6. & seq.

7 Limita quando bannum est ad beneplacitum, quia tunc non est perpetuum, de quo distingue, vt per Bar. in l. centesimis. §. fi. n. 9. ver. formo hic vnb cum seq. ff. de verb. oblig. sequitur Bal. cons. 34. in princ. lib. 1.

8 Limita quando bannum est ad tempus, sed tempus non est præfinitum, quia intelligitur ad decem annos per tex. singularem in l. fine præfinito tempore. ff. de pœn. secundum Bald. dicto consilio 34. libro 1.

9 Limita quando bannum est ad certum tempus præfinitum, puta ad sex menses, quia lapso tempore præfixo condemnationi censetur absolutus. Bal. cons. 34. in princ. lib. 1.

Banniti ex vno loco an sint banniti ex alio. Conclus. XVI.

1 BANNITVS ex vna Ciuitate non dicitur bannitus ex alia Ciuitate confœderata, nisi contrarium disponant capitula confederationis. Clar. §. fi. quæst. 71. num. 11. ver. quæro modo.

Vide plenius. Delinquens in vno loco non potest puniri in alio. Conclus. 182.

Vide, Delinquens in vno territorio an sit tutus in alio territorio. Conclus. 183.

2 Amplia, quia multo minus bannitus in vno loco dicitur bannitus in alio non confœderato.

Vide. Delinquens extra territorium quando, & qualiter puniri possit. Concl. 181. cum alijs duabus Concl. seqq. vbi plenius habes ampliationes, & limitationes plures cum suis declarationibus.

3 Limita, quia bannitus ab vna Ciuitate status Mediolani dicitur bannitus à toto statu, & vbiq; potest capi. Clar. d. §. fin. quæst. 71. num. 11. quia sub eodem Principe.

4 Restringe nisi Ciuitas a qua esset bannitus, à statu dismembraretur, quia non esset eo casu bannitus à residuo status etiam si dismembratio fieret post bannum, & ita fuisse iudicatum affirmat Clar. d. §. fi. quæst. 71. num. 11.

5 Restringe nisi de consuetudine Principis admittatur, prout Dominij Veneti, quod bannitus ex vna Ciuitate possit morari in alia sui status. Castren. cons. 309. de iure communi. lib. 2.

6 Limita in bannitis, qui per legem diuinam sunt morti tradendi, quia vbique sunt per totum orbem banniti, vt de homicida voluntario, plene Plot. cons. 24. num. 15. vbi quod Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & omnes, qui habitant in eo, ideo Principes per diuisionem mundi non potuerunt tollere legem Dei.

Bannitorum receptator quando possit puniri, vel non. Conclusio XVII.

1 REGVLA est, quod de iure communi receptatio bannitorum nõ est prohibita, prout nec etiam deportatorũ, ideo eis possunt subministrari alimenta impune de iure. Signorol. consil. 125. In quæstione, per totum. Boss. tit. de rapinis. num. 16. & num. 21. vbi quod non est prohibitum, de iure communi. Bal. in l. quicunque, in princ. C. de seruis fugit.

Vide. Receptator delinquentium quis dicatur, & qua pœna puniatur. Conclus. 47.

2 Amplia, vt procedat etiam si extent bannimenta prohibentia, quia non ligant ignorantes, & præsumitur ignorantia nisi lapso bimestri. Signorol. d. cons. 125. per totum, maxime in fine, præsertim quando sunt facta in loco, vt ligent alio in loco.

Vide. Bannimenta non ligant ignorantes. Conclus. 4.

3 Extende, quia talia bannimenta sunt odiosa, ideo si loquuntur de eo, qui præstitit alimenta, non sufficit probare, quod eo absente comederit bannitus in domo absentis. Signorol. d. consil. 125. num. 3.

4 Extende si bannimentum loquitur de dolose receptante, vel scienter receptante, vel quod nullus receptet bannitum, rebellem, malefactorem, quia ista omnia debent probari. Signorol. d. cons. 125. per totum.

5 Extende, quia forensis excusatur si receptet bannitum contra formam bannimenti, quia præsumitur ignorare, nisi in loco bannimenti diu fuerit versatus, late Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 3. circa fi. vbi idem in muliere.

6 Extende, quia excusatur is, qui conuersatur cũ bannito, non declarato pro tali, quia declaratoria

ria requiritur. Burſat. conſ. 77.n. 22. lib.1. Gabriel.conſ.51.num.44.lib.1. etiam in crimine læſæ maieſtatis. Menoch. conſ.99.num.159.168. & ſeq.lib.1.

7 Amplia,quia ſtatuta,vel bannimẽta punientia receptãtes bãnitos,debent intelligi,ſi ſcientes bãnitos eſſe illos receptauerint. Bar.in l.1.§.fi.ff.de receptat. Gandi.in tit.de furt.& latr.ver. & intelligc,clare Boſſius tit.de rapinis.num.16.verſ. ſed aduerte,& n.21.Simon de Prẹt.cõſ.81. Vide plene Rim.Iun.conſ.28.per totum,vbi qua ratione prohibeantur receptari, & quod requiritur ſcientia.

8 Extende,quia imo requiritur vera ſcientia banniti,nec ſufficit notoriũ,vel fama publica,quando agitur de pœna corporali imponenda receptatori. Bertazol.conſ. 125. circa princ. & conſil.126. num.5. poſt Boſſium, quem allegat tit. de rapinis.num.31.& ſequen. Menoch. de arbitrar. caſu 348.num.5.

9 Ratio eſt, quia lex voluit ſcientem obligari, non autem ignorantem. Roman. conſ. 473. Gigate tract.de crimine læſę maieſtatis.lib.3.quæſt. 10.num.9.ignorans enim non delinquit, nec dolum,nec culpam committit.l.3.§. ſi quis ignorãs. ff.ad Sillan.Crauett.conſ.260.num.2.Aſſlict.deci. 290.num.3.& 4.

10 Extende maxime in forenſe, vel abſente à loco banni, quia probans ſuam abſentiam probat ignorantiam banni. Boſſius dicto titulo de rapinis.num.25.

11 Et quod bannitus in vno loco, vel villa, aut Ciuitate,non præſumatur ſciri ab habitãtibus in alio loco. Iaſ. conſ.53. column.5.ver. quinto.lib. 3. Bertazol.conſil. 125. numero 3. & 4. qui alios citant.

12 Extende, quia fiſcus, qui dicit aliquem receptaſſe bannitos ſcienter contra bannimenta debet probare,quod ſciret bannitum.gl.Bar.& alij. d.l.1.§.vltimo.ff.de recepta.Plate.in l.1.C.de deſertor.lib.12,Simancha de Cathol.inſtitut.tit.15. num.18.& 19.

13 Imo quando quis conuenitur, vt receptator neceſſe eſt,quod ſcientia articuletur, & probetur. Bald.in l.omnes.C.de agricol.& cenſit.li.11.Ang. in l.1.C.de Nili aggerib.non rumpend.

14 Amplia, quia etiam ſtante banno, quod non poſſint receptari,non poteſt puniri is, qui bannitum toleratum receptauit.Salycet.in l.nullus.C. de Iudæis. Felin.c.quę in Eccleſiarum.num.6. de conſtit.Iaſ.in l.vbi pactum.num.6.C. de tranſact. quia ſola tolerantia facit eum haberi pro non bannito.Marſil.conſ.10.in fi.

15 Amplia, quia ſtatutum puniens receptantem bannitos non procedit contra receptantem bannitum,cui reſiſtere non poteſt. Roland.à Valle. conſ.45.nu.76.lib.1.

16 Amplia,quia hoſpes dans cibum,& potum banito tranſeunti non dicitur illum receptare.Bart. in l.omnes.la 2.ver.& hoc eſt vtile.C.de agric. & cenſit.lib.11.quia requiritur occultatio, vt inducatur receptatio. Ludouic.Carrerius de hæret.n. 168.& ſeq.

17 Extende, quia banniti poſſunt regulariter receptari, & poteſt eis ſubminiſtrari victus ſine pœna.Signorol.conſ.125.per totum.

18 Bãnitus nemo præſumitur, ideo admittitur ignorãtia in dubio, quod quis ignorauerit aliquẽ eſſe bannitum.Bald.conſ.283.Viſa inquiſitione.col.1. in fi.lib.1.& Bologni.conſil.27.num.1.

19 Receptatio banniti proprie importat bannitum abſcondere,& occultare.l.1.§.quod autem.ff.de ſeruo corrupto.

Vide.Receptator.Concluſ.47.in princ.

20 Amplia,quia ſcientia ſingularium perſonarum non ſufficit,vt alius dicatur ſcire.Bal.d.conſ.283. col.1.in fi.lib.1.

21 Reſtringe quando eſſet notorium in loco, & publica vox, & fama, quod receptatus eſſet bannitus. Bart.in l.1.§.fi.ff.de receptat.

22 Declara tamen ſi notorium haberet originem à maleuolo,quia non releuaret.Simon de Præt.d. conſ.81.n.18. & ſeq.

23 Extende,quia non ſufficeret,quod teſtes audiuiſſent dici publice,quod erat bannitus,quia poſſet ab vno audiuiſſe. Simon de Prætis. conſil. 81. num.18. ver. & non formiter, & num. 21. verſ. & non valeret.

24 Amplia, quia bannitus, qui poſtea per ſententiam fuit abſolutus, vel bannum eius cancellatum fuit,non dicitur bannitus, & ceſſat pœna bannimentorum contra conuerſantes cum bannitis.Nellus de bannit.in prima parte 3. temporis. quęſt.3.num.3.Marſil.conſil.119. num. 3. Grammat.deciſ. 5.nu.26.qui dicunt, quod cauſa quælibet excuſat.

25 Extende idem,ſi per gratiam,vel reſtitutionem fuit bannum cancellatum, quia non dicitur bannitus.Ang.conſ.288.Viſo themate ſupradicto.nu. 2.Crauett.conſ.168.nu.1. Marſil.in tract.de bannitis.ver.reſtitutorum.nu.7.& ſeq.

26 Amplia,quia bannum de non receptandis bannitis reſtringitur infra territorium bannum facientis, non autem extra, niſi conuerſatio eſſet ad malum in territorio committendum.Bertazo. plene conſil. 126. num. 7. verſ. quo vero ad ſecundum.

27 Et conuentio de non receptando bannitos intelligitur de bannitis tempore conuentionis non de bannitis poſtea, niſi ſit reciproca conuentio, & promiſsio. Angel.conſil.261. Punctus eſt. column. penul.

28 Amplia,& limita multis modis, vt in ver. Receptator delinquentium. Concluſ.47.

29 Limita,quia banniti, vel delinquentes in Cardinales non poſſunt receptari. cap.fęlicis,de pœnis in 6. Gigas de crimine læſæ maieſtatis libro 1.quæſt.5.num.15.

30 Limita, quia hoſtibus non ſunt ſcribendæ litterę, nec mittendi nuntij, nec dandum ſignum, alias ſi doloſe, pęna læſę maieſtatis puniuntur; ſi vero nõ,extra ordinẽ,late Gig. de crim.læſ.maieſt. li.1.q.20.vbi de pęna aperientis litteras alienas.

31 Extende, quia mutuans pecuniam hoſtibus Principis,dicitur dare auxilium, & tenetur pœna læſæ maieſtatis. Gigas d. tract.lib. 1.quæſt. 34. vbi late de vtilitate ex pecunia reſultante.

32 Limita, quia colloquentes amicabiliter cum hoſte Principis,tenetur lege Iulia maieſtatis. Decian.tract.crim.lib.7.cap.33.nu.14.

33 Extende multo magis in receptantes,vel occultantes,vel aſſociantes,de quibus Decian. lib.7.c. 34. in prin.qui loquitur de receptante inimicum, vel rebellem ſui Principis.

Ban-

Banniti, & relegati frangentes confinia qua poena puniantur. Concluſ. XVIII.

1 BANNITVS, ſeu relegatus frangens exiliũ, ſi erat exul infra 10.annos,pœna banni, ſeu exilij duplicatur, ſi vero exiliũ erat tẽporale, ſed vltra decẽnium efficitur perpetuum, ſi erat primũ exilium perpetuum ſuccedit pęna mortis,commu
* nem * dicit Clar.d.§.fi.quæſt.71.n.13. ver.quęro quia pęna, vbi quod etiam vltra duplum pœnæ ſolent torqueri.

Vide plenius. Confinatus ſi rumpit confinia qua poena puniatur. Concluſ.692.

Banniti poſſunt impune offendi, & quando. Concluſ. XIX.

1 BANNITI quando poſſunt impune offendi quibus æquiparentur.Bart.q.1. Lucanæ Ciuitatis.n.16.ver.ſexto, vbi,quod æquiparantur latronibus, & deſertoribus, qui poſſunt impune offendi de iure communi.

2 Deſertores,Hoſtes,Latrones,Transfugæ,Rebelles, omnes poſſunt de iure cõmuni impune interfici,ergo quoad pœnam banniti,qui poſſunt impune interfici æquiparantur hoſtibus, latronibus, & deſertoribus, quibus non ſeruatur fides, ſic etiam neq; bannitis,quãdo poſſunt impune offendi. Bar. q.1.n.16.ver.ſexto probatur,& plenius in ſolutione dictæ q.§.5.ver.quid ergo dicendum,vbi,quod licet non poſſint dici hoſtes populi Romani, tamẽ ſunt hoſtes ſuæ Ciuitatis, & nu.6. & 7. quod perdunt iura Ciuilia in loco, à quo ſunt banniti, plenius infra num.24.

3 Secus eſſe inquit, quando banniti non poſſunt impune offendi,quia tũc non ſunt deſertores,neq; hoſtes,neq; transfugæ,vt ſupra, & retinent iura communia, & Ciuitatis, quia bannum eſt mera mulcta, quæ conſiſtit in bonis, vel pecunia. Bart. vbi ſupra in 1. quæſtio. in ſolutio. num.13.& ſeq. ver.quid ergo dices.

4 Rebelles dicuntur illius Ciuitatis, in qua poſſunt impune offendi, quia ſtatutum permittens poſſe impune offendi, cenſetur eis indicere bellũ, ergo ſunt hoſtes,& rebelles.Bart.in extrauag.qui ſint rebelles, in ver.rebellando,n.11.& ſeq.ver.ex prædictis patet,vbi,quod perdunt iura Ciuilia illius Ciuitatis tantũ, nõ iuris cõmunis,ſicuti neq; rebelles Imperij perdũt ius ciuile Papale,quia rebellio inferioris non tollit ius Ciuile ſuperioris.

5 Lex ciuilis diſponens,quod banniti poſſint impune occidi,valet,quia per legem humanã etiam ciuilem poteſt diſtingui ius Diuinum,quando ſimpliciter loquitur, & reperitur aliquo caſu diſtinctum.Gemin.conſ.51.n.1.ver.& pro iſta parte facit Signoro.conſ.89.Præſupponitur infraſcriptum
* ſtatutum,& eſt communis * opinio,de qua Alex. conſ. 1.in fin.lib.2.plene Marſil.in praxi.§.aggredior,in prin.& eſt magis cõmunis *opinio. Alex. conſ.65.Attenta diſpoſitione,in prin.li.3.maxime quando bannitus eſt in pœna corporali.

6 Et exceptio huius ſtatuti eſt peremptoria,& im
* pedit litis conteſtationem ſecundum * commu-
nem. Clar.§.homicidium.num.69.ver.ſciendum.

7 Extende, quia poteſt hæc exceptio opponi,nedũ per procuratorẽ,ſed etiã per quemcunq; de populo.Clar.in d.§.homicidium.n.7.ver.item ſcias.

8 Declara tamen,vt procedat, quando exceptio eſt clara,& notoria,& non indiget alia probatione,alias ſecus.Clar.vbi ſupra.num.70.in fin. ver. quod tamen intellige.

9 Amplia,quia etiam valet decretum Principis, (prout erat Veronę decretum Dominorum de Scala)quod banniti poſſent impune interfici.Bal. conſ.401.Ad euidentiam dicẽdorum, in prin.li.1.

Et de ſimili decreto Domini Luchini Mediolani,& in alijs Ciuitatibus ſtatus.Signorol.conſ.89. per totum.

10 Amplia,quia valet ſtatutum municipale, quod banniti poſſint impune interfici.Bald.d.conſ.401. lib.1. vbi loquitur de ſtatu Veronæ, & Veneziarũ.
* Signorol.conſ.89.& eſt communis* opinio. Alex. conſ.2.in fi.lib.2.& de tali ſtatuto Mutinæ. Alex. conſ.75.Viſis,& diligenter.num.7.lib.1.& commu
* nem,& magis communem * dicit Clar. in §. homicidium.n.52.ver.ſed quia communiter,vbi plures allegat de communi, & quod ſunt huiuſmodi ſtatuta introducta pro quiete hominum; plenius, quam alius pro vtraque parte Crauett. conſ.409.num.8.& ſeq.

11 Extende, quia valet etiam per extenſionem, prout ſi dicatur,quod banniti Mediolani ſint banniti ex alijs Ciuitatibus ſtatus, quia poterunt impune offendi etiam in alijs Ciuitatibus ſtatus. Signorol. conſ. 89.

12 Et idẽ in ſtatuto Vicentiæ,quod bannitus à territorio Vicentię ſit bannitus etiã per 15.milliaria vltra confinia,& poſſit impune interfici donec fuerit cancellatus,ſuper quo Alex.conſ.164.Viſis,& ponderatis.lib.7. vbi ſupponit tale ſtatutum eſſe validum.

13 Contrariũ tenet ipſe Alex.in cõſ.160.Viſis narratis.li.7.vbi in ſimili ſtatuto Taruiſij,quod bannitus à territorio cenſeatur bannitus per 15.milliaria vltra confinia territorij, & poſſit impune interfici bannitus, dicit, quod tale ſtatutum dans bannum vltra territorium ſtatuentium non valet, & quod interficiens extra territorium non excuſatur à culpa, ſed ſolum à dolo, ideo non poteſt puniri pœna ordinaria, ſi interfecit bannitum extra territorium, ſed bene pœna extraordinaria, quia vltimum ſtatutum, quod poſſit bannitus interfici impune, intelligitur in territorio ſtatuentium, quia eſt exorbitans.

14 Et de ſtatuto Senenſi, quod mandat, quod banniti poſſint impune offendi ab omnibus, etiam à patre,& filio, quod illud etiam prohibeat conſequenter paceris ne poſſint compellere ad pacem cum bannito.Caſtr.conſ.427.Quod iſti officiales. lib.1.per totum.

15 Extende,quia lex quando eſt generalis, etiam habet locum in bannito per contumaciam,ſecus ſi eſſet ſtatutum Signorol.conſ.89.circa fin. num.7. ver. nec dicat aliquis.

16 Et ſuper tali ſtatuto Regij, quod valeat, plene
* Alex.cõſ.65.in pri.li.3. vbi dicit magis *cõmunẽ.

17 Et in ſtatuto Taruiſij.Alex.conſ.160.Viſis narratis. lib. 7.

18 Et in ſtatuto Vicentię.Alex.conſ.164.Viſis, & ponderatis. lib.7.& vt ſupra num.12.

19 Extende, quia imo valet huiuſmodi ſtatutum

etiam si polliceatur interficienti præmium, com-
* munem * dicit Deci.cons.327.n.3. sequitur Clar.
d.§.homicidium.n.52.ver.adde quod huiusmodi.

20 Amplia, quia communiter per Italiam sunt ta
lia statuta, quod banniti possint impune offendi,
& operantur, quod perdunt iura, & beneficia iu-
ris communis. Alex.cons.23.Opportune.num.9.
lib. 1. & Mutinæ extat tale statutum. Alex. cons.
75. lib. 1.num.10. Clar. §.homicidium. num.52.
ver.sed quia, vbi,quod communiter in Italia ex-
tant hæc statuta.

21 Contrarium dicit Alexand. cons.26.Circa pri-
mum.lib.1. quod licet adsint statuta communiter
per Italiam, quod possint impune offendi,tamen
perdunt solum iura illius Ciuitatis, non autem
jus commune.

22 Declarat Abb. cons. 103. Placet mihi, per to-
tum, maxime in fi. lib.1. quod si statutum est Ci-
uitatis liberæ, & non recognoscentis superiorem
perdit bannitus iura Ciuilia omnia, & vbique,&
patriam potestatem, & bona, licet exequutio ex-
tra territorium spectet ad alium: contrarium
procedit in Ciuitate non libera, quę non habet
iura Imperatoris, & tollit contraria.

23 Declara, quia succedit de iure communi extra
territorium loci, à quo est bannitus, secus est in
illo territorio. Alexan.cons.75.lib.1,num.8.Curt.
Jun.cons.100.per totum.

24 Declarat plenius Bart.in extrauag.qui sint re-
belles,verbo rebellando,n.20.& 21. cum seq.ver.
sed cum perdat, vbi quod banniti nostri tempo-
ris,quando per statuta possunt impune offendi, ef
ficiuntur hostes, & rebelles,quia eis indicitur bel
lum à statuto,& licet rebellis perdat ea, quæ sunt
iuris Ciuilis ipso iure;tamen distinguitur, quia si
est rebellis imperij, perdit ius Ciuile ipso iure
quoad Imperium,sed non perdit ius Ciuile quoad
Papam Superiorem,& in terris Papæ.clem.pasto-
ralis,de re iudicata, item non perdit ius Ciuile
quoad Reges, & Ciuitates de facto non recogno-
scentes superiorem Imperatorẽ: sic etiam bannis-
tus, & rebellis in Ciuitate particulari perdit iura
Ciuilia particularia illius Ciuitatis; & si non re-
cognoscit superiorem,perdit iura ciuilia commu
nia in illa Ciuitate, & territorio non quoad loca
non subiecta.& Bar.sequitur Ang.Aret.cons.47.In
casu prędicto.nu.36.& 37.ver.nec obstant allega-
ta, & plenius. Clar. in §.testamentum. quæst.20.
vbi in prin.& in fi. dicit opinionem Bart. in hoc
* esse * communem, & magis communem.

Et quod quando possunt impune offendi per-
dant iura Ciuilia in loco, in quo sunt banniti. Vi-
de supra num.2.& seq.

25 Amplia, quia hodie per totam Italiam sunt
talia statuta, per quæ licitum est impune interfi-
cere bannitos,& operantur impunitatem interfi-
cientis. Clar. dicto §. homicidium. num.52.ver.
* sed quia communiter,vbi dicit magis * communi-
nem opinionem.

26 Amplia,quia stante hoc statuto licitum est oc-
cidere bannitum etiam proditorie, & quod ita
seruatur. Deci.in cap.quæ in Ecclesiarum.nu.14.
de constit. Bosi.cit.banniti quid amittant. num.1,
& ita seruari dicit etiam Clar. d. §.homicidium.
num. 61.ver. sed an licebit, & hanc partem tenet
Clar.in d.§.num.66.in fin.

27 Contrarium tenet Mantua. cons. 200.lib.2.nu.
29, vbi quod opinio Decij communiter reproba-
tur,quod Clar.d.§.homicidium.n.61.dicit esse no
tabile,si esset verũ,& alios allegat pro hac parte.

28 Declára, quia si proditorie occideret, quia de-
disset fidem de non occidendo. Clar.vbi supra te-
net,quod non euaderet pœnã, quia etiam hostibus
fides est seruanda, alias secus, sed tamen quod li-
ceat bannito occidere bannitum impune, etiã si
proditorie,& data fide occideret, indicauit Sena-
tus Mediolani.Clar.vbi sup.num.66. in fin.

29 Amplia,quia hoc statutum est tantæ efficaciæ,
vt bannitus non possit se tueri ab occidente, &
si tuendo se,occideret aggressorem,punitur pœna
* homicidij ordinaria secundum opinionem * com
munem.Claud.in l.vt vim.n.23. ff. de iust.& iure.

30 Contrarium Clar.d.§.homicidium.n.71.ver.in
hoc etiam,vbi,quod defensio, est de iure naturæ,
quæ non potest tolli per legem humanam, ideo
extra ordinem debet puniri,non de homicidio.

31 Extende, quia statutum, quod bannitus non
audiatur,vel ei non reddatur ius,impetrat idem,
quod possit impune offendi, vel occidi, quia ex
quo de offensa facta non auditur, potest impune
offendi. Clar. d.§. homicidium. num.72. ver. sed
quid si statutum, & plenius in §. fin.quæst.50. in
fin.ver.posset etiam. Florian. cons. 24. num. 10.
ver. vltimo patet.

Vide. Statutum circa iustitiam faciendam, vel
denegandam certis casibus valet.Conclus.589.

32 Et procedit etiam de iure communi,quod ban-
nitus non potest audiri, quia est rebellis. Floria.
cons. 25. in princ.

33 Extende,quia stante huiusmodi statuto non po
test interficiens bannitum accusari,neque inquiri
* de homicidio etiam ex officio, * communem,&
non habere difficultatem dicit Clar. d.§. homici-
dium. nu.72.ver.alia quoque.

34 Ratio huius statuti fuit ad inducendum terro-
rem, vt homines abstineant se à delictis. Floria.
cons.24.nu.10.ver.vltimo patet.

35 Amplia, quia statutum, quod banniri possint
impune offendi operatur, quod dicitur esse extra
protectionem Ciuitatis, & quod illis ius reddi
non potest,sed audientia deneganda. Alex.consil.
75.n. 8.in fin.& seq.ver. & quod de mente. lib. 1.

36 Extende,quia tale statutum,quod bannitus pos
sit impune offendi idem operatur,ac si diceret pos
* sit impune occidi,communem * dicit Clar. d. §.
homicidium.nu.55.ver. est tamen diligenter,vbi,
quod ita obseruatur de consuetudine.

37 Et operatur, quod bannitis censetur indictum
bellum à banniente, & sunt effecti hostes secun-
* dum opinionem * communem,de qua Corn.cons.
104.col.1.lib.1.sequitur Clar.d.§.homicidium. n.
57.ver.stante hoc statuto.

38 Imo, quod æquiparetur hoc casu bannitus de-
portato. Clar.d.§.homicidium. num.58.

39 Amplia multis modis, de quibus Marsil.d.pra-
xi.§.aggredior,in prin.vbi quod statutum respicit
publicam vtilitatem, & late interpretatur.

40 Amplia etiã si bannitus obtinuisset gratiã,quia
si occiditur antequam sit cancellatus de numero
bannitorum,impune potest interfici. Ias.in l.si cre
ditoris.n.2.cum seq.C.de fideico. Clar.d.§.homi-
cidium.num.62.ver.item quæro.

41 Restringe dummodo interficiens non sit in cul-
pa, vt quia sciret bannitum esse gratiatum, com-
* munem * dicit Alex.in l.filio quem.n.6.& seq. ff.
de liber. & posthum.

Decla-

42 Declara, vt per Cæpol. conſ. crim. 39. colum. pen. quem ſequitur Clar. d. §. homicidium. num. 62. quia ſi occidens ſciuit, punitur pena ordinaria, aut ignorauit, ſed perquirendo de facili ſcire potuiſſet, & punitur pena extraordinaria, debet enim facere aliquam diligentiam; aut ſciuit per coniecturas, & non punitur pena ordinaria, * ſed extraordinaria, & dicit * communem, & magis communem opinionem.

43 Contrarium tenet Blanc. in praxi fol. 102. num. 164. quod licet non fecerit diligentiam, ſufficit, quod ignorauerit gratiam, & non punitur, & di- * cit * communem, & hanc veriorem credo ex ijs quæ Clar. ſibi contrarius dicit num. 63. in fin. in occidente bannitum nulliter, quia non tenetur inueſtigare, an valide, vel nulliter, cum tueatur ſe ex fide publica.

44 Declarat Clar. d. §. homicidium. num. 62. quod caueant banniti, vt faciant ſe deleri, quia ſi interficiantur, non datur reparatio, & interficiens pena extraordinaria puniretur.

45 Extende, quia neque ſufficit proteſtatio banniti, quod habeat gratiam niſi de illa fidem faciat, quia poſſet occidi non obſtante proteſtatione, quando non eſt deletus, niſi gratiam oſtendat, * vel de ea fidem faciat, communem * opinionem dicit Clar. dicto §. homicidium. num. 61. ver. ſed quid ſi bannitus.

46 Extende, vt idem ſit in eo, qui occidit bannitum nulliter, quia ſi ſciuit nullitatem banni, pu- * nitur pœna ordinaria, ſecundum opinionem * communem. Alex. conſ. 77. num. 5. lib. 3. ſi vero non habuit notitiam, pœna extraordinaria pu- * nitur ſecundum * communem, de qua Clar. d. §. homicidium. num. 63. ver. maior, qui dicit excuſari, ſi ignorauit, quia fecit ſub fide publica, ideo debet excuſari in totum.

47 Amplia, vt procedat etiam in eo, qui interfecit bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, quia adhuc conſequitur impunitatem, commu- * nem * dicit Clar. d. §. homicidium. n. 67. ver. fuit etiam. Hieron. de Tortis conſ. quod eſt poſt conſ. Ant. de Butr. nu. 20. ver. & ideo.

48 Reſtringe quoad præmium, vt ſi vltra impunitatem aliquid lucratur occidens, non debetur huic * occidenti, qui ignorauit, communem * Clar. d. §. num. 67. in fin.

49 Amplia Florentiæ, quia ſtatutum ſub rubr. 162. vol. 3. cõcedit bannitos poſſe impune offendi, quo caſu reputantur hoſtes, & eis videtur indictũ bellum. Bart. & Ang. in l. 1 & 2. C. quando liceat ſe, ſine iudi. vendic. Caſtr. conſ. 427. num. 2. lib. 1. vbi quod ſunt transfugæ, & ſunt hoſtes Ciuitatis, & perdunt iura Ciuitatis.

50 Extende, quia etiam mulier prægnans poteſt impune occidi, & adulterari ſi eſt bannita. Bero. conſ. 197. num. 9. & ſeq. lib. 3. quod ego non admitto, quia contrarium tenent Marſil. in praxi. §. nunc videndum. n. 50. & in l. edictum. nu. 21. ff. de quæſt. & contrarium tenet etiam Clar. in §. ho- * micidium. num. 56. vbi dicit * communem, & veriorem, vt infra in limit. num. 66.

Vide tamen, & declara, quia ſtatutum in muliere bannita prægnante non habet locum, ſed in non prægnante ſunt opiniones, vt dixi in ver. Statutum circa bannitos impune interficiendos. Concluſ. 469. num. 63. & ſeq.

51 Extende, quia ſtante ſtatuto prædicto, quod bannitus poſſit impune offendi, offendens bannitum, cum quo habet pacem, nõ rumpit pacem cum eo factam. Bart. & alij in l. qui ſeruum. ff. de verb. obli. vbi quod ita fuit determinatum Patauij. Bart. ff. de pign. actio in l. eleganter. §. fi. Corne. conſ. 104. col. 2. lib. 1. & eſt ratio, quia vulnerans facit lege permittente, & promiſſio de non offendendo intelligitur, niſi ſit data facultas offendendi à lege, ſiue ſtatuto. Bart. d. l. qui ſeruum, ff. de verb. obli. & quia talia ſtatuta ſunt inducta fauore publico, & ad proſequendam vindictam publicam. Caſtr. d. conſ. 427. num. 3. lib. 1. Deci. conſ. 65. num. 3.

52 Extende, vt procedat, ſiue bannitus exiſtat tempore factæ pacis, vel treguæ, ſiue poſt ea durante. Bart. in q. 1. incip. Lucanæ Ciuitatis ſtatuto, & in l. 2. C. quando liceat ſine iudi. ſe vendic. Bart. in l. 1. §. non fuit autem, per illum tex. vbi Ang. ff. de dolo, Docto. d. l. ſi quis ſeruum. ff. de verb. obli. & infra num. 56. & ſeq.

Vide, Pax an poſſit fieri cum bannito, & facta an ſit ſeruanda. Concluſ. 176.

53 Extende, quia pacerij habentes amplum arbitrium non poſſunt compellere ad pacem cum bannitis prædictis. Caſtrenſ. d. conſ. 427. per totum, maxime num. 4. lib. 1.

54 Imo etiam ſi eſſet deſcriptus in libro bannitorum non poſſet offendi ſi eſſet toleratus à Principe, vt in limitatione infra num. 77.

55 Reſtringe, quia non poteſt offendi quando non eſt deſcriptus in libro bannitorum, vt cauetur in ſtatuto Florentiæ.

56 Amplia, quia is, qui fecit pacem cum eo, qui poſtea fuit bannitus, ſtante hoc ſtatuto non rumpit pacem, ſi poſtea offendat bannitum: communem * dicit Alex. in l. qui ſeruum, quam legit cum l. qui inſulam, poſt nu. 2. ver. in tex. ibi intereſt. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. n. 5. & hoc etiam placet Claro d. §. homicidium. nu. 60. ver. quæro aliquis. Caſtrenſ. conſ. 427. num. 3. lib. 1.

57 Extende, vt imo etiam ſi eſſet bannitus tempore, quo fecit pacem, non rumpat eam ſi offendat. Nell. tract. de bannit. in 3. parte 2. temp. q. 52. vbi quod ita ſeruatur, & hanc partem tuetur. Caſtr. conſ. 427. in princ. lib. 1. & per totum, quia abſurdum eſſet, quod poſſet vti hoſtis offendi ab omnibus, non autem à ſumere debentibus vindictam, Bart. quæſtione 2. Lucanæ Ciuitatis, per totam, ſupra num. 52.

58 Contrarium tenet Clar. d. §. homicidium. nu. 60. in fin. vbi quod rumpitur pax ſi erat bannitus tempore pacis, & etiam ſi poſtea banniretur ex eadem cauſa, pro qua pax facta fuit, ſecus ſi poſtea banniretur ex alia cauſa diuerſa à cauſa pacis, quia tunc poſſet impune offendi.

59 Amplia, quia filius poteſt impune offendere patrem bannitum, ſtante hoc ſtatuto, ſecundum opi- * nionem * communem, de qua Marſil. in l. prima. §. præterea num. 33. ff. de quæſtio. Abb. conſilio 103. Placet mihi. colum. 2. ver. tertio. lib. 1. vbi, quod propterea talis bannitus, qui poteſt occidi, perdit patriam poteſtatem.

60 Contrarium Clar. in d. §. homicidium. num. 59. ver. ſed hic quæro, vbi, quod faceret decapitare filium, quia fictio quod pater cenſeatur hoſtis, non debet hanc immanitatem inducere.

61 Declarat Clar. dicto §. homicidium. numer. 59. quod procedat ampliatio, quando pater eſſet apertus hoſtis armis inſiſtens contra Principem, vel

* patriam alias secus,& dicit * communem ex mẽ te Claud.in l.1.§.ius gentium,num.13.ff. de iust. & iure,& adducit simile de fœudatario, qui non potest dominum bannitum impune occidere.

62 Amplia,vt procedat etiam si quis occidat bannitum extra locum statuti, quia adhuc impune facit,nec potest puniri si captus esset in loco statuti,de quo loco occisus erat bannitus.Clar. d.§. homicidium.n.66.ver.vlterius.

63 Extende etiam,si non subditus statuto interficiat in loco statuti,prout si Mediolanensis interficiat bannitum Brixiensem in dominio Venetorum.Clar.dict.§.homicidium,num.66.ver. quinimo.

64 Extende,quia procedit ampliatio,etiam si proditorie interficiant in loco statuti,secus si in loco extra statutum alieni dominij,& ibi essent capti.Clar.vbi supra.

65 Limita si bannitus esset captus per familiam * officialis,quia non potest offendi, * communem dicit Clar. dict. §. homicidium.nu.65.ver.quæro etiam.

66 Limita, quia si mulier est bannita non potest * impune adulterari secundum * communem, de qua Clar.in §.homicidium,n.56.ver.sed an stante,vbi quod hæc est verior,quia statutum factum est pro quiete publica,quæ ratio non aptatur ad adulterium,vel stuprum, & pro vtraq. parte supra nu.50.

67 Limita in bannito qui appellauit,quia pendente appell tione non potest offendi,* communem dicit Clar.d.§.homicidium, numer. 64. ver. successiue.

68 Extende idem,si non appellauit modo pendeat * tempus ad appellandum,* cõmunem dicit Clar. vbi supra,vbi restringit in Ducatu Mediolani, in quo non appellatur in criminalibus.

69 Extende, etiam si pendente appellatione fuit bannitus offensus,licet postea appellatio transeat deserta,& retrotrahatur,& fingatur non appellatum in præiudicium appellantis, non tamen in præiudicium appellati,vel tertij,ideo non potest talis desertio præiudicare fisco appellato. Alex. cons. 30. Viso themate,n.16.& seq.ver.non obstat dum dicebatur,lib.4.vbi ponit exemplum de condemnato infami, quia si pendente appellatione examinatur,vt testis,valet examen, etiam si post examen appellatio transit deserta.

70 Limita, quia non valet statutum, quod banniti pro debito ciuili possint impune occidi.Marsil.d.praxi.§.aggredior,in prin.n.3.& est * communis opinio, secundum Deci. in cap. quę in Ecclesiarum, post numerum 14.ver.excipiuntur plures,de constit.

71 Contrarium, quod imo etiam pro debito ciuili valeat statutum, quod liceat impune offendere bannitum. Clar. in §. homicidium,numer. * 52. ver. plerunque, in fin. vbi de * communi, & dicit quod non confidant banniti de contraria communi, quia sub fide publica non debent interficientes decipi.

72 Limita.quia cessante statuto,quod bãnitus possit impune offendi de iure communi interficiens bannitum puniri debet de homicidio.Iaf. post alios,in l.vt vim,ff.de iust.& iur.n.15.vbi apostill. * dat concord.& est * communis opinio, secundũ Clar.in §.homicidium,n.52 ver.plerunq.vbi dicit esse rationem,ne homo sæuiat in hominem, quod maxime æquitatis est,& humanitatis.

73 Et quod transfuga possit de iure communi interfici iure speciali propter reuelationem secretorum dicit * communem Clar.in §.homicidiũ, * n.52.ver.plerumq. vbi de * communi.

74 Restringe in bannito transfuga,& rebelle,quia impune potest de iure communi occidi. Iaf. vbi supra,imo etiam rebellis non dum condemnatus potest impune occidi,si probetur eum esse rebellem,vide Iul.Clar.in §.de crimin.læsæ Maiest.prope fi.ver.hinc infertur.

75 Restringe in assassino,quia dicitur diffidatus,& potest impune interfici à primato.Alex.cons.166. Videretur,in prin.lib.7.

76 Limita,quia nõ habet locum in bannitis ex causa ciuili, sed solum in capitalibus, nisi expresse dicatur. Anchar. Regien. d. quæst. 60. num. 15.lib.1.

77 Limita,quia banniti non possunt impune offendi,etiam stante statuto quando fuerunt tolerati in Ciuitate, quia tolerantia inducit consensum Principis Alex.cons.1.in fi.ver.pro hoc dicit,lib. 2.vbi apostil.allegat Marsil.sing.73.& in praxi,§. Aggredior,numer. 28.vbi hoc expresse dicit, & declarat.

Vide. Tolerantia quid sit,& operatur multa. Conclusio.324.n.10.& seq.

78 Declarat Bero.cons.54.num.35.& seq.lib.2. vt procedat, quando per viam iustitiæ, vel gratiæ, aut per solutionem iam factã fuit cancellatus de banno,& latius ibi per eum,& infra nu.88.

79 Limita, quia si statutum concedat impunitatem occidenti bannitum,pro summa centum scutorum, non habet locum si quis sit bannitus, bis pro summis 70.vel 80,quia in odiosis non fit cumulatio summarum,* communem dicit Clar. in §. homicidium,n.68.ver.sed quæritur.

80 Restringe,nisi Iudex has summas coaceruando, & cumulando simul,bannisset semel,quia statutum haberet locum.Clar.vbi supra,in fi. d.§. homicidium.

81 Limita multis modis,de quibus Marsil.d. praxi.§.aggredior,n.11.& seq.

82 Restringe.quando ignorauit nullitatem banni, secundum Dynum,in l.penul.ff.de adult.sed secundum Bar.ibi est verum,quod non punitur pœna ordinaria,sed pœna extraordinaria,quia est in culpa,ex quo non fecit diligentiam,ita Alex. consil. 65.nu.8.lib.3.& plenius cons.77.n.6.ver.si.autem * ignorauit,lib.3. vbi quod opinio Bar.est * communis,quia ob publicam scripturam excusatur à dolo,sed non à culpa,& plenius Alexan.cons.160. Visis narratis,per totum,maxime num. 6.& seq. ver.ijs optime consonat,lib.7.

83 Idem est, quando laicus Iudex condemnauit Clericum, quia si quis illum interficit ignorans esse Clericum, punitur solum de culpa, non de dolo,quia debuit perquirere, secus si haberetur pro laico,& incederet in habitu laicali,quia excusaretur in totum.Alex.d.cons.65.nu.8.ver.bene facit,& plenius cons.77.n.7.ver.&Bal.lib.3.& cons.160.n.5.ver.fortificantur.lib.7.

84 Declarat Salyce.in Leum qui duas.C.de adult. quam sequitur Alex.d.cons.160.n.6. ver. ijs optime consonat. quod opinio Dyni volentis quod occidens bannitum nulliter excusetur propter fidem publicam,procedat,quando vitium non apparet ex scriptura banni, quia præsumitur pro ea,

ea,opinio vero Bartoli, quod puniri debeat extra ordinem, quia potuit consulere peritiores, ideo est in culpa,procedat,quando ex scriptura poterat vitium apparere.

85 Imo credo,quod si ex scriptura apparere posset nullitas,& vitium visibile, quod Salycet. male loquatur,quia tunc occidens esset in dolo,quia scit & tunc est in culpa quando ignorabat, sed non consuluit peritos. Nam eo ipso,quod Iudex laicus exprimit bannire presbyterum, bannum est nullum,& nullo modo interficiens vigore talis banni excusatur,quia est in dolo vero, nec potest prætendere ignorantiam, & ita loquuntur omnes allegati ab Alex.dict.conf.160.n.2.& n. 5. & per totum, lib. 7. quia ignorantia iuris clari non excusat.

86 Limita, quando bannitus fuit rebannitus, & cancellatus de libro bannitorum, quia tunc non potest impune offendi.

87 Extende, quia secundum aliquos sufficit,quod bannum sit cancellatum verbo tantum, licet non delctum de facto. Alexand. conf. 164. Visis, & ponderatis, numer. 3. ver. præterea, poterat dici,lib.7.vbi citat plures,pro hac parte.

88 Contrarium tenent alij, quos citat Alexand. dict.conf.164. numer.7.ver.accedit, cum sequen. lib.7.vbi quod licet bannitus soluerit pœnam donec deleatur de libro bannitorum, remanet adhuc bannitus,& potest interfici stante statuto,vide supra.n.78.

89 Declarat Alexan.d.conf.164.nu.4. & sequent. lib.7.quia si statutum(prout Vicentię)dicit,quod bannitus etiam in contumaciam sit condemnatus in certa pęna, & donec illam soluerit remaneat bannitus;imo si in fortiã iustitiæ venerit torqueatur, & iterum si subtinet banniatur, tunc cancellatio debet esse facti, & non verbi, & antequam sit cassatum bannum potest interfici,& apostil.ad Alexand.ibi in ver.contrarium,citat plures concordantes,qui in eodem casu Alexandri consulerunt.

90 Idem est quando cancellatio debet fieri ex dispositione statuti,quia tunc debet esse propria, & facti,non verbi tantum,quia semper dicitur plenior,& magis propria, quatenus refertur ad ius, & sufficit quod sit verbo facta.Alex.d.conf.164.n. 8.& seq.ver.pro hoc facit,vsq.in fin.maxime, nu. 12.ver.fortius.lib.7.

91 Restringe,quando cancellatio non erat cognita. Hiero.de Tortis, cons. suo post. consilium. Anton.de Butr.nu.10.ver.& ideo.

92 Declara restrictionem, vt non puniatur pęna ordinaria ignorans cancellationem,quia est sine dolo, sed punitur pęna extraordinaria propter culpam.Alexand.conf.160.Visis narratis,per totum,maxime n.7.lib.7.

93 Restringe,quando cancellatio esset illegitima, vel ex falsa causa,quia potest occidi, & offendi. Bal. in c.1.in prin.hic finitur lex Corradi in vsib. feud. Ioan. Andr. in c. veniens extra de accusat. vbi quod si bannitus est illegitime cancellatus de banno,potest impune occidi sicut si non esset cancellatus.Cæpol.conf.7.Bart.post Rainer.in l. non secundum,ff.de don.inter virum, & vxorem, Nell. in tract.bannit.in 1.parte, tertij tempo. q. 3.Bar.in l.inter omnes.§.recte.ff.de furt. Alexan. conf.114.lib.1.Marsil.in l.1.ff.de quęstio.& in pract.criminali.§.aggredior.& conf.55.circa princ. Bossius tit.banniti quid amittant,n.3.ver. successiue.Marsil.in l.1.ff.de sicar.

94 Limita,quia pendente nullitate sententiæ capitalis non potest bannitus impune offendi. Clar. in §.fi.quæst.94.nu.10.ver.scias autem, vbi dicit * communem,& citat plurimos.

95 Extende quia multo magis pendente appellatione etiam vnius ex correis non potest exequtio fieri contra alios:Clar.d.q.94.n.4.

96 Limita in foro conscientiæ,quia peccat mortaliter, quia occidens adulterum,vel bannitum in casu permisso non euitat pœnam spiritualem, * quia peccat magis * communem Menchiac, de testi.in 1.par.§.7.n.22.ver.vnde data.

97 * Contrariam magis * communem dicit Alex. in l.si plagij,nu.1.ff.de verb.obligat. & hanc partem tenet Clar.in §.homicidium,nu.54.in fi. ver. ego vero,vbi quod non debet sequi absurdum, quod permissa lege Christiana inducant peccatum,& ita etiam dicit Crauet.conf.409. nu. 9. & seque. vbi quod etiam si sola lex ciuilis disponat, quia in foro conscientiæ est tutus.

98 Declarat Gomez.instit.de actio.in prin.n. 54. vt refert Clar.vbi supra,quod si zelo Reipublicæ occidit non peccat,secus vero si particulari affectu,& ad priuatam vindictam interfecit,quid vero in dubio pręsumatur,non aperit.

99 Tutior iudicio meo est limitatio,vt se excuset, & purget à peccato,c.inuenis,de sponsal.& illa ratio data non videtur releuans,quia permittuntur multa ex lege Christiana,quæ non tollunt peccatum in foro conscientiæ,quia de duobus malis minus est eligendum,patet in meretricibus,in vsuris Hebręorum, & in multis factis de consuetudine admissis, quia sola pęna temporalis censetur remissa, non autem pœna conscientiæ, quæ non potest tolli per legem positiuam aliquo casu.

Vide. Consuetudo circa delicta excusanda. Conclus.848.

Vide.Peccatum omnino vitandum, & multa specialia sunt concessa, vt euitetur peccatum. Conclusio.193.

100 Limita,quia non potest vassallus dominũ suum impune occidere stante statuto,* communem dicit Clar.d.§.homicidium,n.59.ver.sed.hic quęro, in fin.

101 Limita,quando bannitus esset non legitime, sed nulliter bannitus, quia si sciuit offendens punitur.Anchar.Regien.lib.3.quęst.60.nu. 7. & seq. vbi dicit * communem, & * communem dixit prius Alexand.conf.77.Visis,numer. 5.ver. præsupposita,lib.3. & conf.65. numer. 8. eod.lib.3. & dicto consil.77. num. octauo, & sequent. reddit rationem, quia in homicidio inest dolus, & quando scit nullitatem, vel nullitas est patens non excusatur.Alexand. conf.160. Visis,in prin. lib.7.

Vide reliqua in ver.Statutum circa bannitos impune offendendos.Conclus.468.

Et iterum.Statutum circa bannitos interficiendos.Conclusione.469.vbi plenissime.

Vide Mascard.Conclu.162.Bannitum esse quo modo probetur,vbi numer.24.& seq.limitat multis modis.

Baptiſmus eſt ſacramentum principale, & non reiteratur, & quando ſecus. Concluſ. X X.

1 BAPTISMVS eſt principale fundamentum aliorum ſacramentorum. Abbas conſ.58.In quæſtione.col.1.in fin.lib.1.

2 Baptiſmus non poteſt dari niſi ſemel, quia non poteſt reiterari.cap.quod quidam.1.quæſt.1. Gemin. conſ.33.num.5.ver.ſed exaduerſo excuſatur vbi quod ſi reiteratur, ſecundus baptiſmus nihil confert, quatenus primus valuerit.

3 Limita, quia licet baptiſmus non reiteretur, tamen ſi propter neceſſitatem quis fuiſſet baptizatus ſine cathechiſmo,& ſolemnitatibus, ſolemnitates in Eccleſia debent fieri, licet non fiat nouus baptizatus. Gemin. conſ. 33.n.5. verſ. ſed ad præmiſſa reſpondetur.

baptiſmali, & cum cathechiſmo ſolito, alias non dicitur baptizatus. Ancharan. conſ. 195. Secundum ea.

4 Et debet eſſe differentia inter generantem, & generatum, ideo requiritur actus baptizantis, & baptizati,& ſi non poteſt baptizatus facere per ſe officium, vt quia caret ſenſu, vel intellectu, aut furioſus.adhibere debet alium patrinum, qui pro eo interſit, quia ſolus ſacerdos non poteſt duplex officium facere generantis, & generati,& alias non dicitur baptizatus. Anchar.d.conſ.195. in fin. & per totum.

5 Limita in caſu neceſſitatis, quia quælibet aqua ſine cathechiſmo, & quælibet perſona poteſt baptizare, & etiam ſi deficit patrinus, omnia facit ſimplex mulier. Anchar.d.conſ.195.

Vide. Neceſſitas non habet legem. Concluſione 19.

Baptiſmus non facit beneficium curatum. Concluſ. X X I.

1 ECCLESIA habens ius per ſuum rectorem baptizandi non dicitur curata, nec parochialis. Feder.de Sen.conſ.80. n.2.in fin.ver.item habere baptiſmum, vbi quod baptiſmus, & chriſma non faciunt beneficium curatum,allegat Hoſtien.in cap. nonnulli, de Cleri.non reſid.& idem Feder. conſ. 135. in fin. vbi dicit hoc procedere quando Eccleſia non habet certum parochiam,& certum locum baptizandi.

2 Declara, quia antiquitus erant plebes, & Eccleſiæ matrices curatæ, ſed creſcente religione creatæ ſunt cappellæ, ſeu parochiæ pro adminiſtratione façiliori ſacramentorum, vnde baptiſmalis, & matrix remanſit plebs, & conſequenter curata quando erat prius talis, ita Abbas conſ. 38. In quæſtione. col. 1. ver. quarto negari non poteſt. lib. 1.

3 Prohibetur ſub eadem terminatione plures adeſſe fontes baptiſmales, de iure communi, ideo legatus, & Epiſcopus non poſſunt conferre ius baptizandi alteri Eccleſiæ, quando competit vni Eccleſiæ marmici, & Collegiatæ,niſi adſit conſenſus primæ Eccleſiæ, quia eſt ſpecies alienationis. Calderin. conſ. 457 alias vnico de baptiſ. vbi loquitur etiam ſi reſeruaſſet idem ius etiam priori Eccleſiæ.

Vide. Beneficia curata quę dicantur, & quæ ſimplicia. Concluſ. 63.

Vide. Curatum beneficium quando dicatur. Concluſ.1101.

Baptiſmus quid requirat, & qualiter fiat. Concluſio. X X I I.

1 BAPTISMVS circumſcripta neceſſitate debet fieri, & dari à ſacerdote cum aqua

Baptiſmus quas poenas remittat, vel non. Concluſ. X X I I I.

1 BAPTISMVS inducit remiſſionem pœnæ, & culpæ in foro poli quoad Deum pleniſſimam.

2 Amplia, quia etiam inducit remiſſionem pœnę temporalis pro delictis commiſſis ne poſſit Iudæus, vel infidelis baptizatus puniri de delictis commiſſis antequam baptizaretur. gloſ.in c.quod autem, in ver. pœnitentis 32.quæſt.1.& eſt com-
* munis * opinio. Ferrat. cautel. 24. poſt nu.4.qui dicit de communi Theologorum.

3 Contrarium, quod baptiſmus tollit pœnam ſpiritualem, non autem temporalem. Io. de Anania in cap. de ijs, poſt numerum 6. quem citat Ruin. conſ. 13. num.3.in fin. lib. 5. & Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 51. in fin.

4 Declara, quia erit in arbitrio iudicis amplecti opinionem, quam voluerit. Ruin. d. conſ. 13. num. 3. lib. 1. & imo primam tanquam æquiorem, & fauentem religioni amplecti debet,ſecundum Clar. dicto §. final. quæſt. 51. in fine. ver. ego vero.

5 Limita, quia non liberat à reſtitutione debiti, vel male ablati. Ruin. d. conſ. 13.n.2.lib.5. Clar. d. §.fin.quęſt.51. in fin.

Baptizatus quando quis dicatur, & qualiter probetur quis baptizatus. Concluſ. X X I V.

1 BAPTIZATVS dicitur qui aqua baptiſmatis eſt aſperſus adhuc viuens, in capite,
* vel in maiori parte corporis, ſecundum * omnes in cap. debitum, de baptiſ. vbi Ioann. And. in ver. immerſerit.

2 Amplia.vt etiam dicatur quis baptizatus ſi minima gutta per modũ baptiſmi tetigerit pedem, vel quamliber aliam corporis partem ipſius, & hanc opinionem ęquam, & veram dicit Innoc. in dicto cap.debitum, in fin. de bapt. licet prima ſit tutior, & hanc ſequitur Lap. alleg. 105. per totam,

Digitized by Google

tam. vbi quod infans,qui emisit pedes, in quibus est aspersus, & postea est mortuus in vtero dicitur baptizatus,& vide concord.ibi.

3 Amplia in infante moriente proiecto in puteo in casu necessitatis, quod dicitur baptizatus si tantum vixit, quod baptizans proijciens dixerit verba.Cald.post Ioan.Andr.in c.non vt apponeres,de baptis.vbi quod immersio,& eleuatio non est necessaria, quod videtur dubium ex limitatione seq.

4 Limita,quia non dicitur baptizatus, qui aspergitur ab vno aqua, & alius profert verba, quia debet esse idem,qui aspergit, vt etiam verba proferat, secundum Innoc.in dicto cap. debitum, de baptis.

5 Qualiter autem probetur quis baptizatus, vide plene Mascar. d. concluf. 163. Baptizatum quem esse, qualiter probetur: vbi quod per vnicum testem Christianum si non agitur de præiudicio tertij,& alijs modis.

Vide eundem Mascard.concluf. 287. Christianum aliquem esse qualiter probetur.

Baptizari non possunt filij inuitis parentibus, & quando secus. Concluf. XXV.

1 IVDÆI impuberes subtrahi non debent parentibus,neque baptizari parentibus inuitis, quia Deus vult milites voluntarios, & non coactos. Calderin. conf.490.in principio,alias 3. de Iudæis.

2 Amplia, quia multo minus sunt compellendi Iudæi se baptizare, siue sint adulti, siue paruuli. Calderin.conf. 490. alias 3. de Iudæis,in princ.

3 Declara, quia conclusio est vera, quod infantes Iudæorum non possunt baptizari inuitis parentibus Iudeis, sed si pater, vel mater efficiatur Christianus, tunc ille trahit secum infantes ad baptismum, ita plene Barbatia conf.58. num. 7. & seq.lib.3.quia licet filius sequatur conditionem patris, tamen respectu fidei sequitur matrem infans.

Barattaria quid sit,ex quibus inducatur, & quomodo probetur. Concluf XXVI.

1 BARATTARIA est crimen, quod vulgus interpretatur esse illud, quod committit Iudex mediante pecunia. Anchar.conf.171. De titulis.nu.10.& seq.

2 Amplia,quia iudex committit barattariam, & simoniam, etiam si iustam sententiam ferat per pecuniam,& quando secus.

Vide Soci.in reg. 2. Barattaria, vbi limitatur quando datur publice coram testibus,quia aliter iudex non expedit causam.

3 Declara, quod licet iudex nihil possit recipere, tamen si recipiat à sponte dante pateras argenteas (licet male faciat) tamen non est barattaria si datur post seruitium factum. Ancharan. conf.271.nu.9.& seq.ver.supereſt videre.

4 Ex quibus inducatur, & quomodo, & qualiter probetur. Vide plene Mascard. concluf.165.Barattariam iudicis, & concluf. 166. Barattaria quomodo probetur.

Vide. Officialium extorsiones execrabiles tollendæ.Concluf.98.

Vide.Corruptus quando, & ex quibus probetur iudex Concluf.1053.

Vide. Dolus iudicis quomodo probetur. Mascard.concluf.532.Dolus iudicis.

Baro quis dicatur, & quem gradum dignitatis obtineat. Concl. XXVII.

1 BARO dicitur habens fœuda plura sub se & vassallos,& est maior dignitas,quam sit plex fœudatarius, quia æquiparatur Comitibus & Principibus,imo sedet apud Reges,plene Iacob. Mandel. consil.163. plenius conf.172.per totum: vbi quod habet magnam dignitatem, & authoritatem.

2 Imo, quod Baro sit ille, qui habet vnum castrum, vel partem castri,quia pluralitas castrorum non est necessaria,dicit Curt. Iun. conf.212. num.19. Boss.tit.de Principe, in princ. quod Baro est idem,quod Capitaneus, & omnis, qui habet aliqua regalia dicitur Baro.

3 Et dicitur inferioris gradus Baro, quam Comes c.fundamenta.ver. vt ergo,de elect.in 6. Cominian. consilio 90. Quia dicitur, in principio num. 1. plene Curt. Iun. consilio 212. numero 2. & sequen.

4 Vide plenius per Iacobum Mandellum conf. 163. num.31.& seq. & plenius conf. 172. per totum: vbi quod est nomen dignitatis, & importat idem,quod habens subiectos, & multa castra, & verificatur etiam Baro in eo, qui habet vnum castrum, ideo sunt maiores,& minores Barones: & quando adest dictio,Illustres,debet intelligi de maioribus, qui æquiparantur Ducibus, & Regibus.

Barones,& Comites quid possint. Conclusio XXVIII.

1 BARONES, & Comites cum mero, & mixto Imperio,hodie in Italia de consuetudine habent iura Imperialia,& quicquid potest Imperator ipsi quoq;possunt in suo dominio saltem de facto. Soc.Iun.conf.76.in princip.lib. 3. vbi dicit * communem, (& loquitur in Domino Saxoniæ & seruari. Festas. tractat. de extim. & collat. parte 2.cap.2.num.12.& sequen. Cur. Iun. conf. 100. Præsupponitur in facto.num.3.vbi dicit veram esse conclusionem, quod Duces, Marchiones, & Comites perpetuo inuestiti in suo dominio habent iura Imperatoris. Cra... con...

Digitiz... by Google

conſ. 411.num.48.plenius conſ.135. nu.2. & ſeq. vbi citat plurimos, & infinitos etiam citat idem Socin.Iun.conſ.33.n.9.li.3.vbi cõſuluit pro domino Luzarię,quod poteſt collectas imponere.

Et q̃ Comes in ſuo Comitatu magis aſſimiletur Principi,quã Pręſidi.Bald.in l.exẽplo,in pen.q. C. de proba.ſequitur Alex.cõſ.1. Põderatis.n.29.in fi. li.5.Soci.cõſ.36.Stãtibus.li.3.Deci.conſ.403.n.5.

3 Contrarium,quod imo fęudatarius etiam cum mero,& mixto imperio recognoſcens ſuperiorem non poſſit condere ſtatuta grauantia ſubditos, vel priuantia libertate eis conceſſa de iure communi. Socin. conſ.272.per totum.lib.2. Ant. Galeat. Maluaſia conſ. 62.nu.22. & ſeq.& quod non veniant in conceſsione facta inferiori ea, per quæ authoritas ſuperioris dehoneſtaretur.Socin.conſ. 302.nu.6.& in ſubſcript. ſeq. vbi loquitur de conceſsione facta per Florentinos Piſtorienſibus ſuper gabellis, ne comprehendantur gabellę Florentiæ,& plene Natta conſ. 402. n. 10.& ſeq. vbi quod nõ habet plenitudinẽ poteſtatis,niſi doceãt, & loquitur in Duce Mantuæ, & non refert, quod iura regalia habeant, quia non poſſunt derogare iuri communi, cũ id ſit reſeruatũ Imperatori, & n.20. quod non poteſt Imperator facere ſibi parẽ,& multa dicit,& fatetur,q̃ ex quo vtuntur plenitudine ſciente Imperatore, videtur concedere.

4 Vide Curt.Sen.conſ.65.n.5.vbi,quod illi Principes,Duces,Comites,& Barones, qui tranſmittunt Imperium ſuum ad hæredẽ habent iura imperialia in ſuo imperio,& idem repetit conſ.49.nu.50. ver.nono oſtenditur,vbi,quod Dux Mediolani, & alij Duces,Marchiones,& Comites perpetui ſunt in ſuo dominio Imperatores,& quod venit hoc in conſequentiam dignitatum eis perpetuo conceſſarum,& idem de Communitatibus liberis, prout Florentiæ, & Venetiarum,& de Duce Sabaudiæ, Duce Mediolani.Soc.Iun.conſ.65.n.6.lib.3.vbi de
* magis * communi,& de Duce Mantuæ. Crauett. conſ.958.n.4.& 5.& Socin.Iun.conſ.4.nu. 18.lib.4. & de Duce Ferrariç,idem Socin.Iun.conſ.76.n.14. li.4.& de Duce Regij Borſio Eſtenſe,vt poſsit omnia, quæ Imperator. Alex.conſ. 1. Ponderatis.nu. 28. & ſeq. lib.5. & de Duce Vrbini. Gabriel conſ. 153. in fi. lib.1. vbi quod de conſuetudine poteſt.

5 Imo de Comite Saxoli idem Soci. Iun.conſ.76. lib.3.in princ. vbi,quod ex quo habet perpetuum comitatum dicitur habere iura imperij in ſuo comitatu, idem de Marchione Sigiſmundo Eſtenſe prætato Socin.Iun.conſ.76.nu.20.lib.4.& de Comite Scandiani idem Socin.Iun.conſ.126.in prin. lib.3.vbi citat infinitos,& dicit pluries, quod hodie eſt * communis,& recepta opinio.

6 Declara, quia varia loquuti ſunt Doctores inſeruientes, & conſulentes pro vtraq; parte;regula tamen eſt,quod Barones recognoſcentes ſuperiorem non poſſunt contra ius commune ſtatuere neq; ad reſeruata ſuperiori manum apponere,neque conſuetudinem inducere. Ruin.conſ.208. n.3. lib.1.quem ſequitur Roland. à Vall.conſ.4.n.7. &
* ſeq.ver.reſtat modo,vbi n.11. dicit*communem, fallit in Regibus,quia in regnis ſuis ſunt Imperatores,vt dicit Brun.conſ.45.nu.15. vbi extenditur etiam ſi Rex haberet Regnum in fœudum,quia licet directum dominium ſit penes concedentem, tamen infœudatus de Regno quoad ſuos ſubditos dicitur abſolutus dominus, & ibidẽ n.18. & iſtud eſt ſine difficultate, & quod dicitur de Regibus extenditur per Doctores ad Duces, Marchiones, & Comites magnos,& qualificatos, prout de Duce Mediolani,plene loquitur Curt.Sen.conſ.65.n. 5.vbi,quod iſti Reges,& Duces,qui tranſmittunt Regnum, & Ducatum ad hęredes ſuos,ſunt,prout Imperator in toto orbe,ſic ipſi in ſuis Regnis, & Ducatibus, & quia Ducatus Mediolani erat comitatus ante erectionem in Ducatum,& appellabatur Comes Virtutum. Bald.conſ.241.Verba capituli.lib.3.vbi quod Comes Virtutũ Mediolani, nepos, & Comes Sabaudiæ eius auunculus faciũt pacem de guerra inter eos,& tamen etiam iſti tanquam Comites magni non recognoſcebant ſuperiorem, vt per Brun. d.conſ.45. n.19.ſic etiam dicimus de Marchionibus magnis, vt de Marchione Montis Ferrati loquitur Iaſ.conſ.235.in princ. lib.2.& plenius Surdus conſ.210.nu.22.& ſeq. ſecus eſſe crederem de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus minoribus, niſi quatenus habeant ex priuilegio, vel ex immemorabili poſſeſsione præſcripta, vt videntur velle Pariſ.conſ.25. nu.47. & ſeq.lib.1.vbi mouetur propter priuilegiũ,& Curt. Iun.in eodẽ caſu.conſ.61.mouetur ex conſuetudine præſcripta,& dũ ibi n.9.ver.ſuccedit, dicit eſſe
* *cõmunem,quod Duces,Marchiones,& Comites poſſunt in ſuo Ducatu,Marchionatu,& Comitatu quę poteſt Imperator in toto orbe,& dat exempla de Duce,& Comite Mediolani, & Duce Mantuæ, tamẽ in ſuo caſu Marchionis Caſtri Gifredi, cõfugit ad cõſuetudinẽ pręſcriptã,non autẽ tuetur cõcluſionẽ illo caſu ex diſpoſitione iuris,& q̃ requiratur cõceſsio,vel præſcriptio.Crau.cõſ.958.n.4.

7 Alias ſi contrariũ diceremus.prout tenẽt multi, q̃ eo ipſo quod quis creatur Dux,vel Marchio,vel Comes in eũ tranſeant oĩa,quæ poteſt Imperator, vt dixit Boſſ.tit.de Regalijs.n.4.& 5.ſequitur Sur. d.cõſ.210.n.24.ſequeretur abſurdũ,quia cũ Duces magni poſsint creare in ſuo Ducatu Marchiones, &Comites,& iplis infęudare, put poſsũt Reges,vt de Duce Sabaudię.Rol.à Vall.conſ.4.nu.41.& ſeq. ver.ex ijs igitur.lib.3. & de Duce Mediolani.Boſſ. tit.de Regal. n.36.igitur idẽ poſſent facere alij inferiores,& ita declarat ipſe Rol.d.conſ.4.n.41. & ſeq.li.3.& daretur infinitas,& cõfuſio, ſeu anichilatio dignitatũ,& ita etiã intelligit neceſſario.Boſ. vbi ſup.q2.n.4.ponit regalẽ dignitatẽ.& n.5.adiũgit Ducalẽ,Marchionalẽ,& Comitatus;ergo neceſſario intelligit de maioribus,nõ de minoribus, & ſemp dicũtur minores,qũ ſunt inueſtiti ab eo,qui recognoſcit ſuperiorẽ.Soc.Iun.cõſ.98.n.20.ver.ſe cũdo reſpondetur.lib.3.cũ ſeq.& ad prædicta,vide plene Iacob.Mãdell.cõſ.172.vbi extollit Barones & Baronias magnas,q2 æquiparãtur Comitibus, Ducibus,& Regibus,licet fateatur,quod etiã ſunt Barones,etiam minores,& qui vnicum Caſtrum, vel vnicam Plebem habent.conſ.163. nu.46. & ſic vult,quod maiores ſunt quando nominantur cum dictione, magni,nobiles,vel illuſtres.

8 Barones igitur,qui non habent titulũ Ducatus, Marchionatus,velComitatus cũ ſint inferioris gradus,quã ſit Comes, vt in Cõcl.prox.præced.ſequitur, quod multo minus poſſunt ea,quę poteſt imperator in ſua Baronia,& conſequenter,quod Doctores, qui ſimpliciter loquuntur de inueſtitis de Caſtris ſine tit.Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus, & dũ dicunt, quod Barones in ſua Baronia habent iura imperialia inaduertenter ſunt loquuti, quia licet & iſti habere dicantur dignitatem,

tamen

tamen est dignitas in genere non habens speciale nomen dignitatis. Alexand. cons. 30. Quoniam, in princ. ver. secundo quia, & num. 18. ver. nono pro hoc. lib. 1.

Vide. Fœudum nobile quale. Conclus. 142.

Vide. Fœudum indiuiduum quale. Concl. 151.

9 Declara, quia non possunt fœudatarij condere statuta, neque facere bannimenta per quę auferatur vassallis, & subditis facultas competens de iure naturali, vel communi, nisi fiant in auxilium constitutionis sui superioris, secus est si fiunt statuta, & prohibitoria bannimenta circa ea, quæ respiciunt ius commune, & ex causa etiam si tollatur quædam immemorabilis tolerantia prout deferendi arma. Crauett. cons. 314. per totum, vbi latissime, quæ possit fœudatarius statuendo, & quæ non.

10 Vel secundum eundem Crauett. cons. 135. nu. 4. ver. non obstant, vt habentes perpetuam dignitatem possint statuere contra ius commune quando cum magna authoritate sunt inuestiti, alij vero non habentes secus est.

11 Declara, quia Comites, Duces, Marchiones recognoscentes alios superiores immediatos sunt abusiue dicti tales, ideo equiparantur Præsidibus, & Magistratibus, non autem Principibus absolutis. Olasch. decis. 139. nu. 15. & seq. ver. non etiam nocet, cum seq. vbi nu. 17. & seq. loquitur etiam si essent ab Imperatore confirmati.

12 Si vero sunt in possessione ab immemorabili tempore non recognoscendi superiorem, & habent regalia, tunc possunt facere statuta, & leges, & possunt quicquid potest Imperator. Bart cons. 72. Ex facto, in princ. maxime num. 3. & 4. lib. 1. vbi apostillæ dant concor. & loquitur in Baronibus de Romania habentibus Castra, & Terras liberas in diœcesi Sabinen. qui neque Ecclesiam Romanam respectu temporalium recognoscebant ab immemorabili, sed hodie omnes sunt suppositi.

13 Imo Alex. cons. 1. Ponderatis. num. 28. & seq. lib. 5. loquens de Duce Regij, Borsio Estense, quod possit derogare iuri communi, vti clausula non obstante, & omnia quæ potest Imperator, dicit quod Reges, & Duces sunt lex animata, & quod æquiparantur Principi, non Præsidi, & quod habent maiorem facultatem, quam Legatus de Latere, quia Ecclesiastici magis ligantur iure Canonico, quam seculares legibus ciuilibus.

14 Amplia, quia possunt multa statuere Barones, & fœudatarij cum mero, & mixto Imperio, prout late de Comite Saxoli. Soci. Iun. d. cons. 76. lib. 3. vbi quod possit dare saluum conductum bannitis Ducis Ferrariæ, quod possit emere sal pro subditis, vbi vult, quod non teneatur contribuere fortalitijs Mutinę, possit condere statuta, quod non possint bona vendi forensibus, quod forenses non succedant, & quod subditi teneantur habitare, quæ omnia sunt non solum præter, sed contra ius commune, sed in eo fundatur principaliter, quia habeat perpetuam dignitatem Comitatus.

15 Contrarium tenet idē Soci. Iun. cons. 98. n. 20. & seq. lib. 3. vbi contra Co: Scandiani, quod non possit onera subditis imponere, & tollit contraria, quia non sit vera conclusio, quod potsit, prout Imperator, & si esset vera. procedit quando Imperator concessit, non si alius inferior concedit, item requirit, quod concesserit per verba clara, vt ibi plenissime.

16 Declara, vt per Ant. Galeat. Maluasiam cons. 63. per totum, vbi dicit, quod non procedant prædicta in prejudicium domini directi, neque quando subdit. grauarentur, & habitarent in loco superioris domini dominantis. Vide eum num. 15. & per totum, vbi allegat Boss. de foro compet. n. 37. & alios plures nu. 15. & seq.

17 Vide omnino Bero. cons. 81. Viso amplissimo. lib. 1. vbi de fœudo Baisij concesso Co: Pagano per Ducem Ferariæ ad vsum Regni, & cum ea authoritate, quam Dux habebat, & dicit, quod non potest grauare subditos, neque noua onera imponere, alias peccat, & potest recurri ad superiorem, & si monitus non desistat, potest priuari fœudo.

18 Extende, quia possunt Barones facere statuta etiam pœnalia contra subditos, etiam si auferatur quędam immemorabilis permissio deferendi arma, vt latissime Crauett. consil. 314. per totum, vbi enumerat multa, quæ fœudatarius potest statuendo, & prohibendo, & pœnas imponendo subditis suis, vbi etiam, quę non potest enumerat.

Vide. Fœudatarius quid possit circa subditos, & quę non. Conclus. 122. per totam, & numer. 12. & sequen.

19 Amplia, quia est magna authoritas Baronum, quia æquiparantur Comitibus, Principibus, & Regibus. Vide plene Iacob. Mandel. cons. 163. & 172.

20 Amplia, quia Duces, Marchiones, Comites, & Barones perpetui, sicuti possunt legitimare spurios in suo dominio, ita etiam possunt derogare in specie, & in genere iuri communi, quia sicuti possunt communitates statuendo, multo magis Principes in suo territorio. Castr. cons. 34. nu. 4. ver. sed ad hoc respondetur. lib. 2.

21 Restringe hoc non procedere in Episcopo, (licet sit perpetuus, & possit legitimare) quia magis adstringitur canonibus ad textum in 25 quæst. 2. cap. institutionis, quam Princeps secularis per l. omnes populi. ff. de iust & iure. ita Castrens. dicto consilio 34. num. 4. lib. 2. vers. sed ad hoc respondetur.

22 Restringe in Vicarijs, Comitibus, & alijs dominis, seu officialibus non perpetuis, quia isti non possunt derogare iuri communi. Castrens. d. consil. 34. num. 4. vers. sed ad hoc respondetur. libro 2.

23 Amplia, quia Reges, & Duces, & similes sunt in territorijs suis loco Imperatoris, & ideo plus possunt, quam possit Legatus de Latere, & non valet argumentum de Legato ad istos; quia Legatus non potest infœudare bona Romanę Ecclesiæ, isti possunt Castra, & Villas sui territorij, Legatus non potest vti clausula, non obstante, neque condere statuta contra ius, isti secus; quia magis ligantur Ecclesiastici iure Canonico, quam seculares iure Ciuili; plene Alexan. cons. 1. Ponderatis. nu. 27. & seq. in fin. ver. non obstat etiam prædictis. lib. 5. vbi apostilla in ver. locum, dat concord.

24 Amplia, quia Ciuitates liberæ, in quibus Imperator nullam exercet iurisdictionem (prout Lucana Ciuitas) & consilium generale, potest omnia in suo territorio, quæ potest Imperator in suo Imperio: late Deci. cons. 403. Quamuis, in princ. & maxime num. 7. vbi quod ab immemorabili tempore præscripsit iura Imperij. Abb.

cons.

conſ.103.Placet mihi,per totum.lib.1. qui loquiquitur in omni Ciuitate libera habente merum, & mixtum Imperium,quia habet iura Imperij in ſuos ſubditos.

25 Extende idem in omnibus alijs Ciuitatibus, locis, & caſtris, in quibus Imperator per ſe ipſum non exercet iuriſdictionem, ſed per Vicarios, vel Comites,Marchiones, Barones,vel Duces perpetuos,quia iſti Duces, Vicarij, Barones, Marchiones,Comites perpetui Imperiales in ſuo territorio exercent omnia iura Imperialia, quæ Imperator in toto Imperio, ideo legitimant ſpurios naturales, creant Notarios in ſuo territorio,conceduntveniam ætatis,prout Princeps.Caſtren.d.conſ.34.Super primo, in princ.lib.2.& ſequitur Deci.d.conſ.403. in princip.Abb.d.conſil. 103.lib.1.

26 Declara, quia ex quo iſta reſeruata Principi ſunt ita reſtricta ad ſolum territorium concedentis,non autem vniuerſalia, dicitur potius diſpenſatio, ſeu habilitatio,quam legitimatio,vt declarat Caſtrenſ.dicto conſ. 34. num. 1.verſ. non dico tamen.lib.2.

27 ExtenditAbb.d.conſ.103.lib.1.in tantum,quod poteſt talis Ciuitas libera reſtituere ad famam, legitimare, creare Notarios, & alia facere, quæ Imperator,& valet ſtatutum, quod rebellis impune occidatur, & confiſcatio bonorum poteſt fieri vbique,licet quoad bona extra territorium exequutio ſpectet ad alium, & dicit, quod tenentes contrarium loquuntur in Ciuitate non libera.

Vide.Imperij iura qui dicantur habere in ſtatu ſuo.Concluſ.34.

28 Limita, quia non poſſunt imponere grauamina ſubditis,& velle paleas,ligna, & alia ſeruitia, Socin.Iun. conſ.98.num.31.verſ. demum non obſtat,cum ſeq.lib.3. vbi contra Co. Scandiani conſuluit.

Vide pro vtraque opinione in ver. Onerum impoſitio regulariter prohibita.Concluſ.134.

29 Contrarium, quod imo in Italia omnes Ciuitates,& alij Principes communiter ex vſurpatione habent regalia, ideo imponunt gabellas,& datiuas ad libitum, & datia exceptis Lombardis, qui habent priuilegium ex pace Conſtantię.Ang. conſ. 290, Thema eſt tale, num. 8. verſ. ſupereſt igitur.

Vide.Fœndatarius quid poſſit in ſubditos fœudales,vel non.Concluſ.122.

Vide. Vaſſalli,& fœndatarij non poſſunt multa.Concluſ.25.

Limita,etiã ver.Princeps ſupremus,vel non quis dicatur. Concluſ.665.

Vide.Maieſtatis læſæ crimen contra quos committatur,vel non.Concluſ.8.

Vide.Angaria,&Angarij.Cõc.330.vbi plenius.

Baroniæ appellationes ad quæ deuoluantur. Concluſ. XXIX.

1 EX baronia deuoluuntur cauſæ appellationis ad ſupremum ſuperiorem.Oldrad.conſ.161. num.6.verſ. ad ſecundam, plene Natt. conſ. 614. Duæ ſunt clauſulę.num.5.ver.clarum eſt autem.

2 Ex Baronia,quæ ſubeſt alicui Prouinciæ,vel Ciuitati deuoluuntur appellationes ad dictum locum, & dominum ſupremum de iure communi, non autem ad conſiſtorium Baronis,niſi aliter ſit conſtitutum,ſeu arbitratum.Oldra.conſ.161.Thema tale eſt orta.num.6.ver.ad ſecundam.

Vide plenius in ver.Fœudi Dominus in quibus exerceat iuriſdictionem in feudo,& vaſſallis.Concluſ.210.per totam: vbi per varias limitationes reperies caſus plurimos.

Vide. Appellatio locorum inferiorum Baronum deuoluitur ad ſupremum ſuperiorem. Concluſ. 372.

Baſtardi qualiter habilitentur ad ordines. Concluſ. XXX.

1 BASTARDI habilitantur ad ordines,vt poſſint promoueri abſque diſpenſatione ſi efficiuntur monachi, vel in congregatione Canonica regulariter viuant. Calder. conſ.472. alias 7. qui filij ſint legit.

Vide.Ingreſſus religionis multa operatur. Concluſ.134.

2 Extende,vt procedat etiam in ſpurio,quia per ingreſſum religionis habilitatur ad ordines, ſi profiteatur,ſecus quoad dignitates.

Vide. Ingreſſus religionis. Concluſ.134. num. 8.& ſequen.

3 Reſtringe,quia oblati monaſterio etiam de licentia Abbatis non poteſt promoueri ſi eſt baſtardus,quia per hoc non eſt vere religioſus. Calderin. d. conſ. 472. in principio, alias 7. qui filij ſint legit.

4 Amplia,quia Papa quoad ordines, & ſpiritualia poteſt legitimare,& habilitare illegitimos, & ſpurios quoſcunque per totum orbem,quia totus orbis eſt de iuriſdictione Papæ. Caſtren. conſil. 467.num.3.lib.2.

5 Extende, quia licet Papa non poſſit diſpenſare ſuper matrimonio inter aſcendentem, & deſcendentem,& inter fratrem,&ſororem,tamen poteſt habilitare natum ex talibus perſonis,& ſecum diſpenſare etiam quoad ordines,& ſpiritualia. Angel.conſ.350.in fi.vbi quod non legitimat hoc caſu contra legem Dei, ſed habilitat.

6 Amplia, quia imo etiam Epiſcopus diſpenſat cum illegitimo ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex.Abb.in cap.fin.de filijs Presbyt.per tex.in cap.eod.tit.lib.6.

Declara vt in ver.Epiſcopus diſpenſare poteſt cum illegitimo.Concluſ.279.

Bauari Imperatoris geſta damnantur. Concluſ. XXXI.

1 BAVARVS fuit perſequutor Eccleſię Romanæ,& ideo licet eſſet Imperator, & Rex Romanorum, tamen eius geſta de iure non valent, neque approbanda ſunt.Bald.conſ. 204. Longum thema.num.3.ver.& ideo niſi Imperator.lib.3.vbi quod non valet reſtitutio,quam fecit in Ciuitate Brixię ad fauorem bannitorum etiam ex crimine læſę maieſtatis.

Et de

8 Et de eodem Bauaro meminit Oldrad. conſ. 85. Sanctiſsime Pater, circa med. ver. nam intrauit: vbi quod fuit tautor Petri de Tornaro Antipapæ.

9 Sed hodie ſucceſſores in Ducatu Bauariæ maximum ſplendorem fidei, & religionis Chriſtianæ afferunt, & temporibus noſtris nullus eſt qui poſt imperialem familiam Auſtriacam in partibus Germaniæ fidem Catholicam melius tueri, & propagare poſsit, pede inoffenſo, reque ipſa id euidentius præſtet.

Beghinæ, & fratres tertij ordinis, an ſint perſonæ Eccleſiaſticæ. Concluſ. XXXII.

1 BEGHINAE ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, vt conſuluit Io. de Lignano, quem refert Baldus conſ. 60. Quędam ſoror. num. 1. lib. 3. licet Bal. ibi aliter teneat.

2 Et ſunt conueniendæ coram iudice Eccleſiaſtico. Rota in antiq. 8. de iurepatro. quam ſequitur Felin. in c. dilecta. nu. 2. de maior. & obed.

3 Et ſunt ab Eccleſia approbatæ ſaltem per modum tolerantiæ. Feder. de Sen. conſ. 273. col. fin. in princ. ver. & pro hoc dicto facit.

4 Contrarium, quod non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ tenet gloſſ. in clemen. cum ex eo, de ſenten. excomm.

5 Declara, quia licet non ſint ordinatæ, ſed laicæ perſonæ, tamen ſunt Eccleſiaſticæ quando ſunt in habitu, & in diuinis, ideo ſi verberarentur quando ſunt in diuinis incideret verberans in canonem, ſi quis ſuadente, ita Rota deciſ. 1. de reg. in antiqu. in fi. Felin. d. c. dilecta. num. 2. de maio. & obed. & idem dicit Rot. deciſ. 2. de ſenten. excomm. in no.

6 Declara ſecundum Bald. d. conſ. 60. num. 1. lib. 3. quia nõ ſunt omnino perſonæ Eccleſiaſticæ, nec omnino ſeculares, ſed quoad quædam ſunt Eccleſiaſticæ, quoad quędam vero ſunt ſeculares.

7 Declara, quia iuſpatronatus beguinarum eſt Eccleſiaſticum, quia ſaltem tanquam miſerabiles perſonæ debent coram Eccleſiaſtico conueniri. Rota in antiq. deciſ. 8. de iurepat. alias 332.

8 Declara, quia cum ſint perſonæ mixtæ, ſequitur quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & quia ſunt opiniones ſaltem ratione mixturę erit locus præuentioni.

Vide. Mixti fori. Concluſ. 193.

Vide. Eccleſiaſticæ perſonæ quę dicantur, & gaudent priuilegio fori. Concluſ. 27. & Concluſ. ibi prox. ſeq.

Vide. Fratres tertij ordinis, an ſint Eccleſiaſtici. Concluſ. 468. & concluſ. ibi prox. ſeq.

Vide. Heremita gaudet priuilegio fori, & quando. Concluſ. 90.

9 Amplia, quia priuilegium habent beghinæ, & beghini Lodonen. vt tempore interdicti admitti debeant ad Sacramenta clauſis ianuis, & non pulſatis campanis. Feder. de Sen. ponit verba priuilegij. conſ. 186.

10 Extende, quia tale priuilegium extenditur etiam ad ipſos mortuos, vt poſsint officia celebrari, & miſſę ſuper funere, quia cui communicamus viuo communicamus etiam mortuo. Federic. de Sen. d. conſ. 186. Caſus talis eſt, quidam, in princ. & ver. factum tale eſt.

11 Contrarium tenet idem Fed. d. conſ. 186. in fin. quia priuilegium audiendi diuina non conuenit, nec applicatur mortuo.

12 Extende, quia poſſunt etiam ſepeliri licet in priuilegio nihil de ſepultura dicatur, quia ſi eis communicantur Sacramenta, quod plus eſt, ergo quod minus eſt etiã communicatur. Fede. d. conſ. 186. ver. ſequitur de ſepultura, & per totum.

13 Contrarium tamen tenet Feder. in vltima reſponſione dicti conſ. 186. in ver. caſus talis eſt, & credo male.

14 Extende, quia priuilegiũ religionis etiã dicitur conceſſum nedum beghinis, ſed etiam alijs honeſtis mulieribus oblatis alicui monaſterio, & viuentibus extra monaſterium. Feder. de Sen. conſ. 275. per totum, qui loquitur in oblatis mulieribus religioni S. Auguſtini Heremitarum, dummodo etiã bona obtulerint, quia tunc non ſubſunt parrochię, non ſeruant interdictũ, ſepeliuntur in monaſterio, & ab eo Sacramenta recipiunt, vt ibi.

Vide. Oblati alicui religioni multiplices, & qui dicantur. Concluſ. 16.

Bella, & acquiſitiones erant ante ius ciuile ſine ordine. Concluſ. XXXIII.

1 ANTIQVAM iura eſſent Ciuilia nullo ordine iudiciario ſeruato quilibet conſequebatur ius ſuum, aut Regia manu, poſtquam Reges eſſe ceperunt, aut propria authoritate ſuſcepto bello, quod erat licitum iure naturali, & iure gentium. Caſtren. conſ. 400. Priuſquam, in prin. lib. 1.

2 Et ideo iure gentium bella fuerunt introducta. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. quę bella non niſi pro iuſtitia proſequenda rerum, aut perſonarum licita ſunt. c. 1. 23. q. 2. Caſtr. d. conſ. 400. in princ. ver. tertio ſimiliter. lib. 1.

3 Poſtquam vero condita fuerunt iura, creatiq; magiſtratus, vt illa tuerentur, idcirco iudiciorum vigore, iuriſque publici diſciplina fuit in medium conſtituta ne quiſque ſibi ipſi permittere valeat vltionem. C. de Iudę. l. nullis. Caſtr. d. conſ. 400. in prin. ver. poſtquam vero. lib. 1.

4 Quod ſi deficit copia magiſtratus, quia parum eſt iura fuiſſe condita ſi non eſt qui tueatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem, licitum eſt reuerti ad primęua iura naturæ, vel gentium, vt liceat nobis authoritate propria ius noſtrum conſequi. l. ſi quis curiali. C. de Epiſc. & Cler. Caſtren. d. conſil. 400. num. 2. ver. ceterum ſi deficiat. lib. 1. vbi probat multis rationibus, quia iura ſunt introducta, vt proſint, non vt noceant, & quis non committit ſe velis in mari, quando non poſſunt operari, in ſumma neceſsitas non habet legem.

5 Amplia, quia paſſus iniuriam, & ſpolium ſuarum fortunarum tempore belli, ſi Rex non poteſt prouidere via iuris licita eſt recuperatio via facti, & tunc vltimum ſpolium non purgatur, quia remedia ſpolij non applicantur. Caſtrenſ. plene examinat dicto conſilio 400. per totum, libro primo, quod intelligas, vt in ver. ſpoliare non dicitur

Digitized by Google

citur capiens possessionem, q uam amiserat. Concluſ. 394.

Vide. Necesitas non habet legem, Conclusione 19.

Bellum ex quibus dicatur, vel probetur iustum, vel iniustum. Concluſ. XXXIV.

1 BELLVM dicitur iustum, vel iniustum ex loco, tempore, causa, persona, negocio stante necesitate, & ex animo. Calder. conſ. 95. in princip. num. 2. alias vnicum, de tregua, & pace. Bald. vero conſ. 432. Ad bellum iustum. lib. 5. dicit quinque requiri, personam, rem, causam, animum, & authoritatem.

2 Iniustum igitur est bellum indictum ex rancore, vel animo vlciscendi, etiam si habens iustam causam bellum moueat, quia iniuste agit. Calder. conſ. 95. in prin. num. 2. ver. dicitur ergo, alias 1. de tregua, & pace.

3 Non igitur iustum est bellum, quod fit propter odium, vel insatiabilem cupiditatem, quia debet fieri propter charitatem, iustitiam, & obedientiam, vt sine perturbatione in securitate viuatur. Bald. conſ. 432. num. 7. ver. quartum quod requiritur. lib. 5.

4 Extende, vt huiusmodi bellum nedum sit iniustum respectu agentis ex rancore, (licet cum causa iusta) sed etiam ex parte substinentis bellum propter iustam causam. Calder. d. conſ. 95. nu. 1. alias 1. de tregua, & pace.

5 Declara, vt procedat in foro poli, secus in foro fori, quia si subest causa, & sumus in Principe non recognoscente superiorem, bellum est licitum, & acquisita possunt licite retineri. Oldra. conſ. 70. per totum, maxime in fin.

Vide. Belli causa acquisita quando possint licite retineri. Concluſ. 41.

6 Amplia ratione loci bellum esse iniustum, si fiat in loco sacro. cap. decet, de immunit. Eccles. libro 6.

7 Extende, quia contra terras Ecclesiæ Romanę non potest dici iustum bellum. Ioan. de Anania conſ. 11. in princip. allegat c. dominus noster 23. quæst. 1.

8 Amplia, bellum esse iniustum ex tempore. cap. 1. de tregua, & pace.

9 Et est ratio, quia spoliatus potest incontinenti, sed non ex interuallo bellum mouere, & in recuperatione Castrorum, & terrarum dicitur moueri bellum incontinenti arbitrio iudicis, & quandoque centum dies, quandoque sex menses, quandoq; decem anni, prout qualitas, & potentia occupantis exposcit. Angel. Aretin. conſ. 96. In themate supradicto. num. 50. & sequen. ver. & bene facit.

10 Amplia, qnia bellum dicitur iniustum ex causa iniusta. Calderin. consilio 95. numero 2. ver. est etiam iustum ratione causæ, alias primo de tregua & pac.

11 E contra dicitur iustum ex causa iusta, & dicitur iusta causa, quando fit bellum propter necesitatem, vel vt inde pax acquiratur, quia bellum debet esse vltimum opus hominis. Bald. consilio 432. numero sexto. verſ. tertium requisitum. libro 5.

12 Amplia, quia est iniustum ratione rei, puta, quia pro re, cuius repetitio non competit, quia non est sua, vel est contra patriam. Calder. in d. consil. 95. num. 2. colum. 2. in princip. alias 1. de tregua & pac.

13 E conuerso igitur dicitur iustum, quod fit pro re sua recuperanda, vel pro patriæ defensione. Bald. conſ. 432. numero 5. verſ. secunda pars. libro 5.

14 Declara, quia bellum pro defensione patriæ non semper est licitum, quia si princeps populum rebellem vellet corrigere, non est licitum resistere prætextu patriæ. cap. cum deuotissima 12. quęstione 2. Calder. dicto conſ. 95. num. 2. ver. si enim Papa.

15 Amplia, quia ratione personæ bellum est iniustum, vt si priuatus moueat bellum contra superiorem, si etiam is qui mouet bellum, non est talis, qui possit bellum indicere. Calder. d. conſ. 95. n. 5. ver. item est iniustum, alias 1. de tregua, & pace, tu dicas secundum Bald. melius conſ. 432. lib. 5. quod persona consideratur, quæ non potest facere bellum si est Ecclesiastica, nec si priuata, quia istud recipit authoritatem à superiore, ideo Clerici non possunt indicere bellum.

Vide. Inferior qualiter licite resistat superiori, vel non. Concluſ. 122.

16 Declara, nisi inferior iniustitiam pateretur à superiore, quia si habuit recursum ad Episcopum, & superior Episcopo non obedit, potest inferior de facto resistere superiori iniusto. Calderin. dicto conſ. 95. num. 5. ver. quia tamen, de treg. & pac.

17 Extende etiam, quia bellum dicitur iniustum multis modis ratione personæ, nedum mouentis bellum, sed etiam contemplatione cuius geritur, vt si pro infidelibus tutandis, vel pro confouendis diffidatis.

18 Extende ratione transeuntium per territoria, in quibus bellum indicitur, quia quoad personas non subditas, & quæ non inferunt præiudicium, de iure non est licita captura. Ioann. de Anania conſ. 11. per tot. vbi Bologni. in apostill. in fine. ver. præterea, vt vtar.

19 Declara, quod ratione personarum, & mouentium bellum, & quarum contemplatione mouetur, dicitur iustum, vt si à non recognoscente superiorem, vel contra hæreticos, & infideles bellum moueatur. Calder. d. conſ. 95. n. 2. ver. est iustum, vel iniustum, & n. 3. & seq. alias 1. de tregua & pac.

Vide. Bellum quis p otſie indicere. Concluſione 36.

20 Extende declarationem, vt multis modis bellum ab authorizante dicatur iustum, quos modos recitat idem Calder. dicto consilio 95. numer. 2. ver. de primo considerandum, alias primo, de tregua.

21 Ratione igitur personę, dic, quod persona Ecclesiastica non potest facere bellum, quia non potest fundere sanguinem. Bald. consil. 432. in princ. vbi allegat Beatum Thomam. lib. 5. quia strepitus belli retrahit à laude Dei, & orationibus, & quia non est permissum Ecclesiasticis fundere sanguinem nisi essent in necesitate ineuitabili constituti. clem. 1. de homicidio.

Amplia,

Digitized

11 Amplia, quia bellum est iniustum etiam si ex iusta causa moueatur quando modus, & ordo bel landi exceditur, vt si fiat contra illum, qui recognoscit superiorem non requisito prius superiore pro iustitia. Calderin. conf. 95. num. 6. vers. interdum vnus dominus, alias vnic. de tregua, & pace: vbi quod talis inferens tenetur ad damna, & interesse.

13 Extende hanc ampliationem, vt procedat etiã si tam inferens, quam is, cui infertur bellum non recognoscunt superiorem, quando ille, cui infertur offert se paratum stare velle iuri, quia bellum non potest etiam ex causa iusta contra talem indici. Calder. d. conf. 95. num. 6. col. fin. vers. sed ille contra quem.

14 Amplia, quia bellum dicitur iniustum, si moueatur à recognoscente superiorem, & bona in bello iniusto capta non efficiuntur capientium. Franc. Aret. conf. 14. Viso, & diligenter. num. 6. vers. sed ad istud respondetur.

15 Extende, vt procedat etiam si moueatur illi, & ab eo, qui recognoscunt superiorem, quia non est iustum, neque capta in tali bello efficiuntur capientium. Franc. Aret. d. conf. 14. num. 7. ver. secundo quia.

16 Extende, quia iniustum bellum non potest per pactum, & conuentionem effici iustum sine licentia superioris, vel ex causa iuridica, plene Franciscus Aretinus dicto consilio 14. nu. 7. ver. est autem bellum.

17 Limita, quia bellum est licitum quando ex iussu Dei infertur, vt c. Dominus noster 23. q. 2.

18 Limita ex edicto Papæ, vel Imperatoris, aut superiore non recognoscentis ex iusta causa, quia alias eis parendum non est. c. non enim 11. q. 3. Franc. Aret. conf. 14. Viso, & diligenter. n. 5. in fi. & n. 6. ver. sed dubitatur consequenter.

19 Extende, quia Papa nedum potest indicere bellum, sed etiam potest dare licentiam Clericis, & Religiosis, vt vtantur armis pro statu fidei, & Ecclesiæ, & pro salute patriæ, non tamen ita vt effundant sanguinem. Baldus consilio 432. in fine. libro 5.

20 Restringe, quia Papa non potest dare licentiam Ecclesiasticis, & Religiosis, vt ipsi manu sua effundant sanguinem, vel aliquid per se ipsos exequantur, per quod sanguinem effundant, neque potest concedere indulgentiam effusionis faciendæ, licet postquam effuderint possit absoluere. Baldus dicto consilio 432. num. 4. lib. 5.

21 Causæ iustæ plures enumerari possunt, vt si contra hostes, & rebelles bellum indicatur. c. dispar 23. quæst. 8.

22 Item si subditi opprimuntur, potest bellum indici iniuriantibus. c. scire 23. q. 8.

23 Pro fide, & in factis fidei Papa indicit bellum. Calder. d. conf. 95. num. 3. ver. de Papa, alias primo de tregua.

24 Defensio patriæ est causa iusta indicendi bellum Bal. conf. 432. n. 5. lib. 5.

25 Contra infideles, & hæreticos indicitur bellum ex causa iusta. Calder. d. conf. 95. alias primo, de tregua. n. 3. in fi. ver. est etiam iustum.

26 Necessitas inducit causam iusti belli. Bal. d. consil. 432. nu. 5. ver. secunda pars. lib. 5.

27 Et adde alios casus in conclusione proxima sequenti, quasi per totum.

Vide Mascardum concluf. 168. Bellum an iniustum: vbi quod eo ipso, quod non probatur iustum, probatur iniustum, nisi à Papa: vel ab Imperatore fiat, vel indicatur.

Bellum quando licitum dicatur. Concluf. XXXV.

1 BELLVM licitum dicitur ad defensam suam quia defensio est de iure naturæ, & non requiritur licentia superioris. Castrens. consilio 296. Viso supradicto. num. 5. vers. & dictum capitulum. lib. 1.

2 Extende, quia dicitur ad defensionem quando fit ad obuiandum præparatæ offensæ, ideo licitum est facere ad æmulationem fortalitia, quando vicinus præparat insidias, quia ignem extinguere licitum est aqua, & reparatione. Baldus plene consilio 188. per totum, & consilio 195. per totum. lib. 2. vbi plura adducit pro bello digressiuo faciendo.

Vide. Defensio multiplex, & quando dicatur facta ad defensionem. Concl. 129. num. 17. & seq.

3 Extende in tantum, quod etiam bellum est licitum, & confœderatio licita ad offensam quando est connexa defensioni, & fit ad defensionem. Bal. conf. 343. Examinanda sunt capitula, in prin. ver. dimittamus ista generalia. lib. 1.

4 Extende quando fit, vt pax acquiratur, quia est digressiuum à discordijs, & rationibus, ita videtur velle Roman. in sermone, qui est post consilia nu. 22. non enim pax quærit, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. c. noli 23. quæst. 1.

Vide. Prœuenire melius est, quam præueniri. Concluf. 648.

5 Amplia, quia bellum licet quoad caput, & Reges indicentes ex iniusta causa sit illicitum, tamen quoad subditos dicitur licitum, quia necessitas facit de illicito licitum. Bald. conf. 358. Licet latrunculis. n. 2. ver. super secundo. lib. 2.

6 Amplia, quia licitum efficitur bellum quando acceptatur ab eo, cui indicitur, quia isto casu nõ distinguitur inter offendentem, vel defendentem, quia vterq; indicere videtur. Angel. consilio 367. In quæstione vertente. n. 5. vers. secundo quia.

7 Extende in tantum, quod is, qui indicit bellum etiam iniustum non teneatur ad restitutionem aliquam ablatorum, nec è contra quando fuit acceptatum bellum, quia dolus cum dolo compensatur. Angel. dicto consilio 367. num. 8. vers. nunc descendo.

8 Amplia, quia de consuetudine dominorum Lombardiæ seruatur, quod omne bellum indictum publice dicitur iustum, & habetur pro iusto Castillio. conf. 12. In facto proponitur, quod fel. mem. numero sexto. vers. amplius inspecta consuetudine.

9 Amplia, quia licet domini recognoscentes superiorem non possint indicere bellum sine licentia Imperatoris, quia nullus in causa sua ius sibi dicit, alias cadit à iure suo, tamen quãdo nõ adest copia Imperatoris, vel superioris, spoliatus potest recuperare castra, & terras sibi occupatas, quia si facit incontinenti, videlicet, arbitrio iudicis, infra centum dies, vel infra sex menses,

vel etiam infra decem annos, prout opportunitas ſe præſentauerit, bellum eſt iuſtum, & quis poteſt ſuam poſſeſsionem recuperare. Ang. Aret. conſil. 96. In themate ſupradicto. nu. 35. & ſeq. ver. capio tertiam conſultationē: vbi pro vtraq. opinione, & hanc tuetur, & tollit cōtraria, & loquitur in Baronibus, & Principibus Lombardiæ.

10 Extende, quia imo bellum dicitur iuſtum quando infertur à recognoſcente ſuperiorem ſubditis ſuis rebellibus, quia poteſt dare bona rebellium in prædam capientium. Franc. Aret. conſ. 14. Viſo diligenter. num. 7. ver. ſed ad iſtud reſpondetur.

11 Amplia, quia bellum dicitur iuſtum, & licitum multis modis relatis per Bar. in l. hoſtes. ff. de captiuis: vbi Alexan. & ibi quod capta in iuſto bello efficiuntur capientium. Card. Zabarell. in clem. 2. quæſt. 4. de re iudic. vide Franc. Aret. conſ. 14. Viſo, num. 5. in fin. & nu. 6. & ſeq. verſ. ſed dubitatur: vbi plene.

12 Amplia multis caſibus, de quibus ſupra concl. præceden. n. 27. & ſeq.

13 Limita, quia bellum ad offenſām non eſt licitum ſine licentia ſuperioris. Caſtrenſ. conſ. 296. num. 5. lib. 1.

14 Extende etiam ſi fieret pro recuperatione bonorum ſuorum, quia ſine licentia ſuperioris non eſt licitum. Caſtr. d. conſ. 296. nu. 5. lib. 1.

15 Limita, quia bellum in dubio præſumitur iniuſtum, niſi probetur iuſtum, quia vſus armorum inſcio Principe eſt prohibitus. Franc. Aretin. d. conſ. 14. num. 7. verſ. primo quidem: vbi apoſtill. in ver. iuſtum.

Bellum quis poſsit indicere. Concluſ. XXXVI.

1 IMPERATOR, vel Populus Romanus bellum indicere poſſunt. l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlim. reuer. gl. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. Io. de Im. conſ. 51. in princ.

2 Amplia in Papa in factis fidei, & reſpectu temporalis ſtatus, quia poteſt indicere bellum. Inno. in c. olim de reſtit. ſpol. quem ſequitur Calderin. conſ. 95. num. 3. ver. de Papa, alias primo de tregua: vbi quod tenentes contrarium non diſtant ab hæreſi. Io. de Im. conſ. 51. in princ.

3 Et contra Reges, & Principes infideles authoritas ſuſcipiendi belli maxime reſidet penes Papam. Bald. conſ. 389. Conſuetudo eſt, in fi. num. 10. ver. quid belli ſuſcipiendi. lib. 1.

4 Amplia, quia Principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt indicere bellum. Oldr. conſ. 70. Vide plenius in ver. Principes, qui poſſint. Concluſ. 574.

5 Amplia, vt quilibet Rex, Populus, Princeps, Dux, vel Baro gubernās in aliqua ſui parte rēpublicā poteſt indicere iuſtum bellum ſi iuſtam habet cauſam c. domino guerram 10. collat. tit. hic finitur lex Corrad. quia bella fuerunt a iure gentiū licite introducta. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.

6 Contrarium tenent alij, quia vſus armorum fuit interdictus. C. ne vſus armorum inſcio Prin. lib. 11. ideo non licet vti, niſi legis ſcriptæ authoritate hoc fiat.

7 Declara, quod ea, quę dicuntur bellum poſſe indici, procedunt ſolum ſi iuſta ſubeſt cauſa, alias autem Papę, & Imperatori, & alijs mouentibus bellum iniuſtum non eſt parendum. Calder. dicto conſil. 95. num. 3. verſ. de Imperatore, alias primo, de tregua.

Vide. Principes qui poſſint indicere bellum, vel non. Concluſ. 574.

8 Amplia, vt Epiſcopus, & quilibet executor canonum poſſit indicere bellum in executionem iuris contra declaratos hereticos, & alios criminoſos. Calderin. d. conſilio 95. nu. 3. in fine. ver. eſt etiam iuſtum, quod eſt vnicum, de tregua.

9 Amplia in iudice habente iuriſdictionem, & merum imperium, quia poteſt ſubditis ſuis rebellibus indicere bellum, duobus concurrentibus, vt pro iuſto præcepto, & ordine iuris ſeruato inobedientia ſubditorum cauſetur. Calderin. conſ. 95. alias primo de tregua, & pace. num. 4. verſ. indicitur etiam bellum.

Vide. Repreſaleę quando, & qualiter, & à quibus iudicibus concedi poſſint. Concluſione. 197.

10 Extende, vt idem ſit ſi rebelles ex iuſto præcepto, & ordine ſeruato eſſent ſubditi alterius, quia facta requiſitione ei, cuius ſunt ſubditi pro iuſtitia ſi non fiat, poteſt iudex ordinarius indicere bellum. Cald. d. conſil. 95. numero 4. verſ. hoc tamen caſu.

11 Declara, quod capti in iuſto bello non efficiuntur capientium, neque captiui efficiuntur ſerui, niſi iudex, cuius authoritate hoc bellum indicitur in pœnam rebellium hoc præciperet. Calderin. dicto conſilio 95. numero 4. col. 3. ver. in hoc tamen caſu, alias it primo, de tregua, & pace.

12 Amplia in vaſſallo contra dominum, quia ſi dominus non vult ſeruare inueſtituram feudi, & nolit parere ſententiæ latæ per pares curiæ, tunc vaſſallus poteſt facere bellum. Bald. conſil. 316. Rex Romanorum, numero quinto. verſ. & ſi Dominus. lib. 1.

13 Amplia, quia habens merum, & mixtum imperium, prout Marchio Montis Ferrati, qui habet in territorio ſuo iura Cęſaris poteſt indicere bellum ex iuſta cauſa. Ang. conſ. 367. In quæſtione vertente. n. 4. ver. ad primum autem.

14 Bellum contra ſaracenos, & infideles eſt licitum, etiam ſi ſaraceni velint viuere in pace, quia cum occaſio ſe illis præſtiterit ipſi oppugnabunt Chriſtianos. Oldra. conſ. 72. vbi conſuluit contra ſaracenos Hiſpaniæ.

Vide. Infidelibus bellum eſt faciendum, & quando. Concluſ. 124.

15 Amplia, quia Papa poteſt indicere bellum ex cauſa licita, & dare licentiam etiam Eccleſiaſticis, vt faciant bellum, interueniant in conſilio, auxilio, & adiutorio etiam cum armis, dummodo ſanguinem non effundant per ſe ipſos. Baldus conſil. 432. Ad bellum iuſtum, in principio, & per totum. lib. 5.

16 Amplia, quia Ciuitas poteſt indicere bellum ob tutelam vnius Ciuis, & ideo licitę ſunt repreſaleæ, dummodo adſit cauſa licita. Bart. in tract. repreſalea. quæſt. 1. verſic. ad ſecundum. numero ſexto.

17 Amplia, quia quilibet particularis ob tutelam vitę ſuæ, & rerum ſuarum: vbi deficit copia ſuperioris poteſt indicere bellum. Bart. d. tract. repreſalearum. q. 1. ver. ad ſecundum. nu. 6.

18 Limita in Duce Mediolani, & Florentinis, quia reco-

Digitized by Google

recognoſcunt imperium, & dato, quod de facto non recognoſcerent attenditur, quod de iure fieri debet, non quod de facto ſit, vt bellum ſit iuſtum, vel non. Io. de Im. conſ. 51. in princ. & idem videtur dicere Io. de Anan. conſ. 11. in princ. licet aperte non decidat, quod conſuluit in eodē caſu.

19 Extende, vt nec conſuetudo contraria valeat, quia eſt irrationabilis. Io. de Im. conſ. 51. n. 4. verſ. nec obſtat ſi dicatur.

Bellum quibus poſsit indici, & qualiter indicendum. Concl. XXXVII.

1 BELLVM poteſt indici quibuſcunque non recognoſcentibus ſuperiorem, & recuſantibus velle facere reſtitutionem eius, quod pro iuſtitia debent reſtituere. Calder. conſ. 95. quod eſt vnicum de tregua, & pace. col. fin. verſ. ſi ille contra quem.

2 Declara, vt procedat quando ſuperior pro iuſtitia conſequenda adiri non poſſet, quia alias non poſſet indici bellum licite, imo ſi indiceretur non prius requiſito ſuperiore eius, cui indicitur tunc bellum eſſet illicitum, & inferens tenetur ad damna. Calder. d. conſ. 95. num. 6. col. pen. in fine. ver. interdum vnus Dominus.

3 Amplia, vt quod dicitur de bello procedat etiam in repreſaleis, quæ poſſunt concedi contra non recognoſcentem ſuperiorem recuſantem adminiſtrare iuſtitiam facta prius interpellatione, ſecus ſi ſuperiorem recognoſcat, quia prius debet requiri ſuperior, alias ad damna tenetur. Calderin. d. conſil. 95. col. fin. circa medium. verſ. ſed contra hoc facit.

Bellum mala multa operatur. Concluſ. XXXVIII.

1 BELLVM deſtruit territoria, & fœnda, & ideo vaſſalli faciendo bellum inter ſe ſine licentia domini poſſunt priuari, quia deterioratio nem inferunt. Bal. conſ 483. Magnificus dominus. nu. 3. ver. ſecundo quæritur. lib. 1.

2 Amplia, quia bellum inducit homicidia, rapinas, ſacrilegia, & omnem calamitatem, & ideo dans cauſam bello iniuſto tenetur ad omnia damna. Anchar. conſ. 198. Ex narratis, in princ. maxime num. 3. & ſeq.

3 Amplia, quia inducit neceſſitatem cauſantem quod illicita fiunt permiſſa, & licita prohibentur.

Vide. Neceſſitas non habet legem. Concluſio. 19.

4 Amplia, quia belli tempore non ſeruatur immunitas conceſſa, plene Iaſ. l. ſi ex toto. num. 7. & ſeq. ff. de legat. 1.

5 Et dicit Roman. in ſermone ſuo, qui eſt poſt conſilia, quod pacem habere debet eſſe continuæ voluntatis, Bellum vero nunquam, niſi ex neceſſitate. num. 23.

Bello capta quando efficiantur capientium. Concluſ. XXXIX.

1 CONSVETVDO eſt belli, quod capiuati, & capta in bello efficiuntur capientium: ſiue bellum ſit licitum ſiue non, quia ita de facto ſeruatur. Io. de Anan. conſ. 11. Omiſſa diſcuſſione, in princ.

2 Contrarium, quod conſuetudo ſit nutritiua peccati, & non valeat, tenet Ioa. de Imol. conſilio 51. per totum. numero 4. quando bellum non eſt iuſtum.

3 Regula ſit, quod captiuati in bello licito retinentur licitè, & efficiuntur capientium. Bart. in l. naturaliter. §. item quod ex hoſtibus. ff. de acquir. rerum domi.

4 Extende. quod capta in bello licito, ita efficiuntur capientium, vt nec teneatur capiens in foro conſcientiæ ad reſtitutionem. Bald. in c. 1. nu. 8. verſ. ſed nunquid, de milite vaſſall. qui contum. ſequitur Alexand. in apoſtilla ad Bartol. in l. ſi quid in bello. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Perrin. in tractat. de re milita. parte 1. in princ. num. 5. ver. quod tamen.

5 Reſtringe niſi captura fiat de miſſis legationis munere. Ioann. de Anania. conſ. 11. num. 3. verſ. tertio quia.

6 Reſtringe in paſſagerijs, & tranſeuntibus pro ſuis negocijs, qui non infeſtant aliquem, quia debent eſſe tuti. Bologn. in apoſtill. addictum conſilium 11. Ioann. de Anania, circa fin. verſ. præterea vt vtar.

7 Reſtringe ſi caperentur aliqui in territorio non diffidato. quia debent relaxari, alias tenentur bellum gerentes ad damna, & poſſunt capientes condemnari tanquam latrones, & furca ſuſpendi. Io. de Anan. d. conſ. 11. in fin. ver. quinto principaliter, & ibi Bologn. in fine. Io. de Imol. conſ. 51. num. 4. & ſeq.

8 Dicitur captus in territorio non diffidato is, qui recedit à territorio non diffidato, prout a caſtro Bolognefio, vt eat Bononiam, quæ non eſt diffidata, licet caperetur in territorio Imolæ diffidato quando capientes viderunt ipſum captum venire ex territorio non diffidato, & expectarunt, vt eſſet in territorio diffidato, quia animus eorum attenditur ab initio.

9 Reſtringe quando captus fuit in territorio diffidato, & fuit conductus captus per territoriū non diffidatū, quia debet relaxari, alias offenditur Princeps, & officialis, in cuius territorio fuit ductus captiuus. Ioann. de Anania dicto conſi. 11. in fin. vbi Bologni. in fin. Ioann. de Imol. conſil. 51. num. 4. & ſeq.

10 Reſtringe quando captura non fit a militibus aperte, ſed clam à latrunculis, qui ducunt per nemora, quia debent puniri. Bologn. in apoſtil. ad Ioan. de Anania conſ. 11. num. 6. verſ. prædicta multum adiuuat.

11 Amplia, quia capta in bello licito efficiuntur capientium, & in Lombardia eſt conſuetudo dominorum, quod ſufficit, quod bellum ſit indictum,

Digitized by Google

vt dicatur licitum. Caſtillio. conſil. 12. nu. 6. & 7.

12 Amplia, quia etiam bona feudalia iuſto bello capta efficiuntur capientium ſaluo iure directo Domino. Franciſcus Aretin. conſil. 14. Viſo, & diligenter, num. 5. in fi. & num. 6. ver. ſed dubitatur allegat c. excommunicamus. §. ſi vero, de hæreti. vbi Docto.

13 Contrarium, quod imo quando quis prohibetur alienare fauore alterius, neque poſſit alienare delinquendo. Bartol. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. verſ. quæro an dominus teneatur, & & ad cap. excommunicamus. §. ſi vero. de hæret. poteſt dici ſpeciale in cauſa hæreſis, & ita Aretin. vbi ſupra.

14 Declarat Aretin. d. conſ. 14. num. 7. ver. quia tamen: vbi quod ampliatio eſt communis, licet ipſe non velit affirmare verum.

15 Declara, quia etiam in bello iuſto bona feudalia propter delictum patris non poſſunt auferri à filio, qui non habet fœuda iure hereditario. Franciſcus Aretin. dicto conſ. 14. num. 9. verſ. ſed quid opus eſt dubitare.

16 Limita, quia captus in bello, quia portabat veſtem diuiſam Imperatoris ex priuilegio debet relaxari. Roman. conſilio 382. Quoad primum, numero 6. verſi. quoad tertium, vſque ad finem: vbi plura.

Vide. Belli cauſa acquiſita quando poſſunt licite retineri. Concluſ. 41.

Bello acquiſita quando communicanda inter ſocios, vel non. Concluſ. XL.

1 ACQVISITA in bello licito ſunt communicanda inter ſocios omnium bonorum commilitones. Bald. conſ. 51. Tres erant fratres, in princ. ver. porro ſi eſſet. lib. 1.

2 Amplia, quia etiam ſi bellum non eſſet licitum ex communi errore acquiſita communicantur, & valet ſocietas. Bal. d. conſ. 41. per totum. lib. 1. vbi loquitur de communicatione actiua, & paſsiua, videlicet ſi commilito capiatur, & ſoluat taleam, & e contra.

3 Amplia, quia capta in bello iuſto efficiuntur capientium quoad mobilia, ſecus quoad immobilia. Socin. in l. 1. in principio. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 10. & ſequen. Bart. in l. ſi quid in bello. ff. de capti.

4 Declara, quod licet fiant capientium, tamen intelligitur præuia diſtributione per capitaneum facienda. Socin. dicta l. 1. nu. 11. ff. de acquir. poſſ. Bart. in d. l. ſi quid in bello. ff. de capti. & ita communiter * teneri dicit Socin. Iun. conſ. 68. n. 107. & ſequen. libro 3.

5 Extende, quia maxime capta in bello ſunt capientium quando ſunt recuperata à depredatis. Iaſ. in d. l. 1. ff. de acquir. poſſ.

6 Amplia, quia capta in bello ſunt capientium etiam ſi conſtaret de dominio patronorum, à quibus capta ſunt. Iaſ. in d. l. 1. ff. de acquir. poſſ.

7 Limita, quia acquiſita in bello etiam iuſto non ſunt capientium quando eſſent conſeruata in Eccleſia. Socin. d. l. 1. in 1. col. ff. de acquir. poſſeſſ.

8 Limita in fœudatario vaſſallo, quia quod acquirit etiam cum equis, & armis communibus, ſpecialiter eſt ipſius acquirentis. nec tenetur communicare alijs. Bal. conſ. 41. in fi. ver. non obſtat. libro 1.

9 Limita, quia ſtabilia capta in bello iuſto ſunt Principis facientis bellum. Socin. Iun. conſ. 68. nu. 108. lib. 3.

Belli cauſa acquiſita quando poſſint licite retineri. Concluſ. XLI.

1 ACQVISITA in bello indicto per Principem non recognoſcentem ſuperiorem ex iuſta cauſa poſſunt licite retineri in foro fori. Oldrad. conſ. 70. in princ.

2 Contrarium tenet Calderin. quod occupata in bello ex iuſta cauſa indicto a non recognoſcente ſuperiorem non poſſunt retineri ſi moueretur ex rancore, vel animo vlciſcendi. Calderin. conſ. 95. in princ. num. 2. ver. dicit ergo, alias primo de tregua, & pace.

3 Declara, vt hoc vltimum procedat in foro poli tantum, ſecundum Oldrad. dicto conſilio 70. in fine, ſecus in foro fori, quia in eo attenditur an bellum ſit iuſtum, & indictum ab habente authoritatem, vt bona efficiantur capientium ſecundum conſuetudinem, quæ in hoc attendi debet. Calderin. dicto conſilio 95. verſic. & in ijs bellis.

4 Amplia, vt capta in bello iuſto efficiãtur capientium ſi extat conſuetudo nedum quoad mobilia, ſed etiam quoad perſonas captas, quia captiui efficiuntur ſerui. Calderin. dicto conſilio 95. alias primo de tregua. numero 3. verſ. & in ijs bellis.

5 Amplia, quia bona hoſtium contra prohibitionem conducta in territorio contra prohibitionem ipſo iure confiſcata ſunt. l. commiſſa. ff. de publica. Caſtr. conſ. 446. Dico quod iſtæ oues, per totum. lib. 1. vbi quod non efficiuntur priuati capientis, vel denunciantis.

6 Declara, quia denunciator bonorum in fiſcum delatorum conſequitur tertiam partem. l. edicto. §. extat, & ibi gloſſa verb. vulgare. ff. de iure fiſci. Caſtrenſ. conſilio 446. in fine. libro 1.

7 Amplia, quia res hoſtium ſunt priuati occupantis, quando ipſe priuatus occupat in territorio hoſtium, ſecus vero ſi in territorio noſtro occupat. Caſtrenſ. dicto conſilio 446. verſ. præterea ad hoc. libro 1.

8 Limita, quia is qui bellum iniuſtum mouet tenetur reſtituere omnia perdita in bello, vel cauſa belli à quacunque parte. Calder. conſ. 95. num. 6. ver. ſed an qui mouit, alias vnicum de tregua, & pace. Ang. conſ. 367. In quæſtione vertente. n. 5. ver. primo, quia.

9 Extende, vt quocunque modo bellum dicatur iniuſtum, etiam ſi ex cauſa iuſta, ſed iniuſto ordine moueatur, vt quia non requiſito ſuperiore eius contra quem bellum mouetur, talis mouens nedum capta ſua non faciat, ſed omnia dãna illata reficiat. Cal. d. cõſ. 95. col. fi. ver. de captis autem in iſto bello, iuncto ver. præced. num. 6. col. pen. in fi. ver. interdum vnus dominus.

Exten-

Digitized by Google

10 Extende,quia neque consuetudo contraria valeat,quod capiens terras ex iniusto bello non restituat,quia non valet talis consuetudo. Ang.cōs. 367.in quæstione vertente.nu.6.vers. nec obstat.

11 Idem est in captis in bello iniusto,vti indicto à recognoscentibus superiorem,quia non valet consuetudo,quod capta fiant capientium,quia est nutritiua peccati.Ioan.de Imol.cons.51. per.totum maxime num.4.

12 Extende, quia etiam Ciuitates captę in bello iniusto sunt restituendę sequuta pace,nec possunt retineri ex eo,quod capiens fecerit expensas in bello. Angel. d. cons.367.num.7.vers.ad tertium autem.

13 Extende,quia etiam si bellum esset licitum,captiui occasione belli,qui non sunt subditi bellantium,prout forenses transeuntes, & alij itinerantes non sunt iuste capti , sed debent relaxari . Ioann. de Im.cons. 51.nu. 4.& seq.Io. de Anan.cons. 11.vbi Bologn.in apostil.circa fi.ver.præterea,vt vtar.quod consilium est in eadem causa.

14 Extēde,quia captura redditur iniusta, si captiui ducantur per territorium alienum,puta Ecclesiæ Romanæ,sine licentia , quia debent relaxari, alias bellum facientes tenentur ipsi ad damni emendationem. Ioan.de Im.d.cons.51.n. 5.& seq. ver.circa tertium, & idem in eodem casu consuluit.Io.de Anan.cons.11.in fi.ver.quinto principaliter,plene Bologni.ibi in apostill.in fi.

15 Extende maxime quando sunt Nuntij missi, quia etiam si essent hostes, Ambasciatoribus datur, fidantia.Ioan.de Anania cons. 11. vers.tertio quia .

16 Restringe,quia si bellum iniustum oblatum fuit acceptatum per eum, cui indicebatur, tunc neutra partium potest petere restitutionem ablatorum. Angel.dicto consil.367.num.8.ver. nunc descendo .

17 Limita,quia existens pro ea parte, quæ consuevet iniustum bellum quicquid acquirit in bello, tenetur etiam in foro fori restituere.cap.1.de raptor. Cal.cons.95.n.2.ver.dicitur iniustum,alias 1.de tregua, & pace.

18 Extende limitationem , vt procedat etiam si bellum est iustum quando occupans est stipendiatus , quia tenetur mobilia consignare Principi, vt distribuat secundum merita , & stabilia nullo modo facit sua , vt per Calderin. dicto cons. 95. num.3. ver. & in ijs:vbi hanc partem tenet,secus si non esset stipendiatus , quia quoad mobilia facit ea sua .

19 Limita in bello indicto a iudice superiore contra rebelles,vel per modum represaliarum , quia captiui non efficiuntur serui , occupata non efficiuntur capientium, licet possint retineri vsque ad satisfactionem . Calder. cons. 95 num. 4. in fin. vers. in hoc tamen casu,alias 1.de tregua , & pace .

20 Declara nisi iudex aliter ordinasset , quia hoc potest. Calderin. d. cons. 95.num.4. in fi. alias 1. de tregua, & pace.

21 Limita , quia immobilia capta in bello non fiunt capientium, sed fisci. Ang. d.cons.367.nu.5. ver.primo quia .

Vide. Bello captiuata quando efficiuntur capientium, vel non. Conclus. 19

Bello occupata si recuperantur sunt restituenda Dominis suis . Concluſ. XLII.

1 OCCVPATA per hostes bello, vel aliter si recuperantur ab hostibus per amicos , & confœderatos sunt Dominis restituenda secundum vnam lecturam. Io. Andr. in additio.ad Speculat. tit. de raptorib.

2 Contrarium de consuetudine seruari,& de iure esse,quia si bona sunt in castris, & præsidijs redacta, & Domini perdunt Dominium , & bona efficiuntur capientium, vt per Doctores , & maxime Bart.in l.si quid in bello,in fi. ff.de captiuis,quod intellige de bello licito, secus si in continenti, vide Bolognett. in l.1.numero 46.ff.de acquiren. possess. vbi tuetur opinionem Ioann. Andre. numero 47. sed tamen dicit numero 46. quod casus euenit,& fuit seruatum contrarium.

3 Amplia , quia animalia depredata per hostes & recuperata per amicos debent gratis restitui eorum Dominis. Baldus in l. ab hostibus. in 2. C. de cap. & postlimin. reuer. tex. in l.latrones. ff. eodem.

4 Extende in tantum , quod nihil possunt accipere pro eorum restitutione alias tenentur actione furti , & puniri possunt crimine abigeatus. Bald. in l. final. in fin. C. de cond.ob.turpem causam.

5 Declara plenissime , vt per Bolognet. nouissime in d. l. 1. numero 44. & sequen. ff. de acquir. possess. vbi dicit, quod si bona capta ab hostibus recuperentur, statim res non habet vllam difficultatem , quia tunc restituuntur dominis,& idem est si in castris recepta, vel retenta sunt in ijs, in quibus habet locum ius postliminij , & dicit habere locum ius postliminij in omnibus rebus immobilibus, personis, & etiam in rebus mobilibus, exceptis armis, & vestibus, quia cum verecundia , & dedecore à militibus perduntur , vide eum , quia plenius examinat, quam alius.

6 Declarat aliter Ripa dicta l. 1.quia aut bona sunt capta in bello iusto,& posita intra castra capientium , & Domini priuantur dominio rerum, quia non est spes recuperandi, dicit tamen, quod si recuperentur à militibus stipendiatis tenentur restituere Dominis,aut non stipendiatis, & fiunt capientium,quia si recuperans perdidisset arma, vel vitam non refeciſſet Dominus, & dicit, quod quando efficiuntur capientium intelligitur de meritis militibus, ideo fit consignatio Duci belli, vt distribuat.

7 Bene fatentur maxime Ias. & alij, quod stante decreto , quod efficiantur capientium valeret , & seruaretur de facto , prout contigit Mediolani .

Beluecensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. XLIII.

1 CIVITAS Beluecensis licet sit Regni Franciæ, tamen Episcopus in ea prescripsit ab immemorabili tẽpore citra merum, & mixtum imperium, & facultatem creandi Notarios etiam priuatiue quoad Notarios Regis. Bald. conſ. 201, Casus est talis lib. 2.

Bellunensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. XLIV.

1 EPISCOPVS Bellunensis habet etiam Ciuitatem Feltrensem vnitas simul, vt per Cardin. Zabarell. consil. 90. In casu, incip. Episcopus Feltrensis: vbi quod ille Episcopus actu legebat Papiæ.

2 Decimas, & quartesia exigit capitulum Ecclesiæ Bellunen. etiam ex bonis Patriarchæ Aquilegiensis, & sic Ecclesiæ matricis ex prescriptione & donatione facta vsque de anno 1015. & 1241. Zabar. conſ. 88. per tot. maxime num. 3.

3 Constitutio Episcopalis Bellunen. & Feltren. contra vsurarios disponens, quod instrumentum mutui vsurarij præsumatur solum pro medietate verum, & pro alia medietate præsumatur vsurarium, valet, sed tamen non habet locum in mutuo facto per vsurarium fratri suo. Ioann. de Imol. conſ. 117. per totum, maxime in fin. ver. sed aduertendum.

4 Et non habet locum dicta constitutio contra instrumentum inciſum ad repetendum contra solutionem factam. Io. de Imol. conſ. 117. nu. 3. ver. in contrarium.

5 Decanus Ecclesiæ Bellunen. est loco Archidiaconi, & Archipresbyteri, & sola dignitas est in cathedrali, & de consuetudine est maior post Episcopum. Card. Zabar. conſ. 62. in princ. vbi quod cum Canonicis habet ius eligendi, & Episcopus confirmat ad Canonicatus, & Decanatum vacantes.

6 Extende, quia Decanus est in possessione solus inducendi in possessionem prouisos in cathedrali, & valet talis consuetudo. Zabarell. conſ. 62. In secundo dubio.

7 Statutum Belluni disponit, quod nullus possit succedere, qui non substinet onera, & factiones cum communi, & excipit vxores, quę morantur cum maritis suis. Fulgoſ. conſ. 92. Ad id, de quo n. 2. ver. nec refragatur, & loquitur statutum de bonis immobilibus.

8 Et huiusmodi statutum non habet locum contra eos, qui post acquisitionem sunt effecti, & tolerati, vt Ciues. Castrenſ. consilio 234. numero tertio. lib. 2.

9 Appellari non potest nisi semel; ideo appellans secundo non potest audiri, & iudex caret iurisdictione, & sententia est nulla tanquam lata sine iurisdictione. Fulgoſ. conſ. 158. Domina Grauolina, col. 2. circa fi.

10 Statutum, quod causę occasione datiorum sum marie expediantur per Rectores Ciuitatis, & in eis non appelletur, procedit in causis inter Datiarium, & priuatos, quia tales causæ requirunt celerem expeditionẽ, & in istis non habet locum consilium sapientis, secus si causa est de toto datio locatori dimittenda, quia tũc potest dari consilium sapientis cum sit ordinaria. Castrenſ. conſ. 432. Ego puto. lib. 2.

Benedictio Ecclesiæ quid sit, & quæ requirat. Concluſ. XLV.

1 BENEDICTIO Ecclesię fieri debet per Episcopum, & dicitur consecratio, quæ fit tam de Ecclesia, quam de altari, vel cęmiterio, quę fieri potest simul, & separatim per Episcopum. c. 1. de consecrat. Eccleſ. vel altaris.

2 Fieri potest benedictio Ecclesię, vel altaris quolibet die, etiam non solemni. c. 2. de. consecr. Eccleſ. vel alta. in 6.

Vide. Consecratio Ecclesiæ, vel altaris qualiter, & à quibus fiat. Concluſ. 745.

Benedictio super populum quotuplex. Concluſ. XLVI.

1 BENEDICTIO super populum est de iure, & præcepto diuino Sacerdotibus, vt inuocent nomen Domini, & benedicant populum, vt in lib. Num. c. vlt. in fi. ibi loquutus est Dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: & in libro Leuit. c. 9. in fi. vbi ingressi sunt Moyses, & Aaron in tabernaculum testimonij. & deinceps benedixerunt populo. Oldrad. plene conſ. 246. Quæstio est, per totum, maxime nu. 3. ver. secunda ratio.

2 Duplex est benedictio, alia solẽnis, alia vero nõ solẽnis, & solẽnis dicitur benedictio, quãdo incipitur ab Episc. vel alio, per verba: Sit nomen Domini benedictum, &c. c. ministrare 26. q. 6. Oldra. d. conſ. 246. nu. 4. ver. tertia ratio.

3 Et si alicui concessa est facultas benedicendi, non venit benedictio solemnis super populum, quę competit Episcopo. Anton. de Butrio consil. 19. num. 10.

4 Non solemnis benedictio est, quæ fit a Sacerdote, & etiam ab Episcopo, & alio superiore sine solemnitate, & dicitur indifferens benedictio, & actus promiscuus, qui potest conueniri superiori Prælato, & etiam inferiori. Oldrad. d. conſ. 246. n. 4. ver. alij volunt: vbi concludit, quod ista benedictio non solemnis facta a electo in Episcopo non inducit administrationem, vt incidat in pœnam c. auaritiæ. de elect. in 6.

Vide Mascar. concl. 169. De benedictione facta ab aliquo.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio Abbatum,& Abbatiſſarum quæ etiam eſt quædam conſecratio,quid conferat, & à quibus fieri poſsit,& quãdo.Concluſio. XLVII.

1 BENEDICTIO Abbatum, & Abbatiſſarum,quæ etiam conſecratio largo modo dicitur,12.q.2.c.alienationes,eſt loco conſecrationis.Oldrad.conſ.14.nu.4.& ſeq. Felin. in c. inter Monaſterium,in prin.de re iudi.

2 Non confert ordinem,neq.caracterem, neq. in Abbatibus eſt neceſſaria,niſi ſit de conſuetudine, & eſt quædam ſolemnitas orationum,quæ tamen confert in Abbate exercitium collationis ordinum,& baculi Paſtoralis.Oldrad. conſ.14. Per totum,vbi etiam,quod ad bene eſſe,debet fieri die Dominico,ſequitur Felin. c. inter Monaſterium, num.2. de re iudi. vbi quod non confert aliquem caracterem.

3 Reſtringit Felin. ex mente Hoſtien.in Abbatibus Ciſtertiẽſibus,quaſi in eis benedictio ſit quędam conſecratio,in d.c.inter Monaſterium,nu.2. de re iudi.

4 Et licet habeatur loco conſecrationis, tamen non eſt proprie conſecratio, quia conſecratio nõ poteſt reiterari,Benedictio vero reiteratur. Felin c.meminimus.n.3.ver. dubitat hic Innocẽtius, de accuſatio.

5 Contrarium,quod benedictio non poſſit reiterari.Feli.in c.inter Monaſterium,n.2,circa fin.de re iudica.

6 Et valet conſuetudo,quod Abbas,vel Abbatiſſa non benedicantur,ſeu conſecrentur.Felin.d.c. meminimus,in princi.de accuſatio.& in c.inter Monaſterium.nu.2.circa fi.de re iudica.

7 Non tamen poteſt Abbas, vel Abbatiſſa benedici per inferiorem, ſine licentia Papæ, quando fuit facta confirmatio à Papa.Felin.d.c. meminimus,nu.2.ver.nota vlterius.

8 Idem eſt in Epiſcopo confirmato,vel promoto per Papam,quia non poteſt conſecrari ſine licentia Papæ.Gemin.conſ.42.n.7.ver.reſtat.

9 Et talis benedicens non eſt merus executor, quia debet examinare ea quę obijciuntur contra benedicendum.Felin.d.c.meminimus.nu.2.in fin. ver.vlterius,de accuſat.vbi, quod benedictio requirit ſemper examinationem propter impoſitionem manuum.

10 Abbas etiam non presbyter poteſt benedici,licet de iure fieri non deberet.Felin.d. c.inter Monaſterium,nu.2.de re iudi.

11 Et poſſet hęc benedictio Abbatem fieri per ſimplicem Sacerdotem de licentia Papæ,quia eſt iuriſdictionis,non autem ordinis.Felin.in d.c. inter Monaſterium nu.2.de re iudicata,vbi probat per exemplum Cardinalium, qui ſunt ſimplices presbyteri,& vtuntur Pontificalibus,conferendo minores ordines,mitra, baculo, & alijs inſignibus vtendo.

12 Contrarium, quod imo ſit dignitatis Epiſcopalis,licet Papa poſſit dare licentiam ſimplici Sacerdoti,tenet Zabarel.in d.clem. attendentes. §. ſtatuimus,in quarta quæſt.numer. 2. & latius in 9. quęſt. numer. 3. de ſtatu Monachor. vbi quod omnis benedictio ſolemnis debet fieri per Epiſcopum.

13 Non tamen poteſt benedictio Abbatum fieri ſingulis diebus ſicut bededictio Eccleſię, quæ fit omni die, ſed in iſta requiritur dies Dominicus, vel feſtiuus.Felin.d.c.inter Monaſterium,num.2. de re iudi.& eſt hæc * communis opinio,de qua Abb.in c.cum ſis,circa fin.de conſecra. Eccleſ.vel altar.vbi vtitur hoc argumento, ſi minores ordines non poſſunt conferri, niſi in feſtiuis diebus; ergo neq.benedictio Abbatis,qui recipit poteſtatem conferendi ordines.

14 Contrarium tenet Zabarella,in clem.Attendendes,§.ſtatuimus,nu.2.ver. tertio quęro, de ſtatu Monacho.& quęſt.9.

15 Benedictio ſi eſt alicui conceſſa,non venit benedictio ſolemnis,quæ fit ſuper populum ab Epiſcopo. Anton.de Butrio.conſ.19.nu.10.

Vide etiam in ver. Abbas ante benedictionem quid poſsit.Concluſio.8.

Benefacere tenemur benefacienti. Concl. XLVIII.

1 BENEFICIATVS ab aliquo tenetur naturaliter benefacienti ad antidora,& ſic ad remunerationem, vt reddat bonum pro bono,l. ſed ſi lege,§.conſuluit,de petitio.hæredit.Ita Roma.conſ.500.Summarius,in fi.ver.reſpondeo,nu. 9.vbi apoſtill.in ver.obligatus.

2 Declara,quia talis obligatio non eſt taxata, neq.debita ex iuſtitia,ſed ex amicitia;non ex neceſſitate,ſed ex voluntate,ſecundum Beatum Thomam,quem refert Roman. dict. conſ. 500. in fin. col.3.

3 Et ideo talis obligatio ad antidora,non poteſt deduci in pactum.Roman.dict. conſ. 500. numer. 9. vbi apoſtilla in verb. deduci, dat concord.

4 Amplia, quia propterea donari non poteſt indigno,& ingrato,imo donatum ab eo aufertur de iure ciuili,l.fi.C.de renoc.donatio.

5 Declara,quicquid ſit de iure Ciuili,de iure Diuino magis meritorium eſt benefacere ijs,qui nõ ſunt nobis benemerentes, quia benefacere benefacientibus eſt omnibus commune;ideo is qui habet liberam facultatem dandi ex cauſa lucratiua, vel donandi,poteſt donare indigno, & malemerito,quia non ſubiacet iuri Ciuili,ſed iurigentium, & naturali.Bart.in extrauag.ad reprimendum, ver.videbitur,n.7.ver.ſecundo caſu,circa fin.

Vide.Benemerita habent multa ſpecialia. Concluſio.87.

Beneficium Principis late interpretatur. Concluſio. XLIX.

1 IN beneficijs Principis largiſſima interpretatio eſt facienda.l.fi. ff.de conſtit. princ. Abb. conſ.101.In quæſtione,in fin.num.11.lib. 1. Alex. conſ.

conſ. 160. Viſo themate, num. 3. ver. 2. præſuppono. lib. 2.

8 Amplia in tantum, vt temerarium, & abſurdum ſit liberalitatem Principis, in diminutionem velle interpretari, l. hac ſaluberrima. C. de agenti. in rebus.

9 Amplia, vt beneficium Principis, nedum ſit interpretandum quoad res, ſed etiam quoad perſonas, quia ad vxores, liberos, ſeruos, domeſticos, & colonos extenditur Oldra. conſil. 300. in principio. incip. Factum tale eſt, magiſtro.

4 Amplia, vt priuilegium, & beneficium Principis, nedum extendi debeat quoad res, & perſonas, ſed etiam quoad tempus, quia priuilegium conceſſum alicui ratione officij nedum durat durante officio, vel dignitate, ſed etiam eo finito. C. de excuſat. muner. l. eam legem, lib. 10. Oldrad. dict. conſ. 300. n. 2. ver. item nedum, & concor. Calder. conſ. 26. Quod eſt tertio, de reſcr.

5 Amplia, vt extendatur nedum quo ad res, perſonas, & tempus, ſed etiam ad modum agẽdi, quia habet locum nedum in defendendo, ſed etiam in agendo, vt reus ſequatur forum rei. l. 2. C. de comi. conſiſto. lib. 12. Oldrad. d. conſ. 300. n. 2. ver. item nedum eſt extendibile.

6 Amplia, vt extendatur etiam quoad omnia genera cauſarũ ciuilium, & criminalium. l. eo. C. de agenti. in reb. Oldr. d. conſ. 300. numer. 2. ver. & non ſolum.

7 Amplia, vt etiam extendatur non ſolum quoad extenſionem in multis, vt ſupra, ſed etiam quoad priuilegij immutabilem durationem, quia non tollitur priuilegium, & beneficium Principis ex reſcripto, niſi ſit ex certa ſcientia, vel ex mera liberalitate nullo petente, vel cum clauſula non obſtante. Oldrad. qui allegat quotas in d. conſ. 300. num. 3. ver. ex iſtis.

8 Amplia, vt imo beneficium, ſeu priuilegium libertatis conceſſę à Principe tolli non poſſit, nec reſcripto, nec liberalitate mera, imo nec priuilegium poteſt tolli per Imperiale reſponſum, ex quacunq. adiectione. Oldrad. conſ. 300. numer. 3. ver libertates.

9 Amplia, vt nedum in beneficio Principis, ſed etiam in beneficio alterius concedentis fiat lata interpretatio contra concedentem ſi verba patiuntur, ideo Epiſcopus remittens decimas alicui ex priuilegio cenſetur remittere tam preſentes, quam futuras, c. quia circa, de priuil. Calder. conſ. 327. in fi. alias 12. de priuil.

10 Amplia, vt beneficium Principis multo magis pro Religione, & Religioſis perſonis conceſſum ſit late interpretandum. Oldrad. d. conſ. 300. nu. 4. ver. conſiderandum eſt, vbi quod id procedit magis etiam pro Religioſis militantibus contra infideles, & videtur dicere, quod beneficium talibus iuſto iudicio, & ſic ex debito concedatur.

Vide. Religioni fauendum eſt, & piæ cauſæ. Concluſio. 134.

11 Amplia, vt latam recipiat interpretationem beneficium Principis, etiam ſi ſit in præiudicium tertij, quando verba hoc important. Deci. conſ. 113. Viſo tenore, nu. 6.

Vide contrarium. Concluſ. proxima ſequent. in princip.

12 Amplia, vt procedat etiam circa ſpiritualia, quiã Imperator habens ius conferendi Eccleſiam, & dignitatem in Ciuitate, ſi concedat Ciuitatem cum omnibus iuſtitijs intus, & extra, cum omni integritate, cenſetur etiam conceſſiſſe ius conferendi Eccleſiam dictæ Ciuitatis. Oldra. conſ. 312. per totum, & n. 1. ver. & circa huius.

13 Amplia, vt procedat etiam circa officia, quia ſi Rector Prouinciæ concedat alicui officium ad beneplacitum ſuum, durat officium, etiam finita Rectoria concedentis, donec beneplacitum reuocetur. Calderin. conſ. 26. quod eſt tertio de reſcri.

14 Amplia, vt procedat in facultate conferendi beneficia, quia contra concedentem fit plena interpretatio, quia eſt beneficium Principis. Calder. conſil. 225. alias quarto de præbend. An per iſtam formam.

15 Extende in facultate legitimandi, quia licet legitimatio ſit odioſa, tamen facultas legitimandi reſpectu concedentis, late interpretatur, dummodo non in læſionem tertij.

Vide. Legitimandi facultas conceſſa qualiter probetur, & intelligenda. Concluſ. 224.

16 Amplia, vt maxime procedat, quod beneficium Principis ſit late interpretandum quando continet gratiam, & eſt motu proprio conceſſum. Bal. conſ. 305. verba Principis, nu. 2. ver. præterea in beneficijs, lib. 1. qui loquitur in conſtitutione facta Brixiæ reintegrationis bannitorum, vt ſit late interpretanda.

17 Extẽde in omni gratia facta per Principẽ, prout dicitur de gratia facta bãnito, cuius bannum Princeps mandauit cancellari, quia ſoluit compoſitionem, quia cenſetur reſtitutus ad famam, & poterit eſſe teſtis, quia beneficium Principis latum eſt. Alex. conſ. 112. Omiſsis, lib. 2. vbi apoſtill. in ver. cancellatus, dat concord.

18 Amplia, quia verba inueſtiturę feudi pro ſe, & hæredibus quibuſcunq. includunt omnes hęredes, quia ſumus in beneficio Principis. Crauet. conſil. 256. In caſu tranſmiſſo. col. fi.

19 Contrarium videtur velle Bal. conſ. 249. Verba inueſtiturę, poſt med. ver. item propter illa verba, lib. 2. vbi quod fit interpretatio contra eum qui recipit verba ad obligandum proferentem.

20 Declara, quia aut ſumus in beneficio Principis mero non contrario iuri communi, & procedit ampliatio, aut agitur de diſpenſando contra ius perſonam inhabilem, & quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, non fit lata interpretatio. Iaſ. in l. fi. ff. de conſtit. Princip. numer. 37. & 38. ver. circa diſpenſationem.

21 Amplia in conceſsione feudali, quia ſi Papa concedat caſtrum cum territorio, & omnibus iuribus, ſibi competentibus, veniunt etiam confiſcationes, & condemnationes factæ per concedentẽ ante conceſſionem, quæ tranſeunt ſub nomine territorij, quod eſt vniuerſale. Bal. conſ. 306. Punctus quæſtionis, lib. 4. vbi quod veniunt omnia emolumenta realia, & perſonalia exceptis pœnis declaratis propter delictum commiſſum extra caſtrum ratione delicti, quia iſta non cenſentur conceſſa, & latius conſ. 307. eod. lib. 4. & Bald. conſil. 419. Dominus noſter, lib. 4. vbi idem dicit, ſed tamen dicit, quod conſulendus eſſet Papa qui conceſſit.

22 Contrarium, quod confiſcationes ex crimine læſę Maieſtatis non veniunt, plene Surd. conſ. 152. * vbi de * communi.

23 Amplia, in tantum beneficium Principis recipere latam, & fauorabilem interpretationem, ve

omnia

omnis interpretatio contraria dicatur odiosa, & restringenda. Anchar. conſ.295. Pro clariori, in princ. & num. 3.

24 Extende, quia conceſſio gratioſa motu proprio inducens generale beneficiũ Principis quoad omnia beneficia Eccleſiaſtica, ſi talis conceſſio corrigatur, correctio reſtringi debet ad ſola beneficia ſimplicia tanquam odioſa correctio. Anchar. d. conſ. 295.num. 3. & 4.

25 Amplia, quia priuilegium ſuper doctoratu, ſiue magiſterio impartiendo in theologia, cum nemini noceat, dicitur beneficium, ideo late tanquam fauorabile debet interpretari. Bal.conſ. 82. Quia teſtimonium. lib. 3.

26 Limita quando per modum confeſſionis quid conceditur, quia gratioſa confeſsio ſtricte interpretatur. Aegid. conſ.10.num.35. vbi quod ita ſeruat palatium Apoſtolicum, & eſt communis obſeruantia.

27 Declara, quia licet beneficium Principis ſit late interpretandum, tamen ſemper in eo lata interpretatio ſit taliter, quod ſequentia locum habeant ſecundum Rom. conſ. 89. Viſis ijs. num.4.

28 Primo, quod verba beneficij tenaciſsime obſeruentur.cap.cum & plantare,ad fin. & c.porro, de priuil.Rom.d.conſ.89.num. 4.

29 Secundo, quod verba beneficij non ſint ſuperflua, ſed aliquid operentur.cap.cum in ijs,de priuil.Rom.d.conſ.89.num.5.& ſeq.per totum.

30 Tertio, quod nullo modo recedatur à verborum ſignificatione, niſi conſtet concedentem aliter ſenſiſſe. Rom.d.conſ.89.num.6.

31 Quarto, quod acceptans beneficium Principis cenſeatur acceptare cum omnibus qualitatibus ſuis, & omnibus oneribus. Rom. d. conſ.89.nu. 6.ver.quarto quod, vſque in fin.

32 Limita multis caſibus,vt infra.Beneficium Principis late non interpretatur multis caſibus. Concluſ.proxima ſeq.

33 Extende, vt in ver. Beneficium, & gratia Principis quando ſtrictam recipiat interpretationem. Concluſ.51.

Vide. Fauorabilis diſpoſitio late interpretatur, Concluſ. 89.

Vide. Priuilegium latam recipit interpretationem contra concedentem. Concluſ. 732.

Beneficium Principis late non interpretatur multis caſibus. Concluſ. L.

1 BENEFICIVM Principis licet late interpretandum ſit,quando agitur de præiudicio principis concedentis, ſecus tamen eſt ſi agitur de præiudicio tertij. Oldrad.conſ.50. in fin. verſ. non obſtat, qui loquitur in gratia conferendi beneficia.Anchar.conſ.161. Viſo diligenter,in prin. Io. de Imol.conſ.121.num.2.plene Iaſ. qui multa cumulat in l. fin.num.19.& ſeq.ff.de conſtit.prin. Alex.conſ.215.Non obſtat.nu.4. & ſeq. ver.item licet.lib.7.& infra num.8.

Vide contrarium in Concluſione proxima precedente.num.11.

2 Amplia, vt idem ſit in impetratione facta de beneficio vacante reſeruato etiam ſpeciali reſeruatione, quia ſi non eſt facta mentio de reſeruatione ſpeciali, gratia non valet in præiudicium tertij, licet forte quoad concedentem valeret. Calder.conſ.30. aliàs 7.de reſcr. in princip.verſ. decimo non videtur.

3 Reſtringe maxime quando gratia principis eſt motu proprio conceſſa. Ancharan.conſ.138. in princip.plenius conſ.295. Pro clariori, in princ. & conſ. 161.in princ.

4 Amplia, quia beneficium principis late non interpretatur quando concurrerent duo ſpecialia, vel duæ fictiones. Decian. conſ.72.nu.22. & ſeq. lib. 2.

5 Amplia, quia licet beneficium principis late interpretetur,tamen non receditur à verbis, neq; procedit lata interpretatio ſi agatur de præiudicio tertij. Alex.conſ.215.Non obſtat.num.4.ver. item licet.lib.7.

6 Extende, vt procedat ſi beneficium principis ſit motu proprio conceſſum, & ex certa ſcientia, quæ clauſulæ habent vim derogationis, & tollunt omnem ſubreptionem, quia adhuc non præiudicat tertio, de quo non eſt facta mentio. Alex. dicto conſ. 215.num.5. ver. non obſtat ſi dicatur. libro 7.

7 Extende, quia imo ſi beneficium principis habet clauſulam motu proprio, & clauſulã ex certa ſcientia,& clauſulam derogatoriam, non tollitur ius tertij, de quo non fuit facta mentio, quia in ijs, quæ Princeps ignorat, & non fit expreſsio non operantur dictæ clauſulę. Alex.d.conſ.215.n. 5.& ſeq.lib.7.

8 Amplia quando beneficium Principis redundaret in præiudicium tertij, quia ſtricte interpretatur, vt non præiudicet tertio. Ancharan. d. conſ. 161.in princ.ſupra num.1.

9 Amplia, quia conceſſio fœudalis ſtricte interpretatur, quando agitur de præiudicio tertij, vel vt præiudicet Princeps conceſſioni alterius, vel poſſeſſioni alterius. Io. de Imol.conſ.121.In cauſa quæ vertitur. num. 2.& ſeq.

10 Contrarium ſupra Concl. præced.num.11.

11 Amplia, quia beneficium Principis ſtricte interpretatur etiam contra Principem, quando agitur de conceſſione nouorum vectigalium, & eorum, quæ requirunt expreſſam mentionem, & mandatum ſpeciale, quia non cenſentur conceſſa ex verbis generalibus, niſi ſit dictum, quia ſoli Principi reſeruata ſunt. Ioann.de Imol. conſ. 121. in fin.

12 Amplia,quia beneficium Principis late non interpretatur quando Princeps aliquid concedit Ciuitati ſubditæ vt gabellas contra omnes poſsit imponere, & exigere, quia perſona Principis, & eius bona non continentur. Soci.conſ.302. Videbatur primo. nu.5.ver. tertio, & vltimo. lib. 2.

13 Extende, quia licet beneficium Principis late interpretetur, tamen litteræ beneficiales, ſeu ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, tanquam ambitioſæ ſtrictiſsimam recipiunt interpretationem. Zabar.conſ.116.num.6.

14 Extende,quia nunquam Princeps cenſetur concedere aliquid,quod ſibi,vel ſuis ſubditis noceat, vt ſi concedat Ciuitati, quod exigat collectam etiam extra territorium à ciuibus contrahentibus nunquam intelligitur de loco Principis, in quo ipſe gabellam exigeret, ne duplici onere grauarentur, & ne retrahantur à commercio lo-

corum

corum concedentis . Socin.d.conſ.302. num.5. & 6. vbi late pro Florentinis contra priuilegia , & beneficium Piſtorienſibus conceſſum .

35 Extende , quia in generali conceſsione, vel beneficio non veniunt iura fiſcalia , vel Principis, ideo ex generali facultate conceſſa , non venit facultas includendi iura Principis, vel fiſci. Rober. Strozzius in ſubſcriptione ad conſilium Soc. 302. libro 2.allegat Bald. in l. milites , in fin.C. de teſtam. milit.

36 Amplia , quia reſtringitur beneficium , & donatio Principis generaliter , & vniuerſaliter facta ex ratione , & cauſa expreſsis. Oldrad.conſ.148. Factum tale eſt,quidam Comes, per totum .

37 Contrarium videtur velle Oldrad. conſil. 300. num. 2. ver. item nedum , vbi quod beneficium Principis ratione officij conceſſum extenditur etiam poſt officium . Calderin. conſil. 26. alias 3. de reſcri.

38 Amplia , quia ſi beneficium Principis conceſſum continet iniuſtitiam,etiam contra concedentem,vt inferior detrahat ſuperiori , quoad inducenda duplicia grauamina, ſemper fit interpretatio pro Principe . Soci.d.conſ.302.in fi.lib.2.

39 Amplia in priuilegio immunitatis contra ius , quia licet beneficium Principis contineat etiam priuilegium , tamen illud eſt verum in priuilegio, quod exorbitat à iure , non autem quod eſt contra ius commune , & contra ius tertij . Alexand. conſil. 160. Viſo themate . num.4.in fin. cum ſeq. libro 2.

40 Amplia,quia generalis conceſsio Principis,ſeu beneficium non comprehendit ea , quæ Princeps concedens veriſimiliter non conceſsiſſet, prout ſi conceſsit Populus Florentinus Aretinis ſubditis , vt exigant collectas à ſubditis, non tamen intelligitur de illis , à quibus exigit commune Florentiæ . Felin. in ſubſcriptione ad conſilium Soc.302. lib.2.in princ.

41 Extende , quia ſi Princeps concedit Ciuitati , quod poſsit imponere gabellam , & ab omnibus exigere , non tamen intelligitur , quod exigat ab ijs , qui ſoluerunt Principi concedenti ante conceſsionem . Felin. in addit. ad d. conſilium Soci. 302.libro 2.

42 Extende in generali confirmatione ſtatutorum facta per Principem , quia non veniunt ea , quæ ſunt contra Principem . Felin. vbi ſupra , allegat Bald.in cap.venientes. colum. pen. de iniur.

43 Extende , quia non veniunt ea , quæ honorem ſuperioris dehoneſtarent. Felin.vbi ſupra,vbi ponit plurima exempla ſimilia de continentibus iniuſtitiam, vel quid ſimile, allegat Anchar.conſ.366. & 367. Qui hoc dicit .

44 Extende , quia in reſtitutione quantumcunque ampla facta interiori,non veniunt ea, per quæ iura ſuperioris diminuantur . Angel. Nicolinus in ſubſcriptione ad conſilium Soci.302.lib.2.colum. pen. ver.præterea in reſtitutione .

45 Amplia , quia beneficium Principis , etiam ſi agatur de præiudicio Principis ſtricte interpretatur quando concedit , vel donat reſeruata ſibi in priuilegium coronæ , vel principatus ; ideo conceſsio regalium in genere non veniunt reſeruata, vt ſupra,Oſaſch.deciſ.101.nu.12. & ſeq. vbi quod etiam ſi clare concederet , non præiudicat ſucceſſoribus.

46 Extende , quia in reſeruatis principi , ſi de pluribus aliqua concedat , cætera cenſentur denegata . cap. quoad tranſlationem, de offi. delega. vbi Abb. in vlt. not.ſequitur Oſaſch. dicta deciſ. 101. num. 11.

47 Vide incertum Authorem poſt regulas Socin. reg.1. Beneficium principis in præiudicium tertij ſtricte interpretatur , vbi ampliat ſex modis , & limitat decem .

Vide . Nota ſpeciali digna , ſi non exprimuntur , non conceduntur. Concluſ. 68.

Vide . Expreſsio indiuidua quando , & in quibus requiratur . Concluſ. 652.

Beneficium , & gratia Principis , quando ſtrictam recipit interpretationem . Concluſio. L I.

1 BENEFICIVM Principis, ſeu gratia beneficialis ſtrictam ſemper recipit interpretationem . Oldrad.conſ.325. Thema quæſtionis. nu. 4. ver. præterea hic facio .

2 Amplia in omni gratia , & beneficio principis , per quod inducitur diſpenſatio contra ius commune , quia iura omnia fauent, vt ius commune conſeruetur. Oldrad. d. conſ.325. in princip. ver. fauent enim .

3 Extende , quando agitur de derogando iuri tertii , prout ſi princeps concedit Caſtrum cum iuriſdictione , licet in præiudicium principis , intelligatur de omni iuriſdictione etiam meri,& mixti imperij, tamen quatenus derogat iuri Ciuitatis , cui Caſtrum ſubeſt , intelligitur ſolum de iuriſdictione in ſpecie, non de maiori,communem * dicit Curt. Iun.in l.Imperium.num.41. & ſequen. ff. de iuriſd. omn. iud. licet dicat opinionem controuerſam.

4 Amplia , quia procedit, quod lata ſit interpretatio , quando gratia eſt facta motu proprio , ſecus ſi ad petitionem partis.Iaſ. dicta l.Imperium. num. 14. ff. de iuriſd. omn. iudi. late Grammat. deciſ. 59.num. 55.

5 Amplia , quando derogatur vtilitati publicæ , quia tunc ſtricte interpretatur.Iaſ.d.l.Imperium. num.14.ff.de iuriſd.omn.iud.imo ſtrictiſsime Bal. conſ.112.lib.1.in fin.

6 Amplia quandò verbum poteſt capi in genere, & in ſpecie, quia ſemper capitur in ſpecie , & non in genere, etiam ſi agatur de beneficio principis. Curt. Iun. in dicta l. Imperium. num.41. ff. de iuriſd. omn. iud.

Vide. Gratia principis reſtringitur, & quando. Concluſ. 53.

Beneficium inuito non confertur, & qualiter procedat ! Concluſ. L I I.

1 INVITO non confertur beneficium.l. inuito. ff. de reg. iur.

2 Amplia , vt adoptio non valeat ſine conſenſu adoptati , etiam ſi tendat ad eius beneficium . l. nam ita diuus . ff. de adoptio. Bald. in conſ. 1.

Quæ-

quædam Eccleſia ver. in contrarium,lib.1.vbi loquitur etiam in vnione,legitimatione,& emancipatione,vt non valeant inuito eo, qui conſentire debet,etiam ſi actus fiat ad ſui fauorem propter mutationem ſtatus.

3 Amplia,quia ſicut beneficium inuito non confertur,ita nec etiã procedit , vt quis inuitus augeatur dignitate,velad maiorẽ honorẽ promouea tur.Calder.conſ.56.An ſi Epiſcopus,in prin.quod eſt primum de tranſlat.Epiſcoporum , vbi quod Epiſcopus non promouetur ad Cardinalatum inuitus.

4 Amplia, vt nec conferatur beneficium inuito ob publicam vtilitatem,quando publica vtilitas eſt contraria priuatę vtilitati eius, cui confertur, ita Calder.d.conſ.56.in princip.ver.& ſi dicatur, alias primo de tranſlat.prælat.

5 Declara,vt non procedat ampliatio quando ob munus publicum beneficium conferetur.l.aſſumptio,ff.ad municipal.

6 Amplia, vt procedat etiam reſpectu ſpiritualium,quia quis ad fidem inuitus ſuſcipiendam non cogitur,c.de Iudæis,45.diſtinct.

7 Amplia,quia gratia conceſſa alicui per Papam cum clauſula decreti irritantis,vel cum clauſula anteferri,ita demum operatur, & habet effectum ſi is pro quo conceſsio eſt facta voluerit vti gratia prædicta,alias non,Calder.conſ.56. alias primo de tranſlat.prælat.nu.2.ver.& ad idem facit. Oldrad.conſil.304.num.10.ver.illud etiam mirabiliter.

8 Amplia,vt nec Papa poſsit laicum inuitum facere Epiſcopum, vel Cardinalem,ex quo nunquã conſenſit matrimonio ſpirituali,ſecus ſi iam eſſet Clericus,vel Epiſcopus,quia poſſet transferre inuitum,& promouere,nedum ex cauſa, ſed etiam ſine cauſa.Calder. conſ. 56. circa fin.ver. fateor igitur , numer. 4. quod eſt primum de tranſlat. prælat.

9 Limita,niſi Papa trãsferat Epiſcopos ex cauſa vtilitatis Eccleſiarum,ſecus ſi pro honore perſonarum,quia primo caſu inuiti compelluntur tranſire,ſecundo vero caſu ſecus. Calderin.conſil.57. quod eſt ſecundum de tranſlat.prælat.

10 Limita,quia minoribus,& alijs inhabilibus cõferantur multa beneficia pro eorum vtilitate etiam inuitis.Abb.conſ.91.Quoad primum,num. 1.in fin.& numer.2.ver.nec eſt curandum,lib.1.

11 Idem eſt in prodigo,quia ipſi inuito datur curator ad ſui vtilitatem,l.1.ff.de curat.furio.Abb. d.conſ.91.n.3.lib.1.

12 Idem eſt,quia mulieri luxurioſe viuenti datur curator.Abb.d.conſ.91.n.3.lib.1.

13 Idem eſt,quia fatuo,& dementi etiam præſumpto datur curator,quia medicus poteſt eum inuitum curare,& facta curatione etiam inuito datur medico actio ad repetendas expenſas factas in medendo.Abb.d.conſ.91.n.4.lib.1.

14 Limita,quia creditor compellitur ſaltem cauſatiue recipere debitum ſibi a debitore offerente ad effectum,vt debitor obtineat abſolutoriam, & liberationẽ.Signorol.Homode.conſ.42. Amplius non repetito caſu,nu.2.

15 Limita in carcerato,cui deberet manus amputari,niſi ſoluat infra certum tempus , quia ſi habet vnde ſoluat,poteſt alius ſoluere pro eo , vel etiam Iudex ex officio,& cogitur ratum habere, nec poteſt dicere,quod prius voluiſſet ſtare carceratus,vel quod manus ſibi amputaretur.Caſtren. in l.quamuis,ff.ſolut.matr.

Vide.Soluere quando poſsit tertius pro tertio, & meliorem conditionem facere.Concluſ.352.

Vide Statum ſuum mutare in melius nemo compellitur.Concluſ.419.

Beneficium quid ſit, & beneficia Eccleſiaſtica qualia ab initio. Concluſ. LIII.

1 BENEFICIVM nihil aliud eſt , quam benevola actio tribuens gaudium capientibus. Ægid.Bellam.conſ.10.nu.17. Abb. conſ. 47. Illud de iure,n.3.ver.hinc etiam conuenit.lib.2.

2 Extende,quia etiam feudi conceſsio dicitur beneficium tanquam benevola actio tribuens capienti gaudium,c.1.ex quibus cauſis fœud. amit.

3 Beneficia Eccleſiaſtica,qualia fuerint ab initio inſtituta,& qualia medio tempore,& vltimo fuerint,quales Beneficiati , vt tollatur contrarietas iurium,diſtinguenda ſunt tria tempora , vt dicit Abb.in ſua quæſt.3.Sempronius Clericus, col. 5. in fi.cum ſequen.ver.ad tertium.Primum tempus Apoſtolorum,in primitiua Eccleſia , de quo omnia erant communia , & Clerici nihil proprium habere poterant,ſed conuerſi vendebant prædia, & pretiũ deferebant ad pedes Apoſtolorũ.Secũdũ tẽpus fuit poſt tempora eorundẽ Apoſtolorum, quia cęperunt conſeruare bona proEccleſia in vniuerſali,& ex fructibus bonorũ poterant Epiſcopi diſpẽſare quibus volebãt,& expediebat, c. certe, 12.q.1.& tunc emanarunt iura,quod Clerici habẽtes proprium non poſſent participare de bonis reſeruatis in communi Cathedralibus pro indigentibus,vt in illo tex. Tertio vero tempore cum Chriſtifideles non eſſent ita feruentes cęperunt Clerici omni ſcandalo ceſſante poſsidere propria & beneficia,& Eccleſiæ cęperunt conſtrui, & dotari non ſolum pro indigentibus , ſed etiam pro miniſtris ſeruientibus, & aliter beneficia non poterant conſtrui,c.nemo:de conſecr.diſt.1. & inde obſeruatum eſt,quod nobiles,& diuites habentes proprium poſſunt habere beneficia , & de fructibus viuere, & etiam habere plura,c.de multa, in fin.de præben.ex diſpenſatione Papæ.

4 Et rurſus idem Abb.in quæſt.4.incip.Titius Clericus,col.12.vſq.in fin.cum ſeq.n.12.ver. in quarto & vltimo dubio,quærit an Beneficiatus poſsit bona ſua propria patrimonialia reſeruare conſanguineis, vel alias illa conſeruare cum fructibus,& viuere de redditibus eccleſiaſticis,& arguit quod non,& quod peccat mortaliter,poſtea probat contrarium,deinde in col. antepenul. ver. ad ſolutionem,repetit iura antiqua , quando omnia communia erant Clericis , & laicis Chriſtianis, quia pretium deferabatur ad pedes Apoſtolorum; poſtea quod ceperunt retinere bona , & concedere,quod etiam Clerici haberent proprium de quo viuere tenebantur , & non apponebatur manus, ad deputata ad vſum pauperum. Vltimo cęperunt dotari beneficia, ita quod vna portio deberetur Beneficiato indiſtincte , & ſecundum iſta tempora Clericus poteſt viuere de fructibus Eccleſiaſticis,& conſeruare patrimonialia,& de illis

libere

libere disponere,dum tamen non mala intentione faciat cum auaritia thesaurizando, & suos diuites faciendo.

5 Differt an agatur de causa beneficiali, & sic de titulo beneficij,an agatur de proprietate bonorum cappellæ,quæ adhuc non est in beneficium erecta.Alex.cons.115.Non distat.n.2.& 3.ver.itē clausula,lib.7.vbi quod beneficiū potest vacare, bona vero secus est,& vnio facta etiam motupro prio,tanquam de beneficio,quod non erat beneficium,non valet.

Beneficia Ecclesiastica qualia præsumantur à primæua erectione. Conclusio. LIV.

1 BENEFICIA talia præsumuntur à primæua institutione, qualia de iure esse debent, ideo præsumūtur habere sufficientes redditus pro ministris,& oneribus incumbentibus. Calderin. cons.165.circa med. ver.pro parte contraria, alias decima de probatio.

2 Amplia in tantum,vt etiam Ecclesia, vel beneficium Ecclesiasticum non possit construi sine dote condecenti,c.nemo,de consecr. distinct. 1. vbi quod sine Episcopo, & sine dote,non potest construi noua Ecclesia.

3 Extende idem in Monasterio, quia non debet sine dote ædificari.Calderin.consil.375. alias 46. de testamen.circa princip.ver. nec obstat si dicatur.

4 Amplia, quia beneficia omnia præsumuntur secularia. Rota decis. secunda, de prębend. in no. alias 32.

Vide plenius per Mascard. Conclusio.172.Beneficium ex primęua institutione seculare,vbi limitat,nisi per 40. annos probetur status regularis,& alijs modis.

5 Beneficia Ecclesiastica cognoscuntur ex sex qualitatibus, de quibus per Gig. de pensionib. quæstio.99. in fin. Prima est, quando non potest prouideri de eo, nisi per Episcopum, vel Ecclesiasticum superiorem. Secunda, quando sibi non potest retinere, sed prouidere debet. Tertia, quando Clerico tantum fit prouisio. Quarta, quando habet annexum quid spirituale, vt officium dicat. Quinta, quando est perpetuum. Sexta est, quando pura fit prouisio, non adiecta pactione aliqua,& hęc omnia anteeum posuit Abbas cons. 47. Illud de iure, in princip. libr. 2. vbi clarius distinguit, videeum.

6 Limita in Ecclesia fratrum Mendicantium, quia imo legans construi altare,& beneficium, legata etiam certa dote, beneficium vtique erigitur, & legatum dotis in alios pios vsus dictæ Ecclesiæ conuertitur, ex quo nihil proprium habere possunt mendicantes. Calderin. consi.343.alias 14.de testam.vbi in fi.dicit etiam authoritatem Episcopi non requiri, quia sunt exempti.

Beneficia Ecclesiastica de sui natura omnia sunt perpetua. Concluf. LV.

1 BENEFICIA Ecclesiastica de sui natura omnia sunt perpetua de iure cōmuni.Lap.allcg.9.disputat.n.3.plenius Frāc.Marc.deci.Delfi. 1071.Quæritur an beneficia,lib.1. quia sicut matrimonium est perpetuum, ita etiam istud spirituale,sed loquitur in prælato,idem Franc. Marc. deci. 1120.nu.22. & quod beneficia de iure communi præsumūtur perpetua, facit clem.per litteras,de probat.plene Bologni.in addit.ad conf.10. de Anania.14.in fin.allegat c. primum de cappel. Monach.in sexto.Roma.cons.345.Circa primum, num.13.

2 Et procedit in omnibus beneficijs, etiam Episcopatibus,quia debent esse perpetua.Roma.dict. cons.345.n.13.

3 Ratio est,quia beneficium debet esse perpetuo mansurum.

4 Item, quia respectu maiorum, in quibus contrahitur matrimonium spirituale non potest esse matrimonium ad tempus spirituale, sicuti neque carnale,in alijs in quibus non contrahitur matrimonium, sed quædam filiatio adoptiua, sicuti adoptio non potest esse temporalis, ita neque adoptio spiritualis,hęc omnia plene,Roma. cons. 345.Circa primum,nu.12.& 13.

5 Extende,quia propterea collatio beneficiorum debet esse perpetua non temporalis.

Vide.Collatio beneficiorum debet esse perpetua.Concluf.422.

6 Et propterea sine causa insciti tus in beneficio non potest amoueri,idem Franc.Marc. deci.480. num.2.lib.1.

7 Extende, quia si dubium est an beneficium sit perpetuum,vel temporale,semper in dubio iudicandum est perpetuum. Bologni.in addition. ad conf.14.Io.de Anan.

8 Amplia, vt procedat etiam si ex fundatione posset beneficiatus ad libitum amoueri, quia adhuc sunt perpetua beneficia,quia intelligitur cum causæ cognitione.Bolog.in apostil.ad conf. 10. de Anania,14.in fin.ver.præterea.

9 Amplia,quia beneficiati,& intitulati in Ecclesia dicuntur necessario perpetui, quia dicuntur Ecclesiæ filii,qui non possunt esse tēporales.Anto. de Butri. consil.3. numer.2. ver. pro decisione,& cons.51.n.2.

10 Amplia in beneficijs curatis,quia licet sint regularia,& sub Abbate,tamen quia institutio spectat ad Abbatem, & commissio curę ad Ordinarium non sunt amouibiles curati. Franc. Aretin. cons.63.In præsenti consultatione,in prin.

11 Declara ampliationem,vt procedat in beneficijs pleno iure spectantibus ad collationem Abbatis,quę non sunt de mensa,neq.manualia, neq. dependentia,secus si sunt talia,quia potest cura committi si Abbas sit exemptus,quia respicit iurisdictionem non autem ordinem Episcopalem. Aretin.d.cons.63.n.3.ver.pro ijs facit.

Vide. Collatio beneficiorum debet esse perpetua.Concluf.422.

12 Limita,quia adsunt etiam beneficia manualia, quæ

quæ conferuntur per abbates. Lap. d. alleg. 9. nu. 4. & sunt prioratus qui dicuntur obedientiæ, ex quo subsunt Monasterio sunt amouibiles. Feder. de Sen. cons. 134. in fin. ver. ad secundum, & per totum illud consilium, vbi de beneficio etiam simplici, in quo Episcopus instituit ad præsentationem Abbatis, quod sit manuale, & idem Feder. consil. 200. in prin. & per totum.

Vide. Priores regulares an possint permutare. Prioratus. Conclus. 711.

13 Extende in tantum beneficia esse manualia, quãdo sunt dependentia à Monasterio, vt licet Abbas conferat perpetuo Monacho, poterit tamen amoueri ad placitum. Franc. Areti. cons. 62. In præsenti consultatione, n. 4. ver. pro ijs facit. Abb. in c. cum inter. R. in secundo not. numer. 2. de electio. Feder. de Senis consil. 259. Casus talis, in princip.

14 Extende limitationem, vt etiam procedat in beneficio manuali curato, quia cura erit manualis. Franc. Aretin. dict. cons. 63. numer. 4. ver. pro ijs facit.

15 Extende in tantum manuale non vacare, vt eueniente vacatione possit Abbas locare bona beneficij manualis. Aretin. dict. cons. 63. num. 4. & 5. ver. ijs breuiter.

16 Extende, quia licet manualia deuoluantur ad Papam, si infra sex menses non fiat prouisio, tamen donec Papa prouideat, Abbas, & Ordinarius ad quem spectat institutio possunt in eo ponere custodiam, vel œconomum, & fructus locare dũmodo non conuertant in vsus suos. Aretin. dict. cons. 63. nu. 5. & seq.

17 Extende etiam, si Abbas, & Conuentus simul facerent statutum, quod manualia essent perpetua, quia non valet si non est confirmatum à superiore, & adhuc poterunt reuocari instituti perpetuo. Feder. de Sen. dict. cons. 239. Casus talis in princip.

18 Restringe, nisi Papa confert beneficium manuale ad vitam, quia efficitur obedientiarius Papæ, non Abbatis, quando facit Papa ex certa scientia alias secus, c. cum inter R. de electio. vbi Abbas col. 4. num. 10. ver. in glos. 2. vbi quod remanet subiectus Abbati, quoad reliqua, & in tertio notabi numer. 2.

19 Limita, quia ex particulari constitutione possunt esse beneficia annalia. Lap. d. alleg. 9. per totam, vbi de beneficio manuali si conferatur per Papam, an collatio sit perpetua, vel non.

20 Limita quia, vt prouideatur parochianis distantibus à parochia, potest erigi cappella manualis, in qua Ecclesia matrix, vel eius Rector deputabit cappellanum ad libitum suum, vt Sacramenta ministret, quia etiam manualia possunt esse secularia beneficia. Lap. allegat. 67. numer. 6. ver. quæro numquid, quod intellige de consensu Episcopi, & non aliter, vt ibi Lap. qui dicit hunc etiam ab Episcopo Instituendum.

21 Limita in beneficio, seu cappella sub proprietate alicuius Ecclesiæ, quia in ea ponuntur cappellani ad libitum, de qua loquitur idem Lapus dict. allegat. 67. numer. 6. ver. sed numquid alio modo.

22 Declara, quia beneficia manualia non dicuntur proprie vacare, nisi in casu, & ad effectũ negligentiæ. Calderin. cons. 247. alias 26. de præbend. Areti. cons. 63. n. 6.

23 Limita, quia possunt esse seruientes Ecclesiæ non intitulati, quibus tamen portio perpetua fructuum assignatur, & isti faciunt quãdam tertiam speciem, quia non habent titulum, tamen nõ sunt amouibiles, nisi ex iusta causa, c. ad hæc, cum glos. de offic. Vicar. Anton. de Butri. cons. 3. & cons. 51. in prin.

Vide. Collatio Papę quando alterat naturam beneficij collati. Conclusio. 443.

Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri laico. Conclusio. LVI.

1 LAICO beneficium conferri non potest, c. cum adeo, de rescr. Gemin. cons. 91. num. 2. ver. primo respectu, vbi dicit maxime procedere in beneficio curato, & in quocunq. beneficio, quia non confertur nisi clerico. Abb. in c. ex literis, nu. 3. ver. item nota, quod, laicus, de transactio. plene Gig. de pensio. q. 22. n. 12. ver. quarto facit. Boer. decis. 171. vbi de * communi, & de communi attestantur. Felin. in c. cum adeo, de rescr. nu. 4. Io. de Selua. in tract. de beneficio, in 3. parte. quæst. 6.

2 Amplia, vt nec conualidetur collatio, etiam si postea efficiatur clericus, quia tempus datæ collationis attenditur. Feder. de Sen. cons. 290. nu. 8. ver. videatis textum, allegat, c. si eo tempore de rescr. in sexto. Felin. in c. cum adeo, numer. 4. & seq. de reseri.

3 Amplia, vt procedat etiam in expectante, qui si impetrat litteras ad beneficium, & non sit clericus licet postea efficiatur, etiam si incederet in habitu clericali, & destinatione esset clericus, ita Feder. de Sen. d. cons. 290. nu. 8. ver. facit etiam, vbi sequitur Ioan. And. reprobato Compostel. qui contrarium tenuit.

4 Amplia in præsentato ad beneficium, quia si tempore presentationis non est clericus, non potest habere beneficium, etiam si postea efficiatur clericus. Lambert. de iurepatro. lib. 2. part. 1. q. 7. arti. 2. in fi. vbi quod ita vidit priuari plures præsentatos non clericos, & idem repetit in eodem lib. parte prima, quæst. 7. art. 7. vbi plures allegat.

5 Amplia in pensione reseruata, quia si is cui est reseruata non est clericus, licet postea efficiatur, reseruatio est nulla. Gigas tract. de pensio. quæst. 22. per totã, maxime n. 16. ver. secundo ampliat, & ita tenuit Rota, vt per Vestan. decis. 139. lib. 3. in causa Barchinonen. quæ loquitur quando constabat, quod postea accepit tonsuram.

6 Amplia, vt procedat etiam si Papa conferat beneficium, vel reseruet pensionem motu proprio, quia si non est clericus tempore gratiæ non valebit. Gig. d. tract. de pensio. quæst. 22. per totam, maxime, num. 15.

7 Amplia, etiam si Papa mandat prouideri scholari cupienti se clericali caractere insigniri, quia non potest illi conferri beneficium, nisi postquam fuerit clericus. Abbas. dict. cap. ex litteris, num. 3. ver. item nota, quod laicus de transactio. sequitur Boer. decis. 171. num. 5. ver. nec potest secundum eum.

8 Amplia, etiam si Papa nominet aliquem

clericum, quia non probatur clericus, ſed debet probare. Boer. deciſ. 171. nu. 12.

9 Amplia, vbicunque quis eſt petitor beneficij ſemper debet probare ſe clericum, alias non obtinebit. Boer. d. deciſ. 171. nu. 15. & hanc partem tuetur. Maſcard. Concl. 302. n. 13. & ſeq.

10 Contrarium, quia imo opponens electo, quod nõ ſit clericus, debeat probare, tenent multi, quos refert Boer. deciſ. 171. nu. 16.

11 Declara, quia aut oppoſitio ſit contra perſonã per viam obiectus, & obijciens probat aut contra gratiam, & petitor beneficij iuſtificat gratiã. Boer. deciſ. 171. n. 17.

12 Amplia, quia ad obtinendum beneficium clericatus debet probari, etiam ſi nullus opponat. Boer. d. deciſ. 171. n. 17.

13 Extende, quia imo iudex debet ex ſe inquirere antequam confirmet electum, aut inſtituat præſentatum, an ſit clericus. Boer. deciſ. 171. n. 17. & n. 21. tenet hanc partem, vbi, n. 22. dicit ita ſeruari per curias Franciæ.

14 Contrarium, quod imo parte non opponente, non debeat iudex repellere, non oſtendentem ſe * clericum, eſt magis communis * opinio, vt atteſtatur Boer. d. deciſ. 171. n. 21. & 22.

15 Limita quoad fori priuilegium, quia ſufficit quaſi poſſeſſio. Boer. deciſ. 171. nu. 13. Gramat. deciſ. 81. in fi. Maſcard. Concl. 302. n. 9. ver. primum omnium, & n. 14. ver. quod vero.

16 Limita in poſſeſſore beneficij, quia non tenetur probare ſe clericum. Boer. d. deciſ. 171. n. 13. allegat Rotam in antiq. deciſ. 312. quæ eſt 13. de probatio. Ægid. deciſ. 612.

17 Reſtringe, dummodo probetur quaſi poſſeſſio clericatus per longum tempus x. vel xx. annorũ. Gemin. conſ. 91. nu. 2. quem ſequitur Boer. deciſ. 171. nu. 13. & 14.

18 Limita quando beneficium longo tempore tenuit tanquam clericus, quia præſumitur quod ſit clericus. Boer. deciſ. 171. n. 8.

19 Et longum tempus eſt x. vel xx. annorum. Gemin. conſ. 91. n. 2. ſequitur Boer. deciſ. 171. nu. 13. & Gramat. deciſ. 81. in fi.

20 Contrarium, quod diuturnitas temporis non releuet illegitimum inſtitutum in beneficio, com- * munem * dicit Grammat. deciſ. 81. nu. 15.

21 Limita quando eſſet in quaſi poſſeſſione clericatus longo tempore. Grammat. dec. 81. circa fin.

22 Reſtringe quando eſſet extraneus forenſis puta Vltramontanus. Boer. deciſ. 171. n. 13. Grãmat. deciſ. 81. in fi.

23 Reſtringe quando vendicaret beneficium, & ſic ageret ad canonizationem gratiæ, & petitorio. Boer. deciſ. 171. n. 12. Maſcard. Concluſ. 302. n. 10. & ſeq. Grammat. deciſ. 81. in fi.

24 Extende maxime, quando eſſet poſſeſſor beneficij. Boer. deciſ. 171. n. 13. allegat Rotam deciſ. 13. de probat. in antiq. alias 312.

Vide. Laici in quibus ſunt capaces ſpiritualium, vel non. Concluſ. 4.

Beneficium qualificatum an poſsit conferri non qualificato. Concl. LVII.

1 BENEFICIVM ſeu præbenda ſubdiaconalis, diaconalis, vel ſacerdotalis, poteſt conferri non habenti illum ordinem, ſi modo eſt in ætate, vt ordinem ſuſcipere poſſit. Abb. & alij in c. cum in cunctis, §. inferiora, de electio.

2 Amplia, vt procedat etiam in expectantibus, quia clericus expectans præbendam poteſt acceptare ſubdiaconalem, vel requirentem ſacrum ordinem, licet non ſit ille in ordine tali, dummodo ſit in ætate legitima. Feder. de Sen. conſ. 290. n. 8. ver. ſed ponamus.

3 Amplia, vt multo magis procedat, vt iam diaconus poſſit acceptare beneficium, vel præbendã requirentem minorem ordinem. Feder. de Sen. d. conſ. 290. nu. 8. ver. ſed ponamus, vbi quod ita fuit pluries iudicatum.

4 Contrarium tamen refert iudicaſſe Bonifatiũ Octauum contra impetrantem diaconalẽ, vt non poſsit acceptare prębendam ſubdiaconalem. Federic. de Sen. dict. conſ. 290. numer. 8. ſed iſtud ipſe ibi impugnat.

5 Contra dictas ampliationes faciunt multa iura, quæ volunt, quod ordo requiſitus ad beneficium debeat adeſſe tempore prouiſionis, electionis, vel præſentationis, clem. vt ij qui, de ætate & qualitate.

6 Declara, quia aut ordo eſt annexus reſpectu aptitudinis, & ſufficit quod prouiſus ſit habilis ad illum ordinem, aut ordo eſt annexus reſpectu actus, & debet adeſſe tempore prouiſionis. Abb. d. c. cum in cunctis §. inferiora, nu. 10. & ſeq. de electio. vbi quãdo dicatur aptitudine, vel actu, dat exempla, vt ſi beneficium eſt curatum, vel ſacerdotale de iure dicatur aptitudine; ſi vero ſtatutum dicat, quod debeat tempore collationis eſſe presbyter, tũc actu requiritur, vide Rocch. de Curte. tract. de iurepatro. ver. honorificum, nu. 26. & ſeq. vbi quod in fundatione dicitur ordo actu neceſſarius quando teſtator hoc diſpoſuit.

Vide. Ætas beneficiatorum quæ requiratur. Concluſio. 338.

Vide. Qualitas requiſita in diſpoſitione, de quo tempore attendatur. Concluſi. 8.

Beneficia Eccleſiaſtica non poſſunt detineri ſine canonica inſtitutione. Concluſio. LVIII.

1 BENEFICIA Eccleſiaſtica non poſſunt detineri ſine canonica inſtitutione, c. beneficiũ, de regul. iur. in ſexto. Gemin. conſ. 109. in prin.

2 Et propterea non poteſt de facto compromitti titulus beneficialis, quia arbitramentum non daret titulum ſine canonica inſtitutione. Gemin. conſ. 109. in prin. vbi hoc declarat.

3 Amplia, quia vt fiat adiudicatio beneficij non ſufficit probatio per famam, plene Maſcar. Concluſ. 171. An beneficij vacatio.

4 Amplia in tantum, vt omnis diſpenſatio ad plura, vel aliqua beneficia habeat tacitam conditionem, dummodo canonicè conferantur. Gemin. conſ. 106. in fi. ver. nec obſtat, & conſ. 116. in prin. ver. item diſpenſatio.

5 Amplia, quia neq. ſpoliatus reſtituitur ſine titulo

tulo in beneficialibus,& ſpiritualibus.

Vide.Spoliatus in beneficialibus debet reſtitui, & quando ſecus.Concluſio.388.

6 Amplia,quia poſſidens beneficium tenetur oſtẽdere titulum legitimum Epiſcopo inquirenti,neque datur appellatio, vide plene Maſcard. Concluſio.180.Beneficium habens.

Vide.Poſſeſſor non tenetur docere de titulo, & quando ſecus.Concluſio.439.

7 Limita,quia bene poteſt quis deputari ad officiandum alicui altari ex deuotione laicorum, & iſte non erit beneficiatus,ſed officiator,vel cappellanus.Bald.conſ.18.Poſito pro conſtanti,lib.5.

8 Limita, quia baſtardus licet non poſsit habere beneficium eccleſiaſticum, ſi tamen fuit inſtitutus,& prouiſus,& poſſedit per decem annos pro ſumitur diſpenſatus.Ancha.conſ.117.Satis impertinens.Lap.allegat.89.in fin.Gomez.ſuper regul. de triennal.q.24.Caſſad.deciſ.3. de procur. in fi. & deci.4. de reſtit. ſpol. Ferret. conſ.172. numero quarto.

Vide. Opinio, & reputatio communis multa operatur.Concluſio.157.

9 Limita,quia is qui obtinuit beneficium ex reſignatione, vel permutatione,non tenetur docere de titulo ſui authoris,ſed ſufficit probatio poſſeſſionis,vel quod haberetur pro tali, & triennalis poſſeſsio ſufficit,vide Maſcard.Concluſ.75.Beneficiatus an teneatur,& plenius Concluſio.180.Beneficium habens quid probare cogatur.

Beneficij appellatione veniunt omnia beneficia,& quæ. Concluſio. LIX.

1 BENEFICII appellatione veniunt omnia beneficia,etiam maiora,dummodo non ſint dignitas,perſonatus,vel beneficia curata. Oldra. conſ.215.n.6.ver. quædam ex intentione,qui loquitur in diſpenſatione illegitimi.

2 Amplia , imo quod appellatione beneficij veniunt etiam dignitates in materia fauorabili,puta in facultate , vel priuilegio conferendi , quia iſtud eſt beneficium Principis,& late interpretatur. Calderin.conſ.225. quod eſt quarto de conceſsio. præbend. in princ.maxime ver.item ſuper obtinendis.

3 Amplia,quia etiam in litteris impetrationum, in quibus mandatur prouideri de beneficio,ſi fiat mentio in Cathedrali, venit Canonicatus in Cathedrali, ſi non fiat mentio de Cathedrali, venit Canonicatus extra Cathedralem. Calder. conſ. 252 alias 31.de præben.

4 Limita, quia non veniunt hoſpitalia ,quæ non conferuntur in titulum.Calder.conſ.65. in princ. alias vnicum de ſuppl.negl.prælat.Zabarel.conſ. 117.in prin.

5 Limita,quia Hoſpitale proprie non eſt neq. dici poteſt beneficiũ,& quod nõ datur in titulũ ab Epiſcopo,nõ eſt inſtitutum,ideo quę aſsignantur non in titulum non ſunt beneficia. Calder.conſi.251. in princ. vbi quod Vicaria temporalis , Sacriſta habens mediam præbendam , & ſimiles non habentes titulum non ſunt beneficiati proprie.

6 Limita,quia gratia ſtricta, & odioſa,prout expectatiua ad beneficium cum cura, & ſine cura, non comprehendit præſtimonium,maxime quando de conſuetudine loci non venit appellatione beneficij.Abb.conſ.47. Illud de iure,per totum libro 2.

7 Extende,quia in materia odioſa,& reſtringibili, appellatione Eccleſiæ parochialis non venit Eccleſia Parochialis habens Collegium , & ſic dignitatem.Abb.d.conſ.47.in fin.lib.2.ſecus ſi materia eſſet fauorabilis.

8 Limita in Abbatia,quæ appellatione beneficij non comprehenditur in expectatiua, vel mandato de prouidendo , quia ſpeciali nota digna eſt. Lap. alleg. 85. numer. 10. ver. ſed nunquid, & numer.11.

Beneficium ſimplex quod dicatur. Concluſio. LX.

1 SIMPLEX dicitur beneficium,quod non habet curam,neq.populum,etiam ſi ſit Sacerdotale.Lap.alleg.117.Anchar.conſ.17.n.4.

2 Amplia,quia dicitur ſimplex beneficium, licet reſidentiam continuam requirat,ideo iura de curatis loquentia in iſtis non habent locum, maxime ſi iura ſunt pœnalia , vel correctoria. Petr.de Anchar. conſ. 59. In publicis relationibus, in principio.

3 Amplia, quia Eccleſia licet ſit curata , prout Eccleſia Collegiata,in qua plures ad curam inſtituuntur non dicuntur curati,& in eis non habent locum pœnę de beneficio curato.Anchar.d. conſ. 59.num.3.

Vide.Beneficia quę dicantur requirere reſidentiam,vel non.Concluſ.62.

Vide.Beneficia curata,quæ dicantur,& quę ſimplicia.Concluſ.63.

Beneficia plura ſimplicia habere. non eſt prohibitum. Concluſio. LXI.

1 BENEFICIA plura ſimplicia habere non eſt prohibitum à iure,ideo quis ſimul poteſt retinere ſine diſpenſatione Eccleſiam,& Canonicatum in collegiata , & altare ſimplex rurale , in quo teſtator mandauit diuina celebrari pro anima ſua.Lap.allegat.36.in prin.vtrum abſque diſpenſatione , vbi quod ita ſeruatur ex generali conſuetudine,& idem tenet in alleg.117. Philippus,nu.3.ver.in contrarium.col.3.

2 Contrarium dicit Ægid.Bellame.conſ.6. num. 13. ver. tertius articulus,circa fin.vbi quod imo obtinens plura beneficia minora etiam ſimplicia ſine diſpenſatione Epiſcopi poteſt priuari, maxime quando requirunt reſidentiam perſonalem.

3 Declara,quia hodie ſecundum Sacrum Concilium Tridentinum ſeſsio. 24. cap. 17. de reformatione, vnicum tantum ſimplex haberi poteſt beneficium,& ſi non ſufficiant redditus ad vi-

tum, potest alterum conferri, si modo ambo non requirunt residentiam.

4 Amplia, vt procedat etiam si vnum sit curatum, & aliud simplex etiam requirens residentiam. Lap. alleg. 117. Philippus, nu. 3. ver. in contrarium, vsq. in fin. vbi respondet ad omnia cõtraria, quod non refert ex quo potest per alium deseruire, & pro hac opinione est etiam Oldrad. cons. 165. qui ambo reprobant Innocen. in c. fin. de Cleric. non resid. tenentem contrarium, & Lap. allegat Io. And. in addit. ad Specul. eod. tit. §. 1. & idem Lap. alleg. 118. a. 1. in fi. ver. imo etiam, & num. 3. vbi eadem repetit.

5 Declarat Card. Zabarella cons. 3. circa fin. ver. ijs præmissis, vt procedat quando cappella non requirit continuam residentiam, secus si cõtinuam, quæ faceret incompatibilitatem, quia vtrunque non posset habere propter residentiam continuam in vtroq. requisitam.

6 Amplia, vt procedat etiam si parochialem curatam obtinens, haberet cappellã Sacerdotalem in eadem parochia, & sic sub eodem tecto Ecclesiæ, quia incompatibilitas sub eodem tecto non procedit in Ecclesia inferiori non habente collegium, nec in alijs beneficijs, quæ nõ representant Capitulum. Lap. d. allega. 117. nu. 3. in fin. ver. nec obstat, & nu. 4.

Vide. Beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt, & quando secus. Conclus. 66.

7 Amplia, vt procedat nedum de iure, vt quis possit habere plura beneficia simplicia, sed etiam de generali consuetudine sciente, & patiente Papa. Lap. alleg. 36. in prin.

Vide. Consuetudo particularis circa pluralitatem beneficiorum sub eodem tecto. Conclusio. 835.

8 Amplia, quia de iure communi potest quis habere plura beneficia sine cura, ex quo ambo residentiam non requirunt. clem. gratiæ, de rescrip. Abbas consil. 96. Ad claram, col. 2. circa princ. ver. de iure autem communi, lib. 2.

9 Extende maxime, quando vnum non sufficit pro victu beneficiati, quia tuta conscientia, potest obtinere secundum glos. in cap. cum iamdudum, de præbend. Abb. d. cons. 96. col. 2. in prin. lib. 2. ver. contrariam sententiam.

10 Amplia, quia illud quod dicitur, quod potest quis habere duo beneficia, quando non sunt incompatibilia, vt quia vel de iure, vel de consuetudine ambo non requirunt residentiam, procedit etiam in præsentatione, & institutione, quę est legitima, facta ad vnum beneficium simplex, de eo, qui aliud simplex obtinet. Abb. d. cons. 96. col. 1. ver. ad secundum, & per totum, lib. 2. vbi tollit contraria.

11 Limita in Religiosis, in quibus ambitio magis prohibetur, quia ipsi non possunt habere plura beneficia, etiam simplicia. Feder. de Sen. cons. 112. Casus talis est, in fin. numer. 3. ver. quia licet prioratus.

Vide. Beneficia plura sub eodem tecto retineri non possunt, & quando secus. Conclusio. 66.

Vide. Consuetudo circa pluralitatem beneficiorum. Conclusio. 834.

Beneficia quæ dicantur requirere residentiam, vel non. Conclusio. LXII.

1 Beneficia simplicia, quæ non habent curam animarum, etiam si sint sacerdotalia regulariter non requirunt continuam residentiam, ratio est, quia in eis potest per alium deseruiri. Lap. alleg. 117. qui loquitur in cappella patronata, in qua instituens voluit celebrari, & idem tenet alleg. 36. in prin. Petr. de Anchar. cons. 17. n. 4. ver. quædam sunt beneficia.

2 Extende in tantum ista simplicia, prout Canonicatus, Clericatus, & similia non arctare ad residentiam, vt nec Episcopus possit compellere ad continuam residentiam, sed bene ad deseruiendum per se, vel alium, & requiritur monitio. Petr. de Ancha. cons. 17. n. 4. ver. quędam sunt beneficia.

3 Declara, quod licet plura beneficia simplicia quis possit habere, tamen potest ordinarius compellere per subtractionem fructuum, & priuationem ad deseruiendum, & deseruiri faciẽdum, quo casu datur optio obtinendi, quæ velit retinere. Lap. alleg. 117. in fin.

Vide, Beneficia plura simplicia habere non est prohibitum. Conclusio. proxima præced.

4 Amplia, quia Canonicatus de consuetudine Italię non requirunt residentiam. Abb. cons. 96. Ad claram, col. 2. in prin. ver. contrariam sententiam, lib. 2. vbi dicit consuetudinem esse à iure approbatam.

5 Hodie ista consuetudo, & abusus per Concilium Tridentinum est sublatus, quia imo tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis tenentur Episcopi constituere tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas, quę debentur residentibus. sessio. 21. cap. 3. de reformatio. & plenius, sessio. 22. cap. 3. de reformatio. Imo in tantum tenentur residere, vt non possint abesse, nisi per tres menses anni, & contrafacientes priuantur prima vice medietate omnium fructuum, secundo anno omnibus fructibus, & vlterius possunt priuari si perseuerent vltra secundum annum, sessio. 24. cap. 12. de reformatio. vbi tollitur contraria consuetudo.

6 Limita nisi statuta Ecclesiæ, vel institutio, aut alia dispositio testatoris aliud suadeat, quia illis standum est, vt per Innocen. & alios in c. fi. de Cleric. resid. & hoc potest esse varijs modis, vt quandoq. teneatur residere continuo, vel ad tempus, per se, vel alium, sub pœna priuationis omnium fructuum, vel partis, vel beneficij, prout cantat institutio. Petr. de Anchar. cons. 17. nu. 2. ver. quędam sunt beneficia.

7 Limita, quia curata beneficia omnia requirunt residentiam personalem, & continuam, & hac ratione emanauit, cap. de multa. de præben. Lap. allegat. 117. numer. 3. ver. & ista videtur, cap. extirpandę, de prębend. c. licet canon. eod. tit. in sexto. Lap. alleg. 118. in prin.

8 Declara, quod licet Curatus, & Parochus teneatur ad continuam residentiam, tamen per alium potest celebrari facere Missam, quia non tenetur per se ipsum. Lap. d. alleg. 117. in fin. & alleg. 118. nu. 2. ver. nec obstat.

Extende

9 Extende, quod residentia in curatis beneficijs adeo requiritur continua, vt beneficiatus si non resideat, possit compelli nedum per subtractionem fructuum, sed etiam per priuationem tituli beneficij. Petr. de Anchar.cons. 17.in princ. vers. hanc conclusionem.

10 Limita, quia absens pro seruitio Ecclesiæ, vel in studio Theologiæ, siue obtineat curatum, siue alias residentiam requirens habetur pro residente. Petr. de Ancharan.cons.17. num.3. vers. dixi tamen.

11 Limita etiam ex priuilegio Papæ, vel ex priuilegijs studiorum, quia obligatus ad residentiam habetur pro residente, prout est in studio Bononię. Petr. de Anchar.cons. 17.per totum.

Vide. Priuilegia diuersorum studiorum in genere. Concluſ.726.

12 Limita, quia non potest quis obtinere, neque posset quis institui ad duo beneficia etiam simplicia quando vtrunq; requirit personalem residentiam.cap. fin.de Cler.non resid. glos.in clem. gratię,de rescript.

13 Declara tamen, quia Episcopus posset hoc casu dispensare. Abb.cons.96.Ad claram.col.2.ver. nil ergo. lib.2. vbi hoc declarat.

Vide. Residentiam requirunt omnia beneficia de iure communi. Concluſ. 250.

Beneficia curata quæ dicantur, & quæ simplicia. Concluſ. LXIII.

1 BENEFICIA curata dicuntur parochiales Ecclesiæ, & alia omnia beneficia,quę habent potestatem fori pęnitentialis.

Vide. Curatum beneficium quando dicatur. Concluſ. 1101.

Vide. Parochialis Ecclesia quæ dicatur. Concluſ. 93.

2 Amplia, quia procedit vt beneficium habens potestatem fori pœnitentialis dicatur curatum, etiam si habitu,& non exercitio hoc fit verum, puta,quia omnes parochiani recesserunt. Cardin. Zabar.cons.48.Quidam nobiles.num.1.

3 Contrarium dicit Feder.de Sen.cons.135.Casus talis, vbi quod beneficium alias curatum, & parochialis non dicitur incompatibile cum alio curato, quando alterum est sine exercitio curæ, vt quia recesserunt omnes parochiani etiam si recipiat ad sepulturam, quæ sola non inducit curatum.

4 Limita,quia simplicia dicuntur, & præsumuntur omnia beneficia, quia in dubio non præsumitur cura, neque quod beneficium habeat parochiam, nec populum, nec iurisdictionem, nec facultatem soluendi, & ligandi. cap. dudum,de electio. Lap.alleg.117.num.3.vers.in contrarium. & alleg.118.num.2.ver.quod autem.

5 Limita, quia ex eo, quod Ecclesia habet ius baptizandi non dicitur curata. Feder. de Senis cons.135.in fin.

Vide supra. Baptismus non facit. Concluſ. 21.

Vide. Beneficium simplex quod dicatur. Concluſ. 60.

Beneficia incompatibilia quæ dicantur. Concluſ. LXIV.

1 TRIPLEX est incompatibilitas, prima est in pluribus curatis,dignitatibus, vel personatibus, secunda est in pluribus Canonicatibus eisdem Ecclesiæ,tertia est in pluribus requirentibus continuã residentiã,vel de iure cõmuni,vel de iure speciali, extra hos tres casus non reperitur alia incompatibilitas, secundum Card.Zabarell. cons.3.per totum, vbi declarat.

2 Curata plura dicuntur inuicem incompatibilia, ideo quis non potest habere duo beneficia curata, sed per adeptionem secundi vacat primum.cap.de multa, de præbend. Card. Zabarell. cons.3.Domina'P.nu.1.& seq.

3 Extende,vt idem sit in duabus dignitatibus,vel duabus personatibus,vel in dignitate,& personatu, vel in dignitate,& curato,& idem est in personatu,& curato, quia semper sunt incompatibilia, & per assequutionem secundi vacat primum.Car. Zabarell.d.cons.3.num.1.& seq.

4 Plura residentiam continuam personalem requirentiam sunt incompatibilia, vel vnũ curatũ, & vnum requirens continuam residentiam, ideo retineri non possunt. Innoc.in cap. fi.de Cler.non resid. qui dicit in casu monitionis illa vacare, & licet circa vacationem adsint opiniones, quia datur optio obtinenti secundum Oldra.cons.165. Lap.alleg.117.in fin. tamen oritur incompatibilitas, & potest priuari illa obtinens, licet ipso iure non vacet curatum per assequutionem secundi incompatibilis propter residentiam. Petr. Anchar. cons. 59. per totum.

5 Declara, quia possunt obtineri duo requirentia residentiam non continuam,sed talem,cui potest commode in vtroque seruire, vt est Cappella requirens missæ celeberationem, & Canonicatus requirens residentiam, quia residentia Cappellæ momentanea est.Card.Zabar.cons.3.per totum, maxime in fin.ver.ijs præmissis.

6 Dignitates plures sunt incompatibiles,vel quia habeant curam animarum, licet non sint parochiales, vel quia requirunt residentiam, ideo facta monitione potest induci priuatio. cap. statutum, de electio.in 6.

7 Declara, quia dignitates honorariæ, quæ habent solum locum honorarium in choro sine cura, & sine administratione(prout Parmæ)non requirunt residentiam, neque faciunt incompatibilitatem. Innoc.in cap. de multa.ver.sed si vocetur.n. 6.de præben.Gemin.cap.1.num.7.de consuet.in 6. Card.cons.30.num.6.

8 Sub eodem tecto quis non potest habere duo beneficia facientia Capitulum,veluti primam dignitatem,& Canonicatum, item nec duos Canonicatus,de alijs secus.Lap.alleg.117.n.3.in fi.ver. nec obstat,& n.4.vbi reddit rationem,concor.Feder.de Sen.cons.120.Quæsitũ est,per tot.vbi,quod Canonicatum obtinens, & præbendam potest asse qui Cappellaniam sub eodem tecto, & quod primum non vacat,nisi statuto, consuetudine,vel priuilegio vtrunq; requireret præcisam residẽtiam, & idem tenet Card.Zabar.cons.3.Domina P. per tot. maxime num.5. ver.ijs præmissis.

Vide. Beneficia plura ſub eodem tecto retineri non poſſunt. Concluſ. 66.

9 Amplia, vt procedat etiam in Eccleſiis regularibus, quia quis non poteſt eſſe prior duarum Eccleſiarum Conuentualium, nec beneficiatus in duabus curatis regularibus. cap. cum ſingula, de præben. in 6. Feder. de Sen. conſ. 35. num. 3. ver. hinc eſt.

10 Amplia in Abbatibus, ſeu Abbatijs, quia quis Abbas in duobus Monaſterijs eſſe non poteſt, & eo ipſo, quod creatur Abbas, vel Abbatiſſa Monaſterij noui, ceſſat eſſe Abbas alterius Monaſterij ſi acceptat ſecundum. Feder. de Sen. conſ. 29. in fin. ver. ad vltimum, vbi apoſtilla videtur velle, quod ipſo iure non videatur primæ Abbatiç renunciare.

11 Extende etiam ad beneficia ſimplicia regularia, quia regularis duo beneficia etiam ſimplicia habere non poteſt, quia ambitio magis prohibetur religioſis, quam ſecularibus. Feder. de Sen. conſ. 132. in fin.

12 Canonicatus duo non poſſunt haberi in eadem Eccleſia, & per aſſequutionem ſecundi vacat primum ipſo iure. Card. Zabarell. conſ. 3. nu. 4. ver. vltra hæc.

13 Præbendæ duæ in eadem Eccleſia non poſſunt obtineri, & obtenta ſecunda, prima vacat. clem. fin. de præbend. Feder. de Sen. conſ. 120. in princip. vbi declarat dummodo duç præbendç tendant ad idem, ſecus ſi vna ſit præbenda canonicalis, alia prophana, puta pro magiſtro Clericorum, quia tunc vtranque habere quis poteſt.

14 Et quod duç præbendæ canonicales non poſſint obtineri in eadem Eccleſia, & qui obtinet ſecundã, faciat ipſo iure vacare primam. Abb. conſ. 96. Ad claram. col. 1. in fin. ver. ad ſecundum. lib. 2. allegat. cap. per litteras, de conceſſ. prçben. & clem. fin. eod. tit.

15 Perſonatus duo non poſſunt ſimul haberi, quia ſunt incompatibiles, & per aſſequutionem ſecundi vacat primum. c. de multa, de præben. Zabar. conſ. 3. num. 1.

Vide plenius in duabus Concluſionibus proxime ſequentibus.

Bèneficia plura curata retineri non poſſunt. Concluſ. LXV.

1 BENEFICIA plura curata habere regulariter quis non poteſt. cap. de multa, de præben. vbi quod per aſſequutionem ſecundi curati vacat primum. Abb. conſ. 38. In quæſtione, col. 1. ver. ſecundo principaliter. lib. 2.

2 Extende, vt non ſolum vacet primum, quod obtinet per aſſequutionem ſecundi curati, ſed etiam extinguitur gratia ad curatum, ſi ante effectum gratiæ adeptus eſt curatum. Abb. d. conſ. 38. colum. 2. ver. tertio principaliter. lib. 2. allegat clem. gratiæ, de reſcript.

3 Extende, quod dicitur expectatiuam conſumi ex acceptatione incompatibilis curati, vt procedat etiam ſi expectatiua ſit ad curatum, & acceptauerit canonicatum incompatibilem, vel è conuerſo, quia eadem eſt ratio, quæ in curatis, Abb. dicto conſ. 38. colum. 2. verſ. tertio principaliter. lib. 2.

4 Ratio eſt, quia propter periculum animarum parochianorum hoc fuit inductum, ideo ceſſantibus parochianis ceſſat diſpoſitio. cap. de multa, de præbend. & cap. licet canon, de elect. in 6. ita Feder. de Sen. conſ. 145. in fin. ver. item non obſtat gloſſa.

5 Extende, quia procedit, ſiue obtineat ea ex aliquo titulo, ſiue ſit intruſus in eiſdem, ne intruſus ſine titulo aliquo ſit melioris conditionis. Abb. dicto conſ. 38. in princip. ver. nec obſtat. libro 2.

6 Extende, quia etiam ſi longo tempore tenuerit, non præſumitur diſpenſatio, licet eam alleget. Abb. d. conſ. 38. col. 1. ver. ſecundo principaliter. lib. 2.

7 Extende, quia neque præſumitur vnio etiam per 40. annos, quia requiritur tempus immemorabile. Abb. d. conſ. 38. col. 1. ver. ſecundo principaliter. lib. 2.

8 Amplia, quia licet per aſſequutionem ſecundi beneficij curati, vel incompatibilis vacet primum, tamen ſola acceptatio ſecundi non inducit vacationem primi, niſi vltra collationem, & acceptationem, adeptus fuerit poſſeſſionem ſecundi pacificam, iuxta not. in cap. de multa, de præbend. Aegid. Bellam. conſ. 10. num. 49. & 50. verſ. circa octauum. Caſtrenſ. conſ. 265. in 1. artic. in princ. lib. 2.

9 Declara, quia imputatur ei, qui ſecundum incompatibile acceptauit, & habuit pacificam poſſeſſionem, ſi poſtea poſt impetrationem factam à tertio de primo, perderet etiam ſecundum, quia ſibi imputet, ſecus eſt, ſi ſtatim facta impetratione ſecundi, & habita poſſeſſione pacifica mota fuit lis, quia tunc vtroque carere non debet. Caſtrenſ. dicto conſilio 265. per totum. libro 2. vbi infra quantum tempus vacet primum, & poſſit impetrari.

10 Vide omnino Alphonſum Hoiedam in tract. de beneficiorum incompatibilitate parte prima. cap. 13. per totum, vbi num. 12. conſtituit regulam affirmatiuam, quod per adeptionem ſecundi curati, vacat primum curatum.

Vide infra. Beneficia incompatibilia ſi quis aſſequatur, quomodo, & quando inducatur vacatio. Concluſione 69.

11 Extendit num. 14. in curatis ſecularibus, & regularibus.

12 Item num. 15. ſi obtineat plura curata ex diſpenſatione, quia acceptando ſecundum, vacant prima.

13 Item num. 16. & ſeq. extendit etiam ſi fuit ſpoliatus primo curato vacante, quia non datur reſtitutio, quia videtur voluntarie renunciaſſe, & quia notorie conſtat de non iure, contrarium videtur. cap. ſolite, de reſtit. ſpoliat. cum pluribus, quç allegat, & tollit ne procedant hoc caſu num. 19. ſed num. 68. & ſeq. diſtinguit plures caſus, & num. 73. & ſeq. aut eſt notorium, quod non habet ius, vel non.

14 Declarat num. 18. niſi haberet diſpenſationem à Sede Apoſtolica, & quoad fructus debitos vſq; ad diem adepti ſecundi incompatibilis, allegat Capr. in tract. regularum, reg. 90. num. 29.

15 Item nu. 20. extendit etiam in eo, qui occupat ſecundum curatum, & ſe in eo intrudit & idem tenet Abb. conſ. 38. in princ. ver. nec obſtat. lib. 2. ne intruſus ſine titulo ſit melioris conditionis.

Item

Digitized by Google

16 Item num. 21.extendit etiam in primo beneficio curato, in quo adipiſcens ſecundum habebat ſolum ius ad rem, quia facilius perditur ius ad rem,quam in re. gloſ.in clem.gratiæ, de reſcr. Capra.reg.90.num.32.&. dicit procedere etiam ſi acceptans ſecundum,proteſtetur contrarium, quia non eſt in facultate ſua.

17 Extendit Abb.conſ.38.ver.tertio principaliter. lib.2.vt habens expectatiuam, ſi conſequitur incompatibile perdit ius expectatiuę ad rem competens, ſeu in ſpe.

18 Item num.22. extendit etiam ſi ſecundum non ſit ſufficiens pro ſubſtentatione,adeo quod etiam ſecundum ſit neceſſarium pro congrua ſubſtentatione.

19 Item num. 23. extendit etiam ſi primum ſit pingue, & ſecundum ſit tenue, quia imputandum eſt illi, qui accepit ſecundum.

20 Item num. 24. extendit etiam ſi proteſtetur, quod non intendit dimittere primum, quia contraria eſt facto.

21 Item num. 25. extendit etiam ſtante conſuetudine contraria, & nu.26.refert contrarium,quod conſuetudo excuſet, & num. 27. declarat, quod procedat in præſcriptione immemorabili, & nu. 28.& ſeq.multa de immemorabili,quæ habet vim priuilegij, & num.31.dicit, quod conſuetudo iniqua non releuat, & non eſt ſeruanda, & tandem diſtinguit,quod ſi ſubeſt cauſa rationabilis conſuetudo immemorabilis etiam in prejudicium Eccleſię valet, alias non.

22 Amplia in tantum, vt ſi aſſequens ſecundum curatum contendat retinere primum, vtroque priuatur, ita extrauag. execrabilis. §.quæ vero. Alphonſ. de incompatibil. parte prima. cap. 13. num. 79. & ſeq.

23 Item efficitur irregularis.gloſ.d.extrauag.execrabili.ver.ad ſacroſ.

24 Reſtringe,vt non procedat niſi in curatis dignitatibus, & perſonatibus, & officijs.nu.79.

25 Item quando non habuit pacificam poſſeſſionem vtriuſque,ibi n.79.verſ.ſecundo declaratur, vbi nu.90.quando dicatur non pacifice poſſediſſe.

26 Et procedit,quod non ſufficit pacifica poſſeſſio curæ, niſi etiam bonorum pro maiori parte. nu. 80.ver.tertio declaratur.

27 Item ſi non ſunt curata vere quoad forum pœnitentiæ,vel large quoad forum contentioſum, ibi in fin.

28 Vide tamen Abb.conſ.38.In quæſtione.n.2.vbi quod eo ipſo, quod poſſedit longo tempore duo curata efficitur execrabilis, & inhabilis ad beneficia,ideo non valet expectatiua ei conceſſa.Abb. conſ.38.num.2.lib.2.

29 Limita, quia poſſunt darì caſus,in quibus quis de iure communi retineat plura beneficia curata. Innoc. & Hoſtien. in cap. extirpandæ,de præben. in 6. quos refert, & ſequitur Lap. allegat. 36. in fine.

30 Limita in hoſpitalibus,quia quis poteſt habere plura hoſpitalia, etiam ſi quodlibet hoſpitale haberet curatam annexam,& ſic poſſet iſto caſu plures curatas quis retinere. Lap. alleg.36.in fi. qui dicit ita ſeruari in practica, allegat Genzel. in clem.ſuper litteris, de præben.

31 Limita quando ſunt curata habitu, ſed non actu, vt quia non adſunt parochiani, tunc non habet locum. cap. de multa, de præbend.Feder. de Sen.conſ. 80. nu. 2. ver.item non obſtat quod. col. fin. & latius conſ. 135. per totum.

32 Contrarium videtur velle Feder. de Sen. conſ. 145. in fin. vbi allegat Innocen.in cap. de multa, de præbend. & Archid. in cap. licet canon, de elect. in 6. & dicit opinionem Hoſtienſ.& Ioann. Andr. tenentium contrarium non eſſe Euangelium.

33 Limitatur regula,quia imo obtinens ſecundum curatum retinet primum, & non vacat quando vnum pendet ab alio, ita idem Alphonſus Hoieda tract.de benef.incompatibil.parte 1. c.13. nu. 33. ver.prędicta tamen concluſio.

34 Item quando habet vnum curatum in titulum aliud ſecundum in commendam, vel è contra, ibi num. 34.

35 Item quando acceptaſſet ſecundum calore iracundiæ.num.35.

36 Item ſi acceptaſſet ſecundum ſine licentia ſui ſuperioris,ſiue in aliena,ſiue in eadem diœceſi, quia licet quoad eum vacet primum,non tamen quoad ſuperiorem ſi non vult. num. 36.

37 Item ſi acceptans ſecundum, probabiliter ignorabat primum habere, vt quia ſibi abſenti fuit collatum.num.37. vſque ad 47. vbi qualiter probetur hæc ignorantia, vel ne, & an ſtetur iuramento.

38 Item quando dubitat probabiliter de collatione primi,quia non vacat.num.47.

39 Item ſi acceptans ſecundum non poteſt percipere fructus.c.ſi tibi conceſſo,de præben.in 6. quia requiritur pacifica poſſeſſio, vel quod per eum non ſtet.Alphonſ.vbi ſup. num.48.

40 Item extendit ſi à ſecundo fuit reiectus, & non potuit poſſidere. cap.commiſſa, de elect.in 6. Alphonſ.vbi ſupra num.49.

41 Item extendit quando ſecundum,per ſe non eſſet curatum,ſed habet forte vnitum curatum.c.ſuper eo, de præben. in 6. Alphonſ. vbi ſup. nu.50.

42 Item ſi ſecundum eſt curatum quoad diſtributiones,ſed non quoad curam, ibi num. 51.

43 Declarat tamen,vt non procedat ſi eſſet dignitas,perſonatus, vel officium,propter cap.de multa, de præben.

44 Item ſi ſecundum eſſet curatum ad tempus non perpetuo, ibi num.52.

45 Item ſi ſecundum eſſet curatum habitu,ſed non * actu, num.53.vbi de * communi.

46 Item ſi Epiſcopus ex cauſa diſpenſaret. nu. 54. vbi contrarium verius, quod ſolus Papa diſpenſat, & communem * dicit.

47 Item ſi beneficium ſecundum eſſet curatum de facto, non de iure, ibi num.55.

48 Item quando eodem tempore conferuntur, ita quod non eſt dare prius, neque poſterius.nu.56.

49 Item quando ipſa beneficia tempore adepti ſecundi nõ eſſent ambo curata, ſed poſtea effecta curata.n.57.nam tunc tenetur infra ſex menſes eligere alterum,quod maluerit.Capra reg.90. n.88.

50 Item ſi ſecundum beneficium reputatur curatum, cum non ſit, vbi ſupra. ver. decimoſeptimo declaratur. num.58. in fin.

51 Item ſi in beneficio curato poteſt exerceri per Vicarium cura, ibi num.58. in fin.

52 Impetrari quando poſſit beneficium primum vacans per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, aliqui tenent, quod poſtquam habuit pacificam poſſeſſionem ſecundi per duos menſes, ſed Caſtr.

conſ.

Digitized by Google

conſ.265.lib.2.dicit,quod iſtud eſt arbitrium iudicanti,quia ſi is qui obtinuit ſecundum incompatibile habuit pacificam poſſeſſionem per duos mẽſes vacat primum,& poteſt impetrari,licet aſſequẽs poſteà priuetur ſecũdo,quia carebit vtroque,ſed ſi primum impetratur ſtatim, & ſecundũ nõ potuit pacifice cõſequi debet redire ad primũ.

53 Declarat tamen, quia impetratio primi redditur valida ab euentu, puta ſi ſtatim, quod ei qui ſecundum acceptauit fuit facta impetratio, & mota lis ſuper ſecundo, in qua aſſequens obtinuit, quia iudicatur ab euentu, ac ſi à principio habuiſſet pacificam poſſeſſionem. Caſtr. d. conſ. 265.circa fin.lib.2.

Vide pleniſsime per Maſcard.Concluſ. 183.Beneficij vacatio per aſſequutionem alterius, vbi quid probare debeat impetrans per talem vacationem aſſequutionis incompatibilis.

Beneficia plura ſub eodem tecto retineri non poſſunt, & quando ſecus. Concluſ. LXVI.

1 BENEFICIA plura ſub eodem tecto quis habere non poteſt. Cald.in c.poſtdlaſti: de conceſſ.præben.in 4.quæſt.c.1. de conceſſ. prẽben. in 6.& cap.fi.de prẽben.Lap.alleg.117. Philippus. n.3.ver.ſed quantum ad primam.

2 Rationem aſsignat, quia rector Prẽlatus dicitur caput; Canonici vero, & inferiores Clerici dicuntur membra, & non conuenit, quod vnus, & idem ſit caput, & membrum, quia ſi pater,ergo non filius, ſi caput ergo non membrum. Lap. d.alleg.117.num.3.ver.ſed quantum ad primam, vide plures rationes per Signorol.conſ.112. Quidam Presbyter.n.4.& ſeq.vbi num.6.allegat iſtam eandem.

3 Amplia, vt quis duas præbendas ſub eodem tecto regulariter habere non poſsit. Feder. de Sen. conſ.20.in fine. verſ.in quẽſtione igitur. cap. litteras, de conceſſ. præben. clem. fin.de præben. Rom.conſ.328.Præſens conſultatio,num.6.ver.ſecundo principaliter, vbi dicit verum in præbendis ſpiritualibus in tantum, vt per aſſequutionem ſecundæ vacet prima.

4 Extende maxime, quia Canonicus in eadem Eccleſia non poteſt habere plures cappellas, ſed per adeptionem ſecundæ vacat prima, d. cap. litteras,cum ibi not. & ita videtur innuere Abb. conſ.70. Videtur primo, in princ. lib.1.ver.item & ſecundo.

5 Extende,quia imo duo officia ſimilia in eadem Eccleſia non licet habere, quia neceſſarium eſt deficere in ſeruitio,& Eccleſia decoloratur. Abb. d.conſ.70.in princ.lib.1.

6 Extende,quia per adeptionem ſecundę prẽbendæ ſpiritualis in eadem Eccleſia vacat nedum prima ſi eam obtinet, ſed etiam vacat ius ad primam, quam expectat, ita Roman. conſ.328. num. 6.

7 Reſtringe, quando præbenda eſſet temporalis conſiſtens in fructuum perceptione, quia cum ſit quid profanum, cadit etiam in laicum, & non facit incompatibilitatem, ita Rom.d.conſ.328. nu. 8. & ſeq. vbi, quod quando diſpoſitio non valeret in prẽbenda ſpirituali, debet intelligi de temporali, vt valeat, & ibi apoſtill.in ver.temporale, dat concord.

8 Amplia, vt multo minus admittatur tripliciter beneficiatus in eadem Eccleſia. cap. literas, de conceſſ. præbend. clem.fin. in præben. cum ibi not.Feder.de Sen.conſ.105.in princ.

9 Limita, vt non procedat in Eccleſijs, in quibus non adeſt Prẽlatus,& Capitulum, quia ſolum incompatibilitas prouenit in Prælato capite Capituli,& in Canonicis,in alijs autem beneficijs,vt in Prælato,qui poteſt habere aliam Cappellaniã, vel in Canonico,& Cappellano, vel in parochiali Eccleſia,& aliud altare,non procedit incompatibilitas ratione tecti. Lap.d.alleg.117.n.3.in fin. ver.nec obſtat, & num. 4. vbi declarat, quod non eſt paternitas, & filiatio, nec diſtinctio capitis, & membri in iſtis, imo in fin. alleg. tenet, quod etiam Prælatus poſſit eſſe in ſua Eccleſia Canonicus ſecundum Ioann. Andr. in cap. Eccleſia, de prẽben.in 6.concor. Federic.de Sen. conſ.120. per totum,vbi ait Canonicum poſſe habere Cappellaniam, ac etiam retinere Canonicatum, & dignitatem; item Canonicatum, & officium, & per aſſequutionem ſecundi non vacat primum, quia Epiſcopus poteſt diſpenſare, & quod Canonicus poſsit habere Cappellam ſub eodem tecto; imo quod incompatibilitas non habeat locum ſub eodem tecto, niſi ſint plures dignitates, vel plures perſonatus, aut plures Canonicatus, & præbendæ. Cardin. Zabarell. conſilio 3. Domina P. per totum, & idem tenet Abbas conſ.70.Videtur primo, in fine. vbi allegat Feder. de Sen. conſilio prędicto. lib. 1.

10 Secus in duobus Canonicatibus, quia duo Canonicatus ſunt duo membra,requirunt duo conſilia,& vota in eodẽ corpore,videlicet in capitulo, ideo etiam in illis intrat incompatibilitas eadẽ ratione, ſed in Canonicatu, & Cappellania ſecus eſt. Lap.alleg.117. nu.4. verſ.& eadem ratione. Feder.d.conſ.120.per totum, vbi eſt caſus de Canonicatu, & Cappella. Card. Zabarell. conſ. 3. num. 4.& ſequitur Feder.Abbas d.conſ.70. in fin.lib.1.

11 Limita ex diſpenſatione Epiſcopi, quia poteſt habere quis dignitatem, & Canonicatum, ita tamen,quod non habeat duas voces, ſed vnam tantum, & per hoc non dicitur habere duas præbendas, quia dos dignitatis hoc caſu non erit præbenda. Feder.d.conſ.120.in fin. & per totum. Lap.alleg.117.in fin.

Vide. Diſpenſatio ad plura ſub eodem tecto an concedatur,& per quos.Concluſ.470.

12 Declara, quod obtinens duo ſub eodem tecto requirentia præciſam reſidentiam, puta, Canonicatum, & præbendam, ac Cappellaniam ex diſpenſatione Epiſcopi non habebit integras diſtributiones Canonicatus,ſed diminutas pro tempore ſeruitij Cappellę. Feder.de Sen. d.conſ.120. in fin. verſ.poterit ergo.

13 Contra limitationem tenet Signorol. conſ. 112. vbi allegat pro vtraque parte, tandem dicit,quod non poteſt, imo Canonicus obtinens dignitatem eiuſdem Eccleſiæ cenſetur renunciare Canonicatui.

14 Sed pro limitatione, quod imo Epiſcopus poſſit diſpenſare ex cauſa, vt quis habeat in eadem Eccleſia Archipresbyteratũ habentem duas prẽbendas,& etiam canonicatum,& prẽbendã ſimul, tenet

tenet Feder.de Sen.conſ. 206.per totum,ſi tamen qualitas perſonę,vel ſeruitium Eccleſiæ hoc exposcat,alias non.

15 Declarat Abb. d.conſ.70. in fi. lib.1.quod hodie de conſuetudine poteſt quis duo beneficia ſub eodem tecto retinere quando concurrit , quod non habēt reſidentiam,vel quod alterum non ſufficit pro ſubſtentatione beneficiati.

16 Declara limitationem, vt ſi primo quis retinet dignitatem,& curam,prout eſt Eccleſia Collegiata Archipresbyteralis, poſtea obtineat canonicatum,non vacat primum,ſecus in caſu conuerſo,quia aſſecutio non curati non facit vacare curatum,ſed è contra , vel quod hoc ſit verum incompatibilibus ſecus ſi ſunt incompatibilia,quia aſſecutio ſecundi facit vacare primum,ſiue ſit minus,ſiue ſit maius.Signorol.d.conſ.11.in fine.ver. an per aſſecutionem .

17 Limita de generali conſuetudine approbata, quia poteſt quis habere duo ſimplicia in eadem Eccleſia,imo dignitatem, & canonicatum,& valet talis conſuetudo.Abb.conſ.96.Ad claram.col. 2.in principio. ver. contrariam ſententiam. lib. 2. Roman.conſilio 328. Preſens conſultatio. nu. 6.in fin.allegat gloſſ.in c.1.de conſuet.in 6.& alia iura .

Vide.Conſuetudo particularis circa pluralitatem beneficiorum ſub eodem tecto. Concluſ.835.

Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferenda. Concluſ. LXVII.

1 BENEFICIA ſecularibus conferri ſolita regularibus non poſſunt conferri.cap. ſuper eo, de regular.

2 Extende, vt procedat nedum in beneficio ſimplici in Eccleſia Collegiata,in qua videtur partis cularis ratio, ne homines diſparis profeſſionis ſimul ſocientur.cap.in noua 16.quęſt.1. & in clemen.1.de elect.ſed etiam in omni ſimplici beneficio ſeculari , quia ratio generalis in cap. ſuper eo, de reg.eſt,ne redeant ad ſeculum . Franc. Aret.conſ.7.Procedendum.n.3.& ſeq.verſ. ſed tamen hoc preſuppoſito.

3 Reſtringe,niſi monaſterium habens membra ſecularibus conferri ſolita,vnitum , & incorporatum eſſet Monaſterio habenti omnia ſua membra regularia, & regularibus conferenda , quia tunc membra vniti poterunt referri regularibus . Angel.conſil.247.Punctus,Papa vniuit,per totum.

4 Reſtringe, niſi beneficium ſeculare Eccleſia eſſet Curata non Collegiata, quia de iure communi poteſt conferri regulari prædicatori . Ægid. Bellam. conſil.41.num.5.verſ.imo, quod plus eſt, & num.6.

5 Reſtringe , quia ſecularia regularibus poſſunt conferri ex diſpenſatione ſuperioris habentis facultatem diſpenſandi.Aegid.d.conſ.41.nu.4. verſ. ſecundo quia.

6 Reſtringe quando beneficium ſeculare eſſet effectum regulare ex præſcriptione legitima 40. annorum, de qua in c.cum beneficio, de præben. libro 6.

7 Amplia,quia ſolus Papa poteſt diſpenſare cum regulari , vt habeat beneficium ſimplex ſeculare, ſiue ſit beneficium ſeculare in Eccleſia Collegiata,ſiue extra,& per ſe ſtans,& collatio,& diſpenſatio Epiſcopi eſt nulla , quia non poteſt inferior tollere legem ſuperioris, niſi reperiatur permiſſum.Franc. Aretin. conſil. 7. num. 4. verſ. quod Monachus .

8 Extende , vt procedat etiam ſi talis regularis efficiatur Epiſcopus,cui de beneficio ſimplici ſeculari fuerat prouiſum , quia licet Papa in promotione det illi retentionem beneficiorum , quæ prius obtinebat , tamen non ſanatur prima collatio nulla, quia talis retentio preſupponit collationem valuiſſe , non autem habilitat , neque ſanat. Franc.Aret.d.conſ.7.num.4. ver.patet igitur: vbi quod per talem diſpenſationem Papæ , quod retineat cum Epiſcopatu,non confert Papa ius de nouo .

Vide . Beneficia promoti ad Epiſcopatum vacant,& quando.Concluſ.72.

9 Amplia, quia in tantum regularis eſt incapax beneficij ſimplicis ſecularis ſine diſpenſatione Papæ,vt ſi Epiſcopus cōtulit beneficium ſimplex ſeculare regulari, collatio nulla non conualidatur etiam ſi poſt collationem nullam Papa erigat talе beneficium ſeculare in beneficium regulare, etiam ſi poſtea ille nulliter prouiſus efficiatur Epiſcopus,& Papa concedat retentionem obtentorum, quia niſi Papa ſciuerit nullitatem collationis non conualidat illam, & ita debet intelligi Anton.de Butr.in c.dudum.il 1. de elect.ita declarat Franc. Aretin.d.conſil.7.num. 4. verſic.& per prædicta verba.

10 Vide etiam Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 10.& 11.de reformatio.vbi mandat regularia regularibus , ſecularia ſecularibus conferenda,cum ſeculares incapaces exiſtant regularium,& e contra regulares ſecularium.

11 Regularia beneficia, aut ſunt vnita, & dependentia,prout manualia , aut ſunt ſubiecta pleno iure regulę ; vnita , & dependentia dicuntur de menſa,& nunquam vacant,alia vero non ſunt de menſa,& vacant. Aret. conſ. 63. In præſenti conſultatione.num.1.in fin.cum ſeq.verſ.ſed tamen ijs non obſtan.

12 Quandoque tamen beneficia pleno iure ſubiecta accipiuntur pro manualibus , & dependentibus. Aret.d.conſ.63.nu.3.

Vide . Religioſus beneficia ſecularia obtinere non poteſt,& quando ſecus.Concluſ.148.

Vide. Regularis Eccleſia poteſt habere beneficia ſecularia de licentia Epiſcopi.Concluſ.92.

Beneficiati plures ad eundem titulum , & eandem Eccleſiam, an eſſe poſsint , & quomodo. Concluſ. LXVIII.

1 BENEFICIATI, & intitulati plures ad eandem Eccleſiam, eundemque titulum eſſe non poſſunt , quia ſicut vxor non poteſt eſſe plurium,ita nec Eccleſia.c.cum non ignores,de præben.

Digitized by Google

ben.Anton. de Butr.conſ.3.num.2.verſ.pro deciſione,quod duplicatur conſ.51.

Vide.Cura Eccleſię an pęnes duos intitulatos eſſe poſſit.Concluſ.1098.

Vide . Caput vnicum conuenit cuicunque corpori vero,vel miſtico.Conclut.72.

8 Declara,vt plene per Anton.de But. conſ.3.per totum:vbi quod eſt verum,quod plures intitulati ad idem beneficium non poſſunt eſſe, licet pro exercitio curæ vltra Rectorem etiam ponantur cappellani perpetui, qui appellantur Aſiſij.

Vide.Prelati inferiores quando conſtituant Vicarios.Concluſ.497.

9 Limita,quia vltra verum intitulatum,& habentem directum titulum poſſunt adeſſe cappellani deputati ad exercitium curæ, qui dicuntur habere quaſi titulũ,eo quia perpetuo ſunt deputati ad exercitium,& tales Cappellani appellantur Aſiſij ſeu Aſeſinij , de quibus in c.ad hoc,de offic. Vic. cum gl.Ant.de Butr.conſ. 3.in princ. quod duplicatur conſ.51.

4 Limita, quia poſſunt eſſe Vicarij perpetui, qui dicuntur habere titulum vtiliter, ſed non directum. Butr.d.conſ.3.num.2,ver.quidam aſſumuntur, quod duplicatur conſ. 51. Aegid.conſ.2.in princ.vbi quod Vicarius agens contra Rectorem, non agit contra ſe ipſum cum ſit eadem Eccleſia.

5 Limita,quia poſſunt eſſe ſtipendiati , qui habent certam præbendam , ſed non dicuntur intitulati.Butr.d.conſ.3.n.2.in fi.verſ.quidam ſunt in Eccleſijs ſtipendiati,& n.3.

6 Limita,quia in eadem Eccleſia poſſunt eſſe plures inſtituti,prout præbendati Canonici, & vnus poteſt agere contra alium. Aegid.conſil. 2. num. 1.& ſeq.

7 Extende , quia diuerſis reſpectibus dominium eiuſdem rei poteſt eſſe pęnes plures , quia Epiſcopus dicitur Dominus Ciuitatis , & Princeps ſecularis eſt Dominus, & Epiſcopus , Archidiaconus , & Archipresbyter ſunt intitulati in eadem Eccleſia diuerſis reſpectibus.Aegid. d. conſil.2.n.10.

8 Declara , quia ſi plures Cappellani ad curam Eccleſiæ introducti ſunt ſtipendiati dicuntur pro cura animarum,non tamen ipſi dicuntur habere curam animarum. Agid. Bellam.conſ.38.in principio,num.1.& ideo in eis non habet locum c. de multa,nec cap.licet canon,neque alia iura contra habentes curam animarum , ſecus ſi eſſent Vicarij perpetui.Oldra.conſ.67.per totum , quem ſequitur Caſſa.deciſ.11.in fi.de præben.

Vide . Parrochia vna poteſt habere plures curatos. Concluſ.96.

Beneficia incompatibilia ſi quis aſſequatur quando, & quomodo inducatur eorum vacatio. Concluſ. LXIX.

1 BENEFICIVM ſecundum aſſequens curatum debet primum dimittere,quia primum vacat ipſo iure,cap.de multa,de pręben. qui tex. procedit ſolum in curatis . Oldrad. conſil. 165. Thema, cuidam Clerico . Anchar. conſ. 59. per totum .

2 Declara,vt procedant predicta,quod per aſſequutionem ſecũdi incompatibilis vacat primum ſi pacificam poſſeſſionem ſecundi conſequitur , alias non.Calder.conſ.226.alias 5.de prębend.in princ.vbi intelligit niſi ſteterit per eum , qui poteſt aſſequi,quia tunc vacat etiam non facta aſſequutione , vel ſi renunciaſſet ſine cauſa prouiſioni de ſecundo , vel adeſſet malitia ex parte non aſſequentis . Gemin.conſ.78.col.2.ver.ad ſecundum dubium.

3 Intellige,quod ſufficiat pacifica poſſeſſio facti licet non ſit pacifica iuris , quia error iuris non excuſat. Innoc. in cap.conſtitutis, de appellat.in principio, ſequitur Geminian.conſ.101. verſ. ad tertium .

4 Extende declarationẽ, vt idem ſit in monacho promoto ad Abbatiam alterius ordinis,quia non deſinit eſſe monachus primi Monaſterij , donec pacificam poſſeſſionem habuerit Abbatiæ , & adhuc debet habere alimenta , & neceſsaria à primo Monaſterio.Calderin.conſil. 398.alias 13. de regular.

5 Declara,vt infra in verſ. reſtringe: vbi dantur duæ reſtrictiones,& declarationes.

6 Declara totam iſtam materiam,quia licet per aſsequutionẽ ſecundi Curati vacet primum Curatum ipſo iure,non tamen intelligas , vt titulus in primo omnino extinguatur, quia ſi ordinarius vellet ipſum beneficiatum in primo perſeuerare, non indigeret nouo titulo . Ancharan. conſilio 59. in fine.

7 Amplia in tantum, vt ſi ipſa plura curata obtineat ſine diſpenſatione aliqua,nedum incurrat crimen pluralitatis,de quo in d.c. de multa, de præben.ſed etiam efficitur inhabilis ad obtinenda , & ordines,ſecundum extrauag. execrabilis . Gemin.conſ.106.in fi.num.11.ver.& ideo in hac materia.Hodie ex Concilio Tridentino ſeſs. 7. c.4. innouatur c.de multa,& ſeſs.24.c.17. de reform. ſi retinet vltra ſex menſes priuatur omnibus obtentis beneficijs.

Vide.Beneficia plura curata retineri non poſſunt.Concluſ.66. vbi plenius.

8 Amplia, quia ſi quis aſsequatur Archipresbyteratũ vacat Canonicatus,& prębẽda,quos obtinet idem in eadem Eccleſia à die pacificæ poſſeſſionis.c.litteras,de conceſs.pręben.Federic.de Sen. conſ. 206.Reuerende Pater,in prin.

9 Amplia , vt idem ſit in tranſlatione monachi, vel promotione de vno ordine ad alium , quia deſinit eſſe monachus primi ordinis a die poſſeſſionis in ordine,ad quem transfertur. Calderi. conſ. 398. alias 13. de regular.

10 Amplia, vt procedat vacatio primi incompatibilis per aſsequutionen ſecundi etiam ſi apprehenſio ſecundi beneficij incompatibilis ſit iniuſta & de facto , vt quia ſciebat ſibi ius non competere,& ſecundum ſibi non deberi.c.eum qui, de præben.in 6.Gemin.d.conſ.78.in prin. verſ. non obſtat ſi dicatur,& latius conſil. 106.num.1.ver.tertio arguitur.

11 Amplia , vt quæ dicta ſunt de vacatione primi beneficij procedant etiam de vacatione iuris ad rem competentis in primo beneficio incompatibili ex gratia,prout ex electione , vel preſentatione,

tione,quia per assequutionem pacificam secundi incompatibilis,vel si per eum steterit vacat tale ius ad rem , vel in re. Gemin. consil. 78.column. 2.num.3. versic. ad secundum , per clemen. gratiæ, de rescriptis : vbi quæ dicatur pacifica possessio hoc casu.

12 Extende , vt imo etiam si prouisus de secundo haberet ius ad rẽ ex impetratione in forma pauperum per solam acceptationem secundi vacat tale ius ad rem ,etiam si secunda gratia non substineatur,nec pacifica possessio obtineatur.

13 Extende,quia habens gratiam expectatiuam acceptandi curatum,si assequatur aliud curatum, vel vicariam perpetuam, vacat ius expectatiuæ ad primum curatum, etiam si possessionem secundi non acceperit,dummodo stet per illum.Roma. consil.356.Circa primum,in prin.

14 Extende,vt procedat,siue habens ius ad curatum , assequatur aliud curatum ex prouisione per obitum,siue ex resignatione.Rom.d.consil.356. n.7.ver.quoad secundum: vbi loquitur in resignatione ex causa permutationis.

15 Extende etiam si curatum assequutum ex causa permutationis esset de iurepatronatus laicorum , qui non præsentarunt, quia sufficit , quod post collationem consenserint patroni . Roma. dicto consil.356.num.7.& seq. vers. quoad secundum, per tot.vbi in fin. quod habet locum etiam si non habuit possessionem secundi si per eum steterit .

16 Extende,vt clem.gratiæ,de rescript. procedat, quod per assequutionem secundi perdatur ius ad rem competens in primo incompatibili,etiam si possessionem pacificam secundi non habuerit, dummodo steterit per eum, quo minus illam habere voluerit.Gemin.d.consil.78.num. 4. vers.non obstat si dicatur.

17 Extende etiam in prebenda Canonicali spirituali , quia per assequutionem vacat ius ad primam.Rom.consil.328.nu.6.

18 Declara,quod non dicitur stetisse per eum , qui assequutus est secundum incompatibile,&fuit per iudicem secularem molestatus , licet non habuerit recursum ad Principem secularem, si modo habuit recursum ad Iudicem suum Ecclesiasticum.Geminian.dicto consil.78.num.4.versic. non obstat.

19 Restringe ampliationem , vt non procedat licet prouisus fuerit assequutus possessionem beneficij secundi incompatibilis , & curæ, si modo non habeat possessionem pacificam etiam maioris partis bonorum beneficij. Gemin.consil.78.nu. 5.vers.nec obstat si dicatur, vbi dicit * communem,& idem Gemin.consil.125.num.7.& 8.ver. super tertio: vbi dicit quod sufficit, quod assequatur possessionem omnium,vel maioris partis rerum temporalium secundi,ad hoc, vt primum vacet,sed ad hoc , vt teneatur promoueri , sufficit habere exercitium curæ , vel maioris partis bonorum.

20 Restringe,vt non procedat , etiam si pacifice possederit beneficium secundum incompatibile integre,sed non per vnum mensem, quia requiritur quod possederit per quadraginta dies de stylo Curiæ. Gemin.d.consil.78.n.5.in fi.& nu.6.vers. nec obstat si dicatur.

21 Amplia , vt quis incurrat crimen pluralitatis quando obtinet duo incompatibilia curata sine dispensatione : Gemi.consil.106.nu.11. ver.quandoque quærimus, & tũc efficitur inhabilis:& ineligibilis ad quæcunque beneficia Ecclesiastica. Gemin.consil.126.in princ.vers.hoc præmisso,& n. 3.ver. quandoque quis: vbi quod etiam efficitur inhabilis ad ordines,vt in extrauag. execrabilis. §.porro,qui vero deinceps .

22 Amplia, vt procedat, quod retinens pacifice duo curata incurrit in crimen pluralitatis , & in pœnas execrabilitatis, etiam si habeat dispensationem non validam concessam,etiam ab eo, qui habebat facultatem valide dispensandi . Gemin. consil.106.in fi.nu.11.ver.aut tenet talia beneficia, & consil.126.nu.3.ver.aut illa consequitur.

23 Amplia, quia sufficit,quod habens Curatum aliud assequutus fuerit,quia primum vacat,etiam si secundum postea dimittat. Rom.consil.356. Circa primum.nu.4.ver. cæterum.

24 Amplia,quia habens duo curata ex dispẽsatione si assequitur tertium curatum incompatibile, vacant ipso iure duo primo obtenta curata , non vnum.Petr. Ancharan. consil. 59. In publicis relationibus,in princ.

25 Limita in eo,qui obtinet curatum , & assequitur non curatum , sed tamen incompatibile propter residentiam, quia non vacat primum,sed datur optio obtinenti secundum iura antiqua. c. ad hoc.& c.præterea,de præbend. quæ iura non sunt correcta. Oldrad.consil. 165. Thema cuidam Clerico:vbi reprobat Innoc. idem tenet Lap. alleg. 117.Philippus,num.3.ver. & tamen si requireret: vbi etiam reprobat Calder. qui sequitur Innocen. & pro hac parte allegat Ioann.Andr.in addit. ad Specul.tit.de Cleric.non resid. §.1.sequitur Oldr. Pet.Anchar.consil.59.In publicis relationibus, per tot. num.1.vbi quod maius periculum in curatis est,item inducentia vacationem tanquam correctoria sunt restringenda,nec extendi debent, & in fi.dat concor. & ita Rota Roma.lib.1.decis.483. & 484. in nouiss. vbi loquitur de habente curatum, & assequente Canonicatum , quia si non fuit monitus non vacant ambo, licet retinuerit vtrunque.

26 Declara hanc limitationem procedere etiam si in gratia secundi assequendi adesset clausula, ita quod in assequendo resideat , alias gratia sit nulla,quia ista comminatio nõ facit cessare dicta iura,nec vacare primum , sed adhuc habet electionem. Oldrad.d.consil.165.in fi.

27 Extende limitationem etiam in Ecclesijs curatis,in quibus plures sunt intitulati,quia assequutio secundi non facit vacare primum . Anchara. consil.59.num.3.versic.pro confirmatione.Oldra. consil.67.

28 Contra hanc limitationem tenent Innoc.& Io. Calder.in c.fi.de Clericis non resid.sed vt supra in limit.reprobantur.

29 Extende limitationem multo magis quando vltimum assequutum non est curatum, & requirit residentiam ex statuto particulari non de iure communi,quia iura non loquuntur hoc casu, & sunt correctoria,& odiosa. Petr.Anchar. d.consil. 59.in princ.

30 Restringe limitationem , vt non procedat si quis habet ius ad beneficium non curatum requirens residentiam,& postea assequitur beneficium aliud curatum , quia ius ad non curatum extinguitur ipso iure.clemen.gratiæ,de rescript.Petr. Anchar.

Ancharan.d.conſ.59.per totum, maxime num.5. vbi dicit facilius extingui ius ad rem, quam ius in re.& conſ.65.in princ.

31 Et idem dicit ſub forte in caſu conuerſo, vt ius ad curatum extinguatur per aſſequutionem ſecundi non curati. Ancharan. dicto conſ. 59.num.5.

32 Limita, quia c. licet canon.de elect. in 6. privans obtinentem parochialem ſi ante 25. annum illud obtinuit,& non ſit infra annum promotus ad Sacerdotium, & niſi reſideat, non procedit in parochiali, quę ſit dignitas, vel collegiata, niſi præcedat monitio. cap. ſtatutum. eodem titul. lib. 6. vbi quod. cap.licet canon. pœnale, non debet extendi.

33 Limita,quia licet aſſequens duo incompatibilia ordine ſucceſſiuo, & illa retinens incurrat crimen pluralitatis in cap.de multa, de prębend. tamen ſi ambo ipſa incompatibilia contemporaneè aſſequeretur,non habet locum pœna, quæ loquitur de habente primũ,& aſſequitur ſecundũ,& & retinet vtrunque,ita Gemi.conſ.106.n.7.ver.ſecundo arguitur, qui bene loquitur ad effectum ne fiat inhabilis ad alia,ſecundum extranag.execrabilis,quia pœnę ſunt tenendæ in caſibus expreſſis.

34 Limita quando beneficium curatum vnitur alteri curato, vel præbendæ, quia vnitum, acceſſorie ad aliud recipit naturam ſui principalis, & ceſſat incompatibilitas. Roma. conſilio.330. Circa primum. num.14.verſic.hoc quidem ſecundo.

35 Limita quando aſſequens incompatibile, retinet etiam primum pacifice, ex alia licita cauſa, & non nomine ſuo, puta ſi teneat ne fructus ad inimicos deueniant, & vt illos ſucceſſori reſeruet, vel tanquam cuſtos, quia non incurrit eo caſu crimen pluralis. Gemin.conſ. 106. num. 10. ver. ad vltimum.

36 Reſtringe, vt non procedat in electo non confirmato, prout loquitur c.auaritiæ, de elect. in 6 ita Gemi.conſ.106.n.10.ver.nec obſtat prędictis vbi quod nullo modo poteſt electus adminiſtrare ante confirmationem.

37 Limita quando quis eſt canonice diſpenſatus ad duo curata, & illa retinet,ſed non ſunt ſibi canonice collata,quia non efficitur pluralis,nec incurrit pœnas aliquas,licet contra eum poſſit procedi ratione non canonici tituli ad priuationem. Gemin.conſ.106.in fin.n.11.verſ.aut diſpenſatio eſt canonica vſq;in fin. vbi dicit ſecus eſſe quoad peccatum in foro animæ, quia peccat, & idem repetit conſil. 126. per totum: vbi quaſi duplicatur, maxime numero 4. verſ. aut iſte habet diſpenſationem.

38 Declara,& ſeu reſtringe limitationem, vt non procedat quando in diſpenſatione ad plura adeſſet clauſula expreſſa, ſi canonice conferantur, ſola cum ſit conditionalis non ſuffragatur quin ſit pluralis is, qui obtinet plura non canonice, ſecus ſi dicta clauſula non exprimatur,quamuis ſubintelligatur,quia tunc procedit limitatio,ita diſtinguit Anton. de Butrio in cap. dudum, de electioni. prout refert Geminian. conſilio 126. numero quarto,in fin. verſ. ſed bon. mem. Dominus meus.

39 Contra declarationem Anton.de Butr. tenet idem Geminian.dicto conſ.106.in fi.verſ. nec obſtat ſi dicatur. vbi dicit, quod conditio iſta ineſt tacite à iure, quod poſſit obtinere plura,ſi ſibi canonice conferantur, & quod tacite ineſt,licet exprimatur,non facit conditionem.cap.fin. de præſumption.

40 Declara ſecundo, vt diſpenſatio ad plura obtenta non tueatur illa obtinens non canonice, quando diſpoſitio refertur ad obtenta, quia tunc efficitur pluralis, & inhabilis ex quo Papa ignorauit, quod canonice non obtineret, & ſic non ſuffragatur. Gemin. d.conſ.126.num.5. ver. aut illa clauſula.

41 Si vero diſpenſatio eſt legitima, & à principio obtinuit plura canonice, ſed deinde ob non promotionem fuit priuatus, & incepit tenere non canonice,tunc non efficitur pluralis, & in iſto caſu procedit limitatio Gemin.d.conſ.126.n.5. & ſeq. ver.ſed iſte non eſt,vſque in fi.

42 Extende, quia diſpenſatio inducitur eo ipſo, quod Papa mandat,vel concedit, quod poſſit retinere duo incompatibilia, vel duo curata, aut dignitates. Anchar.conſ.65.Pro clariori.num.3.ver. reſpondeo.

43 Limita, quia regula eſt affirmatiua, quod nunquam per aſſequutionem vnius beneficij, aliud vacat niſi expreſſe ſit diſpoſitum de iure, & ideo qui dicit vacationem debet probare. Cardinalis Zabarella conſilio 3. Domina P. in ſuo teſtamento, in principio: vbi dicit hoc* communiter teneri: vbi enumerat beneficia incompatibilia.

Vide. Beneficia plura curata retineri non poſſunt. Concluſ.66.

Vide Concluſionem proximam ſeq.

Beneficia qualiter vacent per aſſequutionem iuris in pluribus incompatibilibus. Concluſ. LXX.

1 SI quis habeat ius in re in beneficio curato validum,& aſſequatur ius validum in alio beneficio incompatibili, qualiter vacent beneficia, habetur in cap.de multa, de præbend.Geminian. conſ.78.in prin.

2 Quando vero ius in re ad beneficium curatum eſt validum in veritate, & opinione, & habens tale ius acquirit aliud ius in re in alio beneficio incompatibili, & ſecundum ius acquiſitum non eſt validum, ſed opinione reputatur validum, tunc an primum perdatur, tractatur in cap. ſi beneficia, de præbend. in 6. Geminian. dicto conſilio 78. in principio. verſic.quandoque accumulatur.

3 Aliquando quis habet ius ad rem, & non in re ad primum beneficium, & deinde conſequitur ius in re in ſecundo beneficio incompatibili, & tunc ſi tale ius primum ad rem competebat ex impetratione in forma pauperum, & quando, & qualiter extinguatur, ponitur in capit.ſi pauper Clericus, de præbend. in 6.Geminian.d.conſil.78.in principio. verſic.quandoque quis habet.

4 Si vero ius ad rem in primo competit ex gratia,pura electione præſentatione, & ſuperueniat

ius

ius in re in secundo, tunc tractatur in clem. gratiæ, de rescript. Gemin. d. cons. 78. in prin. ver. aut primum ius.

Vide Conclusionem prox. prœced.

Beneficia promoti ad Episcopatum vacant, & quando. Conclusio LXXI.

1 BENEFICIA promoti ad Episcopatum, quæ prius obtinebat, vacant, & possunt conferri à die consecrationis, vel lapsi temporis ad consecrandum. cap. cum in cunctis. §. cum vero, de elect. Oldrad. cons. 14. Cum quæritur, in princ. qui dicit esse priuilegium speciale in Episcopatibus, quia cum dicantur electi ante consecrationem, & possint repelli non vacant, & intra quantum tempus debeant consecrari. Lap. alleg. 35. per totum. Angel. cons. 274. Bonifacius Episcopus, in princ. & idem dicit Anchar. cons. 328. Factum tale est, in prin.

2 Contrarium, quod imo beneficia promoti ad Ecclesiam Cathedralem Metropolitanam, vel Patriarchalem non vacent à die consecrationis nisi administrationem, & possessionem habuerit, tenet Roman. cons. 335. Circa primum, in principio allegat cap. cum in cunctis. §. quod vero, de election. & cap. si quis iam translatus 21. quæst. 2. vbi quod collatio facta ante non valet, & idem tenet Roman. consil. 345. Circa primum. num. 17. tam in translato, quam in promoto, vbi quod non vacant, donec possessionem Ecclesiæ ad quam promouetur, vel transfertur habuerit, vel per eum steterit.

3 Idem est, quia non etiam vacant ad effectum, vt ante consecrationem, & possessionem acceptari possint per expectantem, & acceptatio facta ante est nulla, & non valet. cap. post electionem, de concess. præbend. iuncta gl. ibi in ver. confirmationem. Roman. d. cons. 335. n. 2. & seq. ver. & si dicatur, & num. 4.

4 Declara, quia de stylo Curiæ seruatur, quod statim accepta consecratione conferuntur etiam ante adeptam possessionem. Roman. dicto consilio 335. numero quarto. verfic. licet in Romana Curia, & idem Roman. consil. 345. Circa primum. num. 17. alios plurimos ad hoc citat prima apostil. ad Roman. dicto consil. 345. in ver. possessionem.

5 Sed tamen Io. Andr. in clem. 1. in gloss. super ver. collatio, vt lite pend. dicit hanc consuetudinem damnabilem, quam sequitur Roman. d. cons. 345. nu. 17. in fi.

6 Amplia, vt idem sit in translatione Episcopi de vna Ecclesia ad aliam, quia eo ipso, quod post confirmationem, possessionem secundæ Ecclesiæ adeptus est, vacat ipso iure prior Ecclesia. Oldra. d. cons. 14. ver. item si quis translatus. nu. 4. & 5. & in hoc non expectatur consecratio cum sit semel consecratus. Abb. in c. fi. in fi. n. 13. ver. & hæc quæstio potest esse, de postulat. Prælat.

7 Vide. Translatio Episcoporum, & aliorum Prælatorum quid operetur. Concluf. 364.

8 Imo valet prouisio facta de beneficijs translati, ante quam ipse consenserit translationi si duo concurrant, videlicet, quod translatio fuerit vtilis, & quod postea illam acceptauerit, vel ratificauerit. ita Roman. cons. 340. nu. 6. & seq. ver. circa tertium, allegat tex. singul. in cap. Lugdunen. 9. q. 3. vbi gloss. 2.

9 Amplia, quia beneficia promoti in Curia, licet sit absens dicuntur vacare in Curia, ita quod sunt reseruata Sedi Apostolicæ tanquam vacantia in Curia. Federic. de Sen. consilio 200. Quod permutatio, in prin. ver. sed posito, & loquitur de promotione priorum, & sic credo, quod loquatur de promotione ad Abbatias.

10 Amplia, quia beneficia promoti, & consecrati ad Episcopatū si cessat illorum reseruatio, prout per Concilium Basilienſe fuit ordinatum, licet per Episc. & inferiores collatores non possint conferri, stante appositione manus Papæ etiam nulliter conferentis tanquam essent reseruata, tamen possunt acceptari per expectantem Apostolicum, quia licet prouisio fiat per exequutorem, tamen valet, quia nomine Papę fit; ita per plura Roman. dicto consilio 335. num. 4. & seq. per totum. vers. quoad secundum: vbi pro vraque opinione citat, & ita tuetur.

11 Amplia, quod etiam Abbates promoti de consuetudine retinent priora beneficia, donec benedictionem acceperint, quæ large dicitur consecratio. Oldrad. consil. 14. vers. ad aliud cum dicitur. num. 9.

12 Contrarium, quod imo beneficia Abbatis vacent illico absque benedictione, quia Episcopus ante consecrationem potest repelli non sic in Abbate. Felin. in cap. inter monasterium. num. 1. in fi. de re iudic.

13 Amplia, vt idem sit in promoto ad Cardinalatum, quia licet de iure beneficia promoti ad Cardinalatum non vacent, tamen de stylo Curiæ contrarium seruatur. Calderin. consilio 56. Quod est primum, de translat. Prælator. quem refert, & sequitur Deci. in cap. cum in cunctis. §. cum vero, de election. Abb. in cap. final. in fin. num. 13. de postul. Prælat. vbi quod fuit quæstio de facto in Archepiscopo Florentino effecto Cardinale in absentia, an vacarent Episcopatus, & alia beneficia.

14 Declara, quia ante acceptationem Cardinalatus, & promotionis non vacant de iure priora beneficia. Calderin. dicto consilio 56. alias primo, de translat. Prælator. de qua quæstione Abbas distinguit in dicto cap. final. in fine, de postul. Prælator. quod si translatio fiat ob publicam vtilitatem vacant à die promotionis, vel translationis, si ob merita personæ à die acceptationis.

15 Amplia, seu declara, vt vacatio procedat etiam ante, vel post, ac reguletur secundum quod Papa decernit vacare alia beneficia, puta cum primum acceperit possessionem Episcopatus, vel maioris partis bonorum, quia vacatio, & & retentio regulatur à voluntate, vel decreto Papæ. Angel. consilio 274. Bonifacius, in principio.

16 Limita de iure communi in Abbatibus, & alijs personatibus, & dignitatibus, & curatis, quia per adeptionem secundi vacat primum simile ipso iure non expectata alia promotione, vel benedictione, aut consecratione. Oldrad. dicto consilio 14. verfic. modo ita. num. 3. & seq. vsque in fin.

17 Limita in Epiſcopis promotis ad Epiſcopatus vltramarinos, quando non poſſunt habere poſſeſſionem Epiſcopatus, quia non vacant beneficia talis promoti. Bald.conſil.164. Quidam fuit per Papam, in princ.lib.1.

18 Limita, niſi Papa daret retentionem, vel diſpenſaret cum promoto, quia non vacant talia beneficia. Angel. d.conſ. 274. in princip. Franc. Aretin.conſil.7. Procedendum. num.4. verſ.patet igitur.

19 Declara, quia licet Papa dederit retentionem, poteſt tamen declarare ipſam retentionem, vt in longius, vel breuius tempus ſe extendat, vel non extendat. Angel. dicto conſilio 274. per totum, vbi eſt caſus.

20 Reſtringe, ſeu declara, quia talis conceſsio, vel diſpenſatio Papæ, quod promotus ad Epiſcopatum poſsit retinere obtenta cum Epiſcopatu, non confert ius de nouo, & propterea ſi promotus obtineret beneficium non canonice ante promotionem, vt quia regulari Epiſcopus contuliſſet beneficium ſimplex ſeculare, ſi talis regularis promouetur ad Epiſcopatum, & obtinet retentionem obtentorum, vacat, nec conualidatur collatio nulla. Franc. Aretin.d.conſ.7.num.4.ver.patet igitur ex præmiſsis.

21 Et procedit reſtrictio etiam ſi Papa poſt collationem nullum erexiſſet beneficium ſeculare in regulare, quia adhuc non conualidatur dicta collatio, niſi Papa fuiſſet certificatus de nullitate talis collationis. Franc.Aretin.conſ.7.num.4.ver. & per prædicta.

22 Reſtringe, quia quoad beneficia iuriſpatronatus illa vacant per promotionem ad Epiſcopatum, etiam non obſtante retentione, quia Papa non cenſetur velle tollere ius conditionale, & in ſpe competens patrono, plene Franc. Aretin. d. conſ.7.nu.4. ver.ſed dicendum eſt vnum verbum, vbi allegat deciſionem Rotæ, quam dicit notabilem, & tollit contraria de iure in ſpe, quando eſt in arbitrio alterius, quia non eſt conſiderabile, ſed dicit, quod non eſt in arbitrio promoti impedire vacationem abſolute, ſed vno modo tantum, quando repudiaret Epiſcopatum, ſed imo poſſet etiam tunc compelli acceptare.

23 Declara reſtrictionem, quia non procederet quando Papa dediſſet retentionem etiam beneficiorum iuriſpatronatus, quia tunc non vacant, nec patronus poteſt aliquid prætendere, vt innuit Aretin. d.conſ.7. col. fin. ver.præterea non poteſt negari.

24 Limita, quia beneficia promoti ad Epiſcopatum non vacant etiam poſt conſecrationem, ſi ipſe non poteſt habere fructus Epiſcopatus, quia tunc debet habere fructus beneficiorum, quæ habebat ante promotionem, donec poſsit habere fructus Epiſcopatus. Ancharan. conſil. 328. Factum tale. numero 1. verſ. non obſtat ſi dicatur, allegat text. in cap. ſi tibi conceſſio, de præbend. in 6.

25 Extende, vt procedat, ſiue debeatur prima annata Epiſcopatus Papæ, ſiue fabricæ, ſiue fructus, bello, vel fortuito caſu non habeantur. Ancharan. dicto conſilio 328. in principio, & per totum.

26 Extende, quia imo etiam ſi habeat poſſeſsionem Epiſcopatus poſt conſecrationem: ſi modo fructus non percipit debet habere fructus beneficiorum, quę primo obtinebat, donec fructus Epiſcopatus contequatur. gloſ. in cap. ſi tibi conceſſo, in ver. vacare, de præb. in 6. ſequitur Roman. d. conſ.335.num.4.ver.quinimo, vbi apoſtill. dat concord.plurimos; ſed tamen dicit curiam non ſeruare, vt ſupra, in princ. & idem repetit conſil. 345.num.17.ver.quinimo, vbi etiam dicit, quod curiæ conſuetudo eſt damnabilis, ſecundum Ioan. Andr. in clement. prima, in ver collatio, vt lite pend.

Vide. Conſecratio Epiſcopi infra quantum tempus fieri debeat. Concluſ. 743.

Vide. Conſecrationis tempus quando currere incipiat promoto in Epiſcopum. Concluſione 744.

Beneficia ingredientis Religionem quando vacent. Concluſ. LXXII.

1 BENEFICIA eius, qui ingreditur religionem vacant, & poſſunt conferri lapſo anno à die ingreſſus, ante non, niſi ipſe conſentiat reſignationi. Rom.conſ.335.Circa primum.num.3. ver. quod quidem, allegat cap. beneficium, de reg. iur. in 6.

2 Ratio eſt, quia licet infra annum ingreſſus non obligetur religioni in genere, neque in ſpecie, tamen poſt annum etiam non emiſſa profeſſione obligatur religioni in genere, ſicque efficitur religioſus. Lap. allegat.130.Factum, ſuper quo. num.12.ver.item dico, de profeſſione.

Vide. Ingreſſus religionis operatur multa. Concluſ. 134.

Vide. Profeſsio religionis multa operatur. Concluſ. 883.

Beneficiatus vltra onera ſolita non obligatur. Concluſ. LXXIII.

1 BENEFICIATVS non tenetur deſeruire in beneficio obtento vltra onus, & vltra compelli non poteſt, ideo obtinens beneficium, quod non habet annexum onus celebrandi, vel ſeruiendi per hebdomadas, non poteſt ad hoc compelli. Abb. conſil.96. Ad claram, circa fin. ver.ad tertium.lib.2.

2 Extende, etiam ſi alij beneficiati ſeruitium aggrauaſſent, quia ſi non eſt inducta præſcriptio, vel conſuetudo vniuerſalis, non compellitur, qui non tenetur. Abb.d.conſ.96.circa fin. lib.2.vbi, quod imo Epiſcopus contra præſcriptionem diſpenſat.

3 Amplia, quia ſi beneficium eſt inſtitutum cum onere, quod inſtituendus continue teneatur celebrare in ipſo, non tamen omni die celebrare tenetur, ſed quando honeſte poteſt celebrare. c. ſignificatum, de præben. Abb. d.conſ.96.in fin.lib. 2. vbi, quod Beatus Auguſtinus celebrantem quotidie, nec laudat, neque vituperat, vt in cap. quotidie, de conſecr.diſtinct.2.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Beneſi-

Digitized by Google

Beneficiatus ad quæ obligetur beneficio. Conclus. LXXIV.

1 BENEFICIATVS tenetur restituere bona aportata de beneficio, à quo translatus est. Castrens. cons. 338. Primo quæritur. col. fin. vers. nouissime. lib. 1.

2 Extende, quia potest conueniri, vt reficiat bona Ecclesiæ, quæ tenebatur, & potuit reparare ex redditibus perceptis, si non fecit. Castren. d. cons. 338. in fin. lib. 1.

3 Extende, quia si male versatus est confitendo in præiudicium Ecclesiæ potest conueniri, & tenetur. Castrens. dicto consilio 338. numero 6. libro primo.

4 Extende, quia Abbates, & alij beneficiati habentes beneficia in administrationem tenentur reddere rationem de consumptis in damnum Ecclesiæ. Socin. cons. 32. Ex his, ver. circa secundam. libro 1. quod etiam innuit Castrens. dicto consilio 338. column. final. ver. nouissime, libro primo.

Beneficia reseruata quæ dicantur. Conclus. LXXV.

1 EPISCOPATVS omnes sunt reseruati dispositioni Sedis Apostolicæ. Cardin. Zabarella consilio 5. Vacante Monasterio, per totum, maxime numero 1. vbi, quod nullus potest de eis disponere postulando, eligendo, vel conferendo, & quod illud est notorium apud omnes, & propterea non repetuntur expensæ factæ ab electo in prosequutione electionis, & confirmationis, & repetit cons. 6. num. 2. ver. circa petitionem, & cons. 36. in princ. vbi allegat extrauag. Io. XXII. & Benedicti XII.

2 Extende in Archiepiscopatibus, & Patriarchalibus Ecclesijs, quia omnes sunt reseruatæ Papæ, & non potest sequi electio, vel postulatio ad illas. Cardinalis Zabarella consilio 36. in principio.

3 Abbatiæ omnes sunt reseruatæ Sedi Apostolicæ, vt supra, quia nullus potest de eis disponere postulando, eligendo, vel conferendo. Cardin. Zabarell. d. cons. 5. num. 2.

Vide. Reseruata beneficia quæ dicantur à iure communi. Conclus. 226.

4 Vacantia etiam per promotionem in curia dicuntur in curia vacare. Cardinalis Zabarella dicto consilio quinto, numero quarto, vbi, quod ita est de stylo, & vide, quæ ibi posui.

Vide. Beneficia reseruata per assequutionem in curia. Conclus. proxima seq. 76. vbi aliæ reseruationes tanguntur.

Beneficia reseruata per vacationem in curia à solo Papa conferuntur. Conclus. LXXVI.

1 BENEFICIA vacantia in curia, tanquam reseruata per solum Papam conferri possunt. cap. 2. de præben. in 6.

2 Amplia, vt idem sit de beneficijs vacantibus apud Sedem. glos. in cap. statutum, de præben. in 6. Lap. allegat. 97. Beneficia vacantia, in principio.

3 Amplia, quod non veniunt in quacunque gratia facta per Papam expectantibus. Lap. allegat. 85. Dominus Papa. num. 1. ver. respondeo ad prædicta.

4 Declara ampliationem, quod veniunt sub gratia expectatiua post mentem, & si Papa infra mensem illa non contulit, quia tunc cessat, quod dicantur vacare in curia. Lap. dicta allegat. num. 1. ver. circa hoc, vbi, quod stante reseruatione hoc non procederet, & num. 2. vers. & quicquid dicit, quod curia hoc non admitteret, quia spectant iure deuoluto ad Ordinarium, non iure proprio.

5 Amplia, quod beneficia per mortem Cappellanorum commensalium Papæ, dicuntur vacare in curia, vel apud Sedem. Lap. dicta allegat. 97. Beneficia vacantia, in principio, versic. & vltra illa.

6 Amplia, quod beneficia promotorum in curia ad Episcopatum, vel Abbatiam etiam si promoti sint absentes, dicuntur vacare in curia, vbi promouentur, & sunt Sedi Apostolicæ reseruata. Feder. de Sen. cons. 100. in princ.

7 Idem est multo magis si sunt præsentes promoti in curia, quia vacant eorum beneficia, quæ obtinent tempore promotionis. Oldrad. cons. 14. per totum.

8 Extende, vt procedat, quod beneficia promoti in curia, vacent in curia, etiam ante adeptam possessionem beneficij, ad quod est facta promotio de stylo curiæ. Card. Zabarell. cons. 5. Vacante Monasterio. num. 4. vers. ad hanc partem. Calder. cons. 56. alias 1. De translat. Episcoporum, in fin. ver. non obstat.

9 Limita, nisi vacarent in curia ob fraudolentam resignationem in fraudem expectantium, quia nihilominus debentur expectantibus fraudatis. Oldrad. consilio 324. numero 12. versic. nec obstat.

10 Limita, quia si Papa non confert beneficia vacantia in curia infra mensem, collatio spectat, & reuertitur ad ordinarium. Lap. allegat. 85. Dominus Papa, in principio, numero primo, versic. circa hoc, quod intellige, secundum text. in cap. statutum, de præbend. in sexto, vt Episcopus conferat per seipsum, vel si esset in remotis per Vicarium residentem, & habentem facultatem.

11 Contrarium hodie est verius, quia nec per se ipsum confert Episcopus, etiam post mensem, quia sunt reseruata per extrauagan. Benedicti

Digitized by Google

Papę XII. quæ incipit, Ad regimen. Lap. alleg. 97. Beneficia vacantia, in princ. ver. & licet in prædictis.

Vide Conclusionem proximam præcedentem, & Conclusionem proximam sequentem.

Beneficium affectum quando dicatur per appositionem manus Papæ. Concluſ. LXXVII.

1 BENEFICIVM Ecclesiasticum per collationem factam à Papa liberam dicitur ita esse affectum, vt ab alio non possit conferri.

Vide, Papa apponendo manum ligat manus inferiorum. Concluſ. 61.

Vide. Manus appositio per superiorem quando ligat inferiorem. Concluſ. 76.

2 Amplia in Canonicatu collato à Papa, vt taliter afficiat præbendam debitam Canonicatui, vt ab aliquo quantumcunque ignorante prouisionem Papę conferri non possit. Feder. conſ. 290. num. 5. ver. interdum est. Gemin. conſ. 138. num. 4. & 5. allegat cap. si postquam, de præben. in 6.

1 Extende, vt procedat in tantum, quod Canonicus habens expectatiuam ad præbendam, præferatur diligentiori habenti gratiam sub eadem data conditionalem, etiam cum clausula anteferri, quia præbenda pro Canonico dicitur affecta. Gemin. conſ. 138. per totum.

Vide. Expectans Canonicus sine præbenda præfertur alteri, & quando. Concluſ. 604.

4 Amplia, quia afficitur præbenda, seu beneficium per dationem exequutoris ad compellendum collatorem, quando fuerunt litterę intimatę, & interdictum est collatori, & idem si præcipiatur in litteris exequutorialibus, vel si iam Canonicus est receptus. Feder. d. conſ. 290. num. 4.

5 Amplia, quia si datur exequutor pure ad conferendum, vel collatore negligente, quia facta intimatione litterarum afficitur prębenda. Feder. d. conſ. 290. num. 4. ver. quando vero.

6 Amplia idem, quando datur exequutor ad primum, quod duxerit acceptandum impetrans, quia si facta sit acceptatio, & in genere, & fuerit notificata afficit. Feder. d. conſ. 290. ver. si vero. num. 4. circa fin.

7 Limita, quia per solas litteras præceptorias, vel monitorias, quod conferat tali beneficium, non afficitur prębenda, vel beneficium quin possit alteri conferri per collatorem inferiorem. Feder. conſ. 290. in princ. vbi de istis litteris, & quid importent.

8 Limita, quia Papa dando exequutorem ad prouidendum pure non afficit præbendam, nisi postquam exequutor insinuauerit litteras collatori. Feder. dicto consil. 290. num. 4. ver. quando vero datur pure, & idem est in exequutore dato ad conferendum negligente collatore, quia semper requiritur insinuatio, vt ibi.

9 Limita in exequutore dato ad compellendum collatorem, vt conferat tali, quia non afficitur nisi litterę fuerint intimatæ, & vltra intimationem interdixerit collatori. Federic. dicto consil. 290. numero quarto, in principio.

10 Limita si datus est exequutor ad conferendum primum vacaturum, quod impetrans duxerit acceptandum, quia antequam acceptet in genere, & intimata sit acceptatio collatori non afficitur, imo si acceptet in specie certum beneficium, & fiat intimatio, quia non valet, nec impeditur collator conferre. Federic. dicto consilio 290. numero quarto, circa finem, versic. & debetis scire.

11 Declara nisi adesset mensis appositio, & decretum, quia siue acceptet, siue non, siue fiat intimatio, vel non, tamen afficitur beneficium. Feder. d. conſ. 290. num. 4. in fin. ver. intelligas.

12 Limita, quia licet appositio manus Papæ afficiat beneficium, tamen istud procedit, quando prouidet, vel mandat prouideri de beneficio vacante per mortem, resignationem, vel priuationem, secus si per viam permutationis, quia si permutatio non sortitur effectum, vel non, fiat beneficium non erit affectum, nisi ad effectum permutationis. Gemin. conſ. 136. Super primo, per totum, maxime in fin.

Beneficiatus quando, & quis dicatur. Concluſio. LXXVIII.

1 BENEFICIATVS dicitur is cui collatum est beneficium vacans à superiore habente potestatem, quia potius titulus, quam possessio attenditur in beneficijs. Rota in antiq. decis. 10. de præben. Boer. decis. 24. num. 8.

2 Amplia, quia beneficiatus dicitur is qui est institutus perpetuo per superiorem Ecclesiasticum in beneficio, & ideo dicitur intitulatus, & propterea ad eum spectant fructus bonorum beneficij, etiam si de nouo detetur beneficium. Bald. consil. 196. Super eo quod. n. 3. ver. modo vlterius. lib. 4. vbi quod appellantur rectores.

3 Amplia, quia præbendatus dicitur is qui habet Canonicatum, quia non est Prælatus, neque habet administrationem. Castr. conſ. 2. Visis omnibus. num. 3. lib. 1.

4 Limita, quia officiarij dicuntur illi, qui præficiuntur alicui beneficio ad deseruiendum in diuinis, qui non habent titulum, & ad istos non spectant fructus, quia tenentur inseruire pro victu, & vestitu tantum. Bald. d. conſ. 196. nu. 3. ver. modo vlterius. lib. 4. vbi, quod fructus spectant ad beneficium eo casu demptis alimentis, & quod superior illos administrat.

5 Extende, quia isti officiarij possunt deputari, & amoueri à rectoribus beneficij, & etiã à laicis habentibus curam officiandi ex deuotione, & ideo isti officiarij consequuntur fructus assignatos pro mercede secundum tempus, quo deseruierunt. Bal. conſ. 18. Posito pro constanti. lib. 5.

6 Imo si Ciuitas habet Cappellam, cui ex deuotione facit celebrare continuo, (prout est Perusij Cappella S. Herculani) si fuit deputatus Cappellanus ab adunantia vniuersali, & reddat se indignum potest amoueri per Priores, & sibi non debetur merces, nisi pro tempore, quo officiauit. Bald. d. conſ. 18. per totum. lib. 4.

7 Agere non possunt isti officiarij certi altaris nomine

nomine suo, quia non sunt rectores, & quia non consequuntur, nisi suam mercedem pro alimentis. Bald. cons. 250. Viso isto processu.num. 3. & seq.lib.4.ver.sed vlterius.

Vide.Beneficiatus agens nomine suo debet docere de titulo. Conclus. 81.

2 Limita ad effectum priuilegij fori consequendi, puta in Clerico non incedente in habitu capto in delicto, quia si ratione beneficij vult remitti ad forum Ecclesiasticum debet docere de titulo beneficij, & de possessione, quia alias non diceretur beneficium habere, vel obtinere. Iul. Clar.in praxi crimin. §. fin.quæst. 36.num. 21. ver.regulariter, in fin. Cassane.cons. 30.num. 16.quem citat, & sequitur Boer. decis. 313.num. 3.vbi quod non dicitur obtinere beneficium is qui non docet de titulo, & possessione, quia ex solo titulo obtinetur beneficium.

3 Limita ad effectum exigendi, & consequendi fructus beneficij, quia debet docere de titulo, & possessione, vt dicatur beneficiatus, & possit exigere. Boer.d.decis. 313.per totum.

Beneficiatus an æquiparetur vsufructuario, an vsuario. Conclus. LXXIX.

1 BENEFICIATVS æquiparatur vsufructuario, ideo sunt domini fructuum perceptorum, & reconditorum. Laur.& Ioan.in c. duo 12.q. 1.& facit cap. 1.de Cler.non resid. à contrario sensu.lib.6.quos refert Calder. cons. 329.num. 2. ver. tertius casus, alias 2. de pecul. Cleri. licet ipse teneat contrarium, sed tamen hanc partem tenet idem Calder. cons. 264.alias 2.de reb.Eccl. non alien. vbi dicit * communem, etiam si beneficium habeat administrationem. Gemin. consil. 3.num.7.ver.nam Prælatus, & quod in vita æquiparetur vsufructuario. Ancharan. cons. 173. Factum tale. num. 5. Castr. cons. 438. in quæstione, quæ vertitur, in princ. lib. 1.

2 Contrarium, quod imo æquiparetur vsuario tantum, ita quod non faciat fructus suos, nisi ad vsum quotidianum tantum, facit text.in cap. Episcopus habeat 12. quæst. 1. vbi quod victu, & vestitu debent esse contenti. c. res 12. quæst. 1. vbi Ioann. dicit, quod illud est Clericorum, quod probabili ratione consumunt. glos. in cap. ex litteris, de pignor. & in cap. final. de pecul. Cleric. Infra in cap. indecorum, de ætate, & qualitate, circa fin. Hugo in cap. si Episcopus 12. qnæst. 5. Archid. in cap. statutum. §. assessorem, de rescri. in 6. Calder. in cap. fin. de pecul. Cler. & in cons. 329.num. 2.ver.tertius casus, alias 2. de pecul. Cleric. vbi istos omnes * citat, & hanc veram opinionem dicit Gemin. cons. 85.nu 13. ver. ex hoc liquido, vbi quod habent solum vsum pro se, & familia, & oneribus incumbentibus, residuum vero debent distribuere in vtilitatem Ecclesiæ, vel pauperum.

Vide. Successor in Ecclesia, vel Episcopatu, ad quæ debita prædecessoris teneatur, vel non. Conclus. 876.

3 Extende maxime in Episcopo, quia dicitur habere Ecclesiam in administrationem, & tanquam administrator non potest aliquid disponere in morte, neque ex testamento, neque ab intestato. cap. 1.c.cum in officijs, de testam. late Ferret. cons. 118. in princ. vbi quod tenetur Ecclesiæ conseruare.num. 2.dicit * communem.

4 Declarat Hostien. primam opinionem procedere in eo, qui est simpliciter beneficiatus; secundam in eo, qui habet administrationem in beneficio, quem sequitur Ioann.Andr. in cap. præsenti, de offi. ord.lib.6.& glos.in d.c.præsenti, in ver.reseruari, hoc dicit, & communiter * tenetur, vt per Corn.d.cons. 314.num. 2. vers.quinimo. lib. 3. declarationem à generali consuetudine communiter obseruari, & esse communem * opinionem. Docto.dicit Bello.cons. 3.nu. 6.ver.tertio est.glos. allegat Barba. in cap.fin.de pecul. Cleric.dicentem illam glos. ibi dicentem hoc à toto mundo allegari, & Corn.cons. 314. Videretur in præsenti.lib.3.dicit * communem, & vide Bellon. ibid. cons. 3.num. 6.ver.nunc in proposito declarare, quod administrationem habere dicitur beneficium in titulum habens certam dotem assignatam, & communem * dicit Ferret. cons. 118. nu. 3.quod æquiparatur vsuario.

5 Contrarium, vt imo si quis habeat beneficium in administrationem, nihilominus æquiparetur semper vsufructuario, & lucretur fructus reconditos. Calder. qui dicit * communem consil. 264.alias 2.de reb. Eccl. non alien.

6 Et carere administratione dicitur habens Canonicatum non distinctum, neque separatum. Bellon.cons. 3.num. 7.ver.quarto, & vltimo.

7 Declara secundo, nisi consuetudo aliter ordinaret, quia efficitur fructuarius, vel vsuarius, prout seruatur; ita tamen quod, siue vsufructuarius, siue vsuarius modicam erogationem faciat, & tunc pro anima sua non pro alijs, quia quod superest deducto eo, quod probabili ratione consumptum est, debet pauperibus distribui, vt concludit Calder.d.cons. 329.nu. 2. ver.tertius casus, vsque in fin. alias 2.de pecul.Cleric.

8 Declara, quia æquiparatur beneficiatus habens administrationem vsuario, vel vsufructuario. Castr.cons. 2. Visis omnibus.num. 3.ver.cum enim Prælatus lib. 1. Soci.cons. 32. Ex ijs quæ superius.num. 2.ver.circa secundum.lib. 1.quod declarat vt in vita æquiparetur vsufructuario, sed in morte vsuario, si vero non habet beneficium in administrationem, semper æquiparetur vsufructuario. Bellon.d.cons. 3.nu. 5.& 6.ver. est glossa. Corne.d.cons. 314.num. 2.lib. 3. Castren.cons. 338. num. 6 lib. 1.

9 Declara, quia beneficiati quoad perceptionem fructuum æquiparantur vsufructuario, vt reconditi, & à solo separati sint sui, alii vero non, in disponendo autem sunt vsuarii, & propterea in vita æquiparantur vsufructuario, in morte æquiparantur vsuario. Bello.cons. 3. Curatus Ecclesiæ. nu. 2. vbi dicit hanc distinctionem * communem, & hanc distinctionem esse Bald. in l. 2. C.de Episc.& Cleric. dicentem dari medium, quia non sunt mere vsufructuarij, neque mere vsuarij, sed vt supra.

10 Bald. vero cons. 313. Præmittendum est. nil 3. ver. nam si quidem.lib. 2. dicit, quod habentes beneficia in administrationem, prout sunt rectores Ecclesiarum in vita sunt vsufructuarij, in infirmitate vsuarij, & si vtroque casu nihil disponunt, fructus ad Ecclesiam spectant.

Vide. Bona per Prælatum acquiſita an ſint hæredum, vel Eccleſiæ. Concluſ. 112.

11 Declara, quia in iſtis ſi extat conſuetudo, illa attenditur, & obſeruatur, quod ſpectant fructus vel ad hæredes, vel ad ſucceſſores in beneficio, & * iſtam communem *opinionem aſſerit Bello. conſil. 3. num. 8. & ſeq. ver. ijs rationibus non obſtantibus, quando tamen conſuetudo non eſt onerosa Eccleſijs, vt quia per annum ſolum ſpectant fructus ad hæredes, vt eſt Mutinæ in Canonicatibus.

12 Declarat Bart. conſ. 231. Dominus Ioannes, per totum, lib. 1. quod ſemper Beneficiatus, licet æquiparetur vſufructuario quoad multa, tamen minus iuris habet, quam fructuarius, quia circa perceptos vſufructuarius efficitur Dominus; beneficiarius autem efficitur dominus ſolum quoad fidelem, & debitam diſpenſationem, allegat Archid. in cap. ſtatutum, de reſcript. libro 6. in fine.

13 Declara. quia fructus Monaſterij etiam collecti non ſunt hæredis commendatarij, vel Abbatis, ſed Monaſterij. Anchar. conſ. 328. Factum tale. num. 5. ver. ſuper ſecundo, vbi, quod hæredes non poſſunt prætendere, niſi expenſas factas gratia fructuum, quia fructus non habent, neque ad eos ſpectant.

14 Et quod beneficiati ſint meri diſpenſatores fructuum beneficij, non autem vſufructuarij. Ancharan. conſ. 116. Secundum ordinem, in principio.

15 Beneficiatus non habet dominium directum, neque vtile, ſed dicitur procurator. cap. 2. de donatio. Caſtren. conſ. 46. in fin. ver. plus videtur. libro 2. ideo procuratori, vel adminiſtratori aſſimilatur, quia talis eſt.

16 Extende, quia Papa confert, & reuocat generalem adminiſtrationem Epiſcopis, & multo magis illam poteſt reſtringere. Caſtren. conſ. 46. col. 2. ver. reſtat. lib. 2.

17 Amplia, quia in caſibus, in quibus ſecundum premiſſa fructus ſpectant ad hæredes beneficiati, extenditur etiam ſi nondum dies ſolutionis venerit, dummodo terminus fructuum ſit elapſus, & vere ſint fructus percepti. Bello. dicto conſilio tertio, in fine, numero 12. vel non obſtat ſecundum.

Vide. Fructus beneficiorum præteriti nondum exacti an ſpectent ad hæredes defuncti, vel ad ſucceſſorem in beneficio. Concluſ. 515.

18 Limita, quando moreretur ante collectionem fructuum. Bell. dicto conſilio 3. numero 13. qui dicit ita debere intelligi. Bart. conſ. 231. Dominus Ioannes, per totum, qui loquitur etiam ſi Rector confiteretur pro expenſis ſuis debere fratri ſuo, & cederet fructus non collectos.

Vide. Alimenta quando debeantur ſucceſſori in beneficio. Concluſ. 305.

Vide. Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpectant ad ſucceſſorem. Concluſ. 513. num. 3. & ſequen.

Vide plenius. Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum quando ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, vel ad hæredes defuncti. Concluſ. 514.

Beneficiatus agens nomine ſuo debet docere de titulo. Concluſ. LXXX.

1 BENEFICIATVS agens tanquam rector, vel curatus beneficij debet docere ante omnia de titulo, vel cura, alias debitores non tenentur illi ſoluere, & ſi non doceat de titulo præſumitur intruſus. Bald. conſ. 250. Viſo iſto proceſſu, in prin. lib. 4. Vide Boer. deciſ. 313. Et Baldi conſilio. per totam.

2 Amplia, vt idem ſit quando actor doceret de ſuo titulo, qui eſſet in lite, & controuerſia, quia donec lis pendet, & non eſt finita in petitorio, vel poſſeſſorio, non poſſunt debitores compelli ad ſoluendum ex ſolo titulo quando non contraxerunt cum actore ex tali titulo. Bald. conſil. 250. num. 3. ver. item ſciendum eſt. lib. 4. qui loquitur quando is qui agit non eſt in poſſeſſione, neque collitigans.

3 Amplia, quia is qui non eſt Rector, ſed deputatus ad officiandum certo altari non poteſt agere, quia ſola alimenta conſequi debet, & non vltra. Bald. d. conſ. 250. num. 3. & ſeq. ver. ſed vlterius præſupponamus lib. 4.

4 Amplia, quia confeſſio in beneficialibus, & ſpiritualibus non probat titulum, neque releuat, plene Maſcard. concluſ. 392. Confeſſio in beneficialibus, vbi limitat ad colorandum titulum: item quando titulus eſſet dubius, item in præiudicium confitentis, & ponit multas declarationes, quas videre licebit.

Vide. Spoliatus in beneficialibus, & ſpiritualibus debet reſtitui, & quando ſecus. Concluſione 388.

5 Limita quando debitor contraxiſſet cum actore, tanquam rectore, vel putatiuo rectore, quia non poteſt excipere, quod non ſit rector. Bald. dicto conſil. 250. in princ. lib. 4. Alexan. conſ. 120. num. 7. lib. 5.

6 Limita, quando adeſſet preceptum Iudicis, quia debitor ſoluens liberatur. Ruin. conſ. 150. num. 7. libro 1.

7 Limita quando rector beneficij haberet confirmationem à ſuperiore, quia poteſt illi ſolui, & ſoluens liberatur. Ruin. d. conſ. 150. num. 7. lib. 1.

Beneficiatus agit poſſeſſorio, & petitorio contra denegantes ſolitam ſoluere portionem. Concluſ. LXXXI.

1 BENEFICIATVS Archidiaconus ſi docet ſibi aliquid deberi à ruſticis ab immemorabili tempore, & eſt in poſſeſſione exigendi, poteſt compellere ad ſoluendum ipſos ruſticos, tam in poſſeſſorio, quam petitorio, non obſtante exceptione, quod non habitet in loco. Caſtrenſ. conſ. 407. Viſis duobus. lib. 2.

Vide. Poſſeſſorium pro quibus rebus detur. Concluſ. 447.

Bene-

Beneficiatus in quibus nomine Ecclesiæ agere debet. Concluſ. LXXXII.

1 BENEFICIATVS agens rei vendicatione, vt conſequatur fructus Eccleſię quos nondum recondidit debet agere nomine Eccleſiæ, quia Eccleſiæ ſunt donec illos conſequatur. Calderin.conſ.319.numer. 1. in fi.verſic.& ſi diceretur,alias 2.de pecul.cleric.

2 Amplia,vt idem ſit ſi ſpolietur fructibus beneficij,ſeu Eccleſiæ,quia nomine Eccleſiæ agere debet, quia Eccleſia eſt ſpoliata, non autem beneficiatus.Calder.d.conſ.319.n.1.in fi.ver.& licet diceretur,alias 2.de pecul.cleric.

3 Amplia,quia ad hoc vt beneficiatus,vel Prælatus ſpolians obliget Eccleſiam,& ſucceſſorem neceſſe eſt,quod fecerit nomine Eccleſiæ,vel ad Eccleſiam peruenerit ſpolium,vel mutuum.Zabarel. conſ.134.in prin.vbi quod alias non obligatur Eccleſia pro ſpolio,vel delicto Prælati,niſi communicato conſilio capituli feciſſet.

Vide.Prælatus quando, & in quibus agere poſſit ſine Capitulo,& è contra.Concluſ.499.

Vide. Prælatus cum Capitulo delinquendo quando præiudicat Eccleſiæ, vel non. Concluſio. 505.

4 Amplia,quia quod dicitur rem, quam Prælatus non poteſt alienare non poteſt in iudicium deducere,procedit ſi deducat nomine proprio, ſecus ſi nomine Eccleſiæ,quia poteſt in iudiciũ deducere, licet non poſſit alienare.Zabarel.d.conſ.134. n.3. & ſequen.verſ. vnde licet Prælatus: vbi quod eſt notandum.

Vide.Agere pro Eccleſia quando,& qui poſſint. Concluſ.243.

Beneficialis cauſa eſt ſummaria. Concluſio LXXXIII.

1 CAVSA beneficialis eſt de iure communi ſummaria.clemen.ſæpe, de verborum ſignificatione.

2 Amplia, quia etiam cauſa ſuper exequutione rei iudicatę ſuper beneficio Eccleſiaſtico dicitur ſummaria,& non ſeruatur ordo iudiciarius.Alex. conſ.72. In cauſa,& lite.num.2.verſic.circa ſecundum.lib.7.

3 Amplia, quia imo ſi conſtat de non iure poſſeſſoris poteſt incipi à precepto, vt dimittat poſſeſſionem beneficij. Alexand. conſil. 72. In cauſa, & lite.num.2.verſ.circa ſecundum.libro ſeptimo: vbi quod ſolum Iudex iſto caſu admittit citationes, & exceptiones, ac probationes releuantes, non alium ordinem iudiciarium.

Vide plenius. Summaria cauſa quando dicatur.Concluſ.888.

Beneficialis cauſa habet multa ſpecialia. Concluſ. LXXXIV.

1 CAVSA beneficialis celerem habet expeditionem,ideo ſummarie in ea proceditur. clemen.diſpendioſam.de iudi.

2 Apices iuris non ſeruantur in cauſa beneficiali,neque de iure Canonico.

Vide. Ius Canonicum admittit ſimplicitatem,reprobata ſubtilitate.Concluſ.578.

3 Officium iudicis in eis eſt latum, c. cum nobis olim,de elect. Ancharan.conſil.ſuo quod eſt inter conſilia Calderin.205.in fin.alias 9. de re iudic.in fin.

4 Sciens cauſam agi etiam abſque citatione hominis tenetur ad curiam venire.cap.1.de electio. Anchar.d.conſ.inter conſilia Calderin. 205. alias 9,de re iudic.in fi.

5 Non poteſt compromitti de facto cauſa ſuper titulo beneficij, quia beneficium non poteſt detineri ſine Canonica inſtitutione. Gemin. conſil. 109.in princ.

6 Declara,quia poteſt compromitti de iure cauſa tituli beneficij in perſonas habentes ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem à ſuperiore Eccleſiaſtico.Gemin.d.conſ.109.in prin.verſ.ſedſi vellent.

7 Summaria cauſa eſt beneficialis, & ſpiritualis, in quibus proceditur ſummarie, & de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij. clem. ſępe,de verbor. ſignific.

Vide. Summaria cauſa quando dicatur, & quæ ordinaria.Concluſ.888.

8 Teſtes propterea recipiuntur lite non conteſtata,& ſi liquet de cauſa,poteſt ferri ſententia diffinitiua.Dec.conſ.232.Viſo tenore,in princ.

9 Cauſa exequutiua de vacanti beneficio equiparatur cauſæ exequutiuę in vim iudicati, vel cauſæ immiſſionis in poſſeſſionem ex edicto diui Adria. Anchar.conſ.297.efficacibus. num. 10. & plenius num. 13.& ſeq.

10 Exceptio proprietatis non admittitur contra exequutionem gratiæ beneficij vacantis, ſed in ordinario iudicio reſeruatur. Ancharan. conſilio 297. num.19.

11 Nullus admittitur in cauſa beneficiali, ſiue agatur de electione,ſiue de preſentatione,vel collatione, niſi cuius interſit. Anchar. conſ.297.num.13. & ſeq.qui hoc dicit,ſiue agat, ſiue excipiat, ſiue appellet.

12 Extende,quia etiam poſſeſſor non datur de iure tertij excluſiuo iuris agentis in beneficialibus. Ancharan. conſilio 297. numero 15. ſed contrarium tenet, & melius,Pariſ. conſilio 12. numero 20.libro 4.

Vide. Ius tertij non iuuat eum, qui non habet cauſam a tertio.Concluſ.636.

Bene-

Beneficium collatum abſenti quando vacat, vel non. Concluſ. LXXXV.

1 BENEFICIVM collatum abſenti dicitur vacare donec prouiſus acceptet, ſed tamen nō poteſt is, qui ſemel contulit abſenti, alteri conferre antequam recuſauerit. Oldrad.conſ.17. Papa, in fi.c.ſi tibi abſenti, de præbend.in 6. Caſſad.deciſ. 21.num.14.ſuper.regul.verſicul. ſecundo eſto propter.

2 Declara, quod beneficium abſenti poteſt conferri etiam ſi ſit abſens, & ignorans quando alius nomine abſentis, etiam ſine mandato acceptat. Calder.conſ.222.in fi.ver.mihi enim, alias primo, de præben.

Vide. Abſenti, & ignoranti poteſt beneficium Eccleſiaſticum conferri. Concluſ.39.

3 Amplia, vt procedat, quod beneficium collatum abſenti vacet donec acceptauerit, & ſi moriatur prouiſus ante acceptationem vacet modo, quo prius, etiam ſi prouiſus ſciuiſſet prouiſionem ſibi factam ante obitum ſuum. Oldrad. d. conſil. 57.in fi.

Vide plenius in ver. Collatio beneficij facta abſenti quid operetur. Concluſ.433.

4 Limitat tamen Oldrad.d. conſ.57.in fi.ex mente Archid.in d cap.ſi tibi abſenti.de præben. in 6. quod ſi collatio notificaretur ipſi abſenti, tunc non diceretur vacare beneficium.

Beneficij collatio ad quem ſpectet de iure. Concluſ.

VIDE Maſcard.concluſ.173.

Vide.Epiſcopus ſolus poteſt conferre beneficia ſuæ Ciuitatis, & diœceſis. Concl. 260.cum tribus concluſ.ibi ſeqq.

Beneficij collatio ſiue renunciatio probari poteſt per teſtes, & quando ſecus? Concluſio.

VIDE Maſcard.concluſ.174.& concluſ.315.

Vide.Probatio per teſtes non admittitur ſi poteſt fieri per ſcripturam.Concluſ.772. cum duabus ſeqq.

Beneficiatus ſoluit decimas Papales, non autem penſionarius, licet pro rata penſionarij retentionem habeat. Concluſ. LXXXVI.

1 BENEFICIATVS etiam ſi ſit Vicarius perpetuus eſt ille, qui ſoluit decimam, non autem alius habens penſionem, licet ſoluatur ex conuentione de penſione aſſignata. Oldrad.conſ. 168. ver.ad quartam.

Vide. Decimæ ſoluendę per manum beneficiati, non autem penſionarij. Concluſ. 84. & Concluſ. ibi proxima ſequenti.

Benemerita habent multa ſpecialia, & qualiter probentur. Concluſio LXXXVII.

1 STATVTVM diſponens, quod hauere communis non poſſit alicui concedi niſi per conſilium maius non comprehendit exemptionem cō ceſſam propter benemerita, quia hauere itelligitur de redditibus communis. Iaſ.conſ.101.num.4. ver.ſecundo pro parte communitatis.lib. 4.

2 Extende, quia donatio, quæ poteſt regulariter reuocari propter ingratitudinem, non reuocatur quando propter merita fuit facta. Roman. conſ. 298.Circa præmiſſa, ante fi.n. 4.vbi apoſtil. in ver. non potuit citat infinitos.

Vide. Donatio ob benemerita quando valet. Concluſ.636.

3 Idem eſt in exemptione, quæ poſſet reuocari, quia non reuocatur quando propter merita eſt facta. Iaſ.d.conſ.101.num.2.in fin.ver.confirmatur. libro 4.

4 Prohibita alienari poſſunt alienari propter benemerita, vt fiat remuneratio benemerenti, ideo valet alienatio facta per tutores, imo donatio ſi fiat pro remuneratione benemeritorū valet, late Iaſ. conſ.101. Immunitas fuit conceſſa. col.3.n.2. in fi.ver. confirmatur.lib.4.

5 Idem eſt in Principe, qui nō poteſt donare, neq. alienare terras ſuas vaſſallis, ſalltr ſi cauſa pacis, vel remunerationis benemeritorum, incertus author poſt regulas Socin. regula ſexta. Donare non poteſt Princeps in prima & ſecunda fallentia: vbi latiſſime.

6 Derogatio generalis non comprehendit conceſſa ob benemerita. Alex.conſ.30.Ponderatis.nu.2. ver.præterea.lib.5.

7 Confeſſio meritorum ſimplex non probat merita niſi concurrant adminicula, tamen probantur quando in inſtrumento guarentigiato eſt facta.

Vide plene Maſcardum concluſio 391. Confeſſio meritorum: vbi limitat ſi in fraudem legis.

8 Amplia, quia benemerenti de nobis tenemur benefacere.

Vide. Benefacere tenemur benefacienti. Concluſ.48.

9 Qualiter, & quando probentur benemerita per verba enunciatiua, vel non. Vide Maſcard. concluſ.184. Benemerita: Et quando ſufficiat probatio coniecturalis, & præſumptiua. Vide Maſcard. concluſ.185.Benemerita quomodo probentur: Et quando requiratur plena probatio benemeritorum. Vide eundem Maſcar. concluſ.187.Benemerita eſſe probanda.

10 Qualia eſſe debeant benemerita, vt ſint æqualia rei donatæ, vt ſubſtineatur tanquam ex cauſa, & quomodo probentur, vel dicantur æqualia, plene Ma-

Mascard.conclus. 186. Probanda esse benemerita remunerationi esse paria,vbi limitat multis modis,& declarat.

Vide plene.Donatio ob benemerita quando valeat,vel non.Conclus.636.

Beneuenti Ciuitas,eiusque statuta, consuetudines,& priuilegia. Concl.LXXXVIII.

1 DVCEM, & Comitem Beneuenti olim fuisse commemorat tempore suo Ant. de But. cons.21.

2 Et ex forma statutorum, seu legum dictę Ciuitatis decedentes sine filijs masculis camera Ducis,& Comitis succedit in hæreditate. Ant.de Butrio d.cons.21.in princ.

3 Fuit, & est ab antiquo de Dominio temporali Ro.Eccl.quia Papę in infœudationib.Regni reseruarunt sibi dominium, & superioritatẽ liberam illius ciuitatis, ac facultatem declarandi confinia.

Beneplacitum alicuius quando durare dicatur, vel non. Concluſ. LXXXIX.

1 BENEPLACITVM Papæ, vel legati extinguitur cum persona eorum,ideo si Papa,vel Præses confirmant statuta Ciuitatis ad beneplacitum, confirmatio extinguitur per mortem eorundem.Bald.cons.407. Præsupponendum est.nu. 3.ver.videndum est igitur.lib.2.

2 Et in licentia legati vsque ad beneplacitum legati,quod expiret finito officio. Felin. in c.ex litteris.nu.10.de constit.

3 Extende in Abbate, qui constituit monachum in beneficio rectorem ad sui beneplacitum,& voluntatem,quia mortuo Abbate extinguitur beneplacitum. Bartol. consil. 63. Factum sic proponitur,in princ.lib.1.vbi apostill.in vers. beneplacitum,dat concord.

4 Amplia in Iudice, quia si ponat aliquem ad confinia ad beneplacitum suum,vel donec voluerit, tunc mortuo iudice finitur bannum. Bartol. in l. centesimis. §. 1.num.9.ff.de verborum obligat. vbi Iaſ. num. 12. qui dicit, quod omnes * alij in hoc concordant cum Bart.& communem* dicit Gomez.cap.8.delictorum,num.5.plene Feli. in c.ex litteris.

5 Extende idem si finiatur officium,quia reuocatur beneplacitum sicut per mortem.Iaſ.in d.l.centesimis.n.5.ver.successiue. ff.de ver.obligat,vbi dicit,quod omnes *cum Bar.transeunt.

6 Extende idem in suspensione banni ad beneplacitum suum, quia mortuo Duce suspendente extinguitur suspensio. Angel.consil.217.In causa accusationis,quem citat Deci. cons.108.in princ.sequitur Gozadi.cons.22.nu.10.& seq.

* 7 Contrarium tenere communiter* Doctor. dicit Foller.in praxi crimin.canon.fol. 282.in princip. quem refert Iul.Clar.in prax. §.fi.q.71. in fi.

8 Declara, vt per Iul.Clar. d. praxi.§. fin. quæst. 71.in fi.quod non finitur arbitrium, quia in dubio iudex tanquam persona publica censetur fecisse,& quod ita seruatur in illis partibus de consuetudine.

9 Declara, quia si præposuit nomen dignitatis non extinguitur morte si præposuit nomen proprium,secus est nisi coniecturę concurrant in contrarium.Crauet.plene cons.632.in prin.num.1.& seq.& vide infra.nu.29.& seq.

10 Amplia, quia conducens aliquid ad beneplacitum locatoris,mortuo locatore finitur beneplacitum.cap.si gratiose,de rescript.in 6.l.4.ff.locati. Ang.cons.217.n.9.Cor.cons.234.De pluribus.lib. 2.Ruin.cons.104.Quæstio quæ.nu.9.lib.5.

11 Amplia, quia si beneplacitum exprimitur sub nomine proprio expirat per mortem. Feli.d.c.ex litteris,de constit.n.9.ver.secundus casus.

12 Declara,quia licet beneplacitum importet omnem voluntatem, tamen ita intelligitur dummodo non intempestiue quid fiat. l. actione. §. 1abeo autem:vbi gl.in ver.de hoc ff.pro socio.

13 Et probatur, quia beneplacitum componitur ex bono,& placito, quod idem est cum voluntate iustificata: nam verbum placet, a quo deriuatur placitum importat arbitrium boni viri, & multo magis quando additur verbũ bene,ita Corn.cons. 92.n.11.& seq.lib.2.sequitur Crauet.cons.732.nu. 19.vers. si quidem bene placere.Iaſ.in l.ff sic in 1. not.ff.de legat.1. Abb. in c. verum,in vltimo not. de foro compet.

14 Amplia in tantum beneplacitum extingui morte aliquid ordinantis ad beneplacitum suum,vel si is qui est in beneficio,vel officio ad beneplacitum faciat aliquid extincto beneplacito,totum est nullum.Bar.cons.63.per totum.lib.1.

15 Amplia,quia donatio,vel concessio facta ad beneplacitum donantis, vel concedentis potest reuocari per ipsum concedentem, & successorem vigore beneplaciti.cap.si gratiose,de rescript. in 6.

16 Contrarium,quod donatio,vel concessio perpetua facta ad beneplacitum donantis, vel concedẽtis,non possit reuocari,vel saltem sine causa non possit reuocari. Crauett. d.cons.732.nu.12.& seq.ver.circa secũdam:vbi quod res dubia,an perpetua,vel non, iudicatur perpetua allegat Iaſ. in l.sufficit,qui hoc firmat in secundo notabili.ff.de condit. indebiti.

17 Declara,quia a ministro, vel officialibus Principis non potest fieri reuocatio de beneplacito Principis,itẽ neq;si contra beneplacitũ per 30.annos esset præscriptum, vel per 40. annos contra Principem.Crauett.d.cons.732.num.13. & seq. & idem est quando beneplacitum est ab inferiore, quia non reuocatur sine causa,ibi num.17.& seq. vbi quod potius infructuosum reddi debet,quam quod reuocatio eius,quod debet esse mansurũ, habeat locum:vbi quod non dicitur infructuosum beneplacitum multis modis etiam si sine effectu maneat.

18 Extende maxime in Principe,quia potest reuocare donationem, & priuilegium à se concessum quando voluntate Principis est ius quæsitum,maxime quando reuocat ex causa. Menoch. de arbitrar.q.43.in fi.lib.1.vbi citat infinitos.

19 Limita quando arbitrium est sub nomine dignitatis, quia mortuo iudice non moritur dignitas. Bar.in l.cẽtesimis.n.9.vbi Iaſ.n.13.ff.de.ver.obli. Felin.in c.ex litteris,de consti.n.9,ver.sed pro vtili intelligentia,de constit. vbi quod potest successor reuocare,licet valeat si non reuocetur.

Extende

20 Extende idē eſſe ſi finiatur officium,quia ſi bene placitum eſt ſub nomine dignitatis non finitur finito officio.c.ſi gratioſe,de reſcript.in 6.

21 Reſtringe in legato prolegato,delegato,& alijs per quorum obitum,vel finem officij finitur etiam dignitas, & ſic officium ex toto ceſſat , ita Franc. in d.c.ſi gratioſe.num. 13. de reſcript.in 6. & eſt * communis*opinio,de qua plene Gozad.conſ.22. maxime n.9.& per totum.

22 Limitaquando eſſet dictum , quod banniuit ad beneplacitum,donec reuocauerit , quia tunc nec per mortem, neque per finem officij inducitur reuocatio,quæ debet apparere.Iaſ.in d.l.centeſimis. §.1.num.14.ver.ſecundo quærit.ff.de verb. oblig. vbi late Franc.d.c. ſi gratioſe. nu. 10. de reſcript. * in 6: & eſt communis* opinio,de qua Deci. conſil. 108. Iſta videtur quædam.num.4.& in fi.plene * Socin.conſil.88. lib.1. & communem * dicit Felin.d.cap. ex litteris.num. 10. verſ. eſt maius dubium,de conſtit.

23 Contrarium tenet Gomez. c. 8.delictorum.nu. * 5.atteſtando de *communi,vt refert Clar. d.§.fi. quæſt. 71. in fi.& eſt opinio Bar. d. l. centeſimis, * quam dicit Feli.vbi ſupra communiter * non teneri .

24 Declara, quia aut ſumus in actu poſitiuo vltimæ voluntatis,ſeu voluntatis , & tunc mors non mutat voluntatem,aut ſumus in actu requirente perſeuerantiam, & tunc mors facit ceſſare perſeuerantiam,ita Gozadin.conſ.22.num.11.ver.non obſtant contraria .

25 Declarat Felin.d.cap.ex litteris.num.10.in fin. de conſtit. quod ſi quis fuit bannitus , quoad iudex voluerit , finito officio , vel mortuo iudice, finitur bannum , ſecus ſi dicat donec reuocauerit , quia requiritur actus reuocationis , alias durat .

26 Limita fauore libertatis, quia beneplacitum non reuocatur.Gozad.conſ.22.nu.6.& nu.12. vbi dicit eſſe ſpeciale fauore libertatis,concord. Menoch.de arbitr.lib.1.q.69.n.25.

27 Contrarium videtur velle Menoch de arbit.q. 69.nu.25.ver. adfertur quoad expreſſam reuocationem,quia de ea non loquitur.l.4.ff.de manum. vindicta.

28 Limita quando periret inſtantia, vel ius partis quia tunc ſemper in dubio durat beneplacitum, ita Gozadin.conſil.22.num.3.& num.11.verſ.non obſtat quartum.

29 Declara totam iſtam materiam,quia ſi beneplacitum eſt contemplatione dignitatis , tunc durat perpetuo , nec morte finitur , vel fine officij , ſi vero contemplatione perſonæ , ſecus eſt, quia finitur finito officio , vel mortuo concedente, text.in cap. ſi gratioſe , de reſcript. in 6. ſi vero conceſſio eſt dubia, vt quia concedit ad beneplacitum expreſſo nomine proprio,&dignitatis,tunc quod primo exprimitur prævalet , & eo nomine factum cenſetur,niſi adſint coniecturę in contrarium , plene Crauett. conſilio 732. in principio vbi late.

30 Dignitatem cenſetur conſiderare Papa ſi ad beneplacitum Sedis Apoſtolicę concedat,ideo conceſſio perpetua dicitur,d.c.ſi gratioſe,de reſcript. in 6.ſi vero conſideratur conſideratio perſonę Papæ idem eſt,ſed ſecus eſt ſi actus fit advoluntatem Papę, quia tunc potius perſona , quæ obtinet Papatum , videtur conſiderata, quam dignitas,cum voluntas perſonę non dignitati applicetur , ita Couarru. variar. reſolution. libro tertio. capit. 15. numero ſecundo. verſicul. quo in loco : vbi pro vtraque opinione citat:, ſed hanc veriorem oſtendit , quod voluntas alia ſit Sedis ,Apoſtolicæ , alia Papæ , vt ibi plene , ſecus in beneplacito .

Vide . Dignitati , vel officio quando aliquid cenſeatur conceſſum , vel potius perſonæ . Concluſ. 434.

31 Vide pleniſſime Menoch. de arbitra. quæſt. 69. libro primo : vbi retenta diſtinctione communi , an intuitu dignitatis quid ſit conceſſum,& ſit perpetuum , & morte non extinguatur; an intuitu perſonæ , & extinguatur qnando beneplacitum eſt ſub verbis ſimplicibus, & contrariam voluntatem non denotantibus , vt ſi dicat donec placebit, donec voluero , quia morte finitur. l. 4 ff. locat. & limitat niſi agatur de fauore publico, vel quando voluntas, & arbitrium ſuum effectum recepiſſent.

32 Si vero verba beneplaciti habent alia verba, contrariam voluntatem requirentia , prout pono te ad cōfinia donec te reuocauero, tunc ſecundum communem* opinionem per mortem nō re- * uocatur , quia licet morte extinguatur voluntas , non tamen inducitur contraria voluntas , quia aliud eſt voluntatem ceſſare , aliud voluntatem reuocare . Menoch. de arbitrar. quæſt. 69. libro primo,numero 12. & ſeq. vertic. ſecundus eſt caſus.

Vide. Arbitrium reſeruatum quando extinguatur morte,vel non.Concluſ.478.

33 Adde ,quod ſi iudex dicat , pono te in confinio ad voluntatem meam , non cenſetur confinatus niſi declaret, quia illa verba(ad voluntatē)intelliguntur cum voluero confinare.Felin.d.c.ex litteris. nu.10.de conſtit.ver. ſubdit Bar. vbi quod reſoluuntur in conditionem.

34 Perſonam vero oſtendunt illa verba , ad beneplacitum noſtrum, quia verba, meum , noſtrum, perſonam in dubio demonſtrant.Franc.in d.cap.ſi gratioſe.nu.7.de reſcript.in 6.

35 Declara, ſeu reſtringe quando illud meum, vel noſtrum haberet relationem ad officium , vel dignitatem. Deci.conſ.108.col.pen.in fi.Clar. in §. fi.quæſt.71.in fi.

36 Extende, quia verba compareas coram nobis, important,vt coram ſucceſſore non teneatur comparere.Franc.d.c.ſi gratioſe.n.7.de reſcr.in 6.

37 Idem eſt ſi ſub nomine Papæ , vel Pontificis eſt factum præceptum.Franc. d.c. ſi gratioſe num. 7. de reſcript.in 6.

38 Contrarium tenet Deci.conſ.108.n.5. col.pen in fi.vbi quod procedit quando beneplacitum eſt relatiuum ad perſonam , ſed ſecus eſt ſi ad officium,vel dignitatem referatur.

39 Declara , quia ſi nomen Pontificis proferatur in tertia perſona , cenſetur ratione dignitatis prolatum , ſed ſecus eſt ſi ab eodem proferatur: exempla ponit Franc.d.c.ſi gratioſe.n.7.de reſcr. in 6.videlicet ſi tertius appellat ad Bonifacium 8. certe ratione dignitatis cenſetur ad eum appellare, & idem eſt ſi tertius dicat,donec Papæ placuerit,quia ſunt verba in rem ſcripta,plura accumulat Bertaz.conſ.22.& 23.Crimi.vbi alios allegat.

40 Declarat Couarr. variar.reſolut.lib. 3.cap.15. n.2.verſ.quo in loco, vt ſi diſponitur arbitrio diſtinguit,

ſtinguit, vt ſupra, ſi de voluntate, ſemper ad perſonam non ad dignitatem refertur.

41 Idem eſt, quando conſtat ex coniecturis de mente diſponentis, quia tunc beneplacitum eſt perpetuum ſeu bannum durat perpetuo. Bertazol. d. conſ. crim. 22. circa fin.

42 Limita, quia ſi fiat legatum de maſſaritijs, quæ in domo teſtatoris ſunt, non comprehenduntur maſſaritię quas teſtator ad beneplacitum ſuum voluit eſſe extra domum, quia cenſetur voluiſſe eſſe perpetuo extra domum. quæ paria ſunt aliquid eſſe ad beneplacitum, vel in perpetuum. Alex. conſ. 210. Magiſter Albertus, nu. 6. ver. ſi autem non conſtat, lib. 7.

43 Limita, quia conceſſio facta ad beneplacitum non cenſetur morte reuocata, neq. ceſſat quando ex cauſa facta fuit conceſſio, quia tunc non reuocatur niſi ex iuſta cauſa, quia hoc caſu beneplacitum morte non expirat, quia eſt ad arbitrium boni viri redactum, & bonus vir nunquam moritur, plene Crauet. conſ. 732. n. 4. & ſeq. vſq. in fin. ver. ſecunda coniectura.

44 Et quia in dubio lata ſit interpretatio contra Principem, & in dubio pro non reuocatione, & maxime quando diutius fuit per longa tempora perſeueratum in beneplacito. Crauet. dict. conſ. 732. nu. 10. & ſeq.

45 Limita in diſpenſatione conceſſa, vel facultate diſpenſandi.

Vide. Diſpenſatio quando ceſſet per mortem concedentis. Concluſio. 479.

Vide. Voluntas præſumitur durare, & in quibus. Concluſio. 286.

Vide. Mutatio voluntatis præſumitur, & quando. Concluſio. 434.

Vide. Corrigere ſeipſum in continenti nemo præſumitur. Concluſio. 104.

Vide plene per Maſcard. Concluſio. 188. Beneplacitum, vbi ponit regulam quod non reuocetur morte, quando ratione dignitatis, vel publice vtilitatis, recitat opiniones contrarias, & declarat multis modis.

Bergomi Ciuitas, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia: Concluſio. XC.

1 BERGOMI Ciuitas, iuſſu Papę compulſa fuit ędificare cappellam, ideo ſic compulſa non quęſiuit iuſpatronatus. Signorol. conſ. 83. Iuſſu domini.

2 Hæc Ciuitas erat Ducis Mediolani, tempore Bernabonis Vicecomitis, qui fuit in bello cum Eccleſia Romana, & adhęrentibus, videlicet dominis Veronę, dominis Paduæ, & dominis Ferrariæ, vt ex litteris Bernabonis, qui diffidat generaliter ſubditos colligatorum in Ciuitate Bergomi, vt per Signorol. d. conſ. 185. in prin. imo Caſtrenſ. conſ. 34. n. 1. in fi. lib. 2. dicit quod erat de Comitatu Mediolani, ideo de iuriſdictione Ducis Mediolani, etiam quod ab alio occupetur, valet legitimatio facta à Duce de bonis in Bergomenſi.

3 Datia mercium ſunt Ciuitatis, & Communitatis Bergomi, quia Communitas locare ſolita eſt, & illa vendere. Signorol. conſ. 185. In quæſtione vertente, vbi ponuntur capitula locationis.

4 Statutum eſt Bergomi, quod mortuo marito ſtatim vxor poſſit repetere dotes ſuas non expecto anno, ideo operatur, quod ſi mulier non petiit dotem, non debentur alimenta, etiam pro primo anno. Caſtillio. conſ. 33. in prin. & per totum.

5 Itē eſt ſtatutū, quod poſſidens per decenniū titulo vero, vel putatiuo præſcribat, ſuper quo Caſtr. conſ. 24. col. antepen. in prin. ver. vlterius etiam dicitur, libr. 2. vbi quod legitimatus à Duce Mediolani, etiam quod non haberet facultatem præſcripſit ſi poſſedit per decem annos, quia debet ſtatutum addere iuri cōmuni, vt præſcribat etiam quocunq. errore vltra ius commune.

6 Circa præſcriptiones, ſtatutum vult, quod deducantur certa tempora, ſed tamen non habet locum in cauſis, in quibus ante ſtatutum iam præſcriptio eſſet cōpleta, quia bene impedit ortum exceptionis præſcriptionis finiendæ, ſed non impedit ipſam præſcriptionem iam completam. Caſtrenſ. conſ. 169. Viſo puncto, numer. 3. ver. ſecunda ratio, lib. 2.

7 Circa appellationes diſponit quod commiſſa appellatione, die prima iuridica appellans dare debeat libellum appellationis, ideo non poteſt prævenire, & ſi prævenit habetur appellatio deſerta, quia terminus cum ſit communis gratia vtriuſq. partis debet ſeruari, maxime ſtante alio ſtatuto, quod verba ſtatuti ſeruentur, & exequutioni mandentur ad litteram prout iacent. Caſt. conſ. 233. Viſo caſu in prin. lib. 2.

Beroarijs quomodo, & in quibus credatur, vel non. Concluſio.

VIDE Maſcardum. Concluſio. 189.
Vide plenius. Teſtes viles, & leuis conditionis non ſunt idonei. Concluſio. 215. n. 8.

Bibliæ quanta ſit authoritas. Concluſio.

VIDE Maſcardum. Concluſio. 191. Bibliæ authoritas.

Bigamus, & bigamia quid ſit, & operetur. Concluſio. XCI.

1 BIGAMVS eſt vere qui contraxit cum duabus vxoribus, vna poſt aliam legitime quia ex quo habuit duas vxores dicitur vere bigamus, & nō poteſt promoueri, imo promotus ante bigamiam non habet exequutionem ſuorum ordinū. Ancha. conſ. 124. circa bigamos, in prin. vbi quod prohibitio eſt de iure Diuino ex Apoſtolo. Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 36. n. 9.

2 Amplia, quia proprie bigamus dicitur etiam is qui contraxit cum vidua, & ideo pariter prohibetur promoueri, vt ſupra. Anchar. d. conſ. 124.

3 Et alia eſt bigamia vera, prout ſi contraxit cum duabus vxoribus, ſeu cum vidua, alia eſt ficta prout ſi contraxit cum corrupta. Abb. conſ. 85. In præſenti, col. fi. ver. venio ad ſecundum. lib. 1.

4 Improprie bigamus eſt qui contraxit cum corrupta,

rupta,vel qui habens vxorem virginem eam cognouit poſt commiſſum adulterium,ideo quia diuiſit carnem ſuam in plures prohibetur ordinari, ſed de iure poſitiuo.Anchar. conſ.124. Iul. Clar. d. §.fin.quæſt.36.nu.9.& ſeq.

3 Extende etiam ſi ipſe ignoraret fuiſſe commiſſum adulterium per vxorem ſuam, quam cognouit poſt adulterium,quia adhuc interpretatiue dicitur bigamus ſecundum * communem,de qua Clar.d.§.fi.q.36.num.10.vbi tamen dicit etiam * communem, quod non perdit clericus coniugatus,& bigamus in hac ſpecie priuilegium clericatus ſi incedat in habitu,& tonſura.

6 Diſpenſat Papa cum bigamo etiam proprio,& contra Apoſtolum ex cauſa,ſed tamen facilior eſt diſpenſatio cum bigamo improprio,quia etiam ſine cauſa Papa poteſt ſubuertere conſtitutiones canonicas in caſu particulari. Anchar. d. conſil. 124.vbi late.

7 Bigamia vera, vel ficta operatur , quod clericus bigamus denudatur omni priuilegio clericatus,& fit de foro ſeculari,c.1.de bigam.

8 Declara,quia procedit quoad cauſas poſt bigamiam mouendas, ſed quoad motas coram Iudice Eccleſiaſtico non eximitur inuita parte,quia odium non debet fauorem operari.Abb.conſ.85. In præſenti,col.fi.ver. venio nunc ad ſecundum, libro 1.

Binubium parentum malum pro filijs . Concluſio.

VIDE Maſcardum.Concluſi.196.
Vide.Nouerca quid ſit,& quibus comparetur.Concluſio.120.

Biſuntina Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. XCII.

1 CAPITVLVM Eccleſiæ Biſuntin. habet ius eligendi Archiepiſcopũ,quia de anno 1502. pridie Nonis Nouembris ſub Alexan.Papa Sexto anno vndecimo Põtificatus ſui, elegit Antonium de Vergejo in Archiepiſcopum,& Alex.Sextus illum confirmauit,& de Eccleſia prouidit,& habuit effectum,vt vidi ſcripturas,& iura.

Bibiena terra,eiuſque ſtatuta , priuilegia, & conſuetudines. Concluſio. XCIII.

1 BIBIENAE ſtatutum circa ſucceſſionem remittit ſe ad ſtatuta Florentiæ in caſibus non diſpoſitis , prout etiam in dubio ad illa eſſet recurrendum.Roman.conſ. 218. & ideo ſicut frater patruelis excludit Florentię matrem,& ſororem; ita quoq.idem dicendum eſt in terra Bibienę,in qua ſeruatur ſtatutum Florentiæ,& ita alias fuit iudicatum.

Bitona terra, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. XCIV.

1 STATVTVM eſt Bitonæ,quod nulla mulier poſſit facere teſtamentum ſine præſentia , & conſenſu mariti,& illum habet , & proximiorum duorum,ſi non eſt maritata.filiorum maiorum,& duorum proximiorum;ſi non habet filios , duorum proximiorum.Bald.conſ.6.Hæc eſt copia,lib. 2. vbi quod intelligitur de proximioribus maſculis.

Blaſphemia quid ſit, & qua poena puniatur. Concluſio. XCV.

1 BLASPHEMIA eſt omne conuicium, contumelia,& maledictum prolatum in Deum, * vel Sanctos, ſecundum * communem,de qua Clarus plene in §.blaſphemia,in prin.vbi ponit multa genera verborum contumelioſorum,ſuper quibus fuerunt caſtigati plures.Alex.conſ.233.Ponderatis,numer.3. ver.nec refert,lib.6.vbi apoſtilla,in ver.blaſphemare,allegat Beatum Thomam, & Theologos.

2 Et in ſpecie,quod verbum(al diſpetto de Dio) ſit verbum cõtumelioſum in Deum,& ſit blaſphemia,ſecundum Theologos, Canoniſtas , & Legiſtas,& veriorem opinionem.Boer. deciſ. 301. in prin.Clar,qui alios citat d.§.blaſphemia, nume. 2.vbi quod Senatus Mediolani connumerat nedum inter blaſphemias,ſed imo etiam inter atroces blaſphemias.

3 Contrarium, quod blaſphemia non dicitur ſi quis dicat(al diſpetto deDio) vel (de la ne ſia dio) quia potius eſt maledicentia,& ſunt verba iniurioſa,& contumelioſa in Deum,ſecundum * communem vſum , ideo omnis maledictio non eſt blaſphemia.Bald.conſ.466.Ille qui dicit,lib.3.

4 * Declara,quod licet ſecundum veriorem * opinionem ſit blaſphemia,vbi eſſet conſuetudo,quod nõ puniretur,vt blaſphemia poſſet mitiori pęna, ſtante vſu puniri ſecundum aliquos,quos citat Clar.d.§.blaſphemia,in fin.vbi ipſe dicit non eſſe admittendam conſuetudinem in malis , quæ eſt corruptela, & quod ſenatus Mediolani non admittit articulos ſuper conſuetudine,ſed punit.

5 Bene verum eſt, quod in homine rudi , prout in ruſtico,qui admiratus in computo ſui patroni de operibus,dixit , non lo può manco fare Dio, che io ſia debitore di tanto, quia ira,& ignorantia hæc dixit,non in contumeliam Dei, & idem erit in ijs,qui per laſciuiam,vel ebrietatem blaſphemant,quia mitius puniri debent. Clar. in §. blaſphemia, num. 6. & idem in Iudæo conſuluit Alexand.conſ.15.in fin.lib. 3. quia dicitur ex lubrico linguæ id procedere.

6 Declara,quia blaſphemia eſt idem,quod maledictio in Deum,cap. fin. de maledis. Bart. conſil. 32.Factum tale,n.2.& 3.ver.tertio oppono.lib.2. vbi

vbi quod ſtatutum Peruſij loquens de blasphemia in Deum,vel de maledictione in Deum ſunt ſuper eodem crimine, & idem dicit Bar.conſ.33.Super prædicta.num.2. verſ.& ſi dicatur eod.lib.2.quod eſt Franc.Tigrini:vbi quod blasphemia eſt nomen generis, maledictio eſt ſpecies, & hoc etiam affirmant Andreas de monte Vbiano, & Bald.quorum eſt conſ.Bart.34. Super præmiſſis.lib.2.

7 Imo, quod quæcunque verba pudibunda dicta in Deum, & Sanctos ſit blasphemia. Alex. conſil. 233.num.3.lib.6.

8 Extende,quia blasphemia non dicitur vere ſi dicatur,quod Deus non poſſit facere,quod factum non ſit factum,quia ea,quę habent in ſe contradictionem non cadunt in Deum,qui purus,ſimplex, & veritas eſt. Alex.conſ.15. Viſo proceſſu.num.4. & ſeq. ver.ſecundo,& probatur.lib.3. vbi excuſat hebræum,qui dixit non lo puo fare Iddio,ſed male excuſat eum ſaltem à conuicio, quia turpiter loquitur in Deum, & ibi apoſtilla citat Cor.conſ. 181.lib. 1.

9 Et quam graue ſcelus dicatur blasphemia, & quis dicatur blasphemator pleneMaſc.concl.104. Blasphemia quam graue ſit ſcelus, & quod non dicitur blasphemator, qui ſemel,vel bis, ſed qui ſæpius.

10 Blaſphemus punitur pęna capitis,& vltimi ſupplicij.Anchar.conſ.415.Primum dubium.

11 Contrarium,quod d. auth. vt non luxurientur, homi.non habeat locum in blasphemia, ſed ſolum in crimine ſodomiæ,tenet Calder.conſ. 125.Circa princ. ver. & ideo forte,alias 11.de iudi.& duplicatur conſi.489.alias 2.de Iudæis.

12 Declara,quia Alexand.conſi.233.Ponderatis. nu.15.in fi.lib.6. ver. poſſet etiam reſponderi non approbat conſilium Calderin.quia infert violentiam litterę.

13 De iure diuino pœna blasphemiæ eſt pęna mortis,uidelicet lapidatio.Leuit.cap.24.

14 De iure Canonico eſt, quod agat publicam pœnitentiam ante fores Eccleſiæ ſi laicus, quia Clerici non tenentur,ne authoritas Clericalis dignitatis * vileſcat ſecundum * communem, de qua Clar.d.§.blasphemia.n.3.

15 De iure Ciuili, eſt pœna mortis auth. vt non * luxurientur contra naturam,in fi.& ita*omnes tenere dicit Clar.vbi ſupra.nu.3.

16 De conſuetudine non ſeruatur hæc pœna, quia ſi omnes blasphemi punirętur pęna mortis pauci reſtarent, ideo pœna extraordinaria perforationis linguæ, fuſtigationis, berlinę, triremium, etiam vltimi ſupplicij plectuntur ſecundum exaggerationem blasphemię. Clar. qui plura exempla allegat d.§.blasphemia.nu.3.

17 Et repellitur à teſtimonio blasphemator maxime in criminali.cap.ſi.de teſtib. Anchar. d. conſ. 415.in princ.

Vide. Teſtes luſores,& blasphemi repelluntur. Concluſ.209.

18 Declara,quia ſecundum maiorem offenſam ſic punitur blasphemans, & faciens iniuriam Deo,& Sanctis, quia abradentes imaginem Dei, Beatę Virginis, vel Sancti,vel proijcientes in terram in contemptum dura,& aſpera pœna plecti debent, immo percutientes imagines ipſas, vel ſcindentes,aut mutilantes pęna mortis plectuntur,prout etiam is qui ſignum Crucis in terram ſculpit, vt pedibus conculcetur;maledicentes vero,& obloquentes in opprobrium pœna etiam mortis puniri poſſunt ſecundum rigorem. Alex.conſil. 233. in princ.lib.6.

19 Iudæus blasphemans punitur per Iudicem ſecularem, & in euentum negligentiæ ſecularis per Eccleſiaſticum,quia Iudæi ſunt de foro ſeculari.Cla, * d.§.blasphemia.n.5.vbi dicit*cõmunem,ſed contrarium verius Concluſ. prox.ſeq.quia mixti fori eſt blasfemia.

20 Qualiter autẽ probetur blasphemator,vide Maſcar.concl.195.Blaſphemator quomodo probetur.

Blasphemia an ſit crimen Eccleſiaſticum, vel ſeculare. Concluſ. XCVI.

1 BLASPHEMIA in Deum, vel Sanctos eſt crimen Eccleſiaſticum,& ideo per iudicem Eccleſiaſticum debet puniri.c. 1.& 2.de maled.& hanc partem tenet Calder.conſ.125.alias 11.de iudi.vbi reſpondet ad contraria, quia dum habetur,quod ſeculares iudices puniunt blasphemiam intelligitur ad requiſitionem Eccleſiaſtici,&idem conſ.489.alias 2.de Iudæis.

2 Amplia,vt maxime blasphemia in Iudæo ſit crimen Eccleſiaſticum.Calde. d.conſ.125.circa med. ver.& maxime in Iudęo,alias 11. de iudi.quod duplicatur conſ.489.alias 2. de Iudęis.

3 Contrarium Clarus in §.blasphemia.n. 5.vbi dicit communem,quod imo Iudęus blasphemus debet puniri per ſecularem,quia eſt ſub iuriſdictione ſeculari.

4 Declara,quia cum blasphfemia ſit mixti fori,vt infra,poteſt vterque punire, & qui prœuenit præfertur.Cla.d.§.blasphemia.n.4.vbi eſt mixti fori.

Vidę. Mixti fori quando eſſe dicantur. Concluſ.193.

5 Amplia, vt multo magis ſit crimen Eccleſiaſticum blasphemia in Papam.Calder.d.conſ.125. in princ. iuncto ver. & hoc procedit etiam,circa fin. alias 11. de iudi. duplicatur conſ.489. alias 2.de Iudæis.

6 Amplia in tantum, vt iudex ſecularis non poſſit punire blasphemum punitum ſemel ex eodem crimine per iudicem Eccleſiaſticum etiam ſi adeſt ſtatutum hoc mandans. Cald.conſ.125.circa fi.ver.nec obſtat ſi iudex,alias 11.de iudi.& duplicatur conſ.489.alias 2.de Iudęis.

7 Declara,quia blasphemia eſt mixti fori,ideo poteſt blasphemus puniri tam per iudicemEccleſiaſticum,quam per ſecularem. Clar. in §. blasphemia.num.4.

Bobij Ciuitas,eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ.XCVII.

1 FAMILIA de Verme eſt Domina Ciuitatis Bobij, & ſunt Veronenſes,olim ſequacesAntonij,&Bartholomęi de Scala Vicariorum Imperialium in Ciuitatibus Veronæ, & Vicentię,& iſti Vicarij conceſſerunt Iacobo de Verme Caſtra Subſanenti, & Sanguinedi Veronen. Diœceſis, poſtea fuerunt expulſis illis de Scala ſequaces Ioann. Galeatij Vicecomitis Vicarij

Digitized by Google

Imperialis Mediolani,& Parmę,qui donauit famiſiæ de Verme Caſtrum,& villam Pupilli Parmen. Diœc.vt per Caſtr.conſ.187.lib.2.in caſu, qui ibi ponitur,& eſt priuilegium confirmationis Vinciſlai Regis Romanorum.

Bohemiæ Prouincia,ſtatuta, & conſuetudines. Concluſ. XCVIII.

1 BOHEMIAE Rex dicitur Princeps, prout quilibet Rex dicitur Princeps,&eſt Illuſtris, alij Barones dicuntur nobiles. cap. conſtitutis. il.2.vbi Bald.de teſtib.

Bonæ conditionis quem eſſe qualiter probetur.Concluſ.

Vide Maſcard.concluſ.233. Quomodo quis probetur.

Bonitas, & bona qualitas alicuius quomodo probetur. Concluſio.

Vide Maſcar. concluſ.234.Bonitas.

Bona fama probata per teſtes præualet malæ famæ. Concluſio.

Vide Maſcard.concluſ.235.& quomodo probetur idem Maſc.Concluſ.236.

Vide.Teſtes in concurſu qui præualeant. Concluſ.240.

Vide. Teſtes ad defenſam habent ſpecialia, & quando pręferantur teſtibus ad offenſam. Concluſ.256.

Bonæ fidei poſſeſſor quis dicatur, vel præſumatur. Concluſio XCIX.

1 REGVLARITER bona fides præſumitur in poſſidente cum titulo. Roman.conſ.424. Circa propoſitum.num.3.verb. regulariter. Alex. conſ.200.Viſo,& diſcuſſo.num.4. ver. præterea. lib.2.& conſ.92.Viſo, in princ.lib.5.per text.in l. pen.C.de euictio. Alexan. conſ. 83. Viſo proceſſu. num.9.lib.6.vbi quod præſumitur ex titulo,niſi probetur mala fides.

2 Amplia,quia is, qui habet titulum habilem ad tranſlationem dominij cum poſſeſſione,dicitur,& præſumitur bonæ fidei, dummodo ignorauerit rem alienam, quę ignorantia præſumitur de pręterito, etiam ſi de præſenti ſciret. Bald. conſil.466. Conſiderandum eſt, per totum.lib.5. maxime in fi.

3 Extende, quia imo titulus iniuſtus cauſatus ab errore iuris quando poſſeſſor credidit titulum iuſtum, ſufficit ad pręſcribendum. Roman. conſ.123. col.4.circa med.ver.ſufficit enim.

4 Extende etiam ſi talis habens titulum poſſederit per decennium contra ius commune. Alexan. conſ.110. Viſis, in fin.num.6. verſ. ſexto per pręſcriptionem. lib.1.

5 Et titulus diuiſionis inducit bonam fidem. Alexand.conſil.200. Viſo,num.3.ver.item probata eſt.lib.2.

6 Et non tollitur iſte titulus ex ſententia in petitorio, quę non admittitur in poſſeſſorio, & maxime quando non conſtat de facultate delegati, neque de proceſſu, & quia ſententia lata in petitorio non priuat aliquem ſua poſſeſſione, donec exequatur legitime. Alexand. dicto conſ. 200. num.10.& ſeq. ver. nec obſtat.lib. 2. vbi nu. 12.dicit quod etiam ſi ſit appellatum, & deſerta appellatio tamen poteſt adhuc de nullitate dici.

7 Amplia, quia bonę fidei poſſeſſor dicitur, & pręſcribit is,qui poſſidet rē cum titulo,licet ſciat ſuum authorem, & ſe ipſum teneri actione perſonali verſus tertium,quia debitum eſt perſonale,& illius ſcientia non impedit pręſcriptionem curre re,imo ſolutio facta poſt pręſcriptionem finitam non interrumpit eam. Bal.conſ.236.Iſte maritus, per tot. lib. 3. vbi quod prędicta procedunt tam de iure Ciuili, quam Canonico.

8 Declara totam iſtam materiam ſecundum Couarru.in ſecunda parte relectionis.cap.poſſeſſor,de reg. iur. §.7.per totum: vbi quod bona fides contrariatur malę fidei, & è conuerſo, ſed tamen datur medium, ſcilicet, vt non ſit bonę, nec malę fidei,ideo non ſequitur argumentum de vno ad aliud,&quid in eo,qui errat in iure, vel in facto,vel in vtroque.

9 Amplia,quia bona fides defuncti pręſumitur in hęrede. Dyn. d.conſ. 28. num. 2. verſ.item pater eius.

10 Amplia, quia quilibet præſumitur bonę fidei poſſeſſor etiam ſine titulo quando non conſtat de poſſeſſione antiquiori, & ius commune non reſiſtit poſſeſſori. Bart. in l. celſus. ff. de vſucap. Bald.& Angel.in l. ſuper longi. C.de pręſcr.longi. tempo. canon.in cap.ſi diligenti, de pręſcript. vbi * Feli.atteſtatur de* communi.Gemi.in c. 1. col.2. eod.lib.6.Balbus in d.l.Celſus.§.expedita.n.9. de * vſucap.vbi dicit* communem.Alciat. reg.3.pręſumpt.5.n3.qui pariter dicit * communem, & ab ea non recedendum.

11 Extende,quia in dubio quis pręſumitur bonę fidei poſſeſſor.gloſs. Inſtit. de vſucap. in princ. in ver:bona fides,& in cap.ſi diligenti in ver.bona fides,de præſcript. Bar.d l.celſus.ff.de vſucap.

12 Extende, quia ex poſſesione 30. annor. ſine titulo pręſumitur bona fides.Alex.conſ.102.n.7.lib. 2.plenius conſ.8.Attentis ijs.n.3.lib.7.

13 Amplia,quia poſſeſſor etiam ſine titulo ex ſola lōga poſſeſſione pręſumitur bonę fidei. Alex. ad Bar.in l.ex diuerſo.ff.de rei uendic.&quod poſſeſsio 10.annorum cauſat bonam fidem. Alexan. conſil.200.Viſo,& diſcuſso.col.2.vol.2.n.7.ſequitur Deci.conſ.272.Viſo proceſsu.col.pen. Bald.& Ang.in l. pen.C. quibus non obſtat.longi,tempo. pręſcript.

14 Et intelligunt prędicti Doct.de longa poſſeſsione 10.annor.vt per gl.in rubr.C.quę ſit longa conſuet.Alex.in l.ſi filiofamilias. §.ſi.ff.ſol.matr.& d. conſ.200.col.2.in fi.nu.7.lib.2.

Con-

Digitized by Google

15 Contrarium tenet Bart. in l. fi. ad fin. C. vnde vi, vbi quod antiquus Dominus, vel poſſeſſor, aut ſucceſſor poteſt opponere de mala fide poſſeſſoris vſque ad 30 annos, & quod ſine titulo non admittatur præſcriptio decem, vel 20. annorum de iure communi. Roman. conſ. 166. nu. 6. & ſeq. ver. quoad tertium.

16 Declara, quia prima opinio procedit, quod poſſeſſor per decem annos præſumitur bonę fidei, vt lucretur fructus quando antiquus poſſeſſor non opponit expreſſe de mala fide, ſed ſimpliciter petit condemnari in fructibus, ſi vero opponit de mala fide in indiuiduo, tunc Bar. doctrina procedit.

17 Declara, quia bona fides preſumitur in omni poſſidente niſi alius antiquior poſſeſſor appareat. Alexand. conſilio 8. Attentis. nu. 3. ver. item exponunt. lib. 7.

18 Extende à fortiori in poſſeſſione longiſſima. Deci. conſ. 266. Ad excluſionem. col. fin. in fin. Cor. conſil. 23. col. 2. vol. 1. Roman. conſil. 166. num. 8. ver. præmiſſis tamen: vbi apoſtill. in ver. titulo, dat concord.

19 Extende in poſſeſſore habente ex titulo erroneo errore iuris cauſato, quando concurrit diuturnitas temporis in non petendo ab eo, cui res debetur, quando ſumus in poſſeſſore maiore, ſiuero ſumus in minore, vel muliere magis de facili præſumitur bona fides ad excuſandum à fructibus perceptis, ne condemnetur.

Vide. Hæreditatis petitio eſt iudicium vniuerſale, & quid veniat. Concluſ. 34. nu. 12. & ſeq.

20 Extende, quia poſſeſſor per 30. annos præſumitur bonę fidei etiam ſi careat titulo, & conſtet de antiquiori poſſeſſione. Barto. in l. fin. in fi. C. vnde vi, ſequitur Abb. in c. ſi diligenti. col. 3. de præſcript. dicens hoc dictum eſſe ſingulariter notandum, & menti tenendum. Alex. conſ. 16. In cauſa, & lite, circa fi. & conſ. 24. Ponderatis. col. fi. lib. 5. & conſ. 71. Videtur prima conſideratione, circa prin. & conſ. 110. Viſis acutiſſimis. col. fin. lib. 1. & conſ. 76. In cauſa, & lite. col. fi. & conſ. 151. Viſo themate. col. 2. li. 2. plene Cur. conſ. 82. Deus pius: vbi omnes prefati Doctores dicunt, quod ex curſu 30. annorum etiam nullo apparente titulo bona fides preſumitur etiam contra antiquum poſſeſſorem, idem firmat Socin. conſ. 181. Viſis capitulis. lib. 2. Corn. conſilio 136. Licet ſatis, in principio, libro ſecundo. Iaſon in l. clauſulam poſſidere. §. qui ad nundinas. columna ſecunda, in prima lectura. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi allegat * plures authoritates, & dicit * communem. Balbus in d. l. Celſus. §. expedita. num. 10. ff. de vſucapion.

21 Declara prędicta procedere in dubio, ſecus in claris, quia præſumptio cedit veritati.

22 Extende, quod id dicitur de poſſeſſore 30. annorum in prophanis procedit in poſſeſsione 40. annorum contra Eccleſiam, quia etiam error iuris non impedit preſcriptionem 40. annorum contra Eccleſiam. Caſtrenſ. conſil. 81. In cauſa, quæ vertitur. nu. 4. lib. 2.

23 Extende, quia etiam dominium vtile acquiritur per 30. annorum poſſeſsionem etiam ſine titu * lo. auth. niſi triennale: vbi * Doctor. C. de bon. mater. Bart. in l. ſi quis emptionis. §. 1. C. de preſcript. 30. annorum. Aretin. Inſtit. de vſucap. in fin. principij. Felin. in rubr. de præſcript. Balb. in tract. de præſcript. in 2. par. princ. quæſt. 2. & in 2. par. tertiæ partis princ. quæſt. 6. num. 2. & 3. late Bald. Salycet. Alex. & laſ. in l. traditionibus. C. de pactis.

24 Reſtringe, quia vbi agitur de preſumpta bona fide, ſi non allegetur non releuat, ideo procedunt ampliationes, & extenſiones quando allegatur bona fides, alias ſecus. Bald. & Angel. in l. ſuper longi. col. 3. ad fin. C. de præſcr. long. & hoc eſt regulare, quia debet proponi, & allegari. Bald. in cap. ſi quis per 30. colum. 3. ſi de fœudo fuerit contro. inter domi. & agnat. Bal. in cap. per tuas. colum. 2. de teſtib. Angel. in l. eum qui, §. fin. ff. de publica. Cuman. conſ. 43. circa fin. vbi dicit errorem, & bonam fidem præſumi, ita demum ſi allegetur. idem Alexand. conſilio 76. libro 1.

Vide Concluſionem proxim. ſequentem. verſ. limita.

25 Declara reſtrictionem, quia non procedit in poſſeſsione tanti temporis, cuius initij memoria non extat, quia non requiritur allegatio, nec propoſitio.

Vide. Allegari debet id quod eſt fundamentum intentionis. Concluſ. 252.

Vide plene per Maſcard. concluſ. 225. Bona fides quomodo præſumatur ex diuturnitate temporis 30. vel 40. annorum.

26 Amplia, quia is qui errat in iure dicitur habere bonam fidem ex longa preſcriptione, quando habet ius gentium pro ſe, & equitatem, ſecus ſi error eſſet in iure gentium. Bald. conſil. 179. Quando ſapiens, circa fin. verſic. ſed aduerte. libro 4.

27 Et maxime quando error eſt ſimul iuris, & facti, quia cauſat bonam fidem. Rom. conſ. 123. Circa primum. nu. 2. ver. ſecundo quia.

28 Et quando errans in iure dicatur ex titulo errato lucrari fructus, & habere bonam fidem, vide in verbo Fructus quando lucratur poſſeſſor bonæ fidei, & quis dicatur bonæ fidei, vel nõ. Concl. 488.

29 Declarat pleniſſime Couarru. in 2. parte relectio. cap. poſſeſſor, de regul. iur. §. 8. per totum: vbi quod præſumitur bona fides in dubio, niſi contrarium probetur etiam ſine titulo, ſed contrarium in eo, qui rem vacantem apprehendidit, ſed tamen triginta annis, vel quadraginta purgatur.

30 Declara, quia diuerſis reſpectibus errans in iure dicitur bonæ fidei, & malæ fidei. Nam ſciens rem prohibitam alienari in facto, & credens poſſe alienari pro legitima, & ſic errans in iure dicitur malę fidei quoad alienationem, quia eſt nulla, ex quo agit de lucro captando, quo vero ad melioramenta facta, quia agit de damno vitando, dicitur bonæ fidei, vt deducat illa. Caſtrenſ. conſilio 247. In cauſa, quæ vertitur. column. penult. num. 7. ver. venio ad tertium. lib. 1. vide plenius quando preſcribat ex vno capite ab eo, qui habet bonam fidem, licet quoad aliud caput habeat malam fidem. Couarr. d. 2. par. relect. cap. poſſeſsor. de reg. iur. §. 8. num. 5. & ſeq. vbi latiſsime.

31 Amplia, quia errans in iure præſcribit per 40. annos. Ro. conſ. 123. col. 4. ver. primo quia, n. 2. vbi apoſtill. in ver. quadraginta: vbi citat pro vtraq; * opinione, & dicit * communem, & ratio eſt, quia hęc preſcriptio non erat nota de iure Ciuili, vt ibi Roman.

32 Extende quando error iuris eſt probabilis, quia procedit preſcriptio, cum bona fides adſit eo caſu. Roma.d.conſ.123.col.4.verſ.niſi eſſet error iuris: vbi quod error iuris probabilis æquiparatur errori facti: vbi apoſtill.in verb. videtur, dat concord.& error iuſtiſſimus iuris excuſat ſecundum * communem, de qua Roman. conſilio 166. numero ſeptimo: vbi apoſtilla in ver. iuſtiſſimo.

33 Reſtringe, quia regulariter error, ſeu ignorantia iuris non inducit bonam fidem, neque cauſat præſcriptionem. Roman. dicto conſ. 123. col. 4.ver.quinimo. num.2.vbi apoſtill in ver.non ſufficit,& plenius conſ.166. Viſa diligenter. num. 6. ver. quoad tertium, qui loquitur in vſucapione, & apoſtilla ibi in verb. proficit, citat plures concord.

34 Amplia, quia bonæ fidei poſſeſſor dicitur, & præſumitur mulier, que ignorantia iuris excuſatur ſi poſſidet aliquid ſibi legatum contra formam ſtatuti, quando concurrit patientia hęredis, ideo facit fructus ſuos conſumptos. Baldus conſilio 313. Non video, quod ea, libro primo, maxime in fin.

35 Imo ſola poſſeſſio cum ignorantia iuris excuſat minorem,& mulierem à reſtitutione fructuũ, quia error iuris tales excuſat ſimpliciter.

Vide.Hæreditatis petitio eſt iudicium vniuerſale. Concluſ. 34.num.12.& ſeq.

36 Amplia,quia bonæ fidei ad effectum cauſandæ præſcriptionis in emente dicitur is qui poſſidet bona propria, licet generaliter hypothecata, ideo emens à tali debitore præſcribit cum titulo ſpatio decem annorum inter preſentes, & inter abſentes ſpatio viginti.Cuman.conſ. 54.Leonardus, in principio.

37 Amplia, vt procedat etiam in eo, qui poſſidet pro hærede, quia ſi credit ſe dominum dicitur bonæ fidei. l. pro hęrede. ff. de petit. hæred. l. apud antiquos: vbi Bartol. C. de furt. Bartol. in l. illud. ff. de petit. hęred. Deci. conſ.272.n.8.

38 Reſtringe, quia licet titulus minus iuſtus ſufficiat ad præſcribendum cum bona fide, tamen titulus putatiuus pro legato, & pro emptore non ſufficit. Rom.conſ.166.Viſa diligenter.nu.7.uerſ. item nec ſuffragatur.

39 Amplia, quia defunctus poſſeſſor preſumitur bonę fidei ſi non probatur mala fides. Dyn.conſ. 28.Thema tale eſt,quidam,in princ.qui tamen uidetur præſupponere titulum.

40 Limita, quia is qui à principio habet ſcientiam rei alienę non preſcribit, quia eſt malæ fidei, & præſcriptio non habet locum ſine titulo,& bona fide.cap.poſſeſſor malæ fidei,de reg.iur.in 6. Ang. Aret.conſ.93.nulli dubium. num. 18.& ſeq.uer.& quod non preſcripſerit, ubi quod non poteſt incipere præſcribere.

41 Extẽde,quia imo ſi præſcribere cœpiſſet, ſi ſuperueniat mala fides de iure Ciuili præſcribit, niſi ſciat cuius ſit res, ſed de iure Canonico nullo modo præſcribit, Aretin. dicto conſilio 93. numero 19.

42 Extende, quia imo ſi ſuperuenit dubietas iuris alieni non preſcribit de iure Canonico, quod attendi debet, ſecus de iure Ciuili. Angel. Aretin.dicto conſ. 91. num. 20. & ſeq.uerſic.ſi autem abſolute.

43 Limita in eo, qui ignorat ſuo nomine ab alio, qui non ſit procurator acquiſitum, quia ex quo ignorat,non poteſt dici bonę fidei, quia ea, quę ſunt animi requirunt ſcientiam. Angel.conſ.341. Pater emit.num.3.

44 Limita,quia in rebus ſpiritualibus poſſeſſor ſine titulo præſumitur malæ fidei, ideo quando ius reſiſtit in incorporalibus præſumitur mala fides, quando nero afliſtit preſumitur bona fides. Alex. conſ.75.Viſis ponderatis. num. 47.lib.4.cum ſeq. ubi allegat Rotam, & reſtringit niſi longa eſſet poſſeſſio.

45 Extende idem in beneficialibus, quia non habens titulum non præſcribit. Ægid.Bellam. conſ. 41.num.2.& 3.

46 Extende in quarta debita parrochiæ, quia fratres habentes priuilegium, quod non oſtenditur eſſe factum poſt clem. Dudum,de ſepult.non poſſunt preſcribere, quia quarta ſine titulo non poteſt præſcribi, nec excuſat ignorantia iuris,vt dicit Alex.conſ.196.Viſo teſtamento.col.pen. verſ. nec excuſarentur.lib.2.

47 Limita in poſſeſſore pendente lite in poſſeſſorio, quia non præſumitur bona fides ex ſola quaſi poſſeſſione. Alex.d.conſ.75.num.46.vbi apoſtil. libro 4.

48 Extende, quia mala fides non purgatur ex ſententia iudicis. Alex.conſ.75.in fi.lib.4.ſub nu. 50.

49 Et maxime quando ſententia eſt euidenter iniuſta,vel iniqua, quia nunquam tuetur eum, qui vigore ſententiæ vult cauſare titulum,& maxime quando fuit in mala fide, vt quia ſciuit iniuſtam, vel procurauit ex dolo ferri, vel cum falſis teſtibus, tunc nunquam præſcribit, neque tueri poteſt quin ſit in peccato,Ioan.de Im.conſ.147. num.10. quid eſt Fulgoſij.

50 Limita, quia poſſidens ſine titulo, vel cum titulo reprobato dicitur malę fidei poſſeſſor. Bart. in l.quemadmodum.col.1.ver.nota ex hoc.C. de agricol. & cenſit. libro 11.Felin. in c. ſi diligenti, de præſcriptio. & ideo tenetur ad reſtitutionem fructuum. l. malæ fidei. C. de condit. ex lege. l. in fundum: vbi gloſſa in fine. C. de rei vendic. & ibi Bartol. pract. Papien. in forma libelli, in actione reali, in verſicul. ſimul cum fructibus.

51 Et habens conſcientiam læſam, prout habens titulum vſurarium, vel ſimulatum, non præſcribit. Abbas conſilio 76. In præſenti, in fine, libro 1.

52 Limita, quia is qui emit à minore ſcienter, & ſine ſolemnitatibus requiſitis, dicitur nulliter emiſſe, & eſt malę fidei poſſeſſor, quia requiritur cauſa, & decretum, alias eſt nulla.l. magis, puto. §. non paſſim. ff. de rebus eorum. Afflict. deciſ. 249. Ideo tenetur ad reſtitutionem bonorum cum fructibus. l. ſi prædium. l. non ſolum, & l. prædium. C. de pręd. minor. & hæc eſt preſumptio iuris, & de iure, quę non admittit probationem in contrarium. Iaſon in §. ſi quis in fraudem, numero 45. Inſtitut. de action. Roland. conſilio 72.numero 15.libro 4. Burſat.conſil.140.num.6.

53 Et qui non ſeruat ſolemnitates requiſitas, dicitur contra iura mercari, ideo eſt malæ fidei. cap. qui contra, de regul.iur. vbi Dyn. in 6.Boe. deciſ. 1.numero 54. Socin.Iun.conſilio 69.numer. 45. libro 1. Pariſ. in cap. ſi diligenti, numero 26. de reſcript. Curt.Iun. conſil.50.num. 5. Neuiza. conſ.

Digitized by Google

conſ. 85. num. 14. Menoch. de recuper. remed. 15.num.179

54 Extende, quia non ſolum tenetur de perceptis, ſed etiam de percipiendis tam ante, quam poſt litem conteſtatam, & non ſolum de extantibus, ſed etiam de conſumptis. l.cõtra.C. ſi quis ignor. rem mino. Pedemont. deciſ. 160. per totam: vbi pro vtraque opinione, & num.11. cum ſeq. dicit * hanc crebriorem,*& veriorem,quam etiam ampliat, & quod tenetur tanquam poſſeſſor malę fidei ad omnes fructus.

55 Extende, quia tutore vendente ante confectum inuentarium, & decretam adminiſtrationem, & ſine ſolemnitatibus emptor dicitur malæ fidei, & contra iura mercari, & non admittitur probatio in contrarium. Roland.à Vall. conſ. 72. num. 4. & ſeq.lib.4.

56 Extende, quia etiam tenetur ad deteriorationes factas. l.domum.C.de rei vendic.facit tex. in l. ſi colonus.§.culpę.ff.de locati.

57 Declara,quia ſi minor factus eſt locupletior,vt quia inueſtiuit pretium,ille tenetur illud reſtituere emptori vna cum vſuris l.patri,§. ſi pecuniam. ff. de minor. poteſt tamen fieri compenſatio fructuum cum vſuris proportionabiliter.

58 Limita, quia poſſeſſor vigore adiudicationis nullæ,ordine iuris non ſeruato dicitur malæ fidei, ideo tenetur ad fructus, nec excuſatur ex titulo habito à iudice quando ordine iuris non ſeruato habuit.Bar.in l.1.ad fi.C.de fid.inſtr.& iure haſtæ, lib.10. gloſſa, & Bartol. in l. quemadmodum. C. de agricol.& cenſit.lib.11. Bartol in l. ſed ſi lege. §. ſcire, & ibi Caſtr.ff. de pet. hæred.idem Caſtr. & ibi Balb.in l.celſus,in 4. not. in 3. limit. de vſucapion. Pedemont. deciſione 160. vbi de * communi.

Vide.Bona fides quando preſumatur in præſcribente,vel non.Concluſ.prox.ſeq.

Vide.Fructus lucrantur à bonę fidei poſſeſſore, & quis dicatur bonę fidei.Concluſ.488.num.35.& multis ſeqq.

Vide plene per Maſcard.concluſ.214. & concl. 225.& 228.

Et an bona fides probetur coniecturis,&qualiter.Maſcar.concluſ.226.

Et an probetur bona fides cum iuramento.Maſcard. concluſ. 227.

Et an probetur bona fides per vnicum teſtem. Maſcard.concluſ. 232.

Bona fides quando præſumatur in præſcribente, vel non: Concluſio. C.

1 REGVLA eſt, quia bona fides preſumitur in eo,qui habet titulum emptionis. Bal.conſi. 211.Caſus talis eſt P.interfecit.lib.1.Signoro.con
* filio 222. numero 2. vbi dicit * communem, & eſſe pro regula conſtituendum dicit Roman.conſilio 424. Circa propoſitum.num. 3. ver. regulariter.

2 Extende, vt procedat etiam in ſingulari ſucceſſore, quia licet author eſſet malę fidei, tamen habens titulum dicitur bonæ fidei. Signorol.
* conſ. 222. num. 2. in fi.vbi dicit * communem, & quod gloſſa tenens contrarium in l. ſi duo, in principio. ff. vti poſſidetis, communiter reprobatur.

3 Extende, quia ordo ſuperioris ſeruit pro titulo ad inducendam bonam fidem. Roman. conſ. 123. Circa primum. num. 2. ver. quoad ſecundum.

4 Declara, quia bona fides vt oriatur ex titulo in præſcribente debet allegari, alias non releuat. Alexand. conſilio 92. Viſo numero 2. verſic. & eſt allegata, libro quinto. vbi apoſtilla dat concord. in verb. allegetur, allegat Alexan. conſ. 69. num.13.lib.3.

Vide. Allegari debet id, quod eſt fundamentum intentionis.Concluſ.252.

5 Extende, vt procedat etiam quoad forum conſcientiæ,licet ſit fama, vel rumor vicinię, quod res empta ſit ex pecunia Eccleſiæ per vendentem, & emptor de hoc fuerit certioratus ab vno teſte, quia non tenetur credere, & poteſt præſcribere tanquam bonæ fidei poſſeſſor. Bald.conſ.295. Fama vicinię eſt, per totum. lib.1. quod eſt Gualderi de Sazzis de Papia.

6 Extende, quia habens titulum, & poſſeſſionem preſumitur bonę fidei, nec ſequitur,credit hodie poſt lapſum temporis ad præſcribendum rem fuiſſe alienam, ergo habuit malam fidem in præteritum.Bal.conſ.460.Conſiderandum eſt,per totum, maxime in fi.lib.5.

Vide. Fructus lucratur habens titulum,& quando ſecus. Concluſ.489.

7 Et quod bona fides ex titulo præſumatur. Maſcard. concluſio 218. Bona fides quo pacto ex titulo præſumatur.

8 Amplia, quia hęres poſſidens cum titulo, & quilibet habens titulum præſumitur bonæ fidei, niſi conſtet de mala fide. Ancharan.conſilio 142. Clarior.num.13.

9 Extende etiam ſi conſtet per verba narratiua in inſtrumento inter alios, quod pars aliqua ſpectet ad alium, quia cum ſint inter alios, & narratiua ad incertum relata, non tollant fidem bonam. Ancharan. dicto conſilio. 142. numero 14.

10 Extende, quia præſumitur ex titulo renunciationis,& ex titulo diuiſionis.

Vide Maſcardum concluſione 229. Bonam fidem præſumi ex titulo renunciationis, & diuiſionis.

11 Amplia, quia bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis titulis. Alexand.conſil.127. Viſa. num. 11. ver.& ideo Bald. lib.4.

12 Amplia, quia ſuccedens in ius alterius præſumitur bonę fidei. Ægid. Bellamer. conſilio 6. num.17.

13 Amplia, quia is qui ignorat aliquid, per quod inducitur mala fides, dicitur eſſe bonæ fidei, quia mala fides dolum preſupponit, qui excluditur per ignorantiam. Aegid.conſilio ſeptimo.num.8.

14 Extende, quia ſententia lata contra poſſeſſorem ſi non eſt intimata cum ſit abſens, non præſumitur deueniſſe ad notitiam, & non inducit malam fidem, & licet ſciat litem, tamen

ſita mala fides non inducitur, quando per 30. vel 40. annos poſſedit. Caſtrenſ. conſilio 81. numero 4. libro ſecundo, qui loquitur quando ſumus in ijs, in quibus ius commune non reſiſtit.

15 Amplia, quia præſumitur bona fides, quando aliqua cauſa veriſimilis ſubeſt. Ægid. d. conſil. 7. num. 9. ver. quarta, vbi, quod error in facto non in iure inducit bonam fidem.

16 Amplia, quia bona fides præſumitur in præſcriptione, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, nec valet argumentum, quod à principio inducatur fides mala, quia per tanti temporis ſpatium ceſſat argumentum. Oldrad. conſil. 172. ver. ad ſeptimum. & conſil. 244. numero 11. verſ. ſecundo opponebatur. Signorol. conſilio 253. num. 2.

17 Contrarium quando conſtat ab initio de mala fide. Crauet. plene de antiq. temp. in 4. parte. num. 16. & ſequen. fol. 229. & ſeq. vbi latiſſime pro vtraque opinione.

18 Amplia, quia bona fides præſumitur ex poſſeſſione, & fama ſimul, quod res ſpectet ad poſſidentem. Bald. conſ. 289. Quia conſuetudo. num. 1. & ſequen. libro 4. vbi in fine, quod ſaltem ſufficit ad abſoluendum à pœna, in ijs, quæ ſunt de regalibus principis à priuato poſſeſſis.

19 Amplia, quia bona fides præſumitur, vbi mala fides non apparet. Bald. Bart. Caſtrenſ. & alij in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hęred.

Vide. Fructus quando lucratur bonę fidei poſſeſſor, & quis dicatur bonę fidei, vel non. Concluſ. 488.

20 Declara è conuerſo, quia mala fides præſumitur, vbi mala cauſa allegatur, quia præſumitur allegare meliorem, quam habeat poſſeſſor. Aegi. conſ. 10. num. 20. ver. præterea, & num. 39. verſ. ſecunda illatio.

21 Amplia, quia in dubio bona fides præſumitur. gloſ. in cap. 1. Inſtit. de vſucapion. cap. ſi diligenti, extra, de præſcript. Bart. in l. Celſus. colum. penult. ff. de vſucapio. Alexand. conſil. 200. vol. 2. * Deci. conſ. 375. in fin. & eſt communis * opinio, quod quilibet poſſeſſor præſumitur bonę fidei, vt per Felin. in cap. ſi diligenti, de præſcription. Balbus in repet. l. Celſus. ff. de vſucapion. nu. 84. Caſtr. conſ. 98. Viſis quibuſdam. ver. tertio quia, vſque in fin. lib. 1.

22 Extende maxime ſtante poſſeſſione decennali. Alexan. d. conſ. 200. lib. 2. col. fin. & conſilio 140. libro 1. & conſil. 69. libro 5. Deci. conſilio prædicto 385. in fin.

23 Extende in eo, qui poſſedit ſine titulo per 20. annos in caſu ſtatuti, quod ſufficiat præſcriptio 20. annorum, (prout in Ciuitate Firmi) quia licet ſtatutum debeat intelligi cum bona fide, tamen ſufficit, quod ſit allegata, & de contrario non conſtet. Abb. conſil. 77. In quęſtione. colum. 3. in fine. verſ. an autem ſubiaceat, cum ſequen. libro 2.

24 Extende, quia licet quis non ſit in expreſſa bona fide, ſufficit tamen ſi non conſtat de mala fide. Bart. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hęred. cum quo * omnes tranſeunt.

25 Declara, quia mala fides præſumitur in ijs, in quibus requiritur titulus, quando quis poſſidet ſine titulo, quia ceſſante titulo error iniuſtus non ſufficit, ſecus in ijs, in quibus titulus non eſt neceſſarius, ita Caſtrenſ. conſ. 98. in fin. num. 3. libro 1.

26 Limita, quia non præſumitur bona fides ſi extabat fama in loco, quod præſcribens erat debitor, vel hoc apparebat per aliquam ſcripturam, vel ſi præſcribens hoc intellexit ab aliqua honeſta perſona, cui verſimiliter debuit credere. Abb. conſ. 101. num. 8. ver. ſi vero præſcriptio. lib. 1. Socin. conſ. 22. col. fin. ver. quinimo. lib. 1. Rom. conſ. 424. num. 1. ver. malam autem fidem, vbi loquitur in emente.

27 Limita, quia ſola ſcientia, quod res ſit aliena inducit malam fidem. l. bonæ fidei. ff. de verborum ſignificatione.

28 Limita, quia ſine titulo poſſeſſio præſumitur clandeſtina, & ſic malæ fidei, quæ etiam tranſit in vniuerſales ſucceſſores. Signorol. conſ. 253. col. 2. ver. item in dubio.

29 Limita, quia quando conſtat de antiquiori poſſeſſione, tunc habens iuniorem non poteſt habere bonam fidem, quia poſſeſsio recentior præſumitur clandeſtina, & vitioſa. Alex. conſ. 192. In cauſa, & lite. num. 3. & ſeq. ver. nec eſt verum. lib. 2.

30 Extende, quia ſiue is, qui habet antiquiorem poſſeſsionem hoc opponat, ſiue etiam quis alleget, & probet poſſeſſionem antiquiorem tertij, ſufficit ad inducendam malam fidem iunioris poſſeſſoris. Alexan. conſ. 192. In cauſa, & lite. num. 3. ver. nec eſt verum. lib. 2. vbi quod pariter inducit malam fidem in actore.

31 Contrarium tenet ipſemet Alexand. conſ. 200. Viſo, & diſcuſſo. num. 5. ver. niſi ſecundum eum. lib. 2. vbi, quod habens iuniorem remanet bonæ fidei, quando antiquior non eſt ſui aduerſarij, ſed tertij, & quod ius in hoc non contradicit.

32 Limita, quia is qui emit ab aliquo vendente nomine proprio, & nomine alieno dicitur malæ fidei quoad partem venditam nomine alieno, quantumcunque de rato promiſerit, & non facit fructus ſuos, neque præſcribit in præiudicium eius, cuius nomine facta eſt venditio, quia cum emat ſcienter rem alienam, non poteſt dici bonæ fidei. l. fin. ff. pro empto. & ibi Bart. & idem Bart. in l. cum vir, prope fin. ff. de vſucap. & eſt text. in d. l. fin. ff. pro emptore.

Vide. Vendere quilibet poteſt rem alienam. Concluſ. 53.

33 Extende, quia emens ab aſſerto procuratore, de cuius mandato non conſtat, præſumitur in mala fide. Alexan. conſ. 35. Conſideratis. nu. 3. & 4. verſ. alia ratione. lib. 7.

34 Extende, vt in tantum ſit verum, quod talis emptor non facit fructus ſuos, nec præſcribit, niſi ſequuta ratificatione illius, cuius nomine alter vendidit, Corn. conſ. 275. incip. Quanquam. libro 2.

35 Declara, quia licet tanquam malæ fidei poſſeſſor non excuſetur à fructibus perceptis, tamen facit ſuos perceptos ex ſuis melioramentis factis, de quibus non eſt ſatisfactus. Affict. dec. ſi. 87. num. 6. & 7.

36 Reſtringe, quia talis emptor excuſatur à fructibus, qui percipi potuiſſent. Couaruu. variar. reſolutio. lib. 1. cap. 6. nu. 4. ver. proxima quæſtio. in fin. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 609. & ſeq.

37 Limita, quia mala fides probatur ex conjecturis. Alex. conſ. 91. In cauſa, & lite, in princ. lib. 5.

Liuuta

38 Limita in præscriptione, vel possessione recenti, quia non præsumitur patronus, qui præsentauit ad beneficium, habere bonam fidem, neq. acquirit quasi possessionem, licet præsentatio fuerit cõfirmata, sed deinde in causa appellationis fuit cassata, quia bona fides cessat quando quis possidet sine iuris, vel prætoris assistentia. Calderin. conf. 142. alias tertio, de cauſ. poſſ.

39 Limita in incorporalibus, quia is qui non habet titulum non præsumitur habere bonam fidem, Calder. d. conf. 143. nu. 2. ver. vnde dicunt, alias tertio, de cauſ. poſſ.

40 Limita, quia mala fides præsumitur vbicunq. contra iura quis mercatur, c. qui contra iura, de regul. iur. in sexto, c. 2. de reb. Eccles. non alien. lib. 6.

41 Declara, vt mala fides præsumatur in ijs quæ sunt simpliciter prohibita, si vero prohibitio non est simplex, sed sub certo modo, titulus præbet bonam fidem. Calder. conf. 124. circa med. ver. distinguo, alias quarto. de præscriptio.

42 Limita, quia habens titulum pendente lite quæsitum præsumitur dolo malo, & fraude quæsiuisse, nisi esset à domino quæsitus. Alex. conf. 192. num. 4. & seq. ver. præterea, lib. 2.

43 Idem est, quando titulus est à quocunq. procuratus, quia non releuat, alias quilibet sibi cum a mala fide procuraret titulum à quocunq. Alex. d. conf. 192. nu. 5. & 6. lib. 2.

44 Limita, qnia in casibus omnibus, in quibus habens titulum, & possessionem, vel habet possessionem ab habente titulum, præsumitur bonæ fidei, intelligitur si allegetur bona fides, alias non, vt in indiuiduo declarat Aflict. decis. 178. nume. 14. usq. in fin. vbi quod si non allegetur, non præsumitur, dicit tamen quod potest allegari etiam post conclusum in causa, pro quo vltra allegata per eum vide Deci. conf. 267. n. 5. col. fin. in fin.

Vide Conclusionem proximam præcedentem, nu. 24. ver. Restringe.

45 Limita, quia is, qui habet titulum ab vno, & possessionem non ab eodem, sed ab alio, non dicitur habere bonam fidem, ideo non præscribit, neque Publicianam intentat, quæ bonam fidem requirit. Alexand. d. conf. 192. num. 5. ver. quia primo, lib. 2.

46 Limita in eo, qui contrahit cum aliquo, tanquam procuratore alterius, quia si non constat de mandato, dicitur esse in mala fide, l. fin. ff. pro emptore, per quem tex. ita Bar. in l. cum vir circa fin. ff. de vsur. Alexan. conf. 55. col. 2. lib. 2. Cravet. conf. 260. nu. 3. ver. imo credens.

47 Limita, quãdo emens fatetur aliquid per quod mala fides detegitur veluti si fatetur se administrasse bona nomine Titij, & emit ab alio, quia scire debuit ad Titium, & illius hæredes pertinere. Rom. conf. 414. n. 2. ver. secundo probatur.

48 Limita, quia in ijs in quibus ius commune resistit nunquam præsumitur bona fides, quia requiritur probatio, quod possessio sit legitima de licentia superioris. Ægid. Bellame. conf. 10. nu. 35. in fin. ver. quod autem de iure, & seq. vbi late allegat, vbi quod omnes tenentur credere iura esse bene condita, igitur possessio contra ius est vitiosa, quia in mala fide fundata est.

49 Extende limitationem, quia vbicunq. requiritur dispensatio Principis in actu in quo repugnat ius commune, nisi doceatur non potest constare de bona fide, & hæc est ratio ob quã sine titulo in beneficialibus non datur restitutio ad possessionem, vt seruat Palatium Apostolicum, ita Ægid. d. conf. 10. n. 42. ver. tertia ratio, vbi late.

50 Restringe, vt non procedat quando concurrit longissimum tempus, vel quod aliquis successerit in ius alterius; de primo est text. in l. possideri, §. si. seruus, ff. de acquir. possess. de secundo est tex. in l. qui alterius. ff. de reg. iur.

51 Declara restrictionẽ, nisi primus author esset malæ fidei, & constaret, quod successores sciuerunt fuisse malæ fidei, quia non obstante quocunq. temporis lapsu, & quod sit successor in ius alterius, etiam si per mille manus transierit inducitur mala fides. Ægid. conf. 10. numer. 37. ver. sed oppones fortissime, vbi infert plures illationes, ex quibus scientia probatur.

Vide. Mala fides defuncti, vel authoris quando noceat hæredi, vel successori, aut non. Conclusio. 22.

Vide. Præscriptio non procedit absq. bona fide & quis dicatur bonæ fidei. Conclus. 521.

Vide. Bonæ fidei possessor quis dicatur, vel præsumatur. Conclus. 99. proxima præcedens.

Vide plene per Mascard. Conclus. 224. & Conclusio. 225.

Et quando bona fides probetur ex sola possessione. Mascard. Conclusio. 231. Bona fides quomodo.

Et bona fides ex possessione iurispatronatus qualiter probetur. Mascard. Conclus. 230.

Bonorum appellatione quid veniat, Conclusio, CI.

1 BONORVM appellatione non venit hereditas, vel successio, maxime quando ad præsentia bona restringitur dispositio, vel conuentio inter viuos. Oldra. conf. 139. Ad habendam, in prin. ver. præterea cum verba.

Vide. Iura, & actiones an computentur inter mobilia, vel immobilia. Conclus. 494.

2 Et triplicem esse speciem bonorum, videlicet mobilium, item immobilium, itẽ iurium, & actionum. Mantua. singul. 632. ex nominibus.

Vide. Bonorum multæ sunt species. Conclusio. 102.

3 Amplia, quia appellatione bonorum meorum non includitur æs alienum, sed intelligitur potius deducto ære alieno. Cuma. conf. 52. Quod d. Ambrosius in prin. lo. de Anania. conf. 3. in princ. ver. secundo potest, quia intelliguntur deducto ere alieno, ideo si testator legat filiæ aliquid ita quod de bonis suis plus petere non possit, poterit petere dotem matris, quia est debita, & debitum non est de bonis. Corn. conf. 212. num. 3. ver. secunda autem, lib. 1.

Vide. Æs alienum debet semper deduci, & qualiter. Conclusio. 333.

4 Amplia, quia appellatione bonorum non veniunt fructus in testamento etiam si addatur bonorum quomodocunq. & qualitercunq., secus appellatione pecuniæ, ideo grauatus restituere omnia bona quomodocunq. & qualitercunq. non restituit fructus perceptos, secus si dixisset omnem pecuniam. Angel. conf. 331. An in restitutione, per totum, vbi est casus.

Amplia,

5 Amplia, quia bonorum appellatione non veniunt fœuda. Bar in l.ſi patroni,in prin.ff.ad Trebell.Anchar.conſ.308.Prima facie,n.4.

6 Amplia,quia appellatione bonorũ mobilium, & immobilium non veniunt nomina debitorum, quæ ſunt tertia ſpecies.Deci.conſ.381.

7 Amplia , quia in donatione facta de omnibus bonis,in quocunque loco iacentibus , & exiſtentibus non veniunt iura,& actiones primo ex verbis dedit,& donauit, quæ deſignant translationẽ dominij.l.vbi autem,§.fi.ff.de verb.oblig.& non conuenit iuribus incorporalibus quę ceduntur, vt in puncto tradit Barbat.conſ.36.col pen.& fin. lib. 1.Item, quia iura non circunſcribuntur loco, l.Gaius.ff.de leg.1.l.fi. ff. quorum legat . Idcirco non veniunt in tali donatione,& ad iſta , vide infra,nu.25.ver.reſtringe. Item quia dicitur , quod donatarius poſſit dicta bona apprehendere propria authoritate,quæ non applicantur iuribus incorporalibus.ideo veniunt bona mobilia , & immobilia.Barba.d.conſ.36.lib.1.Guido Papę,conſ. 52.Factum,col.2.& per totum. Areti.conſ.54. In cauſa Magiſtri Blaſij,vbi in puncto idem dicit.

8 Contrarium notatur in ver.Donatio omnium bonorum quid contineat,Concluſio.650. licet verius credam quod hic dicitur.

9 Extẽde,etiam ſi adſit clauſula,ceſsit iura,quia intelligitur reſpectu rerum donatarum, quia clauſulæ acceſſoriæ non ampliant principalem diſpoſitionem,clem.1.de pręben.Ant.de Butr.conſ.29.

10 Limita,quia appellatione bonorum venit ius ex conductione ſiue ad longum,ſiue ad modicum tempus.Alexand.conſ.59. Viſis verbis , in princ. num.2.lib.6.

11 Extende,quia verba bonorum,& rerum ſunt latiſſima,& late interpretanda.Alex.d.conſ.69. nu. 4.ver.quia illa verba,lib.6.

12 Extende,quia verba illa in bonis,& rebus meis in vniuerſalibus,adeo ſunt lata,& latiſsime interpretanda,vt comprehendant etiam ſolam actionem,& bona,quæ non ſunt in dominio loquentis; ſecus ſi diſpoſitio eſſet particularis.Alex.conſ.59. nu.4.ver.quia reſpondeo,lib.6.

Vide. Meum quomodo , & qualiter eſſe dicatur.Concluſ.225.

13 Limita,quia quando ſimpliciter diſponitur de bonis ſuis,ſine qualitate illa,mobilibus,& immobilibus veniunt iura,& actiones. Tiraquel. in l. ſi vnquam,ver bona. nu.8.& 9.vbi infinitos citat,& num.10.dicit,ita omnes * tenere,exceptis paucis quos citat ibi.C.de reuoc.don.

14 Extende multo magis, quando adeſt dictio generalis,vt omnia bona,vel dictio vniuerſalis quęcunque bona,quæ magis operatur,quia tunc veniunt etiam iura,& actiones ſine dubio, vt in forcioribus terminis tradit Tiraquel.de retract. lignag.§.1.glo.7.nu.20.& ſeq.

15 Limita,quia appellatione etiam bonorum mobilium veniunt iura , & actiones,quando teſtator ita diſpoſuit,quia poteſt ita diſponere.Deci.conſ. 381.Viſis ijs,num.5. & 6.

16 Limita,quia bonorum omnium appellatione ſimpliciter,& indefinite facta, veniunt etiam nomina debitorum,ſecus ſi ſit dictum de bonis omnibus mobilibus,& immobilibus,quia non veniũt nomina debitorum.Bald.dict. conſ.418.Andręas quondam,lib.3.per totum.Petr.Ancha.conſ.101, numer.8.Tiraquel.in l.ſi.vnquam,in ver.bona, numer.8.& ſequent.C.de reuoc.donat. vbi infinitos allegat Alexand.conſ.244.libr.6.Deci. conſil. 137.in prin.Neguſ.de pignor.in ſecundo membro 2.partis,numer.9.& * communem dicit Couar. in c. relatum in ſecundo.quod eſt libro 1. fol.60. Alexand.conſi.12.Viſo, num.10. ver. ad tertium, lib.2. * vbi communem.

17 Extende, quia appellatione bonorum futurorum veniunt etiam nomina debitorum futura. Petrus de Anchar. conſil. 101. Ex prædicto themate.nu.8.

18 Imo appellatione bonorum preſentium, & futurorum veniunt etiam nomina debitorum preſentium,& futurorum.Ancha.conſ.101.n 9. & 10.

19 Et nomen bonorum dicitur generale,& continet actionem.Abbas conſ.43.Videtur primo.nu. 3.lib.1.

20 Extende, quia in generale obligatione omniũ bonorum,veniunt etiam nomina debitorum. Caſtren.conſ.198.Notandum primo,in prin.lib.1.

21 Extende idem etiam in materia odioſa , prout eſt confiſcatio bonorum omnium,quia veniunt iura,& actiones actiuæ,& paſſiuæ.Imol.conſ.35.nu. 24.ver.in contrarium facit.

22 Extende etiam , ſi dicatur bonorum meorum, quia veniunt iura & actiones.Tiraquel.in l.ſi vnquam in ver.bona.nu.12.C.de reuoc.donatio.

23 Contrarium tenent plures quos recitat idem Tiraquel.d.l.ſi vnquam,ver.bona,nu.11.C. de reuoc.donat.

24 Extende,quia bonorum appellatione ſimpliciter.& indefinite veniunt iura,& actiones.Cravet. conſ.113.n.6.

25 Reſtringe,quãdo fieret mentio de omnibus bonis certi loci,prout lego omnia bona,quæ habeo Romæ,quia non veniunt iura,& actiones. Io. de Imol.conſ.35.nu.26.ver. item non obſtat. Tiraq. in l.ſi vnquam,ver.bona.n.13.C.de reuoc.donat. plenius ſupra nu.7.

26 Limita,quia imo ſi adeſt dictio vniuerſalis,omnia,& quæcunq.bona meá,etiam ſi addatur mobilia,& immobilia,tunc veniunt iura,& actiones. Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.7.nu. 20. & ſeq. vbi nu.26.quod plus importat dictio vniuerſalis quęcunq.quam dictio generalis.

27 Limita,quia appellatione bonorum venit hæreditas,& ſucceſſio in vltima voluntate , vt ſi ſit dictum,tali bona mea relinquo,quia importarent inſtitutionem hæredis.Oldrad.conſ. 139. Ad habendam in prin.ver.talia autem.Cuman.conſ.51. Quod d. Ambroſius,in princ.ver. quin etiam,vbi declarat.

Vide.Hęreditas quid ſit,& in ſe contineat.Concluſio.16.

28 Extende , etiam ſi mentio bonorum facta ſit in teſtamento,non cauſa inſtitutionis,ſed ſi eſſet dictum,quod priuabat talem,ſi contra bona teſtatoris inferret moleſtiam, vt intelligatur de hęreditate teſtatoris,videlicet ſi contra hæreditatem inferat moleſtiam.

29 Reſtringe quando eſſet dictum de bonis mobilibus , & immobilibus , quia non veniunt iura , & actiones,nec important hæreditatem. vel vniverſitatem . Alexand. conſil. 9. Viſis verbis,nu. 6. vbi apoſtilla in verb. vniverſo, lib. 1. Bartol. conſil. 15. Pater habens,numer.2. lib.1.vbi quod etiam in ſubſtitutione bonorum , ſeu ad bona mobilia , & immobilia , non veniunt iura , & actiones,

actiones, plene Tiraquel. in l. si vnquam. ver. bona. num. 8. & seq.

30 Declara restrictionem, nisi adderetur clausula, omnibus, & quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus. Tiraq. de vtroque retract. lignagier. §. 1. glos. 7. num. 20. & seq. vers. quarto, vbi plurimos pro vtraque parte.

31 Limita, quia in omnibus casibus, in quibus in obligatione expressa veniunt nomina debitorum, ac iura, & actiones pariter veniunt in tacita hypotheca, vt par sit virtus. l. si res, in fin. ff. de euict. Bart. Bald. & Salycet. in l. haredem. C. de hæred. vel actio. Bart. in l. Iulianus, in fin. ff. de verb. oblig.

Bonorum multæ sunt species, & denominationes. Conclusio. CII.

1 BONA omnia reducuntur ad tres species, aut enim sunt mobilia, aut immobilia, aut nec mobilia, nec immobilia, sed tertia species, prout sunt iura, & actiones, & nomina debitorum. Mantua. singul. 632. ex nominibus.

De mobilibus vide Conclusionem proximam sequentem.

De immobilibus vide. Bonorum immobilium appellatione. Conclus. 104.

2 Adde, quod immobilia sunt duplicia, aliqua sunt immobilia perpetuo, prout ager, possessio, domus, &c. aliqua sunt ius quoddam immobile per se stans, prout annua præstatio perpetuo destinata, puta, Ferrariæ pro bonis in territorio Bononiensi, vt plene Franc. Areti. conf. 10. Casus talis. num. 1. vbi, quod tale ius potest confiscari in loco destinatæ solutionis.

3 De tertia specie, videlicet iurium, & actionum.

Vide. Iura, & actiones non computantur inter mobilia, & immobilia, & quando secus. Conclus. 494.

4 Quarta species bonorum est circa bona se mouentia, prout animantia, boues, & similia, sed tamen proprius veniunt appellatione mobilium, vt in Conclus. prox. seq. num. 9. & seq.

5 Similiter bona omnia triplicia sunt, quia aut sunt allodialia, libera, & exempta, aut allodialia, descripta, aut fœudalia, quæ semper sunt exempta. Roland. à Valle conf. 82. num. 35. lib. 2. & Surd. conf. 135. num. 87.

6 Et in dubio præsumuntur allodialia, & libera, & quando secus. Vide plene per Ant. Gabriel. lib. 3. tit. de fœud. Conclus. 3. Allodialia, & non fœudalia in dubio præsumuntur bona.

7 Bona mulierum similiter possunt esse triplicis generis. Dotalia, parafrenalia, & propria mulier habet bona triplicis generis, & quæ sint. Conclus. 424.

8 Similiter omnia bona, aut sacra sunt, aut religiosa, aut prophana, iuxta notata in l. inter stipulantem. §. rem sacram. ff. de verbor. oblig.

9 Publica, vel priuata, aut rei publicæ.

10 Propria, aliena, vel communia.

11 Possessa, vel quasi, aut vacantia.

12 Aduentitia, vel profectitia, & quæ sint.

Vide. Bona aduentitia, & profectitia. Conclus. 107.

13 Castrensia, vel quasi, & non castrensia.

14 Aliquando sunt bona paterna, aliquando materna, aliquando fraterna.

Vide. Bona quando paterna. Conclus. 108.

Bonorum mobilium appellatione quid veniat. Conclus. CIII.

1 MOBILIVM appellatione veniunt ea, quæ sui natura de loco ad locum moueri possunt, & loco circumscribuntur; immobilium vero appellatione, quę pariter loco circumscribuntur, sed tamen à loco non mouentur, vel si moueantur fictitiè, tamen semper pars rei immobilis censentur. Oldrad. cons. 219. Factum tale est, dominus Rex, & quę sit differentia inter mobilia, & immobilia circa effectus iuris. Oldrad. consil. 17. num. 3. & sequen. & sequitur Deci. conf. 472. Testator, vbi quod omne mobile, vel aptum moueri dicitur, & continetur sub verbo mobilium.

Vide. Bona mobilia ab immobilibus differunt, & cui loco applicentur. Conclus. 105.

2 Amplia, quod mobilium appellatione de communi vsu loquendi intelligitur de supellectilibus bonis, ideo legans omnia bona sua mobilia intelligitur omnem supellectilem suam ex communi vsu loquendi legare. Oldrad. consil. 219. in fin. ver. sed quicquid de ista, sequitur Deci. conf. 472. num. 9. & seq. vbi, quod idem importat legatum omnium bonorum, quod legatum omnium supellectilium, quando constat de communi vsu loquendi, imo homines mobilia sua, suam appellant supellectilem, vt dicit Riminal. Iun. consilio 215. num. 83.

3 Amplia, quia bonorum mobilium appellatione veniunt annui redditus ad modicum tempus duorum, vel trium annorum de consuetudine. Feder. conf. 12. in cap. domine mi carissime. ver. si vero, prope fin.

4 Amplia, vt imo annui redditus ad vitam hominis legati, licet quoad illum particularem dici possent inter stabilia, tamen quoad Monasterium dicitur legatum annuum ad vitam monachi esse inter mobilia respectu Monasterij. Feder. de Sen. d. conf. 12. num. 5. ver. licet enim.

Vide. Annui redditus an inter immobilia computentur, & quando. Conclus. 342.

5 Amplia, quia veniunt pecuniæ appellatione bonorum mobilium. Crauett. consil. 934. num. 2. clarius Petr. Surd. conf. 16. num. 7. vbi late, & Deci. conf. 472. num. 6. plene Rebuff. in l. mouentium. ff. de verb. signif. ver. secundo, vbi declarat, nisi sit destinata emptioni stabilium. Riminal. Iun. conf. 216. in fin. num. 84. allegat Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 102.

Vide. Pecuniæ appellatione quid veniat. Conclus. 200.

6 Extende, quia libri, aurum, argentum, pecudes, fructus separati à solo, & generaliter omnia, quæ de loco ad locum moueri possunt, veniunt appellatione mobilium. Deci. dicto consil. 472. num. 4. & seq.

7 Fructus quoque appellatione mobilium veniunt nisi sint annui redditus perpetui. Rebuf. d. l. mouentium. ff. de verb. signif.

Amplia,

8 Amplia, quia mobilia affixa, prout calderiæ, & ſimilia, licet veniant in venditione domus, & ſic accedant immobilia, tamen quia re vera ſunt de ſui natura mobilia, triennio vſucapiuntur, ita ſenſit Alexand. conſ. 134. In cauſa, & lite. num. 13. & 14. ver. quod autem. lib. 2.

9 Amplia, quia appellatione bonorum mobilium, & immobilium veniunt animalia, & ſe mouentia. Bald conſ. 418. in fin. lib. 3.

10 Et veniunt equi, & cætera animalia ſe mouentia. Pariſ. d. conſ. 67. lib. 2. ſequitur Vrſil. ad Afflict. deciſ. 106. in fine.

11 Imo animalia dicuntur ſe mouentia, & veniunt appellatione mobilium. l. mouentium. ff. de verbor. ſignif. vbi Rebuff. Dec. conſ. 472. Teſtatorum 4. Deci. conſ. 653. in princ. Pariſ. conſil. 67. Præſens conſultatio. vol. 2. Ruin. late conſil. 32. num. 5. & ſequen. lib. 2. Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 106. in fin.

12 Extende, quia appellatione fructuum bonorum mobilium veniunt fructus bonorum ſe mouentium, & ſic fœtus animalium. Alex. conſ. 59. Viſis verbis, in fin. lib. 6.

13 Declara ſi conſtat de mente teſtatoris, vt quia in vna parte teſtamenti faeit mentionē de immobilibus, in alia de mobilibus, & ſe mouentibus, quia videtur conſtituere differentiam ſi oritur dubietas probabilis, vt per Deci. conſ. 653. Caſus de quo, per totum, maxime numero 6. vſque in finem.

14 Reſtringe, quando in eodem cap. de vtroque fit mentio, quando communis vſus eſſet contrarius. Rebuff. dicta l. mouentium. ff. de verbor. ſignificat.

15 Limita, quod appellatione bonorum mobilium, vel immobilium non veniunt incorporalia, & ſic nomina debitorum, iura, & actiones, quia iſta incorporalia loco non circumſcribuntur. Oldrad. d. conſ. 219. vbi, quod inducunt tertiam ſpeciem, & proprie non ſunt mobilia, neque immobilia, licet quoad quid poſſint dici immobilia, quia quicquid non eſt mobile dicitur immobile, & quod ſit tertia ſpecies. Bald. conſil. 418. Andreas q. lib. 3. per totum, plene Tiraquel. in l. ſi vnquam. ver. bona. num. 8. & ſequen. vbi dicit indubitatum.

16 Extende, vt procedat etiam in legato omnium bonorum mobilium ad pias cauſas, quia non veniunt nomina debitorum. Alex. dicto conſilio 68. in fin. num. 6. ver. reperitur. lib. 6. vbi apoſtill. in ver. Oldrad. & conſ. 171. In cauſa, & lite. num. 6. & ſeq. ver. pro confirmatione. libro 6. ver. reperitur. lib. 6. vbi apoſtill. in ver. Oldrad.

17 Declara hanc limitationem, vt procedat quando actio, & nomen debitoris verſatur ſuper quantitate in genere, quia tunc eſt tertia ſpecies. Alexand. conſ. 68. Quia conſultationem. num. 5. ver. venio ad ſecundum. lib. 6.

18 Extende in tantum, vt nomina debitorum ſint tertia ſpecies de ſe, & non veniant appellatione mobilium, & immobilium, vt non veniant in confiſcatione bonorum mobilium, & immobilium inducta à ſtatuto. Alexand. dicto conſilio 68. in fine. lib. 6. verſ. plus diſputando dixit.

19 Declara hanc extenſionem procedere, dummodo non adſit dictio vniuerſalis omnium bonorum mobilium, & immobiiium. Alciat. in l. 1. C. de ſacr. Eccl. Tiraq. de retract. §. 1. glo. 7. num. 10. quem citat apoſtill. ad Alexand. dicto conſ. 68. lib. 6. Alex. conſ. 45. Habita ſuper ijs. num. 8. ver. primo enim conſidero, in fin. lib. 1.

20 Declara ſecundo in materia indifferenti, quæ non ſit odioſa, quia tantum operatur indefinita, quantum vniuerſalis loquutio, ideo ſi quis offert ſe, & omnia bona ſua mobilia, & immobilia, veniunt etiam annui redditus, ac iura, & actiones. Soci. in tract. oblatio. in 8. libello, in 2. quæſtione. num. 10. idem erit ſi ſimpliciter offerat ſe, & bona ſua mobilia, & immobilia, idem Socin. dicto tractat. quæſt. 3. numero 12. & latius quæſt. 7. num. 39.

21 Reſtringe, quia bonorum mobilium appellatione veniunt iura, & actiones, vt dicit Caſſane. ſuper conſuet. Burgund. fol. 94. num. 14. vbi, quod ſicut mobilia ſequuntur perſonam, ita etiam iura, & quod propterea veniunt appellatione mobilium, & allegat plura conſ. Alex.

22 Contrarium dicit Clar. §. fi. quæſt. 78. n. 9. verſ. * ſucceſſive, vbi dicit * communem in contrarium, & quod propterea Arius Pinel. de bon. mater. fol. 20. num. 26. & ſeq. redarguit Caſſaneum.

23 Declara, quia ſi ſolutio eſt deſtinata in loco, vbi fit condemnatio, ſeu confiſcatio mobilium veniunt, & ſic non debuit redargui Caſſan. quia * hæc eſt communis * opinio cum diſtinctione prædicta, de qua Natt. conſ. 184. in fin. & infra numero 27.

24 Reſtringe, quia nomina debitorum veniunt appellatione mobilium, quando conſtat de mente. Deci. conſ. 381. num. 6.

Vide. Iura, & actiones an comprehendant bona mobilia, & immobilia. Concluſ. 494.

Vide. Nomina debitorum an inter mobilia, vel immobilia computentur. Concluſ. 62.

25 Perſonæ dicuntur mobilia cohærere. Bald. in l. mercatores. C. de commer. & mercat. Alexan. conſ. 31. num. 11. & ſeq. lib. 1. & conſ. 111. libro 4. Alba, conſ. 23. num. 8. & conſ. 26. num. 3. Vide plenius per Caſſan. conſuet. Burgun. fol. 94. num. 14. ver. aduerte quia Bald. vbi plurima conſ. Alexand. allegat.

26 Contrarium tenet Alex. conſ. 16. Viſo titulo. n. 2. vbi, quod cenſentur mobilia de territorio, vbi ſunt manſura, & ibi apoſtill. in ver. loci. lib. 1. vbi allegat Soci. conſ. 36. & conſ. 101. lib. 1.

27 Declara, quia loco dicuntur cohærere, vbi ſunt permanſura, ſi tamen exactio, & ſolutio pecuniæ eſt in alio loco deſtinata, iudicatur de illo loco, in qua ſolutio facienda eſt. Alexand. dicto conſ. 16. in fin. & ſequitur Crauett. conſ 934. num. 11. vbi allegat Pariſ. conſ. 68. num. 9. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 108. nu. 31. ver. pro hac etiam parte. Rube. Alexand. conſ. 71. In vltimis verbis, & conſ. 136. in princip. Natta conſ. 184. in fin. & dicit hanc * frequentiorem, & * communem, & ſupra numero 23.

28 Supellectilium appellatione quæ veniant, & quid appellatione maſſaritiarum.

Vide. Maſſaritiarum appellatione quid veniat. Concluſ. 104.

29 Et mobilium exiſtentium in domo appellatione quid veniat.

Vide. Legatum omnium mobilium exiſtentium in domo, quę comprehendat, vel non. Concl. 139. & ſequen.

Bonorum immobilium appellatione quid veniat. Concluſio. CIV.

1 IMMOBILIVM appellatione veniunt ea, quæ à loco non moueantur, vel ſi moueantur fictitie, tamen pars ſemper rei immobilis cenſentur, mobilium vero appellatione veniunt ea, quæ de loco ad locum moueri poſſunt, & neceſſe eſt, quod inſit qualitas, quod tam immobilia, quam mobilia, loco circumſcribantur. Oldrad. conſil. 219. in princ. vbi, quod non veniunt incorporalia appellatione mobilium, vel immobilium, quia loco non circumſcribuntur.

2 Amplia, vt annui redditus inter immobilia computentur. clem. exiui de paradiſo. §. cupientes, de verb. ſignif. l. ſi. in fi. C. de præſcript. long. temp. Feder. de Sen. conſ. 12. num. 4.

3 Declara, quia de annuis redditibus perpetuis prouenientibus ex bonis immobilibus, & ſeu ſtabilibus inter immobilia computantur, ſecus ſi non ſunt perpetui, ſed ad tempus. Feder. de Sen. conſ. 12. num. 3. ver. item communi.

4 Contrarium videtur velle Feder. in dicto conſ. 12. in fin. in cap. Domine mi cariſſime. ver. ſi vero, vbi concludit, quod annui redditus ad modicum tempus, puta duorum, vel trium annorum non computantur de conſuetudine inter immobilia, ſecus ſi ad longum tempus.

Vide. Annui redditus an inter immobilia computentur, & quando. Concluſ. 342.

5 Amplia, quia credita, quæ competunt ratione rei immobilis, videlicet ad rem immobilem cenſentur eſſe immobilia, & inter immobilia computantur eiuſdem loci, in quo realiter competunt. Alex. conſ. 31. Viſo titulo quæſtionis. nu. 6. lib. 1. vbi apoſtilla allegat Tiraquel. de retract. §. 1. gloſ. 7.

6 Amplia, quia cenſus computantur inter immobilia.

Vide. Cenſus annui inter immobilia computantur. Concluſ. 194.

7 Limita, quia vſus, vſusfructus, & habitatio tanquam iura incorporalia non veniunt appellatione bonorum immobilium. Alex. conſ. 52. Viſo themate. num. 3. libro 1. vbi apoſtill. in ver. vſufructu.

Vide. Bonorum mobilium appellatione quid veniat. Concluſ. prox. præced.

Bona mobilia ab immobilibus differunt, & cui loco applicentur. Concluſio. CV.

1 BONA mobilia ab immobilibus differunt in multis, quia ſtabilia reſpiciunt territorium, mobilia vero reſpiciunt perſonam, prout etiam iura, & actiones, niſi eſſent perpetuo deſtinata in loco, prout impreſtita Venetiarum, quia aſſumunt naturam ſtabilium. Alexan. conſ. 19. Circa primum. num. 8. & ſeq. lib. 6.

2 Mobilia ſequuntur conditionem domini, & perſonæ illius, ſecus eſt in bonis immobilibus. Oldrad. conſ. 17. in princ. & latius col. 4. num. 14. & ſequen. ver. item certum, quod intellige, niſi habeat bona ſtabilia, vt priuilegiatus, & talis, quia tunc etiam immobilia ſequuntur perſonam. Oldrad. d. conſ. 17. colum. 5. num. 20. ver. ſed certe iſtud. Alex. d. conſ. 19. num. 9. lib. 6.

3 Item mobilia iure prædæ fiunt occupantium, quando dominus capitur ab hoſtibus, immobilia vero iure poſtliminij ad eum reuertuntur. Oldra. d. conſ. 17. num. 3. ver. præterea leges.

4 Priuilegium conceſſum perſonæ trahitur etiam ad bona mobilia, ſecus ad bona immobilia. l. 1. C. de ijs, qui in Sacro Pala. milit. lib. 12. Oldra. conſ. 17. num. 7. ver. nam ſicut Clerici.

5 Mobilia facilius confiſcantur, quia fractor pacis, qui à facie fugerit Iudicis, patitur confiſcationem mobilium, immobilia vero heredibus applicantur. Oldr. conſ. 17. n. 8. ver. hoc idem.

6 Et facilius vſucapiuntur, ſeu præſcribuntur, videlicet triennio, ſecus in bonis ſtabilibus. Inſtitut. de vſucap. in princ.

Vide. Vſucapio quid ſit. Concluſione 299. & infra num. 14.

7 Mobilia in bello capta fiunt in prædam, & publicantur, immobilia ſecus, quia conſeruantur habentibus cauſam antiquiorem. Oldrad. conſ. 17. col. 5. num. 21. ver. & hoc probatur.

8 Mobilia, quæ habet captus in fuga, & quem Iudex alieni territorij inſequi fecit, debent cum perſona conſignari, ſecus in immobilibus. Oldr. d. conſ. 17. nu. 21. in fin. ver. & hoc probatur.

9 Mobilia cenſentur eſſe de loco, & iuriſdictione, in quo ſunt deſtinata, ideo ibi debet fieri confiſcatio, ſecus eſt ſi ſunt in loco, ſed aſportanda, quia locus ad quem deſtinatur attendi debet, vt ibi confiſcatio habeat locum. Bald. conſ. 341. Super primo. num. 3. ver. ſed in rebus, quod duplicatur conſ. 36. lib. 4. Alex. conſ. 16. num. 2. lib. 1.

Vide. Confiſcatio vniuerſalis an comprehendat bona alterius territorij. Concluſ. 720.

10 Contrarium, quod imo bona mobilia cenſeantur eſſe de loco, & iuriſdictione, vbi reperiuntur & ibi confiſcari poſſint. Alex. conſ. 16. num. 2. ver. ad hoc benefacit lib. 1. vbi apoſtill. in verbo loci, dicit hanc veriorem, & dat concor.

11 Imo, quod mobilia cenſeantur eſſe de iuriſdictione, in qua eſt perſona, quia potius reſpiciunt perſonam, quam locum, vbi ſunt, tenet Bald. in l. mercatores. C. de comer. & mercat. Alex. conſ. 31. column. 2. lib. 1. & Carauit. ritu magnæ curiæ 132. num. 3.

12 Declara, quia ſi bona mobilia ſunt in loco aſportata, poſt delictum in fraudem, vel ad tempus, quia non ſunt perpetuo deſtinata in loco, vbi ſunt, & ſequuntur perſonam. Bald. conſ. 36. num. 2. lib. 4. & idem eſt, quando condemnatus non habebat, niſi bona mobilia, quia neceſſario ſequuntur perſonam. Alexand. conſ. 31. num. 5. & ſequen. lib. 1. ſi vero ſunt perpetuo manſura in loco, vbi ſunt, vt quia ibi habitaret condemnatus, vel defunctus pro parte, vel ibi haberet ſtationem, vel bona, ſtabilia ſequuntur locum, ita loquitur & intelligi debet Alexand. conſilio 16. num. 2. lib. 1. & ita declarat Alexand. conſilio 19. numero 9. libro 6. vbi, quod impreſtantiæ Venetijs reputantur de loco Venetorum, licet ſpectent ad Bononien-

nonienſem, quia ibi perpetuo ſunt manſuræ.

13 Extendde, vt procedat etiam ad effectum ſucceſsionis, quia is qui poteſt in vno loco ſuccedere, in alio non, debet habere bona, quæ erant deſtinata ad locum, in quo poteſt ſuccedere, licet eſſent ad tempus in alio, & è conuerſo. Alexan.d. conſ.16.n.2.lib.1.& plenius conſ.19.n.7.& ſeq.li. 6.vbi dicit procedere, ſiue in rem ſtatutum loquatur, ſiue in perſonam, quia ſemper immobilia reſpiciunt territorium, mobilia vero perſonam domini, niſi ſint perpetuo deſtinata in loco, prout etiam iura, & actiones.

14 Præſcribuntur, ſeu vſucapiuntur mobilia cum titulo ſolo triennio, immobilia inter preſentes decem annis, inter abſentes 20. annis. De mobilibus eſt text. Inſtit.de vſucapio.in prin. de immobilibus vide Præſcriptio decem annorum inter præſentes, & 20. annorum inter abſentes ſufficit. Concluſ.572.

15 Amplia, quia quod dicitur de bonis mobilibus vt ſequantur perſonam domini, idem eſt in nominibus debitorum, niſi alibi ſint perpetuo deſtinata, pro ut impreſtita Venetiarum. Alex. conſ. 19.num. 9.lib.6.cum ſeq.

Bona mobilia cuius eſſe præſumantur. Concluſio.

CVI.

1 BONA reperta in domo conductoris, qui eſt debitor, præſumuntur eſſe ipſius conductoris, & dicenti contrarium incumbit onus probandi.gloſ.iuncto tex.in l.1.C.de priuil.Fiſci.l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito. ſequitur Bart. in l.is cui legatorum.§.bonorum, & ibi Alexand. in apoſtil.ff.vt in poſſ. legat.

2 Extende, quia etiam ſi locator dimiſiſſet aliquas maſſaritias in domo locata; tamen non ſufficeret conductori conuento ab eius creditore, quod illæ ſunt maſſaritiæ domini, niſi probaret identitatem per ſigna, & demonſtrationes, vt in ſimili dicit Alex. conſ. 112 Viſo quodam inſtrumento. col.3.vol.6.

3 Amplia, quia mobilia reperta in domo defuncti præſumuntur defuncti, cuius eſt domus alio non docto. Soci.conſ. 131. In præſenti conſultatione. col.3. lib.1.

4 Extende, quia bona reperta in domo mariti preſumuntur mariti, ita vt in eis preferatur vxor mariti, etiam in concurſu cum matre mariti agente ad dotes, quia niſi doceat mater, quod fuerint ipſa bona mobilia patris, mariti, & ſibi primo obligata ſuccumbere debet.gloſ. in l.ob maritorum. C.ne vxor pro marito. Ang.in l.qui vias. §.1.ff.de damno dato. Io. de Imol. in c.cum olim, de priuil.Alex.conſ.112.col.1.in fi.li.6.Nam eſto, quod filius fuerit hæres patris, & bona hæredis patiantur exequutionem pro debito defuncti.l.1.in princ.C.communia, de legat. tamen non ſunt hypothecata.l.Paulus, in prin.ff.de pignor.vbi Bart. & Bald.

Vide.Dominium quando, & qualiter preſumatur. Concluſ. 610.

Bona conſumpta eſſe naturaliter qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ.197.

Vide. Fructus quando dicantur conſumpti, vel non, & quando ſuccedit extimatio. Concluſ. 490.

Bona fuiſſe hypothecata qui dicit, probare debet, & qualiter. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ.198.

Vide plenius. Probatio incumbit aſſerenti. Concluſ.768.

Bona fuiſſe in bonis teſtatoris quomodo, & qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard.Concl.199.& Concluſ.220.

Vide. Fideicommiſſo quomodo, & qualiter bona probentur ſuppoſita. Concl.279.

Bona peruenisse de patre in filium aſſerenti incumbit onus probandi. Concluſio.

Vide Maſcard.Concluſ. 200.

Bona intelliguntur deducto ære alieno. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 201.

Vide. Æs alienum debet deduci. Concluſione 333.

Bona aduentitia, & profectitia quæ dicantur, & in quibus differant. Concluſio.

CVII.

1 ADVENTITIA bona dicuntur quæſita per filios aliunde, quam à patre. Corn.conſ. 27. In hac conſultatione.num.9.lib.2.

Vide. Donatio patris in filium in poteſtate exiſtentem quando valeat. Concluſ.673.

2 Et in iſtis pater non ſuccedit, neque ſibi patri filius acquirit, niſi reſpectu vſusfructus. Corn.d. conſ.27.num.5.& num.9.lib.2.

3 Conferri non debent bona aduentitia inter fratres. Corn.d.conſ.27.num.10.lib.2.

4 Et dicuntur aduentitia bona, licet proueniant à patre, quando ex neceſſitate tenetur pater dare, quia ea lege ab alio accepit, ita eſt tex.in l.profectitia.§.ſi quis certam. ff. de iure dot. ita declarat Ruin, conſ.72.num.6.lib.2. plene Odofred.in d.§.ſi quis certam.

Decla-

Digitized by Google

5 Declara, vt per Alberic. & Bald. plenius in d. l. profectitia, princ. & in §. si quis certam. ff. de iure dot. vt dos dicatur profectitia quando contemplatione patris dotaretur, secus si contemplatione filiæ, quia ita loquitur tex. in d. §. si quis certam, & ita ipse Bald. declarat.

6 Item quando pater repudiat, vt filio acquiratur, quia adhuc filius non habet à patre, nec talia bona possunt dici profectitia. l. profectitia. §. si pater, il 1. ff. de iure dot.

7 Declara, vt per Socin. conſ. 91. col. penul. num. 9. versic. sed adhuc, libro primo: vbi ponit tres solutiones, & num. 10. vbi distinguit inter profectitium, & profectitium.

8 Item aduentitia dicuntur quamuis à patre proueniant, quando donat, vel dat filio vti extraneo ob merita specificata, secus si ob merita in genere, vel vti filio. Castr. conſ. 346. Circa bona. n. 2. ver. secundo videtur obstare. lib. 1.

9 Item ea, quę vnus coniugum lucratur ab altero dicuntur aduentitia. Castr. conſ. 382. Primo videndum. nu. 2. ver. secundo quæritur. lib. 1.

10 Et ideo emphyteusis, vel fœudum acquisitum ab auo pro se, & filijs, & nepotibus, quoad nepotes dicitur aduentitium, & licet pater delinquendo possit facere incidere in commissum, & priuare filios, non propterea dicuntur nepotes habere à patre, neque contemplatione patris, quia sufficit, quod pater non possit alienare, plene Alexan. conſ. 89. Vtrũ emphyteusis. n. 6. & seq. per tot. ver. istud. lib. 4. & conſ. 31. eodem lib. & conſ. 29. num. 4. libr. 5. in quibus locis tollit omnia contraria.

11 Generaliter ea, quę non imputantur per filium in legitimam dicuntur aduentitia.

Vide. In legitima computat quicquid habuit petens eandem legitimam. Concluſ. 205.

12 Profectitia vero dicuntur, quæ à patre, vel auo proficiscuntur. dict. l. profectitia. ff. de iure dot. vbi enumerat, & extendit multos casus per totam legem.

13 Idem est si a matre, vel ascendentibus proficiscuntur. Castren. conſ. 382. num. 4. ver. si vero dicta bona. lib. 1.

14 Idem est si à patruo, videlicet fratre patris proueniunt, quia si dat dotem nepti, dum ambo stant in communione, censetur dotare contemplatione patris viuentis, & sic sunt profectitia, quasi dederit patri, & pater filiæ, ideo tenetur in legitimam computare sibi a patre debitam secus si pater esset mortuus, quia censeretur patruus donasse nepti. Castren. conſ. 96. Si dicta Cornelia. ver. si vero. lib. 2.

15 Donare non potest filius profectitia bona, nisi pro iusta causa, prout Ecclesię, vel pro anima. Castr. conſ. 382. col. 2. in princ. versic. ad hæc facit. lib. 1.

16 Sed tamen si pater dat bona profectitia filio libera quoad vsumfructum, & proprietatem, ita quod nihil sibi reseruat in casibus, in quibus filius familias potest acquirere, prout pro dote, pro donatione propter nuptias, vel in alijs similibus, tunc filiusfamilias libere sine patre disponit, quia ex quo pater non habet vsumfructum, & sua non interest, non potest conquęri. Castrenſ. dicto consilio 382. numero 4. per totum. libro 1.

17 Profectitia imputat filia in legitimam, secus si sunt aduentitia. Castrenſ. d. conſ. 96. num. 2. ver. si vero. lib. 2.

18 Differentia non est inter bona aduentitia, & profectitia, quia potest filius donare, & disponere sine patre, quando pater in eis non habet vsumfructum, alias secus. Castrenſ. consilio 382. Primo videndum. num. 2. ver. secundo quæritur. lib. 1. quia primo casu nullum pręiudicium patri potest resultare.

19 Et non habet pater vsumfructum in iocalibus, & vestibus muliebribus, neque vsum, quia cum sint muliebria non potest pater sine dedecore vel le illis vti, vel vsum habere. Castrenſ. d. conſ. 382. num. 3. lib. 1.

20 Secus in pecunia, quia licet non cadat in ea vsusfructus, tamen cadit commoditas, & quasi vsusfructus. Castrenſ. dicto conſ. 382. colu. versic. si vero quæritur. lib. 1.

Bona quando paterna, materna, vel fraterna esse dicantur. Concluſ. CVIII.

1 BONA paterna definunt esse paterna quando commixta esse cæperunt fraternis rebus, ideo fraterna esse incipiunt, & propterea renunciatio facta per filiam bonis paternis non habet locum in paternis, quę effecta erant fraterna, & commixta. Bald. conſ. 47. Casus talis est Dominus Andriolus, circa fin. versſ. rursus dicet aliquis. lib. 1. Angel. conſ. 52. Dominus Ziglius, circa med. ver. quęritur igitur.

Vide. Renunciationes iuris proprij quando stricte interpretandæ. Concluſ. 180.

2 Extende, quia soror excluſa a successione patris stante masculo, dummodo sit dotata, non excluditur si est dotata a fratre de bonis, quæ erant paterna, quia cum per mortem patris effecta sint fraterna non dicitur dotata in bonis paternis, prout requirit statutum, sed in fraternis. Per Anc. conſ. 80. Retento ordine. num. 7. & 8. ver. præterea alia ratione.

3 Extende, quia bona, & hæreditas patris semel adita per filium adeo efficitur patrimonium filij, vt dicantur bona filij, & hęreditas filij non patris, & ideo soror excluſa ab hæreditate, & legitima paterna, non erit excluſa a fraterna, licet proneniant a patre, & succedet ab intestato. l. 1. §. veteres: vbi Doctor. ff. de acquir. possess. Rom. conſ. 40. num. 2. & conſ. 168. col. 1. Deci. conſ. 266. col. 1. & conſ. 677. nu. 9. Cassan. conſ. 23. nu. 41. Deci. in l. quoties duplici iure. ff. de reg. iur. Soci. conſ. 73. nu. 1. lib. 3. Deci. conſ. 581. num. 10. & conſ. 687. Ad confirmationem: vbi quod non habet aliquam difficultatem.

4 Et idem est in bonis paternis, quæ peruenerunt ad sororem, quia si alia soror renunciauit bonis paternis non censetur renunciasse fraternis, quæ peruenerunt ad sororem, quia intelligitur renunciatio de paternis immediate, & ista sunt effecta fororis. Baldus consilio 48. Ex verbis, libro secundo.

5 Idem est in bonis maternis, & auiæ, quia si filius in eis succesſit, & hęreditatem adiuit per aditionem desierunt esse materna, vel auitæ

Digitized by Google

Alex.conſ.198. Perſpectis.nu. 7.verſ.non obſtant. lib. 6. vbi apoſtilla in ver. deſierunt, dat multos concordantes, & Bart. conſ. 10.libro primo. Iaſ. conſ.59.lib.3.

6 Idem eſt in ſtatuto excludente fœminas, præterquam à bonis maternis,quia ſi bona materna ſunt per mortem filio delata, & filius adiuit hæreditatem matris,non ſunt amplius materna, ſed fraterna,ideo non habet locum ſtatutum. Alexan. conſ.198.Perſpectis.n.6.& ſeq.ver.nõ obſtant ſi dicitur. lib. 6. vbi plena apoſtilla in ver.deſierunt, dat concord.

7 Reſtringe, quando hereditas,puta paterna eſſet ſuppoſita reſtitutioni, quia licet adita ſit,non tamen deſinit eſſe paterna, vel teſtatoris. Iaſ.in l. 1.§.veteres.num.19.ff.de acquir.poſſ. Alexand.in l.nihil aliud.ff.de verbor. obligat. Deci.in l.1.nu. 18.ver.ſed ad hoc etiam.C.unde vir.& vxo. Fran. deciſ.307.num.4.

8 Contrarium, quod imo hereditas adita ſolo verbo, vel animo ante actualem apprehenſionem non deſinat eſſe hereditas defuncti, ſed tunc demum poſtquam fuerit adita, & facta apprehenſio. Natta conſilio 470. numero 25. & ſequen. vbi late.

9 Imo, quod hæreditas paterna etiam adita, & apprehenſa non deſinat eſſe hæreditas paterna, prout prius, plene Socinus Iunior conſilio 113. numero 33.& ſequen.lib.1.vbi quod ſaltem ratione demonſtrationis non poteſt negari quin ſit verum.

Vide.Hereditas quandoque ſumitur pro adita, quandoque pro adeunda, & quæ ſit differentia. Concluſ. 17.

10 Amplia idem eſſe in bonis infantis filij, quia per agnitionem hereditatis infantis factam ab auo bona confunduntur, incipiuntq; eſſe auita, & ideo ſi mater excluditur a bonis filij extante auo, ſemper excluditur,poſtquam auus agnouit,etiam ſi poſtea decedat ſuperſtite matre, quia bona deſierunt eſſe filij, ſed confuſa ſpectant ad heredes aui. Baldus conſilio 264. Statuto cauetur, in fine, libro primo.

11 Amplia, vt idem ſit in bonis maternis, quia mortua matre poſtquam filij agnouerunt hereditatem maternam, bona incipiunt eſſe fraterna, & non materna, ideo renunciatio facta de bonis maternis non extenditur ad iſta effecta fraterna. Angel. conſilio 52. numero 2. verſic. nec obſtat. Alexand.conſilio 29.Quoniam abunde. numer.2. libro 1.

Vide. Hereditas quid ſit,& in ſe contineat.Concluſio.16.

12 Amplia, vt id quod dicitur de bonis,habeat locum in hereditate, quia ſi filia renunciauit hereditati paternæ mortuo patre, cui ſucceſſit filius maſculus, filia non excludetur à ſucceſſione fratris, quia eſt noua cauſa, & hæreditas non amplius materna, ſed fraterna, ideo cum renunciatio ſit ſtricti iuris hon habet locum de perſona ad perſonam. Roman. conſilio 168. Circa primum, in principio: vbi plena apoſtillla in ver. perſona. Alexand.conſilio 198. Perſpectis. numero 8.verſic. hoc deciditur.lib.6.

13 Sic filia,quæ renunciauit bonis paternis admittitur ad feudum vacans morte fratris, licet frater habuerit à patre, quandoquidem eſt effectum paternum. Alexand. dicto conſilio 198. numero octauo. verſic. pro hoc videtur,lib.6.

14 Sic in ſtatuto, quod filia fœmina non ſuccedat in bonis paternis, quia ſuccedit in fraternis, quæ fuerunt deuoluta fratri maſculo, qui adiuit, quia ſunt fraterna non amplius paterna. Alex. d.conſ. 198.n.8.in fi.ver.accedit quæſtio.lib.6.

15 Et ſtatutum Mediolani,quod mulier non nubat forenſi cum hæreditate,procedit quando hæreditas eſt deuoluta, ſed non adita,quia per aditionem non dicitur amplius hereditas, ſed patrimonium adeuntis.Alex.d.conſ.198.nu.9.ver.ad idem facit.lib.6.Ro.conſ.40. Quia qualitas iuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi, vt Alex. ibi.num.10.

16 Extende idem ſi filia renunciauit bonis maternis,& filius maſculus, qui adiuit moritur, quia ſuccedet filia,quia bona non ſunt materna,ſed fraterna per aditionem, ideo renunciatio ſibi non obſtat.Alexan.conſ.198.num.8.ver.ita etiam expreſſe.lib.6.

17 Extende,quia procedit ampliatio etiam in ſtatuto,ideo ſi ſtatutum excludit filias à ſucceſſione aſcendentium ſtantibus maſculis, non excludit à ſucceſsione tranſuerſaliũ,etiam ſi ſucceſſerint ipſi tranſuerſales aſcendentibus.Decia. conſ.71. In caſu ad me,in princ.

18 Amplia,quia generale eſt, quod hereditas defuncti per aditionem efficitur patrimonium heredis,in tantum,quod amplius non appellantur bona hæreditaria.gloſ.in l.1.§.veteres.ff. de acquir. poſſ.vbi plene Iaſ.qui infert ibi notabilia, quę videas.Alex. d.conſ.108. Viſo themate.nu.5. in fin. ver.& quam primum fuit adita.lib.1.plenius conſil.198.Perſpectis ijs.n.7.ver. nec obſtant.n.6.vbi plena apoſtilla,dat concord.

19 Et ideo bona auię paternę,quę peruenerunt ad patrẽ per aditionem hereditatis maternę ſunt effecta paterna, & quoad nepotem heredem patris ſunt bona paterna,non autem bona auiæ paternę. Alex plene d.conſ.198.num.7.& ſeq.lib.6.vbi plena apoſtilla.

20 Extende, vt procedat etiam ſi agatur de ſucceſſione filij naturalis,vel ſpurij legitimati ad ſucceſſionem bonorum paternorum, quia ſuccedet in omnibus bonis,quę peruenerunt ad patrem ſuum a quocunque proueniant, quia ſunt effecta bona paterna.Alex.conſ.88.Omiſſis tribus.num.3.ver. circa quintum dubium.lib.7.

21 Extende,quia hæreditas adita non amplius dicitur patrimonium defuncti,ſed hæredis adeuntis. Pariſ.conſ. 20. num.1. & conſ.56. num.4.& conſ. 65.num.23.lib.2. Iaſ.& alij in l.1.§.veteres.ff.de acquir.poſſ.

22 Extende,vt procedat etiam in hereditate ſubiecta fideicõmiſſo in caſu mortis heredis, quia poſtquam hæres grauatus adiuit,non amplius dici poteſt hereditas,vel bona vacantia,ſed bona ipſius, qui adiuit.Caſtr.plene conſ. 303. Vt attingamus, in princ.lib.1.quod an ſit verum, dubito, quia fideicommiſſum non confunditur per aditionem, & ita reperij poſtea tenere Afflict. deciſ. 237. per totam.

23 Vide eundemCaſtr.conſ.64.Licet plura,in principio.lib.2.vbi expreſſe dicit,quod hereditas defuncti ſuppoſita fideicommiſſo adita per grauatum dicitur patrimonium grauati, per mortem vero grauati dicitur hæreditas non primi teſtatoris, ſed grauati, & ſic deinceps, licet is,qui ſuccedit in

in fideicommiſſo non dicatur hęres grauati, ſed hęres primi teſtatoris,ſicq.poteſt colligi,quod ex quo fideicommiſſum debet reſtitui ab hęrede grauati,quod donec reſtituatur ſit,& ſeu fingatur patrimonium grauati.

24 Extende,quia hęreditas Titij patris adita per Seium hæredem dicitur patrimonium Seij effectum,ita quod mortuo Seio dicitur hęreditas Seij non Titij patris, & ſic ſucceſſiue. Alexand.conſ. 108.numer.5. in fi.ver.& quam primum fuit adita,lib.1.

25 Extende in tantum eſſe verum,quod hęreditas defuncti apprehenſa per hęredem ſit effecta hęredis,vt ſi cadat ab ea non competat hęredi petitio hęreditatis,ſed ſpolium,vel rei vendicatio, quia non eſt amplius hęreditas.Alex.conſ.70.Magnificus miles,in fi.ver.nec ſimiliter,& conſ.152. In cauſa,& lite,in prin.lib.6.vbi apoſtilla,in ver. nunquam,dat concord.

26 Amplia,quia quot ſunt perſonę tot ſunt hęreditates,ſeu patrimonia,& ideo hęres poſtquam adiuit hęreditatem patris, efficit, vt bona patris effecta ſint patrimonium filij,& mortuo filio ſi ſuccedit nepos efficitur hęreditas filij,& poſt aditionem nepotis efficitur patrimonium nepotis,& ſic de ſingulis.Caſtren.conſ.64.Licet plura,in principio,lib.2.

27 Limita,quia legitima,& Trebellianica quas petit filius ex perſona patris dicuntur bona paterna. Caſtrenſ. conſil.393.Pro euidentia,in principio, libro 2.

28 Limita, quando adeſſet ſtatutum, quod decedenti ſine filijs in bonis paternis ſuccedant proximiores conſanguinei ex parte patris,in maternis ſuccedant proximiores ex parte matris, quia licet iſta bona paterna, & materna vniantur in eadem perſona,tamen diſtinguuntur, vt paterna ſint,quæ proueniunt à patre,vel auo paterno,materna,quæ proueniunt à matre,vel auo materno.Bal.conſ.104.Factum tale eſt ſer Theus,lib. 2. per totum.

29 Declara,quia poſſunt adeſſe bona quæ dicuntur tertia ſpecies, prout ſunt acquiſita per defunctum,quia licet ſint acquiſita ex fructibus bonorum paternorum,vel maternorum,tamen non ſunt paterna,neq.materna,& in eis non habet locum ſtatutum. Bald. dict. conſ. 104. per totum, libro 2.

30 Limita,quia legitima filij per hæreditatis aditionem non deſinit eſſe legitima.Socin.Iun. conſ. 113.num.33. lib.1. Franch. deciſ. Neapolit. 307. vbi late.

31 Ratio eſt,quia dicitur incerta ratione loci, & quotę ante ſeparationem.Pedemont.deciſ.33.nu. 22.ver.Nam ſicut filij, & ideo debet filius petere ſeparationem ad hoc, vt poſſit tranſire in illius dominio, & poſſeſſione abſolute.Petr. à Petra de fideicom.q.15.n.141.

32 Limita,quando aditio fieret per hæredem cum beneficio legis,& inuentarij.

Vide. Hæres cum beneficio legis,& inuentarij non obligatur vltra vires hæreditarias. Concluſio.59.n.5.& 17.

33 Limita,quando hæres eſſet ad tempus,vt quia eſſet rogatus reſtituere.Afflict.deci.237.per tot.

34 Contrarium, quod imo hæreditas ſuppoſita fideicommiſſo, & reſtitutioni deuenta ad patrem meum,donec reſtitutio fiat,dicatur hæreditas paterna. Angel. Aretin.conſ.31. Viſo ſupradicto.n. 5.ver.quarto demonſtratur,& n.23.ver.nec etiam obſtat quartum, & repetit. conſ. 32.Reddito ſuppoſito conſilio, per totum, licet propterea non perdant qualitatem reſtitutionis ex fideicommiſſo perſonis vocatis.

35 Vide caſum dubium.An hęreditas Candidi filij ſuper qua eſt compromiſſum, & laudatum,comprehendat hęreditatem Iacobi patris Cādidi, qui inſtituit Candidum filium, & ſi decederet ſine filijs, vel quandocunque eius filij decederent impupillari, vel ſine filijs ſubſtituit alterum, pone quod moritur teſtator,poſtea moritur Candidus, poſtea filius Cādidi fit compromiſſum. & laudum fertur ſuper hæreditate Candidi, quod contineat hæreditatem Iacobi patris,quia adiuit,& non obſtet fideicommiſſum, quia dubium eſt,an ſubſtitutio ſit facta Candido an filijs de vltimo, quia filij poſiti in conditione non cenſentur vocati,è conuerſo, quia ſubſtitutio vltimo morienti in tota hæreditate inducit, neceſſario, vt vnus alteri ſic ſubſtitutus,tandem dicit dubium eſſe ſubtile, & ſtandum intentioni arbitri ſi de ea conſtat. Caſtrenſ.conſ.389.In quęſtione quæ vertitur,per totum,lib.2.

Bona eſſe in bonis qualiter intelligantur. Concluſio. CIX.

1 BONA fuiſſe,vel eſſe in bonis noſtris, importat idem quod bona fide poſſideantur bona, ita Alexan.conſ.112.Viſo quodam, numer. 6. & 7.lib.6.vbi quod quilibet præſumitur bona fide poſſidere ſi antiquior poſſeſſor contrarium non alleget.

Vide.Nomina poſſeſſiua, meum,tuum,quid importent.Concluſ.59.

2 Contrarium tenet Alexan. conſ. 137.In cauſa, & lite,num.6.ver.nec prędictis obſtat. lib. 2. vbi quod is qui tenetur allegare dominium non ſatisfacit ſi dicat bona fuiſſe in bonis.

3 Declarat ibi apoſtilla ad Alexand.d.conſ.137. In ver.ſua,num.6.lib.2.vt procedat contrarium in dicto teſtis, ſecus in dicto partis, ſecundum intentionem proferentis.

4 Imo idem Alexand.d.conſ.137.numer. 20. ver. ſecundum vero,libr. 2. expreſſe dicit,quod is qui dixit bona fuiſſe in bonis ſuis non allegauit dominium,prout tenetur,ſed poſſeſſionem,quia important talia verba poſſeſſionem.

5 Declara, quia ſi in libello quis deducit bona fuiſſe in bonis ſuis,& ſeu tenuiſſe,& poſſediſſe pro ſuis, & tanquam ſua iuſto titulo,imo neceſſario inferatur dominium,& conſequenter petitorium, & poſſeſſorium eſſe intentatum tenet expreſſe Alexand.conſil.192.In cauſa & lite,num.6.in fin. ver.non obſtant modo allegata,lib.2.quod conſilium eſt Hieronymi Torti contra Alexandrum, vbi dicit quod eſt verum,quod illa verba pro ſuis, & tanquam ſua neceſſario non inferunt titulum habilem ad acquiſitionem dominij, ſed bene probato titulo inferunt neceſſario ad petitorium, & dicit quod contra Alexandrum etiam conſuluerunt Antonius de Prato Veteri, & alij Doctores celebres.

Vide plenius in ver. Libellus quando petitorij concernat, vel poſſeſſorium. Concluſ. 316.

Bona paraphernalia quæ ſint, & cui ſint reſtituenda. Concluſio. CX.

1 PARAPHERNALIA bona dicũtur, quę mulier portat ad domum viri ratione vſus proprij mulieris, vel promiſcui, ſeu communis vſus ſui, & mariti. Franc. de Albergo. conſ. 110, quod eſt inſertum in appoſtilla ad Bart. conſ. 125. lib. 1.

2 Et conſiſtunt in mobilibus quorum adminiſtratio conceditur, quandoq. viro, quandoq. vxor retinet pro ſe adminiſtrationem, & tunc reputantur, vt bona neq. dotalia, neq. paraphernalia, ſed tertia ſpecies. Franc. Albergoti d. conſ. inſerto in apoſtilla ad Bart. conſ. 125. lib. 1.

3 Imo etiam conſiſtunt in immobilibus, vt per Bart. conſ. 125. Quæſtio talis eſt, in princip. libro primo.

4 Et dicuntur bona paraphernalia omnia bona etiam hæreditaria vxoris, quando vxor tradidit illorum adminiſtrationem marito. Cuman. conſ. 105. Quæritur nunquid, in prin. Alex. conſ. 42. Super præmiſſo, num. 45. lib. 1. vbi quod ita credit ſe habere communem vſum loquendi.

5 Vxori debent reſtitui ſoluto matrimonio bona paraphernalia, quia ſpectant ad ipſam. Bal. conſ. 343. Viſis dicto puncto, in fi. lib. 3.

6 Declara, quia ſi vſu ſunt conſumpta, non tenetur maritus, neq. hæredes, quia periculo mulieris dicuntur conſumpta, & idem eſt ſi fortuito ſunt furata, vel perdita, ſi vero ſunt alienata, tenetur is qui alienauit, non autem ſocius mariti obligati cum marito, plene Alexand. conſ. 36. Viſo themate. numer. 17. & ſeq. ver. poſtremo circa tertium libro 6.

Vide. Mulier habet bona triplicis generis. Concluſio. 424.

Bona Eccleſiarum cuius eſſe dicantur, & quibus diſtribuenda. Concluſio. CXI.

1 BONA Eccleſiarum dicuntur bona pauperum, c. fi. 16. quæſt. 1.

Vide. Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum quibus diſtribuendi. Concluſio. 509.

2 Extende, quia Papa non habet dominium bonorum Eccleſiaſticorum, ſed vniuerſalem adminiſtrationem, & poſſeſſio, quam Papa habet, eſt adminiſtratorio nomine. Abb. in c. conſtitutus, nu. 13. de Religioſ. domib. vbi quod peccat ſi ſine cauſa alienat, & habetur in Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 9. de refor. Curiæ. Roma. conſ. 369. Caſtrenſ. conſ. 288. lib. 1. Gemin. conſ. 74. in fi. Iaſ. conſ. 16. lib. 1. & nu. 13.

3 Et quod bona Eccleſiarum ſint in dominio Chriſti, & Papa ſit ſolus adminiſtrator eſt de mente Beati Thomę, quem citat ad hoc Archidia. in cap. non debet, 12. diſtinctio. Bellame. & alij in cap. non liceat Pape, 12. quæſt. 2. in princ. vbi quod peccat mortaliter ſi alienat ſine cauſa, & ideo nõ valet alienatio etiam ſi vellet vti plenitudine poteſtatis, quia in ijs, quę ſunt inductiua peccati non cadit plenitudo.

4 Declarat Alexand. conſ. 101. Super primo, nu. 7. ver. nec obſtat, lib. 7. quia licet ſit controuerſa cõcluſio an bona Eccleſiarum ſint in dominio Dei, tamen ipſe admittit concluſionem pro vera, ſed dicit quod Papa tanquam Vicarius Dei poteſt alienare ex cauſa, c. fundamenta. §. decet. de elect. in ſexto. & cauſa ſemper preſumitur in Papa, vt ibi Alex. licet apoſtill. ad conſilium 2. Alexan. lib. 1. in fi. in ver. cauſa, dicat contrarium.

5 Extende etiam ſi alienaret de Eccleſia ad Eccleſiam. Abb. in c. conſtitutus, numer. 15. de Religioſ. domib.

6 Contrarium, quod imo poſſit auferre ab vna Eccleſia, & dare alteri pro libito ſuo. Corne. conſ. 348. lib. primo, innititur eitat apoſtill. ad Alexan. conſ. 101. Super primo, numer. 6. in ver. liberam, libro 7.

7 Extende, quia propterea non poteſt Papa concedere fœudum nõ apertum, in præiudicium ſucceſſoris, quia daretur ſupplantatio ſucceſſoris, & quia vltra ſuam adminiſtrationem ſe ingereret, quando vacaret tempore ſucceſſoris, cap. primo, qui ſucceſſo. teneantur in vſib. fœud. vbi Bald. & Alij.

8 Amplia, vt pœnæ pro delictis quas exigit Epiſcopus, vel Abbas debeant pauperibus, vel in vſibus pietatis conuerti, & diſtribui. Feder. de Sen. conſ. 282. in prin. ver. item emendę.

9 Hodie Sacrum Concilium Tridentinum mandat aſſignari locis pijs in loco, vbi fit condemnatio, vt Seſſio. 25. cap. 3. de reformatio. & c. 14. vbi fabricę, vel loco pio, mandat applicari fructus non reſidentium.

10 Declara, quia Prælatus poſſet maritare vnam puellam de bonis Eccleſiæ, & etiam facere largam eleemoſynam nobili verecundo. Fede. de Sen. conſ. 282. nu. 2.

Bona per Prælatum acquiſita an ſint hæredum, vel Eccleſiæ. Concluſio. CXII.

1 BONA acquiſita per Prælatum, qui nihil proprium habebat tempore promotionis ad Prælaturam, vel aliam dignitatem, vel beneficium præſumuntur de bonis Eccleſiæ acquiſita, ideo acquiruntur Eccleſię. Ioan. Andr. in cap. 3. de pecul. Cleric. qui hoc ampliat, ſiue hęres poſſideat, ſiue non, niſi hæres probet, quod intuitu perſonæ, & aliunde quam ab Eccleſia acquiſierit, vide Lapum allegat. 114. in princi. numer. primo, vbi allegat loca in quibus hæc materia tractatur.

Vide. Clerici non poſſunt mercari, vel ſecularia negocia tractare. Concluſ. 381.

2 Et vide Abb. in c. vt vnus, de pecul. Cleric. & in c. 1. de teſtam. in quarto not.

3 Declara, vt per Redoan. de ſpolijs, quæſt. 9. per totam, vbi plenisſime.

4 Amplia, vt idem ſit, ſi Prælatus acquiſitis promiſcue

miſcue vſus eſt cum bonis Eccleſiæ, quia ſi non fecit inuentarium, & non conſtat quod aliquid proprium habuerit in dubio pro Eccleſia præſumitur. Ioan. Andræ. in dict. cap. 3. de pecul. Cleric. vbi hoc limitat, niſi hæres probaret, quod proprium habebat.

5 Amplia, quia vt prædicta procedant nedum in acquiſitis, ſed etiã in promiſsionibus factis de vendendo aliquid Prælato, quia idem iuris eſt quod in acquiſitis. Lap. alleg. 114. in Dei nomine, in fin.

6 Amplia, vt idem ſit in declaratione facienda per Prælatum, quia licet non tranſeat ad hæredes, tamen cum diſtinctione præfata quatenus cõcernat Eccleſiam, tranſit in ſucceſsorem obtinentem illam dignitatem, quia dignitas nunquã moritur. Lap. alleg. 114. in fin.

7 Et maxime procedunt prædicta quando ſub nomine dignitatis acquiſiuit, quia dignitati acquirit.

Vide. Dignitati, vel officio quando aliquid cenſeatur conceſſum, vel potius perſonæ. Concluſio. 434.

8 Amplia, & regulam facias ſecundum Bald. pleniſſime in cõſ. 298. Hæc materia altioris eſt, lib. 1. vbi conſtituit quinq. caſus. Primus eſt, quia Prælatus acquirens per ſe nomine Eccleſiæ, & hic caſus eſt clarus, quod Eccleſiæ acquiritur dominiũ, & poſſeſſio nullo habito reſpectu ex qua pecunia ſit acquiſitum: & idem in conſ. 199. in princi. ver. conclude ergo, libr. 1. & conſ. 80. Ad euidentiam, lib. 4.

9 Secundus caſus eſt, & eſt extenſio quando Prælatus eſt talis, qui non poteſt habere proprium, prout Monachus, quia ſicut ſeruus ſimpliciter acquirendo acquirit domino, ita Prælatus incapax etiam ſi nomine ſuo proprio acquirat, acquirit Eccleſiæ. Bald. d. conſ. 298. in prin. ver. aut nomine proprio, lib. 1.

10 Tertius caſus eſt, & eſt pariter extenſio quando Prælatus eſt capax, quia poteſt habere bona propria, & acquirere tam ſibi, quam Eccleſiæ, & ſiquidem ſi acquirat ſibi ex pecunia Eccleſiæ, & hoc conſtat, & iſto caſu res empta ex pecunia Eccleſiæ acquiritur Eccleſiæ. Bal. d. conſ. 298. in pri. ver. ſi vero eſt talis, lib. 1.

Vide. Emens ex pecunia Eccleſiæ, quando Eccleſiæ, vel ſibi acquirat. Concluſio. 139.

11 Quartus caſus eſt etiã clarus, quia ſi acquirit nomine proprio ex re proprij patrimonij, & tunc Eccleſiæ non acquirit, ſed ſibi, vel cui voluerit acquirit. Bald. dict. conſ. 298. in prin. ver. aut ex re proprij patrimonij, libr. 1. Bald. dict. conſil. 80. lib. 5.

12 Quando vero eſt dubium an acquiſierit de pecunia Eccleſiæ, vel de proprio, & tunc fac aliam regulam ſequentem affirmatiuam.

13 Limita, quia regula eſt, quod acquiſita per Prælatum habentem redditus proprios, & patrimoniales, ac etiam redditus Eccleſiaſticos, cenſeantur ex pecunijs patrimonialibus acquiſita, ſi hæredes Prælati poſsident; ſi vero poſsidet Eccleſia, præſumuntur ex bonis Eccleſiæ quæſita, & ſic poſſeſsio confert præſumptionem in dubio. Bald. conſil. 298. numer. 1. in fin. ver. ſi autem dubitatur, lib. 1.

14 Extendit Abbas conſil. 36. Circa primum, col. 2. circa med. ver. & facit in ſimili, libr. 2. vbi quod Clericus habens adminiſtrationem Eccleſiæ ſi acquirat, præſumitur acquiſiuiſſe ex ſua induſtria, & fortuna, non autem ex bonis Eccleſiæ, etiã ſi nihil haberet de ſuo, iuxta not. in cap. de pecul. Cleric.

15 Reſtringe in Epiſcopo, quia ſi tempore quo fuit factus Epiſcopus non habebat res patrimoniales; licet habuerit poſtea, tamen præſumuntur acquiſita ex bonis eccleſiæ, niſi probetur, quod acquiſierit ex ſucceſſione propinquorum, vel alia cauſa aduenticia. quia tunc ad Eccleſiam non ſpectarent. Bald. conſ. 298. in prin. ver. aut dubitatur. libro 1.

16 Reſtringe in Theſaurario fiſci, prout fuit de Epiſcopo diſpoſitum, quia niſi doceat per inuentarium, & alias probationes, præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis fiſci. Bald. conſ. 298. nu. 2. ver. idem quod in Epiſcopo, lib. 1.

17 Reſtringe, quando Prælatus emiſſet nomine conſanguineorum ex pecunia in cuius poſſeſſione erat Eccleſia, quia in iſtis mobilibus ex poſſeſſione præſumitur dominium, ideo acquiſita ſunt Eccleſiæ. Bald. d. conſ. 298. nu. 2. ver. interdum Prælatus, lib. 1.

18 Reſtringe, multo magis quando emiſſet ex pecunia eccleſiæ, quia ex quo negocium realiter eſt eccleſiæ acquiritur eccleſiæ. Bal. conſ. 299. in prin. ver. aut ſecus. lib. 1.

Vide. Emens ex pecunia eccleſiæ, an eccleſiæ vel ſibi acquirat. Concluſ. 139.

19 Reſtringe in Procuratore deputato ad emendum cum pecunia eccleſiæ, quia ſi ſimpliciter emat, vel ſuo nomine, præſumitur pro eccleſia, & tenetur cedere iura eccleſiæ. Bald. d. conſ. 299. nu. 3. ver. eadem dico, lib. 1.

20 Declara, vt omnia, quæ dicta ſunt, quod Prælatus nomine eccleſiæ acquiſiuiſſe præſumatur, vel nomine ſuo procedere, ſiue pretium ſoluerit, ſiue habita fuerit fides de pretio, quia ſecundum tractatum præcedentem indicatur emiſſe nomine ſuo, vel eccleſiæ. Bald. conſ. 299. Dicunt Petrus, & Cynus, in princip. ver. & eadem ſunt dicenda, libro 1.

21 Tu vide plenius, quam alius Redoan. tractat. de ſpolijs, quæſtio 9. tit. ex quibus præſumatur Clericus acquiſiuiſſe, vbi pro vtraq. parte allegat, & plures diſtinctiones adducit, & finaliter concludit poſt numerum 55. ver. quid dicendum, vſq. in fi. quem videas.

22 Declara, quia ſi acquirit ſimpliciter, & non conſtat cuius nomine, & potuit vtroque nomine acquiſiuiſſe, & tunc pro medietate nomine eccleſiæ, pro alia medietate nomine ſuo præſumitur acquiſiuiſſe. Bal. d. conſ. 299. Petrus, & Cynus, in pri. ver. aut ſimul, & ſemel, lib. 1. Bald. conſ. 80. circa med. lib. 5.

23 Et iſto caſu ſtatur probationibus, & illis deficientibus materia eſt arbitraria. Bald. d. conſ. 80. in fin. libr. 5. vbi quod Canoniſtæ fauent ſemper eccleſiæ.

24 Limita, quia imo adminiſtrator voluntarius ſimpliciter acquirens nomine ſuo acquirere præſumitur, & ſi acquirit proprio nomine nullam fraudem committit, nec eccleſiæ acquiritur.

25 Extende, quia ſi habebat fructus patrimoniales, & eccleſiaſticos, & ſimpliciter acquirat, vel illos in hæreditate relinquat, præſumitur potius conſumpſiſſe eccleſiaſticos, quam patrimoniales,

ler. Bald. conſil. 313. Præmittendum eſt, in fi. lib. 3. vbi quod præſumitur vixiſſe de eccleſiaſticis.

26 Reſtringe, vt non procedat quando extarent, quia fit diuiſio proportionabiliter arbitrio Iudicis, & boni viri. Bald. d. conſ. 313. nu. 3. ver. iſte ergo caſus, lib. 2.

27 Declara, quia quæ dicta ſunt de Prælato, & Clerico, habent locum in Monacho, vt ſi Eccleſia agit præſumatur aliunde acquiſiuiſſe, ſi alias è contra, quia præſumitur pro Eccleſia. Baldus conſil. 131. Procurator habens in fin. libro 3.

Vide. Monachus vnde acquiſiuiſſe præſumatur, & cui acquirat. Concluſio. 315.

Vide. Monachus quicquid acquirit, acquirit ſuo Monaſterio. Concluſio. 316.

28 Declara, vt ea quæ dicta ſunt de Clerico beneficiato, ſeu Prælato, procedant in filiofamilias, ita Abbas conſil. 36. Circa primum, colum. 2. libro 2.

Vide. Filius an præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis patris. Concluſio. 353.

29 Limita, ſi conſtat Prælatum ante, vel tempore promotionis habuiſſe bona propria, & heres poſſideat, quia præſumitur, quod acquiſierit ex bonis patrimonialibus. Io. And. d. c. 3. de pecul. Cleri. qui plene diſtinguit, cuius diſtinctionem Lap. d. alleg. 114. omnino comprobat ex mente antiquorum, & modernorum. Bal. conſ. 80. Ad euidentiam, lib. 5.

30 Limita, vt non procedat, quando conſanguinei negant omnino aliquid poſſidere, quod eſſet Prælati, vel beneficiati, quia incumbit onus probandi Eccleſiæ. Gemin. conſ. 1. circa fin. ver. ad ſecundam, vbi quod ſi Epiſcopus exegit fructus Eccleſiæ ſibi debitos in infirmitate ex qua deceſſit, non præſumitur quod illæ pecuniæ remanſerint conſanguineis, ſed potius, quod illas diſpenſauerit.

31 Extende limitationem, vt procedat in bonis mobilibus, vſque ad ſummam permiſſam Epiſcopo, quia etiam ſi conſanguinei poſſideant, non præſumitur bona Eccleſiæ poſſidere, ſed tanquam ſua. Geminian. dict. conſ. 1. circa fin. ver. ad ſecundam.

Vide Maſcard. Concluſio. 202. Bona Prælati defuncti an quæſita præſumantur de bonis Eccleſiæ, vel proprijs.

Vide eundem Maſcard. Concluſ. 203. Bona per Prælatum poſſeſſa.

Bona patrimonialia Clericorum, qualiter ſubſint foro Eccleſiaſtico, & Papæ. Concluſio. CXIII.

1 BONA patrimonialia Clericorum, ex quo ſunt exempta, & libera à ſecularibus, cap. 1. & c. 3. de immunit. Eccleſ. conſequenter poteſt Papa in eis ius dicere, legem facere ex cauſa licita.

2 Et Papa habet eandem authoritatem in bonis patrimonialibus Clericorum, quam habet Princeps ſecularis in bonis laicorum. Abbas in c. conſtitutus, n. 3. de religio. domib. vbi allegat Anton. de Butr. & dicit alibi non legiſſe.

3 Item valet lex, vel ſtatutũ per quod laici ſunt inhabiles ad alienandum ex cauſa licita. Zabarel. conſ. 144. nu. 4. & ſeq. plenius Feder. de Sen. conſ. 85. Per totum, maxime, nu. 4. vnde ſi hoc poſſunt laici quoad laicos, poſſunt etiam Clerici quoad Clericos.

4 Nam ſicut valet lex laicorum diſponens inter laicos de bonis Eccleſiæ emphyteuticis quoad dominium vtile, quod eſt laicorum, & in præiudicium laicorum, vt per Deci. in c. quæ in Eccleſiarum, n. 6. de conſtit. qui mouetur ea ratione, quia dominium vtile eſt laicorum, ita è conuerſo.

Vide. Statutum laicorum valet, & ligat Eccleſiaſticos aliquibus caſibus. Concluſio. 383. numer. 50. & ſeq.

5 Nec Princeps ſecularis poteſt prætendere ſucceſsionem, vel ius aliquod, quia Eccleſia præfertur in bonis Clerici ipſi fiſco, niſi ſint cenſualia bona fiſci, l. ſi quis præſcribitur. C. de Epiſc. & Cleric. ita Ægid. Bellame. conſ. 23. n. 6.

Vide. Bona patrimonialia Clericorum quibus ſubſint. Concluſio proxima ſeq.

Bona patrimonialia Clericorum, quibus ſubſint. Concluſio. CXIV.

1 REGVLA eſt, quod bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, quo bona Eccleſiæ, & ideo non poſſunt collectari, & laicus retinens, & ſpolians Clericum, tanquam ſacrilegus poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico, & Clericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori, plene hæc omnia. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 7. ver. in gloſ. 1. cum ſeq. maxime, n. 8. ver. & ponit pro regula. de conſtit. Angel. Aret. conſ. 19. Videtur omnino, n. 27. & 28. & vide Bona patrimonialia Clericorum qualiter ſubſint foro Eccleſiaſtico, & Papæ. Concluſio. proxima præcedent.

2 Et quod bona patrimonialia Clericorum ſint exempta ab omnibus oneribus laicorum, prout bona Eccleſiæ, gloſ. 2. in fi. in c. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſtit. per quam gloſ. infinitos citat ibi Fel. numer. 7. ver. in glo. 2. & videtur tex. in cap. ſimiliter, & ibi gloſ. 16. quæſt. 1. & hanc eſſe regulam dicit Felin. vbi ſupra numer. 8, ex mente Anton. de Butr. & aliorum, quos allegat pleniſsime ibi Barbat. numer. 45. & ſequen. vbi tollit contraria, & eſt tex. in c. 1. de immunit. Eccleſ. in ſexto, vbi contra Scabinos in Francia Papa præcipit, quod abſtineant vexare Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, & eorum bona pro collectis, taleis, & exactionibus quibuſcunq. & in c. 3. eod. tit. excommunicat tam exigentes, quam ſoluentes, vel conſentientes, & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, publicè, vel occultè, & de iure Ciuili eſt textus in l. item nulla communitas. C. de Epiſcop. & Clericis, & talium excommunicatorum abſolutio eſt reſeruata Papæ.

3 Extende, quia ſtatutum laicorum non poteſt diſponere de bonis Clericorum, & ſi agatur etiam reali contra Clericum non poteſt conueniri, niſi in foro Eccleſiaſtico, quia bona ſequũtur perſonam,

personam. Felin. d. cap. Ecclesia, de constit. nu. 8. ver. & similiter infert.

4 Contrarium, quod imo solum in casibus expressis bona patrimonialia habent priuilegium Ecclesiæ, quia in eis currit præscriptio, potest de eis compromitti, & si non soluatur census, cadunt in commissum, quod non est in bonis Ecclesiæ. Felin. dict. cap. Ecclesia S. Mariæ. num. 8. & 9. versic. sed nihilominus, de constit. vbi dat plures instantias.

5 Et pro contrario, quod imo exemptio bonorum patrimonialium Clericorum non sit de iure, prout in bonis Ecclesiæ absolutè, nisi in casibus à iure expressis. Felin. d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 8. & seq. ver. sed nihilominus, de constit. vbi plurimos allegat, & dat instantiam, quia bona patrimonialia possunt præscribi, prout laicalia, potest de eis compromitti, non sic de bonis Ecclesiæ.

6 Declarat plene Barbat. in cap. Ecclesia S. Mariç. num. 40. & seq. de constit. vbi disputat ad partem, & tandem num. 45. & seq. dicit esse omnino libera à secularibus, vbi probat per decem fundamenta, & dicit non obstare, quod præscribantur, quia etiam bona Ecclesiarum possunt præscribi à laicis, & tamen non sunt sub aliqua iurisdictione laicorum, tandem num. 50. dicit, quod non subsunt regulariter, nisi in casibus à iure expressis, in quibus contrarium disponitur.

7 Declarat Bald. d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. vt ibi refert Barbat. num. 48. vt bona patrimonialia quæsita ex fructibus Ecclesiç omnino sint libera, alias secus.

8 Declarat Castr. cons. 353. Curator datur. lib. 1. in princip. quod bona Clericorum immobilia possunt per statuta laicorum collectari, quando sunt in iurisdictione statuentium, sicut bona cuiuscunque non subditi, quia bona stabilia non sequuntur personam, secus est in bonis mobilibus; & ideo Iudex iurisdictionis mittit in possessionem bonorum forensis, non habentis originem in loco, neque domicilium; item si agitur reali conueniri potest forensis, vbi res est sita; item si est necessarium decretum alienationis bonorum recurritur ad iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona, & curator, quia datur bonis principaliter, dari debet etiam Clerico, & forensi per iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona, vbi colum. 2. ver. vel potest probabiliter dici, quod potest dari quoad personam per Episcopum, quoad bona vero per secularem, & datus ab Ecclesiastico erit curator personæ, alter vero bonorum.

9 Declara igitur, quod bona patrimonialia Clericorum sunt exempta, & habent omnia priuilegia concessa bonis Ecclesiç in casibus à iure expressis, secus vbi casus de iure reperiuntur in contrarium decisi, & hanc communem * dicit Deci. * in cap. Episcopus, de præbend. num. 18. & in cap. Ecclesia S. Mariç. num. 65. & seq. ver. in glos. 2. de constit. vbi quod procedit declaratio, quod bona patrimonialia habent idem priuilegium quando consideratur persona principaliter, & bona in consequentiam, prout ratione fori, vel ratione collectarum.

10 Pro regula itaque statuatur, quod bona Clericorum patrimonialia sunt exempta à collectis, & alijs oneribus, prout bona Ecclesiæ, est text. in cap. 1. & 3. de immunit. Eccles. lib. 6. & licet de iure Ciuili tenerentur ad ordinaria tributa pro suis possessionibus. l. de ijs. C. de Epis. tamen secus est hodie auth. seu constitutio Federic. Item nulla communitas. C. eod. ita Bart. plene cons. 180. si aliqua possessio, per totum, maxime num. 3. lib. 1. & cons. 44. Super secundo, lib. 2. quod est Franc. Tigri. Abb. cons. 6. Casus super quo, in fi. lib. 1. vbi, quod non subsunt laicis ipsi, neque eorum bona, ideo sunt exempti.

11 Contrarium, quod imo laici possint imponere quæcunque onera bonis stabilibus Clericorum, sicut bonis laicorum, & cuiuscunque non subditi, dummodo talia bona sint in iurisdictione imponentium. Castrens. cons. 353. Curator datur, in princ. lib. 1. allegat Innoc. in cap. postulasti, de foro compet. & Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. & allegat rationem, quia bona stabilia non sequuntur personam, sed tantum bona mobilia.

12 Extende, quia respectu bonorum patrimonialium Clericus, quæ data sunt sibi in titulum, videlicet, quorum occasione fuit admissus ad ordines, simpliciter habet omnia priuilegia, & exemptiones, quas habent bona Ecclesiæ simpliciter, quia sunt subrogata loco Ecclesiasticorum. Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 10. ver. & retenta prædicta, de constit.

13 In contrarium facit glo. in cap. tuis, in ver. substentari, de præben. vbi, quod tenetur soluere decimas prædiales, & sic non per omnia æqualiter subrogantur, ita Felin. d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariç. num. 10. ver. sed nihilominus, de constitut. plenius impugnat Deci. in cap. Episcopus. nu. 10. in fin. de præben. vbi, quod redditur dubia ex multis, vt ibi.

14 Declara vt supra, quia non per omnia sunt subrogata, vt habeant omnia priuilegia bonorum Ecclesiæ, sed bene habent multo magis exemptionem cum sint destinata ad victum Clerici vt supra in princ.

15 Extende, vt procedat etiam in bonis patrimonialibus Clericis communibus cum fratre laico, quia sunt exempta à collectis, & oneribus laicorum, prout Ecclesiastica. Specul. in tit. de Clericis coniugatis. ver. quid si Clericus, quem citat apostil. ad Feli. d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 10. in ver. priuilegio, de constit. & ibidem dicit Gig. in addit. ad Deci. d. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 68. in ver. Clericorum.

16 Idem est in bonis patrimonialibus, quæ peruenerunt ex successione in Clericum, de quibus prius soluebatur collecta, quia erunt exempta. Bartol. cons. 180. Si aliqua possessio, in princ. lib. 1. sequitur apostill. ad Felin. in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 7. de constitut. in ver. Clericorum, & hoc disponitur expresse in d. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. circa fin. vbi pro bonis acquisitis hactenus, & in posterũ acquirendis Clericis conceditur immunitas.

17 Extende, quia illa exemptio, quam habent Clerici ratione personæ, extenditur etiam ad bona omnia ipsorum, etiam si sint empta, vt reducantur ad aliam formam, & vendantur, quia tũ artificium, non mercantia, & idem si sunt bona venalia recollecta in bonis suis, prout granum, vinum, oleum, animalia, & similia, quia sunt exempta. Abb. cons. 6. Casus super quo. libro 1. & per totum, maxime in fin. sequitur Ias. l. placet, in fi. C. de Sacr. Eccles.

Vide. Eccleſiæ quæ onera ſoluant pro rebus, & perſonis. Concluſ. 13.

18 Extende, quia imo bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, prout Eccleſiaſtica bona. l. ſacroſanctæ. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ideo ſicuti in Eccleſiaſticis dominium, & poſſeſſio Eccleſiaſticorum transfertur in Eccleſiam ipſo iure, ita etiam in Eccleſiaſticam perſonam Papa reſtituendo ad bona patrimonialia Clericum abſque traditione confert poſſeſſionem. Angel. Aretin. conſ. 19. Videtur omnino n. 27. & 28.

19 Reſtringe, quia bona patrimonialia Clericorum, quæ non ſunt intuitu Eccleſiæ acquiſita, ſubſunt dominis temporalibus, & propter delictum domino temporali confiſcantur, & applicantur. Oldrad. conſ. 17. Thema tale, quidam Clericus, in principio, & per totum, & num. 10. in fin. dicit quod bona patrimonialia Clericorum non ſubſunt Epiſcopo, ſed domino temporali, & latius nu. 13. ver. primo quoniam, vſque in fin. vbi multa fundamenta adducit, ſequitur Caſtr. conſ. 353. Curator datur, in princ. lib. 1.

20 Reſtringe, quia bona Clericorum coniugatorum non gaudent aliqua immunitate. c. vnico, de Cleric. coniug.

21 Reſtringe, vt idem ſit etiam in bonis presbyterorum orientalium habentium vxorem, quia ipſi non habent maius priuilegium extra perſonam ſuam, quam habeat Clericus vxoratus occidentalis. Bald. conſil. 23. Orientalibus. libro tertio, per totum.

22 Reſtringe quoad præteritas collectas, & onera debita antequam bona peruenerint ad Clericum, quia ad illa tenetur. apoſtill. ad Felin. dict. cap. Eccleſia S. Mariç. num. 7. in ver. Clericorum, de conſtit.

23 Idem eſt, quando Eccleſia, vel Clericus ſuccedit laico in bonis, quando onera ſunt impoſita laicorum bonis, puta per triennium diſtribuenda ſingulo anno, quia attenditur impoſitio non diſtributio. Angel. conſ. 206. Inter ordinamenta. num. 2. Calder. conſ. 7. de conſtit.

24 Reſtringe quando bona in fraudem transferuntur in Clericos, ne ſoluant, ſed ſint exempta, quia probata fraude non ſunt exempta, ſed ſoluunt. Bart. d. conſ. 180. Si aliqua poſſeſſio. num. 3. lib. 1. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 3. gloſ. 1. num. 16. & ſequen.

25 Reſtringe multis modis per Decium in cap. Eccleſia S. Mariæ, in fin. num. 27. ver. poſtremo; de conſtit. vſque in finem; videlicet niſi Clerici negociarentur, vel amiſiſſent priuilegium fori, & Clericatus, vide eum.

26 Reſtringe in bonis patrimonialibus Clericorum coniugatorum. Bart. in l. adminiſtrationes. C. de ſacroſ. Eccleſ. apoſtil. ad Deci. in cap. Eccleſia S. Mariæ. num. 68. de conſtit. in ver. Clericorum, quæ eſt Hier. Gig.

27 Reſtringe quoad onera pro ſolutione cuſtodiæ Ciuitatis, pontium refectione, & ſimilium, vt in d. apoſtill. Gig. ad Decium d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariç. num. 68. verſ. Clericorum, in fin. de conſtit. Deci. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, in fine. num. 274. de conſtit.

Vide plenius in ver. Eccleſia pro bonis ſuis collectari non poteſt. Concluſ. 12.

Vide. Exemptio Eccleſiç, & Clericorum ad quos ſe extendat. Concluſ. 557.

28 Reſtringe, quando communitas habet loca paſturç, & mittentes animalia tenentur ad collectas, & onera, quia iſto caſu ſi velint Clerici mittere, eorum animalia tenentur ad onera, alias non poſſent conſequi paſcua, quia licet præciſe non poſsint laici imponere onera Clericis, & eorum bonis, bene poſsunt cauſatiue, ſi volunt paſcua communis. Abb. conſ. 6. Caſus ſuper quo. libro 5. ſequitur Iaſ. in l. placet, in fin. in 1. lect. & in 2. C. de ſacr. Eccleſ. Deci. in cap. Eccleſia S. Mariç, n. 225. de conſtit. & in fine. numero 275. verſ. tertio fallit.

29 Reſtringe quando bona antequam peruenerint ad Clericos fuerunt effecta cenſualia communis pro oneribus, vel fuerunt donata communi ad effectum, vt efficiantur cenſuaria, quia tunc tam Eccleſia, quam Clerici tenentur ſoluere talia onera, effecta ordinaria, quia tunc res tranſit cum onere ſuo ad quemcunque vadat. Bart. in l. reſcripto. §. ſciendum. ff. de muner. & honor. cuius opinionem, & cautelam vſu receptam dicit Bald. conſ. 280. libro ſecundo. Calderin. conſilio 7. de conſtit. per totum. Ang. conſil. 24. per totum, vbi, quod onera ordinaria tranſeunt ad Eccleſiam, & Clericos, ſecus ſi ſunt extraordinaria, vbi, quod ita Bartol. debet intelligi, prout etiam Bartol. in l. munerum. §. patrimoniorum, in fin. ff. de muner. & honor. & hanc * communem theoricam, quando bona ſunt effecta tributaria dicit Abb. conſilio 3. Caſus ſuper quo. libro primo. column. 2. verſ. hanc etiam ſententiam.

30 * Contrarium tenent omnes * Doctor. excepto Fulgoſ. vt refert Iaſ. in l. placet, in prima lectu. nu. 19. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi dicit, quod cautela confunditur ex ijs, quç tradit Bart. conſ. 180. lib. 1. vbi concludit, quod non tenentur Clerici, niſi ad onera ordinaria, & quod non poſſunt imponi, niſi à Principe, lege, vel Senatuſconſulto, & quod onera communitatum ſunt extraordinaria, igitur non obligantur Clerici, & cautela confunditur, prout etiam illam non valere feſtucam dicit Bald. conſilio 112. numero 6. & ſequen. ver. & eſt verum. lib. 2. quia non eſſent onera perpetua impoſita à communitate, & conſ. 280. libro ſecundo dicit, quod licet ſit vſu recepta à laicis eſt periculoſum dare cautelas contra Eccleſiam.

31 Declara, quia hęc quęſtio indigeret declaratione Papç. vt dicit Collegium Perulij, cuius eſt conſ. Ioann. Calder. 444. alias 2. de cenſib.

32 Declara, quia tales cautelç cum fiant in fraudem Eccleſiç non valent. Bart. d. conſ. 180. num. 3. lib. 1. vbi licet loquatur de fraude Clericorum, quod non inducant exemptionem, quatenus laici in Clericos fraudolenter bona transferrent, ita è conuerſo ſi laici ne poſſent bona vere tranſire in Clericos cum ſua immunitate, fraudolenter facerent ſtatutum, pari ratione non valeret, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, quia ſemper fraus hoc operatur, vel procuratio affectata.

Vide. Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuilegium. Concluſ. 237.

33 Declara, quia bona Eccleſiarum, & Clericorum non tenentur ad aliqua onera laicalia, etiam ſi primo ſoluerunt, niſi ſint tributaria antequam deuenerint ad Eccleſiam, eo caſu bene communis cenſura eſt tam Legiſtarum, quam Canoni

noniſtarum, quod tranſeunt cum onere ſuo, ita Abb. conſ. 3. col. 2. ver. hanc etiam ſententiam. lib. 1: qui debet intelligi de ſubiectione non fraudolenta per prædicta.

Bona aliquem non habere probatur ex extimi libro, & alijs modis. Concluſ.

VIDE Maſcard. concluſ. 204.
Vide. Paupertas qualiter probetur i Concluſione 162.

Bona non ſufficere, & alia bona non extare qualiter probetur. Concluſ.

VIDE Maſcard. concluſ. 205.
Vide. Exceptio diſcuſſionis qualiter probetur. Concluſ. 401.

Bona qualiter pro derelictis habeantur, vt licita ſit occupatio. Concluſ. CXV.

1 BONA dicuntur derelicta quando de voluntate Domini apparet, vel quia illa proiecerit, vel aliter declarauerit velle habere illa pro derelictis. Feder. de Sen. conſilio 107. numero 3. vbi quod in dubio non præſumitur, quod habeat pro derelictis.

2 Amplia, quia bona habentur pro derelictis quando Domino rei fuit denunciatum, vt bona ſua in fundum alienum impulſa vi fluminis, vel alias tolleret, alias haberētur pro derelictis, quia ſi patitur hęc declarari, nec illa tollit tunc habentur pro derelictis. Feder. de Senis conſ. 107. num. 4. in fin. verſic. & ſatis videtur: vbi quod ſi neſcitur dominus, vel domicilium, ſufficit proclama publicum.

3 Amplia, vt etiam ſufficiat proclamatio in locis vicinis, vt Dominus debeat res ſuas leuaſſe, alias haberentur pro derelictis. Federicus dicto conſilio 107. numero ſecundo. verſic. quid ergo faciet: vbi dubitat de hac concluſione, quia dicit tutius eſſe, vt bona vendantur, & dentur pauperibus poſt proclamationem.

Vide. Proclama generale quid operetur. Concluſio. 807.

4 Amplia, quia bona dicuntur vacantia ſi mortuo Domino, nullus reperitur, qui ſit, vel eſſe velit hæres, & factæ fuerint citationes, & proclamationes, quia tunc ſuccedit fiſcus in bonis vacantibus. Angel. conſilio 334. Gatiardus. numero ſecundo. verſic. ſi autem. Caſtrenſ. conſilio 143. Viſis, & ponderatis, in principio, libro 1. vbi quod differunt bona vacantia à bonis abſentis, & negligentis, & cura, quæ datur vni, non conuenit alteri.

5 Amplia, quia bona inculta, & quę nullū habent ſignum culturæ dicuntur derelicta, & non ſunt in bonis alicuius, & poſſunt occupari, ſi vero ſunt culta, vel habent ſignum culturę, ſecus, & in dubio, an antiquitus tempore inueſtiturę fuerint culta, vel non, iudicantur ex ſtatu præſenti, quia quando ſtatus preſens poteſt conformari cum ſtatu de preterito, ex præſenti, preſumitur in preteritum. Franc. Aretin. conſ. 15. Reuerende pater, num. 2. & 3. ver. ex ijs videtur.

6 Declara, quia ad hoc, vt dominium acquiratur requiritur probatio, quod fuerint occupata, & quod tempore occupationis eſſent inculta, & vacantia. Areti. d. conſ. 15. n. 3. ver. præterea dato.

7 Amplia, quia bona bannitorum tanquam derelicta efficiuntur occupantium.

8 Qualiter autem bona proiecta, & incerti Domini, vel etiam certi, & negligentis dicantur, vel efficiantur derelicta. Feder. de Sen. conſ. 107. nu. 7. ver. quid ergo, & in fi.

9 Limita in bonis, quæ impetu fluminis in agrum alienum impelluntur, quia iſta non habentur pro derelictis, nec efficiuntur Domini prędij, quia dominus rerum non videtur habere pro derelictis. Federic. de Sen. conſ. 107. Domine Franciſce, per totum.

10 Limita in bonis ex naufragio maris proiectis, quia non efficiuntur occupantium, & reprobatur conſuetudo contraria. l. deprecatio vbi gl. ff. ad l. Rhod. de iact. Feder. de Sen. conſ. 107. n. 3.

Vide. Vacantia bona, quæ dicantur, & cuius ſint. Concluſ. 9.

Vide. Poſſeſſio vacans poteſt capi impune a quocunque, & quando. Concluſ. 408.

Bona defuncti vacantia qualiter probentur. Concluſ.

VIDE Maſcard. concluſio 208. Bona defuncti.

Bona communia eſſe qualiter probentur. Concluſ.

Vide Maſcard. concluſ. 218.

Bona eſſe acquiſita per filium ex bonis patris quomodo probetur. Concluſ.

VIDE Maſcar. concluſ. 221.
Vide plenius circa hoc. Filius præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis patris. Concluſ. 353.

Bona hæreditaria quæ dicantur, vel non. Concluſ. CXVI.

1 BONA hæreditaria dicuntur ea, quæ titulo vniuerſali hęreditario obueniunt.

Limita

2 Limita,quia bona donata non possunt dici hereditaria, ideo donans omnia bona hereditaria, obuenta à Titio,non donat ea, quæ titulo donationis obuenerunt. Castren. cons. 344. Quia ex allegationibus,in princ.lib.1.

Bona fides non patitur multa. Conclusio CXVII.

1 BONA fides non patitur, vt bis idem creditum exigatur.l.bona fides.ff.de reg. iur. Ro. cons. 28.num.2.ver. respondeo: vbi plena apostilla in ver.non patitur.

Vide.Solutio extinguit obligationem,& quando. Conclus.340.

2 Extende, quia propterea admittitur exceptio solutionis ,etiam in exequutione sententiæ,ne contra bonam fidem semel exactum iterum exigatur. Apostill.ad Roman.d.cons.28.num.2. in ver.non patitur.

3 Et bonę fidei contractus,prout venditio non patitur, vt per emptorem re amissa, pretium venditor retineat. l. emptorem. §. idem ait. ff. de actio.empti.Roman.consil.109. Magister Paulus, in princ.

4 Et dolose facit, qui contra bonam fidem facit. Cravett.cons.142.num.14.

Bonorum possessio contra tabulas, quæ sit, & quando competat. Conclusio. CXVIII.

1 BONORUM possessio contra tabulas est remedium inductum à Prætore,per quod filius preteritus in testamento patris,in quo scripsit hęredem extraneum mittitur in possessionem contra tabulas paternas, dummodo filius præteritus hoc petat infra annum vtilem,quia lapso anno beneficium Prætoris non competit. Bald. cons.392. Punctus talis. ver.& ideo,& per totum.lib. 2. vbi quod per lapsum anni non conualescit testamentum quoad alia remedia competentia filio præterito, sed bene quoad istud remedium conualescit, quia Prætor lapso anno infra centum dies vtiles dabit possessionem secundum tabulas nullas scripto hæredi.Fulgos.cons.72.Supposita bulla. n. 3.Signorol.cons.179.in princ.num.1.

2 Vide Bald. cons.317.Domina Violanta,in principio.lib.2. qui dicit,quod iste annus vtilis competit filio,cognatis vero dantur centum dies, & quod vtrunque tempus filio competit, videlicet annum,tanquam filius consequitur,& centum dies tanquam cognatus.

3 Extende, quia istud remedium semel apertum ex præteritione posthumi,nedum competit ipsi posthumo, sed etiam eo defuncto competit alteri filio superstiti non præterito. Bal.cons.102.Præsuppositio,quod in fin.lib.5.

4 Extende,quia remedium prædictum contra tabulas datur filio præterito, siue pater extraneum instituerit,siue alios filios.Fulgo.d.cons.72. num. 3. qui loquitur in filio legitimato, vt habeat hoc remedium, si est præteritus contra filios legitimos, & naturales, & licet lapsus sit annus,tamen non perdit alia remedia.

5 Declara, quia contratabulatio semper facit cessare beneficium secundum tabulas, quia donec aliquis ex præteritione potest contratabulare, non potest esse locus secundum tabulas. Baldus. cons.102.in fin. lib.5. Bart. cons. 11.Proponitur, quod,in fin.lib.1.quod est inter consilia Baldi.lib. 1.cons.68.

6 Extende, quia hoc remedium bonorum possessionis contra tabulas datur filio tam existenti in potestate,quam emancipato, imo etiam descendentibus ex filio emancipato.Signoro.d.cons.179. In thema præsuppositio.nu.1.& Ro.cons.179.Amplissime Doctor.n.12.vbi quod licet emancipatus non succedat de iure Ciuili, tamen habet beneficium Prætoris contra tabulas.

7 Declara totam istam materiam,quia prodita sunt tria remedia,& vnum non est aliud,pater tenetur instituere filium,& si præterit ipsum, filius potest dicere testamentum nullum,& istud ius reducit successionem patris ad terminum intestati Auth.ex causa.C.de liber.præterit.

8 Vide. Præteritio filij in testamento patris reddit testamentum nullum. Conclus.641.

9 In exequutione huius remedij, quia est perpetuum,& trasmittitur ad suos; & quia respicit petitoriũ,& poterat appellari,& in lõgũ protrahi Prętor adhibuit hoc remedium possessorium, vt Prætor si filius infra annum ab eo petat bonorum possessionem tanquam præteritus, mittit illum in possessionem contra tabulas, videlicet contra testamentum patris, vt supra per totum, & hoc est secundum remedium.

10 Tertium autem remedium est querela inofficiosi testamenti, quæ pariter est petitorium, & reducit omnia ad viam intestati, vt dicit Alexander consilio 125. numero tertio.versic. imo etiam libro 6.

11 Amplia, quia dicitur præteritus filius in re certa institutus sub conditione mixta, videlicet pendente à potestate sua, & alterius. Signorol. consilio 179. in principio: vbi quod competit contra tabulas, quę venit sub verbo querela, tamen videtur portus inclinare, quod reiciatur conditio, & habeat supplementum legitimæ.

12 Limitá,quia contratabulatio non datur filio naturali, licet sit præteritus, vel exhæredatus ex causa non legitima, quia non potest dicere testamentum nullum,neque contratabulare. Rom. cons.34.Licet naturalis,in principio: vbi apostil. in ver.dicere potest.

13 Restringe nisi filius naturalis fuisset legitimatus, quia tunc non differt in hoc à legitimo, & naturali, & potest dicere testamentum patris nullum,& potest contratabulare. Rom. d. consil. 34.vbi apostil.in ver.contratabulare,dat concordan. de contratabulatione, & in ver. nullum dicere, dat concordan. quod potest dicere testamentum nullum : vbi dicit * communem, quia * æquiparatur legitimo, & naturali secundum * communem.

14 Limita, quia contratabulatio non datur filio. neque ascendentibus, quando sunt exclusi à successione à statuto, quia sicuti non possunt dicere

cete teſtamentum nullum,ita neque poſſunt contratabulare quantumcunque ſint præteriti.Alex. conſ.125. Quoniam abunde. num.2.ver.quoniam ad hoc reſpondeo . lib. 6.vbi dicit * communem. Rom.conſ.13.in princ.vbi apoſtill.in ver. contratabulare , vbi dicit magis * communem .

15 Reſtringe in filio emancipato , qui licet de iure Ciuili non poſſet tanquam præteritus dicere teſtamentum nullum , tamen poterat contratabulare. Roman. conſ. 179. num. 12. ſed hodie iſta differentia eſt ſublata , quia etiam emancipatus hodie ſuccedit , & præteritus dicit teſtamentum nullum , ideo poteſt contratabulare .

16 Limita , quia contratabulatio non datur aliquibus tranſuerſalibus,quia ipſis non debetur legitima portio , prout deſcendentibus . Alexand. conſ. 125. num. 3. ver. aut conſideramus. lib. 6.

17 Limita , quia aſcendentibus non datur contratabulatio ex eo , quod ſunt præteriti ſine cauſa , quia competit ius dicendi teſtamentum nullum , non autem competit contratabulatio . Alexand. conſ.125.num.2.ver.ſecundo clarius.lib.6.

18 Extende , vt procedat multo magis ſi aſcendens fuit ex cauſa præteritus , quia habetur pro exhæredato , vt licet poſſit agere de inofficioſo , ſecundum ius Ciuile , tamen non agit contra tabulas beneficio prætoris . Alexand. d.conſil.125. num.3.lib.6.

19 Tutor ſolus ſine pupillo , licet non poſſit adire hæreditatem pupilli , tamen poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem delatam pupillo ſine pupillo, dummodo faciat cum decreto iudicis . Ioann. de Imol. conſ.73.In caſu propoſito.num.2.& 3.

Vide. Tutor poteſt cum pupillo multa,quæ non poteſt ſolus. Concluſ. 448.

20 Effectus huius remedij contratabulas eſt, quod ſucceſsio reducitur ad cauſam inteſtati .

21 Reſtringe , quia filij volunt contratabulare teſtamentum aui ex perſona matris, quia ſi eſt adita hæreditas non reducit contratabulatio ad cauſam inteſtati. Alex. conſ. 125. Quoniam abunde, col.1.ver.nec præmiſſæ excluſioni.lib.6.

Vide.Ius petendi bonorum poſſeſsionem quanto tempore preſcribatur. Concluſ. 621.

Vide . Maſcard. Concluſ.237.& 238.vbi quando legitime petita præſumatur per lapſum decem annorum, vel non .

Bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas quid ſit , & quando competat. Concluſ. CXIX.

1 BONORVM poſſeſſio ſecundum tabulas eſt remedium inductum a prætore ex æquitate, qua datur poſſeſſio ſcripto hæredi in teſtamento nullo , in quo pater inſtituit extraneum præterito filio , nam ſi filius infra annum vtilem , tanquam præteritus non petat bonorum poſſeſsionem contra tabulas, tunc danda eſt hæredi ſcripto ſecundum tabulas , dummodo petat infra centum dies vtiles poſt lapſum anni . Bald. conſ. 392. Punctus talis.ver.& ideo , vſque in fin.lib.2. vbi , quod præteritus non perdit alia remedia iuris , licet perdat beneficium prætoris .

2 Extende , vt idem ſit , ſi pater præterijt filium etiam legitimatum , & inſtituit alios filios legitimos , & naturales. Fulgoſ.conſ.72.Suppoſita bulla.num.3. vbi , quod præterito filio competit poſt annum ius adeundi , petendi hæreditatem , ſe immiſcendi , quę non præſcribuntur anno, querela inofficioſi,quę non niſi quinquennio præſcribitur, ſed dicas, quod competit actio dicendi teſtamentum nullum .

3 Amplia, vt idem ſit ſi filius præteritus mortuus ſit ante teſtatorem , quia licet de iure Ciuili teſtamentum ſit nullum , nec poſsit conualeſcere , tamen beneficio prætoris, ex quo ceſſat effectus , conualeſcit , ſi modo petatur bonorum poſſeſsio infra centum dies vtiles , alias non conualeſceret . Bald. conſ.377. Queſtio ſubtilis eſt, in princ. libro 3.

Vide. Teſtamentum nullum conualeſcit multis modis, & quando ſecus . Concluſ.129.

4 Extende declarationem , vt procedat in pauperibus inſtitutis , quia eis datur reſtitutio intra quadriennium aduerſus lapſum tempotis centum dierum. Bald.d.conſ.377.num.2.& 3. ver.ſed ad hęc poteſt. lib.3.

5 Reſtringe ampliationem , quia non procedit vbicunque extat filius, qui ex præteritione poſthumi defuncti, poteſt dicere de nullitate , nam contratabulatio vbicunque intentatur ſemper facit ceſſare ſecundum tabulas , ſecus ſi non extaret, qui contratabularet . Bald. conſ. 102. Preſuppoſito,quod.lib.5.

6 Declara , quia ſi hęres extraneus eſſet minor competeret reſtitutio in integrum aduerſus lapſum centum dierum, in quibus non fuit petita bonorum poſſeſsio.

7 Amplia , vt idem ſit , quando teſtamentum eſt nullum , quia filius præterijt matrem , quia ſecundum vnam opinionem debet peti bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas infra centum dies . Bald. conſil. 191. Factum ſuper quo, per totum libro 4.

8 Contrarium, quod imo in aſcendente præterito ſi per quinquennium tacuit , quia querelam non propoſuit conualidetur teſtamentum , & aditio teneat , idem Bald. d. conſ.191. circa fin.libro 4. vbi dat rationem differentię in ſuo , quia ipſe ſuus eſt hęres omnino , non ſic in matre , vel alio aſcendente .

9 Amplia , vt procedat etiam quando fuit quis vulgariter ſubſtitutus , etiam vulgari contenta in compendioſa , quia habet remedium edicti ſecundum tabulas , ſi filij præteriti ſunt mortui , ſecus ſi aliquis filius ſupereſt , qui ex præteritione etiam poſthumi mortui velit contratabulare . Bald.d.conſ.102.in fin.lib.5.

Vide.Ius petendi bonorum poſſeſsionem quanto tempore præſcribatur.Concluſ. 621.

10 Declara,quia filius habet annum vtilem ad petendam bonorum poſſeſsionem patris , alij vero cognati habent centum dies , & ſic filius habet vtrunque tempus;annum,vt filius;& centum dies, vt cognatus.Bald.conſ.317.Domina Violanta , in princ. lib. 2.

Vide Maſcar.Concluſ.237.Bonorum poſſeſsionem,vbi,quod præſumitur agnita,& petita ob temporis antiquitatem, & quando præſumatur legitime agnita coram prętore,vel non,vide eundem Maſcard. Concluſ. 238.

Bono-

Digitized by Google

Bononiæ Ciuitas, & facta illius notabilia aliqua. Conclus. CXX.

1 BONONIA Ciuitas cum tota Romandiola fuit donata Ecclesiæ Romanæ per Regem Pipinum, & per Regem Rodulphum Regem Romanorum, ita attestatur Bolognin. in addit. ad cons. Ioann. de Anania 17. in fine. allegat Specul.qui hoc dicit in tit.de rescript.præsenta.§.fin.ver.& hæc sunt in argumentum. num. 18. Ioann.de Imol.consil. 116. In causa spectabilis, in princ.

2 Et quod sit de patrimonio, & iurisdictione Ecclesiæ Ciuitas Bononiæ. Ant. de Butr. cons.33.in fin. vbi quod ita cantat priuilegium, & quod fuit iniuste occupata, ideo Papa concesit decimas, etiam contra mendicantes pro pia causa recuperandæ Ciuitatis prædictę. Castr.cons.196. num.8.lib.2.Abbas cons.84. Videtur primo. n. 2. ver.sed in casu nostro. lib.1. vbi,quod Imperator nullam habet in ea iurisdictionem, sed tota Papę est in temporalibus, & spiritualibus.

3 Est subiecta Ecclesiæ Romanæ, sed tamen habet statuta,per quæ seruatur ius Ciuile. Ioan. de Anan.cons.19.in fi.& idem dicit Bologn.in apost. ad cons.10.de An.17.in fin. num.18.

4 Aliquando prętendidit se non esse subiectam Papę in temporalibus. Angel. cons. 319. Titius Ciuis, vbi, quod misit legatum ad Papam, & quia Ambasciator missus impetrauit beneficium pro filio suo, commune volebat talem legatum punire, pro cuius defensione scribit Angelus.

5 Bononia, tanquam Ciuitas de terris Ecclesię non potest facere fœdus cum alijs Ciuitatibus sine licentia Papę, ita dictantibus capitulis cum Vrbano sexto. Bald. consil. 382. Arbitrium datum, in princ.lib. 2.

6 Pacem fecit Ciuitas Bononię colligata cum communi Florentię, & Astorgio de Manfredis ex vna,cum Marchione Ferrariç ex alia. Angel.consil.337. Inter alia capitula, vbi consuluit super quodam capitulo.

7 Aliam confœderationem fecerunt Marchio Ferrariç,Dominus Mantuæ, & Dominus Paduæ,cum Florentinis, & depositerunt Venetijs scuta 50. mill. vt Bononienses intrarent in legam, quibus promittebant Castra Nonantulæ, & Bazani, & pro cautione fuit factum depositum, sed ipsi noluerunt inimicari Duci Mediolani, ideo dicitur, quod Castra non possent habere, quia sunt Rom. Ecclesiæ. Zabarel.cons.85.per totum.

8 Bononiæ Ciuitas fuit colligata cum Ciuitate Florentiæ contra Co: Virtutum Dominum Mediolani, & cum eo tandem capitula pacis fecerunt. Angel.cons.257. Inter capitula. Bald.cons. 147. Orta guerra. lib. 2. vbi in fin. consilij ponit omnes colligatos hincinde, & sententiam prolatam super pace, & appellat potens commune Bononiæ.

9 Expulso regimine Ecclesiæ Nicolaus Picininus fuit Gubernator Bononię pro Duce Mediolani,ita tempore suo fuisse dicit Io.de An.cons.94.qui consuluit super certis represaleis pro Hercule Fantuccio,& Barbatia inter cons.Alex.123.scripsit.n. 16.in fin.ver.& si quispiam,vbi adulatorie laudat hunc Gubernatorem Nicolaum Picininum.

10 Et Matthæus Vicecomes fuit dominus Bononiæ. Signorol.cons.131. num.7.

11 Familia de Pepulis fuit Domina Bononiæ, sed electa de dominio per Reuerendissimum Archiepiscopum Mediolani, cuius locumtenens fuerunt Galeatius Maria, & Bernabos Vicecomites. Signorol.cons.87. Factum sic præsupponitur.

12 Vide Bar.in tract. de tyrannia, vbi,quod Thadęus Pepulus erat tyrannus,ideo Clemens VI.ipsum,& filios inuestiuit in Vicarios dictæ Ciuitatis sub n.34.& eum refert Cuma.cons.162.circa fi. & iste D. Thadęus habuit patrem Romeum, quem reprehendebat Thadęus,eo,quod faceret contractus cũ pœna dationi quantitatis,& sic usurarios. & Alex.cons.49.n.14.li.4.refert Cynum dicentem se audiuisse Thadęum Dominum Bononiæ reprehendidisse Romeum patrem super hoc.

13 Et se gessit pro conseruatore pacis, & iustitiæ Ciuitatis Bon.vt apud Anchar.cons.374.Reuerendissimo, vbi, quod tanquam talis de antiquo inuestiuit quendam de hospitali Castri Franchi, quod spectat ad commune Bon.

14 Ioannes de Bentiuolis tyrannide occupauit Ciuitatem Bononiæ vsque ad annum 1401.de mense Martij. Fulgos.cons.95.Pro decisione.nu.3.vsque in fin. vbi,quod postea facta est constitutio restituens indefensos, quæ habet locum,tam in actoribus,quam in reis,& Anchar. cons.285. Tria principaliter.nu.4.& seq.vbi, quod ejectus fuit de anno 1402. & quod licet de proximo expellendus esset licite exegit,& liberauit communitatem Imolæ debitam pro oneribus communi Bononiæ.

15 Ioannes Bentiuolus expellendus de proximo ex Ciuitate Bononiæ licite exegit à massario Imolæ taxas,& debita communis,dum adhuc possideret, & Ciuitas Imolę ex tali solutione fuit liberata. Anchar.cons.285.Tria principaliter. nu.4. & seq. vbi,quod fuit popularis expulsio, & de ann.1401. & 1402.

16 Iste Ioannes Bentiuolus Dominus Bononię dedit commissionem. Ant. de Butr.vt ipse dicit in cons. suo 13. quod videret ad quos spectat reiectio cloacæ, quę transit per contradam Nosadellę,& declarat.

17 Ejectus est per Duces Mediolani,& in bellis inter Ducem Mediolani, & Io. de Olegio facta pace fuit restitutus, pro quo Signorol.consuluit pro recuperatione bonorum, quæ habuit in Nouarien si cons.131.per totum.

18 Imo fuit rebellis Papæ, & adhæsit Bernaboui Duci Mediolani, & omnia eius bona fuerunt confiscata, postea per modum pacis restituta, tanquam adhærenti Ducis Mediolani. Signorol. cons. 228. per totum.

19 Alius Ioannes Bentiuolus de anno 1489. Dominabatur Ciuitati Bononiæ, sub nomine libertatis, vt apparet ex subscriptione consilij collegij Doctorum, quod est primum post consilia Zabarell.ibi in fin.Apostolicæ Sedis,sub Innoc.VIII. & Reipubl. Bonon. libertatibus sub Illustri Equite Io. Bentiuolo secundo armorum Duce, Ciue primario.

20 Antiani Bononiæ sunt Vicarij Ecclesiæ in temporalibus,& spiritualibus, & representant principem cum populo, & immediate sunt suppositi Papæ, vt dicit Flor. dicta quæst. 2. dub.5.num.5. ver.

ver. confirmatur, quamuis quoad spiritualia nun quam viderim, nec audierim eos vsos fuisse huiusmodi auctoritate.

21 Populus Bononiæ, & consilium generale representat Principem, non autem Antiani, ideo administratio Antianorum non se extendit, vt possint donare, vel præmiare aliquem de publico, neque possunt gratiam facere de delicto, vel tollere ius suum. Tertio quia ista sunt reseruata Principi, & populo, & non veniunt in quacunque generali administratione, vel arbitrio concesso. Floria. de Sancto Petro, dicta quæst. 1. in quarto dubio principali, vers. tertio cum sequent. nisi donatio esset ex causa, ibi numer. 2.

22 Contrarium, quod Antiani representent populum, & sint Vicarij Papæ, ex priuilegio Vrbani Sexti, & Bonifacij IX. & habeant communem potestatem præmiandi, idem Flor. ibi, numer. 3. & sequenti.

23 Vide tamen Alex. consi. 1. nu. 6. ver. nec prædictis obstat, libr. 3. vbi quod vexillifer, & duo, vel tres Antiani cum presentia Potestaris non potuerunt facere torqueri reum imputatum de raptu, quando non extant sufficientia indicia, & Potestas debuit obstare, quia statutum ligat Antianos, & vexilliferum, ideo confessio extorta, etiam perseuerata, & ratificata est nulla.

24 Legatus Bononiæ est ordinarius, ideo appellatio interposita ad Papam, ad Legatum deuoluitur. Rom. consi. 2. in prin.

25 Et non potest ipse Legatus Bononiæ vna cum Regimine sexdecim cõtra ius commune statuere, quia ligatur iure communi. Alexan. consi. 94. Visis, & consideratis, per totum, maxime, num. 3. & seq. lib. 6. & consi. 17. num. 14. lib. 4. vbi plena apostilla.

26 Quod imo Regimen 16. virorum cum Præside simul, vel Legato possint ea, quæ Princeps potest. Alex. consi. 130. In causa, num. 9. ver. & quia est ridiculum, lib. 4.

27 Declara, quia quod dicitur, quod representent Principem, non intelligas Papam, vt statuentes populus, & Legatus simul possint ligare Ecclesias, & Ecclesiasticos eorum statuto, quia non possunt. Alex. consi. 17. num. 13. & 14. lib. 4. vbi plena apostilla in ver. Legatus, quæ loquitur de statutis Bononiæ.

28 Regimen Bononiæ olim antiquitus erat sexdecim hominum, & solebat eligi aliquando plures, vt si aliqui defecissent suppleretur numerus sexdecim, & aliquando erant duodecim, & illi duo erant de numero sexdecim, & habebant votum, postea numerus ad solos sexdecim redactus, vltimo fuit superadditus numerus aliorum septem, qui subrogarentur loco deficientium, & isti superadditi non habebant vocem, nec poterant effici priores, nisi in subsidium. Alexand. consil. 178. In occurrenti casu, libr. 2. & in casu ibi præcedenti, vbi vult, quod exemptio conuenta cum datiario de ipsis sexdecim, qui erant tempore capitulationis, extendatur ad septem subrogatos, & additos, quia concessio facta sub nomine collectiuo, & quia additi sunt ex causa necessaria boni Regiminis non ex voluntaria mera, & quod isti sexdecim cum Præside possint ea, quæ Princeps, simul vi-

dent. Alexand. consi. 130. In causa, nu. 9. ver. & quia est ridiculum, lib. 4.

29 Et quod Legatus, & Regimen Bononiæ, simul possint creare ciuem, & facere illum exemptũ ab omnibus oneribus Comitatus, & prout sibi placuerit, quia ista non sunt de reseruatis Principi. Alex. consi. 148. Visis quæ, nu. 7. ver. & non est dubium, libr. 6. vbi per totum tollit omnia contraria.

30 Imò, quod solus Legatus, & Gubernator possit & valeant gesta ab eo quando sexdecim de Regimine discesserunt, & passi sunt, quia perinde est ac si simul fecissent. Alexand. consil. 179. In causa, & lite, per totum, maxime in fin. ver. non obstat etiam, numer. 6. libr. 6. cum sequentib. vbi apostilla, dat concord. & loquitur Alexan. in erectione montis, quam fecit Gubernator Bononiæ, vt valeat, ex quo 16. Regiminis scientes, & patientes censentur dedisse mandatum.

31 Contrarium Alexand. consi. 47. In causa, lib. 7. vbi quod Legatus cum Antianis non possunt condere, neque tollere statuta, neque auferre ius suum alicui, sed Legatus cum sexdecim posset secundum capitula concessa.

32 Legatus Bononiæ est etiam Legatus Regij, Mutinæ, Parmæ, & Placentiæ, vt dicit Gambar. trac. de Legato, libr. 1. in princ. sub nu. 26. & Legatus Prouinciæ dicitur Legatus insularum adiacentium, etiam si de nouo apparuerint, idem ibi, numer. 25. & quod sit Bononiæ, & alio rum locorum, Socin. Iunior. consil. 128. in prin. lib. 3.

33 Et ita seruatur, ex consuetudine immemorabili, & vidi ego seruari, ac seruaui dum fui Auditor generalis bonæ memoriæ Cardinalis Petri Donati Cesij Legati, & deinde dum fui Vicelegatus bo. me. Cardinalis Antonij Mariæ Saluiati, pariter Legati, & dũ post eum fui Gubernator Bononiæ.

34 Legatus Bononiæ, & simul Administrator Ecclesiæ Bononien. non potuit concedere ius baptizandi Castro Centi, sine consensu Archipresbyteri, & Capituli Ecclesiæ dicti loci. Calderin. consi. 457. alias vnicum est de baptis.

35 Gubernatores Bononiæ soliti erant habere facultatem Legati de Latere. Ioan. de Anania consi. 94. numer. 2. & Florian. de Sancto Petro, in sua quæstio. 2. in 4. parte, col. 2. ver. septimo ad idem, dicit, quod Ciuitas Bononiæ habet Præsidem, in quem populus transtulit omnem iurisdictionem.

36 Antiani appellantur officiales Bononiæ de quibus Calderin. consi. 214. alias 8. de appel. vbi quod commiserunt quandam causam Vicario Potestatis Bononiæ.

37 Antiani Bononiæ vigore statuti habent iurisdictionem carcerandi debitores suspectos de fuga. Baldus consil. 177. In ista captura, & consil. 178. In præsenti materia, libro secundo, in princip.

38 Et authoritas Antianorum est superior authoritate officialium, quia ipsi non includuntur super verbo, quod officialis non possit, quia speciali nota digni sunt. Ioan. de Anania. consil. 70. in prin.

39 Hodie vero quadraginta viri habent regimen Ciuitatis, & representant totum popu-

lum, & possunt concludere ciuitates, & immunitates, prout Ciuitas, maxime hoc edente consilio Reuerendiss. Vicelegati, seu Gubernatoris. Paris. cons. 71. Consultatio absoluta lib. 1. maxime a. q. & per totum, & circa fin. Grat. cons. 1. num. 40. sequen. ff. qui dicit hoc esse notum, quia fuit in quasi possessione, prout ipse vidit in archivio multa privilegia.

40 Populus Bononiæ tanquam recognoscens superiorem non potest restituere famam bonam ad famã, quod fallit respectu infamiæ prouenientis ex statuto, quod contumax habeatur pro confesso respectu fumi incursus. Alexand. consilio 124. Repertus. lib. 2.

41 Contrarium, quod dicit Legatus Bononiæ solus maiorem habet iurisdictionem, quam habeant omnia tribunalia Bononiæ simul, videlicet Dominorum Priorã, Quadraginta virorum, & aliorum, nec tamen posset solus derogare statutis Bononiæ sine consensu Priorum, ita Bero. cons. 54. nu. 39. lib. 2.

42 Et potest rebannire bannitum pro iustitia. Bero. cons. 54. nu. 38. lib. 2.

43 Potest facere legatus commutationem pœnæ mortis naturalis in pœnam mortis Ciuilis, etiam antè condemnationem, & valet talis gratia, & ligat successorem, etiam si ille graciatus fuerit condemnatus in pœnam mortis naturalis tempore prædecessoris. Socin. Iun. cons. 128. per totum. libro 3.

44 Restringe, quia solus non potest derogare statutis neque tollere appellationem, neque quod de plano procedatur concedere. Alex. cons. 130. In causa. num. 8. & 9. versic. nec obstat, quod allegatur, libro quarto: vbi quod vna cum 16. de consilio, & Regimine bene potest omnia, quæ Princeps.

45 Studium Bononiæ habet privilegium a Clemente Papa V. & Ioanne XXII. quod beneficiati studentes Bononiæ percipiant fructus in absentia. Federic. de Sen. cons. 246. de iure communi, numero secundo. versic. item si Canonicus est in studio. Petr. de Anch. cons. 17. Concessum est scholaribus, per totum. Calderin. cons. 487. alias 2. de magistr. in fin.

46 Extende, quia habet privilegium, quod Clerici, & beneficiati possint studere in iure Ciuili. Calderin. cons. 487. alias 2. de magistr. vbi quod possunt etiam doctorari, & legere ius Ciuile, de quo vltimo Io. Andr. in cap. cum quid prohibetur, de reg. iur. lib. 6. & Abb. in prohemio decretal. n. 7. dicunt, quod si factum est, bene factum est, si vero est faciendum, secus est, quia abstinendum est propter dubium iuris.

47 Bononienses Doctores allegantur determinasse contra Innoc. quod Canonicus agens pro Ecclesia debeat agere nomine Ecclesiæ, non nomine proprio, cui authoritati Bononiensium assentit. Lap. allegat. 51. numero secundo. versic. ad secundum.

48 Idem dicit in alio casu Old. prout refert Alex. cons. 15. nu. 4. lib. 1. quod omnes Doctores Bononiæ legentes tenent, quod vulnerantes plures non tenentur de occiso, sed pœna pecuniaria quando non constat quis lethaliter vulnerauerit.

49 Bartol. in l. Titio cum testamento. §. Titia. nu. 3. ff. de legat. 2. extollit Curiam Bulgari, quæ est contra da Bononiæ, quod ibi consuetudines legales condirentur.

50 Dicit tamen Signorol. cons. 171. num. 3. quod Doctores Bononienses magis nituntur eorum ingenio, quam medullæ in illo casu, quod operetur clausula rodrilla, & quod contra glossas & communem consilium, & tamen verior est opinio pro Bononiensibus, & hodie vbique seruatur.

51 Carocio adhærent Bononienses. Baldus consil. vida fin. ver. dicunt. lib. 1. Ioan. de Anania cons. 34. num. 4. gloss. in l. omnis. Iuris. fides. reg. iur. Card. cons. 58. num. 2. versic. ad secundum. libro 2. Alex. cons. 49. Panorm. num. 11. ver. & ideo. lib. 4.

52 Dulcis patriæ & sanguis, amarrenim se se, & habent ad hoc proverbium, vt dicit Anton. de Butr. cons. 30. circa fin. ver. ideo vulgare est, legami le mani, & li pieds, & mettemi tra li mici.

53 Versatus esse in eo, quod mandat l. observandum. ff. de officio Præsidis, inquit ibi gloss. in ver. detegit, vt sciunt dissimulare quando expedit, alibi est proverbium, chi non sa simulare, non sa regnare.

54 Potestas Bononiæ habet Vicarium, de quo Anchar. cons. 142. Vicarius Potestatis.

55 Et vocatur iudex Aquilæ iste Locumtenens Potestatis, qui procedit in executione litterarum cambij, prout Curia Mercantiæ. Angel. Aretin. cons. 123. In positione casus, & per totum.

56 Consuetudo est Bononiæ, quod Iudices maleficiorum referunt causas legato, antequam condemnent, quibus relationibus standum est, quia sunt loco dubiorum. Io. de Anan. cons. 17. in prine. Visa relatione.

57 Stylus est Ciuitatis Bononiæ, quod iudex non recitat per se ipsum sententiam, sed per Notarium, & valet, quia est etiam in Curia Romana, & vbique. Io. de Anan. cons. 93. num. 3. verf. circa vero.

58 Flumen Rheni est publicum, & ex eo sumitur aqua per canicas, & diuersa seruitia publica, & priuata. Anton. de Butr. cons. 13. per totum, maxime num. 6. in principio: vbi quod est flumen publicum.

59 Turris Asinellorum Bononiæ est, de qua meminit Io. de Imola. cons. 7. vbi quod banderia ponebatur in ipsa Turri, quando guerra generalis indicebatur per commune Bononiæ: ista turris est pulcherrima, & altissima, & consueuit dici, quod existentes super ea vident Centum, & plures Ciuitates, & est verissimum, nam Centum est oppidum in agro Bononiensi, quod videtur, & simul plures ciuitates videri possunt.

60 Ista turris erat familiæ de Asinellis, & in ea fuit institutus spurius de Asinellis pro parte, & Regimen Bononiæ illam apprehendidit, super quo facto Anton. de Butr. consilio 54. dicit, quod si est Turris pro nobilitate conseruanda spurius est incapax, si pro cognomine solo est capax, nisi Regimen iure legitimo occupauerit.

61 Datium, & gabella turris de Vrga est Ciuitatis Bononiæ locatum, alias Nobili Antonio Scappo. Ioann. de Imol. cons. 79. per totum.

62 Datia macellariorum, & beccariorum tenentur

tur ſoluere Salaroli, quia ita cantant capitula, & nullum exercitium magis proximum eſt Beccario, quam Salaroli. Io. de Anan. conſ.35.per totum, vbi Bolognin. in addit.

63 Clauica, ſeu cloaca, quæ venit à parte ſuperiori Bononię, & tranſit per contratam Noſadellæ, & tranſit per hortos priuatorum, debet reſici à vicinis,in ijs, quæ ſpectant ad commodum vicinorum, in ijs vero quæ ſpectant ad commodum priuatum, priuati debent reficere, ſi expenſa eſt modica, ſi vero magna, & non prouenit ex negligentia vicini, debet reſici ex publico, vel à vicinis. Anton. de Butr. conſilio 13. per totum.

64 Conſuetudo eſt Bononiæ, quod deſtructa domo, ne incendium progrediatur, reſici debet à vicinis, quorum domus ſunt conſeruatæ, non à vicinis, quorum domus ſunt combuſtæ, niſi culpa illorum proceſſerit incendium, & ita de conſuetudine ſeruari Bononię, Bologain. in addit. ad conſilium Ioan.de Anan.71.in fine atteſtatur.

65 Conſuetudo Bononiæ eſt, quod vendito cluſo, intelligitur vendita pars domus ſubterranea, quia cluſus domus intelligitur pars domus ſubtus terram, niſi ex ſpecificatione confinium aliter ſpecificetur. Roman. conſil. 5. Viſo puncto, per totum.

66 Conſuetudo eſt Bononiæ, quod pueri concertant ſaxis inter ſe, ideo non punitur homicidium, quod ſequitur ex tali concertatione. Petr. de Anchar.conſ.283.Iure ſtricto,per totum,vbi de conſuetudine Neapolis,& Peruſij.

67 Conſuetudo eſt Bononię,quod nullus ciuis, vel forenſis habitans in Ciuitate Bononiæ poſsit vocari ad aliqua onera in Comitatu, etiam ratione bonorum, quæ habet in Comitatu, & quod ſtatim quod Ciuis,vel Incola Bononię acquiſiuit bona in Comitatu, non poſsit compelli ad aliquam ſolutionem onerum in Comitatu, ſiue ſint ordinaria, ſiue extraordinaria. Alexand. plene conſil. 148. Viſis quę. numero quinto. ver. Angelus vero. lib. 6. vbi, quod valet hæc conſuetudo.

68 Hodie iſta conſuetudo eſt ſublata, quia non poteſt Ciuis emere bona ruſticalia, niſi de licentia, & ſubeat onera, & hoc bene prouiſum eſt, quia ruſtici ſemper ſoluunt eadem onera, licet Ciues acquirant maiorem partem bonorum, ſed tamen ex diſpenſatione legatorũ, & Illuſtris Reginiminis permittuntur emptiones ſine exoneratione pauperum, at eſſet facienda reuiſio,vt onera ſequantur bona.

69 Extende, quia imo talis conſuetudo exemptionis Ciuium Bononiæ ab oneribus Comitatus, licet loquatur de Ciuibus originarijs, tamen extenditur etiam ad Ciues ex priuilegio,plene Alexand.d.conſ.148.num.5.& 6.ver.vltra prædicta. libro ſexto, & per totum, vbi tollit contraria.

70 Item conſuetudo eſt Bononiæ, quod dominus ponens manum ad plauſtrum vini, etiam animo iuuandi,ex tunc,periculum vini eſt ipſius domini. gloſ. in l. quod non ratione. ff. de legib. Caſtrenſ. conſ. 472. Viſo ſupradicto, in fin.lib.1.vbi,quod non eſt rationabilis, ideo extra locum non extenditur.

71 Quod ſententia interloquutoria non poteſt poſt quinque dies retractari ſecundum ſtatutum Bononiæ, de quo Alexand. conſil.82. Viſo proceſſu. nu.11.& ſeq.ver.non obſtat etiam.lib.3. vbi quod eſt contra ius commune,ideo non habet locum, quando de nullitate opponitur per viam exceptionis, quia non fit petitio, neq; litis conteſtatio, vt videtur requirere ſtatutum.

72 Stylus circa nuptias eſt Bononię,quod non fiãt nuptię niſi ea die, qua maritus traducit vxorem ad domum, & faciunt Bononienſes, & Florentini tot expenſas in iocalibus, & veſtimentis, vt expendant totam dotem.Caſtren.conſ.154.col.1. ver.ſtatutum.lib.1.

73 Item ſtylus Bononiæ communis eſt, quod pœna adiecta facto valet, & exigitur quando is, cui promittitur non eſt ſolitus fœnerari, ita Alexan. conſ.63.Stantibus ijs.nu.3.lib.4.

74 Milites fratres, qui appellantur Glorioſę VirginisMariæ ſunt in Diœc. Bonon. & ſunt exempti à viſitatione, & procuratione Epiſcopi,tanquam immediate ſuppoſiti Sedi Apoſtolicę. Cald.conſ. 456.alias 14. de cenſib.

75 Priuilegium vero Theodoſianum conceſſum Bonon. præſumitur apud multos fictum, & non verum.Sapia.in addit.ad Abb.in proœm. decret.nu. 6.ver. Doctor.

76 Moneta Bononenorum argenteorum,& quatrenorum, ad ſex quatrenos pro bononeno currebat in Ciuitate Mediolani, & Placentię, vt per Alex. conſ.21.Viſis ijs.lib.2.

77 Commune Bononiæ eſt Dominus Hoſpitalis Caſtri Franchi loci laicalis ſoliti conferri ab antiquo per commune, licet Epiſcopus habeat recentem ſtatum, ſententia relationis ſuper hoc data per Petrum de Anch.& Ant.de Butr.vt per Anchar.conſ.374.Reuerendiſs.

78 Præſidem habet in quem populus tranſtulit omnem iuriſdictionem. Florian. de Sancto Petro. quæſt.2.in quarta parte.colum.2. verſ.ſeptimo ad idem.

79 Molendina Bononiæ dicuntur ſpectare pure ad vniuerſitatem, ideo teſtes de Bononia in cauſa molendinorum ſunt idonei.Bald.conſ.168. Caſus homines,in fin.lib.2.

80 Et defenſores haueris, & iurium camerę locant molendina prędicta, nec datium poteſt alterari. Io.de Anan.conſ.74.

81 Declara,quia non ſpectant ad commune iure regalium, ſed de iure particulari, ideo non poſſunt compellere ſubditos,vt vadant ad macinandum molendino communis. Baldus conſilio 404. Quæritur vtrum. lib. 5. ſecus ſi iure vniuerſali, & publico ſpectarent talia molendina ad commune.

82 Reſtringe,quia molendinum extra portam Galleriæ eſt priuatorum non communis, & ideo illi non poteſt præiudicari,vt in narratione facti ſupponit Io.de Anan.conſ.74.

83 Monzoni Caſtrum habebat propria ſtatuta, quod filia dotata non ſuccedat patri ſtante hærede maſculo,ſuper quo Caſtrenſ. conſ.47.lib.1.vbi quod intelligitur de maſculo ex deſcendentibus maſculis non de tranſuerſali, hoc poſui ſub Bononia, quia hodie Caſtrum regitur ſtatuto Bononiæ.

84 Centi terra eſt de deſtrictu Bononiæ, & eſt Epiſcopatus Bononię, & ideo non poteſt Ciuitas ipſos Centenſes foreſtare, & ſtatutum, quod non recognoſcentes commune Bononiæ carcerentur non comprehendit Centenſes, quia

Digitized by Google

eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam. Bald. in authen. qua in Prouincia. cap. vbi de crimin. agi. opor.

85 Centi, & Plebis Caſtra erant de iuriſdictione Ciuitatis Bononiæ, quia Regimen Bononię exigebat certa onera, ſuper quibus Alex. conſ. 28. Viſis, accurate. lib. 1. per totum, imo quod eſſent Epicopatus Bononiæ. Alexan. conſ. 99. Viſa, num. 4. & ſeq. ver. tertio probatur. libro 6. vbi ſtatuta confirmantur a Pio Secundo, in quibus fit priuilegium ludęis, vt in omnibus, & per omnia gaudeant priuilegijs Ciuium, & ſtatuta ſunt etiam ab Epiſcopo Bononię confirmata.

86 Caſtrum Plebis, & plebs ipſa de conſuetudine habebant, quod omnes de Cento debebant baptizari in plebe, ſed tamen aucto Cento obtinuit Eccleſia Sancti Blaſij poſſe baptizari in Cento. Zabarella conſilio 65. vbi ponit priuilegia Cardinalis Legati, & Epiſcopi Bononiæ, ac Bonifatij IX. licet dicat non valere, quia ſubreptitia ſunt.

87 Crepalcorium eſt Comitatus Bononiæ, & viuit ſub ſtatuto Ciuitatis Bononiæ. Ang. Aret. conſ. 33. Videtur dicendum, per totum.

88 Non poteſt Ciuitas Bononiæ reuocare conuenta cum terra Crepalcorij, videlicet quia Ciues, & nobiles in rure habitantes tenentur concurrere ad onera cum fumantibus Comitatinis. Anchar. conſ. 366. Videtur primo, quod eſt Anton. de Butrio, & Anchar. & conſ. 367. Quod eſt Bar. de Salyceto: vbi quod ius eſt quæſitum fumantibus, quod auferri non poteſt a Ciuitate Bononiæ, quia ita eſt per viam contractus firmatum.

89 Bazanum eſſe terram de iuriſdictone temporali Romanæ Eccleſiæ, alias conceſſam in Vicariatum Marchionibus Eſtenſibus cum obligatione, quod non poſſet alienari. aſſerit Zabarella conſil. 85. per totum: vbi idem de Caſtro Nonantulæ, dicit.

90 Caſtrum Sancti Ioannis eſt de Comitatu Bononiæ. Alex. conſ. 148. Viſis quæ. num. 5. ver. Angelus vero. lib. 6. & per totum.

91 Malalbergi locus habet vectigal exonerationis nauium, quod erat Zorzini de Planchis, & ab eo fuit emptum per ſtrenuum militem Ioannem de Pepulis, inter quem, & commune Bononiæ litigabatur, pro Pepulo conſuluit Signorol. conſ. 222. In quæſtione.

92 Imolæ Ciuitas ſoluebat communi Bononiæ onera, vt commemorat Ancharan. conſil. 185. per totum.

93 Podij Caſtrum eſt Lambertinorum, & iuriſdictio cohæret perſonę, non territorio, licet exerceatur in homines Podij, quod Caſtrum eſt de territorio Bononię. Pariſ. conſil. 20. per totum, maxime num. 66. & ſeq. & in princip. dicit quod conceſsio fuit facta a 16. Reformatoribus communis Bononię, confirmata a Nicolao Piccinino, & Sede Apoſtolica, & quod non eſt conceſsio feudalis.

94 Caſtrum Sancti Petri fuit captum tempore belli inter Dominum Fauentię, & Ciuitatem Imolę per quendam Capitaneum, de quo Ioann. de Im. conſilio ſexto, & de anno 1443. iterum redijt in iuriſdictionem, & poteſtatem Bononienſium. Ioannes de Imola conſilio nono, per totum: vbi, quod is, qui habitauit per decem annos Bononiæ, & erat de Sancto Petro liberatur ab oneribus, vt Ciuis, etiam ſi Caſtrum prędictum medio tempore fuit extra dominium Bononię per plures annos.

95 Facit Vniuerſitas Caſtri prędicti 330. homines de conſilio, ideo ſi duæ partes ex tribus non ſunt pręſentes non valet arrengum. Io. de Imo. conſil. 32. per totum.

96 Nonantulę, Reuelani, & Baſiliani Caſtra ſunt de Comitatu Bononiæ, & fuerunt conceſſa Nicolao Marchioni Ferrarię ſecundum Anton. de Butrio in capit. final. de conſuet. in penul. colum. verſic. ſed dubium quid ſi Caſtrum, ſequitur Alexan. conſil. 151. Viſo themate, numero 5. verſ. & dico lib. 2.

97 Medicinæ Caſtrum, quod Alex. in loco citando Modicini appellat, non eſt de Comitatu Bononię, nec regitur ſecundum ſtatuta Bononiæ, ſed eſt territorium de per ſe, licet fuerit captum à Bononienſibus, videlicet Bargelinis, Fantucijs, & à Domino Fauentino, vt plene Alexand. conſ. 114. In cauſa, & lite, maxime numero 19. & ſeq. libro 4.

98 Villa Sancti Martini in Argile, & alię villæ territorij Bononię erant incultæ, & ideo emanauit conſtitutio, quod venientes ad habitandum, & laborandum in dicta Villa ſint immunes per quinquaginta annos, cauſa fuit, quia bona Marchionis Eſtenſis contigua erant bene culta in dedecus Bononienſium, ideo talis exemptio competit Ferrarienſi, qui prius habitauerat in agro Bononiæ, poſtea recellit, & iterum redijt, & non poteſt reuocari. Alexan. conſ. 54. Viſo puncto, quod eſt Vincentij Paſcoti, & conſilio fin. lib. 4. quod eſt Barbatiæ, & conſilio 34. libro quinto, quod eſt Alexandri.

99 Bononienſis, Ianuenſis, vel Florentinus dicitur is, qui habet domicilium Bononię, non autem ſi habet ſolam originem in dicto loco. Ancha. conſ. 347. Iſta ſententia, in princip. & poteſt eſſe ratio, quia verba non debent intelligi ſecundum quid, ſed ſimpliciter.

100 Vide tamen Bart. in l. Prouinciales. ff. de verb. ſignificatione, in fin. qui tenet, quod Peruſinus intelligitur, vel quod habeat originem, vel domicilium, de Peruſio intelligitur ſecundum * communem vſum loquendi, videlicet de origine ſola.

101 Et quod imo idem ſit dicere Peruſinum, & de Peruſio. Bart. in l. 1. circa fin. num. 19. ff. ad municip. vbi apoſtill. in ver. idem eſt dicere, & eſt gloſ. in l. ſed & reprobari. §. amplius in ver. comaneus. ff. de excuſat. tutor. idem Bart. in tract. de repręſal. queſt. 7. in princ. vbi apoſtill.

102 Sicut in Comitatino tantum eſt dicere Titium de tali loco Comitatus Bononię, quantum dicere Titium Comitatinum Bononienſem. Alexander conſilio 100. Viſa inquiſitione, in principio lib. 6.

102 Declarat Caſtr. conſ. 209. Circa primum. col. 2, in fin. n. 1. ver. & ſi dicatur. lib. 2. quod in materia fauorabili importat idem dicere Ferrarienſis, vel Venetus, aut Peruſinus, quod de Ferraria, de Peruſio, de Venetijs, & verificatur, ſiue ſit originę, ſiue domicilio, ſecus eſt in odioſis, quia non ſufficit domicilium, cum ſit talis ſecundum quid, non autem ſimpliciter.

103 Epiſcopus Bononiæ ſicut alius Epiſcopus dicitur

tur officialis Ciuitatis . Ancharan. consil. 340. & 341. per totum. Hodie est Archiepiscopatus erectus à fœl. recordat. Gregorio Papa Decimotertio, qui tamen non habuit effectum quoad ciuitates Regij, Mutinę, Ferrarię, Parmę, ac Plasentię.

104 Ecclesia Sancti Petronij, & eius fabrica habet statutum, quod de omnibus hęreditatibus, donationibus, & relictis ad pias causas soluantur duo Bononeni pro singula libra, super quo cõsuluit Alexand. consil. 125. Viso, & consil. 126. lib. 4. quod habet locum semper, quod pauper instituitur hæres, & statur arbitrio iudicis quis pauper dicatur, secus si consanguineus, & adoptiuus instituatur, & filius spiritualis non dicitur consanguineus, licet quoad matrimonium contrahendum oriatur spiritualis cognatio.

105 Constitutio Episcopi Bononien. super residentia omnium curatorum priuat illos ipso iure, si per quindecim dies sine legitimo impedimento abfuerint . Zabarella consil. 132. Duo sunt videnda, per totum : vbi quod debent citari antequam amoueantur a possessione, alias sunt de facto restituendi .

106 Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ Bononien. absente Archidiacono, vel vacante Archidiaconatu succedunt, & deputant in locum Archidiaconi, & fructus, & emolumenta percipiunt. Calderin. dicto consilio 516. alias primo, de priuil. vbi qualiter ista priuilegia intelligantur, & ponit substantiam, & sunt concessa ab Honorio Papa.

107 Archidiaconus Bononię habet priuilegium, quod non fiant Doctores sine sua licentia, de quo priuilegio Calder. cons. 67. Quod est vnicum, de offi. Archidiacon. & latius consil. 516. alias primo, de priuil. vbi ponit substantiam priuilegij concessi a Papa Honorio.

108 Archipresbyteri, & Plebani Bononien. quasi omnes de consuetudine instituunt ad beneficia suarum Plebium, quæ consuetudo valet secundum Geminianum, qui de ea attestatur dum fuit Vicarius Bononię in consilio 117. num. 10. ver. quia ille dicitur .

109 Non tamen præcedit Archidiaconus Bononiæ Vicarium Episcopi generalem, quia Vicarius generalis representat Episcopum, & facit idem consistorium cum eo, Abbas plene consilio 21. Viso dubio, per totum, libro primo: vbi quod neque valet consuetudo contraria, neq; priuilegium Archidiaconi, quod habeat primum locum post Episcopum excludit Vicarium, sed intelligi debet quoad alios excepto Vicario.

110 Monasterium Sancti Michaelis de Bosco Bononię erat regulæ Sacti Augustini, sed propter malam vitam Monachorum dicti ordinis fuit dictum Monasterium concessum monachis montis Oliueti. Petr. de Ancharan. cons. 352. Monasterium Sancti Michaelis, in principio, & cons. 424. Vbi quod monachi antiqui electi sunt extra monasterium, sed tamen habebant alimenta, & acquirebant monasterio prędicto.

111 Primicerius Collegiatę Ecclesiæ Sancti Petronij non habet dignitatem, sed officium, ideo non possunt eidem committi causæ tanquam habenti dignitatem, & sententia lata ab eo esset nulla. Alexand. consilio 77. In causa, & lite numero quarto. versic. contingit, & secundo, libro 2.

112 Rebellionem commisit Co. Manfredus ex Comitibus de Cumo contra Cardinalem Sancti Eustachij Legatum, dum esset illius Capitaneus generalis, & quidam Maynardus, in itinere fuit captus, & confessus est rebellionem, & multi Nobiles Bononiæ propalarunt, & legatum monuerunt. Anchar. cons. 439. Anno 1405. vbi totam seriem ponit.

113 Familiæ aliquę per abusum mutarunt agnationis nomen. Nam Bargellini, hodie apud Alex. consil. 114. lib. 4. appellantur de Burgellinis.

114 Gozadini habuerunt litem cum illis de Monte Renzulo, quos ego credo de Monterentio ad prędens nuncupari, vide Castren. cons. 196. num. 7. & seq. lib. 2.

115 Liber Campionis montis Salis, ex quo gubernatur per personam publicam, & conseruatur in Archiuio publico Ciuitatis, probat quoad omnes in eo descriptos, dummodo causa sit expressa, secus si causa non exprimitur, quia non probat, prout nec etiam probaret circa solemnitates enunciatas, si de eis non constat, nisi esset scriptura, quæ per 30. annos habuisset effectum. Alexand. d. cons. 178. per totum: vbi est casus consilij.

116 Statutum Collegij Doctorum Bononiæ super electione, & admissione, mandat fieri per fabas albas, & nigras, & vota secreta, ideo si vota pro, & contra sunt paria, non dicitur admissus, sub prætextu, quod sanior pars sit in votis fauorabilibus, quia nõ potest probari sanior pars isto casu, quia sunt singulares testes, & non creditur asserenti, quod dedit suffragium fauorabile, plene Alexan. consil. decisiuo 192. perspecta. lib. 6. per totum.

Bononiæ statuta circa diuersa in Ciuilibus . Concluſ. CXXI.

1 CONFIRMATA fuerunt statuta Bononiæ per Papam. Rom. d. cons. 2. in fin. ver. ad hæc omnia .

Contrarium dicit Castren. consilio 196. in fine, quod tempore suo non sunt confirmata, libro secundo .

3 Dicas, quod tempore Alexandri de Imola fuerunt confirmata cum clausula, dummodo non reperirentur contra libertatem Ecclesiasticam, ideo cum sit confirmatio in forma communi non autem ex certa scientia non tollunt iuramentum, quia laici super eo non possunt disponere, & confirmatio, non releuat, ita Alexand. consil. 59. Viso instrumento, per totum. lib. 1. quod est repetitum consil. 39. libro 4. & cons. 18. libro 6. & in eodem casu etiam consuluit Franc. Aretin. cons. 8. Abunde satis, per totum ; vbi quod confirmatio non est ex certa scientia, sed in forma communi, & propterea per confirmationem non sunt effecta Papalia, & quod magis operatur confirmatio specialis statuti simpliciter facta, quam confirmatio generalis statutorum, quia in speciali magis de facili pręsumitur certa scientia.

4 Et iterum idem Alex. cons. 19. Viso instrumento. num. 13. & seq. versic. nec etiam obstabit. lib. 4. vbi quod non ligat Ecclesias, vel Ecclesiasticas perso-

personas in ijs, quę disponit contra ius commune quia aut est conditum à populo Bononię, & clarum est, quod non habet aliquam iurisdictionem in Ecclesias, & Ecclesiasticos. cap. Ecclesia S. Marię, de constit. aut est conditum à Legatis dictę Ci nitatis, & clarum est, quod non valet, quia contra ius cõmune non potest statuere, aut quia est confir matum à Papa, & confirmatio habet clausulam, dummodo non sit contra libertatem Ecclesię, & sic Papa non voluit in aliquo prejudicare liber tati Ecclesiasticę, & ibi num. 15. & 16. dicit esse contra libertatem Ecclesię, si aufert id, quod est concessum Ecclesiasticis etiam in priuilegium.

3 Non tamen valent quoad spiritualia, & iuramenta sublata, quia confirmatio non est facta ex certa scientia, quæ certa scientia non præsumitur, ideo nec clausula excipiens statuta contra libertatem Ecclesiasticam confirmat illicita, & disponentia de spiritualibus, plene Alex. consilio 59. Viso instrumento. num. 8. & 9. ver. nec obstat, quod adducebatur. lib. 1. plenissime Aretin. cons. 8. per totum. vide plenissime glos. ad statutum Bononiæ, super Bulla confirmationis Iulij 4 I. vbi multa hincinde allegat.

6 Statuta Bononiæ confirmarunt statuta collegij Doctorum, ideo Potestas, qui iurauit seruare statuta Bononię, censetur etiam iurasse seruare statuta collegij Doctorum, quia confirmatum est in confirmante. Signorol. Homod. cons. 61. Quæstio talis, per totum, vbi pro vtraque parte.

7 Statutum de vocatis ad ius, & venientibus, in fin. disponit, quod actor si interpelletur ad eligendum locum, in quo velit citari, & non eligat, processus est nullus. Alexan. cons. 64. Et si, in princip. libro 3.

Ex statutis Bononiæ, sub rubr. de inepta actione in omnibus causis proceditur summarie, & de plano, ita Alexand. cons. 70. In causa, & lite, in princ. lib. 7. vbi, quod propterea responderi debet positionibus etiam ante litem contestatam.

9 Instantia Bononiæ est à centum solidis infra dierum 15. à die porrecti libelli continuorum, à centum supra debet causa terminari infra 50. dies continuos, & debet currere à die litis contestatę, quia qualitas à die libelli non est repetita, & quia contra ius commune est, & talis instantia subrogatur loco instantiæ iuris communis, plene Alex. cons. 42. In causa, & lite, in princ. lib. 3. & ibi apostill. dat concord.

10 Et de instantia tam primæ, quam appellationis. Vide plene Alex. cons. 59. lib. 5. maxime super facto precedente consilium, & qualiter iudex possit pronunciare deserta causa, per totum consilium.

11 Et de statuto Bononiæ, quod instantia non possit prorogari, nisi bis, vel per rescriptum, nisi fuerit de consensu partium, late Alexan. consil. 64. Circa presentem. lib. 4. quod est Barbatię, vbi, quod vltra bis potest fieri prorogatio per rescriptum, quando concurrit consensus partium, quia pro iudice, & rescripto superioris presumitur, & dicit in fine. ita practicari in palatio Bononię, licet statutum habeat verba dubia.

12 Et quod per iudicem non possit prorogari, neque per sententiam suspendi, seu declarari, quod superfint tot dies de consensu partium, qui non supersunt, & sententia lata extra instantiam sit nulla. Alex. cons. 82. Viso processu, in princ. lib. 1.

13 Calculus instantiæ de stylo Bononiæ fit hoc modo, quia iudex facit exhibere librum Notarij, in quo notat omnes dies, videlicet iuridicos notat v. feriatos notat ff. ita Alex. d. cons. 82. nu. 6. & 7. ver. nec obstat. lib. 3.

14 Statutum qualiter procedat in causis ciuilibus reo non comparente, dum concedit, quod hypothecaria agens missus in possessionem lucratur fructus, non habet locum reo comparente, quia rubrica declarat nigrum, ita Alex. cons. 70. In causa, & lite. numer. 7. vsque in fin. vers. nunc est videndum. lib. 7. vbi, quod non habet aliquam difficultatem.

15 Appellatio interposita Bononiæ debet infra sex dies peti committi ex prouisione Cardinalis Legati de Fisco. Rom. cons. 2. in princip. ver. ex quo sequitur, vbi, quod habet locum etiam in appellatione interposita ad Papam.

16 Et constitutio legati, vel decretum, seu statutum Bononiæ, quod appelletur secundum ius Ciuile gradatim valet, quia istæ sunt de circunstantijs appellationis. Ioan. de Anan. cons. 51. In causa illorum, per totum.

17 Contrarium, quod imo non valet constitutio Legati Bononiæ, quod non possit appellari, nisi ad Legatum, quia aut non excludit Papam, aut non valet. Castr. cons. 196. Super primo, in fine. ver. item restat. lib. 2.

18 Imo, quod non valeat statutum Bononiæ, quod appelletur gradatim secundum ius Ciuile, ex quo non est confirmatum à Papa, sed solum adfinit litteræ Martini Antianis, quod regerent Ciuitatem secundum laudabilia statuta. Castren. cons. 196. num. 8. ver. super vltimo. lib. 1. prout tempore popularis reginiminis, in quo appellabatur ad quatuor deputatos.

19 Non decisus casus à statuto Bononię remittitur ad iuris Ciuilis dispositionem. Roman. cons. 2. in princip. ver. & dicendum videtur, vbi in fin. vers. ad hęc omnia dicit ea fore per Papam confirmata.

20 Statutum Bononiæ circa legitimationem personarum, quod stetur pronuncię iudicis qualiter intelligatur, & quod non habeat locum in falso procuratore in præiudicium domini. Io. de Anan. cons. 96. vbi Bologn. in apostil.

21 Statutum Bononiæ circa positiones, quod responsio habeatur pro non facta, si est impertinens positio, habet locum si positio aliquo modo potest ostendi talis. Anchar. cons. 145. in princ. quod est Franc. Rampo. & Io. de Canetulo.

22 Item, dum vult, quod negans positionem veram incidat in pœnam 10. librarum non intelligitur ipso iure, sed per sententiam. Anchar. d. consil. 145. num. 2. in fin.

23 Item finita causa principali pro eo, qui negauit non potest agi ad pœnam. Ancharan. d. cons. 145. num. 2.

24 Statutum bollettarum Bononiæ dat iurisdictionem, quod fugitiuus possit capi à iudice bollettarum, & captus non debet relaxari prętextu, quod non bene sit captus, alias iudex tenetur ad damna parti lęsę. Io. de Anan. cons. 55. Quia dubia. per totum, vbi etiam Bologn. plenissime in apostill.

25 Quod lauda exequi non possint pendente reclamatione, & recursu. Alexand. cons. 63. In causa & lite, num. 3. ver. prętera statutum, lib. 3.

Sta-

26 Statutum circa compromiſſum inter conſanguineos vſque ad quartum gradum eſt fauorabile. Anchar. conſil. 159. Rationes quæ, in principio.

27 Et non eſt formale quo ad omnia, ſed ſolum quoad hoc, quod ſit lis inter eos, & quod ſint in quarto gradu. Anchar. d. conſ. 159. per totum, vbi quod exequutio eſt danda non obſtantibus exceptis ſuper eo, quod omnia, quę narrat ſtatutum, non interuenerint de electione tertij.

28 Et confeſsio parentelę ex certa ſcientia, quod ſint in quarto gradu non admittit errorem, neq. probationem in contrarium. Anchar. d. conſil. 159. n. 6. cum ſeq. ver. venio ad ſecundum.

29 Reſtringe, quia huiuſmodi ſtatutum de compromiſsis non habet locum in cauſis mixti imperij, & ſic non habet locum ſi agitur de correctione inſtrumenti, quia iſta expediuntur officio Iudicis nobili. Alex. conſ. 65. In cauſa & lite, num. 2. & ſeq. ver. & dico, lib. 7. vbi quod compellit compromittere in arbitrum non in arbitratorem.

30 Statutum, quod alteri ſtipulari poſſit operatur, quod nedum poteſt ſtipulari, ſed non requiritur ceſsio actionis. Alexand. conſ. 63. Stantibus, num. 23. & ſeq. ver. poſtremo, lib. 4. vſq. in fin. vbi quod loquens in dote data habet locum in dote promiſſa, quando promiſſor eſt in mora ſoluendi.

31 Quod in cauſis pupillorum procedatur ſummariè ſola facti veritate inſpecta, peratur multa, quod teſtes non iurati probant, quod ſolemnitas iuris, & ſtatutorum non ſeruatur. Roma. conſ. 20. numer. 3. ver. ad primum, cum ſequentib. per totum.

32 Statutum Bononię, quod in cauſis pupillorum, & viduarum procedatur ſummarie tollit ordinem iudicij, & non requiritur excuſsio, quæ requireretur. Ioan. de Anania, conſ. 52. in fin.

33 Imo non currit aliqua inſtantia, vt in dicto ſtatuto.

34 Declara, quia tale ſtatutum non cenſetur intentatum, niſi pupillus expreſſe declarauerit, quia ſic diſponit ſtatutum prædictum. Alexand. plene conſil. 55. Quoniam cauſa, per totum, libro 5. vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur.

35 Statutum, quod probatio non fiat per teſtes à quinquaginta libris ſupra, vbi eſt inſtrumentum, & in creditore à centum libris ſupra, eſt adeuitandas falſitates, & eſt odioſum, & reſtringendum; ideo non habet locum in eo, qui promiſit facere abſolutionem, quia ſatisfactus eſt. Io. de Anania. conſ. 64. vbi Bolog. extendit multis caſibus.

36 Item aliud ſtatutum, quod à centum libris ſupra non poſſit fieri probatio per teſtes, quod eſt validum de iure, quia lex ciuilis in multis caſibus hoc admittit, & quod fit per legem poteſt fieri per ſtatutum, & imo valet pactum, ergo ſtatutum, plene Alexand. conſ. 50. In cauſa & lite, in princip. libr. 5. vbi apoſtill. in ver. tenet, dat concord.

37 Ratio huius ſtatuti eſt, vt tollantur falſitates. Alex. d conſ. 50. col. 2. in prin. lib. 5.

38 Et habet locum, ſiue libræ vltra centum petantur in vna partita ſola, ſiue in pluribus partitis, & ſolutionibus annorum cumulatis.

Vide plenius. Statutum circa probationem quando valet, vel non. Concluſio. 638.

39 Statutum circa conſilium ſapientis, vult quod ſi Iudex petito conſilio, & non conceſſo, vel etiam conceſſo, & non expectato conſilio pronuntiat, ſententia eſt ipſo iure nulla, & licet ſtatutum excipiat multos caſus, tamen is qui habet regulam ſtatuti pro ſe, habet intentionem fundatam, ita plene Alexand. conſil. 59. Viſo titulo, nume. 3. & ſeq. vbi plene. lib. 4.

40 Et circa electionem conſultoris, & quomodo eligatur conſultor, & qualiter dentur ſuſpecti, plene declarat Io. de Anania. conſ. 93, nu. 2. ver. circa vero ſecundum.

41 Quod cõparatio fieri debeat per duos, vel tres peritos eligendos, ſed tamen in cauſa pupillorum ſola facti veritate inſpecta, ſufficit, quod fit facta per vnum electum etiam ſine iuramento. Roma. conſ. 20. Viſo puncto, per totum.

42 Feriarum ſtatutum permittit exequutionem ſententię tempore meſsium, & vendemiarum, & ſtatutum eſt conforme iuri communi, ergo etiam poteſt dari familia ad capiendam poſſeſsionem ex conuentione. Alex. conſ. 130. In cauſa, in princ. libr. 4. vbi quod omnia, quę reſpiciunt exequutionem facti poſſunt fieri, prout exequutio pro cautione de non offendendo, pro ſuſpecto capiendo, & ſimilibus, vbi plene de intelligentia dicti ſtatuti, quem videas.

43 Conſtitutio eſt Bononiæ, quod illi de Comitatu, qui continuo habitarunt in ciuitate Bononiæ per decem annos ſint exempti ab oneribus Comitatus; ideo originarius de Caſtro Sancti Petri, qui ſtetit per decem annos efficitur exemptus, etiam ſi ſingulo anno iuit tempore meſsium, & vendemiarum ad Caſtrum pro faciendis recollectis. Ioan. de Imola, conſil. 9. in fin. ſequitur Alciat. de præſumptio. regul. 3. præſump. 22. in fin.

44 Extende, quia conſtitutio habet locum, etiam ſi medio tempore Caſtrum Sancti Petri fuerit ſub iuriſdictione aliena, & occupatum, quia ſufficit, quod à principio decennij, & in fine fuerit de iuriſdictione Bononiæ. Ioan. de Imola dict. conſ. 10. per totum.

45 Statutum artis lanæ, quod non poſsint pignorari petiæ pannorum lanæ ſine licentia Rectoris artis per apocham in ſcriptis, nõ habet locum ſi conſtat de licentia data ſcripta in libro Notarij artis, quia apocha potuit perdi, & leuis ſolemnitas per æquipollens impletur Io. de Imola. conſ. 4. per totum, vbi quod non obſtat aſſertio contraria eius, qui pignorauit, quod non habuit licentiam, quia conſtat de contrario ex libro Notarij cui ſtandum eſt.

46 Statutum de rogationibus Notariorum mortuorum, &c. ſuper quo Alexand. conſil. 14. Viſis, & conſideratis, libr. 6. vbi quod teſtamentum habens teſtes, & actum, &c. cenſetur perfectum, & poteſt leuari in publicum, etiam ſi habeat apoſtillas, & aliqua legata cancellata, quia quoad non cancellata poteſt releuari, vbi plene quando poſsit, vel non releuari, videcum.

47 Statutum de erroribus Notariorũ ſi prohibeat poſſe corrigi errorem Notarij, niſi de eo prius conſtet, qualiter conſtare dicatur, vt ſit facienda correctio. Alexand. conſil. 88. In cauſa, libr. 4. per totum, & quando ſuperior poteſt prouidere, & de quo ſuperiore intelligatur.

Statutum

48 Statutum de officio Notariorum ad cauſas ciuiles diſponens,quod acta in camera actorum portentur,& fidem faciant, non operatur quod ſententia lata cum falſo Procuratore ſit valida. Ioan. de Anan. conſil. 104. Viſis, & ponderatis, maxime quando conſtat ex proceſſu de non mandato.

49 Statutum,quod locatio cenſeatur renouata lapſo tempore non ligat Eccleſias, etiam ſi ſit confirmatum à Papa, quia eſt contra libertatem Eccleſiæ. Alexand. conſil.17.nume.13.& ſeq.ver. nec etiam obſtat,lib.4.

50 Et intelligitur de prima renouatione tantum non deinceps, vt tollatur infinitas.Alexan. plene conſ.16.Breuiter,lib.4.vbi quod eſt contra ius. & ſequuntur Socin. conſil. 89.lib.1. Deci. conſil. 512.num.6.

51 Quod laboratores,& mezadri teneantur laborare terras cum tot araturis,operatur quod probatio incumbit laboratori,quod bene laborauerit. Alexand. conſil. 129. Puto, vbi numer. 2. * dicit * communem, libr. 2. & iterum conſil. 79. libr.4.

52 Contrarium apoſtilla ad Alexand.dict. conſil. 129.in ver. onus,quia dicit,quod ex quo colonus dicit quod laborauit, & dominus replicat, quod non bene laborauit,onus probandi incumbit domino, libr.2.

53 Statutum,quod laborator non poſſit relinquere laborerium, & quod recipiens eum teneatur pro eo verſus primum dominum eſt odioſum,& contra æquitatem, vt vnus pro alio teneatur, idemque intelligitur, quatenus recipiens ſciret eſſe debitorem,vel laboratorem alterius, nec tenetur ſe informare.Ioan.de Anan.conſ.72.per totum,vbi Bolog.in apoſtil.

54 Teſtator poteſt prohibere, quod vſufructuarius non teneatur præſtare fideiuſſionem de vtendo,& reſtituendo,quia ſtatutum ſub rubrica,quod nullus intret poſſeſſionē, &c.hoc diſponit,de quo Alex.con.120. Quia opportune,in fin.libr. 6. vbi quod eſt validum.

55 Succeſſio ſecundum ſtatuta Bononiæ defertur agnatis vſque ad quartum gradum incluſiue, vt ſuccedant in proprietate excluſa matre, quæ ſolum ſuccedat in vſufructu.Angel.conſ.252.Statuto Bononienſi,vbi quod nihil diſponit de ſorore vterina, quæ excluderet patruum de iure communi, & ideo ſtante patruo, matre,& ſorore vterina, qui ſuccedat; nam patruus excludit matrem ex ſtatuto;mater ſororem vterinam de iure communi;ſoror patruum,& concludit, quod patruus ſuccedat in proprietate,mater in vſufructu excluſa ſorore, quæ licet excludat patruum, non tamen ex eodem iure. Ideo regula, ſi vinco vincentem te, non procedit quando prouenit ex diuerſo iure, idem per omnia conſuluit Anchar. conſ. 334.Deceſſit quidam, ea ratione, quia patruus,vel patruelis excludit matrem ad ſui commodum,non ad commodum ſororis,& ideo intrat in locum ſuum.

56 Vide Anchar. conſil. 407. numer. 2. vbi aliter dicit, quod imo fiat diuiſio ſecundum ſtatutum inter ſororem, & patruum, & auia conſequatur à ſorore, quod de iure communi debet, & à patruo vſumfructum nihil allegat,vide eum.

57 Et circa hoc ſtatutum reſtringens ſucceſſionem matris ad ſolum vſumfructum, vt cenſeatur etiam reſtringere legitimam ad tertiam vſusfructus, etiam ex teſtamento. Anchar. conſ. 421. Præmittendum,per totum, vbi quod ſubrogatio vſusfructus debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt ſicuti legitima eſt tertia proprietatis, ita ſit tertia vſusfructus.

58 Et ſtatutum vocat ad ſucceſsionem filios, & liberos maſculos, & mandat filias dotatas eſſe contentas,& nihil petere poſſe, & tale ſtatutum etiam ſi filius maſculus renunciauit cum iuramento ſucceſsioni patris, quia habuit legitimam, vel partem, vocat filios talis renuncianeis excluſi, etiam viuentis ad ſucceſſionem aui excluſi, dotata Amita, quia vigore legis veniunt ex propria perſona, non ex perſona filij eorum patris. Angel. Aretin. conſil. 33. Videtur dicendum,per totum, vbi plura dubia ſuper hoc ſtatuto examinat, quando habeat locum extra territorium quoad mobilia.

59 Vide plene Alexand. conſ. 55. Viſo dicto thomate, vbi quod agnatus in quarto gradu excludit fratrē vterinum, quia ſtatutum vult,quod agnatus in quarto gradu præferatur cognatis etiam maſculis, etiam translatis in ius agnationis, libr. 6. quia iſti translati in ius agnationis per ius commune non propriè ſunt agnati, vbi extendit, quod ſicuti filius excludit ſororem, ita nepos excludet neptem propter conſeruationem præſumptam agnationis.

60 Et de eodem ſtatuto de ſucceſſ. ab inteſtato, §. Agnati, quod ſuccedat patruus in bonis quæ fuerunt auiæ, vel matris, quando filius ſemel adiuit hęreditatem, quia bona ſunt effecta adeuntis, & amplius non conſiderantur, quod fuerint materna, vel auita, quia per additionem deſinunt eſſe talia. Alexand.conſil. 198. Perſpectis, numer. 3. & ſequent.per totum,ver.circa ſecundum,lib. 6. vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc tuetur.

Vide.Bona quando paterna,materna, vel fraterna.Concluſio. 108.

61 Exemptionem perpetuam conceſſit Ciuitas Bononiæ venientibus ad habitandum pro exercitio lanę in dicta Ciuitate.Angel.conſ. 236. Vbi conſuluit pro duobus Mantuanis de Omnibenis,qui venerunt ad habitandum.

62 Statutum de tutelis eſt, quod ſi mater eſt morioſa in ſuſcipienda tutela infra quatuor menſes, & alius ſolemniter detur poſtea, ipſa excludatur, alias ſi non eſt in mora præferatur,ſi modo contingit, quod auia materna ſuſcipiat tutelam infra quatuor menſes,& poſt quatuor menſes agnatus,qui præfertur in ſucceſſione ſuſcipiat tutelam quo ad bona extra Bononiam exiſtentia,& inter ſe contendant. Alexand. conſil. 109. Viſo ſtatuto,dicit quod auia materna præfertur, & non habetur ratio ſucceſſionis, quia tutela irregularis eſt, & non ſubiacet regulis communibus pro vt alię tutelæ.

63 Officiales communis Bononiæ finito officio ſui primi temporis non poſſunt habere prorogationem ſecundum ſtatuta, & reformationes. Angel.conſ.180.Statutum eſt artis.

64 Reſtringe, quia non procedit in officiali artis lanæ,quia habet ars propria ſtatuta permiſſiua. Angel.conſ.180.per totum.

Statutum

Digitized by

65 Statutum de extractione officiorum Bononiæ operatur,quod vno extracto inducit vacationem patris,& fratrum , ac filiorum . Alexan.conſ.48. Super extractione. lib. 1. vbi multa, & de ratione huius ſtatuti .

66 Statutum de emendatione damnorum datorum, quorum illatores ignorantur,ſuper quo Caſtrenſ.conſ.156.Statutum.lib.1.conſuluit,loquitur quando damnum datur per robariam , & illicito modo , non autem ſi alias iuſte , vel per modum iuſtitiç;ſecundo loquitur,quando damnum poteſt reparari per diligentiam non per furtum occultum ; tertio prouidet damnum paſsis in ſubſidium, quando ignoratur quis dederit damnum, ſecus ſi ſciatur ; quarto, communitas ſuccedit in locum damni dantis , quando ignoratur delinquens , vt relenet particulares ; quinto , non habet locum ſi alius puta hoſpes pro furto commiſſo condemnetur , & ſoluat etiam ſi habeat iura ceſſa à damnum paſſo,cui ſoluit, quia ſi iuſte condemnatus eſt , res clara eſt, ſi iniuſte , debuit appellare , vel in ſyndicatu quęrelare , vt eſt caſus dicti conſilij 156.libro 1. vbi , quod non iuuat forenſes .

67 Et huiuſmodi ſtatutum habet locum , quando penitus ignoratur is qui damnum fecit, vel robariam , ſecus ſi ſcitur etiam ſi in genere , quod homines talis loci, licet non in ſpecie. Alexan.conſ. 114. In cauſa, in princ. lib. 4. vbi, quod qualitas illa,quod ignoretur , à quibus debet probari nu. 2.& quod licet ſtari debeat relationi , tamen intelligitur,niſi iuſta cauſa concurrat in contrarium num. 3.& per totum , vbi plura dicit, & maxime num.11. ait non habere locum , quando communitas obſidetur, vel habet guerram , vel alijs occupata eſt maioribus ne addatur afflictio afflicto.

Vide plenius . Statutum,quod Caſtrum,vel villa teneatur emendare damnum . Concluſ. 500.

68 Statutum circa dotes diſponit , quod omnia bona ſtabilia mulieris preſumantur data in dotem viro,& habeat locum in preteritis,preſentibus, & futuris , niſi contrarium appareat per publica inſtrumenta dotalia.Angel.conſ.325.Statuto communis Bononię, vbi , quod eſt exorbitans, & contra ius commune , ideo non habet locum in bonis peruenris vxori poſt matrimonium contractum , maxime, quando vxor illa pro ſe retinuit, & idem Flor. de Sancto Petro. queſtione prima. Mulier,in 1. dubio .

69 Non tamen habet locum in muliere minore , quia ſine ſolemnitate non dotat ſe. Petr. Anchar. conſ.94.

70 Et huiuſmodi ſtatutum de dotibus reſtituendis. §.preterea ſtatuimus,diſponens,quod fructus paraphernalium bonorum lucrentur per maritum , ſi expreſſe mulier non contradixit valet . Alexan. conſ.42.num.13.ver.decimo,& vltimo. lib.1. vbi, quod poteſt ſtatutum ex cauſa auferre ius tertij . Petr.Anchar,conſ.94.num.2.& ſeq. .

71 Imo tale ſtatutum de paraphernalibus habet locum in dotalibus quoad lucrum fructuum à maiori ratione . Ancharan.d.conſ.94. Iſta Domina Ioanna.num.3.& ſeq.

71 Statutum de dotib. reſtit.diſponens, quod mulier teneatur relinquere tertiam partem dotis, & cinsangumenti , & aliorum bonorum fratri non extantibus aſcendentibus,neque liberis,habet locum etiam ſi mulier minus reliquit , & iuſſit fratrem tacitum eſſe . Alexand. conſ.55. Conſideratis verbis , in princ.lib.1.

73 Et comprehendit tã fratres maſculos,quam ſorores,quia licet ſit ſtatutum odioſum contra ius commune, tamen ſtatuentes alibi loquuti de fratribus maribus declarant,quod venit ſoror,plene Alex.conſ.85.Animaduerſis,per totum.lib. 4. vbi tollit contraria .

74 Contrarium infra ver.ratio.nu.78.

75 Imo frater , & agnatus reuocat vigore ſtatuti donata in fraudem , ſuæ tertiæ , non ex remedio inofficioſo , ſed quia in fraudem fuit facta donatio . Alex.d.conſ.55.in princ.lib. 1.quia alias eſſet aperta via fraudibus .

76 Statutum de dotibus reſtituendis . §. inſuper etiam ſtatuimus , & ſtatutum de liber. ſucceſſio. videntur contraria , primum , quod nepotes ex filia ſuccedentes auo non imputant dotem matris in legitimam , neque dotem nepti ex filia datam mortua nepte imputat filia mater neptis in legitimam, ſecundum autem ſtatutum , quod dos data filiæ imputetur in legitimam , ſed non ſunt contraria , pleniſſime Alex. conſ.117. Viſo titulo, per totum . libro 6. vbi tollit contraria.

77 Et etiam reuocatur donatio quatenus eſſet propter merita , niſi probentur , item reuocatur alienatio,quatenus viliori pretio fuerit facta , & pro ea parte,quæ ſine pretio eſt alienata,pro alia vero parte dubitat Alexan.niſi quatenus in fraudem probaretur.Alex. d.conſ.55.per totum , vbi ponit practicam.lib.1.

78 Ratio huius ſtatuti eſt, vt bona conſeruentur in agnatione , & habet locum etiam in vidua. Alex. d.conſ.55.circa fi.lib.1.& plenius conſ.101. Super eo.lib.3. vbi num.14. quod fratres vocat propter agnationem .

79 Statutum Bononiæ de dotibus reſtit. §. prouidentes, per quod prohibetur omnis contractus etiam cum iuramento factus de vltimis bonis mariti in præiudicium dotis reſtituendę, reſpicit fauorem dotium , non fauorem mulierum , ideo ſi mulier alienauit cum iuramento afferendo bona ſua,non poteſt venire ex dicto ſtatuto , quia non tollit iuramentum , ex quo non eſt confirmatum ex certa ſcientia Papæ. Alexan. conſ.59. Viſo inſtrumento. num.8.& ſeq.& maxime num.11.vſque in fin.lib.1.ſuper quo etiam conſuluit idem Areti. conſ.8.per totum.

80 Reſtringe, quia quatenus iure ſpeciali reuocetur alienatio mulieris ex dicto ſtatuto , non tamen reuocatur fideiuſſio pro muliere,occaſione prædicta. Alex.d.conſ.59.num.11.lib.1.

81 Ad declarationem huius ſtatuti de lucro dotis an ſcilicet habeat locum, ſtantibus filijs mulieris ex primo matrimonio confert ſtatutum antiquum , de quo Anton.de Butr.conſ.vlt.vbi inſerit ſtatutum antiquum .

82 Et quod maritus lucretur medietatem dotis ex iſto ſtatuto.Alex.conſ.100.Ex inſpectione.li.3. vbi , quod ſi Florentinus contraxit domicilium Bononię,etiam quod in Florentia contrahat matrimonium , vbi tota dos lucratur , tamen debet attendi ſtatutum domicilij, etiam ſi vxor Florentiæ ſit mortua .

83 Statutum de lucro dotis datæ, vel confeſſatę habet locum in dote promiſſa , quando promittens eſt in mora ſoluẽdi.Alex.plene conſ.63.Stantibus, n.24.& ſeq.ver.comprobatur ex diſpoſitione,li.4.

Com-

84 Compromitti non poteſt in Vicarium Poteſtatis, quod ſtatutum habet tam in compromiſſo ſuper litibus ortis, quam quæ oriri poſſent, & ſic in pretio venditionis declarando. Caſtren. conſ. 268. In facto illorum.num.1. ver. ſuper quo breuiter.lib.1.

85 Statuta antiqua Bononię circa teſtamenta inſcriptis dabant neceſſitatem, quod ſigillata deberent tradi apud ſacriſtiam alicuius Monaſterij per procuratorem conſtitutum ad hoc, quæ ſolemnitas ſi omittatur annullat teſtamentum. Signorol.conſ.87. Factum ſic preſupponitur,per totum, vbi etiam de ſtatutis nouis ibi differit.

86 Eadem ſtatuta antiqua diſponebant, quod in alienatione minoris quatuor teſtes interuenire debeant, quorum vnus ſit agnatus, ideo ſi interuenit ſpurius, vel etiam aliquis legitimatus, qui non eſt agnatus vere tranſuerſali, & non eſt ſtatuto ſatisfactum. Signorol.conſ.87.nu.9. ver.hinc reſpondet, vbi, quod ille teſtis agnatus debet iurare contractum, non eſſe in prejudicium minoris aſſertiue, non per credulitatem.

87 Statutum prohibens minorem poſſe ſtabilia alienare ſine ſolemnitatibus habet locum etiam in conſtitutione dotis. Petr. Anchar. conſ. 94. Iſta Domina Ioanna.

88 Et de ſtatuto circa ſolemnitates minorum, vt impubes non poſsit ſine authoritate tutoris, pubes non poſsit ſine curatore, & cum decreto doctoris, & alijs ſolemnitatibus. Alex. conſ. 15.Attentis. num. 3. lib.7.

89 Statutum, quod idem ius reddatur, &c. operatur, quod forenſis, qui vult ſibi ius reddi,& frui beneficio ſtatuti debet docere, quod in patria ſua ſimile ſtatutum exiſtat,alias ſuccumbit.Caſtr. conſ.156. in fin. lib. 1.

Vide. Quod quiſque iuris in alium ſtatueris. Concluſ. 49.

90 Statutum ſuper inſinuatione, & regiſtratione inſtrumentorum, & teſtamentorum declaratur per Alex.conſ.141. Viſo teſtamento, per totum, lib.2.quod dum admittit quandocunque regiſtrari poſſe, intelligitur quoad teſtamenta, & inſtrumenta in tempore præſentata, ſed non ſubſcripta, & auſcultata, & expedita, alias ſi de omnibus intelligeretur eſſet eluſorium ſtatutum.

91 Et de iſto ſtatuto Bononię de regiſtrandis, &c. quod ſit ad tollendas fraudes, & non habeat locum contra Eccleſiam, & piam cauſam, late Alexand. conſ.209.Statutis accurate, per totum, in princip. lib. 2. vbi ponit plurima exempla, & authoritates.

92 Statutum circa emancipationes notificandas ſufficit, quod à quocunque notificentur etiam ſi notificans non habet mandatum, quia præſumitur ex ſcientia, & patientia emancipati.Caſtren. conſ.84. in fin.lib.1.

93 Statutſi DD. haueris Bononię,quod cuſtos carcerum teneatur pro debitore carcerato de mandato officialis Bonon. aufugiente, habet locum etiam ſi carceratus debitor ſit Epiſcopi Bonon. etiam ſi iniuſte detentus ſit, Ancharan. conſilio 340.& 341.

94 Statutum, quod tertius comparens,& allegans habere priora iura, impediat exequutionem eſt conforme iuri, & nullam habet difficultatem. Alexand. conſilio 45. In cauſa, & lite. libro 5. in principio.

95 De ſtatuto,quod cauſa appellationis ab interlocutoria terminari debeat infra quindecim dies, loquitur Anchar.conſ.342.& 343.

96 Statutum,quod petens exequutionem contra debitorem habeat expreſſam hypothecam in bonis debitoris, quæ poſſidet tempore petitæ exequutionis, requirit probationem, quod poſſideret eo tempore rem, quæ prætenditur hypothecata. Alex. conſ.45.in fin.lib.5.

97 Statutum de tranſmiſſione hæreditatis ad quoſcunque intelligitur de delata, & per omnia habet locum in extraneo, prout de iure communi tranſmittitur à ſuis, & in ſuos. Anchar. conſilio 354. Quidam Antonius. per totum, vbi, quod etiam delata dicitur ſub conditione,quando conditio nondum effectuata poterat ſciri, prout euenit, & idem tenet Ant.de Butr.conſ.78.prope fin. vbi, quod procedat in ſuo, & extraneo probat, quia ſimul loquitur de immixtione, quæ non conuenit ſuo.

98 Et procedit etiam in infante decedente, quia tranſmittit ad matrem, & alios. Io. de Anania conſ.73.in 2.dubio.

99 Et idem eſt in legato non agnito, quia tranſmittitur. Io.de An.conſ.75.circa fin.

100 Statutum de rebus communibus, quod non poſſint alienari,niſi requiſito conſorte coniuncto, habet locum, etiam ſi alienatio fiat habenti partem, qui non eſt coniunctus, quia inter plures conſortes præfertur coniunctus. Anchar. conſil. 370. Ante omnia, & conſ. 371.Quod eſt Floriani de S. Petro.

101 Extende, quia habet locum etiam ſi ſola pars muri ſit communis, & alienatio facta de parte in fraudem, (& ſic in pluribus vicibus,vt euitetur communio) non præiudicat. Anchar. conſ. 169, Præſupponitur.

Bononiæ ſtatuta criminalia. Concluſ. CXXII.

1 STATVTVM, quod Poteſtas Bononiæ teneatur pro delicto, & debito ſuæ familiæ,intelligitur ante factas cridas, poſt cridas intelligitur ſecundum ius commune,quia caſus eſt omiſſus,vt teneatur pro delictis, & commiſſis in officio,non extra officium, & in omnem vſum tenetur ſolum ciuiliter, & tenetur donec exhibeat. Rom. plene conſ.11.vbi apoſtilla.& conſ.15.vbi apoſtilla. & ponit plura dubia, quæ videas.

2 Statutum Bononiæ de pœna vendentis. §.præterea, quod locatio cenſeatur renouata, niſi per tres menſes ſit proteſtatum, & cenſeatur cum eiſdem pactis an habeat locum in locatione cum pacto retrouendendi.

Vide. Locatio quando renouata cenſeatur. Concluſ.421.

3 Criminalia ſtatuta circa monetas, quod quicunque falſum in moneta, ſeu circa monetam quomodocunque commiſerit, vel committi fecerit, vel ſciens eam falſam expenderit, igne cremetur, niſi videatur d. Poteſtati pœna mitiganda in expendente ratione modicitatis pecuniæ, vel ex alia cauſa, ſuper quo Alexand. conſ. 121. Viſo proceſſu. num. 4. & per totum. ver. ſi autem attendamus.lib. 7. vbi, quod armiger,qui

expen-

expendit quatrenos falsos non potest puniri pœna mortis, quia modica est summa pro vno scuto, item quia in moneta minuta, item quia arbitraria pœna non debet esse mortis, nisi de iure, vel consuetudine aliter esset statutum, & de hoc statuto Bononiæ Menoch. cas. 316. nu. 21.

4 Statutum, quod Comitatinus vulnerans Ciuem cum sanguine habet locum, siue vulnus sit minimum, siue non, quia non distinguitur. Alexan. cons. 100. Visa inquisitione. num. 7. vsque in fi. ver. nec obstat. lib. 6.

5 Statutum, quod Comitatinus vulnerans Ciuem non audiatur, neque defensio sua recipiatur, nisi se constituat in carceribus habet locum, siue vulnus sit magnum, siue paruum. Alex. cons. 100. Visa inquisitione. libro 6. vbi, quod satis qualitas Comitatini exprimitur si dicitur talis de tali loco Comitatus Bononiæ, & num. 7. vers. nec obstat, dicit, quod probatio pro contumace facto non attenditur.

6 Statutum Bononiæ de pœna vendentis rem alienam. §. præterea statuimus, quod locatio finita censeatur renouata cum eisdem pactis non habet locum in locatione facta cum pacto redimendi. Ioann. de Imol. cons. 36. in princip. Bero. cons. 153. num. 18. & 19. libro 1. & cons. 65. num. 3. & 4. lib. 3. Ruin. cons. 114. libro 1. Cagn. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. num. 188. Alexan. cons. 76. Visis dubitationibus. col. 2. lib. 5.

7 Contrarium Alex. cons. 17. Ponderatis verbis. libro 4.

8 Statutum, quod pro homicidio non succedat homicida patri, tollens successionem, tollit etiam confiscationem bonorum, sed non habet locum in patricida, quia licet sit homicida, grauius tamen est, & magis punibile. Io. de Anan. cons. 63. vbi Bologn. in apostill.

9 Statutum, quod pax habita ab hærede offensi sufficiat ad liberandum bannitum, habet locum si habeatur à spurio si ad eum per mediatam personam hæreditas peruenit, puta mortuo offenso successit filius legitimus mortuo filio successit auia mater offensi, qua mortua ex testamento successit spurius offensi, quia hæres hæredis testatoris est hæres. Io. de Imol. cons. 71.

10 Quod detineri non possit inquisitus, vel confessus, nisi possit personaliter puniri, procedit, quia detineri non potest is qui in subsidium potest puniri si non soluat, quia si vult fideiubere debet relaxari. Io. de Anania cons. 21. per totum, vbi Bologn.

11 Statutum de pœna facientis guarnimentum, andatam, seu caualcatam qualiter intelligatur, plene Alex. cons. vltimo. Viso processu. libro 2. vbi, quod per andatam, & caualcatam intelligitur aduuatio decem hominum armatorum, & supra, guarnimentum 20. hominum, & supra, & quod qualitas debet probari, quod fuerit facta aduuantia ad malum, & quod adfit is, qui congreganit, alias inquisitus debet absolui.

12 Contumax habetur pro confesso secundum statutum Bononiæ, quæ confessio non probat delictum, neque aliud operatur, nisi quod potest condemnari. Angel. cons. 373. Visis instrumentis, in fin. num. 7. ver. item nec constat.

13 Statutum Bononiæ, quod contumax habeatur pro confesso non habet locum, quando contumacia fuit procurata ab accusatore, item non habet locum quoad qualitatem alterantem delictum, item non habet locum quoad pœnam parti applicandam, item non habet locum, vbi statutum requirit veram probationem delicti, plene Anchar. cons. 408. Probata tanti viri.

14 Quod banniti possint impune offendi non habet locum in interfectore banniti in contumaciam, quando interfector procurauit contumaciam. Anchar. d. cons. 408. in princ.

15 Extat statutum Bononiæ, quod banniti possunt impune offendi, & adimit bona, super quo Anchar. cons. 275. Filio suo, vbi, quod non tollit statutum iura gentium, & sic suitatem, nec nomen hæredis.

16 Quod mulier non possit priuari dote ob adulterium, nisi fuerit cognita requirit veram probationem, nec sufficit ficta per contumaciam. Anchar. d. cons. 408. num. 3.

17 Statutum de priuato carcere restringitur per gerundium tenendo occulte, quatenus vero loquitur de eo, qui palam detinet, restringitur dummodo principaliter libidinis causa, secus si secundario detineat. Vide plene Alex. d. cons. 1. n. 21. & seq. vsque in fin. ver. postremo. lib. 3.

18 Et quatenus etiam punit eum, qui palam adduxit filiamfamilias, & detinet publice libidinis causa, non habet locum in eo, qui clandestine, & de nocte adduxit, & palam detinet, quia casus est omissus. Alexan. d. cons. 1. num. 25. ver. denique. lib. 3. vbi num. 26. & seq. vbi etiam dicit, quod dictum statutum non habet locum, quando in consequentiam libidinis causa quis detineret, vt quia in vxorem duxisset, quia debet intelligi, quando principaliter ex libidine detinet, & multa similia adducit.

19 Statutum sub rubrica de pœna aliquam personam desponsantis, &c. punit pœna mortis subducentem, & extrahentem mulierem inuitam de domo sua, vel ascendentis, sine voluntate dicti ascendentis, si vero mulier fuerit volens, punitur pœna mille librarum, super quo Alexand. consilio 1. numero 14. & sequen. vers. posito autem. lib. 3. vbi, quod si confessio rei est, quod subduxit volentem mulierem, & maxime ipsa hoc confitente debet probari, quod inuita fuit extracta, & locus est pœnæ mille librarum tantum.

20 Extende, quia dictum statutum punit pœna mortis desponsantem inuitam, sed sufficit confessio mulieris, quod non inuita fuerit desponsata. Alexand. d. cons. 1. num. 19. ver. non obstat etiam. libro 3.

21 Statutum sub eadem rubrica de pœna aliquam personam desponsantis, &c. punit eum, qui sine consensu patris contraxit matrimonium cum filia in pœnam dotis, quæ applicatur patri nisi filia esset maior 20. annis, quod statutum non valet tanquam impeditiuum libertatis matrimonij, secundum magis communem * opinionem, de qua Alex. d. cons. 1. num. 19. & seq. maxime nu. 21. libro 3.

22 Statutum Bononiæ de pœna custodum carcerum in vers. carcerati vero fugientes, &c. inducens, quod fugiens ex carcere habeatur pro confesso de crimine, pro quo detinebatur, & quod ponatur in banno, non habet locum in eo, qui ex iusta causa aufugit, prout si erat indebite carceratus, vel fuit indebite tortus sine inditijs, quia

impune

-impune poteſt aufugere, & iudici de facto reſiſte-re, plene Alex. conſ. 144. Poſt redditum, per to-tum. lib. 2.

23 Statutum de pœna petentis executionem ſen tentiæ, à qua fuit appellatum, vt condemnetur in libris 25. non habet locum ſi appellatio tranſi-uit deſerta, vel fuit fruſtatorie interpoſita. Alex. conſ. 59. Viſo tituto. nu. 6. & ſeq. verſ. ijs ſic præ-ſuppoſitis. lib. 4.

24 Imo etiam ſi appellatio eſſet bona, non habet locum pœna, ſi non perſeuerauit vſque in finem, ſed deſtitit in cauſa appellationis. Alex. d. conſ. 59. in fin. lib. 4.

25 Statutum, ſeu conſtitutio contra homicidas, quod non audiantur, neque defendantur, niſi ſe conſtituant in carceribus, operatur, vt non audia-tur aliquis pro eo, etiam pater, & alij, & dicti ſtatuti tenor præcedit conſilium Alexand. 65. lib. 4. quod eſt Vincentij Palæotti, qui conſuluit, quod talis conſtitutio non habet locum in mandante, fieri homicidium, & licet alleget pleniſsime pro vtraque parte, tamen hanc tuetur, quia loqui-tur in perſonam, ſi quis occiderit, ſecus ſi in rem loqueretur, prout ſi diceret pro homicidio, vel homicida puniatur, quia tunc etiam mandans continetur.

26 Statutum de pœna vulnerantis prohibet iudi-cibus ne poſsint imponere maiorem pœnam, quam ſit per ſtatuta deciſum, ideo priuantur omni potentia, & ſi aliter faciunt, ſententia eſt nul-la. Alexand. conſ. 77. Viſis dationibus, in princ. libro 3.

27 Item, quod banniti poſsint impune offendi, ſu-per quo Alexand. d. conſ. 77. in princip. & per to-tum. lib. 3.

28 Item, quod bannum bannitorum non poſsit perpetuo caſſari, vel annullari, quia non habet lo-cum in banno nullo, ſed loquitur de valido, quia nullum caſſari non poteſt, & intelligitur de caſſa-tione via iudiciali, non autem per viam ſupplica-tionis. Alexand. conſ. 77. num. 17. & ſeq. ver. pe-nultimo non obſtat, iuncto num. 21. ver. & per hoc patet. lib. 3.

29 Conſtitutio Domini Ioannis de Amelia tollit omnes nullitates, & exceptiones contra ſenten-tias latas contra bannitos, vt non audiantur vllo prætextu, quæ conſtitutio non cenſetur tollere nullitates inductas à ſtatuto Bononiæ, item non ligat iudicem, ſed partem; ideo ſi iudex videt iniquam condemnationem poteſt non curare, maxime quando agitur de publica vtilitate, item non tollit nullitates apparentes ex proceſſu, vel ex ſententia, vel quæ ſit notoria. Alex. d. conſ. 77. num. 19. ver. poſtremo, vſque in fin. lib. 3.

30 Statutum ſub rubrica de tondolo, & tormento, diſponit, quod nemo poſsit torqueri, niſi præce-dentibus legitimis indicijs, quæ recipiantur in actis per Notarium forenſem, & debeat prius da-ri copia reo, ſi eam petat, ideo ſi non ſeruatur forma ſtatuti, tortura, & confeſsio eſt nulla. Alexand. conſ. 1. Viſo proceſſu, in princ. ver. quia ad hoc. lib. 3.

31 Extende, quia huiuſmodi ſtatutum ligat etiam Vexilliferum, & Antianos. Alex. d. conſ. 1. nu. 6. ver. nec prædictis obſtat. lib. 3.

32 Statutum de confeſsionibus reorum dat for-mam qualiter ſcribi debeant, & ſi non ſeruatur -forma ſtatuti, confeſsio etiam perſeuerata, & -ratificata in tormentis habita eſt nulla. Alexand. -conſ. 1. in princ. lib. 3.

Bonus quilibet præſumitur, & quando ſecus. Concluſ. CXXIII.

1 QVILIBET præſumitur bonus in dubio, quia bonum etiam in dubio præſumitur. Areti. conſ. 23. num. 10. ver. ad tertium.

Vide plenius per Maſcard. Concluſ. 222. Bonus quomodo quilibet præſumatur, vbi ampliat, & limitat.

Vide. Fraus non præſumitur. Concluſ. 476.

Vide. Dolus quando præſumatur, vel non. Concluſ. 573.

Vide. Præſumitur bonum in dubio. Concluſione 616.

2 Amplia, quia propterea magis creditur teſti-bus deponentibus ſuper bono, quam ſuper malo propter præſumptionem iuris.

Vide Maſcar. Concluſ. 223. Maior ne fides.

Vide plenius. Teſtes in concurſu qui præuale-re debent. Concluſ. 239. num. 25. & multis ſeqq.

3 Amplia etiam poſt accuſationem, vel inqui-ſitionem ſuper delicto, quia niſi delictum proba-tur, non præſumitur accuſatus, vel inquiſitus cul-pabilis. Bald. conſ. 410. In cauſa, & quæſtione. n. 1. in fin. ver. ſed quia non ſtatim. lib. 2.

4 Amplia, quia nemo præſumitur malum conſi-lium dare, ſed bonum, aut nullum. Bald. d. conſil. 410. num. 7. ver. quæritur ergo. lib. 1.

5 Amplia, quia delictum non præſumitur, & quan do ſecus.

Vide. Delictum non præſumitur, & quando ſecus. Concluſ. 165.

6 Limita, quia malus ſemel ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.

Vide. Malus ſemel. Concluſ. 28.

Vide Socin. reg. 4. Bonus quilibet præſumitur, vbi ampliat ſemel, & limitat duobus modis.

Bouem perijſſe quomodo probe-tur. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 239. Bouem, & Concluſ. 165. Caprarius.

Vide. Cuſtos animalium quando teneatur de interitu, vel non. Concluſ. 1118.

Vide plenius. Mors qualiter probetur, & quos probare debet. Concluſ. 400. num. 18. & ſeq.

Bracharenſis Eccleſiæ ſtatuta, & priuilegia. Concluſio. CXXIV.

1 EPISCOPVS Bracharen. electus abſq; con-firmatione ſtatim adminiſtrat de conſuetu-dine Portugalliæ. Oldrad. conſ. 9. Poſito ſine præ-iudicio. num. 5. ver. item proponit.

Brachium

Digitized by Google

Brachium seculare quando inuocari possit, & concedi debeat. Concluſ. CXXV.

1 BRACHIVM seculare inuocari potest à iudice Ecclesiastico ordinario quando ipse fecit quantum potuit expendendo remedia Ecclesiastica. Oldrad.conſ.89.circa fi. Felin in c.significasti,de off.deleg.

2 Contrarium,quod imo etiam antequam expenderit remedia spiritualia possit vti gladio temporali,& brachium seculare obtinere. Calderin. conſ.95.num.4.alias 1.de tregua,& pace,qui dicit * communem.Felin.in cap.significasti,de officio deleg.

3 Declara,quia Princeps,seu iudex secularis non tenetur concedere brachium seculare Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, nisi prius Ecclesiasticus expendiderit censuras, & remedia, quę habet cap.1.de offic.ordin.& ibi scrib.& in c. 2.de maledi. & in c. cum non ab homine,de iudi. vbi Felin. in 1.not.Feder.de Sen.conſ. 251. Casus talis est,in fin.

4 Hodie cessat hæc difficultas, quia Concilium Tridentinum sess.25. cap. 3. da reformat.dat nouam formam, vt iuo Ecclesiasticus abstineat à censuris, & excommunicatione, sed vel exequatur per se ipsum etiam contra laicos in casibus ad forum Ecclesiasticum spectantibus, vel inuocet brachium seculare faciendo exequi per alienos exequutores.

5 Declara,quia ante Concilium non est vera illa conclusio, quod possit denegari brachium seculare Ecclesiastico, nisi prius expendiderit censuras, & remedia Ecclesiastica, quia communis* opinio est in contrarium, de qua Calder. d.conſ. 95.n.4.alias 1.de tregua,& pace, sed in omnẽ casum tenentes opinionem contra Ecclesiasticũ debent intelligi, quando Ecclesiasticus petit brachium seculare pro exequutione personali,secus si pro reali,quia omnino debet concedi,& ita esse distinguendũ etiam inter iudices seculares, & in hac materia dicit Bald. consil. 156. libro 5. per totum.

6 Amplia, quia delegatus etiam potest inuocare brachium seculare. Oldrad.relatiue d.conſ.89. in fin. vbi se remittit ad Guil. de Montelaud. distinguentẽ in c.1.de off.deleg.in 6.& in conſ. 278. in fin.num.9.dicit quod de iure potest,sed de obseruantia Curiæ Romanæ contrarium obtinetur, & quod possis de iure. idẽ Oldr.conſ.319.in fi.& plenissime Feder.de Sen.conſ.163. In Christi nomine anch,per totum vbi tollit contraria, & hanc partem tenet Felin.in c.dilecta,in princ.ver.& gusta, de maio.& obed.

7 Declara melius, quia etiam cessante prouisione Concilij Tridentini vera est conclusio, quod contra personam Ecclesiasticam non debet Episcopus, & Ecclesiasticus inuocare brachium seculare. quia est species iniuriæ dare Ecclesiasticam personã in brachio seculari, si vero est cõtra laicum inuocat statim, & non adhibetur vlla distinctio. Hostien.in cap. 2. de foro compet. circa fin. ver.sed caueat Episcopus, allegat c.vniuersitati, & cap.vt fame. 5.laici.de senten.excommunicat.

8 Contrarium de obseruantia Curiæ. Oldr.dicto conſ. 278.in fin.num.9.Feder.de Sen.conſ.251.nu. 4.ver.præterea,allegat Archid.in c. inquisitionis, in fin.de hæret.

9 Amplia,quod brachium seculare possit, & debeat inuocari contra laicum pro crimine Ecclesiastico.Oldrad.conſ.86.

10 Amplia, quod brachium seculare potest inuocari contra contemnentem sententiam excommunicationis.Anchar.in c.postulasti,de homic.& dicitur contemnere eo quod infra terminum non facit,quod debet.cap.ex publico,de conuersio.coniug.apostill.ad conſ.Oldrad.319.in fin.ver.nedum brachium.

11 Declara, quod vbicunque brachium seculare potest inuocari à iudice Ecclesiastico,debet inuocari solum quando remedia Ecclesiastica deficiunt,& ordine seruato, quia non est incipiendum à cauda, sed à capite. Federic. de Sen. consilio 251. Casus talis est,Iacobus. num. 4. versicul. item dato.

12 Extende hanc declarationem in tantum, vt si Iudex Ecclesiasticus inuocet brachium seculare nulla præcedente sententia, non debet secularis dare suum brachium,nisi iuste inuocetur, & summatim hoc examinabit.Feder.de Sen.d.conſ.251. nu.3.in fin. ver.quid plus.

13 Limita, quia Episcopus habens temporalem iurisdictionem potest vti gladio, & brachio seculari, & bellum mouere etiam si primo non sit vsus gladio spirituali. Calder.conſ.95.num.4.in princ.alias 1.de tregua,& pace:vbi dicit * communem opin.

14 Limita, quod Iudex Ecclesiasticus non potest inuocare brachium seculare, quando pendet appellatio, & si inuocat, eo casu potest denegari per iudicem secularem. Oldrad. consilio 89.

15 Limita, quia si iudex Ecclesiasticus non iuste decernit,non tenetur iudex secularis illi parere in prophanis,c.administratores 23.quæst.5.Oldrad. conſ. 89. Episcopus inuocat. Anchar. conſ. 382. Angel.conſ. 286. Aflict.decis. 220. In Causa Domini Ioannis. numero 9.Felin.in cap.cum sit generale. num. 8.de foro compet.

16 Declara quando ex ventre sententiæ constaret de iniustitia,alias secus,quia non potest secularis de iniustitia cognoscere,neque de nullitate,nisi sit euidens nullitas,quo casu remittit ad Ecclesiasticum, non autem potest aliquid pronunciare.Ro. conſ.51.Attentis ijs,per totum.

Vide.Iudex secularis qualiter exequatur sententiam iudicis Ecclesiastici.Concluſ.429.

Vide. Iudex secularis quando non præstat brachium Ecclesiasticum.Concluſ.430.

Vide. Exequutor sententiæ quam cognitionem habeat.Concluſ.484.

Brachium militare quando,& quibus modis concedendum. Concluſ. CXXVI.

1 BRACHIVM militare,seu exequutio per viam brachij militaris non potest concedi contra aliquem, qui possederit per viginti annos, & non reperitur citatus in iudicio tenutæ allegatæ,

nisi interuenerit in instrumento recognitionis, cuius exequutio petitur, & per consequens non potest dici affectus præceptis de disgumbrando, de quibus in causa tenutæ, neque præcepto guarentigiæ, de quo in instrumento, & ideo ab eo vti occupatore ob contumaciam non possunt bona auferri, quæ solent ab alijs. l. qui restituere. ff. de rei vendic.

Vide. Missio in possessionem quando tuenda, vel non. Conclus. 290.

Vide. Hypothecaria auocat possessionem, & quid veniat in hoc iudicio. Conclus. 126.

Vide. Tenutarius, seu missus in possessionem ex primo decreto non possidet, nec lucratur fructus, & quando secus. Conclus. 44.

2 Amplia, vt procedat etiam si fuisset citatus, quia cum actor passus fuerit eum possidere, sibi præiudicauit, per ea quę deducit Ang. & Im. in l. si finita. §. pen. ff. de damno infecto, maxime quando possessor vltra 10. annos possedit, quo tempore per obliuionem perditur possessio ciuilis. l. si de eo. §. 1. ff. de acquir. poss.

3 Amplia, quia non potest concedi brachium militare in plus, quam contineatur in sententia.

Vide. Exequtio sententiæ qualis esse debeat, & quando nulla. Conclus. 482.

4 Amplia, quia brachium militare impeditur per pendentiam litis super nullitate, item per compromissum factum.

Vide. Exequutio sententiæ non retardatur multis casibus. Conclus. 488.

Vide. Exequutio sententiæ, & instrumenti exequutiui non est danda multis casibus. Conclus. 489.

5 Amplia, quia brachium militare non debet concedi primo emptori pro pretio declarando, cum constituto contra secundum emptorem cum constituto, cui actualis possessio fuit tradita antequã pretium primę venditionis esset declaratum, quia constitutum primæ venditionis dependebat ab euentu pretij declarandi per arbitros. l. fin. C. de contrah. empt. Ruin. cons. 136. n. 2. lib. 1. ideo licet constitutum esset purum appositum, tamen in contractu conditionali non transfert possessionem, nisi purificata conditione contractus. Alexand. cons. 83. num. 6. lib. 2. Deci. cons. 147. colum. 3. Grat. cons. 69. col. 2. lib. 1. Gozad. cons. 20. Ripa libro 3. respons. cap. 20. Tiraquel. de constit. in 2ª parte. ampliat. 25. eueniente conditione debuit probari, quod venditor possideret, quia constitutum non probat possessionem contra tertium. Bald. in l. siue autem. §. 1. ff. de publicia. in rem actio. Docto.* communiter in l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. poss. Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. Tiraquel. de constit. in 3. parte princip. in 1. limit. num. 8. & num. 20. sed hoc est impossibile probare, quia tempore declarati pretij non possidebat, quia secundo emptori tradiderat, ergo alteri non potuit tradere, quod ipse non habebat. l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. Nec obstat, quod purificata conditione trahatur retro effectus, quia non procedit in præiudicium tertij, & re non integra. Tiraq. d. tract. de constit. parte 2. ampl. 17. num. 4. cum seq.

6 Restringe, quia potest, & debet concedi emptori simpliciter, quando eidem fuit facta traditio per constitutum, quia in eum dicitur translata possessio, & translatum dominium. Bart. in l. ab emptione, vbi Ias. & alij. ff. de pactis in l. quod meo. ff. de acquir. possess. maxime stante guarentigia.

7 Amplia, quia non potest concedi exequutio, & brachium militare, nisi constet prius de iure exequibili, & quid, & quantum sit, & sic nisi prius facta fuerit certificatio, & liquidatio. l. hæc autem. §. 1. ff. ex quibus causis in possessionem eatur.

Vide. Exequutio sententiæ, & instrumenti exequutiui non est danda multis casibus d. Conclus. 489.

8 Amplia, quia exequutio, & brachium militare non potest concedi, si debitor pendente iudicio etiam exequutiuo offert debitum cum deposito subsequuto pęnes camporem iuxta formam sententiæ.

9 Limita, quia Florentiæ regulariter pro exequutione sententiæ imploratur brachium militare. l. qui restituere. ff. de rei vendic. Nam alias superfluum, & frustatorium esset habere sententiam nisi debitæ exequutioni demandaretur. c. quoad consultationem extra, de re iudic. glos. in rubr. C. de exeq. rei iudic.

10 Extende, quia brachium militare non impeditur, & sic exequutio rei iudicatæ per iudicium ordinarium. Rom. cons. 76. in fi. Innoc. in c. cum in iure, extra de off. deleg.

11 Extende, quia litis pendentia in exequutiuis non obstat quin detur iudicium exequutiuum. Ias. cons. 9. & cons. 12. lib. 1. Grammat. cons. 95. l. 2. post alios in l. nulli. num. 8. ver. sexto, & vltimo. C. de iudic.

12 Extende, quia brachium militare debet concedi contra condemnatum ad relaxandum bona per sententiam, quę fecit transitum in rem iudicatam, etiam si offerat interesse, quia licet alias obligatus ad factum soluendo interesse liberetur. l. stipulationes non diuiduntur, in princip. in ver. Celsus. ff. de verbor. obligat. tamen quando adest condemnatio ad relaxandum, & est in facultate * obligati compellitur præcise, glossa *communiter approbata in l. qui restituere, in glo. magna in ver. condemnandus. ff. de rei vendic. Bald. in l. vnica. num. 46. C. de sent. quę pro eo, quod interest. Ias. in §. actionum. num. 48. Instit. de actio. & cons. 9. num. 10. lib. 1.

13 Limita, quia exequutio, seu brachium militare debet concedi vigore instrumenti exequibilis, tam de iure communi. l. is cui. §. iussus. ff. vt in possess. legat. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. vers. secundo quæro. ff. de damno infect. l. qui restituere cum materia. ff. de rei vendic. quam ex iure municipali Florentiæ, & ex reformatione facta de anno 1489.

14 Extende, vt idem sit quando petitur brachium militare in vim iudicati, vel pacti, quod liceat propria authoritate ingredi possessionem, vel ex dispositione iuris communis, vel statuti, quod possit locator expellere conductorem propria authoritate, quia si petat assotiari iudex superior tenetur concedere familiam ad tollenda scandala, plene Alexand. consil. 130. In causa Stracciarolorum, in princip. & cons. 131. per totum. lib. 4.

15 Extende, quia tale brachium militare imploratum à superiore pro exequutione rei iudicatæ, vel pacti exequibilis debet concedi extraiudicialiter,

fiter, niſi conſtet,quod iniuſte petatur. Alex.conſ. 130. In cauſa.n.3.ver.præterea ad prædicta.lib.4. vbi,quod ſi petatur in iudicio exequutiuo ſententiæ per modum brachij ſecularis debet concedi ſine alia cauſæ cognitione.

16 Imo tenetur Iudex cuicunque timenti offenſionem ab alio dare aſſociationem. l. fin. C. de erogat.milit.anno. lib.12.Alexand.d.conſ.130.num. 3. lib. 4.

17 Contrarium in hoc vltimo quando petitur exequutio iudicialis ſententia alterius,quod imo antequam concedat, debeat cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia. apoſtill. ad Alexand.d.conſ.130. n. 3.lib.4. allegat Bart. & Bald. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd.omn.iud.de pœna in l.1.quæſtio. 1. C. de priuil. ſcholar. Io.Igneum in l.1.§.cum dominus.nu.33.cum ſeq.ff.ad Sillania.

18 Declara in ver. Iudex ſecularis. Concluſ. 429. vbi plenius.

Breuitas eſt attendenda. Concluſ. CXXVII.

1 BREVITATI ſtudendum eſt, non autem multiloquio, & ſuperfluis. Franc.Aret.conſ. 1. Decreueram iamdiu, in princ.

2 Et gaudent breuitate moderni, refert Io. And. in proœm. decretal.in ver. Gregorius,in princip. vbi apoſtil.allegat text.in l.ampliorem.§.in refutatorijs. C. de appellat. gloſ. in l. 1. ff. quod met. cauſa.

3 Limita, quia admittitur breuitas, dummodo non ſequatur obſcuritas, & incertitudo. Vide Io. Andr. in proœm.Decretal.Gregorius,in prin.

Vide. Obſcurum quando aliquid dicatur.Concluſ. 32.

Breuitas termini in Iudice arguit iniquitatem, & quid in alijs. Concluſio.

Vide Maſcard. Concluſ.240.

Breuitas temporis quando faciat præſumi dolum, & fraudem, & inducat nullitatem. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ.241.

Vide plenius. Sententia lata ſine cauſæ cognitione nulla, & quando ſecus. Concluſ. 147.

Britonorij Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia Concl.CXXVIII.

1 CIVITAS Britonorij tumultuauit contra hebræum ibi commorantem, vt ipſum derobaret, ſed tamen Iudæus aufugit in arcem, & conſeruata fuerunt multa mobilia penes quandam vicinam, quæ denegabat reſtituere, ſuper quo conſuluit Ioann. de Imola. conſilio 2. per totum.

Britonum conſuetudines, ſtatuta, & priuilegia. Concluſio. CXXIX.

1 RELINQVERE tenentur Britones de conſuetudine tertiam partem bonorum ſuorum mobilium Eccleſijs, & locis pijs. Gemin. conſilio 139.num.5.ver.& quod de conſuetudine, & num. 6. vbi atteſtatur hanc conſuetudinem eſſe Venetijs de decima parte, & quod hoc tenent Docto.in cap. ad Apoſtolicam, de ſimon. & dicit Gemin. quod ſunt compellendi ad obſeruantiam prædictæ conſuetudinis.

Brixellum oppidum ſupra Padum Concluſ. CXXX.

1 EST oppidum ſupra ripam Padi in Lombardia.

2 Fuit alias redactum in poteſtatem Venetorum, vt per Floria.de S. Petro conſ.10. num. 18. in fin. ver. non obſtat, & num.19. vbi,quod conduxerunt ſal per tranſitum Ferrariæ ſupra Padum ad Brixellum, & alia loca Venetorum, hodie vero eſt Sereniſsimi Ducis Regij, & Mutinæ.

Brixienſis Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. CXXXI.

1 FVIT ſubiecta Maſtino de Scala Ciuitas Brixiæ, & erat Ciuitas Imperij, quia Bauarus reſtituit omnes rebelles, ſed tamen authoritas Bauari non recipitur, vt per Bald. conſilio 204. Longum thema. numero tertio, & ſequenti. libro 3.

2 Brixiæ Ciuitas ſententialiter fuit damnata ad aratrum tanquam rebellis Imperij ab Henrico Imperatore, vt refert Angelus de Peruſio conſ. 165. Cum multitudo. num.1.ver. alia vero. Bart. in l. aut facta. §.fin.num. 6. qui dicit ſe vidiſſe ſententiam Imperatoris.

3 Habet duas congregationes licitas Ciuitas Brixiæ, vna ad adiuuandum oppreſſos,& ad alimentandum pauperes, alia appellatur congregatio Sancti Franciſci, ſub cuius cura eſt hoſpitale Miſericordiæ, & ſunt loca pia, non ſuppoſita ſtatuto Ciuitatis. Bald. dicto conſ.465.libro 1.niſi eſſent profanæ mere.

4 Inimicitias ciuiles inter ſe habuerunt Brixienſes, & tandem concordarunt, ſed propter damna illata Ciuitas fecit ſtatutum, quod tollebat omnes actiones inter ciues, & quia illud erat pro bono pacis, ideo non obſtante iuramento Papa confirmat. cap. in noſtra, de iniur.

Digitized by Google

5 Exempti ſunt Ciues Brixienſes ab omnibus gabellis, & datijs domicellorum per territorium, & diſtrictum Brixiæ pro rebus, pro vſu proprio Ciuium, item omnes conducentes ad Vrbem quæcunque mercimonia pariter ſunt exempti ex laudo lato inter communitatem, & domicellos, ſuper quo Ruin. conſ. 152. per totum. lib. 5. vbi, quod non comprehendit Ciues, vel incolas non ſubeuntes onera, item non comprehendit conducentes merces per tranſitum, quia intelligitur de ibi permanſuris.

6 Epiſcopus Brixienſis fuit expulſus à quodam tyranno, & poſitus de facto quidam Vicarius Epiſcopalis ſine Epiſcopo. Caſtrenſ. conſil. 99. libro 2. vbi dicit, quod talis ſententia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quia licet Epiſcopus abeſſet, ab eo tamen debuit Vicarius deputari, ideo non pareretur executionem.

7 Statutum eſt Brixiæ, quod nullus poſſit alienare inter viuos, neque in vltima voluntate aliquam rem in diſtrictu, & Ciuitate Brixiæ alicui Collegio, vel ſingulari perſonæ, quæ non ſubſtineat onera communis, & non ſit ſubiecta iuriſdictioni communis Brixiæ. Bald. conſilio 465. In Ciuitate Brixiæ, vbi, quod non extenditur, neque valet in præiudicium locorum piorum Eccleſiaſticorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, libro 1.

8 Statutum, quod maſculi deſcendentes ſuccedant, excluſis ſemper fœminis, & deſcendentibus ex eis, habet locum, etiam ſi pater legat aliquid ex teſtamento filiæ, quia licet mandet ſtatutum dotari, & alimentari, non tamen petet ſupplementum legitimæ, neque poterit impugnare teſtamentum, ex quo priuatur in totum ſucceſſione. Ruin. conſil. 27. Super puncto. libro 3. per totum.

9 Quod poſſidens rem emptam per decem annos præſcribat contra omnes, habet locum etiam contra vxorem vendentis, ſi vxor fuerit per decem annos, poſtquam maritus vergebat ad inopiam, quod non petierit. Cuman. conſil. 93. Viſo ſupradicto caſu, per totum.

10 Quod vſurarij intelligantur habuiſſe denarios 4. ſingulo menſe pro libra, toto tempore, quo durauit contractus, & intelligitur, ſiue ſors principalis ſit ſoluta, ſiue non, vt inducatur compenſatio in odium vſurarij. Cuman. conſil. 97. quod etiam eſt ſubſcriptum à Paulo de Areſio eius diſcipulo.

11 Contrarium in eodem ſtatuto conſuluit Ioann. de Imol. conſil. 42. Vbi, quod Cumanus non vidit totum ſtatutum, quia ſi vidiſſet non ita conſuluiſſet, quia ſolum loquitur quando eſt ſoluta ſors principalis.

12 Statutum, quod forenſis teneatur cauere de expenſis reficiendis, alias non audiatur, operatur ſi petatur cautio ante litem conteſtatam, ſecus ſi poſt, etiam ſi incontinenti poſt, quia reſpicit declinatoriam. Cuman. conſ. 103. Ad primum. num. 4. ver. ad quartum.

13 Quod frater excludat ſororem, non habet locum in fratre ex latere patris tantum, quando extant ſorores vtrinque coniunctæ, & agitur de hæreditate matris. Fulgoſ. conſ. 84. In propoſita quæſtione, per totum.

14 Statutum mercantiæ habet, quod omnes cauſæ inter negociatores, & mercatores cognoſcantur per conſules mercatorum, quod ſtatutum non habet locum, ſi decedat mercator, iacente hæreditate, vel quando hæres non eſt mercator, quia licet hæreditas repreſentet defunctum, tamen illud eſt per fictionem, quæ non habet locum in ſtatuto. Fulgoſ. conſil. 105. In propoſita quæſtione, per totum.

15 Statutum Brixiæ olim erat, quod non ſubſtinentes onera in communi Brixiæ, non poſſent acquirere obligationem bonorum ſtabilium, ſed fuit per dominium Venetorum reuocatum dictum ſtatutum. Caſtrenſ. conſil. 54. Viſo puncto, per totum. libro 2. vbi, quod creditor primus cum generali hypotheca forenſis, non præfertur ſecundo cum hypotheca ſubſtinenti onera, quando debitor tempore reuocationis ſtatuti dederat bona in ſolutum ſecundo creditori, quia cum bona non ſint in bonis debitoris tempore reuocationis ſtatuti, primus nihil conſequi poteſt.

16 Extendit etiam ſi bona tempore reuocationis ſtatuti fuiſſent in bonis debitoris, quia ex quo à principio erant bona obligata primo loco ipſi ſecundo creditori, licet poſſit à die reuocationis ſtatuti hypothecari primo, tamen hypotheca primi erit poſterior. Caſtrenſ. dicto conſilio 54. colum. 1. in fin. ver. item poſito. libro 2. vbi loquitur etiam ſi in reuocatione ſtatuti fiat mentio de creditore priore, & poſteriore, quia non præiudicat.

17 Reſtringe ſecus eſſe, ſi debitor poſt reuocationem ſtatuti acquiſiuiſſet bona, quia tunc primus creditor præferri deberet ſecundo, niſi ſecundus eſſet priuilegiatus, prout dos, vel Fiſcus. Caſtrenſ. dicto conſ. 54. in fin. verſ. ſi vero dicta domus. libro 2.

18 Statutum Brixiæ corrigit auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. vt habeat locum in minore 25. annis, item dat modum probandi maiorem ætatem, videlicet coram vno ex conſulibus cum cauſæ cognitione, ſuper quo Caſtrenſ. conſil. 53. Viſis actis. libro ſecundo, vbi, quod non tollit alios modos probandi minorem ætatem, & num. 3. dicit, quod licet corrigat dictam auth. quæ loquitur de iuramento confirmatorio, & de futuro, prout quando iurat non venire contra contractum, non tamen tollit. l. ſi alterius, in fin. C. ſi minor ſe maiorem, quæ loquitur de iuramento aſſertorio, & propterea ſi iurauit ſe maiorem incumbit ſibi minori probare, quod erat minor, & conſ. 305. num. 2. ver. quantum vero dicit, quod ſtatutum corrigit, quod dicta auth. habeat locum in minore 25. non autem in minore 20.

19 Extende, quia dictum ſtatutum Brixiæ, licet poſſit tollere effectum iuramenti inductum de iure Ciuili, non tamen de iure Canonico, & in ijs, quæ ligant animam, ideo parum, aut nihil operatur dictum ſtatutum. Caſtrenſ. dicto conſ. 53. in fin. numero quarto. verſ. ſed poſtremo, vbi, quod iſta eſt ratio fortis, libro ſecundo, & idem repetit conſil. 305. Notandum. num. 2. ver. quantum vero. lib. 2.

20 Statutum Brixiæ, quod hæredes extranei ſuccedant in emphyteuſi etiam Eccleſiaſtica, non valet contra Eccleſiam, ſed valeret, ſi eſſet ſtatutum Eccleſiæ, vel conſuetudo Eccleſiæ. Caſtr. conſ. 189. Viſo inſtrumento. ver. quinto, & vltimo, iuncto, in fin. ver. quintum etiam. lib. 2.

Statu-

21 Statutum Brixię de appellationibus à diffiniti-
ua committendis per Prætorem Brixiæ habet lo-
cum etiam in appellationibus ab interloquutoria, quia reſpicit ſtatutum publicam vtilitatem, in quo fit extenſio ad caſum ſimilem, etiam ſi habeat taxatiuam, quando non corrigitur aliud ſtatutum, vel lex communis. Caſtren. d. conſ.194. per totum. lib.2.

22 Et quod habeat locum in appellatione ab interloquutoria idem Caſtren. conſ. 237. Viſo puncto, per totum. lib.2. vbi quod Prætor debet committere appellationem a tali interloquutoria, & commiſſarius debet procedere ad cognitionem, an iuſta ſit, vel non, quando eſt interpoſita in ſcriptis cum expreſſione cauſæ legitimę, quia ſufficit, quod apparenter licet non exiſtenter ſit legitima, & dicit quod iudex commiſſarius ſi pronunciat præambule, prout debet pronunciare appellationem deuoluere poteſt appellari ab iſta interloquutoria, quia aliam ſententiam non expectat.

23 Statutum, quod poſtquam ſententia lata in cauſa nullitatis, vel appellationis fuerit confirmata in cauſa principali non liceat amplius prouocari, appellari, nec nulla dici, nec quicquam contra eam excipi, vel opponi, nec eidem aliqualiter contrairi, ſed vt lata fuerit exequutioni mandetur omnibus iuris remedijs, tollit etiam reſtitutionem in integrum minoribus, vt per Ang. Aret. conſ. 10. Viſo dicto ſtatuto, per totum: vbi pro vtraque parte allegat, & hanc plene tuetur, & tollit contraria.

24 Reſeruat ſtatutum omnes exceptiones in fine litis, ideo cenſetur tollere omnem appellationem ſuper exceptionibus, ſi tamen iudex non reſeruaret, ſed pronunciaret ſuper aliqua exceptione, tunc daretur appellatio. Caſtr. conſ. 237. n. 3. verſ. tertio dicitur. lib.2.

25 Statutum criminale Brixiæ, quod pro magno furto furca ſuſpendantur fures, non habet locum in fœmina, quia materia eſt odioſa, & quia de conſuetudine fœminę non ſuſpenduntur in illis partibus. Alex. conſ. 135. Circa primum. lib. 1. maxime nu. 4. & 5.

26 Confirmata ſunt ſtatuta Brixię à Dominio Venetorum, vt dicit Caſtr. conſ. 194. Viſo puncto, in fi. lib.2. vbi quod non appellatur ad Dominium Venetorum omiſſo medio Poteſtatis ex forma ſtatutorum, & ſi contrarium fiat valet appellatio tanquam ſi Prętori eſſet facta, vt illam committat.

Broccardica materia quæ dicatur. Concluſ. CXXXII.

1 BROCCARDICA materia dubia eſt, & non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. Ang. conſ. 355. Vtrum, per ſtatutum.

2 Generi quando per ſpeciem derogatur eſt materia broccardica. Angel. d. conſ. 355. vbi declarat qualiter procedat.

3 Mora quando poſsit purgari, vel non eſt materia broccardica. Gemin. conſ. 23. num. 4. verſi. an hodie.

4 Actus nullitas, vel validitas qualiter intelligatur, nam ſi facio actum, quod non poſſum facere non valet, licet alio modo eundem actum facere potuiſſem, quia intrat regula, quod potui nolui, quod volui, implere nequiui, de quo in c. cum ſuper Abbatia, de officio delega. è conuerſo militat alia regula ſi non valet quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt. c. vnico. §. idem quoq; de deſponſat. impube. lib.6. ideo eſt materia broccardica ex coniecturis regulanda.

Vide infra. Broccardicum quod potui nolui. Concluſ. prox. ſeq.

Vide. Difficilis materia ex quibus dicatur. Concluſ. 416.

Broccardicum quod potui nolui, quod volui implere nequiui, & aliud contrarium, ſi non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt. Concluſ. CXXXIII.

1 REGVLA eſt quod potui nolui, quod volui implere nequiui, de qua in cap. cum ſuper, de offi. deleg. & pro hac parte. Roma. conſ. 446. & * conſ. 496. vbi dicit hanc *veriorem opinionem, & plura aducit exempla.

2 Similis regula traditur in eo, qui errauit expreſſe, quia errans non dicit id quod vox ſignificat, quia errat, neque id quod vult, quia illud non exprimit, de qua Caſtillio. conſ. 17. Poſt ſupradictum conſilium. n. 12. ver. imo quando.

3 Contraria eſt regula, ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt, de qua in cap. vnico. de deſpon. impuber. lib.6. Roman. d. conſ. 446. in princ. & conſ. 496. in princ. vbi plura exempla adducit.

4 Declaratio eſt Azonis verior, quam Lap. alleg. 89. Commune Florentiæ. num.2. quod ſi expreſſe apparet, quod voluit ſe referre, & reſtringere ad actum, quem exercere non poterat, & qui non valebat de iure, & procedit, quod potui nolui, &c. & idem eſt ſi hoc apparet ex coniecturis, e contra eſt in caſu conuerſo, ſi apparet expreſſe, vel ex coniecturis, quod voluit facere actum non ſolum modo prædicto, ſed etiam alio quo magis valere poterat.

5 Et dicitur apparere de coniecturis, quando ſi actus valeret non poſſet valere niſi modo contrario ijs, quę exprimuntur, quo caſu nunquam habet locum regula, ſi non valet, quod ago. &c. Bal. conſ. 272. Caſus talis eſt, poſt med. ver. quid ergo. libro 2.

6 Aliam declarationem ponit Franc. in c. vnico. §. idem quoque, in vltimo not. de deſponſat. impu. lib.6. quod quando defectus eſt in cauſa efficiente, non in forma, ſi non valet quod agitur, valet vt valere poteſt, & ibi tex. loquitur in ijs, qui voluerunt omnino contrahere matimonium de præſenti, & dicitur, quod oritur publica honeſtas ex ſponſalibus, licet ſponſalia noluerint contrahere, ſed matrimonium.

7 Aliam declarationem, ſeu potius rationem ad c. vnicum. §. idem quoque, de deſponſ. impub. lib.6. ponit Feder. de Sen. conſ. 15. circa fin. verſic. non obſtant iura, quod quando aliquid prohibetur fieri, ſed initiari, non prohibetur, tunc

Digitized by Google

actus prohibitus solum valebit in ea parte, in qua potest, exemplum est, impuberes proximi pubertati non prohibentur contrahere sponsalia, sed matrimonium, quæ sponsalia sunt initium matrimonij, si igitur contrahunt matrimonium, quod non valet, saltem valeat in sui initio, hoc est in sponsalibus, quæ sunt initium matrimonij.

Vide. Veritas contra opinionem, & mentem quando attendatur. Conclus. 168.

8 Declara quarto, vt semper regula si non valet quando ago, &c. prævaleat quando veritas occulta, & quam gerens actum ignorabat, concurrit pro validitate actus, qui alias non valeret. l. si is qui commodatum. §. fin. in fin. ff. commoda. vbi si commodaui libero, mihi seruienti, quem bona fide credidi seruum, obligatur mihi propter veritatem, qua cessante non esset obligatus, sed hæc non est declaratio, ex quo si esset seruus nullo modo poteram obligare eum, & sic non intrat. quod potuit, &c. quod intelligas procedere quando non apparet, quod expresse voluerit facere actum contra potentiam. Federic. de Sen. consilio 259. circa med. vers. item in dubio declarando, dicit in dubio actum valere factum ab ignorante collegam esse impeditum, sine quo procedere non poterat, quando veritas apparet, quod re vera erat impeditus, nisi constet expresse, quod voluisset procedere sine collega, etiam non impedito, & quod sic procedit, cap. super Abbatia, de offi. deleg.

9 Declara quinto, vt per Bald. conf. 42. Compromissum fuit. lib. 1. vt quando actus habet commixtionem inhabilis, in ijs, quæ representant vnicam personam, nec recipiunt separationem, tunc intrat, quod potui nolui, vt in cap. cum super. de off. deleg. quia ibi omnes delegati representant delegantem, & sic vnam personam, secus si sunt plures arbitri, quorum duobus etiam data est potestas, quia licet tres similiter pronuncient, & vnus sit inhabilis non tamen vitiatur laudum.

Vide. Perplexitas quæ dicatur. Conclus. 314. vbi multa similia.

10 Regula igitur est, quod quando quis potest facere actum, si vellet, & apparere potest, quod non eo iure, quo poterat, sed alio iure, quo non poterat, fecit, quod actus non valet, ideo conferens Canonicatum, & præbendam ex causa permutationis, si vacabat ante permutationem, ita, quod permutans nullum habebat ius in eis, ex tali collatione ex causa permutationis facta, non acquiritur nouum ius, quia non fuit hoc in intentione conferentis. Feder. de Sen. conf. 164. Licet semper, per totum.

11 Amplia in iudice ordinario, qui potuit procedere, vt ordinarius, & tamen processit vt delegatus cum non esset, quia non valet processus, neque sententia.

Vide. Iudex ordinarius, & delegatus simpliciter procedens. Conclus. 427.

12 Amplia in arbitro habente facultatem laudandi sub pœna applicanda partibus, quia si laudauit, & applicauit pœnam Fisco, non valet laudum in aliquo, maxime si dixit laudare vigore compromissi in eum facti, quia repugnant voluntas, & potestas, ideo non substinetur laudum in aliquo. Petr. de Ancharan. consilio primo. num. 3. & 4.

13 Amplia in eo, qui non habet dominium rei, sed pignus, quia si vendidit rem, non transfert dominium, quod non habet, neque pignus, quod habet, quia non vendidit ius pignoris, & sic, quod potuit noluit, &c. Castr. conf. 352. Visa supradicta num. 3. ver. constat etiam. lib. 2.

14 Amplia, quia appellatio interposita à Vicario Potestatis à sententia per eum lata vigore delegationis Antianorum Bononiæ, in casu, in quo non habebat iurisdictionem est nulla, si non expressit tanquam à delegato, quia quod potuit noluit. Calder. conf. 214. alias 8. de appellatio.

15 Amplia in arbitro, & arbitratore, quia si pronunciauit, vt arbiter non substinetur laudum tanquam latum ab arbitratore; secus si complexiue vtroque modo pronunciauit, quia valebit vtroque modo, prout valere poterit. Bald. conf. 470. Statuto cauetur. num. 2. ver. aut pronunciat. lib. 1.

16 Amplia in eo, qui poterat ex propria facultate aliquid facere, quia si expressit, quod faciebat vigore certi mandati omni meliori modo, & mandatum non sit sufficiens, actus est nullus, & clausula omni meliori modo nihil operatur tanquam restricta ad mandatum non sufficiens. Bald. consilio 198. Præsuppositio, quod dictus, libro 4.

17 Extende in eo, qui potest facere actum validum ex concessione Principis, & actum nullum ex mandato inualido, quia si facit vigore mandati nulli, seu non sufficientis non valet actus, licet potuerit fieri ex facultate valida. Alexand. consilio primo. numero 7. & 8. vers. non obstat, libro 4.

Vide. Actus validus in dubio interpretatur, & extenditur. Conclus. 136.

18 Extende, quia etiam si adsit clausula, omni meliori modo, non tamen trahitur ad incognita actus factus, maxime quando est incognitus, quia de futuro sit. Roman. conf. 294. Hæc confessio, num. 4. vers. & si dicatur, vbi plena apostill. Feli. in cap. cum super, in fin. de othc. deleg. vbi extendit, quod clausula omni meliori modo, non comprehendit vnquam incogitata, & ignorata.

19 Amplia, quia is qui potest capere beneficij possessionem ex collatione valida, & capit ex inualida, non potest substinere actum nullum ex causa valida, ex quo voluntas repugnat. Cranet. conf. 171. num. 17.

20. Extende in additione hæreditatis ex capite incongruo, quia non substinetur ex capite congruo. Cranet. d. conf. 171. num. 17.

21 Amplia, quia coniuncta persona, quæ potest tanquam coniuncta gerere actum, si gerat tanquam procurator, & non habet mandatum, non substinetur actus, ex eo, quod poterat tanquam coniuncta persona gerere, plene Roman. qui plura dat similia conf. 446. Primus propositę, per totum, vbi pro vtraque parte, & nu. 6. hanc tenet, vbi apostilla in ver. veriorem, quæ dat concord. sequitur Felin. in cap. nunnulli. §. sunt & alij. nu. 54. & seq. de rescript. & conf. 496. Primus, vbi quasi repetit omnia.

22 Declara multis casibus contrarium, maxime in iudice, vel quando per errorem quid fuit factum. Roman. d. consil. 446. in princip. Felin. vbi supra, & Roman. conf. 496. per totum, vbi plura similia.

Limita,

33 Limita,quia quando gerens actum non caret poteſtate,nec voluntate,ſed tamen errat in qualitate extrinſeca,valet actus ſic geſtus,nec vitiatur illo errore extrinſeco qualitatis.Gemin.conſ. 52.nu.3.ver.ſecundo ſic.

34 Limita,quando cõcurrunt actus ſeparati quorum vnus operatur,quod actus non valet, & alter de ſe ſolus poteſt operari actum validum,quia tunc non habet locum,quod potui nolui. Gemin. conſ.97.in fin.

35 Regula igitur eſt, quod actus debet valere eo modo quo valere poteſt. Abb. in cap. cum ſuper Abbatia,de offi.delega.vbi Deci.col.pen.

36 Extende maxime,ſi extat clauſula omni meliori modo. Vide clauſula omni meliori modo,plene Crauet.conſ.141.num.3.plene Felin.in c. cum ſuper.nu.14.vſq.in fin.de offi. deleg. vbi declarat quando procedat, vel non.

37 Extende ſi extat iuramentum,quod facit valere actum omni meliori modo.Alexand.conſil.42. nu. 10. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. meliori modo.

Vide. Actus quando omni meliori modo cenſeatur factus.Concluſ.137.

38 Amplia in exequutore,vel Iudice,qui non poteſt ſine collega procedere, quia ſi procedat ſine eo ignorans collegam impeditum, qui reuera erat impeditus,detecta veritate impedimenti,valebit proceſſus,quia credidit veritati, licet non appareret,ſecus ſi voluiſſet omnino ſine collega procedere,quia etiam quod eſſet impeditus re uera,non valet proceſſus,ita declarat Feder.de Sen. conſ.259.circa med.ver.item in dubio.

39 Amplia,quãdo actus geritur ex duplici cauſa, prout ex donato & teſtamento, quia ſi non valet vno modo, valet ex alio,ſi poteſt valere.Crauet. conſ.141.n.2.& ſequenti.

40 Amplia, quia ſi non valet tranſactio facta, vt tranſactio,ſubſtinetur vt pactum, quia tranſactio continet pactum,niſi conſtet de contraria mente.Calder.conſ.101. alias ſecundo de tranſactio.quod eſt Franc. de Rampo,& Gaſparis Calderin.

41 Et procedit quando per verba inculcata fuit dictum,quod faciebant tranſactionem,& pactum. Alex.conſ.42.nu.8.lib.1.

42 Amplia in pluribus arbitris quorum vnus eſt inhabilis,quia ſi eſt compromiſſum in tres,cum hoc,quod duo concordes poſſint pronunciare, ſi omnes tres pronuncient cum inhabili, valet laudum.Bald.conſ.42.per totum,lib.1.

43 Amplia,quia actus ſubſequens quando tendit ad declarationem,vel confirmationem actus precedentis,ſi non poteſt valere vt declaratio, valebit,vt nouus actus, quando pendet à ſola voluntate gerentis actum.incert.author. de crimin. læſæ Maieſtatis,queſt.11.in fin.

44 Amplia, quia Epiſcopus qui nulliter conceſſit Titio licentiam non reſidendi ſi Papa poſtea concedit eandem licentiam per quinquennium accedente conſenſu ordinarij,talis licentia Ordinarij,quæ non valet,inſeruiet pro conſenſu ad diſpenſationem Papæ. Abb.conſ.98.in fin.lib.1.

45 Limita, vt ſi actus eſt nullus ratione non expreſſi,vel incerti,tunc nunquam actus valet,etiã ſi poſtea apparet qua intentione potuit, vel debuit fieri,ideo appellans procuratorio nomine, & non exprimens, cuius nomine procuratorio, appellatio eſt nulla,etiam ſi poſtea appareat de mandato certæ perſonæ, cuius erat Procurator. Calder.conſ.103.alias primo,de Procur.

46 Limita,quando gerens actum ſe reſtrinxit, vt quia expreſſit cauſam ineptam, vel falſam tunc actus non ſubſtinetur ex alia cauſa,ex qua potuiſſet actus ille fieri.Gemin.conſ.53.in fin.nume.15. ver.non obſtat ſi dicatur.

47 Extende, quia licet pater poſsit ſibi heredem extraneum inſtituere,licet habeat filios, dummodo illis reſeruet legitimã, tamen ſi inſtituit adoptiuum, reſeruata legitima filijs legitimis,& naturalibus,non valet teſtamentum,quia adoptiuus non ſuccedit exantibus veris filijs,ideo non ſubſtinetur tanquam quod extraneum inſtituerit,ex quo ipſum tanquam adoptiuum inſtituit,& ſic cauſam ineptam expreſsit.Bal.conſ.24.Statuto Ciuitatis,ver.ſecundo premitto,lib.1.

48 Limita,quia ſi actus aliquando etiam per momentum temporis potuit valere, tunc nunquam habet locum regula,ſi non valet vt ago, valeat vt poteſt.Bald.conſ.172. ante med.ver. item gloſſa, quæ dicit,lib.2.

49 Limita,quando actus non poteſt ſubſtineri ſimili modo,ſed contrario modo, quia nunquã habet locum regula ſi non valet,&c.quia non eſt facienda ſubſtentatio in caſu contrario.Bald. conſ. 172.poſt med.ver.quid ergo,lib.2.vbi quod ſubſtitutio directa facta pupillo extraneo per verba quæ nullo modo poſſunt importare fideicommiſſum,nunquam ſubſtinetur,vt fideicommiſſaria.

50 Limita.quia in materia odioſa non habet locum regula,ſi non valet quod ago,vt ago,&c.ita Signorol. Homod.conſ.41.Omiſſa,n. 6.

51 Limita, quia quando eſt defectus in ſolemnitate non habet locum,ſi non valet quod ago,vt ago. &c.Signor.conſ.90,Ambroſius,n.17.ver.preterea quando.

52 Amplia,qui multi ſunt actus,qui ſi non poſſunt valere vt fiunt, valent tamen vt poſſunt, Abbas conſ.98.In caſu,col.fi.ver.ad tertium,lib. 1. allegat,cap.vnicum,de deſponſat.impub.in ſexto,vbi impuberes volentes contrahere matrimonium contrahunt ſponſalia,& adducit rationem.quia Epiſcopus ſi diſpenſauit perpetuo cum aliquo ſuper non reſidentia,quod non poteſt, cenſetur tamen conſentire diſpenſationi factæ per Papam accedente conſenſu ordinarij.

53 Sententia,quia publici iuris eſt,ſi nulla eſt,non poteſt fieri à priuatis,vt valeat tanquam ſententia,ſed bene tanquam cõtractus,Angel.conſ. 198. Teſtator plene.Deci.conſ.488.In cauſa. num. 17. vbi allegat Calderin. conſ. 8. de re iudi.Anchar. conſ.67.Querela expoſita.Zabarel.conſ.71.Seriatim in ſecundo dubio.Caſtrenſ.conſ.343. Circa primum,co.2.lib.2.Abb.conſ.92.n.2.lib.1.

54 Declara,quia ſi nullitas proueniret ex defectu conſenſus partium poteſt conualidari,vt ſententia ex conſenſu partium,Angel.in l. 1.C. qui pro ſua iuriſd.circa fin.Abb.in c.1.n.22.& 23.ver.redeo nunc ad ſecundam,de re iudi,Felin.in c.ſignificaſti.n,8.& 9.de foro compet.

55 Vel poteſt ex approbatione partium valere in vim pacti,l.2.C.communia vtriuſque Iudi.Zabarella conſ.74. col. fin. ver. ad tertium, vbi dicit * ita * omnes DD. tenere.

56 Et procedit etiam in approbatione tacita.Fel. in cap.de cauſis,col.4,de offi.deleg. Iaſon l. 1. ff. de ferijs.

Contra-

47 Contrarium, quod ſententia lata præſentibus partibus, & non contradicentibus ſi eſſet nulla, puta, quia contra formam reſcripti, vel ſtatuti eſſet lata, non conualidetur, vt conuentio ex tacito conſenſu partium, quia vel requiritur ſtipulatio, vel traditio, vel pactum expreſſum etiam de iure Canonico. Felin. in cap. ſignificaſti. col. 4. de foro compet. Socin. conſ. 220. Viſis col. 3. lib. 2. Deci. in cap. examinata. col. 1. de conſir. vtili, vel inutili.

48 Et procedit etiam in iudice proprio, quia non poteſt rarificare ſententiã latam nulliter à iudice non ſuo, licet illam protulerit nomine iudicis pro * prij, communem * dicit Abbas conſ. 25. Attingam iſta. colum. 2. verſi. venio ad ſecundum, in fin. lib. 1.

Vide. Acta iudicij nulla quando poſſunt conualidari. Concluſ. 94.

49 Idem eſt in laudo, quia ſi eſt nullum non poteſt valere, vt laudum, approbatione partium, ſed valebit in vim pacti, vel vt pactum. Roma. conſ. 173. Pro deciſione, in fi. & conſ. 175. num. 4. Abb. conſ. 18. Primo quod communitas. num. 7. verſ. ſecundo dixi. lib. 2. vbi extendit etiam ſi a procuratoribus habentibus generalem authoritatem emologandi fiat emologatio. Ang. Aret. conſ. 29. Quantum ad primum. num. 19. & 20. Socin. conſ. 18. Proſequendo. num. 19. ver. & eſt aduertendum. lib. 1. vbi quod procedit in ijs, in quibus partes poſſunt diſponere.

50 Contrarium, quod imo laudum nullum emologatum poſſit valere vt ſententia, & laudum, & etiam vt pactum, tenet Abb. conſ. 62. In controuerſia. col. 2. in princ. ſub n. 2. lib. 2. vbi allegat rationem, quia laudum ſumit vires non ab arbitro, ſed a compromiſſo partium, & idem dicit. Alexa. conſ. 84. Super conſultatione. num. 3. verſ. ad hoc etiam. lib. 5.

Vide ad iſta omnia. Nulliter geſta quando, & qualiter poſſint confirmari. Concluſ. 148.

Vide. Laudum emologatum qualiter valeat. Concluſ. 26. vbi plene numer. 8. & ſeq. vbi habes opiniones contrarias, & declarationes.

Vide Anto. Gabriel. lib. 2 tit. de ſenten. concluſ. 2. Sententia nulla non poteſt ratificari.

51 Idem eſt in tranſactione, quę ſi eſt nulla, valebit vt pactum. Calder. conſ. 101. Tranſactio, quæ non poteſt, alias 2. de tranſact.

Vide. Tranſactio, quæ non valet vt tranſactio, ſubſtinetur alio modo, & titulo, Concluſ. 355.

52 Idem eſt in confeſsione, quę ſi non valet ad obligandum, valet ad probandam obligationem. Feder. de Sen. conſ. 54. Eodem modo, in fin. num. 4. nerſic. iura, in contrarium. Ang. conſ. 155. n. 2. verſ. ſuper ſecundo, ſic dicimus quod confeſſio parentelę non inducit parentelam, ſed probationem parentelæ. Ancharan. conſil. 159. Rationes, quæ numero 6.

Vide. Confeſſio in inſtrumento, & contractu nullo an obliget. Concluſ. 653.

53 Idem eſt in donatione inter viuos quæ ſubſtinetur in vim fideicommiſſi quando non poteſt valere inter viuos. Crauett. conſ. 139. num. 10.

54 Idem eſt in actu præpoſtero, puta ſi quis habet ius præſentandi, vel eligendi, & inſtituendi, & ſolum inſtituat, talis inſtitutio habet vim præſentationis, & inſtitutionis.

Vide. Collatio habet vim electionis, & confirmationis. Concluſione 420.

55 Idem eſt in ijs, quæ veniunt in conſequentiam, quia qui facit conſequens, cenſetur facere etiam neceſſarium antecedens, & qui vult antecedent videtur velle neceſſarium conſequens.

Vide. Conſequens includit ſuum neceſſarium antecedens. Concluſ. 757.

56 Idem eſt in diuiſione, quę ſi nulla eſt, poteſt conſenſu partium comprobari, vt valeat in vim pacti, plura cumulat, & materiam declarat Felin. in cap. ſignificaſti. nu. 7. & 8. de foro compet.

57 Idem eſt in ratificatione teſtamenti inualidi, quia ſi nõ valet vt teſtamentum, valet vt conuentio, & pactum. Deci. conſ. 488. nu. 17. quod intelligit ibi in ijs, quæ pacto fieri poſſunt, non autem, vt hæreditas pacto dari poſſit.

58 Declara, & reſtringe, quia regula procedit, quod id, quod non valet vt ſententia, valet vt pactũ; & de ſimilibus procedat ſolũ quando poteſt valere vt pactum, vel conuentio, ſecus ſi neque poteſt valere vt pactum, & conuentio, ita Deci. d. conſ. 488. in fi. verſ. vltimo non obſtat: vbi quod apocha teſtamenti paterni imperfecti approbata per filios non poteſt conualidare teſtamentum vt teſtamentum, quia publici iuris eſt, & conuentione non ſuppletur ſolemnitas, neque vt pactum, & conuentio, quia hæreditas non poteſt dari per pactum, & conuentionem.

59 Idem eſt in legitimatione facta per Imperatorem in ſtatu Eccleſiæ, quia nõ valet ex defectu iuriſdictionis, & non poteſt conualidari conſenſu partium. Caſtren. conſ. 343. Circa primum. col. 2. ver. nam ſi eſſet nulla. lib. 2.

60 Extẽde, vt ſiue sẽtẽtia nulla ſit approbata expreſſe, ſiue tacite patiendo, quod non ſolum tranſeat in iudicatum non reclamando, neque dicendo de nullitate, ſed etiam patiendo, quod executioni mandetur, quia dicitur negligens quaſi contrahere in iudicio. Alex. conſ. 219. Ponderatis. nu. 21. in fi. ver. alio modo. lib. 6.

61 Reſtringe, quia ad hoc, vt ſententia poſſit valere vt contractus inter partes, non vt ſententiã, requiritur contractus, vel conuentio, & non ſufficit tacitus conſenſus. Abb. conſ. 92. Contra ſententiam, in prin. & num. 2. lib. 1. Socin. conſ. 220. Viſis col. 3. lib. 2.

62 Reſtringe in ſententia continente penam corporis afflictiuam, quia neque poteſt per contractum validari, vt valeat contractus, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. Abb. d. conſ. 92. num. 2. lib. 1.

Vide in uer. Acta iudicij nulla. Concluſione 94.

Vide. Sententia nulla nullum producit effectum. Concluſ. 154.

Vide. Sententia quando, & ex quibus dicitur approbata. Concluſ. 182.

Vide. Ius publicum priuatorum pactis tolli non poteſt. Concluſ. 623.

Vide. Ratificari an poſſit actus nullus. Concluſ. 24.

Bullæ

Digitized by Google

Bullæ imperfectæ fides non adhibenda. Concluſio.

Vide Maſcard. concluſ. 143.

Bullam prouiſionis producens præſumitur expediuiſſe in termino. Concluſ.

Vide Maſcard. concluſ. 144.

Bullæ perditæ tenor qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. concluſ. 145.
Vide eundem Maſcard. concluſ. 88. Amiſſio ſcripturarum.
Vide. Perditio rei qualiter probetur. Concluſione 175.

Bullæ ſumptum ex regeſtro quando probet, vel non. Concluſio.

Vide Maſcard. Concluſ. 146.

Bullettinum quod ſit pro teſte, an probet, & quando. Concluſio.

Vide Maſcard. concluſ. 147. & 148.

Burgi Sancti Sepulchri Ciuitas ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CXXXIV.

1 CIVITAS eſt hodie habens Epiſcopum, ſed olim tempore Anton. de Butr. fuit oppidum ſub Epiſcopatu Ciuitatis Caſtelli, & orta contentione Papa conceſſit Abbati, qui tunc præerat in loco Burgi priuilegium per hæc verba, vt Abbas poſſit omnia exercere libere, & licite in omnibus & per omnia, ſicut verus Epiſcopus, & ordinarius tam iuriſdictionis, quam alia quæcunque ad forum Eccleſiaſticum ſpectancia, ueluti uerus ordinarius, uel dioceſanus in ſuis locis, ſuper quo Anton. de Butr. conſ. 20. Conſuluit plene, quod licet uerba ſint uniuerſalia, & pregnantia, tamen non continent ea, quę ſunt ordinis Epiſcopalis, quia iſta per Papam non poſſunt uel non debent concedi: ubi multa hinc inde allegat.

2 Roman. uero conſilio 180. Si admittimus, per totum, dicit, quod eſt locus de dioceſi Ciuitatis Caſtelli, & quod quamuis in priuilegio conceſſo per Papam Alexandrum Camaldulenſium Ordini narretur, quod eſt dicti Ordinis, tamen dictum priuilegium non probat, quia ſunt uerba enunciatiua Papæ de facto alieno.

3 Statutum Burgi circa ſucceſſionem eſt, quod mater, & coniuncti ex latere materno non ſuccedãt filio, uel filiæ ab inteſtato ſtantibus fratre, uel ſorore defuncti, quod ſtatutum ualet, & habet locum, etiam in infante inteſtabili decedente, Angel. conſilio 104. Statutum communis, per totum.

4 Item, quod inquiſito debeant aſſignari certæ dilationes, de quibus Angel. conſ. 146. Tria ſunt ſtatuta: ubi quod pendente dilatione ſententia, uel bannum latum eſt nullum.

5 Item, quod pater teneatur pro delicto filij uſq; ad legitimam quando filius non habet unde alium de ſoluat. Angel. conſ. 146. in princ. uer. alio quidem ſtatuto.

6 Item quod percutiens in facie ex qua remaneat cicatrix, ſiue imago apparens cum ſigno uituperabili, etiam manifeſto, condemnetur in libris 400. & ſi eſt dubium ſtetur conſilio, & declarationi medicorum. Angel. conſ. 146. ubi quod ſi eſt dubium de cicatrice, ſententia eſt nulla non præcedente declaratione medicorum.

7 Item, quod communitas teneatur emendare damnum, uel robbariam datam à quibus ignoratur, ideo ſi conſtat ex confeſſione extraiudiciali damnum dantis, & ex inimicitia, non tenetur communitas. Caſtren. conſ. 174. In caſu ibi poſito. lib. 1. ubi quod neque habet locum ſtatutum ſi de nocte robbaria committatur.

Vide. Damnum, uel robbariam qui emendare teneantur. Concluſ. 15.

Vide. Statutum circa damnum, quod caſtrum, uel uilla emendet. Concluſ. 499.

Burgus Vallis Tarij, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. CXXXV.

1 BVRGVS Vallis Tarij fuit Cardinalis de Fliſco, qui fecit conuentiones cum Vaſſallis de non ędificando fortalitio, cui Car. hæredes ſuc ceſſerunt DD. Antonius, & Io. Ludouicus de Fliſco, ut per Roman. conſ. 52. In quęſtione magnificorum, per totum.

2 Ioannes Ludouicus durante communione cum Antonio ędificauit fortalitium in dicto loco, quod non potuiſſe fieri prohibente Domino Antonio habente communionem dicit Rom. d. conſ. 52. in primo dubio, quia melior eſt conditio prohibentis.

Imo

Digitized by Google

3 Imo etiam facta poſtea diuiſione inter eos dicit Rom. d. conſ. 52. quod ſo. Ludouicus non poteſt in ſua portione facere fortalitium, quia eſſet fallere fidem ſubditis, & licet in ſuo quilibet poſſit fabricare fortalitium pro cuſtodia, tamen fallit quando contra fidem datam quis uelit fabricare; item quia in dubio præſumitur fieri ad æmulationem quando non adeſt neceſſitas.

Buxetum, & villa Sambuxeti, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CXXXVI.

1 BVXETVM Caſtrum, & villa Sambuxeti fuit conceſſum Rolando Pallauicino per Ducem Mediolani cum mero, & mixto imperio, ſeparando ab omni Ciuitate, & iuriſdictione. Io. de Imo. conſ. 121. In cauſa, quę uertitur.

2 Non tamen inueſtitura Pallauicinorum complectitur partem villę Sãbuxeti, quę eſt Luporum, quia ante inueſtituram fuerat conceſſa Lupis, & ideo ſecunda conceſſio Pallauicinorum non continet partem alteri primo conceſſam. Ioannes de Imola dicto conſilio 121. verſicul. in contrarium: vbi quod dicta villa Sambuxeti eſt in territorio Soranei Caſtri conceſſi Francisco Lupo.

3 Vectigalia, & nouas impoſitiones non poteſt imponere Dominus Buxeti, quia hoc eſt de reſeruatis Principi, & non eſt conceſſum in inueſtitura. Ioannes de Imola dicto conſilio 121. per totum.

Digitized by Google



Caduca quando efficiatur diſpoſitio, vel non. Concluſio. I.

Calculus quid ſit, & vbi requiritur, ibi debet eſſe intricatio, & confuſio, & materia eſt difficilis. Concl. III.

CADVCA quando efficiatur diſpoſitio vel non.

Vide. Legatum purum, vel conditionale. Concluſio. 36.

Vide. Legata efficiuntur caduca. Concluſio. 117.

Caducitas probatur ex non ſolutione. Concluſio.

VIDE Maſcardum Concluſio. 251. Caducitas.

Vide. Emphyteuta non ſoluens quando cadat. Concluſio. 192. nu. 7.

Caducitas quando, & ex quibus probatur remiſſa. Concluſio.

VIDE Maſcardum Concluſio. 252.

Vide. Emphyteuta euitat caducitatem ſoluendo. Concluſio. 193.

Calagurritanæ Eccleſiæ conſuetudo, ſtatuta, & priuilegia. Concluſio. II.

1 FRVCTVS præſtimoniorum anni ſequentis ſpectant ad hæredes defuncti ſi habens præſtimonium deceſſerit poſt Kalendas Decembris, ſi vero ante, ſpectant ad ſucceſſorem. Oldrad. conſil. 140. in Eccleſia Calagurritana.

2 Plura præſtimonia, quæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica, poteſt quis obtinere in eadem Eccleſia. de conſuetudine. Oldrad. conſ. 140. in fin.

3 Reſidere non tenentur habentes præſtimonia de conſuetudine dictæ Eccleſiæ. Oldra. conſ. 140. nu. 3. ver, & ſi dicatur.

1 CALCVLVS nihil aiud eſt, niſi videre, & calculare data, & recepta hinc inde. Angel. Aretin. conſ. 48. Videtur primo, num. 15. ver nam ponere calculum.

2 Calculus, vbi requiritur ibi eſt confuſio, quia omnis calculatio eſt intricata, & ideo debet mercatores, & periti adhiberi. Ancha. conſ. 330. Viſis. num. 8. & vbi ſunt computa intricata datorum, & receptorum, ante omnia ſemper eſt deueniendum ad calculum, & electionem calculatorum, l. ſi cui libertas, & ibi Bart. ff. de cond. & demonſtr. glo. & Bart. in l. 2. C. de iure fiſci. lib. 10.

3 Extende, quia apud Iuriſtas vbi calculatio eſt neceſſaria, ibi lex dicitur difficilis, & propterea titulus ad l. Falcid. reputatur difficilis propter calculationem. Anchar. conſ. 330. nu. 8.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Vide. Peritis in arte ſtandum, & quando ſecus. Concluſio. 286.

Calculatores quando eligendi, & quam iuriſdictionem habeant. Concluſio. IV.

1 IN ratione reddenda adhibendi ſunt calculatores. l. ſi cui libertas. ff. de cond. & demonſt. vbi Bart. dicit, quod nullum eſt remedium magis ordinarium in reddenda ratione, quam adhibitio calculatorum, & ibi Bald. & alij, plene Neuizan. conſ. 94. in fin. vbi quod eligi debent duo, vel tres, & partibus diſcordantibus eligit Iudex, & monet partes ad intereſſendum, & probat talis calculatio, & habet exequutionem paratam.

2 Extende, quia vbicunq. creditum, quod petitur non eſt liquidum, & reus vult euitare moram, vel exequutionem offerendo, duo debet facere, offerre ſe paratum ad quę de iure, & coram Iudice citata parte petere eligi calculatores, qui calculent, & declarent. Aretin. conſ. 142. in fin. num. 24. verſic. aut dubitat.

3 Et quando credita non ſunt liquida, licet ſint deducta in iudicio, expedit Iudici mandare quod calculus fiat. arg. l. ſi reſiduum. C. de diſtr. pig. Bar. in l. penul. in cip. creditor. ver. & prędicta vera. ff. eod. & conſ. 149. Litteras Magnificentię veſtræ, in prin. lib. 1. facit text. & ibi Bal. in l. ſi cui libertus. ff. de

ff.de cond.& demonſtr. Abb.conſ.21.In quæſtione. in princ.lib.2.

4 Amplia,quia etiam ſi agatur de calculo inſtantię,vel alterius negocij,quod requirat calculationem,eligendi ſunt calculatores.Alex.conſ.81.nu. 6.& 7.lib.3.& cõſ.64.Viſo proceſſu.n.3.& 4.lib.6.

5 Amplia,quia in omni quęſtione ſuper computis datis, & acceptis mercantiliter remittendæ ſunt partes ad calculatores, & peritos in arte, quorum aſſidua profeſſio eſt prędictis vacare, iuxta not.per Bart.in l.2.C.de iure fiſci,lib.10. & aliquid per Caſtrenſ.in l.ſi cui libertas.ff.de cond. & demonſtr.

6 Extendo idem in menſuratione.Feli.in c.quia iudicante,in prin.de præſcript. vbi quando menſurator debeat iurare,vel non,& quod parte citata,& ſeu præſente fit electio, & intonentur partes pro certa die ad intereſſendum, & in relatione non eſt neceſſaria citatio partis,& multa alia.

7 Extende in omni redditione computorum, in qua partes diſcordant.Bart.d.l.ſi cui. ff. de cond. & demonſtr.

8 Extende, quia ſi credita non ſunt liquida, expedit ſemper quod Iudex mandet fieri calculationem.rex.eſt cum ibi not.in l.ſi reſiduum.C. de diſtract.pigno.Bar.in l.penul.ver.& prædicta vera.ff.eod.& in conſ.149.litteras M. V. circa prin. libr. 1.

9 Extende, quia vbicunque rationes inter debitorem,& creditorem ſunt implicitę,& non claræ, poteſt debitor in iudicio interpellare creditorem, vt eligatur calculator ad rationem calculandam. Bar.in l.creditor,col.ſi.ff.de diſtract.pigno.ſequitur Alex.in l.ſi mora.col.2.ff.ſolut. matr. Aretin. conſ.143.col.ſi.Neguſ. de pignor. in tertio membro,quintę partis princ.quæſt.2.n.103. & eſt tex in l.ſi pure, §.ſi pater.ff.de fideic.libert.l. vix certis,vbi Bald.& Angel.de iudi.Caſtrenſ. in l.ſi cui libertas.ff.de cond.& demonſtr. Socin. conſ.149. col.fin.ad fi.lib.1.

Vide, Peritis in arte ſtandum eſt.Concluſ.286.

10 Practicam ponit Caſtr.in d.l.ſi cui.ff. de cond. & demonſtr.& qualiter ſint adhibendi calculatores.Corn.conſ.43.col.4.lib.1.

11 Eligi debent à partibus,& ſi vna pars eſt contumax;electio fit per Iudicem.Bartol.in l.1. §. ex hoc,ff.de ventre inſpic.Abb.Felin.& Deci. in cap. propoſuiſti de probat.Iaſ.in l.ſi C.de iudi.Neuiz. conſ.94.in fin.

12 Imo, ſi partes diſcordant,eligit Iudex calculatores,quorum calculo ſtandum eſt,& nedum facit probationem,ſed habet paratam executionem. Bart.& Ang.in l.inſtar.col.pen.C.de iure fiſci,lib. 10.Caſtrenſ.in l.ſi cui libertas. ff. de cond. & demonſtr.Corn.conſ.43.libr. 1. quo caſu monentur partes ad intereſſendum,& idem eſt ſi à partibus ſunt electi.Neuiz.conſ.94.in fi.

13 Iurare debent calculatores,alias illis non creditur ſine iramento.Alex.d.conſ.64.n.4.lib.6.

14 Iariſdictionem dicuntur habere videlicet electi à partibus cum promiſſione de ſtando eorum declarationi,& dicuntur arbitratores, electi vero à Iudice dicuntur arbitri.Corne.conſ.43. Circa hanc conſultationem,col.3.nu.5.& ſeq.ver. tamẽ hijs non obſtantibus,lib.1.vbi quod ſunt arbitratores,& arbitri reſpectiue,licet de iuriſdictione non afirmet.

15 Et quod iſti calculatores electi à partibus dicantur eſſe arbitratores,ad effectum,vt ſicut non creditur arbitratori de ijs,quæ geſſit, quando eſt vnicus,ſecus ſi ſint plures,ita etiam in calculatoribus idem ſit dicendum,Alex.conſ.21.conſideratis,in prin.lib.7.

16 Extende,vt idem ſit in agrimenſore perito, vel alio rationatore à partibus pendente lite electo, quia dicitur arbitrator,quia extimatores electos à partibus ius appellat arbitratores. l. hac edictali.§.ijs illud.C.de ſecund.nupt.Alex. conſ.21. nu.8.ver.Nunc deſcendo,lib.7.vbi quod ſicuti talis electio facta pendente lite eſt quędam tranſactio, quæ quidem impedit litis proſequutionem, ita non poterit Iudex procedere pendente negocio coram tali arbitratore,ſi excipiatur.

Vide.Arbitrator quis dicatur,& quid poſsit,& quid arbiter. Concluſ. 449.nu. 9.

17 Imo electi à Iudice,vel ſtatuto dicuntur habere iuriſdictionem, ſecus ſi à partibus eligantur. Ang.conſ.130.Viſis.

18 Facultas calculatoris eſt reſtricta ad electionem,& ideo æquiparatur arbitratori. Alex. conſ. 21.n.8.lib.7.quia ſicut arbitrator non poteſt excedere compromiſſum,l.non diſtinguemus.§. de officio.ff.de arbitr.ita calculator non poteſt egredi fines calculationis,& propterea non poteſt corrigere partitas,& aſſumere fides, & probationes extrinſecas contra partitas.

19 Et quod calculatores cenſeantur arbitri,vt ita eos appellat tex.in l.ſi reſiduum.C.de diſtract.pigno.l.1.§.Marcellus,vbi Ang.ff. ſi cui pluſquam, per leg.falcid. l.ſi cui libertas. ff. de cond. & demonſtr. Alex.d.conſ.21. Conſideratis, nu.8.lib.7. Corn.conſ.43.Circa hanc,col.3.lib.1.Bar. d.conſ. 149.litteras, M. V.lib.1.in prin. Abb.conſ.21. In quæſt.in princ.libr.2. vbi quod etiam debetur eis ſalarium.

20 Extende,quod propterea ſi quid vltra mandatum faciunt,illud eſt nullum,ſicut laudum extra compromiſſum ex defectu mandati, quando ad certam rationem ſunt electi,& aliam calcularunt d.l.non diſtinguimus.§.ſi. ff.de arbitr.

21 Contrarium tenet Caſtren. in l. ſi cui libertas. ff.de cond.& demonſtr.vbi quod videntur habere iuriſdictionem à lege per tex. illum qui vtitur verbo,ſententiæ.

22 Declara, vt contrarium procedat quando calculatores ſunt electi à Conſulibus,vel aliis Iudicibus,vel ex forma ſtatuti. Ang.conſ. 130. Viſis, ſecus quando eliguntur à partibus cum mandato limitato.

23 Extende, quia calculatores cenſentur vti exequutores ſententiæ,quia ſicut exequutor non poteſt excedere fines ſententię,alias daretur appellatio, ita calculator non debet excedere modum ſuę electionis.Caſtrenſ.conſ.148. Viſo, & examinato,in prin.lib.1.

24 Arbitrio boni viri reddenda eſt calculatio adminiſtrationis.Bal.in l.voluntatis.C.de fideicom. ſequitur Corn.conſ.43.lib.1.& modum etiam ponit Corne.conſ.196.lib.3.

25 Salarium, ſeu honorarium debetur iſtis calculatoribus à partibus,in tantum quod tenentur relevare Procuratores,qui coacti ſunt ſolvere.Abb. conſ.21.In quæſt.per totum dict.

26 Finis calculationis eſt approbatio per Iudicẽ per quam reus venit abſoluendus,vel condemnãdus,quia calculus de ſe non habet vim diffinitiuę,

quoad

quoad condemnationem, vel abſolutionem, l. 1. & ibi glo. & Bar. C. de iure fiſci, lib. 10. & ideo facta per Iudicem electione calculatorum, & habita relatione eorum in actis, poteſt Iudex pronunciare ſecundum relationem factam. Bar. d. conſ. 149. Litteras, in prin. lib. 1.

37 Et antequam fiat approbatio per Iudicem poteſt peti remiſſio, & opponi quæcunq. exceptio contra calculum coram Iudice, & ſi appelletur ab eo antequam approbetur, fruſtratoria redditur appellatio, quia non grauatus appellat. DD. tres Rotæ Flor. in motiuis 17. Febr. 1573. in cauſis ſtatij.

38 Contrarium videtur velle Bart. & Ange. in l. inſtar. C. de iure fiſci, lib. 10. Corne. conſ. 43. libr. 1. quod factus calculus à peritis electis à Iudice, vel à partibus, quando fuerunt monitæ partes, nedum probet, ſed habeat exequutionem paratam.

39 Coram Iudice, qui elegit calculatores, vel de eius mandato partes elegerunt debet fieri confirmatio calculi, vel correctio, aut reuiſio, non coram alio Iudice, quia alius eſt incompetens. Bar. in l. 2. C. de iure fiſci, lib. 10. Doctores in l. arbitro, ff. qui ſatiſd. cogan. quia coram alio Iudice, aut obſtat res iudicata, ſi facta eſt cõfirmatio, aut incompetentia, quia ſi non eſt facta confirmatio pendet iudicium.

Vide plenius. Calculatio, & ſaldum, quando habeat vim rei iudicatæ. Concluſ. 7.

30 Reſtringe, niſi Iudex confirmans grauaret, & appellaretur, quia tunc Iudex appellationis poteſt idem, quod primus facere debet.

Vide. Iudex ad quem in quibus iuriſdictionem habeat. Concluſ. 464.

Calculus quando dicatur erratus, vt iterum calculari debeat, & qualiter probetur. Concluſio. V.

1 CALCVLATIO ſi eſt facta inter duos, ſi allegetur error, & allegans offerat probare ex iteranda calculatione auditur, & iterum debet fieri calculus. Fulgoſ. con. 142. Titius, & Seius, circa fin. ver. rurſum, & ſi in concluſione. Angel. Aretin. conſ. 48. Videtur primo, num. 12. & ſeq. ver. ſecundo quia, vbi dicit * communem.

2 Et procedit inter ſocios, & hęredes illorum, ve ſi facta calculatione petatur reuideri iterum fieri debeat, niſi peteretur per calumniam. Roman. conſ. 168. Circa primum. numer. 4. & 5. ver. quoad tertium.

3 Amplia, quia teſtes deponentes de ſumma confeſſata in calculatione facienda non probant ita calculatum fuiſſe, quia poteſt eſſe, quod in calculo ea ſumma confeſſata fuerit excomputata. Fulgoſ. conſ. 142. circa med. ver. enimuero.

4 Extende, quia multo minus probant teſtes ſi dicant, quod poſitus pro debitore in calculo confeſſus eſt, quod erat debitor, & quod ſoluiſſet id quod reſtabit debitor, quia nihil concludunt de certa ſumma. Angel. Areti. d. conſ. 48. num. 18. & ſeq. per totum, ver. ſed poſito, ſine veri præiudicio, vſque in fi.

5 Amplia in arbitro, vel arbitratore atteſtante de confeſſione Titij, quod eſſet debitor, prout in calculo faciendo, quia ſibi non creditur. Fulgoſ. d. conſ. 142. per totum.

6 Amplia, quia ſi inter ſocios eſt conuentum de calculando quandocunque inter eos tempore, quo conficiebatur inſtrumentum, non debet exequi inſtrumentum, niſi fiat nouus calculus, ſi pars hoc opponit. Io. de Imol. conſ. 19. in cauſa, quæ vertitur.

7 Extende, etiam ſi per teſtes probetur hæc promiſſio per diuerſa verba, quia ſufficit quod in effectu hoc concludant. Imola. d. conſ. 19. nu. 1. ver. & licet dictus Marcus.

8 Amplia, quia procedit etiam ſi vltra calculationem interuenit quietantia, & liberatio.

* Oſaſch. deciſ. Pedemont. 58. num. 35. vbi * dicit communem.

Vide plenius. Adminiſtratores omnes tenentur. Concluſ. 203. nu. 72. & multis ſeqq.

Vide. Error calculi qualiter attendendus. Concluſ. 312. nu. 5. & ſeq.

Qualiter autem, & ex quibus, & quomodo probetur error calculi. Vide Maſcard. Concluſio. 253.

Calculus an inducat liberationem, & qualem. Concluſio. VI.

1 CALCVLVS, & ratio calculata non inducit liberationem, niſi in eo quod eſt calculatum, ideo calculus ſpecialis non operatur vltra ſpeciem. Bald. conſ. 47. Iſta quæſtio, in princ. lib. 4.

2 Et ponere calculum eſt videre, & calculare data, & recepta hinc inde. Angel. Aretin. conſ. 48. Videtur primo, num. 15. ver. nam ponere calculum.

3 Limita, quia calculus, & ratio calculata inducit compenſationem creditorum hinc inde, quando eſt generalis, ideo qui petit aliquid poſt calculum ſuccumbit, niſi doceat, quod poſt calculationem eſt factus creditor. Alex. conſ. 102. Viſo proceſſu, numer. 4. ver. tamen hæc probatio, lib. 5. & num. 5. & 6. dicit quod dubia redditur probatio, quæ contra probantem interpretatur.

4 Limita, quando calculus eſſet de omnibus generalis, & concluderet tantum deberi pro reſto, quia tunc ſtatur ſaldo rationis, l. rationes, C. de probatio.

5 Declara, ſeu reſtringe, quia ratio calculata debet iterum calculari parte petente, vt videatur an ſit erratum, l. prima, C. de errore calculi, &

* eſt communis * opinio. Angel. Areti. d. conſ. 48. num. 12. & ſeq. ver. ſecundo quia, vbi nu. 14. di-

* cit * communem.

6 Limita, niſi computum generale ſit factum, quia calculus generalis generalem inducit liberationem. Bald. d. conſ. 47. in princ. lib. 4. Fulgo. conſ. 130. Gaſpar notarius, per totum, quod eſt Iacobi de Fabris. Bart. de Ozona de Carpo, Fulgoſ. & Cumani.

Vide. Liberatio generalis quid comprehendat. Concluſ. 326. maxime nu. 84. ver. limita igitur, in fin.

7 Extende, quia calculus generalis de omnibus habitis,& datis comprehendit etiam data, vel recepta alio nomine,puta factor domini si etiam de suo soluit pro domino non vt factor omnia veniunt in calculo,& saldo generali.Fulgos.d. cons. 130.per totum,quia hoc est verisimile, & non reseruatum,& in dubio contra eum,qui se fundat in saldo cum potuerit reseruare,fit interpretatio.

8 Dicitur generalis calculus, quando adsunt illa verba indefinita,de gestis,datis, & habitis factus est saldus,& omnibus computatis,tantum restat, vel debet.Fulgos.d.cons.130.nu.1.& per totum.

9 Restringe,quia si fiat calculus generalis,& scripta per quam vna pars alteri remanet debitrix in centum , & postea appareant plures scripturę dati,& recepti inter partes eaſdem , illa calculatio non dicitur liquida, ex particulari scriptura, ex quo aliæ scripturæ contrarię apparent dati,& recepti.Ancha.cons.235.Prima facie.n.2.ver,prętęrea propter incertum exitum rationis,sequitur Cravet.cons.275.ad fi.lib.2.

10 Extende, quia in dubio pro saldo , & ratione calculata præsumitur,& quod subscribens habuerit notitiam.Alex.cons.147.lib.2.col.2.

11 Restringe,quando est dubium an scriptura veniant in computo,& saldo,& creditor permisit labi multum tempus ad petendum creditum post saldum , an debet admitti, prout in simili Alex. cons.115.Visa scriptura,col.2.lib.7.

12 Declara,si scriptura est cancellata non facit fidem aliquam,quia pręsumitur soluta,l.inductum, cum ibi not.C.de solutio.l.si quis libertatem.§.1, & ibi glos.in ver.inducatur,ff.de pet.hęred. Alex, cons.14.col.2.lib.2.

Vide. Cancellatio quando probet solutionem, vel non.Conclusio.22.

13 Declara totam hanc materiam calculi solidati generaliter,& pro resto , vt pro illo præsumatur , quando habet in se data,& recepta,& appareat super quibus fuit calculatum , & vnde ortum habuit,si veronon apparet super quibus , vndeq. ortum habuit non releuat , sed iterum debet calculari. Angel. Aretin. dict. cons. 48. per totum,maxime numer, 12,& sequent.ver.secundo quia, & num.15.

Calculatio, & saldum , quando habeat vim rei iudicatæ. Conclusio . VII.

1 CALCVLATIONIS finis est approbatio faciendæ per Iudicem , per quam reus absoluitur,vel condemnatur , quia calculus de se non habet vim diffinitiuę quo ad condemnationem,vel absolutionem.l.2. & ibi glos. & Bart. C, de iure fisci,lib. 10.

2 Extende,quia calculus à calculatoribus factus etiam de consensu partium non habet effectum sententię quo ad hoc,quod possit agi via executiua , quia cum non sit sine confirmatione Iudicis sententia , debet procedi via ordinaria , & ad probandum fiet productio per iura supra allegata.

Vide . Calculatores quando eligendi , Conclusio. 4. numer. 16. & sequent. ver. finis calculationis.

Calij Ciuitas;& eius statuta,consuetudines,& priuilegia . Conclusio . VIII.

1 STATVTVM Calij circa dotis lucrum,& restitutionem antiquum erat,quod premoriente vxore sine filijs maritus lucraretur tertiã partẽ,& reliquę duę tertiæ restituerentur dotãti patri,vel hæredibus,& nõ valeret pactũ cõtrarium, postea fuit cõditũ nouum statutum , quod stantibus filijs tota dos remaneret filijs.Bald.cons.89, Factũ tale est,cum duobus alijs seq. consilijs,lib. 4.vbi cõsuluit ipse,& Rosellus,in casu in quo dos erat data durante primo statuto facta stipulatione secundum primum statutum , & mortua erat vxor , & postea facto statuto nouo mortui erant filij,& tenent quod dos sit patris in totum , tanquam hæredis filiorum.

Calumnia quid sit , & quid calumniator, & qua poena puniatur, & qualiter probetur,vel præsumatur.Concl.IX.

1 DVPLEX est calumnia,vera, & præsumpta, vera consistit, quando accusans scit,vel scire debet innocentiam accusati,præsumpta,quãdo non probat accusator delictum,vel desistit. Clar. * in §.fi.q.62.n.4.ver.sed nunquid, & * communẽ dicit Farinac.q.16.nu.10.

2 Calumniator igitur verus dicitur,qui sciebat, vel scire debebat innocentiam accusati.Clar.d.§. fi.q.62.n.4.ver.sed nunquid,& * communem dicit Farinac.d.q.16.n.10.

3 Extende in eo,qui carcerari fecit maritũ, vt illius vxore fruatur.Farin.d.q.16.n.7.ver.& rursus.

4 Itẽ is,qui falso accusauit,quia nõ probauit,quãdo interrogatus deliberate respondidit velle vti, & prosequi querelã.Bosi.Clar.& alij quos sequitur,& citat idẽFarina.q.16.n.4.ver.ideo hodie,& talis responsio inducit scientiam ne possit allegare ignorantiam.Bosi.tit.de accusat.n.24.

5 Item ille,qui erat instigator, & etiam fecit se examinare,vt testis.Bosius.tit.de accusat.n.17. sequitur Farinac.d.q.16.n.4.pulchre.Bal. in l. & si legibus.C.si contra ius.

6 Probatur etiam,quia faciens aliquid prohibitum dicitur esse in dolo,glos.in l.dolum.C.de dolo,in ver.conuenit,& ibi additio.

7 Item multis modis quis efficitur etiam calumniator veluti si accepta pecunia desistat ab accusatione,vel accuset per pecuniam. Bosi. tit. de accusat.nu.22.

8 Item Iudex,qui transmittit inquisitionem sine indiciis.Farinac.q.16.nu.27.

9 Itẽ,qui falsa crimina scienter in aliũ accusat,dicitur verus calumniator.Bosi.de accusat.n.24.

10 Et verus calumniator tenetur semper,& nullus excusatur à pœna,siue sit Fiscalis,siue denunciator publicus,imo etiã Iudex ex officio procedens pro vera calumniã cõdẽnatur in pęna arbitraria, & ad damna,expensas,& interesse accusati.Farin. d.q.16.n.23. vbi de Fiscali.& n.18.vbi de denunciatore,& numer.25.de Iudice,ubi num.27. quod est in scientia , & calumnia vera, si fecit inquisitionem sine indiciis.

Pra-

11 Præſumptus calumniator dicitur qui non probauit accuſationem,vel delictum in iudicio contra accuſatum deductum.Farinac.d.q.16. nu.10.

12 Vel melius qui non probat id quod allegat præſumitur calumniator.l. 1. ff. ad turpilia. cum ibi not.Socin.conſ. 118. col. 4. libr. 1. prout is qui impugnat,quod legitimo impedimento impeditus non reſtituatur,præſumitur per calumniam facere.Ægid.Bellame.conſ.36.nu.2. in fin.ver.in contrarium.

13 Vel qui conduxit omnes Aduocatos, Iudicem refugit ſine cauſa, & alia ſimilia. Vide Maſcard. Concluſ.275. Cauſam iniquam.

14 Amplia,quia is qui modo vnam, modo aliam opponit exceptionem, præſumitur calumnioſus. Crauet.conſ.350.nu. 16.Anchar. conſ.234.Caſus talis eſt,col.1.Caſtr.conſ.281.In cauſa iſta,lib.1.

15 Extendit maxime, quando is poſſidet qui per diuerſas exceptiones diſtrahit expeditionem cauſę.Crauet.d.conſ.350.n.17.allegat deciſ.Rotæ 30. in nou.in fi.& Crauet.conſ.335.n.6.cum ſeq.

16 Extende in eo,qui diſputat omnia videlicet ad miſſionem articulorum,inducit attētata,& creat emergentia litis,quia ab euentu ſi ſuccumbit calumnioſus iudicari debet.Crauet.conſ.335. num. 3.& ſequen.

17 Et qui appellationem non proſequitur,calumnioſus præſumitur.Crauet.conſ.693.n.10.

18 Amplia,quia doloſus, & calumnioſus dicitur, qui non vtitur exceptionibus tempore ſuo,& debito, & qui non facit quod debet.Crauet.conſ.346. nu.2.& ſeq.& plenius conſ.969.nu.15.vbi etiam, quod præſumitur in dolo,pleniſſime Rola.à Valle conſ.57.num.7.& ſeq.lib.1.vbi quod is, qui non ſoluit quod debet,vel non facit quod promiſit dicitur in dolo.

19 Extende quia debitor, qui impetrauit bollettinum,ſeu ſaluumconductum,ſi conueniatur,& litigat,differtque producere ſaluum conductum in fine litis, non debet admitti, tanquam calumnioſus,ſed debet condemnari,etiam in expenſis,quia cum ſit impeditiuum litis ingreſſus debuit ante litem conteſtatam exhiberi,alias cenſetur illi renunciaſſe. Blanch.in tract. de compromiſſo, in quinta parte princ.nu.3.& 4.Bald.in l.parente,n. 2.C.de teſta.& in l.2.n.2.C.de bon.auth.iud. poſſid.& in l.alia.numer. 8.ver.tu dic.C.de ijs quib. vt indig.

Vide.Contumax quando perdat priuilegium declinatoriæ.Concluſ.1027.

Vide. Citatio contra exemptum quando afficiat,vel non Concluſ.244.

Vide Priuilegium non allegans quando illud perdat,vel non.Concluſ.753.

20 Extende in tantum,quod non ſufficit allegatio, niſi cum effectu exhibeatur.Pariſ.conſ.4.n.8.lib.3.

21 Extende,quia differens producere inſtrumentum non auditur,niſi refectis expenſis.Felin.cap. exceptionem.n.47.de exceptio.

22 Extende,quia differens exhibere acta Iudici, ſed illa exhibet tempore prolationis ſententiæ, tanquam calumnioſus punitur,& condemnatur in expenſis.Deci.conſ.241.in prin.Caſſad.deci.3.de appell.Grammat.voto 18.n.15.& per totum.

23 Extende,quia differens producere iura in fine litis tempore ferendæ ſententiæ,ex quo Iudex nō poteſt diſcutere,non tenetur attendere talia iura, nec cogitur ſuper illis pronunciare.Alexan.conſ. 218.col.pen.lib.2.Felin. in c.de cętero,nu. 11. & ſeq.ver. limita,de re iudi. vbi ponit regulam, & ampliat etiam ſi præiudicium ſit irreparabile quā do vehemens eſt præſumptio,& citat Alex. conſ. 65.lib.1.quod credo eſſe conſilium ſupra erratū.

Vide.Sententia incerta,vel conditionalis, valet multis caſibus.Concluſ.108.

24 Extende,quia is,qui appellauit à ſententia, ſi patitur procedi ad exequutionem,antequam oſtēdat fuiſſe appellatum,licet doceat in fine,quia calumnioſè facit,condemnatur in expenſis. Caſſad. dec.3.de appellatio.vbi multa ſimilia congerit.

25 Extende in Clerico,quia non opponit ſe Clericum quando citatur coram ſeculari ſimpliciter, quia ſi patitur ſe condemnari,& dicat de nullitate, quia Clericus debet in expenſis condemnari propter calumniam. Ægid. deciſ. 226. Caſſad. deciſ.3.de appell.Staphil.de lit. gratiæ. fol.14.in ver.hinc etiam in Procuratore.

26 Extende,quia differens per calumniā opponere exceptiones,vel expedire remiſſoriam conceſſam non auditur.Ægid.deciſ.427.In cauſa,imo remiſſoria non debet concedi quando petitur calumnioſe.Feli. plene in d.c.de cętero,nu.12. de re iudi.vbi late.Caſſad.deciſ.3.de dilat.Roma.conſ. 273.Clarum eſt,num.3.& per totum,vbi apoſtill. Grat.conſ.138.in fin.lib.2.

27 Declara,quia maxime in actore iſta procedūt, vt declarat Crauet.conſ. 693. in princ. ſecus eſſe dicit in reo,quando eſt in facto de longinquo etiā proprio, vel facto alieno, quia magis excuſatur reus,quam actor,& loquitur in eo,qui diſtulit producere ſolutionem ex apocha.

Vide etiam plene Maſcar.Concluſ.254. Calumnia quomodo præſumatur,atq.probetur, vbi ponit regulam,ampliat,& limitat multis modis.

28 Amplia,quia calumnia dicitur contra publicā vtilitatem,item habet dolum annexum,itē aperit viam fraudibus,& ſemper eſt proſternēda. Signorol.d.conſ.56.per totum, vbi multa allegat contra calumniam,& calumniatores.

29 Et calumnia cōſiſtit in animo,& requirit dolū, qui non eſt ſine calliditate,& fraude,l.1.ff. de dolo.Abb.cōſ.78.Viſo toto,circa fi.ver.calūnia.li.1.

30 Calumnia,& ſeu calumniator poteſt puniri per officium Iudicis, & ideo inſtituens calumnioſam accuſationem poteſt puniri per Iudicem in ſentētia,quam profert, vel ſtatim poſt ſententiam abſolutoriam,alias ex interuallo non valeret condēnatio facta ſuper calumnia ex officio.l.1.C.de calumniat.l.athletas. §. calumniator. ff. de ijs, qui not. infam.Feder.de Sen.conſ.93. Factū quod proponitur,in prin.vbi quod ante ſententiā non debet puniri, quia Iudex præiudicaret cauſę negocij principalis,ex quo animum ſuum declararet.

31 Declara,vt per Clar.in §.fi.queſt.62.nu.9.ver. ſed quęro,vbi dicit,quod debet prius præcedere præfixio termini accuſanti ad probandum,& probatum habendum, quo elapſo ſi non probauit, poteſt condemnari in eadem ſententia,quæ debet continere præcedentem abſolutionem accuſati,& * dicit * communem, & quod termini præfixio eſt neceſſaria,alias teneretur in ſyndicatu.

32 Pœna calumniæ aliquando repellit agentem calumnioſe à remedio, quod alias competeret, ideo ſi extat ſtatutum quod Iudex teneatur remittere articulum ad conſilium ſapientis, & per calumniam petatur conſilium,

poteſt iudex conſilium ſpernere,& valebit proceſſus etiam ſi ſtatutum ſit formale, quia annullet acta aliter facta.Ang.conſ.136.in quæſtione. n.4. ver.ſecundum eſt,Signor.Homod.conſ.57. Creditor volens, in fin. vbi loquitur in eo, qui per calumniam petit dilationem ad probandum extare bona principalis debitoris. Deci. in c. ſuper eo.il 1.de appell.in fin.

Vide.Iudex ex officio poteſt multa.Concl.395.

33 Extende etiam ſi ſtatutum mandet ſuſpendi cauſam Ciuilem ob criminalem, quia imputatur calumnioſe accuſanti.

Vide.Criminalis cauſa quando præiudicet Ciuili.Concluſ.1087.

34 Extende,quia imo etiam ſi ſtatutum(prout Mediolani) diſponat quod iudex debeat dare conſultorem petitum etiam ſi per calumniam petatur, quia tale ſtatutum eſt nullum, & ſi conſtat de calumnia adhuc conſultor dari non debet . Signorol. Homod. conſilio 56. Statuto Ciuitatis Mediolani,per totum: vbi in fine apoſtil. dicit*eommunem.

35 Extende idem in ſtatuto mandante fieri compromiſſum,quia ſi petitur per calumniam non debet fieri.Deci.c.ſuper eo.il 1.in fi.de appel.

36 Et iudex poteſt,& debet opponentem exceptionem,quæ priuat iudicem iuriſdictione, ſi vera eſſet,repellere,quando per calumniam cõſtat, quod opponitur,ita Bald.in l.1.in fine.C.de ſent.quę ſine certa quanti.

37 Aliquando punitur in condemnatione expenſarum,quã facit iudex ex officio ſuo contra actorem calumnioſum,vt fieri debeat in ſententia negocij, non autem ante , neque poſt,niſi ſit incontinenti. Feder.d.conſ.93.nn.2.ver.& cauti iudices.

Vide . Expenſarum condemnatio in cauſa criminali quando fiat,vel non.Concluſ.634.

38 Extende in tantum calumniatorem debere condemnari in expenſis,vt etiam iudex delegatus,qui pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem , & non habere iuriſdictionẽ,tamen valide poſſit condemnare agentem calumnioſum in expenſis.Fed. de Sen. conſ.133.nu.2.verſic.primum eſt.

39 . Aliquando poteſt etiam puniri calumnia,& calumniator ad accuſationẽ partis,& hęc accuſatio poteſt fieri ex interuallo,& quandocunq;poſt ſententiam abſolutoriam.Feder.de Sen.d.conſ.93.in princ.ver.circa præmiſſa,& num.2.ver. item quod poſt abſolutionem.

40 Aliquando etiam punitus de calumnia officio iudicis poteſt puniri ad accuſationem partis in eo,quod plus venit puniendus, & pro ſimili allegatur.l.nullum,in fi.C.de teſti.Feder.d.conſ.93.n.2. ver.& an punitus vbi loquitur relatiue.

41 Aliquando etiam iudex nedum poteſt non audire excipientem calumnioſum, ſed ſi vult poteſt etiam ante pertranſire. Alex. conſ.63. Habita ſuper contentis.num.3.ver. fortificantur. lib. 1.vbi apoſtill.dat concor.

42 Extende etiam ſi exceptio eſſet efficax,& vera. Alex. d. conſ. 63.num.3.lib. 1. qui hoc affirmat ſi iudex vehementer opinetur , & ita declarat apoſtilla, vt ſit,& eſſe debeat vehemens præſumptio.

43 Et quod exceptio relcuans poſſit ſperni quando iudex ſuſpicatur , vel cognoſcit fieri ex calumnia.Felin.in c.ex parte.il 2.in prin.de offi.deleg.

44 Extende,quia in dubio ſemper præſumitur pro iudice, quod repulerit ex vehementi,& iuſta,cauſa.Alex.conſ.65.num.3.ver.& ſubdit.lib.1.

45 Et calũniator maiori pœna eſt dignus quocunq; alio delinquente.c.fi.vbi Abb.de calumniat.plene Menoch.de arbitr.caſu 322.nu.12.& ſeq.vbi quod Principes non punientes falſos delatores incentiuum dant ad calumniandum , & quod calumniator dicitur ſemen viperinum .

45 . Et calumnioſa litigantium improbitas moderatis coercitionibus eſt compeſcenda . Fulgoſ. conſ. 146.in fi. in dubio tamen excuſatur vt ibi .

47 Extende,quia calumniator olim pœna talionis tenebatur , hodie vero pœna extraordinaria tantum punitur,ex quo pœna talionis receſſit ab aula.Menoch.caſu 322.in princi.maxime num.3. & &ſeq.vbi de multiplici pœna calumniatoris,vt de falſo teneatur.

48 Aliquando pœna calumniatoris eſt falſi in duobus caſibus,quando interrogatus,an velit vti,dixit , quod ſic,& quando cum iuramento , vt teſtis depoſuit accuſator.Farinac. d.q.16. nu.4.

49 Poteſt tamen etiam pœna falſi ex arbitrio iudicis condemnari , licet non ſit proprie pœna falſi, ita Farinac.d.q.16.n. 18.& 19.

50 Regulariter eſt pœna extraordinaria,&arbitraria iudici,videlicet pecuniaria,refectionis damnorum,& expenſarum.Faric. d. quæſt. 16. num.5.& ſeq.vbi dicit eam augeri,& minui arbitrio,ſecundum calumniam maiorem,& minorem, & maxime contra officiales,&alios in dignitate.Farinac. * d.q. 16.n.5.& ſeq.vbi de * cõmuni,& allegat exẽpla, quibus etiam vltimo ſupplicio, vel perpetuo exilio fit condemnatio contra calumniatorem, & ita etiam Clarus quæſt.81.circa fi.

51 Limita, quia accuſator non poteſt de calumnia accuſari à reo in genere non deueniẽdo ad aliquã ſpeciem criminis,pẽdente indeciſa prima accuſatione,quę prætenditur calumnioſa , quia cum calumnia pendeat à futuro euentu primi iudicij, an accuſatio fuerit bona , vel calumnioſa ante euentum non poteſt inſtitui accuſatio calumnię.Feder. de Sen.conſ.93.nu.3.ver.item quod actor.

52 Declara hanc limitationem , vt licet non poſſit actor accuſari de calumnia ante finitum iudiciũ, quod prætenditur per calumniam intentatum,tamen id procedit per modum actionis tantum, ſed bene poteſt accuſatus,& reus per viam exceptionis opponere de calumnia etiam non finito iudicio, quia exceptio pendet à facto actoris præexiſtenti,non autem a declarationis euentu tantem, ita in ſimili Feder.de Sen.conſ.90.Caſus talis eſt. per totum.

Vide . Exceptio datur facilior quam actio. Concluſ.374.

Vide . Excipiendo quando quis poſſit conſequi condemnationem contra actorem . Concluſ.413.

53 Declara niſi veller accuſatus accuſare ſuum accuſatorem non de calumnia in genere , ſed in ſpecie , vt puta ſuper eo, quod produxerit falſos teſtes,vel ſimilibus.Feder.de Sen.d.conſ.93.n.3.ver. item thema ſupradictum.

Vide. Criminalis cauſa quando pręiudicet Ciuili.Concluſ.1087.

54 Declara tamen, quia ſi ſumus in iudicio prępparatorio , & ſummario,in quo leuior probatio requiritur,magis de facili præſumitur iudex motus ex vehementi præſumpta calumnia partis , quam in iudicio ordinario . Alexand. d. conſ. 63. num. 5.lib.1.

Limita,

55 Limita, quia calumnia ceſſat quando qualitas perſonę hoc expoſcit. Cravet. conſ. 404. nu. 28. vbi late.

56 Itē quando cōſiliū ſapientū adhibuit non ex ſuo capite, vt Cravet. ibi conſ. 404. num. 26. & ſeq.

57 Limita, quia calumniator excuſatur, ſi ſemiplene probauit, & multis alijs caſibus per Menoc. de arbit. caſu 321. vbi ponit decem limitationes.

58 Declara tamen quod licet excuſetur accuſator, qui plene non probauit, tamen intelligitur à pœna talionis, non autem à pœna iniuriæ, neque a refectione damnorum, & expenſarum, ita Menoch. d. caſu 321. in fin.

59 Vide omnino Bertazol. conſ. 212. vbi apoſt. 1. & in verbo rurſus: vbi declarat quod aut eſt calumniator verus, & eſt in dolo, & punitur pœna ordinaria, aut eſt præſumptus, vt quia nō probauit, & punitur in expenſis propter temeritatem, debuit enim cogitare melius, allegat Riminal. Iun. conſ. 333. num. 20. & alios.

60 Limita in denunciatore ex officio, quia omnino excuſatur etiam ab expenſis. Bertazol. conſil. 212. per totum.

61 Limita, quia calumnia nunquam rep ellit aliquem à remedio ſibi competenti quando periculum eſſet irreparabile. Deci. d. c. ſuper eo, il. 1. in fi. de appellat.

62 Et finaliter adde, quod in mandato generali non continetur facultas opponendi exceptiones calumnioſas. Bar. conſ. 43. Super quæſtione, in fin. lib. 1. allegat l. ſi procurator, in princ. ff. de condit. indebiti.

63 Vnde Ang. in l. quid ergo. §. 1. ff. de ijs, qui not. infam. dicit, quod cauti procuratores ne puniantur faciunt ratificare principales.

Calumnia excuſatur multis caſibus. Concluſio X.

1 MARITVS accuſans vxorem de adulterio excuſatur a calumnia, etiam ſi mulier abſoluatur, quia iuſtus dolor mariti illum excuſat a calumnia. Bald. conſ. 277. In cauſa Guilielmi, per totum, maxime circa med. verſ. item iuſtus dolor. libro 5.

2 Amplia, quia qui non poteſt declinare iuriſdictionem, ſi cum proteſtatione declinat, & proteſtatio fit per calumniam debet condemnari, in dubio tamen excuſatur à calumnia. Fulgoſ. conſil. 146. in fine.

3 Amplia, quia accuſator deficiens in probatione excuſatur a calumnia, & pœna calumniæ ſi habet pro ſe aliqua indicia, puta famam, auditum a fide dignis, & ſimilia. Abb. conſ. 78. Viſo toto. col. fin. ver. venio nunc lib. 1. vbi dicit * communem.

4 Declara, quia debet in expenſis condemnari, licet non in pœnam calumniæ, & ignorantia iuris non excuſat. Abb. d. conſ. 78. in fi. verſ. in partium. libro 1.

Vide. Calumnia quid ſit. Concluſ. proxima præced.

Cambia, & recambia mercatorum quæ, & an licita ſint. Concluſio XI.

1 CONTRACTVS cambij, & recambij dicitur contractus prſcriptis verbis in quo eſt licitum intereſſe recipere, & in ſtipulatione deducere. Calderin. conſ. 509. alias 10. de vſur. vbi quod mercator exiſtens Ianuæ poteſt recipere ſcuta centum decem, vt ſolum ſoluat ſcuta centum in Alexandria pro alio, quia ratione loci, & temporis intereſſe debetur, & quod eſt lucrum licitum, alias totus mundus pateretur: vbi etiam quod licet poſſit eſſe corrupta mens exercentium cambia, tamen ſolum habent Deum vltorem, non autem Eccleſia iudicat eos in foro fori.

Vide. Vſurę, cambia, & intereſſe quando licitę. Concluſ. 360.

2 Et vbicunque ſors principalis dantis ad cambia ſtat periculo eiuſdem, licita ſunt cambia, ſi vero ſors principalis debet eſſe ſalua, tunc cambia ſunt illicita, quia cambium percipitur, vt prę mium periculi, & ſi non adeſt periculum eſſet vſura. Roman. conſil. 238. Pro habenda. num. 6. & per totum: vbi plura ſimilia adducit, & dicit, quod conſuetudo mercatorum hoc requirit, vt cambia ſint licita, & quod ſors ſtet periculo dantis, & * ibi apoſtilla in verb. mercatorum, dicit * communem.

3 Extende, quia contractus cambij proprie eſt emptio, & venditio pecuniæ, quia ſicut propter diuerſitatem pecuniæ in ea conſiſtit emptio, & venditio, ita ſi adiiciatur diuerſitas loci, vel temporis, in quo eſt ſoluenda pecunia, & ideo propter pericula quæ ſubeunt mercatores in tranſmiſſione pecuniarum de loco ad locum, contractus cambij, & intereſſe eſt licitum, quia non eſt gratuita ſolutio intereſſe propter tempus, quod eſt commune omnium animantium, ſed propter periculum. Baldus conſilio 349. Factæ fuerunt. num. 5. in fine, & numero 6. verſic. ſed quis contractus, libro 1. vide Bald. in rubrica. cap. de conſtit. in princip.

4 Amplia, quia cambia ex communi mercatorum conſuetudine vſitata ſunt permiſſa. Roman. conſ. 94. Viſis, in princ.

5 Extende, quia cambia ſunt illicita propter incertitudinem lucri, & quando ſecundum conſuetudinem mercatorum exiguntur. Roman. conſi. 238. Pro habenda, per totum: vbi num. 6. verſ. & breuiter, dicit quod ita demum ſunt licita quando recipiuntur, vt periculi præmium, & ſecundum conſuetudinem mercatorum: vbi apoſtilla * in ver. mercatorum, dat concordan. & dicit * communem.

6 Extende quia procurator habens mandatum ad recipiendas pecunias mutuo licet nihil de cambijs, & intereſſe dicatur, poterit tamen in ciuitate Florentiæ, vbi pecunię non mutuantur de conſuetudine ciuitatis niſi ad cambia, illas recipere mutuo ad cambia, & dominum obligare. Roma. conſ. 94. in fi. n. 8. ver. quarto quia, & conſ. 114. nu. 4. ver. quoad ſecundum: vbi apoſtill. in ver. conſuetudine, citat plurimos.

7 Reſtringe, quia recipi non poſſunt cambia ad damnum alterius vltra annum, niſi facta intimatione, & alias recepta non nocent ſecundum conſuetudinem mercatorum. Curt. Iun. conſ. 132. nu. 9. & per totum. lib. 2.

8 Reſtringe, quia cambia ſunt odioſa, prout vſuræ, ideo vbi æquitas ſuadet receditur à iure, vt non currant vſuræ, & cambia. Cur. Iu. d. conſ. 132. n. 5.

9 Amplia, quia licet intereſſe taxatū non debeatur, niſi conſtet de intereſſe, tamen valet in cambijs,

bijs, & ratio eſt,quia ſunt licita ratione periculi pecuniæ, ſi modo non excedant generalem conſuetudinem mercatorum. Alex.conſ. 61. Viſo proceſſu,num.13.ver.nec obſtat,libr.1. vbi quod etiam ratione incertitudinis permittitur taxatio, quia poſſet moneta valere plus,& minus.

10 Extende etiam in cambiatore monetarum, quia de aliquo certo poteſt conueniri, quia eſt pro labore numerationis, & ſic non eſt vſura. Alex.d.conſ.61.in fi.lib.1.

11 Limita, quia aliqua ſunt cambia.quæ appellantur ſicca, & ſunt quæ ſimulatam cambiationem continent,vt quia re uera non eſt factum cãbium/ tamen exigitur,ac ſi eſſet factum in fraudem vſurarum.Bald.conſ.438. Ad euidentiam,nu.11.ver. item præmitto,lib.5.vbi quod differt cambium ſiccum ab incantia, ſeu ementia, quę eſt quando res plus,vel minus emitur, vel venditur in fraudem vſurarum.

12 Imo ſapiunt vſurariam prauitatem,vt in ſumma.Angel.ver.vſura,ver.54.& hodie vltra canones extat clara Conſtitutio Pij Quarti contra mercatores,vt ſit vſura, & puniantur Vrbis mercatores,quę Bulla licet ſit localis quo ad pœnam, tamẽ eſt generalis quo ad vſuram, & clarius Pius V. in Bulla ſua 1571. quinto Kal. Februarij, vbi quod omnes commiſcunt vſuram.

13 Et non valet laudum, vel arbitramentum, quod debeatur etiam ſi debitor conſentiret, quia eſſet contrà ius publicum, & bonos mores laudum, ideo eſt nullum, l. pacta, quæ contra, C. de pactis.

14 Extende,quia cambia ſicca, quæ fiunt cum littera, vel ſine littera de Florentia ad Venetias, ſeu è conuerſo ſunt illicita,& dicuntur ſicca,quando fiunt,quod ſit capitale ſaluum.& dicuntur vſuraria,quia ad mutuum rediguntur.Caſtrenſ.conſ. 127.Viſis,libr.2.& idem dicit plenius. Roman. qui principaliter conſuluit in eodem caſu contra Iunctam,in conſ.238.Pro habenda,per totum,vbi quod ſi dans ad cambium vult capitale eſſe ſaluum, dicuntur cambia ſicca,& vſuraria,quia conſuetudo mercatorum requirit, quod periculum ſortis ſit eius, qui recipit cambia, maxime num. 6.

15 Limita,quia cambia continuata,ſiue ſicca,ſiue realia,ſunt illicita, & ſapiunt vſurã,ideo non debentur, niſi in effectu cambientur vere, & de conſenſu renouato.Laur.de Rodulph.in tract. de vſur.parte 1.nu.26.& parte.3.q.1.late Hier. de Iac.in tract.de cambijs,& adeſt Bulla.feli. recor. Pij V. quæ hoc expreſſe diſponit etiam, ſi eſſent conuenta,quia id eſt contra bonos mores,& vſuram ſapiunt, l. pacta, quæ contra,vbi late Iaſ.& Deci.C.de pact.

16 Idem eſt ſi habens pecuniam ad cambia,quia non poteſt illam reſtituere ad ſui beneplacitum, ſed tenetur vltra vnam nundinam ſoluere cambia,quia ſunt illicita, quia ità de conſuetudine mercatorum ſeruatur.Rom.d. conſ.238.num. 10. ver.ſexto generalis conſuetudo.

17 Limita,quia cambia ſicca, & illicita ſunt,quando ſors principalis remanet ſalua,& ita cõpenſantur cum ſorte,ſi ſunt pure promiſſa,ſicuti ſi conditionaliter. Rom.d.conſ.238.in fi.ver.ad vltimum, nu.11.in fi.& ſeq.

18 Et ideo ſi quis accipit mutuo,& promiſit reſtituere in nundinis talis loci, alias promittit pro intereſſe 15. pro centenario,ex nunc tantum fatetur aſcendere intereſſe,dicitur vſura, & non debetur,antequam intereſſe ſit cauſatum, & probatum.Bar.d.l.Rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert. pet. plene Alex.conſ.27.Viſo themate,n. 11. ver. benefacit, lib.4.vbi apoſtil.in ver.contrarium,dat plurimos concord.

Cambiator quando teneatur ad pecunias receptas, vt alibi ſoluantur. Concluſio. XII.

1 CAMBIATOR qui recepit puta centum Mediolani à Titio,vt illas pecunias ſolueret faceret Seio Romæ dicitur recipere,& alter ſolue renon in depoſitum,ſed ad cambium,vt cambientur dictæ pecuniæ in alijs pecunijs Romæ Seio ſoluendis,& ideo non obligatur recipiens ad aliud, niſi vt ſoluantur Romæ Seio per ſuum correſpondentem, & propterea non tenetur illas pecunias reſtituere Titio ſoluenti.Bald.conſ.349.Factæ fuerunt,in prin.lib.1.ſequitur Soci.conſ.68. In cauſa quę vertitur,col.2.ver.ſubſequenter.lib.3.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi ille cui ſcribitur quod ſoluat,non ſoluerit,dummodo offerat,& paratam habeat pecuniam, quia ſi per eum non ſtat,eſt facta nouatio primę obligationis recipiẽtis,qui eſt liberatus,& non tenetur ad aliud.Bald.conſ.349.ver.tamen ſi campſor.lib.1.

3 Amplia in tantum,vt ſi ille cui fuit directa ſolutio per recipientem decoxerit poſtquam litteras recepit,& mandatum ſuſcepit, & pecuniam paratam habuit,non tenetur recipiens reſtituere. Bal.d.conſ.349.nu.3.ver.nunc ad propoſitã quæſtionem,lib.1.Socin.conſ. 64. In cauſa quæ vertitur,per totum,maxime,nu.6.ver.capio nunc tertium,lib.3.

4 Contrarium tenet Bal.conſ.74.Quandoque agitur, libr. 5. vbi quod non liberatur primus recipiens,ſi alij ſunt decocti, qui ſcripſerunt eandem creditorem in libris, quia primi non liberantur, vbi reddit rationem,quia perſona adiecta fauore creditoris non facit nouationem.

5 Amplia,quia in caſibus in quibus non tenetur reſtituere pecuniam,nec etiam tenetur nouas litteras ſolutionis faciendæ alteri ſcribere, quia non tenetur pluribus de eadẽ re ſe obligare. Bald.conſ.349.nu.3.in fi.& ſeq.ver.ormodo, libr.1. vbi quod non tenetur innouare, neque addere obligationi,ſi prima poteſt ſortiri effectum.

6 Declara,quia litteræ cambij factæ ſi non acceptantur, licet operentur quod ſcribens litteras teneatur reſtituere pecunias conditione ob cauſam,tamen non oritur actio ex litteris ipſis,neq. exequi poteſt Iudex contra mercatorem litteras ad effectum reſtitutionis, ſed via ordinaria eſt agendum. Bald.conſ.190.Ij,in fi.ver.& eſt conſiderandum.lib.2.

7 Amplia, quia mercator recipiens litteras cambij quod ſoluat,& non cõcradicens,cenſetur litteras acceptare,& ſe obligare ad cõtẽta in eis. Iaſ.in l.quæ dotis,n.92.& ſeq.ff.ſolut.matr.qui loquitur generaliter, quia ſufficit quod recipiat litteras,

litteras, & non proteſtetur. Bart.in l.cum tabernam.§.idem quæſiuit, ff. de pignor. plene Decia. conſ. 109.num.17.lib.2.Alexan.conſ.78.in princ. lib.1.& quod recipiens litteras miſſiuas ſimpliciter,& non contradicens,ſi reſtituit eas præſentanti cum his verbis,videlicet (viſta à di...), cenſeatur ſe ad contenta in illis obligare, & per conſequés decoctio litteras ſcribentis fit ad periculũ mercatoris litteras acceptantis, non autem eas præſentantis, fuit reſolutum in vna cauſa mea coram Cantuccio,quæ eſt impreſſa.Rot.deci.811. p.1.diu.in no.quæ videatur, quia cauſa fuit acriter diſputata, & diſcuſſa, & ita reſoluta.

Vide. Litteras recipiens, & non contradicens ſe obligat, & quando. Concluſ. 374.

8 Amplia, quia is, qui accepit litteras cambij, puta ad campſorem Venetijs, qui illas acceptauit,ſi decoquat,ille qui dedit litteras,dicitur liberatus,nec tenetur reſtituere.Alexan.conſ.94.Viſo puncto.num.4.lib.3.quod eſt Barbatiæ.

Vide. Delegatio debitoris facta à creditore quando liberet eum. Concluſ.144.

9 Reſtringe, niſi ſciuiſſet dans litteras, quod mercator, cui dirigebantur erat decocturus,quia tunc tenetur reſtituere, ſiue ſint acceptatæ, ſiue non. Alex.d.conſ.94.num.4. lib.3. quod eſt Barbatiæ.

10 Reſtringe, niſi promiſiſſet ſe facturum,& curaturum, quod mercator, cui litteræ dirigebantur ſolueret, quia tunc obligatur. Alex.d.conſ.94.in fin.lib.3. quod eſt Barbatiæ, & ibi apoſtilla in ver. Facturum, dat concord.videlicet Bald.conſ. 270.lib.1.& Caſtren.conſ.170.lib.2. Alexan.conſ. 143.in fin.lib.6.

11 Limita, quia recipiens tenetur reſtituere pecuniam,ſi non ſequatur cauſa,puta,quia ille,cui ſcriptum fuit,vt ſoluat,non recipit mandatum, vel ſi recipit mandatum, non habet paratam pecuniam,neq; ſoluit.Bal.d.conſ.349.n.3.ver.conſidera interdum.lib.1.& conſ.190.in fin.ver.& eſt conſiderandum.lib.2.vbi,quod via ordinaria eſt agendum, ſequitur Rota Ianuen.deciſ.1.num.3. & nu. 6.& latius deciſ.4.num.8.

12 Declara, quia ſi conſtaret per confeſſionem partis de non numeratione facta ab eodem, qui dicitur ſoluiſſe, & ipſe egiſſet tanquam is, qui ſoluit, eſſet ferenda abſolutoria propter libellum. Bald. conſ. 190. Sempronius. libro 2. per totum.

Vide. Agens ex vna cauſa, & probans ex alia non obtinet. Concluſ. 244.

Cambiorum litteræ operantur multa. Concluſio. XIII.

1 CAMBIORVM litteræ ſunt ad inſtar publici inſtrumenti. Zabarella conſil. 153. in princip.& tranſeunt in iudicatum, habentque inſtar iudicati, & non poſſunt reuocari. Socin.conſ. 68. col.2.in fin.lib.3.ver.item per litteras Petri.

2 Et quod litteræ cambij, prout mandatum non poſsint reuocari, tenet Socin.conſ.68.col.2.in fi. lib.3.Put.deciſ.126.Die 4.Iulij.lib.3.

3 Declara, niſi ſint limitatæ ad cambia pro vno anno, vel datum ſit pignus per debitorem, quod poteſt vendi, quia reuocari poſſunt. Curt. Iun. conſ. 132.num.5.& ſeq.

4 Exequutionem paratam habent litteræ cambij de iure communi,quia competit actio de conſtituta pecunia,quę ſola actio ex æquitate prætoris retinet primæuam ſuam naturã iuris gentium,vt ex ſolo conſenſu nudo producat actionem, & etiam habeat regiam manum, qua mediante expeditur, prout ante proditas actiones expediebantur, vt declarat Iaſ. Inſtit.de action. §. in perſonam, in princ. manus autem regia idem importat, quod exequutiue procedere.Bart.in extrauag.ad reprimendum. verſ. & figura, in fin. & quia dantur ab initio obligato de conſtituta decem dies,qui dantur miſerationis cauſa condemnatis, vt dicit Bart. & alij in l.promiſſor.§.1. ff.de conſtit. Nam conſtitutum nihil aliud eſt,quam ficta traditio,igitur tenetur exequutiue, & quod non detur appellatio ſuſpenſiua, ſed competat via exequutiua. Cagnol. in l.2.ff.de orig.iuris, in princip.& in terminis, & plene Crotus conſ.190.num.21. & ſeq. vbi multos allegat.

5 Contrarium, quod imo via ordinaria ſit agendum, tenet Bald. conſ.190.Sempronius.in fin.lib. 2.verſic. & eſt conſiderandum, ſequitur Rota Ianuen. deciſ.1.num. 3. & num. 6. & deciſ. 4. num. 8. & clarius Bald. in l. receptitia. num. 3. C. de conſtit. vbi dicit, quod ſtatutum, quod contra apodixas mercatorum nihil poſsit opponi, eſt tollerabile, ergo ſequitur, quod ſi eſſet de iure, ſtatutum eſſet ſuperfluum.

Vide. Litteræ cambij qualiter probent, & quid operentur. Concluſ. 362.

Cambia ſemel recepta quandiu durent. Concluſio. XIV.

1 CAMBIA tenta per annum non poſſunt vltra exerceri ad damnum debitoris ſine intimatione. Curt. Iun.conſ.132.num.9.& ſeq.

2 Et quando eſt conuentum, quod poſsit creditor tenere pecunias ad cambium pro primis nundinis tantum, clarum eſt, quod ſine alia commiſsione non poteſt retinere ad cambium in ſequentibus nundinis,

3 Imo etiam ſi non eſſet dictum pro prima fiera, ſeu pro primis nundinis, tamen deberet hoc intelligi,argumẽto.l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verb. ſignif. gloſ. in l.duobus. §. 1. in ver. exhibuerit, vbi Docto.ff.de iureiur.Rom.in l.ſi finita,in princip. ff. de damno infect. & conſil. 15. Plura ſunt, ad fin. Alexand. conſ.16. Breuiter in caſu. lib. 4. Afflict. deciſ. 46. Felin. in cap. innouamus, de tregua, & pace.

4 Et maxime, quando talia cambia ſunt cum magno onere, & intereſſe, & debitor de eis fuit pluries conquæſtus. Ruin.conſ.91. Viſo copioſo. colum. 1. lib. 1.

5 Hodie per bullam generalem fel.rec. Pij Papæ Quinti de anno 1571. quinto kal. Februarij declarantur omnia cambia ſicca, vſuraria, & dicuntur ſicca, ſi in nundinis realiter non cambiantur, & vult, quod non poſsit recipi cambium, niſi pro primis nundinis, & ex cauſa longioris loci fieret, & remouet abuſum pro primis, & ſecundis nundinis, & deinceps, prout faciunt aliqui, qui fe-

nerandi

Digitized by Google

nerandi hoc modo ſumunt occaſionem. Vide bullam. & caue, quia agitur de vſura, & de anima, & abuſus reiectus ſemel non poteſt iterum introduci ad excuſandam vſuram.

Camera Apoſtolica quid ſit, & bona Cameralia. Concluſio. XV.

1 CAMERA Apoſtolica tenet vicem perſonę, & vniuerſitatis, ſicut vniuerſitas, vel hæreditas, & idem eſt in fiſco Eccleſiaſtico, ideo obligans Cameram Apoſtolicam, vel fiſcum, non inducit hypothecam bonorum, ſed obligatio eſt perſonalis. Caſtr. conſ. 96. Circa ea, quæ, in princ. lib. 1. vbi, quod aliud eſt Camera, fiſcus, & hæreditas; aliud bona Cameræ, fiſci, & hæreditatis, quia ſunt diuerſa, quia vnum incorporale, aliud corporale, & obligatio vnius alterum non continet.

2 Et quod obtineat vicem perſonæ, & per officiales perpetuos regatur, ſicut Vniuerſitas, ſeu Ciuitas vicem obtinet perſonæ, quia regitur per officiales. Dec. conſ. 404. Viſo eleganti, in princ.

3 Contrarium, quod imo cum Camera ſit quid vniuerſale, prout hæreditas obligans hæreditatem dicitur obligare bona hereditaria, tenet idem Caſtr. d. conſ. 96. col. pen. ver. ijs tamen. lib. 1. plenius Dec. conſ. 404. Viſo eleganti, per totum.

4 Declara, quia ſi Camera ipſa, vel priuati obligant Cameram cenſentur obligare perſonam fictam Cameræ, ſecus vero eſt ſi Papa obligat Cameram, quia cenſetur obligare etiam bona Cameræ tanquam Cameræ, de qua diſponere poteſt, ita diſtinguit finaliter idem Caſtren. d. conſ. 96. n. 4. verſ. nec obſtat. libro 1.

5 Amplia, quia officiales Cameræ Apoſtolicæ ſunt perpetui, habent mandatum cum libera, & conſequenter mandatum ſpeciale, & poſſunt contrahere nomine Cameræ Apoſtolicæ, & contractus eſt perpetuus, & non reuocatur per mortem Papæ. Dec. conſ. 404. nu. 5. & ſeq. ver. prædicti officiales Cameræ.

6 Extende, vt procedat etiam ſi Papa dedit commiſsionem Cameræ, quod nomine ſuo cõtractum facerent officiales, quia etiam ſi ad beneplacitum ſuum ſcripſit, non tamen ceſſat contractus mortuo Papa, quia commiſſio excitat, ſed non alterat iuriſdictionem Cameræ. Dec. d. conſ. 404. n. 10. & ſeq. per totum, vbi tollit contraria.

7 Et ſemper præſumitur idonea, & ſoluendo Camera Apoſtolica. Caſtren. d. conſ. 96. n. 2. lib. 1.

Vide. Fiſcus ſemper eſt ſoluendo, & quando ſecus. Concluſ. 381.

8 Redditus Camerę Apoſtolicæ dicuntur illi, qui iure ordinario percipiuntur per officiales Cameræ. Caſtrenſ. conſ. 96. n. 2. ver. ſecundo principaliter. lib. 1. & dicit, quod ſunt decimæ, & fructus primi beneficiorum vacantium.

9 Fiſcales dicuntur, qui per Fiſci officiales percipiuntur, & non perueniunt ad manus officialium Cameræ Apoſtolicæ. Caſtr. d. conſ. 96. n. 3. lib. 1.

10 Principis ſunt, qui quaſi ad eum, vt proprium ſpectant, & non deueniunt ad manus officialium Cameræ, neq; officialium fiſci, & ideo diuerſi ſunt procurator Cæſaris, & procurator fiſci, quia diuerſa ſunt patrimonia. Caſtr. d. conſ. 96. num. 3. lib. 1.

Camerarius Sedis Apoſtolicæ, & eius officium. Concluſ. XVI.

1 CAMERARIVS Sedis Apoſtolicæ habet iuriſdictionem; & poteſt excommunicare, & abſoluere debitores Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, vt admittit Rom. conſ. 387. In terminis propoſitæ, in princ. ver. duo obijciuntur.

2 Temporibus noſtris non poteſt dari certa regula, niſi ſecundum facultates conceſſas in datione officij, quod hodie eſt Cardinalium, & magni reddituſ, & eius iuriſdictio tota pendet à facultatibus conceſſis in conceſsione, quæ variantur, prout placet Summo Pontifici.

3 Hodie iſtud officium eſt Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini mei D. Petri Cardin. Aldobrandini Ampliſsimi, & meritiſsimi, ac omnium virtutum locupletiſsimi, Nepotis ex fratre Sanctiſs. D. N. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Octaui, cuius prouidentia, & integritate totus Orbis pie, & iuſte gubernatur, & cuius clementia, & benignitate ego creatus fui inter Illuſtriſsimos, & Reuerendiſs. Cardinales minimus Cardinalis.

Camerini Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. XVII.

1 CIVITAS eſt de ſtatu Eccleſiæ, & ſubiecta Eccleſiæ Romanę in temporalibus, ideo ius Canonicum ſeruatur in ea, quod teſtamenta facta coram ſacerdote, & tribus teſtibus valent. Bald. conſ. 551. Quoniam ex facto. lib. 4. per totum, & quod ſit de ſtatu Eccleſię, & ius Canonicum ſeruari debeat. Caſtr. conſ. 158. num. 2. verſ. cum ergo. lib. 2.

2 Et eſt de prouincia Marchię, cui Prędes Marchię Anconitanę conceſsit quędam Caſtra, & Villas Ducatus Spoletani, & fuit confirmata conceſsio ab eodem Prędde, qui factus Papa fuit Innocentius Tertius de Sinibaldis. Bart. conſ. 196. Ciuitati Camerini, per totum. lib. 1. maxime in princ. & num. 7. ver. ſuper ſexto.

3 Ligam fecit cũ Communi Anconę Ciuitate Fermana, Dominis Fabriani, Mathelicę, & Montis Bodij de anno 1389. Ang. conſ. 369. Punctus eſt, anno Domini, vbi tunc Gentilis de Camerino, erat Dominus.

4 Guerram habuit cum Dominis de Monte Fano, Monte Vlmo, Monte Lupone, & Monte Sancto, ac cõmune Macerate colligatis. Ang. conſ. 376. Nobiles viri, per totum.

5 Guerram habuit Ciuitas Camerini cum Mathelica, vt inquit Bald. conſil. 412. Propoſitur quoſdam, in fi. lib. 3.

6 Dominus Camerini, licet poſsit condere legẽ, non tamen poteſt obligare, quod homines Cerreti ſubditi ſui teneãtur ad debita domini, quia non habet adminiſtrationẽ bonorum ſingulariũ perſonarũ. Caſtr. conſ. 20. In cauſa iſtorum de Cerreto, per tot. li. 1. vbi, quod nõ poteſt facere legẽ contra ius cõmune, & non habet plenitudinẽ poteſtatis.

Eccleſia

d by Google

7 Ecclesia S. Mariæ Cathedralis Camerini habet consuetudinem, quod Canonici eiusdem Ecclesiæ in vigilia S. Venantij à primis vesperis vsque ad horam tertiam diei festi interueniunt in vesperis, & celebratione missæ maioris, & participant de oblationibus, quæ fiunt in dicta Ecclesia Sancti Venantij. Feder.de Sen. consil.152. In nomine Domini Amen, per totum, vbi, quod non possunt tardare Canonici ad celebrandam missam vltra horam tertiæ, vt maiores eleemosinas percipiant.

8 Episcopalis constitutio Camerini disponit, quod legata pia exequi non possint lapso anno, sed deuoluatur exequutio ad Episcopum, super qua Bart.cons.142. Constitutione Camerinen. li. 1.vbi,quod non habet locum in declaratione,quæ potest fieri post annum, & hæres soluens liberatur,quia aliud est declarare,aliud exequi,& quod est odiosa, & ideo non habet locum extra diœcesim, & non ligat ignorantes, & idem tenet Rom. cons.228.num.10.vbi apostill. in ver.eligendi,citat pro vtraque parte concord.

9 Contrarium, quod imo constitutio habeat locum etiam in exequutore ad declarandum, & exequendum, quia si infra annum non declarauit, non potest declarare, & deuoluitur declaratio ad Episcopum, tenet apostilla ad Bart. d. cons.142. in ver. declarare, & contra Bart. tenet Anchar. cons. 387. & apostilla ad Roman. cons.228. num. 10.in fin. in ver.eligendi,citat pro vtraque parte, & dicit, quod opinio contra Bart. * communiter seruatur.

Campanile quid sit, & campanæ ad quid inuentæ sunt. Concluſ. XVIII.

1 CAMPANILE est pars Ecclesiæ, & in eo debent stare campanæ ad conuocandum populum ad diuina,ideo sicut Ecclesia non potest locari,ita nec campanile.Lap.alleg.12.nu.4. vers. idem per omnia.

2 Campanarum vsus necessarius est ad conuocandum populum, vt veniat ad verbum Dei. Oldra. cons.228.Quod fratres, in princ.vbi num.3. allegat Numer. cap. 12. quod ibi præcipitur fieri tubas argenteas, quarum loco succedunt campanæ, vbi vers. quarto dicit, quod est honor Sancti, & decus cultus Diuini plures habere campanas, & quod campana sit inuenta, vt vocetur populus ad diuina. Feder. de Sen.cons.512.num.4. allegat Ioannes, de homicidio.

3 Pluralitas campanarum est permissa Fratribus Prædicatoribus, & omnibus Ecclesijs insignibus. Oldrad.cons.228.per totum, vbi num.6.Insignes,& magnam deuotionem habentes appellat. Ecclesiam Sancti Dominici Bononiæ, Sancti Petri Mediolani, & Sancti Maximini, vbi est corpus B. Mariæ Magdalenæ.

4 Amplia, quod campanella debet fonari in delatione sacramenti, etiam tempore interdicti, quia populus audiens procidit, adorat,& reueretur tantum Sacramentum. Feder.de Sen. cons. 70. Reuerende Domine, in fin. vers. item tertia dubitatio.

Campsor, eiusque libri quam probationem faciant. Concluſ.

VIDE Mascard. Concluſ.255. Campsor. Vide plene. Liber rationum, & Campsoris probat multis casibus, & quando non. Concluſ. 347.

Cancellariæ expeditiones, & circa aliqua. Concluſ. XIX.

1 CANCELLARIA expedit litteras prouisionis ob priuationem non promoti quando Papa declarat priuatum ob non promotionem, quia præsumitur Papa non errare, quod det priuationem,si non esset priuatus ipso iure. Anchar.cons.293. Vltra alia,in princ.

2 Restringe quando Papa induceret priuationem non ex iure, sed fundaret se in facto alieno, per quod induceretur vacatio, quia tunc cancellaria non daret litteras priuationis. Anchar. d. cons. 293.in princ.

3 Stylus Cancellariæ est, quod in gratia motu proprio concessa Cardinali non habet locum regula de valore. Ancharan. cons. 295. num.8.ver. quarto reperio.

4 Item,quia is qui semel expediuit gratiam vno modo, quam alio modo expedire poterat, sibi præiudicat, ne alio modo contrario possit expedire. Paris.cons.77.lib.4.

5 Cancellaria habet suos officiales expeditores litterarum Apostolicarum, & caput est Vicecancellarius, qui possunt reijcere signaturam Papæ si non est expedibilis; ideo signatura Papæ habet tacitam conditionem, prout Vicecancellarius, & officiales regulabunt. Ægid. Bellame. cons. 54.num. 15.

6 Reuerendissimi Cardinales expediunt gratis in Cancellaria, tam pro se, quam pro fratribus, & nepotibus, tam ex fratre, quam ex sorore, licet aliquando in Curia aliqui ex deputatis se opponant,prout in expeditione Episcopatus Narniensis Reuerend. D. Io. Baptista meo ex sorore nepoti se opposuerunt, & donec reperij, quod bo. me. Cardin. ab Altaemps expediuerat gratis pro nepote ex sorore Episcopatum Constantiensem, non poteram gratis expedire, sed inuenta prædicta expeditione Cardinalis ab Altemps gratis facta, meus quoque nepos sine controuersia quoad omnia gratis expedijt.

7 Clerici Cameræ Apostolicæ,& Camerales pariter expediunt gratis, & quoad Clericos extat quædam sententia Reuerendissimorum Vicecancellarij, & Camerarij, quæ licet de Cameralibus expresse non loquatur, tamen illos comprehendit, quia vnicum est collegium, & omnes vniformiter gaudent priuilegijs collegialibus,& dum essem Gubernator Vrbis, qui tanquam Vicecamerarius eram de Cameralibus, & Collegio Cameræ Apostolicæ, fui compulsus soluere expeditionem, quam feci pro Episcopatu meo Tyburtino, & fui protestatus, & quamuis florim promotus ad Episcopatum, antequam essem Gubernator, & per consequens Cameralis, tamen

repetij,

repetij,& obtinui per ſententiam R.P.D. Ferratini Regentis Cancellarię, quia eſt attendendum tempus expeditionis litterarum, non autem promotionis: Rogato Domino Ioanne Finali, & obtinui integram reſtitionem ſoluti de anno 1596.

Cançellatio duplex, vna verbo, & in ſcriptis, alia facto, & quæ attendenda. Concluſio. XX.

1 DVPLEX eſt cãcellatio, vna fit verbo, alia fit facto, ideo potẽtior eſt illa, quæ fit facto; videlicet quãdo cum effectu fit cancellatio in totũ, vt legi non poſſit, prout in bannito, cui magis prodeſt non legi, quod ſit bannitus, quam quod ſit apposita vox, quod eſt cancellatus. Iaſ. in l. emptor. §. Lucius. num. 6. & ſeq. ff. de pact. & Bald. in l. ſi preſes. n. 2. c. quomodo, & quando iudex: vbi de duplici cancellatione verbi, & facti, plene Alex. conſil. 164. Viſis, & ponderatis. num. 8. ver. pro hoc. lib. 7. vbi ex mente Baldi, quod cancellatio eſt genus, ideo poteſt facto, & verbo fieri, & potentior eſt cancellatio facti.

2 Et caſſatio, ſeu cancellatio, prout refertur ad ius intelligitur de verbali, quatenus refertur ad ſtatutum intelligitur de ea, quæ eſt facti, quæ potentior eſt, prout idem dicimus in degradatione verbali, & ea, quæ eſt facti. Alex. d. conſ. 164. n. 8. li. 7. vbi ponit multa exempla, & finaliter dicit ex mente Baldi, quod bannum non dicitur cancellatum, quod prima facie remanet illeſum, & integrum.

Vide. Caſſare quid ſignificet, & qualiter accipiatur. Concluſ. 108.

3 Et quod cancellatio fiat facto, & verbo Caſtr. conſ. 128. Viſo dicto inſtrumento. num. 2. lib. 2. vbi quod ſufficit, quod partes habeant inſtrumentum pro cancellato, quia dicitur euacuatum etiam antequam cancelletur: vbi apoſtilla in ver. cancellato, dicit, quod promittens cancellare inſtrumentum videtur paciſci non petere, & ſunt verba Baldi conſ. 147. Præſuppoſito. num. 4. lib. 2.

4 Et tantum eſt cancellare bannum, vel debitorem, quantum in margine ſcribere ſoluit, quia vtroque modo probatur ſolutio Ariminenſis in addit. ad Ang. de malef. in ver. quod ſi non ſoluerit. num. 8. & 9.

5 Fit autem cancellatio inſtrumenti, vel teſtamenti rogati per Notarium per aliud inſtrumentum, vel eo modo, quo non dilanietur primum inſtrumentum, quia debet poſſe apparere tale inſtrumentum cancellatum. Alex. conſ. 74. Viſo inſtrumento, in princ. lib. 1.

6 Extende idem, ſi cancellatio fiat ex laudo, vel decreto iudicis, quia non poteſt notarius dilaniare inſtrumentum laceratum. Alex. d. conſ. 74. in princ. lib. 1.

7 Imo notarius poteſt dare authenticum inſtrumentum cancellatum, & non incurrit pœnam falſi, ſed nec aliquam pœnam niſi doloſe hoc faceret, quia tunc teneretur pœna ſtellionatus. Alex. dicto conſ. 74. in princ. lib. 1.

8 Adde, quia ad hoc, vt credatur notario ſcribenti in margine inſtrumentum fuit cancellatum, quia ſolutum, vel reſtitutum eſt pretium, vel quid ſimile, debet eſſe cum rogitu, & coram teſtibus, vt ſibi credatur, alias non ſtaretur tali aſſertioni.

Vide. Inſtrumentum ſine teſtibus, & loco, an probet. Concluſ. 244. nu. 4. & ſeq.

9 Contrarium, quod imo requiratur cancellatio quæ deleat in totum, videlicet laceratio, dicit Bart. in auth. Caſſa. in fi. C. de Sacroſ. Eccleſ. vbi quod ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ debent facto deleri, nec ſufficit aliud ſtatutum, quod omnia ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ ſint nulla, & nullius roboris, vel momenti: vbi apoſtil.

10 Et procedit contrarium etiam in inſtrumento cancellando, quia poteſt deleri originale. Bart. d. auth. Caſſa. in fi. C. de Sacr. Eccleſ.

11 Dicas, quod ea, quę debent caſſari, quia ſunt contra libertatem Eccleſiæ, ne remaneat vlla memoria debent taliter deleri, vt legi non poſſint, non ſic in alijs, vt in dicta aut. Caſſa. & ita etiam loquitur c. nouerit, de ſent. excommunicat. quę fuerunt compilata eodem tempore, vnum à Papa, aliud ab Imperatore. Alex. plene conſ. 164. Viſis, & ponderatis. n. 9. ver. pro hoc etiam facit. li. 7. vbi quod non ſufficit, quod in pede dicatur fuit caſſatum, ſed debet aboleri & facto à ſtatuto tolli.

12 Alia eſt diuiſio cancellationis, quia aliqua eſt formalis, videlicet cum cauſa, alia eſt informis, videlicet ſine cauſa, & quando ſufficiant.

Vide. Cancellatio quando probet. Concluſ. 22.

Cancellatio quando attendenda, & quid operetur. Concluſio XXI.

1 CANCELLATIO teſtamenti, ſeu inductio ſeu deletio nominis hęredis quando inducat delationem hæreditatis in fiſcum, vel non. Oldrad. conſ. 144. circa materiam. 1

Vide. Fiſcus an ſuccedat quando teſtator inciſit teſtamentum. Concluſ. 191. vbi quod eſt attendenda cauſa, qua teſtator motus fuit.

2 Debet tamen conſtare de cauſa per iura ſupenius allegata, & per ſequentia proxime.

3 Amplia, quia cancellatio teſtamenti facta a notario ex cauſa expletionis dicti inſtrumenti, non diminuit de fide inſtrumenti, quia cancellatio regulatur a cauſa. Angel. conſ. 346. Ticius, vt hęres Gaij, & ideo ſi in haſtardello cancellauit originale, quia poſuit ad librum extenſum, cancellatio reſtricta ad cauſam extenſionis, quia alia cauſa dari non poteſt, non vitiat. Bologn. in addit. ad conſil. 28. Ioann. de Anania nu. 14.

4 Extende, quia cancellatio facta ex vna cauſa reſtringitur ad cauſam, ideo electio conſultoris in cauſa cancellata propter diſcordiam in ſalario ſtatuendo non vitiat electionem. Ioann. de Imol. conſ. 89. In caſu præmiſſo. num. 2. verſic. circa ſecundum.

5 Extende, quia neque vitiare poteſt contractum, vel teſtamentum completum, & ſolemne, licet Notarius illud cancellauerit. Ang. conſ. 346.

Vide. Notario quando, & in quibus non credatur, vel è contra. Concluſ. 83.

6 Extende, quia cancellatio conſultorum aſſumptorum

Digitized by Google

prorum propter diſcordiam ſalarij non nocet quo ad alia, quia reſtringitur ad cauſam. Ioan. de Imo. conſ. 89. In caſu præmiſſo. num. 2. verſic. circa ſecundum.

Vide. Cauſa finalis expreſſa regulat actum, & quomodo. Concluſ. 136.

Vide. Effectus à cauſa regulatur. Concluſione 49.

7 Limita, quia cancellatio teſtamenti facta per teſtatorem, & mutatio per additiones, & apoſtillas circa inſtitutionem hæredis probat reuocationem teſtamenti ſolemnis, licet non probet voluntatem diſpoſitam ex apoſtillis. Io. de Anan. conſil. 28. Viſis, & ponderatis, in princ. vbi plene Bologn. in apoſtill.

Vide. Falſitas ex multis arguitur, & præſumitur. Concluſ. 44.

8 Et præſumitur facta cancellatio de conſenſu teſtatoris, & apoſtilla quando teſtamentum eſt cancellatum penes teſtatorem. Io. de Ana. d. conſ. 28. n. 2. ver. Vnde talis. conſ. 14. Viſis. num. 16. ver. quarto confirmatur. lib. 6.

9 Contrarium tenent plures, quos citat Alex. d. conſ. 14. nu. 17. lib. 6. vbi quod multi tenent, quod ex quo cancellatio potuit fieri ante, & poſt, præſumitur poſt, quia non creditur notario ſcribenti in margine inſtrumenti perfecti caſſum de voluntate partium, & hanc partem diſputando tenuit Martin. Syluanus Preceptor Io. And. & alios, quos citat Alex. d. conſ. 104. nu. 8. lib. 6. & ratio eſt, quia talis caſſatio non habet diem, & a ſolo Notario non potuit fieri.

10 Declarat Alexand. vbi ſupra, quod magis vera eſt prima opinio, quod de voluntate partium præſumatur facta caſſatio, vt in d. conſ. 14. num. 16. & ſeq. lib. 6. & repetit plenius conſ. 104. Stantibus. num. 6. ver. quinto quia cancellatio, lib. 7. & num. 7. ver. ſexto quia: vbi quod imo præſumitur de conſenſu partiũ, & quod præſumitur eadem die facta, qua inſtrumentum eſt celebratum, & quod ita ſeruatur in practica.

11 Finaliter Alex. d. conſ. 104. num. 8. & ſeq. lib. 7. recitata opinione Martini Syluani, quod re vera non ſtetur notario dicenti caſſatum, quia non habuit effectum, vel de conſenſu partium, quod non credatur notario, & non tollat inſtrumentum iam perfectum, & quod propterea ſit ſuſpectum inſtrumentum, ideo poſſit, & debeat releuari cum raſuris, & caſſaturis, prout iacet, ne plus probet copia, quam originale.

12 Declara, quia non procedit in cancellatione legati libertatis, quia ſola cancellatio legati non tollit legatum niſi probetur de voluntate teſtatoris. Alex. d. conſ. 14. n. 16. lib. 6.

13 Limita, quia cancellatio, ſeu abraſio in loco ſubſtantiali facta reddit inſtrumentum, & teſtamentum ſuſpectum, ita vt non probet, niſi de veritate eius probetur, præſertim quando Notarius de cancellatione, vel raſura in loco ſubſtantiali nullam facit mentionem, plene Alex. conſ. 104. Stantibus rebus. num. 2. ver. ſecundo quia. libro 7. & repetit conſ. 175. Viſis narratis, in princ. nu. 2. lib. 7. vbi quod originale in ſubſtantialibus non probat, niſi iuſtificetur, & quod probatio incumbit ſe fundanti in tali inſtrumento vituperato.

14 Extende in teſtamento, quia ſi eſt ſcriptum manu aliena, vel manu diuerſa redditur ſuſpectum. Alexand. conſ. 104. in princ. nu. 4. verſ. tertio quia. lib. 7. vbi num. 5. quod debet eſſe munda matrix, ideo ſi habet cancellationes, & interlineaturas eſt ſuſpecta.

15 Limita, quia ſi reperitur inſtrumentum cancellatum ſine aſſertione cauſæ, tunc non poteſt ex tali ſcriptura cancellata ſumi inſtrumentũ, vel probatio, quia eſt vitiata, & non probat. Alex. d. conſ. 104. num. 7. ver. ſexto benefacit. lib. 7.

16 Limita, quia cancellatio, & interlineatio in loco ſuſpecto nedum reddit originale ſuſpectum, ſed etiam operatur, quod is qui releuat authenticum ex eo, debet in exemplo, & ſumpto ponere omnes cancellationes, interlineaturas, & vituperationes, prout iacent, ne plus credatur exemplo, quam exemplato, & ne plus probet ſumptum, quam originale. Alex. d. conſ. 165. nu. 3. ver. accedit ad confirmationem. lib. 7.

Vide Maſcar. concluſ. 256. Cancellatio inſtrumenti, & quomodo probet inſtrumentum cancellatum.

Vide eundem Maſcard. concluſ. 257. De cancellatione inſtrumenti: vbi quando præſumatur ex voluntate, quando caſu, vel in curia, & quid operetur.

Vide eundem Maſcard. concluſ. 494. Delata in inſtrumento: vbi quod vitiatur inſtrumentum & deletio non probatur, niſi notarius expreſſe, & ſpecifice approbet manu ſua.

Cancellatio quando probet ſolutionem, vel non, & quid operatur. Concluſio XXII.

1 CANCELLATIO inſtrumenti, vel chyrographi facta formalis a debitore, & creditore liberat debitorem, & dicitur formalis quando eſt facta ex cauſa. Bald. conſil. 305. In quodam libro: lib. 4. in prin. vbi quod cauſa dat robur cancellationi.

2 Amplia, vt procedat etiam in cancellatione informi, uidelicet ſine cauſa quando apparet facta cancellatio per creditorem, quia liberat debitorem. Bal. d. conſ. 305. circa princ. uer. alia cancellatio. lib. 4. vbi in fine ait, quod præſumitur facta a creditore ſi penes eum reperitur cancellatum inſtrumentum ſi erat homo diligens, quod præſumitur.

3 Extende, quia cancellatio chyrographi cum linea ex tranſuerſo operatur, quod non facit fidem, & præſumitur facta ſolutio. l. ſi quis libertatem. §. 1. & ibi gl. in uer. inducatur. ff. de petit. hære. Alex. conſ. 14. col. 2. lib. 2.

4 Reſtringe quando iſta cancellatio informis, videlicet ſine cauſa eſſet facta ab ipſo debitore, quia ſicuti non poteſt per ſuam ſcripturam ſe liberare, ita non poteſt per ſuã cancellationem. Bal. d. conſ. 305. circa med. uerſic. aut apparet facta, libro quarto: vbi in fine, quod præſumitur facta a debitore, ſi penes eum inſtrumentum cancellatum reperitur.

5 Ego habui de facto Bononiæ dum eſſem ibi Auditor Generalis, & poſtea Vicelegatus, quod propter incertitudinem cancellationis, ut quia creditor, qui morabatur in domo debitoris dicebat ipſum

ſum debitorem laceraſſe chyrographum, & ſibi complicatum reddidiſſe, ne poſſet cognoſcere, ſed detecta laceratione conquærebatur, exaduerſo debitor dicebat ſoluiſſe, & de conſenſu fuiſſe laceratum, quia ſuſpicabar de debitore, qui pauper erat, nec docebat, vnde pecunias habuiſſet, ideo remiſi ad iudicem criminalem, & ita repertum fuit ex dolo debitoris fuiſſe cancellatum, ideo illum condemnaui ciuiliter ad ſoluendum ſtante cauſa doli, & falſitatis in ſuſpenſo.

6 Reſtringe, vt idem ſit, quando cancellatio informis eſſet facta per tertium ſine creditore, etiam ſi eſſet notarius ille tertius, quia non præiudicat creditori. Bal. d. conſ. 305. circa med. ver. aut apparet facta. lib. 4.

7 Declara hanc reſtrictionem, vt procedat in cancellatione facta à tertio poſt celebratum inſtrumentum debiti, & de eo conſtet; alias autem cancellatio præſumeretur ab ipſo principio facta in ſtipulatione, & ſic quod inſtrumentum cancellatum non habuerit effectum. Bald. d. conſ. 305. circa med. ver. aut apparet facta. lib. 4.

8 Amplia, quia in dubio ſi reperitur inſtrumentum cancellatum præſumitur de voluntate creditoris, tam ſi reperitur cancellatum penes debitorem, quam ſi penes alium, ideo non poteſt releuari, niſi cum ſua cancellatione, vt non probet, niſi prout iacet. Alex. conſ. 14. Viſis. num. 17. verſ. quod ſi inſtrumentum debiti. lib. 6. & iterum conſ. 164. Stantibus. num. 3. & num. 6. ver. quinto quia. * lib. 7. vbi dicit * communem.

9 Reſtringe in legato libertatis, & conſequenter piæ cauſæ, quia non ſufficit ſola cancellatio, niſi conſtet de voluntate teſtatoris. Alex. conſ. 14. n. 16. lib. 6. qui licet loquatur in libertate, tamen idem erit in pia cauſa æquiparata, & conſ. 104. nu. 6. lib. 7.

10 Amplia, vt quod dicitur de cancellatione inſtrumenti, idem ſit de laceratione chyrographi. l. ſi chyrographum, de probatio.

11 Amplia, vt procedat etiam ſi cancellatio non eſſet totalis, ſed pro parte, quia ſi reperitur ſcriptum à tergo apodixæ, quod ſoluta fuit pars debiti præſumitur de conſenſu creditoris ſcriptum, & ideo ſi creditor producit apocam, in qua ſit facta mentio à tergo de ſolutione partis, probatur ſolutio partis contra eum. Angel. conſ. 132. Quidam Nicolaus. num. 3. ver. ſecundo quia, vſque in fin.

Vide. Produceens ſcripturam cenſetur fateri omnia contenta in ſcriptura. Concluſ. 872.

12 Amplia, quia cancellatum chyrographum, ſi reperitur penes debitorem præſumitur ſolutum, debitum. Bart. in l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt.

13 Contrarium tenet Ang. quem refert Alexand. conſ. 59. col. fin. num. 11. ver. & per prædicta. lib. 2. vbi citat pro vtraque parte.

14 Declarat Alex. d. conſ. 59. Viſo proceſſu, in fin. lib. 2. quia licet ſit præſumptio ſolutionis, non tamen eſt plena probatio.

15 Reſtringe ſi penes tertium reperitur cancellatus, vel quando inſtrumentum debiti reperitur cancellatum non ſolemniter penes Notarium, quia non præſumitur ſolutio, ex quo militat diuerſa ratio. Alexand. d. conſ. 59. in fin. lib. 2. vbi * dicit * communem.

16 Amplia, quia cancellatio banni facta per Principem cum mandato, quod non moleſtetur, validam confert gratiam condemnato circa bannum, nec pars aduerſa poteſt conquæri. Signorol. conſilio 154. In quæſtione vertente, per totum.

Vide. Caſſare quid ſignificet, & qualiter accipiatur. Concluſ. 108.

17 Extende, quia liber Fiſci continens condemnatum in tali pœna, ſi talis partita eſt cancellata probet gratiam, vel ſolutionem præſumptam, donec contrarium probatur, nec ſufficit allegatio erroris.

Vide. Libri multi probant. Concluſ. 346. nu. 37. & ſequen.

18 Idem plene Bald. conſ. 145. per totum. lib. 2. vbi, quod cancellatio banni quandoque importat ſolam indulgentiam, quandoque reſtitutionem in integrum, & ſicut cancellatio inſtrumenti ſoluti non dat conditionem indebiti, vt repetatur, ita neque cancellatio banni, quia non omnis reſtitutio reſtituit ad bona incorporata, & conſumpta, ſeu alienata.

19 Limita, quia cancellatio non probat ſolutionem, neque laceratio multis modis, puta, ſi creditor probat amiſſionem; ſecundo, ſi debitor, qui habet penes ſe chyrographum cancellatum, eſt ſuſpecta perſona; tertio ſi alia cauſa ſubeſt. Vide plene Crauett. conſ. 500. num. 11. & ſequen. vbi latiſsime.

20 Extende etiam ſi debitor, qui habet penes ſe chyrographum ſit perſona deuota, quia non releuat quin ſuſpecta ſit concurrentibus cauſis prædictis. Crauet. d. conſ. 500. in fin.

21 Declara totam iſtam materiam, vt per Abb. conſ. 7. Tria. num. 3. ver. nec cancellatura. lib. 2. vbi, quod ſicuti non probatur ſolutio, ſi chyrographum debiti reperitur penes debitorem, quia potuiſſet ſubripuiſſe, ita neque cancellatum, quia cancellatio potuiſſet fieri à tertio, & propterea dicit non eſſe indiſtincte verum, quod probetur ſolutio, & colum. 3. ver. ex ſecundo capite, dicit, quod ſi perſona debitoris, prout Epiſcopus eſt legalis, adeo, vt ceſſet omnis ſuſpitio, & diu tacuit creditor, præſumitur ſolutio.

22 Operatur etiam, quia cancellatum inſtrumentum, nedum probat, quod fuit, ſed etiam probat voluntatem diſponentium. Bart. in l. in teſtamento. ff. de fideico. libert. vnde infert, quod tutor poteſt ædificare Eccleſiam, de qua teſtator diſpoſuit in teſtamento, licet imperfecto.

23 Extende, quia ſi inſtrumentum adhuc non eſt cancellatum, ſed fuit conuentum, quod cancellaretur, pro euacuato habetur, ita, quod ſi ex eo fuit actum, & obtenta tenuta probata conuentione de cancellando, tenuta debet reuocari. Caſtren. conſ. 128. per tot. lib. 2.

24 Et cancellatio actorum habet vim ſententiæ, quod eſt notatu dignum, ſecundum Bald. in d. l. ſi præſes, in fin. vbi dicit hoc procedere ſi exprimitur cauſa cancellationis, vel ſi ita ſe habet conſuetudo, alias ſecus.

25 Extende, quia cancellatio appellationis facta per iudicem inducit pronunciationem contra appellantem. Bolognin. in apoſtill. ad conſil. Ioan. de Anania 28. num. 10. in fin. ver. plus dixit, plene tex. & ibi Bart. Bald. & Salycet. & * omnes in l. ſi præſes. C. quomodo, & quando iudex.

26 Amplia, quia cancellatio operatur, quod non poteſt fieri regiſtratio in iudicio de inſtrumento cancel-

cancellato. Bolog. in apostill. ad conf. 28. Ioan. de Anan. nu. 11.

27 Amplia, quia cancellatio testamenti facta per testatorem maxime circa substantialia, & hæredis institutionem inducit reuocationem testamenti. Io. de Anan. conf. 28. in princ. vbi plene Bologn. in apostill.

28 Et actus invalidus debet cancellari. Bald. d. l. si præses. num. 7. C. quomodo, & quando iudex. vbi apostill.

29 Restringe, quia si cancellatio esset nulla, acta probabunt, vt prius, licet sint nulliter cancellata. Bald. in l. si præses. num. 6. C. quomodo, & quando iudex.

Vide plene Mascardum conclusione 476. Debiti solutio: vbi ponit regulam in instrumento debiti deleto penes debitorem, vt inducat præsumptam solutionem, secus si debitor alleget pactum, vel aliud factum, ampliat idem si est deletum penes Notarium, tertio ampliat etiam si reperitur deletum penes tertium, licet in hoc sint contradictores, limitat quatuor modis: primo in pignore restituto: secundo si probatur subtractio: tertio in persona domestica: quarto quia est præsumptio tantum, non autem probatio.

Canon quid sit, & appellatione canonis quid veniat. Concl. XXIII.

1 CANON idem est quod regula, regula vero dicitur, quia recte ducit c. canon. 3. distinct. Castren. conf. 387. Primo videndum, circa fin. uer. præterea hoc patet. lib. 1.

2 Et lex Ciuilis in quantum recte ducit dici potest canon, & sic ius regulare. Castr. conf. 387. in fi. uer. præterea. libro 1. ubi quod in ijs, in quibus leges ciuiles non obuiant canonibus, censentur approbatæ per canones, & ideo largo modo sunt canones, & uerba illa dummodo aliquid canonicum non obstet, aptatur etiam ad leges Ciuiles.

3 Et canonica lex dicitur tertia lex post gratiam, prima est Euangelica, secunda Apostolica, tertia est Canonica.

Vide plenius in ver. Ius Canonicum quid sit. Concluſ. 577.

4 Amplia quia appellatione canonis venit etiam constitutio capituli ex larga significatione, & in materia fauorabili. Calderin. conſ. 16. An canonis appellatione, de constit. per totum, vide plene Felin in cap. 1. de constitutio. in princip. vbi quod appellatione canonis venit omnis constitutio Ecclesiastica.

5 Amplia, quia indæi, & saraceni, & alij infideles dicet non ligentur ex lege Canonica in ijs, quę respiciunt salutem animę, & circa spiritualia, quorũ nõ sunt capaces, quia de ijs, qui extra nos sunt nihil ad nos. c. gaudemus. §. fi. de diuor. tamen Ecclesia bene cognoscit, & punit eos circa spiritualia secundum leges eorum.

Vide. Iudęi an sint fori Ecclesiastici, vel secularis, & qualiter puniantur. Concluſ. 372.

Canonis præstatio probat subiectionem. Concluſio.

VIDE Mascard concluſ. 259.

Vide plenius. Census solutio quid operetur, & quando arguat subiectionem. Concl. 190.

Canones ligant omnes, & ab omnibus debent obseruari. Concluſio XXIV.

1 CANONES, & statuta Sanctorum Patrum, & Ro. Pontificum debent ab omnibus obseruari. cap. 1. de constit.

Et de illorum iustitia, vel iniustitia non potest
2 disputari, vel dubitari secundum communem*
* opinionem. Anch. conſ. 195. num. 3.

Amplia specialiter in Episcopis, qui speciali iu
3 ramento non possunt contradicere statutis Rom. Pont. sed illa seruare tenentur. c. ego N. de iureiu. Feder. de Sen. conf. 17. num. 2. uerſ. præterea quomodo Episcopus: vbi quod sunt debitores seruare canones, & uiolatores canonum à Sancto spiritu iudicantur. c. uiolatores 9. q. 1.

Amplia in tantum, ut qui aliter sentiret modi-
4 cum differret ab hęresi 22. distinct. c. 1.

Amplia in tantum, vt non valeant statuta con-
5 tra canones. cap. 1. de constitut. in 6. vbi glossa penul.

Amplia, vt nec valeat consuetudo contra ca-
6 nones. c. fi. de constit. vbi gl. in ver. & quam.

Amplia, quia canones ligant Imperatorem sic-
7 ut quemlibet laicum, ideo non potest Imperator derogare iuri Canonico. Bald. conſ. 373. nu. 20. ver. nec potest apponere. lib. 1.

Extende in Rege Franciæ, quia ab eius sententia
8 lata contra non subditum appellatur ad Papam. c. nouit. de iudi. Bald conſ. 117. Orta guerra, in princ. lib. 3. vbi in fin. ver. illud etiam dicit quod licet Rex Franciæ sit francus à iure Romano, & de signetur subijci legibus, non tamen dedignatur imitari sacros canones.

Vide. Leges ab omnibus obseruandæ, & qui ligantur legibus, uel non. Concluſ. 267.

Vide. Ius Canonicum in quibus præualeat iuri Ciuili. Concluſ. 579.

Canones præferuntur legibus, & quando. Concluſ. XXV.

1 CANONES præferuntur legibus ubicunque agitur de spiritualibus, & spiritualium cognitione. Feder. de Sen. conf. 36. in prin. Casus talis est.

2 Idem est, vbicunque agitur de sacramentis, & rebus sacris, uel exhibendo honore, & reuerentia

Digitized by Google

tia rebus sacris, prout de immunitate Ecclesiarum; & confugientium ad eas. Couarru. varia. resolut. c. 20. nu. 3. ver. primum in materia. lib. 1. vbi
* dicit * communem reprobatis Salyc. & alijs tenentibus contrarium, & male.

Vide plene in ver. Ius Canonicum in quibus prævaleat iuri Ciuili. Conclus. 579.

Canones æquitatem amplectuntur & qualiter interpretandi. Conclusio XXVI.

1 CANONES amplectuntur æquitatem contra iuris subtilitatem, & rigorem. Petr. de Anch. cons. 79. Subtiliter, & succinte, in princ.

Vide. Æquitas quid sit. Conclus. 310. & Concl. ibi prox. seq.

Vide. Ius Canonicum admittit simplicitatem. reprobata subtilitate. Conclus. 578.

2 Extende, quia ea, quæ sunt de apicibus iuris non attenduntur de iure Canonico. quia simplicitas, & æquitas iuris Canonici supplet in istis. Lapus allegatio. 50. numero 9. versicul. nam agere, allegat Hostien. in cap. cum contingit, de offi. delega.

3 Interpretandi tamen sunt canones, vt contineant iustitiam, non autem gratiam, & sic casus speciales. Ioann. de Imol. cons. 145. n. 6. vers. nec uidetur bona responsio.

Canonistarum laudes, & abusus. Conclusio XXVII.

1 CANONISTAE abutitur vocabulis, & quandoque vnum significatum pro alio assumunt, non sic iureconsultus. Aretin. consil. 23. In præsenti consultatione. nu. 11. versic. in contrarium videtur.

2 Simplex canonista debet instrui. Specul. in tit. de iudi. §. sequitur videre. numer. 2. ver. ut autem circa.

3 Iurista, seu legista perfectus dicitur, qui scit ius Ciuile, & Canonicum, & nisi iurista sciat canones non gustat dulcedinem legalem, ita Bal. in c. cum causam, de probat. quem refert, & sequitur Rimi. Ian. cons. 7. num. 115. lib. 1.

Canonica prouisio, vel promotio quando dicatur. Conclusio XXVIII.

1 CANONICA dicitur prouisio, quę est facta per habentem potestatem conferendi. Gemin. cons. 8. num. 4. ver. item ibi dicitur.

2 Declara, quia canonica promotio dicitur tribus modis, large, stricte, & strictissime: strictissime, quando concurrunt omnia, quæ sunt de solemnitate, & substantia iuris communis. Gemin. consil. 8. num. 5. & cons. 88. num. 4. vers. dicitur enim Canonica: vbi quod communiter secundum propriam significationem in omni dispositione intelligitur de ista, vbi fit mentio de canonico titulo.

3 Stricte dicitur canonica promotio quando deficiunt aliqua solemnia iuris, sed adsunt omnia substantialia, vt per Gemin. d. cons. 8. num. 5. & cons. 88. num. 4.

4 Large dicitur promotio, vel electio Canonica, quando non seruatur forma substantialis iuris positiui, adest tamen consensus, & ea quę sunt de iure naturali. Gemin. d. cons. 8. ver. large dicitur. nu. 5. & cons. 88. num. 4.

Canonicatus quid sit, & eius appellatione quid veniat. Conclusio XXIX.

1 CANONICATVS, seu canonia est beneficium Ecclesiasticum. cap. ex multis 1. q. 3. ibi canonicam, seu prębendam, vel etiam, vt aliqui appellant ordinem in Ecclesia, & ius Canoniæ est ius proueniens ex electione. cap. cum in Ferrarien. cum ibi not. de constitutio. Possessio vero canonicalis est traditio stalli in choro, & loci in capitulo.

2 Amplia, vt appellatione beneficij veniat Canonicatus, ideo habens gratiam ad beneficia Ecclesiastica, in cathedrali potest obtinere Canonicatum. Calderin. consil. 252. alias 31. de præbend.

Vide. Beneficij appellatione veniunt omnia beneficia, & quæ. Conclus. 60.

3 Amplia, quia appellatione Canonicatus in materia non odiosa, sed fauorabili veniunt Clericatus. Feder. de Sen. cons. 73. in princ. vbi quod permutatio facta de Canonicatu in collegiata cum clericatu in parrochiali sub expressione Canonicatuum valet, quia permutatio est fauorabilis. & appellatione vnius venit alterum in fauorabilibus: vbi dicit in vers. non obstat, quod vsus communis appellat Clericatus istos pro Canonicatibus.

4 Dignitatem non dicitur habere Canonicus etiã in cathedrali, etiam si habeat annexam dignitatem etiam si ex consuetudine habeat ius conferendi, vel instituendi ad certas cappellas. Feder. de Sen. cons. 80. Factum est tale. nu. 2. in fin. vers. item non obstat, quod instituit.

5 Extende, quod non habet dignitatem Canonicus, etiam si de consuetudine ratione sui Canonicatus potest excommunicare, vel interdicere. Feder. de Sen. d. cons. 80. in fi.

6 Amplia, quia appellatione Canonicatus venit prębenda, & è conuerso quando iunctim sunt annexi. Bal. cons. 473. In causa Prioris. num. 4. uer. dubitatur an si quis. lib. 2. Ægid. Bellam. cons. 34. n. 4. & 5. uer. puto quod non.

7 Extende, quia in isto casu licet supplicatio impetrationis contineat solum, quod est Canonicus, tamen litteræ poterunt expediri super Canonicatu, & prębenda. Aegid. d. cons. 34. num. 4. & seq. uer. suppositis factis.

8 Extende, ut procedat etiam in dispensatione obtenta de obtinendo secundo beneficio, quia dixit obtinere Canonicatum non facta mentione de præbenda. Aegid. d. cons. 34. nu. 5.

9 Extende multo magis præmissa, quando esset Canonicus supra numerum non habens præbendam. Aegid. d. cons. 34. num. 5.

Contra

Digitized by G

10 Contra præmissa dicit Aegid.d.conſ. 34. num. 8. mutaſſe opinionem per not. in regula contra eum. lib.6.cum alijs allegatis.

11 Amplia, quia appellatione Canonicatus etiam ſi præbendæ non ſint diſtinctæ, ſed in eadem maſſa, tunc venit etiam præbenda, quia præbenda nihil addit ad Canonicatum. Aegid.Bellam.dicto conſ. 34. num.4. ver. ſuppoſitis, vbi, quod dicitur tunc annexa inſeparabiliter.

12 Amplia, quia appellatione Canonici, vel Canonicatus in dubio non intelligitur de ſupranumerario, ſed de naturali Canonico,& numerario, ac præbendato, ideo non eſt neceſſe, quod diſtinguatur ſit numerarius, vel ſupra numerum. Aegid.conſ. 34.num.5.in fi.cum ſeq.

13 Limita, quia appellatione præbendæ non venit Canonicatus, quando vtrunque exprimitur in litteris. Bald.conſ.472.num.3.ver. dubitatur, libro 2.

14 Limita in Francia, quia de conſuetudine Canonici appellantur prębendarij. Aegid. Bellame. d. conſ. 34. num. 7.

Canonicus an poſsit eſſe ſine præbenda. Concluſio. XXX.

1 CANONICVS poteſt eſſe ſine prębenda, prout ſunt Canonici ſupra numerum, ſed tamen non poteſt eſſe ſine ſpe præbendæ. Franch. in cap. ſi Clericus. §. 1. de prębend. in 6. in princ. Aegid. Bellame.conſ.34.num.4. & ſeq.ver.ſuppoſitis factis.

2 In alijs vero Canonicatibus numerarijs dicas, quod ſiue ſint diſtinctæ prębẽdę, ſiue ſint inſeparabiliter Canonijs annexę, de neceſſitate Canonicatus habet prębendam,& prębenda Canonicatum, & in iſtis Canonicus ſupra numerũ aſſequens prębendam deſinit eſſe ſupra numerum, & efficitur numerarius. Aegid.d.conſ.34.num.4.& multis ſequen. ver.ſuppoſitis.

3 Limita, quia poteſt eſſe ſine præbenda, & ſine ſpe prębendę, quando ex dolo ſuo, vel delicto ſuo iſtud prouenit, vt quia dum debuit acceptare primam prębendam, ad quam ſpectabat noluit, ita dicit Franch. tenere Lap.in d. cap.ſi Clericus.§.1. de pręben.

4 Contrarium tenet Gemin.conſ.108.in princip. ver. ſi tamen Papa, vbi vult, quod licet ex dolo ſuo priuetur reſcripto conceſso ad primam prębendam,tamen ex diſpenſatione iuris communis conſequi poterit aliam prębendam nemini debitam.

Canonicus an habeat dignitatem, & quas prærogatiuas obtineat, & qualiter probetur. Concluſ. XXXI.

1 CANONICI non habent proprie dignitatem,c.ſtatutum,de reſcr.in 6. vbi Gemin. & alij.

Amplia, quia Canonici etiam Cathedralis Eccleſię non habent dignitatem, etiam ſi Canonicatui ſit annexa dignitas. Feder. de Senis conſ. 80. Factum eſt tale, in fin. ver. item non obſtat, quod inſtituit.

Vide ſupra. Canonicus quid ſit. Concl.29. n.4.

3 Limita, quia largo modo habet magnum honorem, quia ſunt collaterales Epiſcopi, & ſic dignitatem habent largo modo. Felin. in cap. paſtoralis, de off.deleg.num.12.

4 Extende, quia ceſsante conſuetudine prędecedunt Abbates, & habentes alias dignitates in Eccleſia Cathedrali, & in proceſſionibus, quia non diuiduntur ab Epiſcopo, ita Felin. poſt alios in d.c. paſtoralis.num.9.& ſeq.de off.deleg.

5 Extende, quia propter honorem diſpenſatio cum illegitimo ad Canonicatus, & ad dignitates (niſi dicatur in Cathedrali) non comprehendit exiſtentes in ea. Felin.d.cap. paſtoralis. num. 11. de off. deleg.

6 Qualiter quis probet ſe eſse Canonicum. Vide Maſcard. Concluſ.260. Canonicus.

Canonicorum certus numerus in Eccleſia quando dicatur, vel non. Concluſ. XXXII.

1 ECCLESIA dicitur numerata, quę habet certum numerum Canonicorum, & prębendarum non numerata, quę incertum habet numerum. Bald.conſil.472. In cauſa prioris,per totum, libro 2.

2 Numerus certus Canonicorum, & prębendarum dicitur eſse in Eccleſia, in qua portiones ſunt aſsignatę, & certæ pro Canonicis. Lap.alleg. 14.ver.quinta concluſio.num.4.

3 Et idem eſt, quando in Eccleſia determinatus eſt numerus Canonicorum, quia etiam dicitur determinatus numerus prębendarum, & è contra. Lap.alleg.14. num.5.ver.ſexta concluſio.

4 Limita, quia non numerata dicitur Eccleſia, in qua certus numerus Canonicorum,& prębendarum non extat, quia quando moritur prębendatus, vel Canonicus extinguitur Canonicatus, & prębenda, & ideo collatio de tali Canonicatu, & prębenda non poteſt fieri cum extinguatur. Bald. conſ.472. per totum.lib.2.

Vide. Prębendarum multę ſpecies, & de earum effectu. Concluſ.470.

Vide.Prębenda ſupra numerum à quibus creari poſsit. Concluſ. 471.

Canonici ſupranumerarij qui dicantur, & quæ poſsint. Concluſ. XXXIII.

1 CANONICI ſupranumerarij, quibus Papa contulit Canonicatum,& prębendam primo vacaturam, non poſsunt propria authoritate capere poſseſsionem prębendę vacantis. Feder.de Sen.conſ.290.n.5.ver.interdum eſt reperire.

2 Duę ſunt ſpecies Canonicorum ſupra numerum, vna iuris, alia facti; iuris eſt, quando Papa mandat Capitulo, vt recipiant in Canonicum, & fratrem,& illi conferant ius Canonię,& per talem receptionem efficitur Canonicus;alia eſt, quando Papa creat Canonicum ſupra numerum, & mandat, quod tali Canonico à ſe facto aſsignetur

locus, & ſtallus, vt de vtroque late per Feder. de Sen.conſ.290. numero 5. & num. 6. verſ. ſequitur modo.

3 Canonici iſti ſupra numerum ſi habent ſtallum in choro,& locum in capitulo, licet non habeant præbendas, debent interuenire in electionibus, alienationibus, & alijs tractatibus, ſicut alij Canonici, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Feder. de Sen.qui recitat opiniones.d.conſ.290.n.5.verſ. an iſti recepti.

4 Et veniunt appellatione Canonicorum, veluti ſi Archidiaconatus debet conferri Canonico poteſt conferri Canonico ſupra numerum habenti ſtallum in choro, & locum in Capitulo. Caſtr. conſ.366.Super primo, in fin. ver. ad id vero.lib. 1. addit procedere, quando voluntarie eſt inſtallatus, ſecus ſi mandato Papæ, quod non credo verum.

5 Amplia, vt iſti Canonici de facto Gratia Papa ſupra numerum, habeant etiam diſtributiones quotidianas. Feder. d.conſ.290.nu.6. ver.& talis ſic receptus.

6 Declara, quia Canonici ſupra numerum recepti voluntarie à capitulo habent diſtributiones quotidianas, quando habuerunt ſtallum in choro, & locum in Capitulo, ſecus ſi ſunt recepti coacte ex mandato Papæ, vel non habent ſtallum in choro, & locum in Capitulo, quia expectant, tunc non habent diſtributiones. Caſtrenſ. conſil. 366.Super primo, in fin.lib.1.

Canonici debent eſſe in ſacris, & quando. Concluſ. XXXIV.

1 CANONICI ſunt collaterales Epiſcopi, ſicut Cardinales Papæ, ideo ſicut Cardinales non poſſunt eſſe, niſi ſint in ſacris, ita etiam Canonici non poſſunt eſſe,niſi ſint in ſacris. clem. 2.de ætate,& qualit.Felin.in cap.paſtoralis.num. 11.in fin.de offi. deleg.

2 Hodie ex ſacro Concilio Tridentino Canonici non poſſunt eligi, niſi conſtituti in ſacris ordinibus,& omnes Canonicatus habent annexum ordinem ſacrum, videlicet Presbyteratus, vel Diaconatus, vel Subdiaconatus,prout expediens videbitur Epiſcopo, qui debeant eſſe Presbyteri, qui Diaconi, & qui Subdiaconi, niſi laudabilior ſit in Eccleſia conſuetudo, quod omnes ſint Presbyteri.ſeſſ.24.de reformat.cap.12.

3 Abſtinere debent à multis prohibitis,& reſidere tenentur,& officiare ſub pœnis,de quibus in d. Concilio ſeſſ.24.cap.2.de reformat.

Canonicatus in Cathedrali à quibus conferantur.Concluſ. XXXV.

1 CANONICATUS, & præbendæ in Cathedrali ſpectant ad collationem Epiſcopi, & Capituli ſimul, ſecundum opinionem plurium, vt per Feder.de Sen.conſ.233.Caſus talis eſt vacantibus, in prin.

2 Contrarium tenet Ægid. Bellam.conſ.10. num. 58.& ſeq.ver.quid dicendum.

3 Declara,quod vbicunq; Epiſcopus,& Capitulũ collationẽ Canonicatuum habent ſimul,& coniunctim, quod non poteſt ſolus Epiſcopus, vel ſolum capitulum conferre. Feder.de Sen. conſ. 182. col. 2.ver. nunc quæritur. 11

Vide plenius in ver. Epiſcopus habens collationem cum Capitulo non confert ſolus. Concluſione 261.

Vide plenius in ver. Epiſcopus ſine conſenſu Capituli poteſt conferre Canonicatus, & quando. Concluſ.260. 21

Canonicatus in Collegiata à quibus conferantur. Concluſ. XXXVI.

1 CANONICATUS, & præbendæ Eccleſiæ Collegiatæ ſecularis vacantes ſpectant ad electionem,& præſentationem Prælati inferioris, & Capituli dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, & ad inſtitutionem Epiſcopi de iure communi. Federic. de Sen.conſ.34.Quæritur ad quem,per totum,vbi arguit, quod ad Epiſcopum primo loco, ſecundo, quod ad Prælatum,& Capitulum Collegiatæ,tandem conciliat modo prædicto, & reſpondet ad oppoſita, & conſ.73.num.2.ver.nam aliqui. 11

Vide. Collegiatarum Prælati, & Capitulum quid poſſint ſine Epiſcopo. Concluſ. 459.

2 Limita, niſi contraria ſit conſuetudo, quæ attendi debet. Feder.d.conſ.34.nu.2. verſ.alia iura non loquuntur. 1

3 Limita in prima erectione Eccleſiæ Collegiatæ quia ex quo à principio non extat Capitulum, ſpectabit ordinatio ad Epiſcopum. Feder. dicto conſ. 34.nu.2. ver.vel loquuntur, vbi non eſt patronus.

Canonici proſequentes appellationem electi,an expenſis Capituli,vel proprijs facere debeant. Concluſio. XXXVII.

1 CANONICI appellantes duo, vel tres à prouiſione, vel diſpenſatione Epiſcopi, & appellationem proſequentes nomine eorum an poſſint conſequi expenſas à Capitulo pro dicta lite, licet etiam appellatio tangat fauorem Capituli, diſtingue,vt per Oldrad. conſ.38. Thema tale eſt,quidam.

Vide plenius in ver. Expenſas quando Capitulum, & Conuentus facere tenentur pro poſtulatione, & electione, vel non. Concluſ.644.

Canonicus ſucceſſor in ius Canonici defuncti non ſuccedit. Concluſ.XXXVIII.

1 SVCCESSOR in Canonicatu, vel præbenda non dicitur ſucceſſor quoad omnia, ideo non proſequitur contemptum intentatum per ſuum prædeceſſorem, prout alij habentes dignitatem. Card.Zaberel.conſ.44.num.4.& ſeq.

Exten-

Digitized by Google

4 Extende, quia licet ſucceſſor in dignitate poſſit ratum habere geſtum à ſuo prædeceſſore tanquam nomine dignitatis geſtum, tamen ſecus eſt in ſucceſſore Canonicatus, & præbendæ. Card. d. conſil. 44. num. 4. & 5.

5 Extende, quia Canonicus non ſuccedit Canonico in honore, & onere, ſed Capitulum, quod notandum dicit Innocen. in cap. quod ſit. column. 1. de electio.

6 Et ideo commiſſio cauſæ facta alicui tanquam Canonico non tranſit eo mortuo ad ſucceſſorem in Canonicatu. c. quoniam Abbas, de offi. deleg. vbi Docto. Vide Alberic. in dictionario, in ver. Canonicus non ſuccedit Canonico.

Vide. Succeſſio in beneficialibus qualis detur. Concluſ. 871.

Vide. Succeſſor in Eccleſia, vel Epiſcopatu, an teneatur ad debita prædeceſſoris. Concluſ. 876. cum duabus Concluſionibus.

Canonici Regulares quando inſtituti, & quis fuit author eorum. Concl. XXXIX.

1 CANONICI Regulares ſub regula S. Auguſtini fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ, & fuerunt inſtituti à S. Marco in Alexandria, licet poſtea regulam Beati Auguſtini receperint. Collegium Paduan. conſ. 2. poſt conſ. Zabarell. nu. 13. 14. & ſeq. & idem dicit ibi Caccialup. conſ. 4. poſt conſil. Zabarell. num. 5. & ſeq.

2 Approbatio eorum regulæ per Gelaſium, & Beatus Auguſtinus fuit de an. 365. vt dicunt collegium Bononien. conſ. 1. poſt conſ. Zabar. n. 5. & ſeq. & collegium Paduan. ibi conſ. 2. num. 6.

3 Quod imo fuerint inſtituti tempore Beati Auguſtini, & ortum habuerint à Nazareis quibus committebantur Sancta Sanctorum, dicit Caccialup. d. conſ. 4. poſt conſil. Zabar. n. 2. allegat Io. de Deo in ſuo paruo opere, de diſpenſat.

4 Et ſub dubio dicit aliquos tenere, quos citat, idem Caccialup. conſ. 4. num. 39. quod habuerint originem à Ruffo, ſeu Yuone apud Francos tempore Ludouici Imperatoris, & in Italia apud Mediolanum ex præcepto Alexandri, & repetit nu. 50. vbi, quod ex indulto Galeatij Mariæ Ducis Mediolani appellabantur Congregatio Friſonaria, ſeu Friſimonen. & plenius in fin. conſilij. num. 59. & ſeq. ver. reſtat, vbi de multiplici origine.

Canonici Regulares an ligentur, vt monachi regulares, vel non in diſpoſitionibus de regularibus loquentibus. Concl. XL.

1 CONSTITVTIO loquens de monachis regularibus, vt obtinentes prioratus debeant infra annum promoueri, de qua in clem. 1. §. cæterum, de ſtatu regul. non comprehendit præpoſitum regularem Canonicum, quia non tenetur promoueri non monitus, ſicut alij obtinentes dignitates ſeculares. Feder. de Sen. conſ. 25. Caſus talis eſt, cui conſilio etiam ſe ſubſcripſit Io. And. vbi, quod licet eadem ratio militet, tamen eos non comprehendit.

2 Contrarium, vt imo ipſi comprehendantur tenuit Petrus de Tuderto in conſilio inſerto in eodem conſ. Feder. 25. incipit, Videtur ſaluo, & huius opinionis eſt Lap. Abbas ad conſultationem. Feder. in 8. reſponſione data Federico, in conſil. eiuſdem Feder. 88.

Canonizatio Sanctorum qualiter, & à quibus facienda. Concluſio. X L I.

1 CANONIZATIO Sanctorum eſt cauſa de maioribus reſeruata cognitioni, & determinationi Romanæ Eccleſiæ, & Papæ, vt dicit tex. in cap. 1. & cap. 2. de reliquijs, & vener. Sanctor. & glo. in cap. vnico, eod. tit. in ver. Sedis Apoſtolicæ. lib. 6. vbi adducit quinque rationes; prima, quia cauſa eſt de maioribus; ſecũda, quia miracula attribuũtur fidei, ideo cauſa fidei eſt; tertia, quia dubia ſcripturę pertinẽt ad declarationẽ Papæ; quarta, quia ſimplicitas Epiſcoporum ex facilitate poſſet populum decipere; quinta, ne in infinitũ fiat numerus, & vileſcat deuotio, & ita tenent omnes canoniſtæ, maxime Inno. Hoſtien. & Io. And. à quo Innoc. & Hoſtien. glo. præd. li. 6. eſt deſumpta. Ant. de Butr. Zabarell. Abb. & alij.

2 Et licet Epiſcopi hoc poſsint, tamẽ idintelligitur quoad canonizatos, vt officia decernãt ſecundum glo. d. c. de reliq. & vener. Sanctor. li. 6. in ver. Sedis Apoſtolicæ, ita dicunt, & ſoluunt omnes Canoniſtę, & maxime Io. Andr. Anchar. & alij in d. cap. 1. de reliquijs, & canonizat. Sanctorum, quia præcipere, quod vniuerſaliter quis veneretur vt Sanctus, ſolus Papa poteſt, quia ſolus eſt vniuerſalis Præſul.

3 Et canonizare Sanctos proprie eſt aliquem per Summum Pontificem Cathalogo Sanctorum adſcribere, vt habeatur pro Sancto. Abb. d. c. 1. nu. 5. ver. vltimo hic quæritur, de reliq. & vener. Sanctorum ex mente Io. And. & alior. ibi Zabarell. in 3. quæſt. num. 1.

4 An Eccleſia poſsit errare in canonizatione Sanctor. glo. in d. c. 1. de reliq. & vener. Sancto. in ver. Sedis Apoſtolicæ. lib. 6. dicit, quod ſic, licet non ſit credendum, quod erret, licet poſsit contingere, & glo. eſt Hoſtienſis, qui prius hæc omnia, quæ dicit glo. dixit in c. 1. extra, eod. tit. circa fin. ver. quid ſi Eccleſia in hac canonizatione, à quo ſumpſit Ioan. Andr. & hanc gloſ. ſequitur Beatus Antoninus in ſua ſumma, & alij plures ſummiſtæ, pro hoc eſt text. in cap. à nobis. il 2. de ſent. excom. vbi, quod iudicium Dei nunquam fallit, nec fallitur, iudicium vero Eccleſię ſecus, & hanc tuetur Felin. in c. venerabili, de teſtib. vbi pleniſsime pro vtraq; parte allegat, & dicit, quod Chriſtus Dominus noſter orauit pro Petro, vt non deficiat fides Petri, & ne poſſit errare ſolum in articulis fidei.

5 * Contrarium, quod imo non poſsit errare, cum ſit de pertinentibus ad fidem, tenent cõmuniter Theologi, vt per Catherinum de Sanctor. gloria. §. venio nunc ad authoritates, vbi citat Beatos

Gregorium, Ambroſium, Cyrillum, Hieronymum. Thomam de Aquino, Bonauenturam, Bernardum, & Theologos plures, & inter cæteros Card. Turrecrematam in tract. de poteſtate Papæ, quem etiam citat, & ſequitur Troylus Maluecius de canonizat. Sanctor. §. aggredior. nu. 47. & ſeq. & ratio Felini reflectitur, quia in iſto articulo, licet non agatur de articulis fidei explicitè, tamen agitur de articulis fidei implicite.

6 Declarat idem Catheri. tract. de certa Sanctor. gloria. §. venio nunc ad ea. ver. ſolũ ergo ſupereſt, vbi, quod glo. illa quatenus dicit, quod Eccleſia errare poteſt, licet non ſit credendum, vel debet intelligi, quod poſſit errare quando fit canonizatio per Epiſcopos, vel ſibi contradicit, dum vult, quod ſit de reſeruatis Papæ, ne propter ſimplicitatem Epiſcoporum contingat populum decipi, quaſi non poſſit decipi ſi fiat per Papam, & quod Eccleſia fallere poſſit, procedit extra ea, quæ ſunt fidei circa iudicia humana, & hanc veriorem, & magis * piam tenerem, & teneo. *

7 Inquiſitio quomodo, & de quibus facienda, dicas inquirendũ eſſe de vita eorũ laborioſa, moribus caſtis, & actibus ſtrenuis munita. e. miramur. 61. diſtinct. & præ cæteris de ſimplicitate, & humilitate, an in vita perſequutiones paſsi ſint ex charitate, item de bonis operationibus, de miraculis in vita, & poſt mortem, & miracula inquiruntur ex Deo, non ex arte, item ſuper naturam, item non ex verbis, ſed merito, item quod ſint ad corroborationem fidei. gloſ. dicto cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor. lib. 6. in ver. Sedis Apoſtolicæ, & Alberic. in ſuo dictionario, in ver. canonizatio Sanctorum.

8 Vide plenius Io. And. in d. c. 1. de reliq. & vener. Sanctorum, qui ponit omnia requiſita ad canonizationem Sanctorum, & quomodo fiat, idem ponit Hoſtien. ibi, & Troylus Maluecius tract. de canonizatione Sanctorum.

9 Alia eſt canonizatio particularis in certo loco, vt dicunt Docto. ex tolerantia ſedis Apoſtolicæ, ſed extra locum non admittitur vt de Magn. Carolo in ſola Cappella Aquiſgrani, qui ibi colitur publice. Hoſtien. Io. Andr. & alij d. c. 1. ver. ſed multi ſunt etiam, de reliq. & venerat. Sanctor. colum. 3.

10 Sanctos autem vti Beatos venerari licet priuatis perſonis, licet non ſint canonizati, vt dicunt Innoc. Hoſtien. Io. And. & alij in c. 2. de reliq. & vener. Sanctor. in ver. publice, vbi, quod publice fieri non poteſt, ſed priuatim, & ſecreto, vt Innoc. in c. 1. in fin. & ſic infert Abb. ibi, quod in cap. 2. publice prohibetur veneratio, ergo à contrario permittitur occulta veneratio, prout ſi emittit præces ad eum in ſecreto, quem credit Sanctum, licet non ſit canonizatus, & ita etiam tenet Card. Zabarella in d. cap. 1. in 6. quæſtione, & in cap. 2. in quarto not. Alberic. in dictionario, in ver. canonizatio.

11 Et quæ liceant fieri in honorem Beatorum non canonizatorum, vide apud Illuſtriſs. Bellarminium de Sanctorum Beatitudine. li. 1. cap. 10. vbi, quod publica non ſunt præſtanda templa, altaria, ſacrificia, & alia ſimilia, neque eorum reliquiæ publice in templo honorandæ, licet priuatim honor poſsit adhiberi.

12 Difficultas tota conſiſtit inter publicam veneration em, quæ prohibetur, & occultam, quæ permittitur ex particulari deuotione priuatæ perſonæ, ſeu priuatarum perſonarum, vnde conſtituenda eſt duplex regula negatiua, prima eſt in c. 1. in fin. de reliq. & vener. Sanctor. ibi, illum ergo non præſumatis de cætero colere, cum etiam ſi per eum miracula fierent non liceret vobis ipſum pro Sancto abſque authoritate Romanæ Eccleſiæ venerari, & hæc vltima verba ſunt per modum rationis dicta: ſecunda regula etiam negatiua conſtituitur in cap. 2. eod. tit. ibi inuentas autem de nouo nemo publice venerari præſumat, niſi prius authoritate Rom. Pont. fuerint approbatæ.

13 Vnde cum negatiua regula plus neget, quam affirmatiua affirmet etiam ſi negatiua ſit indefinita, quia æquipollet vniuerſali, non ſic in affirmatiua. Crauett. conſ. 809. Plura excutienda. num. 4. ver. quinto petens, maxime, quia adeſt dictio, nemo, quæ abſolute negat potentiam omnibus. Abb. conſ. 3. Nitar. in fin. lib. 2. ſequitur, quod in concurſu duarum concluſionum, vel regularum ſi vna eſt negatiua, altera affirmatiua, debet negatiua præferri, & præualere. Deci. conſ. 567. In caſu. num. 2. plenius conſ. 3. num. 4. vbi apoſtil. dat concord. & maxime procedunt prædicta, quia regula eſt negatiua, & exceptio eſt affirmatiua, & qui habet regulam pro ſe habet intentionem fundatam, & qui nititur fallentiæ debet probare. Deci. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur.

Vide. Regulam habens pro ſe, habet intentionem fundatam. Concluſ. 94.

14 Infertur ex præmiſsis, quod cum hic agatur de cauſa maiori reſpiciente cauſam fidei reſeruatæ neceſſario authoritati Papæ, ſucceſſori Petri, pro quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus rogauit, vt non deficiat eius fides, agatur de actu obediendi, agatur de materia peccati, & quæ poteſt in Eccleſia Dei inducere ſcandalum, ſtrictiſsime, & cum omni reuerentia procedendum eſt, vt etiam in dubijs authoritas Papæ interuenire debeat, nam melior eſt obedientia, quam ſacrificium. e. ſciendum 8. q. 1. ita Roman. conſ. 512. Beatiſſ. Pater. num. 3. in tantum, vt etiam in bene factis ſine obedientia detur reuocatio bene facti. Abb. conſ. 95. in præſenti. col. 1. ver. ijs præmiſsis. lib. 1. & hoc, vt reducantur inobedientes ad obedientiam. c. licet, de regular. vbi Io. Andr. & alij, quod religioſus, qui petita licentia licet non obtenta ſui Prælati poteſt ad arctiorem religionem tranſire, ſi tamen tranſit non petita dicta licentia reuocatur propter bonum obedientiæ, * & eſt communis opinio, vt per Abb. d. conſ. 95. lib. 1. *

15 Et qualiter probetur canonizatio Sanctor. plene Maſcard. Concluſ. 162. Canonizatio, vbi latiſſime, quod ad ſolum Papam, qui errare non poteſt ſpectat, quæ requirantur, & quæ non ſint.

Cantoria non eſt dignitas, & quando ſecus. Concluſ. XLII.

1 REGVLARITER autem de iure communi cantoria non eſt dignitas, ſi non habet prærogatiuam ſuper alios circa iuriſdictionem. Gemm. conſ. 101. in princ. ver. ſi autem conſuetudo, quod duplicatur conſ. 140.

Declara,

3 Declara,quia Cantoria eſt dignitas de conſuetudine in Eccleſia Eduen.Oldrad.conſ.146. num. 2. ver. cum igitur,quia conſuetudo poteſt introducere, vt Cantoria, & alia officia ſint dignitates. Gemin. conſ. 101. Quod duplicatur conſilio 140.in princ.

Cantus quomodo probetur. Concluſio

Vide Maſcard.concluſ.163.

Capellania honoris Prothonotariatus, Auditor Rotæ qualiter probetur. Concluſio

Vide Maſcard.concluſ.164.

Capita creditorum falliti quid poſsint. Concluſio.

Vide. Creditorum capita. Concluſ.1068.

Capitalis cauſa quando dicatur, vel non. Concluſio XLIII.

1 CAPITALIS cauſa dicitur quando agitur de condemnatione ad perpetuos carceres pro graui delicto, & ad pœnam. Calderin. conſ.104.circa fin.ver. non obſtat gl. Innoc. alias 2.de procur.

Vide. Criminalis quando dicatur cauſa,vel ciuilis.Concluſ.1083.

Vide.Procurator in quibus cauſis non admittitur.Concluſ.818.

2 Amplia, vt idem ſit quando quis ad pœnam perpetuo detruditur in monaſterio, quia morti æquiparatur talis detruſio,ideo cauſa dicitur capitalis. Calderin. dicto conſil. 104.in fin. alias 2. de procurat.

3 Amplia, quia metus perdendi totum patrimonium,vel maiorem partem illius æquiparatur metui mortis.Fulgoſ.conſ.fi.in princ.vbi etiam,quod æquiparatur cauſę.

Vide. Mors Ciuilis quando æquiparatur naturali.Concluſ.393.

4 Amplia, quia pœna arbitraria iudici commiſſa ſecundum qualitatem delicti poteſt comprehendere pœnam capitalem,& mortis naturalis.Alex. conſ.111.nu.3.lib.1.

Vide Pœna arbitraria iudici ad quid ſe extendat.Concluſ.217.

5 Amplia,quia pœna mortis ſiue ciuilis, ſiue naturalis dicitur capitalis,& in dubio de minori intelligitur.Cuma.conſ.139.num.6.Alex.conſ.104. Statutum loquens.num.2.lib.1.

6 Extende,quia pœna mutilationis membri dicitur capitalis,& aliquando æquiparatur pœnæ vltimi ſupplicij.Alex.conſ.55. In cauſa.num.5.ver.& per prædicta.lib.7.

7 Declara,quia tres ſunt ſpecies pœnarum capitalium,prima eſt mors naturalis,ſecunda eſt damnationis in metallum,tertia eſt deportationis, de quibus plene in ver. Pœnarum capitalium maior quæ dicatur.Concluſ.223.vbi late.

Vide. Pœna vltimi ſupplicii ex quibus verbis inducatur.Concluſ.230.

8 Limita, vbi agitur de relegatione in inſulam, etiam perpetua, quia licet ſit pœna corporis afflictiua,tamen non eſt capitalis, quia poteſt procurator interuenire.Calder. d.conſ. 104. vltra med. ver.item relegatio,alias 2.de procur.

9 Limita in cauſa caceris, vel detruſionis cauſa correctionis,quia ex intentione non dicitur capitalis,& procurator poteſt interuenire. Calder. d. conſ.104.per totum,alias 2. de de procur. maxime.num.2.ver.præterea cum agitur.

Capitula plura Canonica interpretantur. Concluſio. XLIV.

1 CAPIT. ſtatuimus de elect.in 6.& illius prouiſio non ceſſat etiam ſi Epiſcopus prætigat appellanti certum terminum ad proſequendam appellationem. Oldrad. conſ.2.Vbi ſunt duæ,per totum,

2 Et dictum cap. procedit ſolum in quatuor caſibus, in quibus appellatio deuoluitur ad Curiam, de quibus late per Oldrad. conſ. 275. per totum.

3 Cap. ſtatutum de reſcr. in 6. dum vult vltra vnam dietam aliquem citari non poſſe, procedit ſolum in iudicibus datis ad lites, non autem in exequutoribus,& alijs datis ad ſumendam informationem.Oldrad.conſ.295.nu.3.vbi quod ita de conſuetudine ſeruatur.

4 Item non habet locum, quando Papa dat duos iudices ſcienter, qui diſtant vltra dietam, quia cum vterque poſſit eſſe iudex, videtur diſpenſaſſe. Oldrad.d.conſ.295.num.4.ver reſpondetur, & aliter.

5 Cap.nihil eſt,de electionibus.§.fin.volens,quod electus ad dignitatem immediate ſubiectam Sedi Apoſtolicæ in partibus remotis,poſſit adminiſtrare ante confirmationem propter vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ declaratur, & extenditur per Oldrad.conſ.9.per totum:vbi in fi.quod ex ratione, & eadem æquitate extenditur,licet contineat diſpenſationem.

6 Cap. cum in cunctis.§.cum vero,de elect.diſponens, quod per promotionem ad Epiſcopatum non vacant priora beneficia ante conſecrationem, vel ante lapſum temporis ad conſecrationem ſuſcipiendam non procedit in Abbate,neque in alijs dignitatibus,& perſonatibus, quorum beneficia vacant ipſo iure incompatibilia, quod poſſeſſionem acceperint ſecundi. Oldrad. conſ. 14. Cum quæritur: vbi in ver.modo,num.3.& 4. reddit rationem differentiæ, quia Epiſcopus ante conſecrationem dicitur electus, & poteſt repelli; non ſic in Abbate,& alijs inferioribus.

Vide. Beneficia promoti ad Epiſcopatum vacant,& quando.Concluſ.72.

7 Cap.de muleta, de præb. & cap. licet canõ, de elect.in 6. non habent locum ſi in Eccleſia parrochiali

chiali conſueuerunt deputari duo, qui exerceãt cu ram animarum etiã ſi perpetuo inſtituãtur, quia cum non ſint Prælati, quia vnus ſolus poteſt eſſe Prælatus, & iſta duo capp. ſint odioſa, & pœnalia, non habent locum. Oldrad. conſ. 61. per tot. vbi multa, & Oldrad. ſequitur Caſſad. deciſ. 11. in fin. de præbend. Petr. Anchar. conſ. 59. In publicis relationibus, per totum.

Vide. Odioſa materia reſtringitur, & qualiter. Concluſ. 67.

8 Cap. de multa, de præben. loquitur ſolum in curatis beneficijs, quod per aſſequutionem ſecundi vacat primum, ideo non habet locum ſi habens curatum aſſequatur ſecundum incompatibile non curatum, quia eſt in electione obtinentis alterum ſibi beneuiſum dimittere. Oldrad. conſ. 165. Thema cuidam.

9 Cap. noſtro, de pœnit. & remiſſio. declaratur, & qualiter procedat. Oldrad. conſ. 73. Quæritur ſi Prælatus. num. 4. verſic. pro hoc videtur facere.

10 Cap. cupientes, de elect. in 6. licet excludat non ſeruantes formam illius in oppoſitione contra electos, tamen non excludit eos à denunciatione. Oldrad. conſ. 101. Quia cuiuſlibet: vbi quæ præſumantur obſeruata, quę non, & qui admitti debeant.

11 Cap. quorundam. ver. circa, de electio. lib. 6. diſponens electionẽ factam à minori parte numero inter nõ mendicantes, nullum tribuere ius electo, non habet locum quando electio fieret ad Abbatiam proprij ordinis, ſed ſi fieret ad alienam prælaturam, quia debet eſſe electio concorditer facta ab omnibus. Oldrad. conſ. 103. Quæſtio eſt, vbi ponit quinque fundamenta.

12 Contrarium tenet Franc. in d. cap. quorundam quod imo habeat locum etiam in electione facta ad prælaturam proprij ordinis, & dicit ita ſeruare curiam. num. 4. in verſic. in gloſa, in verſic. quaſlibet.

13 Cap. cum eſſes, & cap. relatum, de teſtamen. habent locum, quandò teſtamentum fuit factum coram duobus teſtibus, & parochiano, non ſi fuit tractatum de faciendo, & procedunt quando nullum aliud teſtamentum ſolemne eſſet prius factum. Oldrad. conſ. 119. Titius condidit, circa fin. ver. non obſtat.

14 Cap. duobus de reſcr. in 6. ipſo iure inficit ſecundam gratiam ab ipſo principio, niſi clare appareat Papam voluiſſe etiam ſecundam gratiam valere, in tantum, quod ſi ſecundus recipiatur non dicetur receptus Apoſtolica authoritate, & rationem eſſe, quia nedum onerantur Eccleſiæ, ſed eſt impoſſibile duobus ſub eadem data prouidere de eodem beneficio indiuiſibili. Oldrad. conſ. 143. qui declarat multa circa hoc cap. & idem Oldrad. conſ. 193. An littera Apoſtolica: vbi idem dicit, & dat octo declarationes ad illum tex.

15 Inducit nouum ius non deciſum, & dat nouam formam, quomodo ſit procedendum, ideo habet locum in capitulo cathedralis Eccleſię, non autem coram alio exequutore non ordinario collatore, & omiſſio formæ vitiat. Petr. Anch. conſ. 55. Vltra prædictas vbi idem quod ad gratificationẽ.

16 Cap. mandatum, de reſcript. in 6. non inficit gratiam duobus factam ipſo iure, ſed inficit finem ſi duo vellent gratias exequi., ſed ſi primus negligat, poteſt ſecundus ſuam exequi facere, non ſic in cap. duobus eod. titul. Oldrad. conſil. 143. num. 2. ver. & per hoc apparet ſolutio.

17 Cap. ſi tibi conceſſo, de præb. in 6. non corrigitur per extrauag. execrabilis, quia imo extrauag. patitur interpretationem ſecundum illum tex. Oldra. conſ. 152. Factum tale eſt. d. clem. verſ. tertio quæritur.

18 Cap. vt circa, de elect. in 6. non habet locum in eo, qui proſequitur contemptum ſuum, quia non fuit vocatus ad electionem, ideo non obligatur ad formam dicti capituli, quia non dat obiectus, ſed proſequitur ius ſuum. Oldrad. conſ. 188. Quod proſequens.

19 Item non habet locum in eo, qui electus proſequitur ius ſuum non per viam appellationis. Oldrad. conſ. 290. in princ.

20 Cap. vt circa, de elect. in 6. habet locum nedum in appellante, ſed etiam in adhęrente appellationi per alium interpoſitæ. Oldrad. conſ. 290. per totum: vbi quis dicatur adhærere, & quod adhęſio requirit mandatum ſpeciale.

21 Cap. cum ex eo, de exceſſ. prælat. in 6. prohibens mendicantes, ne domos, vel loca de nouo ad habitandum ſuſcipiant, nec antiquas dimittant, loquitur in duobus caſibus tantum, & non habet locum in caſu neceſſitatis, nec ſi adijcitur noua domus veteri habitationi. Oldrad. conſ. 190. Thema tale eſt, fratres: quod iura antiqua non corriguntur, niſi in duobus caſibus, quando ex toto nouas habitationes ſuſcipiunt.

22 Cap. auaritię, de electione in 6. puniens electum adminiſtrantem ante confirmationem ad quid fuerit inuentum, & quod non habeat locum in electo, qui non ſolemniter benedixit populum, nec in eo, qui ante electionem aliquid fecit. Oldrad. late conſ. 246. Quęſtio eſt, per totum: vbi in fin. quod ita fuit iudicatum per Papam Ioannem XXII. præſentibus duobus Cardinalibus, qui compilarunt illud capitulum.

23 Cap. ſi beneficia, de præb. in 6. diſponens, quod is qui permutauit beneficium ſuum poſſit ad illud redire in caſu euictionis compermutati, habet locum etiam ſi appelletur à prouiſione, quia non deuoluitur cauſa ad curiam. Oldrad. conſ. 275. vbi reſtringit c. primum, de elect. in 6. vt procedat ſolum in quatuor caſibus.

24 Cap. quia fruſtra, de vſu. diſponens, quod agens contra vſurarium repellatur ſi excipiatur de vſura contra agentem, habet locum ſolum, quando conuẽtus de vſura excipit contra agentem de vſura, vt repellatur tunc agens, ſi conuentus excipit coram iudice delegato, ſecus eſt ſi coram ordinario, quia eſt odioſa materia. Lap. alleg. 55. num. 2. ver. ad ſecundum, vſque nu. 5.

25 Item non habet locum niſi ille, qui petit vſuras petat illas computari in ſortem. Lap. d. alleg. 55. num. 7. ver. ſciendum, quaſi dicat, quod non ſufficit excipere, quod agens ſit etiam vſurarius, niſi opponatur de vſura circa eandem rem: vbi dicit * communem, & quod nullus Doctor aliter intelligit.

26 Cap. ſi clericus laicum, de foro compet. qualiter intelligatur, & quod procedat de conſuetudine Papę, vt indifferenter concedantur litterę delegationis ad iudicem Eccleſiaſticum, quando Eccleſia agit contra laicum. Lap. alleg. 59. per totam; vbi multos intellectus ponit ad illum tex. & n. 9. dicit quod talis conſuetudo Papæ porrigit vires in vniuerſum orbem.

Cap.

27 Cap.quoniam,de iurepatronatus,volens,quod propter diſcordiam, & ſcandalum patronorum Epiſcopus poſſit prouidere Eccleſię patronatæ de Rectore quomodo procedat,& quod receſſerit ab aula, & quid ſi inſtitutio ſpectat ad inferiorem Lap.allegat.79.In Dei nomine. num. 10. verſ. ad quintam.

Vide. Epiſcopus poteſt multa circa beneficia iuriſpatronatus,& quæ non.Concluſ.272.

28 Cap. ſęlicis, de pœnis in 6. reſtringitur multis modis per Hier.de Tortis conſ. ſuo quod eſt in fi. conſiliorum Ant.de Butr.num.18.& ſeq.vbi quod capiens Cardinalem non hoſtiliter non incurrit pœnas dicti text. prout ſi capitur ne offendatur, idem ſi capitur, ne eius cauſa Papa offendat ſubditos capientis,idem ſi ignorantes capiunt eum, qui Cardinalis ſit,ſed non apparet talis.

Vide. Cardinalem, vel Epiſcopum offendens qua pœna puniatur.Concluſ.102.

Capitulum reintegranda, tertia, quæſtione prima, quibus, & pro quibus competat,vel non. Concluſio. XLV.

1 CAP. reintegranda competit cuilibet, qui à poſſeſsione cecidit ſine iuſta cauſa tam pro poſſeſſione rerum Eccleſiaſticarum, quam aliarum rerum quarumcumque ſecundum Doctor. * magis*communiter.Alex.conſ.51.Viſo, & diſcuſſo,in princ.lib.1.& conſ.6.num.4. lib. 3. vbi apoſtilla dat infinitos pro vtraque opinione concor. & conſ.9. num.6.& conſ.92.num.9.lib. 5. ver. inſuper poteſt, & plenius infra num.45.& ſeq.

Vide. Spoliatorum remedia quot ſint, & quæ Concluſio 385. n.19. & ſeq. verſ. quartum remedium.

2 Et competit etiam ſi ſpolium fit cum dolo, vel violentia. Alex. conſ. 6.circa permiſſum. num. 3. ver.tertio reſpondeo. lib.3.

3 Extende maxime quando tale remedium intentatur contra poſſidentem ſine titulo. Alex.d.conſ. 51.in princ.uer.& præſertim.lib.1.

4 Competit hoc remedium poſſeſſorium nedum pro recuperanda poſſeſſione corporalium, ſed etiam incorporalium propter generalitatem illius tex. & probat tex.in cap.accedens.il 1.extra ut lite non conteſt.Socin.in d.l.rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ.num.13.& conſ.187.col.8.num. 24.lib.2.

5 Amplia,quia competit tam pro rebus, ſeu poſſeſſione rerum immobilium, quam etiam mobilium propter verba vniuerſalia ibi reintegranda omnia,& eſt de mente Bart.d.l.rem quæ nobis. ff. de acquir.poſſeſſ. vbi vult quod detur in caſu l. fi coloni.C.de agric.& cenſit.lib. 10. & ita ibi Soci. * *& omnes.

6 Contrarium, quod imo pro rebus mobilibus non competant interdicta poſſeſſoria.eſt text. inl. * 1.§.hoc interdictũ.ff.de vi & ui arma.gl.*cõmuniter approbata in l. rem, quæ nobis.ff. de acquir. poſſ. vbi Bart. & alij, & in Naui, eſt tex. in l.§. ſi quis,de naui.ff.de vi & vi. armat. & ideo competunt alia remedia poſſeſſoria ad recuperandum, vt patet in l.fin.§.ſed cum in 2.& ibi Bart. & alij. C.de furt.ſcribentes in d.l.rem quę nobis,& in l.ſi coloni.C.de Agric.& cenſit.lib.10.ubi Bart.prout eſt remedium condictionis ex l. 1.C.ſi per vim, item triticaria,& ſimiles actiones.

Vide.Spolium competit pro rebus mobilibus, & qualiter procedat.Concluſ.392.

7 Amplia, quia nedum datur pro recuperanda poſſeſsione,ſed etiam pro fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt quando conuentus non probat aliquid per quod poſſit argui bona fides.l. fructus,& in l.ex diuerſo:vbi gl. & Bart. ff. de rei vendicat.l.illud.ff. de petit. hæred. & non excuſatur propter ignorantiam, quia occupans rem alienam præſumitur malæ fidei. l.fi. C. vnde vi,& de perceptis eſt tex.in c.grauis,de reſtit. ſpol. vbi Abb.quod etiam tenetur de ijs,qui percipi potuerunt quando eſt malæ fidei,& non iuuatur aliquo titulo. Salycet.in l.certum,& in l.domum. C. de rei vendic.Deci.conſ.251.col.1.num.1.Socin. in l.rem quæ nobis.ff.de acquir. poſſeſſ. in 11.quæſt. Rota in antiq.deciſ.119.Deci.conſ.57. Pro tenui, in fi.Rota in antiq. deciſ. 10. de reſtitut. ſpoliat. Iaſ.conſ.172.lib.4.

8 Amplia, quia hoc remedium datur etiam illi, qui dumtaxat habuit poſſeſſionem ex conſtituto dato, quod aliter non poſſederit. Alex. conſ. 117. column.fi.lib.2. quia conſtitutum transfert vtranque poſſeſſionem,dummodo probetur, quod conſtituens poſſideret tempore conſtituti. Decius conſ.56.col.3.

9 Item competit conductori ad longum tempus, quia dicitur habere vtile dominium, late Decius * conſ.292.col.1.& poſſidet naturaliter,vt per*omnes in l.naturaliter.ff.de acquir.poſſ.

10 Item competit commodatario, & depoſitario. Specul.tit.de petit.& poſſeſſ.§.1.verſ.ſed nunquid depoſitarius,& ibi Io.Andr.ſequitur Socin. in d.l. rem quę nobis.col.5.ver.tertio multa ponit. ff.de acquir.poſſeſſ.

11 Contrarium tenetFelin.in cap.ſi conſtiterit,de accuſ. vbi quod hoc remedium non datur commendatario, & tamen idem eſt commendare beneficium, quod deponere, vt ibi late per gloſſa, & Doctor.

12 Amplia,quia datur malæ fidei poſſeſſori.Anto. de Butr.in c.ſæpe,de reſtit.ſpol.Rom. & Aret.in l. rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſ. Alexan.conſil.6. lib.3.num.9.ver.pręterea etiam,& conſ. 92. libro 5.& arguit pro iſta parte in d. l. rem quæ nobis. ver.quarto dubitatur.

13 Contrarium tenet Socin.d.l.rem quę nobis.ver. ſed tu conſidera.ff.de acqui.poſſ.vbi reſpondet ad argumenta Alex.& contraria Imol.in c.ſæpe: vbi reprobat Antonium de Butr. & pro hac parte etiam conſuluit idem Alexan.conſ.94.Viſis.lib.5. vbi reſpondet ad contraria, & videtur tranſire cum hac parte conſ.91. In cauſa, & lite. eod. lib. Bertran.conſ.54.Adhærendo.lib.1.quem citat, & ſequitur apoſtill.ad Alex.d.conſ.6.num.9.lib.3.in ver,malę fidei.

14 Amplia,quia datur remedium dicti cap.reintegranda,licet non probetur dominium ex ſola poſſeſsione, ſed tamen debet dominium allegari, alias non procederet.Caſtr.conſ.105.col. fin. ver, poſſet etiam quarto. lib.1.

15 Amplia, quia imo etiam competit contra titulo

gulo poſſidentem, etiam ſi ſit bonæ fidei. Alex. d. conſ. 51. in princ. ver. quinimo. lib. 1. & conſ. 117. lib. 2. & conſ. 6. lib. 3. & conſ. 91. & 92. lib. 5. vbi dicit *magis cõmunẽ, & conſ. 99. col. 2. lib. 2. & conſ. 87. lib. 3. vbi dicit* communem. Iaſ. conſ. 171. lib. 4. Deci. conſ. 57. col. pen. & conſ. 136. col. fin. & conſ. 252. num. 4. Roman. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi quod in hoc poſſeſſorio non habetur ratio tituli, ſed prioritaris poſſeſſionis. Card. in d. c. reintegranda 3. quæſt. 1. quia ſi reus non poteſt opponere exceptionem dominij. Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum, C. de vi publica, ergo exceptio tituli non liberat reum, quia plus eſt habere dominium, quam titulum, quia ſolus titulus non probat dominium. l. cum res, & l. proprietatis C. de probat. Alexand. conſ. 10. lib. 2. & facit ratio quia ſi contra eum, ad quem peruenit res ſine vitio, imo contra quoſcumque bonæ fidei poſſeſſores pro poſſeſſione recuperanda datur actio tritica-ria, & remedium l. ſi me & Titium. ff. ſi. cert. pet. vt dicit Bar. in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & poteſt officiũ iudicis implorari generaliter loco cuiuſcunque actionis. Hoſtien. & Io. Andr. in c. accedens. il 1. vt lite non conteſt. Lap. alleg. 52. Multo magis debet competere remedium c. reintegranda, magis latum, & magis pingue quocunque alio remedio poſſeſſorio, late Soc. in d. l. rem quæ nobis: vbi dicit quod pro iſta parte vidit iudicari. Ripa in cap. ſæpe. nu. 28. de reſtit. ſpol. vbi dicit * communem Bart. in l. ſide eo. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 88. lib. 5. & magis* communem dicit Alex. conſ. 200. col. 1. & col. pen. lib. 2. Ioannes de Amicis. conſ. 97. col. 2. Maran. de ordin. iud. quarta parte in 7. diſtinct. num. 50. Ruin. conſ. 46. nu. 6. lib. 1. Viuius lib. 1. concluſ. 272. Neuizan. conſilio 78. numero quarto. Plot. in l. ſi quando. numero 65. C. vnde vi. Afflict. deciſ. 361. numero 33. Benintend. deciſione 33, Caſſador. deciſione 3. de reſtitut. ſpoliat. & quod detur contra titulo poſſidentem, cap. reintegranda, magis communem dicit. Afflict. d. deciſ. 361. numero 33. Plotus in repet. l. ſi quando, numero 65. C. vnde vi. pro vtraque opinione citat apoſtilla ad Alexan. conſilio 6. numero 17. in ver. titulo. libro tertio. Franciſcus Aretin. conſil. 15. Reuerendiſſ. Pater. num. 3. in fi. ver. ſi vero Eccleſia licet non affirmet pro abſoluto.

16 Extende, quia non admittitur exceptio dominij in reintegranda. Alex. d. conſ. 6. num. 17. lib. 3.

17 Extende ſine dubio quando titulus reducitur ad non titulum. glo. in c. ſignificauerunt, de teſtib. Doct. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſ. vbi Soc. nu. 12. ver. circa quartam.

18 Contrarium, quod imo non detur contra titulo poſſidentem, tenent communiter legiſtæ, dum poſſideat rem non vitioſam, nec per violentiam. Bart. in d. l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Aretin. Ang. conſ. 116. & conſ. 17. Alex. conſ. 89. li. 1. Iatius conſ. 118. lib. 2. & cõſ. 66. & cõſ. 130. li. 3. & conſ. 69. Excellentiſſ. lib. 5. Corn. conſ. 56. lib. 2. Soc. in l. rem quę nobis, in 4. quæſt. prin. ff. de acquir. poſſeſſ. & in. conſ. 266. lib. 2. & conſ. 39. lib. 3. vbi dicit hanc magis * communem legiſtarum. Caſtren. conſilio 105. libro 1. Barbat. conſil. 42. libro 2. & iſta opinio habet pro ſe fundamentum regulæ iuris, quia duo vincula magis ligant quam vnum. auth. ſic itaque. C. communia de ſucceſſ. ſed conuentus habet titulum, & poſſeſſionem, actor ſolum poſſeſſionem, ergo, &c. & magis communis * eſt opinio, quod non detur Alexandrinus conſil. 167. num. 5. vbi infinitos allegat Boer. deciſ. 238. & 239. Lanfranch. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. ver. quarta concluſio, vbi reſpondent ad omnia fundamenta contraria, & facit, quia nec poſſeſſorium d. cap. reintegranda, neque alia poſſeſſoria dantur contra illum, qui iuſte poſſidet, late Abb. & alij in cap. cum ad Sedem, & in cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliator. Bald. in l. ordinarij, colum. penult. C. de rei vendic. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor. ff. vti poſſide. & ita communiter * Doctor. in cap. licet cauſam, de probat. & ita etiam tenet Caſtrenſ. conſil. 105. column. 3. numer. 2. vbi per multas rationes tuetur, quia reus, & poſſeſſor, & titulum habens debet præferri actori. lib. 1. [illegible]

19 Declarat latiſsime Angel. Aretin. conſ. 13. Videtur primo. num. 13. in fi. cum ſeq. ver. poſtquam vidimus, vbi, quod competit remedium. c. reintegranda 3. quæſt. 1. vbi aliud remedium poſſeſſorium competit, ſic etiam competit antiquo poſſeſſori, qui ſine ſua culpa cecidit à poſſeſſione, & competit contra omnem poſſeſſorem, ſiue detentorem, ſiue mere malæ fidei, ſiue bonæ fidei, & ſiue poſſeſſio deuenit ad ipſum cum vitio ſuo, ſiue cum vitio authoris, iuxta cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. ſiue ſine vitio, & ſiue deuenerit cum titulo, ſiue ſine titulo, & ſiue titulus ſit lucratiuus, ſiue etiam oneroſus, vbi citat plurimos concord. & idem repetit conſ. 93. num. 11. & ſeq. ver. ſi quod remedium.

20 Declarat apoſtill. ad Alex. conſ. 6. num. 17. lib. 3. in verb. titulo, quæ citat pro vtraque parte, & in fin. diſtinguit, quod ſi titulus eſſet nullus, vel in fraudem receptus, ſeu procuratus, detur contra eum reintegratio, alias ſecus.

21 Declara, quia datur contra titulo poſſidentem, niſi titulus eſſet ab eo, qui agit, vel eius authore, & ideo agens vti hæres patris contra habentem titulum ab eodem patre non debet audiri, l. ſi à matre. C. de rei vend. Alex. conſ. 118. libro 2. & conſ. 89. lib. 5. Pariſ. conſ. 98. n. 26. & ſeq. lib. 2. Vide, Hæres non poteſt venire contra factum defuncti. Concluſ. 53.

22 Extende, quia non datur contra titulo poſſidentem pro hærede, quando eſt hæres non ſuus. Alexand. conſ. 51. in princ. ver. & dato quod conſtaret. lib. 1.

23 Declara, quia datur contra titulo poſſidentem, quando habuit titulum, vel cauſam à ſpoliatore, vel occupatore, alias ſecus, ita declarat Corne. conſ. 18. lib. 1. Deci. conſ. 57. colum. fi. Abb. in cap. com dilectus, de ordi. cognit. colum. 2. & 3. Alexandrin. conſ. 167. vbi latiſsime, Caſtren. conſ. 105. In quæſtione, quæ ſperatur, per totum. lib. 1. maxime colum. 2. circa fin. vbi, quod ita ſaluatur communis * opinio, & iterum colum. 3. num. 2. ver. ſecundo principaliter, vbi, quod in ſolis Eccleſiaſticis hoc admittitur.

24 Contrarium, quod imo datur etiam contra titulo poſſidentem, etiam ſi titulus ſit à bonę fidei authore. Alex. in l. rem quę nobis. ff. de acquir. poſſ. vbi Iaſ. n. 19. dicit* communem. Afflict. deciſ. 361. Rol. à Vall. conſ. 50. Caſſad. deciſ. 7. de reſtit. ſpol.

25 Declara extenſionem, quia non habet locum, ſi hęres eſt filius, & hęres ſuus, quia deſcendentes non dicuntur habere titulum pro hęrede. Alex. d. conſ.

conſ. 51.numero 1. verſ. & dato quod conſtaret. libro 1.

26 Declara, quia competit ei, qui probat de antiquiori poſſeſſione, etiam contra titulo poſſidentem, quando probatur titulus, etiam ab habente antiquiorem, & titulus rei non habet cauſam ab antiquiori.

27 Prout etiam datur, quando de ſola poſſeſſione antiquiori, & iuniori probatur, quia iunior præſumitur clandeſtina, & vitioſa. Socin.conſil. 266. In cauſa.colum.7.ver.& licet.Innoc. lib.2.

28 Limita,quia ei,qui nunquam poſſedit, non datur hoc remedium, quia eſt reintegrandæ poſſeſſionis, ideo oportet, quod aliquando poſſederit, etiamſi iuſta cauſa ceciderit. Socin.conſ.265. lib. 2. & in l. rem quæ nobis, in 7,quæſt. ff. de acquir. poſſeſſ. late Corne.conſ.18.num.5.& 6.lib.1.Abb. in cap. ex parte,de reſtit.ſpol.Areti.in §.quadrupli.Inſtit.de actio.num.25.Deci.conſ.136.& conſ. 191.col.pen.Corn.conſ.117.lib.4.Curt.conſil. 70. colum.1.in fin. Ruin.conſ.15. verſ. alia etiam ratione, & conſ.45.in princ.lib.4.

29 Reſtringe in ſucceſſore in beneficio Eccleſiaſtico, quia Prælatus poſsidet ſine apprehenſione,ex quo Eccleſia non definit poſsidere per mortem Prælati. Innoc.in cap.cum ſuper, de cauſa poſſeſſ. & propriet. Bart.in l.cum hærede,in princ. ff.de acquir.poſſeſſ.late Guido Papæ deciſ. 155. & procedit etiam in incorporalibus, prout in ſolutione penſionis, quia licet ſucceſſor nunquam ſoluerit, tamen competit contra eum hoc remedium. Guido Papę deciſ.629.

30 Reſtringe, quia datur hæredi, licet nunquam poſſederit, quando res fuit relicta in hæreditate à defuncto, & occupata ab alio, antequam hæres ſcriptus adiuerit, vel antequam poſſeſsionem cęperit. Corn.d.conſ.18.lib.1.Socin. in l.rem quæ nobis.num.10. ver.vltimo poteſt dubitari. ff. de acquir.poſſeſſ.Deci.conſilio 57. Abb.in cap. ſignificauerunt. de teſtib. Deci. conſ.37. Afflict.deciſ. 118.Frater dicit.Ruin.conſ.47.in princ.lib.4.Soc. Iun.conſ.34.nun.11.lib.3.

31 Declara, quia vt hæres poſsit obtinere ex perſona defuncti in hoc remedio, non ſufficit, quod probet defunctum poſſediſſe tempore eius vitæ,& mortis,ſed vt tanquam hæres reintegretur,oportet probare, quod defunctus cecidit à poſſeſsione in eius vita, & tempore mortis deſiiſſe poſsidere, alias non poteſt obtinere. Corn. conſ.329.colum. 6.ver.ſecundo quia dato, & conſil.18. verſ. circa quod primo aduertendum eſt.colum.1. lib. 1. ſequitur Cagnol. in l.hæredem. num.22. ff.de reg. iur.Natta conſ.439.num.5.ver.ſin autem venit ex perſona defuncti. Ruin. conſil.45. num.10. ver.& quia etiam remedium. lib.1. Rolan.à Vall. conſ.50.num.15.ver.aut ex perſona. lib.2.Afflict. in conſtit.Neapol. lib.1.rubrica 25.contra quem, &c. incip. Circa violentiarum.num.4. ver.& hoc ſane intellige Benintend.deciſ.12.num.3. verſ. & præmiſſa ſunt ſane intelligenda. Socin.Iun. conſil. 34.num.13.ver.vera eſt reſponſio. lib.3. Tiraquel. tract. Saiſit.in 4. declaratione, in 6. parte. num. 8.ver.quod ſi ante mortem. Plot.in repet.l.ſi quando. fol.498. verſ. fallit quando defunctus. C. vnde vi.

32 Contrarium tenet Bero. conſ. 64. in princ. lib. 3. & quod detur etiam hæredi contra aſſertum fideicommiſſarium occupatorem bonorum, tenet late Deci.conſ.424. Proponitur quando Magnifica Domina Franciſca, vbi extendit etiam ſi fideicommiſſarius offerat incontinenti probare de iure ſuo, quando actor proteſtatur contrarium, qui loquitur in remedio quorum bonorum. Afflict.deciſ.14.Ioannellus.

33 Declara, quia non habet locum prima opinio, quando extaret ſtatutum, quod poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem.Cagnol.d.l.hæredem. num.23.de reg.iur.Deci.conſ.84.Bero.conſ.62.n. 15.& 16.lib.3.& infra num.43.

34 Reſtringe,quia datur hæredi,quando defunctus fuit vi ſpoliatus, quia tunc hæres, licet non poſſederit, poteſt agere remedio reintegrandæ, ſeu recuperandæ in odium violenti inuatoris.Aretin. in cap. ſignificauerunt, in 3. not.de teſtib. Nam ſicut omnis actio degenerat contra furem.l.fin.de vſufr,& quemad.caue.ita iſtud remedium contra violentum, qui dicitur fur improbus, & maior fure inſtit.vi bon.rapt.in princ.laſ.in l. 1. in prin. C.de ſeruis fugit.

35 Reſtringe, quia datur hoc remedium, c. reintegranda etiam ſingulari ſucceſsori.Socin.d.l.rem quæ nobis.ff.de acquir. poſſeſſ.quæſt.5.verſ.quarto, & vltimo, & clarius in 2.q.in fi.

36 Reſtringe, quia procedit in ſingulari ſucceſſore etiam ſine ceſsione. Socin. Iun. conſilio 34. num. 11.lib.3.

37 Et procedit maxime, quando ſingularis ſucceſſor habet ceſsionem iurium, vt Soci. d. l. rem quę nobis. quæſt. 2. in fin. prout in donatario habente ceſsionem iurium. Bald. conſ. 187. Dicta mulier. ad fin.lib.4. Alexand.conſ.69. In cauſa,& lite,ad fin.lib. 7. Socin. conſ. 61. In præſenti conſultatione. colum.fin.lib.1. Ripa in repet. c.ſæpe, num. 25. de reſtit. ſpoliat.

38 Et quod detur hęredi, & contra hęredem hoc remedium, eſt text. in l. 1. ff. de vi, & vi armat. gloſ. in cap.ſignificauerunt, de teſtib.

39 Et maxime, quando defunctus fuit ſpoliatus, competit hęredi hoc remedium, Socin. in l.rem quę nobis.num.12. ff.de acquir.poſſeſ. Cagnol. in l.hęredem.num,12.ff.de reg.iur.gloſ. & Docto. in cap. ad Sedem. in ver. interdictum, de reſtitut. ſpoliat. Grat. conſ. 70.num.12. lib. 2. Plotus in l. ſi quando.nu.838. ver. fallit, quando defunctus. C. vnde vi, & eſt text.in l. hoc interdictum hęredi. ff.de vi, & vi armat. Alexand. in l. in ſuis.ff.de liber.& poſthum. Corn.d.conſ.18.& conſ.329.lib. 1.Pariſ.conſ.1.num.160.lib. 1.

40 Limita, quia hoc remedium cap.reintegranda non competit hęredi etiam filio, qui non poſſedit pro ficta eius poſſeſsione occupata, etiam, quod ex forma ſtatuti poſſeſsio defuncti fingatur in hæredem continuata, nam hęredi datur poſſeſſorium adipiſcendę, non recuperandę. l. 1. C. quorum bonorum. Bald. in auth. defuncto. C. ad Tertullia. Innocen. in cap. cum ſuper, de cauſa poſſeſs. & propriet. Alexand.in l.ſuis. ff. de liber. & poſthu. & in l. fin. ff. de appell. Alex. & laſ.in l. ſi ſorori. C. de iure deliber. Rom. in l. cum hęredes. ff.de acquir.poſſeſs.Alexend. conſ.37. lib.1. Corne. conſ. 329. lib.1.concord.

41 Contrarium tenere videtur Socin. in l. rem quę nobis.quæſt.5,ver. quarto, & vltimo. ff.de acquir. poſſeſ.& colum.8, ver.vltimo poteſt dubitari, & idem videtur velle Alexand. conſ. 6. lib. 3. & pro hac parte facit ratio,quia actio reintegrandę eſt perſo-

* perſonalis, vt per* omnes in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. ſed iura, & actiones omnes tranſeunt in hæredes eſt tex. in l. pro hæreditarijs, C. de hęred. actio. ergo &c. Nam contrarium tenentes *mouentur*, quia poſſeſſio extinguitur morte, vt per Alex. d. conſ. 37. lib. 1. ergo ſi non apprehendatur de nouo, non tranſit in hæredem, d.l. pro hæreditarijs, ſed iſta conſequentia non eſt vera, quia ſtant ſimul quod poſſeſſio non tranſeat in hæredem, ſed tamen tranſeat actio, & ſic remedium poſſeſſorium quod cõſiſtit in iure. Inſtit. de actio. in princ. & non videtur inconueniens, quod poſſeſſio, quæ eſt facti, non tranſeat in hæredem, & tamen ius competens ad illam tranſeat, quia etiam hæreditas non adita non tranſit ad hæredem, quia requirit illud factum aditionis, & tamen ius adeundi tranſit. l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. cum ibi not. & contraria quod qui non poſſedit, non agat recuperandæ, procedunt quando ex perſona ſua agit quis, ſecus ſi ex perſona defuncti, & hæc eſt magis
* communis * opinio, vt tenet Soci. d.l. rem, quæ nobis quæſt. 2. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Affict. deciſ. 118. Frater dicit. Ruin. conſ. 25. circa illud col. pen. ad fi. lib. 4. & facit ratio, quia ſi tranſit ex ceſſione, multo magis ex tranſmiſſione ad hæredes, l. ſi ex pluribus, vbi Bart. & alij, ff. de admin. tuto. & vide ſupra nu. 35.

42 Declara, quia modus concludendi diſtinguit, quia ſi quis concludat in perſonam, & ex perſona ſua reintegrari non competit niſi poſſederit, ſi vero concludat reintegrari, vt hęres ex perſona defuncti procedit contrarium.

43 Limita ſecundum aliquos, quia pro rebus Eccleſiæ, & etiam rebus proprijs clericorum tantũ competit c. reintegranda. Lap. alleg. 52. n. 7. ver. æquum eſt ergo, & quod non detur laicis, neque pro rebus prophanis tenet gloſ. in c. cum ad ſedem de reſtit. ſpol. quam ibi tenent Calder. Imol. & Abb. Anchar. conſ. 305. Tres domini, Ant. de Butr. in c. bonæ, de appell. & eſt ratio quia diſpoſitio d. c. reintegranda, eſt exorbitans, & loquitur in perſonis, & rebus Eccleſiaſticis, & non debet extendi ad laicos. late Soci. in l. rem, quæ nobis, col. 3. ver. circa ſecundam, ff. de acquir. poſſeſſ. Corne. conſ. 23. lib. 1. Vide plurimos quos citat apoſtilla ad Alex. conſ. 6. circa nu. 4. in ver. prophanis, lib. 3. vbi allegat etiam Bellamer. de-
* ciſ. 36. & Alex. d. conſ. 6. dicit hanc * communem, & de ſtylo ſeruari.

44 Contrarium, quod imo detur laicis, & pro re-
* bus laicorum, eſt magis communis * opinio ſecundum Ant. de Butr. in d. c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. Imol. & Soci. d.l. rem, quę nobis, & ibi etiam Alex. ff. de acquir. poſſeſſ. dicunt, quod licet prima in puncto iuris ſit verior, tamen iſta eſt
* magis * communis, & in practica ſeruaretur, quam tenet Bart. in l. ſi coloni, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Angel. conſ. 152. late Alex. conſ. 94. Viſis, & ſępius, col. pen. ver. non obſtat, lib. 5. vbi
* atteſtatur * communem, & ſeruari communiter, & idem dicit conſ. 91. In cauſa, & lite, col. 2. ver. non obſtat, nu. 3. eod. lib. vbi apoſtilla in ver. recuperandę, dat concord. & plenior apoſtilla ad Alex. conſ. 6. num. 4. lib. 1. vbi pro vtraque parte citat, & conſ. 199. Viſo, col. 2. lib. 2. & conſ. 51. eod. lib. & conſ. 6. Circa proceſſum, col. 2. in fin. lib. 3. Areti. in §. quadrupli, col. 10. ver. & aduestas Inſtit. de actio. Corne. conſ. 62. col. 3. lib. 1. licet alibi non ponat pro conſtanti, vt conſ. 147. li. 2. Caſtr. conſ. 105. num. 2. ver. ſecundo principaliter, lib. 1.

45 Declara, quia aliqui tenent quod detur ſolum pro bonis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticis, & clericorum tantum: alij vero quod etiam pro bonis laicalibus, & laicis competat, & ſit remedium generale, tamen non eſt dubium quod ſi agatur de bonis Eccleſię, magis eſt fauendum, vt habeat locum etiam contra titulo poſſidentem. Caſtr. d. conſ. 105. num. 2. ver. ſecundo principaliter, lib. primo.

46 Declara, quia cum ſit remedium inductum ad tollendum peccatum, ſeruari debet ita in prophanis, & de iure ciuili, ſicut de iure canonico. Alex. d. conſ. 6. nu. 4. lib. 3.

47 Et quod competat laicis, & pro bonis prophanis. Angel. Aret. conſ. 93. Nulli dubium, nu. 10. & ſeq. ver. & quod hoc ſit verum.

48 Limita, quia poſſeſſorium recuperandę non datur niſi ijs, qui ſine iuſta cauſa, & ſine culpa ſua ceciderunt, etiam ſi accipiamus illud poſſeſſorium quod conſueuit eſſe magis fauorabile, & latum. Alex. conſ. 92. Perſpectis ijs, nu. 5. ver. nec etiam poteſt, lib. 1.

49 Extende in caſu ſingulari, quia ſi debitor fuit captus pro debito, & dum eſſet carceratus, frater carcerati vendidit prædium commune pro excarcerando fratre, prout ex pretio excarcerauit, excarceratus egit contra emptorem, qui oppoſuit quod facto ſuo, & culpa cecidit, quia pro eo excarcerando fuit venditum, & quod tenebatur ratum habere factum tanquam vtiliter geſtum. arg. l. ſi captiui, C. de Epiſ. & cler. actor autem replicabat eſſe paratum ſoluere pretium, & fuit iudicatum pro excarcerato, quia facto ſuo non cecidit ex quo non conſenſit, & aliter poterat redimi. c. cum per bellicam, 34. qu. 1.

50 Ego credo quod ſi ſciuit, dicitur ratum habuiſſe patiendo pretium in ſui redemptionem perſolui, quaſi receperit.

Vide. Ratificatio tacita quando & ex quibus inducatur. Concluſ. 13.

51 Extende, quia non datur hoc remedium ei, qui cecidit à poſſeſsione facto, & culpa ſua. Paril.
* conſ. 1. num. 164. vbi atteſtatur de * communi. Innoc. in c. ſępe de reſtit. ſpol. Lap. alleg. 52. Iætatus ſum col. 2. Alex. conſ. 6. Circa proceſſum, lib. 3. & conſ. 92. Perſpectis, lib. 1. & conſ. 90. Viſo proceſſu. lib. 5. Soci. in l. rem, quæ nobis, in 2. qu. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſ. 19. In quæſtione, lib. 3. Deci. conſ. 56. in fin. & quod non detur hoc remediũ ei, qui facto ſuo à poſſeſſione cecidit. Alex. conſ. 103. Super eo dubio, col. 2. lib. 7. Abb. & alij in cap. accedentes il primo, vt lite non conteſt. Soci. conſ. 266. nu. 16. lib. 2. Deci. conſ. 57. & conſ. 136. in fi. & conſ. 302. nu. 12. & conſ. 449. nu. 30. Alex. conſ. 51. in princ. lib. 1. & conſ. 117. nu. 3. lib. 2. Rub. Alexandr. d.l. rem quę nobis, nu. 44. Ruin. conſ. 32. & conſ. 83. lib. 1. Soci. conſ. 39. colum. 3. lib. 3.

52 Facit pro iſta parte ratio efficax, quia qui ſponte renunciat non poteſt dici ſpoliatus, c. accepta, de reſtit. ſpol. glo. fi. in c. 2. & ibi Abb. de reſtit. ſpol. Nam eo ipſo quod quis conſtituit ſe pro alio poſſidere, perdit poſſeſſionem. l. 3. §. an amittenda, ff. de acquir. poſſeſſ. igitur ſi non poſsidet, non

poteſt

poteſt dici ſpoliatus, quia priuatio pręſupponit habitum ita Alex. conſ. 94. Viſis, & ſępius, col. 2. lib. 5.

53 Extende, quia idem eſt ſi auctor agentis cecidit culpa ſua, quia hęres non habet hoc remedium. Soci. conſ. 39. col. 2. lib. 3. in l. rem, quę nobis, in 2. quęſt. in 3. dubio, ff. de acquir. poſſeſſ. vbi idem eſt, ſi culpa authorum. Dec. conſ. 302. col. fi. Corn. conſ. 23. lib. 1. Afflict. deciſ. 392. in 5: dubio.

54 Idem eſt, quando ex negligentia ſua poſſeſsionem amiſit, vt quia per decennium fuit negligens. Soci. d. l. rem, quæ nobis, col. 7. ver. tertio, ff. de
* acquir. poſſeſſ. vbi dicit * communem, & quod ita conſuluit, & vere conſuluit conſ. 266. In cauſa col. 7. lib. 2. nu. 20. & ſeq.

55 Contrarium quod imo competat illi, qui ex negligentia ſua, & culpa poſſeſsionem amiſit. Bart. in l. fi. C. vnde vi, in vltima col. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 9. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi quod competit ei, qui cecidit ſiue per vim, ſiue per negligentiam, ſiue per aliam cauſam. Alex. conſ. 90. lib. 5. Areti. in §. quadrupli, ver. ſeptimo principaliter, Inſtit. de actio. Balbus in repet. l. celſus, nu. 48. ff. de vſucapio. & ita iudicauit capella Toloſa. deci. 487. aliquis vult agere, & ita conſuluit Gratus conſ. 70. Ex multitudine, nu. 18. cum ſeq. lib. 2. & hanc partem tenet Cephal. conſ. 135. nu. 27.

56 Imo quod (vt reintegranda 3. quęſt. 1. competat ſpoliato) debet probari, quod ceciderit ex iniuſta cauſa, propter verba expreſſa dicti tex. & ſic ſpoliatus agens debet probare quod ex iniuſta cauſa cecidit propter verba expreſſa dicti tex. Caſtr. plene conſ. 105. In quęſtione, col. 2. ver. breuiter omiſsis, lib. 1.

57 Et quod coniungat omnia vetera remedia ſpoliatorum, & requirat cauſam iniuſtam probatur, quia ſi interuenit violentia expulſiua, concurrit cum interdicto vnde vi, ſi violentia compulſiua, concurrit cum actione, quod metus cauſa, ſi cum dolo, concurrit cũ actione de dolo, & ſic de alijs, vt plene Caſtr. conſ. 105. col. 2. breuiter lib. 1.

58 Nouum remedium poſſeſſorium inducit ſecun-
* dum * communem, de qua Caſtr. d. conſ. 105. in princ. lib. 1.

59 Contrarium quod imo vetera remedia ſpoliatorum confirmet.

60 Vide. Spoliatorum remedia quot ſint, & quę. Concl. 385. nu. 51. & ſeq. ver. alia fuit opinio.

61 Declara, quia quoad actorem cumulat remedia vetera, quoad ſpoliatorem pinguius prouidet, & ſic nouum remedium inducit. Caſtr. d. conſ. 105. col. 2. ver. breuiter, lib. 1. & in ver. quantum vero, vbi quod datur contra quemcunque poſſidentem etiam bonę fidei, dummodo titulum habeat ab iniuſto poſſeſſore, & ſic prouidet vltra quã prouideat interdictum vnde vi, quia illud datur contra violentum occupatorem, vel eius hęredem ff. vnde vi, l. cum à te, item prouidet vberius, quã c. ſępe de reſtit. ſpol. quod ſolum prouidet contra eum, qui ſcienter ſuccedit in vitio, c. vero reintegranda etiam ſi ignoranter ſucceſſit item pluſquã actio de dolo, vel metus cauſa, quia prouidet etiã ſi ob negligentiam, vel captiuitatem vel alias ſine dolo, vel metu quis ceciderit, itẽ l. cum quęrebat, C. vnde vi, prouidet, quando aduerſarius ſine iuſta cauſa occupauit, iſtud vero etiam ſi iuſtam cauſam habuit, puta titulum ab iniuſto ſpoliatore, item l. innafor, C. vnde vi, requirit inuaſionem etiam ſi credat ex iuſta cauſa, iſtud autem remedium non requirit inuaſionem, & ſic diſtinguitur communis * opinio, vt ibi per eum.

62 Declara, quia licet non competat remedium c. reintegrandę, tamen competit reſtitutio officio iudicis, etiam ſi ob negligentiam ceciderint à poſſeſſione, dummodo ſint perſonę, quibus ſubueniri ſoleat remedio reſtitutionis in integrum officio iudicis prout ſunt Eccleſia, minor, abſens, & ſimiles, vt eſt caſus ſecundum Hoſtien. in c. accedens, il primo, vt lite non conteſta. ſecundum Soci. d. l. rem, quę nobis, in 7. col. ff. de acquir. poſſeſſ. & d. conſ. 266. lib. 2. col. 7. nu. 20. & ſeq. vbi declarat, quod competeret dummodo infra quadriennium peteret, & dicit quod etiam durat 30. annis officium iudicis hoc caſu, quando reſtitutio competeret officio iudicis ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, quia tantum tempus requiritur, vt officium pręſcribatur.

63 Declara ſecundo, vt forte non detur, quando culpa eſt in faciendo, ſecus in negligendo, quia leuior eſt culpa negligentię quam facti.

Vide. Pœna leuior in omittendo quam in committendo. Concluſ. 257.

64 Declara, quia procedit prima opinio quando negligentia eſt magna, puta quia per decem annos tacuit, quo caſu videtur deferere poſſeſſionem, l. ſi de eo, §. fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi Alex. col. 2. Caſtr. in l. prima, in principio, col. 3. ff. eod. Anto. de Butr. in c. accedens, vt lite non conteſt. & in c. ſępe, de reſtit. ſpol. Socin. conſil. 266. num. 20. cum ſequ. ver. poſtremo, lib. 2. & ſaltem negligentia triginta annorum nocet, quia tanto tempore pręſcribitur, l. ſicut, C. de pręſcri. 30. annorum. Vide infra, nu. 82.

65 Extende, quia non datur illi, qui facto ſuo cecidit, etiam ſi factum ſit nullum. Socin. conſ. 166. lib. 2. Iacopin. Riminald. conſ. 498. num. 11. Natta conſ. 366.

66 Declara ſeu reſtringe, quia datur, ſi facto ſuo cecidit per errorem. Alex. conſil. 69. In cauſa, & lite, in fi. ver. nec obſtat, lib. 7.

67 Extende, quia non datur ei, qui cecidit ex iuſta cauſa, prout in caſu neceſſario dotis ſororis. Innoc. in c. reintegranda, prima quęſtione prima, docto. in c. ſępe de reſtit. ſpol. Lapus alleg. 52. Alex. d. conſil. 92. Perſpectis, num. 5. lib. primo. Corne. conſil. 18. & conſil. 229. lib primo. Ruin. conſil. 22. Viſo themate, lib. 1. Socin. Iun. conſil. 47. Dirigat dominus, lib. 2. & vide ad propoſitum Afflict. deciſ. 40. num. 4. & deciſ. 228. num. 2.

68 Reſtringe, quia ſufficit quod agens hoc remedio probet antiquiorem poſſeſsionem ſuam, & ſeu authorũ ſuorum & hodie aduerſarium poſſidere, & non eſt neceſſe probare ſpoliationem, quia niſi ex aduerſo probetur, quod antiquior iuſte amiſerit, debet reſtitui. Alex. conſ. 6. Circa promiſſum, num 7. ver. & ad hoc lib. 3. vbi di-
* cit * communem, & ibi apoſtilla in ver. ſatis eſt, allegat Anchar. conſ. 42.

69 Et eo ipſo quod conſtat de antiquiori poſſeſſione actoris, & recentiori rei dicitur probata ſpoliatio re ipſa. Alex. d. conſ. 6. nu. 6. ver quinimo, lib. 3. vbi num. 7. quod imo etiam ſi eſſet narrata ſpoliatio violenta, ſi adeſt clauſula non ſe aſtringens, non eſt probanda illa qualitas violentiæ, & n. 8. idem dicit, quando adeſt clauſula ſuper quibus petit ius, &c.

70 Reſtringe, quia datur hoc remedium, quando quis cecidiſſet ex contractu nondum perfecto, puta ex venditione facta ad menſuram, ſi emptor ante menſurationem poſſeſſionem accepiſſet. Socin. d. l. rem quæ nobis. in 2. q. princ. q. 5. per tex. in l. quod ſæpe. §. in ijs. ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 90. lib. 5. incip. Viſo proceſſu.

71 Idem eſt, ſi contractus eſſet nullus propter ſolemnitates omiſſas à iure, vel ſtatuto requiſitas. Alex. conſ. 1. lib. 4. vbi loquitur in Vniuerſitate, & conſ. 92. Perſpectis. lib. 1. vbi loquitur in perſonis Eccleſiaſticis, & conſil. 203. vere non obſtat. lib. 2. & conſ. 90. lib. 5. & latius conſ. 33. Viſo proceſſu, in fin. ver. & per prædicta. lib. 6. Bald. in l. 2. C. ſi aduer. rem iudica.

72 Declara, niſi lapſum eſſet longum tempus, quia præſumeretur ſolemnitas.

Vide. Solemnitas præſumitur, & quanto tempore. Concluſ. 322.

73 Reſtringe, quia datur creditori, etiam ſi facto ſuo cecidit. text. in l. fin. C. de prætor. pigno. vbi Bald. declarat.

74 Reſtringe in bonis Eccleſiæ, quia daretur hoc remedium etiam ſi cecidiſſet culpa ſua, quia competit officium iudicis, vel reſtitutio in integrum, ita diſtinguit Alex. d. conſ. 92. num. 5. verſ. nec obſtat ſi diceretur. lib. 1. Corra deciſ. 351. Alexan. conſ. 1. num. 24. lib. 4. Vide infra ver. Declara. num. 76. & quod detur Eccleſiæ, & illius rectori etiam ſi Eccleſia culpa rectoris ceciderit, item etiam detur pupillo, & minori.

Vide. Spoliatus à primato ante omnia reſtituendus. Concluſ. 386. vbi plura de Eccleſia, & minore, quod reſtituantur ſpoliati.

75 Idem eſt in minore, quia datur hoc remedium pro bonis eorum nulliter alienatis per curatorem. l. 2. C. ſi quis ignor. res mino. Alex. conſ. 1. in fin. lib. 4. Deci. conſ. 60. col. 2. Socin. conſ. 22. col. fi. in fi. lib. 1. Neuiza. conſ. 85. num. 13. & 14. & idem ſi alienatio fuit per tutorem.

76 Declara, quia ſi pretium receptum, quod reperitur verſum in vtilitatem pupillorum, licet nulla ſit alienatio, tamen debet reſtitui. l. debitores. ff. de ſolut. glo. Inſtit. de auth. tuto. in ver. obligatur, in princ. Bald. in l. ſi prædium. C. de præd. min. Alex. conſ. 4. lib. 3. quia non debent ditari cum damno tertij. l. in pupillo. ff. de ſolutio. ſi tamen mater pupilli vendidit, nedum tutorio nomine, ſed etiam proprio nomine, & ſua bona obligauit obligatio eſt efficax, & valida in eius perſona. Soci. conſ. 100. col. 2. ver. quia. lib. 3. per l. & ſi is. C. de præd. mino. vbi Bald. Alex conſ. 18. n. 10. lib. 6. Cepol. cautel. 141. Crauet. ſuper ſtatuto Ferrariæ poſito in fine ſui tract. de antiq. tem. num. 39. vbi alios citat, eſt tract. de indemnit. mulier.

77 Et idem eſt in minore, & abſente, quia daretur reſtitutio in integrum. Alex. d. conſ. 92. nu. 5. verſ. nec obſtat. lib. 1.

78 Et idem eſt, ſi bona minoris fuerunt empta etiã ab ignorante, quod eſſet minor. l. 2. C. ſi quis rẽ mino. ignor. Alex. conſ. 1. in fi. li. 4. Dec. conſ. 60. col. 2. vbi dicit, quod etiam debet condemnari emptor in fructibus, quia emptio eſt nulla, & procedit, ſiue emerit à minore, vel eius tutore, & adminiſtratore. Soci. conſ. 266. n. 20. lib. 2.

79 Limita, quia remedium. c. reintegranda, non datur ei, qui habet iuniorem poſſeſſionem contra eum, qui habuit antiquiorem, quia habens iuniorem dicitur malæ fidei. Alex. conſ. 6. Circa promiſſum, vbi num. 5. dicit, quod imo probans antiquiorem reſtituitur aduerſus habentem iuniorem abſque alia ſpoliationis probatione, de qua dicitur re ipſa conſtare, & iterum dum. 8. & ſeq. ver. Non obſtat, lib. 3. dicit, quod habens iuniorẽ poſſeſſionem, dicitur malę fidei, reſpectu antiquioris poſſeſſoris, & ideo tanquam malę fidei non agit contra antiquiorem.

80 Reſtringe, quia non procedit limitatio, quando iunior poſſeſſor habet titulum legitimũ. Alex. d. conſ. 6. n. 9. ver. quia reſpondeo, lib. 3. vbi ponit exemplum in emphyteuta, qui cecidit, quia canonem non ſoluit, & alius fuit inueſtitus, qui poſſedit & ab antiquiori fuit ſpoliatus, quia iuniori habenti titulum competit reſtitutio, vbi n. 10. dicit * communem, niſi fuiſſet minor, vel Eccleſia is qui non ſoluit, quia reſtitueretur aduerſus omiſſam ſolutionem.

81 Reſtringe quando iunior ſpoliaſſet antiquiorẽ poſſeſſorem, deinde ex interuallo antiquior ſpoliaſſet iuniorem, quia vltimum ſpolium purgandum eſt. Alex. d. conſ. 6. nu. 11. ver. tertio reſpondeo, lib. 3.

82 Limita, quia hoc remedium non datur poſt 30. annos, quia tanto tempore illi præſcribitur, late Soci. in l. rem, quæ nobis in 8. quæſtio. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 6. ver. præterea, lib. 3. & conſ. 167. col. 2. lib. 6. & conſ. 89. & conſ. 92. lib. 5. Balb. in tract. de præſcript. in 4. parte, quartæ partis princ. quæſt. 24. Roland. à Valle conſ. 72. * lib. 2. vbi dicit * communem Abb. in c. ſollicite de reſtit. ſpol. Deci. conſ. 302. col. fi. concurrente bona fide, quæ præſumitur ſpatio 30. annorum, etiam ſi appareat antiquior poſſeſſio. Bart. in l. fi. C. vnde vi, Alex. conſ. 24. Ponderatis, col. fi. li. * 5. & eſt communis * opinio. Balbus in l. celſus, in 3. parte, n. 10. ff. de vſucap. vide ſupra, n. 64.

83 Extende, quia præſcribitur 30. annis etiam contra hæredem volentem agere ex perſona defuncti ſpoliati. Soci. d. l. rem, quæ nobis in 8. concluſ. ff. de acquir. poſſeſſ. Lanfranc. de cauſa poſſe. & propriet. col. 4. ver. hæc omnia remedia, Abb. in c. 2. de reſtit. ſpol. Deci. conſ. 252. col. 2. & 3. Pract. Papien. in forma libelli poſſeſſionis recup. nu. 9. gloſ. fin. in c. ſollicite de reſtit. ſpol. Caſtr. conſ. 205. in quæſt. quæ vertitur, col. fi. lib. 1. Soci. conſ. 39. col. 3. lib. 3. & Ruin. conſ. 69. col. fi. li. 1. & conſ. 302. n. 7. li. 5. Alex. conſ. 167. Quoniam, n. 8. lib. 6.

84 Contrarium quod non præſcribatur etiam per mille annos ſemper tenuit Antiqua Rota Romana, vt per Caſſad. deciſ. 6. de reſtit. ſpoliat. Puti, deciſ. 115. lib. 1. Mohed. deciſ. 343. Ponta. de ſpol. lib. 3. nu. 90. & ſeq. Alex. conſ. 6. Circa promiſſum, n. 4. vbi reddit rationem, quia tendit ad corrigendum peccatum, & nu. 16. in fi. ver. & quod remedium, lib. 3. vbi reperio mirabile, dum impia apoſtilla in ver. perpetuum, comprobat hanc opinionem, quæ de more ſuo omnino, & ex profeſſo conſueuit damnare omnes pias opiniones iuris canonici, & iterum Alex. conſ. 92. Viſo, n. 28. vbi quod ſicut non obſtat exceptio dominij, non debet obſtare præſcriptio, quæ tendit ad acquirendum dominium, lib. 5. & poſſunt hic accommodari pro opinione Rotæ, quia attendi debet ius canonicum in præſcriptione, & agitur de peccato, & malæ fidei poſſeſſor nunquam præſcribit, etiam per 40. annos, reprobata opinione Bart. & legiſtarum, vt in ver. Præſcriptio, non procedit ſine bona fide. Concluſ. 521. n. 27. & ſeq.

Imo

85 Imo, quod etiã per mille annos,& tẽpus immemorabile malæ fidei poſſeſſor non præſcribat propter peccatum, & vitium reale,eſt communis * opinio de iure Canonico,quod vbique ſeruari debet, vt in ver. Præſcriptio immemorabilis habet multa ſpecialia.Concluſ.550.num.32.& ſeq.

86 Declara,quia prima opinio procedit, quod 30. annis præſcribatur quando probatur de continua poſſeſſione præſcribentis.Bar.communiter approbatus in l.Celſus. ff. de vſucapion. quia tunc non ſufficit præſumpta poſſeſſio probato principio, & fine, niſi etiam medium probetur, item procedit quando præſcribens eſt bonę fidei poſſeſſor, alias non. cap.poſſeſſor,de reg.iur. in 6. item procedit quando lapſi ſunt 30. anni, deductis tamen temporibus deducendis, item contra abſentes non currit, ſed contra præſentes.

87 Declarat Caſtr.conſ.105.col.fi.ver.tertio principaliter,vt contra Eccleſiam præſcribatur ſpatio 40. annorum,contra laicos ſpatio 30. annorum, & probat rationibus. lib. 1.

88 Declara, quia debet deduci tempus minoris ætatis, item alia tempora deduci debent,in quibus agens non potuit agere, prout mulier viuente marito in re dotali, de quibus ſtatutum Flor. de præſcript. lib.2. & in ſtat. de cogendo debit.ad ſolu.lib. 2.

89 Declara, quia nouiſſime Rota Rom. coram R.P.D. Seraphino tunc Decano,& nunc Illuſtriſs. & Reuerendiſſimo Cardinale benemerito,receſsit à ſuo ſtylo, & voluit, quod 30. annis præſcriberetur in vna Nullius,ſeu Mediolanen.reintegran. 27. Maij 1600. ſed certe (ſi loqui licitum eſt) deciſio non deberet habere locum contra Eccleſias, quæ à laicis ſpoliantur,& ignorant ſucceſſores, ideo debent habere remedium perpetuum propter peccatum, & veriſimilem ignorantiam, & propter reuerentiam,quam debent habere patrimonio Chriſti, maxime, quia vbique per totum Orbem quoad res Eccleſiaſticas deciſio Rotæ antiqua tenebatur.

90 Limita, quia non datur ei, cui denegatur audientia per ſtatutum. Ioan. Andr. in cap. ad abolendam. col.6.de hæret. Florian.de S.Petro conſ. 24.num.10.per tot.& conſ.25.

91 Limita, quia non datur ei, qui rem litigioſam emit,& poſtea cecidit à poſſeſſione. Ang. in auth. de litigio. in princ.

92 Limita, quia tenutarius, qui actualiter non poſſedit,non habet hoc remedium contra tertium poſſeſſorem, quem non citauit etiam ſtante ſtatuto Florentiæ, quodtenutarius lucretur fructus. Deci. conſ.400.

93 Et quod ſufficiat narrare, & probare anciquiorem poſſeſſionem, & quod aduerſarius poſſidet, quia per conſequens venit, quod abſque iuſta cauſa cecidit, niſi contrarium probetur, plene Alex. conſ. 98. Vide ijs.nu. 11.& ſeq.lib.5.

94 Primum extremum, videlicet poſſeſſio eius qui agit reintegranda non probatur per ſolas locationes, niſi conſtet de ſolutione affictuum. Caſtr. dicto conſil. 103. colum. 3.in princ. verſ.illud autem.lib.1.

95 Item non probatur ex teſtibus dicentibus, quod viderunt recipi, & coli fructus per laboratores conſignaſſe fructus ſpoliato. Caſtren. dicto conſil. 103.colum.3. in princ. ver. illud autem.. libro primo, vbi, quod neque teſtes de auditu à maioribus probant, niſi in antiquis.

Vide plene in ver. Spoliatorum remedia quot ſunt, & quę. Concluſ. 385. num. 19. & multis ſeq. ver. quartum remedium.vbi plene.

Vide plene per Ant. Gabriel.lib.5. tit.de reſtit. ſpoliat. Concluſ.5.Remedium recuperandę.

Capitulum, & Capitulares perſonæ quæ dicantur. Concluſ. XLVI.

1 EPISCOPVS eſt caput Capituli, & repræſentatur, ſeu continetur in Capitulo, ideo ſi teſtes deponant, quod Capitulum fecit, concludunt Epiſcopum comprehenſum eſse. Anchar. conſ. 248. Ad predicta.num. 12. qui loquitur in Capitulo Tergeſtin.

2 Archidiaconus, Scholaſticus, & Canonici, ac Vicarius ſunt de Capitulo Tergeſtino, & de alijs Eccleſijs idem dici poteſt. Ancharan.d.conſ.248. num.11.& 12.

Capitulariter fieri quæ debeant, & quæ à ſingulis expediri poſſint. Concluſ. XLVII.

1 ACTVS per Capitulum expediendi debent capitulariter expediri. Oldrad. conſil. 64. Quodam Canonico.

2 Amplia in receptione Canonicorum, quia debent recipi capitulariter, & non ſingulariter, alias non valet receptio. Feder. de Sen. conſilio 61.num. 5. ver. præterea Canonicorum receptio, vbi loquitur de receptione, quæ confert ius Canonię, & idem conſil. 141. Cum Senenſis Eccleſia, per totum, vbi ponit formam receptionis noui Canonici à Capitulo factę.

3 Amplia, quia citatio contra Vniuerſitatem,vt ſit legitime facta, debet fieri coadunata Vniuerſitate,vel conuocato Capitulo, vel ſaltem contra officiales.

Vide. Citatio contra Vniuerſitatem. Concluſione 251.

Vide. Vniuerſitas qualiter dicatur citata legitime. Concluſ. 257.

4 Amplia,quia Vniuerſitas, Capitulum,vel Collegium, non tenetur ex delicto ſingularium perſonarum de Capitulo, vel Vniuerſitate. Anch. conſ. 158.num. 14.

Vide. Vniuerſitas quid ſit, & quando dicatur delinquere. Concluſ.349.

Vide de hac materia in ver.Vniuerſitas in quibus non poſsit prejudicare ſingularibus,vel è contra. Concluſ. 261.

Vide. Electio capitulariter facienda. Concluſione 63.

Vide. Vniuerſitas non afficitur ex actis ſingulorum. Concluſ. 261.

Google

Capitulum de iure communi poteſt circa capitularia. Concluſio. XLVIII.

1 CAPITVLVM de iure communi, & conſuetudine diſtribuit maſſam, & fructus Canonicales, qui debentur intereſſentibus, & ad illud hoc ſpectat. Oldrad. conſ. 56. Tullius in fin.

Vide. Diſtributiones quotidianæ à quo ordinentur, & diſtribuantur. Concius. 515.

Capitulum quæ poſsit facere, vocatis abſentibus, vel non. Concluſ. XLIX.

1 CAPITVLVM poteſt facere ſtatutum, vel prouiſionem non vocatis abſentibus quando duę partes ex tribus adſunt, & valet ſtatutum huiuſmodi. Calder. conſ. 260. alias quarto de ijs quæ fiunt à Prælat. quod duplicatur conſ. 3. de conſtit.

2 Amplia. vt poſsit alienare bona Eccleſię, ſeu Capituli ſi duę tertię partes interuenerint non vocatis abſentibus, ſi tamen ſolemnitates requiſitæ in alienatione interuenerint. Calderin. d. conſ. 260. alias quarto de ijs, quæ fiunt à Prælat. ver. ſed potes ſaluare, quod duplicatur tertio de conſtit. Caſtrenſ. conſ. 4. Circa primum, in principio, libro 1.

3 Extende, quia multo magis poteſt locare ad tempus. Caſtrenſ. conſ. 4. circa primum, lib. 1.

4 Declara, quia præſentes in hac materia dicuntur, qui ſunt in loco, & deſeruiunt, alias ſecus. Calder. d. conſ. 260. Alias quarto, de ijs, quæ fiunt à Prælat. in fi. verſi vero, quod duplicatur. conſ. 3. de conſtit.

5 Amplia, quia nunquã vocantur abſentes, niſi in tribus caſibus ſupradictis, videlicet in electione, in receptione in Canonicum, & in ceſſatione in diuinis, in alijs omnibus quando duę partes ex tribus ſunt præſentes, & conſentiunt non vocantur abſentes. Caſtrenſ. conſ. 4. Circa primum, in prin. libro 1.

6 Limita in electione facienda, quia abſentes ſunt vocandi, c. quia propter, de electio. Calder. conſ. 260. alias quarto de ijs, quę fiunt à Prælat. in prin. quod duplicatur conſ. 3. de conſtit. Caſtrenſ. conſ. 4. in pri. lib. 1. incip. Circa primum.

7 Limita in receptione Canonicorum, quia abſentes ſunt vocandi, c. cum in Eccleſijs. de præben. in ſexto. Calderin. d. conſ. 260. Alias quarto de ijs, quæ fiunt à Prælat. in prin. quod duplicatur conſ. 3. de conſtit. Caſtrenſ. dict. conſil. 4. in principio, libro 1.

8 Limita in ceſſationibus diuinorum, quia abſentes ſunt vocandi. c. quamuis, de offi. ordin. lib. 6. Calderin. d. conſ. 260. in prin. alias quarto de ijs, quę fiunt à Prælat. quod duplicatur tertio de conſtit. Caſtrenſ. d. conſ. 4. in prin. lib. 1.

9 Limita, quia Capitulum non poteſt aliquid deliberare alijs abſentibus, niſi ſaltem duæ partes ex tribus ſint præſentes. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſit.

10 Declara niſi res expedita a minori parte præſentium celeritatem deſideret, & ſit neceſſaria, alias periculum ſit capitulo allatura, quia tunc etiam minor pars poteſt expedire non vocatis abſentibus. Aegid. Bellam. conſ. 27. num. 3. ver. attamen in propoſito.

Vide. Vniuerſitas an requirat duas partes ex tribus. Concluſ. 258.

Capitulum agens, vel excipiens quando præiudicat ſingularibus Canonicis, vel non. Concluſ. L.

1 CAPITVLVM ſi agens, vel excipiens ſuccumbat in iudicio præiudicat, & acquirit ſingulis Canonicis, & de capitulo. Oldrad. conſ. 313. in prima addit. incip. In contrarium. num. 4. ver. nam, & ſententia, & melius in princ.

2 Limita quando ius ſingulorum non cauſaretur à capitulo, quia ſententia contra capitulum non faceret ius contra ſingulos canonicos. Oldrad. d. conſ. 313. in ſecunda addit. incip. in contrarium videtur, in fi.

3 Limita quando licet ſingulares Canonici non poſſint agere in cauſa capitulari poſſunt tamen aſſiſtere liti ad tollendam colluſionem. Oldr. dicto conſ. 313. in prima addit. incip. In contrarium. nu. 3. ver. item eſt videre.

Vide. Colluſio ne fiat, datur aſſiſtentia liti. Concluſ. 471.

Capitulum non dicitur habere proprie ſucceſſorem. Concluſ. LI.

1 CAPITVLVM non dicitur habere proprie ſucceſſorem, quia ſemper eſt idem, glo. fi. in c. alienationes 17. quęſt. 2. Federic. de Sen. conſil. 295. in fi.

2 Amplia, vt in tantum ſit verum, quod licet ſucceſſor in beneficio non obligetur ex contractu precarie predeceſſoris. c. fin. ne Prælati vices ſuas. tamen ſecus eſt in capitulo, quia non dicitur ſucceſſor, ſed ſemper eſt idem. Feder. de Sen. d. conſil. 295. in fin.

Vide, & declara in ver. Collegium nunquam moritur. Concluſ. 454.

Vide. Vniuerſitas qualiter definat eſſe, & an ſit eadem ſemper. Concluſ. 275.

Vide. Dignitas nunquam moritur. Concluſio. 19.

Digitized by Google

Capitulum habens mensam separatam ab Episcopo regulatur, prout alij beneficiati. Conclusio. LII.

1 CAPITVLVM habens mensam separatam ab Episcopo suo, potest ea de se, quę possunt alij Rectores, & beneficiati, ideo sine Episcopo locat, & ad præcariam concedit ad vitam, prout alij inferiores possunt facere. Feder. de Sen. consi. 295. ad secundum dubium, per totum.

2 Ampliа, quia agit sine Episcopo pro rebus capitularibus, & contra eum currit præscriptio etiam sede vacante Episcopali, tenetur ad procurationem Episcopo visitanti, prout alij, & Episcopus interponit authoritatem in alienationibus capitularium rerum, prout etiam aliarum Ecclesiarum, quia tunc nihil habet commune cum Episcopo. Feder. de Sen. consi. 296. colum. 2. in princ. ver. hinc est.

3 Amplia, quia consuetudo valet, quod capitulum habens bona diuisa alienet de consensu præpositi immediati Prælati sine licentia, vel consensu Episcopi. Calderin. consi. 259. alias 3. de ijs, quę fiunt à Prælat.

4 Limita, quia conuentus, seu capitulum non agit sine Prælato in arduis, sicut neque Prælatus sine capitulo. c. edoceri, de rescript.

5 Extende, quia vbicunque capitulum agit sine Prælato, & opponitur non valet iudicium, & iudex repellit agentem ex officio. c. causam quę, de iudic. vbi Abb. & alij.

6 Contrarium dicit Feli. d. cap. causam quę, quod iudex non repellit ex officio, & imputetur parti * si non opponat, & dicit hanc esse *communem opinionem nisi in tribus casibus, primus est quando sententia nõ posset exequi contra procuratorem: secundus quando causa est spiritualis, tertius quando pars conuenta esset absens.

7 Extende, quia si sententia redditur nulla non potest agere sine prælato, & redditur nulla si causa est communis cum Prælato. Felin. d. c. causam quę num. 6. ver. vtrum autem, de iudi.

8 Declara, quia non potest talis sententia ratificari quando pars opposuit, quod declara 11. modis vt per Feli. d. c. causam quę. n. 9. vsq; in fi. de iudic. secus si non opposuit pars, quia sibi imputetur nisi in vno de casibus 11.

9 Restringe quando capitulum promisisset de rato. c. edoceri, ibi Felin. & alij, de rescript.

10 Restringe, quia licet capitulum sine Prælato non possit agere, tamen potest tueri. Feli. c. cum olim. num. 1. de testib.

11 Restringe nisi Prælatus esset negligens, & constaret de negligentia. Felin. c. cum olim, de test. nu. 2.
Vide Prælatus solus sine capitulo, vel conuentu non dat procuratorem. Conclus. 500.

12 Limita, quia capitulum regulare, & minus solus Monachus non potest agere. Feli. d. c. cum olim. num. 4. de testib.

13 Restringe, nisi ageret pro Abbate carcerato. Abb. d. c. cum olim. num. 3. de testib.

14 Restringe nisi agat pro re Ecclesiæ male aliena ta. Felin. d. cap. cum olim. num. 3. de testib.

15 Restringe quando agit pro recuperatione rei occupatę quando in absentia fuit facta occupatio, quia quilibet agit pro sua spoliatione etiam sine mandato. Felin. d. c. cum olim. num. 3. ver. & ad vnum aduerte, de testib.

16 Declara, quia procedit restrictio etiam si quis sit spoliatus, & agatur solum de possessorio, quia quilibet potest agere, si Ecclesia vacat, res est clara, si non vacat, & non constat de negligentia Prælati res est dubia. Felin. d. c. cum olim. num. 3. de testib. & num. 3. qualiter dicatur negligens, vide plene eum.

17 Restringe, quando agitur de statu, & de subiectione. Feli. d. c. cũ olim. n. 5. de test. ver. & quãuis.

Capitulum quæ possit facere sine Episcopo. Conclusio. LIII.

1 CAPITVLVM potest facere statutum sine Episcopo quando capitulariter fuit factum, & super re concernente augmentum cultus diuini & seruata debita forma. Calder. consi. 2. An capitulum Ecclesiæ, qui loquitur in capitulo Ecclesię cathedralis. tit. de constit.

Vide. Prælatus solus an possit sine consensu capituli. Conclus. 498.

2 Declara, quod tale statutum, licet non sit nullum, tamen Episcopo agente de contemptu potest annullari. Calder. d. consi. 2. de constit. num. 2. ver. vel dato, quod fatear.

3 Restringe hanc declarationem, vt non procedat si Episcopus tacite approbauit tale statutum, quia tunc conualescit, & purgatur contemptus. Calder. d. consi. 2. de constit. num. 2. ver. vel potest dici, quod dato.

4 Restringe, quia si statutum esset prescriptum, factum a capitulo sine consensu Episcopi, tunc valet. Cald. consi. 2. de constit. n. 3. ver. & si vis, quod necessarius, vsque in fin. vbi quod sufficit præscriptio decem annorum quando non est contra, sed præter ius.

5 Amplia, quia capitulum quando habet mensam diuersam ab Episcopo facit sine Episcopo omnia, quæ faciunt alij rectores Ecclesiarum. Feder. de Sen. consi. 295. per totum.

Vide. Capitulum habens mensam separatam. Conclus. prox. preced.

6 Amplia, quia capitulum sine Prælato potest constituere procuratorem quando Prælatus est absens. Specu. in tit. de syndico. §. 1. vers. sed nunquid vniuersitas. Signorol. consi. 28. Si quęritur an capitulum, in princ.

Vide. Prælatus solus habens conuentum non constituit procuratorem. Concl. 500.

7 Extende, vt idem sit quando Prælatus est præsens, sed nõ idoneus. Signor. d. consi. 28. col. 2. ver. secũdo casu: vbi, quod æquiparat tres casus in prælato absente, vel præsente, & inhabili, ac mortuo.

8 Extende, vt idem sit in ijs, quæ non sunt ardua. Innoc. in c. ob causam, de iudi. quem sequitur Signorolus d. consi. 28. in princ.

9 Restringe, quando Prælatus est præsens, & idoneus, quia circa ardua debet interuenire, alias non valet. Signorol. d. consi. 28. per totum, maxime in princ.

10 Reſtringe, vt non poſsit Capitulum Sede Epiſcopali vacante, & quicquid facit nullum eſt. Signorol. d.conſ.28. in princ. vbi ſecus in Capitulo Eccleſiæ inferioris.

Vide. Capitulum Sede vacante quę poſsit facere, vel non. Concluſ. 56.

11 Amplia in Capitulo Eccleſiæ inferioris, quia vacante Sede poteſt conſtituere procuratorem, quia hoc caſu Prælatus, & Capitulum conſentur vnum corpus. Signorol. d.conſ.28. in princ.

12 Extende, vt idem ſit ſi Prælatus ſit abſens, vel etiam præſens, ſed inhabilis, quia æquiparantur. Signorol. d.conſ.28.colum.2.ver.primo caſu, vbi, quod hoc intelligit circa ea, quæ non ſunt ardua.

13 Idem eſt etiam circa ardua, quando Prælatus eſt abſens, vel inhabilis, ſi mora erat periculum allatura. Signorol. d. conſ. 28.column. 2. verſ. iis ergo caſibus.

14 Idem eſt, ſi eſſet dubium, an mora eſſet periculum allatura, quia in dubio præſumitur pro periculo. Signorol. d conſ.28. in fin. ver. tertio vero.

15 Reſtringe quando res eſſet ardua, & eſſet abſens, vel impeditus Prælatus, quia debet expectari, quando mora non eſt periculum allatura, & hoc conſtat. Signorol. dicto conſ.28.colum. 2. ver. ſecundo caſu.

16 Limita, quia Capitulum non poteſt multa ſine Epiſcopo.

Vide. Capitulum quę non poſsit ſine Epiſcopo. Concluſ. proxima ſeq.

Capitulum quæ non poſsit ſine Epiſcopo. Concluſio. LIV.

1 REGVLA eſt, quod Capitulum eſt cum Epiſcopo vnum corpus, quia Epiſcopus dicitur caput, Capitulum vero repreſentat membra corporis, & ideo non debent diuidi, vel ſeparari membra à capite, quia eſſet monſtruoſum. Aegi. Bellam.conſ.20.num.7. verſ.de capitulo vero.

2 Amplia, quia Capitulum in caſibus expreſsis à iure non poteſt aliquid ſine conſenſu Epiſcopi, in caſibus vero non expreſsis non obligatur requirere conſenſum, niſi de honeſtate. Calder. conſil. 2. An Capitulum. tit. de conſtit. num. 2. ver. in caſibus ergo.

3 Amplia, quia non poteſt facere conſtitutionem ſine Epiſcopo, quę conſtitutio contineat nouitatem, ſecus ſi continet ſolum iuſtitiam, ita videtur velle idem Calder. d.conſ.2. de conſtit. n.2. ver. ad c. conſuetudinis.

4 Amplia, quia non poteſt Capitulum ſine conſenſu tacito, vel expreſſo Epiſcopi, creare nouam dignitatem in Eccleſia. cap. cum acceſsiſſent, de conſtit. quem ita intelligit Calder. d.conſ. 2. An Capitulum, de conſtit. in fin.

5 Amplia, quia non poteſt Capitulum admittere reſignationes, etiam ex cauſa permutationis, quia eſt quędam alienatio perſonarum, licet poſsit Capitulum Cathedralis præſcribere, ſed non Capitulum Collegiatę poteſt præſcribere contra Epiſcopum. Aegid. Bellam. conſ. 17. in princ.

6 Limita, vt in Concluſ. proxima præced.

Capitulum Eccleſiæ quando debet conſulere, vel conſentire Epiſcopo, an Epiſcopus ſolus tunc poſsit. Concluſ. LV.

1 CAPITVLVM in caſibus, in quibus debet conſentire, vel requiritur neceſsario eiuſdem conſenſus, non poteſt ſperni ab Epiſcopo, vt ipſe ſolus faciat ſine Capitulo. cap. 1. de Sede vacante. lib. 6. late Feder. de Sen. conſ. 1. num. 4. ver. in contrarium, & num. 5. vbi æquiparat hunc caſum, perinde ac ſi coniunctim Epiſcopo, & Capitulo ius competeret.

Vide. Epiſcopus habens collationem cum Capitulo ſolus non confert. Concluſ. 261.

2 Declara, quia Epiſcopus dicitur habere maius ius, ſi poteſt conferre cum conſenſu Capituli, quam ſi poteſt conferre coniunctim cum Capitulo, quia primo caſu ius conferendi in ſolo Epiſcopo reſidet, & eo impedito, vel mortuo non ſuccedit Capitulum, prout ſuccederet ſi collatio competeret coniunctim. Feder. d.conſ. 1. num. 4. ver. ſed video, vſque ad numerum 7. vbi hoc diſputat, & tenet hanc partem.

3 Declara, quia Prælatus, & Epiſcopus habens agere aliquid cum conſenſu Capituli, ſi faciat non expreſſo conſenſu Capituli, præſumitur, quod conſenſus interuenerit, donec conſtet de contrario, quia vbi actus debet fieri cum conſenſu alterius, totus expeditur à gerente actum, non autem coniunctim cum eo, qui conſentit. Feder. de Sen. conſ. 259 Caſus talis eſt poſito, circa princ. ver. ſed poſito ſine præiudicio.

Vide. Abbas, & Prælatus præſumitur de conſenſu Capituli facere. Concluſ. 14.

Vide. Præſumitur pro validitate actus multis caſibus. Concluſ. 619.

Vide. Præſumitur actus legitime factus. Concluſ. 20.

Vide. Solemnitas præſumitur, & quanto tempore. Concluſ. 312.

Capitulum ſede vacante quæ poſsit facere, vel non. Concluſ. LVI.

1 CAPITVLVM ſede vacante ſuccedit, & fungitur iuriſdictione Epiſcopali. c. is qui, de maior. & obed. Feder. de Sen. conſ. 30. nu. 3. vbi, quod Capitulum dicitur ſucceſſor Epiſcopi, & habet iuriſdictionem à lege, & poteſt multa, quæ non poteſt Vicarius Epiſcopi, & in fin. ver. item non obſtat, ponit regulam, quod Capitulum Sede vacante poteſt omnia, & ponit tres fallentias.

2 Et generaliter Capitulum poteſt omnia, quæ poteſt Epiſcopus, quando Sedes eſt vacans, quia ſuccedit Epiſcopo in omnibus, niſi reperiatur expreſſe prohibitum. Card. Zabarel, conſ. 35. n. 3. ver. item diſpenſat.

3 Declara, quia licet poſsit omnia, tamen id intelligitur

Digitized by Google

ligitur quæ sunt iustitiæ,non autē quæ sunt gratię, sic Aegid.Bellam.conſ.20.nu.13.

4 Et quod ſede uacante capitulum ſuccedat in ijs,quæ ſunt iuriſdictionis,tenet Aegid.Bellamer. conſ.27.nu.3.per tex.primum,de inſtitut.in 6.

5 Declara totam iſtam materiam ,quia uacante ſede,uidelicet per mortem Prælati,capitulum ſuccedit in omni iuriſdictione,quę competit Epiſcopo iure communi, & dat Vicarium , qui exerceat ea,ſecus eſt in ijs,quę ex delegatione,uel iure ſpeciali, puta priuilegio particulari competunt , & quando ſuccedit capitulum nihil lucratur , ſed tenetur omnia emolumenta reſeruare Prælato ſucceſſori.exquia ſæpe,de electi in 6.clem.ſtatutum. eod.tit.& ratio eſt, ne prętextu utilitatis differat capitulum eligere Prælatum,& non valet conſuetudo contraria,nec priuilegium in contrarium conceſſum,ita Alex.plene conſ.110. Adeo granis, per totum,maxime in priuil.ſenum.3.cum ſeq lib. 6.& num.7.ver.& hoc confirmari poteſt: vbi dicit communem .

6 Et procedit declaratio ſiue Eccleſia vacet vere per obitum Prælati,ſiue vacare fingatur, vt quia de facto per potentiam ſecularem impediatur , quia adhuc ſi capitulum adminiſtrat , tenetur ipſi reſeruare omnia emolumenta ; & non obſtat , quod cellet ratio retardandę electionis , quia non ceſſant aliæ difficultates , quæ poſſunt obijci , ita Alexand. qui reſpondet contrarijs dicto conſilio 110. numero octauo , & ſequen. verſic.ad ſecundum. libro 6.

7 Declara, quia emolumenta,quę debentur ex iuriſdictione reſeruantur ſucceſſori, ſed nō donaria exculenta,poculenta,& ea, quę ex largitione proueniunt. Alex.d.conſ.110.n.12. & ſeq.ver.ad quartam.lib.6.& prius ibi n.5.ver.quarto ad idem: vbi plures allegat.

8 Amplia, vt in ſpiritualibus,& temporalibus iuriſdictio Epiſcopi deuoluatur.cap.3.de ſuppl.negl. Prælat.lib.6.Feder.de Sen conſ.30.in fi.ver. prætera.Car Zab.conſ.15.nu.3.verſ.in contrarium.

9 Amplia,quia capitulum circa fructus beneficij, vel ſedis vacantis tenetur illos cuſtodire,& reſtituere futuro ſucceſſori,& debet ſubire onera,reficere expenſas,& alia,quæ faceret ſucceſſor. Fed. de Sen.conſ.209. in princ. vbi idem eſt in aljis beneficijs diœceſis .

10 Amplia, quia capitulum poteſt facere ſtatuta, & reformationes pœnales circa crimina, & exceſſus,prout Epiſcopus,quæ ſunt perpetua,& durant etiam tempore Epiſcopi,niſi reuocet ea . Federicus de Senis conſilio 16. Capitulum Eccleſiæ:vbi tenet hanc partem , in principio, & eſt caſus conſilij .

11 Vide infra duas concluſiones proximè ſequentes,quia contra ius commune,neque contra Eccleſiam,vel Prelatum ſuum non poteſt ſtatuere .

12 Amplia, quia capitulum viſitare poteſt ſubditos ſede vacante,& de hæreſi punire. clem.1. de hæret.cum ibi not.

13 Amplia , quia capitulum authoritatem poteſt interponere in permutationibus beneficiorum. clemen.1. de reb. Eccleſ. non alien.cum ibi not. Federic.de Sen conſ.10. num.2. verſic. item interponit, & conſ.30.num.2.verſic. prætera capitulum .

14 Amplia,quia capitulum auctoritatem poteſt interponere in alienatione rerum minoris , & omnia exercet,quæ ſpectant ad iuriſdictionem.Fede. de Sen.d.conſ.16.nu.2.in fin.ver.item interponit, vbi hæc omnia ponit,& conſ.30.n.1.in fi.ver.item poteſt .

15 Amplia,quia Capitulum confert libere beneficia, quæ ſpectant ad collationem communem inter eum,& Epiſcopum, quia vno impedito alter confert. Oldrad. conſ.100.per totum. Card. Zabar.conſ.36.in fin.

Vide . Epiſcopus habens collationem cum Capitulo vno impedito alter confert.Concl.262.

16 Extende, quia etiam Capitulū authorizat permutationem beneficiorum , quæ ſunt ad communem collationē, alias ſecus. Card.d.conſ.36.in fi.

17 Declara , quia licet Capitulum non conferat beneficia, quę ſunt ad collationem ſolius Epiſcopi , etiam ſi ex cauſa permutationis vacent , tamen admittit reſignationes, & futurus Epiſcopus poterit conferre , & perficere permutationes factas in manibus Capituli. Card. Zab.conſ.36.in fi.

18 Extende , quia Capitulum inſtituit præſentatos à patrono,quia inſtitutio eſt neceſſaria. Aegi. Bellam.conſ.35.num.4.

19 Extende,quia confirmat electos ex cauſa prædicta, Aegid d.conſ.35.n.6.ver.& per iſta.

20 Declara, quia Capitulum non poteſt conferre beneficia ad ſolum Epiſcopum ſpectantia ſede vacante,cap.1.de inſtit.lib.6. Feder.d.conſ.16. nu.4. vbi ponit rationem, quia non poteſt præiudicare Epiſcopo,& concord.quod non potuit conferre beneficia. Calder. conſ.422.alias 3.de iurepatro. in fi. vbi,quod confirmat,ſeu inſtituit præſentatum.

21 Extende declarationem,etiam ſi Epiſcopus haberet collationem cum conſenſu Capituli.Feder. de Sen.conſ.1.n.4.ver.ſed probat .

22 Amplia , vt geſta per Capitulum durante ſua iuriſdictione ſede vacante effectum ſuum ſortiantur perpetuo , tanquam legitime geſta,in ijs, quæ reſpiciunt perpetuationem. Feder. d. conſil. 16.ver.non obſtat primo.num.5.

23 Amplia , quia Capitulum poteſt omnia , quæ ſunt de iuſtitia , ſede vacante, vt inſtituere, confirmare,viſitare.corrigere,punire,excommunicare,Eccleſiaſticam cenſurā exercere, cognitionem cauſarum abſoluere , litteras ad ordines dare , & ſimilia.Fede.de Sen.conſ.40. Super eo,quod quæritur, in princip. & conſ.30. An Capitulum.col.1. ver. prætera regulariter,& ver. prætera regula eſt, & quod poſſit ea,quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ordinis. Calderin. conſ.425. alias 3. de iurepatron.

24 Et quod abſoluat à iuramento ad effectū agendi.Card Zabar.conſ.35.n.4.ver.ad ſecundum .

25 Amplia, quia iudicat etiam hæreticum , prout Epiſcopus. Cardin.Zabarell.conſ.35.num.3. ver. in contrarium eſt .

26 Amplia , quia Capitulum ſede vacante poteſt abſoluere , ſeu potius concedere , quod confeſſor abſoluat à caſibus reſerpatis Epiſcopo . Federic. conſ.30.num.3.ver.item ex dicto.

27 Amplia , vt etiam abſoluat excommunicatos ab Epiſcopo.Feder.conſ.30.in fin.

28 Et abſoluit à iuramento illicito , ſicut Epiſcopus. Card. Zabar. conſ.35.n.3.ver.ad ſecundum.

29 Amplia , quia Capitulum poteſt dare litteras dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos. Federic. de Sen. dicto conſil. 30. in fin.Calder.conſ.425 alias 3. de iurepatr.

Amplia,

Digitized by Google

30 Amplia, quia poteſt dare licentiam ædificandi Eccleſiam, & concedere, quod ædificans acquirat iuſpatronatus. Calder. conſ. 425. alias 3. de iurepatron.

31 Amplia, quia Capitulum poteſt ſede vacante eligere pauperes, quibus hæreditas diſpenſari debeat, quando non ſunt nominati, quia cum iſtud de iure ratione iuriſdictionis ſpectet ad Epiſcopum, ſpectat etiam ad Capitulum ſede vacante. Calder. conſ. 156. alias 2. de ſede vacan. duplicatur 341. alias 12. de teſtam.

32 Amplia, quia poteſt Capitulum ſede vacante in publico gymnaſio dare gradum doctorandi, quod ſpectat ad Archiepiſcopum, vel Epiſcopum ſiue competat de iure, ſiue ex priuilegio, quia priuilegium late interpretatur contra concedentem. Alex. conſ. 110. Adeo grauis, per tot. lib. 6.

33 Limita, quando Epiſcopus eſſet de facto à tyranno expulſus, quia ex quo poteſt exercere iuriſdictionem in loco viciniori inter ſubditos, quando nec per ſe, nec per alium poteſt exercere in ſua Ciuitate, & diœceſi, & ſi non poteſt per ſe, ſed per miniſtros, eo caſu ipſe dat Vicarium, etiam ſi ſit extra diœceſim, & Capitulum non poteſt aliquid, viuente Epiſcopo, niſi in caſu cap. pen. de ſuppl. neglig. lib. 6. ita Caſtr. conſ. 98. Circa primum, in princ. lib. 2.

34 Quid autem ſit, ſi de facto impediretur per ſe, vel Vicarium capere poſſeſſionem, vel exercere, vide Alexan. qui loquitur in Archiepiſcopo Piſarum conſ. 110. Adeo grauis. num. 3. & ſeq. ver. tertio probari videtur. libro ſexto, vbi, quod ſedes dicitur ficte vacare, non vere. cap. ſi Epiſcopus, & cap. fin. iuncta gloſſa ſecunda, de ſuppl. neglig. Prælat.

35 Declara, quia, vt id, quod dicitur de Capitulo ſede vacante, habeat etiam per omnia locum in adminiſtratore Eccleſiæ Epiſcopalis v mortuo Epiſcopo, item in Vicario Capituli ſede vacante. Roman. d. conſ. 506. In re præſenti, in fin. ver. quoad vltimum.

36 Limita, quia non poteſt Capitulum ſede vacante dare licentiam Clerico tranſeundi ad aliam Eccleſiam, quia eſt alienario, & conſequenter non poteſt admittere reſignationes beneficiorum. Calder. conſ. 60. An renunciatio, in fine. alias 3. de renunciat. quod eſt addi. Gemin.

37 Limita, quia Capitulum ſede vacante Epiſcopali non poteſt aliquid innouare, ideo non alienat bona Eccleſiæ, neque mutare poteſt ſtatutum. Innoc. in cap. 1. ne ſede vacan. Caſtr. conſ. 2. Viſis omnibus, in fin. vbi, quod neque poteſt locare bona communia ſine Prælato.

38 Declara ſecus eſſe in alijs Eccleſijs non Epiſcopalibus, quia Capitulum ſede vacante poteſt de licentia Epiſcopi, & ſeruatis ſolemnitatibus alienare, ſeu mutare ſtatum ex cauſa, dato tamen defenſore loco Prælati. Calderin. conſil. 255. alias 1. ne ſede vacan. vbi, quod eſt ſpeciale, ne quid fiat ſede Epiſcopali vacante. concor. Caſtr. conſ. 2. in fin. lib. 1.

39 Imo Capitulum Eccleſiæ inferioris poteſt omnia, quæ poteſt Prælatus, & Capitulum, quando ſedes vacat, ratio eſt, quia Prælatus inferior cum ſuo Capitulo conſtituit vnicum corpus, & mortuo Prælato reſtat idem, ſecus eſt in Capitulo Eccleſiæ Cathedralis. Signorol. dicto conſ. 28. in princip.

40 Contrarium tenet Caſtr. conſ. 2. in fin. lib. 1.

41 Limita, quia Capitulum ſede vacante Epiſcopali nihil poteſt de ijs, quæ ſunt ardua, niſi ſubſit neceſſitas, vel periculum. Signorol. conſ. 28. Si quæritur, in princ. ver. ſed ſi Eccleſia.

42 Limita, quia Capitulum ſede vacante non poteſt diſpenſare, nec alia, quæ ſunt gratiæ. Feder. conſil. 40. per totum, vbi, quod Capitulum debet ſequi iuris rigorem, quia non poteſt diſpenſare.

43 Contrarium tenet Cardinalis, quod licet iure ſuo Capitulum non poſſit diſpenſare, tamen diſpenſat iure Epiſcopi, in caſibus, in quibus Epiſcopus diſpenſat. Card. Zabar. conſ. 35. num. 3. in fin. & 4. verſ. ad rationes.

44 Limita, quia non poteſt commutare vota; quia commutatio non eſt, niſi diſpenſatio. Feder. de Sen. d. conſ. 4. ver. item ſecundum hoc num. 2.

45 Declara, quia poteſt diſpenſare ad ſeptennium cauſa ſtudij, vt quis non reſideat, quia hoc eſt quid gratiæ, & iuſtitiæ, ex quo in caſu licito hoc facit. Feder. de Sen. conſ. 30. An Capitulum, per totum, vbi eſt caſus, & reſpondet ad omnia contraria. Card. Zabarell. conſ. 35. num. 3.

46 Limita, quia Capitulum non poteſt ea, quæ poteſt Epiſcopus, tanquam delegatus, quia talia non tranſeunt in Capitulum, etiam ſi talis iuriſdictio delegata ſit perpetua, & in corpore iuris clauſa. Feder. de Senis conſ. 130. in fin. & conſ. 191. Domine mi, in fin. Rom. plene conſil. 506. in re præſenti, in fi. num. 13. & 14. ver. quoad vltimum, vbi apoſtilla in fin. ver. delegata, dat concord. plures.

47 Extende, quia non ſuccedit in iuriſdictione accidentali, ſed ſolum in ordinaria. Roman. d. conſ. 506. in fin.

48 Extende, vt idem ſit in priuilegio, quia quæ competunt iure ſpeciali, etiam ſi ſint perpetua, & conceſſa dignitati mortuo Prælato priuilegium remanet ſuſpenſum, vel reuertitur ad concedentem, ita Alex. d. conſ. 110. Adeo grauis. num. 2. ver. quia poteſtas doctorandi. lib. 6. vbi, quod non tranſit ad Capitulum, mortuo Epiſcopo, & repetit num. 3. verſ. quoniam ea, quæ competunt, vbi dicit * communem, & iterum num. 10. ver. quia priuilegium.

49 Declara reſtrictionem in priuilegio fauorabili, quod, ſi agitur ſolum de præiudicio concedentis, late debet interpretari contra concedentem, & ſic, vt tranſit in Capitulum ſede vacante per mortem Epiſcopi, prout cantat priuilegium, ita poterit etiam tranſire ad Capitulum, quando Eccleſia ficte vacat, vt quia Prælatus de facto impeditur, ſecus ſi ageretur de præiudicio tertij, ita Alexand. d. conſ. 110. num. 10. ver. nec huic reſponſioni. lib. 6.

50 Limita, quia non poteſt Capitulum ſede vacante viſitare Monaſteria exempta monialium, quę tamen Epiſcopus viſitare poteſt tanquam delegatus ex forma. clement. attendentes, de ſtatu monachor. ita Feder. de Sen. conſ. 291. Domine mi, quod conſilium eſt Lapi Abbatis Sancti Miniati. Card. Zabarell. in dicta clement. attendentes. num. 6. ver. quarto quęro, qui alios allegat pro hac parte.

Vide. Adminiſtratores qui, & quales, & quid poſſint, vel non. Concluſione 201. maxime nu. 7. & ſeq.

Vide.

Vide tres proxime sequentes conclusiones, vbi habentur aliæ ampliationes, & limitationes.

Vide. Statutum capitulare quando valeat, vel non, Conclusio. 477.

Capitulum sede vacante potest reuocare ex causa statutum iuratum, & quando. Conclusio. LVII.

1 CAPITVLVM sede vacante potest reuocare statutum iuratum, de certo numero canonicorum solum recipiendo, quando auctæ sunt facultates Ecclesiæ, quia iuramentum non potest minuere cultum diuinum. Feder. de Sen. conf. 264. per totum in princ.

2 Amplia in tantum, vt siue iurauerint antiqui canonici solum, siue etiam moderni, tamen possint auctis redditibus Ecclesiæ, nedum reuocare statutum, sed imo dictum statutum videtur ipso facto reuocatum. Feder. de Sen. d. conf. 264.

3 Declara, vt procedat, quod capitulum reuocat statutum, vt supra, quando collatio spectat ad capitulum solum, vel capitulum coniunctim cum Episcopo, quia mortuo prælato potestas transit in capitulum, secus est, si collatio spectat solum ad prælatum, quia capitulum non potest facere statutum, neque reuocare super hoc. Fede. de Sen. d. conf. 264. in fi. ver. supradicta sunt vera.

Vide. Episcopus habens collationem communem cum capitulo non confert solus, neque solum capitulum. Conclusio. 261.

Vide conclusionem proxime præcedentem, & proxime sequentem.

Capitulum Sede vacante non potest statuere contra Ecclesiam neque contra ius commune. Conclusio. LVIII.

1 CAPITVLVM Sede vacante non potest facere constitutionem, vel statutum, per quod diminuatur subsidium charitatiuum Episcopo debitum, & iuramentum super hoc interpositum non valet, quia est contra ius commune, Lap. alleg. 20. si vacante, & alleg. 21. ad dubium, vbi in fi. quod Episcopus poterit absoluere ab huiusmodi iuramento.

2 Amplia, quia non potest facere statutum, quod non fiant expensæ pro prosequutione postulationis, seu electionis prælati, nisi sit confirmatum à Sede Apostolica, quando Ecclesia est exempta. Card. Zabarella, conf. 6. Primo discutio, in fi. vbi quod si fieret cum iuramento ligaret iurantes.

Capitulum Generale Ordinis, quæ possit, vel non. Conclusio. LIX.

1 CAPITVLVM Generale Ordinis non potest tollere ius commune condendo nouas statuta contraria iuri communi. Alex. conf. 106. perspectis ijs, in princ. & num. 2. ver. tertio, quia, vbi relatiue enumerat, quæ possit capitulum generale, lib. 2.

2 Amplia, quia potest de consensu inferiorum Ecclesiarum transferre ius eligendi Prælatos in capitulum generale ex causa, licet sit dubium, & quando licentia Papæ non interuenit. Alex. d. cons. 106. per totum, vbi pro, & contra allegat, & tandem concludit pro affirmatiua, num. 18. ver. decimo, lib. 2.

3 Amplia, quia potest ea, quæ potest capitulum Sede vacante, vide supra Conclusio. 56. & duas sequentes per discursum, vbi habentur ampliationes, & limitationes.

4 Limita, quia potest facere quodcunque statutum circa reformationem ordinis. Alex. conf. 106. num. 10. ver. non obstat id, quod habetur, lib. 2.

5 Limita, quia potest Capitulum generale condere statuta etiam contra Ecclesias subiectas ex iusta causa. Alex. conf. 106. num. 10. ver. & plus dicit, lib. 2.

Capitula separata, & diuersa diuersam inducunt dispositionem. Conclusio. LX.

1 CAPITVLA diuersa, & separata reddunt diuersam dispositionem, ideo tot dicuntur accusationes, vel inquisitiones, quot sunt delicta in accusatione, vel inquisitione contenta. Bare. conf. 115. Super eo quod. num. 2. lib. 1. allegat l. in causa, §. 1. ff. de minor. & l. scire debemus, & l. pluribus. ff. de verb. obligat.

Vide. Rationis diuersitas facit cessare omne argumentum. Conclusio. 37.

2 Etsi vnica sit charta libelli continentis plures actiones, tamen tot sunt libelli, quot sunt actiones separatæ, & quot sunt rei diuersi, ita Roman. conf. 240. Viso themate, col. 2. ver. tertio, quia, vbi idem dicit esse in stipulatione vnica continente plures res, vt tot sint stipulationes, quot res deductæ in stipulatione.

3 Amplia, quia si vna sentētia, vel vnum laudum continet plura capitula, puta diuersa non soluendum, tot sunt sententiæ, quot sunt capitula, & solutiones. Io. de Imol. conf. 130. In casu præmisso, num. 8.

4 Extende quia sicut appellari potest ab vno capitulo sententiæ, & non erit appellatum ab alio, ita sententia executa quoad vnum capitulum, vel approbata non præiudicat in alio capitulo.

Vide. Appellari quando possit ab vno capitulo sententiæ. Conclusio. 366.

Vide. Sententia quando potest pro parte valere, & pro parte non. Conclusio. 165.

5 Amplia in laudo, transactione, sententia, contractu, computis, positionibus, & alijs.

Vide. Separatorum natura est diuersitatem inducere. Conclusio. 589.

6 Extende, quia instrumentum habens capitula separata, si est falsum quoad vnum capitulum, probat quoad alia, quia tot sunt contractus, quot capitula separata. Bald. conf. 66. in princ. ver. quoad primum, lib. 3. & conf. 404. Præmittendum est,

eſt, num. 3. ver. ſuper quarto, lib. 4. & conſ. 405. Quæſtio eſt, in princ. lib. 4.

7 Amplia, quia diſpoſitio hominis continens plures ſummas, dimenſiones, & tempora plura, operatur, quod tot dicuntur diſpoſitiones, quot ſunt ſummæ, vel tempora, l. pluribus, ff. de verb. obligatio. Caſtr. d. conſ. 233. circa fin. ver. rurſus non obſtat, libro primo, vbi quod procedit in contractibus, & vltimis voluntatibus.

Vide. Actus vnus plura facta continens, quando dicantur plures actus, & e contra. Concluſio. 131.

8 Limita, quia non procedunt prædicta in legibus, quia vna lex continens plures caſus, & plures deciſiones dicitur vna lex ſemper. Caſtr. conſ. 233. Reformatio in fin. lib. 1. quod eſt Nelli de ſancto Gemini vbi quod vnica, & vniformis actio oritur ex eadem lege, licet plura contineat.

9 Limita in donatione facta pluribus perſonis, puta quis donat duo mille ſcuta pluribus, ita quod ſingulis donatarijs non tangunt ſcuta 500. tamen eſt vnica donatio quoad inſinuationem; quia attenditur perſona donantis, ita plene Roma. conſ. 305. Quoad ſeptimum, in princ. vbi plura exempla ponit, quod quando quid prouenit vno tempore, & ab eadem perſona, & ab eodem ſtipite, dicitur vnum factum, maxime vt cuitetur prohibita.

10 Limita in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus de plutibus factis, quia inſtitutio & ſubſtitutio cenſetur vnicum capitulum, licet plures inſtitutiones contineat, prout ſi teſtator dixit, Titium filium meum inſtituo, & illi ſubſtituo Caium, ac ipſum Caium filium meum inſtituo, quia eſt vnicum capitulum. Alex. conſ. 66. Viſo teſtamento, nu. 4. ver. quinimo attento, lib. 1.

Vide. Delicta quando plura vel vnum. Concluſ. 119.

Vide. Individua quæ eſſe dicantur. Concluſio. 102.

Vide. Pluralitas actuum, & diſpoſitionum quando inducatur. Concluſ. 169.

Caporales qui dicantur. Concluſio. LXI.

1 CAporalis dicitur is, qui caput eſt, vel principium alicuius facti, vel rei Bart. conſ. 251. in dubium reuocatur, in fi. lib. 2. allegat text. in l. 2. §. 8. ff. qui vero homines, ff. vi bonorum rapto.

2 Et caporalis dicitur principalis, & auctor rixæ, & qui coadunatio hominum, & ideo tenetur de omni delicto quod ſequitur. Rotand. à Valle conſ. 63. in prin. lib. 2.

3 Vide. Damnum cauſans damnum dediſſe videtur. Concluſ. 62. in fi. & ſeq.

Vide. Auctor, & principalis dans cauſam delicto punitur de omni eo quod ſequitur. Concluſio. 56.

Caprarius cuſtos quid probare debeat, vt excuſetur de interitu caprarum. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 265. Caprarius. Item Coppcluſ. 239. Bouem periſſe.

Vide plenius. Cuſtos animalium quando teneatur de interitu, vel non. Concluſ. 1118.

Captatoria voluntas quæ dicatur, vel non. Concluſio. LXII.

1 VOLVNTAS captatoria dicitur, quæ facit deficere in totum diſpoſitionem à ſubſtantia, ideo quis in arbitrium alienum non poteſt conſtituere, vel inſtituere hæredem. l. captatorias, C. de teſtam. milit.

Vide. Hæredis inſtitutio pendens ex alieno arbitrio non valet, & quando ſecus. Concluſ. 86.

2 Declara, quia procedit, quando inſtitutionis ſubſtantia eſſet collata in arbitrium alterius liberum, ſecus ſi quantitas, vel alia qualitas eſſet commiſſa in arbitrium alterius liberum, quia valet. Alex. conſ. 195. Contingit, per totum, maxime, num. 3. & ſeq. lib. 6. vbi limitat, quando eſt commiſſa inſtitutio in arbitrium non liberum, ſed boni viri, quia valet, & dicitur certa.

Vide. Legatum in libera voluntate hæredis quando valet, vel non. Concluſ. 49.

3 Amplia, quia dicitur captatoria voluntas teſtatoris, etiam ſi ſit ad fauorem piæ cauſæ, quando teſtator habens filios, illos preterijt, & voluntatem ſuam certæ perſonæ commiſit, quia ſi dixit, quod non volebat inteſtatus decedere, neceſſario eſt captatoria; quæ neque valet ab inteſtato. Bald. conſ. 110. Quidam ſanus mente, lib. 4. & eſt ratio, quia tunc voluit omnino, quod haberet ex teſtamento, quod non valet.

4 Extende, vt imo etiam fauore piæ cauſæ non valeat ſimpliciter voluntas captatoria, quando teſtator nihil diſponit, ſed voluntatem ſuam diſpoſitioni alterius accommodauit. Bald. d. conſil. 110. circa fin. ver. præterea illa verba, lib. 4.

5 Excende, quia dicitur voluntas captatoria, quando voluntatis ſubſtantia in ſecretum committitur abſolutum, videlicet, quando dari, vel fieri conſiſtit in mera voluntate alterius. Angelus conſil. 201. num. 2. ver. ſecundo præmitto.

6 Reſtringe, quando voluntas conſiſtit in ſola electione alteri commiſſa, quia ſi ſubſtantia eſt certa, vt quia dari neceſſe eſt, vel fieri eſt præceptum, tunc nunquam dicitur captatoria voluntas. Angel. d. conſ. 201. num. 2. ver. tertio præmitto.

7 Declara, vt procedat reſtrictio, quando ſubſtantia eſt certa legando certo generi perſonarum, ſi autem eſt incerta diſpoſitio, vt quia teſtator legauit ſecundum ſecretam mentem ſuam dictam Titio, quia Titio non declarante

non

non valet legatum tanquam captatorium . Angel. conſ.201.num.2. ver.tertio , præmitto quod nunquam dicitur .

8 Reſtringe ampliationem,vt non procedat, quando non dixit non volens inteſtatus decedere, quia tunc valeret ab inteſtato, nam filij præteriti habebunt legitimam , & reſtituent ab inteſtato piæ cauſæ legata,etiam ſi alias eſſet mens captatoria . Innoc.in c.cum tibi de teſtam.in princ.Bald.conſ. 110.lib.4.per totum. Bald. conſ. 125. Ego ſuper iſto,in princ.lib. 2.vbi quod valet voluntas vltima commiſſa in alienum arbitrium, eo caſu ab inteſtato,ſed tamen.Bal.videtur hoc reſtringere. vt procedat quando voluntas certarum rerum eſt commiſſa alteri , ſecus ſi tota diſpoſitio eſſet commiſſa,quia tunc.ex quo exequutores ſunt hæredes,ſi filij ſunt præteriti,non poteſt valere .

9 Amplia, quia non valet legatum factum etiam pro anima, & pia cauſa ſecundum ſecretam mentem teſtatoris,quam dixit propalaſſe certis exequutoribus,niſi ipſi,vt teſtes deponant,& propalent in iudicio mentem teſtatoris , & de ea conſtet. Bald.conſ.482. Quia dictus Acciolus,circa fi.lib.4.Cuma.conſ.118.n.3.ver.circa tertium .

Vide . Legatum factum vt erogetur ſecundum mentem ſecretam teſtatoris.Concluſio.56.

10 Extende,quia non dicitur conſtare, quando is, cui dicitur facta commiſsio ſine iuramento , & non coram iudice,declarauit. Cuma.d.conſ. 118. num.3.ver.circa tertium,in princ.

11 Extende,quia legatum incertum non valet, ſecus ſi legatum eſt certum,ſed quantitas,ſeu quotitas eſt incerta, quæ pendet ab alieno arbitrio . Signorol.conſ.107.Quidam nomine,nu.10.

12 Reſtringe,quia eſt ſpeciale in dote , vt ſemper ſit certa ſecundum qualitatem perſonæ, & patrimonij,etiam ſi is moriatur, qui debet arbitrari . Signorol.conſ.107.num.10. & 11.

Vide . Dos incerta poteſt conſtitui,& qualiter reducatur ad certitudinem.Concluſio.727.

13 Reſtringe, quia valet declaratio facta per vnũ ſolum exequutorem , ſi vni ſoli exequutori eſt commiſſa ſecreta mens prædicta . Cuma. d. conſ. * 118. num. 3. vbi dicit * communem,niſi adeſſent indicia contraria.

14 Declara reſtrictionem, quia non ſtaretur notario,qui rogatus fuit de teſtamento , quia non potuit ſibi hoc adſcribere.Cuma.d.conſ.118.num.3. * ver.ſecunda inſpectio.vbi dicit * communem.

15 Declara reſtrictionem , quia non ſtatur dicto vnius,quando commiſsio eſt facta duobus,quia ſi declarant res eſt clara , ſi vero vnus ſolus declarat,cum teſtator vni ſoli non commiſerit , nec de eo ſolo confiſus ſit , ideo non ſtatur vni. Cuma. d. conſ.118.num.3.ver.tertia inſpectio.vſque in fi.

16 Amplia,quia non valet compromiſſum factum in arbitrium,vel arbitratorem cum pacto, quod poſsit declarare , niſi ſecundum conſilium , vel prout certæ perſonæ nominatæ placuerit, quia non valet tale compromiſſum . Angel.conſ.272. Primus punctus,num.3.ver.in contrarium , quod non teneat .

17 Extende maxime , quando conſilium tertij eſt perſonæ inhabilis, prout monachus Ordinis Minorum,quia non valet etiam ſtante conſuetudine contraria.Angel.d.conſ. 27. per totum maxime , num.5.verſ.moueor autem,iuncto fi.

18 Reſtringe,niſi compromiſſum eſſet collatum in voluntatem alterius,quam arbitri ex pacto ſeparabili,quia valeret.Ang.d.conſ.272.num. 3. in fi. & num.4.

19 Reſtringe in iudice,quia poteſt delegari cum conditione,vel pacto,quod iudicare debeat ſecundum conſilium alterius.Ang.d.conſ.272.in princ. & num.5.ver.nunc reſpondeo,& num.6.

20 Reſtringe, quia valet tranſactio collata in arbitrium tertij.Angel.d.conſ.272.num.3.

21 Reſtringe, niſi extaret conſuetudo contraria, quod compromiſſa fierent cum pacto , quod iudicaretur ſecundum conſilium alterius.Ang.d.conſ. 272.in fi. dummodo perſona habens conſulere ſit habilis .

22 Limita , quia quando diſpoſitio non eſt in voluntate alterius , ſed ſola exequutio voluntatis , tunc valet,& non dicitur captatoria,ideo ſi teſtator mandauit bona ſua diſtribui pauperibus eligendis per exequutores,vel pauperibus,quos dixit in ſecreto exequutoribus,valet diſpoſitio. Anchar. conſ. 436. In ijs dubijs , in princ. vbi quod poteſt talis exequutor diſtribuere proprijs filijs pauperibus .

23 Limita , quia valet voluntas captatoria , per quam quis per indirectum , & cauſatiue priuatur facultate teſtandi, prout ſi aliquem inſtituo,ſi talem inſtitutionem fecerit , vel ſubſtitutionem de Titio, quia licet non valeat regulariter , tamen ſecus eſt ſi per viam modi,item quia vitiatur , & non vitiat,ſi eſt conditio,item quia valet,quando veſtitur ab honeſta cauſa, puta , vt bona conſeruentur in familia.Ruin. conſ.20.per totum, lib.2. vbi latiſſime .

24 Limita,quia poteſt teſtator poſtquam inſtituit pauperes in certa quota, committere exequutoribus, vt poſſint in aliam piam cauſam commutare,quia iſta non eſt voluntas captatoria , ex quo non facit deficere ſubſtantiam,quia commutatio debet eſſe æqualis , vel melior , ideo non deficit inſtitutio . Bald.conſ.301.Conſtituto,num.5.ver. & dubitatur,lib.2.

25 Limita, quia non dicitur captatoria , neque conditionalis voluntas, in qua pater inſtituit filiam in ea quantitate , quam exequutores declarauerint.quia inſtitutio eſt certa, licet quantitas debeat declarari,ſed intelligitur arbitrio boni viri , & ſic etiam quantitas dicitur certa . Angel. conſ.97.Vinianus de Monte,in princ. Alex.conſ. 175.num.3.& ſeq.lib.6.

26 Extẽde limitationem, vt quando voluntas confertur in voluntatem alterius velatam,tunc ſemper valet,nec eſt captatoria,veluti lego tali,ſi Capitolium aſcenderit , quia tunc eſt velata voluntas.Angel.conſ.201.num. 2. in fi.ver.tertio præmitto.Ruin.conſ.20.num.6.lib.2.

27 Extende idem, ſi pater inſtituat ſpurium , cum legitimatus fuerit,& mandat legitimari,ſi dignus cuadet arbitrio exequutoris, quia eſt velata voluntas.Angel.conſ.223.Caſus talis eſt, col.fin. in princ.ver.& dicitur inſtitutio .

Vide.Velamen,& quæſitus color multa operatur. Concluſio.38.

28 Extende,quia quando ſubſtantia eſt certa , vt quia teſtator in certa quota,vel certa quantitate inſtituit,licet conferatur electio pauperum inſtitutorum in voluntatem exequutorum,non eſt captatoria,quia ſubſtantia diſpoſitionis eſt certa . Angel.conſ.358.Titius condidit,in princ.

Extende,

29 Extende, quia non eſt captatoria voluntas teſtatoris ordinata à teſtatore alicui in ſecreto, quia non pẽdet ex alieno arbitrio, ſed exequutio pendet ex alieno arbitrio, quæ exequutio non facit capeatoriam dici poſſe voluntatem, quod intelligẽ, ſi modo de ea poteſt conſtare. Cuma. d. conſ. 118. verſ. circa ſecundum.

30 Limita, quia licet captatoria voluntas reprobetur in vltimis voluntatibus, tamen ſecus eſt ad piam cauſam. Angel. conſ. 201. Inter cętera in princ. Cuma. conſ. 118. A. In teſtamento, ver. circa ſecundum. Anchar. conſ. 202. Circa primum, * in principio, & eſt communis * opinio, de qua Zabarella conſ. 124. Puto ſtandum voluntati, in prin. Bart. conſ. 5. Viſa quadam, numer. 2. ver. ſecundo, vbi dicit eſſe indubitatum, & ibi apoſtill. in ver. ſecundo, an dicta, lib. 1. dat concord. pro vtraque, & idem Bart. conſ. 6. Viſo teſtamento, in princ. lib. 1. vbi apoſtilla in ver. inſtitutio captatoria, * & * communem dicit Abb. conſ. 32. Circa duo, n. 3. lib. 2.

31 Contrarium tenent Bald. & Salycet. in l. captatorias, C. de teſtam. milit. Io. de Imol. in l. captatorias, in 3. col. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. exequutorem, C. de exequutio. rei iudica. in tertia colum. ver. non obſtat, & alij, quos citat apoſtilla ad Bar. d. conſ. 5. num. 2. lib 1. in ver. ſecundo, an dicta. vbi quod valet in diſpoſitione diſtributoria, ſecus in diſpoſitoria.

32 Extende, quia vbicunque aliquid relinquitur, vel legatur in arbitrium, & ſecundum ſecretam voluntatem alterius, dicitur ad piam cauſam, ſi non eſt certum genus perſonarum expreſſum, cui relinquitur. Angel. d. conſ. 201. num. 3. vſque in fi. vbi diſputat.

33 Declara hoc non procedere, quod in dubio cenſeatur ad piam cauſam omnis voluntas ſecreta in arbitrium alterius, quando commiſsio fit per verba meræ voluntatis ordinatæ à teſtatore. Cuma. conſ. 118. ver. circa ſecundum in fi.

34 Declara ſecundo, quia ſi fiat declaratio per eũ, in cuius ſecretum arbitrium teſtator ordinauit, & ex ea conſtat non eſſe piam cauſam, non valebit quoad non piam cauſam, niſi aliter ſubſtineatur de iure, vel ab inteſtato. Zabarel. conſ. 124 per totum.

Vide plenius per Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de Pia cauſa. Concluſio. 3. Captatoria diſpoſitio.

35 Limita, quia valet legatum licet in voluntatem legatarij conferatur. Alexan. conſil. 47. Circa primum, num. 14. ver. poſtea ſubdit, lib. 1.

36 Declara, quia imo captatoria voluntas reprobatur etiam in legatis, l. captatoria. ff. de leg. primo, ſed legata poſſunt conferri in arbitrium tertij, ſed non in liberam voluntatem ſecundum * communem, * de qua Abb. conſ. 4. In quæſtione, in fin. lib. 2.

Capti in bello quando relaxandi, vel non. Concluſio. LXIII.

1 CAPTVS ab inimicis Imperatoris, ex eo, quia veſtem diuiſam Imperatoris ex priuilegio induebatur, eſt iniuſte captus, quia conceſſa in priuilegium non debent odium operari, ideo debet relaxari, cum vere Imperatori non inſeruiat. Roma. conſ. 382. Quo ad primum, numero ſexto, ver. quoad tertium vſque in fin. vbi pluta allegat.

Vide alios caſus in ver. Bello captiuata quando efficiuntur capientium, vel non. Concluſio. 39.

Captiuorum redemptio pia eſt, & habet multa priuilegia, & ſpecialia. Concluſio. LXIIII.

1 REDEMPTIO captiuorum pia cauſa eſt, & ideo ſicut Eccleſia tanquam mater ſpiritualis frangit, & alienat vaſa ſacra, vt redimat filios ſpirituales, ita etiam mater prohibita alienare dotem, poteſt alienare pro redemptione filij captiui. Caſtr. conſil. 436. Ad confirmationem, in princ. & per totum, lib. 1.

2 Et regula eſt, quod iura relaxentur fauore redemptionis captiuorum; ideo mulier, quæ dotem alienare non poteſt, alienat tamen pro redemptione captiuorum ſuorum, l. quamuis. ff. ſolut. matr. Roma. conſ. 316. Circa propoſita m, in fi num. 7.

3 Eccleſiarum bona, quæ non poſſunt alienari, alienantur pro redemptione captiuorum, 12. q. 2. in canone ſacrorum, & C. de Sacroſ. Eccleſ. l. ſancimus. Roman. d. conſ. 316. in fi. ver. ſecundo probatur.

4 Donatio, quæ non valet vltra 500. ſine inſinuatione, valet pro redemptione captiuorum, l. ſi quis pro redemptione, C. de donatio.

5 Minor, qui non poteſt alienare ſine certa ſolemnitate, alienat, & valide ſe obligat ſine ſolemnitate, quando pro redemptione ſui ipſius à captiuitate alienat. Rom. d. conſil. 316. per totum, numero ſecundo, & ſequ. ver. quoad ſecundum, & maxime in fi. quia dicitur vtilis contractus.

6 Imo pro redimendo patre captiuo valide ſe obligat ſine ſolemnitate. Caſtr. conſil. 92. Tria ſunt, in fin. ver. tertium, & vltimum, libro ſecundo, vbi extendit etiam ſi eſſet pater carceratus per iudicem non captiuus hoſtium.

7 Extende, quia valet argumentum de alimentis ad redemptionem captiuorum, ideo quicunque tenetur alere, prout pater filium, mater dies, frater fratrem, & ſororem, & econtra, & poſſunt compelli etiam officio iudicis, & ex neceſsitate cauſatiua, quia alias priuantur ſucceſsione, ita etiam tenentur redimere à captiuitate, quia eadem eſt ratio pietatis. Caſtr. d. conſ. 436. num. 3. per totum, lib. 1.

Vide. Libertatis fauore multa ſpecialia ſunt introducta. Concluſio. 339.

Digitized

Captura multis nominibus dicitur. Concluſio LXV.

1 CAPTVRA dicitur vocatio in iudicium, & citatio realis. Bart. quæſt. 6. Lapus. nu. 3. ver. ſeptimo probatur.

2 Et quod captio ſit quædam citatio realis. Bar. in tract. repreſal. quæſt. 7. in fine. verſic. ad vndecimum.

3 Et quod inuentus, & captus etiam verificetur in eo, qui fuit interfectus. Alexand. plene conſil. 24. Animaduerſis. num. 29. & ſeq. ver. item reſpondeo. lib. 2.

Captura, & inuentio quando requiratur in fragranti. Concluſio. LXVI.

1 BANNIMENTA pro gabellis, & datijs fraudatis, quod ſi quis fuerit inuentus fraudare gabellas, debent intelligi, quod infragranti repertus, & captus ſit. Alex. conſ. 216. Ponderatis, in princ. lib. 6. vbi plura ſimilia.

2 Sic ſtatutum puniens inuentum cum armis debet intelligi, dummodo actu inuentus, & captus ſit. Alexand. d. conſ. 216. in princ. ver. & ideo. lib. 6. vbi pleniſſima apoſtilla dat concordan. in ver. capti.

3 Contrarium tenet eadem apoſtilla ad Alexan. d. conſ. 216. in princ. in ver. capti. lib. 6. vbi quod falſa eſt concluſio quia aliud eſt inuenire, & apprehendere in facto, aliud capere, ideo ſufficit inuentio, vt poſsit puniri allegat Bald. in l. & ſeruorum. ff. de ſtat. homin. laſ. in l. 1. col. fi. quod quiſq; iur. & alios.

4 Declara, quia id procedit, vel non, ſecundum qualitatem perſonarum, & materię. l. ſi barbaſſoram. C. de fideiuſ.

5 Amplia idem in ſtatuto, quod mulier inuenta cum peris, vel inuentus indere ad Azardum debet intelligi de inuento, & apprehenſo, non autem de viſo, & quod ita ſeruetur de conſuetudine, dicit Alex. d. conſ. 216. num. 3. & ſeq. ver. & ideo dicit. lib. 6. vbi quod inuentus non dicitur, niſi conuictus, & dicit, quod ſeruatur in practica, vt pœna mitior reddatur.

6 Idem eſt in banno dante præmium inuentori, quia non habet locum niſi apprehendat. Alex. d. conſ. 218. num. 3. lib. 6. & dicit, quod ſeruatur in practica.

7 Idem eſt de banno, quod inuentus in domo poſſit de nocte offendi, quia intelligitur ſi eſt inuentus, & captus. Alex. conſ. 24. Animaduerſis. nu 29. ver. accepi. lib. 2. vbi apoſtilla, & ibi dicit, quod inuentus, & apprehenſus dicitur non ſolum captus, ſed etiam interfectus.

8 Amplia, quia ſi promittitur præmium ei, qui egerit aliquid debet intelligi ſi egerit, & probauerit Alex. conſ. 216. num. 7. ver. pro hoc adduco, lib. 6. vbi apoſtilla in ver. probauerit.

Vide. Præmium promiſſum alicui quando, & de quibus debeatur. Concluſ. 515.

9 Limita quando verba diriguntur ad iudicem, quia ſufficit, quod ſibi conſtet, & quandoque largius, quandoque ſtrictius ſumitur verbum inuenerit, apprehenderit. Alexand. dicto conſ. 216. num. 5. lib. 6.

Vide in ver. Inuenire, & reperire in quo differant. Concluſio 344.

Captura pro non facto vt fiat, qualiter concedenda. Concluſio LXVII.

1 CAPTVRA poteſt concedi pro non facto, vt illud fiat, ideo is, qui conduxit bona, & promiſit illorum reſtitutionem liberam in fine locationis, ſi non reſtituit poteſt capi vigore inſtrumenti habentis exequutionem pro illo non facto. vt illud fiat, vt conſuluit Ang. Florentiæ tanquam conſultor conſ. 12. Nos Angelus, per tot.

Vide. Factum non impletum qualiter impleatur. Concluſ. 19.

2 Extende, vt procedat etiam ſi obligatus relaxauerit per inſtrumentum bona procuratori eius, qui agit quando dominus erat abſens, ita Ang. d. conſ. 12. col. fin. ver. ſecundo.

3 Contra extenſionem facit, quia ſtante ſtatuto Florentiæ, de quo Angel. non facit mentionem, quod abſenti acquiritur.

4 Reſtringe, quia captura pro non facto incerto, ſeu non liquido non conceditur, ſicut nec pro debito incerto, & non liquido. l. qui reſtituere. vbi Bal. & Ang. ff. de rei vendica.

Vide. Fugæ ſuſpectus quando nulliter captus dicatur. Concluſ. 524.

5 Limita, quia pro facto alieno promiſſo non datur captura, quia dicitur factum alienum impoſſibile. l. ſi quis alium, Inſtit. de inutil. ſtipul. vbi Aretin. & alij. l. ſtipulatio iſta. §. 1. de verbor. obli. Nam poteſt quis pati potius ſe excoriari, quam factum impiere. l. cum proponas. C. de hære. inſti. ergo debet ſufficere, quod teneatur ad intereſſe, quod venit alternatiue in hac obligatione, & in alternatiuis ſufficit alterum implere.

6 Declara, quia pro intereſſe poteſt concedi captura, ſiue ſit liquidum, ſiue non. Ideo limitatio eſt fruſtratoria, niſi forte ageretur de annullanda captura quando eſſet conceſſa pro non facto, & non pro intereſſe.

Vide. Factum alienum promittens ad quid obligetur. Concluſ. 26. num. 10. & multis ſeqq.

Captura qualiter committenda, & de poena reſiſtentiam facientis. Concluſio. LXVIII.

1 CAPTVRA perſonalis vt fieri poſſit, requiritur mandatum ſpeciale iudicis

de capiendo, licet in citatione verbali ſufficiat ſola commiſſio facta oretenus. Iulius Clarus in praxi. §. final. quæſt. 28. numero ſeptimo. verſic. dictum eſt,

2 Extende, quia confeſſio debet fieri fatellitibus Curiæ regulariter, ſed tamen etiam parti offenſæ poteſt fieri, quando non eſt niſi mera exequutio facti, & ſine armis, & reſiſtentia fiat, & non requirat cauſæ cognitionem, communem * dicit idem Iulius Clarus dicto §. finali, quæſtione 28. numero octauo: vbi quod dat pro conſilio, quod non detur talis licentia ſoli parti propter ſcandala, ſed vna cum fatellitibus tantum.

3 Limita in delinquentibus repertis in fragranti, quia poſſunt capi ſine alio mandato, prout ſi quis eſt repertus cum armis. Iulius Clarus dicta quæſt. 28. numero 7.

4 Pœna capiendi de mandato iudicis ſi reſiſtat de facto, ne capiatur, & aliter capi non poſſit, poteſt impune interfici, eſt *communis opinio. Iulius Clarus in praxi criminali. §. final. quæſt. 29. in principio.

5 Declara dummodo ſecum habeant licentiam capiendi, & aliter capi non poſſet, & dicit ibi Clarus, quod debent ab ijs abſtinere, ne tumultus ſuſcitentur, prout euenit in ciuitate Peruſij, in qua populus ſubleuatus eſt, ita Clarus d. quæſt. 29. in principio.

6 Et quod exequutores à lege, vel ab homine debeant deputari, & ideo requiratur, quod conſtet de eorum electione. Angel. in l. ſi vacantia. ver. item ex hoc tex. C. de bon. vacant. libro decimo. Barbat. conſilio 83. in principio. libro 4. Calcan. conſilio 118. columna 2. ver. poſito, quod bullæ.

7 Amplia, quia Rome extat bulla de acclamantibus, & appellantibus franchitias, quæ imponit pœnã mortis, & mãdatur exequutioni, maxime quando ſequitur, quod puniendi eximuntur, & eſt bulla Gregorij XIII. & Sixti Quinti Romanorum Pontificum.

8 Amplia in eo, qui eximit captum de manibus Curiæ.

Vide. Eximens captum qua pœna puniatur. Concluſ. 587.

9 Extende etiam ſi quis eximat ſe ipſum cum armis. Boſſius titulo de captu. numero 17. ſiue etiam ſine armis. Iulius Clar. in §. final. quæſt. 29. numero 5. ver. quæro etiam: vbi quod mitius punitur.

10 Amplia, quia exequutores authoritate iudicis maxime ordinarij poſſunt vim inferre impune reſiſtentibus de facto exequutioni. cap. de cetero: vbi Abbas numero ſexto, & alij, de re iudic. l. quemadmodum. §. ſi quid tamen magiſtratus. ff. ad leg. Aquil. Salycet. in l. neminem. C. de exhib. reis. Caſtrenſ. conſilio 255. Viſo ſupradicto, numero tertio, libro primo. Arimin. ad Angel. de malefic. in ver. quod fama publica. nu. 54. Boſſius de capt. num. 12. Clar. §. fi. queſt. 29. in princ. faciunt tradita per Gabriel. conſ. 180. num. 5. lib. 2. Grammat. deciſ. 41. num. 1. & per totam. Plaza epit. delict. cap. 38. num. 6. Amode. de Syndica. num. 100.

11 Limita quando iudex dediſſet licentiam parti aduerſæ ſoli de capiendo, quia talis licentia non valet, niſi fiat ſine armis, & ſine reſiſtentia. Iulius Clarus in praxi. §. final. quæſt. 28. numero 8. ver. ſolet.

12 Limita quando iudex procederet, vt priuatus, quia licet iudici procedenti, vt iudici, non poſſit reſiſti, tamen ſecus eſt, quando de facto procedit, * & vt priuatus; communem * dicit Iulius Clarus dicto §. final. quæſt. 29. numero 2.

Captura perſonæ in criminalibus ex quibus licita. Concluſ. LXIX.

1 IVDEX etiam ſine indicijs poteſt capi facere & carcerare hominem in criminalibus, & non tenetur, neque cadit in pœnam. Bald. in l. & ſi certus. ff. ad Sillania. & in l. 2. C. de ijs, qui latro. Angel. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. ſcientes. Salycet. in l. nullus. C. de exhib. reis.

2 Et quod leue indicium ſufficiat, eſt communis * opinio. Boſſ. tit. de captu. in principio: vbi quod leue indicium ſufficit contra perſonas leuis conditionis.

3 Et quod ex leui informatione iudex in criminalibus cõcedere poſſit capturam. Marſi. ſing. 91. incip. Iudex licet ſine, & idem dicit Iulius Clar. in praxi crimin. quæſt. 20. in principio, & numero 2, vbi dicit, quod indicia leuia ſufficiunt ad capturam, prout aſſertio vulnerati, & ſimilia, & idem Clarus §. final. queſt. 28. in principio: vbi recitatis opinionibus dicit id eſſe in arbitrio diſcreti iudicis.

Vide. Indiciorum genera plura. Concluſione 94.

4 Declara, quia id procedit ad effectum capturę pro ſecuritate, ne aufugiat, non autem, vt eius nomen inter reos deſcribatur, & interroge-tur de delicto, quia non ſufficit, vt per Clar. d. q. 20. & 21. nu. 14. & ſeq. & plenius queſt. 28. in princ vbi latiſſime.

5 Amplia, quia delinquens notorius poteſt capi. Innoc. in c. bonæ. il 1. num. 5. de elect.

6 Extende, vt dictum Innoc. etiam procedat, quando iudici conſtant indicia contra delinquentem, quia poteſt iudex capi facere indiciatum. Iulius Clarus in praxi criminal. queſtione 5. in fine: vbi dicit, quod ita debet intelligi Innocen. in loco allegato.

7 Extende, quia de generali conſuetudine ad ſolam accuſationem poteſt iudex in criminalibus capi facere reum, quando agitur de pœna corporali. Caſtrenſ. conſilio 328. principio, libro ſecundo.

8 Contrarium, quod non ſit generalis conſuetudo, neque poſſit deueniri ad capturam non precedentibus indicijs, dicit Nouell. in praxi. crim. fol. 23. num. 7.

9 Declara, quia recitatis hinc indeopinionibus Clarus in §. final. queſt. 28. dicit, quod requiritur aliqua informatio, & dicit * communem, & quod non poteſt dari certa ratio, niſi quod reſidet in arbitrio diſcreti iudicis, vt ſi agatur de captura nobilis, vel diuitis, qui non fugerent,

ita

ita de facili, requiruntur indicia vrgentiora, Il vero agatur contra perſonam vilem, vel pauperem, non tot indicia requiruntur.

10 In delictis vero enormibus ſufficit etiam extraiudicialis informatio habita, ita Clar. qui dicit eſſe notandum, & ita ſeruandum d. quæſt. 28. num. 2. in fin.

11 Amplia in ſuſpecto de falſo, quia poteſt index carcerari eum facere, & certiorare Papam. Alexand. conſ. 205. Ponderatis, in princ. & per totum. lib. 6. maxime quando litteræ Apoſtolicæ apparent corroſæ, & mutatæ in ſubſtantialibus, vel alias ſuſpectæ, & ibi apoſtilla plena in ver. ſuſpicio, dat concord.

12 Extende maxime, quia poteſt carcerari is qui litteras Apoſtolicas vitiatas exhibet, & inſtat illas obſeruari, & exequi Alex.d.conſ.205.num. 4. ver.ex quibus. lib. 6.

13 Extende, quia is, apud quem res furto ſubtracta reperitur, poteſt carcerari, & contra eum procedi, donec doceat à quo habuit. Alexan. d. conſ.205.num.5. verſ. ad confirmationem. lib. 6. vbi apoſtilla in ver. reperitur, citat Alex. conſil. 50.num.8.lib.1.

14 Extende, quia etiam exemptus, & Clericus de crimine falſi circa litteras Apoſtolicas ſuſpectus poteſt capi a iudice ſeculari, & incompetenti, ne aufugiat, ſed conſignetur ſuo iudici. Alexand. conſ.205. in fin. num.7. verſ. quinimo. lib.6. vbi apoſtilla in ver. capere, dat concordantes plures.

15 Contrarium, quod imo ſecularis non poſſit capere Clericum delinquentem, etiam, vt ſuo iudici conſignet, tenent Franc. Areti.conſ.95. Ripa lib. 1. reſponſo 13. quos citat apoſtilla ad Alex. d.conſ.205. in fin.lib.6. in ver. capere, & eos reprobat.

16 Declara, quia imo etiam in ſimplici ſuſpecto Clerico delinquente, ne aufugiat, quod iudex ſecularis poſſit illum capere, vt conſignet ſuo iudici Eccleſiaſtico, tenet Hoſtien. Bart. Bald. & alij, quos citat Alexand. dicto conſilio 205. in fin. libro 6.

17 Amplia, quia poteſt iudex pro capiendo delinquente, qui aliter capi non poteſt ponere edictum & dare præmium capienti.Iul.Clar.d.quæſt.29.in §.fin. num.6. ver. ſed quid ſi delinquens, vbi dicit * communem.

18 Amplia, quia quicunque ceperit malefactorem etiam ſine iudicis decreto, & conſignauerit iudici, debet conſequi à fiſco, quicquid expendidit in * capiendo, communem * dicit Clar.d.§.fin.quæſt. 29.num.7. ver. vnum tamen.

19 Amplia, quia reus citatus ad perſonaliter comparendum infra tres dies poteſt capi pendente dilatione.Iul.Clar.in §.fi.quæſt.31.in fin.

Captura perſonæ in ciuilibus quando licita, vel non. Concluſio. LXX.

1 IN ciuilibus captura hominis ita demum eſt licita de iure communi, ſi fiat prius excuſſio bonorum. gloſ. in rubr. ff. de ceſſio. bonor. & in l.3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tutor. licet alias per ſtatuta Ciuitatum ſoleat prouideri, & fieri poſſit, vt not. in l.1. C. qui bon. cede. poſſ. Bald. in l.alia. §.eleganter. ff. ſolut. matr. Franch. in cap. ſi Clericos, de ſent. excom. in 6.

2 Quia regula eſt, quod homo liber pro credito non capitur.Oldrad.conſ.54.

3 Et quod non poſſit quis capi pro debito priuato, niſi lata ſententia ſuper credito, & quando non extant bona ſufficientia. Caſtrenſ. conſilio 473. In cauſa capturæ. columna prima. verſ. ſed capere. libro primo. Angel. Aretin. conſilio 8. Quoad primum. numero 4. & ſequen. ver. venio ad ſecundum.

4 Extende, quia non conceditur captura perſonæ, niſi contra contumacem de iure Ciuili, & pro debito ciuili. Bald. conſ. 285. Quia non eſt opus. num. 7. lib. 1. vbi, quod niſi in cauſa iudicati conceditur, vt ſoluat, neque, vt ſatisfaciat, niſi ſit contumax.

5 Extende, quia de iure communi, vt poſsit quis capi pro debito priuato, debet prius moneri, & citari cum comminatione, quod alias relaxabitur captura. Caſtrenſ. conſilio 473. col. prima.libro primo, vbi ſecus dicit quando ſit pro ſuſpecto.

6 Imo plus dicit Abb. conſ.42.in princip. iuncto fin. verſ.ad contrarium. lib.2. quod de iure communi non poteſt debitor pro ciuili debito carcerari, vt minus grauetur, quia primo ad mobilia poſtea ſtabilia, poſtea ad iura, & vltimo ad perſonam, maxime quando ceſſat contumacia. gloſ. & Bartol. in l.3. §.tutores. ff.de ſuſp. tutor.

7 Extende, quia non conceditur, niſi in cauſam indicati de iure communi, & ſemper quod carceratus dat fideiuſſorem idoneum in cauſa ciuili, debet relaxari, etiam ſi offerat proprium filium, dummodo ſit idoneus. Bald. conſilio 90. libro quinto.

Vide. Creditor poteſt exequi facere contra debitorem duobus modis. Concluſ. 1063.

8 Declara, quia de iure communi lata ſententia condemnatoria, & lapſo quadrimeſtri, quod dabatur condemnato ad ſoluendum, ſi non ſoluat, poteſt carcerari ſic condemnatus. Caſtillio.conſilio 29. in princip. num.2. & ſequen. & talis non dicitur carceratus ad cuſtodiam, ſed ad pœnam, quia non eſt relaxandus, niſi ſoluat, ibi num. 24.col.fin.

Vide plene. Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili. Concluſ. 80.

Vide. Debitor quando poſsit carcerari, vel non. Concluſ. 48.

9 Amplia, quia captura pro debito ciuili non poteſt fieri in domo propria, & quando ſecus.

Vide. Domus eſt refugium, ne quis in ea capi poſsit, & quando ſecus. Concluſ.620.

10 Limita ſtante ſtatuto, quod creditor poſsit capi facere ſuum debitorem, prout Florentiæ, quia captura permittitur. Alexand. conſilio 90. Viſo inſtrumento. numero octauo. verſ. iſtis ergo. libro 3.

11 Declara, ſeu reſtringe, quando debitum non eſt liquidum, quia non poteſt concedi captura pro debito non liquido. Alexand. conſilio 90. numero octauo. ver. iſtis ergo. libro tertio, vbi apoſtilla in ver. liquidum. Alexand. conſilio 115. in fin.lib. 7.

12 Extende, vt procedat etiam, si debitor fecit depositum conditionale, quia non relevat deponentem, quando debuit esse purum. l. si oleum. ff. de dolo.

13 Extende etiam, si res debitoris essent sequestratæ, quia non propterea impeditur exequutio personalis. Bald. in l. quod legati. C. vt in possess. legat. Corne. cons. 108. col. fin. lib. 4. Deci. cons. 460. num. 9. & cons. 652. col. 2.

14 Extende in statuto Senarum prohibente capturam personę pro debito ciuili, excepto debito ratione instrumenti, quia poterit capi nullo habito respectu ad ordinem, an possit in bonis mobilibus, vel stabilibus satisfieri, vel non. ita Abb. cons. 42. col. 2. ver. ex secundo. lib. 2.

15 Restringe, quia ad instantiam hæredis, vel cessionarij non habet locum, nisi prius constet, quod sit talis. Alexand. cons. 115. in fin. lib. 7. & ibi apostilla in ver. cessionarij, dat concord. Alex. cons. 188. lib. 2.

16 Limita, quia, quando potest pro debito capi persona, fit captura etiam, quod fit facta exequutio in bonis. Bart. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando Iudex. column. fin. & Ang. Aretin. cons. 8. Quoad primum. num. 8. & seq. ver. sed tamen ijs non obstant. vbi loquitur stante statuto Mutinæ.

17 Extende etiam in casu conuerso, si facta est exequutio in persona, possum obtinere, quod postea etiam fiat in bonis, quia non soluendo possum prosequi vlteriorem capturam, dummodo non faciam simul, & semel, sed ordine successiuo. Alex. cons. 130. In causa. num. 15. vers. facit in simili. lib. 4. vbi apostill. in ver. ista duo, dat concord.

18 Restringe, quia de iure communi regulariter exequutio personalis non fit in ciuilibus, nisi in subsidium, ideo si facta est exequutio realis, debet finiri, & non deuenitur ante ad personalem. Angel. Aretin. d. consil. 8. num. 4. & sequen. ver. venio ad secundum.

19 Limita, quia potest debitor pro debito ciuili capi, etiam si possideat bona sufficientia pro debito, & illa offerat creditori, quando debitor se obligauit realiter, & personaliter, quia talis conuentio valet. Abb. cons. 42. In quæst. Domini Placidi, in princ. ver. sed ijs non obstantibus. libro 2. vbi quando possit debitor renunciare cessioni bonorum.

20 Extende, quia habet locum contra hæredem citatum, docto quod sit talis.

Vide. Statutum circa capturam debitoris. Concluſ. 479.

21 Sic pactum de ingrediendo propria authoritate, quod valet, non exercetur contra tertium possessorem, neq; à cessionario, nisi docto de cessione citata parte, & quod habeat tertius causam ab eo, plene Alex. cons. 96. Visis narratis. n. 3. & 4. lib. 4. nisi esset notorium, quod haberet causam ab eo, qui fecit pactum, & ibi apostill. in ver. tertium, dat concord.

Captura suspecti ex quibus valida, vel non. Conclusio. LXXI.

1 CAPTVRA facta ad instantiam eius, qui habet mandatum ad compellendum debitorem, licet non habeat mandatum ad exigendum valet, maxime quando creditor ratificauit. Ang. cons. 255. Laudum fuit latum.

2 Quæ tamen requirantur vt captura dicatur legitima, vel vt iustificetur, vide Alex. cons. 19. lib. 3. Cuman. cons. 157. Castr. cons. penul. & fin. lib. 1. Rom. cons. 320. Hæc istorum. n. 3. Bald. plene cons. 318. & plenius 338. lib. 4. plura Deci. cons. 75. Pro tenui, per totum. Salycet. & Ias. post alios in l. cum apertissimi. C. de indi. Caccialup. de debit. suspect. de fug. quæst. 6.

3 Amplia, quia valet captura suspecti de fuga commissa, licet non probetur, productum, & visum instrumentum debiti, quia sufficit, quod Iudex dicat, viso instrumento. Castren. cons. 19. Supradictæ exceptiones, in princ. lib. 1.

4 Amplia, quia captura concessa contra debitorem habet locum, & fieri potest contra hæredem debitoris, docto quod sit hæres. Bald. consilio 374. Quæritur vtrum captura. vol. 5.

5 Vide. Hæredes censentur nominati in omni dispositione. Concluſ. 75.

6 Vide. Statutum circa capturam debitoris. Concluſ. 479.

7 Amplia, quia si quis fuit tactus ad instantiam Titij, & sociorum, postea in vim tactus fuit captus ad instantiam Titij, censetur repetita qualitas, & sociorum, vt valeat captura, quia actus factus in exequutione alterius habet easdem qualitates, de quibus in primo actu, de cuius exequutione agitur. Alex. cons. 156. per totum. lib. 6. Mandell. cons. 473. num. 20.

8 Amplia, quia imo captura commissa, non viso instrumento debiti, neq; producto, valet, quando re vera post capturam constat de debito per instrumentum. Castr. d. cons. 19. per totum. lib. 1. vbi, quod captura fit ad effectum, vt sequuta iustificatione confirmetur, alias reuocetur, & quod ita est stylus, & practica, quam dicit multos ignorare.

9 Amplia, quia iudex ordinarius potest committere capturam, si sibi videatur contra aliquem absque alia instificatione. Castr. d. cons. 19. nu. 2. in fin. ver. ad prædicta benefacit. lib. 2.

10 Declara, dummodo summarie constet de debito, vel fit facta liquidatio debiti, alias non, quia sicuti non posset committi exequutio realis, ita neque personalis. Cuman. cons. 157. In causa Benedicti, in princ.

11 Amplia, quia tactus, vel captura pro summa, de qua in scripta priuata, valet, nec infirmatur prætextu, quod postea dd. sex mercantiæ declarauerint captum remanere debitorem in minori summa, quia attenditur tempus capturæ, quia sicuti ex nouis non potest iustificari, ita ex nouis & euentu superuenienti non infirmatur. l. 1. §. hæc verba. ff. ne ius fiat ei. l. Seiæ egressæ, & l. tutor petitus. ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs, & generaliter actus superueniens non debet infirmare actum qui iam effectum sortitus est. l. nec enim. ff. de itin. actuque priuato.

12 Amplia, quia captura non valet, si semiplena probatio est facta, imo etiam per solum iuramentum, dummodo debitum, & causa postea plene probetur. Castr. cons. 31. Clarum videtur, in prin. lib. 1. vbi reprobat Angelum in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. volentem, quod talis probatio requiratur, quæ sufficeret ad condemnandum.

dum, si parte præsente esset facta, item reprobat Bart. volentem, quod requiratur probatio per instrumentum. Castr. cons. 474. col. 2. quod est fin. lib. 1. ver. ex ijs sequitur, vbi, quod ita seruat totus mundus.

13 Vide tamen Cuman. cons. 157. In causa Benedicti, vbi n. 2. quod non valet captura commissa non liquidato credito, quia in casibus, in quibus non valeret exequutio realis, ita neque captura personæ, nisi constet de credito.

14 Vide Castrens. d. cons. 474. col. 2. ver. præterea non plus potest. lib. 1. vbi, quod duo debent iurare super fuga, & super debito suo postea liquidando vide eum, vbi declarat Bald. in hoc.

15 Amplia, quia captura, licet indebito modo facta, & nulliter, si constat de debito per confessionem capti, vel aliter, debet confirmari, & nõ reuocari. Castr. cons. 473. lib. 1. In causa capturæ, in fin. Nam confessio habet paratam exequutionem tanquam notorium iuris. l. si debitori, de iud. c. fin. de cohabit. Cler. & mulierum, text. in l. fi. §. fi. ff. quod met. causa. Ancharan. cons. 277. ver. venio ad tertium. n. 14. quod dupplicatur 439. n. 16. & seq. Deci. cons. 449. nu. 19. Cravet. cons. 46. n. 7. vbi plurimos allegat, & cons. 65. & cons. 140. & cons. 189. Curt. Iun. cons. 127. Barba. cons. 86. lib. 3. Iaf. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. col. 3. in princ. ff. de re iudi. & Ruin. cons. 152. In causa vertente. lib. 4. nu. 6. Negus. de pignor. in 2. membro 3. partis princ. Gozad. cons. 21. & quod si ex defectu citationis est nulla, & constat de debito, & esset de nouo facienda possit confirmari.

Vide. Fuga suspectus captus non allegat incompetentiam iudicis, & quando secus. Concl. 523.

16 Contrarium tenet Bal. cons. 318. Ista captura. lib. 4. & cons. 338. In causa incarcerati. eod. lib. 4. Castr. cons. 31. lib. 1. vbi, quod est sententia interloquutoria, quæ ex nouis non potest iustificari. Ant de But. in c. super hoc, de renunciat. Alex. cons. 241. Perspectis. lib. 6. & idem sentit cons. 90. lib. 5, vbi, quod in fisco non requiritur ordo, si constat de debito, secus videtur velle in alio, & ex forma statuti Florentię, de præcept. guarentig. ad fin. lib. 2. ver. & omnis captura facta, vbi, quod captus ordine non seruato debet statim relaxari. Deci. cons. 75. Pro tenui. col. 1. ver. tertio quia, vbi plurimos allegat, quod si est nulla, debet relaxari. Paris. de Put. tract. syndica. fol. 27. ver. captus, & quod captura nulliter facta non sit confirmanda. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 56. ff. de acquir. possess. vbi plures allegat Alex. in l. si finita, in princ. n. 6. cum seq. ff. de damno infect. Gozad. cons. 93. nu. 16. Alex. cons. 159. lib. 2. dicit* communem, quando actus est nullus ex parte iudicis. Anchar. cons. 292. Videtur primo.

17 Declarat Cravett. d. cons. 46. num. 7. quod si liquido ex actis constat de debito, & quod de nouo esset facienda captura subsisteret, secus si non constat liquido, & ex actis.

Vide. Facta de facto etiam sunt reuocanda de facto, & quando secus. Conclus. 11.

18 Declara, quia si tactus, vel captura est nulla defectu formæ, vt quia non est facta iustificatio in territorio statuti, confirmari non potest quantumcunque adsit iustitia. Rom. cons. 241. sequitur Rip. cons. 13. num. 24. in pri. Roman. cons. 118. Circa articulum. late Soci. in l. plerique. ff. de in ius vocan. si vero est nulla ex alijs, quam ex defectu formæ, vt quia non fit ab initio facta fides de debito, vel omissa citatio, quæ essent necessaria ad capturam, vt per Bald. in l. si quis curialis. C. de Epis. & Cler. tunc potest confirmari facta iustificatione, ita loquitur Castren. author contrariæ opinionis, & ampliationis. d. cons. 373. lib. 1. & ita eum loqui dicit Negus. de pignor. in 2. membro 3. partis princ.

19 Limita, quia captura suspecti est nulla, si post capturam non iustificetur plene debitum, ac suspicio. Castrens. consilio 31. Clarum videtur. libro primo, & quod debeant omnino iustificari omnia requisita ad capturam, postquam facta est. Castr. cons. fin. lib. 1. Alex. cons. 19. Viso processu. lib. 3. Deci. consil. 75. colum. fin. Ias. in l. cum apertissimi. C. de iudi. & quæ sint necessaria. vide relatiue supra in princ. & quod captura nulla si iustificetur valeat, alias non, Castrens. cons. 473. in fin. lib. 1.

20 Extende idem, quando debitum probaretur conditionale, & non purum, quia captura esset nulla. Castrens. d. cons. 31. col. 1. Rom. cons. 421. Hic Matthæus, per totum.

21 Extende, quia captura commissa contra tutorem hæredum cum beneficio legis, & inuentarij est nulla, quando debitum probatur ex inuentario, quatenus hæreditas sit soluendo, quia debet probari, quod sit soluendo, alias non est debitum, neque præsumitur soluendo. Castr. d. cons. 31. colum. 1. in fin. ver. item censetur positum. libro 1.

22 Extende, quia captura commissa contra tutorem pro bonis mobilibus in inuentario descriptis est nulla, si non est probata deterioratio culpa tutoris, quia si extant, sunt bona pupilli, si non extant, vel sunt deteriorata, id debet probari. Castrens. d. cons. 31. columna 2. ver. circa secundum. lib. 1.

23 Extende, quia captura tutoris suspecti propter fructus perceptos est nulla, si non iustificatur perceptio fructuum. Castr. d. cons. 31. n. 2. ver. quantum ad tertium. lib. 1.

24 Limita, quia Florentiæ nemo potest capi vigore licentiæ generalis, nisi prius fuerit facta notificatio debitori semel personaliter, vel bis domi, cum cedula, & requisitione vulgari, & intelligibili, vt in lege municipali edita 14. Maij 1532.

25 Extende, quia etiam facta notificatione si statim, vel ex modico internallo horæ debitor fuit captus, captura est nulla, ac si facta non fuisset notificatio, quæ quidem requiritur, nedum ad effectum scientiæ, sed ad effectum, vt præparet se ad soluendum, vel defendendum, alias lex esset eluforia, ad quod facit text. in l. si putator. ff. ad leg. Aquil.

26 Limita, quia capi non potest tutor, neq; alius propter bona immobilia, quæ tenentur restituere. Castrens. cons. 31. numero 2. vers. præterea. posito. lib. 1.

27 Limita, quia si iudex monet partes ad certam diem pro licentia generali petita, & pendente tali dilatione concessit licentiam, talis licentia, & captura dicitur nulla. l. siue pars. C. de dilatio. faciunt dicta per Vital. in tract. clausul. in ver. nihil nouari relatione pendente, & ideo debet reuocari. Bald. cons. 318. Ista captura. colum. 1. in fin. lib. 4.

28 Limita, quia captura eſt nulla, licet conſtet de credito, quando poſt eam non probatur ſuſpicio fugæ, quę ſuſpicio oritur ex paupertate, quando non habet tot mobilia, quæ ſufficiant ad debitum. Caſtren. d.conſ.311.num.3.ver.ſecundo principaliter.lib.1.

29 Extende, quia non probatur ſuſpicio, licet probetur obligatio bonorum poſt hypothecam creditoris, ſecus ſi creditor eſſet ſine hypotheca, quia obligatio bonorum à debitore facta reddit eum ſuſpectum. Caſtren.conſ.311.num.3.ver.ſolum autem allegat.lib.1.

30 Extende, quia non probatur ſuſpicio, licet debitor alienauerit bona hypothecata, quia poteſt agere creditor contra bona, & captura eſt ſubſidiaria. Caſtr.d.conſ.311.nu.4.lib.1.

31 Extende, quia nodum requiritur cauſa, videlicet paupertas, ſed quod ſuperuenerit poſt debitum contractum, alias cauſa, quæ inerat tempore obligationis, non eſt ſufficiens. Caſtren.d.conſ.311. in fi. ver.nec etiam obſtat.lib.1.

32 Reſtringe, quia obligatio bonorum facta à debitore reddit eum ſuſpectum, quando creditores non habent anteriorem hypothecam in eiſdem bonis. Caſtr.d.conſ.311.n.3.ver.nec obſtat lex 2.lib.1.

33 Reſtringe, quia ſi alienauit, vel diſſipauit debitor bona mobilia, etiam quod creditor habeat hypothecam, poteſt illum capi facere. Caſtr. d.conſ. 311.n.3.in fi.ver.tunc ergo locus.lib.1.vbi n.4.idem tenet ſi alienauit immobilia, quando creditor eſt chyrographarius, ſecus ſi hypothecarius tantum.

34 Limita, quia captus nulliter debet ante omnia relaxari, nec poteſt recommendari ad inſtantiam eiuſdem, vel alterius. Bar.in q.6.incip.Lapus. Anchar.conſ.292.n.4.& 5.Pariſ.conſ.101.nu.7.lib.3. vbi citat plures. Boſſ.tit.de capt.nu.9.& 92.

35 Extende in tantum verum eſſe, vt non ſufficiat eum dimittere non libere, vt iterum capiatur. Bart.in l.1.§.omnia.ff.de acquir.rer.domin.

36 Extende etiam ſi captura, vel tactus ſit pro credito, partim vero, partim autem falſo, ſeu non vero, quia in totum redditur nulla. Caccialup. in tract. de debit.fugit.q.6.in fi.nu.29.vbi dicit procedere propter indiuiduitatem decreti. Rom.conſ.450.in fi.& conſ.454.n.12.per Doct.in l.ſi non ſortem.§.centum.ff.de cond.indebi. l.cum amplius. ff. de reg. iur. vbi Deci. & Cagnol. Affict. deciſ.178. num.8.& 218. num.2. & 4. Ruin. conſ. 136. num. 5. libro 1. qui loquitur in dote. Pariſ.conſ.82.n.36.lib.2.

37 Contra extenſionem tenent Socin. conſil. 113. libro tertio. Pariſ. conſilio 99. libro tertio. Affict. deciſ. 218. numero 2. vbi, quod ſubſtinetur pro credito vero pro concurrenti quantitate, & hanc partem ſeruat Curia Mercatorum Florentiæ propter æquitatem, licet curia d. poteſtatis ſeruet contrarium.

Vide. Fuga ſuſpectus quando poſſit carcerari, vel non. Concl. 522. vbi plenius.

Captus in alieno territorio quando reſtituendus, vel non, Concluſ. LXXII.

1 HOMICIDA, vel alius delinquens ſi fugiat ad alienum territorium, & ibi de facto capiatur per exequutores domini, vel officialis territorij, in quo delictum fecit, debet tanquam ſpoliatus ſua libertate reſtitui. Bald. conſ. 209. Quidam ſubditus. lib. 2. per totum, vbi, quod ſicuti citatio verbalis in alieno territorio non fit, ita nec captura. Caſtrenſ. conſil. 309. De iure communi, per totum. libro 2. & conſilio 315. Præſuppoſita. libro 2. plenius Bart. in quæſtione 6. Lapus ver. ſolutio, in princ. ver. aut enim prima captura.

Vide. Spoliatus à Iudice quando reſtituendus. Concluſ. 387. num. 28. & ſeq.

2 Extende, quia captura facta per vnum officialem in territorio alieno, etiam ſub eodem Principe eſt nulla. Bald. conſ. 340. Si pater filio, in fin. ver. ſed nunquid. libro 5. & quod debeat talis nulliter captus relaxari. Bald. & Caſtr. in l. requirendi. num. 2. C. de ſeruis fugit. Felin. in cap. fin. num. 8. de foro compet. Alexand. in l. final. colum. penult. ff. de iurisd. omn. iud. Caſtrenſ. in l. hæres abſens. §. 1. num. 7. ff. de iudi. Salycet. in l. 2. num. 5. C. de exhib. reis.

3 Extende etiam, quando captura fieret forte incontinenti inſequendo malefactorem, quia magis communis * opinio eſt, quod non poſſit fieri captura in alieno territorio, Bald. Flor. & Ang. in l. ſicut. §. ancto. ff. ſi ſerui. vendic. Cæpol. in l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem Cællius. ff. de ædili. edicto. Socin. in tract. de citatio. fol. 20. Igneus in l. 1. in princip. num. 8. ff. ad Syllania. Alexand. conſil. 24. Animaduerſis. num. 28. & ſequen. vbi * apoſtilla in ver. alieno. libro 2. & de * communi atteſtatur Iul. Clar. in §. fin. quæſtione 29. in fin. vbi allegat Barbat. conſil. 26. libro 1. atteſtantem de * communi, & alios, & plenius idem Clar. quæſt. 30. num. 19. vbi idem, & quod hæc opinio eſt verior, & magis * communis.

4 Contrarium tamen in contingentia facti fuiſſe ſeruatum ait idem Iul. Clar. d. quæſt. 29. in fin, vbi allegat Parid. de Puteo tract. de ſyndicatu, in eo, qui Peruſij deliquit, & inſequutus vſque Florentiam fuit captus.

5 Reſtringe, quia in eodem territorio, & ſubiecto eidem iuriſdictioni, poteſt is qui inuentus eſt in delicto, puta in domo, etiam puniri, ſi fugiat, & inſequi extra domum, dummodo in territorio eiuſdem domini, plene Alex. d. conſ. 24. num. 28. & ſeq, quia inſpicitur initium, vbi dat multa exempla, quæ videas.

6 Amplia, quia captus in exequutione conſtitutionis Domini non ſeruata forma conſtitutionis dicitur ſpoliatus, & nulliter captus, ideo debet reſtitui priſtinæ libertati. Caſtr. conſ. 309. li. 2. vbi, quod priſtina libertas requirit, quod extra territorium tutus dimittatur, & plenius conſil. 305. Præſuppoſita. lib. 2.

7 Extende in tantum, quod etiam ſi talis delinquens nulliter captus conſignaretur iudici loci delicti, & confiteretur delictum, non poſſet puniri, ſed debet prius reſtitui priſtinę libertati, videlicet, taliter relaxari extra territorium, quod ſit tutus, ratio eſt, quia ſpoliato non obſtat exceptio proprietatis, prout confeſsio delicti, vel probatio, quæ eſt loco proprietatis, ita Caſtrenſ. conſ. 315. lib. 2. in fin.

8 Declara, quia etiam repreſaleę in alieno territorio non poſſunt exequi, niſi eſſet expreſſe dictum in repreſaleis, imo neq. ad litteras conceden

tis

tis eas teneatur alius Iudex exequi, quia nullus pro alio bellum gerere tenetur, nisi esset Ciuitas supposita, vel confœderata, quę obligaretur ad hoc.Bart.tract.repręsal.q. 8. ver. ad tertium, & ver.ad quartum.

9 Amplia,quia stãtę statuto(prout Paduæ) quod capiens malefactorem, & configuans officiali lucretur tale prȩmium,& alio stautto quod in territorio alieno capiens puniatur,si quis persequendo bannituum in territorio Paduę cepit etiam in territorio Veronæ, & conduxit Paduam non debet habere prȩmium,sed puniri ex secundo statuto propter excessum. Alexan.cons.24.Animaduersis,nu. 5. ver. vltimonon videtur,lib.2.& apostil. ibi in ver. Oldrad.citat.Alberic.in 4.parte statut. q.78.

Vide. Delinquens in vno territorio an sit tutus in alio territorio,vel non.Conclus.183.

Vide.Delinquens in vno loco non potest puniri in alio loco pro eodem delicto.Conclus.182.

Vide.Continuatio actus,vel delicti multa operatur.Conclus.178.

Captura nulla est ex multis. Conclusio. LXXIII.

Ratione loci. 1 NVLLA est captura facta in Ecclesia, vel continentijs Ecclesię per triginta passus. Vide Ecclesia tuetur immunes confugientes ad eam à potestate seculari.Conclusio.10.

Formr. 2 Extende etiam, si facta sit vigore instrumenti gabellabilis non soluta gabella.Vide. Gabella nõ soluta quando annullantur acta.Conclusio.9.

Mãdati 3 Extende, quia captura facta ad instantiam Procuratoris non habentis speciale mandatum prout requiritur est nulla.

Vide.Mandatum speciale requiritur multis casibus.Conclusio.52.

Debiti. 4 Extende in captura pro debito ciuili non liquidato prius debito,quia est nulla,etiam si sit de fuga suspectus, quantum sit de iure communi, nisi alias sit prouisum per statuta, vel de consuetudine.

Vide.Fuga suspectus quando nulliter captus dicatur,& sit relaxandus.Conclusio.524.

5 Extende idem pro debito conditionali ante conditionem.Castrens.cons.231.Visis actis,lib.1.

ordinis 6 Extende,quia nulla redditur captura facta inordinato modo.Bald.cons.318.Ista captura, libr. 4. in princ.

Nonim pleméti 7 Extende, quando captura est relaxata ex contractu vltro,citroq.obligatorio,& obtinẽs capturam non impleuit ex parte sua.Roman.cons.421. Hic Matthęus.

8 Extende,quia captura, & tactus est nulla pro credito, quod creditor tenetur inuestire quando non dedit primo cautionem,quia debitor non tenetur ante,per tex.in l.si Insulam.§.fin. vbi Castr. ff.loca.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.

Nullitatis. 9 Extende,quia facto tacto,seu captura verbali, si tactus deponat pretium,& dicat de nullitate potest Iudex nullitatis inhibere tactum personę, licet non exequutionem depositi, & facta inhibitione nulla esset captura.Castrens.in l. 4. §. condemnatum.ff.de re iudi.quicquid dicat Deci.cons. 73. Per totum quia procederet sine inhibitione.

10 Extende,quia nulla est captura facta extra territorium in territorio alieno,etiam sub eodem Principe.Bald.cons.340. Si pater filio,in fi. lib. 5° vide supra.Captus in alieno territorio, an restituendus.Conclusio.proxima præcedente. Loci.

11 Extende,quia captura ex causis non veris concessa annullari debet.Bald.cons.318.Ista captura, lib.4.Caccialup.de debit.suspe. quęst.6. princip. anmer.29. Causarum.

12 Extende ratione personæ debitoris prout doctor qui non potest pro debito ciuili personaliter capi.l.Medicos.C.de profess.& medi. lib. 10. vbi Bar.& Bal. Personæ.

13 Amplia,quia captura facta in exequutione sententiæ est nulla multis casibus, vt infra proxime.

14 Nam captura commissa pro debitis,quorum dies lapsus est,non comprehendit debitores,quibus per Iudicem fuit assignatus terminus, quia debet intelligi de debitoribus obligatis ad certam diem,non de debitoribus obligatis sine die, sed dies fuit ad soluendum iuncta post obligationem.Castrens.subtiliter cons.322.Visis actis in princ.libr.1. vbi quod captura dicitur sine licentia.

15 Extende,quando licentia capiendi est sine causa,quia non valet, ex quo reus non potest se tueri,neque docere de iure suo.Castrens.d.cons.322. nu.2.ver.secundo non.profuit,lib.1.

16 Extende,quando cęptum est à captura in re prę iudiciali,& requirente causę cognitionem.Castr. d.cons.322.n.2.ver.secundo fuit nullum, lib.1.

17 Extende, quando captura fit ad litteras alterius Iudicis, qui scribit super exequutione sententię alienę, vel prȩcepti alieni. Castrens. cons. 322.num.3.lib.1.

18 Extende,quia dicitur nulla,quando fit prępostę ratio ordinis circa formam, veluti si brachium secu lare inuocetur ab Auditore Camerę, postquã fuerit facta excommunicatio,quia ante excommunicationem captura est nulla.Castrens. dict. cons. 322. col. fin. ver. item prędicta sententia per totum.lib.1.

Captura nulla qualiter conualidetur . Conclusio. LXXIV.

1 CAPTVRA nulla conualidatur si captus simpliciter præstat fideiussorem de iudicio sisti,& iudicatum soluendo,non addito si captura valeat,neque citra approbationem capturę.Bart. in sua disputatione sexta,incip.Lapus captus.col. penul.sequitur Socin.cons.99.num.3.lib.4.& clarius,cons.113.circa med.libr.3. vbi quod pluries obtinuit in Ciuitate Pisana,vbi respõdet ad Caccialup.tenentem contrarium, & dicit non recedendum esse a Bar.in iudicando.facit l.fi.§.fin.ff. quod met causa. Roman.cons.9. Afflict.decis.336. in fin.Marsil. in l. si quis nec quæstio. ff. de quæstio.num.38.

2 Extende etiam,si captura esset nulla, tanquam facta in Ecclesia,quia captus prestans cautionem simpliciter de stando iuri, & iudicatum soluendo censetur capturam nullam approbare. Socin. d. cons.99.num.7.lib.4.

3 Contrarium Caccialup. in tract. de debi.suspe. cap.15.

Digitized by Google

cap.15.vbi dixit opinionem Bart.duram eſſe, & apud eum dubiam, pro quo Bald.in addit. Specul.tit.de reo carcerato.§.1.Bero.conſ.9.lib.3.

4 Declara, quia in ijs, in quibus conſenſus partium poteſt operari,procedit prima opinio;in ijs vero,in quibus non poteſt operari,procedit opinio Caccialupi.ideo ſi pro apocha,vel inſtrumento gabellabili fiat captura non ſoluta gabella, quia lex actum annullat,& capturam, & non eſt in poteſtate partis, nec conualidatur,licet præſtita ſit fideiuſsio ſimpliciter.

Vide. Gabella non ſoluta quando annullantur acta,vel non.Concluſ.9.

5 Declara melius,vt in ver. Ratificari an poſsit actus nullus,& quando. Concluſio.24.

6 Extende in eo,qui habet bollettinũ, ſeu ſaluum conductum,& differt oſtendere per illum diem, quia non obſtat,ſed valet captura.

Vide.Tactus perſonæ operatur multa, & qualiter audiatur, vel releuetur, Concluſ.14.

7 Contrarium, quod imo captus iniuſtè, qui poteſt agere actione iniuriarum,vel ſi paſſus ſit iniuſtam exequutionem, ſi præſtat fideiuſſorem, vel ſoluat non cenſeatur renunciare actioni iniuriarum.Bal.in addit.ad Specul.tit de reo carcerato. §.1. late Bero.conſ.9.lib.3.

Vide.Sententia quando dicatur approbata,vel non.Concluſ.188.

8 Extende,quia captura nulla ab initio ex ſuperuenienti iure poteſt confirmari. Deci. conſ. 449. n.17.& 18.cum ſeqq.Curti.Iuni. conſ. 65. & conſ. 127. & conſ. 140. & conſil.189.

Capto in iuſte quibus remedijs ſuccurratur. Concluſio. LXXV.

1 CAPTVS iniuſte poteſt agere actione iniuriarum contra capi facientem,l.ſi vero, §. de viro.ff.qui ſatiſd.cogan. l. ſi creditores in fin. ff.de priuil.credit.Alex.conſ.19.in fin.lib.3.

Vide. Iniuria etiam modica punibilis.Concluſio.157.Vbi habes, quod procedunt iſta,quando conſtat, quod animo iniuriandi iniuriam fecit, alias ſecus in dubio.

2 Et ideo,qui fecit aliquem capi iniuſte,dicitur ei intuliſſe iniuriam,l. pen. C. qui bonis cedere poſſ. & ſic puniri poteſt actione iniuriarum,l.fin. ff.de iniur. & imponitur etiam pœna,vt not.in l.nemo carcerem.C.de exactor.tribut.lib.10.

3 Et quod captura ſit ignominioſa,& infamet,& inferat magnum præiudicium, imo grauamen irreparabile.Bal.in l.ſi Clericus,col.2.C. de Epiſc. audien.Caſtren.in l.4.§.condemnatum, circa fin. vbi laſ.nu.31.ff.de re iudi,Alex. conſ. 17. colum. 3.lib.1.

4 Et mercatorem grauius iniuriat,qui in ſolo credito fundatur.Neuiz.conſ.52.nu.8.& ſeq. vbi plura cumulat.

5 Ampliа,vt procedat etiam in tacto, quia Florentiæ tactus perſonæ licet ſit captura verbalis, tamen afficitur perſona iniuria, ſicut ex captura, ita Caſtrenſ.in l.4.§.condemnatum.ff. de re iudi.

6 Contrarium tenet Deci.conſ.73.Præſtantiſſime, per totum,vbi reprobat Caſtr.quia non ita offenditur perſona ex tactu,ſicut ex captura,vide eum.

7 Amplia, quia carceratus detentus iniuſte poteſt recurrere ad Iudicem Eccleſiaſticum,qui conſtito ſibi de hoc poteſt præcipere Iudici ſeculari, vt ſub pœna excommunicationis relaxet,quia hoc pertinet ad officium Eccleſiaſtici. Hoſtien. Ioan. Andr.Imola,& alij in c.expoſita,de arbitr.Luc.de Penn. in l.nemo carcerem,col.penul.ver.illud autem nota.C.de exact.tribut.lib.10.

8 Amplia, quia captus iniuſte,ſequuta declaratione ſuper nullitate capturę conſequitur ſolidos viginti ſingulo die quo ſtetit captus,ab eo,qui fecit nulliter capere ex forma ſtatuti Florentiæ,ita diſponentis rubric. 42. de præcepto guarentig. lib.1.ver.& ſi appellauerit,& abſq. alia declaratione ſuper ſolidis viginti,competit via exequutiua ſtatim quod captura fuit declarata nulla, & poteſt capi perſonaliter is, qui nulliter detineri fecit.

9 In contrarium facit illa controuerſia Doctorum, quando verba legis,vel ſtatuti videantur importare canonem latę ſententiæ,& quando ſit neceſſaria ſententia condẽnatoria pœnæ incurſæ,vel ſufficiat declaratoria facti cõmiſſi,ex quo ſequitur pœna,& quãuis Bar.in l.eius qui.ff.de iure fiſci velit ſufficere declarationem facti.Felin.in c.Rodulfus. col.25.ver.ſed declaratoria ſententia,n.35.de reſcript.Tiraquel.in l.ſi vnquam,in ver.reuertatur, nu.398.C.de reuoc.donatio.Crauet. conſ. 239.n. 1.& 2.latè tamen videtur ſtatutum loqui,quod faciens detineri teneatur,quo caſu requiritur ſententia condemnatoria.Tiraquel.vbi ſupra, num. 39. & 244. & quia in dubio magis iudicandum eſt ſtatutum eſſe ferendę,quam latæ ſententię.Tiraquel. numer. 246. & 252. ſed vt verum fatear ſtatutum dat capturam, etiam per verba expreſſa.

10 Amplia,quia Iudex, qui tenetur relaxare carceratum data fideiuſsione,tenetur etiam datis pignoribus, & ſi non relaxaret,daretur actio iniuriarum contra Iudicem.Marſil.in praxi criminali ver.attingam.nu.11.

11 Amplia,quia debitor,qui fecit depoſitum in Curia mercantię contra ſuum creditorem, ſi poſt quam ſciuit depoſitum,faciat creditor eum capere,facit iniuſtè, & poteſt debitor agere actione iniuriarum.l.ſi creditor.ff.de iniur.

Capuæ Ciuitas,& eius ſtatuta, conſuetudines,& priuilegia.Concluſio. LXXVI.

1 CAPVAE Ciuitas erat ſub iuriſdictione D. Benedicti de Acciaiolis,& fuit capta à D. Nicolao Comite de Vrſinis.Angel.conſ.378. Dominus Raimundus.

Caput vnicum competit cuicunque corpori vero, vel miſtico. Concluſ.LXXVII

1 CAPVT vnicum ſicut vero corpori conuenit,alias eſt monſtrum, ita etiam corpori miſtico,vt Vniuerſitati,Collegio,Religioni, & ſimilibus,vt ſaltem debeant de neceſsitate ita diſponi;

ſponſi, vt ad vnum reducantur tanquam ad caput. Oldrad. conſ. 204. Incip. prima quæſtio. in princ. Oldrad. conſ. 94. col. 3. nu. 8. & 9. vbi quod ad regendam multitudinem vnum caput debet de neceſſitate conſtitui, poteſt tamen eſſe collegium ſine Prælato, vel capite. Oldrad. conſ. 128. num. 8. verſ. & ſi dicatur.

2 Et illud debet caput iudicari in corpore miſtico, cui excellentiora conueniunt. Oldr. conſ. 204. nu. 3. ver. ſecundo ex quo, vbi quod Abbas Cluniacen. eſt caput in Ordine Cluniacen. quia denominatur à toto, alij denominantur à partibus.

3 Amplia, quia propterea Regnũ non capit duos, ſed debet eſſe vnicus Rex, ſicuti vnicum caput corpori. Oldra. d. conſ. 94. n. 7. ver. ſed adhuc inſtatur. Anchar. conſ. 339. n. 3. Zabarell. conſ. 137. col. 1. in fi. ver. ordine genituræ. Abbas. conſ. 3. Nitar. nu. 3. & 4. lib. 2. vbi plurimas cauſas adducunt.

Vide. Rex quid ſit, quare vnus, & Primogenitus. Concluſ. 130.

Vide. Imperium qualiter ſit à Deo, & à populo. Concluſ. 31.

Vide. Beneficiati plures ad eundem titulum, & eandem Eccleſiam eſſe non poſſunt. Conclu. 68.

Caput præualet cæteris membris, Concluſio. LXXVIII.

1 CAPVT pręualet cæteris membris, ideo attenditur caput tanquam principale, non autem membra tanquam acceſſoria. Federi. de Sen. conſ. 151. n. 3. ver. itẽ cõſtat, & per totũ, vbi quod membra Monaſterij S. Galgani regulãtur ſecundum ipſum Monaſterium, quod eſt caput, & ideo ſi Monaſteriũ ſoluit deçimas, vel collectas, in certo loco, idem ſeruabunt membra, & concord. Gemin. conſ. 29. circa fin. ver. ſed quantum ad conſiderationem.

2 Amplia, quia ſi caput eſt ſepultum in vno loco, & reliquum corpus in alio, locus vbi eſt caput dicitur Religioſus dumtaxat, l. cum in diuerſis, ff. de Relig. & ſumpt. fun. Feder. conſ. 1. num. 3. ver. præterea dicit canon, & conſ. 151. nu. 3. ver. item quia lex dicit, & Anchar. conſ. 248. Ad prędicta, num. 14. & 15.

3 Amplia, quia quando agitur de re communi inter Capitulum, & Prælatum, quia Prælatus eſt caput, dicitur etiam ius potentius habere, quam Capitulum, quia caput eſt potentior, & nobilior pars corporis. Calderin. conſil. 243. circa fin. ver. naturaliter autem, alias. 21. de præben.

4 Amplia, quia ad iudicandum ſtatum Eccleſiæ attendimus caput, quia ſecundum caput eſt etiam reſiduum corporis. Gemin. conſ. 32. numer. 9. ver. probatur primo, vbi quod conceſſio principalis Capellæ Eccleſiæ inducit conceſſionem Eccleſię, quia eſt caput.

5 Amplia, quia citari poteſt perſona, cuius caput videtur, prout ſi exiſtat ad feneſtram. Bart. in extrauagant. ad reprimendum, in verb. citata, vbi quod hac ratione valet citatio contra Priores, & capita Collegij.

6 Extende, quia ſufficit citare caput Collegij, vel Vniuerſitatis. Guidopa. deciſ. 321. Bald. in c. 1. de militiæ vaſſall. qui contum.

7 Limita, quia Eccleſia vnita Monaſterio Sancti Georgij Caſtellanę Diœce. quę eſt in aliena Diœceſi, puta Tergeſtin. retinet ſua iura, & actiones actiuas, & paſſiuas, ideo tenetur ad procurationem, & alia onera, ad quæ erat obligata cum Clero Tergeſtin. non autem ſequitur in hoc caput, & Monaſterium, cui eſt vnita, ita pronunciauit Ricard. Malumbra. & Guido de Ferrarijs, vt refert Anchar. conſ. 348. nu. 15. qui propterea conſuluit pro iſta parte.

Vide. Procurationem ratione viſitationis quis ſoluere teneatur. Concluſ. 808.

Carcer quid ſit, & quod ſit mala manſio, Conclu. LXXIX.

1 CARCER alius eſt publicus, & licitus, vt quando eſt ad cuſtodiam, quando vero eſt ad pœnam, vt quia comminatur alicui. quod inde nunquam exibit, niſi ſoluat aliquid nõ debitum, dicitur illicitus, & infert iuſtum metum, & dicitur mala manſio, & corporis cruciatus. Caſtillio. conſil. 13. nu. 26.

2 Carcer eſt mala manſio. l. apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. Caſtillio. conſil. 29. n. 25.

3 Et captura, & carceratio, dicitur ſpecies ſeruitutis. l. 1. & 2. ff. de liber. homi. exhiben.

4 Declara ſecus eſſe, quando via iuris, & à Iudice fit carceratio, quia eſt res licita, ſed ſi fieret à priuato, eſſet ſpecies ſeruitutis. Alex. conſ. 133. Circa exequutionem, n. 9. ver. non obſtat. lib. 6.

5 Et ſemper dicitur carcer ad pœnam, quando ſic carceratur, vt inde non exeat, niſi ſoluat, & tunc ſi iuſte detinetur, & debet, carcer eſt licitus, & valet tunc contractus licite factus, ſecus ſi iniuſte detineatur. Caſtillio. d. conſ. 13. num. 26. & multis ſeqq. vbi n. 31. quod iuſtus eſt metus Iudicis pro iuſtitia, idem Caſtillio. conſ. 29. col. fi. numer. 23. ver. conſtat autem.

6 Et carceratio infert infamiam carcerato, & eſt actus omnino irreparabilis. Alexan. conſ. 17. Requiſitus, col. 3. lib. 1.

Vide in verſ. Capto iniuſte quibus remedijs ſuccurratur. Concluſ. 71.

7 Loco careeris poteſt Iudex reum conſignare Militibus, vt illum cuſtodiant in loco tuto extra carcerem, vel illi aſſignare domum, vel ciuitatem pro carcere, quando perſona hoc meretur, vel quando Iudex habet credulitatem innocentiæ, quod etiam placet Claro in §. fi. quæſt. 46. numer. 11. licet allegat argumentum contrarium tenenti, propter periculum, quod poteſt euenire contra officialem.

8 Diuturna carceratio prohibetur, quia aut carceratus meretur pœnam, & debet puniri, aut non meretur, & debet liberari. l. fi. C. de cuſto. reorum. Anchar. conſ. 253. In quęſtione Presbyteri, in fin. vbi loquitur in foro etiam Eccleſiaſtico.

9 Et ideo carceratus, qui diu ſtetit in carcere, ſi in aduentu noui officialis fiunt banninenta, quod compareant illi, ad quorum petitionem ſunt carcerati tales, vel alij, qui ſciant, & quorum interſit, & nullus compareat, poterunt impune relaxari. ita Bar. in l. ſi quis vxoris. §. ſi fugitiuus, in fi. ff. de fur. vbi dicit ſe pluries ita practicaſſe per illũ tex. ſequit. Areti. in trac. malefic. in ver. fama publica.

10 Regulariter tamen carcer ordinatus eſt ad cuſtodiam,

ſtodiam,non autem ad pœnam,haut damnũ. §. ſolent.ff.de pœn.

11 Et ideo locus ſanctus eſt,ſicuti muri Ciuitatis, vt per Cuman.conſ.106.Caſus talis, in fin.

12 Et ex ſola captura,vel poſitione in vinculis nõ infertur iniuria perſonalis, quia fit pro cuſtodia.

13 Declara eſſe verum principali intentione non eſſe ordinatum ad pœnam,tamen pœnam infert ſecundario,quia carceratus dicitur luere pœnam in corpore.Angel.in l.ſi quis,id quod,ff.de iuriſd. om.iudi.

14 Declara ſecundo, niſi carcer in ſe habeat aliquod accidens,vt in caſu de quo per Bar.in l.1.§. Diuus.ff.de quæſtio.

15 Declara niſi punitio delicti non expectaret aliã pœnã,quam carceris,quia tunc eſt ad pœnam, l.1. in fi.ff.de aleator.l.nemo. C.de exactor. libr. 10. Angel.ibi, & ſequitur Areti.de malefi.in ver.fama publica, in prin.

16 Et ad omnia prædicta de carcere,& carcerato, vide Bal.conſ.90.& conſ.91.lib.5.

17 Et regulariter carcerati non ſunt retinendi in vinculis,& compedibus,niſi qualitas perſonæ, & delicti aliud ſuaderet.Iul.Cla.in §.fi.q.46.in prin. vbi quod ita ſeruatur in Ducatu Mediolani.

18 Si tamen pro cuſtodia carcerati poſitus eſt in cõpedibus,vel retinetur ligatus, vel alio modo detinctus,quod infert pœnam,nõ excuſaretur cuſtos, ſi habilitaret carceratum,quia puniri deberet, l. ſi hominem.ff. depoſiti.

19 Et quod paria ſint retinere carceratum, vel vinctum in vinculis,quia ſemper ad cuſtodiam,& non ad pœnam detentus dicitur.apoſtill.ad Clar. q.70.ver.Clericis,vbi quod bene ſunt diuerſa habere in vinculis, habere in carcere.

20 Et quod carcer ſit locus ſanctus,patet,quia in eo non eſt attentandum aliquid,nam frangens carcerem etiam pro ſua liberatione punitur pœna capitis.Cuma.conſ.106.Caſus talis.

21 Item meretrix exiſtens in carcere non poteſt cognoſci carnaliter ob reuerẽtiã careeris licet extra impune poſſit cognoſci.Marſil.ſingul.150. acceſſus, imo cuſtos carceris punitur pœna capitis. Io.Fabri.Inſtit.de publ.iudi.§.item.lex.

22 Item bãnitus,qui poteſt impune offendi ex forma ſtatuti nõ poteſt offendi in carcere,quia carcerati ſunt ſub protectione Principis.Marſil.d.ſingul.150.Boer.deciſ.317.n.5.& ſeq.

Vide.Carceratorũ priuilegia multa.Concl.90.

23 Frangentes carcerem publicum puniuntur tanquam violatores loci ſancti.

Vide.Carcerati aufugientes qua pœna puniantur.Concluſio.88.

Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili,& qualiter procedat. Concluſio.LXXX.

1 CARCERARI nemo poteſt pro debito ciuili.Oldrad.conſ.54.Rom.conſ.120.circa primum,col.2.ver.tertio quia,& hoc ante diſcuſſionem,vbi apoſtilla in ver.Excuſſio,quę citat infinitos,& dicit communem.

2 Extẽde maxime in Clerico,quia carcerari nõ poteſt pro debito mere ciuili.Ant.de Bu.cõſ.41.in fi.

3 Extende,quia nemo poteſt carcerari pro debito ciuili, niſi alterum de duobus concurrat, vel quod ſit ſuſpectus de fuga,vel ceſſante ſuſpicione, niſi ſit debitor in contumacia conſtitutus,plene Rom.conſ.224.Iſta captura,n.3.ver.ſecundo principali,vbi apoſtil.in ver.cõſtitutus,quę dat cõcor.

4 Extende,quia imo etiam ſi dici poſſet in cõtumacia conſtitutus debitor,ſed nõ proprie,vt quia citatus ad exhibendum librum coram iudice, ipſum librum portauit,ſed non dimiſit, & portauit ſed non de die,& hora monitionis, adhuc enim cauſa iuſta deberet eum excuſare à contumacia, & pœna,quia etiam cauſa iniuſta excuſat. Roma. d.conſ.224.nu.3.ver.& ſi dicatur.

5 Extende, quia etiam ſi ſit conſtitutus debitor in contumacia in iudicio nullo,non poteſt carcerari,quia intelligitur de contumacia valida. Roman.d.conſ.224.n.4.ver.cæterum poſito.

6 Et quod regula ſit negatiua.Vide. Captura per ſonę in ciuilibus quando licita,vel non.Concl.76.

Vide. Debitor quando poſſit carcerari, vel non.Concluſio.48.

7 Extende, quia etiam pro cauſa criminali pecunia non poteſt capi,ſi vult fideiubere, etiam ſi in ſubſidium teneretur pœna corporali, plene Io. de Anan.conſ.21.Vbi caſus,& ibi Bologni.

8 Reſtringe,niſi facta excuſſione contra bona, ſi non eſt ſoluendo.Io.de Anan.conſ.21.n.6. Roma. d.conſ.120.col.2.ver.tertio quia,& ibi plene apoſtill.in ver.excuſſio.

9 Reſtringe,quia pro debito Fiſcali quis capi poteſt.l.ſacrilegij.§.fi.ff.ad l.Iul.pecul. qui loquitur in contumace.

10 Declara,quia licet poſſit capi pro debito ciuili pro Fiſco,quando eſt contumax; tamen non poteſt detineri in carceribus.Io.de Ana.cõſ.31.n.7.

11 Amplia,quia pro debito ciuili minor non poteſt carcerari.Roma.conſ.120.Circa primum, per totum,vbi apoſtil.in ver.pupillus,citat pro vtraque opinione, & dicit hanc * communem.

12 Extende,quia ſtante ſtatuto,quod hęres debitoris carceretur,ſicut poterat carcerari defunctus, non habet locum contra hęredem minorem, plura Roma.d.conſ.120.Per totum.

13 Amplia,maxime in muliere honeſta,quia nedũ non poteſt carcerari pro debito ciuili, ſed etiam iudex aliter faciens punitur pœna capitis, iuxta not.in l.1.C.de offi.diuerſ.iudi.& in authen.ſed nouo iure.C.de cuſto.reorum.Guidopa.deciſ.256.

Vide. Mulier habet multa priuilegia de iure communi.Concluſ.416.

14 Extende,vt procedat etiam ſi non adſint bona, in quibus creditor poteſt ſatisfieri.Guidopa.dict. deciſ.256.

15 Extende in Clerico,qui nõ poteſt carcerari pro debito ciuili,quia eſt miles cęleſtis militiæ, & nõ tenetur niſi in quantũ facere poteſt.glo.in l.miles. ff.de re iudi.Imol.in c.Odoardus de ſolutio.& ibi Abb.Io.Andr.in c.ſi Clericus,de ſent. excom.late Marſil. in praxi.ver.attingam.n.70.

16 Extende in Doctore,quia pro debito ciuili non poteſt carcerari.Bar.in l.Medicos.C.de profeſſ.& medi.

Vide.Doctorum priuilegia multa.Concl.559.

17 Extende in minore, quia pro debito ciuili non carceratur.Roma.conſ.120.circa primum.

Vide. Minor an poſsit carcerari, & quando. Concluſio.257.

18 Extẽde,quia etiã in criminalibus mulieres honeſtę non poſſunt carcerari.C.mulieres,de iud.in 6.

Declara

16 Declara,vt per Iul.Clar.in praxi crimin.§.fin. quæſt.28.num.3.quod de conſuetudine carcerantur, ſed debet iudex eſſe circumſpectus, vt ponat in carcere ſeparato & honeſto,vel cum cautione in domo particulari, vel Monaſterio arbitrio Iudicis.

Vide. Creditor poteſt exequi facere contra debitorem multis modis. Concluſio. 1063.

Vide. Captura perſonæ in ciuilibus quando licita,vel non. Concluſio.70.

Vide. Debitor quando poſſit carcerari, vel non. Concluſio.48.

Vide. Statutum circa capturam debitoris. Concluſio.479.

Carcerari qui poſsint,vel non, & à quibus. Concluſio. LXXXI.

1 IVDEX poteſt carcerari facere inquiſitum de crimine capitali.Io.de Anan. conſ. primo in princ.vbi Ludoui. Bologni. nu. 13. ver. præterea,& ratio eſt,vt dicit Anania, vt fruſtatorium non ſit iudicium.

2 Extende, quia iudex iam carceratum retinere poteſt in carcere. Ioan. de Anan. d. conſ. 1. in princ.

3 Et non datur appellatio à decreto carcerationis de conſuetudine, quia alias eluderetur tota materia criminalis.Iul.Clar.in §. fi.quæſt.46.nu. 2.ver.ſed quid reus vbi quod Iudex non dicitur innouare carcerando, licet dicat de iure forte contrarium eſſe dicendum.

Vide. Appellatio multis caſibus non admittitur.Concluſio.402.

4 Amplia,quia etiam iudex appellationis poteſt retinere carceratum condemnatum in carcere,& illum, ſi non eſt captus, poteſt capifacere, quia quicquid poteſt primus iudex,poteſt iudex appellationis.Io.de Anania d.conſ.1.in princ.& clare hoc probat ibi Bologni.in apoſtilla, num.13.ver. præterea.

5 Limita,quia ſi imponitur pœna pecuniaria,& ſi non ſoluat,imponatur corporalis,non poteſt carcerari inquiſitus,etiam confeſſus, ſi vult idoneos dare fideiuſſores. Io.de Anania, conſ.21. per totum.

Limita in cauſis ciuilibus, vide Captura perſonæ in ciuilibus quando licita,vel non. Concluſio. 70.

Vide. Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili. Concluſio.80.

Carceratus quis dicatur. Concluſio. LXXXII.

1 CIVITAS aſsignari poteſt pro carcere, & erit ſatisfactum ſtatuto, etiam ſi eſſet inquiſitus de crimine;pro quo ex forma ſtatuti deberet ſub fida cuſtodia retineri. Caccialup. in l. admonendi,num.31.de Iureiur.

2 Extende,quia carceratus dicitur ille, cui vnus locus eſt aſſignatus,de quo ad ſui libitum non poteſt recedere, vnde ſi aſsignatur palatiũ, vel tota ciuitas pro carcere,dicitur carceratus. Innoc.in c.nuper,& in c.á nobis de ſent.excomm.vbi quod dicitur carceratus ille,qui nõ poteſt ire,quo vellet,& quod carceratus dicatur ille, cui ciuitas, vel palatium,aut alius locus eſt aſsignatus. Angel.in l.qui in carcerem.ff.quod met.cauſa.

3 Extende etiam, ſi quis in via,vel alio loco inuitus detinetur,quia dicitur carceratus,l.3.§.ſubuenitur.ff. ad Syllania. Angel. inl. 1. C. de priuil. carcer.Bald.in l.1.C.de confeſſ. col.12. vbi quod ille,qui eſt cum cuſtodibus, dicitur carceratus, & idem dicit Marſil. in praxi.crimi. in ver.attingam, n.24. cum ſeq.

4 Et ideo is,qui habet domum pro carcere, dicitur carceratus.Bertazol. conſ.criminal.35. in princ.vbi apoſtilla prima.

5 In contrarium tamen facit.Bart. in l.fi.vbi etiã glo.C.de cur.& ſtation. lib.12. vbi quod non dicitur carceratus, qui ſub fida cuſtodia detinetur, ſequitur Ange.de Malef.in ver.fama publica,ver. quæro aliquis, vbi dicit hoc eſt notandum ad excuſandum officialem, ne dicatur carceraſſe,licet adhibuerit birruarios ad cuſtodiam.

6 Declara, quia diuerſa ſunt ponere in vinculis, vel in carcere,ſed tamen ad cuſtodiam vtrunque fit,non ad pœnam,apoſtil.ad Clar.§.fi. quæſt. 70. in ver. clericis.

7 Carceratus dicitur in vinculis conſtitutus, qui non ſolum à publica cuſtodia coercetur,ſed qui à potentiori vi oppreſſus in vinculis coercetur, & coherceri dicitur,qui parietibus, aut compedibus detinetur.Angel.Aretin.conſ.96. In themate ſupradicto,in princ.vbi quod detentus in vna camera per principem,vel potentiorem dicitur carceratus, quia quilibet locus aſsignatus pro carcere habetur pro carcere.

Carceratus quando ex alia cauſa poteſt areſtari,vel non. Concluſio. LXXXIII.

1 CARCERATVS ex cauſa poteſt detineri, ſeu areſtari ex eadem cauſa reſpiciente etiam alium, qui non fecit carcerare, veluti fur carceratus,ſi pro delicto compoſuit,poteſt areſtari ad inſtantiam eius, qui furtum paſſus eſt. Bald. conſ.496.Dubium ex legum,circa fin.lib.2.

2 Amplia, quia in debitis Fiſcalibus,vel quando agitur pro publico intereſſe carceratus ex vna cauſa poteſt ex alia quacunque cauſa reſpiciente intereſſe publicum carceri detineri, ſeu areſtari. Bald. conſ. 496. lib. 2. & quia priuilegium Fiſci hoc habet, quod carceratus poteſt areſtari indifferenter. Bal.conſ. 90.Quæritur an captus, in fin. lib.quinto.

3 Amplia, quia vbicunque quis eſt detentus ex duabus cauſis, licet ſatisfaciat in vna cauſa, tamen non eſt relaxandus, donec ſatisfaciat etiam pro aliis, pro quibus eſt captus.Bald.d.conſ.496. in princ.lib.2.

4 Amplia,quia carceratus pro debito vno poteſt recommendari in carcere pro alio debito. Bart. in l.2.in fi.ff.de cuſto.reorum, & in l.quoties. C. de exacto.tribut.lib.10. vbi quod carceratus pro debito priuati poteſt recommendari pro debito Fiſci,& è contra.Bald.in tract.de carcer. Bart. in q. incip.

q. incip. Lapus, & in l. 2. §. ſed eximendi. ff. ne quis eum, late Angel. in l nemo carcerem. C. de exacto. tribut. lib. 10. Marſil. in praxi. §. attingam, num. 31.

3 Amplia, quia is, qui habet rem iudicatam pro debito ciuili diuerſo, & licentiam capi faciendi, poteſt areſtari facere iam carceratum in cauſam iudicati, quando pariter erat carceratus ex limili cauſa iudicati, & ciuili, quia non refert vtrum de nouo capiatur, vel areſtetur. Bald. conſil. 90. Quæritur an captus. lib. 5. in princ.

6 Extende, vt procedat etiam ſi captus eſſet nulliter captus, ex quo poteſt de nouo capi, alias autem non poteſt areſtari is qui nulliter eſt captus. Bald. d. conſ. 90. in princ.

7 Reſtringe, quando captus eſſet ex cauſa fiſcali, ſiue pro debito fiſcali, ſiue pro delicto, quia tunc non poteſt areſtari ex cauſa ciuili, etiam ſi adſit res iudicata, quia iſto caſu ex diuerſis cauſis vno immiſſo, cæteri non cenſentur immiſsi. Bald. dicto conſil. 90. circa med. verſ. & hoc verum. lib. 5.

8 Contrarium Bart. in l. quoties. C. de exactor. tribut. lib. 10. Vide ſupra. Amplia, quia carceratus. num. 4.

9 Amplia, quia Epiſcopus poteſt mandare iudici ſeculari, quod areſtet carceratum in ſuis carceribus pro cauſa pendente coram ipſo Epiſcopo, & tenetur ſecularis obedire, etiam ſi de iure municipali areſtum fieri non deberet. Bald. conſ. 91. Sed pone. lib. 5.

Vide. Iudex Eccleſiaſticus in quibus præcipiat iudici ſeculari. Concluſ. 443.

10 Secus in caſu conuerſo, vide infra num. 24.

11 Amplia, quia carceratus coram vno iudice pro aliquo delicto, poteſt per alium iudicem inquirentem pro alio delicto areſtari. Aretin. de malefi. in ver. fama publica. col. 17. verſ. ſeptimo quæro, vbi dicit verum, quando pœnæ pro vtroq; delicto inuicem non ſe impediunt. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 34. in fin.

12 Declara totam hanc materiam pleniſsime, vt per Bart. conſ. 221. An poſitus in carceribus. lib. 1. vbi diſtinguit tres caſus; primus eſt, quando vtraque cauſa eſt criminalis; ſecundus, quando vtraque cauſa eſt ciuilis; tertius, quando vna eſt ciuilis, altera criminalis; rurſus diſtinguit, quia, aut fit recommendatio ad effectum exequutionis pœnæ, aut ad effectum proceſſus faciendi, aut vna pro exequutione, alia pro proceſſu diſtinguit, vt infra.

13 Primo caſu, quando agitur de exequutione, & tunc ſi quis eſt condemnatus in pœnam mortis naturalis coram vno, & in pœnam furcarum coram alio, quia exequutio vnius pœnæ abſorbet aliam, ſit exequutio pro illo delicto, quod eſt grauius, & ſic alius quieſcit. ſi vero ſunt pœnæ diuerſæ perſonales, ita quod per vnam non abſorbetur alia, prout condemnatus primo pro amputatione pedis, & areſtatur pro amputatione manus, valet areſtatio, & ſit exequutio primo per eum, qui prævenit, & ſucceſsiue per alios, qui areſtarunt. Bart. plene d. conſ. 221. Anpotius, in princ. libro 1. & ibi apoſtilla in ver. recommendari, citat Alex. conſ. 159. lib.

14 Secundo caſu, quando vna exequutio eſt corporalis, alia pecuniaria, tunc captus pro corporali non recommendatur pro pecuniaria, niſi poſſet conſuli pro vtroque, vt quia in capitali habet dilationes, & eo tempore poteſt conſuli pupillo, cuius eſt debitor pro adminiſtratione. Bartol. di conſ. 221. circa princ. ver. quandoque vna. lib. 1. & regula eſt, quod ex pecuniaria non areſtatur. l. 2. C. de bonis damnat.

15 Tertio caſu, quando vtraque cauſa eſt pecuniaria, ſequeſtratio perſonæ, ſeu commendatio poteſt fieri indiſtincte, ſicuti poſſunt plures creditores mitti in poſſeſsionem. Bart. d. conſ. 221. circa med. verſ. quandoque vtraque exequutio. libro 1.

16 Si vero agatur non de exequutione, ſed de proceſſu formando, diſtinguit pariter tres caſus, vt infra.

17 Primo, ſi agitur de proceſsibus criminalibus, ille qui prævenit, facit primo ſuum proceſſum, poſtea alius non attento, an agatur de maiori, vel minori delicto. Bart. d. conſ. 221. n. 2. verſ. nunc eſt videndum. lib. 1. & idem eſt, ſi vtraque eſt ciuilis, ſi vero vna eſt ciuilis, alia autem criminalis, primo criminalis expedienda eſt.

18 Si autem pro vna cauſa eſt condemnatus, & pro alia agitur de condemnando, & ſic de proceſſu, & ſi quidem vna pœna abſorbet aliam, differtur exequutio propter delictum grauius, quod poteſt ad alium finem inſeruire, vt differatur exequutio condemnationis, ita Bart. d. conſ. 221. num. 3. ver. tertio eſt videndum. lib. 1.

Vide. Areſtum carceri æquiparatur, & qui poſſint areſtari, vel non. Concluſ. 487.

19 Limita, quia is, qui non habet cauſam iudicati, vel licentiam capiendi ex iudicato, non poteſt areſtari facere carceratum ex quacunque cauſa. ideo ſi carceratus concordet illum, ad cuius inſtantiam eſt carceratus, debet relaxari. Bald. d. conſ. 90. circa med. ver. ſi vero vnus. lib. 5. vbi quod licet pignus datum ex vna cauſa, poſsit ex alia non hypothecaria, & diuerſa retineri, tamen ſecus eſt in carcerato, qui potius obſidi, quam pignori æquiparatur.

20 Extende multo magis, quando eſſet nulliter carceratus. Bald d. conſ. 90. in princ. lib. 5.

21 Reſtringe, niſi is, qui non habet licentiam capiendi, prævenirет citando carceratum, & obtineret talem licentiam, antequam relaxaretur, & antequam concordaſſet illum, ad cuius inſtantiam eſt carceratus. Bald. d. conſ. 90. lib. 5. circa fin. vbi, quod ſi licentia obtineretur, antequam vere eſſet relaxatus, ſed tamen eſſet relaxandus, non poteſt areſtari.

22 Limita, quando extaret ſtatutum, quod carceratus pro præcepto ſpreto, vel ex certa alia cauſa non poſsit recommendari, vel areſtari. Bald. conſil. 90. circa fi. & conſ. 91. Sed pone. lib. 5. vbi, quod attendi debet ſtatutum.

23 Reſtringe limitationem, quando Epiſcopus mandaret fieri areſtum iudici ſeculari, etiam contra formam ſtatuti. Bald. dicto conſilio 91. libro 5.

24 Limita, quia non poteſt carceratus per iudicem Eccleſiaſticum areſtari, vel recommendari in carceribus per iudicem ſecularem ex alia cauſa, quia ſecularis inferior non habet iuriſdictionem. cap. inferiorat. diſtinct. ideo debet pronunciari eſſe relaxandum, & ita Florentiæ alias fuit iudicatum.

25 Extende, quia neque poteſt alle idem iudex, vel

alius

alias sequestrare detentum nulliter, quia omnino debet liberari. Bar. in sua q. 6. incip. Lapus. Ancha. cons. 192. nu. 4. & 5.

26 Limita, quia arestum non potest fieri etiam in casu licito, & permisso in die feriata in honorem Dei. Ias. in l. 1. §. sed excipitur, in 2. col. in fi. ff. de ferijs.

27 Limita, quando captus esset iuste, quia potest recõmendari, secus si nulliter, quia ex quo prima captura non subsistit, non potest dare vigorem recommendationi. l. cum vnus. ff. de bon. auct. iudi. possid. Bal. cons. 90. vol. 5. quod tamen intelligit Bal. nisi petens arestum habeat rem iudicatam, quia ex quo potest de nouo capi, tunc non curatur, an sit bene, vel nulliter carceratus, secus si arestum fieret pro debito non obtenta exequutione, quia tunc consideratur, an bene, vel nulliter sit captus.

28 Declara plenius, vt per Bar. q. 6. Lapus, vbi adducit decem fundamenta pro affirmatiua, & decem pro negatiua, & soluit, quia si iniuste, & nulliter captus est, puta extra territoriũ, & habet ius reuocandi domũ, & tunc nõ potest arestari, sed debet pristinę libertati restitui, & idē est si captus est loco, & tempore prohibito, prout in domo, vel Ecclesia, quia quatenus est uis spoliatiua, debet restitui pristinę libertati, secus est, si vis esset compulsiua, vt quia tacite consensit dando cautionē, vel quando sola iniustitia adesset ex parte eius, qui dolo fecit capere, puta pro credito soluto, & de solutione non constabat indici, & dolus non egreditur personam, & potest arestari: idem tenet Bar. cons. 221. An potius, in fi. lib. 1. Anchar. cons. 192. n. 4. Roma. cons. 320. numer. 5. Alexand. cons. 241. in fin. lib. 6. Roland. à Valle cons. 65. nu. 31. & seq. lib. 1. Rota in nouissimis parte 2. decis. 251. n. 3. Gargiareus, patrocin. 54. per totum.

Carcerati si liberentur, an possint iterum carcerari. Conclusio. LXXXIV.

1 CARCERARI possunt Mediolani debitores ex cõsuetudine, vnde si Princeps carceratos mandauit relaxari ob diem letitiæ, an liberatio sit perpetua, vel temporalis, in dubio est temporalis, ideo poterunt iterum carcerari. Signorol. cons. 97. per totum, vbi pro vtraq. parte allegat, &
2 in fine ita concludit.

Extende, quia in festo Paschatis, & Natalis Domini carcerari solent: ex gratia ob reuerentiam tantorum festorum ex non grani causa relaxari. l. nemo, quæ est tertia. C. de Episcop. audi. & licet Bar. dicat ibi non seruari, tamen Clar. in §. fi. quæst. 46. nu. 9. ver. solent, dicit quod ita seruatur in dominio Mediolani, quod relaxantur dando domum pro carcere, ideo debent reuerti: Romæ autem in visitatione publica relaxantur cum decreto de redeundo etiam sine alia requisitione sub certa pęna, & ita semper vidi seruari, & etiam seruaui, ac seruari feci, dum essem Gubernator prædictę Ciuitatis ab anno 1595. de mense Augusti, vsq. ad annum 1599. de mense Martij, quo fui creatus Cardinalis.

3 Restringe, quando pendente processu quis ex-

carceratur, quia innocens apparet, quia etiamsi data cautione excarceretur, non potest reuocari ad carceres, nisi superueniant noua indicia. Clar. d. §. fi. q. 46. nu. 10. ver. hæc autem relaxatio, vbi quod arbitrium est iudici.

Vide. Fideiussor de representando committit pęnam si requisitus non præsentat, & quando. Conclusio. 321.

Carceris perpetui poena an possit imponi, & quid operetur. Concluſ. LXXXV.

1 POENA carceris perpetui reprobatur de iure Ciuili, & ideo sententia condemnans ad carceres perpetuos est ipso iure nulla. Bald. cons. 448. Quæritur in primis, in prin. lib. 1. allegat l. incredibile. C. de pęnis. Bal. cons. 437. Cechus confecit, circa fi. lib. 3. vbi dicit* cõmunem, quod non potest talis pęna imponi.

2 Contrarium est de iure Canonico, & ideo contra Clericos, & alios de foro Ecclesiastico potest imponi hæc pęna, quæ est maiór pęna, quæ imponi possit de iure Canonico, excepta degradatione, quæ fit actualiter per traditionem Curię seculari. Bald. d. cons. 448. in prin. lib. 1. & cons. 437. num. 7. ver. vndecimo, lib. 3. Fulgos. cons. 44. Quidam est pater. Io. de Anania, cons. 1. in prin.

3 Ratio est, quia Ecclesiastici non possunt imponere pęnam sanguinis, ideo permissa eis est pęna carceris perpetui. Fulgos. d. cons. 44. n. 1.

4 Amplia, quia condemnati ad perpetuos carceres æquiparantur deportatis, & habentur pro mortuis, quia sunt destinati, & proximi morti, ideo non possunt testari, etiam ad piam causam, neque possunt ex testamento capere. Bald. cons. 448. in prin. lib. 1. Fulgos. cons. 44. per totum.

5 Imo pœna perpetui carceris de iure Canonico succedit loco pęnæ damnatorum in metallum. Io. de Anan. cons. 1. nu. 10. in fi. idem dicit Bald. cons. 448. Quæritur in primis, in prin. lib. 1.

6 Amplia, vt quod dicitur pęnam carceris perpetui non posse imponi de iure Ciuili, vt nec pęna carceris temporalis imponi possit, quia carcer non est ad pęnam, sed ad custodiam. Bald. d. cons.
* 437. n. 7. vsq. in fi. lib. 3. vbi quod est *com. opinio.

7 Et pęna carceris est maior pęna, quę possit imponi de iure Canonico. Io. de Anania. cons. 1. in principio.

8 Tamen minor est quam sit pęna mortis. Ludo. Bolog. in addit. ad dictum cons. primum. Io. de Anania. n. 18. in fin.

Carcerari non debet Clericus ante quam constet de crimine. Concluſ. LXXXVI.

1 CLERICVS non debet carcerari antequã constet de crimine, c. Clericos, de sent. excom. lib. 6. Calder. cons. 209. alias tertio de appel. in prin. ver. & si dicatur,

2 Imo, quod plura debeant concurrere, primo, vt constet de delicto prius, item, quod Clericus sit

fugitiuus, item, quod ad cuſtodiam fiat carceratio, alias iudices inciderent in pœnam excommunicationis de iure cõmuni, ſed tamen hoc hodie de conſuetudine non ſeruari, dicit Iul. Clar. in §. fi. q. 28. n. 5. vbi late.

3 Si vero agatur de captura, iudex ſecularis non poteſt illũ capi facere, niſi eſſet repertus in fragranti, vel eſſet fugitiuus, & tũc poteſt eũ capi facere, vt cõſignet Eccleſiaſtico iudici. Iul. Cla. d. q. 28. n. 6.

4 Amplia, quia paratus obedire non debet carcerari, antequam conſtet de crimine. Calder. d. conſ. 209. alias tertio, de appell. ver. ſed hoc probat.

5 Amplia, vt procedat etiam ſi eſſet lata ſententia ſuper crimine à quo eſſet appellatum, quia pendente appellatione nihil debet innouari. Calder. d. conſ. 209. alias tertio, de appel. in prin. ver. hæ ergo.

6 Contrarium, quando agitur de pœna corporali, quia imo debet carcerari per iudicem appellationis, quia quod poteſt primus iudex poteſt etiã iudex appellationis, alias redderetur eluſorium iudicium. Io. de Anania conſ. 1. in prin. vbi Ludo. Bolog. n. 13. ver. præterea.

7 Amplia, quia Clericus maxime in ſacris conſtituras volens cauere, non debet carceratus deteneri. Calder. d. conſ. 209. alias tertio, de appella. in fin. ver. imo plus.

8 Limita, quia Clericus inquiſitus de violatione Monialis, vel alio delicto capitali debet carcerari per iudicem primum, & iudicem appellationis, & ſi eſt carceratus à primo, non debet relaxari, etiam præſtita fideiuſſione. Io. de Anan. conſ. 1. in pri. vbi Ludo. Bolog. in apoſtil. n. 13. ver. præterea.

Vide. Fideiuſſoribus non fit relaxatio in cauſa capitali. Concluſio. 329.

Carcerati quando relaxandi, vel non, data fideiuſsione. Concluſio. LXXXVII.

1 REGVLA eſt, quod carceratus eſt relaxandus, ſi idoneè fideiubeat. DD. in l. 1. ff. de cuſto. reorum. Marſil. in praxi criminali, ver. attingam, numer. 1. vbi ponit regulam, & extenſiones, & reſtrictiones, & hoc eſt regula vera, & communis, quando agitur de pœna corporis afflictiua carcerati. Clar. in §. fin. quæſt. 46. numer. 7. vbi * dicit * communem.

2 Extende, quia relaxatur reus, ſi pendente proceſſu apparet non culpabilis. l. 1. C. de exhib. reis, qui licet loquatur ſine fideiuſſione, tamen contrarium ſeruatur, quod fideiubeat. Clar. d. §. fin. q. 46. num. 10. ver. pariter.

3 Extende, quia poteſt iudex dare reum in cuſtodia militibus extra carceres in loco tuto, vel aſſignare domũ pro carcere ſub idonea fideiuſſione, ſi perſona hoc meretur, & iudex habet eum pro innocente, etiam vbi agitur de pœna ſanguinis. Clar. d. q. 46. in fin. nu. 11. vbi dicit Angelum contrarium tenere propter periculum fugæ.

4 Et quod dicitur locum eſſe fideiuſſioni, vel non, procedit etiam in datione pignorum, quia, vbi eſſet locus fideiuſſioni, non poteſt iudex recuſare pignora, alias poſſet carceratus agere actione iniuriarum. Marſil. dict. §. attingam, in praxi, numer. 11.

5 Extende, ſeu declara, quia in dubio, an reus ſit relaxandus fideiuſſori, ſemper pronunciandum eſt pro relaxatione. Clar. d. §. fi. q. 46. n. 11.

6 Amplia, quia relaxatio facta fideiuſſoribus de carcerato, tanquam innocente operatur, quod nõ poteſt ad carceres reuocari, niſi ſuperueniant noua indicia. Clar. d. §. fi. q. 46. nu. 10. ver. hæc autem relaxatio.

7 Reſtringe in criminalibus, in quibus pœna corporalis venit imponenda, vel corporis afflictiua. Bartol. in dict. l. 1. ff. de cuſto. reorum. Aretin. in tract. malefi. in ver. fama publica, ver. quæro, cum ſeq. in ver. pro quibus Aretinus fideiuſſit. Marſil. in praxi, ver. attingam, nu. 2. & ſeq. & procedit reſtrictio, etiam ſi darentur mille fideiuſſores. Bald. * in l. eos, §. ſuper iis. C. de appell. * & communem dicit Clar. d. §. fi. q. 46. num. 6. ver. in hac autem materia.

8 Imo iſto caſu non valeret fideiuſſio, glo. in cap. cum homo. 23. quæſt. 5. quam ſequitur Aretin. de malefi. in ver. pro quibus Antonius, & ibi Arimin. in addit. niſi conſuetudo eſſet in contrarium, * & * communem dicit Clar. in §. fi. quæſt. 46. nu. 18. ver. ſed nunquid.

9 Reſtringe, quando eſt publicatus proceſſus, & poteſt ferri ſententia, quia non relaxatur etiam ſi conſtat de innocentia, etiam ſi velit fideiubere, ita ſeruari * communiter Neapolis, dixit Clar. d. §. fi. q. 46. n. 10. licet ipſe dicat malefieri.

10 Reſtringe, quado carceratus, antequam carceraretur, non voluit dare fideiuſſores, ſed potius voluit carcerari, quia poſtea non auditur volens fideiubere, licet pœna ſit pecuniaria. Angel. in l. 1. C. de exhib. reis, ſequitur Arimin. in addit. ad Aretin. de malefi. in ver. pro quibus, in prima addit. Marſil. in praxi crim. in ver. attingam, vbi multa congerie.

11 Reſtringe, quia carceratus quando etiam eſſet relaxatus tempore ferendæ ſententiæ, vel relationis, reuocatur ad carceres, & ſi extat, non relaxatur, ne ſententia poſſit eſſe ludibrio, quatenus contra eum ferri contingat. Clar. d. q. 46 n. 10. in fi.

12 Reſtringe, quando carceratus eſt confeſſus delictum, pro quo pœna pecuniaria venit imponenda, quia non relaxatur fideiuſſoribus. Ariminen. & Marſil. vbi ſupra.

13 Reſtringe, quando captus fuit inuentus in fragranti crimine, quia etiam, quod pœna ſit pecuniaria non relaxatur fideiuſſoribus. Ariminen. in addit. ad Angel. in ver. fama publica. ver. tu autem in hac materia, plene Marſil. in praxi, ver. attingam, vbi multa de hoc.

14 Reſtringe, quando carceratus aliàs de carcere aufugiſſet pro ſimili, vel alio delicto, quia non relaxatur fideiuſſoribus, etiam ſi pœna pecuniaria tantum veniat imponenda; quia ex huiuſmodi fuga amiſit priuilegium. glo. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. faciunt not. per Bal. in l. 3. C. de Epiſc. aud. Arimin. in addit. ad Angel. de malefi. in ver. fama publica. ver. pro quibus Antonius. Marſ. d. praxi, ver. attingam. n. 7.

15 Reſtringe in crimine falſi, quia licet pœna ſit pecuniaria propter criminis atrocitatem, tamen non relaxatur carceratus fideiuſſoribus. Marſil. in praxi. §. attingam. n. 8.

16 Reſtringe, quando eſt carceratus pro debito ciuili vigore rei iudicatæ, vel inſtrumenti liquidi, quia non admittitur fideiuſſor. Bal. in l. neque. §. qui in fin. ff. de iur. vo.

Declara

17 Declara, quia in omnibus casibus, in quibus carceratus est relaxandus cum fideiussione, intelligitur, si petatur relaxari, & fideiussio idonea offeratur, alias iudex nō tenetur relaxare. Iul. Clar. d. §. fi. quæst. 46. num. 6. & 7. ver. plerunque, vbi num. 7. in fi. quod alias non relaxatur.

18 Restringe in seruis carceratis, quia illi non relaxantur sub fideiussione etiam in casu, in quo relaxarentur non serui. Clar. d. §. fi. quæst. 46. num. 8. vbi quod ita fuit iudicatum, per tex. in l. 2. ff. de custo. reorum.

Vide plenius in ver. Fideiussoribus non fit relaxatio in causa capitali. Conclusio. 329.

Carcerati aufugientes qua poena puniuntur. Conclusio. LXXXVIII.

1 CARCERATI fugientes cum fractura carceris pœna capitis puniuntur, quia sola fractura carceris, qui locus est sanctus, sicuti muri ciuitatis, quando carcer est publicus mœretur pœnam capitis. Cuma. cons. 106. Casus talis est, in fi. ver. interdum vero. l. 1. ff. de effract. & expilat. l. milites, §. cum tamen. ff. de re milit. & habetur in l. eos. ff. de custo. reorum. Iul. Clar. in §. fi. quæst. 21. num. 25. vbi videtur requirere simul fugam, rupturam, & conspirationem, & nihilominus dicit, quod senatus non exequeretur sententiam contra captum, licet in contumaciam fiat condemnatio.

2 Amplia, quia habetur pro confesso de crimine, pro quo erat carceratus, etiam si illud crimen vere non commiserit, & potest contra eum, tanquam confessum criminis procedi, glo. Bart. & alij in l. eos. ff. de custo. reorum. Aretin. in tract. de malefi. in ver. fama publica. ver. tertio, quod intelligas si fregit carceres, secus, si ostium erat apertum, vt ibi per Ariminen. in addit. allegat Bald. in l. succurritur. ff. ex quibus causis maio. & potest tanquam confessus de crimine condemnari in pœnam ordinariam, quoad delictum prætensum. Boer. decis. 215. num. 9. qui dicit * communem. Clar. in §. fi. quæst. 21. num. 25.

3 Restringe, quia hoc non seruatur, quod pœna ordinaria puniatur nisi quando est contumax, si vero fuit captus, seu alias in fortijs curiæ, tunc non debet exequi sententia, sed acrius torquetur, & grauatur, ita seruare Senatum dicit Iul. Clar. §. fi. qu. 21. num. 25.

4 Declara secundum Bald. consil. 32. Primus quæstionis, lib. 3. in princ. vt procedat, quando carceratus, qui aufugit fracto carcere, detinebatur ob delictum speciale, quia habetur pro confesso, secus si detinebatur pro inquisitione generali, & crimine incerto, quia non habetur pro confesso eius, quod incertum est, sed punitur pœna arbitraria.

Vide. Fuga, & contumacia non probat delictum, & quando secus. Conclusio. 529.

5 Restringe, quia si esset carceratus iniuste aufugiens non haberetur pro confesso, etiam si statuto caueatur, quod aufugiens habeatur pro confesso, quia intelligitur de iuste carcerato. Alex. cons. 144. lib. 2. Iul. Clar. in §. fin. qu. 21. num. 25. & sequenti, vbi dicit communem, * quod potest iniuste carceratus aufugere, & pœnam non meretur, etiam si fregerit carceres.

6 Declara, quia pœna effractoris carceris est arbitraria, ideo potest puniri pœna capitis, & etiam pœna mitiori. Ludou. Bolog. in addit. ad cons. primum. Io. de Anania, num. 18.

7 Amplia, quia vltra alias pœnas, quas mæretur is, qui semel aufugit de carcere, si pro aliquo delicto carceretur, pro quo pœna pecuniaria venit imponenda, & per consequens esset relaxandus fideiussoribus ea est, vt ille perdat hoc beneficium, quia non relaxabitur fideiussori, ita glo. in l. lege Cornelia. ff. ad Sillan. Arimin. in addit. ad Angel. de malefi. in ver. fama publica, ver. pro quibus Anton. Marsil. in praxi cri. §. attingam, n. 7.

8 Amplia, quia præstans auxilium, puta instrumentum, quō frangat carceres, tenetur, sicut principalis, & contra ipsum datur actio in factum, non autem actio de dolo. gloss. in l. eleganter, §. idem labeo. ff. de dolo.

9 Extende etiam, quod præstans opem pietate motus fuerit, vt per Bald. d. l. eleganter, §. idem labeo. ff. de dolo.

10 Restringe, quando esset iniuste carceratus, vel à prædonibus detentus, quia præstans auxilium nō tenetur, l. ædituū. ff. ne quis eum, qui in ius voca.

11 Amplia in custode, quia ex negligentia etiam leui tenetur, & quomodo.

Vide. Custos carcerum quando teneatur de fuga carceratorum. Conclusio. 1121.

12 Amplia in alio eximente de carcere, vel de manu familiæ. Bertazol. cons. 35. nu. 25. vbi quod pœna læsæ maiestatis tenetur, quod intellige si erat confessus, vel conuictus.

Vide. Eximens captum qua pœna puniatur. Conclusio. 587.

13 Extende in eximente seipsum de manibus curiæ, quia punitur prout eximens se ex carcere. Clar. in §. fi. qu. 29. num. 5. vers. quæro etiam, vbi quod mitiori pœna punitur, quia re vera, non violauit carceres, sed si adhibuit arma, punitur tanquam se opponens curiæ. & executioni.

14 Amplia, quia is, qui habebat domum pro carcere tuto, vel cameram in palatio, si aufugiat, tenetur pœna effracti carceris. Bertazol. cons. 35. in princ, vbi apostil. 7.

15 Contrarium credo, quia sicuti non tenetur, si apertum est ostium carceris, ita si est in loco libero non clauso.

Vide. Carceratus quis dicatur. Conclusio. 82.

16 Limita, quando solum fregerunt carceres attentantes fugam, sed non potuerunt perficere, quia non puniuntur, nisi quandoque extra ordinem, puta in tortura. Iul. Clar. d. quæst. 21. num. 27. ver. item scias.

17 Limita, quando is, qui aufugit etiā fracto carcere, statim redijt, quia non est puniendus tanquam fractor, vel fugitiuus. Boer. d. decis. 215. n. 18. & 19. vbi dicit * communem, & ita etiam Iul. Clar. §. fi. qu. 21. num. 28.

18 Limita, quia carceratus iniuste quomodocumque aufugiens non punitur. Bart. per illum text. in l. ius eius. C. de probat. Alex. cons. 144. lib. 2. Iul. Clar. d. §. fi. q. 21. n. 25. & 26. vbi dicit * communem.

19 Extende, quia neque tenetur redire ad carceres, etiam si iurasset redire. Clar. d. qu. 21. numer. 26. & 27. vbi * dicit communem.

20 Extende, quia imo iniuste condemnandus, si

poteſt, debet aufugere. Iul. Clar. in §. fi. q. 21. n. 27.

21 Extende, vt idem ſit, ſi ex priuato carcere fugiat, quia pœnam non meretur. Iul. Clar. d. quæſt. * 21. num. 27. verſ. item intelligenda, vbi dicit * communem.

22 Limita in eo, qui ſine fractura carceris aufugit, puta ex negligentia cuſtodum, vel alias, quia non punitur capite, ſed pœna arbitraria. Cuman. d. conſ. 106. in princip. Ludouic. Bologni. in addit. ad conſilium 1. Io. de Anania. num. 18. Iul. Clar. §. fin. q. 25. num. 17. verſ. ſcias etiam.

23 Extende, quando oſtium carceris erat apertum, quia mitius punitur. d. l. 1. §. 1. ff. de effract. & expilat. Cuman. d. conſ. 106.

24 Limita in ijs, qui non aufugerunt, neque fregerunt carcerem, ſed conſpirauerunt, vt aufugerent & vincula ſoluerent, quia pœna arbitraria puniri debent illi, qui ex cauſa vera detinebantur. Cuman. d. conſ. 106. ver. interdum vero.

Vide. Conſpiratio quid ſit. Concluſ. 780.

25 Extende, vt procedat etiam quoad innocentes detẽtos, qui conſpirauerunt fugę, & fracturæ, quia puniri debent pœna delicti, de quo imputantur.

26 Contrarium, vt imo puniri debeant ſola pœna arbitraria, & non pœna delicti, de quo imputantur. Cuman. d. conſ. 106. ver. aut loquimur, vbi reprobat contrarium tenentes.

Vide Maſcard. concluſ. 266. Carceratus aufugiens fractis carceribus an pro confitente reo habeatur.

Carceratus quando poſsit contrahere, vel non, & quid poſſit. Concl. LXXXIX.

1 DONATIO facta in carcere per donantem carceratum non valet, & hanc regulam ponit Marſil. in praxi crimin. in ver. attingam, quod contractus factus per carceratum non valet. n. 22. Vide omnino deciſ. Cappellæ Tholoſanę 399. & ibi apoſtilla, vbi late circa intellectum. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa.

2 Declara regulam, vt procedat, quod non valet contractus factus in carcere, intelligatur de car- * cere priuato, ita communiter intelligunt * Doct. in l. qui à latronibus. ff. de teſtam. vbi Io. de Imol. vel quando erat carceratus in carceribus publicis non recte, ſed de facto, quia non valet aliquis contractus factus cum eo, qui detinet in carcere.

3 Reſtringe, niſi donatio eſſet facta benemerito, & ratificatio extra carcerem, quia tunc valet. Bal. conſ. 240. Donatio facta. lib. 1. in princ.

4 Reſtringe, quando contrahit cum alio, quam cum eo, qui fecit illum carcerare, item ſi contrahit cum eo, qui fecit illum carcerare, ſed iuſte. Marſil. in praxi. ver. attingam. num. 22.

5 Reſtringe, quando contractus eſſet ad vtilitatem carcerati, vel eſſet iuſtus, quia valet. Marſil. in praxi. §. attingam. num. 23. Caſtr. in l. 3. ff. quod met. cauſa. Alex. conſ. 241. Perſpectis, in fi. lib. 6. Dec. conſ. 694. Pariſ. conſ. 5. n. 172. & n. 174. li. 4. Rui. conſ. 177. n. 15. lib. 1. adde pleniſsime Rom. conſil. 316. Circa propoſitã, per tot. vbi dat multa exempla, & apoſtil. in ver. iniuſto, dat plurim. concord. maxime Affict. deciſ. 149. In cauſa Magiſtri. Ruin. conſ. 113. Quia proponitur. lib. 5. per totum.

6 Amplia, quia contractus factus per carceratum iniuſte, cum detinente in carcere, vel eius participe, præſumitur factus per metum, etiam ſi extrahatur ex carcere tempore contractus. Cuma. conſ. 68. In præſenti quæſtione, in princip. Zabarell. conſilio 137. quod eſt Collegij Paduani, plene Marſil. in praxi. ver. attingam. num. 22. & ſequen. maxime num. 24. & ſequen. vbi plura allegat.

7 Extende etiam in Rege, & Principe carcerato, quia non valet contractus, neque iuramentum obligat, quia per metum extortum præſumitur. Zabarell. d. conſ. 137. Qui loquitur in Rege Cypri carcerato à Ianuenſibus.

8 Extende maxime, quia non valet contractus factus in carcere, etiam cum iuramento, quando is, qui tenebat carceratum injuſte, erat conſuetus exequi minas, vt quia fecit mori conſanguineos carcerati. Zabarell. conſ. 137. in princ.

9 Extende, quia non valet contractus, vel conuentio, aut obligatio facta per carceratum in carcere ad fauorem potentis, qui detinebat in carcere, quia imo eſt nullus ipſo iure. Ang. Aretin. conſ. 96. In themate ſuprad. n. 13. & ſeq. ver. ſed tamẽ iſs non obſtantibus, vbi plene, & tollit contraria.

10 Extende, quia imo ſi officialis per ſola verba inferat metum dicendo, inquiram te de maleficio, & fiat contractus per eum, cui verba dixit ad fauorem officialis, talis contractus non valet. Angel. Aret. d. conſ. 96. num. 14. & ſeq. ver. propter dictam capturam.

11 Extende, quia poteſt agere carceratus, qui contraxit ſpolio, & remedio. c. reintegranda, 3. quæſt. 1. Ang. Aretin. d. conſil. 96. num. 16. & ſequen. ver. cum ergo.

12 Declara totam hanc materiam, quia contractus celebratus per metum illatum à priuato non eſt nullus ſed annullandus per actionem, quod metus cauſa. ſecus ſi contractus ſit factus in carcere à carcerato ad fauorem carcerantis, quia vltra metum concurrit violentia perſonalis, & priuatio libertatis, ita Ang. Aretin. plene d. conſ. 96. nu. 18. & ſeq. ver. nec obſtant allegata.

13 Extende maxime, quando adſunt indicia, & præſumptiones, vt quia carcerati fuerunt extracti de carcere, poſtea iterum carcerati, & iuſtiziati, quia etiam quoad tertium, qui emit, datur reſciſsio contractus ex capite metus illati. Cuman. d. conſ. 68. per totum.

14 Extende, quia imo etiam contractus factus cum eo, qui procurauit carcerationem, non valet, quando carceratio erat iniuſta, licet fuerit extractus de carcere ad contrahendum. Fulgo. conſ. 176. Iacobus geſtor, vbi loquitur in carcerato ab officiali Papæ, quia ſi erat iniuſta carceratio, nõ valet contractus, licet per amicum fuerit extractus cum obligatione de reducendo eum ad carcerem.

15 Et ideo ſi ſuſpectus de fuga captus iniuſte, ſi dedit fideiuſsorem de ſtando iuri, & iudicatum ſolue do, declaraturque nulla captura, liberatur fideiuſſor, quia obligatio facta à carcerato iniuſte, non valet ad fauorem eius, qui fecit carcerari iniuſte. Alex. conſ. 241. Perſpectis, in fin. lib. 6. vbi * dicit * communem, & ibi apoſtilla in ver. capi, dat plures concord. & plurimos citat apoſtill. ad Rom. conſ. 316.

16 Amplia, quia neque valet compromiſſum factum per carceratum cum eo, qui fecit ipſum à iudice

dice carcerari,quando carceratio erat iniusta,& ab officiali carente iurisdictione,quia licèt fuerit ex tractus ex carcere tẽpore compromissi cũ obligatione de redeundo,tamen non valet compromissum,plene Fulgos.cons.176.per totum.

17 Extende,quia magis suspectus dicitur contractus factus extra carcerem ab eo,qui sub custodia carcerantis detinebatur, vt per Marsil. qui plura cumulat in praxi,§.attingam,n. 24. & seq. vbi quod nullo modo dicitur liberatus,qui est sub custodia aliena.Gozad.cons.11.n.16.

18 Extende,quia non valet contractus,neq.obligatio facta per carceratum ad fauorem eius, qui eum tenet in carcere, neque fideiussio præstitit ad contractum obligatur. Afflict.decis.149.vbi tenet,quod fideiussor,qui coactus fuit solùere ex ipso contractu nullo, potest repetere solutum à principali.

19 Extende, quod hoc procedit, siue contractus fiat cum eo qui iniuste carceranit, siue cum alio illius contemplatione,decis.Tholos.399. & ibi in additio.vt in terminis Castren.in l.non interest, ff.de eo quod met.causa.Bar.in l.creditor.ff. de solutio.Riminal.cons.140.n.10.alias si liceret cũ tertio contemplatione eius, qui iniuste detinet carceratum, esset aperta via fraudibus, vt dicit Cuma.cons.68.per totum.maxime n.4.

20 Declara,quia quod dicitur carceratum non posse contrahere in carcere,intelligitur, quando carceratus est seruus effectus,vel de facto, sed si de iure,& non est seruus effectus, potest facere Procuratorem,potest se obligare, maxime, vt se liberet dando fideiussorem,quem tenetur liberare,ne dum pro sorte,sed etiam pro damnis passis. plene Abb.cons.60.Quoniam satis,in prin. & per totum,lib.1.Roma.cons.316.in prin.vbi quod alteri, quam carceranti obligatur,& ibi apostil.in ver.iniusto.

21 Amplia,quia eadem ratione,qua non valet contractus,& obligatio facta per carceratum, quia præsumitur meticulosa,eadem ratione non valet ratificatio obligationis factæ per patrem dimissum in libertate, quando filius remansit carceratus. Zabarell. dict. cons.137.num.2.ver.& ex eadem ratione.

22 Amplia, quia carceratus iniuste pro debito ciuili si se obligat de soluendo, vt liberetur facta liberatione potest allegare metum, & obligatio sua non valet. Signorol.cons.174.Super intellectu,in prin.

23 Extende in carcerato iniuste à latronibus, vel capto à pyratis,vel in bello licito, quia si contrahat cum capiente, vel se obliget, non valet cõtractus,neq.obligatio,ita loquitur,l.qui in carcerem,ff.quod met.causa.l.qui à latronibus,ff.de testam.

24 Extende,vt procedat siue sit carceratus, videlicet carceri inclusus, siue in manibus familiæ carceri tradendus, quia dicitur iustus metus,quãdo iniuste est captus.Signor.d.cons.174.n.3.

25 Extende,quia dicitur iniuste carceratus,si contra ius commune,& ob ius iniquum, vel priuilegium Principis,vel ob iussum iniustum iudicis sit carceratus,quia paria sunt.Signorol.cons.174.n. 4.vsque in fi.

26 Extende,quia nõ valet etiam fideiussio præstita per talem captum,vel carceratum iniuste, quod soluet,seu se præsentabit,quia ex quo principalis obligatio est meticulosa,idem est de fideiussoria Signorol.cons.174.per totum,vbi est casus.

27 Restringe,quando carceratio esset iusta, quia culpa carcerati non inducit metum, ideo valebit eo casu,& obligatio,& fideiussio.Signorol.d.cons. 174.nu.3.& 4.ver. exaduerso.

28 Limita,quia imo promissio facta per carceratũ tertio,vt eum eximat à carceribus publicis,in quibus detinetur ad instantiã priuati pro debito, valet,l.metũ,§.sed licet,ff.quod met.causa,l.nam,& seruus,§.1.ff.de neg.gest.quia cõtraria loquũtur, quãdo promissio,vel obligatio fieret ei, qui fecit carcerari,vt extorqueat à carcerato aliquid,secus autẽ est,quando via iuris fit carceratio.Rom.cõs. 316.in prin.Gozad.cons.9.n.17.Pręposit. post Innoc.in c.cum locum,in fi.de sponsal.qui dicit hanc * communem * opinionem.Abb.cons.60.Quoniam satis,lib.1.in prin.

29 Extende,quia quod valet obligatio, & contractus factus per carceratum iuste,& via ordinaria iuris,tenent.Alex.cons.141.in fi.lib.6.Roma.cons. 316.Deci cons.691.nu.5.Ruyn.cons.137.num.13. lib.3.Lancellot.Deci.in l.qui à latronibus.ff. de testam.Afflict.decis.149. Vitali. in tract. clausularũ,in c.de metu carcer.Abb.cons.60.in prin.lib.1.

30 Extende,quia quando captura est ex vna causa, venditio autẽ,vel obligatio ex alia causa diuersa, valet huiusmodi cõtractus.Alex.cõs.127.n.5.li.5.

31 Extende,quia imo iniuste carceratus, vt quia captiuus,& in carcere priuato,potest se obligare, & valet obligatio facta alteri, non ipsi detinenti, maxime si fiat obligatio pro liberatione.Rom.plene,cons.316.Circa propositã,in pri.vbi apostil.in ver.iniusto,dat cõcord.plene Abb.cons.60.in pri. lib.1. allegat Rom.tex.in l.nã,& si seruus,in pri. ff.de neg. gest.

32 Extende,vt procedat etiam in minore captiuo, qui nõ potest sine certa solemnitate se obligare, quia si recepit mutuo sine solẽnitate ab alio,vt liberetur à captiuitate iniuste facta,nõ poterit post liberationem à captiuitate dare de nullitate contractus tanquã non seruata solemnitate factus,ex quo resultauit in sui vtilitatem,ita plene Rom. d. cons. 316. Circa propositam consultationem,per totum,vbi ponit multa exempla.

33 Limita.quia contractus factus per carceratum cum tertio valet.nec præsumitur per metum,l.metum,§.sed licet,ff.quod met.causa.glo.& DD.in l.qui carcerem,ff.eod.tit.Marsil.d.praxi.§. attingam.nu.23.glo.Bar.& Ang.in l. qui carcerem, ff. quod met.causa.

34 Extende, quia vbicunque fit contractus à carcerato in carcere publico iuste cum tertio valet, etiam si fiat cum fideiussore, quia validus est quoad eum, & fideiussorem.Bart.in l. qui in carcerem,numer.2.ff.quod met.causa,& alij.Abb. in c. accedens, numer. 3. de Procur. Aretin. qui * dicit * communem, in l. qui à latronibus, num. 4. de testam. Lanfranch. in repet. cap. quoniam contra,in ver.confessiones.n.22. de probat. Fabia. de Monte in tract.de emptio. &vend.q.13.

35 Declara limitationem,quando ex tali contractu cum tertio sequitur liberatio,vel magna vtilitas carcerati, alias secus, quia hoc modo esset aperta via fraudibus.Cuman.cons.68.per totum, maxime n.4.ver.quod ergo dicunt.

36 Extende, quia indistincte valet contractus factus à carcerato,siue iuste,siue iniuste,quando nõ,

Digitized by

contrahit cum eo,qui fecit eum carcerare, quia diſtinctio,an iuſte,vel iniuſte ſit carceratus,habet locum tantum,quando contrahit cum eo, qui fecit carcerare,ita procedit tex.in l.metum.§. ſed licet.ff.quod met.cauſa,glo.in l.qui in carcerem, & ibi Bar.& alij.ff.eod.& in l.qui à latronibus, ff. de teſtam.Angel.in l.nemo carcerem,C.de exact. trib.lib. 10. & maxime quando carceratus eſt ex cauſa ciuili.Bal.in l.& in priuatorum, C.ſi à non compet.iudi.n.15.& in rubr.C.de reſcind. vendi.

37 Limita,quia licet carceratorũ contractus regulariter non valeant, tamen contrarium ſeruatur, quia conſtituunt Procuratores,releuant fideiuſſores pro excarceratione datos,& alios contractus valide faciunt.Clar.in §.fin.q. 46. numer. 6. ver. ſcias etiam.

Vide.Rex carceratus an obligetur ex contractu celebrato in carcere.Concluſ.335.

Vide.Metus ex quibus præſumatur,& quando. Concluſ.223.

Vide. Metus cauſa geſta tenent,ſed veniunt reſcindenda,& quando ſunt nulla.Concluſ.231.

Carceratorum priuilegia multa. Concluſio. XC.

1 IMPEDITVS dicitur legitimo impedimento ille,qui eſt carceratus ſi non ſoluit in termino, quod tenebatur ſoluere. Caſtrenſ. in l. ſed & ſi quis.§.1.ff.ſi quis cautio,in terminis Ant. de Butr.in c.ſignificantibus,in 1.col.de pignor.Dec. conſ.146. Iaſ. in l.2.col.20. n.65.q.21.C. de iure emphyt.Marſil.in praxi.crimin.§.ſequitur. n. 38.

2 In cauſa capitali non admittitur Procurator, ſed quando inquiſitus eſt carceratus coram alio iudice,admittitur per Procuratorem. Marſil. in praxi.§.ſequitur,n.38.& ſeq.vbi dat iſtam cautelam,quę periculoſa eſt, quia poſſet in carcere recõmendari per iudicem inquirentem. Aretin.de malefi.in ver.Fama publica.ver.ſeptimo quęro.

3 Ali debet carceratus pro debito ciuili à ſuo creditore,ſi non habet,vnde ſe alere poſſit, alias index poteſt carceratum licite relaxare,gloſ.in l.ſi, ver.agnoſcere.C.de erogatio. milit. annon. libr. 11.Bal.in tract.carcerat.Areti.de malefic.in ver. fama publica,vbi quod iudex debet hæc procurare.l.iudices,C.de Epiſ.aud. vbi DD. quod ſaltem debet habere duos panes ſingulo die', & quod ali debeat.Afflict.deciſ.71.vbi quod alias poteſt relaxari impune ſine fideiuſſore.Aretin.in §.fin.Inſtit. de actio.Guidopa.deci.211.vbi quod ita ſeruatur de conſuetudine,

4 Et idem eſt in quocunq.detento in carcere per iudices,quia cuſtos carcerum tenetur illi expenſas ſubminiſtare neceſſarias.glo.in c.diffiniuit,17, q.4.& ſi moriatur fame,cuſtos punitur pœna capitis,l.1.in fin.C.de.cuſto.reorum.Guidopa.deci. 211.& deciſ.448.

5 Onus,&grauamen continuum infert carceratio, ideo nunquam tranſit tempus appellandi ab ipſo grauamine carcerationis,& poteſt ſemper appellari.Guidopa.deciſ,136.

6 Declara,quia carceratus nõ eſt relaxandus propter appellationem interpoſitam,ſed ille tantum poteſt proſequi appellationem.Guidop. dec.137.

7 Licet cuſtos carcerum, qui præſtitit alimenta carcerato,qui per ſententiam eſt liberatus,de iure non poſſit illum retinere,ſed debeat relaxare, & petere,tamen de conſuetudine contrarium ſeruatur.Guidopa.deciſ.448.

8 Carcer locus honeſtatis & ſacer dicitur, ideo exiſtentes in carcere debent eſſe tutiſſimi, & banniti,qui poſſunt impune offendi, non poſſunt offendi. ſi ſunt carcerati,vel capti.Bar.in l.inauditum filium.ff.de ſicar.Boer.deciſ.317.nu.5.

Vide plenius. Carcer quid ſit, & quod ſit mala manſio.Concluſio.79.nu.20.& ſeq.

9 Extende in capto,idem Boer.d.deci.317.nu. 5.

10 Extende idem in meretrice capta,& carcerata, quia nõ poteſt violari.nec minus alia mulier.Boe. d.deci.317.n.5.& ſeq.licet nu.7. & 8. alleget contraria in meretrice,ſed n.9.diſtinguit , quod non punitur,ſi volens meretrix fuit,ſecus ſi coacta.

11 Fauorabiles ſunt cauſæ carceratorum, & in dubio pro probatione,quæ iuuat libertatem,& carceratos,eſt pronunciandum.Roma.conſ.241. Spectabiles domini,in prin.ver.ſecundo dicitur.

12 Summaria eſt cauſa carceratorum.& in ea fauorabiliter proceditur,& velo leuato. Roma. d. conſ.241.nu.3.ver.& hoc maxime verum.

Carceratus ſi reperitur mortuus, præſumitur culpa cuſtodis,& quando ſecus.Concluſio.

VIDE Maſcard.Concluſio.267.

Vide plenius. Cuſtos carcerum quando teneatur de morte carcerati.Concluſio.1123.

Carceratorum odia. Concluſio. XCI.

1 CARCERATVS etiam in ſtinchis Florentię poteſt citari in cauſa ciuili,& non comparens dicitur verus contumax , etiam ſi iudex ſciuit eum carceratum,ex quo potuit cõparere per Procuratorem.Angel.de Peruſio,conſ.65. Per habentem poteſtatem in ſi.vbi quod qnæſtio eſt dubia, & quod indigeret declaratione Cęſaris, & quod valeat proceſſus,& ſententia.Bar.in l.is qui reus,in vltima col.ff.de publi.iudi.quia cum poſſit mittere Procuratorem, non debet reportare vtile ex culpa ſua.Caſtren.in l.2. in prin.nu. 6.ff. de in ius voc. vbi quod iſta quæſtio fuit Florentiæ,& deciſum,quod valeat proceſſus , & ſententia, quia non deſunt Procuratores. Idem tenent ibi Alex.num.7.laſ.num. 10. Aretin. conſil. 131. Conſultiſſime.

2 Et carceratus non habetur pro abſente ex iuſta,& probabili cauſa,ſed imo dicitur ex iniuſta cauſa abeſſe, & in dubio carceratus præſumitur ex iuſta cauſa, ſi vero ex iniuſta cauſa appareret carceratus,poteſt conſequi,quod paſſus eſt ab iniuſte eum detinente.Alexan. conſ. 84. In cauſa quæ vertitur,nu.6.lib.3.

3 Limita,quia carcerati habent etiam multa priuilegia.

Vide. Carceratorum priuilegia multa. Concluſio.90.

Carce-

Digitized by Google

Carceratus non poteſt eſſe teſtis,& non probat,& quando ſecus. Concluſio.

VIDE Maſcard.concluſ.268.

Vide.Teſtes non idonei,& qui non admittuntur ob crimen, & culpam eorum. Concluſ.206.num.18.& ſequen.

Carceratus quando poſsit citari, vel non. Concluſio. XCII.

1 CARCERATVS indebite, ſi citatur dum eſt carceratus ſuper validitate capturæ, & declaretur valida,talis ſententia eſt nulla, ex quo non potuit comparere, vel ſaltem ope reſtitutionis in integrum debet annulliari. Caſtrenſ. conſ. 312.Viſis actis,in fi.lib.1.& pro hac parte plures citat.Iaſ.in l.2.ff.de in ius vocan.nu. 10. qui dicit verum ſi iudex ſciebat.

2 Contrarium eſſe verius dicit Iaſ.d.l.2.num.10. ff.de in ius vocan. quando cauſa erat Ciuilis, & habeat facultatem mittendi procuratorem, vt quia erat in publico carcere ad largam, ſecus ſi in ſecretis.

3 Declarat Iaſ.d.l.2.n.10.ff.de in ius vocan. quia citatus in carcere in cauſa Ciuili debet mittere procuratorem, ſi habet copiam procuratoris in loco,alias ſecus.

Vide plenius. Impedimentum legitimum excuſat impeditum. Concluſ.29.

4 Reſtringit Alex.conſ.72.Viſis.nu. 4.ver. quoad ſecundum.lib.2.vt ſimpliciter valeat citatio banniti citati in ciuilibus,quod teneatur mittere procuratorem,ſecus in criminalibus, in quibus non admittitur procurator,ſed in ciuilibus credo adhibendam diſtinctionem, an adſit copia procuratoris, vel ne, alias debeat reſtitui in integrum ex clauſula:ſi qua mihi iuſta cauſa.

5 Amplia, quia ſi carceratus in cauſa criminali pro eadem cauſa citetur,dum eſt in carcere ad uidendum aliquid fieri,puta publicari teſtes, citatio eſt nulla,quia non poteſt dici contumax.Bart. conſ.228.Catherina.n.5.uer.quia quod ipſa.lib.1. ubi quod ſententia eſt nulla, & pro iſta parte eſt apoſtilla ibi in uerbo ſecundo nota, circa med. dat concord.pro utraque opinione.

6 Declarat d.apoſtil.ad Bart.d.conſ.228. in uer. ſecundo nota,circa fin.lib.1.quod ad hoc ut citatio carcerati in cauſa criminali valeat, tria ſunt neceſſaria,alias non valet; primum.quod ſit iuſte carceratus; ſecundum, quod ſui culpa; tertium, quod poſſit admitti per procuratorem, & allegat Franc. Aretin. conſ. 132, Conſultiſsime Domine,& alios,& dicit quod ita fuit iudicatum Piſauri per locumtenẽtem Ducis Borgiæ Valentini.

Vide.Citatio indiſcreta,& nulla contra impetum legitimo impedimento.Concluſ.235.

Vide. Sententia lata contra abſentem quando nulla,vel reſcindenda. Concluſ.144.

Carcerum impenſa an ſpectet ad Principem, vel ad Communitates. Concluſio. XCIII.

1 CIVITAS, & vniuerſitas loci tenetur prouidere de domo carceris regulariter,ſed expenſa cuſtodiæ carcerum ſpectat ad Principem, ita eſſe de iure, & de conſuetudine ſeruari dicit Iul.Clar.in §.fin.quæſt.46.num.3.ver.& quoniam: vbi quod contrarium ſeruatur in multis locis.

Carcer priuatus prohibitus,& quæ ſit poena. Concluſio. XCIV.

1 CARCER priuatus eſt prohibitus.l.1. C.de priuato carcere.

2 Et pœna exercentis carcerem priuatum eſt in d.l.1.C.de carcere priuato.Caſtill.conſ.13.nu.24. ver.quibus etiam luculenter.

3 Et ideo non poteſt creditor detinere ſuum debitorem in carcere priuato, neque ab eo exigere ſeruitium ſeruile coactum. §. quia vero. auth. vt nulli iudicum, & in l.ob æs,C. de action. & obligation.

4 Extende,quia neque ſuſpectus de fuga poteſt retineri in priuato carcere.Angel. in l.nemo carcerem.C.de exacto.tribut.lib. 10. ſed debent rationes ſuſpicionis dici coram iudicibus.l.capite quinto.ff.de adult.

5 Extende,quia neq; valet conuentio,& pactum, quod ſi debitor non ſoluerit certo termino,debeat ſtare recluſus in caſtro creditoris. Ang.in d.l.nemo carcerem. C. de exactor. tribut. lib. 10. vbi quod imo creditor priuatur credito, & iure ſuo ex tali pacto,dicto §. quia vero,auth. vt nulli iudicum.

6 Declara extenſionem,quia valet pactum,quod debitor non ſoluens in termino debet ſtare in carcere publico,donec ſoluat, quia carceratio licita poteſt deduci in pactum. Bart.in l. Titio centum. §. Titio. ff. de cond. & demonſtr. Bald. in l. ob æs.C.de actio.& oblig.

7 Reſtringe, quia multi ſunt caſus, in quibus licitum eſt tenere captum ſuſpectum de fuga, & alios in carcere priuato, ſed non vltra 20. horas. Salycet. in l. 1. C.de patr.poteſt.& in l.fin.C.de exhib.reis.Bar.in l.fi.ff.ad l.Iul.pecul.

8 Et bannitus poteſt retineri per dictum ſpatium, & vltra ex neceſſitate.Bal.& Salycet.in l. 1.C. de priuato carcere.

9 Et Cardinales poſſunt in domo ſua habere carcerem priuatum pro familia ſua.Clar. in §.final. quæſt.35.num.17.

10 Amplia, quia ille dicitur exercere carcerẽ priuatum,qui aliquem liberum detinet quoquo modo,ne poſsit abire,nec requiritur, quod detineat per 20.horas,ideo capiens hominem in itinere,dicitur priuatum carcerem exercere.Deci.conſ.100. In cauſa inquiſitionis,col.4.verſic.ſeptimo opponitur.

Limita,

Digitized by Googl

11 Limita,quia maritus zelotypus vxoris ſuę poteſt ſine pœna eam retinere cuſtoditam. gloſſat. ſuper ſtatuto Bononię de pœna priuati carceris.

12 Limita,quia ſeruus,qui liber eſt,poteſt retineri per dominum, ita Farinac.tit.de carcer.q. 27.n. 27.& ſeq.

13 Limita in eo,qui retinet meretricem . Salycet. l.vnica.n.5.C.de raptu virgi.vbi Marſil. num.19. alias 16.in fin.Bart.in l.verum.ff.de furt.

Cardinales quando eſſe cæperunt, variæ opiniones recitantur. Conluſ. XCV.

1 CARDINALES non erant tempore donationis factę à Conſtantino Eccleſiæ,quia de eis non fit mentio,ſed erant ſub eodem Conſtantino in Concilio ſub Syluestro.c. præſul. 2.q.3.Oldrad.conſ.63.

2 Contrarium Barb.in trac.de prętantia Cardd. in 1.q.nu.31.vbi quod fit mentio de Reuerendiſs. Clericis, & intelligitur de Cardinalibus.

3 Quod cęperint tempore Domini Pontiani Papę, qui non habetur in numero Sanctorum, dicit Mart.Laud. in 2.tract. de Card.q.18.allegat Archid.in c.vbi periculum,de elect.lib.6. Gondiſal. Villadiego in eodem tractat.dicit quod cæperunt tempore Pontiani , & Marcelli Pontificum , in prima quæſt.

4 Declarat plene Ro.in ſuo ſermone,qui ponitur poſt conſilia, in prin.maxime n.4.& ſeq. vbi quod Cardinales vices Apoſtolorum tenent , & maxime.n.12.& ſeq.vbi reprobat Archid.in c.vbi periculum, de electio.in 6.dicentem habuiſſe Cardinales initium tempore Pontiani Papæ, & Oldrad. etiam reprobat dicętem, quod tempore Syluestri cæperunt eſſe,quia Cardinales Conſiliarij ſunt Eccleſia Ro.& Adiutores ſunt,& ſemper fuerunt,nõ ſub nomine Cardinalium , ſed ſub alio vocabulo, prout in veteri teſtamento vocabantur Sacerdotes Leuitici, ad quos vti conſiliarios recurrebatur, & Papa hos vocat Sacerdotes Leuitici generis,qui iure Leuitico ſibi in exequutione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt.cap.per venerabilem.§.rationibus,qui filij ſint legit. & deinde in nouo teſtamento vocati ſunt Conſiliarij,ita Beatus Gregorius appellat Theodoricum virum eloquentiſſimum eius Conſiliarium in c. Eccleſiaſticis 12.q.Pelagius c.in parrochia 17.q.1. & Concilium Melden.in conuenientibus.1.quęſt.7. Hodie ijdem Conſiliarij Cardinales appellantur. c. fundamenta,de elect.in 6.

5 Et propterea licet antiquitus principales Sacerdotes in qualibet Eccleſia Cardinales vocarentur 21.quæſt.1. c. relatio,hodie tamen ſine licentia Papæ eſſe non poſſunt.Ro. d.ſermone poſt. conſ.num.14.& ſeq.

Cardinales qui ſint, & eorum officium . Concluſ. XCVI.

1 CARDINALES ſunt Cardines,quibus tota machina mundi , & Eccleſiæ Sanctæ ſubſtentatur,& ad quos poſt Papã ſpectat prouidere animabus populi Chriſtiani , & hoc quia ſaccus eorum excutitur de manibus ipſorum in extremo iudicio.Caſtren. conſ. 420. Viſo puncto.nu.3. ver.primo quia.lib.1.quod eſt Ant.de Butrio.

2 Pacem, & vnionem in Eccleſia Dei omnino tenentur procurare, prout quilibet minimus Chriſtianus etiam obligatur, quia pax,& vnio dicitur vinculum charitatis. Caſtren.d.conſ.420. num.3. lib.1.quod eſt Ant.de Butr. vbi quod Prælati , qui vinculum pacis non habent, & habere noluht Antechriſti deſcribi merentur . cap. Nouatianus 7. quæſt.1.

Cardinalatus an ſit officium, & an per promotionem ad Cardinalatum vacent alia beneficia,& officia. Concluſ.XCVII.

1 CARDINALATVS eſt officium , nec ad Cardinalatum promotus efficitur ſponſus alicuius Eccleſiæ.Calde. conſ.56.An ſi Epiſcopus, alias 1.de tranſlat.Prelat.n.3.ver.præterea.

2 Contrarium videtur , quia cum de conſuetudine Curię habeat ordinem ſacrum annexum , quia non poteſt eſſe Cardinalis, niſi ſit in ſacris, videtur eſſe dignitas,& quod habeat ordinem ſacrum annexum. Felin. cap. paſtoralis. num. 11. in fin. de offi.deleg.

3 Hodie ceſſat diſputatio , quia hodie nulla maior dignitas eſt,cum Cardinales vna cũ Papa iudi cẽt omnes,nec poſſint ipſi iudicari ab alio,quam à Papa, & collegis ſuis Cardd. vt inquit Iacobatius.tract.de concilio.li.1.n.118.quod etiam confirmat Barba.de præſtantia Card.q.1.Baſilica primæ partis.num.42. vbi quod hodie nulla eſt maior dignitas Cardinalatu,& eſt ſummus,& primus gradus poſt Papam .

4 Recuſari tamen poteſt Cardinalatus,niſi cõſtet de mente Papæ abſoluta.Cald.d.conſ. 56. per tot. vbi de hoc,alias il 1.de tranſlat Prelat.

5 Amplia,quia per Cardinalatum de iure non vacant alia beneficia, licet de ſtylo Curiæ contrariũ ſeruetur.Cal.d.conſ.56.n.3. ver.præterea,alias 1. de tranſ. Præl.vbi quod Epiſcopatus vacabãt propter cõmoditatem Eccleſiarum Cathedralium,ne paterentur,non autem propter Cardinalatum.

6 Declara,quia beneficia promoti ad Cardinalatum de iure non vacant , licet contrarium ſeruetur de ſtylo Curiæ . Calderin. dicto conſilio 56. alias primum, de tranſla.Prelat.numer. 3.& quod ita ſeruetur.Gemi.conſ.88.in prin. vbi quod Innocentius VII. qui promouit ad Cardinalatum Petrum Cretenſem Archiepiſcopum Mediolani , illi commendauit Archiepiſcopalem Eccleſiam vacantem per promotionem prædictam.

Cardinales creantur à Papa. Concluſio . XCVIII.

1 REGVLA eſt , quod Cardinales creantur à Papa cum voto aliorum Cardinalium conſiſtorialiter .

2 Extende , quia etiam ſi Papa iuraſſet non creare Cardinales non tenetur ad obſeruantiam

talis

talis iuramenti, quia magis vtile, & expediens esse potest Ecclesiæ vniuersali, quod creentur, quam non. Alex. cons. 224. In re tam graui, in princ. maxime nu.3.lib.6.

3 Extende, quia etiam creati aliquando fuerunt Cardinales post obitum creantis, nam Paulus secundus creauit quatuor Cardinales, videlicet, Ioannem Archiepiscopum Strigoniæ, Petrum Foscarum Venetum, & Prothonotarium, Io.Baptistam Sabellum Prothonotarium, Federicum de Cluniaco Prothonotarium, vt essent Cardinales S. R. E. statimq. post obitum Pontificis publicarentur, suppleuit omnes defectus ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, sed quia in specie non derogauit extrauag. Eugenij IV. fuit dubitatum de promotione, an esset valida, & pro validitate consuluerunt Alex. cons. 111. Perspectis, lib.6. & Corne.cons. 178.lib.3.

4 Paulus tertius creauit similiter Bernardinum della Cruce, qui post mortem Pontificis præsentauit breue suum, sed collegium Cardinalium nõ admisit, sed & breue prædictum lacerauit, & abinde citra abijt in desuetudinem hic modus creandi Cardinales, qui reuera posset afferre magnam pernicie, & maximum scandalum in Ecclesia Dei.

Cardinales familiares Papæ sunt vnum corpus cum eo. Concl. IC.

1 CARDINALES magis sunt familiares Papæ, quam alij seruientes, & dicuntur pars corporis, & collaterales Papæ, quia sunt vocati in partem sollicitudinis, ideo non minus debent gaudere priuilegijs, vt percipiant fructus in absentia, quam alij familiares, & Ecclesiæ seruientes. Oldrad.cons.48. Ius commune. Anchar.cons. 295. nu. 8.

2 Et quod Cardinales sint familiares Papæ, & participent vere priuilegia competentia familiæ Papæ. Anchar.cons.295.nu.8.

3 Et veniunt appellatione curialium in fauorabilibus, Oldrad.cons. 211. nu.5.ver. Circa secundum, & melius cons.193.nu.2.& seq.ver. secundo consueuit, vbi nu.5. quod in pœnalibus, & odiosis in generali sermone non veniunt.

4 In generali dispositione odiosa, vel pœnali non continentur Cardinales. Oldrad.cons.193.nu.5. ver. præterea, vbi loquitur per verbum forte.

5 Amplia, quia Papa dicitur proprie ordinarius quoad Cardinales immediatus, quo vero ad alios licet sit ordinarius, tamen intelligitur de absoluta potestate. Anchar.cons.295.num.11.

6 Habent Cardinales quandam communionem cum Papa tanquam membra cum capite. Hostien. in c. requisisti. col.fin. de testam.

Vide. Cardinalium priuilegia multa, Conclusione proxima seq.

Cardinalium priuilegia multa. Concluf. C.

1 COLLEGIVM Cardinalium est honorabilius membrum quod habeat Ecclesia Dei, Prob. ad Io. Monachi. in c. 1. de schismat.n.4.

2 Et capitulum vniuersalis Ecclesiæ constituit collegium Cardinalium. Prob. ad Io. Monac. c. super eo, de hæret.nu.7.

3 Cardinales post Papam sunt digniores omnibus in Ecclesia. Castr.cons.420.nu.4. & cons.421, num.2. lib.1. & quod Cardinalatus sit maior dignitas, quæ sit in toto orbe post Papam inter Ecclesiasticos. Roma.cons.498.nu.11.

4 Et æquiparantur Cardinales regibus, & in eis residet tota maiestas Christianæ Reipublicę, dicit Iul.Clar. in praxi crim.§.fin.qu.98.nu.5. in fi.ver. ego nunquam.

5 Iurare non tenentur obedientiam Papæ, prout alij. Roma. in sermone post consilia, n.16.& cons. 498.nu.10.ver. & adeo.

6 Eligunt Papam, qui de gremio eorum debet eligi. Roma.d.serm.nu.18.

7 Et collegium Cardinalium dicitur gremium Romanæ Ecclesiæ, c. in nomine Domini, circa med.23.dist. Roma.cons.498.nu.10.

8 Et collegium Cardinalium summum, & excellens est, vt super omnia alia sit vnicum à Deo cũ Papa, ita vt sit cum ipso vnicum corpus. Roma. cons.498.nu.11. ver. pariter quoque.

9 Romanæ Ecclesiæ speciales dicuntur. Roma. cons.498.nu.7.ver. dicuntur, allegat c. si quis ex Episcopis, 79.dist.

10 Non subsunt legatis, qui non sunt de latere, licet ampliſſimam habeant potestatem. Roman. cons.498.nu.5.ver. cum etiam videamus.

11 Præcedunt Episcopos dignitate, & prærogatiuis multis. Anchar.d.con.295.n.6.ver.præcedunt. Roma. in sermone suo, qui est post consilia, n.14. & seq. vbi quod ratio est, quia institutio Cardinalium est prior, & dignioribus præsunt, & curam vniuersalem habent, alij vero particularem, c. bonę, de postulat.prælat. item quia ita est concessum à Papa Ecclesiæ Ro. & nu.19. ponit exempla quod Hieronymus Presbyter fuit dignior Augustino Episcopo, quia Hieronymus Cardinalis administratione maior erat, & Archidiaconus maior est Archipresbytero, & similia.

12 Iudicant totum orbem cum Papa, cuius sunt consiliarij, c. per venerabilem, §. rationibus, qui filij sin.legit. Roma.d.serm.nu.15.

13 Pars corporis Papæ esse dicuntur, sicut Augusta Imperatoris. Anchar.d.cons.295.num.6. ver. sicut enim, & nu.7. Roma.d.serm. post consilia, n. 15. & ideo cum mittuntur legati, dicuntur de latere, & cons.498.nu.7. vbi apostil.

14 Imo vnum corpus sunt Papa, & collegium Cardinalium. Roma.d.cons.498. n.10. & plenius, nu. 11. ver. pariter quoque, & plenius Feli. in c. ad audientiam, in fi. de præscriptio. vbi quod adeo sunt vnum corpus Papa, & collegium Cardinalium, item Episcopus & capitulum, vt non præstent iuramentum fidelitatis, licet obedientiam sic, & hoc, quia non est dare iurantem, & recipientem, cum sint vnum corpus.

15 Et licet Papa sit caput omnium, & omnes tanquam membra Papæ sint, tamen Papa speciale caput est Cardinalium, & ipsi sunt specialia membra eius. Roma.d.serm.nu.16.

16 Membra Papæ dicuntur, & eorum assensu cuncta grauiora ordinantur, ideo eius lex sicut non ligat Papam, ita neque membra, ne diuerso iure censeantur. Anchar.d.cons.295.nu.7.

Gremium

Digitized by Google

17 Gremium, Papæ ſunt Eccleſiæ Romanæ, vt maiorem vnitatem habeant. Roma.d.ſerm. n.17. & Papa debet eligi ex Cardinalibus, & ideo non debet erubeſcere Papa inter Cardinales numerari ibi nu.18. & conſ.498.num.10.

18 Patritij ſunt ſcripti in diademate principis, & appellantur fratres principis præ exteris prærogatiua gaudentes, quia licet veniant Epiſcopi in generali, & odioſa diſpoſitione, non tamen Cardinales. Io.Monach.d.c.1.de ſchiſmaticis,n.1.

19 Vinculum indiſſolubile eſt inter Papam, & Cardinales, ſicut inter virum, & vxorem, ideo Cardinales participant de priuilegijs Papę ſicut vxor participat de priuilegijs mariti. Anchar. conſ. 295.num.8.

20 Et dicuntur pars corporis Papæ 6.quæſt.1.c. ſi quis.ita Io. Monach. in c.1.nu.2. de ſchiſmat. li. * 6. vbi * omnes, maxime Franch.nu.3. Probus in addit. ad Io. Monach.nu.3. in ver. viciniores, & nu. 7. vbi ad hoc allegat Bald. in rubr. ff. de offi. procon. & lega. vbi dicit quod omnis ordo recipit ſplendorẽ à principe, ſed non æqualiter prout in Cardinalibus, quia præſentes digniores ſunt, quam abſentes, exceptis legatis, Prob. in c. 1. de maior. & obed.nu. 5.lib.6. vide Prob. ad Io. Monach.c. ſuper eo,nu. 2. de hæret. vbi Papa caput, Cardinales vero membra ſunt Eccleſiæ, allegat Hoſtien. in c. antiquo.col.2. de priuil.

21 Familiares Papæ dicuntur, quia debent participare de priuilegijs familiæ. Anchar.conſ.295. num. 8.

22 Et quod habeant quãdam communionem cum Papa tanquam membra cum capite.Hoſtien. in c. requiſiti col.fi. de teſtam. vbi Io.Andr. & Villadiego de Cardin. legato, nu.11. de pęn. quæſt.54. nu.12. & 13.Sarnen. in proœm. regul. qu. 4. col. 1. in fi.

23 Senatores Papæ, & Eccleſię ſunt, & gaudent omnibus priuilegijs, & immunitatibus quibus cœtus Senatorij apud culmen Imperiale, c. Conſtantinus 9.diſtinct. Roma.conſ.498. In caſu quo quęritur, in principio, vbi apoſtilla in ver. ſenatoria ⌣.

24 Et ideo ſicut Senatus Imperatoris reſtituit ad famam, ita collegium Cardinalium.Roma.d.conſ. 498. in princ.nu.2.

25 Et ſicut Imperator non erubeſcit connumerari in ordine Senatorum, ita neque Papa in numero Cardinalium. Roma.d. conſ. 498. nu.3.ver. hinc etiam ⌣.

26 Et ſub generali diſpoſitione odioſa, ſicuti Senatores, non comprehenduntur, ſed Imperatori reſeruantur, ita etiam Cardinales in generali diſpoſitione Papę non includuntur, ſed id Papę eſt reſeruatum. Roma.d.conſ.498.n.4.ver. & nullus negare poteſt.

27 Et quod generalis diſpoſitio odioſa non comprehendat Cardinales, quia ſpeciali nota digni ſunt. Anchar.conſ.295. Pro clariori,num.5. & eſt * communis * opinio ſecundum Gomez. in reg. de valore,quæſt.1.in princ. Bellenci.in tract. de charit.ſubſi. qu.66.Barbat.conſ.23. Scripſit Propheta, in 3.dub.lib.1.num.7.ver. modo Papa, plene Io. Monach. & Io. Andr. & alij in c. 1. de ſchiſmat. in 6. vbi Prob. ſequitur Anchar. & alios citat. & hanc partem tuetur. Mandoſ. Regul. 19. de infir.qu.2. vbi citat infinitos. Iaſ.conſ.117. In cauſa, & lite, col.3.lib.4. Gig. de penſio.qu.9.nu. 7. & ſeq. & qu.59.n.13. & 14. vbi de * communi; nam Papa dicitur ſponſus Eccleſię, & Cardinales filij primi gradus, vt per Sarnen. in proœm. reg. quęſt. 4.

28 Extende, quia regulę cancellarię de valore, & alię odioſę non comprehendunt Cardinales. Anchar. conſ.295. num. 5. & 7. Vide apoſtillam ad Roma.conſ.498. In verbo Cardinales, quos citat Gomez.in proœm.regul. in quęſt.4. vbi latiſſime, & in regul. de infir. quęſt. 3. & in regul. de idiomate, qu.3.

29 Extende, quia conſtitutiones canonicę pœnales non comprehendunt Cardinales, niſi in ſpecie exprimantur. Anchar. d. conſil. 295. num. 5. & 6.

30 Extende, quia non continentur ſub reuocationibus generalibus niſi fiat de eis mentio ſpecialis. Anchar.d.conſ.295.nu.6. Roma.conſ.498. In caſu quo queritur, num.6.ver. tertio deducitur, vbi plena apoſtill. in ver. Cardinales, quę citat concord.

31 Extende, quia valet argumentum, lex Papalis non ligat Papam, qui caput eſt Cardinalium, ergo neque ligat Cardinales, quia membra ſunt Papę ac diuerſo iure cenſeantur. Anchar. d. conſil. 295.num.7.

32 Contrarium ſentit per plura Gomez in d. reg. de valore, quęſt.1.nu.3. & per totam, & in qu.4. proœm. regul. & in qu.3. de infirmis, vbi plures citat, & alios addit ibi Mandoſ.qu.2.ea ratione, quia generalis diſpoſitio etiam priuilegiatos comprehendit.

33 Declarat primam opinionem procedere in præſentibus in curia, conerariam autem in abſentibus, in d.qu.1. de valore, in fi.

34 Quando diſpoſitio continet verba, cuiuſcunque dignitatis, & gradus, tunc comprehendit Cardinales, alias ſecus; ita Gomez.d.proœm.regul.qu. 4. num. 2. vbi quod Rota ita tenuit in vna Ferrarienſis.

35 Extende, quia conceſſio charitatiui ſubſidij conceſſi generaliter Regi Caſtellę & Legionis, cõtra Clerum pro recuperatione regni ab infidelibus occupati, non comprehendit Cardinales pro beneficijs quę obtinent in adminiſtrationem, plura Roma. conſ.498. In caſu quo quęritur, in princ. vbi plurima ad fauorem Cardinalium allegat.

36 Contrarium, & melius dicit prima apoſtilla ad Roma. d.conſ.498. in ver. quod non, vbi allegat Bellencin. de charit. ſubſid.qu.66. Vbi reſpondet ad omnia allegata per Roma. & hanc partem ſequitur Deci. vt ibi.

37 Offendens Cardinalem incidit in pœnam leſę maieſtatis, c. felicis, & ibi Anchar. in 4.not.nu.2. de pęn. in 6. Martin. laud. de Cardin.qu.48. Gigas de crim. leſę maieſt. parte prima quęſt.5.per totam ⌣.

Vide. Cardinalem, vel Epiſcopum offendens qua pœna puniatur. Concluſ.102.

38 Et quod ſiquis Cardinalem hoſtiliter perſequitur is efficiatur rebellis, & teneatur lege Iulia leſæ maieſtatis. Calder. conſ. 484. circa fi. alias 6. de accuſatio.

39 Declara, vt non procedat, quando contemplatione alterius dignitatis, quam Cardinalatus, rebellio cauſaretur verſus Cardinalem. Calder. conſ.484. alias 6. de accuſatio.

40 Reſtringe, niſi quis ad defenſionẽ ſui offenderet Cardi-

Digitized by

Cardinalem, quia tunc licita est offensio. Ang. ex mente Io. And. quem citat, & sequitur cons. 376. Nobiles viri, in princ.

41 Stipulari potest Cardinalis pro Ecclesia sicut Notarius & valet stipulatio. Oldrad. cons. 30. vers. secundo quæritur.

42 Socij Papæ dicuntur, ideo sicut socius participat de priuilegio socij, ita Cardinales participare debent iure communionis de priuilegijs Papæ, Anchar. d. cons. 295. num. 8.

43 Et quod socius participet de priuilegio socij, Bart. in l. solent. num. 14. in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. Socin. cons. 11. art. in 8. fallen. de mut. petitio. Felin. cap. 1. num. 6. ver. & dicit Ant. de præscript. Socin. cons. 12. num. 17. lib. 1. Soci. Iun. cons. 34. num. 2. lib. 2.

44 Habent partem introitus Cameræ Apostolicæ. Gemin. cap. periculum. §. prouisionis, in 1. not. per illum text. de electio. in 6. Lauden. tract. de Cardinal. quæst. 17. Barba. eod. tract. quæst. 6. nu. 6. & Manfred. decis. 224. post tract. Cardin. vbi dicit, quod habent medietatem reddituum Cameræ Apostolicæ ex bulla Nicolai IV. quam dicit claram si eam vidit, prout credo, quod non viderit, nam ex bulla Pauli IV. 43. in ordine constat, quod habent antiquitus pro beneficijs consistorialibus, quæ expediuntur per consistorium medietatem integrę annatæ, quæ soluitur, & appellatur seruitium commune cum Papa.

45 Gratia collationis facta per Papam Cardinali non est proprie gratia, neque donatio libera, sed quædam remuneratio, quia Papa obligatur, ideo libere potius dicuntur esse iustitiæ, quam gratiæ in Cardinale, Ancharan. dicto consil. 295. nu. 10.

46 Ordinarius proprie dicitur Papa quoad Cardinales, quia est immediatus, quoad alios dicitur ordinarius de absoluta potestate, ideo collatio Papæ facta Cardinali debet regulari, prout collatio ordinarij collatoris, vt valor non expressus non vitiet. Anchar. d. cons. 295. nu. 11.

47 Cardinales habent priuilegium, quod beneficia suorum familiarium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis patroni. Aegid. Bellam. cons. 19. num. 2. ver. quinto quia, vbi, quod pari ratione Cardinalis legatus quamcunque amplissimam facultatem habens conferendi beneficia non confert vacantia per obitum familiaris Papæ, vel Cardinalis.

48 Iurisdictionem Episcopalem habent in suis titulis, & in Ecclesijs sibi subiectis, ideo possunt excommunicare, & omnia alia facere, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis. cap. ijs quæ. vbi Abb. & alij in 2. not. de maior. & obed. vbi dicit communem * opinionem. Rom. sermone suo post consil. num. 19. in fin.

49 Imo quod Cardinalis etiam non Episcopus in Ecclesia sui tituli vtatur pleno iure Episcopali, incert. author post regulas Soci. reg. 1. Episcopus debet prouidere, in prima fallentia, vbi plene.

50 Conferunt minores ordines, vtuntur Episcopalibus insignijs, & benedicunt solemniter, licet non habeant consecrationem aliquam, sed nudos ordines sacros. Felin. in cap. inter Monasterium. num. 2. de re iudic.

51 Habent eandem iurisdictionem in titulis suis, quando sunt Ecclesię Patriarchales, quam habent Patriarchæ, & alij superiores, videlicet Archiepiscopi, Episcopi, & similes in suis diœcesibus.

52 Familiares Cardinalium iudicantur ab ipsis solis Cardinalibus, ideo etiam Vicarius Papæ non iudicat tales familiares, sed eos remittit suo Cardinali, & ideo Cardinales habent priuatum carcerem, ita de stylo Curiæ seruari dicit Iul. Clar. in §. fin. quæst. 35. num. 17.

53 Palatia, & domus Cardinalium præbent immunitatem confugientibus ad ea, sicut ad Ecclesiam, ideo non possunt extrahi per iudices seculares. Iul. Clar. in §. fi. quæst. 33. num. 26. vbi, quod ita seruatur de communi consuetudine.

Cardinales Curiales sunt, & subsunt iurisdictioni Curialium. Conclusio. C I.

1 CARDINALES vere sunt curiales, & curiam sequentes, & ideo subsunt iurisdictioni in spiritualibus fratrum Sancti Antonij de Vienna, qui in curia Romana de consuetudine præsunt curialibus, & illis ministrant sacramenta. Oldrad. cons. 211. Ad propositum fratrum, ver. circa secundam. & per totum consilium, & latius cons. 293. nu. 2. & seq. vers. secundo consueuit. & cons. 311. num. 2. & 3.

2 Residere tenentur in curia, & assistere Papæ, vt assumant pondus diei, & æstus, & propterea residentes in curia excusantur à residentia aliorum beneficiorum, absentes vero non gaudent priuilegijs, plene Gomez. in reg. de impetr. benef. per obitum famil. Card. quæst. 17. per totum, vbi latissime.

3 Et in tantum tenentur Cardinales in curia residere, vt dicantur stellæ fixæ non errantes, quæ non mouentur, nisi ex motu Cœli, sic nec ipsi mouentur à curia, nisi moueatur Papa, vel ab eo mittantur. Bald. in cap. bene. il 1. num. 4. ver. nota similitudinem, de postul. Prælator.

4 In tantum, quod potest Cardinalis non residens in curia, vt tenetur, priuari. cap. ex gestis, de Cler. non resid. Gomez. d. quæst. 17. num. 5.

5 Et quod Cardinalis non absit à curia, nisi causa legationis. Mart. Laud. in tract. de Card. in 13. q. allegat cap. nobilissimus 98. distinct.

6 Declara, nisi subesset legitimum impedimentum, puta, quia esset infirmus, vel capitales haberet in curia inimicitias, de quibus timendum esset. glos. fin. in cap. fin. de Cleric. non resident. vbi Hostien. in fin. idem dicit, si aer offenderet, vel quid simile, tunc enim excusatur, quę iura licet loquantur in Clericis, tamen procedunt etiam in Cardinalibus, vt inquit glos. in cap. 2. eod. tit. vbi, quod priuatio illius Cardinalis non residentis præcessit præcedente monitione, quę est necessaria in Clericis.

7 Extende declarationem, vt procedat etiam in Papa, qui licet teneatur residere in Ecclesia Romana, quam alibi transferre non potest, tamen intelligitur nisi causa legitima subsit, prout rebellionis populi, incursus hostium, vel alterius impedimenti. Petrus à Monte in sua Monarchia, in princ. num. 14. & 15.

8 Et Cardinalis dignior est in curia, quam extra curiam, excepto Legato Cardinale, qui dignior est extra curiam. Felin. in cap. pastoralis. num. 12. de off. deleg.

Amplia.

9 Amplia, quia Cardinales cum teneantur aſſiſtere Papæ ſunt incapaces curæ animarum exercitio, non autem habitu. Aegid. Bellame. conſ. 18.num.4.

Cardinalem, vel Epiſcopum offendens qua poena puniatur. Concluſ. CII.

1 OFFENDENTES Cardinalem puniuntur multis pœnis, de quibus in cap. fœlicis, de pœnis.lib.6.

2 Priuatur Ciuitas Epiſcopali dignitate, ſi offendat Cardinalem, vel offendentibus præſtet auxilium, conſilium, vel fauorem. Hier. Tortus in conſ. quod eſt poſt conſilia Ant. de Butr. num. 6. vbi, quod etiam priuatur dignitate Epiſcopali, ſi non puniat offendentes intra menſem, ſed requiritur ſcientia, quia ignoranti non currit menſis.

3 Declara, quia requiritur, quod hoſtiliter capiatur, vel offendatur, non autem ſi pro ſaluando Cardinale à tumultu, vel ſi cauſa defenſionis, ne Papa capiat ciues ciuitatis detinentis Cardinalem, quia licitum eſt præuenire, & ſufficit, quod non hoſtiliter detineatur. Hiero. Tortus d.conſil. poſt conſ. Ant.de Butr.num.18.& ſeq.

Vide. Cardinalium priuilegia multa. Concluſ. 100.num.37.& ſeq.

Vide. Capitula plura Canonica interpretantur. Concluſ. 44.num.28.

4 Limita, quia Cardinales deuiantes ab obedientia Papæ, non habent priuilegia, vt offendentes ſint excommunicati, & incurrant pœnas.cap.fœlicis, de pœnis, in 6.

5 Limita, quia poteſt impune Cardinalis, & quicunque interfici, quando id ob neceſſariam defenſionem fiat. Angel. conſ. 376. in princ. & idem eſt ſi iure mediante hoc faceret. glo. in d.cap.fœlicis, in ver. percuſſerit, de pœn.lib.6.

6 Ratio limitationis poteſt aſſignari, quia omne ſtatuens, & omnis diſpoſitio indiſtincte, & præciſe loquens gloſſari debet, vt non tollat neceſſariam defenſionem. Bal. conſ. 107. Qui mortem aliter. lib. 4. per totum.

Vide. Defenſio eſt de iure naturali, & non poteſt tolli, & quando ſecus. Concluſ. 130.

Vide. Defenſio licita aduerſus omnes, & quando ſecus. Concluſ. 131.

Cardinalis aſſertioni quando ſtetur, vel non. Concluſio. CIII.

1 CARDINALI aſſerenti aliquid creditur. Oldrad. conſ. 287. in princ. vbi dicit eſſe credendum Cardinali de Acquaſparta, qui atteſtabatur audiuiſſe à Bonifacio Papa Octauo interpretari extrauagan. quam condidit, ſuper cathedram, de ſepult. plene laſ. conſ. 108. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 148. circa fin.

2 Amplia, quod creditur Cardinali aliquid aſſerenti, viuæ vocis oraculo ſibi demandatum, de ſtylo curiæ. Lap. alleg. 33. an frater. num. 4. ver. an credatur, vbi, quod ita ſe habet conſuetudo, & obſeruantia, & idem affirmat Abb. conſ. 18. Primo, quod communitas. nu. 4. lib. 2. vbi, quod Papa Clemens ita pronunciauit ex conſuetudine. Alexan. conſ. 106. Perſpectis ijs. num. 19. lib. 2. vbi apoſtilla dat multos concordantes. Alex. conſil. 92. Perſpectis. nu. 14. ver. quinimo, & ver. fortius dicit Salycet. lib. 6. vbi apoſtilla citat Alex. conſil. 106. num. 19. lib. 2. vbi loquitur ſine iuramento circa ea, quę ſibi commiſſa ſunt, & circa relationes factas.

Vide plene per Maſcard. Concluſ. 270. Cardinali in quibus credatur.

3 Amplia, quia Cardinali creditur aliquid ſibi demandatum à Papa, quando illud mandatum ſpecialiter, & directe non tendit in prejudicium tertij, prout in mandato diſpenſandi certis caſibus. Ang. conſ. 182. per totum, vbi ita diſtinguit in Legato Cardinali, ſecus in alio inferiore, vel ſi ageretur principaliter de prejudicio tertij, vbi, quod Canoniſtæ non bene diſtinxerunt circa hoc, prout diſtingui debet modo præmiſſo, ſequitur Barbat. in tract. Card. Legat. in 1. queſt. in 2. preludio, vbi latiſſime.

4 Extende, vt ipſi credatur circa Legationis officium demandatum, quia non tenetur oſtendere facultates ſuas. Io. de Graſſis in arbore iudiciorum, in 5. principali, in 17. Flore. in princ. in 4. vol. meo.

5 Bene creditur Cardinali aſſerenti ſe Legatum circa ordinariam poteſtatem. Bero. conſil. 65. n. 144. & ſeq. lib. 1.

Vide. Legato creditur, licet non oſtendat ſuam facultatem, & quando ſecus. Concluſ. 160.

Vide. Delegato, & alijs non creditur, niſi conſtet de delegatione, & quando ſecus. Concluſione 154.

6 Amplia, quia nedum creditur Cardinali circa ſibi demandata ſine litteris, ſed etiam honeſto viro non Cardinali. Bellenc. de charita. ſubſid. queſt. 110. Quod intelligas quando copia principis, & præſentia illius habetur.

7 Amplia, quia Cardinali aliquid aſſerenti ſibi fuiſſe demandatum à Papa, creditur ſine iuramento. Innocen. in cap. cum olim eſſemus, de priuil. quem ſequitur Fulgoſ. conſ. 148. circa fin. ver. ſed cum tabellio.

8 Amplia, quia Cardinali Legato creditur de actis coram eo geſtis. Abb. conſil. 18. Primo, quod communitas. col. 3. ver. primo enim. lib. 2. vbi dicit hoc eſſe de iure extra conſuetudinem Rom. Eccleſię,

9 Extende, quia ſibi creditur circa demandatum ſibi officium Legationis. Abb. d. conſ. 18. col. 3. ver. ad idem optime. lib. 2. vbi dicit *communem.

10 Extende, quia ſibi creditur, ſi atteſtatur demandato, & ſyndicatu communitatis, licet de eo non conſtet, quando non reſpicit magnum prejudicium. Abb. dicto conſ. 18. column. 3. ver. ad idem. libro 2. vbi maxime procedit, quando erat Legatus in partibus, in quibus facit atteſtationem.

11 Amplia, quia creditur Cardinali Legato aſſerenti aliquid ſibi fuiſſe demandatum à Papa vltra facultatem expreſſam, dummodo illud, quod dicit fuiſſe demandatum, publice exerceat. Bald. in l. exemplo. C. de probatio.

Contra-

12 Contrariũ tenẽt Hoſtien.& Io.An.in c.1.de of. deleg.in 6. quod non creditur Legato aliquid ſibi demandatũ fuiſſe vltra facultatẽ datã in ſcriptis.

13 Declara,qa vbi agitur de alienatione,vel actu requirente ſpeciale mandatum, vel vbi agitur de præiudicio tertij,non ſufficit honeſtas,neq.dignitas perſonæ,vt ſibi credatur.l.vnica.C.de ſuperindict.lib.10.vbi Bar.quem citat Abb.conſ.94.In quæſtione.n.2.col.2.ver. venio ad ſecundum,& n. 3.li.2.vbi allegat ꝓ vtraq.par.& tollit cõtraria.

14 Declara,quia vera concluſio eſt,quod creditur Cardinali Legato, quando eſt in partibus propinquis curię,vel quando non erigit inſignia in loco remoto,ſed extra curiam aſſumpſit, vel quando eſt ſimplex Cardinalis aſſiſtens Papæ. Barbat. in tract. de Card.Legatis,in 1.q.in ti.nu.10.& 11.& in 2.memb.per tot.

Et quod credatur Cardinali Legato,& in quibus,plene Maſcar.concl.269.Cardinalis.

15 Amplia,quia creditur duobus Cardd.aſſerentibus ſibi a Papa fuiſſe demandatum Decretũ interpoſitum in alienatione rei Eccleſiaſt.& illis ſtandum eſt,ac ſi per Papã eſſet interpoſitũ.Alex.cõſ. 92.n.13.& ſeq.ver.quantum vero.lib.6. vbi apoſtil.citat eundem Alex.conſ.106.n.19.lib.2.

16 Limita,quia Cardinali atteſtanti ſuper ſimulatione contractus non creditur in præiudicium tertij.Dec.conſ. 463. In cauſa quæ nomine.num. 9.& ſequen.

17 Extende,quia Cardinali etiam legato non creditur,ſi vt arbiter atteſtatur,quia arbitro nõ creditur, neq. vt Cardinali etiã legato,qñ agitur de magno præiudicio tertii.Abb.cõſ.18.n.2.ver.nec habet ſuffragari,iuncto ver.primo enim.n. 4.lib. 2.vbi ita declarat,quod credatur ſi agitur de modico præiudicio,ſecus ſi de magno.

18 Limita,quia Cardinali Legato nõ creditur circa demandatam ſibi iuriſdictionem in iis.in quibus requiritur ſpeciale mandatum, & quæ non competunt de iure communi Legato,ſecus in iis, quæ iuri communi Legato competunt. Geminia. conſ.61.n.8.ver.nec obſtat.Gaſp.de Per.in tract. reſer.in 15.vol.fol.127.Bero. conſ. 65. nu.143.& ſeq.lib.1.

19 Declara,quia creditur quando ſunt talia, quæ principaliter non diriguntur in præiudicium tertii,alias ſecus.Barbat.tract.de Cardin.Legatis,in 1.q.in 2.præiud.ſeu 2.memb.per tot.vbi latiſſ.

Vide.Ant.Gab.lib.1.tit.de probat.concl.3.Atteſtatio Cardinalis.

Vide plenius per Maſc.concl.140.An aſſertioni Cardin.vbi ponit regulam affimatiuam, quod creditur, cum ampliationibus,& limitationibus.

Cardinalium Collegium quid poſſit ſede vacante. Concl. CIV.

1 COLLEGIVM Cardinalium eſt honorabilius membrũ,quod habeat Eccleſia. Prob.ad Io. Monach.in c.1.n.4.de ſchiſmat.

Vide.Cardinalium priuilegia,&c. Concl. 100.

2 Electio Papæ ſpectat ad Cardinales ſolos,& debent concordes ad electionẽ cõcurrere duę tertię partes Cardd.ex tribus,vt valida ſit electio.c. licet de vitanda,de electio. vbi circa electionẽ PP. Zab.n.11.q.22. ponit tredecim ſpecialia,quæ videas,& totidẽ etiam ponit ibi Abb.nu.8.ver.ſed pro declaratione, vbi nu.14.dicit,quod expectati non venientes per decem dies non computantur.

3 Et facta electione ꝓ ſcrutiniũ poſsũt illi,qui dederunt votum vni accedere ad alterũ,qñ ille, cui primo dedit votũ nõ habet num. ſufficiẽtẽ, alias ſecus,qa nõ poſſet pęnitere,& max.qñ alteri non accedunt. Zab.d.c.licet,de vitan.q.21.num.10.vbi Abb.in 8.not.ver. octauo nota.num.8.

4 Declara, quia iſte acceſſus poteſt fieri publicato ſcrutinio antequã ſit ruptum ſcrutiniũ,& dicitur ruptũ poſtquã fuerũt lacerata vota, vel eſſet a loco receſſum, vel eſſet pro lacerato,ſecundum conſuetudinem,quæ attendi debet.Zabar.d. c. licet,de electio.in 8.ſpecial.num.11.

5 Declara,quia poteſt fieri iſte acceſſus etiam ſi fieret ei,qui vnicum votum habet, dummodo ſequatur numerus duarũ tertiarũ, ſecus ſi ille cui fieret acceſſus iam ſe immiſcuiſſet in Papatu ſine ſufficienti numero,qa cũ ſit excõmunicatus non poteſt conualidari electio per acceſſum. Abb. d. c. licet, nu.8. ver.quartum ſpeciale,de electio.

6 Reſtringe, quia licet Collegium Cardin. non poſſet tollere conſtitutionem Papæ,tamen ſi omnes ſimul cõcordes cõuenirent,ꝙ ſufficiat electio facta per maiorẽ partẽ,tunc valebit. gl. in clem. ne Romani in ver.reprobamus,de elec.Ratio eſt, quia ſi oẽs,ergo duæ ẽt tertiæ partes cõcurrunt.

7 Et electus non poteſt computari in numero eligentium,nec accedit ſibi ipſi per ſcrutinium ſecretum,ſecus ſi per ſcrutiniũ publicum, vel per viã compromiſſi.Zabar.d.c.licet.de electio.n.9. in fi. q.9.vbi Abb.n.13.ver.& in gloſſa,& iſta eſt com-
* munis *opinio.Abb.in c.cum in iure peritus. nu. 7.ver.tertiam lecturam,eod.tit.

8 Vide ſumm.Sylueſtr.in ver. excommunicatio. §.9.n.6.& ſeq.& nu.35.& ſeq.q.12.vbi quod electio a duabus tertiis non opponitur aliqua exceptio,ſed ſolũ datur accuſatio,vbi agitur de relig.

9 Et in ſcrutinio poſſunt plures ad libitum nominari,prout ſibi placet,& non refert, an dicat eligo,vel nomino,vel conſentio in talem. Abb.d.c.licet in 2.ſpecial.ſub n.8.

10 Habet Collegiũ Cardd.annatæ medietatem de oĩbus beneficiis cõſiſtorialibus,de qbus fit prouiſio in Cõſiſtorio, & appellantur cõmunia ſeruitia.q̃ præſtantur ad ſubſtẽtationẽ PP.&Cardinaliũ,vt extat bulla Pauli IV.43.q̃ dicit hanc annatã fuiſſe approbatam in Cõcilio Viennẽſi, prout etiam atteſtatur Io.And.in c.inter cætera, de of. ordi.in fi.qui dicit,quod ipſe inſtetit in Concilio quod tolleretur hæc annata, & eius loco conſtitueretur vigeſima de omnibus beneficiis mundi pro ſubſtẽtatione Papæ,&Cardinalium,& Patres noluerunt,quia dubitarunt ſoluere vtrunque, ſed Zab.ibi dicit,quod remedium erat, quod Concilium ſtatueret ne Papa poſſet alterare.

11 Pro hac annata cõpetit tacita hypotheca Collegio pro ſua medietate,ſicut Papę,quia ſicuti Auguſta habet reſpectu Cæſaris hoc priuilegium l. filius, in fin. ff. de iure fiſci,ita Collegium reſpectu Papæ,quia habet æqualitatem cum Auguſta.Anch.conſ.295.n.6.& 8.& ita conſului etiam, quia pro ſubſtentatione debetur, ergo pro alimẽtis,quia cõpetit pro eis hypotheca.Ro.conſ.388. in pri.& ibi apoſt.& datur etiam contra tertium poſſeſſorem.Rip.l.1.§.hæres.ff.ad Trebel.

Vide.Annata,& annatiſtæ,&c. Concluſio. 328.

12 Limita, quia non poteſt Collegiũ Cardd. ſede vacante condere ſtatuta,prout poteſt Capitulum

Canonicorum,& eſt ſpeciale in Collegio Cardd. Feder.de Sen.conſ.16.nu.2.ver.præterea ſpeciale eſt,& Feder. conſ. 30.nu.2.ver.præterea ſpeciale cap.vbi periculum,de elect.

33 Extende,quia non poteſt moderari,neq.diſpenſare,neq.renunciare expreſſe.clem.ne Romani,de elect.vbi gl.in ver.poteſtatis,vbi quodlicet poſſit eligere,& creare Papã,nõ tñ poteſt creare Card.

Carnalis copula ex quibus probetur. Concluſio. CV.

1 CARNALIS copula per rerum naturam probari non poteſt vere,etiam ſi teſtes depone rent vidiſſe membrum virile in vulua mlieris, qa adhuc non erit vera probatio copulæ carnalis, quia poteſt eſſe , quod fuerit ſine emiſſione ſeminis,&ſic non adfuerit copula.Lap.alle.54.Factum ſuper quo.n.2. ver.nam per rerum naturam, idẽ tenet Fed.de Sen.conſ.301. Magiſter noueritis,in pri.qui loquitur in frigido,q licet millies ſubagitet mulierẽ ſine emiſſione ſeminis,& etiã in alio tñ non dicitur inducta copula carnalis inter eos.

Vide.Filiatio ex quibus probetur. Conc.345.

2 Regula igitur eſt.quod carnalis copula ad omnẽ effectũ,ſiue ad matrimonium impediendũ,ſiue ad iam contractum dirimendum,ſiue ad pœnã imponendam probatur per viſum ſignorum proximorũ, videlicet, quod teſtis viderit ſolum cũ ſola in lecto,nudum cum nuda,nec alia probatio requiritur.Lap.alleg.54.n.1.ver.& ad declarandũ, vbi etiam n.3.reddit rationem, quia quando probatio eſt impoſſibilis, admittitur probatio veriſimilis,quia non eſt anguſtianda probatio .

3 Extende, quod carnalis copula non inducitur, nedũ quando membrum virile fuit immiſsũ in vulua,ſi maſculus non emiſit ſemen, quia non poteſt fieri cõmixtio , per quam carnalis copula inducitur,ſed etiam ſi ſolus maſculus emittat ſemẽ, mulier autem non emittat,qa nõ eſt inducta copula carnalis.c.lex diuinæ conſtitutionis 27. quæſt.2.

4 Contrariũ tenet Fed.de Se.q imo ex ſola emiſſione ſeminis hominis in vulua , licet mulier non emiſerit inducatur copula carnalis,allega.gl.vlt. in c.extrordinaria 26.q.4. & hoc probat ex opinione Medicorum tenentiũ ex ſolo ſemine hõis induci conceptum,etiam ſi fœmina non emittat.

5 Declarat idẽ Fed. vt ſi emiſſio hõis fuit facta ſolũ in orficio vulnæ , ita q mulier ſe euacuet,tunc non ſit facta carnalis copula,ſecus ſi in plena vulua,quia impoſſibile eſt,quod mulier totum ſemẽ maris poſſit euacuare propter cellulas recipientes,ita in d.conſ.301.in fin. ver. reſtat ergo.

6 Secũda reg. eſt, q ſi copula carnalis nõ poteſt ꝓbari per viſũ , ꝓbatur per auditũ ꝓpriũ cũ fama,videlicet q teſtis audiuerit eos comiſceri carnaliter,ſed nõ viderit,quia impediebatur viſus aſſibus.cortina,pallio,vel obſcuritate noctis, vt qa audiebat voces eorum notas, anhelitus iucũdos, venerea oſcula, verba apta ad ipsã rẽ,& plãctus reſoluẽtes eoſdẽ,& indicantes eſſe libidinis exitum,qbus ſi fama adminiculetur ſufficit probatio carnalis copulæ ad omnem effectum.Lap.d.alleg. 54.num.3.ver.item ſi hæc probatio.

7 Adde tñ,q qñ ageretur contra monialẽ corruptã remouendam a monaſterio pp carnalẽ copulam facilior ꝓbatio admittitur, & nõ ſeruãtur requiſita ꝑdicta.Lap.d.alle.54.n.3.& 4.ver. ſed vltẽrius dico,& n. 4.in fi. q ſufficiet probatio per honeſtas,& expertas perſonas,quæ videant, & referant,an ſit corrupta,vel ne,maxime iuncta fama.

8 Adminicula corruptæ mulieris ſunt multa,puta ſi viſa fuerũt oſcula,amplexus,ſolus cũ ſola,q̃rentes latebras,quia q male agit,odit lucẽ,verba aſſidua cũ iuuẽcula, & confabulatio,corpus elatũ in ſignũ ꝓgnãtis,vbera lacte plena,ſi diu latitauit mulier , nec in publico paſſa eſt videri , ſi auditi ſũt in domo mulieris flebiles vlulatus,dolẽtes clamores,infantis vagitus, vel ſi murmura inter ſocias ſiniſtra orta ſũt.Lap.alleg.54.Factum,ſuper, ver.& eo clarius.nu. 5. vbi hæc omnia congerit.

9 Imo ſolus cũ ſola in camera ꝑſumitur ex cauſa venerea,quia natura impellit ſolum cum ſola ad iſtos motus naturales,& quia alia ratio ob quam ſolus cum ſola ſit in camera,reddi non poteſt,niſi propter placidiſſimam venerem , ad quã natura nos cogit ad finem generationis,& conſeruationis ſpeciei, ſicut cogit natura ſuperiorũ elementa ad cõpoſitionem mixti.Bal.conſ.197.Sup primo punct0.lib.3.vbi q mater, q ſtuprum commiſit, perdit tutelam, & ſucceſſionem filii.

Carpi Terra,eiuſq.ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia . Concluſio. CVI.

1 TERRA Carpi erat DD.de Pijs Nobilium,qui habuerunt confœderationem cum Duce Ferrariæ Eſtenſe,& carcerati fuerunt,& condemnati ſex fratres Carpenſes propter capitula cum Duce,ad ſcuta 70.millium propter contrauentionem & erant in carcere propter crimen læſæ maieſtatis,vide Alex.conſ.84.In cauſa,quę vertitur,lib. 3.vbi conſuluit pro Carpenſibus.

2 Et iſti Nobiles quoad terram Carpi,& territorium , & homines ſibi ſubditos habebantur loco Principis , & propterea ab eis donata filiofamilias poterant dici caſtrenſia,vel quaſi.Ang.Aret. conſ.100.In caſu.nu.14.& ſeq.

3 Domini Carpi erant Pii , & confinat cum Mirandulano territorio,ſeu Concordienſi, & Valles erant pro confinio,& intelligitur de Vallibus,quę erant tempore confinium appoſitorum, non de Vallibus variatis ex tempore propter bonificationes.Alex.conſ.25.Conſideratis, per tot.lib.7. nunc autem eſt Sereniſſ.Ducis Regii,& Mutinæ.

Carta maculoſa reddit ſcripturam ſuſpectam . Concluſio.

VIDE Maſcar.Concluſ.283.

Vide plenius. Falſitas ex multis arguitur, in prin.& n. 70. cum ſeq.

Caſale Montiſferrati, eiuſque ſtatuta,conſuetudines, & priuilegia. Concluſio.CVII.

1 CASALE Montiſferrati fuit ſub dñio Marchionũ,habuit differentiã territorij cum ciuitate Vercellarum ſubiecta magnifico Luchino Vicecomiti,& ambæ cõmunitates compulſæ a Dominis fecerunt compromiſsum,&latum laudum, ſuper quo Bal.con.142.Dñantibus magnif.lib.1.

2 Poſſeſſionem immobilem habet communitas Caſalis conſequendi pedagia , gabellas , & condemnationes , quibus non nocet antiqua renunciatio facta Imperatori , quia poſtea immemorabilem

rabilem vſum habuerunt iſta percipiendi. Alex. conſ.6.& 7.lib.1.vbi late, quod iſta poſſunt præſcribi, & acquiri per tempus immemorabile ſine ſcientia, & patientia Principis.

5 Immemorabilem conſuetudinem habent Caſalenſes, & communitas, quod ſolum participant de magiſtratibus antiqui originarij, non autem qui poſtea venerunt, & effecti ſunt ciues, ſed nec fœminæ illorum antiquorum nuptæ iſtis nouis poſſunt habere magiſtratus. Alex. conſ.6.lib.1.qui dicit valere talem conſuetudinem,

4 Vide de hac conſuetudine immemorabili, ſeu ſtatuto, per quod quatuor membra populi conſtituuntur, videlicet Caſalenſes, & iſti ſibi vſurpant omnes honorantias communis pro medietate, videlicet officia, alluuiones, & multa bona: ſecundum membrum eſt, quod vocatur Pantiſliani, quæ erat terra diſtãs per duo miliaria à Caſali, & effecti ſunt vnus populus, & iſti habent aliam medietatem honorantiarum, & quædam nemora, quę erant in loco Pantiſliani vniti; tertium membrum eſt forenſium, & aliqui ſunt antiqui originarij, quia eorum parentes erant nati ibi, licet venerint ab extra, aliqui ſunt vere forenſes, tamen aliqui nati ibi, & aliqui non, & iſti niſi poſſident de honorantijs, neque de introitibus, & onera ſoluunt. Caſtill. conſ. 9. In facto proponitur, per totum, vbi, quod talis conſuetudo, & ſtatutum non valet, tanquam ambitioſum, & propter auaritiam factum, & introductum, quia omnia, quæ debent eſſe communitatis, eis debent communicari, & ſic eſt contrarium eius, quod Alex. voluit.

Caſſare quid ſignificet, & qualiter accipiatur. Concluſio. CVIII.

1 CASSARE importat quandoque caſſationem facti, vt referatur ſolum ad factum nullum. Bald. conſil. 144. Statuto communis Perufij, in princ. lib. 5.

2 Extende, quia quandoque refertur ad id, quod tenet de iure, ſed iniuſte dicitur factum, & ſic refertur ad ius, non ad factum. Bald. d. conſilio 144.num.2.lib.5.

3 Extende, quia quandoque refertur ad id, quod non poteſt exequi, & ſic ad exequutionem. Bald. d. conſ.144.num.3.lib.5.

Vide. Cancellatio duplex vna verbo, & ſcriptis, alia facto. Concluſ. 21.

Vide. Verba cum effectu ſunt intelligenda. Concluſ. 90. num.21.& ſeq.

Vide. Lex corrigens, & caſſans aliam legem operatur, licet non ſit inſerta in volumine. Concluſ. 278.

4 Paria ſunt, quod aliquid petatur caſſari, vel quod petatur annullari, quando caſſare refertur ad ius, & ſic refertur ad factum, & paria ſunt, quod aliquid petatur caſſari, vel nullum declarari, & ſententia lata ſuper libello continente caſſationem valet, licet iudex vtatur verbo annullamus, & è contra. Bald. conſ. 144. per totum. lib. 5. vbi, quod ſtatutum Perufij mandans teſtamenta, non regiſtrata certo termino nulla eſſe, ſi ſit petitum ea caſſari; idem erit, ſi eſt petitum ea annullari.

5 Declara, vt per Angel. de Peruſ. conſ. 36. nu. 3. ver. nec huic dicto.

6 Amplia, quia paria ſunt, quod lex, vel conſtitutio fuerit caſſata, vel cancellata per aliam legem verbo tantum, vel quod etiam fuerit verbo, & facto deleta ex volumine. Caſtren. conſil. 278. Ad primum reſpondetur, in princ. lib. 2. vbi loquitur etiam ſi lex noua caſſans veterem, non ſit inſerta in volumine ſtatutorum, quia ſi producatur in iudicio ſufficit.

Caſte, & honeſte viuere quid importet. Concluſ. CIX.

1 VERBA illa, honeſte, & caſte, important caſtitatem, & honeſtatem coniugij, ideo legatum factum mulieri, ſi honeſte, & caſte viuat, debetur etiam ſi matrimonium contrahat. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellia. cum ibi not. Bald. in authen. cui relictum. C. de indicta vidui. tollen.

Vide. Legatum factum vxori, vel mulieri, donec vitam pudicam ſeruauerit qualiter debeatur. Concluſ. 104.

Vide. Continentes qui eſſe dicantur, Concluſione 374.

2 Limita, quando maritus legat vxori, ſi caſte, & honeſte viuat, quia neceſſario intelligitur de viduitate, ideo ſi nubat non habebit legatum, quia ex ſecundis nuptijs contriſtatur anima mariti. Caſtrenſ. conſ.11.in fin. ver. in contrarium facit. libro 2.

3 Extende, quia multo magis contriſtantur anima, & oſſa defuncti, ſi vxor vidua inhoneſte viuat, ideo magis priuatur legato, & dote. Caſtr. conſ. 147. Reuocatur in dubium, per totum. lib. 2. & in l. fideicommiſſum. numero 4. C. de fideicommiſſ.

Vide Maſcardum Concluſ. 93. Mœrere teſtatoris animam ob mulieris impudicam vitam.

Caſtellanus quando teneatur de cuſtodia, vel non. Concluſio. CX.

1 CASTELLANVS deputatus ad cuſtodiam caſtri cum ſalario, ſi deputauit alium, & caſtrum ſit perditum culpa deputati ab eo, ipſe tenetur. Oldrad. conſ.92.Rex habebat caſtrum, vide concord. per Roman. conſ. 395. Vt clarius, & ibi apoſtill. in princip.

2 Amplia, vt idem etiam procedit, ſi ipſemet caſtellanus dolo, vel culpa etiam leuiſſima perdidit caſtrum. Oldrad. d. conſ. 92. Roman. dicto conſ. 395. in princ.

3 Amplia, vt teneatur etiam ſi caſtrum per violentiam fuit amiſſum, ſi culpa præceſſit violentiam, vt quia non tenuit cuſtodias, arma, vel ad victum ſufficientia. Oldrad. conſ.92.circa fin.

4 Amplia in tantum caſtellanum à Principe deputatum teneri de cuſtodia, & ad reſtituendum fortalitium Principi, vt ſi pacifica-

tur aliter inſcio principe etiam ex cauſa mutui pecuniarum pro paghis militum. puta, quia promiſit mutuanti non reſtituere fortalitium, niſi princeps reſtituat mutuum, tale pactum eſt turpe, & mutuans ex cauſa turpi, & reproba non poteſt agere, ſed perdit mutuum. Bald. conſ. 102. Quod quilibet, & plenius conſil. 203. Si alicui. libro 3.

5 Limita, quando ipſe caſtellanus conuenit de tot militibus retinendis, quia ſi retinuit excuſatur, quando ob impetum maiorum armatorum perdidit caſtrum. Rom. d. conſ. 395. Vbi eſt caſus. nu. 3. ver. ijs tamen non refragantibus. vbi quod ſi retinuit cuſtodes conuentos, non tenetur, quia non obligatur vltra, & apoſtill. ibi in ver. poteſt, quæ dat multos concord.

6 Limita, quando caſus euenit inopinatus, puta ſeditio populi, vel quid ſimile. Rom. d. conſ. 395. num. 5. in fin. ver. ſecundo quia.

7 Limita, niſi euenerit perditio caſtri ex deceptione, quæ apparenter erat licita, puta ſi cum litteris Domini, licet falſificatis admiſiſſet inſidiatores tanquam de familia Domini, tunc enim non tenetur caſtellanus, quia dedit operam rei licitę, & non tenebatur diuinare. Rom. d. conſ. 395. nu. 4. & ſeq. ver. ſecundo principaliter, vbi apoſtil. in ver. diuinare, dat concord. plures.

8 Limita etiam, quando milites aliqui exiuiſſent, puta ad miſſam, & ad actum licitum bona fide, & ex inſidijs capti fuiſſent, quia non tenetur caſtellanus. Rom. d. conſ. 395. col. 2. in fin. ver. in caſu igitur propoſito. num. 3.

9 Limita, quia non tenetur de violentia hoſtium inopinata, & de vi maiori, cui non poterat reſiſtere. Roman. d. conſ. 395. in princip. ver. de violentia vero.

10 Reſtringe, niſi potuerit denunciare domino vim maiorem, & non denunciauit, quia tunc tenetur. Roman. d. conſ. 395. in prin. colum. 2. ver. niſi ejectus.

11 Reſtringe, quia vbicunque culpa præcedit caſum, ſemper tenetur de caſu. Rom. d. conſ. 395. in princ. col. 2. ver. vbi enim culpa, & ibi apoſtilla in ver. de caſu, dat concord.

12 Reſtringe, niſi actum ſit expreſſe, vel tacite, quod teneatur de violentia, & vi maiori, poteſt enim expreſſe quis obligari expreſſe, imo, & tacite actum videtur eo, quod recipit in ſe cuſtodiam rei, quæ non niſi per vim maiorem, & violentiam non ſolet perdi. Rom. d. conſ. 395. in prin. colum. 2. ver. ſed, & ſecundum eoſdem, vbi ponit exemplum de hoſpite, qui tenetur ad caſum fortuitum pro re recepta in cuſtodiam, quia contingit ſæpe, quod in hoſpitijs furta committuntur.

6 Vide. Fortuitus caſus ex quibus dicatur ſuſceptus, vel non. Concluſ. 429.

Caſtigatio leuis quibus permittatur, & in quas perſonas. Concluſ. CXI.

1 PATER poteſt correctionis cauſa verberare filium etiam Clericum, & non incidit in pœnam canonis. cap. cum voluntate. §. fin. de ſent. excommunicatio.

Vide. Pater quam habeat poteſtatem in filios. Concluſ. 119.

2 Extende, quia nedum pater poteſt, ſed debet caſtigare filium moderate, vt in prouerb. Salom. cap. 13. qui parcit virgæ filium odit, plene Menoch. de arbitr. caſu 364. in princ.

3 Abbas poteſt ſuum monachum caſtigare per ſemetipſum, vel per miniſtrum. Menoch. d. caſu 364. num. 11. & ſeq.

4 Maritus poteſt percutere vxorem ad leuem, & probabilem caſtigationem. Signorol. Homod. conſ. 63. Titius calce, in princ. Card. Zabar. conſil. 9. Primo præſuppono. in princ.

5 Generaliter nobis permittitur leuis caſtigatio in perſonas, quæ nobis tenentur operari. Signor. Homod. d. conſ. 63. in princ.

6 Et Dominus caſtigat ſeruum, frater fratrem, ſenex iuniorem, etiam ſi non ſint coniuncti. plene Menoch. vbi alios ponit d. caſu 164. per totum, vbi quod arbitrio iudicis iudicatur, quæ ſit moderata caſtigatio, vel non.

7 Propinquus poteſt propinquum, maxime puerum impune correctionis cauſa alapa percutere, & corrigere. Angel. conſ. 397. in fin.

8 Præceptor, & magiſter ſcholæ, vel artificij habet leuem caſtigationem in ſcholares, & ideo ſi accuſatur de iniuria, quia dedit alapam, vel aures traxit ſi id in actu diſciplinę fecit, debet abſolui. Bart. conſ. 103. Viſis teſtibus. lib. 1. per totum.

9 Extende, quia etiam ſi vulnerauit virga, non tenetur, quando id factum eſt in actu delicti, vel diſciplinæ. Bart. dicto conſ. 103. num. 2. lib. 3. allegat tex. in l. ſed, & ſi quemcunque, §. fin. circa princ. ff. ad leg. Aquil.

10 Dominus ancillam, & famulum mercenarios poteſt caſtigare, & verberare leuiter, ſi delinquunt in aliquo. Alex. conſ. 75. Viſo themate, per totum. lib. 3. vbi quod ſi excedatur modus, tenetur ſolum de exceſſu, non ex dolo, ſed ex culpa,

11 Extende, vt dominus, vel domina poſſit moderate caſtigare ancillam, tam per ſe, quam etiam per alium, & ideo filius dominę caſtigans ancillam moderate coram matre, cenſetur de mandato matris facere vſque ad modum permiſſum. Alexand. dicto conſilio 75. num. 2. ver. quantum vero. lib. 3.

12 Extende, quia in dubio caſtigatio ancillę præſumitur facta animo corrigendi, & ſic in caſu permiſſo, non ex alia cauſa prohibita. Alex. d. conſ. 75. num. 2. ver. accedit. lib. 3.

13 Extraneus quilibet poteſt puerum extraneum correctionis cauſa impune alapa percutere, vel verberare leuiter. Angel. conſ. 397. in fin. ver. ſecundo concludo.

14 Caput familię poteſt leuiter caſtigare quemcunque de familia ſua. Alexand. d. conſil. 75. Viſo themate, in princip. lib. 3. allegat cap. duo iſta nomina 24. quæſt. 4.

15 Extende in tantum, vt is, qui omittit debitam caſtigationem, peccet mortaliter. Alexan. dicto conſilio 75. num. 3. ver. & quilibet habens. libro 3.

16 Declara omnes caſus prędictos, quod ſi quis excedat modum permiſſum in caſtigando non tenetur de omnibus verberibus permiſſis, & non permiſſis, ſed tantum tenetur de exceſſu, ita Alexand. ex mente aliorum, quos citat d. conſil.

consil. 75. num. 4. ver. circa aliud. libro 3.

17 Imo excedens modum in illo excessu, non tenetur de dolo, sed solum de culpa, quod est notatu dignum, nisi ex qualitate instrumenti, cum quo percuteret contrarium suaderetur, prout si ferro, vel gladio percuteret. Alexand. dicto consil. 75. numero 4. in fin. & numero 5. vers. pro hoc. libro 3.

Vide. Excedens modum inculpatæ tutelæ tenetur de excessu. Conclus. 430.

Castillioni Terra, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. CXII.

1 CASTILLIONENSES erant liberi, & recommendati Populo Florentiæ, ideo non erant subditi, nec poterant collectari, plene Castren. consil. 314. Postremo, per totum. lib. 1. vbi ait, quod præscripserant merum, & mixtum imperium, & recitat multa capitula confœderationis, dicit tamen, quod quoad aliqua erant suppositi, quia recognoscebant Populum Florentinum in dominum, hoc est in maiorem, cui erant recommendati.

Castrensia, vel quasi, quæ esse dicantur. Conclus. CXIII.

1 CASTRENSIA esse dicuntur acquisita per filiumfamilias in bello, per probitatem, secus si per rapinam, vel violentiam improbam. Bald. consil 137. Quidam nobilis. libro 1. in fin.

2 Extende, quia castrensia esse dicuntur etiam quæsita per filiumfamilias militem vltra salarium militare, dummodo occasione militiæ fit quæsitum. Alexand. consil. 2. In consultatione, num. 4. ver. quia videmus, num. 7. vers. & per hæc apparet. lib. 6.

3 Restringe, quia licet castrensia esse dicantur quæsita in bello per militem, tamen si ipse moriatur relinquens patrem, & filios bona castrensia desinunt esse castrensia, quia pater acquirit vsumfructum. Bald. dicto consilio 137. in fine libro primo.

4 Amplia, quia dicuntur castrensia ea, quæ libere ab Imperatore, vel Principe sunt donata. Bald. consilio 351. In bonis fœudalibus. num. 5. ver. secunda rerum qualitas. lib. 1. Angel. Aretin. consil. 57. Quantum ad primum. colum. fin. ver. quoad tertium, allegat text. in eum multa. C. de bonis, quæ liber.

5 Extende, quia donata à principe habent multa priuilegia, & vsusfructus talium donatorum patri non acquiritur. Angel. Aretin. dicto consil. 57. Quantum ad primum. num. 4. & sequen. ver. quoad tertium.

6 Amplia, quia castrensia esse dicuntur fructus signoriæ, vel officij publici, ideo ista fratribus in communi viuentibus non communicantur. Bald. consil. 449. Ista est subtilis, post med. ver. item fructus. lib. 2.

7 Amplia in acquisitis per filium aduocatum, quia censentur quasi castrensia. l. fori tui. C. de aduoca. diuer. iudicior. l. fin. C. de inoff. testamen. * Alexand. consil. 2. vbi pro vtraque, & dicit hanc * communem. lib. 6. sub num. 4.

8 Extende, quia acquisitum per Clericum dicitur quasi castrense. glos. Instit. per quas personas nobis quæritur. §. igitur, in ver. castrense.

9 Extende in medico aduocato, & quocunque docente artem liberalem. glos. vbi supra. Alexan. consil. 2. num. 5. lib. 6.

10 Extende in procuratore, seu patrono causæ, quia aduocato in hoc æquiparatur. Alex. d. consil. 2. num. 6. lib. 6.

11 Extende in notario, quia quod lucratur filius familias notarius dicitur peculium, quasi castrense, ita, quod de eo poterit testari. Cappella Thol. decis. 10. Guido Papæ consil. 205. Circa processum. num. 4. ver. sexto quia licet. Io. Fabr. Instit. per quas personas nobis acquir. Castrens. consil. 98. in princ. lib. 2. Alexand. consilio 2. num. 6. libro 6.

11 Contrarium, quod neque aduocatus, neque procurator, neque notarius, acquisita habeant tanquam quasi castrensia, nisi sint salaria ex publico, tenet apostilla ad Alex. consil. 2. lib. 6. in ver. procuratores, & idem tenent plures, quos citat Alex. d. consil. 2. in princ.

13 Declara, quia antiqui Doctores volebant, & est verum, quod ad hoc, vt aquisita sint castrensia prouenire debeant ex salario publico, quia antiquitus aduocati, procuratores, & notarij habebant salarium ex publico, prout milites, sed tamẽ hodie salarium, quod recipiunt à priuatis est subrogatũ loco salarij publici, ergo est castrense, vel quasi. Alex. d. consil. 2. nu. 4. & seq. & per totum. lib. 6. vbi, quod maxime procedit, quando soli matriculati (prout Gremonæ) possunt esse procuratores, aduocati, vel notarij.

14 Declara, quia opinio est controuersa quoad salarium, quando non est ex publico. Alexan. consil. 133. num. 4. lib. 7.

15 Amplia, quia omne, quod filiusfamilias acquirit ex salario, vel prouisione publica dicitur castrense, vel quasi. Castrens. consil. 98. In causa appellationis, in princ. lib. 2.

16 Extende in acquisitis per filiumfamilias ex officijs publicis: Castrens. consilio 418. Viso, in fin. libro 7.

17 Amplia, quia assessores habent acquisita tanquam castrensia, vel quasi. Alexand. dicto consil. 2. num. 4. lib. 2.

18 Amplia, quia omnia acquisita ex scientia, vel ex publico dicuntur quasi castrensia. Alex. d. consil. 2. num. 7. ver. accedit. lib. 6.

19 Limita in acquisitis per filium ex medicina, quia viuente patre acquirit patri, secus est quoad fratres, mortuo patre, nisi essent socij omnium bonorum. Bald. consil. 347. Quæritur pater misit. numero 2. vers. quantum ad secundum. libro 2.

20 Contrarium tenet Bal. consil. 438. Primo dicam, in prin. vbi, quod quicquid acquirit filiusfamilias medicus ex scientia, viuente patre, erit aduentitium, & non communicabitur alijs fratribus, ideo nec venit communicandum acquisitum post mortem patris. lib. 9.

21 Imo quod sit castrense, vel quasi, acquisitum à

medico, ſicut ab aduocato etiam à priuatis perſonis. Alexand. conſ. 2. num. 5. ver. ita etiam. libro 6.

22 Limita in acquiſitis per procuratorem, quia ſunt aduentitia bona, non autem caſtrenſia, vel quaſi, niſi ſint ex ſalario publico dato procuratori, quia tunc bene ſunt quaſi caſtrenſia. Alex. conſil. 133. Stantibus ijs. num. 3. ver. alia ratione libro 7.

23 Et quod acquiſitum per procuratorem à particularibus perſonis lucratum non ſit caſtrenſe, neque quaſi, ſed aduentitium. Alexand. d. conſil. 233. num. 4. verſ. & data, quod de acquiſitis lib. 7. vbi apoſtilla in ver. procurationis, citat eundem Alexan. conſ. 109. in fin. lib. 2. & apoſtill. ad Alexand. conſ. 2. num. 6. in ver. procuratores. lib. 6. vbi tenet hanc partem.

24 Contrarium, quod imo acquiſitum per Notarium, & per procuratorem, etiã à particularibus, & priuatis, & non ex publico ſit quaſi caſtrenſe, quia hodie ſalarium à priuatis ſuccedit loco ſalarij ex publico. Alexand. conſil. 2. num. 6. Cappell. Tholoſ. deciſ. 10. Guid. Pap. deciſ. 105. num. 4. Caſtr. conſ. 98. in princ. lib. 2. Io. Fabr. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.

25 Declara, ſeu reſtringe, niſi procurator etiam de conſuetudine gereret officium aduocati, quia differt procurator ab aduocato, niſi extaret conſuetudo, vel ſtatutum, (prout Cremonæ,) quod nullus poſſit exercere officium aduocati, vel procuratoris, niſi ſit deſcriptus in matricula noratiorum, quia videntur æquati. Alexand. conſilio 2. In conſultatione præmiſſa. num. 6. verſ. modo ſic. lib. 6.

Caſtri Noui in dioeceſi Parmæ ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. CXIV.

1 PARMENSIS dioeceſis eſt Caſtrum Nouum conceſſum per Ducem Mediolani, tunc dominum Parmæ, Duci Regij, & Ferrariæ in permutationem alterius Caſtri Noui, quod habebat Dux Ferrariæ in territorio Derthonenſi, quod quidem caſtrum dicitur conceſſum liberum, & non debet moleſtari à Parmenſibus. Rota, plene conſil. 219. In hoc dubio, per totum.

Hodie eſt effectum de Ducatu Regij ex literis Sereniſs. Ducis Regij, datis Ferrariæ 1480. kalen. Ianuarij.

Caſtrum, Villa, Ciuitas, quid ſint. Concluſio. CXV.

1 CASTRVM dicitur caſa alta, ſeu fortis, & munita muris, ſeu vallo, & de iure communi non habet iuriſdictionem, ſed eſt ſicut vicus. Bart. in extrauag. qui ſint rebelles in verbo Lombardiæ. num. 4. vbi apoſtilla in ver. Caſtrum. Boer. deciſione 212. numero 28.

2 Et de multiplici ſignificatione caſtri, vide plene Boer. deciſ. 212. num. 26. & ſeq. vbi quod caſtrum dicitur à cuſtodia, vel quia in alto loco eſt ſitum, & num. 31. quod curtis dicitur locus, in quo caſtrum tuetur, & defenditur.

3 Et plenius Boer. deciſ. 320. vbi in principio, quod habet multas ſignificationes, ex mente Corne. conſil. 206. lib. 3. vbi, quod aliquando caſtellum importat caſtrum, aliquando receptaculum aquarum, aliquando caſa alta, ſeu fortis, aliquando caſtrum etiam appellatur fortalitium.

4 Aliqua caſtra dicuntur aerea, & vulgariter dicitur quia in aere ædificare caſtra, prout exemplificat Boer. in deciſ. 320. num. 3. in Hiſpania, vbi dicit, quod aer eſt omnibus communis, prout arena maris, & dicit, quod iſti, qui habent caſtra in aere æquiparantur ſuſpenſis ſuper furca, & quod ſcholares male ſtudentes dicuntur ædificare in aere, & ſine fundamentis.

5 Habent tamen caſtrum magiſtratus, qui ibi apponuntur per Ciuitatem, cui ſubſunt. Bart. d. extrauag. qui ſint rebelles, in ver. Lombardiæ, num. 4. vbi apoſtilla in ver. ponuntur, allegat Iaſ. in l. 1. in fin. in princip. ff. de iuriſdict. omn. iudic.

6 Aliqua tamen ſunt caſtra, quæ habent de ſe iuriſdictionem, & territorium ſibi conceſſum à Principe, vel à longa conſuetudine, quæ non ſubſunt ciuitatibus, vt dicit Bartol. dicta extrauag. qui ſint rebelles. num. 6. verſ. ſed quid dices tu, & dicit Bart. quod ſi talibus caſtris liberis conceditur iuriſdictio, & mixtum, & merum imperium, & alia priuilegia Ciuitatis, ſi quidem vti caſtro ſit conceſſio, remanet caſtrum, ſed ſi vti ciuitati, vel etiam ſimpliciter, acquirit ius ciuitatis, & efficitur ciuitas.

7 Villa dicitur ædificium ſine muris, vel foſſatis, & non habet iuriſdictionem, quia ſubeſt ciuitati de iure communi. Bart. d. extrauag. qui ſint rebelles. num. 3. vbi, quod in Francia villa dicitur ciuitas, in §. Lombardiæ.

Vide. Villa quid ſit. Concluſ. 207.

8 Ciuitas eſt, quæ habet Epiſcopum, licet etiam ſint ciuitates ſine Epiſcopo quando habet ius eligendi defenſores. Bart. d. extrauag. qui ſint rebelles. num. 5. §. Lombardiæ.

Vide. Ciuitas ſignificatur diuerſis modis. Concluſ. 280.

Vide. Vrbis appellatione quid veniat. Concluſ. 297.

9 Prouincia eſt, quæ regitur per iuriſdictionem vniuerſalem, prout Archiepiſcopatus, Legatio, Præſidatus, & quid ſimile. Bart. d. extrauag. qui ſint rebelles. §. Lombardiæ. num. 7.

Vide plenius in ver. Prouincia quid ſit. Concluſ. 949.

10 Et ſunt nomina vniuerſalia iſta nomina, quæ continent in ſe iuriſdictionem. Roman. conſilio 444. num. 7.

11 Et quod caſtrum, & villa ſint nomina vniuerſitatem deſignantia. Boer. d. deciſ. 320. num. 2.

Vide, Menſa quid ſit, & apotheca. Concl. 196.

Vide. Caſtri appellatione quid veniat. Concl. proxim. ſeq. vbi latius quod ſunt nomina vniuerſalia.

Vide.

Vide. Verba importantia vniuersitatem quę sint. Conclus. 120.

Castri appellatione quid veniat. Conclus. CXVI.

1 CASTRI appellatione, vel ciuitatis continetur, quod cinctum est mœnibus, territorij vero appellatione, quod est extra, ideo recognoscens castrum in feudum non censetur recognoscere territorium. Oldrad. consil. 121. Ad primam, quæst. vbi concludit pro hac parte, licet ponat sex fundamenta pro contraria parte. Menoch. consil. 498. nu. 34. & seq. lib. 5.

Vide. Ciuitas significatur diuersis modis, & quid veniat appellatione ciuitatis. Concl. 280.

2 Adde quod appellatione castri, vel villæ, videntur venire omnia incorporalia, & sic iurisdictio, iuspatronatus, honor, & districtus, quia important vniuersitatem, castrum, & villa. Oldrad. consil. 251. Ad quæstionem, num. 8. circa fi. ver. & princeps, plene Crauett. consil. 701. nu. 45. & 46. vbi quod est quid vniuersale, idem est in ciuitate, & villa, ideo veniunt corporalia, & incorporalia, * & communem dicit * Couarru. practic. quæstion. cap. 1. in 9. conclus. nu. 10. Castr. consil. 407. Satisfaciendo, num. 4. ver. quarto quæritur, lib. 1. vbi quod est quid vniuersale continens iurisdictionem altam & bassam si inest.

Vide. Castra, & municipia, quam iurisdictionem habeant. Conclus. 117.

3 Extende, quia appellatione castri venit territorium, & iurisdictio, & molendina etiam, si non sic dictum cum pertinentijs, quia est nomen vniuersale comprehendens corporalia, & incorporalia. Crauett. plene consil. 701. nu. 45. & seq. vbi arguit, quod si venit iurisdictio reseruata principi, quanto magis furni, molendina, & similia.

4 Et quod castrum consuenit habere proprias pertinentias, sine quibus habitantes in eis non possent viuere, & hęc est præsumptio quod adhærentia bona sint pertinentię castri in dubio. Castren. consil. 139. Pro declaratione, in princ. lib. primo.

5 Restringe, quia licet castrum & curia sit nomen vniuersale, comprehendens etiam bona, tamen si vendatur, vel concedatur castrum etiam cum iuribus, & pertinentijs, non veniunt bona particularia ad communitatem, vel particulares pertinentia, c. 1. de capit. qui curiam vend. quia in dubio venit solum ius quod vendens habet. Franc. Aretin. d. consil. 15. Reuerendissime Pater, in princ. ver. tertio præmitto, & ideo si concedens habet bona particularia, illa veniunt, vt ibi ver. secundo præmitto.

6 Declara totam istam materiam, an præsumatur Ecclesia, vel particularis, cui facta est concessio castri libere habere intentionem fundatam in bonis particularibus, quę nunc possidentur à particularibus, quando concessio est de antiquo, & dicas, quod si tempore concessionis bona sunt culta, vel habent signa culturę, non possunt dici vacantia, & non veniunt in concessione, & præsumuntur fuisse culta, si de præsenti sunt culta, quia si status præsens potest concordare cum statu antiquo, de præsenti præsumitur in præteritum, si vero essent inculta, veniunt in concessione, quia præsumuntur in nullius bonis esse. Franc. Areti. d. consil. 15. nu. 2. & 3. ver. ex ijs videtur, vbi loquitur in Episcopo Mantuano super concessione antiqua sibi facta de castro Bagnoli.

7 Declara, quia castro nihil deputatur à iure, quod sit accessio, prout territorium, vel iurisdictio, sed deputatur ab hominibus, & eorũ statutis. Bald. consil. 420. Verba principis, nu. 4. in fi. & nu. 5. ver. tamen etiam lib. 1. & Iatius consil. 245. Villa, vel castrum lib. 3. vbi dicit, quod consueuit ab hominibus per statuta certum territorium assignari, licet nomen castri per se de iure non contineat, nisi addatur verbum, cum pertinentijs, imo etiam si addatur verbum cum pertinentijs, non tamen veniunt villæ vicinæ, quia castrum non habet à iure, nisi per homines, vel statura addatur territorium. Alex. consil. 43. De celerrima, in princ. vbi apostil. in ver. castro, lib. 1. Anchar. consil. 142. Clarior, nu. 2. vbi quod castra, & villæ subsunt ciuitati, & non habent de iure communi territorium distinctum, sed possunt habere de consuetudine, & Menoch. consil. 498. nu. 34. & seq. Abbas consil. 62. In controuersia, col. 4. in princ. ver. secundo principaliter, nu. 8. lib. 2.

8 Vide omnino Castr. consil. 407. Satisfaciendo, nu. 4. lib. 1. vbi quod castrum est quid vniuersale, & appellatione castri venit iurisdictio alta, & bassa, quatenus castrum habeat, sed quando castrum est in prouincia, quę regitur & gubernatur per rectorem Prouinciæ tunc merum, & mixtum Imperium est penes rectorem Prouincię, & vendito castro eo casu, non venit iurisdictio personæ inhærens, & dat exemplum de comitatu Venusino, in quo castra non habent iurisdictionem.

9 Extende, vt procedat etiam si venditio, vel donatio castri excipiat albergam tantum, quia exceptio licet firmet regulam in non exceptuatis, tamen non includit diuersa, igitur non includit iurisdictionem, quia alberga est redditus, qui consistit in percipiendo, iurisdictio autem consistit in ministrando. Castr. d. consil. 407. num. 4. ver. nec obstat, lib. 1.

10 Dicas quod castrum in territorio ciuitatis dicitur de territorio, ex dispositione iuris communis, item ex dispositione statuti, quia statutum potest concurrere cum iure communi, item probatur consuetudine probata per instrumenta extracta ex Archiuio publico, Abb. consil. 61. In controuersia, col. 4. nu. 8. ver. sed contrariam sententiam, lib. 2.

11 Et id, quod dicitur quod castrum habet iurisdictionem, & territorium quando probatur deputatio à iure, vel ab homine, seu à consuetudine, debet intelligi, quando habet perpetuo, non autẽ per accidens, quia deputatio casualis secundum exigentiam temporum non debet alterare rei naturam. Abb. d. consil. 62. col. 4. circa fi. ver. nec habet prædictis obstare, lib. 2.

12 Amplia, quia appellatione castri non veniunt villæ vicinę castro, etiam si inuestitura fiat de castro cum iuribus, & pertinentijs. Alex. consil. 43. De celerrima, lib. 1. vbi loquitur de castro Planorsij.

13 Declara, quia non veniunt villę appellatione castri, quando castrum non habet iurisdictionem, si vero habet iurisdictionẽ, venit villa appellatione castri. Anchar. cõs. 142. n. 2. ver. ex hoc infertur.

Amplia

14 Amplia maxime, quando caſtrum fuit deſtructum animo non reædificandi, quia etiam ſi haberet villas, & territorium, perdit illas ex deſtructione, prout idem in Ciuitate etiam dixit Alexand. dicto conſil. 43. in principio. ver. quinimo. libro 1.

15 Amplia, quia caſtra, & villæ, quæ ſunt in diſtrictu, vel comitatu Ciuitatis nullam habēt iuriſdictionem. Bart. conſ. 189. Primo quæritur. lib. 1. in princ. Pariſ. conſ. 16. num. 22. lib. 4. Abb. conſ. 6. In quæſtione. num. 2. ver. ex ijs infero. lib. 2. vbi quod omnis iuriſdictio eſt Ciuitatis, cui ſubeſt. & conſ. 52. In quæſtione. num. 6. & ſeq. ver. quoad ſecundum. lib. 2. & conſ. 62. col. 4. num. 8. ver. ſed contrariam, & col. 6. num. 13. lib. 2. Alexan. conſ. 24. Ponderatis, in princ. lib. 5. vbi quod iuriſdictio eſt Ciuitatis, cui caſtrum ſubeſt.

16 Extende, quia iſtud eſt generaliter verum, quod caſtra, quæ non ſunt ſeparata à Ciuitate, nullam habent iuriſdictionem, niſi quatenus à Principe, vel conſuetudine ſit conceſſa. Bart. in l. Imperium. * num. 7. ff. de iuriſd. omn. iud. quem ibi * omnes ſequuntur, vt dicit Iaſ. num. 18. Curt. Iun. conſ. 75. Abb. conſ. 6. In quęſtione. num. 2. verſ. ex ijs infero. lib. 2. & conſ. 62. In controuerſia. col. 4. num. 8. ver. ſed contrariam ſententiam. lib. 2. Alex. d. conſ. 24. in princ. lib. 5.

17 Extende, quia ſi concedatur iuriſdictio in dubio intelligitur in ſpecie, & non in genere. Curtius Iunior dicta l. Imperium. num. 41. ff. de iuriſdict. omn. iudi.

18 Extende, quia conceſſa iuriſdictione caſtri Domino, & ſucceſſoribus in dubio cenſetur perſonalis, non autem realis. Bar. d. conſ. 189. num. 3. lib. 1. vbi apoſtillauī.

19 Reſtringe, niſi Princeps per priuilegium ſeparaſſet caſtrum a Ciuitate, quia tunc non eſt de comitatu, ſed eſt de per ſe, vel de alieno comitatu, prout cantat ſeparatio. Abb. conſ. 62. col. 6. nu. 12. ver. ſecundo facit. lib. 2.

20 Amplia, quia caſtrum de comitatu Ciuitatis probatur eſſe, ſi adſunt inſtrumenta enuntiantia, de antiquo tale caſtrum eſſe de comitatu. Abb. conſ. 52. col. fin. ver. condeſcendo. lib. 2. & conſ. 62. In controuerſia. column. 4. num. 9. verſ. teſtes autem. lib. 2.

Vide. Confinia qualiter probentur, & ex quibus, Concluſ. 700.

21 Idem eſt quando probatur per famā, vel libros antiquos, vel alia adminicula, quia in hac materia, quæ ſingula non proſunt plura ſimul iuncta iuuant. Alex. d. conſ. 52. col. fi. lib. 2.

22 Extende etiam, ſi probantur aliqui actus iuriſdictionales tantum, quia ſi de contrario non conſtat, probatur comitatus, & diœceſis per vnum actum alio contrario non apparente. Abb. d. conſ. 52. in fin. lib. 2.

23 Imo eo ſolo, quod homines viſi ſunt venire ad ciuitatem in actibus, & pro actibus iuriſdictionalibus probatur comitatus, vel diſtrictus. Abb. d. conſ. 52. in fin. lib. 2.

24 Declara, quia procedunt prædicta, quando non agitur de proprietate caſtri, ſed de quaſi poſſeſſione comitatus, quod eſt modici præiudicij. Abb. d. conſ. 52. in fin. lib. 2.

25 Limita in iuriſdictione Caſtri, quia appellatione iuriſdictionis Caſtri venit iuriſdictio territorij, quæ dependet, & eſt inſeparabilis cum ſit incorporalis. Oldrad. conſil. 122. num. 15. ver. ſuper eo vero.

26 Non tamen veniunt muri caſtri, neque bona particularia donata, vel conceſſa iuriſdictione. Fulgoſ. conſ. 221. per tot.

27 Limita, quia vendito caſtro, vel conceſſo caſtro aut ciuitate, etiam iuriſdictio cenſetur vendita, & quæcunque infra lapidem territorij continentur, dummodo iuriſdictio competat ratione rei, hoc eſt territorij. Bald. conſil. 327. Pridie enim. num. 10. in fin. & num. 11. ver. ex quibus concluditur. lib. 1.

Vide. Caſtro donato quid veniat. Concluſione 124.

28 Extende è conuerſo, quia quando caſtrum, vel curia habet iuriſdictionem, habet etiam dominium rerum, quæ ſunt in curia, vel caſtro, & tunc ſi donat caſtrum cenſetur etiam donare bona particularia caſtri, & iuriſdictionem, quam habet Franc. Aret. conſ. Reuerendiſsime Pater, in principio.

29 Reſtringe, quando iuriſdictio cohæret caſtro, vel ciuitati ratione perſonæ, quia tunc conceſſa ciuitate, uel caſtro non uenit iuriſdictio. Bald. d. conſ. 327. num. 11. lib. 1.

Vide. Iuriſdictio quando, & ex quibus cenſeatur conceſſa, uel uendita. Concluſ. 547.

30 Limita, quia uendito caſtro, ſeu villa cum pertinentijs, venit territorium, & iuriſdictio, ſi quod erat penes vendentem, quia appellatione pertinentiarum iſta ueniunt, maxime ſi pretium correſpondeat, & mos in regione ita eſſet. Bald. conſ. 245. Villa, vel caſtrum. lib. 3. Menoch. conſ. 498. nu. 35. lib. 5.

31 Extende, quia conceſſo caſtro cum territorio mero, & mixto imperio veniunt vaſſalli ratione territorij, etiam habentes bona territorij in feudum, quia debent recognoſcere eum, cui caſtrum eſt conceſſum. Bald. conſ. 97. Proponitur quod. nu. 2. libro 3.

32 Limita, quando caſtrum habet magiſtratum, & & iuriſdictionem ſeparatam de per ſe, quia non ſubijcitur ciuitati, in qua eſt, ſed in ſuis iuribus cenſetur, vt ciuitas. Abb. conſ. 62. In controuerſia. col. 6. num. 12. in fin. ver. ad idem. lib. 2. vbi ad hoc allegat Bartol. in l. 1. ff. de damno infecto, & Ioann. Andr. in cap. cum æterni, de re iudicat. in 6.

33 Extende, quando caſtrum præſcripſit, vel à Principe habuit. Abb. d. conſ. 62. col. 6. ver. ad idem. num. 13. lib. 2.

34 Limita, quia hodie caſtra communiter habent territorium, & pertinentias de conſuetudine, vel ex priuilegio, vel ex ſtatuto. Abb. dicto conſil. 62. num. 14. col. 7. verſic. item, vt ſupra dixi. lib. 2.

41 Vide. Territorium non venit appellatione caſtri, & quando ſecus. Concluſ. 50.

Vide Maſcard. Concluſ. 271. Caſtrum vbi qualiter caſtrum probetur ſubeſſe ciuitati, & ex quibus, & licet veniat iuriſdictio, & territorium ſi ineſt, non tamen veniunt bona particularium.

Castra, & municipia quam iurisdictionem habeant. Conclusio CXVII.

1 REGVLARITER Castra,& villæ non habent territorium,neque iurisdictionem,sed subsunt ciuitatibus.Anch.cons.142.nu.2.

2 Ratio est,quia castro nihil deputatur a iure,sed ab hominibus, ideo castrum de iure cõmuni non habet territorium, neque iurisdictionem, Baldus cons.245.Villa,vel castrum,lib.3.

Vide,Castri appellatione quid veniat.Conclusio.116.

3 Contrarium,quia omnia castra in Italia præsumuntur libera, & nullis oneribus sunt obnoxia, Anchar.cons.310.Tres Domini.num.7.

4 Et in statu Ecclesiæ in Sabinis sunt libera.Bar. cons.72.Ex facto proponitur,in princ.lib.1.

Vide.Castra multa in statu Ecclesiæ libera prętenduntur.Conclus.119.

5 Declara, quia vbicunque castra nullam habent iurisdictionem,sed iurisdictio est ciuitatis,eo casu tenetur tale castrum ad omnia onera ciuitatis pro rata,& illius habitatores dicuntur ciues ciuitatis.Abb.cons.89.in quæstione,col.2,ver.vbicunque enim.lib.1.

6 Amplia,quia licet ciuitates Italię de consuetudine habeant iurisdictionẽ,& locum Reipublicæ,tamen castra, & villę nullam habent iurisdictionem, nisi sit præscripta vel concessa. Bald. cons. 243. Ius percipiendi. lib. 3. per totum: vbi quod multa castra Italiæ habent regalia,sed debet constare.

7 Restringe in castris,quæ sunt in statu Ecclesiæ, quia præsumuntur habere iurisdictionem allodialem,non autem feudalem.Lucas de Penna in l.2. C.de fund.limitrophi.lib.11.

Vide.Statutum à quibus fieri possit.Conclusio. 430.

8 Limita quãdo habẽt statuta confirmata à Principe,tribuẽtia iurisdictionem,vel punitionẽ,etiã in maioribus,quia talia statuta sunt seruanda, & locus est præuentioni,etiam cum superiore.Bal.d. cons.402 per totum lib.4.

9 Limita, quia ex præscriptione immemorabili castra possunt habere regalia, prout ius passagij exigendi,& gabellarum,& similium, etiam si sint supposita alijs ciuitatibus,&locis,prout de castro Pergulę subiecto Ciuitati Eugubinæ consuluit Bar. & Cynus inter consilia Baldi 400. Super primo,& consilium Baldi 401.lib.4.

10 Extẽde,quia possunt castra habere iurisdictionem, & ius statuendi ex præscriptione immemorabili,etiam si essent subiecta alicui ciuitati,quia possunt castra ista præscribere. Bal.cons.400.n.5. col.antepen. ver. super tertio.lib.4.quod est bartoli,& in fi.ver.est,&alia ratio,quod est consilium Cyni ibi annexum.

11 Extende,vt procedat etiam si ciuitates habentes superioritatem in castris haberent priuilegia confirmationis iurisdictionis in dictis castris a superiore in forma communi,quia per hoc non tollitur iurisdictio præscripta per castra subiecta, ita quod nõ possunt ciuitates auferre iurisdictionem præscriptam per castra. Bald. d. cons. 400. col.antepen.circa fin.ver.super quarto, & per totum.lib.4 quod est Bartoli.

12 Declara, quia si castra, & municipia de iure communi habent iurisdictionem, potestates eorundem habent leuium criminum cognitionem. Bald.cons 402. Quanquam esset.lib.4. alias incipit: Punctus talis est.

Castra separata non sunt de ciuitate, vel districtu, & quando secus. Conclusio. CXVIII.

1 CASTRA separata per Principem,vel exempta,non amplius sunt de ciuitate,vel districtu.l.si eadem.ff.de assessori.Bal.cons. 102. Quod dictus Grassus.num.2,lib.4.

Vide.Territorium,& districtus quid sint. Concluf.47.

Vide. Exempta loca habent multa specialia, Concluf.576.

2 Amplia, quia separatio castri à ciuitate,territorio,& districtu ciuitatis habentis merum,& mixtum imperium in ciuitate, & territorio, prout habent multæ ciuitates Italiæ,operatur,quod necessario iurisdictio sit concessa castro, & territorio castri, quia alias esset acefalum, & non esset prouisum populo castri. Castrens. cons. 189. Notandum est. num 3.ver. sed ijs non obstantibus. libro 2.

3 Limita,quia castra facta exempta, & separata à ciuitate, licet sint immunia quoad iurisdictionem,tamen regulantur, & reguntur secundum statuta antiqua ciuitatis, quę erant inesse ante separationem, nisi castra separata noua statuta fecerint. Alex.cons.151. Viso themate. num. 4. & seq. ver.præsuppositа ergo.lib.2. vbi tollit contraria, quod locum habent quoad statuta ciuitatis facta post separationem,vt non habeant locum in locis separatis.

Vide. Statuta ciuitatis dominantis extenduntur ad castra,& alia loca.Concluf.541.

4 Limita,quia vbicunq; castrum, vel villa est sub iurisdictione dicitur esse de territorio,seu districtu eius, sub cuius iurisdictione existit. Crauett. cons.673.num.11.

5 Castro destructo quid retinet.

Vide.Destructio,& deuolutio rei.Concluf.228.

Castra multa in statu Ecclesiæ libera. Conclusio. CXIX.

1 BELMONTIS, Roccasinibali, Villa plagæ, Stiffoni,Leueti,Porti,Vallis Frede, VallisOrnari, & Sanctę Felicis;Ista castra, & villę sunt de diœcesi Sabinen.& erant Nobilium de Romagna, in quibus habebãt merum, & mixtum imperium, & in temporalibus non recognoscebant superiorem,neque EcclesiamRomanam,neque Imperium ex antiqua consuetudine per tempus immemorabile,vt dicit Bart.cons.72.Ex facto proponitur,in princ.lib. 1. vbi quod possunt condere statuta, & statue-

Digitized by Google

ſtatuerunt pacto inter ſe, quod fœminæ non ſuccederent vnquam in dictis caſtris, & alijs, quę habebant: vbi num. 4. ver. ſi vero diceremus, dicit, quod ex quo de immemorabili conſtat prędicti nobiles poſſunt dicere, quod antequam eſſet Romanum Imperium habuerunt illa.

Vide. Papa habet fundatam intentionem in ſtatu Eccleſię. Concluſ. 66.

Caſtrum habens villas ſub ſe, & ad quid obligentur villæ ipſi caſtro. Concluſio. CXX.

1 CASTRVM habens villas ſub ſe, in quibus die, & nocte ſunt habitatores, poteſt compellere habitatores villarum ad cuſtodias caſtri, ad quod tempore belli confugiunt villarum habitantes. Calder. conſ. 446. alias 4. de cenſib. vbi quod ita ſe habet conſuetudo.

Caſtra ædificare, vel reædificare, quando liceat, vel non. Concluſ. CXXI.

1 CASTRVM videlicet domum altam, & fortę pro ſui tuitione, & defenſione quilibet poteſt in ſuo ſolo ædificare, etiam ſine licentia Principis, quia regula eſt permiſſiua. Boer. deciſ. 320. Et preſuppoſito, num. 4.

Vide. Fortalicium quando, & quibus ædificare liceat. Concluſ. 424.

2 Amplia, quia pariter barones habentes caſtra cum iuriſdictione poſſunt turres conſtruere, incaſtellare, & ædificare pro ſui habitatione, & ſecuritate. Boer. d. deciſ. 320. num. 4. vbi multa allegat.

3 Amplia, quia licitum eſt ſine licentia Principis multo magis reficere, & reſtaurare muros, turres & mœnia caſtri dirupti. Boer. deciſ. 320. nu. 5.

Vide. Ædificare in ſuo cuilibet licet. Concluſio 35.

Vide. Reędificatio quando permiſſa, vel non. Concluſ. 78.

4 Amplia, quia mœnia ciuitatis poteſt quilibet ſumptibus ſuis facere conſtruere, reparare, & ędificare quod fieri non poteſt ſumptibus publicis ſine licentia Principis. Boer. d. decil. 320. nu. 5. ver. in contrarium.

5 Amplia, quia Principes, & Domini abſoluti poſſunt in confinio, & ad æmulationem conſtruere caſtra, & fortalitia, prout de Rege Franciæ, & Rege Angliæ dat exemplum Boer. d. deciſ. 320. n. 16. ver. nam Rex Franciæ.

6 Extende idem in Ducibus, & Comitibus, quia poſſunt caſtramentari in confinio ſui territorij. Boe. d. deciſ. 320. num. 16. ver. ſed Bal.

7 Limita, quia non poteſt ſubditus, & vaſſallus cenſuarius, ſeu emphyteuta ædificare caſtrum in re emphyteutica, ſeu cenſuali, ſine licentia Domini ſuperioris, vel habentis directum dominium neque poteſt fortalitium fabricare, quia eſſet verecundia ei, cui eſt ſubditus. Boer. d. deciſ. 320. numero 6.

8 Reſtringe, quia poteſt emphyteuta, vel cenſuarius ædificare domum baſſam, cinctam muris, & foſſatis circumdatam pro ſua tutela. Boer. dicta deciſ. 320. numero ſexto. verſic. bene tamen poteſt.

9 Limita, quia ad æmulationem non eſt licitum ædificare caſtrum, vel fortalitium. Boer. d. deciſ. 320. num. 6. & plenius num. 8.

Vide. Æmulatio quando vera, & prohibita. Concluſ. 232.

10 Reſtringe niſi fieret ad æmulationem propulſandam, vt quia vicinus pariter ędificaret, quia tunc licitum eſt de iure. Boer. d. deciſ. 320. nu. 16.

11 Limita quando fundus eſt venditus cum ſeruitute, quod non poſſit ibi ędificari turris, caſtrum, vel aliud ædificium, quia non poteſt. Boer. d. deciſ. 320. num. 7.

12 Limita in loco limitropho, & ſic in confinio territorij, & in fronterijs, quia ibi non eſt licitum conſtruere caſtra, & fortalitia ſine licentia Principis, etiam ſi prędium ſit proprium, & eſt pœna capitis ſi contra fiat. Boer. d. deciſ. 320. num. 16. ver. alij vero, & ver. ſed alijs: vbi quod ędificata poteſt Princeps deſtruere, & aratro ſupponere.

13 Extende, quia neque caſtra dirupta in confinibus poſſunt reædificari ſine licentia Principis. Boer. d. deciſ. 320. num. 16. circa fin. ver. & aduerte: vbi hoc intelligit quando ſunt omnino dirupta.

14 Contrarium idem Boer. d. deciſ. 320. numero 16. in fine: vbi quod preſcripſerunt ius reædificandi poſtquam in confinio prohibito potuerunt caſtra habere, allegat Caſtrenſ. conſ. 30. vt plene libro 2.

15 Reſtringe, quia caſtra antiqua in confinio poſſunt retineri, & reparari. Boer. d deciſ. 320. nu. 16. ver. nec ibi permiſſum eſt.

16 Reſtringe, niſi conſuetudo ſit libera vnicuique ędificandi caſtra vbique, & in loco confinium, & publico, quia valet. Boer. d. deciſ. 320. in fin.

17 Limita, quia in loco publico quis non poteſt ædificare ſine expreſſa licentia Principis. Boer. dicta deciſ. 320. num. 17.

Caſtro vendito quid ſit venditum, an etiam iuriſdictio, & bona particularia, vel non. Concluſio. CXXII.

1 REGVLA eſt, quia vendito, vel alias conceſſo caſtro cum pertinentijs, vel ſimili concellione generali proprietas bonorum particularium tanquam quid diuerſum non continetur. Alex. poſt Io. de Imo. in l. 3. in princ. num. 25. ff. de acquir poſſ. Iaſ. in l. fin. num. 7. ff. de conſtit. princ. Oldrad. conſ. 176. in fin. Alexand. conſ. 222. num. 6. lib. 6. latius conſil. 14. Abunde. in fin. lib. 7. vbi quod neque datur titulus ad pręſcribendum bona particularia, Curt. Iunior conſ. 158. num. 22. & ſequen. Socin. Iun. conſ. 160. num. 5. & 6. & ſeq. lib.

Digitized by Google

lib.2. vbi loquitur in legato facto. Riminal.Iun. conſ.19.vol.1. Crauett. conſ.214. num.1. Alciat. conſ.160.num.20. Menoch.conſ.21.nu.8.& conſ. 225. num.21. & conſ.290.num.35.Rolan.a Valle * conſ.82.num.10.& ſeq.vbi de * communi,& nu. 55.lib.2. & conſ.46.num.55.lib.3.gl.in l.quicunq. C.de fund.limit.lib.11.Alber.& Alciat.in l.pupillus. §.territorium. ff. de verb. ſignif. Natta plene conſ.405.num.2. Curt.Iun.conſ.158. Afflict.dec. 267.vbi Vrſil.latiſſime. Crauett. conſ.377. num. 1.& conſ.383.num.2. & latius conſ.896.num.13. & ſeq. Clar.in §.fœudum.quæſt.18. Bello. conſil. * 10.per totum,vbi nu.11.dicit *communem.Boſſ. tit. de Principe.num.253. ver.& nulla. Roland. a Vall.conſ.2.nu.25.lib.3. Brun.conſ.117. in princ. vbi citat plurimos: vbi col.6.ver.item eſt contra * communem, dicit * communem. Boſſ. tit. de regalijs,num.40.ver.tamen conceſſo caſtro, plene. Mandel.conſ.16.in princ. vbi apoſtilla in ver.prę * ſumuntur,quæ citat plurimos de communi * atteſtantes,& conſ.185.in princip.vbi apoſtill.dicit * communem,ampliat,& limitat relatiue.

Vide. Pertinentiarum appellatione quid veniat. Concluſ.323.

2 Et clauſula cum iuribus, & pertinentijs nil aliud probat,quam quod expreſſe dictum eſt.Curtius Iun conſ.140.num.11.& conſ.41.num.17.vbi quæ requirantur,vt bona particularia veniant in generali conceſſione caſtri. Roland.conſ.81. lib. 2. vbi n.13. & ſeq.qp debet probari,quæ, & quanta bona veniant ex clauſulis. Crauett. conſ.293. col.4.ver.iſtud argumentum.

3 Extende,vt procedat etiam ſi adſint verba vniuerſalia cum omnibus iuribus, & pertinentijs, quia ſunt clauſulæ acceſſoriæ, & intelligi debent de ijs, quæ ſunt de natura actus,& ſic de iuriſdictione, vt per Innoc. & alios ſupra citatos. Soci. Iun.conſ. 160.num.6.& num.34.lib.2.Rimin.Iun. conſ.19.num.23.lib.1.

4 Contrarium tenent multi,quod cõceſſio caſtri in fœudum cum omnibus iuribus,& pertinentijs, ſint verba apta comprehendere, & comprehendant omnia.Iſer.in c.1.de controuer.inter maſc. & fœmi.nu.3.ver.ea vero,quæ intra fines. Bal.in cap.1.nu.2.ver.modo hic quæritur,de capit. qui curiam vendidit. Corn.conſ.321.num.8.cum ſeq. lib.4.Deci.conſ. 516.n.23.& ſeq.Pariſ.conſ.27. n. 14.lib.1.vbi infinitos citat.Mandel.conſ.64.n.70.

5 Et contrarium maxime procedit quando non conſtat de alio titulo inueſtiti,nec de origine ſuę poſſeſſionis, nec quod tempore inueſtiturę bona poſſiderentur ab alio, quia pręſumũtur fęudalia. Ang.in l.quędã mulier,in fi.ff.de rei vendic.Curtius Iun.conſ.268.nu.8.Ruin.conſ.108.nu.24.lib. 2.Natta conſ.520.nu.6.

6 Et magis procedit contrarium,quod bona prę ſumantur omnia fœudalia,quando inueſtiturę habent verba prægnantiora cum iuribus, & pertinentiis vniuerſis, & cum expreſſione, quod caſtrum,& diſtrictus pertineãt ad plenam proprietatem concedentis. Alexand. conſil.176. num.8. lib.7. Pariſ.conſ.33.nu.19.lib.3. Natta conſ.501. num.12.

7 Declarat pulchre Curt. Iun. conſ.312. Habita diligenti,num.48. quod ſi quis habet iuriſdictionem territorii, bona particularia ſunt particularium, & non præſumuntur fœudalia, ſi vero habet dominium territorii cum iuriſdictione, bona territorii præſumuntur omnia fœudalia, & idem videtur velle per alia verba Crauetta conſilio 263. numero quarto, & ſequen. ver. iſtud argumentum.

8 Extende etiam ſi in conceſſione caſtri dicatur cum iuribus, & pertinentiis, vel etiam cum pratis, herbis,vineis,nemoribus,&c.Natta cõſ.253. Brun.conſ.1.num.3.late Surd.conſ.313.n.24.cum ſeq. Menoch. conſ 498. num. 37. & ſeq. plenius Brun.conſ.117. col.18. & multis ſeqq. ver.quod ſi decimam:vbi pro vtraque parte allegat,& col. * 24. dicit hanc opinionem veram, * & communem. Curt.Iun.conſ.157. col.fin. ver. tertio poſſunt intelligi,vbi quod probantur ſpecificata ſub iuriſdictione concedentis, & Afflict.deciſ.267. & * hanc communem * dicit Roland.a Valle conſil. 82.num.10.& ſequen. lib.2. Crauett.plene conſil. 294. numer.4. in fin. & num.5. & Bello.conſ.10. num. 13.

9 Imo pro extenſione plus dicit Boſſius in prax. tit.de regaliis.num.40. quod ſi Princeps cõcedat caſtrum cum pertinentiis,& deinde dicat aliquid eſſe de pertinentiis,ſibi non creditur,niſi probet, & plura allegat, & corroborat Crauett, conſ.54. num.9.in fin.quia participium reſoluitur in relatiuum. quæ pertinent, item fieri debet probatio quod pertineant, quia non probat huiuſmodi aſſertio, præterquã quoad præiudicium concedentis,& ſucceſſorum. Rolan. a Vall. conſ.82. num. 17.& 18.lib.2.allegat Crauett. qui hoc dicit conſil.293.nu.5.vbi late.

10 Contrarium tenent plurimi, quos citat Brun. conſ.117.col.18. ver.quod ſi decimam,cum multis ſeqq. vbi plures citat, quos videas, licet ipſe poſtea contrarium teneat, maxime quando inueſtiturę non ſunt limitatę,vel nõ ſunt conformes, vel quando conſuetudo vendendi bona libere extaret,& late Crauett. conſ.54.nu.9. allegat Aret. conſ. 164. Magnifici, col. 1. ver. primum probatur. & Curt.Iun.conſ.140.col.fin.& conſ.184.col. 3. circa med.

11 Declarat Mandel.conſ.475.in princip.quando ſunt verba in pluribus inueſtituris.

12 Declarat Crauett.d.conſ.54. num.9.quod bona generaliter ſpecificata, videlicet cum montibus,vallibus,ſyluis, &c.,ſi reperiantur infra territorium, & comitatum rei conceſſæ præſumuntur de comitatu, & veniunt in conceſſione, niſi probentur exempta,quia aliud eſt, quod conceſſio fiat cum pertinentiis tantum, aliud quod etiã ſpecificentur bona in genere,allegat pro iſta parte Aretin. d.conſ.164. Magnifici,col.1. ver. primum probatur,& Curt.Iun. conſ.140. col fin. ſed quia Curt.Iun.conſ.158. col.fin. ver. tertio poſſunt intelligi,& Afflict.deciſ.267.dicũt, quod ſpecificatio generalis operatur ſolum quoad iuriſdictionem, nõ quoad dominium particulare bonorum, prout etiam hanc partem tenet Menoch. conſil.498.num.35. & ſeq. & Curt. Iunior conſil. 312.num.44.ubi quod ita ſunt concordandæ opiniones.

13 Ideo Crauett.d.conſ.54.nu.9. in fin. tranſit ad aliam declarationem,uer.ego tamẽ,&c.quod generalis ſpecificatio bonorum probet contra concedentem, & eius ſucceſſores, item contra eum, cui fit conceſſio, & habentes cauſam ab eo,ſecus contra tertium,ſiue poſſideat,ſiue non,niſi probetur, quod ſint de pertinentiis, addit rationem,

quia

quia ſpecificatio generalis bonorum, vti pertinẽtium ad rem conceſſam, tanquam participium, reſoluitur in relatiuum, videlicet, quæ pertinent, ideo debet fieri probatio, quod pertineant, quia nõ probat huiuſmodi aſſertio, præterquã quoad concedentem, ſequitur Rolan. a Valle conſ. 82. n. 17. & 18. ver. vlterius, lib. 2.

14 Declarat aliter Cravet. conſ. 293. Ardua admodum, col. 1. in fin. iuncto ver. iſtud argumentum, nu. 4. in fi. & nu. 5. quia ſi vẽditur, vel conceditur caſtrum cum territorio, & terris cultis, inculcis, pertinentibus ad caſtrũ non infertur neceſſario ꝙ ſint bona fœudalia, niſi aliter conſtet venire, etiã ſi fines ſunt ſpecificati, ſecus ſi eſſet ſimpliciter dictũ, cum prædijs cultis, & incultis, exiſtentibus infra territorium, quia primo caſu relatiuum ex participio reſultans reſtringit, ſecundo vero caſu omnia infra territorium veniunt.

15 Vide Roland. a Valle conſ. 82. nu. 13. & ſeq. lib. 2. vbi in caſtro conceſſo quando non fit mentio de territorio, ſpecificatio nihil operatur facta de alijs bonis, ſecus ſi fiat mentio territorii, ſi modo ſpecificata ſunt cum confinibus, niſi eſſet additum participium, ſpectantia, vel relatiuum, quæ ſpectant, quia oporteret probare quod ſpectent ad caſtrum.

16 Sed finaliter per totũ d. conſ. 82. n. 37. vſq. in fi. ver. verum quia, lib. 2. cõcludit, quod ſufficit probatio etiam præſumptiua, vbi plures enumerat præſumptiones. Prima eſt quando extat cõfeſſio inueſtiti. Secunda, quando in inductione facta in poſſeſſionem fuit etiam habita eadem mentio de pratis, vineis, &c. Tertia, ſi in renouatione inueſtiturarum vniformiter de pratis, vineis, &c. facta eſt mentio. Quarta, quando in diuiſionibus bonorum eadẽ bona ſunt vti fœudalia nominata. Quinta, quando ſucceſſores, & inueſtiti, non allibrarũt vnquam bona vti fœudalia. Sexta ex qualitate pretii. Septima, ex teſtibus, etiam de auditu.

17 Extende, quia non comprehendit bona particularia, quæ concedens haberet iure particulari, nõ vniuerſali. Deci. conſ. 123. nu. 34. & ſeq. lib. 3. Bal. in vſib. fœud. tit. de capit. qui curiam vẽdidit. col. 3. ver. ſolutio, quia poteſt Princeps in territorio ſuo fœudali habere rem propriã, quę non eſt fœudalis. Imol. & Alex. in l. 3. in prin. n. 23. ff. de acqu. poſſeſſ. Roland. a Valle conſ. 82. nu. 55. lib. 2. & eſt * communis * opinio, quando nihil dictum fuit de prædiis, licet de territorio, & iuribus fit facta mẽtio. Mandel. conſ. 535. nu. 13.

18 Extende, quia in conceſſione facta per commune Florentiæ Ciuitati Sarzanæ de omnibus paſcuis, vt non veniant paſcua bonorum priuatorum, quæ ſpectant ad particulares iure dominii, quia alias ſequeretur, quod Princeps auferret ius & dominium tertio, quod non præſumitur, & quia paſcua bonorum priuatorum ſunt ipſorum priuatorum. Alex. plene conſ. 35. Viſo proceſſu, num. 5. & ſeq. ver. item quod paſcua, lib. 4. vbi ponit alia ſimilia, quod Princeps ius tertij tollere non præſumitur.

19 Reſtringe, quia ſi inueſtitura ſit generalis de caſtro, iuribus, & pertinentiis, licet bona particularium non præſumantur fœudalia, tamen præſumuntur bona poſſeſſa per inueſtitum in ipſo territorio. Deci. conſ. 515. col. fin. Curt. Iun. conſ. 140. col. 2. num. 10. quas citat pro hac parte. Mandel. conſ. 64. nu. 70. & Iaſ. in l. quo minus. ff. de flumin. nu. 120. & ſeq. q. 12.

20 Contrarium ipſe Mandel. conſ. 535. in princ. & maxime nu. 15. vbi quod non valet argumentum, conceſſio comprehendit bona concedentis exiſtẽtia in territorio, ergo, & bona inueſtiti, quia non * eſt verum, & nu. 13. & 14. dicit * communem, & quod Iaſ. conſuluit contra communem.

21 Et maxime procedit reſtrictio, quando adſunt verba cum terris, pratis, &c. & ſunt etiam in aliis inueſtituris, quia tunc poſſeſſa per inueſtitum cẽſentur, & præſumuntur fœudalia, ita Mandel. de * communi conſ. 475. per totum, vbi apoſtilla dat concord. & ita etiam declarat conſ. 535. numer. 15. & ſeq.

22 Reſtringe, quia ſi maior pars bonorum fœudalium eſſet in loco, videlicet vltra medietatem, præſumerentur omnia fœudalia. Brun. d. conſ. 117. col. 4. ver. quod ſi aſſumamus, vbi quod debet hoc conſtare, vt deferatur iuramentum fœudatario. Aluarot. in c. 1. de controuer. inter maſc. & fœmi. n. 2. ver. & facit iſte tex. vbi Iſern. nu. 7. ver. & hoc niſi vaſſallus. Affli&. nu. 11. ver. quinto not. & nu. 25. ver. ſecundo, niſi omnes. Ruin. conſ. 108. nu. 23. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 140. nu. 10. & nu. 14. & conſ. 184. nu. 5. Gabriel. tit. de fœud. concl. 3. nu. 5. Mandel. conſ. 382. nu. 62.

23 Reſtringe quoad viridarium, ſeu hortum, & alia prædia contigua caſtro, quia in iſtis cadit præſumptio, quod ſint fœudalia, ſicut caſtrum. Brun. d. conſ. 117. col. 7. ver. & forte dici poſſet, & è conuerſo vicina allodialibus, alio non docto, cenſentur allodialia, vt ibi, col. 9. ver. quod ſi aliam.

24 Reſtringe in vectigali, vel pedagio, quia præſumitur fœudale, ex quo ſoluitur ob tuitionem viarum Principi. Brun. dicto conſil. 117. colum. ſeptima, cum ſequenti. ver. & ea ratione dici poſſet.

25 Extende etiam ſi ſint caſtra, & fortalitia. Mandel. conſ. 185. in prin. & conſ. 531. nu. 41.

26 Declara, quia conceſſo fœudo cum iuribus, & pertinentiis alio non docto ſtatur ſolito, & conſuetudini, vt talia cenſeantur bona, prout conſuetudo ſeruauit, ideo erunt fœudalia, ſi non alienantur ſine conſenſu domini, & allodialia, ſi libere alienantur. Brun. d. conſ. 117. col. 10. ver. ꝙ ſi quartam, & idẽ dicit de more regionis. col. 11. ver. quod ſi quintam.

27 Declara etiam, quia ſtatur communi famæ, & opinioni, & inſtrumentis etiam inter alios antiquis, an bona ſint fœudalia, vel allodialia. Brun. d. conſ. 117. col. 12. ver. quod ſi ſextam, & col. 37. in principio.

28 Secus ſi inſtrumenta non ſunt antiqua, quia etiam facta per vaſſallum non prẽiudicant tertio. Brun. dicto conſ. 117. col. 35. ver. quod ſi duodecimam.

29 Declara, quia fœudum conceſſum limitate cum ſuis confinibus probat omnia infra limites fœudalia, & è conuerſo omnia extra limites allodialia. Brun. dicto conſil. 117. col. 12. & ſequen. ver. quod ſi ſeptimam, ſequitur Cravett. conſ. 54. numer. 9. vbi quod illa verba cum pratis, vallibus, &c. non probant niſi confines illorum ſpecificentur, imo idem Cravett. conſil. 293. nu. 5. vult quod ſpecificatio confinium non releuet, niſi omnia vendantur intra confinia, vel concedantur. Roland. a Valle conſil. 82. numer. 12. & ſeq. libro 2.

Decla-

30 Declara, quia attenditur vſus concedentis feudum ante conceſſionem. Brun.d.conſ.117.col.14. ver.quod ſi aſſumamus octauam.

31 Declara, quia ſi eſſet iudicatum, ſententia nocet eis inter quos eſt lata quod feudum ſit, vel non, ſecundum iudicatum, ſecus in præiudicium tertij non citati, & non habentis notitiam de lite. Brun. d. conſ. 117. colum. 37. verſ. quod ſi decimam tertiam.

32 Declara, quia præſtatio ſeruitiorum pro feudo probat rem feudalem, & ſi eſſet libera, quando fuit præſcriptum ſeruitium feudale. Brun. dicto conſil. 117. columna. 38. verſicul. quod ſi decimamquartam.

33 Reſtringe, quia feudum, & feudalia bona præſumuntur, ſi tanquam talia poſſidentur. Brun. dicto conſil. 117. columna. 38. verſ. quo ſi ad decimamquintam, & idem eſt ſi tanquam talia fuiſſent per defunctum poſſeſſa. Barbat. conſilio 73. num. 13. lib. 1. Deci. conſil. 146. num. 13. ver. & in primis.

34 Declara, quia ſi filia eſſet mittenda in poſſeſſione feudi prætenſi, prout mitti debet, poſſeſſio recens agnatorum non faceret hanc præſumptionem, quod eſſet feudalis, ſicuti nec poſſeſſio filiæ immiſſæ, quia ſtaretur poſſeſſioni defuncti. Brun.d. conſ. 117. col. 38, verſ. quod ſi ad quindecim. cum ver. ſeq.

35 Reſtringe in cenſu, operibus, & alijs præſtationibus, quæ præſtantur ratione incolatus, vel domicilij, quia dicitur feudale, ſecus ſi ex alia cauſa particulari. Brun. d. conſil. 117. col. 43. verſ. quid in rodijs.

36 Declarat Alexand. in l. 3. numero 23. & ſeq. ff. de acquiren. poſſeſſ. vt vendito caſtro cum iuribus, & pertinentijs non veniant bona particularia, quæ habet priuatus vendens in caſtro, vel territorio, ſicuti è conuerſo, ſi quis vendit poſſeſſiones, & bona, quæ habet in tali territorio cum iuribus, & pertinentijs, non venit pedagium, neque iuriſdictio, quæ exercetur in aliqua domo, vel fundo particulari vendito.

37 Sed ſi vendatur caſtrum cum territorio, venit iuriſdictio cohærens territorio, ſed tamen ſi iuriſdictio coheret perſonæ non venit. Alexand. d. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 26.

Vide aliquid de hac materia per Maſcar. concl. 1271. num. 7. & ſeq.

38 Si caſtrum ſimpliciter venditur non expreſſo nomine caſtri, & nihil eſt dictum de territorio, non venit iuriſdictio, neq; veniunt adiacentia, ſed muris caſtri, vel foueis finitur, ſecus ſi nomen caſtri exprimitur, vel ſi conceſſio fiat a Principe de caſtro non expreſſo nomine, quia tunc venit territorium, iuriſdictio, & veniunt adhærentia. Alex. d. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. n. 26. & de hoc vltimo, quod in conceſſione caſtri facta per Principem veniat iuriſdictio, ſecus ſi facta ſit per priuatum, quia beneficium Principis latiſſime interpretatur, non ſic donatio priuati. Boſſius plene tit. de regalijs. num. 40. ver. tamen conceſſo caſtro, allegat Alex. & Iaſon. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. & alios.

Vide plene in dicto ver. Pertinentiarum appellatione quid veniat. Concluſ. 313.

39 Amplia, vt procedat etiam in annuis redditibus, quæ ſoluuntur caſtro per homines caſtri, quia in dubio præſumuntur allodiales, etiam ſi ſint decimæ. Alexand. dicto conſilio 136. Viſis & examinato. columna ſecunda. verſic. ſed præmiſſis. libro 1. cum alijs allegatis per Brun. conſil. 117. colum. 42. verſic. idemque eſt in annuis redditibus.

40 Et procedit extenſio, etiam ſi decimæ, & præſtationes ſint ex cauſa remiſſionis ſuccedendi in eis. Brun. dicto conſil. 117. colum. 42. ver. nec obſtat, licet alleget in contrarium Curtium in tractatu de feud.

41 Extende, vt procedat etiam ſi ſit dictum cum pleno, & pleniſſimo dominio, quia ſecundum naturam actus intelligi debent, & reſtringi. Gozadin. conſil. 58. numero 22. Ruin. conſil. 137. & conſil. 138. libro ſecundo. Menoc. conſil. 21. numero 16. & ad diuerſa, & extranea non extenduntur verba. Cranetta conſilio nono, numero 17.

42 Et ſatis operantur verba vniuerſalia quoad iuriſdictionem, qua conceſſa non veniret merum, & mixtum imperium, in quibus verba operantur. Iaſon, & alij in l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Felin. in cap. graue. column. final. de offic. ordin. Pariſ. conſil. 2 num. 9. libro 1.

43 Item poſſunt intelligi reſpectu iuris, vt videlicet competat ſimul ius, & exercitium tam diuiſim, quam coniunctim, vt per Bart. Caſtrenſ. & alios in l. ſi vni. ff. de re iudic. Couarru. practic. quæſtio. cap. 40.

44 Declara, quia etiam quod verba vniuerſalia omnia particularia comprehenderent, id tamen intelligitur de bonis tempore conceſſionis ab alio non poſſeſſis, & debet conſtare, quod ad caſtrum pertineant tunc. Bartol in l. ſi fic. §. 1. num. 4. ff. de legat. 1. Alexand. conſil. 187. num. 5. lib. 2. Ruin. conſ. 164. num. 16. lib. 5. Deci. conſ. 203. col. 4. Boer. deciſ. 42. num. 25. Cranett. conſil. 191. numero 5. Menoch. conſil. 385. num. 72. Riminald. Iun. conſil. 19. num. 23. lib. 1. & plene Roland. conſil. 46. num. 67. lib. 3.

45 Extende, quia acceſsiones factæ ad feudum, ſiue per modum acquiſitionis, ſiue per modum alluuionis, aut deſtinationis, non efficiuntur feudalia, niſi per triginta annos poſſeſſa ſint vti feudalia, & idem eſt in ſeruitute feudo acquiſita, quia deformitas in dominio impedit, ita Brun. conſilio 117. column. 40. verſic. quod ſi ad decimam ſextam.

46 Secus quando acceſsio eſſet in concreto, vt ſi fiat ædificium in fundo feudali, quia eſt feudale, licet expenſa refici debeat hæredi, alias poteſt tollere ædificium, vt Brun. vbi ſupra. column. 41. ver. vbi autem.

47 Amplia. quia vendito caſtro non venit iuriſdictio quando eſt perſonalis. Rom. conſ. 444. An dictum caſtrum. numero quinto. verſic. quoad ſecundum.

Vide. Venditio non comprehendit multa, & qualiter intepretanda. Concluſ. 62.

Vide. Caſtri appellatione quid veniat. Concluſio. 116.

48 Amplia in caſu conuerſo, quia vendens bona caſtri non cenſetur vendere iuriſdictionem caſtri. Roman. d. conſ. 444. numero ſexto. verſic. quamobrem dicendum.

49 Extende etiam ſi adſit clauſula cum omnibus

iuribus,quę in eis habet.Roman.d.conſ. 444. nu. 6.verſ.& hoc verum.

50 Caſtro vendito cum iuribus,& pertinentijs ſuis excepto mero, & mixto imperio quid veniat in venditione.Oldr.conſ.10. Venditum eſt caſtrum: vbi quid ſit merum, & quid mixtum imperium,& quid iuriſdictio.

51 Amplia, quia conceſſa iuriſdictione caſtri communi Senarum,& venditis bonis,quę dominus habet in caſtro,muri caſtri non ſunt habentis iuriſdictionem,ſed emptoris bonorum caſtri,quia muri caſtrorum particularium non ſunt ſancti.Fulg. conſ.121. Quatuor nobiles: vbi maxime hoc dicit ſtante poſſeſſione.

52 Limita,quia conceſſo caſtro cum pertinentijs, & iuribus quibuſcunque intelliguntur conceſſa molendina, & alia bona ad ipſum caſtrum pertinentia.Bal.in c.1.num.1. de capita. qui curiam vendidit.Corn.conſ.321.col.pen.ver.pro deciſione. lib.4.Iaſ.in l. quo minus.nu.120. ff.de flumin. Barba.conſ.57.num.21.cum ſeq.lib.4. Deci. conſ. 546. numer.24. & conſ. 517. num.9. Socin. Iun. conſ.106.nu.3.lib.2. Cosar.pract. quæſt.c. 1. nu. 16.quæſt.9.

53 Contrarium in ver.Fœudalia ex quibus præſumantur.Concluſ.173.& concluſ.ibi prox. ſeq. vbi pro vtraque parte,& plene Cephal.conſ.144.Circa primum.num.9.& ſeq.

54 Extende maxime quando ſunt copulata plura verba,cum curia,territorio, iuribus, & pertinentijs omnibus, quę continent vniuerſitatem agrorum,prout de curia loquitur Areti.conſ.15.col.1. de territorio,& curia Deci. conſ.123. num. 17.& num. 30.cum ſeq.lib.3.

55 Extende, quando vltra ſpecificationem pluriũ, prout cum iuriſdictione mero, & mixto imperio, gladij poteſtate,curia, territorio, iuribus, & pertinentijs, addunt alia verba, quę eſſent ſuperflua, prout cum pleno, & pleniſſimo omnium dominio,quia comprehendunt alia etiam particularia, ne ſint ſuperflua. Deci. conſ.43.num. 2. Alexand. conſ.108.num.1.lib.2.Menoch. conſ. 21. num. 5. Deci.conſ.498.

56 Declara,quia poſſunt tollere ambiguitatem circa plenam iuriſdictionem, & abſolute conceſſam, vt per Roland.à Valle conſ.42.lib.2.Pariſ. conſil. 8.num. 31.& conſ.10.per totum.lib.1.& ideo non includunt,neque operantur quoad diuerſa, & extranea.Crauet.conſ.9.num.27.

57 Extende,quia bona omnia præſumuntur eſſe domini caſtri,& territorij quando non conſtat,quod ad alium pertineant.Curt.Iun.conſil.184.num.8. Barba.conſil. 57. numer. 21. libro 4. plene Ruin. conſil.26.num.7. lib. 1. vbi dicit quod niſi tempore conceſſionis ſint ab aliquo occupata,præſumuntur domini caſtri, & numero octavo, dicit non referre, quod hodie reperiantur occupata, ſed requiri, quod tempore conceſſionis eſſent occupata.

58 Extende, quia veniunt in conceſſione caſtri cum pertinentijs, fructus, animalia, & alia inſtrumenta parata ad inſtructionem caſtri, item omnia fornimenta, munitiones, & omnia deputata ad defenſionem,& munitionem caſtri. Deci. d.conſ.516. num.25. & 26. vbi loquitur etiam ſi non ſunt affixa.

59 Limita quando vendidit caſtrum, vel medietatem caſtri, quia cenſetur vendidiſſe etiam iuriſdictionem, quę cohęret territorio.Roman. dicto conſilio 444. num. 6. in fine. & ſequen. verſicul. aut vendita eſt medietas: vbi apoſtilla citat Pariſ. conſilio 80. Conceſſio in perſonam. numero 30.lib.1.

60 Extende,vt procedat etiã ſi vendidit, puta habens caſtrum petre vendit medietatem petræ,non nominando caſtrum, neq; bona,quia in dubio contra vendentem eſt facienda interpretatio, & venit iuriſdictio. Roman d.conſ.444. num.9. verſ. aut vendita fuit: vbi apoſtill.fin.

Vide plenius. Iuriſdictio ex quibus dicatur conceſſa, vel vendita. Concluſ. 546. & concluſ. ibi proxima ſequente.

Caſtro legato quid veniat.Concluſio. CXXIII.

1 CAſtro legato non veniunt nomina debitorum contentorum in inſtrumentis, & ſcripturis in caſtro reconditis, tanquam quod ad inſtar theſauri veniant,quia differunt inſtrumenta à theſauro reperto, quod conſiſtit in pecunia, & non in inſtrumentis,& ſcripturis. Oldrad. conſil. 163. Quod nomina. Bald.conſ.468.Vtrum nomina debitorum. lib.3.vbi tranſcribit conſ.ad litteram,prout eſt Oldradi.

2 Limita, quia veniunt arma, quæ ibi erant pro defenſione caſtri. Oldrad.conſ.163.in fi.

3 Contrarium, quod imo arma,quæ erant in caſtro pro defenſione, non veniant in legato caſtri. Bald. conſil. 468. in fin. verſicul. arma vero. lib. 3. tamen dubito de errore, quia Bald. ad litteram tranſcribit allegationes Oldradi, imo eſt idem conſilium, niſi quod diſcrepat, quia ponit negatiuam, quod eſt pro affirmatiua poſitum ab Oldrado.

Vide infra, Caſtro donato quid veniat. Concluſio.proxima ſequen.

Caſtro donato quid veniat, Concluſio. CXXIV.

1 CAstro donato per Principem Eccleſiæ, & in remiſſionem peccatorum,venit etiam merum, & mixtum imperium,conſiderata munificentia donantis, perſona donatarij, & cauſa propter quam fit donatio.Oldrad.conſil. 252. Ad quęſtionem qua quęritur.num. 6.ver. mihi autem Oldrad.

2 Amplia, vt idem procedat in omni donatione caſtri facta à Principe, quando adſunt verba, dono tibi omne ius, &c. quia tunc propter ſolam donantis munificentiam, etiam cuicunque fiat donatio, venit merum, & mixtum imperium. Oldrad. conſilio 252. qui recitat opinionem aliquorum pro hac parte,& etiam pro parte contraria,ideo non firmatur hæc ampliatio.

3 Amplia,quod Princeps concedendo caſtrum, & territorium dicitur concedere quandam vniuerſitatem, & conſequenter omnia incorporalia. Oldrad. dicto conſil.252. Ad quæſtionem. verſicul. & ad hoc dicendum, numero 7. & 8. vbi quod

Digitized by Google

quod merum, & mixtum imperium adhæret territorio,& cum eo tranſit.

4 Amplia,vt idem ſit in caſtro, & villa, quia ſunt quædam nomina vniuerſitatem deſignantia, & cũm eis tranſeunt iuriſdictio, honor, diſtrictus, iuſpatronatus,& alia,quæ non tranſirent. Innoc. in c. ex litteris,de iurepat. Oldrad.d.conſ.252.n. 8. ver. & ideo dicit, licet contrarium dicat conſ. 121. num. 7. quia caſtrum continet ſolum, quicquid cingitur muris.

5 Amplia,vt merum, & mixtum imperium tranſeat cum caſtro à Principe donato Eccleſiæ maxime quando adſunt verba cum omni iureEccleſia ſtico,& mundano. Old.d.conſ.252.num.6,ver.mouent etiam,circa fin.

6 Amplia, quia ſi caſtrum donatur à Principe motu proprio ſecundum aliquos venit merum, & mixtum imperium. Oldrad. conſil. 252. in principio: vbi recitat opiniones diuerſorum, quod in donatione ſimplici facta a Principe ſemper veniat, & ſecundum alios, quod nunquam veniat, etiam ſi verba ſint generalia, quæ poſſunt videri, & poſſunt ſeruire pro ampliationibus, & limitationibus,ſed omittuntur,quia Oldrad.facit aliam diſtinctionem.

7 Amplia, vt idem ſit,ſi caſtrum cum territorio, & mero, ac mixto imperio concedatur in fœudum, quia veniunt alij vaſſalli ratione territorij dicti caſtri,habentes aliqua bona in fœudum de territorio. Bald. conſ. 97. Proponitur quod,per totum,maxime num.2.lib.1. vbi quod attendi debet conſuetudo.

8 Amplia, quia conceſſo caſtro in vicariatum cum mero, & mixto imperio,& cum omnibus fructibus,&c. ſi extabant confiſcationes bonorum facta, & non exacta per concedentem, veniunt in conceſſione ex munificentia concedentis, ſed tamen ſtatur declarationi Principis circa hoc. Baldus conſ. 419. Dominus noſter Papa.libro quarto, ſed quod veniunt iſta non exacta in generali conceſſione.Bal.conſ.306.& 307.lib.4.

Vide. Beneficium Principis late interpretatur. Concluſ.49.

9 Amplia, quia in conceſſione caſtri,villæ,vel vniuerſitatis bonorum venit merum,& mixtum imperium, licet non ſit dictum ex qualitate perſonę concedentis eius cui fit conceſſio, & rei conceſſæ.Caſtren.conſ.187. col. 2.ver.in ſecunda vero. lib.2.

10 Extende, vt idem ſit quando caſtrum ſubiectum ciuitati habenti merum, & mixtum imperium diſmembratur à territorio, & ciuitate, & ſic ſeparatum alicui conceditur, quia neceſſario venit iuriſdictio merum, & mixtum imperium, ex quo iuriſdictio etiam ſeparatur neceſſario pro rata vniuerſitatis caſtri, ſecus ſi ciuitas, a qua ſeparatur non haberet ipſam iuriſdictionem.Caſtren.d.conſ.187. num.3. ver. ſed ijs non obſtantibus. lib.2.

11 Limita in conceſſione facta a priuato ex contractu oneroſo, quia non venit merum, & mixtum imperium, niſi ex pretio argueretur, quod veniret. Oldrad.dicto conſil.252.numer.3. verſic. alij ſunt.

Caſtrenſis Ciuitas,eius ſtatuta,conſuetudines, & priuilegia. Concl. CXXV.

1 CASTRI Ciuitas, ſeu locus eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Romanę. Caſtr. conſ.431.IſtaInſtitutio prope fi.ver.nec ego.lib.2. vbi dicit ſeſubditum Ro. Eccleſię.

Caſum fortuitum allegans probare debet, & quando ſecus. Concluſio.

Vide Maſcar.Coucluſ.272.Caſum fortuitum.

Caſus naufragij, furti, & ſimilium non præſumitur,ſed debet probari,& qualiter.Concluſio.

Vide pleneMaſcar.concluſ.273.Caſus naufragij.

Catanenſis Ciuitas, eiuſq; ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CXXVI.

1 CIVITAS Catani habet ſtatutum, quod teſtamentum ſine teſtibus non valet, niſi totum teſtamentum, & ſubſcriptio teſtamentorum ſit, & eſſe debeat de eadem manu, videlicet teſtatoris, vel Cancellarij, aut Notarij Communis Catani,ſuper quo ſtatuto Collegium Paduæ ſcripſit pro nullitate teſtamenti, & tollit multa contraria inter conſilia Alexan.conſ. 87.Nos Doctores.lib. 7. vbi quod debet etiam eſſe bullatum,ſeu ſigillatum.

2 Non valere ſtatutum,quod teſtamenta valeant ſine teſtibus tenent multi, quos congerit Alex. d. conſ.87.num. 6. ver. tamen præmiſſis non obſtantibus.lib.7.vbi apoſtill.in ver.plc.., ac.

3 Contrarium,quod imo valeant,tenent multi alij qui dicunt pro iſta parte eſſe communem obſeruantiam.Alex.d.conſ.87.num.6.lib.7.

4 Bullatum debet eſſe teſtamentum ſine teſtibus ſecundum ſtatutum Catani,ideo teſtamentum eſt nullum ſi non eſt bullatum.

5 Extende,quia non ſufficit, quod adſit cæra ſine ſigillo. Alex. d.conſ.87.num. 9.ver.& licet ibi eſſe cæra.lib.7.

6 Extende,quia imo ſi eſſet ſigillatum ſigillo alieno, vel etiam proprio Notario non releuat, niſi in ſcriptura teſtator hoc exprimat,videlicet quod ſigillo proprio, vel alieno ſigillauit. Alexand. d. conſ.87.num. 9. ver. tertio quia non eſt probatum.lib. 7.

7 Amplia, quia debet is, qui nititur teſtamento ſine teſtibus celebrato, vt valeat ſecundum ſtatutum Catani probare,quod requiſita a dicto ſtatuto interuenerint, videlicet,quod manu teſtatoris, vel Cancellarij, aut Notarij iurati communis ſit ſcriptum,

ſcriptum,& ſubſcriptum, & ſigillatum, alias non valet. Alex.d. conſ.87. Nos Doctores.n.9.lib.7.

Vide. Qualitas à quo debeat probari, vel non, Concluſ.17.

Catari Ciuitas, ſtatuta, conſuetudines,& priuilegia eius. Concluſio. CXXVII.

1 CATARI Ciuitas erat de Regno Vngariæ, alias occupata fuerat per Venetos, & tandem in pace facta cum Rege Vngariæ, illam reſtituerunt cum obligatione de non exercendo aliquam iuriſdictionem in ea, neque in alijs ciuitatibus Dalmatiæ pariter reſtitutis, vt dicit Ancharan. conſil. 204. Punctum vnius inſtrumenti, in princ.

2 Deinde effecta eſt de iuriſdictione Regis Boſſinæ, vt dicit idem Ancharan.d.conſ.204.num.6.& ſeq. vbi quod ciuitas petebat officialem nobilem Venetum de conſenſu Regis Boſſinæ, & quod non frangitur pax.

Cataſtrum quid ſit, & contineat, & an probet. Concluſ. CXXVIII.

1 CATASTRVM eſt liber communis, in quo deſcribuntur omnia bona ciuium, & comitatenſium.

2 Et eſt ſacrariũ ciuitatis,ideo debet cuſtodiri,ſicut res ſacra,&maxime hoc ſeruatur Peruſij,quia cataſtrũ eſt ſacriſtia Peruſinorum. Bal.conſ.194. Iſta cauſa eſt mihi,in fi.lib.4.vbi quod deſcriptio cataſtrata de aliquo tanquam comitatino non eſt mutanda, vt accataſtretur vt ciuis, licet ſit natus in ciuitate, ſine conſilio propter rei importantiam.

3 Et cataſtrum dicitur æſtimatio legis,quia cataſtrum facit legem ad differentiam æſtimationis hominis.Bal.conſ.116.Dubium eſt.lib.5.

4 Statutum,quod habens bona deſcripta ad cataſtrum, & non ſoluens æſtimum non poſsit petere rem tanquam ſuam,habet locum ſolum in re,cuius dominium eſt deſcripti, ſecus ſi ſolum haberet actionem,quia abſurdum eſſet, quod ſtatutum vellet,quod non dominum,& non percipientem fructus teneri ſoluere æſtimum.Rom.conſ.485.In caſu.num.3.& ſeq.

5 Et non habet locum tale ſtatutum in procuratore petente pro alio,quia verba non conueniunt ergo neque diſpoſitio.Rom.conſ.491 In caſu. n.2. & ſeq. ver. præterea aduertendum.

6 Item non habet locum tale ſtatutum, quando alius ſoluit,ſiue vt poſſeſſor, ſiue nomine domini, quia ſufficit ad conſeruationem iuris realis,plene Roman. d.conſ. 491. num. 3. vſque in fin.ver. dictus vero C. vbi plura aliegat, & apoſtillę dant concord.

7 Quid, & quantum probet cataſtrum.Bal.in l.ſi pater,per illũ tex.C.de actio.empti.Bar.in l.quiſquis.ff.de acquir.rer.do.& in l.forma.§.ſi cũ ego, ff.de cenſib.& in l.ſolemnibus. C.de rei vendi. plene laſ.in l.decem.col.9.ff.de verbor.oblig.

8 Regula ſit, quod probat in præiudicium eius, cuius nomine bona ſunt accataſtrata, & ſic contra portantem,& dantem ad cataſtrum inter quoſcunque.rex.in l.centualis. C. de donatio. & ratio eſt,quia talis confeſsio præſumitur acceptata per officialem publicum nomine omnium,quorum intereſt.Alex.conſ.10.col.1.lib.4.laſ.in l.decem.nu. 36.ff. de verb.oblig.Deci.conſ.146.in 5.col. circa princ.Alex.conſ.185.In cauſa appellationis. vol. 5.Corne.conſ.166.Minimum dubium.lib.3. & addit concor.de quibus infra in 1.ampliat.quę conueniunt in idem,& concor. Alexand.conſ. 18. lib. 3.& conſ.147.Perſpectis inſtrumentis,in fin.lib.5. Coro.conſ.225.Alias conſului.col.1.ver.quod magis,libro 2.

9 Extende,vt procedat etiam ſi negaretur per deſcriptum, quod ipſe dederit partitam,quia contra eum præſumitur,vt per Bald. in rubric. C. de fide inſtru.col.6.

10 Extende etiam ſi deſcriptus negaret identitatem bonorum,quia pluralitas non præſumitur niſi probetur. Bart. in l.ſi in rem. ff. de rei vendicat.& quia ſemper præſumitur pro cataſtro,niſi probetur,quod tempore accataſtrationis bona per aliũ poſſeſſa eſſent,Caſtr.in l.ſi pater.C.de actio.empti, ſequitur Soci.conſ.89.in 5.& vlt.col.ver.confirmatur, & conſ. 201. col.penult. ad fin. cum ſequen. lib. 2. vbi quod ita fuit conſultum per genitorem ſuum, cui ſe ſubſcripſerunt multi Doctores ſolemnes.

11 Extende,quia cataſtrum probat poſſeſſionẽ bonorum per deſcriptum in eo, niſi deſcriptus probet, quod tempore deſcriptionis alius poſſidebat. Socin. conſ. 46. col. 2. volum. 3. & per ea, quę in proxima præcedenti extenſione, & conſil. 89.libro 1.

12 Reſtringe,quia cataſtrum factum ad inſtantiam eius,qui debet ſoluere magis in vno loco,quam in alio non probat in præiudicium cæſiti, in quo debuit fieri accataſtratio.Roma.conſ.271.Quoad primum.num.2.ver.nec refragatur,allegat l.debitoris.C.de pactis.

13 Reſtringe, quia accataſtratio facta de bonis in vno loco,& ſolutio onerum ſubſequuta,non nocet alteri loco, in quo debuit fieri, niſi interceſſerit ſcientia, & patientia eius, ad quem tale ius pertinet.Roman.conſ.275.Quoad primum, in fin. num.10.ver.ſecundo quia: vbi apoſtilla in ver.non præiudicat.

14 Amplia,quia partitę ad cataſtrũ ſumptæ ex publico manu publici officialis faciunt fidem contra dantem. Bald.in rubr.C.de fid.inſtrum.Bart.& Docto.in l.rura.C. de omni agro deſerto. lib. 11. Ro.conſ.191.Cum iſti fratres,ſequitur Alex.conſ. 10.col.2.ver.probatur.lib.4.Corn. conſ.225. col. 1.ver.quod & magis. lib.2. laſ. referens Alexand. ita ſæpe conſuluiſſe in l.decem.col.3.cum ſeq.ff.de ver.oblig.Felin.in c.ad audientiam.in 10.concluſ. de præſcriptio,& in ſpecie de allibratione,quæ fit in Ciuitate Florentię tradit Aret. conſ. 128. col. 1.Curt.conſ.34.Tenor conſuetudinis.col.1. Socin. conſ.6.Licet adijcere.col.3.lib.4.vbi allegat Bal. in l.ſolemnitatibus. C.de rei vendicat. dicentem, quod in præiudicium facientis æſtimum probat dominium,vide alia ſupra.

Vide. Æſtimum communis, vel æſtimi liber quando probet, & grauati quomodo ſubleuentur. Concluſ.674.

Vide,

Digitized by Google

Vide. Liber Æstim, & catastri an probet, & qualiter. Concluſ. 345.

15 Amplia, quia catastrum probat in favorem fisci contra scribentem, seu dantem ad catastrum, qui passus est fieri talem descriptionem. l. solemnibus, & ibi Bald per illum text. C. de rei vendic. Bart. in l. rura. C. de omni agro deserto. libro 11. quem ita intelligit, & sequitur Alexand. conſ. 10. Viso processu. num. 5. col. 2. lib. 4. Corn. conſ. 225. Alias consuluit. col. 1. lib. 2. Socin. conſ. 205. Difficultas præsentis consultationis. lib. 2.

16 Amplia, quia probat inter partes descriptas in eodem catastro, quia videntur consensisse. Deci. conſ. 428. in fi. allegat Rom. conſ. 127. Barba. conſ. 82. lib. 4. Vide omnino Iaſ. consil. 128. lib. 1. Pariſ. conſ. 53. lib. 1. Alex. conſ. 147. lib. 5.

17 Extende, etiam si consensus sit tacitus, vt quia sciuit se fore accataſtratum, & nihil dixit, quia præsumitur consentire, & probat contra eum. Rom. conſ. 275. in fin.

18 Amplia, quia imo accataſtratio bonorum communium inter fratres, vel coniunctos in tantum probat, vt licet vnus priuato nomine acquisiuerit, censeatur per talem descriptionem communicasse alijs dominium, & feciſſe participes. Bart. in l. rura. C. de omni agro deserto. libro 11. sequitur Roman. consil. 291. num. 7. Barba. conſ. 37. lib. 2. Alexand. in pluribus consilijs per Iaſ. citatis in l. decem. num. 36. ff. de verbor. obligat. ver. sed vnum fortasse obstat. Roman. singul. 433. Emo rem pro me. Deci. consil. 21. Viso puncto, col. penul.

19 Contrarium, quod doctrina Bart. non sit vera, vel non sit tuta. Corn. consil. 24. Licet in hac. colum. 2. & 3. lib. 1. vbi illam impugnat, & saltem restringit, & consil. 225. Alias consului, per totum. lib. 2. & consil. 213. Satis clare. colum. 4. ver. In themate dubitatur. libro 3. Aegid. Thomat. in tract. de collectis, in princ. num. 12. ver. vinculo eiusdem descriptionis.

20 Declara, quia procedit doctrina Bart. ea ratione, quia consentiens præsumitur donare. l. censualis. C. de donatio. qui text. loquitur inter fratres, & coniunctas personas, inter quas facilius donatio præsumitur, vt not. in l. proculo. ff. de probatio. & loquitur quando descripcio est simpliciter facta, vel eo modo, quo donatio inferatur, vel saltem præsumi possit, sed quando appareret de contraria mente, & intentione domini per verba, quibus vsus fuit in accataſtratione, & quod ad alium finem fuerunt emissa, secus esset dicendum.

21 Declara, quia opinio Bart. procedit duobus concurrentibus copulatiue, videlicet, quod sit facta descriptio, & solutio nomine communi, & alterum non sufficit. Socin. conſ. 205. lib. 2. Rol. à Valle conſ. 4. num. 20. & 21. lib. 2. apostill. ad singul. Rom. 433.

22 Extende, quia socius emens nomine suo etiam ex pecunia communi, licet sibi soli acquirat, si tamen facit accataſtrare nomine sociali, censetur communicare. Rom. conſ. 291. Cum isti fratres. nu. 7. vbi plena apostilla in ver. acquisitum.

23 Limita. quia quod dicitur catastrum non probare dominium, neque possessionem, intelligi debet contra illos, qui non dederunt, neque consenserunt descripcioni. l. si pater tuus. C. de action. empti. l. solemnibus. C. de rei vendic. Alexand. conſ. 10. colum. 2. lib. 1. Socin. conſ. 205. Secus inter accataſtrantes, & consentientes, quia quoad eos, & contra eos probat, vt per Bart. Bald. & Salycet. in l. censualis. C. de donat. & supra in ver. regula. Roman. conſ 291. num. 7. vers. quod quidem ea ratione. Alex. consil. 182. Viso processu. nu. 3. ver. nec obstat etiam copia. lib. 7. & conſ. 57. In causa, & lite. num. 17. vers. nunc dicam. lib. 7. vbi plena apostil. in ver. æstimum, citat concor.

Et hanc esse regulam dicit Mascard. Concluſ. 542. Dominium, vbi ampliat, & limitat.

24 Extende limitationem, quia catastrum non probat dominium, neque possessionem debitoris in præiudicium tertij. Socin. conſ. 205. lib. 2. vbi arguit pro vtraque parte, & tandem distinguit, vt ibi, & in conſ. 89. lib. 1. Deci. conſ. 428. in fin. Alexand. conſ. 147. lib. 5. in fin. Castr. in l. solemnibus. C. de rei vendicat. & in l. si pater. C. de actio. empti. Iaſ. late in l. decem. ff. de verb. obligt. vbi citat multa consilia Alexan. quos etiam citat apostill. ad Alexand. in l. pretia rerum. ff. ad leg. * Falcid. vbi * omnes, quod non probat quoad personas, quæ non consenserunt, quo vero ad consentientes bene probat, & etiam probaret quoad alios, quando essemus in antiquis, & non probaretur alium possediſſe tempore facti catastri, & idem videtur velle Rom. conſ. 275. in fi. & supra in prima restrictione.

25 Et quod non probet in præiudicium tertij, Imol. consil. 96. in fin. Alexan. consil. 36. vol. 5. Deci. in cap. cum omni. de probat. late Crauet. de antiquit. temp. in. 1. parte. num. 235. Alexan. conſ. 147. lib. 5. in fin.

26 Restringe, quia licet non probet contra tertium, qui non portauit bona ad catastrum, negari tamen non potest, quin faciat præsumptionem. Socin. conſ. 89. post alios ibi relatos. colum. 4. ver. tertio etiam. lib. 1.

27 Et an probet pro tertio contra tertium semiplene, ita, quod cum alia semiplena probatione faciat plenam, an potius faciat solam præsumptionem, quæ transferat onus probandi contra catastrum.

Vide Mascard. Concluſ. 274. Catastrum.

28 Declara, quia si agitur de magno præiudicio nunquam probat contra tertium, si vero agatur de modico præiudicio, bene probat etiam contra tertium. Aretin in l. decem. ff. de verbor. obligation. vbi ponit exempla, & dicit quando probat in modico, est propter magnam præsumptionem, quæ oritur ex diligentia officialis publici. l. 1. C. de suscept. & arcar. lib. 10. Bartol. in l. damni. §. Sabinus. ff. de damno infect.

29 Restringe, quia catastrum probat dominium, vel saltem possessionem præsumptam etiam contra tertium si non probetur, quod illo tempore alius possederit, quando liber est antiquus, & retentus in loco publico sub officialibus publicis, & in loco publico deputatis. Socin. Iun. consil. 205. per totum. libro secundo, & consil. 89. col. penult. libro 1. Deci. consil. 428. in fin. Alexand. conſ. 92. lib. 2.

30 Et dicitur antiquum tẽpus secundum communem * opinionem, quando excedit menta centum annorum. Iaſ. & Alexand. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. licet quandoque etiam antiquum dicatur tempus quinquaginta annorum, vel quadraginta annorum, & quandoque arbitrarium

ſit iudici, vt per Socin. d.conſ. 89.lib. 1.& conſil. 106.lib.3. Alexan conſ.92.colum.3.vol.6.& quod * ſit arbitrium iudici eſt communis * opinio. Aſſl. deciſ.83.n.7.Alex.conſ.4.& conſ.87. nu.12. lib.2.

31 Imo,quod cataſtrum probet dominium,& poſſeſſionem contra tertium ſimpliciter quando non probatur,quod tempore factæ deſcriptionis alius poſſideret, & dominus eſſet, ita Caſtr. in l. ſi pater. C.de actio. empti. ſequitur Soci.in L 1. ff.de acquir. poſſ.num.7.& conſ.89. lib. 1.& conſil. 46. lib.3.Bald.conſ. 1.lib. 5.

32 Maxime, quando præcedit titulus acquiſitionis ante deſcriptionem ad cataſtrum, quia tunc præſumitur poſſidere ex cauſa tituli præambuli habilis ad tranſlationem dominij,vt per Socin. d. conſ. 46.num.2.lib.3.

Vide Maſcard. Concluſ.374. Cataſtrum.

Vide eundem Maſcard. Concluſ. 542. Dominium per cataſtrum.

Cataſtrorum reuiſores quales, & quam authoritatem habeant. Concluſ. CXXIX.

1 HOMINES deputati ad reaptandum cataſtrum,& vt vulgo dicitur ad grauandum, & ſgrauandum decimas, qui cataſteni appellari ſolent, habent authoritatem cognoſcendi de conſtibus poſſeſſionum,& terrarum,ex dictis per Bar. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. facien. per * gloſ. & * Docto. in l. 2. ff. de iuriſd. omni. iudi. vbi, quod habentes authoritatem ſuper aliquo principali,cenſentur etiam habere ad antecedentia, & conſequentia neceſſaria ad illud, vt poſſint grauare grauandum, & ſubleuare indebite grauatum.

2 Et fungi dicuntur officio, & vice cenſitorum, & peræquitatorum, de quibus in tit. C.lib.11. & ideo granati ab eiſdem infra annum debent recurrere, & quærelare, & recurſum ad ſuperiorem habere, vt eſt tex. in l. qui grauatos.C.eod.tradit.Bart.in l.forma.§.fin. ff.de cenſib.

Vide. Æſtimum communis, vel æſtimi liber quando probet, & grauari quomodo ſubleuentur. Concluſ. 674.

Cathaloniæ ſtatuta, conſuetudines & priuilegia. Concluſ. CXXX.

1 FOEVDA in Cathalonia ex conſuetudine,& ex conſtitutione Regia tranſeunt ad omnes hæredes, & poſſunt fœudatarij teſtari, & inter viuos diſponere de fœudis in perſonas capaces; imo ſi in Eccleſiam, & alium non capacem de fœudo diſponitur infra annum poteſt incapax capaci vendere fœudum. Bald. conſ. 107. Quæſtio eſt, ſpurius. lib. 2.vbi ponit diuerſas conſtitutiones de hoc, & dicit, quod ſpurius, & alij incapaces ad capiendum non comprehenduntur ſub conſtitutione.

Cathedralis Eccleſia eſt parrochialis generalis omnibus. Concluſ. CXXXI.

1 CATHEDRALIS Eccleſia dicitur parochia, non ſolum generalis,ſed etiam immediata, & particularis totius Ciuitatis, & diœceſis. Calder. quem recitat Lap.allegat.63. num.4. ver. has allegaciones.

2 Declara, quia Eccleſia Cathedralis non eſt parochia Epiſcopi ſui, quia Epiſcopus non eſt parochianus, ſed ſponſus ſuæ Eccleſiæ. Petr. de Ancharan. conſil. 186. Pro parte Eccleſię. num. 4. ver. item loquitur clemen. Anton. de But.conſ. 10. num. 2. verſ. item talis quartę, vbi licet in caſu principali conſulat contra Ancharan. in hoc concord.

3 Amplia, quia in dubio ſi fiat relictum Eccleſiæ ſine ſpecificatione,intelligitur factum Eccleſiæ Cathedrali, auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis autem in nomine Dei, maxime, quando teſtator fuit ſepultus in Eccleſia Cathedrali, quia efficitur perpetuus parochianus, iuxta illud pſalm. Sepulchra eorum domus eorum in æternum. Abb. conſil. 99. Videtur primo. colum. 2. in fin. & colum. 3. verſ. circa ſecundum. num. 4. & ſequen.lib. 2.

Cathedraticum quid ſit, & à quibus ſolui debeat. Concluſ. CXXXII.

1 CATHEDRATICVM eſt cenſus, qui ſoluitur Eccleſię Cathedrali in ſignum ſubiectionis, & honore Cathedrę, & eſt duorum arreorum ſingulo anno pro ſingula Eccleſia, vt per Abb. in cap. paſtoralis. n. 7. verſ. in gloſ. in ver. prꝛter cathedraticum, de donat.& conſ. 7. Tria. col.4.ver.ſed quanquam.lib.2.

2 Reſpicit tamen cathedraticum iuriſdictionem, ſeu legem dioceſanam, non autem iuriſdictionem ordinariam, quę differunt, vt per Abb. in cap. dilectus, de off. Ordin. in princ.Nam Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 2. diſponit, quod exempti teneantur ire ad ſynodum ad illam Eccleſiam,in qua ſoluunt cathedraticum,& ſic exemptus à iuriſdictione non eximitur à lege dioceſana, & quod reſpiciat legem dioceſanam. Abb. conſ. 26. Videtur prima.col.1.in fin.lib.2.

3 Extende, quia iſtud cathedraticum poteſt exigi per Epiſcopum à ſingula Eccleſia, dum viſitat, ſeu diſcurrit per dioceſim. & appellatur ſynodaticum, quia ſoluitur frequenter in ſynodo. Abb. conſ. 7.col.4.ver.ſed quanquam. lib.2.

Vide. Viſitare poteſt Epiſcopus in ſua dioceſi, & quando. Concluſ. 118.

4 Et fuit introductum à Concilio Bracharen. & ideo non cenſetur illi derogatum, niſi fiat mentio ſpecialis. Felin. qui alios allegat in cap. nonnulli. num. 2. verſ. ſed noca, quod omnis, de reſcript. Caſſad. deciſ.1.num.8. de præben. ver.pro deciſione, vbi, quod Papa reddit ſe difficilem in derogando Concilio, imo generalis derogatio non derogat Concilio, niſi fiat ſpecialis mentio.

Rom.

Rom. conſ.436. num. 11. in fin. ver.primo ex eo, vbi apoſtilla.

Vide.Concilio,quando, & qualiter cenſeatur derogatum.Concluſio.557.

5 Differt autem cathedraticum à procuratione, correctione,iure viſitandi,& à iuriſdictione,licet quoad priuilegium, vt non poſſint iſta alienari, neque præſcribi à pari procedant. Abbas in cap. cum venerabilis,nu.3.de cenſib.vbi ponit octo,in quibus Epiſcopus non poteſt eximere Eccleſias ſibi ſubiectas,inter quę eſt cathedraticum.

Vide. Præſcribi quæ non poſſint. Concluſio. 534.& Concluſio.ibi proxima ſequente.

Vide. Viſitandi ius non poteſt per Epiſcopum remitti.Concluſio.299.

6 Imo, Abbas conſil. 94. Videtur primo, libr.1. in fin. dicit, quod excepta procuratione, ratione viſitationis, & Legatorum, ac Nunciorum Apoſtolicorum, & charitatiuo ſubſidio, vel cathedratico, ſecundum aliquos omnia poſſunt præſcribi, & ibi col. 1. ver. ſed iis non obſtantibus recitat opiniones, quod non poſſit præſcribi cathedraticum in totum, ſed bene in quantitate.

7 Declara, quia iſta etiam, quæ reſpiciunt viſitationem, & iuriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt per Epiſcopum cum conſenſu Capituli alienari, reſpectu Eccleſiæ particularis,non autem vniuerſaliter.Calderin.conſ.267.alias quinto,de reb.Eccle.non alienan.

8 Imo Abb.cõſ.7.Tria,col.4.ver. ſed quanquam,
* libr. 2. dicit quod * communis opinio eſt,quod cathedraticum poteſt præſcribi in quantitate,ſed non in totum.

9 Datur cathedraticum Epiſcopo pro onere cathedræ, & pro Synodo, quem celebrare debet Epiſcopus ſingulis annis, vel quia datur, quando Epiſcopus circuit ſuam diœceſim,& ideo quãdoque appellatur cathedraticum,quandoque Synodaticum.Gemin. conſ.85.nu. 6. ver. ſed cathedraticum.

10 Item Epiſcopus percipit cathedraticum impendendo miniſterium circa ea, ex quibus proueniunt emolumenta Eccleſiæ,& ſoluitur de redditibus Eccleſiæ,ſiue conſiſtant in decimis, ſiue in fructibus. Geminian. dict. conſi.85. numer. 6. ver.cum ergo.

11 Expenſę detrahuntur, antequam ſoluatur cathedraticum,ſicut detrahitur de decimis perſonalibus,& Papalibus. Gemin.d.conſ.85.num.6.ver. cum ergo.

12 Et in ſpecie, quod cathedraticum non veniat in diſpoſitione generali,niſi de eo fiat mentio ſpecialis, eſt tex.in cap. Paſtoralis, de donatio. ibi Joan. Andre. Hoſtien. in ſumma, in tit. de offic. ordin. §. quid pertinet, ver.& nota.Henric.Boic. de Synodo Epiſcopi,parte 3.nu.83. Zabarell. in c.cum venerabilis,in 3.q.vbi Abbas numer.3. de cenſib.

13 Minui poteſt cathedraticum, ſed non poteſt in totum tolli.Alex.conſ.134.Animadverſis, nu.41. ver.vnde in propoſito,lib.6.

14 Extende, quia non poteſt præſcribi. Calderin. conſil. 192. circa med. ver. item dictis Rectoribus,alias ſecundo,de præſcriptio.

Vide. Præſcribi an poſſint iura Epiſcopalia. Concluſio.545.

Cauillationis, & figmenta fugienda,& quid ſint. Concluſio. CXXXIII.

1 CAVILLATIONEM appellat Bald. cautelam doloſam,contra quam aliqua dicit, vt procurans eam non iuuetur.Bal.conſ.9.nu. 3. ver.ſi vero dicatur.

2 Et cauillatio, & calumnia ſunt vnum, & idem. Vide Menoch.de arbitrar.caſu.321.in prin.

3 Et natura cauillationis eſt per ſubtilitatem animiam fraudare mentem legis, vel ſtatuti,l. ea eſt natura cauillationis,ff.de reg.iur.late Caſtr.conſ. 83.Præſens caſus,in prin.lib.2.vbi quod cauillare eſt realitatem euitare.

4 Et quod cauillationes aduocatorum nõ ſint attendendę,vbi verba legis,vel ſtatuti ſunt clara, licet ſint dura.Bal.conſ.174.Caſus eſt talis, in fin. lib.2.ſequitur Decian.conſ.17.n.19.lib.1.

5 Amplia, quia lex non debet circumueniri per aliquam abuſiuam naturam cauillationis, quæ oſtendit falſa pro veris,& quęſitis coloribus ſudet confundere veritatem.Bald.conſ.333.num.2. ver.ego dico,lib.3.

Vide.Color quæſitus quid ſit.Concluſio.469.

Vide. Velamen, & color quæſitus multa operatur.Concluſio.38.

6 Amplia,quia ſtatutum prohibens bona poſſeſſa per tertium vendi,intelligitur ne propter cauillоſas venditiones tertius vexetur, ideo cauillatio eſt calumnioſa procuratio,quam lex odit.Socin.conſ.170.n.4.li.2.

7 Amplia,quia ſicut cauillatio,ita ſubtilitas veritatem lædit,& per iudicem non eſt ſequenda. Gemin.conſ.46.Super iſto.n.4.

Vide.Subtilitas de iure Canonico reprobatur, & quid de iure Ciuili.Concluſio.857.

8 Amplia,quia procurans per malitiam protrahere litem in longum, vt deferatur inſtantia prima,non poteſt allegare, quod ſententia ſit extra inſtantiam lata. Oldrad.conſ.273.nu.2,ver.quarto ratione loci.

Vide.Affectatio operatur multa,vt affectans perdat priuilegium.Concluſio.137.

Vide. Contraueniens promiſſis reprobus dicitur.Concluſio.1014.

9 Amplia, vt idem ſit in eo,qui calumnioſe per cauillationes protrahit inſtantiam cauſæ appellationis,quia ſi deſeritur,nihilominus non poteſt iuuari ex deſertione.Calderin.conſ.217.in fin,alias 31.de appellatio.

10 Limita, quia licita eſt cauillatio ad ſe defendendum ab iniuſta petitione, quia doloſus non dicitur, qui vtitur cauillatione ad excludendum dolum.Anchar.conſ.145,Si dicta poſitio,ver.præterea.nu.2.in fi.& nu.3.

11 Extende, vt procedat etiam ad inuoluendum teſtem,qui vult deponere falſum.Deci.in l. ea eſt natura,ff.de reg. iur. vbi ponit plures limitationes, quibus cauillari licitum eſt pro defenſione.

12 Et omnis ſubtilitas eſt adhibenda, vt delictum euitetur. Anchar.Regien.quæſt.61. libro 3. numer.7.

Extende.

13 Extende,quia si subtilitas,& cauillatio allegatur ad destruendum actum,multo magis allegari potest ad substinendum actum, in quo admittitur quælibet subtilis indagatio.Socin.cons. 284. num. 4.lib.2.

Causa quid sit,& est multiplex materialis,efficiens,formalis, & finalis,substantialis, naturalis, & accidentalis, & de singulis earum Concl. CXXXIV.

1 CAVSA dicitur à chaos, quod fuit principium omniũ.Card.in Clem.dudum,ver.ab olim.de sepult.n.4.in fin.vbi in tertia oppositione dicit quod differt à ratione, & ab occasione, & quod accipitur quandoque pro impulsu animi,& quandoque accipitur pro modo, vel forma, & quandoque pro explicatione facti.

2 Causa vero proprie dicitur id,quod ad aliquid per se ordinatur, ideo differt ab occasione, quæ remotissimam causam comprehendit.Bal. consil. 119.Statuto cauetur,num.7.& 8. ver. sed contra hoc,lib.2.

3 Causarum aliqua dicitur causa materialis, ex qua immediate aliquid fit,& factum ex ea dicitur materiatum,& ista est vna de quatuor principalibus,quæ appellantur causæ Cardinales, videlicet materialis,efficiens,formalis,& finalis. Abb. in procem.decretal.col.penu.ver.descendo igitur. Maran.in praxi part.2.nu. 16. & seq.vbi dispositum de materia non habet locum in materiato nisi subsit eadem ratio.

4 Efficiens est illa,quæ facit opus mediante materia,& aliquando est proxima, vt aurifex facit bacile, & boccale argenteum,remota causa dicitur is,qui facere procurat,vel pro quo fit.Abb.d. procem.decretal.col.fi.ver.secundo quæritur.

Et hanc primam causam appellat Bald. cons. 433 Apulus castrum,col.2.ver.decimo arguo,li. 3.vbi dicit hanc causam esse principium,quod est potentissimum fundamẽtum,vbi ponit duas causas principales causatiuas, videlicet efficientem, & finalem,& duas essentiales videlicet materialem,& formalem.Cardin.Zabarell. in prohœmio decret.super prima glos.nu.3. vbi dicit, quod est * communis *traditio Doctorũ,& quod duæ primæ videlicet efficiens, & finalis propriè conueniunt operi,quatenus fiat,aliæ vero duæ, videlicet, materia,& forma operi,quatenus factum est, conueniunt.

6 Formalis est,quando ad actum requiritur certus ordo, & certa solemnitas, quibus omissis actus vitiatur,vt in testamento septem testes, quorum si vnus deficit totum corruit.Maranta d. praxi,parte secunda,n.22.& seq. vbi ponit multa exempla quæ videas.

7 Et formalis etiam dicitur causa requisita,prout in iuramento,& cancellatione instrumenti debiti, quia ex causa dicitur facta formaliter, sine causa dicitur informis. Bal.cons 305.in quodam libro, circa prin.lib.4.

Vide.Forma quid sit,& quotuplex.Conclu.414.

8 Substantialis est, super qua virtus, nomen, & effectus eius,quod geritur,consistit,vt in testamẽto hæredis institutio,in emptione res,& pretium. Maranta d.parte 2.nu. 27.ver.quarta causa.

9 Naturalis causa est,quæ etiam sine expressione inest contractui de sui natura,vt in mutuo, quod æque bonum reddatur,& similia.Marant. vbi supra,in 2.parte nu.29.

10 Et ista dicitur naturalis,& originalis, quę præfertur accidentali.

Vide.Dispositio fortior accidentali.Conc. 200.

Vide plenius. Naturalis causa præfertur accidentali.Conclusio.9.

11 Accidentalis est,quando actui iam substantiato aliquid præter eius naturam adijcitur, vt pactum,quod aliquid liceat,quod non veniret ex illo contractu.Maranta vbi supra.nu.30.

Vide.Accidentia possunt mutari non vitiata substantia,secus è contra.Conclusio.82.

12 Finalis causa est,ad cuius finem fit actus,qua cessante cessat effectus.l.adigere.§. quamuis. ff. de iure patro.& secundum Soci.cons.251. Quoniam in præsenti.col.6.n.6.ver.comprobatur nam principalis.lib.2.causa finalis est vnius cuiusq. actus, & principalis intentio hominis facientis illum actum.

13 Item finalis causa dicitur,quæ in specta iuris dispositione inducit, & arctat ad ita disponendum. Soci.cons.159.In præsenti consultatione,num.23. ver.nam causæ quæ cohærent.lib.2.

14 Et sola causa finalis vere dicitur causa omnium aliarum causarum.Bal.in l.generaliter. col. 2. in secunda oppositio.C.de Epis.& Cler.

15 Causarum finalium alia est propinqua, alia remota.Abb.in proœ.decretal.col.fin.ver.descendo igitur.

16 Propinquę potius quam remotę attribuitur effectus,& denominatio actus. Anchar. cons. 329. Arnaldus,nu.2.

17 Et ideo potius attenditur cui acquiritur,quam cui relinquitur.Anchar.cons.329.n.3.

Causa substantialis quæ sit.Conclusio. CXXXV.

1 CAVSA substantialis est illa,super qua virtus,nomen,& effectus eius, quod geritur, consistit, vt in testamento hæredis institutio,in emptione res, & pretium. Maranta in sua praxi, in 2.parte,n.27.ver.quarta causa.

2 Et dicitur causa causarũ ista substantialis,prout est consensus in alienatione.l. 3.§.subtilius. ff. de condi.causa data.Bal.cons.9. Factum tale est,in prin.lib.1.

3 Amplia, quia originalis causa,& substantialis plus operatur, quam additamentum, quia imprimit essentiam, vt in Religione tria vota, quę non separantur.

Vide.Originalis dispositio fortior accidentali. Conclusio.200.

Vide. Naturalis causa præfertur accidentali. Conclusio. 9.

Vide. Causa naturalis præfertur accidentali. Conclusio.147.

4 Amplia,quia imo causa substãtialis appellatur, vt est tex.in l.si ex pretio.C.si cer.pe.vbi.Bal.in fi. & ibi

& ibi etiam ponit, quid ſit ſubſtantia, & quid importet, & idem Bald. in l. in ſuis, nu. 19. ff. de liber. & poſthu. vbi quod ſubſtantia importat cauſam ſubſtantialem, qualitatem, & ſolemnitatem, & formam ſubſtantialem.

Vide. Subſtantia actus ſi plura requirit, vno deficiente actus corruit. Concluſ. 723.

5 Extendo, quia cauſa ſubſtantialis dicitur qualitas ſubſtantialis, quia quod ſecundum logicos eſt ſubſtantia, apud Iuriſtas eſt qualitas, & ſic quod apud logicum eſt ſecundæ intentionis in termino ſubſtantiæ, apud Iuriſtas eſt primæ. Io. Igneus in l. neceſſarios, §. non alias, ff. ad Syllania. nu. 95. & ſeq.

6 Ideo remota ſubſtantia à contractu intelligi debet de ſubſtantia ſecundæ intentionis, & de qualitate ſubſtantiali, non de illa, quæ facit deſinere omnino contractum, prout dicimus, contractus alienationis Eccleſiæ non valet ſine ſubſtantialibus, videlicet conſenſus, rei, & pretij, quia iſtis remotis non eſſet contractus. Bart. & alij in l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omniũ iudi. poteſt tamen remoueri cauſa, quæ inducit qualitatem ſubſtantialem, prout eſt neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ, de qua per Deci. conſ. 173. in princ. & 281. num. 6. prout videmus in contractu permutationis Eccleſiæ cum principe, quia non requiritur cauſa, licet ſit ſubſtantialis, quia non eſt illa prima ſubſtantia, quæ deſtruit contractum, ſed eſt qualitas ſubſtantialis, ideo valet. Afflict. deciſ. 17. per totam, Abb. in c. 1. de rerum permut. vbi dicit * communem.

Cauſa finalis expreſſa regulat actum, & quomodo. Concluſ. CXXXVI.

1 CAVSA expreſſa regulat actum, & indiſtincte factum, vt reſtringatur ſecundum cauſam expreſſam. Angel. conſ. 248. Punctus eſt exorta, nu. 3. vbi loquitur in compromiſſo generaliſſimo, vt non extendatur vltra mentem, & cauſam compromiſſi. Abb. conſ. 3. Nitar. col. 17. in fi. ver. ad 23. quæſtionem lib. 1.

Vide. Ratio legis regulat ipſam legem, & quid in aliis diſpoſitionibus. Concluſ. 31.

2 Et intelligentia verborum in cauſis eſt aſſumenda dicentis, c. intelligentia, de verbor. ſignific. Anchar. conſ. 254. num. 6. Zabarel. conſ. 111. numer. 6. Abbas d. conſ. 3. colum. 17. in fi. lib. 2.

3 Et quod cauſa declaret dictum dubium, illudq. amplietur, & reſtringatur à cauſa. Ant. de Butr. conſ. 51. num. 5. ver. item hoc declarat. Abbas conſil. 3. col. 17. num. 12. ver. ad 23. quæſtionem, lib. 2.

4 Et ex cauſis narratis cognoſcitur, an princeps aliquid concedendo faciat ex gratia, vel ex iuſtitia, quia ſi narrantur merita eius, cui fit conceſſio, vel adſunt verba denotantia liberalitatem, eſt gratia, maxime quando non concurrunt neceſſaria ad iuſtitiam prout citatio partis, & cauſæ cognitio. Abb. d. conſ. 3. col. 17. num. 12. ver. ad 23. quæſtionem, lib. 2.

5 Amplia, quia mulier agens ad bona data, æſtimata in dotem contra maritum vergentem ad inopiam, tanquam domina debet obtinere, licet dominium ſit mariti, quia intelligitur de vtili dominio, & in ſubſidium propter cauſam dotis expreſſam. Bald. conſ. 160. Libellus, per totum, lib. 2.

6 Amplia præcipue in alimentis, quia cauſa reſtringit diſpoſitionem pro alimentis ad ſola alimenta. Anchar. conſ. 254. n. 4. ver. & præcipue eſt, hoc verum.

7 Amplia in cancellatione inſtrumenti debiti, & in iuramento, & alijs, quia à cauſa regulantur in tantum, vt ſine cauſa dicatur iuramentum informe, & cancellatio informis, cum cauſa vero dicitur formalis. Bald. d. conſ. 305. In quodam libro, circa princ. lib. 4. quia cauſa regulat effectum ſecundum cauſam, ideo ſi cancelletur electio conſultoris propter diſcordiam ſalarij non debet cãcellatio operari extra diſcordiam ſalarij. Io. de Imol. conſ. 89. in fi. ver. circa ſecundum.

Vide. Cancellatio quando attendenda, & quid operetur, Concluſ. 2.

Vide. Actus factus ex cauſa innalida eſt nullus. Concluſ. 126.

Vide. Agens ex vna cauſa non obtinet ex alia. Concluſ. 244.

Vide. Cauſa finalis, vel efficiens ſi ceſſat facit ceſſare actum. Concluſ. 137.

Vide. Ceſſante cauſa ceſſat effectus. Concluſ. 202.

Vide. Diſpoſitio limitata non extenditur, & quando ſecus. Concluſ. 194.

Vide. Effectus à cauſa regulatur. Concluſione 49.

Vide. Reſtringens ſe ad vnam cauſam non obtinet ex alia. Concluſ. 304.

Vide. Tranſactio per verba generalia quando reſtringatur. Concluſ. 156.

Vide. Verba generalia, & indefinita reſtringi ad cauſam, Concluſ. 139.

8 Amplia, quia cauſa, & materia regulat mentes hominum, vt talis præſumatur mens, qualis eſt cauſa, quia cauſa dicitur dux mentis. Bald. conſ. 312. Factum ſuper quo, num. 2. ver. tertio, vt cauſa, lib. 4.

9 Extende, quia cauſa finalis in tantum attenditur, vt faciat recedere à termino, & à qualitate, & conditione expreſſa, ideo ſi maritus legat vxori mille, cum conditione, quod nubat infra duos menſes, ſi ſuperuixit legans maritus per duos menſes receditur ab ipſa conditione propter cauſam nubendi, quæ inſpicitur, & cum ſit impoſſibile, quod nubat habens maritum viuum, vel reijcitur, vel prorogatur poſt obitum primi mariti. Anchar. conſ. 219. Mirum prima facie, per totum, maxime nu. 7.

10 Amplia, quia ſi tertius ſoluit dotem marito nomine patris vxoris, & nomine vxoris, licet ſibi ſoluenti ſtipuletur reſtitutionem dotis, tamen vtilis acquiritur patri, & vxori, quorum nomine facta eſt ſolutio, & vtilis præfertur directe hoc caſu, quia attenditur cauſa. Bald. conſ. 186. Punctus primo quæritur, in princ. lib. 5.

11 Amplia, quia cauſa legati limitat, & reſtringit legatum, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. Anchar. conſ. 254. Statuto cauetur, n. 4. Roma. conſ. 503. nu. 7. & ſeq. ver. ſecundo, pro plena.

12 Extende, quia legatum vſusfructus alicui factũ ex cauſa, puta quia is, ad quem ſpectat proprie-

tas, &

tas, & vſusfructus, habet beneficia Eccleſiaſtica ſufficientia, ceſſat ceſſante cauſa beneficij Eccleſiaſtici per mortem beneficiati, vel alias. Rom. d. conſ. 503. num. 7. & ſeq.

13 Simile eſt ſi legatus eſt vſusfructus domus, habitandi cauſa, quia ſola habitatio legata cenſetur. l. ſi habitatio. ver. ſed ſi relictus. ff. de vſu, & habitat. Roman. d. conſil. 503. num. 7. ver. nec eſt hoc nouum.

14 Reſtringe, quando cauſa, vel modus, qui reſtringerent ſunt adiecti fauore legatarij, quia nunquam reſtringitur legatum. Alex. conſ. 223. num. 3. lib. 2. plene Bart. in l. libertis. num. 2. & ſeq. ff. de alim. & cib. lega. Rom. conſ. 503. Diligenter. nu. 7. vbi apoſtill. in ver. non reſtringat, allegat Socin. conſ. 102. Viſa ſcripta. col. 4. ver. nam licet quando teſtator. lib. 3.

15 Amplia, quia iſtud eſt generale in omni diſpoſitione legis, vel ſtatuti, aut contractus, & vltimæ voluntatis, & iudiciorum, quia verba quantumcunq; generalia reſtringuntur ad cauſam finalem expreſſam. Anchar. conſil. 254. Statuto cauetur. num. 4.

16 Extende, quia ſtatutum deferens alimenta vxori in domo, vel extra domum, ita vt habeat illam portionem, quam vnus ex filijs habet, intelligitur deferre portionem ſufficientem ad alimenta, non autem vltra alimenta, ideo ſi filij eſſent ditiſſimi, non habebit vxor vltra id, quod in domo haberet, quia cauſa alimentorum expreſſa reſtringit legatum, & verba generalia. Anchar. d. conſ. 254. num. 3. & ſequen. verſ. venio ad ſecundum, vbi eſt caſus.

17 Extende etiam in liberatione, & alijs, in quibus cauſa non requiritur, quia ſi exprimitur, reſtringitur ad cauſam. Ioann. de Imola conſil. 1. num. 2.

18 Extende in vſufructu domus relicto habitationis cauſa, quia licet vſusfructus importet pluſquam habitatio, tamen quia cauſa habitationis eſt finalis, & expreſſa, non habebit niſi habitationem. Anchar. d. conſ. 254. nu. 5. Rom. conſ. 503. nu. 7. ver. nec eſt hoc nouum.

19 Extende, quia ſi pater legat vſumfructum certorum bonorum filij minoris, filio maiori ex cauſa, vt apud minorem quaſi tutor exiſtat, mortuo minore finitur vſusfructus. Rom. d. conſ. 503. num. 7. ver. hoc probat, allegat l. liberto. §. pater. ff. de annuis legat.

20 Extende, quia ſeruitus, quæ de ſui natura realis, & perpetua eſt, ſi legetur ex cauſa reſtricta ad perſonam, prout filiæ propter honeſtatem, vt poſſit per domos paternas tranſire, erit perſonalis ſeruitus ex cauſa. Roman. conſ. 503. num. 7. circa fin. ver. ſecundo probatur, vbi apoſtill. in ver. notabili, & allegat Rom. text. in l. pater filiæ. ff. de vſufru. legato.

21 Reſtringe, quando eſſet dictum, relinquo domum ad habitandum, vel fundum ad vſumfructuandum, quia plena proprietas cenſetur legata, & idem eſt ſi dicat lego prædia, vt habeant alimenta, quia proprietas eſt legata, nec adiectio reſtringit. Bart. in l. libertis. num. 2. & ſeq. ff. de aliment. & cibar. leg. vbi latiſsime.

22 Amplia, quia conceſsio decimarum in fœndum tanquam quod eſſent deuolutæ, ſi cauſa non eſt vera, non valet, licet poſsit ex alia cauſa non expreſſa ſubſtineri, quia attenditur cauſa expreſſa. Zabarell. conſil. 92. num. 6. in fin. verſ. ſed nec iuſtificari, & num. 7.

Cauſa finalis, vel efficiens, regulans actum, ſi ceſſat, facit ceſſare actum. Concl. CXXXVII.

1 DATVM ex vna cauſa, ſi illa cauſa non ſequitur reuocatur. l. 1. ff. de condition. cauſa data.

2 Ratio eſt, quia cauſa eſt proxima condicioni, vt ſicut neceſſe eſt purificare conditionem, ſic & cauſam. Calder. conſ. 1. de tranſlat. Prælat. quod eſt in ordine 56. num. 2. ver. ex ijs, ſubſcriptum à Calder. Io. de Ferrar. & Laur. de Pinu. ſequitur apoſtilla ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 435. Vide tamen Bald. conſ. 402. Colligamus ſtatutum, circa princip. ver. multum enim refert. lib. 1. vbi, quod differunt in aliquibus.

3 Amplia in eo, quod traditur ſpe futurarum nuptiarum, quia nuptijs non ſequutis reuocatur. l. ſtipulatione. ff. de iure dot.

4 Amplia in ceſsione iurium, quæ licet non ſit reuocabilis, ſi tamen fiat ex cauſa, non ſequuta cauſa non valet. Iaſ. in l. debitorum, in fin. C. de pact.

Vide. Ceſsionarius vtitur eodem iure quo vteretur cedens. Concluſ. 213.

5 Amplia in reſignatione facta ex cauſa permutationis, quia non ſequuta permutatione reuocatur reſignatio. Feder. de Sen. conſ. 164. Licet ſemper, in princ. & per totum.

Vide. Collatio beneficij ex vna cauſa an valeat ex alia. Concluſ. 431.

6 Amplia in promiſsione facta ex cauſa futuri matrimonij, quia ſi non ſequatur matrimonium, ceſſat cauſa, & nihil debetur, quia in omni diſpoſitione attenditur cauſa, & origo. Mandel. conſ. 77. num. 18. & ſeq.

7 Amplia in prouiſione facta de Epiſcopatu vacante ob promotionem ad Cardinalatum, quia ſi prædictus Epiſcopus non acceptat Cardinalatum non valet prouiſio, ex qua cauſa non ſequitur. Calder. conſ. 56. quod eſt primum, de tranſl. Prælat. num. 2. ver. & ex ijs, quod eſt conſ. Gaſpa. Calder. Io. de Ferrar. & Laur. de Pinu.

8 Amplia in priuilegio conceſſo ex certa qualitate, vel cauſa, quia ſi non adeſt cauſa, vel qualitas expreſſa, non valet priuilegium, etiam ſi concedens ex alia cauſa potuiſſet concedere. Gemi. conſ. 96. num. 9. ver. licet enim Hieruſalem.

Vide. Qualitas attendenda quæ inducit cauſam immediatam. Concluſ. 11.

9 Extende, etiam ſi cauſa finalis priuilegij elicitur ex procemio priuilegij, quia ea ceſſante ceſſat priuilegium. Rom. conſ. 180. Si admittimus. * num. 7. vbi dicit * communem, & ibi apoſtilla ibi in ver. priuilegium, dat concord. & declarat.

10 Amplia, quia cauſa, quæ ſumitur ex diſpoſitione, declarat, ampliat, & reſtringit ipſam diſpoſitionem. l. ita autem. ff. de admini. tuto. Ant. de Butr. conſ. 3. In facto Sanctæ Mariæ Maioris, quod duplicatur conſ. 51. circa fin. verſ. item hoc declarat cauſa.

Vide.

gitized by Google

Vide. Causa finalis expressa regulat actum, & quòmodo. Conclus. 136.

Vide. Ratio legis regulat ipsam legem, & quid in alijs dispositionibus. Conclus. 32.

11 Amplia in debito ex certa causa, puta parochiani tenentur soluere mensuram auenæ pro candelis, quas dat rector de consuetudine, quia si illis non datur candela, nec ipsi debent auenam, quia dicitur debitum conditionale, vel ob causam. Bello. cons. 3. Curatus Ecclesiæ, in fin. vers. ad secundum,

12 Idem est in salario Doctoris ex causa operarum, quia si non præstat operas, non debet habere salarium. Deci. cons. 70. Diligenter considera-tis. col. 1. Bello. d. cons. 3. in fin.

13 Extende etiam in obligatione camerali, quia si causa est expressa, propter quam obligatio est contracta, & adùc defectus causæ, impeditur exequutio, quod declara, vt per Gallesi. de obligatio. Camer. ad 4. particulam. q. 1. num. 12. & seq.

14 Amplia in omni causa finali, quia ea cessante cessat effectus negocij, cui adijcitur, & hæc est regula generalis in legibus, contractibus, & alijs dispositionibus, vt cessante causa super qua fundatur dispositio, cesset dispositio. Petr. de Anch. cons. 47. Pro clariori, num. 4.

Vide plenius in ver. Cessante causa cessat effectus. Conclus. 202.

15 In pacto cessante causa finali cessat effectus. Dynus cons. 6. Ex testamento domini. nu. 2. ver. præterea, vbi num. 3. quod facit cessare contractum, & pactum si causa cessat.

16 In prohibitione administrationis rei suæ, quia sine causa, vel cessante causa sperni potest. Petr. de Anchar. d. cons. 47. num. 2.

17 In vltima voluntate, quia prohibitus testari, vel alienare extra certas personas, si illæ personæ non extant, potest libere fieri testamentum, & alio natio. Bald. cons. 336. Quæritur vtrum. num. 3. ver. in alio puncto, lib. 3.

18 In dilatione concessa ad soluendum ex causa annuæ præstationis illicitæ, quæ cessat si præstatio non est licita, vt quia sit vsuraria, quia cessante causa finali cessat dilatio. Bald. cons. 112. Eundo ad veritatem. lib. 4.

19 In legato facto in subsidium maritandi puellam, si puella maritatur, & dotatur simpliciter, non debetur legatū, quia cessat causa legati. Bal. cons. 360. Quia dictum legatum, libro 4. vbi dicit forte, secus si esset maritata sine dote.

20 In donatione causa mortis facta, quia propter existentiam liberorum reuocatur, quasi cesset causa. Bald. cons. 240. Quia dicta oblatio, circa med. ver. & est ratio. lib. 5.

21 Extende in oblatione bonorum, & personæ facta per emittentem professionem, quia si non valet professio, non valet oblatio bonorum, tanquam causa finalis. Bald. cons. 240. per tot. lib. 5.

22 Amplia in omni dispositione, siue legali, siue testamentaria, siue inter viuos, quia dispositio à causa regulatur, restringitur, & ampliatur. Angel. cons. 346. Titius, vt hæres.

23 Et cancellatio instrumenti, vel testamenti facta à Notario ex causa expletionis non tollit virtutem testamenti. Angel. cons. 346. per totum.

Vide. Cancellatio quando attendenda. Conclus. 20. num. 2. & seq.

24 Extende in consuetudine, vel præscriptione non soluendi gabellas, vel onera, quia regulatur à causa, quia si ob gratiam, vel furtum, vel remissionem non fuit facta solutio, consuetudo, vel præscriptio non excedit causam. Angel. cons. 337. Inter alia. num. 4. ver. quid dicemus.

25 Extende in alimentis præstandis, quia à causa regulantur, vt sint pinguiora, vel minus pinguia, secundum causam, nam alimenta quæ dantur miserationis causa magis tenuia esse debent. Angel. cons. 357. Dominus Gregorius. num. 3. ver. sed vbi præstari.

26 Amplia, quia in contractibus datum ob causam, siue causa sit expressa, siue tacita ab vtraq; parte, quando causa nullo modo impletur, vel impletur, sed non legitime, datur repetitio. Iaf. in l. si pecuniam. num. 18. ff. de cond. causa data, vbi ponit regulam.

27 Extende, etiam si datum sit Ecclesiæ, vt aliquid impleat, quia si non implet, repetitur, de quo relatiue Iaf. qui alios allegat. d. l. si pecuniam. nu. 20. in fin. ff. de cond. causa data.

28 Restringe, quando causa est impulsiua, & quando dicatur impulsiua. Iaf. d. l. si pecuniam. nu. 18. & 19. ff. cond. causa data.

29 Restringe, quando causa esset tacita ab vna parte tantum, quia non datur repetitio. Iaf. d. l. si pecuniam. num. 20. ff. de cond. causa data.

30 Restringe, quando datum esset ob causam impossibilem, siue de iure, siue de facto, & dans sciebat, quia non repetitur. Iaf. d. l. si pecuniam. num. 20. ff. de cond. causa data.

31 Restringe, quia causa fortuito casu non impletur, & casus euenit ante moram. Iaf. d. l. si pecuniam. num. 20. vers. quarto fallit. ff. de cond. causa data.

32 Restringe, quando causa non impletur facto, & culpa eius, cui debet impleri. Iaf. vbi supra num. 20. ver. quinto.

33 Restringe, quando non deficit causa obligationis, sed causa faciendi, prout si causa obligationis est, quia non habet filios, si nascantur filij, qui faciunt causam faciendi, non datur repetitio. Iaf. vbi supra num. 20. ver. sexto fallit.

34 Amplia, quia falsa causa expressa vitiat contractum, & præsumitur error. Alex. consil. 22. nu. 3. & 4. lib. 3.

Vide. Causa iniusta, vel erronea rescindit contractum. Conclus. 140.

35 Amplia in omni dispositione sub modo, quia modus causam finalem supponit, qua non sequuta, dispositio non impletur, & solutum repetitur. Bald. cons. 150. Proponitur quod. num. 3. ver. consimiliter si apponit. lib. 5.

Vide. Causa differt à modo. Conclus. 150.

36 In libello deducens suum creditum ex certa causa, si probat creditum ex alia causa, quam expressa, non potest obtinere, nisi generaliter etiam omnes causas expresserit, quia remota causa debiti remouetur debitum. Angel. de Peru. cons. 25. Pro decisione, in princ.

37 Amplia in statuto inducente aliquam simulationem, quia cessante causa cessat statutum. Angel. cons. 86. Hæreditas materna, in fin. vbi loquitur in statuto mandante repudiationem hæreditatis præsumi simulatam, si non est notificata in consilio, quia cessat cessante causa, videlicet fraude, & quod hæres nihil consequutus sit ex hæreditate.

Amplia,

38 Amplia, quia licet cauſa ſtatuti non ſit expreſſa, licitum tamen eſt eam inueſtigare, vt illa ceſſante ceſſet ſtatutum, maxime quando eſt contra ius, & ſtricte interpretandum. Abbas conſ. 44. In præſenti quęſtione, circa fin. ver. item in dicta notorietate. lib. 1.

Vide. Cauſa legis ex quibus eliciatur. Concluſ. 146.

Vide. Ratio legis quid ſit, & quando ea eſt vnica legis, habetur pro expreſſa. Concluſ. 30.

39 Amplia, quia defectus cauſæ annullat confeſſionem in iudicio, guarentigiatum inſtrumentum pactum, & omnem contractum, plene Phanuc. de inuent. parte quinta. num. 104. & ſequen. vbi ponit plurima exempla, vbi numero 116. excipit fideiuſſionem.

Vide. Confeſſio in quibus non nocet confitenti. Concluſ. 647.

40 Limita, quando plures cauſæ concurrunt finales, quia vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio. §. affinitatis. Inſtit. de nupt.

Vide. Cauſę plures quando plures effectus operantur, vel ſecus. Concluſ. 144.

41 Limita, quia cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat effectus, & dicitur cauſa impulſiua potius motiuum quoddam, quam cauſa. Bald. conſ. 337. Ii præmitto. nu. 2. lib. 3. & conſ. 433. Caſus talis eſt. num. 5 lib. 5.

42 Idem eſt in contractu, vel pacto. Dynus conſ. 6. num. 3. ver. præterea aut in pacto.

43 Idem eſt in fœudo, & contractu fœudali. Zabar. conſ. 92. num. 6. vbi qualiter cognoſcatur à finali, vt quia non correſpondet, neque eſt adæquata.

Cauſa cauſans eſt cauſa cauſati, & quando ſecus. Concluſ. CXXXVIII.

1 CAVSA cauſæ eſt cauſa cauſati. l. manumiſſione. ff. de iuſt. & iure. Iaſ. in l. ſi pecuniam. nu. 21. ff. de cond. cauſa data.

2 Et faciens aliquem cadere, qui interficitur, dicitur interfeciſſe. l. cum quæritur. C. ad l. Corn. de ſicar. Calder. conſ. 282. in prin. alias 4. de loca. vbi ponit multa ad hoc.

3 Mors infantis ſine baptiſmo imputatur Presbytero, qui noluit baptizare. 1. q. 1. cap. placuit.

4 Damnum dediſſe videtur, qui dedit occaſionem damni, cap. paſce, 76. diſtinct.

Vide. Damnum cauſans damnum dediſſe videtur. Concluſ. 6.

5 Conductor, cui debet fieri remiſſio mercedis propter bellum, debet conſequi nedum damna illata propter bellum immediatè, ſed etiam prouenientia occaſionaliter. Calder. d. conſ. 282. in princ. alias 4. de locato.

6 Amplia, vt prædicta procedant, quod cauſa cauſans eſt cauſa cauſati, nedum ſi cauſa eſt proxima, ſed etiam ſi eſt remota. c. fin. de iniur. Calder. d conſ. 282. circa prin. alias 4. de locato.

7 Contrarium infra n. 11. & ſeq. vbi vide.

Vide. Cauſa proxima attenditur non remota, & quando ſecus. Concluſ. 145.

8 Amplia, quia concurrentibus pluribus cauſis, quarum vna eſt primaria, & originalis, alia vero eſt ſecundaria, actus adſcribitur primariæ, & originali. Calder. conſ. 282. num. 1. in fin. ver. & hæc ratio, alias 4. de locat.

9 Amplia, quia cauſa dicitur talis, qualis eſt cauſa cauſans, ideo ſi quis tanquam hæres agit rei vendicatione, cauſa dicitur hæreditaria, ita quod ſi cauſæ hereditariæ non ſunt compromittendæ, nec etiam compromitti debet cauſa rei vendicationis proueniens à cauſa hæreditaria. Bald. conſ. 84. Dicta cauſa. lib. 4. per totam.

Vide. Subrogatum habet multa ſpecialia contra ius. Concluſ. 760.

10 Extende, quia cauſatum regulatur ſecundum naturam cauſæ cauſantis, ideo ſententia æquiparatur vltimæ voluntati, vel contractui, prout cauſatur, & fundatur ſuper contractu, vel ſuper vltima voluntate. Bald. conſ. 150. Proponitur quod in fin. lib. 5.

11 Amplia, quia potentius dicitur ius in cauſante, quam in cauſato. Caſtr. conſ. 421. Quod renunciatio. ver. non obſtat. lib. 2. vbi, quod diſpoſita in cauſato magis procedunt in cauſante.

12 Limita, quia cauſa cauſans non attenditur, tanquam remotiſſima, quando propter cauſatum aliquid permittitur, quod in cauſante eſſet prohibitum, quia ſemper cauſa proxima attenditur. Calder. conſ. 340. alias 8. de ſent. excomm. dico 340. vbi, quod interdictum Eccleſiaſticum prohibitum relaxari pro debito pecuniario relaxari poteſt propter duritiem excommunicati pro debito pecuniario, quia effectus cauſatus attenditur tanquam cauſa proxima.

Vide. Cauſa proxima attenditur, non autem remota, & quando ſecus. Concluſ. 145.

13 Et maxime cauſa proxima attenditur fauore piæ cauſę, & dicitur proxima cauſa pia, quæ durat, non autem miniſtros reſpiciens. Anchar. conſ. 197. in fin. & conſ. 200. Circa primum, num. 5. & ſeq. vbi late.

14 Et quod cauſa proxima attendatur, non autem remota. Anchar. conſ. 22. Subtiliter. n. 4. vbi, quod non dicitur creditor ex inſtrumento, ſed ex ſucceſſione is qui ſucceſſit creditori, & Iaſ. in l. ſi pecuniam. num. 21. ff. de cond. cauſa data. Caſt. conſ. 226. Dico dictum Ser Franciſc. in princip. lib. 1. vbi apoſtilla citat Corne. conſ. 266. nu. 16. lib. 4. Caſtillio. conſ. 13. num. 38.

15 Extende, quia metus quando eſt cauſa proxima, & immediata contractus, annullat, ſeu reſcindit contractum, ſi vero eſt cauſa non immediata non nocet ei, qui emit cauſa excarcerandi eum, qui metum patiebatur, quia proxima cauſa eſt beneficium, vt excarceretur, ideo non datur actio contra ementem, qui non participauit, neque commodum ſenſit ex metu illato, ſecus ſi metus fuiſſet proxima cauſa contractus, quia emens etiam ignorans poteſt conueniri actione in rem, vt reſtituat metum paſſo, pulchre Caſtillio. conſ. 13. num. 33. ver. cæterum, cum multis ſeq. vſque 39.

Vide. Cauſa proxima attenditur non remota. Concluſ. 145. vbi declarat plenius.

Cauſam

Causam ab alio ille dicitur habere, qui habet titulum ab eo. Concluſ. CXXXIX.

1 REGVLA eſt, quod ille dicitur habere cauſam à Titio, qui habuit titulum à eodem Titio. l. Pomponius. §. ſi liber, cum ibi not. ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 198. Viſo proceſſu. num. 6. ver. quia cauſam habere dicitur. lib. 7.

Cauſa iniuſta, & erronea reſcindit actum, vel contractum. Concluſ. CXL.

1 FILIVS, qui liberauit patrem ab hereditate materna poſt emancipationem, ex cauſa, quia pater fecerat expenſas filio, & vxori, non obligatur, quia pater tenebatur ad iſta, & ſic cauſa iniuſta reſcindit obligationem. Bald. conſ. 62. Facta ſuper quibus. lib. 1. in princ. & duplicatur conſ. 316. lib. 4.

2 Extende, vt idem ſit ſi pater donauit filio in præmium emancipationis certam quantitatem, quia ſi filius liberauit patrem, quia fecit expenſas vxori, reſcinditur tanquam ex iniuſta cauſa facta liberatio. Bald. conſ. 316. Factum ſuper quo. lib. 4. in princ.

3 Amplia, quia etiam in ijs, in quibus valet actus ſine cauſa, prout in pacto nudo liberatorio, ſi tamen cauſa falſa, vel erronea exprimatur, actus non valet. Bald. conſ. 189. Creditor cum filio. lib. 2. in fin.

4 Amplia, quia adminiſtratio prohibita alicui ex falſa cauſa, vel ſine cauſa, poteſt ſperni, quia talis prohibitio non valet. Petr. de Anchar. conſ. 47. Pro clariori, num. 2.

5 Amplia, quia renunciatio ex cauſa expreſſa, vt quia renuncians hæreditati paternæ, vel maternæ cum iuramento, quia dicit habuiſſe bona, & hæreditatem, & eſſe ſatisfactum de hæreditate viuentis, cui renunciat, ex quo eſt falſa cauſa, quia non habuit aliquid, cum bona eſſent penes viuentem, de cuius hæreditate agitur, tanquam erronea reſcindit renunciationem. Io. de Imola conſ. 1. in princ. ver. quarto pro hoc.

6 Extende, quia etiam ſi cauſa non requiratur, prout in liberatione, ſi tamen exprimitur, liberatio regulatur à cauſa expreſſa, quæ ſi falſa eſt, vel erronea, tollit effectum liberationis. Ioannes de Imola d. conſ. 1. num. 2.

7 Amplia, quia certa cauſa expreſſa per errorem confitentis, vel legantis, credentis ipſam cauſam eſſe veram, cum ſit falſa, vitiat confeſſionem, legatum, & contractum. Caſtr. conſ. 134. Pro iſta muliere, in princ. lib. 2. vbi idem dicit in ſtipulatione.

8 Extẽde. vt ita vitiet cauſa erronea expreſſa obligationẽ, ſicut ſi nulla cauſa exprimitur, quia quando cauſa expreſſa, ſi eſſet vera, eſſet obligatoria, tunc præſumitur finalis, & ea ceſſante ceſſat obligatio. Caſtr. d. conſ. 134. in princ. lib. 2.

9 Declara, quia ſi falſa cauſa ad liberandum exprimitur, vitiat, vel non, prout Corn. conſ. 67. nu. 4. libro 4.

10 Extende, quia quod cauſa expreſſa finalis, ſi eſt erronea vitiet obligationem, procedit etiam in dote. Caſtr. d. conſ. 134. lib. 2.

11 Amplia, quia datum ob cauſam, cauſa non ſequuta poteſt repeti, l. 1. ff. de cond. ob cauſam.

12 Declara, & reſtringe multis modis, de quibus per Iaſ. in l. ſi pecuniã, n. 20. ff. de cond. cauſa data.

Vide ſupra. Cauſa finalis, vel efficiens. Concluſ. 137. num. 18. & ſeq.

13 Amplia, quia omnis obligatio requirit cauſam, alias non valet. Bar. conſ. 155. Facti contingentia, num. 2. ver. ſecundo quia. lib. 1. idem ſi ex cauſa, ſed turpi, vt infra relatiue.

Vide. Obligatio ſine cauſa non valet, & quando ſecus. Concluſ. 38.

Vide. Obligatio ex turpi cauſa, vel delicto non valet, & quando ſecus. Concluſ. 39.

Vide plene. Confeſſio fit ad obligationem, vel probationem, & requirit cauſam. Concluſ. 631.

14 Amplia, quia omnis traditio, vel tranſlatio rei propriæ facta ſine cauſa inducit errorem. Alexan. conſ. 9. Ponderatis. num. 12. lib. 5.

Vide. Falſa narratio, vel cauſa quando vitiat. Concluſ. 62.

Vide. Erronea confeſſio, & erroneus conſenſus nihil operatur. Concluſ. 317.

15 Limita, quia cauſa erronea non reſcindit contractum, imo præiudicat, quando is qui facit ex cauſa falſa, facit ſcienter, & volens. Io. de Im. d. conſ. 1. ver. item non obſtat, dum dicitur. nu. 11.

Vide. Error non vitiat, & quando ſecus. Concluſ. 314.

16 Quis autem probare debeat iuſtã cauſam, vel erroneã, dicas, quod ſi obligatio eſt de certa ſumma ex cauſa expreſſa præſumitur vera, & incumbit onus probandi aſſerenti cauſam falſam, vel erroneam: ſecus eſt, quando cauſa exprimitur non expreſſa quantitate obligationis, quia tunc probatio incumbit aſſerenti cauſam. l. ſi non deſignata. C. de falſa cauſa adiecta lega.

Vide. Probatio incumbit aſſerenti. Concl. 768.

17 Limita tamen, quia ſi conſtat de numeratione, & traditione pecuniæ, & non conſtat ex qua cauſa præſumitur cauſa depoſiti. Alexan. conſ. 184. Viſo proceſſu. num. 5. ver. præterea. lib. 7. & ibi apoſtill. in ver. depoſiti, quę allegat Alex. conſ. 18. Clariſſime Domine, per tot. lib. 7. vbi, quod potius præſumitur depoſitum, quam mutuum, vbi apoſtill. n. 4. in ver. depoſitum, extendit etiam ſi depoſitum ſit cum numeratione.

18 Contrarium tenent multi, quos Alex. d. conſ. 18. in princ. lib. 7, quod potius præſumitur mutuum, quã depoſitum, vbi apoſt. 1. in ver. mutui, dat conc.

19 Et an error preſumatur, vel non, vide, quia in facto proprio non præſumitur, ſed in facto alieno ſecus eſt. Caſtr. d. conſ. 134. n. 2. ver. error autẽ. li. 2.

Vide. Error in facto proprio quando præſumatur, & qualiter probatur. Concluſ. 318.

Cauſa finalis quando dicatur, & quando impulſiua, & quid operentur. Concl. CXLI.

1 FINIS eſt cauſa cauſarum, quia omnis agens mouetur propter finem. Alex. conſ. 52. Circa hanc. nu. 21. ver. omne enim agens. lib. 4. quod eſt Barbatiæ.

Digitized by Google

1 Cauſa ſemper dicitur in dubio finalis, quando profertur à lege, vel à Principe. Oldrad.conſ.224. num.18.verſ.prȩterea quando cauſa, etiam ſi per verba enunciatiua profertur. Bal.conſil.355.Pramittendum eſt, in princ.lib.1.

3 Et quando eſt generalior diſpoſitione, vel ſaltem æque generalis, tunc dicitur finalis, alias dicitur impulſiua, plene Iaſ. in auth. quas actiones.num.18.C. de ſacr. Eccl.

4 Et cauſa finalis differt à conditione, quia cauſa non ſufficit, quod momento exiſtat, imo etiam ſi adijciatur de futuro, debet perſeuerare vſque ad exequutionem facti, conditio vero ſufficit, quod momento exiſtat. Bal.conſ. 402. Colligamus ſtatutum, circa prin.ver. multum enim refert. li.1.

Vide. Cauſa finalis, vel efficiens actum. Concluſ.137.num.2.

5 Et ſemper cauſa dicitur finalis, quando profertur per viam gerundij in accuſatiuo, prout ſi dicat ad reprimendum, idem eſt ſi gerundium ponitur in genitiuo, cum dictione animo, prout ſi dicat animo reprimendi, ita Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. nec ex eorum abſentia. nu. 13.& ſeq. verſ.& hoc apparet.vbi apoſtilla in ver. gerundij, dat concord.

Vide. Gerundium quid ſit, & importet. Concluſ. 41.

6 Et quod dicitur de cauſa, idem eſt in ratione legis, vel ſtatuti, quæ ſi eſt generalis, dicitur finalis, ſi non generalis, dicitur impulſiua, ſed tamen intelligas, vt per Alex.conſ. 32. Clariſſime. nu.6. lib.7. vt generalitas debeat eſſe in generibus ſingulorum, non autem in ſingulis generum, & ideo ſufficit, quod in ſui generalitate ſit rationabilis, & licet alicui caſui ſpeciali non applicetur, non tamen lex, vel ſtatutum reſtringitur.

7 Amplia, quia cauſa, quæ cohæret diſpoſitioni, & inſpecta iuris diſpoſitione inducit, & arctat ad ita diſponendum, ſemper dicitur finalis. Alex.conſ.46. Viſis, & accurate.num.7. verſ.confirmantur prædicta.lib.1.

8 Declara, quia dicitur finalis, quando eſt correſpondens, vel adæquata, alias eſt impulſiua, ideo in contractu fœudi, in quo promittitur annuus cenſus, & ſeu canon, & iuramentum fidelitatis, ſi penſio non eſt correſpondens fructibus fœudi, non eſt finalis, ſed impulſiua, ideo per ceſſationem ſolurionis non cadit fœudatarius, notandum dicit Zabarell.conſ.92.n.6.ver.ad id, quod dico.

9 Declara, quia cauſa cohærens legato, vel diſpoſitioni, ſemper dicitur finalis, non cohærens dicitur impulſiua, & dicitur cohærens, quando ex ea mouetur diſponens ad ſic diſponendum, quia reſpicit ſubſtantiam diſpoſitionis. Bart.in l. demonſtratio falſa. §.quod autem, & in l.cum tale.§.falſa.ff.de cond.& demonſtr.

Vide. Falſa narratio, ſeu falſa cauſa, quando vitiat, vel non. Concluſ. 62.

10 Limita, quia quando lex eſt vniuerſalis, puta reſpiciens præterita, præſentia, & futura, prout eſt extrauagans ad reprimendum, cauſa vero reſpicit prȩterita, & præſentia, non futura, ſemper eſt cauſa impulſiua, & ideo ipſa ceſſante non ceſſat lex, idem eſt ſi lex reſpicit, & comprehendit omnes, & ratio eſt de aliquibus ſemper eſt impulſiua. & non finalis. Bart. plene in extrauag. ad reprimendum in ver. nec ex eorum abſentia, in princ. num.12.& ſeq.

11 Extende, quia talis cauſa in lege, vel ſtatuto eſt ſit impulſiua, & non finalis ſicuti ea ceſſante non facit ceſſare legem, vel ſtatutum, ita ſi opponeretur, quod non ſit vera, & propterea lex, vel ſtatutum non nocet, non audiretur talis opponens, neque admitteretur talis exceptio. Bart d.extrauag. ad reprimendum, in ver.ne ex eorum abſentia.num.12.& 13.

12 Reſtringe, quando Princeps particulariter reſcriberet ſuper aliquo facto, vel etiam ciuitatis conſilium aliquid ſuper particulari negocio decerneret, quia tunc factum vnicum narratum, poteſt eſſe cauſa finalis, quod in lege vniuerſali eſſet impulſiua. Bart. d.extrauag.ad reprimendum, in ver.ne ex eorum abſentia.nu.13.vbi, quod inducitur ſubreptio, & nullitas, ſi non eſt vera, & non valet reſcriptum, neq; decretũ de re particulari.

13 Limita, quia cauſa impulſiua ſemper dicitur, quando eſt ad fauorem eius, cui legatur, quia conditio appoſita, quę alias induceret cauſam finalem, inducit impulſiuam, ſi ad commodum legatarij tendit.

Vide. Fauore alicuius ſi quod eſt diſpoſitum, conditio, & modus non nocent illi. Concluſ. 91.

14 Limita, quia impulſiua ſemper prȩſumitur cauſa, quando adijcitur à teſtatore, vel à contrahente. Oldrad.d.conſ.224.n.18.ver.prȩterea quando cauſa.

15 Extende in ſaluo conducto, vel priuilegio, quia cauſa expreſſa prȩſumitur impulſiua. Io.de Imol. conſ.33.num.2.& ſeq.

16 Extende in pacto, quia cauſa ſemper in dubio prȩſumitur impulſiua. Dyn.conſ.6. Ex teſtamento Domini.num.3.ver.prȩterea.

17 Et quando eſt dubium, an ſit finalis, vel impulſiua, iudicatur impulſiua. Corne.conſ.153. num.12. lib.2.Roman.conſ.438.num.5.ver. vltimo hȩc eſt firma.

18 Declara, quia ſi adiecta eſt dictio, pro, & adiectio eſt cauſę finalis, importat finalem, ſi eſt adiectio cauſę impulſiuę, etiam importat impulſiuam, in dubio autem importat finalem, ſi adijcitur verbis prolatis ad fauorem tradentis, ſi vero adijcitur verbis prolatis ad fauorem recipientis, vel ad fauorem tertij, importat impulſiuam. Bald. conſ.337. Et prȩmiſſo, in princ.num.2. lib.3.

Vide. Dictio, pro, quid importet. Concl.342.

19 Reſtringe, quia ſi agitur de cauſa pia in dubio finalis cauſa præſumitur, & idem eſt ſi de cauſa fauorabili. Roman.d.conſ.438.num.5.ver.vltimo hæc eſt firma.

20 Reſtringe, quia in contractibus poſſunt contrahentes facere cauſam impulſiuam eſſe finalem, quando apparet, quod aliter non erant contracturi, & è conuerſo poſſunt facere, quod cauſa finalis ſit impulſiua, quando apparet, quod nihilominus erant contracturi. Bald. conſ.337.poſt med. verſ. porro omnis cauſa. lib.3.Rom.conſ.438. In caſu.nu.4.ver.ſecundo quia.

21 Reſtringe, quia cauſa dotis ſemper præſumitur finalis etiam in vltima voluntate, ideo legatum pro dote non debetur, niſi in caſu matrimonij, quia cauſa eſt finalis etiam in filia, præterquam pro quantitate legitimæ, quæ non recipit cauſam. Bald.conſ.145. Punctus quæſtionis, in fin. ver.ſuper ſeptimo, lib.4.

Vide. Cauſa impulſiua quæ dicatur. Concluſ. proxima ſeq.

Cauſa

Cauſa impulſiua quæ dicatur.Concluſio.CXLII.

1 IMPVLSIVA dicitor cauſa in contractibus,quando reſpicit ſolum commodum eius, cui aliquid datur,ita laſ.in l.ſi pecuniam, nume. 18.ff.de cond.cauſa data.

2 Amplia,quia vbi lex, vel legislator vtitur, verbo forte,ſemper cauſa eſt impulſiua.laſ.d.l.ſi pecuniam.n.19.ff.de cond.cauſa data.

3 Reſtringe tamen,quia Iuriſconſultus,ſub verb. forte,decidere dicitur.Alex.conſ.19.n.11.lib.5.

4 Amplia, quia cauſa applicatur finali, occaſio vero denotat cauſam impulſiuam.Corne. conſil. 153.n. 5.& 6.lib.2.Felin.in c.ſolitæ,n.2.de maior. & obed.vbi quod ita fuit obtentum in practica.

Vide.Dictio, occaſio, quid importet. Concluſio.318.

5 Amplia,quia dictio,propter,denotat cauſam remotam,& ſic impulſiuam.

Vide.Dictio,propter, quid importet. Concluſio.346.

6 Extende in dictione, propterea. Socin. conſil. 156.nu.13.lib.2.

7 Declara,quia dictio,propterea,aliquando cauſam finalem importat.Socin.d.conſ.156.n.18.

Vide.Cauſa finalis quando dicatur, & quando impulſiua.Concluſio.proxima precedente.vbi plenius,& quando præſumatur finalis,vel impulſiua.

Cauſæ plures quando requirantur, vel vna tantum, & quid referat.Concluſ.CXLIII.

1 CAVSAE plures quando requiruntur ad vnum actum conſtituendum,debent omnes interuenire,& perdurare, vſque ad effectum exequutum, & ideo multum refert, an requirantur plures cauſæ,an vero vnica tantum,& reliqua requiſita non ſint cauſæ finales,ſed cõditiones, quia ſufficit,quod conditio ſemel extiterit, licet non duret vſque ad exequutionem facti.Bal.conſ.402. Colligamus ſtatutum,in prin.lib.1.ver.multum enim refert.

Vide.Cauſæ plures,quando plures effectus operantur,vel non.Concluſio.proxima ſeq.

2 Limita,quãdo vna ſola cauſa requiritur ad exhæredationem,quia licet plures exprimantur, tamen ſufficit,quod vna probetur.Bal.conſ.112.Punctus quæritur,ver.ſuper ſecundo.lib.5.

3 Sic in libello ſi vna cauſa eſt ſufficiens pro victoria,licet plures exprimantur,illa tamen ſufficeit,quæ releuat.

Vide, Libellus plures continens cauſas an in omnibus debeat iuſtificari.Conclu.310. & infra. Concluſio.proxima.n.4.& ſeq.

Cauſæ plures quando plures effectus operantur,vel non.Concluſio. CXLIV.

1 PLVRES cauſæ plures effectus regulariter operantur.c.requiſiti.de teſtam.

2 Amplia,quia ſi in ſententia plures cauſæ exprimũtur,puta vna,quæ eſt inepta,alia vero eſt apta, tunc ſententia ſubſtinetur ex cauſa apta. Roman. conſ.235.Quo ad primũ,n.3.ver. quo ad tertium, vbi apoſtill.in ver.defenſionem,dat concord.

3 Vide tamen plura pro vtraq. parte per Roma. conſ.446.Primus,vbi multa ſimilia adducit,quod actus factus ex cauſa inepta, cum potuiſſet etiam ex cauſa apta fieri ſubſtinetur ex cauſa apta,& n. 6.ver.quamobrem,ponit multa alia exempla pro contraria regula,& ibi apoſtilla dat concord. & iterum conſ.496.per totum.

4 Idem eſt in petitione,& libello, quia ſi plures cauſæ narrantur,quarum quælibet eſt ſufficiens, licet vna ceſſet, obtinebit actor ex alia, quæ non ceſſat.Bar.conſ.193.Commune Lucignani,in fin. ver.ſuper quarto,lib.1.vbi tollit contraria,quod nõ dicatur ſe reſtrinxiſſe,quia procedit reſtrictio in qualitatibus.

5 Et quod in libello cauſę plures narratæ aptæ ad obtinendum ſufficiat vnam eſſe veram, etiam ſine clauſula nõ ſe adſtringens.Alex.conſ.61.Viſo proceſſu,in prin.lib.2.Vide infra n.11. & ſeq. vbi plenius.

6 Amplia,quando plures cauſę non copulatiue ſunt appoſitæ,quia valet diſpoſitio,ſi vna ſubſiſtit. laſ.d.l.dedi.ff.de cond.cauſa data.

7 Vide omnino Bello.conſ.74.n.15.& ſeq.vbi declarat regulam iſtam quæ habet duas concluſiones contrarias:vna eſt,quod ſi ex pluribus cauſis aliquid diſponitur,vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio:alia vero contraria, quod diſpoſitio ceſſat, quia omnes cauſę debent concurrere, & ſoluit multis modis.

8 Declara,quia obligatio fideiuſſoris pro principali debitore mutui naturalis, & ciuilis cenſetur facta pro cauſis expreſſis coniunctim, ita quod ſi mutuum eſſet ſolum naturale, vel ſolum ciuile, non tenetur.Bar.conſ.21.Viſa prima,num.3.ver. nunc reſtat,lib.2.

9 Declarat Caſtr.conſ.341.In cauſa Fratalęę,infi.ver.quinto,& vltimo,lib.2.quod ſi quis fuit motus propter plures cauſas,ad aliquid faciendum, pura rogatu amicorum,item propter pollicitationem factam de liberando facientẽ,& ex alijs cauſis, quælibet cauſa operatur,& promiſſio de liberando nihilominus parit exceptionem liberationis,ac ſi eſſet ſola,quia ſufficit,quod etiam ex iſta cauſa motus fuerit.

10 Et quod,ſi plures cauſæ concurrunt,vna ceſſante ex alia ſubſtineatur diſpoſitio legis. Roman. conſ.497.Dubitatur,in fin.

11 Declarat Bart. conſ.193.Commune Lucignani in fin.lib.1.quod narrans in libello plures cauſas, quarum quælibet ſufficit pro victoria.ſi vna deficiat, obtinebit ex alia,nec propterea dici poteſt, quod plures adducendo ſe reſtrinxerit, & omnes probare debeat.c.licet cauſam,de probatio. quia illud procedit,quando in vna,& eadem ratione ponitur vnũ qualificatiuũ ipſius,vt in caſu d.c.licet. ſed ſecus eſt ſi plures orationes per ſe ſunt ſeparatæ.plenius Bar.in extrauag.ad reprimẽdũ,in ver. ne ex eorũ abſentia,n.15.vbi apoſtil. dat cõcord.

Vide.Reſtringẽs ſe ad vnam actionẽ,vel cauſam non poteſt obtinere ex alia. Concluſio.304.

12 Declarat plenius Bartol.in extrauag.ad reprimendum,ver. nec ex eoum abſentia,numer.14. & ſequent. ver. nunc autem, vbi declarat,primo,ſi plures cauſæ finales ſunt in lege expreſſæ,ſi vnaquęque, ſeu quęlibet de ſe eſt ſufficiens, ſufficit

Digitized by Google

vna,quia coniuncta ponitur pro diſiuncta.l. ſepe, ff.de verb.ſignifi. & ibi apoſtilla,in ver. concurrant,dat concord.

13 Secundo,ſi plures cauſæ videlicet plura facta, ex quibus debet ſequi iuris effectus, ſi poteſt vnũ factum per ſe illud iuris effectũ producere, quod de facili cognoſcitur,quia ius eſt certum, adhuc idem eſt,quia vna cauſa,& vnum factum ſufficit. Bar.d.extrauag.ver. nec ex eorum abſentia, nu. 15.ver.aliquando.

14 Tertio,quando in lege ponuntur plures cauſę, & plures finales effectus,qui ex lege ſequi ſperantur,ſi quidem ſunt ſeparati,& diſtincti,ſufficit alteram ex illis adeſſe; ſi vero tenduntad idem, prout ſi vna ponitur vt ratio, alia vt ratio rationis, vel vna ponitur tanquam propoſitio maior, alia vt minor,ad probandum,vtraque requiritur. Bar.d.extrauag.ad reprimendum,ver. nec ex eorum abſentia,nu. 15. ver.ſed quando in lege, vbi ponit exempla.

15 Extende,quia ſententia lata ex pluribus cauſis, quarum aliquæ nullæ,& inefficaces ſunt, tamen ſi vna eſt vera,& talis quod ſententia poſſit ſubſtineri,ſubſtinetur. Alex.conſ.113. Perſpectis, num. 19.in fin.cum ſeq.ver.poteſt etiam aliter reſponderi,lib.6.vbi apoſtil,in ver.ſecunda,dat concord.

16 Idem eſt, quando Iudex mouetur ad ferendam ſententiam ex pluribus cauſis, quia licet adſint cauſæ aliquæ ineptę,quæ ſi eſſent ſolę expreſſe vitiarent ſententiam,tamen ſi vna ex expreſſis ſufficit,ex illa ſubſtinetur ſententia.Alex.d.conſ.113. nu.21.ver.pro quo etiam,lib.6.

17 Idem eſt in donatione facta ex pluribus cauſis, quarum aliquæ ſapiunt turpitudinem, puta, vt communicentur donanti bona paterna obuentura donatario,quæ eſt reprobata,ſi alia licita concurrit,puta quod communicent bona per eos acquirenda,ſubſtinetur donatio ex cauſa apta.Alex. d.conſ.113.nu.19.in fi.& ſeq.ver.poteſt etiam aliter reſponderi,lib. 6.

18 Idem eſt in omni caſu,in quo cauſa turpis, & reprobata accumulatur alteri cauſæ licitæ ex qua ſola actus poteſt ſubſtineri.Alex.d.conſ.113.num. 21.ver.confirmo per id,lib.6.

19 Extende idem ad effectum inſinuationis non neceſſarię,vt donatio ſubſtineatur,quia ſi plures cauſæ lucratiuæ,& oneroſæ exprimuntur, actus validus ſubſtinetur ex oneroſa, & ex vna, licet aliæ non operentur.Alex.d.conſ.113.nu.22.lib. 6. vbi * dicit * commnunem.

Vide. Abundans cautela non nocet. Concluſio. 67.

20 Limita,quãdo plures cauſæ ſunt connexę,quia vna ceſſante ceſſat tota diſpoſitio,quia requiritur concurſus omnium copulatorum,ita Gomez.in reg. de impetr. beneficia per obitum familia. q. 17.numer.7.allegat Deci.in cap.cum ceſſante,de appella.

Vide. Concurſus plurium diſpoſitionum ad eandem rem quid operetur.Conclu.569.

Vide.Copulata plura ſi requirantur, non ſufficit vnum.Concluſio.1035.

21 Et dicuntur connexę,quando non ſunt expreſſe à iure communi.Sarnen.d.reg.& q.17.

22 Limita in fideiuſsione de iudicio ſiſti,& iudicato ſoluendo, ex pluribus cauſis enunciatis, puta pro eo,qui dicebatur teneri ex mutuo naturali,& ciuili,& ſic ex mutuo habente numerationem, & ſtipulationem,quia ceſſante vna ex cauſis expreſſis non tenetur ex mutuo ſolo naturali,vel ex ſolo ciuili.Bar.conſ.21.Viſa prima, per totum,maxime in prin.& n.3.ver.nunc reſtat,lib. 2. vbi extendit etiam ſi fideiuſſor promiſit ſoluere quomodocunque condemnetur,quia intelligitur ex eiſdẽ cauſis,quæ cauſa reſpicit præterita,modus autem futura,& ſic importat,ſiue condemnetur via ordinaria,ſiue exequutiua.

23 Limita, quando plures cauſæ concurrunt ad idem, quia vnicum effectum operantur. Calder. conſ.464.circa med.ver.tertio ad idem:alias primo.de conſanguin.vbi ponit plura exempla,nam fundatio cauſat inſpatronatus,item donatio, itẽ conſtructio, & tamen ſi omnes cauſę in eadem perſona concurrunt, vnicum iuspatronatus conſtituunt.

24 Extende, quia quando plures cauſæ ſimul concurrunt ad aliquid, debent omnes concurrere, & vna ceſſante ceſſat diſpoſitio.Bar.conſ.21.num.3. & ſeq.ver.nam debet intelligi.lib. 1.Abb.conſ.70. id de iure quęritur, plene Ias.in l.dedi, in princ. ff. de cond. cauſa data, & ita etiam loquitur,eſt conſi.Abb.70.col.2.ver.tertio probatur,lib.2.

25 Limita in pluribus cauſis contrarijs concurrentibus ad eandem diſpoſitionem, quia ſi vna nocet,altera iuuat,attenditur illa,quę nocet. Io. de Imol.conſ.35.In caſu præmiſſo.n.5.& n.9.

Vide.Cauſa permiſsiua,& prohibitiua cõcurrentes,quæ attendenda.Concluſio.148.

Vide plenius.Qualitas nociua attenditur, non quę prodeſt.Concluſio.13.

26 Reſtringe,niſi cauſa,quę prodeſt,ſit magis penoroſa.Io.de Imol.conſ.35.nu.13.

27 Reſtringe,quia imo cauſa,quę prodeſt,attenditur,ſi dolus,vel culpa imputari non poteſt.Signorol.conſ.164.in fin.vbi dicit quæſtionem eſſe broccardicam.

28 Limita,quia ſi concurrunt cauſa originis,& accidentalis,attenditur cauſa originalis.Io.de Imol. conſ.35.nu. 2. vbi ponit quod accidentalia ſubſequentia non mutant originem.

Vide.Originalis diſpoſitio fortior accidentali. Concluſio.200.

29 Reſtringe,vt non procedat, quando cauſa originalis prodeſt,& accidentalis nocet,quia pręualet accidentalis quæ nocet.Io. de Imol.conſ. 35. num.7.ver.& primo.

Cauſa proxima attenditur,non remota,& quando ſecus. Concluſio. C X L V.

1 CAVSA proxima attenditur,non autem remota.Anchar.conſ.222.Subtiliter. n.4.

2 Amplia,quia cauſa immediata attenditur,non autem mediata, & remota. Anchar. conſil. 222. Subtiliter,nu.4.

Vide. Qualitas attendenda, quæ inducit cauſam immediatam, non autem effectus. Concluſio. 11.

Vide.Cauſa cauſans eſt cauſa cauſati. Concluſio.138.maxime n.6.& ſeq.

3 Reſtringe,quia,imo cauſa mediata attenditur, quando ſine ea cauſã immediata,& proxima eſſe non poſſet. Barol. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato.

gato. ff. de vulg.& pupill.Aretin.conſ.6. Viſo.nu. 9.ver.confirmatur iſta concluſio.

4 Reſtringe, quando cauſa mediata non eſt multum remota, quia attenditur ſicut proxima. Franc. Aretin.d.conſ.6.Viſo.num.9.verſ.ego autem,& conſ.14.Viſo.num.7.col.4.circa med.ver. præterea falſum.

5 Declara reſtrictiones,vt procedant,quod cauſa mediata conſideretur,vt proxima, quando vtraq; eſt in eſſe producta, alias ſecus. Franc. Areti. d. conſ.6.num.10.verſ.confirmatur, vbi ponit plura exempla, quod res deſtinata,vt ponatur in ædificio cenſetur eſſe pars ædificij,quando ædificium eſt iam cęptum,& pars ædificij perfecta eſt immediate propinqua ad partem, in qua res illa debet collocari, ſecus ſi illa pars eſt multum remota, vbi autem ædificium eſt nullo modo cæptum,tunc res deſtinata ad ædificium futurum non eſt,neque dici poteſt pars ædificij.

Vide. Accingendus de proximo habetur pro accincto. Concluſ.83.

6 Declara reſtrictiones,quia procedunt,quod attendatur etiam cauſa remota, ſicut proxima, quando non eſt multum remota,quando actus qui fit, etiam ſit contemplatione cauſæ non multum remotæ.l.ſocium,qui in eo,vbi Bart. ff.pro ſocio, ſed ſi cauſa remota non multum,non viget, tunc illa non poteſt attendi, exemplum ponit Franc. Aretin.conſ.14.Viſo,& diligenter.col.4.poſt med. nu.7. verſ.præterea falſum eſt, quia ſi poſt bellum fiat pax, & cauſa pacis, & belli aliquid fiat, non poteſt cauſa belli attendi, quia ceſſauit per pacem, & poteſt compati com bello,ergo ſola cauſa pacis immediata iſto caſu debet attendi, vbi poſtliminium in bello dicitur factum durante bello, poſtliminium in pace dicitur pacis, & non belli, quod ceſſauit propter pacem, & adducit alia ſimilia.

Cauſa legis quomodo, & ex quibus eliciatur. Concluſio. CXLVI.

1 CAVSA legis, ſeu ratio legis elicitur,& cognoſcitur ex multis, quia ſi lex eſt declaratiua, tunc ratio, & cauſa talis legis ſumitur ſecundum leges præcedentes declaratas, ita Bart. in extrauag. ad reprimendum,in ver. nec ex eorum abſentia, circa fin.numero 17.ver. colligitur autem.

2 Et ſic dicimus,quod lex,vel ſtatutum loquens, puta augens, vel minuens legitimam, regulatur, & recipit interpretationem paſſiuam à legibus de legitima diſponentibus, quia ſub eadem ratione continetur.

Vide. Statutum interpretationem paſſiuam recipit extenſiue. Concluſ.576.

3 Si vero lex eſt mere poſitiua, quia ad illud diſpoſitum nulla ratio iuris antiqui vrgebat, tunc ex ipſa lege ſumitur ratio, puta ex prefatione illius, vel proœmio,ſi in ea exprimitur.l.fin.ff.de hæred.inſtit.Bart.d.extrauag.ad reprimendum,in ver.nec ex eorum abſentia, in fin. ver. quædam ſunt, vbi apoſtill. in ver.leges meræ.

4 Declara, qnia potius cauſa dicitur, quam ratio legis.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff. de legat.2. Bart. d.extrauag.ad reprimendum.ver.nec ex eorum abſentia, in fin. vbi,quod finalis intentio legis eſt ratio legis, qua ceſſante ceſſat lex.

5 Si autem nulla ratio exprimitur in lege, vel non apparet, tunc ſtamus ſignificationi verborum.Bart.d.extrauag. vbi ſupra, in fin.

6 Declara, quia licet nulla ratio exprimatur in lege, tamen ſi vnica ratio poteſt aſſignari, per quam lex facta ſit illa habetur pro expreſſa, & operatur idem, ac ſi expreſſa eſſet.

7 Generaliter dicimus cauſam eſſe rationem, & rationem eſſe intellectum,ſeu intelligentiã,quę ſumitur ex coniecturis, coniectura autem eſt quædam improprietas. Vide plene Barbatiam inter conſ. Alex. conſ.102.nu.18.& ſeq.lib.4. vbi n.20. dicit eſſe memoria æterna dignum.

Vide.Mens colligitur ex multis.Concluſ.298.

Vide. Ratio legis quid ſit. & quando eſt vnica habetur pro expreſſa,& quid ſit. Concluſ. 30.

Cauſa naturalis præfertur accidentali.Concluſ.CXLVII.

1 QVANDO concurrunt cauſa naturalis, & cauſa accidentalis, ſemper naturalis præfertur. Abb. conſil.62.In controuerſia, col.8.num.16.lib.2. Bart. in ſua quæſt. 18. pupillus.num.2.ver.tertio ſic,in princip allegat. l.qui habet, in princ. ff.de tutel. Alex.conſ.103. Conſideratis, num.6.ver.& quia.lib.5.

2 Et in diſpoſitione loquente, quod maior ſuccedat, intelligitur de maiore natu, & ſic de cauſa, & maioritate naturali, non de accidentali, vel ficta, ſi verba aliud non ſuadent. Alexan.conſ.4. Ponderatis,nu.2.& ſeq. verſ.modo ſic.lib.4.& nu. 4.In caſu vero, & non ficto.

Vide. Naturalia ſi concurrunt cum accidentalibus præferuntur. Concluſ.9.

3 Amplia,quia licet pupillus,& miſerabiles perſonę, prout pauperes, & debilitati, gaudeant eodem priuilegio fori,vt trahant, & non trahantur, tamen ſi concurrunt pupillus, qui naturaliter eſt miſerabilis perſona,& pauper,vel debilitatus,qui eſt per accidens, præferri debet pupillus. Afflict. ſuper conſtit. Regni ſtatuimus.quæſt.12.num.35.

4 Extende in domicilio originali, quod non mutatur propter domicilium habitationis per accidens, quia potentius eſt naturale,quam accidentale. Petr.de Anchar.conſ.37.num.6.in fin.& nu. 7. Abb. conſ.62.num.10.lib.2.

Vide. Domicilium multiplex. Concluſ.591.

5 Extende, quia naturalia ſunt immutabilia,accidentalia vero mutantur.

6 Amplia,quia accidentalia,& caſualia non mutant rei naturam, neque naturalia. Abb.conſ.62. In controuerſia.num.8.in fin.& num.9. ver.de iure communi.lib.2. vbi, quod caſtra, quę ſunt de comitatu Tridenti, & quibus villæ naturaliter non deſeruiunt, licet accidentaliter deſeruierint tempore belli, non tamen caſtra mutarunt ſuam naturam,dat plura exempla, quia qui abeſt per accidens, non dicitur abeſſe, & qui pręſens eſt per accidens, non dicitur adeſſe, & res venalis non dicitur in loco,vbi eſt per accidens.

Vide. Accidentia poſſunt mutari non vitiata ſubſtantia, ſecus è contra. Concluſ. 82.

7 Extende, quia licet alienatio facta ſecundũ ſta-

tutum firma esse debeat, si tamen statutum esset factum per accidens, puta, vt alienatio fieret tyranno, potest reuocari alienatio tanquam metu iusto facta. Abb.d.cons.62.col.4.n.11.l.b.2.

8 Extende, quia si sunt destinatæ turres alieni territorij, pro fortalitio pontis, & pons destruatur ex causa accidentali propter bellum imminens, non tamen turres destinatę ad pontem perdunt suam naturam. Abbas.dict.consil. 62. col. 8. n.16.ver.non obstat secundum principale.lib.1.

9 Amplia, quia si plures causæ concurrunt, illa quę est potentior attenditur. Bart.in q.15. Statuto Ciuitatis Lucanæ in prin.ver.secundo.lic.

10 Et procedit etiam in præsumptionibus, quia cedunt veritati, tanquam potentiori, & inter eas vna præsumptio potentior tollit aliam minus potentem.

Vide. Præsumptio tollit præsumptionem, & quę præualeat. Conclusio. 613.

11 Et magis dignum trahit ad se minus, & lumen maius offuscat lumen minus.

Vide Dignum magis trahit ad se minus dignum. Conclusio.436.

Vide etiam. Lumen maius offuscat lucem minorem. Conclusio.458.

12 Limita, quia accidentalis præualet naturali, seu originali, quando naturalis prodest, & accidentalis nocet. Io de Imola. cons.33.n.7.ver.& primo.

Causa permissiua, & prohibitiua si concurrunt, quæ attendenda sit, & præualeat. Conclu. CXLVIII.

1 CAVSA quę prodest, & quæ nocet, si concurrant in materia indiuidua semper attenditur illa, quę nocet, non autem illa, quæ prodest, Bar.in l.3.§.fi.ff.ad Syllania. & plene Iacob.Mandel.Alban.cons.10.nu.9. allegat Bart.in l.tutor, in prin.ff.de suspect. tutor.

2 Extende, quia si concurrit causa prohibitiua, cum causa permissiua, prohibitiua præualet, quia dicitur magis specialis. Ruyn.cons.112.in fi.lib.5. & dicitur potentior. Angel.Aretin.cons. 15. Attento, & diligęter, n.16. & seq.ver. & prędicta quinto.

3 Extende in qualitatibus æqualibus concurrentibus, quia si vna nocet, altera prodest, attenditur qualitas, quæ nocet. Rom.cons.413.num.18.col. pen.in fi.ver.respondendum.

4 Extende etiam in ijs, quæ sunt diuidua, quia si vna causa est, quę prodest, & vna quæ nocet, attenditur causa quæ nocet. Alex.cons.44. In causa, nu. 7. & 8.ver. & si bene inspiciatur, lib.3.

Vide. Causæ plures quando plures effectus operantur, vel non. Conclusio. 143.

5 Extende, quia licet causa naturalis præualeat accidentali, tamen secus est quando naturalis prodest, & accidentalis nocet. Io.de Imol.cons.35.nu. 7.ver. & primo.

6 Limita, nisi causa, quę prodest reducat nos ad ius commune, quia semper attenditur causa quæ prodest. Petr.Gerard.sing. 42. Nota quando duę. Bal.in l.si quis decurio, ad fi.C.de falsis.

7 Extende, vt idem sit quando causa fauorabilis tenderet ad validitatem testamenti. Petr.Gerard. d.singul.44.in fin.

8 Extende, quia si concurrit causa fauorabilis cū odiosa, attenditur, & præualet fauorabilis. Ruyn. cons.112.nu.14.ver.sed præmissis.lib.5.

Vide. Mixtura cui ex simplicibus mixtis applicetur. Conclusio.295.

Vide. Qualitas nocua attenditur, non quæ prodest. Conclusio.13.

Causa necessaria, & voluntaria si concurrant, quæ attendatur. Concluf. CXLIX.

1 CAVSA necessaria, puta, vt quis teneatur ire ad mercimonium, & cum ea concurrat ea causa voluntaria, puta acquirendi aliquid, semper attenditur causa necessaria, vt dicerit potius ex debito, & necessitate, quam ex mera voluntate. Castr.cons.133. Iste Marcinus, nu.2.ver.nec aliquid videtur, lib.2. per totum.

2 Extende, quia quando concurrunt causa necessaria, & voluntaria, semper præsumitur actus gestus ex causa necessaria. Castr.cons.133. Iste Marcinus, nu.2.ver.nec aliquid videtur, lib.2.

3 Extende, quia frater obligatus dotare sororem, præsumitur dotasse, vt soluat debitum, non autem vt donet, quia causa necessaria præualet. Anchar. cons.7.n.6.ver.secundo proprius, per totum.

Vide. Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest. Conclusio.702.

Vide. Dos data à tertio quo nomine data censeatur. Conclusio.786.

4 Extende multis casibus in eo, qui legat Ecclesiæ, vel alteri, cui obligatur quia in dubio censetur animo compensandi legare.

Vide plures casus, in ver. Compensatio quando in dubio præsumatur, vel non. Conclusio. 494.

Vide. Actus præsumitur gestus ex causa necessaria. Conclusio.149.

Vide. Necessaria causa præsumitur potius quã voluntaria. Conclusio.23.

5 Amplia, quia si duę causę necessariæ concurrunt. magis necessaria præsumitur. Crauet.cons. 301.nu.1.& seq.ver.nec obstat.

6 Quæ dicatur volũtas coacta, & quæ voluntaria.

Vide. Voluntas coacta quando dicatur, vel non. Conclusio.281.

7 Quę dicatur causa necessaria, & quæ volũtaria.

Vide plene in ver. Necessitas multiplex. Cõci.21.

8 Ad effectũ inducẽdi cõpensationem in legato facto creditori, ex causa necessaria, vel voluntaria.

Vide. Legatum factum creditori non præsumitur animo compensandi, & quando secus. Conclu. 141.nu.9.& seqq.multis, & iterum n.86.& seq.

9 Ad effectum inducendi lucrum dotis ex statuto, an causa sit necessaria, vel voluntaria. Roman. cons.448.n.6.vsq.in fi.vbi quod ex parte mulieris prohibitæ alienare dicitur ex voluntate, vbi apostil.in ver. statuti, citat plurim. & dicit * commu.

Vide. Dotis lucrandę pactum multiplex, & quid operetur. Conclusio.798.

Causa differt à modo. Concl. CL.

1 CAVSA differt à modo, quia causa respicit præterita, modus vero respicit futura. Bart. cons.31. Visa prima.n.5.ver.nam ista verba.lib.2.

Extende

9 Extende, quia obligatus fideiussor ex mutuo naturali, & ciuili de iudicato soluendo ex causis prædictis, licet adsit clausula, quod promittit soluere quocunque modo principalis condemnetur, debet intelligi, dummodo ex causis expressis condemnetur, quia illa verba, quocunque modo, non possunt importare causam de præterito, sed modum procedendi de futuro, videlicet siue via ordinaria, siue executiua procedatur. Bart. d. cons. 21. nu. 5. lib. 2. vsque in fi.

8 Extende, quia clausula quocunque modo, vel omni meliori modo, non potest importare quamcunque causam, vel omnem meliorem causam, quia diuersitatem habent, ideo cauti dicunt, quocunque modo, & causa, apostil. ad Bart. d. cons. 21. nu. 3. in verbo in secunda petitione, ver. clausula quocunque modo, vbi das concord.

4 Declara, quia licet differant causa, & modus vt supra, tamen eandem effectum operantur in hoc, quia modus causam finalem inducit, seu supponit, & sicuti causa cessante, cessat dispositio, & solutum repetitur, ita etiam modo non impleto impeditur dispositio, & solutum repetitur. Bald. cons. 150. Proponitur quod, n. 3. ver. consimiliter si apponitur, lib. 5.

Vide plenius in ver. Modus quando inducat causam finalem, & quid operetur. Concluf. 500.

5 Amplia, quia causa differt à conditione, quia causa non sufficit, quod momento existat, imo etiam si adijciatur de futuro, debet perseuerare vsque ad exequutionem facti, conditio vero sufficit, quod momento existat. Bald. cons. 402. Colligamus statutum, in princ. ver. multum enim refert, lib. 1.

6 Intelligas, quia non semper est verum, quod sufficiat conditionem momento semel extitisse, quia imo in successiuis oportet quod perseueret conditio sicut causa. Vide Angel. cons. 34, num. 7. vsque in fi. ver. quid dicendum, vbi dat exemplum de conditione viduitatis, vt debeat perdurare.

Vide. Conditionem semel extitisse sufficit, & quando secus. Concluf. 598.

7 Declara igitur ampliationem, quia causa finalis est proxima conditioni, quia sicut est necesse purificari conditionem, ita & causam. Calder. cons. 56. nu. 2. ver. ex ijs, alias primo de translatio. Episcopo. quod est subscriptum etiam à Io. de Ferrarijs, & Laurentio de Pinu.

Causa legitima in alienatione rei Ecclesiasticæ, quæ sit, & an debeat probari. Concl.

VIDE Mascard. Concluf. 277.

Vide plenius. Alienatio bonorum Ecclesiæ vt valeat, requirit causam. Concluf. 271. nu. 6. & multis seqq.

Causa iusta quando dicatur, & quid operetur. Concluf. CLI.

1 IVSTA causa aliquid faciendi etiam in prohibitis est solitum ita fieri. Io. de Imol. cons. 86. In causa, quæ vertitur, num. 8. ver. circa quartum.

2 Licentia data ingrediendi possessionem rei venditæ post mortem venditoris præbet iustam causam intrandi, vt non incideret in pœnam. Castr. cons. 21. nu. 3. lib. 2.

3 Extende in licentia iudicis. Castr. d. cons. 21. n. 4. lib. 2.

4 Laudum, & sententia arbitratoris præbet iustam causam, quia in dubio pro sententia, & laudo præsumitur. Alex. cons. 119. Quæritur, nu. 13. ver. & dicta sententia, lib. 2.

5 Declarat Alex. d. cons. 119. in fi. nu. 11. & seq. lib. 2. vt procedat in dubio, secus si esset nullum, vel pendente reclamatione, quia tunc non præsumitur pro laudo, & ibi apostilla in ver. laudo, dat concord.

Vide. Præsumitur pro iudice, & pro sententia. Concluf. 621.

6 Amplia, quia iusta causa prorogandi instantiæ est, ne pereat iurisdictio iudicis prorogantis. Io. de Imol. cons. 86. nu. 8.

7 Amplia, quia impedimentum legitimum, puta infirmitas, vel quid simile, dicitur iusta causa, vt excusatio inducatur. Io. de Imol. d. cons. 86. num. 9.

Vide. Impedimentum legitimum excusat impeditum. Concluf. 29.

8 Amplia, quia in dubijs opinionibus authoritas doctorum excusat à culpa, & à pœna. Castr. cons. 21. in fi. lib. 1.

9 Operatur iusta causa absentiæ, vel causa pestis, vel similis, vt faciat absentem haberi pro præsente. Roma. cons. 263. in princ.

10 Extende, quia seruus absens ex iusta causa, puta infirmitatis, habetur pro præsente, & seruiente. Roma. d. cons. 263. nu. 2.

11 Amplia, quia is qui credidit peritis in arte habet iustam causam excusationis. Alex. cons. 76. in causa, & lite, nu. 11. ver. quarto quia, lib. 7.

12 Et habens pro se opinionem doctorum excusatur à condemnatione expensarum. Alex. d. cons. 76. nu. 11. lib. 7. vbi quod multo magis excusatur à pœna legali, quia inducit iustam causam credendi.

13 Extende, quia imo iusta causa excusandi dicitur si quis nobili viro credidit. Alex. d. cons. 76. n. 11. ver. & alibi, dicit Bald.

14 Amplia, quia communis vsus loquendi, quod locatio non sit alienatio, inducit iustam causam, quæ excusat à pœna. Alex. d. cons. 76. in fi. lib. 7. ver. quinto quia.

15 Operatur causa iusta, vt multa prohibita fiant permissa.

Vide. Causatiue multa fiunt, quæ directo non conceduntur. Concluf. 161.

16 Papa dispensat etiam contra ius Diuinum ex causa iusta, & rationabili.

Vide. Papa non potest dispensare contra ius Diuinum, & quando secus. Concluf. 69.

Vide in ver. Dispensatio quando requirat expressionem causæ. Concluf. 458.

17 Et iudex ex causa potest minuere pœnam.

Vide. Pœna potest minui per iudicem ex causa. Concluf. 155.

18 Item auget pœnam ex causa.

Vide. Iudex ordinarius habet multa in facultatibus. Concluf. 396.

Et infe-

Digitized by Google

19 Et inferior ex causa potest factum superioris iudicare.

Vide. Inferior non potest factum superioris iudicare, & quando secus. Conclus. 120.

20 Extende, quia iusta causa excusat à pœna.

Vide. Causa quælibet excusat a pœna. Conclus. prox. seq.

Causa quælibet excusat à pœna. Conclusio. CLII.

1 QVÆLIBET iusta causa excusat à pœna. Castr. & cæteri in l. Iulianus. ff. de cond. in debit. Bal. in l. obseruari. §. proficisci. ff. de offi. proconf.

Vide. Compromittens. Conclusio 126. vbi plura cumulantur. gloss. in l. Plagij: vbi Angel. C. ad l. Flauiam. de plag. Bar. in l. 1. in fi. de Abigeis. Deci. conf. 170. col. fin. in princ. Socin. conf. 117. col. 2. lib. 1. Beccius conf. 102. num. 3. Bero. conf. 4. in fi. & conf. 187. in fin. lib. 3.

2 Et iusta causa excusat à pœna. Bal. in l. generaliter. col. 3. ver. quinto oppono. C. de Episc. & Cleric. Hieron. de Tortis conf. suo post consilia Anton. de Butr. num. 5. ver. stat ergo, in fin. Alexan. consil. 119. Quæritur. num. 12. versic. secundo pro hoc facit. lib. 2. vbi apostilla in ver. pœna, dat plures concord.

3 Et iusta causa petendi reductionem ad arbitrium boni viri excusat à pœna compromissi, & laudi. Hieron. tort. d. conf. num. 5. ver. stat ergo, in fi. Alex. d. conf. 119. nu. 12. vers. item iusta causa. lib. 2. vbi plurimos concor. allegat.

4 Et iusta causa excusat a pœna legali. Castren. d. conf. 318. Viso, & examinato. col. 2. in fi. ver. secũda ratio. lib. 1. Alex. d. conf. 119. n. 12. in fin. lib. 2.

5 Et iusta causa excusat a contumacia. Roman. conf. 224. Ista captura. num. 3. in fin. vers. & hoc est quod dicunt. Alexand. conf. 119. num. 12. ver. & similiter. lib. 2.

6 Et excusat a dolo iusta causa. Roman. consil. 150. num. 3.

7 Et excusat à condemnatione expensarum. Alexan. conf. 119. num. 12. lib. 2.

8 Excusat a mora, & pœna interitus rei debitæ. Alexand. dicto consil. 119. num. 12. versic. & similiter. lib. 2.

9 Excusat à pœna interesse, seu ab obligatione interesse. Alex. d. conf. 119. num. 12. lib. 2.

à dolo. 10 Et quod iusta causa etiam leuis excuset à dolo. l. igitur. §. causa. ff. de liberali causa. Crauett. conf. 18. num. 9. Menoch. plene de recuperan. remedio 5. num. 48.

à reme rita·e. 11 Extende, quia multo magis excusat à temeritate. Menoch. de recuper. reme. 5. nu. 48.

à pœna statuti. 12 Extende in dispositione pœnali statuti. Menoc. d. remed. 5. de recuper. num. 50. allegat Barbat. conf. penul. lib. 2.

ab homicidio. 13 Extende quia ab homicidio excusat, vt non teneatur pœna ordinaria. Menoc. vbi sup. nu. 51. vbi allegat Soci. Iun. consil. 117. nu. 13. lib. 3. & alios. Alex. conf. 160. Visis narratis. n. 3. per tot. lib. 7.

à læsa maiesta te. 14 Extende quia in crimine læsæ maiestatis excusat. Crauet. conf. 6. nu. 90. Menoch. vbi sup. nu. 52.

à falso. 15 Extende in crimine falsi. Soci. Iun. conf. 37. nu. 23. lib. 2. Paris. conf. 151. nu. 29. lib. 4. Menoch. vbi supra. num. 53.

à conuenticula. 16 Extende in conuenticula. Crauett. consil. 4. num. 26. Menoch. vbi supra num. 54.

17 Extende, quia causa iusta etiam leuis excusat à mora. mora. Crauet. conf. 247. n. 3. Menoch. vbi supra. num. 55.

18 Extende, quia excusat à contumacia, & alijs à condelictis. Alexand. conf. 127. num. 11. lib. 4. Menoch. vbi supra num. 56. tumacia.

19 Contrarium Afflict. decis. 31. Sequitur apostilla ad Alex. conf. 127. num. 10. in vers. pœna, in fine. lib. 4.

20 Extende, vt etiam excuset à violentia. Deci. conf. 565. in fine. Menoch. vbi supra. num. 57. à violẽtia.

21 Extende, vt etiam excuset à furto, & pœna furti. Alex. cõs. 127 Visa inquisitione. n. 10. & seq. ver. pro hoc facit. lib. 4. quod est Vincentij Palæotti. à furto

22 Extende, quia excusat a pœna delicti. Alex. d. conf. 127. nu. 10. lib. 4. vbi plena apostilla in ver. 6o. pœna: dat pro vtraque parte concord. videlicet Soci. in l. vnica col. fin. ff. si quis iusdic. non obtem per. & ibi Ias. & in l. 1. col. 2. ff. de eo per quem factum erit. Lancell. Deci. in l. Senatus. §. Marcellus, in fin. ff. de leg. 1. Marsil. in l. 1. C. ad l. Cornel. Capoll. conf. ciuili. 8. colum. fin. & conf. 21. & conf. 24. Castrens. conf. 391. in fin. lib. 1. Rom. conf. 224. à delicto.

23 Contrarium, quod causa iusta leuis non excusset a delicto de iure naturali prohibito. Angel. in l. plagij. ff. de verb. oblig. Alex. conf. 103. col. pen. ver. & dato quod comes. lib. 1. Afflict. super constit. Regni. lib. 1. rub. 24. de violentijs circa possessiones. num. 21.

24 Et idem est quando causa a iure est reprobata. Afflict. vbi supra. Gomez. Instit. de actio. §. ex maleficijs. num. 32. Alciat. reg. 3. præsumpt. 30. num. 2. Tiraq. de pœnis legum, causa 43. nu. 13.

25 Declarat Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 59. vbi post relatos prædictos omnes dicit se credere contraria falsa, quia contra communem omnium Doctorum volentium causam iustam etiam leuem excusare ab homicidio, & tamen de iure naturali prohibetur homicidium, ideo dicit aliam rationem veriorem quando credidit iuste reprobatam esse causam, prout si credidit bannitum esse, & posse impune offendi, quia si errauit iusta credulitate non teneretur pœna ordinaria, & sic oportet quod iusta causa fuerit super reprobatione causæ naturaliter inducentis delictum.

26 Declara, quia non excusat in aliqua iusta causa, quando statutum, vel lex punit delictum, quoquomodo committatur. Ias. in l. 1. num. 25. ff. de legib. Rui. conf. 12. fi. 7. lib. 2. Bello. conf. 8. nu. 11. & seq. quos & alios refert, & comprobat Menoc. de recuper. remed. 5. num. 63.

27 Et quod iusta credulitas excusset à dolo, & fraude, & pœna. Bald. conf. 212. Licet iste, in fin. lib. 4. & conf. 229. Proponitur, in fi. lib. 5.

28 Et ideo is, qui conduxit à presbytero administrante bona, & negocia domini, excusatur a pœna incisionis lignorum, & collectionis fructuum, si accusatur à domino, quia presbyter non haberet mandatum. Socin. conf. 127. col. 1. parum post princ. lib. 1

29 Et quod excusset à dolo. Gramma. decis. 5. num. 26. voto 10. num. 22. Alex. conf. 75. num. 10. ver. & non est dubium. lib. 5. Deci. conf. 565. num. 7. Menoch. conf. 381. nu. 47. lib. 4. & communem * dicit Iul. Clar. in praxi crim. §. fin. quæst. 60. vers. & generaliter. Burfat. conf. 152. num. 31.

30 Amplia, etiam si sit bestialis, quia excusat a pœ-

na conuentionali. Alex. conſ. 115. lib. 4. num. 15. & ſeq. gloſſ. in l. vnica, in fi. ff. ſi quis iuſdi. non obtem per. Ang. in l. ex conſenſu. ff. de appellat. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæred. Alex. conſ. 233. n. 12. lib. 6. Cauet. conſ. 6. n. 89. & conſ. 319. n. 14. Pariſ. cõſ. 151. n. 29 lib. 4. Menoch. de recup. remed. 3. nu. 49.

31 Extende, quia quælibet cauſa etiam iniuſta, prout error iuris excuſat a dolo. Caſtr. conſ. 277. In cauſa incarceratorum. col. 2. ver. ſecundo præmittendum. lib. 2. vbi quod dolus tunc inducitur, quando quis mouetur ad malum ſolum propter malignitatem animi, ſecus vero ſi credidit non eſſe malum, ſed bonum ex aliqua cauſa.

32 Et quod nedum cauſa iuſta excuſet a dolo, ſed etiam cauſa iniuſta, & non legitima. Rom. conſil. 224. nu. 4. vbi apoſtil. in ver. illegitimam, dat concord. & dicit eſſe regulam * communem, allegat Deci. conſ. 170. Viſo themate. col. fi. in prin. de com * muni * atteſtantem & alios.

33 Et qui aſſerit per errorem feciſſe, & non per dolum excuſatur à pœna gabellæ. Marſil. conſ. 77. numer. 22.

34 Imo error iuris excuſat a pœna confiſcationis bonorum. Boer. deciſ. 264. nu. 13. verſ. & iuris ignorantia, & nedum error iuris, ſed quælibet leuis cauſa excuſat à dolo, & pœna doli. Alex. conſ. 160. Viſis. num. 3. lib. 7.

35 Et error iniuſtus excuſat à dolo, & à pœna incurſus gabellæ non ſolutæ. Alex. conſ. 160. num. 3. lib. 3. vbi loquitur quod ſententia nulla, & inualida excuſat.

Vide. Gabellę pœna quando incurratur, vel non. Concluſ. 12.

36 Extende, quia ſimplicitas excuſat a pœna. Marſil. d. conſ. 77. nu. 22. vbi multa ſimilia.

37 Et quælibet cauſa etiam groſſa, & beſtialis excuſat a dolo, & a mora. Iaſ. qui plura refert in l. 2. num. 61. & 62. de iur. emphit. Hier. de Tort. conſil. ſuo poſt conſilia Ant. de Butr. num. 5. circa fi. ver. ſed quid fortius.

38 Extende, vt hęc regula, quod quælibet cauſa excuſet a dolo, procedit etiam in hebræo. Caſtrenſ. conſ. 379. Conſiderandum, in principio, & per totum. lib. 2.

39 Contrarium, quod cauſa iniuſta, & temeraria, non excuſat à pęna. Bart. in l. iuſte, in fi. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi clarius Iaſ. qui dicunt, quod non excuſat a pœna legis, vel ſtatuti. num. 32. Gabriel concluſ. crimin. 8. num. 78. vbi alios citat.

40 Pro contrario, quod cauſa iniuſta non excuſat in delictis. Ang. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæred. Soci. in l. ex quacunque. num. 4. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Curt. Iu. in l. ſi quis id quod num. 42. ff. de iuriſ. omn. iud. Alexan. conſ. 103. col. pen. lib. 1. Aretin. conſ. 80. col. 2. Marſil. ſingul. 597. Curt. Sen. conſ. 55. col. 5. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 30.

41 Declarat Alex. cõſ. 160. Viſis narratis, n. 3. & ſeq. ver. ſed præmiſſis non obſtantibus. lib. 7. quod in pœnis capitalibus, & corporis afflictiuis, quę non habent locum niſi contra delinquentem cum dolo, quælibet cauſa, imo ſententia nulla, & inualida excuſat a dolo, ne ſit locus pœnæ ordinariæ, ſed non excuſat a culpa, quia ſit locus pœnę extraordinarię, ſicq; magis excuſat a dolo, quam a culpa.

42 Declara, quia quando agitur de pœna delicti requirentis dolum quælibet cauſa excuſat, ſecus eſt in delicto requirente latam culpam & ita procedunt iura allegata ſupra in contrario, ita Iaſon conſ. 179. Concurro, per totum. lib. 2. vbi quod excuſat à pœna cauſa etiam iniuſta, & conſ. 84. num. 10. lib. 1. & conſ. 44. num. 4. lib. 3. Plot. conſ. 130. num. 21. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 71. num. 16. & ſeq. Crauett. conſil. 28. num. 10. Bertazol. conſil. crimin. 115. num. 12.

43 Tu vide Menoch. de recuper. remed. 5. n. 61. vbi quod iniuſta cauſa non excuſat a lata culpa, quando delictum ex lata culpa ſola punitur.

44 Declara, quia aliud eſt, quod quis excuſetur a pœna, & a mora, aliud velle lucrari, ideo ſi is, qui vult aliquid conſequi, vel lucrari, non excuſatur vnquam a mora, vel pęna, vt lucretur, vel vt capiat aliquid in prejudicium alterius, vel ius nouum acquirat. Bald. in cap. licet primo not. ſi de feudo fuerit controu. inter dominum, & agnat. Ruin. conſ. 151. Quia proponitur. num. 5. lib. 1.

45 Amplia, quia quęcunque cauſa excuſat dolum, & temeritatem, vt quis incidat in interdictum Eccleſiaſticum. Hieron. Tort. conſil. ſuo quod eſt poſt conſilia Ant. de Butr. nu. 5. verſ. ſtat ergo, etiam ſi ſit cauſa iniuſta quia excuſat a dolo & a contumacia. Caſtren. conſ. 318. column. 3. in princ. lib. 1.

46 Amplia, quia ad inducendam pœnam corporis afflictiuam, ſemper requiritur dolus, & ideo quælibet cauſa ignorandi excuſat à pœna ordinaria, late Gabriel. conſil. 178. n. 16. & ſeq. vbi plura ponit, quod quis non poteſt puniri ex conſtitutione extrauaganti, niſi ſit publicata, & vſu recepta, & quod ignorantia excuſat, quia cauſa eſt probabilis.

Vide. Pœna corporis afflictiua requirit dolum. Concluſ. 222.

47 Contrarium, quia procedit concluſio, quod ignorantia, vel iuſta cauſa excuſat quando is, qui ſe fundat in cauſa, fecit inueſtigationem, vt ſe informaret. Bero. conſ. 183. num. 24. lib. 3. Crauet. conſ. 168. num. 4.

Vide. Ignorantia ſupina æquiparatur ſcientię. Concluſ. 21.

48 Declara, quia limitatio procedit in homicidio, vel alio delicto prohibito lege naturali, vel diuina, quia vt quis excuſetur a tali delicto, in quo naturaliter ineſt dolus debet inueſtigare, & cauſa crediditatis, vel ignorantię non excuſat, ſecus ſi delictum ſit de iure mere poſitiuo inducium. Bald. l. 1. numero 9. verſicul. & per præ dicta. C. ſi a non competen. iudice, & ſequitur Alexand. conſil. 77. Viſis dubitationibus. num. 7. verſic. fortius dixit lib. 3. Menoch. de recuper. remed. 5. num. 58.

49 Amplia etiam ſi non ſit plene probata cauſa, quæ excuſat, quia ſufficit. Alexand. dicto conſilio 115. num. 15. lib. 4. ſequitur Curt. Iunior conſ. 131. col. fin.

50 Et quod ſufficiat ſemiplena probatio cauſę Alexand. conſ. 115. num. 15. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 34. num. 8. etiam ſi ſit cauſa iniuſta. Crauet. conſ. 254. num. 5. & conſ. 386. num. 20. Ioan. de Amic. conſ. 85. num. 9.

51 Contrarium tenet Iaſ. conſ. 41. col. final. lib. 3. & conſ. 134. col. fi. lib. 4. Alexan. conſ. 66. col. fi. lib. 5. & conſ. 135. col. pen. lib. 6. & conſ. 96. col. 3. in fi. lib. 6. vbi quod non probata non excuſat.

52 Declara, & vide plenius in ver. Pax non dicitur rupta. Concluſ. 183.

Amplia,

53 Amplia, quia licet difficultas non excuſet ab incurſu moræ, & pœnæ, tamen ſi prouenit à ſuperiore, excuſat à pœna. Bart. conſil. 105. Inquiritur, in fin. lib. 1.

54 Extende, quia quælibet cauſa excuſat ab intereſſe. gloſ. in l. in hac. ff. de tritica. quam commendat Deci. in l. quod te. numero quinto. ff. ſi cert. petat. Aretin. in l. continuus. §. illud. column. final. ff. de verbor. obligat. Alexand. conſil. 219. lib. 2.

55 Amplia, quia conſuetudo etiam irrationabilis, & nutritiua peccati excuſat à pœna. Alexand. conſil. 8. num. 9. & ſeq. lib. 6. Vide Rom. conſ. 456. Videtur. Alexan. conſ. 127. Viſa. lib. 4. num. 10. & conſil. 212. nu. 6. & 240. lib. 6. Ruin. conſ. 151. quia proponitur. num. 11. lib. 1. Crauet. conſ. 46. De ſtylo. nu. 14. Soci. conſ. 118. num. 7. lib. 1.

Vide. Conſuetudo nutritiua peccati non valet. Concluſ. 815.

56 Amplia, quia fides publica excuſat à dolo, & pœna, & qualiter. Alexand. conſilio 160. Viſis, per totum. & 164. per totum. lib. 7.

Vide. Fides publica ſeruanda. Concluſione 335.

57 Amplia, quia excuſat etiam in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum. Alexand. conſil. 127. num. 10. lib. 4. Æmilian. conſil. 32. num. 11. Grammat. deciſ. 5. num. 26.

Vide. Delinquentes quando puniri non poſſunt, ſed excuſantur. Concluſ. 188.

Vide. Excuſatio à pœna, & dolo ex quibus inducatur. Concluſ. 467.

58 Amplia, quia cauſa leuis excuſat à dolo. l. igitur. §. cauſa. ff. de liberali cauſa. Socin. conſilio 131. colum. 4. ver. amplius. lib. 1. plene Menoc. de recuper. remed. 5. num. 48. & ſequen. Crauet. conſ. 18. num. 9.

59 Extende, quia in materia ſtatuti punientis, cauſa leuis excuſat à dolo, & pœna. Menoc. d. remed. 5. num. 50.

60 Amplia, quia iuſſus, & præceptum iudicis excuſat facientem à pœna. Alex. conſ. 39. Viſis. num. 3. ver. modo in propoſito. lib. 3. & conſ. 57. num. 3. lib. 1. vbi allegat alia ſimilia.

61 Amplia, quia conſuetudo contra ius, & ſtatutum contra ius prohibens aliquid ſub pœna, puta equitantes tranſire, quin ſoluant gabellam pro equis, excuſat forenſes tranſeuntes à pœna incurſa, ſi non ſoluerunt, quia probabiliter ignorarunt, cum ſit contra ius. Ancharan. conſilio 264.

62 Amplia, quia quælibet cauſa excuſat à caducitate, & pœna emphyteutam, quando conſiſtit in omittendo, vt quia non fecit reparationes, & ſic emphyteuſis eſt deteriorata, quia delictum in omittendo leuius eſt. Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyt. num. 61. & 62. Alex. conſ. 219. lib. 2.

63 Limita, quia iniuſta cauſa nunquam excuſat à pœna legis, vel ſtatuti, licet excuſet à dolo, plene Iaſ. in l. iuſte poſſidet, in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ. vbi ponit duas iſtas regulas, quod excuſat à dolo, & quod non excuſat à pœna legis, vel ſtatuti.

64 Limita, quia in delictis quæ committuntur in iudicio, prout eſt calumnia, cauſa iniuſta, neque cauſa quælibet excuſat. Bald. in l. 3. C. de calumniat. quod notandum dicit Soci. conſ. 118. lib. 1. n. 7. vbi, quod is qui non probauit accuſationem, tenetur de iniuria, nec excuſatur.

65 Extende, quia iuſta cauſa non excuſat à delicto commiſſo, poſtquam res in iudicio eſt deducta, plene Menoch. de recuper. remed. 5. num. 64. vbi plures citat, & dicit difficile eſſe ab opinione hac, quæ eſt Baldi, recedere, licet ipſe ibi ponat rationem, per quam non ſit adeo tuta, & vera.

66 Declara, quia in ijs, quæ ſunt de genere permiſſorum, iuſta cauſa, vel iniuſta gerentis actum de genere permiſſorum excuſatur à pœna. Boer. deciſione 264. numero 13. verſic. & ad euitandum.

67 Secus eſt in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, quia dolus præſumitur. Marſil. conſil. 85. num. 6. Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, quæſt. 113. allegat Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 30. num. 6. & alios, plene Cephal. conſ. 35. num. 15. & ſequen. lib. 1. vbi plurimos allegat, quod iniuſta cauſa, vel fatua non excuſat in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, neque in ijs, quæ ſunt de ſe mala. Alex. conſ. 103. col. pen. ver. & dato. lib. 1. num. 13.

68 Declara, vt plene Alexand. dicto conſilio 103. num. 12. & 13. libro primo, vbi, quod neque minori ſuccurritur circa errorem iuris naturalis, & idem eſt in ijs, quæ ſunt iuris poſitiui notiſſimi, ideo cauſa iniuſta non excuſat à dolo, & pœna.

69 Declara, quia iuſta cauſa ignorantiæ, vel alia excuſat à dolo, & à pœna ordinaria, non tamen excuſat à culpa, & pœna extraordinaria, pone aliquis interficit bannitum pro ſimplici vulnere, in pœnam vltimi ſupplicij, ex quo banniti vltimo ſupplicio poterant impune interfici, certe, quia bannum erat iniuſtum, & iniquum, quia pro ſimplici vulnere non poteſt quis puniri etiam in contumaciam vltimo ſupplicio, publica ſcriptura excuſat à dolo, ſed non à culpa, ideo pœna extraordinaria poteſt puniri. Alexand. conſil. 77. Viſis num. 11. lib. 3.

70 Sic etiam quando bannitus ſoluit pœnam in archiuio facto inſtrumento, licet nondum eſſet deletus, dicitur eſſe in culpa, non in dolo, quia debuit facere aliquam diligentiam. Alexand. dicto conſilio 77. numero 9. & ſequen. ver. ad prædicta. lib. 3.

71 Declara hanc materiam plene per Caſtr. conſ. 412. Viſis punctis. colum. 3. num. 3. verſ. ſed videndum. lib. 2. vbi, quod error etiam iuris excuſat à pœna, & à dolo, & prodeſt in damno vitando, ſi non conſtat, quod is qui dicit erraſſe in iure ſciuerit.

72 Et vt melius percipias, quia videtur contrariari iuri declaratio, nam quilibet præſumitur ſcire iura, ergo non excuſatur ex errore iuris à pœna, neque à dolo, neque à damno vitando, ſed dicas, quod ex quo pœna, dolus, & damnum inducunt vrgentiorem præſumptionem, quod nemo præſumitur ſuum iactare, quæ præponderat præſumptioni, quod ſcire præſumatur iura, idcirco remanet releuans, niſi aliunde probetur ſcientia, & ideo non procederet in errore iuris naturalis, neque diuini, neque in prohibitis notorijs, quia non excuſaretur, vt ſupra.

73 Limita in formalibus, videlicet vbi requiritur licentia, vel decretum iudicis, quia tunc cauſa non

non excuſat extra formam. Ruin. conſ.85. num. 12. lib. 4.

74 Contrarium, vt etiam in formalibus cauſa excuſet. Alex.conſ.127.nu.10.lib.4. Deci.conſ.451. nu.4.Æmilia. conſ.32.nu.11.

75 Limita, quia ad hoc, vt quælibet iuſta cauſa, vel iniuſta excuſet à dolo, debet nedum allegari ſed probari, alias nunquam dolus poſſet habere locum, ita Roland. à Valle conſ.57.num.12. lib.1. allegat Corne. conſ.280. lib.4.Alex.conſ.103.nu. 13.in fi.lib.1.Deci.conſ.452.nu.11. in fi.Curt.Sen. conſ.55.num.12. vide etiam alios quos citat Menoch. de recuper.remed.5.nu.60.

76 Contrarium, quod imo ſufficiat iuſta cauſa, etiam non plene probata. Curt.Iun.conſ.132. nu. 11. quem ſequitur Menoch.d.remed.5.n.60.dum recitat illum pro vltima opinione.

77 Extende, quia debet allegari, & probari,quod extiterit, antequam dolus eſſet commiſſus, vel pœna incurſa,quia non ſufficeret probare,vt nũc, & ita per plura concludit Roland. d. conſ.57.nu. 13. lib. 1. vbi ait,quod ita in practica obſeruandum eſt, quia alias non excuſaretur allegans,vel probans ſimpliciter, plene Deci. conſ. 452. Viſa inſtructione,nu.11.ver. nec obſtat.

78 Extende,quia non excuſat, poſtquam cognouit cauſam eſſe iniuſtam, & in ea perſeuerauit, quia perſeuerantia inducit pœnam,& dolum, quæ non excuſatur ex cauſa iniuſta;argumento. l. ſi adulterium cum incæſtu,§. idem pollioni,ff. de adult. per quem tex. ita notabiliter declarat Bart. conſ. 91. In quæſtione vertente, nu.7.lib.1.Bald. in l. ſi quis,id quod, in prima lectura, ff. de iuriſd.omn. iudi. & in l. cum annulis,per illum tex. C. de inoff.nupt. Anchar.conſ.127.nu.9. & ſeq.

79 Idem eſt ſi perſeuerauit reiterando, quia geminatio tollit excuſationem falſæ,vel iniuſtę cauſæ, ita Iaſ. conſ.179.lib.2. circa fi. ver. reſpondetur. facit Anchar.d.conſ.127 nu.9.

80 Extende, quia falſa cauſa excuſat à pœna, & dolo in delictis, quæ requirunt dolum,ſecus in iis, quæ ex ſola culpa puniri poſſunt. Bart.d.conſ.91. num.6. ver. præterea, lib. 1. vbi apoſtil. in ver. à pœna, quam videas, & ita diſtinguit etiam Menoch. de recuper. remed. 5. num. 61. vbi allegat Calean. conſ. 25. nu.14. & 15. quod eſt Barbatia, Tiraquel. tract. de pœnis legum,cauſa 43. in fi.

81 Extende, quia non excuſat à toto, ſed à tanto, ideo licet non puniatur pœna ordinaria, poteſt tamen puniri extra ordinem, maxime in delictis maioribus requirentibus dolum, quia etiam ceſſante dolo non ceſſat pœna, & hanc partem comprobat Menoch.d.tract.recuper.remed.5. nu.62.

82 Limita, quia iuſta cauſa non excuſat à pœna conuentionali.Alex.conſ.119. Quæritur, num.18. ver. nec obſtat, vbi apoſtilla in ver. conuentionali, datconcord.lib.2.

83 Extende idem in pœna hominis diſpoſitione debita. Alex. d.conſ.119.nu.18. vbi exemplificat ſiue interviuos, ſiue in vltima voluntate, & ibi apoſtilla in ver. expenſis, citat Alex. conſ.37. in fi. eod.lib.2. vbi alia apoſtilla plenior in ver.promiſſæ,citat plurimos concord. & loquitur in promiſſione, & ſic ex contractu voluntario.

Vide plene per Ant. Gabriel.lib.7. tit. de criminal. Concluſ.8. Quælibet leuis cauſa excuſat à dolo, & pœna.

Cauſæ cognitio quando ſit neceſſaria, vel non, & qualiter probetur, vel præſumatur. Concluſ. CLIII.

1 REGVLA eſt, quod omnis cauſa requirit plenam cognitionem, l. iudices, C. de iudi. Bart. in extrauag. ad reprimendum,in ver. ne ex eorum, nu.16.ver. regulariter enim.

2 Et quando præſumatur, vel non, & quomodo, & ex quibus probetur. Maſcard. Concluſ. 176. cauſæ cognitio, vbi quod præſumitur ſi eſt enunciata, & quomodo.

Vide. Sententia lata ſine cauſæ cognitione nulla, & quando ſecus. Concluſ.147.

Cauſæ cognitio quando cenſeatur neceſſario demandata. Concluſ. CLIV.

1 VERBA, ſi tibi conſtiterit, important cauſæ cognitionem. Alex.conſ.70. In cauſa inter dominum,nu.10.lib.3. qui loquitur in vnione, & faciunt conditionem iſta verba in omni materia. Alex.conſ.118,Viſis verbis,in princ.lib.2.

Vide. Conſtiterit,hoc verbum quid importet. Concluſ.782.

Vide. Exequutor quando habeat cauſæ cognitionem, vel non. Concluſ.510.

2 Extende, vt idem ſit, etiam ſi fit dictum,ſi tibi conſtiterit, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus.Alex.conſ.118.nu.2. & ſeq. lib.2.

3 Amplia,quia vbicunque lex,vel ſtatutum mandat aliquid fieri qualificate, puta legitimari illegitimum per Prætorem, ſi non extant filij,vel nepotes legitimantis,inducitur neceſſario cauſæ cognitio, quæ debet adhiberi, alias actus redditur nullus. Bart. conſ. 106. Viſo puncto, ante med. ver. ſed poſito,lib.2. quod eſt Baldi.

4 Extende, quia non ſufficit, quod illud, ſuper quo debuit adhiberi cauſæ cognitio, ſit verum, quia debuit eſſe notum iudici, vt actus valeat, l. hoc autem,in princ.ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur. Bart.d.conſ.106.circa med.ver. præterea, non ſufficit,lib.2.

Vide. Relatio nuncij, vt valeat actus,quæ requirat.Concluſ.148.

5 Amplia idem eſſe, ſi dicatur vocatis vocandis, quia non important dationem exequutoris nudi, ſed cum cauſæ cognitione. Alex.d.conſ.70. n.10. lib.3. qui loquitur in vnione commiſſa.

6 Amplia idem eſſe in verbis, ſi ita eſſe repereris.Alex.d.conſ.118.nu.4.lib.2.

7 Amplia, quia, quando datur exequutor cum clauſula, vocato tali, vel cum facultate amouendi poſſeſſorem, ſemper cenſetur mandata cauſæ cognitio.

Vide. Exequutor merus quando cognitionem cauſæ adhibeat ex neceſſitate. Concluſ.500.

Cauſa

Cauſa quid ſit, loquendo de cauſa iudiciali. Concluſio. CLV.

1 CAVSA eſt, quæ habet in ſe controuerſiam in dicendo poſitam cum certarum perſonarum interpoſitione. l. 1. §. 1. C. de tranſact. Oldrad. conſil. 316. numero tertio, in fin. numeri. verſic. vnde Tullius dicit.

2 Et differt cauſa à quæſtione, quia cauſa dicitur etiam ſi lis non ſit conteſtata, ſecus eſt in quæſtione iudiciali, quia requirit litis conteſtationem. Rom. conſ. 412. Pro habenda. in fin. nu. 8. ver. Nec eſt dicendum: vbi apoſtilla in ver. dicitur, di * cit * communem.

3 Proprie cauſa ſumitur pro facto obligationeque, vel alio iure, quod in iudicio proponitur, Bald. conſ. 106. Proponitur quod quidam. lib. 2. in princ. vbi quod ille perdit cauſam, qui perdit rem in iudicio deductam.

4 Sumitur etiam cauſa large pro controuerſia iudiciali, ſeu exercitio litis, & ille dicitur perdere cauſam, qui perdit exercitium litis, vel perdidit inſtantiam. Bald. d. conſ. 106. num. 2. ver. quandoque cauſa ſumitur. lib. 2.

5 Et ideo vbi agitur de cauſa non reſpectu ordinis, ſeu formę, ſed reſpectu finalis exitus intelligitur de cauſa principali, & propria, ſi vero agitur de ordine, vel forma, aut proceſſu, intelligitur de cauſa reſpectu exercitij litis. Bal. d. conſ. 106. circa fi. per totum. lib. 2.

6 Differunt cauſa, & lis, quia cauſa dicitur pendere etiam ante litem conteſtatam, ſed lis non pendet, niſi lite conteſtata. Ang. conſ. 195. Domina Guilielma. num. 2. ver. deſcendo ad ſecundum.

7 Declara, quia ſi opponeretur de nullitate iuriſdictionis, & de ea conſtaret, cauſa non diceretur pendere, ſed ſecus ſi conſtaret de iuriſdictione, & donec res pendet à dubio euentu, expectatur finis. Ang. d. conſ. 195. num. 2.

8 Cauſa etiam differt ab inſtantia, quia cauſa quando eſt ſuper eadem re, & inter eaſdem perſonas dicitur eadem cauſa, licet varietur inſtantia & varientur inſtrumenta cauſæ, puta propter iudicis, vel loci mutationem, aut appellationis, vel quærelę interpoſitionem, ſeu auocationem. Rom. plene conſ. 379. Circa primum. num. 4. verſ. tertio propter verbum: vbi quod iurans nihil impetrare in huiuſmodi cauſa, nihil penitus poteſt impetrare in cauſa, & ſi coram alio iudice, vel loco pendeat, & impetratio non valet non facta mentione de iuramento.

Vide. Appellationis cauſa an ſit eadem cum principali, & in quibus conueniant, vel non. Concluſ. 395.

Vide. Inſtantia cauſæ appellationis differt a prima inſtantia. Concluſ. 218.

9 Cauſa igitur non dicitur amplius pendere quando per rem iudicatam eſt finita. Caſtrenſ. conſil. 281. In cauſa iſta. column. fin. num. 14. vbi apoſtilla. lib. 1.

Cauſam iniuſtam fouere quis, quando, & quibus præſumatur. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 275. Cauſam iniquam.

Vide plenius. Calumnia quid ſit, & qualiter probetur, vel præſumatur. Concluſ. 9.

Cauſarum multæ ſunt ſpecies fori Eccleſiaſtici. Concluſio. CLVI.

1 CAVSA Eccleſiaſtica dicitur quando agitur in foro Ciuili Eccleſiaſtico, & iſtæ appellantur cauſæ ciuiles. Lap. alleg. 71. Sępe vidi. n. 3. ver. ad ſecundum, allegat Io. And. in c. cauſis, de teſtibus, ſuper ver. Eccleſiaſticis.

2 Ciuiles mere dicuntur quando agitur rei vendicatione, vel de peculio. cap. pen. & fin. de libell. oblatio. Lap. allegat. 71. num. 3. ver. quædam ſunt mere.

3 Cauſa Eccleſiaſtica quandoque vocatur cauſa ſpiritualis, prout eſt cauſa criminalis, & ciuilis de rebus temporalibus. Lap. d. alleg. 71. Sępe vidi. num. 3. ver. aliquando: vbi credo quod loquatur improprie.

4 Amplia, vt cauſa decimarum dicatur cauſa ſpiritualis, iuxta not. in cap. litteras, de iura. cal.

5 Mere ſpiritualis dicitur cauſa fidei, Sacramentorum, & huiuſmodi. Lap. alleg. 71. num. 5. verſ. puto tamen.

6 Et ideo cauſa patrimonialis, & legitimatis reſpectu matrimonij dicitur ſpiritualis, quia eſt cauſa Sacramenti. Gemin. conſ. 66. num. 2. verſ. quædam prędiudiciales, & num. 3. vbi reddit aliam rationem, quia matrimonium ab homine non poteſt ſeparari, ergo a ſolo Eccleſiaſtico, qui vicem Dei in terris gerit, poteſt cognoſci.

7 Extende, quia quæſtio vſurarum, ſacrilegij, ſimonię, & ſimilium dicitur cauſa ſpiritualis, vel annexa ſpiritualis. Gemin. d. conſ. 66. nu. 2. ver. quędam ſunt prędiudiciales.

8 Profeſſio Religionis, vel Ordinis dicitur cauſa ſpiritualis, & matrimonium ſpirituale, ideo ſolus Eccleſiaſticus de eis cognoſcit. Gemin. conſil. 66. num. 5.

9 Cauſæ annexę ſpiritualibus ſunt cauſæ iuriſpatronatus, quæ non niſi coram Eccleſiaſtico cognoſci debent. c. quanto, de iudi.

10 Criminales ſunt cauſæ quando agitur directe de crimine. cap. veniene, & cap. ſuper litteris, de accuſatio.

11 Mixtę cauſę in foro Eccleſiaſtico dicuntur quando agitur de crimine ciuiliter. cap. tuæ, de procurat. in fi.

12 Et mixti fori etiam dicuntur cauſæ, quæ poſſunt cognoſci tam per Eccleſiaſticum, quam per ſecularem iudicem.

Vide. Mixti fori quę eſſe dicantur. Concluſio 293.

13 Cauſa Eccleſiaſtica differt a cauſa ciuili fori Eccleſiaſtici, quia in cauſis Eccleſiaſticis non eſt neceſſe

neceſſe exprimere actionem, ſecus in ciuilibus etiam coram Eccleſiaſtico. Specul.tit.de accuſat. §.1.ver.porro, quem ſequitur.Lap.alleg.71.Sæpe vidi.num.3.in fi.ver.ſæpe vidi.

14 Amplia, vt differat in tantum, quod habens mandatum ad cauſas ciuiles, & criminales, quæ proprie dicuntur de rebus temporalibus, & coram ſeculari, non poteſt interuenire in cauſa vſurarum coram Eccleſiaſtico, neque in cauſa Eccleſiaſtica, quia diuerſæ ſunt. Lap. alleg. 71. numer. 4.ver.modo ad propoſitum. cap. in cauſis, de teſtib. & numer. 5. ver. ſolutio imo non ſufficit.

15 Tres ſunt ſpecies cauſarum, quia aliqua eſt cauſa mere ciuilis, aliqua mere criminalis, aliqua vero mixta, cap. tuæ, de procur. Bald.conſilio 216. Quanquam. numer. 2. verſic. hoc præmiſſo. lib. 3.

16 Ciuilis dicitur cauſa, vbicunque agitur de pœna applicanda parti, etiam ſi agatur pro crimine. Bald.conſ.216.Quanquam in iſta.num.2.ver. hoc præmiſſo.lib.3.

17 Criminalis dicitur, vbicunque agitur de pœna applicanda fiſco, etiam ſi pœna ſit pecuniaria. Bald.d.conſ.216.num.2.lib.3.

Vide. Criminalis quando dicatur cauſa, vel ciuilis. Concluſ. 1083.

18 Mixta eſt cauſa, quando vtrunque agitur, quod applicetur fiſco, & parti, & in hoc attenditur, quod principalius eſt, quia ſi concluditur ciuiliter, erit ciuilis ſi criminaliter, erit criminalis. Bald.d.conſ.216.num.2.lib.3.

Cauſa beneficialis, vel prophana quæ dicatur. Concluſio. CLVII.

1 BENEFICIALIS dicitur cauſa, quando de titulo beneficiali agitur.

2 Amplia, vt etiam beneficialis dicatur cauſa, licet reus impugnet ſententiam latam in cauſa beneficiali cum condemnatione expenſarum ſolum propter expenſas, quia licet expenſæ ſint cauſa litis, tamen quia ius metimur ab intentione actoris, & attenditur origo cauſæ, dicitur beneficialis. Oldrad. conſ. 320.num.5. & 6. verſ. nec dicit aliquis.

Cauſa Eccleſiæ per quos tractari poſsit. Concluſio. CLVIII.

1 CAVSA Eccleſiæ, videlicet, ne indignus admittatur, dicitur publica, & poteſt nedum per Capitulum Eccleſiæ, ſed etiam per ſingulares Canonicos tractari. Oldrad. conſil. 313. in prin. & latius conſil. 101. in princip. vbi, quod etiam Clerici, imo laici feudatarij Eccleſiæ admittantur.

Cauſa quando de iure Canonico agitur, ſecundum ius Canonicum iudicari debet, & quando ſecus. Concl.

VIDE Socin. reg.1. Cauſa quando de iure Canonico, vbi limitat quinque modis. Vide plenius. Ius Canonicum in quibus præualeat. Concl. 179. in fi. cum duab. ibi ſeqq. Concluſ.

Cauſarum continentiæ non debent diuidi. Concluſ. CLIX.

1 CAVSARVM continentiæ non debent diuidi, ſed vniri regulariter, vt vbi cepta eſt ibi aliæ cauſæ continentes cognoſcantur. l. nulli. C.de iudi.vbi Iaſ.ponit regulam, & fallentias.

Vide plenius, Continentia cauſarum non debent diuidi. Concluſ.976.

Vide. Iudicium vbi cęptum ibi finem accipiat qualiter procedat. Concluſ.487.

2 Amplia etiam in præſentatis à patronis, quia ſi præſentatio potuit fieri pluribus ſuperioribus, ſi coram vno vna pars vnum præſentauit, & coram alio alia pars alium præſentauit, debet idem negocium terminari coram primo, cui eſt facta præſentatio, ne electi, & præſentati coram diuerſis diſtrahantur, & ne cauſarum continentia diuidantur. Lap. alleg.79.In Dei nomine.num.7. ver. tamen etiam.

3 Limita, quia vbicunque plures ſunt eiuſdem cauſæ conſortes, & vnus eſt priuilegiatus contra ius commune, alter vero non, priuilegium priuilegiati non extenditur ad conſortem, & non eſt nouum, quod plures litigantes diuerſo iure cenſeantur. Bald.conſ.370.Ad euidentiam,in fin. ver. ſuper ſecundo. lib.5.

4 Extende, vt idem ſit, quando vnus conſors habet priuilegium odioſum contra ius commune, quia licet eadem ſit cauſa, tamen diuiditur, quod vnus alium non trahit. Bald. dicto conſil. 370. in fin.lib.5.

5 Limita, quia in criminalibus pro eodem delicto poteſt quis accuſari, & condemnari coram pluribus iudicibus, & primus non poteſt petere remiſſionem cauſæ, neque facere ſuperſedere, quando delinquens eſt contumax, vt notandum dicit Clarus in Praxi crim. quæſt. 16.num. 3.ver. an autem accuſatus.

Cauſa non appellabilis quando, & ex quibus efficiatur appellabilis. Concluſio. CLX.

1 CAVSA non appellabilis ſi ſemel fiat appellabilis, durat appellabilis, prout ſi eſſet

Digitized by Google

à principio appellabilis . l. pater.§.quindecim.ff. de legat.3.

Vide . Res facta ſemel alienabilis efficitur perpetuo alienabilis. Concluſ.246.

2 Amplia,quia ſi cauſa exequutiua incipiatur per viam monitorij, efficitur ordinaria, ita quod poterit appellari,& cognoſci,vt ordinaria .

Vide . Eligens viam ordinariam non reuertitur ad extraordinariam . Concluſ.103.

Vide. Exequutiuum iudicium quando dicatur. Concluſ.421.

3 Limita , quia quando prohibetur dici de nullitate laudi , & fuit dictum , & cognitum de nullitate , & laudum fuit confirmatum , non tamen poterit dici de nullitate confirmationis vlterius. Bald.conſ.148. In caſu propoſito.nu.9.& 10. verſ. capio punctum. lib.1.

4 Contrarium videtur velle idem Bald.conſ.208. Præſuppoſitis tribus,in princ.lib.1.

Cauſæ duæ lucratiuæ regulariter in eadem perſona , & in eadem re concurrere non poſſunt.Concluſ.

VIDE Socin.reg.3.Cauſæ duæ lucratiuæ,vbi limitat ſex modis.

Vide plenius.Specialia plura non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto . Concluſ. 361.

Cauſatiue multa fiunt, quæ directo non conceduntur . Concluſ. CLXI.

1 MVLTA fiunt per indirectum , & ſic cauſatiue, quæ alias non concederentur.

Vide . Legatum cum onere qualiter obliget legatarium vltra legatum . Concluſ.69.

Vide . Actum gerens cenſetur ſe obligare ſecundum leges de illo caſu loquentes . Concluſione 151.

2 Et locatio rei Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus , quæ non ligat ſucceſſorem directo , ligat cauſatiue , niſi reſtituat pecuniam ſolutam pro Eccleſia , quando adeſt vtilitas Eccleſiæ . Caſtren.conſil.2. Viſis omnibus, numero 3. verſ.ſed ſi quæritur. lib.1.

3 Et vendens rem alienam , licet non teneatur præciſe tradere , tenetur tamen cauſatiue , alias debet damna , & intereſſe , & ſi non vult dare damnum , & intereſſe , tenetur rem tradere præciſe . Bald. in l. venditor , in lectura antiqua , ff. de euict.

4 Reſpondens poſitionibus, & referens ſe ad aliquam ſcripturam , licet non teneatur producere ſcripturam , ad quam ſe retulit , tenetur tamen cauſatiue , quia alias poſitio habetur pro confeſſata.Riminal.conſ.300.n.64.deciſ.Peruſin.8.n.32.

5 Procurator , qui recipit mandatum tenetur cauſatiue ſuſcipere , & exequi mandatum , alias tenetur actione mandati . Vitalin. in clementem. 1.num.87.de procur.

6 Iudex ſecularis , coram quo litigat Clericus , licet non poſſit Clericum directe compellere ad compromittendum , tamen poteſt cauſatiue denegando illi audientiam , vel iuſtitiam . Bald. conſ.5.Nunquid Clericus.lib.2.

7 Declara, vt per Deci.cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ.num.230. de conſtit. niſi eſſet prius ius quæſitum ex ſtatuto,quia tunc non valeret contrarium ſtatutum , vel denegatio iuſtitiæ .

8 Iudex ſecularis Dominus fœudi eſt iudex Clerici in cauſa fœudali , quia hoc onus eſt fœudo annexum , & ideo ſi Clericus, vel perſona Eccleſiaſtica vult fœudum , debet neceſſario cauſatiue ſubijci legibus fœudorum, & iuriſdictioni domini fœudi . Abb.in quæſt.6.incipit Gandulphus, in 7. colum. ver. præterea Imperator .

9 Debitum cauſa implendæ conditionis dicitur debitum cauſatiue , quia ſi velit legatum , aut aliud diſpoſitum cum onere ſoluendi , licet præciſe non poſſit compelli , tamen poteſt cauſatiue compelli , quia non tenebitur dare , niſi impleat. Fulgoſ.conſil.202.column.penult.ver. eſt namque debitum , .

10 Cautio neceſſaria dicitur,quæ debet præſtari à legatario de implenda conditione legati , non quia præciſe,ſed quia cauſatiue compellitur,ſi velit legatarius legatum.Fulgoſ.conſil.202.Guilielmus.col.pen.ver.ſic & cautio.

11 Amplia in minore , qui licet non poſſit obligari ſine ſolemnitate , & aliter non valet obligatio , tamen fallit , ſi cauſatiue propter liberalitatem obligatur , puta , quia ſibi donatur ſub modo,vel liberaliter aliquid conceditur, dummodo ſe obliget ad aliquid , quia cauſatiue compellitur , & non reſtituitur , quia non dicitur læſus . Fulgoſ. conſ.223.in fin.

12 Expendere tenentur mater,& alij vocati ad ſucceſſionem in ijs , quæ ſunt neceſſaria ad tutelam ſuſcipiendam , ſed cauſatiue , & non præciſe,quia poteſt abſtinere , & perdere ſucceſſionem , ſed ſi velit ſuccedere , tenetur cauſatiue ad tutelam ſuſcipiendam , & ad expenſas, quas repetit à pupillo , Bartol. in l. Neſennius , in fin. ff. de negoc. geſt.

13 Matrimonium non poteſt prohiberi præciſe ab aliquo particulari , ſed bene cauſatiue , puta , teſtator legat vxori , ſi vitam vidualem ſeruauerit, alias eandem priuat, valet legatum,& ſi non paretur conditioni , perditur . Cravet. conſ.296. num. 6.& per totum,& conſ.785.num.17.

14 Item licet matrimonium debeat eſſe liberum , tamen id procedit cauſatiue , quia compellitur non præciſe, velut is, qui commiſit ſtuprum, vt euitet pœnas , compellitur ducere in vxorem.cap. 1.& 2.vbi Innoc. & alij , maxime Io.de Anania plenius oſtendit , vbi in cap. 2. de adult. dicit , quod imo dicitur conſentire eo ipſo , quod delinquit , & pœna delicti hoc vult.

15 Laici, qui nullam habent compulſionem in Clericos , & Cardinales, tamen cauſatiue poſſunt compellere ad electionem , ſubtrahendo , vel diminuendo alimenta.Zabarel.conſ.150.n.7.vbi ponit alia exempla,quibus cauſatiue laici habent iuriſdictionem in Clericos, non autem directo .

16 In ſimili etiam Abb. conſil.6.libro 1. licet laici nullam habeant compulſionem in Clericos , vt ſoluant onera perſonalia , vel realia, tamen poſſunt compellere cauſatiue,quatenus velint participare

cipare pascua, & introitus communitatis, alias non debent participare.

17 Item, quia si Clerici volunt vti beneficio statuti, debent vti cum sua causa, & onere, alias autem non possunt vti, Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.225.& seq. vers.intelligitur tamen, de constit. & ibi apostill. dat concord.& Deci.citat consilium 6. Abb. lib.1.Alex.cons.209.Statutis.num.15. vers.secunda principali ratione, vbi apostill. in ver. fallit, allegat plures. Tiraq. de retract. lignag.§.1.glos.13.num.7.ver. vt interim, vbi plurimos citat.

18 Sic statutum laicorum imponens gabellam pro omnibus contractibus exequutioni mandandis, si Clericus vult suum contractum mandari exequutioni, qui alias exequutionem non habet de iure communi, sibi obstat exceptio non solutæ gabellæ, & tenetur illam soluere, si vult consequi exequutionem vigore statuti. Alex.cons.210.Ponderatis. num.5.ver.ijs consonat. lib.2.

19 Sic causatiue statutum laicorum de compromissis faciendis quando de iure fit compromissum ligat Clericos, secus si compromissum fieret de facto, quia ius non possunt euitare. Bald. cons.5. Nunquid Clericus, in fin.lib.2.

20 Sic Clerici, & non subiecti si volunt vti beneficio statuti laicorum tenentur recipere statutum, quo volunt pro se vti, etiam contra se recipere.

Vide. Statutum laicorum valet contra Ecclesiam multis casibus. Concluf.523.num.40.& multis seqq. vbi habes plura exempla in ver. Amplia, quia statutum laicorum bene ligat.

21 Et sufficit ad appellandum, quod grauamen inducatur causatiue, prout si alicui assignatur terminus ad aliquid faciendum, quia licet facere non compellatur, tamen causatiue compellitur, quia si non facit Iudex eum mulctabit, vel excludet à beneficio. Castr.cons.237. Viso puncto.nu.2. ver. dicitur enim primo. lib.2.

22 Emptor cui mota est lis super re empta ante solutum pretium, licet non agat ad cautionem de euictione, quia non est conuentum causatiue, tamen consequitur sibi caueri de euictione, quia potest retinere pretium. Salycet. & alij in l. si post perfectam. C. de euictio. vbi Bald.

23 Diuisio non potest prohiberi, quia nemo cogitur stare in communione, si tamen socius socio obligat partem suam, vel hypothecat pro debito, non potest petere diuisionem socio inuito, nisi illi soluat, & extinguat prius debitum. Negus.de pigno. membro 3.p.2.num.44.

24 Exceptio competens principali, per quam creditor non potest agere, licet non competat directe fideiussori, tamen competit causatiue, quia alias molestato fideiussore, & soluente, ipse posset consequi à principali debitore, Federic. de Sen. cons. 242.in fin.

25 Factum præcisum alienum non cadit in obligatione, sed cadit causatiue, ideo licet quis non possit compelli ad perdendam libertatem suam, vt habitet cum aliquo, vel illi inseruiat, tamen potest causatiue veluti si fiat legatum illi, si habitauerit in loco certo, vel cum certa persona moratus fuerit, quia si non implet, non habet legatum. l. prima. C. de legat. Bartol. in l. qui concubinam. §. vxori meæ, in fin. per illum text.ff. de legat.3. quia licet non possit præcise, potest tamen causatiue, ita Papien.infor.libelli, quo vxor agit ad dotem, in ver. si habitaculũ.

26 Captatoria dicitur voluntas, quæ non est libera, sed pendet ex alieno arbitrio, ideo non valet conditio adiecta institutioni ad fauorem Titij, dummodo Titius instituat testatorem, quia tollitur libera facultas testandi, si tamen adijcitur causa honesta, vt bona conseruentur in familia, valet, neque vitiatur, neque vitiat, quia causatiue, & non directe tollit hanc liberam facultatem. late Rui. cons.20.per totum, vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur. lib.2.

27 Clericus beneficiatus, qui non est in sacris, licet possit contrahere matrimonium, tamen prohibetur ex causa beneficij, quia si contrahit perdit beneficium, pensionem Ecclesiasticam, regressum, & iura ad beneficium, etiam si mulier ante * consumationem ingrediatur Monasterium, * communem Clar.§. fin.quæst.73.nu.5.vbi extendit, & declarat.

28 Fœudum antiquum non potest legari, neque de eo testator potest disponere in prejudicium vocatorum, si tamen testator plus legat de suo, quam valeat fœudum, de quo disponit, valebit dispositio de fœudo causatiue, quæ alias non valeret. Castillio.cons.10.num.53.& seq. & consil. 24.num.30.& seq.

29 Pater compellitur soluere taleam solutam à tertio nomine suo pro redimendo filio, & soluere expensas alimentorum, & funeris, & medicinarum, quia tenetur ad illas saltem causatiue, etiam si filius esset emancipatus. Castrens. consil. 444. Viso puncto. lib.1.per totum.

30 Prælatus compellitur causatiue tueri suum monachum carceratum ab Episcopo, si vult eum reuocare ad claustrum, & vti exemptum habere, qui forte directe non posset compelli. Castrens. consil. 432. n. 5. ver. præterea. libro 1.

31 Pater, qui administrauit beneficia filij, & exegit fructus, tenetur reddere rationem filio, si tamen aliquid pater dedit filio, ea conuentione, quod non posset sua hereditas molestari à filio, filius compellitur causatiue liberare, alias tenetur habitum restituere, & idem est si pro legitima. Castrens. consilio 415. Viso, & examinato, in princip. & column. 2. versic. circa tertium. lib.2.

32 Commune Perusij, vel alterius ciuitatis, licet non possit auferre ius à castris, puta eligendi officiales, potest tamen ex iusta causa. Alexan. consil. 106. numero 13. & 14. versic. sexto, per id, quod.

33 Ius sibi dicere nemo potest, tamen ex causa si non potest consequi iustitiæ complementum, licitum est sibi ius dicere. Zabar. consi. 150. n.6.

34 Imperator, qui subest Papæ, potest ex causa fidei vniuersalis interrogare Papam suspectum de fide, quid sentiat de fide. Zabarell. d.consilio 150.n. 6. ver.sed cum agitur, & idem tenet Abb. in sua q. 1. ista forte procedere potuissent tempore scribentium quando erat schisma, & Antipapæ scandalizantes, & in omnem casum spectat ad Collegium Cardinalium, vt supra ostensum fuit in Concluf.549.& seqq.

35 Iudex, qui non potest abbreuiare, neque prorogare terminum statuti, potest ex iusta causa abbreuiare, vel prorogare. Io.de Imol.cons.86.n.8. vbi quæ dicatur iusta causa.

16 Papa compellitur cauſatiue, ſed non præciſe aperire concilium, ſi ſubeſt cauſa, item Cardinales eligere Papam. Iacobat. de Concilio. libro 3. art. 1. num. 204.

17 Multa prohibita regulariter ex cauſa permittuntur, ideo inferior, qui non poteſt tollere legem ſuperioris, ex cauſa iuſta, quæ mouiſſet principem, poteſt tollere legem ſuperioris, vel contra eam ſtatuere. Alex. conſ. 106. Perſpectis ijs. lib. 2. num. 11. ver. quarto probatur.

18 Legatus de latere, qui non poteſt committere cauſam ſummarie, &c. ex iuſta cauſa poterit. Alexand. d. conſil. 106. num. 12. verſ. & benefacit. libro 2.

19 Legatarius cum onere non compellitur ad onus vltra legatum, niſi cauſatiue, quia non conſequitur legatum ſi non vult ſubire onus.

Vide. Legatum cum onere non obligat legatarium vltra valorem legati. Concluſ. 69.

40 Prælatus etiam cum conſenſu Capituli non poteſt ſtatuere contra Eccleſias inferiores, tamen ex iuſta cauſa poterit. Alex. d. conſ. 106. num. 13. ver. benefacit. lib. 2. & num. 10. ver. & plus dicit.

Vide. Cauſa iuſta quando dicatur, & quid operetur. Concluſ. 151. nu. 15. & ſeq.

Cautelæ quando noceant, vel iuuent, & illis vtendum ſit. Concluſ. CLXII.

1 CAVTELAE quanto maiores ponuntur in contractu ſuſpecto, tanto magis in contractu præſumitur dolus, & fraus. Bald. conſ. 487. Apparet quoddam, in fin. lib. 1. verſ. & maxime ſi inſtrumentum. Corne. conſ. 217. in fi. li. 3. Decian. conſ. 32. num. 65. in fin. lib. 3. Menoch. conſil. 109. num. 35. lib. 2.

2 Et nimia cautela, & inſolita facit præſumere dolum. Corne. qui loquitur in cautela inſtituendi ſpurium per indirectum. dicto conſil. 217. in fin. libro 3.

3 Amplia, quia licet mulier prohibeatur relinquere marito ſecundo, pluſquam vni ex filijs primi matrimonij, & hoc non procedat in filijs ſecundi matrimonij, quibus plus poteſt mater relinquere, quam filijs primi, tamen ſi vxor relinquat marito ſecundo, pluſquam filijs primi matrimonij, & in eo, quod maritus non poteſt capere ſubſtituat filios ſecundi matrimonij, tamen iſta cautela tanquam inducens dolum non operatur in fraudem legis. Bald. conſ. 333. Amplius ſciendum, per totum. lib. 3.

4 Amplia, quia abundans cautela, quæ non ſolet nocere, tamen nocet in cõtractu ſuſpecto, quia quanto magis cautela adhibetur, tanto magis augetur fraudis ſuſpitio. Tiber. Decia. conſ. 32. num. 65. lib. 3. Bero. conſ. 59. num. 14. lib. 1.

Vide. Abundans cautela non nocet. Concluſione 67.

5 Amplia, quia omnis cautela periculoſa eſt in iure.

6 Declara tamen, quia multi ſunt caſus, in quibus neceſſe eſt abundare in cautelis.

Vide. Abundare in cautelis quando ſit neceſſe. Concluſ. 68.

7 Amplia, quia cautelæ, & clauſulæ inſolitæ, & nimis procuratæ arguunt contractum doloſum, & falſum. Bald. in l. ſi ſub conditione, in fin. ff. de conditio. inſtit. vbi text. & gloſ. & plene Ioann. de Imol. in cap. ad noſtram, de emption. & vendit. vbi, quod procurata cautela, & nimis expreſſa arguit maiorem dolum. Bald. & Salycet. in l. emptione, in princip. C. plus valere, quod agitur. Socin. conſil. 262. num. 4. lib. 2. Corne. conſil. 217. in fin. lib. 3.

Vide. Clauſulæ inſolitæ, quæ vitiant contractum, vel aliam diſpoſitionem. Concluſ. 306.

Vide. Simulatio quibus coniecturis probetur. Concluſ. 262. num. 48. & ſeq.

8 Extende, quia iurantes in contractu matrimonij, quod non ſunt conſanguinei præſumuntur ſciuiſſe conſanguinitatem, contra quam iurarunt ex cautela. gloſ. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit. quod ibi Bald. declarat, quando iuramentum eſt ſuper illicito facit tandem præſumi.

9 Reſtringe, quia vnica ſola clauſula non reddit ſuſpectum inſtrumentum. Socin. conſ. 262. num. 7. lib. 2. vbi, quod vna hirundo non facit ver; ſed caue quia Socin. loquitur, quod ex ſimulatione vnici contractus non arguitur ad alios, quia requiritur frequentia actuum, ideo vna clauſula bene ſufficit pro illo contractu, in quo eſt.

10 Reſtringe, vt non omnis clauſula, & cautela reddat ſuſpectum inſtrumentum. Soci. d. conſ. 262. nu. 4. ver. præterea ſecundo, ſequitur Crauet. conſ. 717. num. 40. ver. ſecundo reſpondeo.

11 Reſtringe, quia aſſerenti cautelam procuratam incumbit onus probandi. Crauett. d. conſil. 717. num. 40.

12 Reſtringe, vt procedat quando aliæ coniecturæ concurrunt, alias non. Crauet. d. conſ. 717. nu. 4. ver. tertio ſuſpitio hæc.

13 Limita, quia imo lex permittit, quod quis poſſit vti cautelis, & per indirectum facere id quod directe non permittitur quando fit ad euitandum damnum, non autem ad decipiendum. Petrus Gherardus pulchre ſing. 26. tu habes text. vbi dat cautelam, quod ſtante ſtatuto, quod vicino fiat venditio, poteſt quis vendere partem domus, quæ non ſit pars contigua vicino, poſtea vendere reſiduum habenti partem, nec vicinus poteſt conqueri, quando non dolo vendidit prius ſed quia maius pretium conſequitur vendens ſeparatim, & ideo vt euitet damnum, id ei permittitur.

14 Extende, quia etiam contra fiſcum licita eſt cautela, ideo bannitus, cui delata eſt hereditas, ne fiſco acquiratur, poteſt illi renunciare, quia in quærendis, ſi non vult quis acquirere, fiſcus non poteſt conqueri. plene Mantua. ſingul. 22. Bannito fuit delata, per totum.

15 Extende, etiam ſi cautela ſit ad euitandam prohibitionem legis, prout quod fideiuſſores dotium dentur, quia valebit ſi detur tertius, qui non contemplatione mariti, ſed vti principalis ſe obliget, ſciens, & volens teneri in ſolidum. Caſtr. conſ. 188. Præfati promiſſores. nuo. 2. per totum, & conſil. 190. Cum tempore, per totum. lib. 1. vbi adhibet multas cautelas, & aduertentias, ne videatur contra legem facere, & vide etiam Corn. conſ. 287. Tota. lib. 4.

Vide. Directe aliquid fieri, vel per obli-

quum

quum differunt. Conclusione 451.

16 Limita, quia cautela vti possumus, etiam in præiudicium alterius, quando quis tractat, vt non acquirat, quod posset acquirere ad beneficium alterius. Bald. cons. 157. Gitius habens, in fin. lib. 5.

Cautelæ diuersæ pro spurijs instituendis validæ, vt capiant hæreditatem patris. Concluf. CLXIII.

1 PRIMA est, quod obtineatur legitimatio filij spurij, vel naturalis, & hanc inter securiores ponit Roman. cons. 43. Ad primum quæsitum, in fin.

2 Secunda, quod instituatur spurius sub conditione si legitimabitur. Bald. Ang. & alij in l. si quis hæres instituatur, ff. de hæred. instit. Bart. & alij in l. in tempus. ff. eod. tit. & videtur idem Bart. tenere in omni incapace, vt possit instituí sub conditione si capax efficiatur, in l. 1. §. sed si filius. ff. de leg. 3. num. 5.

3 Contrarium tenet Aretin. cons. 142. num. 3. vbi dicit, quod vel non est vera, vel debet intelligi, quando inhabilitas non exprimitur, neque verbis neque per relationem certam, sed tunc procedat cautela quando verbis relatis disponitur sub conditione.

4 Tertia est Baldi cons. 36. Quidam Sabiolinus lib. 5. vbi, quod debet instituere filium illegitimum hæredem, & si non esset capax instituat eum cum capax fuerit, vel capere poterit, & si capax nunquam foret, instituat, & substituat sibi hæredes vniuersales filios dicti N. quandocunque nascituros superuinentes eidem, & si non haberet filios tunc instituat, & substituat simpliciter amicum suum, de quo confidit.

5 Contrarium tenet Bald. in l. eam quam, in penul. char. C. de fideicomm. & moder. in l. filius familias. ff. de testam. quos refert Corn. cons. 217. Quiriacus de Ancona, in princip. libro tertio, vbi nihil soluit, sed pro vtraque opinione allegat, & est consilium Caccialupi, sed tamen Corne. in subscriptione sequenti videtur dicere, quod cautelæ arguunt dolum, & si apparet ex coniecturis, quod fauore spurij id fecit, quod non valet.

6 Quarta est, quod pater instituat filium illegitimum, cum capax fuerit, & interim deputet eum curatorem hæreditati iacenti, cum hoc, quod non teneatur reddere rationem, neque cauere. Bald. consil. 72. lib. 5. vbi quod est melior cautela quæ possit dari.

7 Contra istam cautelam expresse consuluit Castrens. quod non valeat, quia fraus detegitur, ex quo remissio doli futuri facta filio detegit fraudem. Castrens. consil. 467. Viso puncto. num. 3. vers. constat enim. lib. 2. in fin. consilij, vbi, quod ratione gubernij non potest habere bona, & propterea ad alia remedia est deueniendum, ne fiscus capiat, tamen nihil resoluit.

8 Quinta similis est, quod instituatur Rex Franciæ quandocunque personaliter se contulerit in loco ad adeundam hæreditatem, & in domicilio testatoris, interim autem voluit testator, quod filius suus illegitimus possit gubernare, ac vti, & frui dicta hæreditate, vt de re sua, & hanc cautelam dedisse Doctores Anconæ cuidam testatori, legitur penes Corne. d. consilio 217. lib. 3.

9 Et quod filius spurius possit dari curator, & gubernator hæreditatis iacentis à patre. Bald. in dict. l. si quis hæres instituatur. ff. de hæred. instit. siue detur à iudice, siue a testatore.

10 Aretin. in l. gallus. §. vt instituens. ff. de liber. & posthum. tenet, quod non valet datus à iudice, sed si pater instituit quum quum capax fuerit potest petere sibi decerni administrationem.

11 Contrarium absolute tenet Caccialup. inter consilia Corne. consil. 217. Quiriacus de Ancona, circa med. vers. videtur forte verius. libro tertio, vbi dicit cautelas tanquam in fraudem legis procuratas non valere, & quod sicuti non potest spurius instituí, ita non potest administrator deputari, & contraria non loquuntur in incapacitate odiosa, & allegat ita consuluisse Bart. Salycetum, & Collegium Bononiæ, & idem etiam tenet ibi Corne. in consilio sequenti, quod est subscriptio.

12 Sexta, quam ponit Roman. consil. 43. in fine. inter tres, quas dicit securiores, & hanc primam ponit, quod filij legitimi, vel filiæ legitimæ renuncient hæreditati paternæ, quia filij naturales succedent, ex quo succedunt, quando non extant ascendentes, neque descendentes, ergo pari ratione quando non sunt successibiles, ita Roman. dicto consilio 43. in tertio dubio, & in fin. sed hæc inseruiret pro naturalibus tantum, non pro spurijs.

13 Contrarium tenet Roman. quando constaret, quod renunciatio esset facta in fraudem legis. dicto consilio 43. in tertio dubio. numero quarto, vbi quod est nouum, sed verisimum remedium.

14 Septima est, quam ponit idem Roman. d. cons. 43. in fine. quod pater relinquat pro alimentis, quia tam spurij, quam naturales sunt capaces alimentorum.

15 Octaua, quando filius spurius contrahit societatem cum aliquo, postea pater instituit socium filij spurij. Bart. in l. si is qui duos, in fin. ff. de liberatio. lega.

16 Nona, quam ponit Castrens. non relevantem tanquam in fraudem legis si instituat eum sine expressione, quod sit eius filius, neque naturalis, neque legitimus, neque spurius, sed absolute. Castrens. cons. 115. Super quo. numero secundo. ver. super tertio. libro primo, vbi apostill. & repetit consil. 429. numero secundo. vers. breuiter. lib. 2.

17 Alias cautelas ponit Neuiz. consil. 34. numer. 2. & sequen. sed ipsemet illas reprobat vti periculosas, & plures poteris elicere in ver. Spurij an possint hæredes instituí à patre, vel auo, & quando secus. Concluf. 418.

18 Decima si instituat filium suum nominando eum filium, & si capax non erit interim deputat supra in 4. cautela.

19 Vndecima, quod pater vendat bona sua amico, qui illa postea vendat spurio.

20 Contrarium, quod nec valeat, nec sit tuta pro-

pter fraudem,quę apparet. Castr.d.cons. 489. nu. 3.ver.constat enim.lib.2.

21 Duodecim cautelas ponit Ludouic. de Sardis in tract. de natur.liber. in rubr.cautelæ circa legitimationem,in 6.vol.fol. 263. quarum aliquę sunt de supradictis.

Viginti cautelas ponit Bertach. in ver. pater naturalis.

Cautelæ, ex quibus acquiritur ius ex modo agendi. Concluſ. CLXIV.

1 CONSVETVDO quæ requirit præscriptionem quadraginta annorum, quia est contra ius,si proponitur per modum obseruantiæ continuę per decem annos,& sic probetur præsumitur etiam præscripta maiori tempore, quod notandum dicit Anton.de Butr.cap.fin. de consuet. nu. 39.ver.nota gloss.

2 Seruitus discontinua requirit tempus 100. annorum,vt sit præscripta, si tamen allegatur titulus,sufficit præscriptio 10.annorum inter præsentes,& 20.inter absentes. Czpol. de seruit. rustic. prædiorum.c. 19.nu.8.vbi dicit *communem.

3 Et idem, quod est in seruitute, dicit. Felin. in vnione.cons.2.num.33.

4 Si quis agat interdicto vti possidetis,antiquior possessio præfertur iuniori etiam titulatæ quando habens antiquiorem allegat, quod iunior est clandestina respectu antiquioris,alias secus.Alex.consil.81.Lecto.num.12.ver.vnde dato.lib.3.

Vide. Lex dicitur imposita rebus, & non verbis.Concluſ.178.

Vide plenius. Allegari debet id quod est fundamentum intentionis.Concluſ.152.

Vide. Modus agendi attenditur,& multum refert. Concluſ.302.

Cautelæ diuersæ circa diuersa. Concluſ. CLXV.

1 CAVTELA quod debitor non soluat, & habeat terminum,quantum velit, elicitur ex cons.Feder.de Sen.98.Sed ibi Io. Andr. consultus noluit consulere, nec subscribere ex conscientia, quia aperitur via fraudibus, ideo illam dimittas, quæ est vt debitor præueniat creditorem coram Ecclesiastico, dicendo contractum vsurarium, & obtineat inhiberi seculari, quia etiam si Ecclesiasticus declaret contractum bonum,appellabit per tres conformes,antequam possit creditor exigere.sed est truffa, quia ex dolo, & fraude quis non debet sentire commodum,& illam quasi reprobat in simili Bald.cons.161. in princ. Primo quæritur, lib.1.quia qui non potest excipere non potest præueniendo agere.

2 Matrimonium debet esse liberum,& pœna non * potest stipulari,vt de * communi Federic.de Sen. cons.169. Cautela est, quod fiat obligatio ex alia causa ad fauorem tertij,de quo ambę partes confidant ad summam bene visam, & quod ipse tertius postea cedat iura illius obligationis parti obseruanti,hanc cautelam ponit Feder.in consilio 194.in fin. versic. si tamen : vbi dicit esse periculosam,quia est contra veritatem, & legem Canonicam.

3 Renunciatio filię dotatę qualiter fit facienda cum cautela,vt valeat. Bald.cons.12.Quando pater.lib.5.vbi quod debet emancipari filia a patre, cui debet renunciare,postea remittet domi successioni,quia sibi est satisfactum maxime ex constitutione dotis plenarię, & foret non venire contra.

4 Filius spurius qualiter possit valide hęres instituui. Bald.cons.38. Quidam Ialtolinus. lib. 5. vbi quod debet instituere filium illegitimum hæredem, & si non esset capax instituat eum cum capax fuerit, vel capere potebit, & si capax nunquam hęres foret,instituat & substituat sibi hęredes vniuersales filios dicti N. quandocunque nascituros, superuiuentes eidem, & si non haberet filios tunc instituat. & substituat simpliciter amicum suum, de quo confidit,sed vide Bald.cons.73. Quidam instituit.lib.5. vbi quod debet filius spurius institutus cum capax fuerit interim deputari curator hereditati iacenti,cum hoc,quod non teneatur reddere rationem, neque cauere: vbi quod est melior cautela,quę possit dari,alias tres cautelas ex multis tutiores ponit Roman. consilio 43. Ad primum quęsitum, in fine: vbi apostilla in verbo cautelę ponit duodecim cautelas relatiue.

5 Mater,quę non potest exhęredare filiam exclusam a successione fraterna,si vult eam exhęredare, potest vti cautela, quia potest nolle adire hęreditatem filij defuncti, cuius successio ad matrem defertur, & hoc modo filia remanebit priuata successione matris quoad fraternam hereditatem. Bald. consilio 157. Gitius habens, in fine libro 5.

6 Excommunicatio euitatur per contrahentes in casu prohibito per statutum Episcopi si contrahant in loco exempto.Roland. à Valle consil. 33. num.34.lib.3.

7 Testes ad perpetuam rei memoriam non possunt examinari, si reus vtatur cautela offerendo se paratum litigare. Roland. à Valle cons. 23.nu. 17. lib.3.

8 Filiæ ingredienti Monasterium per cautelam potest pater minus relinquere si leget centum pro dote filiæ,& mille marico, qui eam duxerit, quia ingrediendo Monasterium non habebit nisi centum,addendo,quod pro dote legat ei,qui eam duxerit.Rol.a Vall.cons.35.in fi.lib.3.

9 Feudum impeditur alienari in præiudicium agnatorum per cautelam, quam tradit Roland.a Val.cons.60.n.5.& latius nu.14.lib.3.

10 Processus redditur nullus si cautus Aduocatus contestando litem petat iurari de calumnia,quia si non iuratur nullus est processus.Roland.a Vall. cons.71.num.8.lib.1.

11 Iuramentum per cautelam debet apponi in omni contractu propter infinitos effectus iuramenti.Rol.a Vall.cons.31.nu.5.lib.2.

12 Morę purgatio impeditur per cautelam,si dominus protestatur,quod non vult habere amplius * emphyteutam pro emphyteuta secundum * communem. Roland. a Valle consilio. 87. numero 8.libro 1.

Tessa-

13 Testamentum in scriptis valet, etiam si morian tur testes ante publicationem, si notarius rogatur de recognitione coram duobus testibus tempore subscriptionis. Rolan. cons. 36. in fi. lib. 1.

14 Filij ex nepte, vel filia non succedunt, si fiat renunciatio cum iuramento, quia filia vel neptis dicit se condecenter dotatam. Rolan. à Valle consil. 11. nu. 14. lib. 1.

15 Dotis restitutio legata in pecunia habet dilationem à iure, si testator apposuit terminum, alias secus. Rolan. cons. 10. in fi. lib. 1.

16 Legitimandi facultas si continet etiam vt possint legitimari infantes, & furiosi extendetur ad omnes. Rolan. à Valle. cons. 61. nu. 7. lib. 1.

17 Præscriptio impeditur contra instrumentum, si continet iuramentum, Roland. cons. 25. in fin. libro 2.

18 Venatio est de iure gentium, & prohiberi non potest, nisi inter acquiescentes, ideo, quando fit proclama, debent subditi appellare, vel protestari, & non ligantur. Rolan. à Valle. cons. 9. numer. 16. & seq. lib. 2.

19 Relatio nuncij debet esse in actis, antequam fiat decretum in contumaciam, ideo cautela est, quod perquiratur an adsit, vel ne. Rolan. à Valle. cons. 47. nu. 70. lib. 2.

20 Machinatio in Principem debet reuelari à scien te, & euadit pœnam. Rolan. à Valle. cons. 88. in fi. lib. 2. vbi dat pro cautela, & licet dicat solam scientiam non habere pœnam mortis, tamen Principes male hoc seruant.

21 Agens pœna l. si quis maior. C. de transact. debet clare probare implementum ex parte sua, quia non datur iuramentum in supplementum. Rolan. à Valle. cons. 57. nu. 19. lib. 1.

22 Testes post didicita testificata qualiter examinentur, cautelam ponit Bero. cons. 100. nu. 18. lib. 3. & nu. 20. declarat.

23 Bannitus à Ciuitate quomodo possit hæres instituí. Vide cautelam per Menoch. cons. 271. per totum, lib. 3. vbi concludit in summa, quod si instituatur de iure communi, non de iure municipali, in testamento confecto extra territorium statuentium, succedet in bonis extra territorium sine difficultate, sed etiam in bonis in territorio à quo * exulat, secundum * magis communẽ, secus si institueretur de iure municipali.

24 Renunciatio filiæ facta patri pro cautela debet fieri patri absenti, quia potest ratificare, & cessat reuerentia, si absens est. Cephal. cons. 34. num. 34. lib. 1.

25 Positiones ne sint pro confessis, cautela est, vt causa committatur consilio consultoris, antequã sint pronunciatæ. Ias. in l. cum stipulatus sim. §. fi. ff. de ver. oblig.

26 Vendere obligatus perpetuo liberatur, si facit interpellationem emere debenti, seu ei cui tenetur vendere, quia lapsis duobus mensibus poterit vendere alteri sibi beneuiso. Roman. consil. 182. in fin.

27 Diues effici potest quilibet ex alieno cum cautela', nam si scribo amico meo, quod emat tale prædium pro me scutis centum, & non vltra, & quia reuera valet 150. si amicus nomine meo emat pro 150. erit meum pro centum, neque teneor suppliere. 50. licet valet tantum, & negocium sit vtiliter gestum. Castrens. cons. 248. Super differentia, col. 1. in fi. lib. 1.

Vide aliam cautelam, in ver. Emens ex pecunia aliena, quando sibi vel domino pecuniæ acquirat. Conclusio. 138. ver. Amplia.

28 Creditor, qui non potest creditum verificare, qua cautela vti debeat. Mascard. Concl. 457. Creditum de quo non apparent.

Vide omnino Cępollam, qui fecit vnum opus cautelarum, & ibi inuenies multa.

Cautio fideiussoria præstanda multiplex. Conclusio. CLXVI.

1 TRIPLEX est satisdatio, quædam præstatur pro forma, prout satisdatio vsufructuarij, & ista præstanda est à quocunque, quantumcunque idoneo. Bald. cons. 175. Casus super quo num. 3. ver. dic ergo, lib. 3.

2 Quædam præstatur ex expressa, & speciali ordinatione legis, & pariter præstatur à quocunque, quantumlibet idoneo. Bal. d. cons. 175. num. 3. ver. quędam, quę prędstatur. lib. 3.

3 Quędam est extraordinaria, quæ ex emergentibus causis, & ex varijs rerum figuris oritur, & ista habet locum in omnibus iudicijs, sed facilius in ijs quæ sunt in bonę fidei, quam stricti iuris. l. in omnibus. ff. d eiudi. Bald. d. cons. 175. nu. 3. ver. quædam est extraordinaria. lib. 3.

4 Aliam diuisionem ponit Osasch. decis. Pedemõ. 70. Cum in castro, in prin. quia aliqua est necessaria, alia voluntaria. Necessaria dicitur, quæ à lege inducitur, licet à principio habeat ortum à voluntate: voluntaria est, quæ absolute à voluntate nostra pendet.

5 Alia est iuratoria, quæ habet locum in personis illustribus, vel quando impossibilitas hoc suadet. Osasc. d. decis. 70. n. 3. & seq.

6 Adde aliam diuisionem, quia alia est plena, alia minus plena, alia plenissima, Bal. cons. 462. Super eo quod quæritur, circa prin. ver. quod probo. lib. 3.

7 Alia est diuisio, quia aliquæ sunt conuentionales mere, aliquę iudiciales, aliquę prætorię; cõuentionales committuntur secundum pœnam expressam non habito respectu ad interesse; iudiciales, & prætoriæ committuntur habito respectu ad interesse, & quandoq. ad spretum, vel contemptum. Osasch. d. decis. 70. nu. 6. & seq. ver. videndum, maxime n. 11. & seq. & istud est quod dicit rex. in l. si quis reu. ff. de custodia reorum, quia regulatur ad pœnam secundum interesse, & si extet dolus, etiam grauius punitur.

8 Alia est ad liberationem, seu obligationem introducendam, alia ad obligationem introductam probandam, alia ad obligationem conualidandam, primo, & secundo casu sufficit obligatio, tertio autem requiruntur fideiussores, vel pignus. Bal. cõs. 462. post med. ver. adhuc pro maiori. li. 3.

9 Alia est, quę inducitur ab homine, alia à prætore, alia à iure Ciuili, vel Canonico, alia à iure municipali, variis ex causis, de quibus omnibus late Bald. dict. cons. 462. circa med. ver. adhuc pro maiori, vsque in fin. lib. 3. vbi multas species ponit.

10 Cautio, quod offensus, seu iniuriatus, seu eius consan-

conſanguinei non debeant offendere conſanguineos iniuriantis, neque iniuriatum, ſi inducitur à ſtatuto, ſtatutum eſt odioſum, ideo ſtrictiſſima debet interpretatio fieri, vt intelligatur conſtito de inimicitia, item quod ſint conſanguinei, & in gradu ſucceſſibili. Petr. Anchar. conſ. 52. Pro clariori, per totum.

11 Et ſi maior pars conſanguineorum remittit cautionem talem, minor pars debet acquieſcere, quia maior pars præiudicat minori. Anchar. d. conſ. 52. nu. 2. & ſeq. ver. ijs præmiſſis.

12 Cautionum ſeu ſatiſdationum aliquæ ſunt iudiciales, & in iſtis non requiritur cauſa, ſed tamen extinguitur, ſi iudicium eſſet nullum, quia ſublato iudicio tollitur etiam ſatiſdatio iudicialis. Bald. conſ. 499. ita ad plenum, in fi. ver. quoad tertium, lib. 2.

13 Aliquæ ſunt iure actionis, ſi eſt, & ſemel idoneè cautum, (licet fideiuſſor vergat ad inopiam) non debet renouari, ſecus ſi ſunt prætoriæ cautiones, quia idoneitas debet durare. Franc. Areti. conſ. 133. Clariſſime doctor.

14 Aliquę ſunt ſub pęna certa expreſſa aliquę ſunt ſimpliciter, & ſine quantitate pœnę: Prima committitur ſecundum quantitatem expreſſam, ita tamen quod liceat fiſco etiam pro contemptu punire quando pœna alteri, quam fiſco eſſet applicata, plene Menoch. de arbitr. caſu 335. Scio me plura.

15 Secunda vero, quæ non habet quantitatem certam declaratur ſecundum arbitrium boni viri, & grauiter punitur, imo grauius, qui promiſit iudici non offendere, & fecit offenſam contra fidem datam, quia iudex declarabit quantitatem pœnę. Menoch. d. caſu 535. nu. 3. ver. ſecundus caſus.

16 Extendit Menoch. d. caſu 335. in fi. vt committatur pœna ſiue certa ſiue incerta, vt ſupra, quando is qui promiſit non offendere offendit, nedum illum quem non offendere promiſit, ſed etiam ſi offendit vnum de familia eiuſdem, prout patrem, fratrem, vxorem, vel ſeruum eiuſdem offendat.

17 Extende, vt procedat nedum in cautione, videlicet eo, qui promiſit non offendere ſub pœna certa, vel ſine pœna certa, ſed etiam fideiuſſore, qui ſatiſdedit pro alio quod non offendet, quia ſi pœna eſt certa committitur certa, ſi vero non eſt ſpecificata erit arbitrarie declaranda per iudicem, ita tamen ſi eſſet in dolo grauius punietur, & pœna alterabitur, l. ſi quis reum, ff. de cuſto. & exhibitio. reorum, vbi Bart. & alij. Cuma. conſ. 32. Inculpatus, in princ. glo. 1. & docto. in l. ſi barbaſoram, C. de fideiuſſor.

18 Declara tamen, quia iſte cautiones, & ſatiſdationes, quæ non habent certam quantitatem taxari poſſunt, vbi cadit intereſſe per modum, & vſque ad intereſſe, ſi vero non cadit intereſſe non eſt locus ad ipſum intereſſe, prout in capitalibus, & corporis afflictiuis, vt in d. l. ſi quis reum, ff. de cuſtodia, & exhib. reorum, vbi Bart. & alij, nu. 3. ver. quæro vtrum, vbi nu. 4. dicit Bart. quod non poteſt excedere modum mulctę, de qua in l. eos, C. de modo mulcta.

Cautio quid importet, & quandiu duret. Concl. CLXVII.

1 CAVTIONIS appellatione ſola promiſſio intelligitur, l. ſancimus, C. de verb. ſignific. Oldrad. conſ. 68. Bald. conſ. 410. An ille, qui poſt mortem, in princ. lib. 3. vbi quod cautio nuda importat ſolam promiſſionem, & obligationem ſine fideiuſſore, quod procedit, ſi profertur ab homine. Signorol. conſ. 114. nu. 2. Beccius conſ. 1. nu. 4. Feli. in c. ad noſtram, nu. 5. de iureiur.

2 Amplia, quia aſſicurare importat per obligationem promittentis, ſi idoneus eſt, alias cum fideiuſſore. Iaſ. in l. 1. in 2. not. nu. 7. ff. qui ſatiſd. cogan.

Vide. Aſſicuratores nauium qualiter obligentur, vel non, & quid ſit aſſicurare. Concluſ. 537.

3 Extende, quia ſecuritatis dandæ, vel faciendæ obligatio idem contineat. Bald. plene conſ. 462. Super eo quod quęritur, li. 3. & Beccius conſ. 1. n. 4.

Vide. Securitatem dare obligatus de qua intelligatur. Concluſ. 95.

4 Amplia, quia ſi profertur à lege, intelligitur de nuda, prout quando ab homine profertur ſecundũ aliquos. Signorol. d. conſ. 114. n. 2. ver. ſecundo caſu, vbi procedit niſi contrarium diſponatur.

5 Limita, quia hæc cautio, quæ datur de non offendendo, ſemper intelligitur cum fideiuſſione, & ita de conſuetudine ſeruari dicit Clar. §. fi. qu. 47. nu. 5. ver. ſed quæro.

6 Limita, quia idonea cautio intelligitur cum fideiuſſore, vel pignore. Oldrad. conſ. 68. in princ. vbi quod non ſufficit tunc hypotheca bonorum, & de iſta idonea cautione habetur in c. conſtitutus, de fideiuſſ. & ita aſſerit Papam dixiſſe in conſiſtorio ſemel, videlicet Ioann. XXII. Signorol. conſ. 114. n. 2. Beccius conſ. 1. nu. 4.

7 Contrarium, quod appellatione cautionis idoneæ ſufficiat obligatio iuratoria, cum obligatione bonorum immobilium, quia dicitur magis cauere, quam ſi det fideiuſſorem, quia hypotheca bonorum ſequitur bona, fideiuſſores vero poſſunt decoquere. Caſtr. conſ. 360. Super vltimo, lib. 1. vbi quod plus facit, ergo tantum etiam facit.

8 Extende, quia ſufficiens cautio quæ dicatur relatiue, dicit Oldrad. conſ. 68. in fi. allegat de ea haberi in c. tranſmiſſa de reſtit. ſpol. Vide Becci. conſ. 1. nu. 4. Feli. in c. ad noſtram, nu. 6. & ſeq. de iureiur.

9 Idem eſt in cautione prætoria, quia intelligitur cum fideiuſſione. Feli. d. c. ad noſtram, nu. 6. & ſeq. de iureiuran. & infra nu. 14.

10 Et competens cautio quæ dicatur, habes caſum in l. 2. §. caſum ſequutum, ff. de coliat. bonorum. Oldrad. conſ. 68. in fi.

11 Extende, quia ſatiſdatio idem eſt, quod cautio cum fideiuſſore.

12 Declara totam iſtam materiam, quia licet cautio ſufficiens, ſeu idonea importet cum fideiuſſore, & ſine illis verbis, ſola cautio importet obligationem, tamen alteratur ſecundum ſubiectam materiam, quia ſi materia ſubiecta requirit nudã obligationem, etiam quod dicatur, quod ſufficienter caueat, ſufficit obligatio. Alex. conſ. 35. Viſo proceſſu, n. 11. lib. 4. vbi apoſtil. in ver. fallit, dat concor. & dicit quod idem erit in iuratoria.

13 Limita, quia cautio intelligitur cũ fideiuſſione, quando in loco eſt conſuetudo, prout Florentię, de qua Roma. conſ. 163. Conſtitutio, col. fin. ver. vltimo.

14 Limita in cautione prolata à prætore, quia intelligitur cum fideiuſore, vel pignore. Signorol. d. conſ. 114. nu. 2. & ſupra nu. 9.

Limita

35 Limita in cautione mutiana, quia intelligitur cum fideiussore, vel pignore. Signorol.d.conſ.114. nu.2.ver. ſed in caſu noſtro.

Vide Soci. Reg. 4. Cautio quando à lege ciuili fit mentio, regulariter de nuda intelligitur, vbi limitat quatuor modis.

36 Et vbicunque fideiussoria cautio eſt danda, debet obligari generaliter in omnibus Curijs, non in vna magis, quam in alia. Caſtr. conſ.360. Super vltimo, in fi. lib.1.

Vide. Satisdatio quid ſit, & quando intelligatur cum fideiussore, & quando non. Concluſ.40.

37 Cautio durat, quantum durat inſtantia, ideo tutor, vel procurator ſi cauit de rato propter dubiam tutelam, vel dubium mandatum, poteſt repelli in ſecunda inſtantia, niſi iterum caueat, ex quo prima cautio expirauit, expirata inſtantia. Dynus.conſ.25. Quæſtio talis eſt, tutor, nu.2. vſque in fi. vbi quod cauſa appellationis eſt diuerſa à cauſa principali.

Vide plenius in ver. Satisdatio de iudicio ſiſti quamdiu duret, & quid operetur. Concluſ.42.

38 Imo cautio de non offendendo, ſi non habet tempus præciſum, durat ſolum per 30. dies, communem * dicit Clar. in §.fi.qu.47.nu.6.ver. item quæro, vbi quod debet iudex illam renouari facere, ſi non ceſſat cauſa, quia hoc de duratione conſiſtit in arbitrio iudicis, & dicit * communem.

Cautionem de pluribus ſi quis petit per dolum etiam plus petendo punitur poena. l. vnicæ, C. de plus petitio. Concluſio.

EXTENDE, quia neque eſt locus pœnitentiæ de iure etiam canonico, fallit 4. caſibus de quibus Soci. in Reg. 5. Cautionem de pluribus.

Vide plenius. Petens plus debito, qua pœna puniatur. Concluſio. 327.

Cautio de expenſis reficiendis in iudicio à quibus præſtetur. Concluſ. CLXVIII.

1 FILIVSFAMILIAS agens in iudicio tenetur præſtare cautionem de expenſis reficiendis ſi petatur. ita Caſtr. conſ.408. Quod iudex, lib. 1.

2 Fœmina, quæ non poteſt carcerari, tenetur fideiubere de expenſis in iudicio, quia vbicunque ſubeſt cauſa timendi, quod ſententia ſit eluſoria in expenſis, iudex poteſt inducere cautionem fideiuſſoriam. Caſtr.d.conſ.408. per totum, lib. 1.

3 Forenſes non ſuppoſiti, & non habentes bona in loco iudicij tenentur cauere, ſiue agant, ſiue conueniantur de expenſis reficiendis.

4 Generaliter vbicunque iudex videt ſubeſſe cauſam iuſtam inducendo cautionem fideiuſſoriam, iſtud eſt poſitum in arbitrio diſcreti iudicis. Caſtr.d. conſ.408. in fi. vbi dicit quod ita faciunt boni iudices, & ita vidit ſeruari, & ſeruauit.

5 Amplia, quia ſicut in quacunque parte iudicij poteſt iudex exigere iuramentum calumniæ, ita etiam poteſt exigere cautionem. Caſtr. d.conſil. 408. in fi. lib. 1.

6 Amplia in procuratore agente pro alio, quia tenetur ſatisdare de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo; dominus autem ſi agat, vel conueniatur per ſeipſum, non tenetur. Alex. conſ. 160. Viſo proceſſu, num. 4. & ſeq. ver. ſi autem quærimus, lib. 5.

Cautionem de iudicio ſiſti tenetur ille præſtare, qui immobilia non poſsidet, l. ſciendum, ff. qui ſatisd. cogantur. Concluſio.

VIDE Soci. Reg. 6. Cauere de iudicio, vbi limitat tribus modis.

Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Cautio de non offendendo quando præſtanda. Concluſ. CLXIX.

1 TIMENS offendi ab aliquo poteſt petere ſibi caueri de non offendendo, ſed tamen ipſe petens tenetur pariter ſatisdare, alias donec ſatisdet petens, ſi ſibi opponatur, in ſuſpenſo remanet ſatisdatio. Cephal.conſ.690. per totum, n. 5. & ſeq. Alex. conſ.78. lib.5. deciſ. capellę. Tholoſ.489. vbi apoſtil.

2 Amplia in tantum verum eſſe, quod reciproca debet eſſe ſatisdatio, vt qui primo præſtitit, dum alius præſtare recuſat, non ſit obligatus, quia remanet ſuſpenſa, vt æqualitas ſeruetur, & ſi ex aduerſo non præſtetur, præſtita quoque ſit pro non data. Cephal.d.conſ. 690. nu.6. & ſeq.

3 Vide, quia ex iuſta cauſa maritus compellitur cauere de non offendenda vxore arbitrio iudicis. Bald.conſ.166. Cæcilia receſſit, lib.1.

Vide. Vxori quando teneatur maritus cauere de non offendendo. Concluſ.402.

4 Et an debeat probari cauſa ſuſpitionis, an vero ex ſimplici ſuſpitione allegata debeat præſtari hæc cautio. Alex.conſ.78.nu.25. & ſeq. lib.5. vbi quod requiritur probatio cauſæ, & non ſtatur ſoli allegationi. Vide deciſ. Tholoſ. 489. & ibi apoſtilla. Feli. in rubr. de tregua, & pace. ver. qui timet.

5 Amplia, quia imò quando potens minatur pauperem, qui timet offendi, ſolet dari in cuſtodiam aduerſario, ſub pœna vitæ, ſi ab aliquo offendatur, & dicitur ſaluaguardia, & ita de conſuetudine ſeruari dicit Clar. in d. §. fi.qu.47.n.3. in fi.ver. quinimo in multis.

6 Amplia, quia hæc cautio intelligitur cum fideiuſſione. Clarus in praxi crimin. §. fi.quæſt.47.nu. 5. ver. ſed quæro.

7 Amplia, quia iudex poteſt cogere eum, à quo timetur de offenſa, vt caueat cum fideiuſsore de non offendendo, ſi timens hoc petat, * communem dicit Iul. Clar. in §. fi.qu.47. in princ.

8 Extende, vt procedat etiam ſi pars, quę petit ſibi caueri, ſit illa, quę dedit cauſam inimicitię, quia adhuc iudex debet compellere ad cauendū, ſecun-

* ſecundum* communem,de qua Clar.d.§.fin.q.47 num.4.ver. ſed pone.

9 Durat hæc cautio per triginta dies, ideo ſi cauſa non ceſſat, debet iudex illam renouari facere * arbitrio ſuo ſecundum *communem, de qua Clar. in §.fin.quæſt.47.num.6.ver.item quæro.

10 Limita,quia ſi hæc cautio non petatur a parte, iudex non poteſt compellere partem aliquam ad * cauendum,communem*dicit Clar.d.q. 47. nu. 3. ver.ſed nunquid.

11 Contrarium ſeruari dicit idem Clar.d.§.fin. q. 47. num. 3. vbi quod iudex debet compellere partes ad cauendum: vbi ſubeſt timor omni appellatione ceſſante, alias poteſt expellere de ciuitate, quia debet curare, quod ciuitas ſit pacata.

12 Limita, quia forenſis in loco non tenetur ſatisdare ſuo inimico timenti de eo, niſi diu moraretur in loco:vbi eſt inimicus. Marſil.in l.fi.num. 120.& ſeq.ff.de iuriſd.omn.iud.

13 Limita,quia pauper, qui non poteſt ſatisdare, admittitur iuratorie, quod intellige ſi eſt perſona honeſta bonę vocis, & famæ, alias de eo non eſſet confidendum, & debet potius in exilium mitti, quam expectare, quod delinquat. Clar. d.§. fin.quæſt.47.num.5.ver.ſed quæro.

Vide.Satisdatio quid ſit, & quando intelligatur cum fideiuſſore,vel non. Concluſ. 40.

Cautio obligatoria a quibus debeatur. Concluſio. CLXX.

1 HÆRES tenetur ſe obligare, & ſic cauere legatario de euictione rei legatę,ſiue ſit ſoluendum, ſiue ſolutum legatum. l. ſi domus. §. de euictione:vbi Bar.& alij.ff.de leg.1.

2 Obligatus aliquid facere, vel non facere tenetur cauere de faciendo,vel non faciendo,prout tenetur.Crauett.conſ.170.num.9.

Cautio quibus caſibus ſit præſtanda a ſuſpectis. Concluſ. CLXXI.

1 SVSPECTVS aliquo modo de re non barattanda, quam petit debet cauere.

2 Amplia in parentibus iudæis,quorum filius impubes ſubtractus, & baptizatus fuit, quia non audiuntur volentes penes ſe educare filium propter ſuſpicionem,ne reducant filium ad infidelitatem, niſi data idonea cautione de illo libere dimittendo cum primum factus fuerit pubes. Calderin. conſ.490.num.2. verſic. ſed ad quæſtionem, alias tertio,de iudæis.

3 Amplia in marito,qui tenetur cauere vxori de non offendendo, ſi ſubeſt iuſta cauſa, quod tamen eſt arbitrarium iudici. Bald. conſ. 176. Cæcilia receſſit.lib.1.

Vide. Vxori quando maritus teneatur cauere de non offendendo. Concluſ.402.

4 Amplia in vxore,cui maritus legauit bona mobilia, quia ſi eſt iuuenis, & ſuſpecta, ne tranſeat ad ſecunda vota, debet cauere de reſtituendo filijs mariti,ſecus ſi vxor eſſet idonea,& non ſuſpecta de tranſitu ad ſecunda vota,& hoc eſt arbitrarium iudici, conſideratis circumſtantijs.Bal.conſil.175. Caſus ſuper quo,per totum: vbi ponit 16. fundamenta,quod non teneatur cauere, poſtea ſoluit,vt ſupra.lib.3.

Vide. Statutum circa fideiuſſiones præſtandas. Concluſ.551.

5 Extende in vxore, cui maritus reliquit, quod teneat penes ſe pecunias, & mobilia, quia cenſetur in cuſtodiam eidem legare,& de ea confidere, tamen ſi redditur ſuſpecta debet cauere. Caſtren. conſ.416. Ad primum. col.1.in fin. verſic.ad tertium.lib.2

6 Amplia in vxore tranſeunte ad ſecundas nuptias, quia ſi tenetur filijs primi matrimonij reſeruare tres qnartas dotis ex forma ſtatuti, licet non teneatur ſatisdare, tamen ſecus eſt ſi ſuſpicio immineat,vel dolus debitoris intercedat,quia tenetur ſatisdare,ſecus vero ceſſante dolo,& ſuſpicione.Bal.conſ.410. An ille,qui poſt mortem.nu. 2.ver.aut lex.lib.3.

7 Extende, vt nullo modo maritus teneatur cauere filijs primi matrimonij, quia nihil cum eis contraxit,licet vxor teneretur. Bald.d.conſ.410. circa fin.

8 Reſtringe ampliationem, vt non procedat in dote, & bonis vxoris tranſeuntis ad ſecunda vota, quia nec ipſa,nec maritus tenentur cauere filijs primi matrimonij de cõſeruanda dote, etiam ſi extet ſtatutum,(prout Senis)quod mulier habẽs filios teneatur conſeruare tres partes bonorum ex quatuor ſuis filijs.Bal.conſ.19.Factum tale eſt, lib. 3. qui loquitur quando ſecundus vir poſſidebat ſtabilia.

9 Declara reſtrictionem, vt non procedat reſpectu ſimplicis obligationis etiam cum hypotheca bonorum,quia tenetur ſe obligare is qui tenetur reſeruare, ex quo ex tali obligatione non patitur damnum. Bald.d.conſ.410.circa fi.ver.cauebit tamen.lib.3.

10 Amplia, quia omnis perſona, quę alias non eſt obligata cauere obligatur quando eſt ſuſpecta. Corn.conſ.93.Licet poſſet,in princ. lib. 3. vbi loquitur in hærede obligato ad legata.

11 Extende, quia ſi eſt controuerſia,quia conuentus dicit ſe poſſidere ſtabilia, & non teneri cauere, exaduerſo petens cauere negat hoc,interim donec probet ſe poſſidere, tenetur fideiubere,quę annullatur eo ipſo,quod doceat ſe idoneum,& non teneri,ita Afflict. deciſ.109.vbi quod non reperitur caſus ab alio deciſus,& poteſt eſſe ratio,quia inſpecto præſenti ſtatu tenetur donec probet.

12 Amplia, quia obligatus ſub conditione debet cauere adueniente conditione ſecundum arbitrium iudicis. l. in omnibus. ff. de iudic. l. inter omnes. ff.qui ſatiſd. cogan.vbi quod ex cauſa tenetur cauere debitor ſub conditione, & cauſa eſt in arbitrio iudicis repoſita.

13 Extende, vt procedat nedum in actionibus bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iuris. Afflict. deciſione 108.

14 Et ideo fideicommiſſarius obligatus reſtituere fideicommiſſum poſt mortem, ſi eſt ſuſpectus de dilapidatione tenetur cauere cum fideiuſſore de reſtituendo, & non diſſipando, & ſi non poteſt cauere fit ſequeſtratio, & eidem reſpondetur

detur de fructibus, vel admittitur ad iuratoriam. Abbas conſ. 40. Venio. num. 3. verſ. ſed in hoc caſu, lib. 1.

25 Limita multis caſibus de quibus in concluſione proxima ſequente.

Cautio quibus caſibus non eſt præſtanda. Concluſio. CLXXII.

1 CAVTIO non eſt præſtanda per eum, qui perdiderat ſacculum pecuniæ, & illum eſſe probauit penes inuentorem, quia licet inuentor petat ſibi caueri per ſatiſdationem, in caſu, quo alius compareret, & illum moleſtaret, tamen non tenetur cauere. Cranett. conſ. 269. Commendabilis mercator. num. 6. ver. circa cautionem, vſque in fin. vbi late, quod obtinens aliquid ſibi deberi, non cauet, alias omnes agentes, poſtquam obtinuerunt in iudicio, deberent cauere, quod eſt abſurdum.

2 Amplia, quia mater, & ſecundus maritus non tenentur cauere filijs primi matrimonij de conſeruanda dote, & proprijs bonis matris, quia filij nullum ius habent viuente matre. Baldus conſilio 19. Factum tale eſt, libro 3. qui tamen loquitur quando ſecundus maritus poſſidet ſtabilia.

3 Amplia, quia pater licet teneatur reſeruare legitimam filijs poſt mortem, non tamen tenetur fideiubere. Bald. conſ. 410. An ille, qui poſt mortem, in princ. lib. 3.

4 Amplia in patre, qui recepit dotem filię ſoluto matrimonio per obitum viri, licet teneatur reſeruare in ſequens matrimonium, non tamen tenetur ſatiſdare. Bal. d. conſ. 410. in prin. lib. 3.

5 Declara generaliter, quia inter perſonas, inter quas non cadit ciuilis obligatio, vt inter patrem, & filium, aut auum, & nepotem in poteſtate exiſtentes, & nunquam ſatiſdatio cadit, quando pater, vel auus non dilapidant, ſi vero dilapidant, tunc auferetur ab eis libera adminiſtratio. Bald. dicto conſil. 410. circa princip. ver. ſolutio. lib. 3.

6 Amplia, quia obligatus cauere, prout in oblatore, & ſimilibus, ſi is, cui fit oblatio negat velle, quod admittatur, vel nolit recipere cautionem, tunc ſufficit oblatio ſola ſine cautione.

Vide. Oblatio debiti quando ſufficiat verbalis, vel requiratur depoſitio. Concl. 10.

7 Limita multis caſibus. in ver. Cautio quibus caſibus ſit præſtanda a ſuſpectis. Concluſ. 171.

Cauere obligatus qualiter liberetur. Concluſio. CLXXIII.

1 REGVLA eſt, quia obligatus dare fideiuſſorem in caſu condemnationis futuræ arbitrio iudicis releuatur, ſi faciat inueſtituram, vel ſuper Monte Pietatis deponat, vel inueſtiat cum præambula hypotheca in alijs bonis, quia difficile eſt inuenire fideiuſſorem. l. omnes, vt ibi Bal. col. 2. C. de Epiſ. & Cleric.

2 Extende, quia obligatus præſtare certam perſonam, puta Titium in fideiuſſorem, ſi non vult ſe obligare ille fideiuſſor, vel moreretur, tunc liberatur preſtando alium eque idoneum. l. qui autem §. ſed & ſi quis. ff. de conſti. pecu. l. illud. §. final. ff. quod met. cauſa; vbi Bald. late Marſil. in rubric. de fideiuſſ. quæſt. 30. num. 213. Iaſon. in l. ſi pater, & ibi Deci. C. de collatio. & in l. facere poſſe. ff. ſoluto. matrimon. l. labeo, la 2. §. ſi per fideiuſſores, in fin. ff. de arbitr. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cogan.

3 Amplia, quia vbicunque obligatus fideiubere propter paupertatem non poteſt illum præſtare, poteſt iudex facere ſoluere eidem pecunias cum fideiuſſore debitas, dummodo inueſtiantur ſuper Monte, vel alibi in loco tuto. Bald. conſil. 176. lib. 1. Socin. in l. mutianæ. ff. de condit. & demonſtrat.

Vide. Fideiubere obligatus qualiter liberetur, Concluſ. 318.

Cautio fideiuſſoria quibus caſibus præciſe ſit præſtanda ab omnibus. Concluſio. CLXXIV.

1 CAVTIO fideiuſſoria debet præſtari præciſe ab vſufructuario quantumcumque idoneo. Bald. conſ. 175. Caſus ſuper quo. num. 3. ver. dico ergo. lib. 3.

2 Et debet eſſe cautio idonea eum fideiuſſoribus. Guidopap. deciſ. 449. & quid ſi non poteſt præſtari, an ſufficiat iuratoria, Guidopapæ deciſione 189. & 350.

3 Extende, vt ſit idem in vſuario. Bal. conſ. 184. Pater diſponenti. num. 4. lib. 2.

4 Extende in legatario librorum ad vitam ſuam, quia eandem dare tenetur cautionem, prout vſufructuarius. l. 1. C. de vſufruct.

Vide. Cautio. vſufructuarij, vel legatarij quid operetur. Concluſ. 176.

Vide. Vſufructuarius ſtabilium, & mobilium qualiter, & de quibus cauere debet. Concluſ. 304.

5 Amplia in omnibus caſibus, in quibus ſpecialiter ex ordine legis eſt præſtanda, quia idoneitas non excuſat. Bald. dicto conſ. 175. num. 3. ver. dico ergo. lib. 3.

6 Imo, quia quando lex abſolute mandat ſatiſdari, in tantum ſatiſdari debet, vt ſi omittatur ab homine ſatiſdatio, fingitur facta promiſſio, & obligatio. Bald. conſ. 410. An ille qui poſt mortem, circa me. ver. aut imminet onus reſeruationis ex diſpoſitione legali. li. 3. vbi quod ſi lex cum diſtinctione procedit, ſecundum diſtinctionem eſt ſatiſdandum, vel non.

7 Extende in omni grauato ad reſtitutionem a lege, quia interim pendente euentu reſtitutionis debet cauere, vt in extraneo dante dotem, quia acquiritur actio mulieri, cui eo caſu eſt cauendum. Bald. d. conſ. 175. num. 2. verſ. in contrarium. lib. 3.

8 Reſtringe quando lex ſolum mandat reſeruari aliquid, puta filijs primi matrimonij partem ſuam dotis, quia non fit ſatiſdatio, ex quo lex,

Digitized by Google

lex, vel statutum non procedit vlterius, nisi adsit suspicio. Bald. d. cons. 410. nu. 1. vers. aut lex non procedit. lib. 3.

9 Declara, quia si est controuersia inter eum, cui debetur res de præsenti cum onere restituendi, & eum, cui est ad tempus facienda restitutio, & vterque vult fideiubere alteri præfertur ille, qui habet ius de presenti habenti ius de futuro, & idem est si vterque est in negligentia fideiubendi, quia præfertur habens ius de præsenti, secus vero si vnus fideiuberet, & alter non, quia fideiubens alteri non fideiubenti præfertur. Bald. cons. 410. post med. versic. nam aut vterque offert. lib. 3.

10 Amplia idem in legatario ad tempus, vt interim teneatur fideiubere de restituendo. l. fin. C. de legat.

11 Extende, vt idem sit in hærede, qui tenetur cauere de soluendo legato in diem, vel sub conditione. Corn. cons. 93. Licet posset, in princ. lib. 3.

12 Extende in omni legatario, cui sub conditione, vel modo legatur, quia tenetur cauere de restituendo in casu non implementi. Bald. cons. 284. num. 3. vsque in fin. lib. 2. vbi loquitur de legato librorum facto pro filio, vt studeat legibus, quia si non profiteretur, debet restituere libros.

13 Extende, quia legatarius cui factum est legatum si Berta dotem non petierit, tenetur cauere, quod Berta non petet, alias legatum restituet. l. quibus diebus. §. final. ff. de condition. & demonstrat. l. pater, & l. 2. circa princ. ff. de dote prælega. Castren. plene cons. 189. Videtur dicendum. lib. 1. vbi est casus.

14 Extende quando constat, quod is, qui iussus est non petere, habet ius, quia licet non petat legatarius debet cauere, quod non petet, secus si ius non haberet, quia eo casu etiam si eluforie peteret, non teneretur cauere. Castrens. d. consil. 189. in princip. & per totum. lib. 1. ver. nec obstat, vsque in fi.

15 Idem est in legato vxori facto, si vitam vidualem seruauerit, quia tenetur cauere pro valore rerum mobilium, & armesiorum sibi relictorum, sub ista conditione. Bal. cons. 194. Punctus primo, in fi. lib. 5.

16 Idem est si legatum esset ad vitam vxoris simpliciter, quia debet cauere de fruendo arbitrio boni viri, & restituendo finito vsufructu. Guidopapæ decis. 248.

17 Amplia in obligato restituere ex vltima voluntate, quia tenetur cauere cum fideiussore. Bald. d. cons. 175. num. 2. ver. sed magis possumus. lib. 3.

18 Et quod hæres grauatus de restituendo legata, vel fideicommissa teneatur instante legatario, vel fideicommissario fideiubere de restituendo, & conficere inuentarium, quia aliter non esset benesuccursum. Alex. cons. 58. lib. 3. Socin. cons. 51. in princ. lib. 3. & probatur in l. cum tale: vbi Bart. ff. de cond. & demonstr.

19 Extende generaliter in omni reseruatione, vel restitutione facienda, quæ habet ordinationem ab vltima voluntate si est inter personas extraneas, & inter quas cadere potest naturalis obligatio, quia semper fideiussio est præstanda, quæ debet continere omnes qualitates vltimæ voluntatis in tantum, vt fideiussio non sit contractus, sed vltima voluntas. Bal. cons. 410. An ille, qui post mortem, circa princ. ver. solutio, aut loquimur. lib. 3.

20 Restringe quando restitutio esset facienda ex vltima voluntate personis, inter quas non cadit obligatio ciuilis, vt in patre, & filio in potestate existente, quia nunquam datur satisdatio, etiam si pater dilapidaret, sed ab eo tali casu auferetur administratio. Bald. d. cons. 410. in princ. ver. solutio. lib. 3.

21 Restringe in patre, & matre grauatis de restituendo filijs, quia ipsi non tenentur cauere, nisi in duobus casibus, videlicet si testator præcepit, vel si grauatus transiuerit ad secunda vota. Abb. cons. 79. Illud de iure. lib. 1.

22 Restringe, quia non debet præstari hæc cautio, nisi illis, quibus hæreditas, vel legatum, aut fideicommissum debet restitui, alijs vero non. Ang. cons. 91. Sancta Carmelitarum. col. penul. circa fi. ver. de sexto.

23 Restringe in filiis, & descendentibus testatoris, quia non tenentur fideiubere. l. iubemus. §. 1. ff. ad Trebel. Iaf. in l. fi. in 4. not. C. de legat.

24 Restringe, nisi testator remisisset hanc cautionem, quia potest. l. 2. C. vt in poss. legat. l. pen. eod. tit. etiam si hæres esset lusor, & dilapidator bonorum. l. fin. ff. vt legat. nomi. caueatur. Iaf. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. num. 5.

25 Declara tamen restrictionem, quia remissio cautionis facta per testatorem non includit dolum, neque latam culpam in deteriorando, vel abutendo. Castr. in l. cum seruus. §. cum quid. ff. de leg. 1. Bal. qui declarat in l. filium quem habentem, in fi. C. famil. herciſc.

26 Amplia in obligato obtinente dilationem ex rescripto Principis, quia debet cauere cum satisdatione. l. vniuersa. C. de preci. imper. offer. Bald. d. cons. 175. in fi. ver. alius casus, de rescript. libr. 3. Petr. de Ancharan. consil. 37. Contra Ioannem in princip. Roman. consil. 439. num. 9. ver. tertio, & infra num. 29.

Vide. Moratoria qualiter concedenda debitoribus. Conclus. 383.

27 Amplia in omni persona, cui miserationis causa datur dilatio ad soluendum, prout in marito obligato restituere dotem consistentem in pecunia, vel mobilibus. l. si constante. §. quoties. ff. solu. matrim. Roman. consil. 439. Circa primum. num. 9. ver. quoad tertium.

28 Idem est in debitore condemnato ad soluendum, cui datur terminus miserationis causa, quia compellitur cauere. l. si debitori. ff. de iudic. Rom. d. cons. 439. nu. 9. ver. secundo videmus.

29 Idem est quando Princeps concedit dilationem alicui ad soluendum debita, quia debet cauere. l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. Ro. d. cons. 439. num. 9. ver. tertio, & supra. nu. 26.

30 Idem est in eo, qui petit admitti ad cessionem bonorum, vel quinquennalem, quia si obtinet quinquennalem debet cauere. Roma. d. cons. 439. num. 9. & seq.

31 Amplia in obligato ad tempus ex contractu, quando superuenit noua causa, alias non, si non est effectus suspectus, quod arbitrio iudicis relinquitur. Bald. dicto consil. 176. num. 3. ver. secundo casu. lib. 3.

32 Declara regulariter in omnibus reseruationibus, vel obligationibus de restituendo ortum habentibus ex contractu, quia semper est præstanda cautio, quod adueniente tempore fiet implementum, videlicet idonea persona, tenetur se, & bona

bona sua obligare, suspecta vero tenetur fideiussorem idoneum præstare, quod arbitrarium est iudigi an sit suspecta, vel non. Bald.cons. 410. ante med. ver. aut imminet onus, lib. 3.

33 Amplia in obligato ex forma statuti aliquid reseruare, quia si subest suspicio, vel dolus, vt quia ius iniquum dilationis impetrauit, tenetur cauere cum satisdatione, alias cessante suspicione, & dolo, qui tenetur reseruare vigore statuti, non tenetur satisdare, maxime si statutum sit contra ius. Bald.cons. 410. num. 2. vers. aut lex non procedit, vsque in fin. lib. 3.

34 Declara, quia vbicunque quis non tenetur cauere cum satisdatione, tenetur tamen cauere cum obligatione bonorum, quia talis obligatio nullum damnum affert. Bald. d. cons. 410. in fin. libro 3.

35 Amplia in hæredibus, vel alijs, quibus defertur hæreditas ob priuationem hæredis instituti, quia non impleuerit mentem testatoris, quia ad hoc vt alius admittatur, requiritur quod prius idonee caueat de implemento faciendo, alias non admittitur. Bald.cons. 346. Pollionus montis, in fin. lib. 4.

36 Amplia in hærede dato sub pœna priuationis, quatenus alienet bona hæreditatis, quia censetur datus sub conditione negatiua nõ alienandi, quo casu tenetur cauere de non alienando, & donec caueat non est hæres. Ang.cons. 168. Testator in omnibus, col. 2. in prin. ver. imo recte inspiciẽdo.

37 Declara tamen secundum Ang.d. cons. 168. col. 2. in princ. quod cautio habet locum super facto negatiuo, quando adest cohæres, alias secus, & dicit eo casu hæredem in re certa dici cohæredem ad hunc effectum, etiam si sit iussus plus petere non posse.

38 Amplia in eo, qui tenetur modum implere, siue ex vltima voluntate, siue ex contractu. Ang.cons. 163. per totum, vbi distinguit.

Vide. Modus quando inducat causam finalem, & quid operetur. Concluſ. 300.

39 Amplia in eo, qui habet laudum purum sub conditione suspensum, & sublatum per aliud laudum, quia donec cõditio secundi laudi purificetur, primum purum dicitur, & exequi debet data cautione. Angel.cons. 203. per tot. vbi casus.

40 Amplia, quia omnis, qui non tenetur cauere, bene tenetur, si est suspectus. Corne. cons. 93. in princ. lib. 3. vbi loquitur in hærede obligato ad legata. Castr.cons. 416. col. 1. in fi. ver. ad tertium, libro 2.

Vide. Cautio quibus casibus sit præstanda a suspectis. Conclusio. 171.

41 Amplia in eo, qui condemnatur de turbata possessione, quia condemnari debet, nedum ad desistendum, sed etiam ad cauendum in futurum de non turbando. Bart. in l. 1. §. interdictum, nu. 10. & vti possidetis.

Cautio iuratoria quando admittenda. Conclusio. CLXXV.

1 IVRATORIA cautio semper admittitur, quando is qui debet cauere cum fideiussore, nõ potest ob sui paupertatẽ. Guidop. dec. 189. in fi.

2 Contrarium apostill. ad decis. Guidopap. 189. vbi quod quando lex nõ dicit, debet dari cautio, prout lex dicit, quia si voluisset admittere iuratoriam dixisset.

3 Declara, quia si persona, quæ debet fideiubere, est suspecta, compellitur fideiubere, vel fit sequestratio, si vero non est suspecta, admittitur iuratoria, ita apostill. ad decis. Guidopap. 189. in ver. iuratoriam.

4 Amplia, quia iuratoria cautio admittitur in eo, qui tenetur Mutianam cautionem præstare.

Vide. Cautio Mutiana quid sit, & qualiter præstanda. Conclus. 177.

5 Amplia, quia cautio vbi est præstanda idonee, licet intelligatur, quod dentur pignora, vel fideiussores, tamen si præstare debens cautionem est pauper, admittitur cum iuramento si aliter cauere non potest. Gemin. cons. 58. in fin. ver. item posito. Ias. in l. 1. ff. qui satisd. cogan. nu. 23. Alex. cons. 57. colum. penul. vol. 3. apostilla ad Roman. cons. 439. Quoad primum, in ver. quod sic, vbi, quod ita quotidie practicatur.

6 Contrarium, quod imo quando quis necessario tenetur satisdare, prout in eo, qui vult admitti ad dilationem quinquennalem, non sufficiat iuratoria cautio, plene Roman. cons. 439. nu. 10. ver. contrarium verius, vbi apostill. fin. in ver. non sufficit, dat concord.

7 Declara hanc materiam, quando admittatur iuratoria, vel non, & dicas, quod non admittitur, si potest fideiubere, si non potest, & iurat, tunc duæ sunt opiniones, vna quod fiat sequestratio rei reſpondendo de fructibus, alia quod admittatur iuratoria, & hæc est verior, nisi semel fraudauerit, vel sit valde suspectus, ita Abb. cons. 40. nu. 3. lib. 1. allegat glo. not. in l. postquam. §. in præsenti. ff. vt legat. nomi. caueatur.

8 Declarat aliter Rom. cons. 419. in fin. quia si lex requirit satisdationem necessario, non admittitur iuratoria, prout in vsufructu, in tutore, & similibus, quia reijciuntur, si non cauent, & casus in quibus quis admittitur ad iuratoriam, sunt speciales.

9 Et quæ requirantur, vt valeat iuratoria cautio quando est admittenda. Soein. cons. 231. colum. 2. ver. primo probatur. lib. 2. Alex. cons. 57. Ponderatis, nu. 7. & seq. lib. 3. vbi, quod debet iurare, quod non potest reperire fideiussorem, secũdo debet se obligare, & omnia bona sua; tertio, quod non possit etiã alibi fideiubere, si creditor esset paratus alibi acceptare fideiussorem.

Vide plenius. Satisdatio de iudicio sisti, & iudicato soluendo, a quibus præstanda, vel non. Concluſ. 39. num. 18. & multis seqq.

10 Amplia in marito, & vxore, quia si maritus est pauper, nec potest cauere cum fideiussore de non offendenda vxore, vel si causa non sit grauis, vel si maritus est honestæ, & emendatæ famæ, statur iuratoriæ, prout arbitrium iudicis dictauerit. Bald. cons. 176. Cæcilia recessit, num. 2. ver. generaliter, libro 1.

Vide plenius. Vxori quando teneatur maritus cauere de non offendendo. Concl. 402.

11 Amplia in vsufructuario religioso paupere dispensato ad obtinendum vsumfructum, quia sufficit iuratoria cautio. Ang. cons. 91. Sancta Carmelitarum, in fin. vbi recitat opiniones, & ita distinguit, quando cessat mala præsumptio.

11 Extende etiam in alio vſufructuario paupere, quia ſi non poteſt in loco fideiubere debet admitti extra locum eiuſdem Prouinciæ quando ſunt ſub eodem Principe: ſi vero ſunt diuerſæ iuriſdictionis, etiam admittitur in loco vicino non multum remoto, quod eſt arbitrarium iudici, ſi non poteſt vllo modo fideiubere admittitur ad iuratoriam cum ſequeſtratione, dummodo iuret non poſſe fideiubere, & obliget ſe, & bona ſua omnia. Alexand. conſ. 57. Ponderatis. num. 5. & ſeq. per totum. lib. 3.

13 Amplia etiam ſtante ſtatuto, quod non audiatur forenſis, niſi præſtita idonea cautione de ſtando iuri, & iudicato ſoluendo, quia ſi non poteſt cauere admittitur iuratoria cautio, plene Alex. conſ. 57. Ponderatis verbis. num. 8. lib. 3. & idem in ſtatuto Ianuæ conſuluit Bertran. conſ. 103. nu. 13. & conſ. 154. num. 8. in 1. par. lib. 2. vbi quod ex quo Ianuenſes non admiſerunt ad iuratoriam non volentem cauere aliter, denegarunt iuſtitiam, & poſſunt concedi repreſaliæ.

Vide. Statutum circa fideiuſſiones præſtandas. Concluſ. 551.

14 Extende generaliter in omni obligato cauere, vel fideiubere, quia ſi non poteſt propter inopiam, vel quia forenſis eſt admittitur ad cautionem iuratoriam. Iaſ. in auth. cum locum. nu. 8. C. de indicta vid. tollen.

Vide plenius in ver. Satisdatio de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo a quibus præſtanda, & quando. Concl. 39. n. 28. & multis ſeq.

15 Reſtringe niſi culpa ſua, vel dolo ſuo propter malos mores non reperiret, quia non ſtatur iuratoriæ cautioni. Bald. & ibi poſt alios Iaſ. in auth. cum locum. n. 8. C. de indi. vid. tollen.

16 Amplia in eo, qui petit exequutionem ſententiæ pendente ſupplicatione, quia debet fideiubere, ſed tamen iuratoria cautio ſufficit. Guidop. deciſ. 189. n. 2. & ſeq. vbi quod ſufficit, quod iuret credere non poſſe reperire.

17 Contrarium apoſt. ad deciſ. 189. quod debet iurare non poſſe, & quod ſi eſt ſuſpecta perſona non admittitur, ſed fit ſequeſtratio.

18 Amplia, quia illuſtres perſonæ de iure communi non tenentur fideiubere, ſed ſtatur ſemper eorum iuratoriæ cautioni loco fideiuſſionis. l. quoties. C. de dignit. lib. 12.

19 Contrarium ſeruari dicit Clar. in §. fi. q. 46. nu. 16. ver. ſcias autem.

20 Qualiter autem probetur, quod nõ poſſit quis reperire fideiuſſorem, dicas, quod ſtatur iuramento aſſerentis, quod credit ſe non poſſe reperire fideiuſſores. Guidop. deciſ. 189. Circa materiã. n. 2. & hoc eſt verum de iure communi. Clar. in §. fi. q. 46. nu. 15. vbi plures citat Abb. conſ. 40. Venio ad primum. num. 3. lib. 1.

21 Contrarium tenet Iaſ. in auth. cum locum. C. de indict. viduit. tollen. num. 9. vbi inducit tex. in l. 1. §. 1. C. de aſſertio. tollen. in ver. omnes vero: vbi dicitur ſi vero datio fideiuſſoris ſit impoſſibilis, hocque iudici manifeſte oſtendatur, tunc iuratoriæ cautioni debet committi, & dicit cogitandum.

22 Declara, quia iudex ſummarie ſe informat, an habeat bona, & ſit talis, qualem ſe facit, & hoc comperto ſtatur tunc eius iuramento. Clar. in §. fi. q. 46. nu. 15. vbi quod ita ſeruatur.

23 Vide plenam apoſtill. ad Guidopapæ dicta deciſio 189. in ver. iuratoriam, & in ver. quod credit: vbi quod imo debet iurare, quod non poteſt inuenire fideiuſſorem., nec ſufficit iurare quod credit.

24 Amplia, quia quod dicitur de cautione iuratoria idem eſt de fideiuſſore non reperto in loco, vt admittatur in alio loco, & idem eſt de fideiuſſore non idoneo, vt admittatur, ſi iuret is qui debet præſtare non reperire alium.

Vide. Fideiuſſor in quo loco dari poſſit. Concluſio. 390.

Cautio vſufructuarij, & legatarij quid operetur. Concluſio. CLXXVI.

1 CAVTIO vſufructuarii, vel legatarij operatur, vt ille, poſtquam fuerit præſtita, dicatur ſe obligaſſe ad cuſtodiam, & ideo facit fructus ſuos, quos propria authoritate poteſt percipere, abſq. eo, quod capiat de manu hæredis. Petr. de Anch. conſ. 3. Non dubium. num. 6. ver. ſecundo poſito, vſque in fi.

Vide. Cautio fideiuſſoria quibus caſibus ſit præſtanda præciſe ab omnibus. Concluſ. 174.

Vide. Vſufructuarius qualiter, & de quibus cauere debeat. Concluſ. 304.

2 Declara, vt procedat maxime in incorporalibus, in quibus ſola patientia præſtatur, ſecus autem eſt, ſeu ſaltem maius dubium eſt in corporalibus, in quibus traditio requiritur, quia ſola cautio non operatur hoc, vt dubitatiue ponit Anch. d. conſ. 3 in fi.

3 Contrarium de directo tenet Petr. de Anchar. conſ. 360. per totum: vbi quod cautio non operatur, quod propria authoritate legatarius vſufructus, ſiue corporalium, ſiue incorporalium poſſit habere vſumfructum ſine traditione, vel ſine ceſſione, & quod licet dominium in legatarium tranſeat, tamen intelligitur quando legatum eſt plenum, ſecus autem ſi in vſufructu tantum.

4 Amplia, quia vſufructuarius ante præſtitam cautionem non facit fructus ſuos.

Vide. Vſufructuarius ante præſtitam fideiuſſionem non facit fructus ſuos. Concluſio. 306.

Cautio Mutiana quid ſit, & qualiter præſtanda. Concluſio. CLXXVII.

1 CAVTIO Mutiana a Quinto Mutio adinuenta prouidet implemento negatiuo in hæreditatibus, & legatis relictis ſub conditione negatiua, ſi non moleſtauerit, vel non fecerit legatarius, vel hæres, quæ conditio cum ſit poteſtatiua, & obligatus implere poſſet cõtrauenire in vltimo vitæ ſpiritu, non poterat capere dũ viueret, ideo fuit prouiſum quod data cautione de non contraueniendo conſequatur hæreditatem, vel legatum. l. Mutianæ. ff. de condit. & demonſtra. vbi Socin. Iaſ. in l. dedi. ff. de cond. cauſa data. num. 15. & ſequen. hæc cautio ſuccedit loco implementi l. Mutianæ. l. is cui. l. cum ſub hac. l. Titio fundus. ff. de condit. & demonſtrat. Ruin. conſ. 170. lib. 3.

li.3.Bar.conſ.156. Titius.n.4. ver.ſimile, & conſ. 177.num.5. ver.ſicut lex.lib.1.

2 Et ſi hæc cautio non eſſet adinuenta,quæ ſuccedit loco implementi.Ruin. d.conſ.170.lib.3.diſpoſitio eluſoria redderetur, quia cum non debeatur legatum ante implementum, & non poſſit impleri,niſi in actu moriendi , quia tunc eſt certum, quod non contraueniet, eſſet ſine effectu. Bal.in l. Mutianę in fi.ff.de cõd.&demon.Guidop.dec.249.

3 Vide Conditionum multæ ſpecies,& quæ.Con cluſ.578.nu.14.& ſeq.

4 Et qualiter fit præſtanda hæc cautio,an cum fideiuſſore, vel ſola obligatio ſufficiat præſtare debentis,declara,vt per Iaſ. poſt alios in auth. cum locum.C.de indi.viduit. tollen. num. 8. & ſeq. vt ſufficiat ſola cautio, & obligatio cauere debentis cum hypotheca quoad ſtabilia, quo vero ad mobilia requiritur fideiuſſio, & ſi non poteſt reperire ſufficiat iuratoria cum diſtinctione:vt ibi.

5 Imo, quod talis cautio Mutiana , cum requiratur a lege, debet præſtari cum fideiuſſore, per Docto. in dicta l. Mutianę. ff. de condition. & demonſt. & in l. 1. ff. qui ſatiſd.cogan.

6 Et debet continere,quod non contrafaciet,alias quod reſtituet rem cum fructibus perceptis,& percipiendis,vt ibi habetur.

7 Remitti tamen poteſt hęc cautio à teſtatore, auth.de nup.§.quę vero.Rui.conſ.170.lib.3.

8 Præſtari debet hęc cautio ante litem,vel in ipſo actu litis motæ, etiam ſi non petatur,debet illam offerre,vel præſtare.Soci.in d.l.Mutianæ.ff.de condit.& demonſtr.nu.6.Ruin.conſ.170.num.7.lib.3. Grat.conſ.102.nu.45.lib.2.

9 Et ante non competit exequutio inſtrumenti habentis exequutionem paratam,niſipurificata conditione, vel impleto modo per cautionem l. Mutianę,&l.mulier.§.1.l.hæres.§.qui poſt.ff.de cond. & demonſtr.

10 Et quando opponitur per partem hæc exceptio dicitur exceptio litis finitę. Nouiz. conſilio 55.vbi loquitur in legato facto fratribus S.Franciſci cum onere celebrandi miſſas , quia non poſſunt agere niſi præſtent cautionem de implendo.

11 Declara,quia imo debet peti hæc cautio,alias non debet præſtari. Ruin. conſ.88.nu.9.lib.5. Iaſ. multa congerit in ſimili in l.vuiuerſa.C.de preci. imper.offer.& eſt verum, ſi legatarius poſſidet, ſi vero agit debet offerre .

12 Amplia, quia vbicunque legatum, vel alia diſpoſitio eſt ſub conditione negatiua illud non debetur, niſi præſtita cautione Mutiana , quę loco implementi conditionis negatiuæ habetur.l. Mutianæ.ff.de cond.& demonſtr.Ruin.conſ.17. lib. 2. & conſ.40.col.fi.eod.lib.idem Rui.conſ.34.& conſil.190.col.1.li.2.& conſ.170.lib.3.facit auth. cui relictum.C.de indict.vid.tollen.

13 Extende, vt idem ſit in conditione affirmatiua quæ reſoluitur in negatiuam, puta legatur mulieri ſi vidua ſteterit, quia reſoluitur in negatiuam ſi non nupſerit.Ruin conſ.34.& conſ.190.col. penult.lib.2.

14 Et quod debeat præſtari cautioMutiana etiam in conditionibus affimatiuis quando reſoluitur in negatiuam, puta ſi vidua ſteterit,hoc eſt ſi non nupſerit , ſi habitauerit cum filijs , videlicet ſi non receſſerit ab eis . Iaſ. in l. ſiue apud.C.de tranſact.

15 Reſtringe ſecus eſſe ſi fuerit dictum, donec nupſerit, quia non eſt opus cautione Mutiana . Docto.*communiter in l.fi.C.de indict. vidui.tollen. Ruin.d.conſ.170.lib.3.

16 Amplia , quia habet locum vbicunque iubetur aliquis non moleſtare , cui fit legatum , quia ſi de moleſtia facti intelligitur , debet cauere ſecundum Mutianam,ſi vult legatum.Signo.d.conſ. 114.in princ.ver. ſi vero .

17 Declara , quia ſi conſtat de mente teſtatoris, quod imo nõ voluit per cautionẽ Mutianam conditionẽ negatiuam haberi pro impleta, tunc impeditur etiam libertas , ita Bartol. dicto conſil. 156.num.4. ver. ſimile , & conſil.177.num.5.ver. ſicut lex.lib.1.& iterum conſ. 81. num.4.verſic.ſimile.lib.2.

18 Limita quando is , qui debet præſtare talem cautionem , iurat ad delationem iudicis: fideiuſſores præſtare non poſſe, nec reperire,quia ſi hoc iudici videtur veriſimile ſtetur eius arbitrio , vt * per Docto.omnes in d.l.1.ff.qui ſatiſd. cogan. vbi Socin. & Iaſon, & idem Socin. conſ.120. cum in præſenti . columna tertia . verſ. ſeptimo ita demum. libr. 2. ſi modo perſona non ſit talis , cui credi non debeat , quia tunc ſufficit iuratoria cautio cum hypotheca bonorum de reſtituendo in caſu contrauentionis . Alexand. in l.ſi fideiuſſor. §. qui neceſſaria, numero ſecundo. ff. qui ſatiſd. cogantur,& eſt tex. in authen. cui relictum. C. de indict. viduit. tollend. & clarius in corpore vnde ſumitur in auth.de nupc.§.quę vero.ver. ſi vero tranſire : vbi forma cautionis datur.

19 Limita , quia in contractibus non habet locum cautio Mutiana.Iaſ.d.l.dedi.n.15.ff.de cõd. cauſa * data: vbi dicit *communem.

20 Limita , quia non habet locum in libertate.Socin.d.l.Mutianę,in princ.ver. hoc tamen fallit. ff. de cond.& demonſtr.

21 Extende in legato pio, velſi pia cauſa inſtituitur Soci.vbi ſupra.nu.2.Iaſ.in l.dedi ad ſi.ff. de cond. cauſa data.

22 Extende, quia in modo non habet locum,licet in conditione ſic.Soci.in l.Mutianę.num.6.ff. de cond.& demonſtr.

23 Limita, quia non habet locum in eo,qui habet ius aliquod in hęreditate , & eidem legatur ſub conditione , quod non moleſtet , quia intelligitur de iure,ideo cedendo non cauet,ita Signorol. conſ.114.in princ.

24 Limita , quia non eſt locus Mutianæ cautioni, quando legatum eſſet temporale,vel per verbum donec, quia debetur , quod procedit in legatis annuis. Bald. & alij in l. fin. C. de indicta viduit tollen.

25 Reſtringe in hereditate , inſtitutione facta,donec caſte vixerit , quia ratione futuri temporis eſt cauendum cum ſit relictum, quod requirit perſeuerantiam voluntatis ſecundum Bal. in l. fin.C. de indicta vidui. tollend. Aretin. in tract. de teſtam.in ver.donec caſte , & honeſte vixerit. colum.4.&quę de legato dicunt Docto.non obſtant, quia diuerſũ eſt in hereditate. Iaſ. in l.ſiue apud. column. 5. C. de tranſact. Caſtrenſ. in dicta l. fi. poſt Bal.C.de indict. vidui. tollen.& idem tenent repet.in l.Titia.§.Titia cum nuberet. ff. de leg. 2. num.255. vbi quod aut fuerunt appoſita illa verba , ſi non nupſerit, vel ſi in viduitate ſteterit, relinquo alimenta , vel vſumfructum , & tunc

tenetur cauere ſecundum formam auth. cui relictum C. de indicta vidui tollen. ſi vero fuerit dictum, donec, & quouſque, tunc non præſtat iſtam cautionem, ſed vti debet legato donec nubat, ſecundum Bal. in d. l. ſi. ver. quarto quæritur, ſecus ſi teſtator dicat inſtituo vxorem donec caſte vixerit, quia tunc tenetur præſtare Mutianam ſecundum Bald. ibi qui aſſignat rationem.

Cæcus quorum ſit capax, vel non & qualiter probetur, vel præſumatur. Concluſ. CLXXVIII.

1 CÆCVS non eſt capax, vt acquirat magiſtratum. l. 1. §. caſum. ff. de poſtulando.

2 Extende vt procedat etiam ſi eſſet iam electus antequam eſſet cæcus, quia ſi electio requirat confirmationem, & antequam fiat confirmatio, efficiatur cæcus non poteſt habere officium, vel magiſtratum, ad quem erat electus. Abb. conſ. 47. Videtur primo, in princ. lib. 1.

Vide. Facta multa tenent, quæ fieri de nouo prohibentur. Concluſ. 12.

3 Reſtringe quando iam haberet officium, & ſuperueniret cæcitas, quia illud retinet, quia multa facta tenent. Abb. d. conſ. 47. in princ. lib. 1. allegat gl. in l. cæcus. ff. de iudic.

4 Reſtringe quando iam eſſet electus, & electio non expectat aliam confirmationem. Abbas dicto conſ. 47. per tot. lib. 1. vbi eſt caſus, quod imbuſſolatus ſanus poteſt habere officium, & magiſtratum, licet quando extrahitur fit cæcus, quia ex quo non requiritur alia confirmatio electionis, eſt ius quæſitum, & debet retinere, quia per ſolam electionem, & imbuſſolationem acquiritur ius abſenti etiam inuito, licet non acquiratur adminiſtratio.

5 Declara, quod filius cæcus ſuccedit in fœudo, & dignitate patris iam quæſito per patrem, ſecus in fœudo, & dignitate acquirenda poſt cæcitatem. Abb. d. conſ. 47. nu. 2. verſi. ſecundo ad idem: vbi quod ſola ſpes quæſita non repellit, quia eſt radicata, & conſiderabilis.

6 Amplia, quia teſtis eſſe nõ poteſt cæcus, & quãdo ſecus, qualiter probetur, vel pſumatur cæcitas. Vide plene per Mascard. concluſ. 278. Cæcitas quomodo poſſit probari.

Cæcus qualiter teſtari, & contrahere poſsit: Concluſio. CLXXIX.

1 CÆCVS teſtari non poteſt niſi ſeruata forma l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamenta facere poſſunt, quæ requirit ſeptem teſtes, & notarium, vel loco notarij ſi haberi non poteſt octauum teſtem, & quod hæres inſtituatur cum nomine, cognomine, & demonſtrationibus clarís; item quod tam notarius, quam teſtes ſubſcribant.

2 Extende, vt idem ſit in codicillis. d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſunt.

3 Limita in donatione inter viuos, & alijs contractibus, quia poteſt donare, & cõtrahere, prout quilibet alius. Alexand. conſ. 12. Viſo inſtrumento donationis. lib. 1.

4 Limita in donatione cauſa mortis, quia poterit donare, prout alij, qui donant, quia. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam. facere poſſ. non habet locum in donatione cauſa mortis, quæ æquiparatur contractui quoad ſui ordinationem. Bal. conſ. 248. An. cæcus, quod eſt Aloyſij de Peruſio, & conſ. 249. Doctor meus, quod eſt Marci Angeli de Peruſio. lib. 5. vbi quod Petrus de Peruſio ita conſuluit, ſequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. facere poſſ. in ver. obſeruatis, in fin. & hęc eſt magis * communis opinio. Bal. in l. hac conſultiſsima. col. pen. ver. ſed quæro nunquid requiratur: vbi Fulgoſ. C. qui teſta. facere poſſ. Alex. in l. 2. col. pen. ff. de leg. 1. & in l. 2. in finalibus verbis. ff. de ver. oblig. Bald. d. conſ. 248. n. 2. lib. 5. Ro. in l. tam is. ff. de donat. cauſa mort. Iaſ. conſ. 16. Omiſsis quibuſcunque. lib. 1. vbi dicit, quod nemo de mũdo cõtradicit Baldo in hoc. Durant. de art. teſtan. fol. 15. n. 5. & ratio eſt, quia donatio cauſa mortis, prout in eſſe deducitur, æquiparatur contractui, non vltimæ voluntati, ſecus poſtquam eſt in eſſe deducta, quia tunc cenſetur vltima voluntas, vt per Docto. d. l. 2. ff. de leg. 1.

Vide. Donatio cauſa mortis in quibus habet effectum vltimę voluntatis. Concluſ. 663. & Concl. ibi prox. ſeq.

5 Contrarium, quod imo in donatione cauſa mortis debeat ſeruari ſolemnitas. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam facere poſſunt, tenet Natta in repet. d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. num. 43. & ſeq. Ruin. d. l. 2. ff. de legat. 1. vbi quod eſt dubia opinio.

Cedens bonis a debito liberatur, & quando ſecus. Concluſio.

VIDE Soci. reg. 7. Cedens bonis: vbi ampliat tribus modis, & limitat 18. modis.

Vide etiam incertum authorem poſt regulas Soci. regula 1. Ceſsione bonorum quis liberatur limitat octo modis.

Vide. Ceſsio bonorum ad quid inuenta, & quid operetur. Concluſ. 217.

Cedens bonis quando dicatur ad pinguiorem fortunam veniſſe, vt teneatur. Concl. CLXXX.

1 CEDENS bonis, vel alias obligans ſe, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, ſi efficiatur Epiſcopus, non dicitur veniſſe ad pinguiorem fortunam, vt teneatur ex fructibus ſui Epiſcopatus, quia ex eis non poteſt ſoluere ſua debita ſine licentia Papæ. Baldus conſilio 208. Super predicto puncto lib. 2.

Digitized by Google

lib.2.vbi quod illa verba si deuenerit ad pinguio rem fortunam intelliguntur conniuentibus oculis, quando ex hereditate, vel lucro operis aliquid acquiret.

Cedens bonis non tenetur nisi in quantum facere potest. Conclusio.

VIDE Soci.reg.3.Cedens bonis non tenetur, vbi limitat quatuor modis.

Cedens ad quid obligetur cessionario, & e contra. Concluſ. CLXXXI.

1 CEDENS obligatur cessionario manutenere debitorem vere esse debitorem,non tamen tenetur facere illum esse exigibilem, si in specie non est promissum.Doctor. in l.nomen,cum l.seq. ff.de hered.vel actio.vendi.Alex.cons. 242. in fin. & ibi apostil.lib.4.gl.& Doct.in l.si plus.§.fi.ff.de euictio.Bar.in l.1.ff.ad Maced.Bal. in l. prædia. col.2.C.de fideicommiss. & aliquid cons.52.lib.3. plene Castr.cons.170.Viso puncto.n.2.lib.2.

Vide. Cessio iurium quid sit, & qualiter fiat. Concluſ.203.

2 Cedens creditum tenetur manutenere,quod cessus sit verus debitor,non autem quod sit soluendo. Castr.cons.170.Viso puncto.nu.2.lib.2.

3 Extende,quia tenetur manutenere, quod constet de credito cesso, ita quod si succumbat cessionarius, quia liber crediti non probat legitime tenetur restituere habitum. Castrens.cons.170.nu. 2.ver.tertio.lib.2.

4 Extende, quia cessionarius si excluditur aliqua exceptione ex persona cedentis,habet regressum contra cedentem. Bart.in l.qui duos, per illum tex.ff.de leg.2.gl. & Docto. in l. si quis rem. ff.de procur.Castren.cons.45.& 46. & non requiritur denunciatio litis.Deci.cons.102.Præstantissime Doctor.num.1.& 2.

5 Declara, quod non tenetur facere cedens, quod debitor cessus sit soluendo, sed bene quod sit verus debitor, nisi esset actum contrarium, & quomodo dicatur actum contrarium,vel non.Alexan. consil.94.num.4.& per totum.lib. 3. vbi si promisit cedens se facturum, & curaturum, quod cessus soluet obligatur ipse cedens, & ibi apostillat concord.

6 Si tamen cedens promisit cessionarium defendere,guarentare, & indemnem conseruare, tunc non obligatur nisi vt cessus sit verus debitor, non autem vt sit soluendo, etiam si interuenit stipulatio, quia regulatur secundum naturam contractus, cui adiungitur. Castrens. dicto consilio 170. Viso puncto.num. 2. versic. tertio premittendum.lib.2.

7 Si tamen cessio esset facta de iuribus,prout competunt, vel esset dictum talia qualia, tunc cedens non tenetur ea manutenere esse vera.Alex.consil. 27.num.23.lib.2.

8 Extende, quia vltimus creditor, qui potest offerre primo, & impetrare cessionem iurium primi, si velit, quod promittat iura primi esse anteriora, & de euictione, & primus, qui debet cedere vult solum promittere, quod iura sua sunt illæsa nemini cessa, sed non vult promittere, quod sint anteriora omnibus,non potest compelli secundum * communem, de qua Neguſ. de pignor.in tertio membro quintę partis princ. nu. 47. Affict.decis.343.

9 Contrarium tenet Specul. in titul. de renunciat.actio. quia est quædam venditio, in qua debetur euictio.

10 Declara, quia quando ex conuentione fieret cessio, procedit contrarium, cedens enim tenetur promittere, quod iura sint anteriora, & de euictione,si vero cedit,quia lex vult,& dispositione legis sic compellitur,non tenetur promittere, nisi pro dato, & facto suo, & quod iura sunt vera. Neguſ. d. tract. in tertio membro quintæ partis. num.47.

11 Extende, quia cedens iura tertio, vel fideiussori, non censetur cedere contra se ipsum, ideo si remanet creditor ex eadem, vel alia causa cedens sibi non preiudicat cessio. Socin. consil. 206. lib. 2. Deci. consil. 104. numer. 2. late Neguſ. tractat.de pignor. in tertio membro quintę partis,princ.

Vide. Cessio iurium simpliciter facta non habet locum contra cedentem, & quando secus. Concluſ.215.

12 Contrarium in mulierę repetente dotem, vt cedendo iura censeatur contra se ipsam cedere. Bal.in l.frater a fratre in vltimo not.ff. de cond. indeb.Deci.late cons.104.

13 Declara, quia imo si mulier cedens non est integre satisfacta, cessio sibi non nocet. l. in creditore.ff.de euictio gl.in l.mulier. C.qui potio.in pign.habe.Bart.in l.2.in princ.ff.solut.matrim. & propterea poterit retinere bona,& pignori inhęrere, donec satisfiat etiam aduersarius cessionarium, quia sibi non preiudicat. l. quamdiu. C. de distract.pigno.& accipiendo partem non sibi preiudicat in toto. Bald. in l.1. C. de hered. instit. & quia hypotheca est indiuidua.l.1.C.si vnus ex pluribus. Socin. consil. 35. libro 1. & consilio 206. column. final. libro 2. vbi in terminis ita decidit in ver. septimus casus, & Deci. dicto consilio 104.num.6.

14 Amplia, quia cedens tenetur manutenere cessum, nedum verum debitorem, sed etiam esse soluendo, quando hoc fuit actum, vel quando cedens sciebat eum esse decoctum, & non soluendo. Alexand. consil. 94. Viso puncto. num. 4.libro 3.

15 Limita, quia cedens iura non obligatur ad tradendum, quia cessio habetur pro traditione incorporalibus. Alexand. consil. 208. Præstantissime Domine.num.9.lib.7.

16 Limita, quia ita demum tenetur cedens restituere,vel compęsare habitum si cessionarius succubuit cum debitore cesso, si ipse cessionarius intimauit litem, & exceptionem sibi factam a debitore cesso ipsi cedęti ex empto euictionis inter venditorem, & emptorem. Castrens.d.cons.170. in fin.lib.2.

17 Limita, quia non sufficit, quod cessionarius obligatus ad quantitatem pro credito cesso opponat exceptionem, quod ipsum requisiuit, vt defenderet aduersus debitorem

Digitized by Google

ceſſum, quia cum compenſatio de ſpecie ad quantitatem non admittatur, non eſt ꝛꝛleuans exceptio. Caſtr.d.conſ.170.col.fi. lib.2.vbi dicit, quod eſt neceſſe, quod dicat ſe ſuccubuiſſe propter non defenſionem, quia tunc cum in obligatione facti ſuccedat intereſſe,& ſic quantitas eſſet locus compenſationi.

18 Ego credo, quod iſta ſubtilitas Caſtr. non ſit vera,quia cum dicatur ſequuta euictio in limine contractus, & ſic antequam ſit ſolutum pretium rei ceſſæ ius impedit, ne paſſus euictionem, imo moleſtatus, & habens litem non teneatur ſoluere.l.fi poſt perfectam.C.de euictio. Caſtr. conſ. 46.ver.tertio,& fortius.lib.1.

Vide. Euictio in limine contractus quando dicat.& quid operetur.Concluſ.160.

19 E contra ceſſionarius tenetur cuſtodire inſtrumentum crediti ſibi ceſſi, quando cedens conſignauit inſtrumentum ceſſionario,& ideo ſi contineat maiorem ſummam pro cedente tenetur illud reſtituere, alias contra ceſſionarium iuratur in litem,niſi probet caſu fortuito perditum. Ang. conſ.89.Quidam Titius,per totum:vbi quod tenetur actione mandati, vel commodati: vbi declarat qualiter conueniri poſſit.

Cedens iura an & quando contra ſeipſum cedere teneatur. Concluſio. CLXXXII.

1 CEDENS iura alteri in dubio contra ſe ipſum cedere non tenetur. Alexan.conſ. 149. Viſo proceſſu. column.2. num. 6. lib. 2. ſequitur Roland. à Valle conſ.86.num.44.lib.1. Petr. Surd. conſ.47.num.23.

2 Extende maxime quando iura ceduntur fideiuſſori,quia contra ſe ipſum cedere non tenetur.l. 2.C.de fideiuſſ.

3 Extende,quia procedit in alio contractu,vel facto, quia communitas vendens gabellam ſalis, ſi erat exempta, non tenebitur ſoluere, quia contra ſe ipſam non cenſetur vendidiſſe, vel locaſſe gabellam, multa exempla ponit Surd. d.conſ.47. num. 23. lib.1. Alex. conſil. 149. num. 8. lib. 2. vbi apoſtilla in ver gabella, dat concord. pro, & contra.

4 Amplia, quia facta ceſſione etiam iurata non poteſt ceſſionarius agendo directa via agere contra cedentem, quia nomine cedentis agere tenetur,ideo actio, & paſſio in eodem ſubiecto eſſe nõ poteſt.Socin.conſ.106.in princ.lib.2.ſequitur Neguſ. de pignor. in tertio membro quintæ partis principalis.num.32.in fi.

5 Extende idem quando tertius poſſeſſor cedit actiones, quia cum non habeat illas propter rem, quam retinet, non cedit contra ſeipſum. Socin. d. conſ. 106. in princip. ver. ſecundus caſus.

6 Extende in ceſſione facta ex cauſa lucratiua, quia ceſſionarius non vtitur contra cedentem ceſſione.Soci.d.conſ.106. ver.quartus caſus.

7 Extende in creditore, qui ſucceſſit alteri ex duobus reis, quia cum agat, obſtat exceptio cedendarum, quæ per aditionem ſunt extinctæ, ideo non valet ceſſio contra ſeipſum, ſi cedat, quia ceſſio non tenet. Socin. d. conſ. 106. verſic. quintus caſus. lib.2.

8 Limita quando ceſſio fit ex cauſa oneroſa.Dec. conſ. 104.num.4.ver.quarto quia ceſſio:vbi num. 6.dicit hanc veriorem,& magis* communem, quia ceſſionarius ſoluendo priori creditori in locum eius ſubrogatur. Socin. conſ. 106. in princ. ver. tertius caſus. lib. 2.

9 Extende, vt procedat quando ceſsio fit ex obligatione legali, quia efficacior eſt, ſecus eſt ſi ex obligatione conuentionali,ita Deci. d. conſ.104. num.5.& per totum.

10 Vide Neguſ.de pignor.in quinta parte,in prin. in tertio membro. n.32.vbi dicit,quod conſilium Decij 104.eſt elegans, ſed quod non poteſt ſtare quando tertius poſſeſſor habet plura credita, quia neceſſe eſt, quod agens contra eum ſoluat vtrunque ſiue anterius, ſiue poſterius, ſed tamen apoſtil.ſi.ad Deci.d.conſ.104. dicit, quod Neguſ. ſe inuoluit propter paruam praxim.

11 Extende, quia ceſsio nominum debitorum operatur, quod ſi non poſſunt exigi agatur contra cedentem, ſecus eſt ſi vendantur nomina debitorum, & cedantur iura, quia id fit riſico ceſſionarij,ita Riminal.Iun.conſ.507.num.54.& ſeq. lib. 5. allegat Beccium conſil. 105. in principio, & num.35.

Vide. Ceſsio iurium ſimpliciter facta non habet locum contra cedentem,& quando ſecus.Concluſio 215.

Vide. Ceſsio iurium debet fieri ex neceſsitate multis caſibus. Concluſ.211.n.5.& ſeq.

Cedens iura vni poſtea ſi cedat alteri, ſecunda ceſsio nulla eſt, & qualiter. Concluſ. CLXXXIII.

1 CEDENS iura ſua non poteſt poſt primam ceſsionem eadem iura ceſſa alteri cedere, vel donare. Bald. conſ. 216. Fuit quidam.num.4: ver. ſuper eo autem.lib.2.& ideo primus ceſsionarius dicitur habere ius ceſſum, non autem ſecundus.Bald. conſ. 248. Præſupponendum eſt. lib. 3. Bald.in l.non quodcunque,§. qui Caium. num. 2. ff.de legat.1.vbi reddit rationem,& melius Alex. conſ.15.Viſo,& conſiderato,in prin. lib.5.

Vide. Ceſsio iurium quid operetur. Concluſ. 205.vbi habes rationem, quia operatur traditionem in incorporalibus.

2 Et quando ceſsio pluribus facta in ſolidum diuerſis temporibus de eadem re valeat, & quis præferatur.vide Bal.in l.3.in vltima col.C.de nouat. Iaſ.in l.quoties. C.de rei vendica.

3 Extende, quia non poteſt duobus in ſolidum fieri ceſsio eiuſdem iuris. Bald.in l.1.C.de actio. & obligat. quia actio directa eliditur quando ceſſio eſt facta ex cauſa, ex qua per debitorem eſt ſatisfactum creditori, & vtilis ceſſa eſt efficaciter.Bartol. in l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de leg.1.

4 Declara,niſi prima ceſsio eſſet conditionalis, vel ob cauſam non ſequutam facta, quia ſi neque conditio,neq.cauſa extitiſſet poſſet fieri ſecunda ceſsio,

ceſſio, ſi tamen fiat pendente conditione, expectandus eſt euentus, quia is præfertur ſecundum conditionis exiſtentiam, vel non exiſtentiam. Bal. d. conſ. 248. circa med. ver. ſi vero præceſſit, lib. 3.

5 Extende, vt procedant præfata nedum, quando fit ceſſio formalis, ſed etiam quando quis obligat omnia bona ſua, iura, & actiones, præſentia, & futura, quia vtilis actio transfertur in eum, cui fit obligatio. Alex. d. conſ. 15. in prin. ver. ex quo infertur, lib. 6.

6 Reſtringe, quia ceſſio ex cauſa facta non valet cauſa non ſequuta, & poteſt cedens reuocare, & alteri cedere. Iaſ. in l. debitorum. C. de pact.

7 Amplia, vt non ſolum procedat in primo cedẽte, ſed multo magis in ſecundo, & alio deinceps, quia multo minus poteſt cedere alteri, quia cum apud primum ceſſionarium, qui cedit alteri nihil remaneat, quia vtiles cedendo tranſtulit, directas nunquã habuit, magis de facili priuatur, ne poſt ceſſionem poſſit alteri aliquid cedere, Iaſ. in l. ſi cum emptore. nu. 14. in quarta limitatione. ff. de pact. Alex. poſt Bar. in l. ex aſſe, numer. 6. ff. ad Trebellia.

8 Amplia, quia in tantum cedens vnum non poteſt poſtea alteri cedere in prejudicium primi ceſſionarij, vt licet habeat exercitium directarum, l. nomen, cum ibi not. C. quę res pign. oblig. poſſ. l. ſi conuenerit, la ſeconda. ff. de pign. actio. tamen non poteſt in alium transferre in præiudicium primi ceſſionarij. Alex. conſ. 15. numer. 2. & ſeq. libro 6.

9 Declara, quia poteſt conſtituere procuratorem ſimplicem, vel per ſe agere contra debitorem ceſſum, & ab eo exigere, & illi facere pactum de non petendo, & valebit, vt per Iaſ. in l. ſi cum emptore, nu. 4. ff. de pact. late Neguſ. de pignor. in tertio mẽbro, 2. partis, nu. 26. ſed hoc procedit ſolum, antequam ceſſionarius notificauerit ceſsionem debitori ceſſo, poſt notificationem vero ſecus eſt, quia nihil poteſt. l. 3. C. de donatio. Iaſ. d. l. ſi cum emptore. ff. de pact.

10 Amplia, quia cedens ſeu renuncians iuri ſuo nõ habet amplius regreſſum ad illud. Cauet. conſil. 166. num. 6.

11 Extende, quia amplius experiri non poteſt, Bar. in l. facta. §. ſi hæres, col. 1. ver. quæro poſt factam, ff. ad Trebel. Guidopa. deci. 530. & deci. 547. Quia dicitur ſine actione experiri, l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. & tali agenti poteſt dici: amice tu ceſsiſti iura tua alteri. Cauet. conſ. 191. n. 3. & hoc caſu licitum eſt opponere de iure tertij, cum ſit penitus excluſinum iuris agentis. Bar. in l. 1. ff. de except. rei iudi.

Vide, & declara, quando poſsit exigere à debitore, vel non. Concluſio. 185.

12 Limita, quia licet non poſsit cedens primo loco cedere alteri poſtea actiones vtiles, quia ſemel ſunt in alium traslatę, neq. directas, quia non cedũtur, tamen poteſt conſtituere procuratorem in rem ſuam, vel alias dare exercitium directarum qui poterit exigere, prout cedens. Bartol. d. l. non quodcunq. §. qui Caium, nume. 2. ff. de leg. primo. Alexand. conſ. 15. Viſo, & conſiderato, in prin. * lib. 6. vbi dicit * communem.

13 Extende, quia poteſt actio directa mandari, vt delicet dari mandatum alteri, vt agat, vel nomine cedentis, vel etiam in rem ſuam, & ſic ad commodum ſuum. Alexan. d. conſ. 15. in prin. vbi dicit * * communem. Alex. in l. ex aſſe, num. 6. ver. differunt enim, ff. ad Trebellia.

14 Declara, quia licet directa actio poſſit mandari, quando vtilis eſt ceſſa, ſi tamen concurrunt directa, & vtilis, præfertur vtilis directæ, ſecundum * magis * communem, de qua Alex. d. conſ. 15. nu. 2. lib. 6. quod dicit verum, quando vtiles ſunt tranſlatæ ex contractu per eum, qui mandauit directas.

15 Et procedit declaratio, quod præfertur habens vtiles, etiam ſi exercens directam ad ſui commodum obtinuiſſet ſententiam contra debitorem, quia ſi ante ſolutionem quandocunq. is, qui habet vtilem, prohibet, non poteſt ſolui habenti rem iudicatã pro directis, plene Alex. d. conſ. 15. lib. 6. maxime num. 3. & per totum, vbi eſt caſus, vbi dicit quod ſolum præfertur habens directas, quando exegit, antequam interuenerit vnum de tribus, * de quibus in l. 3. C. de nouatio. & dicit eſſe * communem opinionem.

Cedens non poteſt præiudicare ceſsionario, & quando ſecus. Concl. CLXXXIV.

1 CEDENS non poteſt ex ſua confeſsione nocere ceſsionario, ſi confitetur poſt ceſsionem, & licet in hoc articulo varij varia dixerint, vt refert Imol. poſt Bar. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. tamen Alexand. conſ. 46. col. 2. vol. 5. dicit * quod magis * communis opinio eſt, quod non præiudicat. Caſtrenſ. conſ. 134. libr. 1. Corne. conſ. 139. Licet, col. 1. in 3. lib. Affict. deciſ. 163. in fin. allegat Alex. conſ. 109. col. 2. ver. nec obſtat, libr. 5. Cuma. conſ. 30. Statuto cauetur, circa fi.

2 Reſtringe, quia nocet, quando ceſſionarius haberet regreſſum contra cedentem, vt per Alexan. dict. conſ. 46. col. 2. lib. 5. Corn. d. conſ. 139. lib. 3. quod intelligas ſi eſt ſoluendo cedens, vt prædicti intelligunt.

3 Reſtringe, quando ceſsio reſoluitur in ſimplex mandatum, vt quia eſt ad fauorem cedentis contra naturam ceſsionis, quæ regulariter fit ad commodum ceſsionarij. Caſtrenſ. in l. per diuerſas, col. 3. C. manda.

Vide plenius. Confeſsio authoris quando præiudicat ſucceſsori, vel non. Concluſio. 663.

Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Cedens iura quando poſsit exigere à debitore, vel non. Concluſio. CLXXXV.

1 CEDENS iura alicui, vel creditum, poteſt nihilomnus exigere poſt ceſsionẽ, & debitor ſoluens liberatur, ne poſsit cõueniri à ceſsionario ad reiterandam ſolutionem, quia penès cedentem remanent directæ, l. 3. C. de nouation. Bald. conſ. 364. Tribus rationibus. nu. 2. ver. 2. propter generalem, lib. 2. & quod debitor ſoluens creditori, etiam poſt ceſsionem alteri factam, niſi interuenerit vnum de tribus, de quibus, in l. 3. C. de nouatio. Bald. conſ. 27. Supra in quodam, libr. 5. * vbi dicit * cõmunem. l. ſi. ff. de tranſact. Bal. conſ. 399. De

399. De principali instrumento. num. 5. lib. 5. Ang. cons. 259. Quædam domina Antonia, ad fin. Soci. cons. 63. Visis, ad fin. lib. 3. Afflict. decis. 335. num. 22. Pro decisione. Alex. cons. 17. Visis supra narratis. lib. 7. Socin. cons. 18. col. 5. ad fi. lib. 1.

2 Et quod cædens possit exigere à debitore, antequam interuenerit vnum de tribus, de quibus in l. 3. C. de nouatio. expresse tenet Castrens. cons. 98. In causa appellationis. num. 3. lib. 2. Alex. cons. 15. Attentis, in princ. lib. 7. secus est quando facta fuit intimatio cessionis. d. l. 3. C. de nouatio.

3 Extende, vt procedat etiam si debitor cessus sciuerit se cessum alteri. Ang. cons. 258. in 1. & 2. dubio. Cuman. cons. 4. num. 4. ver. cæterum posito, * vbi dicit magis * communem.

4 Contrarium videtur tenere Alex. cons. 15. Attentis, in princip. vers. nec obstat, lib. 7. & hanc partem tenet Roman. cons. 102. Deci. cons. 98.

5 Declara, quia si quis cessit creditum, quod habebat cum communitate Bononiæ tertio, & postea accepit à communitate in solutum quædam loca salis, videlicet montis salis, etiam, quod communitas, seu agentes pro ea scirent cessionem, sed non erant prohibiti soluere cedenti, solutio est bona, & bene facta, & communitas non potuit dicta loca data in solutum velle transferre in cessionarium, postquam tradiderat cedenti. ita Alexand. d. cons. 15. Attentis supra narratis, per totum. lib. 7.

6 Intelligas tamen, quod cessionarius non debet deludi, quia licet cedens non teneatur restituere illud, quod habuit in solutum à debitore cesso, vt quia aliud pro alio recepit, tamen tenetur restituere debitum cessum eo modo, quo erat tempore cessionis, & sic pecuniam, quia si exegisset illud, quod debebatur, illud cessionario consignare teneretur, alias non, ita Alex. d. cons. 15. per totum, maxime in fin. lib. 7. vbi apostill. in ver. tenentur, dat concord.

7 Et in dubio cessio simpliciter facta continet solum actionem vtilem, quia directa fingitur affixa ossibus cedentis, ideo cedi non potest. l. 3. ff. pro socio, potest tamen cessionarius intentare directam actionem, sed nomine cedentis. l. qui stipendia. C. de procur.

8 Amplia, vt procedat etiam in creditore, qui donauit, & cessit creditum, quod habebat cum suo debitore, etiam si donatio fuerit insinuata coram prioribus loci, & debitor esset vnus de prioribus, sed tamen non interuenit insinuationi, quia licet soluat donanti liberatur. Cuman. cons. 4. Quod Sempronius, per totum, vbi est casus, & ita fuit tentum per Rotam Romanam.

9 Amplia, vt procedat in depositario, quia antequam is, ad cuius fauorem fuit factum depositum, illud acceptauerit, vel denunciauerit vno de tribus modis, de quibus in l. 3. C. de nouatio. potest restituere depositum deponenti. Dec. cons. 98. Iuridicam. colum. 1.

Vide. Depositum factum pro absente quando possit reuocari, vel non. Concluf. 213.

10 Amplia, vt procedat etiam in deposito, quia cedens iura sua ex deposito sibi competentia, potest post cessionem agere contra depositarium. Bald. consil. 364. Tribus rationibus, in prin. lib. 2.

11 Amplia, vt procedat etiam si debitor sciuisset cessionem, vel donationem alteri factam, quia nihilominus soluendo cedenti, & donanti, post scientiam, liberatur, dummodo cessio, & donatio non fuerit denunciata, cum prohibitione, ne solueret. Cuman. d. cons. 4. num. 4. ver. cæterum * posito, vbi dicit hanc magis * communem.

12 Restringe ampliationem, vt non procedat, quando cessio, vel donatio esset facta ad commodum, & periculo cessionarij, & donatarij, quia tunc sufficit sola scientia debitoris. Cyn. in l. 3. C. de noua. qui dicit hanc esse sententiam quasi omnium * modernorum, imo quando cessio est facta gratia cedentis, & cessionarij, quod cedēs non possit agere debitore excipiente, & sic sola sciētia sufficiat. Bal. cons. 163. Præmittendum est. in prin. * ver. secundo casu. lib. 3. & communem * dicit Bal. cons. 105. Factum tale est. nu. 4. vers. sed præcedentem, lib. 3. vbi tamen Bald. tenet contrarium.

13 Contrarium est verius, quia etiam si fiat ad commodum cessionarij, tamen non sufficit sola scientia. Raphael. Cuman. d. cons. 4. vbi refert opinion. hinc inde, per totum, maxime num. 5. vers. non * obstat, vbi dicit hanc * communem, & veram.

14 Declara, quia sufficit sola scientia debitoris cessi, quādo est facta cessio ad commodū, & periculo cessionarij, ac ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria. Cuma. d. cons. 4. in fi. ver. nō obstat.

15 Restringe, quia licet debitor recte soluat cedenti, & liberetur, etiam si sciat cessionem, si non est sibi facta denunciatio ne soluat, tamen cedēs non potest transigere, vel pacisci cum debitore sciente. Cuman. cons. 4. in fin. vers. propter hoc posset dici. Bald. cons. 27. lib. 5.

16 Restringe, quia debitor sciens cessionem non potest soluere cedenti, sed debet soluere cessionario, quando est cessa obligatio, vel est contractus vniuersalis, in quo ceditur omne ius, vt si venditur hæreditas, vel est restitutio vniuersalis ex Trebelliano, vel est nomen indefinitum, & commune, ita Bald. cons. 383. Domina Agatella, in fi. li. 2. vbi gloriatur, quod antiqui omnia non sciuerunt, & dicit tunc demum solui posse cedenti per debitorem scientem, quando est cessa actio, sed non obligatio, vel quando nomen debitoris est obligatum, vel quando solum constituitur procurator ad exigendum veluti in rem suam.

17 Amplia, quia quædā iura loquuntur de solutione spontanea. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. pos. quædam vero de exactione, quæ fit ab inuito. C. de nouatio. l. 3. quædam autem in iudicio, & confessione, vt ff. de procur. l. actor malit. quædam in transactione. l. fin. C. de transact. quædam in pacto gratuito. l. si cum emptore. ff. de pact. quædam in repudiatione. l. si partē. §. fi. ff. quemad. serui. ami. quędam in restitutione facta ex Trebelliano. ff. ad Trebell. l. facta. §. si hæres, & in istis distinguitur, quia aut cessio est facta periculo cedentis, & potest exigere in omnibus casibus prædictis, non obstante scientia debitoris.

18 Extende etiam si sit facta cessio ad commodum cessionarij, quia si res est integra, vt quia non interuenit vnum de tribus, de quibus in l. 3. C. de nouatio. & adhuc debitor soluens post cessionem cedenti liberatur, quia non priuatur cedens directis, quæ remanent efficaces, & quia non potest fieri deterior conditio debitoris, Bald. cons. 105. Factum tale est, vbi recitat opiniones. nu. 4. & hanc tuetur. lib. 3.

19 Contrariū, quod imo cedens post cessionem factā ad commodum cessionarij non possit exigere neque

neq; pacisci, aut transigere, vel liberare debitorē scientem, tenent Iacob. de Are. Oldra. Bar. & Cyn. in l. fin. ff. de transact. & Bald. d. cons. 105. n. 4. ver. * sed præcedentem, lib. 3. dicit * communem, licet ipse teneat contrarium.

20 Declara, quia vbicunq. debitor post cessionem compellitur soluere cedenti, debet sibi dari cautio, quod non molestabitur à cessionarijs. Bald. cons. 163. in fin. lib. 3.

21 Declara, quia aut soluitur obligatio naturalis, quia re uera debitor sciens soluit cedenti, & liberatur, aut soluitur obligatio ciuilis, vt quia liberatur per pactum, vel transactionem, & non potest præiudicari cessionario. Bal. d. cons. 105. num. 4. ver. considerandum est, lib. 3.

22 Amplia, maxime quando debitor ignorabat cessionem, quia soluendo omnino liberatur. Bald. d. cons. 105. num. 4. in fin. & num. 5. ver. explicit articulus, lib 3.

23 Extende, vt idem sit si liberetur quocunq. modo ex causa onerosa, quia recte liberatur. Bald. d. cons. 105. nu. 5. lib. 3.

24 Restringe, vt non liberetur in præiudicium cessionarij ex causa lucratiua. Bal. cons. 105. num. 5. lib. 3. vbi quid in transactione de re non liquida.

25 Limita, quia in concursu cedens non potest exigere, quia præfertur cessionarius cedenti, l. procurator in rem suam, & ibi Bar. Castren. & alij. ff. de procur.

26 Limita, quia licet cedens multis casibus possit exigere post cessionem alteri factam, tamen tenetur refundere cessionario exactum, & implere cessionem. Bal. d. cons. 105. in fi. ver. & præfata vera, lib. 3.

27 Limita, quando cessio, vel venditio fit ex causa necessaria, prout in restitutione ex Trebelliano, quia tunc directæ remanent inefficaces, licet non interuenerit vnum ex tribus, de quibus, in l. 3. C. de nouat. ita Rot. Rom. in nouiss. part. 1. dec. 453.

28 Limita, quando cessionarius, vel donatarius denunciasset debitori, ne solueret, quia denuncian do impedit, ne possit soluere cedenti, vel donanti, & si soluat post denunciationem, non liberatur. l. 3. C. de nouatio. Fulgo. consi. 186. pro determinatione, n. 1. ver. consulte. Alex. cons. 15. Viso & considerato, nu. 3. lib. 6.

29 Extende, quia creditor cedens non potest exigere à debitore cesso, quando post cessionem interuenit vnum de tribus, de quibus in l. 3. C. de nouatio. videlicet contestatus fuerit cessionarius litem cum debitore cesso, vel quando partem debiti ab eo exegit, vel quando protestatus fuit suo debitori cesso, ne solueret cedenti, tunc si solueret male solueret, & non liberaretur. Alex. d. cons. 15. Viso, & considerato, lib. 6. & cons. 15. Attentis supra narratis, lib. 7. plene Ias. in l. si cum emptore, nu. 9. & seq. ff. de pact. vbi ponit hoc pro regula cum ampliationibus, & septem fallentijs, & clare Castren. consil. 98. In causa appellationis, numer. 3. lib. 2.

30 Extende in tantum iura directa remanere inefficacia, & sine effectu penes cedentem post protestationem factam debitori, ne soluat, vel quando interuenit vnum ex tribus requisitis, de quibus in l. 3. C. de nouatio. vt ipsi cedenti agenti possit opponi per debitorem agentis sine actione, quia alteri cessisti. Guidopap. decis. 530. & 567. Ias. d. l. si cum emptore, nu. 9. & seq. ff. de pact. Socin. in. suis regul. & fallen. reg. 71.

Vide supra. Cedens iura sua vni, & postea cedens alteri. Conclusio. 183.

31 Imo Roma. cons. 102. In fortioribus, dicit, quod debitor non potest soluere cedenti postquam quouis modo cessio facta deuenit ad eius notitiā, & si solueret non esset liberatus, neq. posset repetere à cedente, cui soluit. Deci. cons. 98. Alex. cons. 15. in prin. ver. nec. obstat, lib. 7.

32 Extende, quia non obstat debitori recusanti soluere stante cessione alteri facta si sibi replicaretur, quod allegat ius tertij, in quo audiri non debet quia ex quo sua interest, non compellitur soluere. Roma. cons. 347. & cons. 410. & quod sua interfit probat, quia si non liberatur, & solutum nō repetit, vt per Deci. d. cons. 98. succurrendum est ei, si vero repetere potest, melius est non soluere, quam solutum repetere, l. 2. & seq. ff. de compensat. l. si stipulatus esses. ff. de fideiuss. cum nostra interfit litibus non vexari, l. minoribus 25. annis, ff. de minor. & ita arguit Corne. cons. 184. lib. 1.

33 Extende, quia sufficit, quod debitor sciret cessionem alteri factam, vt non liberetur soluendo primo creditori post cessionem. Roma. cons. 102. * Super eo, in prin. vbi dicit * communem, & apostil. ibi in ver. fore citat concord.

34 Extende, quia imo cessus creditor non liberatur soluendo cedenti, quando sciebat cessionem vere, vel præsumptiue. Roma. d. cons. 102. in princ. ver. aut iurat ipsa vxor.

35 Restringe septem modis de quibus Ias. d. l. si cum emptore, n. 10. & seq. ff. de pact.

36 Restringe, quia imo facta protestatione potest cedens exigere à debitore cesso, & protestato, præstita sibi cautione de conseruando indemne debitore, per quam fideiusionem resoluitur protestatio, & eius effectus. Bar. in l. nam, & si fur, in fin. al. verbis. ff. si cert. pet. sequitur Alex. in l. si hæres, in 1. col. ff. ad Trebell. Imol. in terminis, in c. sane, il secondo. de offi. deleg. Alex. in l. de pupillo, §. is cui, col. 2. in fin. ff. de no. oper. nunciat. Feli. in. c. cum M. Ferrarien. num. 56. ver. secunda declaratio, de const.

37 Restringe in secundo cedente, cui à primo debitore facta fuerat cessio, quia ipse nullo modo potest exigere à debitore, post cessionem, quia quoad directas illas nunquam habuit, quo ad vtiles vero non habet, quia cessit, ideo non potest exigere, etiam si nullum ex tribus requisitis interuenerit. Angel. in l. 1. C. de actio. & oblig. Bar. in l. ex asse. & in l. facta, §. si hæres. ff. ad Trebel. Ias. in d. l. si cum emptore, n. 14. ver. quarto limita, ff. de * pactis, & * communem dicit Alex. d. l. ex asse, n. 6. ff. ad Trebellia.

Vide Socin. regul. 4. Debitor si cessionarius ei notificet, vbi limitat tribus modis.

38 Declarat Bar. cons. 163. Præmittendum est per totum, lib. 3. vt procedat l. 3. C. de nouatio. quando fuit datum mandatum directarum in rem suā, quia tunc requiritur vnum de tribus, de quibus in dict. l. 3. sed quando est facta cessio, non sunt ista necessaria, sed sufficit, quod debitor excipiat.

39 Et procedit declaratio etiam post sententiam latam ad fauorem habentis, vel exercentis directam, dummodo ante exequutionem, & solutionem concurrat habens vtiles, quia semper impedit. Alex. cons. 15. n. 3. lib. 6.

Limita,

40 Limita,quando cedens non habebat,niſi vtiles ceſſas,quia ſine dubio eidem ſolui nõ poteſt quia vtiles tranſiuerunt in ceſsionarium . Bar. in l.ex aſſe,ff.ad Trebel.quem ad hoc citat Socin.d. reg. 4. debitor ſi ceſsionarius ei ratific. in 2. limit.

41 Limita,quando cedens non ſolum fecit ceſsionem in forma,ſed etiam tranſtulit omnem ſpem, & exercitium actionis , ita quod apud cedentem non remaneant actionum reliquiæ,quia iſto caſu directæ ſunt ſine effectu. Iaſ. d. l. ſi cum emptore.nu.11.ver. tamen limita. ff.de pact. vbi alios citat.

42 Limita,quando cedens ceſsit tam vtilia,quam directa iura,quia non poterit agere poſt ceſsionem,ex quo nihil penes eum remanſit. Alex. in l. ex aſſe,nu.6.ff.ad Trebell. & iſto caſu non eſt locus l.3.C.de nouatio.vt ibi per eum , & idem dicit Iaſ.in l.ſi cum emptore.nu. 14. ff.de pact.in 4. limitatio.

43 Vide ſupra ver.Actiones perſonales,& directę, ita inhęrent oſsibus , vt cedi non poſſint. Concluſio. 97. Vbi quod directę cedi non poſſint, dicas quod limitatio non eſt vera, quia loquitur Alex.quãdo is,qui ceſsit,prout ſecundus ceſsionarius non habebat,niſi vtiles,quia cum ſint ceſsę & directas non habeat non poteſt agere , & ita concor.Iaſ.in l.non quocumq.§.qui Caium,nu.8. ver.ſecundo intellige.ff. de leg.1.

44 Declara igitur,quia limitatio non eſt vera eo modo quando directę ſunt ceſsę, quę non poſſunt cedi,ſed procedit in primo ceſsionario alteri cedente,quia cum habeat ſolam vtilem , quam cedit,non poterit agere , quia directas non habet, nec habuit.

45 Limita in ceſsionibus,quę fiunt ex neceſsitate, quia ſolus ceſsionarius agere poteſt, non autem cedens.Bal.conſ.70.Pręmittendum eſt,in fin.ver. ſed quia vniuerſaliter,lib.3.& conſ.163. Pręmittendum eſt in prin.lib.3.vbi reddit rationem, quia cũ lex imponat neceſsitatem , debilitantur directę,in tantum,quod non poſſunt exerceri.Cuman.d.conſ.4.in fi.ver.non obſtat.

46 Extende,quando ceſsio fit ex cauſa,ex qua per debitorem eſt ſatisfactum creditori , tunc actio directa eliditur,l.Modeſtinus.ff.de ſolutio.l. cum ijs, de fideiuſſ. & vtilis ceſſa eſt efficax tanquam ceſſa ex neceſsitate,& directa inefficax, vt poſsit in alium transferri. Bar. in l.non quocunq. §.qui Caium.ff.de leg.1.vbi Iaſ.plenius,nu.9.Bar.in l.1. nu.26.ff.de actio.& oblig.

47 Limita,quando ceſsio fit ex vltima voluntate, quia ſolus ceſsionarius agere poteſt, non autem cedens.Bald.d.conſ.70.in fi. lib.3. & conſ. 163. in prin.lib.3.Iaſ.d.l.ſi cum emptore,n.12.ver.ſecundo limita.ff.de.pact.

48 Extende, quia imo habens vtiles ex vltima voluntate abſq.eo,quod interuenerit vnum de tribus de quibus in l.3.C.de nouatio.ſemper pręferri debet habenti actiones directas.Alexan. plene conſ.96.Sentio dictum ſoluentem,nu. 4.ver.item reſpondeo,lib.7.

49 Extende ambas limitationes , vt procedant etiam ſi cedens faceret proteſtationem in contrarium , quia adhuc quando cedit ex neceſsitate, vel ex fideicommiſso,vel vltima voluntate , non poteſt agere pro re ceſsa.Bal.d.conſ.70.nume. 8. ver.nam ille vſque in fin.lib.3.

50 Limita,quando cedens poſuit in locum ſuum ceſsionarium.ita Angel.in l.ſi cum emptore.ff.de pact.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe,& obtinuiſſe.

51 Contrarium Caſtr.& alij in d.l.ſi cum emptore.ff.de pact.vt ibi Iaſ.num.9.ver.ex hoc dicit,reprobat,& ponit pro ampliatione ſingulari,etiam ſi poſuit in locum ſuum,& hanc partem tenet Rota in noui.parte 1.deci.453.nu.4.

52 Limita , quando ceſsio fit ab adminiſtratore, vel exequutore,aut miniſtro deputato, quia non poteſt poſt ceſsionem agere etiam ſi non interuenit vnum de tribus,de quibus in l. 3.C.de nouatio.Bal. conſ. 163. Pręmittendum eſt, circa med. ver.& hęc vera,lib.3.Iaſ.d.l.ſi cum emptore , nu. 13.in 3.limit.ff.de pact.

53 Limita,quando cedens effectus eſt non ſoluendo,quia directas non poteſt exercere.Iaſ.dict. l. ſi cum emptore,in ſexta limitatione,num.16. ff. de de pact.

54 Limita,quia non liberatur debitor ſoluens creditori,poſtquam fuerat alteri delegatus,quia differt ceſsio a delegatione,quando ipſe delegationem acceptauit.ſic videtur velle Bal.d.conſ.105. nu.4.ver.conſiderandum eſt,lib.3.

55 Limita in reſtitutione facta ex Trebelliano, quia debitor ſciens reſtitutionem nõ liberatur,ſi ſoluat hæredi , qui reſtituit ex quo habet inanes actiones directas,per authoritatem SenatusConſulti Trebelliani.Bal.d.conſ.105.nu.4.in fin. ver. porro in reſtitutione,lib.3.

Vide. Actio vtilis præfertur actioni directæ. Concluſio.100.

Vide etiam Socin.regul . quinta,debitor licet creditori ſuo contra ſuum debitorem actionem cedat.poterit tamen exigere non obſtante ceſsione,vbi limitat duobus modis.

Cella ſeu cellula quid ſit . Concluſ. CLXXXVI.

1 CELLA proprie eſt camera clauſa , & celata,& dicta a cęlo cęlas,c. penul.de verb. ſignifi.lib.6.Feder.de Sen.conſ.72.num.2. ver. ad propoſitum, vbi quod non proprie dicitur cella camera habens aperturas,& feneſtras apertas,in qua videri poteſt.

2 Et huiuſmodi cellę ſunt prohibitę Monialibus, vt tollatur occaſio ſuſpicionis earum, & poſſunt fieri in locis occultis, & cęlatis ſecundum Feder. d. conſ. 72. per totum,qui conſuluit,alias cameras apertas,in quibus ab omnibus Monialibus videri poteſt , non venire in demolitione ordinata de cellis per Papã,quia ceſſat ratio deſtructionis.

Cenetenſis Ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia , & conſuetudines. Concl.CLXXXVII.

1 CIVITAS Cenetenſis eſt de iuriſdictione temporali Epiſcopi Cenetenſ.quia Otho primus Imperator de anno 962. donauit iuriſdictionem temporalem abſolute Sicardo Epiſcopo Cenetenſi , de quo priuilegio etiam meminit Iaſon conſil.123.libr.1. & de anno 994. Otho Rex eidem

eidem Episcopo Sicardo concessit terram Oppitergij cum iurisdictione imperij, & Berengarius Rex de anno 995. donauit eidem Ecclesiæ portum Septimi, & syluas de Gaio, & de Cerano, & de anno 1184. Federicus Imperator recepit eamdem Ecclesiam, & Ciuitatem in sua protectione, & seperauit ab omni subiectione communis Taruisij, & de anno 1354. Carolus Romanorum Rex omnia confirmauit ex certa scientia, inserendo omnia priuilegia prædicta, non obstante, quod cecidissent a possessione aliquorum ex concessis.

2 Eodem anno 994. Valentinus Episcopus Ceneten. coram Luitprando Rege, & Callisto Patriarcha Aquilegien. ac Ludouico Duce Carinthiæ Episcopo Tridentano, inuestiuit Co. Ioannem de Camino, de Castellarijs, & Curijs Gemellarum, Vallis Mareni, Seraualis, Frigone, Rigonzuli, Curdigiani, Caualani, Formenice cum mero, & mixto imperio in feudum.

3 De anno 1337. die 12. Octobris Frater Franciscus Episcopus Ceneten. narrata deuolutione dictorum castrorum ob lineam finitam Comitem de Camino eccõcessit eadem castra Marco Mauroceno, Marco Iustiniano, & Iustiniano Iustiniano, procuratoribus communis Venetiarum, cum pactis, quod medietas introitum assignetur Episcopo, alia sit Reipublicæ, & iurauit fidelitatem Episcopo, & insuper conuenerunt, quod Ecclesia Ceneten. & Castrum, & Rocca S. Martini de Ceneta, cum curia Castri Noui, cum iuribus, & possessionibus eorumdem, quæ dictus Episcopus asserit nunquam fuisse feudalia ipsi Episcopo, & Ecclesiæ prædictæ expeditæ remanerent, & de anno 1442. Fuit facta diuisio fructuum inter Episcopũ, Antonium de Caracio, & agentes communis Venetorum, & partes describuntur.

4 Et an. 1343. die 13. Octobris confirmatur dicta inuestitura ab Episcopo, & Capitulo, eo, quia expedit Ecclesiæ habere vassallos, qui possint iura Ecclesiæ tueri, prout est commune Venetorum.

5 De anno 1374. Mortuo Fratre Francisco Epo successit in Episcopatu Oliuerius, qui eandem inuestituram communi Venetiarum confirmauit cum consensu capituli ad feudum rectum, & legale, & iterum iurat procurator communis specialiter deputatus fidelitatem Episcopo Ceneten.

6 Franciscus pater, & Franciscus filius de Carraria, Domini Paduæ, occuparunt de facto Ciuitatem Taruisinam, Ceneten. & Feltri, ac Belluni, propterea facta liga, & concordia inter Comitem Virtutum Mediolani Dominum, & Rempublicam Venetam, tandem de anno 1388. de mense Nouembris per obsidionem, & fortiam obtinuerunt Veneti, & Comes Virtutum, & sic Ciuitas Ceneten. recuperata, ejecto Carraria, vt attestantur hæc omnia Antonius Venerius Dux Venetiarum per litteras suis officialibus, die 16. Decembris 1388. vbi dicit, quod die 11. Nouembris illius anni fuit deuictus Carraria, & 13. Decembris facta diuisio, & executio Sacræ ligæ.

7 De anno 1411. In vigilia Natiuitatis Domini, Vngari fracto exercitu Venetorum transiuerunt Liquentiam, & occuparunt totum agrum Ceneten. & Triuisanum, ejecto Antonio Corario Episcopo Ceneten. & per septem annos perseuerauit in occupatione: tandem de anno 1418. Veneti expulerunt Vngaros, relicta combusta Ceneta, quam restituerunt Antonio Corario Episcopo, qui vixit vsque ad annum 1445. vt in libro historiarum Ceneten.

8 De anno 1419. Orta quadam rebellione inter subditos Ceneten. aduersus Episcopum, concluditur pax, in qua commune recognouit Antonium Corarium Episcopum in suum dominum, promittit eidem omnem obedientiam, & reuerentiam, & ipse eidem parcit, & renouant capitula coram sapientibus terræ dominii Venetorum in Ciuitate Venetiarum in sala parua audientiæ Superioris palatii Serenissimi Ducis, sunt rogati duo Notarii, videlicet Petrus Entius filius Ser Martini de Venetiis, & Hieronymus de Miuola q. ser Andreæ Notarii, & ciues Veneti.

9 De an. 1493. concedit, & obtinetur pars in cõsilio Venetorum, quod ex quo iurisdictiones sũt distinctæ, quod subditi Ceneten. Epi confugientes in dominio Venetorum consignentur Episcopo, quia Episcopus idem faciet versus Venetos, & per vtramque partem fit hæc concordia.

10 De an. 1504. Sententia Io. Zãtani prætoris Tarusii super Franchitia Ceneten., in qua inseruntur multa priuilegia Ceneten., alia 1537. & vltima legati, & collectorum decimarum concessarum in dominio Venetorum, quod in consi continetur Ciuitas Ceneten. de anno 1539. Rogato presbytero Iacobo de Zambellis Notario decimarum deputato, & constant multa alia, per quæ semper absoluta iurisdictio, & omnino libera fuit Epi, & inter alia, quia in inuestitura facta per Epum ad fauorem Reipublicæ, Eps eidem Reipublicæ in castris infeudatis concedit, quod possint onera, & datia imponere, quæ denotant supremum dominium in Episcopo concedente, & Reipublicam Serenissimam pro tali eundẽ recognouisse.

11 Serenissima Respublica Venetorum prætendit subiectionem sibi deberi ab Episcopo Ceneten. respectu prætensi alti dominij, asserens, quod ex quo ipsa Respublica bis redemit Ciuitatem Ceneten. primo loco a Carraria, & deinde ab Vngaris, vt supra, quod propterea ipsa Serenis. Respublica succedat loco Imperatoris in alto dominio, quod prætendit remansisse penes Imperatores, & propterea cepit Respublica turbare Episcopos, & multos actus cum subditis Ceneten. exercere, & appellationes subditorum a sententijs Episcopi velle committere, & alios actus exercere in virtute consil. 143. lib. 1. & prætendit se præscripsisse predicta.

12 Pro parte Episcopi dicitur, quod nullum alium dominium remansit penes Imperium, quia non fuit illus in concessione feudali, sed in libera donatione facta Ecclesiæ Ceneten. & quia Serenis. Respublica tanquam vassalla tenebatur adiuuare Episcopũ, & recuperare Ciuitatẽ Ceneten. Epi quibus iurauit fidelitatẽ; maxime quia expresse hoc dicitur in inuestitura facta, quod inuestitura Venetiarum potentes, vt tuentur Ecclesiam Ceneten. vt in puncto 10. de Anan. cons. 7. nu. 4. & seq. & quod tenerentur recuperare est text. de nona forma fidelit. in feudis. ver. & si contigerit rem aliquam, quam habes. Alex. cons. 30. n. 18. vers. tertium, lib. 1. & quod expensas non recuperent a domino, & restituere tenerentur libere; plene Grammat. cons. crim. 13. num. 40. & seq.

13 Quare S.D.N. Clemens Papa VIII. cupiens p iustitia hanc causam terminari deputauit Cõgregationem particularem plurimorũ Illustriss. DD. Car-

Cardinalium, & mandauit, quod proveritate scribe remus, prout scripsimus quatuor Cardinales, videlicet Illustriss. DD. mei Cardinales Plata, Arigonus S. Marcelli, & ego, prout etiam pro Serenis. Republica plene, & doctissime fuit scriptum.

14 Sed vltimo, & pleniſſime Illustriss. D. meus Cardinalis S. Marcelli etiam replicauit allegationibus Sereniſſimæ Reipublicæ, & omnia deducta pro Republica sustulit, & confutauit mirifice, concludens, quod Ciuitas Cenetensis libere spectat ad Episcopos, & Ecclesiasticam iurisdictionem, & solus Papa, & Sedes Apostolica habet superioritatem.

15 Et ad consil. 123. lib. 3. fuit responsum, quod nō releuaret, quia omnia eius fundamenta corruūt, primo dum allegat Io. And. in addi. ad Spec. tit. de iurisd. omn. iu. §. 1. n. 16. in ver. pastoralis, q̄ in donatione facta Ecclesiæ Romanæ transit omne dominium, & omnis superioritas: secus in donatione facta Ecclesiæ particulari, vel priuato, quia est contra communem, de qua Iacob. Mand. cons. 62. nu. 14. & seq. imo si Io. And. legatur ibi ver. sexta opinio, loquitur quando donatio, vel concessio est facta de Ciuitate cum iuribus, & nihil fuit dictum omnino de iurisdictione, vel de mero Imperio, quia tunc dicit Io. And. in Ecclesiam Romanam transit omnis iurisdictio, & superioritas, & nihil remanet penes concedentem, secus in priuato, vel Ecclesia inferiori; sed si fuit expressio facta, transit in omnes, prout est casus noster, & ita Io. And. in pūcto declarat. Ang. de Peru. in l. 1. §. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & quod non potuit Respublica præscribere cum mala fide, quia ex iuramento fidelitatis, & tanquam vassalla Episcopi tenebatur recuperare, & tueri Ciuitatem Cenetensē ex præmissis cū alijs videdis, quæ posui in ver. Donatio facta per Constantinum Ecclesiæ Romanæ Conclus. 689. n. 8. & seq. ver. amplia quia, vbi patet, quod appellatio deuoluitur ad concedentem, si feudum conceditur Ecclesiæ, secus si concessio fiat per viam liberę donationis, vt in casu nostro, quia deuoluitur ad Ecclesiasticum superiorem, & iterum ibi nu. 15. & seq. ver. secundus casus, & sic cons. Ias. videtur contra textum clarum, & communes opiniones in hac parte, & prædicta, saluo semper saniori consilio, & salua veritate.

Censitores qui dicantur. Conclusio. CLXXXVIII.

1 CENSITORES dicuntur deputati ad signandum agros deputatos militibus. l. in agris. ff. de aequir. rer. domi.

2 Item illi, qui sunt deputati ad exigendum tributa, quia auferunt bona a non soluente, & alteri tradunt. C. si propter publi. pensita. l. 1. & 2.

3 Et proprie iudices censitores dicuntur, qui ab vno auferunt, & alteri tradunt. Instit. de iud. §. fin.

4 Hinc dici solet flumina, quæ ab vno auferunt, & alteri tradunt appellari censitores. Castill. qui omnia prædicta allegat ad probandum hoc proverbium de flumine cons. 9. In facto proponitur. num. 12. ver. auget quoque.

Censuræ Ecclesiasticæ quid sint. Conclusio. CLXXXIX.

1 CENSVRAE Ecclesiasticæ continent excommunicationem, interdictum, & suspensionem. Ordra. cons. 86. in fi. per tex. in c. quærenti, de verb. signif. Bald. cons. 478. Præmittendum est, nu. 8. & seq. lib. 4. vbi declarat.

2 Et quod appellatione censuræ veniat excommunicatio, & interdictum est text. in c. quærenti, de ver. sig. & censurarum sententia non valet sine citatione, & not. in c. sacro, de sent. excom.

3 Et multo magis quando citatio fuit omissa, quæ valent censuræ, vt per Hier. de Tort. cons. suo post cons. Ant. de But. n. 32. vers. nec prædictis obstat.

4 Declara, quia licet sententia excommunicationis, & interdicti dicatur censuram continere, illud tamen non procedit quoad alias pœnas. si alias pœnas cōtineret, ideo requiritur citatio. Hieron. de Tortis cons. suo post consilia Ant. de Bu. circa fi. n. 31. in fi. ver. vltimo non obstat.

5 Declara, quia citatio non requiritur in sententia excommunicationis, vel interdicti ab homine, vt quando ita iudex imponit pœnam, vel excōmunicationem, sed quando solum declarat aliquem excommunicatū, tunc requritur citatio. Hiero. de Tor. d. cōsil. 31. in fi. ver. vltimo nō obstat.

6 Amplia, quia excommunicatio per appellationem non suspenditur, neque censuræ, secus autem est, quando per modum declarationis promulgatur, quia appellatio suspendit. Heronym. de Tort. d. cons. post cons. Ant. de But. n. 32.

7 Si tamen censuræ promulgantur sine citatione vt afficiant excommunicatum, debet fieri notificatio, etiam si excommunicatio fieret super notorio. Hiero. de Tortis d. cons. nu. 32.

Vide. Ecclesia quas pœnas imponat, & de multiplici pœna Ecclesiastica. Conclus. 17.

Census solutio quid operetur, & quando arguat subiectionem. Conclusio. CXC.

1 SOLVTIO census arguit subiectionem. cap. omnis anima, de censib. Abb. cons. 102. In causa. nu. 2. lib. 1.

Vide. Liber æstimi quid sit, & non probat multis casibus, & quando secus. Concl. 345.

Declara, vt procedat quando talis solutio fit in signum subiectionis, alias non, quia non semper arguit subiectionem, quia quandoque ex conuentione præstatur census. Calderin. consil. 130. alias 5. de privil.

2 Et sufficit, quod concurrāt coniecturæ, vel præsumptiones pro subiectione, quia tunc solutio cēsus arguit subiectionem. Abb. d. cons. 102. n. 2. lib. 1. vbi quod sufficit fama in loco, vel quod concurrant aliqui actus denotantes subiectionem.

3 Extende, quia præscriptio solutionis census soluti in signum subiectionis inducit præsumptionē subiectionis. Abb. d. cons. 102. n. 2. ver. & ad prædicta. lib. 1. vbi dat alia similia de eo, qui ex vnico actu iurisdictionis acquirit omnes actus iurisdictionales alio non possidente.

4 Amplia, quia solutio focolariorum, quam facit villa, & castrum, arguit subiectionem. Put. decis. 458. lib. 2. & licet ibi teneat contrarium, tamen illud est, quia non constabat ex

descri-

descriptione de qualitate loci,cui fiebat solutio.

5 Extende quia is,qui aliquid facit,vel soluit ea, quæ faciunt vassalli,præsumitur facere, vel soluere,vt vassallus.Abb.d.cons.102. col.2.nu. 2. ver. facit etiam,lib.1.

6 Amplia,quia census, qui soluitur Episcopo ab Ecclesiis inferioribus,videtur solui tanquam subrogatus loco iurium decimarum, oblationum,& aliorum reddituum,quos Episcopus ab Ecclesiis inferioribus percipere debet. cap. requisisti de testam.cap.antiquos,10.quæst. 1. cap. concesso, & c.quatuor,12.q.2.c.quoniam,de decim,c. 2. de sepult.& in dubio census censetur subrogatus, c. constitutus de relig.domib.Ant.de Butr.cons.19. nu.17.ver.ad dubium de censu.

7 Extende, quia si oratorium habens signa loci profani soluit censum Episcopo, censetur in signum superioritatis,quasi authoritate Episcopi fuerit fundatum.Ant.de Butr.cons.19.nu.19.ver. ad nonum.

8 Restringe in censu,qui soluitur Episcopo a Monialibus, quia cum Monasteria sint exempta a censibus,non potest deberi ratione subiectionis, sed ratione iuris priuati.Ant.de Butr.cons.29. n. 18.ver.ad octauum,& idem dicit de Monasteriis Monacorum,ibidem n.20.ver.ad secundum.

9 Limita,quia quandoque census soluitur in signum protectionis.Calder.d.cons.520.alias quinto,de priuil.circa med.

10 Limita, quia pensionem certam pecuniæ debens percipere ex certo fundo,vel fructibus singulo anno non dicitur habere dominium fundi, licet habeat obligatum fundum, ideo cũ sit actio personalis non tenetur ad onera. Vide plene pro vtraq. Castr.cons.443. Videtur dicendum.lib.1. per totum.

11 Limita,quia solutio onerum, vni census facta vni non præiudicat tertio habenti ius, nisi talis solutio esset sciente,& patiente eo,qui ius prætendit.Roma.cons.275.n.10.

Vide Mascar.Conclusio.559. Canonis præstatio quid probet,vbi quod probat subiectionem.

Censualis contractus cuius naturæ esse dicatur, & qualis.Conclusio. CXCI.

1 CENSVALIS contractus perpetuus est,& ex eo trãsfertur dominium tam directum, quam vtile,quia licet præstatio pensionis arguat seruitutem soluentis,non tamen tollit quin sit dominus rei directus,& vtilis.Bald.cons.379. Sequitur quod anno Domini,n.7.ver.quæro, quod ius, lib.1.Alex.con.14.Viso,& considerato,nu. 8. ver. nam contractus censualis,lib.2.

2 Extende,vt procedat siue quis habeat ad censum ab Ecclesia,siue ab Vniuersitate, vel Ciuitate,siue a priuato, quia censetur dominus directus,& vtilis.Bal.d.cons.379.n.8.ver. & dicit Bar. lib.1.Alex.d.cons.14.nu.8.lib.2.

3 Et quando est contractus censualis, etiam ab Ecclesia,transit ad omnes extraneos. Paris. cons. 84.nu. 6.lib.4.vbi alios citat: ratio est, quia putuit census fuisse impositus a domino rei in fauorem Ecclesiæ,non quod res fuerit a principio Ecclesię. Alciat.reg.2.præsumptio.2.n.6.

4 Et verbum census proprie importat censum, licet aliquando etiam possit importare canonẽ, & improprie.Alex d.cons.14.n.8.lib.2.

5 Restringe in eo, qui soluit censum fisco, quia dominium directum præsumitur esse fisci.Bald.d. cons.379.nu.8.lib.1.

6 Idem est in Ecclesia,quia a pari procedunt fiscus,& Ecclesia.

Vide pleniſsime in verbo.Emphyteuticus contractus an præsumatur,vel censualis. Concl.152.

7 Amplia,quia censuarius nunquam cadit a re, pro qua soluit ob non solutionem,prout emphyteuta,ideo debet compelli ad soluendum uia iuris.Bal.d.cons.379.nu.8.lib.1.uer.& si non soluit, & cons.309.Proponitur quod hospitale. num. 3. uer.modo quero,lib. 3. ubi loquitur in censu debito ab hospitali Monasterio, ut si non appareat reseruatio directi dominij sit census, pro quo non causatur caducitas ob non solutionem.

8 Censualis in dubio præsumitur contractus, si non apparet reseruatio directi dominij in concessione facta.Bald. cons.309.n.3.uer.modo quæro,lib.3.Ruyn.cons.62.n. 6. & cons. 160. numer. 6.libr.1.

Vide. Emphyteuticus contractus an præsumatur,uel censualis.Concluſio.152. ubi plenius ponuntur opiniones,& declarationes.

Vide etiam plene per Mascard. Conclu. 281. censualis an in dubio.

Censuario quæ actio detur,& quid probare debeat. Concluſio.CXCII.

1 HABENS censum perpetuum super fundo potest conuenire possessorem fundi ad soluendum census decursos,quia possessores tenentur ad onera realia, & pensio sequitur fundum. Aegid.Bellam.cons.21.Vtrum possessor.

2 Et potest dominus census prohibere possessorem recusantem soluere, ne fruatur re censuali, Roma.cons.417.In casu proposito,numer.8. ver. cæterum.

3 Et licet agat ex necessitate contra singularem successorem in re censuali,si tamen non esset soluendo,potest agere pro censibus contra venditorem rei,ita Roma.d.cons.417.nu.9.ver. cæterum.

4 Et datur actio in factum, vel officium Iudicis ex æquitate. Aegid.d.cons.21.nu. 3.

5 Et non agitur petitorio ad dandum,vel soluẽdum censum,sed agitur possessorio.Aegid.d.cons. 21.nu.14.vsq.in fi.

6 Et competit interdictum vti possidetis si possidens fundum non negat soluere, si vero negat competit interdictum vnde vi, & sic restituorium.Aegid.dict.cons.21.ubi num. 4. uer. coram nobis,ponit libellum in interdicto uti possidetis.

7 Sex debet probare agẽs interdicto vti possidetis

vel vnde vi; Primo, quod ſit in poſſeſſione exigẽdi per plures annos, quando eſt annuum. Itẽ per patientiam, & ſcientiam poſſidentis fundum. Tertio, quod conuentus poſſideat fundum, Quarto, quod agens vti poſſidetis tempore litis conteſtatæ ſit in poſſeſſione, vel quaſi. Quinto, quod non vi, nec clam poſſederit. Sexto, quod bona fide poſſederit. Aegid. d. conſ. 21. n. 7. & ſeq.

8 Negatoria vero agens, vt fundus non teneatur quid probare debeat, vide eundem Aegid. d. conſ. 21, n. 9. & ſeq. vbi pulchre.

Cenſus conſiſtens in annuo reddi-tu licite vendi poteſt. Concluſio. CXCIII.

1 CENSVS conſiſtens in annuis fructibus licite cõſtitui, & vendi poteſt perpetuo, vel cũ pacto redimendi, & non eſt vſura, ex quo dominium, & periculum tranſit in emptorem. Petr. de Anchar. conſ. 19. Hic iſta ordinatio, quod eſt conſilium Dyni ſubſcriptum ab XI. aliis Iuriſconſultis, ſequitur Pariſ. conſ. 75. Omnis difficultas, nu. 27. & ſeq. lib. 4.

Vide. Montium loca an licita, vel non. Concluſio. 370.

2 Amplia, quia valet ſtatutum, per quod ſimiles cenſus conſtitui, & vendi poſſunt, nec dicitur in fraudem vſurarum factum. Petr. de Ancha. d. conſ. 19. per totum, vbi eſt caſus. Pariſ. d. conſ. 75, num. 29. & ſeq. lib. 4.

3 Et poſſunt vendi ad rationem decem pro centenario de conſuetudine. Pariſ. d. conſ. 75. nu. 30. vbi quod extat extrauag. Calyſti, & Nicolai Papæ, lib. 4.

4 Declara, quod valet venditio cenſus, dummodo ſit conſtitutus in certis redditibus ante venditionem, quia tunc ſeruantur ſubſtantialia contractus, vt res certa vendatur, latiſsime Petr. de Anchar. conſ. 30. Dubitari ſolet, n. 4. & ſeq. ver. iis præmiſsis, vbi ponit plura exempla, ex quibus cẽſus licite poteſt conſtitui, & ſucceſsiue vendi.

5 Amplia, quia cenſus conſtitui, & vendi poteſt perpetuo, vel ad certum tempus certum, vel ad vitã. Petr. de Anchar. conſ. 30. n. 5. circa med. col. 2. ver. ſecundo probo, vbi etiam quod poteſt vendi cum pacto de retrouendendo.

Vide. Vſurarius non eſt contractus emptionis fructuum ad vitam. Concluſ. 362.

6 Amplia, quia pro cenſu conſtituto, & vendito competit reſtitutio ſpoliato. Pet. de Ancha. conſ. 30. nu. 5. ver. item per ſolutionem cenſus.

7 Amplia, quia de conſuetudine annuę penſiones dicuntur cenſus, & ſeu reducuntur ad cenſus. Pet. de Anchar. d. conſ. 30. n. 3. ver. item conſuetudo.

8 Amplia, quia cenſus conſtitui, & vendi poteſt annuus, etiam ſi conſiſtat in pecunia. Bald. conſ. 133. Et quod dictus, maxime in fin. ver. ſed ijs non obſtantibus, lib. 3. quę eſt additio Baldi.

9 Contrarium tenet alius conſulens dict. conſ. 133. lib. 3. quaſi per totum, vbi quod pecunia non poteſt emere pecuniam maioris quantitatis, & quod vltra ſortem percipitur eſt vſura, & dicit * hanc eſſe * communem opinionem, n. 2. col. 2. circa fi. ver. preterea, ubi pecunia.

10 Declara ſecundum Bald. conſ. 133. in fin. lib. 3. quod apud homines ſubtilioris conſcientiæ eſt abſtinendum, tamen valet contractus.

11 Declarat ſecundo Bal. d. conſ. 133. lib. 3. in fin. ut procedat, quod valet venditio cenſus quando ſit pro annuo cenſu non exceſsiuo, & quando nõ eſt in poteſtate ementis cenſum repetere pecunias.

12 Declara tertio, quia valet venditio cenſus conſtituti in aliqua proprietate, ſecus ſi in perſonam vendentis, quia tunc eſſet vſura. Cuman. conſil. 181. Proponitur quod, n. 2.

13 Declara, quia valet cenſus venditus ſuper re ſtabili, vel ſuper iure, quod quis habet in re ſtabili, ſiue ſit directum, ſiue utile. Socin. conſ. 167. In præſenti conſultatione, lib. 2. ſequitur Pariſ. conſ. 75. nu. 28. lib. 4.

Cenſus annui inter immobilia computantur. Concluſio. CXCIV.

1 CENSVS annui inter immobilia computantur. Petr. de Anchar. conſ. 30. Dubitari ſolet, n. 4. ver item probatur hoc. Gabriel. cõſ. 141. per totum, lib. 2.

2 Amplia, quia annui redditus perpetui, & qui debentur ex re immobili, inter immobilia computantur. Ruyn. conſ. 82. Circa primum dubium, per totum, maxime nu. 5. lib. 2. ubi declarat non procedere in annua præſtatione, non perpetua, nec quando ſit acceſſorie ad obligationem propter moram, late Crauet. conſ. 782. n. 1. & num. 3.

Vide. Annui redditus an inter immobilia computentur. Concluſio. 342.

Vide. Bonorum immobilium appellatione quæ veniant. Concluſio. 104. n. 5. & ſeq.

Cenſus probatur per ſolutionem annuam triginta, vel quadraginta annorum, & quando ſecus: Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 279. & plenius. Cõcluſio. 337. Conceſsio in emphyteuſim, uel feudum.

Cenſus ex quibus probetur, vel non Concluſio.

Vide Maſcard. Concluſio. 280.

Cenſus annus quomodo præſcribitur, & qualiter debeatur, vel non. Concl. CXCV.

1 CENSVS annuus præſcribitur ſpatio quadraginta annorum. Bal. conſ. 313. Super prædicto puncto, alias incipit ponitur, quod antiquitus, per totum. lib. 3. Specul. in tit. de locato. §. nunc

§. nunc aliqua,ver. 41. quæritur, nu.52.vbi pro vtraq.parte allegat,& hanc tenet.

2 Contrarium,quod census non posit præscribi, quia omni anno debetur.

3 Declara vt per Bal.conſ.314.Ad ſi euidentiam præmittēdū,lib.3.quia cenſus pręſcribitur a bonę fidei poſſeſſore per quadraginta annos, & idē in emphyteuſi, & in malę fidei poſſeſſore ponit tres opiniones. Vna eſt quod præſcribat de iure Ciuili.Secunda,quod non pręſcribat de iure Canonico. Tertia eſt Iacob. Butrig.quod præſcribat penſiones decurſas,ſed decurrendas non.

Vide plenius in ver.Præſcribi pōteſt annua prę ſtatio,& quanto tempore.Conclu.545.

Vide.Præſcriptio emphyteuſis quanto tempore inducatur.Conclu.561.

4 Amplia, vt procedat quod præſcriptio iuuet emptorem cenſus,etiam ſi venditio ſit facta emptori, qui allegat præſcriptionē,cū pacto, quod ſoluat cenſum,quando tempore pacti, & venditionis erat pręſcriptum.Bal.plene conſ.313.Proponitur quod antiquitus, lib. 3. vbi pro vtraque parte,& hanc tenet,& reſpondet ad contraria, & qualiter probetur præſcriptio, & dicit quod ſi non requiritur factum hominis, probatur ex ſolo curſu temporis.

5 Declara quia emptor tenetur eo caſu in pretio reficere id,quod minus vendidit propter pactum.Bald.d.conſ.313. prope fin. ver. ex iis concluditur,lib.3.

6 Amplia in emphyteuſi, quia præſcribitur 40. annis per bonę fidei poſſeſſorem,puta per emptorem emphyteutę.Bal.conſ.314.nu.3.ver.promitto vlterius,lib.3.

7 Qualiter autem debeatur, vel non,dicas quia cenſus regulariter non debetur.

8 Cenſus regulariter non debetur,neque penſio, cuius cauſa ignoratur, niſi longo, & continuato tempore ſit præſtitus,vel iure naturę ſuæ, vel ſitu loci, ſit cenſualis, vel in præſentibus actis, quia hoc continent. Bald. conſil. 368. nunc venio ad merita circa med. ver. ſciendum eſt etiam,lib.1.

9 Amplia,vt procedat etiam, ſi ex promiſſione aſſeratur deberi, quia niſi doceatur quantum ſit promiſſum, non poteſt peti. Bald. dicto conſil. 368. vltra med. ver. ſi autem petatur,libro primo.

10 Limita in poſſeſſorio, quia exiſtens in poſſeſſione, vel quaſi, etiam non longo tempore dummodo bona fide probat poſſeſſionem, & in ea debet manuteneri. Bald. dict. conſ. 368. vltra med. ver. ſi autem,lib.1.

11 Reſtringe,vt non procedat quando conſtaret de mala fide, vel dolo poſſeſſoris, quia neque in poſſeſſione tueri debet, quia illam non probat ſtante mala fide.Bald.d.conſ.368.ver.ſi autem minor,lib.1.

Certam ſcientiam interueniſſe aſſerenti incumbit probatio,& qualiter probetur certa ſcientia. Concluſio.

VIDE Maſcar. Concluſio. 281. Certam ſcientiam.

Vide,Clauſula ex certa ſcientia quando in eſſe videatur.Concluſio.341.

Certioratio,& intimatio debet fieri in multis.Concluſio. CXCVI.

1 INTIMATIO,& certioratio debet fieri parti de omnibus prorogationibus inſtantiæ alias ſi fiat prorogatio non intimata parte, ſententia ferenda ſeu lata in termino prorogato eſt nulla.Alexan.conſ.34.Viſo themate,libr.1. circa fi.ver.ſuper eo autem.

2 Amplia,vt idem ſit in compromiſſo, quia licet ſit data facultas Arbitro prorogandi compromiſſum etiam partibus abſentibus,& non citatis, tamen ſi non fiat intimatio prorogationis, laudum eſſet nullum,quia tollitur defenſio.Bal.conſ. 101.Nobiles viri,n.10.ver.venio ad ſecundum,& conſ.102.nu.4.& ſeq. uer.modo quæro, & conſil. 103.in prin.& 104.per totum,lib.3. vbi quod fuerunt ſubſcripta a XX. Doctoribus. Alex. d. conſ. 34.circa fi.libr.1. qui alios allegat,plenius Alex. conſ.63.In cauſa,& lite,col.fi.uer.ſed ſolum reſtat uidere,lib.3.ubi dicit procedere etiam ſi ſit data poteſt prorogādi partibus abſentibus,& ignorātibus,quia non valebit ſine intimatione, hęc omnia Lanfranc.de Oriano, in tract. de arbitris,in ver.prorogatio.

3 Extende,quia etiam acceptatio compromiſſi debet parti notificari,ad hoc, vt afficiat, & non ſufficit facta,& non intimata.Alex.d.conſ.34. circa fin.lib.1.

4 Amplia, quia ſi prorogatur inſtantia appellationis,debet prorogatio notificari, alias ſententia lata erit nulla.Bal.conſ.102. Omnis poteſtas, nu.5.ver.ad impediendum,lib.3.

5 Amplia,quia ſi Iudex contumaci prorogat terminum,debet parti notificari, alias ſententia eſſet nulla contra eum,qui ignorauit.Bald.d. conſ. 102.n.5.in fi.ver item Iudex,lib.3.

6 Amplia, quia ſi Iudex pronunciat extra tempus ſtatutum partibus non certioratis, ſententia eſt nulla.Bal.d.conſ.102.n.5,ver.item ſi non pronunciat,lib.3.

7 Amplia,quia in omni aſsignatione termini probatorij peremptorie facta pars debet certiorari,alias non valet ſententia. Bald. conſ. 103.Lex compromiſsi,circa med. ver, ſtatuitur enim terminus,vſque in fi.lib.3.

8 Amplia, quia intimatio prȩcepti Iudicis inluſti debet fieri deponenti ad hoc, vt depoſitarius ſoluendo liberetur a deponente.Io.de Imol. conſ. 34.per totum maxime in fi.

Vide.Interpellatio quando ſit neceſſaria ad inducendam moram.Concluſ.325.

Vide.Intimatio neceſſaria multis caſibus.Concluſio.339.

9 Limita multis caſibus de quibus in Concluſione proxima ſeq.

Digitized by Google

Certioratio non eſt neceſſaria mulieri, vel minori multis caſibus. Concl. CXCVII.

1 MVLIER renuntians bonis paternis cum iuramento non debet certiorari de beneficio. l. pactum dotali. C. de collatio. ita Guido pa. deciſ. 227.

2 Extende, quia mulier renunciando in ſpecie cum iuramento Velleiano non debet certiorari. Alex. conſil. 222. Viſa facti. n. 3. & 4. lib. 2. vbi apoſtil. in ver. Velleiani.

3 Amplia, quia quando minor renunciat cum iuramento præſente curatore, non requiritur alia certioratio, quia ſcientia curatoris ſupplet ſcientiam minoris. Alex. d. conſ. 222. Viſa facti, num. 2. ver. & cum opinione, cum ſeq. lib. 2.

4 Extende, quia, quando minor cum iuramento renunciat in ſpecie reſtitutioni in integrum, etiã ſine curatore, non debet certiorari, ſicut neq. mulier, quando in ſpecie renunciat Velleiano. Alex. conſ. 222. numer. 3. & 4. lib. 2. Vbi apoſtilla in ver. Velleiani.

Vide. Minor cum iuramento valide contrahit. Concluſio. 253.

5 Limita, quia in ijs, in quibus mulier, ruſticus, vel minor preſumuntur ignorare prout quando ſunt læſi vltra dimidiam, præſumuntur ignorare verum pretium rei venditæ, ideo renunciatio facta ſine certioratione non præiudicat. Alexan. conſil. 1. Ponderatis, in prin. & per totum, lib. 6.

6 Extende, vt procedat etiam, ſi renunciatio eſſet ſpecialis, puta renũcians exceptioni doli mali, læſioni, deceptioni, &c. Quia niſi fiat certiorati non præiudicat; niſi eſſet cum iuramento, per quod generaliter cogitatus iuratus preiudicaret. Alex. d. conſ. 1. lib. 6. per totum, vbi caſus, maxime n. 3. & ſeq.

7 Limita, quia regulariter mulier, & minor debent certiorari de beneficio ſibi competenti, cui renunciant.

Vide plene Concluſio. proxima. ſeq.

8 De minore, vide. Minor renuncians beneficio debet certiorari. Concluſio. 246. & infra Concluſio proxima ſeq.

9 De muliere. Vide. Mulier iuuatur beneficio Velleiani. Concluſio. 421.

Vide. Certioratio regulariter requiritur minori, & mulieri. Concluſio. 198. quæ eſt proxima ſequenti.

Certioratio regulariter requiritur minori, & mulieri renunciantibus, & qualiter probetur. Con. CXCVIII.

1 CERTIORATIO requiritur minori renuncianti beneficio reſtitutionis in integrum ad hoc, vt ſibi preiudicet, de qua debet fieri mentio ſpecialis. Bald. conſ. 47. Caſus talis eſt dominus Andriolus, in fin. lib. 1.

Vide. Minor renuncians beneficio debet certiorari. Concluſio. 246.

2 Et non ſufficit, quod notarius dicat in inſtrumento, quod ipſe certiorauerit, quia ſibi non creditur. Alexand. conſ. 191. Perſpecto, nu. 3. verſi. fortificari. lib. 6.

Vide. Minor renuncians beneficio ſibi competenti debet certiorari. Concluſio. 246. n. 19.

3 Amplia in muliere ſuſcipiente tutelam filij, & renunciante Velleiano, quia non præſumitur certiorata. Bologni. ad conſ. Ioan. de Anania 100. in principio.

Vide Soci. regul. 26. Mulier de Velleiano non certiorata ſi renunciat nõ valet renunciatio, vbi ponit tres fallentias, quando renunciat in iudicio quando cum iuramento, & quando tutelam ſuſcipit pro filijs.

4 Extende in muliere renunciante beneficio Velleiani, quia debet certiorari, alias non valet renunciatio. Cappella Tholoſ. deci. 37.

Vide. Mulier iuuatur beneficio Velleiani. Concluſio. 421.

5 Amplia in ratificatione minoris facta cum iuramento, quia requiritur certioratio omnium cõtentorum in inſtrumento ratificato. Io. de Imol. conſi. 67. in prin. vbi quod probatur ſiue per inſtrumẽtum, ſiue per teſtes, quia nihil refert dummodo probetur facta.

6 Amplia, quia certioratio, quæ debet fieri mulieri, vel minori renuntiantibus, debet eſſe tam circa ius competens, cui renunciant, quam circa importantiam renunciationis, & qualiter non poterunt venire contra, neq. petere reſtitutionem. Signor. conſ. 181. n. 11. ver. tertio ipſa d. Nida.

7 Extende, quia ſi mulier, vel minor renuncientes iuri ſuo legitimæ, & Trebellianicę non ſunt certiorati de importantia iſtorum verborum, non valet renunciatio, tanquam facta ab eo, qui ignorat importantiam, & conſenſus circa ignorata non valet, imo notarius, qui tenetur certiorare eſt in dolo. Caſtr. conſ. 412. Viſo facto, n. 2. ver. ſed quantum ad approbationem, lib. 1.

8 Extende, quia etiam pars, quę recepit renunciationẽ a muliere, vel minore non certioratis, dicitur in dolo, maxime ſi ipſe erat informatus, quia tacere veritatem eſt contra bonam fidem, & nihil magis eſt contrarium bonæ fidei, quã dolus, & quia dolus nedum committitur in faciendo, ſed etiam in tacendo frandem, prout in teſte, qui falſus redditur, tam in dicendo contra veritatem, quam in tacendo veritatem. Caſtren. d. conſ. 412. col. 1. in fi. n. 2. ver. de dolo, etiam militis, lib. 1.

9 Amplia, quia minor renunciãs læſioni, vel cuicunq exceptioni etiam cum iuramento in contractu læſiuo debet certiorari in ſpecie, quia minor ignorare præſumitur. Alex. conſil. 89. Viſo puncto, numer. 11. & ſeq. ver. ſecundo reſpondeo libro 2.

10 Regulariter certioratio non preſumitur ex ſimplici renunciatione, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, apoſtil. ad deciſ. Tholoſ. 37.

11 Fit qui allegat certiorationem debet probare, & qualiter probetur. Maſcard. Concluſio. 283. Certioratio.

12 Reſtringe, quando mulier, vel minor iurarunt renunciationem, quia preſumetur certioratio. Bologni. in apoſtil. ad conſ. Ioan. de Anania 100. vel late, allegat plures apoſtilla ad deciſ. Capel. Tholoſ.

Digitized by Google

Tholoſ.37.vbi allegat plures.Guidopa.deciſ.227.

83 Contrarium tenet Signor.conſ. 250.n.7.& ſeq. verſic. circa quartum: vbi num.9. quod vbi agitur de abdicatione iuris competentis,vel competituri mulieri præſumitur ignorantia niſi fuerit certiorata,& idem tenet conſ.181.num.11.ver.venio ad tertium.Alex.conſ.89.Viſo puncto.nu.11. & 12.lib.1.

84 Declara,quia iuramentum minoris non operatur niſi quia repreſentat eum maiorem ſecundum communem opinionem.Alexan. d.conſ.89.nu.11. lib.1.vbi n.12.quod ſi renunciatio eſt facta per minorem exceptioni in genere, reſtituitur in integrum niſi fuerit certioratus.

85 Sed certe declaratio non releuat, quia ſi iuramentum facit minorem repreſentari maiorem, non video, quomodo debeat certiorari, cum ſit maior,quia deberet certiorari ſi minor non cenſeretur maior,&ita poteſt elici,quid ſentiat Alex.d. conſ.89.num.12.& ſeq.lib.2.quia tranſit ad alias reſponſiones falſæ cauſæ,& vt ibi.

Certificatio non præſumitur niſi probetur. Concluſio.

VIDE Maſcar.concluſ.283.Certificatio, Vide.Solemnitas intrinſeca, vel extrinſeca. Concluſ.310.

Certus an & quando debeat certiorari. Concluſio. CXCIX.

CERTVS de aliquo negocio certiorari non debet,quia certioratio fit ad finem, vt quis ſciat,ergo ſi ſcit, non requiritur certioratio, c. eum qui certus,de reg.iur.in 6.

2 Amplia in actibus de ſui natura prohibitis,quia ſufficit, vt quis ſciat quomodocunque, etiam ſi non ſequatur intimatio prohibitionis. Gemin. conſ.33.nu.5.ver.nec obſtat.

3 Amplia,vt procedat etiam in caſibus,in quibus requiritur infimatio, & intimatio, quando quis habet plenam notitiam, quia non requiritur alia certioratio,vel intimatio.Gemi.d.conſ.33.nu.13. ver.item quando datur plena notitia.

4 Extende,vt procedat etiam ſtante ſtatuto, vel decreto Principis,quod aliquid publicetur,vel notificetur,quia ſi exprimit ad effectum,vt alij ſciant non eſt neceſſaria publicatio quoad ſcientes,& in dubio præſumitur quod fiat ad effectum certiorandi. Alex.conſ.24.Inſpecto proceſſu.nu.3.& ſeq. ver. confirmatur & ſecundo.lib.4.

5 Amplia, quia capitulo debenti eligere ad Canonicatum vacantem infra ſex menſes non debet intimari priuatio Canonici facta per Epiſcopum, ſi capitulum illam ſciebat, quia certus certiorari non debet. Abb.conſ.62.Condeſcendo.col.2. ver. ex ijs. lib.1.

6 Limita in ijs,in quibus certioratio,& intima- non parificantur,quia etiam certificato,& habenti ſcientiam debet fieri intimatio.Gemi.conſ.33. nu.5.ver.nec obſtat.

Vide.Enictio vt habeat locum requiritur denunciatio.Concluſ.353.

7 Extẽde,quia ſi certioratio fit ad effectũ,vt quis habeat notitiam, non eſt neceſſaria ei, qui ſcit, ſed ſi fiat ad effectum incitandi, vt aliquid poſſit facere, ſemper eſt neceſſaria,etiam ſi ſciat. Alex. conſ.24.Inſpecto proceſſu.num.4.& ſeq.ver. quia vbi denunciatio.lib.4.

8 Declara totam iſtam materiam, quia quando denunciatio, intimatio,vel certioratio fit ſolũ ad finem, vt quis ſciat, tunc ſufficit,quod quis ſciat, & iſto caſu certus non debet certiorari, ſi vero certioratio eſt de ſubſtantia,vel forma,prout quãdo lex mandat denunciari, alias actus ſit nullus, tunc non ſufficit ſcientia, ſed debet fieri denunciatio ei, qui certus eſt, plene Alexand.conſ.27. Viſo themate,in princi.lib. 6.vbi apoſtill.in ver. ergo,dat concor.

Vide.Intimatio neceſſaria multis caſibus.Concluſ.339.

Vide. Interpellatio quando ſit neceſſaria, vel non ad inducendam moram. Concluſ.325.

9 Declara alio modo, quia ſi notificatio, & intimatio ſit,vt quis reddatur certus de aliquo,tunc ſi ipſe,cui debet fieri, ſciat aliunde;non eſt neceſſaria alia notificatio,vel certioratio, ſi vero fiat ad incitandum notificatum, vt aliquid faciat,vel ad prohibendum ne aliquid faciat non ſufficit ſcientia.Alex.conſ.138.Viſo puncto,in prin.& per tot.li.7.vbi dat exemplũ in maſſario, qui tenetur denunciare maleficia,quia omnino tenetur,ſic,& in emptore,quia ſi patitur euictionẽ, vel litẽ tenetur denunciare vẽditori,& dicit magis* cõmunẽ.

10 Et quando res eſſet dubia an ſit facienda ad effectum notificandi,vt ſit certus,an vero incitandi vt aliquid faciat,vel non,in dubio præſumitur,vt certus reddatur adeo quod ſi ſciat aliunde is,cui debet fieri notificatio,tũc non ſit neceſſaria. Alex. d.conſ.138.Viſo puncto.nu.3.ver.idem etiam voluit.lib.7.&conſ.14.Inſpecto proceſſu.nu.3.& ſeq. ver.confirmatur.& ſecundo.lib.4.

11 Declara plenius,vt per eundem Alexan.d.conſ. 138.n.4.ver.fortificantur prædicta.lib.7.vbi dicit ex mente Iacob.de Beluiſio in l.emptor.C.de euictio.quia diſtinguitur, aut intimatio, vel denunciatio requiritur ad commodum denunciantis, aut requiritur ad commodum denunciati; primo caſu ſi ad commodum denunciantis,& tunc ſi agitur, vt ex notificatione notificans ius acquirat, vel vt notificatus pœnam, vel moram incurrat, non ſufficit ſola ſcientia notificati, ſi vero agitur ſolum, vt notificatus incidat in malam fidem, ſola ſcientia ſufficit.

12 Si vero agitur,vt fiat denunciatio ad commodũ eius, cui denunciatur ſemper ſufficit ſola ſciẽtia, ita Alex.d.conſ.138.n.4.ver.ſecundo caſu principali.lib.7.vbi tamen declarat,& tuetur dictam diſtinctionẽ,licet exẽpla quædam impugnet.n.5.

13 Declara etiam magis ſuccincte ſecundum Bal. in c.1.ſi de fẽdo vaſſallus ab aliquo interpellatus fuerit,qa ſi denunciatio fit ad commodũ,& vtilitatem denunciantis illa debet fieri,& non ſufficit, quod denunciatus ſciat,ſi vero fieri debet ad commodum,& vtilitatem denunciati, ſecus eſt.

Certum quando dicatur aliquid eſſe. Concluſ. CC.

1 CERTVM dicitur quod certificatur per precedentem,vel ſubſequentem ſcripturam.Oldra.cõſ.324.n.15.ver.præterea.Bal.cõſ.108.Præ-

suppositis tribus.n.1.ver.super alio.li.1.vbi,quod instrumentum dicitur continere locum, quando est descriptus locus in præcedenti instrumento habente coniunctionem causarum.

Vide. Incertitudo non vitiat dispositionem. Concluſ. 66.

2 Amplia,quia licet apparenter aliquid videatur esse incertum,si tamen interpretatione iuris reducitur ad certitudinem,dicitur esse certum, veluti si aliquid relinquitur arbitrio propinquorũ, quia ex quo istud arbitrium est regulatum secundum arbitrium boni viri, dicitur esse certum iuris interpretatione. Bald.conſ.183.Præsuppoſito,quod ſtatutum,in princ.lib.1.

3 Extende, vt idem sit in institutione filiæ, cui pater iure institutionis reliquit illã quantitatem, quam exequutores testamentarij declarauerint, quia non potest dici institutio incerta, sed est certissima,ex quo secundũ arbitrium boni viri debet intelligi.Ang.conſ.97.Iulianus de Monte,in prin.

Vide. Præteriti dicuntur filij si non est eis legatum iure institutionis.Concluſ.638.

4 Amplia, quia certum dicitur, quod per relationem certificatur,quando id ad quod fit relatio est omnino certum,alias secus.Bal.conſ.219. Primũ dubium,in prin.li.1.vbi,quod valet sentẽtia, absoluo absoluendũ,& condemno condẽnandum, prout ex actis apparet,quia si acta sunt clara, sufficit, si vero est dubia, secus est, & sententia tanquam conditionalis, & incerta non valet.

Vide.Relatum est in referente.Concluſ.129.

5 Extende, quia obligatus sub pœna bannimenti denunciare omnes contractus,dicitur vere,& certitudinaliter denunciare,si illos exhibet coram iudice referendo se ad illos. ita Abb.conſ.28.Omissis,per totum, vbi ponit plura exempla, maxime num. 3.per totum.lib.1.

6 Amplia,quia apocha continens obligationem solutionis census sine expressione quantitatis,dicitur certam quantitatem continere,si constat de solutionibus dicti census,quia talia sunt subiecta, qualia prædicata.Bald. conſ.331. Reuerende Pater.nu.2.ver.secundo videtur.lib.2.

7 Amplia,quia habens actionẽ ex duplici instrumento pro eadẽ causa,intentans actionẽ ex secũdo instrumento,censetur intẽtasse ex primo, quia secundũ censetur continere ea,quæ in primo sunt expressa. Bald.conſ.344. Ad euidentiam est præmittendum.n.2.lib.2.ver.sed in contrarium.

8 Amplia in scriptura priuata facta expressa causa ad probandam obligationem, quia dicitur certa,licet sit relatiua ad librum computorum, si libri apparent,& sunt certi.Bal.conſ.26.Dictæ scripturæ.lib.4.& conſ.353.Litteris respõsalibus.li.4.

9 Amplia,quia certum dicitur,quod per euentum conditionis,vel per electionem,aut arbitrium certi exequutoris reducitur ad certitudinem. Oldra. conſ.61.Et ideo legatum pro maritandis puellis eligendis à certo exequutore dicitur certum. Bald.conſ.39. Viso testamento,in fin.lib.1.

Vide.Legatum incertum quando dicatur, vel certum.Concluſ.43.

10 Extende,quia certum pretium dicitur, & pura venditio,quando declaratio pretij est remissa in certam prrsonam,& ea mortua in officialem perpetuum. Io.de Anan.conſ.19.n.12.& seq. vbi Bolog.num.21.vsque in fin.

11 Extende, quia vbicunq; venditio remittitur in certum arbitrium boni viri semper valet, & dicitur certa.

12 Si vero in personam incertam fiat remissio, tunc vitiatur.l.fin. C.de contrah.emptio. Cephal. conſ.10.num.7.& seq.

13 Amplia, quia certum dicitur id, quod per factum reducitur ad certitudinem,ideo legatum factum nurui futuræ vxori filij sui,dicitur certum, quia ex facto reducitur ad certitudinem. Bald. conſ.188. Punctus primo quæritur.lib.5.

14 Amplia, quia certum dicitur, quod continetur de præsenti certũ,licet ab euentu possit reduci ad incertum,vel ad nihil, prout in instrumento continente certam summam,sed in euentum certæ conditionis, quod nihil deberetur, dicitur interim certum. gloſſ. in l.3.ff.de in diem adiectio.quæ * communiter approbatur. Vide Socin. in l. pecuniam.n.8.& 10.ff.si cert.pet.vbi Iaſ.n.10.

15 Extende,quia sententia, vel alia dispositio continens certam summam, licet dicat plus, & minus,prout apparebit ex libris,quia licet ab euentu possit resolui, tamen antequam resoluatur, dicitur certa summa.Dec.conſ.385.col.fin.ver,& in simili.Alex.conſ.8. Videtur,in fin.n.11.lib.4.

16 Extende in laudo habente exequutionem paratam,quia si quis condemnatur ad solvẽdum certã summam expressam, licet adijciatur clausula, nisi aliter ex calculo rationis appareret, non tamen impeditur exequutio, quia interim est exequendum pro summa expressa. Socin. in l. quibus diebus.6.quidam Titio,in fin.ff.de cond.& demonſtr.

17 Extende,quia instrumentũ,in quo debitor se vocat debitorẽ,puta in mille,cum clausula, saluo tamen veriori calculo,dicitur purum interim,& habet exequutionem paratam pro summa expressa, sicut alia instrumenta pura, quia licet inspecto futuro statu possit minui, tamen secundum præsentem statum est certum, & exequibile. Bart. & alij in l.Iulianus verum debitorem.ff.de cond. indebi. Iaſ.in l.sufficit,in 6.not.ff.eod.

Vide. Debitum qualiter dicatur purum, vel non. Concluſ.36.

Vide. Gabella causarum quæ dicitur directura.Concluſ.8.num.6.& seq.

18 Simile est, quia licet debitor obligatus soluere ad omne beneplacitũ creditoris non incurrat moram sine interpellatione, quia non est certũ tempus debiti.l.si decem cum petiero.ff.de verb.obli. si tamen debitor promisit soluere certo die, & postea quandocunq; ad beneplacitum creditoris,debitor incurrit moram adueniente die certo,quia alia verba non alterant certum terminum præfixum. Bart. in l.cum stipulatus sim mihi,& Proculo,ad fi.prin.vbi Alex.& Iaſ.ff.de verb.oblig.

19 Item obligatus pure,licet obligatio sit resoluenda,vel possit resolui in diem,vel sub conditione, potest tamen conueniri, & contra eum agi; ita * Iaſ.d.l.pecunia.n.8.ff.si cert.pet.vbi dicit * communem,quia inspicitur præsens status.

20 Idẽ est in eo, qui obligatur cauere,quia nõ possidet stabilia, quia donec controuertitur de hoc,& ipse probat possidere,debet cauere.Affl.deci.108.

21 Idem est in petitione iniuriarum pro certa summa, quia licet addatur clausula plus, & minus, prout liquidabitur, tamen dicitur certa summa petita etiam ad effectum gabellæ soluendæ,& nullitatis sententiæ,si soluta non fuit.

Vide plura in ver.Gabella causarum quæ dici-

tur

tur directura. Concluſ.8.num.5.& multis ſeqq. vbi multa ſimilia.

22 Limita,quia certum non dicitur,quod poteſt apparere tale.

Vide. Incertitudo vitiat diſpoſitionem. Concluſio 65.

Vide. Obligatio de ſoluenda certa quantitate dotis cum pactis apponendis qualis ſit. Concluſione 41.

Cæſenæ Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CCI.

1 DOMINI de Malateſtis fuerunt inueſtiti tanquam Vicarij a Sede Apoſtolica de Ciuitate Cęſenę, vt dicit Ioann. de Imol. conſil. 116.in princ.

2 Fuit ſub dominio temporali particularis Domini tempore Alexandri, vt ipſe conſuluit conſ. 19. Viſo proceſſu,in princ.lib.1.

3 Et tempore Io.de Imola erat dominus Cęſenæ magnif.potens d.Sigiſmundus Pandulphus,vt ipſe dicit conſ.24.in princ.

4 Datium,& gabella vini ſoluitur Cęſenę pro extractione, ideo locatio facta dictæ gabellæ in qua conceditur conductori, quod omnes ementes vinum pro illo extrahendo ſoluant gabellam, operatur, quod conductores antiqui debent habere gabellam vini venditi, durante ſua conductione, licet extractio fiat tempore alterius ſucceſſoris. Io.de Im.d.conſ.24.per tot.

5 Extende, quia ſi mercator, qui emit vinum, debet extrahere per totum menſem Martij,&non potuit,& de menſe Aprilis ſucceſſerunt alij gabellarij, datium, quod eſt ſolidorum 40.pro vegete debetur antiquis gabellarijs, ita Alexan. conſ. 7. Viſo themate, lib. 3. quia dicit ſpectandum initium.

6 Contrariam apoſtilla ad Alexand. d.conſ.7.in ver.primum.lib.3.

7 Statutum Cęſenæ, quod reſpondens poſitionibus debeat iurare de calumnia factis ſcripturis, alias poſitiones habeantur pro reiectis, & illi dicitur ſatisfactum ſi notarius ſcripſit,iurauit, &c. quia ſolemnitas intrinſeca præſumitur, & dictio, &c.continet ſolita fieri.Io.de Im.conſ.86. In cauſa quæ vertitur.

8 Idem ſtatutum, quod reſponſio facta poſitionibus, quibus non erat reſpondendum habeatur pro non facta, intelligitur ſi ex lectura poſitionum conſtat, quod de iure non debuit reſponderi. Ioann.de Imol,dicto conſil.86. num. 5. verſic. nec obſtat.

9 Statutum Cęſenę prædictum, quod reſponſio debeat fieri poſitionibus in fra tres, debet intelligi finito impedimento legitimo breui duraturo, nec tenetur impeditus infra tres facere fidem de impedimento. Ioann. de Imol. conſ. 86. num. 9. vſque in fin.

10 Statutum Cęſenę eſt circa feriat, quod non reddatur ius tempore meſſium,cui renunciari poteſt expreſſe, & tacite. Alexand. conſil. 213. Viſo,& opportune.num.2.& ſeq. ver.ſed præmiſſis,lib.2. vbi quod is, qui eſt citatus tempore meſſium, ſi comparet, & non opponit de ferijs,cenſetur renunciare tacite, ſecus ſi non comparet, & dicit, quod teſtes examinati, & iurati, tępore meſſium, vel vendemiarum, durantibus ferijs non probant, quia iuramentum non potuit deferri tempore feriarum.

11 Statutum Ceſenę circa inſtantiam poteſt ex cauſa prorogari,vel abbreuiari per iudicem. Io. de Im.conſ.86.num.8.

12 Statutum circa appellationes, & illarum inſtantiam, & quod appellatus non poſſit prœuenire appellantem qualiter intelligatur. Alexand. d. conſ.19.nu.3.&ſeq.lib.1.vbi quod ſtatutum circa appellationes committendas intelligitur parte petente,ſtatutum vero quod appellatus non prœueniat, intelligitur niſi in caſu,in quo poteſt prœuenire de iure communi.

13 Et ab interloquutoria prohibet appellari ſtatutum Ceſenę. Caſtrenſ. conſ. 236. Viſo puncto, num.2.lib.2.

14 Statutũ circa ſucceſſionem vocat maſculos excluſis fœminis, etiam in bonis emphyteuticis, quod ſtatutum habet locum quoad maſculos tantum deſcendentes, non autem quoad tranſuerſales. Angel. Aretin. conſil. 52. In caſu noſtro,per totum.

15 Statutum, quod finita emphyteuſi debeant inueſtiri legatarij, vel hęredes, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & non alij,operatur, vt bona emphyteutica etiam Eccleſiaſtica tranſeant ad extraneos hæredes quoſcunque. Anchar.conſ. 89.Deciſio ſupradictorum,per totum.

16 Contrarium videtur velle Angel. Areti.d.conſ. 52.Dum vult, quod filia legataria excludat nepotem tranſuerſalem maſculum, & per totum conſilium, quod emphyteuſis Eccleſiæ non tranſit ad extraneos, quando non ſunt ſeruatæ ſolemnitates.

17 Et vigore huius ſtatuti, ſicuti mater, & certę perſonæ ex ordine ſcripturę vltimo loco vocantur, ita in concurſu cum vocatis ſuccumbere debet mater, maxime quando tranſiuit ad ſecunda vota. Petr. Ancharan. d. conſ. 89.num.2. per totum.

18 Et ſuper huiuſmodi ſtatuto, quod per extenſum ponit Alex.conſ.93.Viſis, & ponderatis.lib. 2.vbi continet, quod non potuit inueſtiri non poſſidens, & inueſtitura facta ſit nulla,dicit,quod is,qui habet licentiã ab vno ex poſſeſſoribus,potuit ab Epiſ.inueſtiri,non citatis alijs,& quod ſtatutum poteſt inhabilitare perſonam,&habet locũ etiam quoad bona Eccleſiaſtica,& quod Epiſcopus, qui nulliter inueſtiuit, poteſt venire contra factum ſuum nullum ipſo iure, & de eodem ſtatuto,quod habeat locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Alexand. conſil.124. num.9.ver.nec obſtat.lib.5.

19 Simile ſtatutum eſt in Ciuitate Rauennæ, ſuper quo Alex. conſ. 81. Lecto. num. 17.& ſequen' verſ.non obſtat etiam prædictis, lib. 3. vbi quod non habet locum quoad naturalem poſſeſſionem, item habet locum ſolum, quando alius habet inueſtituram de eiſdem bonis validam,ſecus ſi nulla eſt.

20 Statutum eſt Ceſenę, quod donationes, & refutationes debeant inſinuari, alias non valeant, de quo Bald. conſil. 115. Verba dicunt. lib. 1. vbi quod illi non poteſt renunciari etiam cum iuramento.

Circa

Digitized by Google

21 Circa gabellam mercium, quod qui non habent bullettam in scriptis, incidat in commissum, si quis habet bullettam erratam, & constet de errore, quia denunciati sunt panni linei, & lanei, & solum de lineis facta sit bulletta, docto de errore, etiam in ijs, quæ fieri debent in scriptis, error debet corrigi, & non nocet. Alexand. consil. 215. Visis probationibus, libro secundo, per totum.

22 Gabella soluitur de dotibus in Ciuitate Cæsenæ secundum statuta, quę sunt declarata ad obuiandas fraudes, etiam in ijs, qui extra territorium contrahunt matrimonium, & conducunt vxores ad ciuitatem, vel districtum Cæsenę, super quo Alexan. consil. 143. Viso titulo. lib. 6. vbi quod cessante fraude non debetur gabella ab eo, qui habitabat Ferrariæ, & contraxit Bononiæ, postea per longum spatium conduxit ad patriam Cęsenæ, & idem est quando soluit semel Bononiæ gabellam, super quo etiam consuluit Decius in statuto Pisano. consil. 457. In causa gabellę.

23 Statutum, quod non possit fieri alienatio bonorum communis, nisi interueniant duæ partes ex tribus consilij generalis, & procedatur per fabas albas, & nigras, ad obtinendum partitum, habet locum etiam si constituitur procurator ad alienandum, ideo alienatio facta per procuratorem, etiam si notarius dicat legisse, & vidisse mandatum non valet in prejudicium communitatis, nisi sit præscripta, quia quoad bonam fidem inducendam in emente sufficit iuncta negligentia communitatis, sed quoad euictionem, & alias obligationes factas a dicto procuratore pretenso, communitas non tenetur. plene Alexand. consil. 191. Perspecto. lib. 6. per totum.

24 Criminale statutum sub rubrica de priuatis carceribus, procedit in omni violentia, quia generaliter loquitur, sed tamen violentia qualificata potest puniri maiori pœna statuti, si qualitates aggrauant delictum violentiæ. Castr. consil. 236. Viso puncto. num. 4. & per totum. lib. 2. maxime stante statuto alio de pœnis non prouisis, quia de similibus ad similia iudex potest condemnare.

25 Et statutum super falsitate, quod omnis persona addens, vel radens, &c. scripturam publicam, vel priuatam, committat falsum, sed si probetur contrarium eius quod scriptum reperitur non incurrat scribens in pœnam falsi, nisi fecerit pretio, vel precibus, vel nisi sit solitus committere falsũ. Ang. Aret. consil. 102. In casu, & themate, per tot. vbi quod notarius non committit falsum, si in instrumento authenticato, & producto, in quo erat eisdem anno, & indictione, sine iudice apposuit annum, & indictionem quia inerat relatiue, ideo est declaratio non additio.

26 Castrum Linarij, quod est de iurisdictione Ecclesiæ Sarsinaten. fuit concessum pluribus familijs Cęsenę primo Guidoni de Felanno, postea Francisco de Anguscllis 1358. postea Io. Palmerio 1376. & Domini de Ordelaphis spoliarunt Palmerium, postea fuit concessum Iuliano Nomaio 1380. Io. de Imola consil. 115. & 116. per totum: vbi ponit inuestituras plures, & vltimo fuit donatum D. Carolo de Lapis.

Cessante causa cessat effectus, & quando secus. Concluſ. CCII.

1 CAVSA finali cessante cessat effectus. c. cũ cessante, de appel. & hęc est regula generalis in legibus, contractibus, & omnibus dispositionibus. Anchar. consil. 47. Pro clarioti. nu. 4. Anchar. consil. 215. Scripsit Papa. nu. 17.

2 Et a quo remouetur officium oneris, remouetur officij premium, & a quo remouetur genus, remouetur omnis species. Rom. consil. 477. In casu. n. 19. & 20. ver. quarto probatur.

3 Alia est regula, quod vbi definit causa, propter quam actio, vel interesse competebat, definit actio & interesse ipso iure competere. Ro. consil. 499. In præmissa, in fi. ver. hoc quidem probat, allegat l. cui gni. §. si. ff. ad exhib.

4 Et quãdo vnum beneficium datur contemplatione alterius, si vnum tollitur, tollitur etiam aliud. l. filio. §. mater. ff. de adimend. leg. Alex. consil. 19. Circa primum. n. 4. ver. secundo. li. 6. vbi quod præteritio filij annullat testamentum propter legitimam successionem, quæ sine causa tolli non potest, sed ea sublata non annullatur testamentum ex præteritione, quia cessat causa propter quam annullatur.

5 Et si causa rediret ad non causam, perinde est ac si adiecta non esset in prohibitione alienationis, vel alia dispositione. Alex. consil. 106. Ponderatis verbis. n. 5. ver. & sic cum causa. lib. 6. sic etiam dicimus quod petitio hæreditatis, quæ non datur contra titulo possidentem, datur, quando titulus est redactus ad non titulum: Bart. consil 112. Quidam magister, per totum, maxime in fine, libro secundo.

6 Amplia in legitimatione facta ab eo, qui narrauit se non habere aliam prolem, nisi spuriorum, quia si legitima proles superueniat, reuocatur legitimatio. Oldrad. consil. 247. Factum tale est quidam Rex, in prin. ver. ad primum.

7 Amplia in quarta Episcopi, quæ debetur ratione iurisdictionis, vt cessante iurisdictione cesset quarta. Rom. consil. 477. nu. 19. & 20.

8 Amplia in vnione facta ex causa tenuitatis, quia si est falsa vnio est ipso iure nulla. Oldra. consil. 260. Quod vnio, in princ.

9 Amplia in dilatione, quia cessante causa dilationis cessat dilatio. Rom. consil. 503. Diligenter. n. 8. vbi dicit esse regulam notissimam.

10 Amplia in alienatione minoris cum decreto ex causa ęris alieni, quia si causa est falsa, alienatio est ipso iure nulla. Oldr. d. consil. 260. in princ. ver. sicut videmus.

11 Amplia, quia actio personalis propter rem possessam competens cessante possessione cessat actio de quo distingue, vt per Oldra. consil. 221. Ad quæstionem, qua quæritur.

Vide supra: Actio personalis propter rem. Concluſ. 114.

12 Amplia in donatione, & oblatione omnium bonorum facta ab eo, qui religionem ingressus fuit suo monasterio, quia si non profiteatur, sed exeat, censetur donasse propter personam suam, ideo bona sua recuperabit etiam si iurata

si iurata esset donatio, quia cessante persona cessat donatio bonorum. Feder. de Sen.conſ.237. Factum tale est quidam. num. 2. versic. nunc quæritur.

13 Amplia in donatione reciproca, & ex causa, quia in ea cessat ratio insinuationis, vt dicatur donans iactare, ideo cessat insinuatio. Calder.conſ. 320.circa med.ver.& puto quod ratio, alias 1.de donation.

14 Amplia in impedimento, quia cessante causa impedimenti cessat impedimentum.Signorol.Homod.conſ.46.Statuto Ciuitatis.nu.4.

15 Amplia in alienatione facta per Prælatum Ecclesię in suos consanguineos, quia cessante ratione legis prohibentis,videlicet suspicione fraudis,quæ est ratio finalis,cessat prohibitio. Signor. Homod.conſ.210.Quæstio præsupponitur,per totum,maxime nu.11.ver.venio ad tertium.

16 Amplia in societate, quia finita societate finitur causa societatis. Anchar.conſ.394.Dubium est.num.2. ver.contrarium.

17 Amplia in dilatione, quia cessante causa dilationis cessat dilatio. Ancharan. dicto consil. 394.num.3.

18 Amplia in mandato, quia cessante causa mandati cessat mandatum. Anchar. d.consil.394. nu. 3. Roman. plenius consil.374.Præsens est quæstio, allegat text. in cap. si pauper Clericus, in fin. de præbend. in 6.

19 Amplia, quia cessante contractu principali cessat pactum in contractu. Anchar.d.conſ.394. nu. 3. vbi multa similia.

Vide. Accessorium sequitur naturam sui principalis. Conclusio.76. cum Conclusione ibi proxima seq.

20 Amplia, quia si aliquid promittitur propter castrum, desinente castro promissio cessat. Roman. d.conſ.417.num.4.ver.quarto considerandum.

21 Idem est in confœderatione facta propter castrum,quia resoluitur cessante castro.Rom.d.consil.417.nu.4.ver.quinto ad idem.

22 Idem est in societate super certa re contracta, quia finitur desinente ipsa re, super qua contrahitur. Roman.d. consil.417. num. 5. vers. sicut & societas.

23 Idem est in locatione,quia si res locata desinit esse,locatio,& obligatio extinguitur.Rom.d.consil.417.n.5.vers.sexto ad idem.

24 Idem est in legato vsusfructus debiti ad vitam Titij de patientia illius proprietarij, quia mortuo vsufructuario legatum finitur. Rom. d. conſ. 417.num.5.ver.septimo.

25 Idem est in promissione successiua pro causa habente pariter factum successiuum, quia cessante causa cessat promissio. Rom. d.conſ.417.num. 5.ver. vltimo.

26 Idem est in actione, & interesse, quia cessante causa actionis,& interesse, cessat ipso iure actio,& interesse.Rom.conſ.429.in fin.

27 Amplia in priuilegio, quia cessante causa priuilegij, cessat priuilegium. Ancharan. d. consil. 394. num. 3. & superueniente noua causa contraria causæ, ex qua priuilegium fuit concessum, cessat priuilegium. Roman. consil. 404. In casu num.5.& 6.ver. secunda causa,vbi apostill.in ver. priuilegium.

Vide. Dispositio omnis intelligitur rebus stantibus.Concluſ.502.

28 Extende, quia si ob paupertatem concessa est immunitas, & effectus sit pinguioris fortunæ, & diues, cessare debet exemptio, plura similia adducit Castr. conſ.210.Ego Paulus, lib. 1. Roman. conſ.404.In casu.num.5.

29 Extende in casu conuerso,quia sicuti cessat priuilegium concessum ob paupertatem, cessante paupertate, ita magis concessum priuilegium contra pauperes, & fallitos, cessare debet, si cessat fallimentum, & paupertas. Roman. d.conſ. 404.nu.5.& per totum.

30 Amplia, siue causa respiciat priuatam siue publicam vtilitatem, quia si ea cessat, cessare debet effectus, & dispositio.Ioan.de Imol.conſ.87. ver. præterea secundo.

31 Amplia, quia causa de futuro cessante, cesset dispositio, sicuti si cesset conditio, quia conditionis naturam sapit causa de futuro. Roman. conſ.438.ver.primo quia.nu.4.

32 Amplia in fœudo, quia cessante causa finali concessionis fœudi, cessat fœudum, etiam si cupa vassalli non interueniat. Io.de Anan.conſ.7. n. 6.ver.secundo probatur.

33 Amplia in obligatione etiam perpetua facta per maritum, de soluendis oneribus rerum dotaliũ suæ vxoris, quia ex quo est contẽplatione rerum dotalium soluto matrimonio, & facta restitutione rerum dotalium cessat obligatio. Castr. conſ.330.Visis,& consideratis. col.2.ver.nec aliquid in hoc. lib. 1. vbi ampliat in tantum, quod hęres non potest agere contra vxorem,vt soluat, quia sua non interest, vbi ibidem paulo ante demonstrat.

34 Extende in censu,quem soluit castrum Ciuitati potentiori, vt ab ea tueatur, quia si castrum destruatur, ita quod cessat defensio, quę est causa finalis, cessat quoque census solutio.Rom.conſ. 417.In casu proposito,per totum, vbi plura similia, & apostil.dat concord.

35 Extende,quia si Ecclesia donauit vsumfructum studenti, vt doctor factus teneatur tueri Ecclesiam, si remaneat imperitus, ita quod non possit Ecclesiam tueri, potest repeti vsusfructus, quia cessat causa finalis. Roman. d. conſ.417. num.2. ver.secundo ad idem, vbi apostill. in ver. cumquid, dat concord.

36 Extende, quia si quis promisit gratis hospitari aliquem in domo sua, non potest petere aliquid, ex quo non est hospitatus, quia causa finalis est, si accedat. Roman.d.consil.417.num.3. vers.tertio ad idem.

37 Extende generaliter,quia semper quod quis se obligat contemplatione alicuius oneris, vel honoris, eatenus durat obligatio, quatenus durat onus, vel honor, cuius contemplatione emanauit obligatio,Castr.d.conſ.330.col.2. ver. nec aliquid.lib.1.

38 Extende,vt procedat, siue causa sit expressa, siue tacita, quando ab vtraque parte, secus si ab vna parte tantum esset considerata. Rom.d.conſ. 417.in princ.ver.hoc quidem probatur,vbi apost. in ver.euanescit.

39 Amplia,quia causa limitat,ampliat,& declarat dispositionem testatoris, ideo secundum eam mens iudicantis, vt sit dispositio perpetua, vel temporalis. Castr. conſ.333. Viso testamento, in princ.lib.1.

40 Amplia, quia causa finalis de præsenti, vel præte-

Digitized by Google

præterito, ſi deficiat, deficit ſemper diſpoſitio, quando aliter non fuiſſet diſpoſiturus. Rom.conſ. 438.nu.4.ver.ſecundo qnia.

41 Amplia in ſpiritualibus, quia poſito interdicto Eccleſiaſtico ex certa cauſa, ceſſante cauſa, ceſſat interdictum abſque alia declaratione, magis * communem * dicit Hier. Tort. in conſ. quod eſt poſt conſ. Antonij de Butrio.num.5. verſ.ſed quid fortius,ſequitur Clar.in §.fin.quæſt.76. in fin. vbi * de * communi.

42 Amplia, vt procedat tam in diſpoſitione affirmatiua, quam negatiua, ideo ſi pater exhæredat filium ex cauſa expreſſa, ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio negatiua exhæredationis. Rom. conſil. 438.num.5.ver.tertio quia.

43 Amplia, vt procedat etiam quando plures cauſæ ſimul debent concurrere ad actum, quia vna ceſſante ceſſat actus, vel diſpoſitio. Abb. conſil. 90. id de iure quæritur. colum. 2.verſ.tertio probatur. lib. 2.

Vide. Cauſæ plures quando plures effectus operantur, vel non. Concluſ. 144.

44 Limita in omnibus delinquentium, quia effectus ſemel ceſſans, fugitiuus, infamis, vel vſurarius nunquam ceſſat eſſe talis, licet efficiatur dines, non fugitiuus,ſed manens, & bene viuat, & vſuras non exerceat.Bart.in l.legatis ſeruis, in. princ.ff.de leg. 3.

45 Contrarium tenet Roman. conſil. 404. In caſu propoſitæ, vbi pro vtraque parte allegat,& hanc tuetur in illo caſu propter rationem ceſſantem cuiuſdam conſtitutionis Peruſinæ,& apoſtill. ibi in ver. amplector, citat plurimos concord.

46 Declara, quia ſicuti ceſſante cauſa fauoris, propter quam emanauit diſpoſitio fauorabilis, ceſſat diſpoſitio,ita odioſæ diſpoſitiones emanatæ propter odium ceſſant ceſſante odio, ſeu delicto. Roman.d.conſil.404. num.6. & 7. vbi dat exemplum in conſtitutionibus contra vſurarios, & fallitos, & delinquentes, vt ceſſent ceſſante delicto.

47 Contrarium tenet apoſtilla ad Rom.conſ.404. num.7. in ver. ceſſare,allegat ipſum Rom. in l. ſequitur.§.idem labeo,in fin.ff.de vſucapio.Dec.in c. 1.num.21.cum ſeq.de probat. Tiraquel.in tract. ceſſante cauſa.parte 1.nu.187.

48 Limita in lege Diuina, quia ceſſante cauſa non ceſſat lex, vt in decimis probat Ancharan. conſ.196. Magnifice,& illuſtris,in prin. vbi quod fuerunt conſtitutæ pro victu Sacerdotum, qui aliud non poterant habere,& licet hodie habeant beneficia, & aliunde poſſent viuere,tamen debentur,& non ſoluentes peccant, non obſtante etiam tolerantia Papæ.

49 Limita in legato facto pro dote, ſeu in auxilium nubendi nepti nondum nuptæ,quia ſi ab alio dotetur, & nubat, ex quo teſtatrix vixit poſt dotationem, & non reuocauit legatum, debetur, nec obſtat, quod ceſſante cauſa ceſſat legatum, quia bene poteſt dici, quod cauſa ſit impleta, ſed non quod ceſſet, ideo propter implementum cauſæ ab alio non dicitur cauſa ceſſare, quæ faciat ceſſare effectum. Caſtr.conſ.148. Proponitur, per totum.lib.2.

Vide. Legatum ſi ſoluitur per teſtatorem in vita quando dicatur reuocatum, vel non. Concluſione 139.

50 Limita in vſufructu relicto, quia etiam ſi mutetur proprietarius, nunquam tranſmittitur vſusfructus ad hæredes vſufructuarij, niſi expreſſe ſit dictum. Roman.conſ.503.num.8.

51 Limita multis caſibus, de quibus plene Marſil. ſingul.107. Priuilegium, vbi, quod priuilegium conceſſum dignitati durat, licet dignitas definat eſſe.

52 Clericus degradatus non poteſt percuti, & percutiens incidit in canonem ſi quis ſuadente Diabolo.

53 Conſiliarius Principis, qui non poteſt torqueri, retinet priuilegium etiam ceſſante officio.

54 Infamia remanet apud infamem, licet ceſſet cauſa infamiæ.

55 Periurus,qui non poteſt eſſe teſtis,adhuc repelitur,licet peregerit pœnitentiam.

56 Inimicus, qui non poteſt eſſe teſtis, non poteſt etiam eſſe facta pace.

57 Iudæus, qui non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, non poteſt eſſe, etiam ſi baptizetur.

58 Limita, quia licet obligatio ſit facta ob caſtrum, vel aliam rem,ceſſante caſtro, vel illa re, ceſſet obligatio, tamen fallit niſi etiam interueniſſet obligatio acceſſorij ad caſtrum, prout eſt territorium, quia ſi hypotheca, vel obligatio acceſſorij interuenit, licet ceſſet caſtrum, & principale, tamen obligatio ſequitur acceſſorium, & ſucceſſorem in acceſſorio, ſi non eſſet obligatio reſtricta ad principale. Rom.d.conſ.417.nu.6. & ſeq.ver.nec præmiſſis.

59 Limita, quando plures cauſæ concurrunt ad diſpoſitionem, quia vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio. Roman.conſ.497.Dubitatur,in fin.

60 Declara, vt non procedat in fideiuſſione facta pro mutuo naturali, & ciuili, quia ex pluribus cauſis obligatus fideiuſſor de iudicato ſoluendo non tenetur, ſi mutuum ſit ſolum naturale, vel ſolum ciuile, quando obligatio eſt ex cauſis prædictis. Bart.conſ.21.Viſa prima, per totum,maxime num.3.& ſeq.ver.nũc reſtat.lib.2. vſque in. fin. vbi hoc extendit, etiam ſi extant verba, quocunque modo promiſit ſoluere, quia differt modus à cauſa, quia cauſa reſpicit præterita, modus futura, ideo non extenditur obligatio ex cauſa propter verba reſpicientia modum.

Vide. Cauſa finalis expreſſa regulat actum, & quomodo. Concluſ.136.

Vide. Cauſa finalis, vel efficiens regulans actum, ſi ceſſat, facit actum ceſſare. Concluſione 137.

Vide. Tacitum reſultans ex expreſſo,ceſſat ceſſante expreſſo, & quando ſecus. Concluſione 138.

Ceſsio iurium quid ſit, & qualiter fiat, & eſt permiſſa,& quando ſecus. Concluſ. CCIII.

1 CEſſio eſt quædam venditio iurium, vt per Imol.in l.Modeſtinus.ff.de ſolut.in prin. Regulariter ceſsio fit ad commodum ceſſionarij, tamen fit etiam quandoque ad commodum cedentis, & reſoluitur in ſimplex mandatum, Caſtr.in l.per diuerſas.col.1.C.manda.

Dicitur

3 Dicitur autem facta ad commodum ceſſionarij, quando id, quod exegit, cedens tenetur reſtituere ceſſionario. l. apud Celſum. §. quod ſi is. ff. de doli mali except. Caſtr. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.

4 Extende, quia dicitur facta ad commodum ceſſionarij, quando commodum eſt ſibi remanſurum, licet cauſa reſpiciat commodum, tam cedentis, quam ceſſionarij, prout ſi ex cauſa emptionis. Caſtr. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.

5 Extende igitur, quia cedens tenetur reſtituere ceſſionario, non ſolum ius ceſſum, ſed etiam quicquid accepit ex re, vel iure ceſſo, & ſic fructus. Caſtren. d. l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. l. venditor. §. nominis. ff. de hæred. vel actio. vendi.

6 Contrarium videtur tenere Alex. conſ. 15. in fin. lib. 7. vbi, quod hæres cedentis non tenetur reſtituere ceſſionario, niſi illud, quod auctori ſuo debebatur tempore ceſſionis, non autem illud, quod poſt ceſſionem conſequutus fuit, quia non videtur ceſſum.

7 Declara, quia ſi ceſſio eſt ad commodum ceſſionarij, contrarium non procedit, ſecus autem eſt, ſi ad commodum cedentis eſt facta. glo. in l. ſi. ff. de tranſact. vbi Caſtr. in fin.

Vide tamen plene infra ver. Ceſſio iurium comprehendit futura. Concluſ. 210.

8 Reſtringe, quia dicitur facta ad commodum cedentis, quando illud, quod exigit ceſſionarius, tenetur reſtituere cedenti, quia ſic eſſet actum inter eos, quia cenſetur tunc dominus cedens. Caſtren. d. l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.

9 Et vbicunque iura vel donantur, vel ſuper eis fit contractus, ſemper reſoluitur in ceſſionem iurium. Bald. in l. ſi quidem, circa med. C. de actio. & obligat. ſequitur Alex. in apoſt. ad Bart. in l. 1. col. pen. in fin. ver. quæro. ff. eod.

10 Et cedere actionem eſt alienare, ideo qui alienare non poteſt, non etiam poteſt cedere iura. Dynus. conſil. 23. Super quæſtione, qua quæritur.

11 Et cedens iura debet intelligi de iuribus validis, & talibus, quod poſsit conſequi id, quod ceditur, vt per Bart. in l. Modeſtinus. colum. fin. circa fin. ff. de ſolutio. ita vt teneatur manutenere nomen ceſſum eſſe verum debitorem. Socin. conſ. 273. col. 4. lib. 2. Cuman. conſ. 53. In primo dubio, Alex. conſ. 27. lib. 2.

12 Declara, niſi cedat iura ſua talia qualia, quia tunc non tenetur ad aliquid, ſecus eſt, ſi ceſſio fiat ſimpliciter, quia intelligitur manutenere, quod ſint vera iura ceſſa, & nomine debitoris ceſſum, Alexand. conſil. 27. circa princip. & col. 2. circa fin. lib. 2. & conſil. 93. columna. 1. in fin. lib. 4. num. 8.

13 Contrarium, quia etiam ſi cedat iura talia qualia, vel nomen debitoris tale, quale, tenetur manutenere verum debitum. Bald. & Fulgoſ. in l. ſi plus. §. qui nomen. ff. de euictio.

14 Abſenti poteſt fieri ceſſio per nuncium, vel epiſtolam. Bart. in l. per diuerſas. C. manda. & maxime Florentiæ, vbi ex forma ſtatuti alteri per alterum acquiri poteſt.

15 Fit ceſſio nedum verbo, ſed etiam facto, ideo per traditionem inſtrumentorum intelliguntur ceſſa iura, quæ continentur in inſtrumentis traditis. l. 1. C. de donatio.

16 In infinitum poteſt fieri ceſſio, quia vnus ceſſionarius poteſt alteri cedere, & ſic in infinitum. Bart. in l. Modeſtinus, ad fin. ff. de ſolutio. glo. & ibi Bald. in l. emptor, in fi. ver. vltimo quæritur glo. C. de hæred. vel actio. vend.

17 Ex quibus verbis facta dicatur ceſsio, vel non. Vide Roman. conſ. 86. Viſo quæſtionis themate. num. 7. & ſeq. vbi quod pactum factum per creditorem hoc modo, il credito che io hò con il tale, appartenga à Titio, & che tutto l'vtile, & danno ſpetti à lui, & io non vi habbia più che fare, & prometto farne ceſsione, non importat ceſsionem factam, ſed ceſsionem faciendam.

18 Permiſſa eſt ceſsio iurium regulariter. Vide Socin. regul. 9. Ceſsio regulariter permiſsa. l. 2. C. ne liceat potent. limitat nouem modis.

Ceſsio iurium requirit titulum, vt valeat. Concluſio. CCIV.

1 CEssio iurium ad hoc, vt valeat requirit titulum, à quo cauſetur. l. final. & pen. C. manda. Feder. de Sen. conſ. 177. ver. ſuper primo, in fin. & ceſsio ſine titulo tanquam ſine cauſa non valet. Bart. in l. per diuerſas. C. manda. & in l. * 2. C. ne liceat potentio. vbi etiam Salyc. & alij * communiter concordant cum Bart. Alex. conſil. 137. In cauſa, & lite, in fin. n. 27. ver. & licet dictus Lancellottus. lib. 2.

Vide. Confeſsio fit ad obligationem, & requirit cauſam. Concluſ. 635.

2 Titulus autem eſt nomen, vel cauſa ceſsionis, ideo ſi quis donat, & cedit, donatio eſt titulus ceſsionis. Bald. conſil. 364. Tribus rationibus, in fin. lib. 2.

3 Contrarium tenet Specul. tit. de procur. §. ſequitur, in princip. Angel. & alij in d. l. per diuerſas. C. mand.

4 Declara, quia licet titulus ceſsionis non ſit inſertus in inſtrumento, ſufficit tamen, quod appareat ex inſtrumento. Fulgoſ. conſ. 239. Conſilius maior.

Vide. Ceſsio iurium quando præſumitur fraudolenta. Concluſ. 209. nu. 54. & ſeq.

5 Et ideo quando conſtat de ſolutione pretij, ſubſtinetur, quia dicitur titulus emptionis. Bart. & Caſtr. in d. l. per diuerſas. C. manda. vbi, quod ſatis dicitur expreſsa cauſa, & expreſsus titulus emptionis, quando dicitur pro tanto pretio. l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11. gloſ. parua in l. apud Celſum. §. ſed cum legitima. ff. de doli except. in ver. pretio. Bald. conſ. 461. Inter Ioannem, ad fin. lib. 1. Caſtren. conſ. 244. Viſo, & examinato, in fin. lib. 2. vbi, quod ſi conſtat de ſolutione pretij, præſumitur titulus emptionis, licet non ſit expreſſum, & tanquam pretium ex empto poſsi poteſt.

6 Declara, quia imo titulus ceſsionis factæ per filiam patri, ex cauſa venditionis, & pretij habiti pro dote in præjudicium propriorum filiorum ipſius cedentis, operatur, quod præſumitur fraudolenta, & titulo donationis propter perſonam patris, ideo ſicut reuocatur in totum donatio inofficioſa re, & conſilio, ita etiam ceſsio iſta titulo venditionis propter fraudem præſumptam.

ptam. Caſtren. conſ. 251. per totum, maxime in fin. lib. 2.

7 Si vero dubitatur de titulo, an ſit ex venditione, quando pro ceſsione conuentum eſt certum pretium, quia neceſſe eſt fateri, quod in dubio ſit venditio, ex quo adeſt pretium, vel quod ſit contractus innominatus, do, vt des, & vtroque caſu non tranſit actio, neque dominium, antequam ſit ſolutum pretium, aut de eo fuerit habita fides. Roman. conſ. 86. Viſo quæſtionis themate, in princ. vbi in venditione probat clare, in contractu innominato ſimiliter, quia donec impleuerit ſoluere debens pretium, nihil acquirit, item quia contractus innominatus, do vt des, aſsimilatur venditioni, cui magis adhæret, & iudicatur ſecundum regulas venditionis.

8 Et multo magis ſi ceſsio facta fuit ſub conditione, cedo ſi ſolueris pretium conuentum, quia non transfertur dominium, neque actio, niſi ſoluto pretio; quia nihil ponit in eſſe non impleta conditione. Roman. d. conſ. 86. num. 3. in fin. verſ. aut volumus.

9 Amplia, quia ceſsio dicitur penitus nulla, quando ſine expreſsione cauſæ, vel tituli eſt facta. gloſ. in l. ab Anaſtaſio. C. manda. gloſ. & Docto. in l. 1. C. ne liceat potentio. Io. de Graſſ. in tract. de ceſsio. iur. §. 1. num. 6. Specul. in tit. de ceſs. actio. §. conſequenter. n. 2. Bald. in l. eius. C. de compenſat. Ruin. conſ. 126. n. 17. cum ſeq. vol. 3.

Vide. Ceſsio iurium quando præſumatur fraudolenta, vel non: Concluſ. 209.

10 Limita, vt non procedat in ceſsione neceſſaria, quæ ſit ex præcepto legis. Bald. conſil. 461. Inter Io. & Aloyſium, in fi. ver. non obſtat quod in ceſsione. lib. 1.

11 Limita, quia vbi eſt pretium cedendarum ibi eſt titulus, & nomen emptionis. Bald. conſ. 461. in fin. lib. 1.

12 Limita, quia vbi eſt cauſa ceſsionis, ibi eſt titulus, ideo valet ceſsio iurium facta per modum recognitionis bonæ fidei. Bal. conſ. 261. Quidam. Laurentius nu. 2. ver. ſecundo quæritur. lib. 2.

13 Limita inter coniunctos, quia valet ſine expreſſione tituli, quia præſumitur titulus donationis. Felin. in cap. litteras. column. pen. de præſumpt.

Vide Soci. reg. 9. Ceſsio regulariter, in 7. fallentia, vbi, quod ceſsio non valet etiam cum titulo ſine cauſa expreſſa in inſtrumento.

Ceſsio iurium quid operetur, vel non. Concluſio.

C C V.

1 Ceſsio iurium facta operatur in incorporalibus idem, quod operatur traditio in corporalibus, ideo licet feudatarius alienans feudum non cadat, niſi ſit ſequuta traditio, tamen ſecus eſt in rebus feudalibus incorporalibus, prout eſt ius decimandi, quia ſi fit ceſsio, cenſetur facta traditio. Bald. conſ. 341. Qui item, in fin. lib. 2. Si quoroſ. conſ. 71. Factum ſic ſe habet. num. 6. Fulgo. conſ. 117. Viſo exemplo, in fin. vbi, quod ceſsio æquiparatur venditioni, & idem operatur ceſsio circa incorporalia, quod traditio circa corporalia. Bart. in l. ſcientia. ff. de donat. cauſa mort. & in l. 1. colum. pen. ver. quero quæ ſit differentia. C. de actio. & oblig. Deci. conſ. 251. col. pen. l. fi. ff. de donat. vbi gloſ. & Bar. & gloſ. bene declarat in d. l. 2. C. de actio. & oblig.

2 Et ſicut ſe habet traditio in corporalibus, ita ſe habet ceſsio in incorporalibus, quia ijſdem regulis ſubijciuntur. gloſ. in l. fin. C. quando fiſci, vel priuat. Caſtrenſ. in l. per diuerſas. C. manda. & in l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. in l. ex legato, in princip. C. de legat. vbi exemplificat.

3 Et ideo ceſsio eſt quaſi traditio, & donatio eſt titulus, quando ceſsio fit ex cauſa donationis, mandatum vero eſt commiſsio directarum actionum. Bald. conſ. 364. Tribus rationibus, in fin. li. 2. vbi, quod verba inculcata notariorum hoc operantur.

4 Regula igitur ſit, quod ceſsio in incorporalibus requiratur, & habeatur loco traditionis. Bar. in l. is cui. §. fin. in fi. ff. vt in poſſ. legat. & in l. fi. C. quando fiſcus, vel priua. cum alijs, de quibus ſupra. Alex. conſ. 122. col. 3. ver. confirmo. li. 7. Corn. conſ. 254. Videtur primo. lib. 1.

5 Et vbicunque nomina debitorum ceduntur titulo emptionis, donationis, legati, dotis, dationis in ſolutum, vel hypothecantur dando in pignus ſemper tranſeunt actiones vtiles ſine alia traditione in ceſsionarium. l. nominibus. C. de actio. & oblig. l. emptor, & l. ex nominis. C. de hæred. vel actio. vendi. l. fin. C. quando fiſc.

Vide. Cedens iura ſua vni poſtea cedens alteri ſecunda ceſsio non valet. Concluſ. 183.

6 Reſtringe, quia multi ſunt caſus, in quibus vtilis actio acquiritur ſine ceſsione, & primo in legato nominis. l. ex legato. C. de legat. vbi Docto. glo. in l. 1. C. de actio. & obligat.

7 Idem eſt in dote, quia ſi datur ad computum dotis nomen debitoris, vtilis actio tranſit ſine ceſsione in virum. l. 2. C. de actio. & oblig. Bal. Nouel. in tract. de dote, in 6. parte prin. ſpeciali 71. quod intelligit verum, quando nomen debitoris datur expreſſe, ſecus ſi tacite.

8 Contrarium, quod nomine debitorum non cenſeantur tradita in dotem ſine ceſsione. Bald. in cap. 1. in fin. in tit. an matr. ſuæ vxo. quia nomina debitorum non traduntur, ſed ceduntur, vt not. in l. fin. ff. de donat. & in l. 2. C. de actio. & oblig. Alex. conſ. 122. Viſo. col. 3. verſ. confirmo. lib. 7. Corne. conſ. 127. Licet, col. 2, ver. & actio. lib. 4.

9 Declara, quia contrarium procedit, quando mulier ſecundo nubit, & non præſumitur dediſſe eandem dotem ſecundo marito, ſtante ſtatuto, prout Florentiæ, quod ſine mondualdo non poſſet expreſſe tradere, ergo nec tacite. Rolan. à Vall. de lucro dot. quæſt. 105. in fin.

10 Reſtringe in emptore nominis debitoris, quia ſine ceſsione emptor habet vtiles actiones. l. emptor. C. de hæredit. vel actio. vendi. gloſ. in l. 1. & 2. C. de actio. & oblig.

11 Idem eſt in nomine dato in ſolutum. l. fi. C. quando fiſc. vel priuat. glo. in d. l. 1. & 2. C. de action. & oblig. quod intellige quando expreſſe ſit datum, alias non. Bald. Nouell. de dote, parte 6. ſpeciale 71.

12 Idem eſt in nomine dato pignori. d. l. fi. C. quando fiſc. vel priu. vbi Salycet.

13 Reſtringe in omni contractu habili ad tranſlationem dominij, & ſic in donatione, in legato, & ſimilibus. Salyc. d. l. fi. C. quando fiſcus, vel priua.

Docto.

Docto. in l. fin. ff. de donat. & in l. ex legato. C. de legat. licet etiam donans posset cogi ad cedendum iura, & actiones. glos. in l. stycho. ff. de pecul. lega. Castr. d. l. fin. ff. de donat. & quando donans, vel legans mortuus est sine hærede, tunc lex dat actionem vtilem in subsidium. Bart. in l. damni. §. fin. ff. de damno infect. & in l. 1. C. de actio. & oblig.

14 Restringe multis casibus, de quibus supra in ver. Acquirere alteri. Concluſ. 440. in limitationibus ibi positis, vbi plura videas.

15 Declara prædicta omnia, quod cessio habeat vim traditionis in incorporalibus, sicut traditio in rebus corporalibus, quando solutum est pretium, vel habita est fides de pretio, alias secus, quia sicuti dominium non transit in venditione, nisi soluto pretio, vel habita fide de eo: ita etiam in cessione facta pro pretio, quia nisi soluatur, nõ transit actio cessa, neque dominium. Rom. plene consil. 86. Viso quæstionis themate, in princ.

16 Amplia, quia quandoque etiam cessio adaptatur ad res corporales, & tunc ponitur pro traditione. Iaſ. d. l. 1. §. ſi vir. col. 2. ff. de acquir. poſſ. & in in eademmet l. in §. per procuratorem, in vltimo not.

17 Contrarium, quod cessio iurium in venditione non inducat translationem dominij etiam vtilis in emptorem, quia licet per cessionem competat vtilis actio in rem cessionario, non tamen competit vtile dominium sine traditione. Dynus in reg. pro possessione, ad fin. de reg. iur. in 6. Bart. in l. certi. C. de hæred. vel actio. vendi. & in l. ſi ager. ff. de rei vendic. quia per iurium cessionem non transfertur dominium. l. plane. cum glo. ff. famil. hercis. Bald. consil. 285. Casus coram Reuerendiſſimo. libro 2. & quia emptor nominum, vel actionum non efficitur dominus rerum debitarum sine traditione. l. ex nominis, vbi Bald. C. de hæred. vel actio. vendita.

18 Amplia, quia cessio operatur, quod eadẽ actio, quæ competebat cedenti, competat cessionario, & nomine suo agat actione vtili, & nomine cedentis directa personali, ſi vero cessio est de actione in rem, agit tam vtili, quam directa, nomine suo. Dyn. consil. 47. Visa, & diligenter, per totum.

Vide. Cessionarius vtitur eodem iure, quo cedens. Concluſ. 213.

19 Extende in casu conuerso, quia plus iuris non consequitur cessionarius, quam habeat cedens, ideo ſi fiat cessio debiti soluti per hæredem ignorantem, nihil ceditur, ex quo actio est sublata. Fulgos. consil. 179. ver. ad secundum.

20 Extende, quia à cessionario reuocatur res cessa sine ratione delicti, ſi fuit conscius, sine non, quando ex causa lucratiua habet. Fulgo. consil. 179. ver. ad secundum.

21 Amplia, quia cessio iurium dotalium, vel aliorum, quæ quis habet in domo, vel alia re stabili, ſi fiat ad fauorem Domini rei, censetur liberare domum, vel rem hypothecatam. l. ſi actionum. C. de pact. Salycet. in l. 1. C. de actio. & oblig. quæſt. 21. Alex. consil. 157. lib. 7. & sic cessio operatur liberationem.

22 Extende, quia quando cessio fit debitori, operatur tunc solam liberationem. Bald. in l. data certe, in 10. q. C. de actio. & oblig. vbi Salyc. q. 21. Ruin. consil. 119. n. 19. lib. 2. & consil. 15. num. 8. lib. 4. & consil. 88. num. 6. lib. 5.

23 Et cessio fieri non potest de actione confusa, in debitorem. l. vt debitum, cum l. seq. C. de hæred. vel actio. vendi.

24 Si vero fiat cessio tertio non obligato, operatur iurium transfusionem in cessionarium.

Vide. Cessionarius vtitur eodem iure quo vteretur cedens. d. Concluſ. 213.

25 Amplia, quia cessio iurium operatur, quod vtiles actiones cẽsentur translatæ in cessionarium, directæ vero remanent penes cedentem, quas non potest amplius in aliũ transferre, sed solum potest exercitio directarũ vti per ſe, vel per procuratorẽ simplicẽ, vel per procuratorẽ cessionariũ in rem suã. l. nõ quocunque. §. qui Gaiũ. ff. de legat. 1. vbi Bar. & alij. Bal. in l. 1. C. de actio. & oblig. vbi etiã Salyc. & idẽ Bal. in l. hęredẽ. C. de hæred. vel actio. vendi. refert, & sequitur Alex. consil. 15. n. 1. lib. 6. & quod directæ actiones remaneant penes cedentem, vtiles vero transeant in cessionarium. est text. in l. pen. C. quando fiſc. vel priua. Iaſ. in l. ex legato, vbi plene. C. de legat.

Vide. Cedens iura quando possit exigere à debitore, vel non. Concluſ. 185.

26 Limita, quia cessio facta pro certo pretio non causat actionem deducibilem in iudicio, nisi soluto pretio. Roman. consil. 86. num. 9. verſ. ſecundo principaliter.

27 Limita, quia cessio iurium hæreditatis facta emptori hæreditatis non transfert dominium, neque directum, neque vtile, respectu rei emphyteuticæ, nisi sit facta traditio. Bald. consil. 285. Casus coram. num. 2. vsque in fin. lib. 2.

Vide. Dominium quando, & ex quibus contractibus transferatur. Concluſ. 403.

28 Extende, quia cessio iurium in rem non transfert dominium, neque directum, neque vtile, nisi interueniat traditio vera, vel ficta. Dyn. consil. 47. Visa, & diligenter, in princip. vbi num. 2. dicit communem.

29 Declara, nisi sit facta in præsentia rei, de qua agitur. Signor. consil. 71. Factum sic se habet. nu. 5. ver. præterea interdum transactio.

30 Limita, quia cessionarius proprie non est creditor debitoris cessi, quia fidem illius non est sequutus, & quia partim suo, partim procuratorio nomine experiri debet. Anchar. consil. 222. Subtiliter. num. 4.

31 Contrarium infra in ver. Cessionarius vtitur eodem iure quo vteretur cedens, Concluſ. 213. num. 12. & ſeq.

Cessio pendente lite facta an valeat. Concluſio. CCVI.

1 RECEPTA est, quod non valet cessio facta pendente lite ad effectum, vt iudicium transferatur in cessionarium, sed bene vtilitas potest transferri in cessionarium, sic iudicium debet esse cum cedente. Innoc. & Abb. in c. 2. de alien. ind. mut. causa facta. Bald. in l. per diuersas, quæſt. 15. C. manda. & hoc Florentiæ expresse prouisum est ex statuto dd. officialium pupilli, quod ipsi non possint auocare causas ab ordinario ex iuribus cessis eorum pupillis.

2 Extende, quia cessio fieri non potest de credito, de quo pendet lis, ea pendente, quia obstat vitiũ litigiosæ actionis. l. lite pend. C. de litig. l. per

diuersas. C. manda. tradit Abb. in cap. 1. colum. 2. de alien. iud. mut. causa facta, late Ang. in auth. de litigiosis, in 2. col. vbi distinguit.

3 Restringe, quia fideiussoribus potest fieri cessio pendente lite, & etiam tertijs possessoribus, contra quos agitur, quia pro liberandis seipsis, vel eorum bonis licita est cessio per iura supra proxime allegata.

Vide. Litis pendentia operatur multa. Conclusio. 351.

Vide plenius. Litigiosi vitium non habet locum multis casibus. Concluſ. 386.

4 Amplia, quia concessio alteri præiudicialis pendente iudicio obtenta non valet, & quando secus.

Vide plene Ant. Gabriel. lib. 2. titul. de iudicijs. Conclus. 4. Concessio alteri præiudicialis.

Cessio iurium quando valeat, vel non. Conclusio. CCVII.

1 CESSIO iurium non valet, si debitor principalis soluat, quia in eum non potest radicari cessio, cum sit potius extinctio debiti, nam solutione eius, quod debetur facta per debitorem tollitur, & extinguitur omnis actio. Instit. quibus modis tollitur oblig. in princ.

Vide. Solutio extinguit obligationem. Conclus. 340.

2 Ratio est, quia actio, & passio non possunt esse vno, & eodem tempore in eodem subiecto. l. debitori. C. de pact. vbi Cyn. Bart. Salyc. Fulgos. & alij. Vide Negus. de pign. in 3. membro 5. partis. num. 49. & seq.

3 Amplia, quia correus, qui soluit partem suam, non potest impetrare cessionem iurium validam contra correum, vel alium, quia soluendo proprium debitum extinguit actionem. Ro. cons. 462. Quoad propositam. n. 2. ver. in proposito itaque.

Vide. Rei plures qualiter liberentur. Conclusione 110.

4 Restringe, nisi correus compellatur soluere partem suam ante tempus, culpa alterius correi, quia tunc bene valet cessio, imo recipiens solutionem tenetur cedere iura. Roman. cons. 462. n. 3. ver. his tamen non obstantibus, vbi apostilla in ver. actionem.

5 Restringe in tutore, qui conuenitur culpa contutoris, quia non tenetur soluere, nisi sibi iura cedantur a pupillo in totum. Roman. d. cons. 462. col. 2. ver. hoc primo quidem.

6 Restringe in magistratu compulso soluere culpa sui socij in magistratu, quia si soluit sibi debent iura cedi. Rom. d. cons. 462. colum. 2. vers. secundo idem.

7 Amplia, vt procedat etiam si fideiussor soluerit de pecunia principalis, quia licet impetraret cessionem iurium, non valet. Cuman. consil. 283. Victor, & Sanctinus, in princ. vbi loquitur, quando fideiussor soluit de pecunia principalis, qui vendidit fideiussori, & delegauit pretium rei vendicæ, quia, etiam si illa res euincatur, cessio non valet.

8 Restringe, quando debitor soluerat suo creditori de pecunia aliena facto pacto, quod ille, de cuius pecunia soluitur, & qui mutuauit ad hoc, succedat in iuribus cedendis. Negus. de pignor. in 3. membro 5. partis. num. 41. vbi declarat.

9 Amplia, quia cessio iurium contra plures obligatos facta contra vnum non habet locum contra alios. Cuman. cons. 283. num. 2.

10 Contrarium, quod imo cessio iurium competens contra plures facta contra vnum, possit contra omnes exerceri. Bart. in l. ex duobus, in 8. q. ff. de duob. reis.

11 Amplia, quia cessio iurium occasione crediti soluti est inanis, quia actio dicitur sublata. Fulgos. cons. 179. Dubia super quibus. vers. ad secundum.

12 Extende, quia si cessio fiat ex intervallo post solutionem debiti non valet, quia tunc nulla actio supereſt tempore cessionis, ex quo statim facta solutione sublata est omnis actio. Instit. quibus mod. tollitur obligatio, in princ. l. prout. ff. de solutio. & quod non est, cedi non potest. cap. ad dissoluendum, de sponsal. impub.

13 Restringe, quando tempore solutionis fuisset actum, quod deberent cedi iura.

14 Restringe in solutione facta per fideiussorem, quia cessio potest fieri ex intervallo, quia præsumitur soluisse animo extinguendi obligationem suam, non principalis, vt per Bar. d. l. Modestinus, in 2. casu. ff. de solutio. Castr. in l. cum is, qui, vbi bene declarat. ff. de fideiuss. Socin. cons. 18. Prosequendo ordinem. colum. 4. lib. 1. Castr. cons. 181. Viso puncto. in princ. lib. 1.

15 Restringe, quia cessio iurium potest fieri ex intervallo, nedum fideiussori soluenti, sed etiam obligato in solidum fideiussorio nomine, quia per talem solutionem principalis non liberatur ipso iure, sed ope exceptionis. Castr. cons. 181. in prine. lib. 1. & cons. seq. in princ. eod. lib. 1.

16 Amplia, quia actio litigiosa cedi non potest. Fulgos. d. cons. 179. ver. ad secundum.

17 Amplia, quia cessio iurium eius, qui succubuit per rem iudicatam, est inanis, quia iura cessa dicuntur per rem iudicatam elisa in præiudicium eius, qui succubuit. Castr. cons. 186. Videtur quod dicta. nu. 2. ver. cum ergo. lib. 2.

18 Declara, quia si iura, pro quibus succubuit, spectarent communiter ad alterum bene possent cedi pro rata, pro qua spectant ad alium, & non egit. Castr. d. cons. 186. in fin. lib. 2.

19 Limita, quia si fiat cessio iurium debitori soluenti, ea valet ad effectum retinendi rem ex iure cesso contra alium, qui haberet ius ex alterius persona, & esset posterior, non autem ad effectum agendi. Negus. de pignor. in 5. parte, tertio membro. num. 44.

Vide. Cessio iurium quando præsumatur fraudolenta. Conclus. 209.

Cessio in potentiorem prohibita, & quare. Conclusio. CCVIII.

1 CESSIO, & alienatio in potentiorem fieri non potest regulariter, quia odiosa est. c. 2. vbi glos. de alien. iud. mut. causa facta.

Amplia,

2 Amplia, vt tales ceſsiones in potentiores dicantur prohibitæ quocunque titulo inter viuos. l.hoc edicto,§. 2. & l.non ſolum, ff. de alien. iud. mut.cauſa facta.Feder.de Sen.conſ.84. numer. 2. ver.præterea.

3 Amplia,vt ſtatutum prohibens magnates poſſe acquirere ceſſionem bonorum contra populares,extendatur,ne etiam poſſint acquirere ab Eccleſia,quia eſt fauorabile. Feder.de Sen. conſ. 84 per totum,& conſ.85.per totum,vbi eſt caſus cõ filij,& ibi tuetur tale ſtatutum non eſſe contra Eccleſiam.

4 Amplia, vt hac de cauſa valeat pactum inter dominum,& emphyteutam, ne poſſit emphyteuſis alienari in Eccleſiam,vel potentiorem. Feder. d.conſ.84.nu.1.in fin.ver.& hoc firmatur,& conſ. 85.Statuto ciuitatis, num. 2. ver. Vnde hac de cauſa.

5 Ratio eſt,quia, vt plurimum potentes opprimunt debiles, exquiſitis actionibus, & vt plurimum ſimulatis,ita Feder.de Sen. d.conſ.85. num. 2.ver.& maxime.

6 Amplia in tantum,quod talis ceſſio prohibita fieri in potentiorem contra populares non valet,etiam ſi fiat generalis,non expreſſis popularious,quia adhuc non valet.Feder.de Sen.conſ.85. numer. 3.

Vide.Vniuerſalis alienatio,& diſpoſitio admittit multa prohibita, & quando ſecus. Concluſio.248.

7 Limita,niſi titulo vltimæ voluntatis, & legati vniuerſalis fiat alienatio,quia permittitur, & eſt differentia,quia alienatio facta per vltimam uoluntatem dicitur coacta.Feder.d.conſ.84.numer. 2.ver.præterea.

8 Limita,ſi fiat in Clericum alienatio, quia etiã ſi ſit filius magnatis, tamen non continetur ſub ſtatuto contra magnates loquente.Feder.de Sen. conſ.83.Quod ſtatutum,per totum, vbi eſt caſus.

Vide.Potentiores non agunt ex iure ceſſo. Concluſio.461.

Ceſsio iurium quando præſumatur fraudolenta,vel non.Concluſio. CCIX.

1 CESSIO preſumitur fraudolenta facta ab eo qui ceſsit iura,poſtquam fuit tactus ad inſtantiam ſui creditoris,quia talis ceſsio dicitur facta in fraudẽ creditoris,qui fecit tactum, ideo non valet, quia tactus equiparatur ceſſanti, & quia contumacia eſt delictum.Iaſ.in l.1.§.fin. ff.ſi quis iuſdicenti non obtemper.

2 Amplia, quia ceſsio preſumitur fraudolenta ex vicinitate delicti commiſsi,ſi cedens ſciebat ſe non eſſe ſoluendo. Fulgo. conſ. 179. Dubia ſuper quibus,num.2.ver.an autem in dubio.

3 Amplia,quia ceſsio iurium dicitur ſimulata,& fraudolenta,quando fuit facta ex cauſa donationis ab eo,qui erat obligatus ſoluere certam ſummam,quia ceſſionarius promiſit eundem cedentem releuare indemnem.Ant.de Butr.conſ.21. in fi.ver.item hæc ceſsio.

4 Extende,quia multo magis erit nulla ceſsio ex cauſa donationis facta,quando excedit ſummam quingentorum, & non fuit inſinuata. Curt. Iun. conſ.126.vbi de *communi,quem citat Caballi. in apoſtil.ad Ant.de Butr.d.conſ.21.in fi.

5 Amplia,quia ceſsio pro pretio conuento non producit ius deducibile in iudicio,niſi pretio ſoluto.Roma.conſ.86.n.9.

6 Amplia,quia ceſsio facta per dationem in ſolutum,vel alium cõtractum,partim vera, partim ficta,& ſimulata,non valet, quoad ceſsionarium, quo vero ad cedentem perdit ius ſuum pro ſumma ſimulata,quia dicitur figurata donatio. l. ab Anaſtaſio.C.mand.a.Roma.d.conſ.450.in fin. ver. ex quibus concluditur, vbi apoſtilla, in ver. ex contractu.

7 Reſtringe in venditione,quia non eſt nulla, licet fiat pro pretio,partim vero,partim donato. Pariſ.conſ.81.Conſulens,nu.36.lib.1. quem citat *apoſtill.ad Roma.conſ.450. vbi dicit *communem,in ver.ex contractu.

8 Contrarium, quod imo etiam in venditione habeat locum ampliatio. Rui.conſ.136.Primo vi *dendum,n.5.lib.1.vbi dicit *cõmunem,prout refert eadem apoſtil.ad Roma.d.conſ.450.in fin.

9 Amplia, quia ceſsio præſumitur fraudolenta, quando partim eſt ex cauſa donationis,& partim titulo venditionis, quia præſumitur facta animo redimendi litem,& non valet. Alexan. conſ.28.In cauſa,nu.6.ver.nec ad hoc obſtat,lib.5.Socin. regula 9.Ceſsio regulariter,in 5.& 6.fallentia.

Vide.Maſcard.Concluſio. 444. Contractus an recte probetur ſimulatus, vbi extendit etiam ſi donatio fiat ob merita,niſi ſint ſpecificata, & ab eo,qui poteſt libere donare, & ſit certus de pretio rei.

10 Extende idem,quando fit ceſsio ex cauſa partim vera, & partim falſa, videlicet pro credito partim vero,& partim falſo.Roma.conſ.450.Præſens dubitationis articulus, quia non valet, niſi pro vera quantitate.Socin.conſ.18. Proſequendo ordinem,col.4.ver.accedat,lib.1.

11 Amplia, quia ceſsio non valet vti fraudolenta,quando minus pretium fuit ſolutum,& de maiori eſſet facta confeſsio, quia tunc eſt fraus, & non valet,& ſic loquitur,l.ab Anaſtaſio.C. mand. Fulgo.d.conſ.205.in fi.ver. cæterum.

12 Extende, quia ceſsio facta pro minori pretio, præſumitur ſimulata ex paruitate pretii, & nullum ius acquiritur ceſsionario.Roman.conſ. 86. nu.10. ver.tertio, vbi apoſtill. in ver. paruitate, dat multos concord.

13 Declara,quia eſt ſpeciale in odium redimentis litem,quia non valet ceſsio, ſeu venditio partim ex donato,partim,ex uendito,ſecus autem ſi non aptatur ad redemptionem litis, ita Alexan. conſ.28.In cauſa,& lite,num.6.uer.nec ad hoc obſtat,lib.5.

14 Amplia,quia ceſsio hæreditatis facta per minorem confeſsato pretio eſt nulla, etiam ſi iuranit,quia dicitur læſus,ex quo requiritur actualis ſolutio,ideo petita abſolutione reſcindet,uel nullam declarari obtinebit. Anchar. conſ 318.Viſa copia,per totum.

15 Amplia,quia ceſsio iurium non ualet, niſi pro quantitate pretij ſoluti, quia quoad alia præſumitur fraudolenta,l.per diuerſas.C.mand. Fulgo. conſ. 242. Viſa copia, uer. ſecundo principaliter,ubi quod ceſsionarius non exigit pluſquam ſoluerit.

16 Amplia,quia ceſsio non ualet, niſi pro ſumma

pro qua eſt facta realis ſolutio. Bal. conſ. 384. in fi. ver. item non valet. lib. 4.

17 Extende, quia ceſsio quando cedens confitetur habuiſſe pretium eſt ſimulata, ideo ſi ceſsionarius agat contra tertium poſſeſſorem ex iure ceſſo non obtinebit l. per diuerſas. vbi glo. in ver. ſolutas, & l. ab Anaſtaſio. §. ſi quis. C. manda. & ibi Bar. poſt Iacob. de Beluiſio, quem ſequitur Caſtr. & Bald. in l. Deo nobis, in 2. col. C. de Epiſ. & Cler. ver. tertio fallit. Salycet. in l. 2. C. ne lice. potens. col. pen. & fin. vbi reſpondet ad omnia contraria. Abb. in c. fin. de alien. iud. mut. cauſa facta. col. 2. ver quinto præſumitur. Socin. conſilio 66. Fruſtra. columna tertia. lib. 2. & conſil. 262. In cauſa magnifici. libro 2. Fulgoſ. conſilio 242. Viſa copia. Roman. conſilio 86. Viſo queſtionis themate, columna 3. ver. ſecundo principaliter. num. 8. & 9. & * eſt communis * opinio.

18 Et quod ceſsio facta pro pretio confeſſato, niſi re vera ſolutio probetur non valeat contra eum, contra quem fit ceſsio, licet valeat quoad cedentem, tenent Iacob. de Aret. Rayne. de Forli. Iacob. Butrig. Iacob. de Belui. quos refert, & ſequitur Bartol. dicta l. per diuerſas. C. manda. vbi dicit, quod pro hac parte conſuluit vna cum Franc. Tigri. & multis alijs Doctor. de Perufio, quem ſequitur ibi Angel. dicens, quod non valet, quia requiritur vera ſolutio. Salycet. in l. ſecunda. C. ne liceat potentio. vbi reſpondet ad contraria, & in dicta l. per diuerſas, vbi Caſtr. prope finem, vbi, quod ita Pernſij fuit iudicatum, prout etiam refert Bald. in dicta l. ſecunda. C. ne liceat potentio. Fulgoſ. conſil. 245. Viſa copia inſtrumenti. Abb. in cap. final. de alien. iud. mut. cauſa facta. column. penult. Socin. conſil. 18. column. 3. ver. vlterius. lib. 1. & Barthol. Socin. filius conſil. 66. column. 3. libro primo, * numero 13. & eſt magis communis * opinio. Aſflict. deciſione 402. numero ſexto. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. numero 78. & 79. & ita etiam tenet Bald. dicta l. per diuerſas. quæſtione 13. Ial. conſil. 111. column. final. libro quarto, & Caſtr. conſil. 393. in fin. lib. 2. pro iſta parte allegat Bart. conſuluiſſe cum pluribus alijs.

19 Contrarium, quod imo ſi pretium fuit iuſtum ſufficiat, quod ſit confeſſatum. Caſtrenſ. conſil. 393. Pro euidentia. libro ſecundo, in fin. vbi allegat Bald. dicentem, ita ſeruari de facto. Alex. conſ. 36. Viſo themate, in prin. verſ. quinimo. li. 2.

20 Declara forte procedere contrarium, quando fuit renunciatum exceptioni, &c. Bald. conſ. 327. Viſa ſerie, in fin. verſ. ex quibus apparet. lib. 5.

21 Et quod imo, ſi etiam eſt renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, valeat in totum & communiter ita ſeruetur in multis locis, licet dicat, quod etiam vidit ſeruari contrariam opinionem. Bald. conſil. 327. Viſa ſerie, in fin. ver. ex quibus apparet. lib. 5. Fulgoſ. conſ. 217. Viſo exemplo, ver. ad quartum dicit, quod communis obſeruantia eſt, quod confeſsio ſola ſufficit de pretio, à qua non eſt recedendum, & idem dicit conſ. 239. num. 2. & hæc opinio fuit Nicol. de Matarel. quam tenet etiam Specul. tit. de ceſsio. acti. §. 1. vbi, quod ſatis dicitur ſolutum, ſi cedens reputat ſe ſatisfactum. Bal. in l. 2. C. ne liceat potentio. dicit, quod ita conſueuerunt tenere Aduocati Florentini, & quod de conſuetudine generali hoc obſeruatur, & quod nulla lege cauetur, quod ex ſola confeſsione præſumatur ſimulatio, niſi duobus caſibus, videlicet, quando minus iuſto pretio, vel quando pro parte venditur, & pro parte donatur.

22 Declara, quia ſi ceſſio eſt facta pretio confeſſato ſi quidem eſt renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ valet, ſi vero non eſt renunciatum, & lapſum tempus, idem, ſi tempus non eſt lapſum valet ceſsio, ſed pretio non ſoluto poteſt excipi de non numerata pecunia, ſed dominium in ceſſionarium, prout in venditorem tranſit. Fulgo. d. conſ. 217. in fi. & idem dicit conſ. 205. per totum, vbi, quod ita ſeruatur de conſuetudine.

23 Amplia, quia ceſsio pro minori pretio, & pro pretio confeſſato non valet, quia præſumitur fraudolenta. Fulgoſ. d. conſ. 242. circa med. verſic. ſecundo principaliter.

24 Cõtrarium, quod ceſsio facta pro pretio confeſſato, quatenus non ſit conueniens pretium, erit ceſſio ex cauſa donationis, Fulgoſ. d. conſ. 217. ver. ad quartum, & valebit vt donatio, licet nomen ceſſionis, & venditionis ſit ſimulatum. Fulgoſ. conſil. 205. col. 2. in fi. ver. cæterum ſi conſtarer, quod dicit procedere, quando confeſsio non eſt ſpe futuræ ſolutionis, ſed animo donandi.

25 Declara, quia imo ceſsio præſumitur ſimulata, & fraudolenta, quando pretium rei ceſſæ, & recuperandæ totum apparet ſolutum, quia minus valet actio ad rem, quam res ipſa. Socin. conſil. 143. in fin. libro 1. quia non eſt credibile, quod ſoluat quis totum, ſi cũ diſpendio eſt conſequuturus.

26 Et propterea ſi fiat ceſsio actionis, puta decentum pro octuaginta valebit, quia re vera minus valet actio, quam quantitas, quæ ceditur propter diſpendia, & lites. gloſ. & Docto. in d. l. per diuerſas, vbi Bald. in 12. quæſt. qui dicunt hoc eſſe arbitrarium iudici, quid, & quantum minus valeat actio propter expenſas.

27 Declara, quia iſta procedunt, maxime, quando creditum ceſſum eſt intricatum. Bart. in d. l. per diuerſas. C. manda. Corne. conſ. 263. In cauſa vertente. col. 3. & ſeq. lib. 3.

28 Reſtringe, quando ceſsio fieret pro credito, partim vero, & partim falſo, quia non valeret, niſi pro vera quantitate debita, ita Rom. conſ. 450. & Socin. conſ. 18. Proſequendo ordinem. col. 4. lib. 1. verſ. accedat ad prædicta.

29 Declara melius, vt per Rom. conſ. 450. Præſens dubitationis, per tot. vbi ſi creditor cedit actionem debitori pro centum, & accipiat dationem in ſolutum pro centum, cum ſit creditor ſolũ in quinquaginta, ex quo intrat donatio figurata in 50. & ſimulatio non valet in totum quoad ceſsionarium, & cedens perdit ius ſuum, & hoc modo procedit l. ab Anaſtaſio. C. manda. §. huiuſmodi, in ver. figuratam, & apoſt. 1. ad Rom. in d. conſ. dicit, quod actio non poteſt pro parte vendi, & pro parte donari, & dat concord.

30 Amplia, quia ceſsio, in qua non interuenit numeratio pecuniæ, ſed ſola confeſsio de recepto ex parte cedentis, præſumitur ſimulata, & fictitia, per l. per diuerſas, & ibi glo. & Bart. C. mandati, & talis ceſsionarius præſumitur redemptor litium, & contra eos tanquam, quod dubias actiones ſibi cedi fecerint, paciſcentes de quota litis, voluit illa lex prouidere, & l. ab Anaſtaſio. C. eod. tit. vbi Caſtren. declarat, & propterea de facili ſimulatio, & fraus præſumitur, niſi conſtet de cauſa legitima.

31 Extende etiã ſi adeſſet iuramentũ cedentis, quia

non

non firmat contractum in præiudicium tertij.Bartol.in l.Titia.la.2.§.Imperator ad fin.ff.de leg. 2. Castr.in l.& hęred.§.filius familias.ff.de pact.Bal. in l.fi.§.filijs autem.C.de bon.quę liber.1mo.in c. eum contingat,de iureiur.vbi quod non nocet tertio.Alex.in l.nemo.ff.de leg. 1. quia iuramentum non confirmat contractum simulatum.gl.in l.emptorem, & ibi Bald. & Salycet. C. plus valere, quod agitur.

32 Declara, quia cedens, qui iurauit, non posset dicere de simulatione,vel fraude, ex sola confessione pretij,neque cedentis hęres. Alex, conf. 36. * Viso themate,in principio: vbi dicit * communem,& maxime si est iuratum, vt ibi num.3.ver. plus videtur,lib.2.Socin.conf.136. Præstantissime Doctor.ad fi. lib. 1. & in proprijs terminis Bartol. in dicta l.per diuersas.column. 3. ver. ex quo concluditur. C. manda. quam ibi alij sequuntur, vt dicit Alexander dicto consilio 36.in prin.lib.2.

33 Extęde,quia nec valet talis cessio cõfessato pretio etiã cũ iuramento in vim donationis,eo quod res est inter coniunctos. l. procula. ff. de probat. quia donatio non præsumitur inter coniunctos simpliciter, sed tribus concurrentibus,de quibus per gloss. in l. libertis quos. §. 1. ff. de alimen. & cib. leg. quorum si vnum deficit non præsumitur donatio. Alexan. conf. 56. In prędenti consultatione,ad fi.vol.4.

34 Restringe quando cessio fit fideiussori pro eius indemnitate, quia valet etiam si pretiũ fit confessatum.l.fideiussor.§.quidam.ff.mandati.Bar.conf. 160.li 1 Cast.in l. duobus.§.1.ff.de iure iur.refert ita consuluisse Florentię,vt in conf. 396.in antiq. * sequitur Iaf.d.l.duobus.n.6.vbi de *communi.Aflict.decis.94.num.3.Bello.conf.75.num.6.Marsil. in rubr.de fideiuss.quæst.35.num.265.vbi de com * muni * attestatur.

35 Restringe in creditore, qui accepit in solutum nomen debitoris ea ratione, quia tali casu non videtur accipere cessionem, vt redimat lites,sed vt sibi satisfaciat,vt in d.l.per diuersas in ver. exceptis:vbi gl.& Bar.C.man. si tamen cessionarius fingeret se creditorẽ cedentis,tunc haberet locũ.l. ab Anastasio,duo igitur copulatiue requiruntur, quod cessionarius sit vere creditor cedentis,& cedens sit verus creditor eius, contra quem fit cessio,alias non valeret cessio.

36 Restringe,quando cessio est necessaria, prout si impetrata est ob tuitionem bonorum, quia non præsumitur simulata, etiam si fit pretium confessatum.d.l.ab Anastasio,& l.per diuersas.C.man.

37 Limita quando fit titulo liberalis donationis, quia non præsumitur fraus.Roman.conf.518. In casu proposito.

38 Extende maxime quando cessio fit ex causa liberalis donationis ex causa pia,puta locus Ecclesiasticus debitor laici ceditur alteri loco Ecclesiastico. Roman. d. conf. 518. in principio: vbi quod non dicitur facta in potentiorem de laico in Ecclesiam.

39 Limita, quia non procedit in cessione,quam facit creditor fideiussori, vel correo, quia sufficit confessio sola, siue sit renunciatum, siue lapsum tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecunię, quia valebit in præiudicium principalis,vel correi.Fulgos. consil. 205. Rainaldus, & Vgolettus, per totum: vbi quod si non sunt lapsa tempora, & non est renunciatum exceptioni, valet cessio,sed quilibet habens interesse potest excipere de non numerata pecunia.

40 Limita,quia non procedit in cessione hęreditatis,quam facit hæres possidens, licet in ipsa hæreditate sint debitores cessi.Fulgo.conf.239.Consilius maior.nu.2.ver.rursus etiam.

41 Limita quando de solutione totius pretij constaret, quia casus est indubitatus, Fulgos.d. conf. 205.in fi.

42 Limita,quia l.per diuersas, & l. ab Anastasio non hęnt locum inter creditores cohęredes, & socios, quia in eis non habet locum suspicio redemptionis,sed neque in alio casu habente eamdem rationem. Angel. in dictis legibus. C. manda.

43 Item non habent locum in cessione iurium,quę fiunt pro tuitione rerum, quæ traduntur a cedente, sed solum habent locum quando cessio iurium fit pro tuitione rerum, quas possident illi,quibus fit cessio,ita Bart.clare conf.90. Dilecto Domino.n.3.ver.super tertio.lib.1.

44 Limita quando cessio esset titulo venditionis, & donationis, quia tunc licet cedens confiteatur recipisse pretium, tamen non erit simulatio, ex quo iustum pretium interuenit, & extra casum pure cessionis non procedunt l.per diuersas, & l. ab Anastasio.C.manda. Bald.& Castr. in d. l. per diuersas. Riminal.conf.155. num. 11. lib. 1. quod est pulcherrimũ in hac materia, ideo illũ videas.

45 Contrarium,quod l.per diuersas,& l.ab Anastasio.C.man.habeant locum etiam in datione in solutum.Rom.conf.450.Præsens dubitationis artic. Soci.conf.18.Prosequendo ordinem. col. 4. in fin. ver. accedat ad prædicta. lib.1.

46 Declarat Castren.conf.250.Quod ista fuit cir. med.ver.& si dicatur.lib.1. quod si fiat emptio iurium inter emptorem,& venditorem potest cadere deceptio vsque ad dimidiam, dummodo non dolo, neque fraude emptio sit facta, quo vero ad emptorẽ,& eum contra quem fit cessio,is poterit dare de simulatione, si minori pretio, quam importent expresse, quæ sunt in exactione debiti venditi,& subiungit, quod attenditur euentus dubius in extimatione.

47 Limita, quando ipse cedens, vel eius hæres allegaret simulationem,quia quoad eos valet, licet pretium sit confessatum. Alex.conf.178.Viso themate, post princip. vol. 2. Bart.d.l.per diuersas, colum.2. C.manda. declarat Socin.consil.18.col. 4.lib.1.

48 Imo,quia quando totum pretium à cedente est confessatum,nõ sit simulata cessio,nisi probetur, quod pars pretij sit soluta, & pars confessata. Alex.conf.36.Viso themate,in princ.lib.2.

49 Limita,quando is,qui cedit rem magni valoris pro modico pretio, esset pauper, & abhorreat lites,ita quod actio esset sibi inutilis propter potẽtiam debitoris, quia valet cessio.& cessionarius potest petere totum.Castr.d.l.per diuersas. col.3. n.4.C.manda. vbi dicit se consuluisse,quod valebat cessio mulieris facta pro scutis 1000.de iuribus paternis,& maternis, quæ valebant 6000. & cessionarius totum consequi poterit,& ita Rimi. conf.155. lib. 1. & consilium Castrens. est consil. 393. Pro euidentia. column. fin. vers. circa quintum.lib.2.

50 Extende, quia valet datio in solutum nominum debitorum pro maiori summa, quam sit debi-

tum, pro quo fit datio, quia non dicitur is, cui datur in ſolutum, redemptor litis. glo. & ibi Doct. in l. ab Anaſtaſio, per illum text. C. mand.

31 Limita, quia valet ceſsio facta pro pretio confeſſato, etiam ſi appareat, quod eadem die ceſſionarius per aliud inſtrumentum confeſſus eſt ſe debitorem pretij confeſſati à cedente, quia præſumitur confeſſio facta non ſpe futuræ ſolutionis, neque animo donandi, ſed ſpe futuræ obligationis. ita Alex. conſ. 36. Viſo themate. n. 2. vbi, quod propterea maritus, qui confitetur dotem, & eadem die ſocer ad illam ſe obligat, cenſetur confiteri ſpe futuræ obligationis, igitur tenetur verſus mulierem de ſuo, quia voluit ſequi obligationem ſoceri.

32 Limita, quia nec fraudolenta, nec ſimulata præſumitur ceſſio facta alicui pro ſe, & perſona nominanda, ex quo abſenti poteſt fieri ceſſio per nuncium, vel epiſtolam, Bart. in l. per diuerſas. C. manda.

33 Limita, quia ceſſio non poteſt dici ſimulata, etiam quod eſſet ſimulata, quando partes iurarunt contenta in inſtrumento eſſe vera, etiam ſi habita eſſet abſolutio à iuramento. Alexan. conſ. 178. Viſo themate, poſt princip. ver. plus videtur. lib. 2. & eſt communis * opinio. Cephal. conſ. 325. num. 41. lib. 3.

Vide. Simulationis exceptio non admittitur in multis. Concluſ. 266.

34 Titulus ceſſionis licet non ſit inſertus in inſtrumento ceſsionis, tamen ſufficit, quod appareat ex inſtrumento. Fulgoſ. d. conſ. 239. Conſiliarius maior, in fin. Vide ſupra n. 2. & ſeq. & nu. 9.

35 Extende idem multo magis, ſi exprimitur in aliqua parte inſtrumenti. Fulgoſ. dict. conſil. 239. in fin.

36 Extende, quia titulus donationis elicitur, quando pretium eſt confeſſatum, & non ſolutum, ſi non conſtat, quod ſpe futuræ numerationis ſit facta confeſsio. Fulgoſ. conſ. 205. col. 2. ver. cæterum ſi conſtaret.

Vide. Ceſsio iurium requirit titulum. Concluſione 204.

Vide Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de actio. Concl. 5. Ceſsio actionis, ſi pretium non correſpondet, non valet.

Ceſsio iurium comprehendit futura. Concluſ. CCX.

1 CEssio iurium ſimpliciter facta continet etiam iura futura, in quibus cedens poſtea fuiſset ſucceſsurus ſi non ceſsiſſet, vt not. in l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſs. & in l. & quæ nondum. §. 1. & ibi Bart. ff. de pignor.

2 Extende, vt procedat etiam, ſi de futuris iuribus non eſset dictum, vt per Alex. conſ. 139. lib. 2. Guidopapæ deciſ. 291. & ideo in ceſsionarium ſit tranſlatio vtilis dominij iurium dotalium maternorum cedentis pro ea parte, pro qua hæreditas materna eidem delata fuit, vt per Bartol. in l. 1. ff. de action. & oblig. per Alexand. conſ. 15. lib. 6. Iaſ. in l. non quocunque. §. qui Gaius. num. 8. & ſeq. ff. deleg. 1. & in l. ſi pecunia. num. 5. eod. tit. Corne. conſil. 106. lib. 4. Guidopapæ conſil. 4. num. 7. lib. 1.

3 Contrarium videtur tenere Alexand. conſil. 15. in fin. lib. 7. vbi, quod ceſsionario debetur ſolum id, quod cedenti competit tempore ceſsionis.

Ceſsio iurium debet fieri ex neceſsitate multis caſibus. Concluſ. CCXI.

1 POssessor alienæ hereditatis, euicta hereditate, tenetur cedere vero domino iura, & actiones ſibi competentes contra colonos pro non exactis. l. mercen. ff. de petit. hered. Feder. de Sen. conſ. 251. in fi. n. 5. ver. nam & poſſeſſor.

2 Amplia, quia regulare eſt, quod is, pro quo alius acquiſiuit iura, non agit ſine ceſsione iurium, quia alteri per alterum non queritur ſine ceſsione. Inſtit. de inutil. ſtipul. §. ſi quis alij. Alex. conſil. 40. Circa primum. num. 8. verſ. quinto. lib. 5. vbi, quod iſta eſt regula.

Vide. Acquirere alteri quando, & per quos poſſit, vel non. Concluſ. 440.

Vide. Actio vtilis competit ſine ceſsione multis caſibus. Concluſ. 102.

3 Extende, vt procedat etiam in notario, vel officiali publico, qui ſtipulatur pro abſente, vel recipit pro abſente, quia tenetur cedere iura ei, pro quo ſtipulatus eſt, vt poſsit agere. Bald. conſ. 138. licet ſint diuerſe. lib. 5. vbi reſtringit, quando eſset notarius abſens, vel mortuus.

4 Extende, quia ſiego facio obligationem Titio de ſoluendo centum pro Seio abſente, actio acquiritur Titio preſenti directa, vtilis vero ipſi Seio abſenti, quæ non tranſit ſine ceſsione, ſecus autem eſt, ſi competat ex legato, vel ſtatuto hæc actio vtilis, quia ſine ceſsione tranſit. Alex. conſ. 207. num. 2. lib. 7.

5 Addo, quod vbicunque ceſsio fieri debet ex neceſsitate, agit ſolus ceſsionarius, & non cedens. Bald. conſ. 70. Præmittendum eſt. lib. 3.

Vide. Cedens iura quando poſsit exigere. Concluſ. 181.

6 Contrarium Corne. conſ. 50. lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. num. 15. ff. de verb. oblig. Caſtr. conſ. 195. num. 2. lib. 2. vbi, quod ſequuta ratificatione donatarij, acquiritur vtilis ſine ceſsione, quando notarius fuit ſtipulatus pro abſente, ſecus eſt, ſi alius eſt ſtipulatus.

7 Declara, quia notarius in iis, quæ ſpectant ad officium ſuum. acquirit ſine ceſsione. Ang. conſil. 73. in fin. ver. item non oſtat.

Vide, & declara plenius in ver. Notarius poteſt multa tanquam publica perſona. Concl. 99.

8 Reſtringe, vt non requiratur ceſsio ab officiali, vel notario, aut perſona publica, quando talis, qui debet cedere, eſset mortuus, vel abſens, ita quod non poſset fieri ceſsio. Bald. d. conſ. 138. per totum, maxime in fin. lib. 5.

9 Reſtringe, quia ſi notarius ſtipulatur pro duobus abſentibus, poteſt agi per vnum abſentem, qui habuit ceſsionem à notario nomine ſuo directe, & vtiliter nomine abſentis ſine ceſsione. Bald. d. conſ. 138. circa med. verſ. ſi duo ſunt libro 5.

10 Reſtringe, quia quoad ius agendi requiritur ceſsio,

Digitized by Google

ceſſio,ſed quoad ius retinendi, & excipiendi tran fit ius ſine ceſſione,ita Bal.in auth.ſed cum teſtator.col.2.ver.quæro verum.C.ad leg.falcid. ſequitur Roland,2 Vall.tract. de inuent.fol. 114.quæſt. quid ſi hęres.num.3.

11. Reſtringe quoad exceptionem, quia illa acquiritur ipſo iure,& ſine ceſſione.Alex.d.conſ. 40.n. 8.ver.quinto.lib.5.

12 Reſtringe in eo, qui ſoluit pecuniam nomine alieno, & alteri promiſſa eſt reſtitui, cuius nomine eſt ſoluta, quia eo non ratificante, pro quo eſt ſoluta, ſoluens agit vtili actione ſine ceſſione. l.ſi abſentis.C.ſi cert.pet.

13 Reſtringe in dote, quia quilibet acquirit mulieri dotem, quæ poteſt agere ſine ceſſione. Bald. conſ.422.In Ciuitate Alexandriæ,circa med. ver. amice conſidera. li.1. idem tenet Alex.conſ.207. num.2.lib.7.vbi dicere videtur, quod ſit ſpeciale in ſtatuto,& legato. licet dat exemplum in dote.

14 Contrarium Crauett.conſ. 304.in princip. vbi quod ſi pater promittat dotem genero pro filia, ipſa non poteſt agere,niſi contra maritum,niſi cederet iura contra patrem.

15 Reſtringe in donatione,quia donatario acquiritur ſine ceſſione.Bal.d.conſ.422.circa fi.ver.ſed de donatione.lib.2.& conſ. 129. Factum proponitur.lib.2.

16 Conrrarium, quod donatario non acquiratur ſine ceſſione eius, qui pro abſente acceptauit.Caſtren.conſ.196.num.2.lib.2.

17 Declara, vt non procedat quando donatio fieret in potentiorem,quia requiritur ceſſio.Bald.d. conſ.125.in fin.lib.2.

18 Amplia, quia agens contra tertium poſſeſſorem debet de neceſsitate, vt obtineat cedere iura ſua illi tertio poſſeſſori.Bald.conſ.85.Quidam nomine,in fi.lib.2.& conſ. 61. Hæres Gabriele. eod. lib.2.Bald.conſ.109.Quilibet iuſtus.lib.3.l.mulier. ff.qui potio.in pigno.l.Paulus.ff.quib.modis pign. vel hypo.ſolui.

Vide. Exceptio cedendarum actionum quibus competat.Concluſ.386.

19 Declara, vt non procedat in poſſeſſore iniuſto, quia licet ipſe poſsit offerre creditori agenti, tamen non tenetur creditor cedere iura.Bald. conſ. 109. in princ.lib.3.

20 Declara, quod dicitur poſſeſſori eſſe cedenda iura,procedere, quoad iura, quę ſibi competunt, quia licet iura ſua non eſſent integra, vt quia alicui obligatum liberaſſet, tamen non poteſt exceptione cedendarum repelli, prout ſi eſſet facienda ceſsio ex conuentione, prout fideiuſsori. Bal.conſ.109.Circa medium.ver.ſed ius,quod non habet.lib.3.

21 Vide Affict.deciſ.343.nu.4.vbi quod magis ſi tuetur ei, cui debetur ceſsio ratione contractus, quam ratione bonorum.

22 Extende, vt procedat etiam ſi poſſeſſor offert creditori primo ex cauſa dotis,& diu eſſet litigatum, quia ſi ſecundus offerat creditum dotale, & expenſas in contanti, debent ſecundo poſſeſſori cedi iura dotis. Bald. conſil. 190.per totum, libro 5.

Vide. Offerre quando poſsit creditor vxori priori creditrici,vel non. Concluſ.78.

23 Declara,quia ſi ceſsionarius ſit,& ipſe inter tertios poſſeſſores debet diminuere ratam ſuam. Capic.deciſ.51.num.8.

24 Reſtringe, quia poſſeſſori ſunt cedenda iura, ſi ipſe offerat ſoluere, & tandiu durat ius implorandi, & impetrandi ceſsionem, quandiu durat ius offerendi, ideo ſi poſt exequutam ſententiam vel in actu exequutionis poſſeſſor vellet impetrare,non poſſet, ex quo ius offerendi ceſsat,ſic videtur velle. Bald. conſ. 109. in fin. ver. ſi autem quæritur.lib.3.

25 Amplia in eo, qui conſtituit dotem mulieri ex pecunia aliena, quia tenetur reſtituere pecunias, vel cedere iura dotis ex neceſsitate.Bal.conſ.301. in princ.num.2. ver. ſecundo eſt videndum.lib.3.

26 Extende quando pater ſtipulatus eſt ſibi dotem filiæ reddi,vel hæredibus ſuis,quia mortuo patre, ſi veniat caſus reſtitutionis, compelluntur hæredes patris cedere iura hæredibus filię. Angel. conſ. 347. Pater ſtipulatus. col.2.ver.ſuper ſecundo,& in fi.

27 Amplia, quia hæres compellitur cedere iura legatario, cui teſtator reliquit creditum, ſi debitor recuſat ſoluere. Bald.conſ.151. Caſus quidam.lib.3.

28 Amplia,quia ſecundus creditor hypothecarius agens contra primum, ſi offerat ſoluere primo creditum ſuum, tenetur primus poſsidens recipere ſolutionem, & cedere iura ſua. Bald. conſil. 190.Conſilium prædictum,circa med. ver. interdum offert ſecundus.lib.5.

Vide. Offerre poteſt ſecundus creditor priori, & quando ſecus.Concluſ.77.

26 Extende, quia ſi ſecundus creditor offert cum proteſtatione, quod ſibi cedantur iura tam obligationis perſonalis, quam hypothecæ,ceſsio debet fieri, quia eſt conſilium legis, ita Barto.conſ. 8.Domine Thoma.num.2.vſque in fin.verſ. circa tertium.lib.2.

30 Extende,vt procedat etiam ſi primus ſit creditor ex cauſa dotis,etiam ſi ſit litigatum diu inter primum,& ſecundum, quia ſi ſecundus offert facto, & cum marſupio in manibus debitum dotale cum expenſis factis, debent ſibi cedi iura dotalia omnino.Bal.conſ. 190.per totum.lib.5.

31 Amplia, quia creditor primus agens contra ſecundum tenetur cedere iura, & ideo ſi conſenſit alienationi fundi factę per debitorem ad favorem emptoris,ſibi eſt imputãdum,quia iura cedere non poteſt facto ſuo,ideo non poteſt agere.Signor.conſ.100.Quæſtio dubitabilis,per totam:vbi multa pro vtraque parte allegat.

32 Reſtringe in muliere, quæ liberauit quædam bona viri,vt infra nu.69.

33 Amplia in acquiſitis per ſocium,quia non ſunt alterius ſocii, niſi interueniat ceſsio iurium acquiſitorum.Cuma.conſ.172.Titius,& Soius,circa fin.ver.dicebant etiam.

34 Amplia, quia regulariter fideiuſſor ſoluens creditori non compellitur,niſi ſibi cedat iura contra principalem debitorem, & obligatos.l.fideiuſſoribus ſuccurri.ff.de fideiuſſ.l.Modeſtinus,cum ibi not.ff.de fideiuſſo.

35 Extende,quia tenetur cedere creditor fideiuſſori nedum actiones perſonales,ſed etiam hypothecarias.Bar.Bal.&Salyc.in l.1.ff.de fideiuſſ.& in l.1.C. eod. Socin.conſ.100.lib.2. Neguſ.in tertio membro quintę partis,in prin.n.35.

36 Extende in tantum teneri creditorem cedere iura fideiuſſori ſoluenti de ſuo, vt ſi non poſſet dure,quia eſſent extincta, obſtat exceptio cedendarum

dendarum actionum, quæ poteſt opponi, etiam non obſtante ſtatuto remouente omnem exceptionem. Alex.conſ.119.col. 1. vol.1. Deci. conſ. 27. Et pro virili.

37 Declara, niſi eſſet renunciatũ huic exceptioni cedendarum actionum.Deci.d.conſ. 27. Vbi an ſufficiat generalis renunciatio.

38 Extende, quia tenetur cedere contra principalem,& omnes obligatos,& confideiuſſores. Socin. d.conſ.200.lib.2.Neguſ.de pignor. in tertio membro quintæ partis.num.35.ver.adde inſuper,& eſt ratio, quia aliter non eſſet ſibi prouiſum contra ſuum confideiuſſorem in ſolidum obligatum, vt notat gloſſ. Bartol. & Bald. in l.cum aiter. C. de fideiuſſ. Euerard. conſil. primo, & ita ſe habet * communis practica.

39 Extende, quia ceſſio debet fieri fideiuſſori ſoluenti tam ratione ſortis, quam expenſarum.Bar. in l.fideiuſſori,in fi.ff.de fideiuſs.

40 Extende, quia imo fideiuſsor offerens ſoluere totum debitum creditori, compellitur creditor cedere omnia iura contra principales. Cyn. in l. 2.in fi.C.de fideiuſsor.Bar.in l.fideiuſsoribus ſuccurri. ff.eod.

41 Reſtringe,quia creditor exigens a fideiuſsore partem crediti, quia reſiduum habuit ab vno ex correis, non tenetur cedere ſoluenti fideiuſsori iura,niſi pro ſumma exacta,& contra non ſoluentes,ita gl.in fi.in l. fideiuſsoribus ſuccurri.in ver. nomina.ff.de fideiuſs.ita videtur ſentire Bar. in l. Modeſtinus.n.8.ff.de ſolut. & clarius in auth.hoc ita.C.de duobus reis.nu. 37. vbi quod ſi ſunt duo rei in ſolidum per receptionem partis cenſetur diuidere, & ipſo iure fit liberatio partis exactæ, ita vt contra ſoluentem partem ſuam non poſſit fieri ceſſio,ſi vero non fit diuiſio ſaltem ſoluens liberatur ope exceptionis.

42 Reſtringe in muliere agente ad dotes ſuas contra fideiuſsores,quia licet non poſsit cedere iura integra contra maritum, quia conſenſit alienationi bonorum mariti, tamen non remouetur ab agendo fauore dotis.Soci.conſ.200.per totum lib.2.vbi plures alias fallentias adducit.

43 Reſtringe, vt non procedat quando creditori non ſoluitur in contanti, ſed ſatisfit in bonis ſibi obligatis, quantumcunque ſint fideiuſsoris, quia non tenetur cedere iura, quia poteſt ſibi reſeruare iura ſua pro ſecuritate in caſu euictionis. gloſ, * Ang.& communiter * Docto.in l.libera.C.de ſen ten.& in l.ſi quis alij.ff.de ſolut.

44 Declara,vt per Bal.conſ.251.Duo rei.lib.3.vbi ſi interueniat ſolutio vnius ex toto, liberat omnes,ſi confeſsio, vel acceptilatio interuenit, eſt idem quando lapſum eſt tempus ad opponendam exceptionem pecuniæ non numeratæ, vel eſt renunciatum,ſi per pactum non liberat, niſi pro rata ſolutionis ope exceptionis cedendarum actionum, ſi petitur totum.

45 Reſtringe quando creditor agit contra bona fideiuſsoris,quæ venduntur tertio per iudicem,& ille tertius vult ceſsionem iurium pro tuitione bonorum,quæ tenetur creditor cedere iuxta l.penult.vbi Bar.ff.de diſtract.pign.& in l.in creditorẽ ff.de euict.quia tunc fideiuſsor non debet impetrare aliã ceſsionem iuriũ,quia iam ſunt translata in emptorem,& ea non poteſt iterum cedere, quia duobus in ſolidum nõ poteſt fieri ceſsio eiuſdem iuris.l.1.& ibi Bald.C.de actio. & oblig. vbi col.5.dicit quod quando ceſsio fit ex cauſa, ex qua per debitorem eſt ſatisfactum creditori tunc actio directa eliditur.l.Modeſtinus.ff.de ſolutio.l. cum ijs.ff.de fideiuſs.& vtilis ceſsa eſt efficax,tan quam ceſsa ex neceſsitate,& directa ineffica x, vt in alium poſsit cedi. Bar.in l.non quocunque.§. qui Gaium.ff.de leg.1.

46 Declara limitationem,& extenſiones, quod licet debeat fieri ceſsio fideiuſsori ſoluenti, tamen ſi habet cõfideiuſsores ab eis non repetit totũ ex iure ceſso,ſed diminuta ſua portione, quia ceſsio pro rata cenſetur facta.l.fideiuſsoribus,& ibi Bartol.ff.de fideiuſs.Alex.conſ.38.Viſis,& diligenter. col.fi.in fi.lib.5.

47 Amplia,quia liberatio ſimpliciter facta vni per acceptilationem liberat omnes,quia vim ſolutionis habet,& ſicuti ſolutio liberaret, ita acceptilatio. Caſtrenſ.conſ.459.in prin.lib.1. quod extendit.Cuma.conſ.24.

48 Extende,quia etiam ſi liberatio ſit facta per pactum,quando erant ſocij,vel quando vnus erat habiturus regreſsum contra alium,tunc prodeſt omnibus,ſecus eſt ſi non erant ſocij,& aliter non habet regreſsum contra alterum.Caſtrenſ. d.conſil. 459.in prin.lib.1.Bald.conſ.251.lib.3.circa.fi.vbi quod prodeſt pro rata liberati, ex quo tenetur cedere iura non pro toto.

49 Reſtringe in duobus tutoribus, quia liberatio facta vni non cenſetur pro alijs.Fulgoſ.conſ.134. In propoſita, per totum, & eſt ſubſcriptum a Fulgoſ.& Cuma.

50 Contrarium Cuma.conſ.24. per totum:vbi liberatio,& acceptilatio liberat omnes tutores.

51 Reſtringe quando vnus non eſt habiturus regreſsum contra alium, quia non contemplatione alterius promiſit.Caſtrenſ. dicto conſil. 459. in prin.& in fi.lib.1.

52 Amplia, quia creditor vendens bona ſui debitoris,iure crediti ſui tenetur cedere iura ſua emptori.l.pen.vbi Bar.Ang.& Salycet.ff. de diſtract. pign.l.in creditorem.ff.de euict.Docto.in l.1.C.de credit.euictio.pignor.non debe.& licet dicta iura loquantur in creditore vendente pignus, tamen idem eſt ſi iudex inſtante creditore vendat.

53 Extende, vt procedat, ſiue creditor vendat pignus, ſiue iudex vendat ad inſtantiam creditoris arg.l.furti.§.Mandati.ff.de ijs,qui not.infa.& in l. certe.§.1.ff.de precar.& quia iuxta ampliationem non datur ratio diuerſitatis.

54 Amplia,quia ſi is, qui tenetur cedere facta ſibi ſolutione, vel obligatione non vult cedere facto depoſito,ceſsio haberur pro facta,& deponens vigore obligationis ſuccedit in locum eius, cui fit oblatio,& depoſitum.Bar.in l.1.C.qui potio. in pigno.habeantur.

55 Extende,vt procedat tam ratione ſortis principalis,quam ratione intereſſe.l.ſi prior.§.1. ff. qui potio.l.1. §.2. C. de pignor. late Neguſ. de pign. in 3.membro 5.partis.vbi n.25.& ſeq.quod competit oblatio cuicunque tertio poſſeſſori, & eidem debent cedi iura.

56 Amplia, quia ſi is, qui tenetur cedere non poteſt, quia vel alteri ceſſit, vel remiſit principali iura, repellitur exceptione cedendarum actionum.

57 Limita multis caſibus, quibus actio vtilis ſine ceſsione tranſit, de quibus in gloſſ. in l. 1. C. de actio. obligatio. Fulgoſ. conſil. 184. in fin. vbi

quod

quod sunt casus speciales, extra quos requiritur regulariter cessio.

58 Prout dicitur de curatore, vt vtilem aequirat minori absenti. Castr. con. 171. In casu praesenti, col. 2. & idem dicitur de patre, & ascendente, & curatore, ut acquirant vtiliter fine cessione.

59 Extende in venditione hereditatis, quia transit actio fine cessione, & potest emptor agere vtili petitione hereditatis, secus autem est si singulae res particulares venderentur, quia sine cessione non potest agere etiam vtiliter petitione hereditatis. Fulgo. d. cons. 184. in fi.

60 Extende, quia speciale est, quod vtilis actio * transit sine cessione in venditione, secundum * communem, de qua Fulgo. cons. 186. Pro determinatione in prin.

61 Extende, vt procedat etiam si nomen debitoris vendatur, quia adhuc vtiles sine cessione transeunt. Fulgo. d. cons. 186. in prin.

62 Extende, quia is, qui alieno nomine acquisiuit, possideret. Cravet. cons. 304. n. 2. ver. nec dicatur.

63 Extende, quando interuenit iuramentum, quia tunc nō requiritur cessio, ex quo acquiritur actio vtilis absenti per iuramentum. Cravet. dict. cons. 304. n. 2. ver. secundo respondeo, allegat Alexand. cons. 217. col. 2. lib. 7.

64 Extende in donatione, quia donatario acquiritur vtilis sine cessione. Guidopa. dec. 479.

65 Limita, quia, quando cedere debens non potest, quia sit mortuus, tūc actio in subsidiū habetur pro cessa, prout si hęres grauatus fideicōmisso habuit obligatum tutorem, qui non confecit inuentarium, & tenetur ex dolo, ipse hęres mortuus nō potest cedere substitutis, & habetur cessio pro facta contra tutorem in subsidium. Castr. cons. 445. Circa primum, n. 3. lib. 2.

66 Limita, quia si is contra quem debet fieri cessio successit cedere debenti, cessio habetur pro facta quia nullus potest cedere iura alteri contra se ipsum. Castren. d. cons. 445. in fi. lib. 2.

67 Limita in muliere, quę liberauit quędam bona vendita per maritum, & sibi obligata pro dotibus suis, quod permittitur. Rom. cons. 187. quia si postea agat contra tertios possessores aliorum bonorum viri, & sibi opponatur de cessione iurium, quę non potest cedere facto suo, quia liberauit, non excluditur cedendo iura, quae habet, vt est tex. in l. iubem', C. ad Velleia. qui tex. dicit, quod sibi non pręiudicat mulier, nisi quo ad caput, pro quo renunciat, nam si repelleretur postea, quia non potest cedere, diceretur sibi in totum praeiudicare, ita Cyn. & Iac. de Are. ibi, & ita videtur velle Bar. & Castr. in l. Maeuia. §. fundum. ff. solut. matr. Roma. d. cons. 187. In re prędenti, plene Soci. cons. 200. lib. 2. per totum, vbi late plenissime Afflict. dec. 343. quidam haeres, vbi in fin. quod fuit tentum ipsam mulierem teneri cedere iura sua, talia, qualia, etiam quod pendente lite liberasset bona mariti.

Vide. Exceptio cedendarum actionum non habet locum quo ad multa. Conclu. 387.

Vide. Mulier quando possit renunciare hypothecę, vel non. Conclu. 420.

68 Contrariū tenent Specul. in tit. de renunciat. §. 1. ver. sed pone. Bal. d. Liubemus, C. ad Velleia. vbi quod necesse est, ut cedat possessori offerēti, l. mulier. ff. quib. mod. pig. uel hyothe. soluitur. l. Paulus, ff. qui potio. in pigno. ita etiam tenet Luc. de Pen. in l. 1. C. de debit. ciui. lib. 11. & pro hac parte facit l. Stychū, §. penul. ff. de solut. vbi quod imputatur ei, qui culpa sua non potest cedere iura.

69 Declara, quia limitatio procedit in tertio possessore, contrarium in fideiussore, quia magis succurritur fideiussori qui se obligauit contemplatione cessionis iurium valide sibi faciendæ, nō sic in tertio possessore, qui non accepit possessionem hac mente, argumēto l. si Titius, & Seia, ff. de fideiusio. & hanc distinctionem ponit Soci. post alios, dict. cons. 200. Quoniam ex forma statuti, lib. 2. Castr. in l. si stipulatus, §. duobus. ff. de fideiuss. Bar. Salyc. & alij, in d. l. iubemus, C. ad Velleia. Bal. cons. 307. Quilibet iustus possessor. lib. 1. & cons. 388. d. Lanfranch. cod. lib. plene Neguss. de pig. in 5. part. in 3. memb. n. 47. & hęc omnia ponit Afflict. dec. 343. videntur sumpta ab ipso Neguss. in loco prędicto.

Vide Dotis restitutio facienda non retardatur, & quas exceptiones admittit, vel non. Conclusio. 772. n. 6. ver. amplia, quia non potest.

70 Extēde, quia imo neq. fideiussor habet exceptionem cedendarum actionum contra mulierem agentem ad dotes suas. Neguss. de pignor. in 5. par. in 3. membr. n. 49. vbi alios citat.

71 Restringe limitationem, nisi mulier dolo malo liberasset alia bona, quia bene obstaret sibi exceptio cedendarum. Bal. cons. 389. lib. 1. Signor. cōs. 100. Alber. de Ros. in d. l. iubemus, C. ad Vellei. Specul. d. tit. de cessio. act. ver. sed pone, habeo de bitorē. Soci. cons. 200. col. 1. ver. secundo potest responderi, lib. 2. Afflict. plene. dec. 343. num. 5. ver. fallit si ista mulier, vbi quando dicatur in dolo, vel non.

72 Idem est si facta esset liberatio pendente lite contra tertium possessorem, vel fideiussorem, argumento l. si quis post. ff. de iudi. Bart. in l. qui petitio. in fi. ff. de rei vēdica. & in l. Fulcinius. §. quid si. ff. ex quibus caus. in possess. eat.

73 Declara, nisi ex qualitate personæ mulieris aliud esset dicendū, puta quia nobilis, optimę conscientię, & bonę opinionis, non solita cogitare fraudes esset, quia tunc excusaretur a tali praesumpta dispositione iuris, propter illius ignorātiam, per ea quae habentur in l. iuris ignorantia. C. qui admitti.

74 Restringe, quia quoad bona hypothecata, & liberata per mulierem non datur mulieri regressus, l. quia. §. si venditor. ff. de ędil. edicto. l. cum quędam. C. de admin. tut. l. qui res, §. aream. ff. de solutio. quia pacto hypotheca potest remitti, licet debitum principale non sit satisfactum, l. si tibi. §. de pignor. & ibi glo. Bart. & Alex. ff. de pact.

75 Declara restrictionem, vt procedat in vidua, & etiam in maritata si supersunt tot alia bona mariti tempore mortis, in quibus possit satisfieri, si vero non supersunt, non valet renunciatio in muliere maritata.

76 Restringe, quia mulier cui offertur dos, si obligasset alteri iura sua, tenetur cauere, quod iura cedenda sint libera, alias excludi potest. l. ex praediis, C. de euictio. Alex. cons. 65. Omissis argumentis, ad fi. lib. 5. late Neguss. de pignor. in primo membro. 5. partis, nu. 24. & seq.

77 Contrarium, quod non teneatur praestare fideiussorem, quod iura sint salua, & illaesa, colligitur ex formulario Florentino in ver. Cessio iurium, quia satis oneroſum est praestare fideiussorem, & difficile reputatur. Bald. consil. 163. colum. 1. lib. 3.

lib. 3. & in l. 2. C.de hęred. vel actio.vendi. vbi etiam Salycet.est tex.in auth.de depo.§.fi.vbi gl. dat concord.

Vide. Cessio iurium simpliciter facta non habet locum contra cedentem,& quando secus.Conclus.215.

Vide. Exceptio cedendarum actionum quibus competat ad excludendum creditorem. Conclus. 386.& Conclus.ibi prox.præced.& seq.

98 Limita, quia valet liberatio facta per acceptilationē vni ex duobus correis,vel fideiussoribus, cū pacto,quod non prosit alteri,& poterit ab alio exigere totum. Bart.in l.hoc ita.n.40. C.de duob. reis.Castr.cons.459.Quando creditor, in princi. ver.quantum vero ad casum nostrum. lib.1.

99 Extende maxime, quando liberatio fit pro parte eius,qui liberatur, quia valet & pro residuo contra alios agi potest.Bart.in auth.hoc ita.num. 39.in fin.C.de duob.reis.

80 Restringe,quia non procedit quoad exactionem totius ab alio per indirectum, quia si opponitur exceptio cedendarum,& non possit cedere,repellitur,quia facto suo non potest cedere.Castren.d. cons.459.nu.2.lib.1.& intelligas, quia repellitur non in totum, sed in portione liberati,quia tenetur cedere iura.Bal.pulchre cons.251. Causa fin. ver.istud ergo pactum.lib.3.

81 Declara restrictionem duobus modis; primo, vt non procedat quando liberatio facta vni per acceptilationem fuit inefficax.vt quia facta sit absenti,& non fuit ratificata;secundo modo,quando etiam esset ratificata, valet,& non tenetur cedere iura quando non erant socij,& quilibet se obligauit pro se ipso,non contemplatione alterius. Castren.d.cons.459.num.2.vsque in fin.lib.1.

Cessio de quibus fieri possit, & de quibus non. Conclusio. CCXII.

1 IVS protestandi cedi potest,& transit etiam in singularem successorem, si modo facta est cessio verbis specialibus, vel generalibus. Bald. cons.314.Verum dictus.num.4. vers. circa quartum.lib.5.

Vide. Infinitti quæ possint,& quæ non.Conclus.369.

2 Officium iudicis potest cedi, & obligari, & venit in generali obligatione iurium.Bart.cons. 95. Ex themate proposito,in prin.lib.1. vbi quod potest creditor habens hypothecata bona sui debitoris,& iura vniuersaliter petere taxari expensas ex officio iudicis contra debitorem debitoris.

Vide. Debitor debitoris qualiter exigi possit. Conclus.45.

3 Actio publiciana, vel quæuis alia cedi potest. Dyn.cons.47. Visa diligenter.nu.3.

Ius ex sentētia cedi potest.Bal.in l. ex legato,ad fi.C.de legat.ita quod si cedens habet ius exequutionis paratæ eodem modo habet cessionarius,vt ibi per Bald.

Vide infra.Cessionarius vtitur eo iure quo vtetur cedens.Concl.213.nu.38.& seq.

4 Directa actio,vel vtilis cedi potest, ita tamen, vt cessionarius directam nomine cedentis vtilem nomine suo exerceat. Dy.d.cons.47.n.2.imo cessionarius ipso iure dicitur procurator in rem suam.l.qui stipendia.C.de procur.Iaf.in l.si se non obtulit in 3.not.ff.de re iud.

5 Vide. Actiones personales, & directæ inhærent ossibus, & cedi non possunt.Conclus.97.

6 Declara, quia directa in rem potest cedi si vtilis. Dyn.d.cons.47.num.3.

7 Amplia,quia cessio iuris nondum competentis sed consistentis in spe, vel sub conditione cedi potest.Signorol.cons.214.In quęstione vertenti: vbi quod hęrede priuato ob non implementum, licet hæreditas non sit quæsita proximiori, nisi prius cauerit,tamen non potest cedere huiusmodi ius in spe,& sub conditione.

8 Contrarium videtur tenere Bald. cons. 346. Quando quis priuatur.lib.4.vbi quod non potest tale ius cedi, quia si non caueret, nihil valet, & idem videtur velle Angel. consil. 168. column. 2. in princ.

9 Declara,quia cessio potest fieri sub conditione, sed verum est,quod non valet si conditio non impleatur. Signor.d.cons.214.num.7.& ita Bald.loquitur.d.cons.346.lib.4.

10 Amplia, quia ius fideicommissi nondum purificati cedi potest,& si fiat obligato restituere,operatur liberationem,&ideo adueniente casu fideicommissi obligatus restituere erit tutus. Fulgos. cons.100. Testator in suo,per totum.

11 Extende,quia spes alicuius iuris,& actionis competituræ potest cedi.l.spem.C.de donatio.

12 Extende,quia ius exequendi transit in cessionarium.Soci.cons.37.nu.15.lib.4.

13 Amplia, quia missus in possessionem ex primo decreto alteri cedere potest ius sibi competens,quia licet tenuta sit facti, quę non ceditur tamē ceditur ius competens.Ang. Areti.cons.34. Pro decisione.nu.29.& 30.vers.nec etiam obstat.

14 Extende,quia ius ingrediendi, vel capiendi propria auctoritate possessionem potest cedi.Angel. Aret.d.cons.34.nu.31.ver.quid plura.

15 Amplia, quia ius retinendi bona pro cautione licet sit meri facti,tamen potest in alium trāsferri & consequenter cedi.Ant.de But.cons.21.n.2. vbi apostil.allegat Crauet.cons.191.col.2.

16 Amplia,quia pactū de retrouedēdo potest cedi.

Vide.Pactum de retrouendendo potest alteri cedi.Conclus.33.

17 Limita,quia iura personæ infixa,& sic personalia cedi non possunt.Rom.cons.484.n.3.vers.tertio idem: vbi dat exemplum in iure, quod habet spoliatus propria authoritate recuperandi possessionem,quia alteri cedi non potest.

18 Extende, quia ius vindicandi iniuriam marito illatam ex coniugali adulterio,non potest alteri cedi,(quia personæ est infixum)nisi filio,quia pari iniuria afficitur. Ro. d.cons.484.nu. 4.ver.quarto idem: vbi apostill.in ver.cedi,dat concor.

19 Limita,quia iuramentum non potest cedi,quia personale est.Bal.d.cons.314.nu.4.lib. 5.

20 Limita,quia ius ex legis humanitate, vel æquitate alicui concessum per eum alteri cedi non potest.Ro.cōs.484.Hoc quod, in prin.ver.quod quidem secundo: vbi apost.in ver.notabilis dat concor.& ibi Rom.dat exemplum de iure iuris humanitate concesso inferendi mortuum in re pignorata,quia alteri cedi non potest.

21 Limita,quia ius cessum transit cum sua qualitate,prout est penes cedentē,ideo alteri cedi nō potest,

Digitized by Google

tes, vt plus iuris habeat cessionarius, quam cedens. Signorol. consil. 217. num. 11. Alexand. cons. 93. in 6. lib. 4.

23 Limita, quia ius, & actio pignus cedi non potest. Rui. cons. 9. num. 8. & cons. 9. num. 8. lib. 1.

24 Limita, quia actio cedi non potest debitori, quia fit confusio, & extinctio per liberationem, & ideo neque post talem confusionem potest alteri cedi talis actio, vt debitum, cum l. seq. C. de hered. vel actio. vendi. l. Modestinus vbi Bart. & alij ff. de solutio.

25 Limita, quia possidens bona, quæ donat, licet post donationem cedat omnia iura, quæ sibi competunt, tamen non cedit rei vendicationem contra alium, quia non competit cedenti, secus si non possidet bona, communem dicit Signor. consil. 217. num. 6. & seq.

26 Contrarium allegat idem Signor. tenere moderniores: sibi licet ipse reprobet.

27 Declara, quia si cessio iurium esset tam de competentibus, quam competituris, siue possideat, siue non, contineret etiam ius de futuro, & sic rei vendicationem, alias procedit limitatio. Signorol. dicto consil. 217. num. 6. & seq. vsque ad numerum duodecimum.

28 Limita, quia ius retractandi venditionem per consortem cedi non potest. Ruin. cons. 72. num. 3. lib. 1. Castren. cons. 1. in princ. lib. 2. allegat Bald. in l. 3. in fi. C. communi diuid. vbi reddit rationem quia consuetudo est stricta ad fauorem consortum. Ro. plene cons. 484. Hoc quod vbi apostil. in ver. transferri, citat concor. & dicit communem.

29 Extende, quia ius præferendi in emptione rei emphyteuticæ, quod habet dominus, cedi non potest. Bart. in l. 4. §. cum igitur, in prima quæst. C. de in diem adiectio. Guido pape decis. 411.

30 Restringe, quia potest cedi pactum redimendi ex conuentione, puta quis vendidit cum pacto redimendi infra quinquennium non valens redimere potest alteri cedere, vt supra. nu. 16.

31 Et quod factum redimendi possit cedi. Castren. cons. 1. lib. 2. vbi est casus, quia omnia transmissibilia sunt cessibilia.

32 Et maxime procedit restrictio, quod ius redimendi possit cedi, quando ceditur creditori, quia ex causa necessaria fit cessio, quia etiam multa, quæ non transeunt ad extraneos transeunt ad creditores. Castr. d. cons. 1. in fi. lib. 1.

33 Declara, quod etiam ius redimendi competens consorti ex consuetudine, licet non possit cedi extraneo, quia inducta est consuetudo ad fauorem consortum, si tamen non adessent aliqui alij consortes, tunc posset cedi, prout dicimus de vltimo de familia, quia potest alienare ea, quæ solum in familia possunt alienari. Castr. d. cons. 1. lib. 2. nu. 24. ver. & per prædicta.

34 Limita, quia ea, quæ non sunt transmissibilia, cedi non possunt. Bal. in auth. cui relictum. col. fi. C. de indicta viduit. tollen. Ro. cons. 484. in fi. ver. vltimo. vbi apostil. fi. dat concor.

35 Extende, quia alimenta non possunt transmitti, quia sunt personalia, ergo futura cedi non possunt. Alex. in l. si stipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de ver. oblig.

Vide. Alimenta legata personam non egrediuntur. Conclus. 190.

Vide. Transmitti quæ possunt, & quæ non. Conclus. 369.

35 Limita, quia plus iuris non potest cedens transferre in cessionarium, quam ipse habeat. Inemo plus. ff. de reg. iur. cum alijs congestis per Dec. in reg. quod nemo dat quod non habet. Socin. Iun. con. 10. num. 17. lib. 3.

Cessionarius vtitur eodem iure, quo vteretur cedens. Conclusio. CCXIII.

1 CESSIONARIVS, vel successor primi creditoris potest vti iuribus cessis contra posteriores creditores possessores bonorum debitoris sicut posset cedens. Bald. cons. 63. Hæres Gabriele. lib. 2. in princ.

2 Et quod cessionarius succedat in locum, & ius cedentis. Bal. in l. emptor. C. de hæredit. vel actio. vendi. & in l. ex pluribus. ff. de admin. tuto.

3 Et id quod dicitur de primo cessionario, procedit in secundo, & quocunque. d. l. emptor. vbi glo. fin. in fin. ff. de hered. vel actio. vendi. Bart. in l. 1. col. pen. circa med. ff. de actio. & oblig. & in l. ex aste. ff. ad Trebell.

4 Extende, quia cessionarius dicitur representare imaginem cedentis, & omnia iura, quæ competebant cedenti competunt cessionario etiam cum eodem priuilegio prælationis, vt dotis, vel alij causæ priuilegiatæ, & fauorabilis. Bal. Nouel. tractat. de dote, parte 12. col. 8. vers. quarto quia. Alex. cons. 13. Ex his. colum. 5. num. 12. & seq. ver. ex quibus. vol. 1. Socin. cons. 37. Quidam Nicolaus num. 13. vsque in fi. lib. 4.

5 Extende, quia cessionarius induit personam cedentis, & eius iura, ita quod ex persona cedentis habeat directas actiones ex persona propria vtiles. Bartol. in l. emptor. C. de hæred. vel actio. vendit. & in l. si quis in rem, in principio. ff. de procurat. & in l. qui stipendia. vbi alij. C. eod. tit. Declarat Maria. Soci. Senior cons. 18. Prosequendo ordinem. col. 6. num. 16. vol. 11. & an & quando sit idem, quod creditor cedens. Ias. in l. si fic. §. si quis ita. nu. 5. seq. ff. de leg. 1. vbi plura exempla, in quibus cessionarius idem potest, quod cedens, & in quibus non.

6 Declara, quia hoc procedit, quod habet exercitium directarum ex persona cedentis, quando cedens in cessione constituit cessionarium procuratorem in rem suam, prout fit communiter. Bal. & Salycet. in l. 1. C. de actio. & obligatio.

7 Restringe, vt non procedat quoad priuilegium competens cedenti ex persona sua, quia non transit in cessionarium. Bart. & alij in l. post dotem, in fi. ff. solut. matrim. Bal. in rubr. & in l. 1. C. de priui. dotis. Ias. d. l. si fic. §. si quis ita. num. 5. & seq. ff. de legat. 1.

8 Declara restrictionem, vt non procedat in subrogato in ius, & locum, & statum cedentis, puta fisci, cui cessionarius compulsus fuit soluere. Bal. in l. per diuersas in 10. quæst. C. mauda.

9 Restringe in fructibus vsurarijs dotis, quia licet maritus possit petere vsuras dotis non solutæ propter onera matrimonij, etiam quod in pecunia consistat, tamen hoc non procedit in cessionario. Alex. in l. si insulam. §. vsuras. ff. solut. matrim. nu. 5. circa fi. ver. de hac materia.

10 Amplia, quia cessionarius habet executionem para-

Digitized by Google

paratam docto prius de cessione, prout habebat cedens vigore guarentigiæ. Boer. decis. 10. per totam, l. si creditorem, & ibi Docto. maxime Salycet. C. de actio. & olig. Soci. cons. 37. num. 15. libr. 4. Bald. in l. ex legato, ad fin. C. de legat.

11 Extende, quia si ex forma statuti instrumentum habet exequutionem paratam competit etiã cessionario habenti vtilem actionem, ex instrumento. Bart. in l. prima, col. pen. ver. quaro ex forma statuti de actio. & oblig. Ruin. cons. 209. De pluribus, num. 16. lib. 1. Paris. consil. 107. num. 89. lib. 3.

12 Amplia, quia cessionarius dicitur verus creditor debitoris, sicut cedens. Bald. in l. 1. in fin. ff. si cert. pet. & ibi. Deci. num. 31. qui attestatur de communi. Roma. cons. 141. Quod cessionarius, & consil. 102. Non est dubium, in princ. Bald. in l. emptor. C. de hæred. vel actio vendi. Iaf. in l. si sic legatum, §. si quis ita. ff. de leg. 1.

Vide. Creditoris appellatione quis contineatur. Conclusio. 1055.

13 Contrarium Anchar. cons. 22. Subtiliter, num. 4. Quia non est sequutus fidem debitoris, & quia par zim suo, partim cedentis nomine agit.

14 Extende, quia cessionarius potest contra debitorem cessum idem, quod cedens. Areti. in l. prima, num. 20. ff. si cert. pet.

15 Extende, quia statutum, quod creditor possit facere carcerari debitorem, habet locum in cessionario, quia dicitur creditor. Iaf. in l. si sic. §. si quis ita, num. 5. ff. de leg. primo, vbi dicit * magis communem.

16 Imo in concursu cessionarius præfertur cedenti, l. procuratore in rem suam, & ibi Bart. Castr. & alij. ff. de procur. Alex. cons. 15. Viso, numer. 2. lib. 6.

Vide. Actio vtilis præfertur actioni directæ Conclusione 100. in princ.

17 Amplia in cessionario Fisci, quia vtitur iure, & beneficio cedentis. Bald. in l. si post. ff. de solutio. Bart. in l. plane. ff. famil. herciscun. & ideo sicuti Fiscus succedit in bonis banniti, vel deportati cum onere fideicommissi post mortem naturalem banniti, ita eodem modo succedit illius cessionarius, l. recusare, §. sed Fisco. ff. ad Trebel. l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffi. testam. sicuti etiam quando fideicommissum applicatur alicui pio loco in casu contrauentionis, quod locus pius succedit cum onere restituendi post mortem naturalem eius, qui contrauenit. Bart. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Ruin. cons. 112. num. 6. lib. 2. Paris. cons. 70. lib. 3.

18 Extende, quia si soluens gabellam pro tertio impetrat cessionem iurium, in eum transeunt omnia iura, quæ Fisco competebant etiam ratione hypothecæ & potioritatis. l. fin. C. de priuil. Fisci, l. 2. C. de iure reipublicæ, lib. 12. Bart. in l. post dotem, col. fin. ff. sol. matr. Castr. cons. 222. Super secundo puncto, ver. super tertio, lib. 1.

19 Amplia, vt procedat etiam contra dotem posteriorem, quia si agens contra tertium possessorem ex causa dotis prioris, cedat iura sua, ille cessionarius poterit agere contra dotem posteriorem, prout poterat cedens. Bald. cons. 85. Quidam nomine, lib. 2.

20 Idem est in casu conuerso, quia cessionarius primi creditoris hypothecarij se tueri poterit aduersus mulierem agentem pro dote posteriorem. Bald. cons. 148. Præsupponendum est, libr. 3. vbi quod mulier posterior poterit offerre.

21 Amplia, vt procedat etiam respectu directarum actionum, quando cedens dedit mandatum cessionario, quia intelligitur commisisse directas actiones. Bald. consil. 364. Tribus rationibus, in fi. lib. 2.

22 Amplia, quia cessionarius potest etiam contra fideiussorem, & pignora agere, sicut cedens, gloss. in l. si à creditore, C. de actio. & oblig. & facit ratio, quia fideiussor dicitur debitor. Bartol. in l. 1. §. si cert. pet. Barba. cons. 86. col. 3. lib. 3. & cessionarius repræsentat cedentem, l. qui stipendia, C. de procur.

23 Amplia, quia cessionarius passiue vtitur eodem iure, quo cedens, & ideo si habet cessionem à consanguineo debitoris pendente lite, tenetur facere compromissum, quod mandat statutum fieri inter consanguineos, licet ipse petere non possit, quia tale statutum habet locum considerata persona rei, non autem actoris. Bald. cons. 362. Primo videndum, num. 2. ver. secundo præmittendum, vsque in fin. lib. 5. Nisi ageret directa ex persona cedentis, quia posset petere etiam cessionarius, vt ibi in fin.

24 Contrarium tenet Castr. consil. 178. Super eo vero, in fin. libro secundo, vbi pro vtraque, & hanc tenet.

25 Restringe, quia non potest cessionarius petere fieri compromissum vigore statuti, licet cedens potuisset. Iaf. in l. si sic. §. si quis ita, nu. 7. ff. de leg. 1.

26 Declarat Castr. cons. 222. Super 2. lib. 1. si cessio est voluntaria, non tenetur, si ex causa necessaria, transit priuilegium compromissi.

27 Vide. Statutum circa compromissum inter consanguineos. Conclusio. 488.

28 Amplia, quia potest compelli cessionarius compensare creditum liquidum, ad cuius compensationem teneretur cedens. Bald. cons. 362. n. 3. ver. sed posito, vbi dicit * communem opinionem, maxime quando cessio non est causa necessaria, & quod fiat compensatio, multo magis, vbi fieret ipso iure, lib. 5.

Vide. Compensatio in quibus fiat, vel non. Conclusio. 489.

29 Declara, vt per Angel. cons. 259. Quædam domina per totum, vbi distinguit, quod potest compensare, antequam cessionarius notificauerit cessionem, alias secus, quia facta notificatione, sicut non posset soluere cedenti, ita nec compensare.

30 Amplia in tantum cessionarium vti iuribus cedentis, vt non possit agere contra eum, contra quem cedens obstante pacto, vel consensu agere non poterat. Bald. cons. 65. Præmittendum est, lib. 3. vbi quod si mulier cedat iura sua dotalia, & prius fecit pactum de non agendo contra certas personas, etiam cessionarius ligatur eadem lege, & cons. 164. Casus super quo, in fi. eod. lib. 3.

Vide. Mulier quando possit renunciare hypothecæ, vel non. Conclusio. 420.

31 Extende, quia quicquid potest cedens, potest cessionarius, & ideo mulier, quæ cessit hypothecæ bonorum ad fauorem certi creditoris mariti, quæ tamen potest agere contra alium priorem creditorem mariti, si cedat iura sua mulier tertio, ille tertius pariter poterit agere contra eundem.

d by Google

dem priorem creditorem.Bald.d. conſ. 65. in fin. ver.ſuper alijs,lib.3.

32 Extende,quia ſicut tutor non agit ex contractu palam,& bona fide valide celebrato cum pupillo durante tutela,ita neque ceſsionarius quia cauſa tranſit affecta,prout eſt.Angel.conſ.96. Io. Imperialis,nu.3.in fi.ver.forſitan,& ſi tutor.

33 Extende,quia exceptio,quæ obſtat cedenti,ob ſtat ceſsionario,ideo ſi debitor poteſt compenſare cum cedente ante ceſsionem, poterit etiam compenſare cum ceſsionario. Caſtren. in l.eius, C.de confeſſ. Bal. in l.in rem,ff.eod.tit. Bar. Ang. & alij,in l. apud Celſum. §. ſi cum legitima,ff. de except. doli.Areti.Inſtit. de excep. in princ. late Alex. in l. ſi quis,ff.de cond. ob cauſam, in 2.col. Bal.in l.ſi ſic legatum.§.fi.ff.de leg. primo. Caſtr. conſ.45.ſuper eo,nu.2.lib.2.Socin.Iun.conſ.74.Licet,num.6.& ſeq.lib.3.

Vide plenius.Compenſare an teneatur ceſsionarius ſicut cedens.Concluſio.491.

34 Declara,vt per Areti.conſ.95.In præſenti. col. 2.& 3.& per Caſtr.d.l.eius.C.de compenſatio, in fin. vbi quod ſi cedit antequam ſit oppoſita exceptio compenſationis forte non tenetur ceſsionarius compenſare.

35 Extende,quia ceſsionarius particularis tenetur ſeruare pacta,& conuenta cum ſuis authoribus,ſi vult vti iuribus ſibi ceſsis.l.apud Celſum.§. de authoris,ff.de doli except.l. in venditione,cũ ibi not.ff.de actio.empti.Bald. & alij,in l.ſi donator.§.1.ff.de condi.ob cauſam.

36 Amplia,quia emens a creditore priore,qui poterat quoad omnes vendere, tutus eſt ab omnibus, ſi vero quoad alios non poterat vendere, & vendidit,& ceſsit iura,emptor poterit ex iuribus ceſsis ſe tueri,ſicut cedens.Bald.conſ.189.Dominus Lanfranchus,in fin.lib.3.

37 Extende,vt procedat in tantum, quod habens iura ceſſa a primo creditore,& poſsidens rem maioris pretij,nihilominus retinebit totum, donec fiat liquidatio.Bald.conſ.189.in fin.lib.3.

38 Amplia,quia ceſsionarius habens ſententiam contra debitorem ſibi ceſſum, impeditur in exequutione,ſi tertius habens priorem hypothecam in ipſo nomine debitoris ceſsi, inſtat ſibi ſolui, quia prefertur habens priorem hypothecam, Alex.conſ.17.requiſitus in cauſa,in prin.lib.1.

39 Extende etiam,ſi extet ſtatutum,quod nullus, qui non fuit in lite,non poſsit impedire exequutionem,niſi poſsideat,quia verba ſtatuti non conueniunt.Alex.d.conſ.17.per totum,vbi eſt caſus.

40 Limita,quia ceſsionarius, & emptor hæreditatis non poteſt agere rei vendicatione ad res particulares, niſi probet traditionem factam, quia ſine ea ex ceſsione non transfertur dominium.Bal.conſ.285.num.2.ver.ſed & illud, lib. 2. * & *communem dicit.Dyn.conſ. 47.Viſa, & diligenter,num.2.

41 Extende, quia nedum directum, ſed nec vtile dominium transfertur ex ceſsione, ideo requiritur traditio vera,vel ficta.Dynus dict.conſ. 47. in princ.

42 Limita,quia ceſsionarius non poteſt vti iure cedentis in hypothecaria, neque alias quando cedens prius alteri pure ceſsiſſet. Bald.dict.conſ. 248. lib. 3. quia non poteſt cedi, niſi ſemel ius competens.

Vide. Cedens iura ſua vni, & poſtea alteri, ſecunda ceſsio nulla eſt.Concluſio.583.

43 Limita, quia non poteſt agere, niſi exprimat ceſsionem factam ſibi, quia alias libellus eſſet ineptus, ſi non exprimeret ſe eſſe ceſsionarium.Alex.conſ.137.In cauſa,& lite,n. 6.& 7.ver. ſecundo,ex alio capite,lib.2.

44 Limita, quia ceſsionarius non habet priuilegium fori competens cedenti, ratione perſonæ, ſet ſi priuilegium cohæret iuri ceſſo,transfertur in ceſsionarium, apoſtill. ad Dynum conſ. 24. Quæſtio talis,quidam cæpit,in ver. Principe,allegat Bald. in l. per diuerſas, quęſtio 18. C. manda.

45 Extende in caſu contrario, quia exceptio fori, quæ obſtabat cedenti, non obſtat ceſsionario agenti. Affict. deciſ. 74. & eſt ratio, quia iura perſonalia non tranſeunt in ceſsionarium.

46 Declara,quia præfata procedunt,quando ceſsionarius agit nomine ſuo proprio, quia priuilegio cedentis perſonali non vtitur, ſecus ſi nomine cedentis agat. Socin. conſ. 143. Diu profecto, numer. 15. & 16. ver. confirmantur prędicta, libro 1.quod duplicatur conſil. 171. libro ſecundo.

Vide. Ceſsio de quibus fieri poſsit,& de quibus non.Concluſio.212.

47 Limita in ceſsione facta cum cauſa, vel ſub conditione, quod aliquid fiat per ceſsionarium, quia ſi non fecit, ceſsio remanet irrita, & nulla, & agens repellitur a limine iudicij ob non implementum, & talis exceptio dicitur litis finitæ, & impedit litis ingreſſum. Iaſon in §. actionum, numer. 139. Inſtit. de actio. Crauet. conſ. 127. numer. 13. vbi plura in terminis allegat.

48 Extende,quia ceſsio facta ob certam cauſam, cauſa non ſequuta non tenet, & reuocari poteſt. Iaſ.in l.debitorum,in fi.C.de pact.

49 Limita in ceſsione debitoris facta, quia ſi ceſsionarius non poteſt exigere, habet regreſſum contra cedentem ſuum debitorem,qui non eſt liberatus.Bar.in l.ſingularia,nu.19.ver.ex hoc apparet,ff.ſi cert.pet.

Vide.Ceſsionarius qualiter agere poſsit. Concluſio.proxima ſeq.

Ceſsionarius qualiter agere poſsit, & debeat. Concluſio. CCXIV.

1 AGERE debet ceſsionarius expreſſe ex iure ceſſo,deducendo ceſsionem, alias libellus eſſet ineptus. Bartol. in l. ſi duo rei, ff. de ſolutio. Alexand. conſ. 137. In cauſa, & lite, num. 4. lib. 2. Bartol. & alij in l. qui ſtipendia. C. de procur. Decius conſil. 536. In cauſa quæ agitur Mantuę.

2 Extẽde,quia ceſsionarius agens ex iure ceſſo debet ante omnia deducere inſtrumentum ſuæ ceſsionis, ad hoc, vt poſsit diſcuti de uiribus dictę ceſsionis, vt per Iaſon,in l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita, ff. de legat. primo.& debet agere, vt ceſsionarius, & hoc in libello tenetur exprimere, vt libellus ſubſtineatur. Bartol. in l.qui ſtipendia,vbi Bal.& alij.C. de procu.& in l.

Digitized by Google

si quis in rem,per illum tex.ff.eod.Deci.conſ,536. In cauſa,quæ vertitur Mantuæ.col.1.

3 Declara, quia quando mandantur actiones, transfertur tantum exercitium directorum, quas nomine mandantis debet exercere, quando vero ceduntur, transferuntur vtiles, quas nomine ſui ceſſionarius exercebit. Bartol. in l. 1, oplumn. 3.C.de actio.& oblig.& ideo quando petitur condemnari debitorem nomine procuratorio,ſignum eſt,quod intentat directas,ſi vero petit ſuo nomine,& ad ſui vtilitatem condemnari debitorem, intentat vtiles. Bart.in l.qui ſtipendia,C.de procur.& ſi agit nomine proprio, non tenetur ante omnia producere ceſſionem, quia non reſpicit legitimationem perſonæ ſed iuſtitiam cauſę, & verificationem in meritis; ſi vero agat nomine cedentis,debet producere ante omnia,quia reſpicit ceſſio legitimationem perſonæ.Bar.in l.qui ſtipendia,in fin.C.de procur.quod etiam dicit procedere, quando nomine ſuo agit. Deci. conſil. 301.Et pro tenui, in princi. ſi fecit in libello mentionem de ceſſione, & debitor petijt copiam ante omnia ſibi exhiberi.

Vide. Ceſsionarius vtitur eodem iure quo vtetur cedens.Concluſ.prox.præced.

4 Ampliа, quia ſtante ſtatuto, quod inſtrumentum habeat exequutionem paratam, & debitor capi poſſit nulla facta citatione,non habet locum in ceſsionario, neque contra ceſsionarium niſi prius verificato quod ſit talis, quia cum non ſit nominatus in inſtrumento non eſt liquidum inſtrumentum circa hoc,& idem eſt in hærede, & contra hæredem,quia debet priusverificari,quod ſit talis. Alexander conſilio 119. Viſa ſcriptura,in fin. nu. 10.ver. poſtremo non omitto.lib. 7.vbi apoſtilla in ver.ceſſionarij,idem Alex. conſ. 188.num.2.lib.2.

Ceſsio iurium ſimpliciter facta nõ habet locum contra cedentem, & quando ſecus. Concluſ. CCXV.

1 CEssio iurium ſimpliciter facta non habet locũ contra cedentem,quia in dubio contra ſe ipſum non cenſetur cedere iura.Bal.conſ. 384. In hoc puncto,in fi.lib.4.allegat l.1.in fi.ff.de nou. oper. nunciatio. l ſi peculium.§.ſicut.ff.de pecul. leg.Saly.in l.2.C.an ſeruus ex ſuo facto.Alex.conſil.149.num.6.lib.2.Soci.conſ.206.ver.quartus cauſus.lib.2.Deci.conſ. 104. num. 2. Roland.à Vall. conſ.86.num.44.lib.1.

Vide. Cedens ad quid obligetur ceſſionario, & e conuerſo. Concluſ.181.

2 Extende,ſiue ceſſio ſit facta ex titulo lucrativo, in quibus terminis loquitur tex.in d.l.ſi peculium & alij ſupra citati,ſed etiam quando fuit ex cauſa oneroſa, & cedens non eſt integraliter ſatisfactus,ſed remanet creditor ex illa, vel alia cauſa, cum hypotheca, quia cenſetur ceſsiſſe hoc tacite acto, quod ipſi prius integraliter ſatisfiat, & exinde poſsit ceſsionarius iuribus ſibi ceſsis vti, & ſe valere contra perſonas,& bona obligata.Socin.d.conſ.206.ante fi.lib.2.

Vide. Cedens iura, an & quando contra ſe ipſum cedere teneatur.Concluſ.182.

3 Declara extenſionem quoad fideiuſſorem, cui creditor, nec iura cedere, nec pignora relaxare tenetur, niſi integraliter ſoluat.l.2. C. de fideiuſſ. vbi Ang.& Salycet.in princ.& declarat Neguſ.de pignor.in tertio membro quintæ partis princ. nu. 33.verſ. ſecundo amplia cum ſeq.ſecus eſt quoad ſecundum poſſeſſorem, vt ibidem Neguſ.num. 34.

Vide plenius infra in ſecunda amp.quid in fideiuſſore dotis.nu.9.& ſeq.

4 Extende, quia non cogitur quis cedere in ſui damnum.l.in creditore.ff. de euictio. l. 2. C. de fideiuſſ.

5 Reſtringe in fideiuſſore dotis, quia mulier tenetur cedere etiam contra ſe ipſam ex forma ſtatuti Florentiæ rubrica de dote,& donatione, vt infra. ver.nec obſtat,

6 Ratio poteſt eſſe,quia non tenetur cedere iura, niſi fideiuſſor ſoluat totam dotem.l.quandiu.C.de diſtract.pignor. l.2. C.de fideiuſſo.cum ibi not. vt infra ver.declara.num.11.

7 Declara,quia ſi eodem tempore eſſet promiſſa tota dos,&ſolum pro parte eſſet datus fideiuſſor, & tunc non tenetur mulier cedere iura contra ſe ipſam, & licet ex forma ſtatuti Florentię teneatur cedere iura,& per conſequens etiam contra ſe ipſam,l.frater a fratre.ff.de condit. indebi.vbi Socin. dicit hoc procedere ex eo, quod Florentiæ indiſtincte tenetur cedere, & ita fuiſſe obtentum,tamen quia.l. 2. C de fideiuſſ. eſt in contrarium,videlicet quod quando præcedit debitum fideiuſſor tenetur totum ſoluere,ſi velit impetrare ceſsionem,& videtur vera opinio Socin. d. conſil. 206.In ſeptimo caſu.lib. 2. quod non teneatur cedere niſi totum ſoluatur, ſi vero totum debitum non præcedit fideiuſſionem,ſecus eſt,& tunc intrec ſtatutum, prout infra in ſequenti ampliat. dicitur.ver.declara.num.11.

8 Si vero eſſet facta ceſsio iurium pro parte recepta,& ſimpliciter, an cenſeatur etiam contra cedentem facta ceſsio. Deci. d. conſ. 104. Diſtinguit, an ex cauſa oneroſa, & cenſentur iura ceſſa etiam contra cedentem, an vero ex cauſa lucrativa, & tunc ſecus eſt.

9 Amplia in dote, quia ſi maritus pro parte dotis a principio confeſſatæ dedit fideiuſſorem, & poſtea recepit reſiduum dotis ſine fideiuſſore,poſtea mortuus eſt, mulier retinet quædam bona in hæreditate mariti dimiſſa, quæ non ſufficiunt pro dote integra, & agit contra fideiuſſorem, fideiuſſor replicat non teneri, niſi bona, & pignus ſibi dimittat, vel ſaltem offert ſe paratum ſoluere & cedat mulier ſibi iura contra quoſcunque, ipſa replicat non teneri contra ſe ipſam cedere, fuit tentum contra mulierem,& quod ei obſtat ceſsionis exceptio informante d. Ottone Niccolino inſigne Aduocato Florentino,ex ijs, quæ habentur in l.ſtychum.§.1.& in l. Modeſtinus.ff. de ſolutio. & in l.cum eos.C. de ſent.& interloc.omn.iudic.l. 2.C.de diſtract.pigno.

10 In contrarium facit,quia aut mulier non tenetur cedere iura,niſi omni debito ſibi ſoluto,vt per tex.ind.l.2,C.de fideiuſſor.vbi dicitur,quod ſi creditor habet pignora,vel hypothecas in aliã quoq; cauſam obligatas, & non tenetur ea transferre in fideiuſſorem, niſi omni debito ſoluto,& ita tenet gloſſ.ibi in ver. obligatas,ibi alij dicunt quandocunque,&c.quem intellectum tenent Odofred.

& alij

& alij,aut posito quod mulier teneatur ad cedendum simpliciter iura crediti sui,quod sibi soluitur contra personas, bona obligata,tam de iure communi,l.mulier, ff. de iure dot. quam de iure municipali Florentiæ,sub rubr.de prœcep.de disgumbr.ver.& si quis habuerit,& tunc talis cessio non intelligeretur facta contra se ipsam,& in prę iudicium residui suę dotis,& sic videtur,quod talis fideiussor non possit opponere exceptionem cedendarum,neq. vti cessione contra mulierem agentem pro residuo suæ dotis,quia talis cessio debet intelligi facta sine damno cedentis. glo. in l.creditor,ff.de euictio.

11* Declara,quia secundum * communem tenetur mulier cedere iura cum distinctione,quia aut creditor habet vnum creditum antecedens, & aliud sequens,pro quo secundo interceſsit fideiussor,& tunc fideiussori soluenti non est faciendа cessio,nisi vtroq.debito soluto,& ita procedit d.l.2.C.de fideiusso.secũdum verum intellectum glo. approbatum ibi per Cyn. Iaco. de Aret. & alios,aut creditor habet creditum, aliud posterius credito fideiussoris seu pro quo fideiussor promisit,& tunc facienda est cessio fideiussori soluenti primum creditum pro quo fideiusit non obstante quod creditor habeat aliud creditum posterius,ita etiam declarat Deci.conſ.104.Soci. conſ.206.vbi pulchre sumat hanc materiam,licet in hoc puncto non bene firmet,sed bene firmat in l.frater a fratre,ff.de cond.indebi.in 12.not. in fi. vbi quod post altercationes,ita fuit obtentũ Florentię,coram d.Lelio Torello.

12 Non obstat quod contra se ipsum cedere non compellitur,glo.in d.l.in creditore. ff. de euictio. quia vltra responsionem Decij in d.conſ.104.ver. ad tertium cõtrarium, clarius responderi potest in casu nostro, quod cessio iurium non est illa, quę prœiudicat cedenti,sed tempus crediti cessi, videlicet anterioritas, & hæc sunt magis clara, etiam in dote,stante statuto Florentiæ,lib.2.rub. de dote, & donatio. per quod datur regressus fideiussori soluenti contra principalem, & eius hęredes,& bona,etiam sine cessione,& nihilominus debet fieri cessio,vt in statuto dicitur,igitur etiã contra se ipsum cedere tenetur.

13 Restringe declarationem, vt licet procedat quo ad cessionem iurium, quam mulier tenetur facere non obstante secundo credito,sibi non soluto,non tamen tenetur bona quæ loco pignoris pro secundo credito retinet relaxare creditori soluenti primum creditum ad quod erat obligatus.Bal.conſ.389. D.Lanfranch.col.fi. ver. surgit hic tertium dubium,lib.1.Salycet.d.l.2.C.de fideiuss.Neguſ.de pig.in 5.parte,in 3.membro, n. 58.

Cessio iurium,si quæ cedens habet, non obligat cedentem.Conc. CCXVI.

1 CEDENS iura sua,quæ habet,vel quę reperitur habere,si nullum ius habet non tenetur cessionario in aliquo, l. si in venditione cum tribus ll.sequent.ff.de hæredit.vel actio.vendi.Signorol.Homod.conſ.217.n.6. & seq. & maxime nu.11.Alex.conſ.93.Quæritur.num.2.ver.præterea aduertatur,lib.4.

2 Extende,vt idem sit,quando cessio est facta de iuribus,prout competunt,vel esset dictum cedit iura talia qualia habet,quia non tenetur mantenere. Alex.conſ.27.lib.2.

3 Contrarium quod cedens iura sua talia qualia,vel nomen debitoris tale,quale,teneatur manutenere verum debitum.Bal.& Fulg. in l.si plus. §.qui nomen,ff.de euictio.

4 Amplia in tantum verum esse,quod cedens iura,quę habet vel reperitur habere, non teneatur manutenere, vt si postea extensio obligationis fiat,quod tenetur manutenere sub pœna centum, instrumentum dicitur continere repugnantiam, & contrarietatem,ideo pœna etiam liquidata nõ potest exigi, vel compensari cum credito liquido rei iudicatæ.Alex.conſ.93.nu.2.ver. præterea, lib.4.& repetit.conſ.94.Clarissime,circa fin. ver. non obstat etiam dum ad id.eod.lib.4.

5 Amplia in vendẽte ius,quod habet,vel si quod habet,quia non tenetur manutenere. Bald.conſ. 167.Titius vendidit,circa medium, ver. in contrarium,lib.1.

6 Contrarium,quod imo cedens iura,quæ habet in tali re,quam ipse cedens possidet,& est dominus,censeatur vendere dominium,quod habet in tali re, maxime quando pretium est conueniens venditioni rei,plene Alex.conſ. 103. Quoniam abunde per totum,libr. 6. vbi quod improprientur verba, & attenditur mens, quæ prœualet, ne actus reddatur frustatorius.

7 Declara,quia vendens, vel cedens ius, quod quis habet in re, quam possidet alius, censetur vendere,vel cedere ius,quod habet,sed si vendat, vel cedat ius,quod habet in re cedentis,& quam possidet, quia formaliter ius habere non potest in re sua,quam possidet,sed dominium habere dicitur, necessario censetur vendere dominium, quod habet, quia alias actus redderetur frustatorius,& nullus,& potius attenditur mens,quam uerba in contractibus,maxime quando pretium correspondet uenditioni.Alex.d.conſ.103. per totum,lib.6.ubi quod dominium est ius,& num. 6. uer.& per hoc posset tolli contraria,quia possent procedere,quando cessio esset generalis, secus si specialis est ad iura certi fundi.

Vide.Ius suum quando quis concedere censeatur,& non ultra.Conclusio.631.

Vide.Vendens quando solum ius quod habet vendere censeatur.Conclusio.52.

Cessio bonorum ad quid inuenta, & quid operetur. Concl. CCXVII.

1 CESSIO bonorum,& beneficium illius fuit introductum,ne debitores, & condemnati detrudantur in carcerem,l.1. C. qui bon. cedere poss.Abb.in c.Odoardus, de foluio.Angel. Aret. in §.fi.in prin.Inst.de actio.

2 Et licet cessio bonorũ liberet debitorem a carcere,& a districtione personali,non tamẽ liberat

a debito, ſed tantum parat exceptionem, donec peruenerit ad pinguiorem fortunam, tex. eſt,& ibi Bar.in l.qui bon.ced.poſsint,& eſt* communis opinio ſecundum Angel.& Iaſon.in d. §. fi. Inſtit.de actio,vbi Iaſ. late explicat multas quæſtiones in hac materia.

3 Et quod ceſsio bonorum non liberet cedentem, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam, quia tunc poterit conueniri,eſt tex.in d.l. qui bonis, C. qui bonis cedere poſſ.Guidopa.deci.343.& conſ.124, Circa materiam,ver.ad ſeptimum.

4 Declara,quia non tenetur etiam,ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit,quando fecit ceſsionem vituperoſam,puta oſtendendo pudenda,& percutiendo lapidem culo nudo, vel alio ſimili opprobrio adhibito.ita Guidopa.d. deciſ. 303. Cedens bonis.

Vide.Soci.regul.7.Cedens bonis, vbi quod cedens liberatur a debito,& ampliat tribus modis, & limitat 18. modis,& incertus author poſt regulas Socin.in regul. 1.ceſsione bonorum quis liberatur,limitat 8. modis.

5 Operatur ceſsio bonorum facta cum vituperio,puta percutiendo lapidem culo nudo,vel alio ſimili opprobrio, quod cedens efficitur infamis. Guidopa.deci.303.Cedens bonis.

6 Contrarium,quod etiam ſi cedens ligatur ad columnam,non efficiatur infamis,ita Bal.d.l. debitores.C.ex quibus cauſis infam.irrogetur.

7 Declara,vt per Alber. in d. l. debitores, C. ex quibus cauſis infa.irrogetur, vbi quod licet non incurrat infamiam iuris,tamē incurrit infamiam facti,propter vituperium,quod fit cedenti, & dicit ita tenere Oldrad. Dynum,Vbert. & Nicol. ibi,& ſequitur Brun.tract. de ceſsione bonorum, q.6.principali,nu.4.

8 Reſtringe, quia ceſsio bonorum non infamat cedentem de iure, quia eſt remedium iuris, l.debitores. C.ex quibus cauſis infam. irrogetur. vbi Bar.Bal.Angel.& Salycet.

9 Limita,quia ceſsio bonorum non iuuat in aliquo fideiuſſorem.Guidopa.deci.211.in fi.

Ceſsio bonorum quibus permiſſa quomodo,& quando fieri poſsit.Concl.CCXVIII.

1 REMEDIA eſt quod debitor volens cedere bonis tenetur requirere creditores vt velint concedere dilationem quinquennalem, vel admittere eum ad ceſsionem bonorum iuxta formam l.fi.C.qui bonis cedere poſſ.quæ uult, quod debitor uolens cedere bonis teneatur offerre creditoribus alternatiue,vel quod eſt paratus cedere bonis,uel quod concedat ſibi inducias quinquennales, unde ſi diſcordant,quia aliqui uolunt, quod cedat, aliqui uero quod habeat inducias quinquennales,humanior ſententia eſt amplectenda quinquennalis dilationis, plene Roma. conſ. 439. Circa primum,in prin.

2 Negare non poſſunt creditores alteram ex prædictis remedijs,quia alterum tenentur eligere,Roma.d.conſ.439.in prin.ver.quod quidam,& num. 2.ubi quod negantes utrunq.remedium aperiunt viam alijs uolentibus concedere id,quod eſt iuri dicum,& ibi plura ſimilia adducit.

3 Modus proponendi eſt, quod debitor alternatiuum porrigat libellum, videlicet paratus ſum cedere,vel poſt quinquennium ſolutre, ti mihi quinquennales conceſſeritis inducias. Rom.dict. conſ.439.nu.6.ver.quoad ſecundum.

4 Contrarium tenet Bal.in d.l.fi.C.qui bonis cedere poſſ.videlicet quod diſcordantibus creditoribus electio alternatiua ſit debitoris, per l. Lucio.ff.de tribut.cum alijs quæ allegat.

5 Declarat Roman,d.conſ.439.num.8.quod falſa eſt opinio Baldi,quia imo deuolutio ſit ad volentes dare dilationem quinquennalem,& dicit quod d.l.Lucio.ff. de tributo. cum alijs ſimilibus non procedit quando vnum ex alternatiuis non pendet a poteſtate debitoris,ſed creditoris.

Vide.Decoctorum remedia,& priuilegia. Concluſio.108.

Vide. Maior pars multa operatur. Concluſio.15.

Vide. Moratoria qualiter concedenda debitoribus.Concluſ.383.

6 Excommunicatus cedere poteſt bonis, ex quo eſt actus extraiudicialis,& tendit ad diſſolutionem excommunicationis.Feder.de Sen.conſ.193. In quæſtione verſente,in prin.

7 Permiſſa in tantum eſt ceſsio bonorum,quod illi non poteſt renunciari,& ſi fiat renunciatio,non valet,quia non eſt dominus ſui,vt per Alexand. conſ.37.Viſo,& opportune,num.6. ver. & in propoſito,lib.2.vbi apoſtill. in ver.bonorum, dicit * omnes ita tenere.

Vide Concluſionem proximam ſequent.ſub n. 2.& ſeqq.

8 Reſcriptum Principis valet etiam non citata parte, quod carceratus cedens bonis relaxetur, quia eſt conforme iuri communi, & ſufficit quod pars citetur in exequendo reſcripto. Bal.d.conſ.301.lib.5.in prin.

9 Citari debent creditores, ad quorum inſtantiam eſt carceratus is, qui vult cedere bonis. Bald. conſ. 301. numer. 4. ver. tertio præmittendum, libr. 5. vbi quod ſi non eſt carceratus ad petitionem alicuius, ſufficit generalis citatio per proclama.

10 Feriæ non obſtant in hoc iudicio Ceſſionis bonorum.Bal.d.conſ.301.in fi.lib.5.

11 Ceſsio bonorum fieri poteſt poſt ſententiam,& capturam per carceratū debitorem, quæ ipſum liberat à carcere, ſed non liberat à liquidatione crediti,& expenſarum, vt ſi deueniret ad pinguiorem fortunam,creditor agere poſſit. Bal.cóſ. 334. in cauſa incarcerati,circa fin.ver.ſexto quia libr.4. & conſ. 301. Ad euidentiam præmittendum eſt, lib.

12 Forma data à ſtatuto debet ſeruari in relaxatione eius,qui cedit bonis,Bald.d.conſ.301,nu. 5. ver.ſed ſi per ius,lib.5.

13 Iniuria non debet inferri ei,qui cedit bonis, neque tenetur percutere columnam cum renibus, niſi ſit data forma à ſtatuto, vel conſuetudine. Bal.conſ.301.nu.3.& ſeq.ver.nam reſcriptum, lib.5.vbi dicit,quod debet oſtendi populo is, qui cedit bonis.

Ceſsio

Digitized by Google

Cessio bonorum prohibetur multis casibus . Conclusio. CCXIX.

1 CEssio bonorum non iuuat cedentem,quando per pactum iuratum renunciauit ipsi cessioni bonorum,quod non posset admitti ad illam. Feder.de Sen.conf.60.Quod pactum.Abb.conf.42. In quæstione Dominici.col.2.in princip.lib.2.vbi allegat Feder. & alios .

2 Contrarium tenet Guidopapæ decis. 211. vbi late pro vtraq; opinione, & concludit inhumanũ esse, quod quis possit cum iuramento amittere libertatem, & hanc partem tuetur Bartol. consilio 116.Captus pro debito.lib.2.vbi pro vtraque opinione,& hanc veram * dicit,& non loquitur in casu iurato,sed in pacto,concurrente statuto, quod debitor carceretur donec soluat.

3 Extende, vt procedat nedum si est absolutus a iuramento,sed etiam absque absolutione.Guidopapæ.d.decis.211.

4 Declara,vt non procedat si is,qui iurauit non cedere,deuenisset ad notoriam , & manifestam mendicitatem , & famem, quia iuramentum non obligat,ex quo esset contra ius naturale.Feder.de Sen.d.conf.60.in fi.

5 Imo etiam sine iuramento multi tenent, quod possit renunciari cessioni bonorum, licet Bart. & alij teneant contrarium.Abb.d.conf.42.col.2.in princ.ver.quinimo.lib.2.

6 Contrarium Concluf.prox.præced.nu.7.

7 Amplia , quia cessio bonorum conceditur solum miseris , & inopia tentis , quia beneficium cessionis est flebile,& miserabile,ideo si non constat de inopia non debet cõcedi cessio postulata. Feder.de Sen.conf.193. In quæstione vertente,circa fin. ver. nunc est discutiendum.l. pen. & fin. ff. qui bon.cede.poss.

8 Declara, quia imo cessio bonorum præsupponit,quod cedens possit habere bona stabilia. Hostien.in c.Odoardus in ver.constiterit,de solut.Feder.d.conf.193.circa fi.ver.sed contra.

9 Amplia,quia non existenti in necessitate non datur cessio bonorum, quia cessio est acerba,iniuriosa,& terribilis.auth.de fideiuss.§.quod autem ver.acerbo.Feder.de Sen.d.conf.193.in fi.ver.iterum cessio.

10 Extende,quia vbicunque cessio bonorum generalis est prohibita,prohibetur etiam specialis, de qua in auth.de fideiuss.§. quod autem , ita Bald. conf.318.Practica ciuitatis.num. 5. ver. amplius pro intellectu.lib. 1.

11 Amplia,vt is,qui pro delicto fuit condemnatus in pœnam pecuniariam, quia si non habet in ære, luat in corpore , & propterea non admittitur ad * cessionem bonorum,communem*dicit Cla.in praxi crim.§.fi.q.95.n.5.in fi.ver.regulariter enim.

12 Amplia, quia fallitis ex dolo suo non competit beneficium cessionis bonorum.Bal.conf.396.in libris Thesaurarij.n.4.lib.5.quod duplicatur li.1. conf.249.Castr.conf.177.Viso puncto.in fin.lib.2.

Vide.Dolus,& culpa non debet patrocinari doloso.Concluf.581.

13 Extende , quia fallitus,qui concordauit cum aliquibus creditoribus in præiudicium aliorum cum sciret non posse implere concordiam , est in dolo,& tenetur ad obseruantiam, etiam criminaliter ad pœnas fallitorum , nec auditur volens cedere bonis.Castr.d.conf.179.in fi.lib.2.

14 Amplia,quia stante statuto,quod contra instrumentum,& eius exequutionem non possit opponi aliqua exceptio,non admittitur cessio bonorum. Bar.in l.si filius familias.ff.quod cũ eo: vbi etiam Castr.& late Socin.conf.204.lib. 2. & propterea Florentiæ propter statutum guarentigiæ non admittitur cessio bonorum.

15 Amplia in debitoribus fisci , quia non possunt cedere bonis.Guidop.decis.211.n.3.incipit, Debitor,Bar.in l.cum autem.ff.ad leg.Iul.pecul.

16 Declara , quia ad cessionem bonorum debitor pro delicto non admittitur,ne delictum remaneat impunitum,quia qui non habet in ere,luit in corpore.l.quicunque.C.de ser.fugit.idem est si est debitor pro collectis. l.propter honoré. C.de exact. trib.lib. 10. & ibi Bald.si vero esset debitor tributarius non carceratur.l.nemo.C. de exact.tribut. lib. 10.sed bene potest custodiri , vt sit promptior ad soluendum.

17 Amplia in eo,qui negauit debitum, & per rem iudicatam fuit condemnatus.

18 Restringe quando negauit , & fuit condemnatus non in totum . Aflict.decisione 296. Bald.in l. 1. C. qui bonis cedere poss. Aretin.d.§.fi.Instit. de actio.

19 Restringe quando debitor successit in ius alterius,cuius erat debitum,quia etiam post sententiam admittitur Aflict.decis. 379. Ias.d.§.fin. Instit.de actio.

20 Amplia multis modis,de quibus Soci.in reg. 1. pactum,quod debitor bonis.vbi ponit regulam, quod non valet pactum , quod non possit debitor cedere bonis,& limitat 14.modis,qui seruiunt pro ampliationibus,quas videas.

21 Amplia in eo, qui habuit dilationem quinquenalem , quia non admittitur ad cessionem bonorum.gl.in l.cum soluto,in fi.C.qui bo.cedere poss. * quam omnes*ibi sequũtur,& in l.alia.§.elegã ter ff.sol.mat.solum reprobatur glo.in eo, quod dicit debitorem consignandũ creditoribus lacerandũ, quia solum potest carcerari.Aflict. decis. 378.

22 Amplia,quia stante statuto, quod debitor possit carcerari,donec soluat,iuncto pacto, non impeditur liberatio,si cedat bonis,quia statutum,& pactum loquuntur de debitore efficaci , non de eo, quia cessit bonis. Bar.conf. 116. Captus.lib.2.vbi apostil.dat concor.pro vtraque parte.

23 Contrarium tenent multi , quos citat apostill. ad Bar.d.conf.116.lib.2.in ver.captus.

24 Limita,quia per cessionem bonorum factam a principali non liberantur fideiussores.Guidopap. decis.211.num.3.

25 Limita, quia arrendatarij fisci non habent priuilegium fisci,vt possint facere carcerare debitores,& non detur cessio. Guidopap.decis.201.

Charitas quid sit,& a quo incipiat, seu quomodo ordinetur. Conclusio. CCXX.

1 CHARITAS est vinculum perfectionis, & funiculus exli,& mundi.Bald. conf. 443.Ius naturale.

naturale.nu.2.per.& nemo nubit.lib.5.

2 Est recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus aduersa. Abb.cons.101.In quæstione.n.3.ver. quarto facit.lib.1.allegat tex.in cap.charitas, de pœnit.destinct.2.

3 Charitas prima incipit a se ipso,quia quis prius sibi,postea alijs prouidere debet.l.præses.C.de seruit.& aqua,vbi gl.fi.Roma.cons.364.Dum secundo,in princ.nu.2.

4 Et probatur ex Euangelio, diliges proximum, sicut te ipsum, & idcirco dilectio proximi trahit originem a charitate, quia quis se ipsum diligit primo loco, ita Ægid. Bellamer. consil. 16. num. 3.& 4. versic. præterea, ideo sicut mortem proximi quis desiderare non potest, neque causare minus propriam mortem potest procurare.

5 Amplia in tantum, vt quis ex ordinata charitate magis amet se in vngue pedis, quam aduersarium in vertice capitis.Bald.cons.312. Factum super quo. num.3.lib.4.

6 Extende,quia quis magis sibi,quam alteri prouidere debet.l.si quis liberis.§.fi.ff.de liber agnosc.n.Afflict.decis.290.col.pen.nu.9. Calcan.cons. 7. num.19.

7 Extende,quia ordo charitatis fugerit, vt prius nostris,quam extraneis subueniamus. Ancharan. cons.436.In ijs dubijs,in princ.

8 Et ideo quis præsumitur magis diligere se ipsum, & liberos suos, siue coniunctim, siue disiunctim, quam extraneos. Ægidius Bellamera cons.39.num.8.

9 Extende, quia text. cap. non satis 86. distinct. dicit proximos seminis tui ne despicias,si egere eos cognoscas, melius est enim, vt tu ipse tuis subueniας, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut postulare subsidium charitatis. Anchar.d.cons.436.num.2.

10 Extende ex verbis in capit. nisi, de auth.& vsu pallij, ibi quoniam si oporteat, vt vel nos, vel tu, ex hoc negocio confundantur, eligemus potius te confundi, quam lædamus Ecclesiæ dignitatem allegat Roman. consil. 334. num. 6. ver. præterea, pro hoc concilio tunc vigente, vt Concilium magis velit Papam contrauenientem confundi,quam Concilium, licet de eo tempore schismatis possit forte procedere, secus si Papa est bene electus,

11 Et quod charitas ordinata incipit à se ipso, & incipere debeat a suis,& sua familia.Roman.d. cons.364.in princ.num.2.

12 Amplia,quia quilibet statuens,& Princeps præsumitur magis velle conseruare statuta a se condita, quam ab alio, prout etiam quilibet priuatus magis proprias actiones diligit, quam aliorum. Rom.cons.399.num.7.ver. præsumitur: vbi apostill.in ver.conferri.

13 Extende, quia Papa difficilius derogat proprijs constitutionibus, quam prædecessorum. Gemin.consil.36.num.3. versic. non obstat si forte, & licet apostilla ibi teneat contrarium,quod scilicet in derogatione constitutionum veniunt omnes constitutiones indifferenter, intellige tamen quando Papa denegat ex certa scientia,alias secus.Gemi.cons.44.circa fi.ver.est tamen.Cald. cons.453.circa med. vers. quia illud fateor, alias 11.de censib.

14 Declara,quia ordo charitatis est,vt super omnia diligatur Deus, & deinde incipit a se ipso, & vt.post se ipsum, primo parentes, secundo filios, deinde proximum diligat,ita dicit de Deo,parentibus,&filijs. Ant.de Butr.cons.25.num.4.

15 Sed prædicta procedunt circa dilectionem, vt quando quis deberet deferre, vel se alienare, si vero agatur de subministrãda eleęmosina, etiã in actu ad salutem, puta pro consequenda indulgentia mediãte eleęmosina iuxta facultatem elargiri debentis,quia id intelligitur moderate,& ciuiliter,vt primo sibi,&suis prouideat,postea elargiatur pro eleęmosina,ita Rom.cons.364.in prin. vbi apostilla.

Cheri Ciuitas,eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. CCXXI.

1 CIVITAS Cheri subiecta Illustrissimo Comiti Sabaudiæ,nunc Serenissimo Duci,habet societatem Sancti Georgij cum statutis ab Imperatore confirmatis,& ab Illustrisimo Comite, quibus mandatur, quod nullius debeat offendere aliquem de societate, & offendens expellatur de societate, & si offensus voluerit se vendicare,teneantur illi de societate illum adiuuare.Bald.consil. 173. In Ciuitate Cheri. lib. 3. vbi qualiter intelligenda sunt verba constitutionis, vt restringantur solum ad offendentem,non autem ad alios extendantur.

2 Castrum Montaldi in districtu Cherij non est subiectum Ciuitati,sed est fœudum Episcopi Taurini, sed pro securitate Ciuitatis potest Ciuitas præcipere Ciui infœudato de dicto castro,vt illud muniat pro securitate transitus militum,& etiam potest compellere, & visitare, licet non ratione subiectionis. Baldus consil. 158. Proponitur quod,lib.3.

Chyrographum quando omnino probet. Conclusio.

VIDE Mascard.Concl.285.Chirographum. Vide plenius.Scriptura priuata non concurrit cum instrmento,nisi trino teste munita sit. Concluſ.78.

Chrisma quid sit, & a quo peti debeat. Conclusio. CCXXII.

1 CHRISMA est oleum sanctum, quod conficitur singulo anno ab Episcopo ex balsamo & cũ hoc benedicuntur vasa sacra Ecclesiæ,& fiũt sacra,sic etiam altaria, manus Sacerdotum promotorũ,&confirmantur fides chrismate,vide Sylvestr. in ver.oleum: vbi quod triplex est oleum. Sanctum,chrisma ad consecrationem,Oleum Sanctum pro chatecumenis,& baptizandis,& Oleum Sanctum

Digitized by Google

Sanctum pro extrema vnctione Sacramentali.

2 Peti debet per ſubditos a ſuo Epiſcopo, imo etiam per exemptos peti debet ab Epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt exempti. Calder. conſ. 519. alias 4.de priuil.vbi quod priuilegium, quod poſſit peti a quocunque inducit exemptionem,quia hæc petitio eſt ſignum ſubiectionis, & idem dicit de Oleo ſancto.

Chriſtianum aliquem eſſe quomodo, & qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard.Concluſ.186.
Vide. Baptizatus quando quis dicatur, & qualiter probetur. Concluſ.24.

Chriſti actiones ſunt fidelium inſtructiones Concluſio qualiter probetur. Concluſ. CCXXIII.

1 OMNIS actio Chriſti Domini Noſtri fuit ad noſtram inſtructionem,& ideo quicquid fecit ipſe, nos quoque facere poſſumus, & tenemur, iuxta illud Euangeliſtæ: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita,& vos faciatis.

2 Et omnis actio Chriſti fuit noſtra inſtructio.

3 Limita,niſi ab Eccleſia aliter fuerit ordinatum quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio,ideo licet Chriſtus mendicauerit,non tamen licet Epiſcopo, vel Sacerdoti mendicare, & licet in calice vitri communicauerit, non tamen licet nobis, & licet ſub vtraque ſpecie communicauerit,non tamen licet nobis,quia Eccleſia contrariũ ex cauſa ſtatuit.Calder.conſ.220.col. 1.ver. nec obſtant argumenta, alias primo, de vit. & honeſto Cleric.vbi quod licet Chriſtus hoc fecerit,tamen poteſtatem liberam Eccleſiæ tradidit.

Chronicarum, & hiſtoriarum ſcriptura probat, & quando ſecus. Concluſio.

VIDE Maſcard.Concluſ.187.
Vide.Hiſtoriarum liber, & author probat. Concluſ.139.

Cibi appellatione quid veniat, & an contineatur potus. Concluſ. CCXXIV.

1 CIBI appellatione an contineatur potus.Oldrad.conſ.79.ver.an nomine cibi: vbi pro vtraque parte,& videtur tenere,quod non,quia diuerſa ſunt: Caro mea vere eſt cibus, ſanguis meus vere eſt potus.

2 Tu dicas plenius,quod dicitur per gl.& Docto. in l. legatis alimentis,in ver.cibaria.ff.de alim.& cib. legatis, quia venit potus appellatione cibi in materia legati,& fauorabili, ſecus ſi materia eſſet odioſa,& pro hac parte allegat tex. in l. & ſi non ſit.§.& ſi cui eſca.ff.de auro,& argento legato; vbi quid ſit de verbo eſca.

Vide. Alimentorum legatorum appellatione quid veniat.Concluſ.282.

Cicatrix quid ſit. Concluſio. CCXXV.

1 CICATRIX eſt ſignum percuſsionis deformans corpus in ea parte, in qua eſt. Angel.conſ.146. Tria ſunt.num.3.verſ.ſed hic videndum.

2 Et dicitur ſignum vituperabile,& ideo ſi ſtatutum dicat pro cicatrice,pro qua remaneat ſignum vituperabile, incurri certam pœnam, idem erit cum cicatrice relinquente ſignum, & differunt ſolum in quantitate, ſed vnum eſt aliud in effectu. Ang.conſ.146.nu.3.vſque in fin.

3 Proprie cicatrix eſt quædam ſciſſura apparens in exteriori parte cutis poſt ſanatum vulnus.Bal. in l.ſi quis in metallum.C.de pœnis: vbi apoſtill. dat concord.in verbo cicatrix,quæ dicit,quod eſt illa, quæ deturpat corpus.cap.accuſatus 1. quæſt. 1.& dicit quod debet probari deturpatio iſta,quę non præſumitur, & ſtatur etiam ante ſanatum vulnus relationi peritorum.

Vide. Vulnus multiplex, & de diuerſis ſpeciebus.Concluſ.378.

Cifra quid ſit, & quem effectum habeat,& an probet. Concluſ. CCXXVI.

1 CIFRA proprie eſt id, quod nulla pars orationis eſt,videlicet,nec nomen,neverbum. Bald.conſ.186.Super eo quod,n.2.verſ.eſt autem. lib.4. vbi quod id quod nullum habet ſenſum,appellatur cifra,& non vitiat.

2 Sed eſt ſignum conuentum inter ſcribentes,qui volunt vnum exprimere pro alio,ne intelligantur ab alijs.Alex.conſ.146.In cauſa,& lite.n.25.&ſeq. ver.præterea per teſtes.lib.5.

3 Et valet diſpoſitio omnis facta per cifras,vnde ſtipulatio poteſt fieri, quando eſt conuentum, quod vnum verbum importet interrogationem,& aliud verbũ promiſsionem,& cõficitur ſtipulatio ſi ſe exaudiunt. Alex.d.conſ.146.n.26. vbi ponit multa ſimilia,vt in legatis,ſi lego mulũ,& per cifras intellexi de equo, quia valet legatũ in equo.

4 Sic valet ſtipulatio, & contractus inter homines diuerſæ linguæ,qui ſe non intelligunt,ſi interuenit interpres,qui declarauit mentem, & verba eorum. Alex.d.conſ.146.num.26. ver. ſicut valet ſtipulatio.lib.5. vbi ſecus dicit ſi non præceſsiſſet illa præordinatio,& cifra,& interpretatio.

5 Et prædicta magis procedunt in mandato,matrimonio,& contractibus,qui conſenſu perficiuntur,quia ſufficit,quod nutu, & ſignis ſe exaudiant & conſtet de conſenſu. Alex. d.conſ.146.num. 29. ver.& hoc tanto magis.lib.5.

6 Limita,quia non valeret teſtamẽtũ patris inter filios

filios, in priuata scriptura conditum, nisi sit clarum, & ideo, si signis numeralibus, vel cifris esset scriptum, non valet auth. de testam. imperfectis. collatio. 8.

7 Et regulariter non probat cifra inusitata, & quando secus. Mascard. Conclus. 188. Cifra.

Cimiterium Ecclesiæ quid sit, & ex quibus probetur, vel non. Concl. CCXXVII.

1 CIMITERIVM Ecclesiæ est locus circum Ecclesiam, vel contiguum Ecclesiæ, in quo mortui sepeliuntur. Feder. de Sen. conf. 135. Casus talis est, quidam habens, per totum, & maxime in fin. & dicitur pars Ecclesiæ, & de continentijs Ecclesiæ, ideo gaudet priuilegio Ecclesiæ, vt dicit Lapus allegatio. 12. num. 4. ver. idem de cimiterio, vbi apostill. in ver. cimiterio.

2 Et est locus sacer, & consecratur cum Ecclesia. Lapus allegatio. 83. Ecclesia, vbi est sepultus paganus, in fin. alias 84. vbi, quod si ibi sunt ossa paganorum non consecratur cimiterium.

Vide. Sepeliri qui non possint in Ecclesia, vel cimiterio. Conclus. 182.

3 Non facit Ecclesiam dici curatam cimiterium quia potest competere ius sepeliendi etiam beneficio simplici ex consuetudine, vel de concessione Episcopi. Feder. d. conf. 135. in fin.

4 Operatur cimiterium, quod eadem immunitas est concessa cimiterio, quæ concessa est Ecclesiæ, vt in eo non possit quis pro maleficio capi, quia Ecclesijs maioribus conceditur immunitas confugientium ad eas cum ambitu 40. passuum, minoribus vero dantur 30. passus. cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. & ibi glos.

Vide. Ecclesia tuetur immunes confugientes ad eam. Conclus. 10.

5 Non probatur cimiterium, ex eo, quod in eo sunt sepulta corpora humana, & quando secus.

Vide Mascard. Conclus. 289. Cimiterium.

Circumducere, & circumscribere, quid importent. Conclus. CCXXVIII.

1 CIRCVMSCRIBERE importat aliquem scienter fraudare. Bart. conf. 57. Quidam condit, circa med. ver. præterea hoc probatur. lib. 2. & iterum conf. 65. Quidam nomine, in fin. lib. 2. vbi circumscribere est aliquem per dolum decipere.

2 Extende, vt idem sit in verbo circumducere, quia importat aliquando fraudare, & decipere. l. cum prolatis. ff. de re iudic.

3 Aliquando tamen circumducere importat idem, quod cancellare. l. & post edictum. §. circumducto. ff. de iudicijs.

4 Aliquando importat destruere. l. acta. ff. de re iudica.

Vide. Citatio circumducitur multis modis, & quando, Conclus. 166.

Circuitus vitandus est, & quando secus. Conclusio. CCXXIX.

1 CIRCVITVS inutiles vitandi, & tollendi sunt. Bald. consil. 100. Petrus, in fin. lib. 4. Alexand. consil. 77. In causa, in fin. libro 2. Socin. consil. 27. Pro decisione. colum. fin. libro 1. Deci. cons. 407. Visis. colum. 3. num. 8. Afflict. decis. 8. Quidam filius familias. Boer. decis. 204. Præsuppono. num. 3. Guidopapæ decis. 375. Mater pro filia,

2 Et ideo clausula codicillaris, quæ facit valere fideicommissi iure testamentum nullum, nihil operatur, quando inutilis est restitutio, vt quia pluribus fratribus, & à pluribus æqualis esset restitutio facienda. Alexand. consil. 26. num. 6. libro 1.

3 Amplia in iudicijs, quia fideiussor non agit contra eum, qui posset agere contra ipsius fideiussoris principalem, & contra ipsum fideiussorem ad tollendum circuitum inutilem, etiam si prima actio de iure competere posset. Bald. cons. 96. Petrus fideiussit, circa fin. lib. 4.

4 Extende, quia si lapsus est terminus peremptorius ad probandum in casu, in quo alia dilatio esset concedenda, si fiat probatio absque assignatione nouæ dilationis valet, quia habetur pro assignata ad tollendum circuitum. Castrens. consil. 193. In causa, & quæstione. colum. 2. in fi. ver. sed ego fateor. lib. 1.

5 Amplia, quia circuitus sunt vitandi, quando subest æquitas, vt si quis rem meam indebite detineat, ad cuius restitutionem debet condemnari, quia si ex inepta petitione esset instituenda noua actio, æquius est, vt condemnatio fiat ad tollendum circuitum, quando condemnandus tenet ex titulo lucrativo. Petr. de Ancharan. consil. 23. num. 12. vsque in fin. ver. ad secundum dubium.

6 Extende, quia licet creditores donantis non possint agere directe contra donatarium omnium bonorum sui debitoris, nisi prius reuocari fecerint donationem tanquam factam in fraudem creditorum. glos. in l. æris alieni. C. de donat. quæ communiter approbatur, tamen secus est, quando non subest hæres, contra quem possit agi, quia ad tollendum circuitum directe possunt agere contra donatarium ex æquitate. Guidopapæ decis. 105. Guiliel. de Benedi. in cap. Raynerius, in ver. cætera bona. nu. 16. de testam. Boer. decis. 204. num. 42.

7 Extende in actione dotis, quia licet de stricto iure pater promittens dotem pro filia genero non obligetur directe filiæ, ita, quod mortuo marito non agat contra patrem, nisi obtenta cessione ab hæredibus mariti. l. si pro te. C. de dot. promissio. tamen secus est ad euitandum circuitum. Guidopapę decis. 175. Mater pro filia. Ruin. conf. 183. Visis. col. 2. num. 5. lib. 1.

8 Extende maxime, quando mulier, quæ deberet agere contra hæredes mariti pro cessione obtinenda agere non potest, quia non est, qui adeat hæreditatem, quia tunc iudex potest impartiri ex æquitate officium suũ implorati loco actionis ad tollendum

lendum circuitum, maxime in contractu bonæ fidei, prout est dos. Bald. Nouell. de dote, parte 4. princip. num. 8. quæst. 4. Cum. Sen. consil. 71. num. 4.

9 Amplia in tantum actum, & circuitum frustatorium non esse faciendum, vt licet quis teneatur offerendo deponere cum effectu, tamen si is, cui oblatio est facienda cum consignatione, recusat recipere, non tenetur facere actum frustatorium depositi, quod alias esset necessarium. Cuman. consil. 5. Non reuocando, num. 2. ver. nec dici potest. Cravet. cons. 331. nu. 5. lib. 3. Rol. à Vall. cons. * 53. nu. 26. lib. 1. vbi de * communi.

10 Declara, nisi is, qui contradicit, habeat iustam causam contradicendi, quia tunc offerens debet deponere, licet recusset recipere. Rolan. d. cons. 53. nu. 34. & seq. lib. 1.

11 Amplia, quia in supremis tribunalibus, & curijs circuitus omnino tollendi sunt. sic Tiraquel. de retract. conuentio. ad fin. tituli. num. 60. vbi plures citat.

11 Amplia in tantum circuitum esse vitandum, vt promissio de constituenda dote habeat vim constitutæ dotis, plura Affict. decis. 51. vbi Vrsil. addit.

13 Extende, quia is, qui promisit se obligaturum ad decem, potest statim conueniri pro decem. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de obligat. & solutio.

Vide. Pactum de donando, vendendo, & similibus, ad quid obliget. Conclus. 212.

14 Restringe in statutis, quia pactum de vendendo non est venditio, & aliud est venditio, aliud promissio de vendendo. Marsil. singul. 469. Dixit profecto.

15 Limita, quando circuitus non est omnino inutilis, ideo filius qui habet detractionem legitimæ debet poni in possessionem non obstante, quod opponatur exceptio, dolo facis, quia statum restituere debes. Cravet. consil. 376. num. 23. & 24. lib. 3.

16 Extende, quia quando circuitus non est inutilis, non euitatur. Cardin. in clement. Auditor. quæst. 14. num. 16. de rescript. Deci. in l. cum fundus. §. seruum tuum. num. 5. ff. si cert. pet.

17 Extende, quia propter bonum obedientiæ admittitur circuitus inutilis, puta religiosus non potest transire ad aliam religionem, etiam strictiorem, nisi petita licentia à superiore, licet illam non obtineat; si detur casus, quod transeat non petita licentia, ille reuocatur ad primam religionem, licet reuocatus petita licentia, & non obtenta, possit iterum ad eandem arctiorem transire. Abb. cons. 95. In præsenti. col. 1. in fin. ver. & si dicatur. lib. 1.

18 Extende, quia sufficit impotentia, quod circuitus possit reddi vtilis, licet ab euentu non reddatur, puta, quod religiosus, qui transiuit ad arctiorem non petita licentia, si reuocetur posset forte remanere in religione prima, ad quam reuocatur. Abb. d. cons. 95. col. 1. in fin. ver. & si dicatur, & col. 2. in princ. lib. 1.

19 Limita, quia imo circuitus admittitur, quando ius non patitur, nam si habeo actionem personalem, ad redimendum aliquid, & obligatus ad illud retrouendendum, vendat alteri cum eodem pacto, non possum agere contra emptorem possidentem rem ipsam, sed debeo agere contra obligatum mihi actione personali, & ipse aget contra emptorem, quia actio personalis non sequitur possessorem. Bald. cons. 38. Proponitur. num. 2. ver. si autem. lib. 3.

20 Contrarium ex æquitate Canonica dicit Bald. cons. 18. Puncto quæstionis. in princ. lib. 4. licet non firmet pro absoluto.

Vide. Actio personalis propter rem possessam quando cesset. Conclus. 114.

21 Extende, vt idem sit, quando testator legauit alimenta Titio absenti super re Meuij præsentis, & consentientis, quia legatarius absens non habet actionem contra bona Meuij, qui consensit, ideo agit contra hæredes testatoris, & hæredes contra Meuium ex mandato, & consensu. Bartol. cons. 114. Quidam sibi filios, in princ. & num. 3. ver. fateor tamen. lib. 1.

Vide. Abundans cautela non nocet. Conclusione 67.

Vide. Actus inutilis quandoque producitur à iure. Conclus. 146.

Vide. Frustatoria, & elusoria non debet esse lex. Conclus. 518.

Vide. Superfluitas ne inducatur multa prohibita. Conclus. 895.

Vide. Superfluitas verborum non admittitur. Conclus. 896.

Vide. Superfluis cautionibus non vtendum. Conclus. 897.

Vide. Verba debent aliquid operari. Conclusione 85.

Citatio non valet sine commissione Iudicis, & quando secus, & quando præsumatur. Conclusio. CCXXX.

1 CITATIO facta per nuncium non valet, si non apparet de commissione iudicis, quia requiritur decretum de citando à iudice factum. Bald. cons. 43. Solum de subscriptione. num. 2. ver. præterea nuncius. lib. 5. Roman. consil. 497. Dubitatur. num. 8. ver. ego dico.

Vide. Relatio Nuncij vt valeat, quæ requirat. Conclus. 122.

2 Extende, vt non sufficiat citatio facta, licet iudex dedisset generaliter commissionem nuncio, vt posset citare omnes. Roman. consil. 497. nu. 6. ver. quinimo, allegat Bart. in l. 1. C. de iure dom. impetr.

3 Contrarium, quod sufficiat saltem in ciuilibus commissio generaliter data nuncio deputato, ita Ang. Areti. cons. 133. In themate. num. 28. ver. vel secundo, cum seq. maxime nu. 30. & 31.

4 Imo quod præsumatur commissio iudicis præcessisse citationem, tenent multi, quos citat Alex. cons. 123. Viso processu. num. 3. ver. & cum nihil appareat. lib. 2.

5 Et quod non valeat citatio, nisi præcedat commissio iudicis competentis. est text. in l. neminem. C. de exhibon. & transmitt. reis, vbi Bart. & alij, quia commissio est quædam interloquutoria. Bald. d. cons. 63. lib. 5. Lanfranc. de Oriano in cap. quoniam

quoniam contra, in ver. citationes, de probat. Socin. in tract. de citat. art. 11. est text. in §. quadrupli. Instit. de actio. ibi iussu magistratus, & ibi Ias. post alios.

4 Extende, vt idem sit in proclamate, quod de necessitate requirit commissionem iudicis, prout citatio. Ruin. cons. 69. Circa processum. colum. pen. & fin. lib. 1.

7 Declara, quia in ciuilibus subsistinetur citatio facta, licet non constet de commissione iudicis, sed in criminalibus est necessaria commissio iudicis, alias citatio esset nulla, communem * dicit Iul. Clarus in §. fin. quæst. 31. num. 4. ver. vnum autem scias, vbi num. 4. & 5. & apostilla ibi dat formam citationis in criminalibus, vt debeat continere causam, & diem, & horam, quibus debeat citatus comparere. Ang. Aretin. d. cons. 133. nu. 26. in fin. ver. nec obstat.

8 Declara, quia in citatione reali, & criminali requiritur commissio iudicis, in verbali vero secus est, & ita per totã Italiam seruatur in ciuilibus, quia nuncij censentur habere commissionem generalem. Castr. d. cons. 154. Videtur dicendum. col. 2. ver. primum quia dicitur. lib. 2. & ista est distinctio Bald. in l. si quando inuitos. C. de testib. & hanc distinctionem veriorem, & seruari dicit apostill. ad Rom. cons. 497. in ver. Requiri, citat Rip. in cap. 1. nu. 4. de iudic.

9 Contra distinctionem tenet Rom. d. cons. 497. nu. 8. ver. ego dico omni casu, allegat l. cum Clericus. §. memorati autem, & l. omnes. C. de Epis. & Cleric. vbi, quod in omni citatione requiritur commissio iudicis.

10 Declara, quia licet requiratur commissio iudicis, non tamen requiritur, quod iudex sedeat, quia nulla causæ cognitio requiritur, & extra iudicium fieri potest. Bart. plene cons. 164. Processus, in princip. lib. 1. vbi dicit esse de iure communi, & in illo casu etiam concurrebat statutum.

11 Amplia, quia nec creditur nuncio citanti de commissione, quæ non præsumitur, nisi probetur. Bald. d. cons. 63. nu. 2. & 3. lib. 5.

12 Extende, quia si commissio præcessit, debet in actis apparere, alias non releuat. Socin. in tract. de citatio. art. 13. & 25. vbi, quod saltem debet nuncius enunciare hoc in relatione, videlicet se de iudicis commissione citasse, alias non valet.

13 Et quod etiam si nuncius in relatione dicat se de commissione iudicis citasse, sibi non creditur, nec præsumatur commissio. Anton. de Butr. in cap. 1. de iudi. Aretin. consil. 33. column. 3. * ver. quarto præmitto, vbi, quod ita * communiter tenetur.

14 Declara, vt per Castrens. consil. 254. colum. 2. libro 2. & Iul. Clar. in praxi §. fin. quæstione 31. num. 4.

15 Amplia, quia citatio constat ex tribus: Primo ex sententia interloquutoria iudicis, quia debet constare, quod instante parte mandauit, vel commisit citationem, & iste actus est iurisdictionalis, ideo non valeret talis commissio extra territorium facta. clem. pastoralis, de re iudic. Secundo ex actu exequutoris citantis: Tertio ex relatione, & ista duo vltima non sunt iurisdictionalia, neque requirunt aliquam causæ cognitionem, ideo possunt fieri extra iurisdictionem, & in absentia iudicis. Abb. cons. 112. Illud de iure, in princ. libro 2.

16 Amplia, quia non solum commissio iudicis est necessaria, sed etiam requiritur petitio partis, & iudex parte petente committat, Ant. de Butr. d. cap. 1. de iud. ver. tertio nota, vbi hoc dicit quando sumus in antiquis, quod nec præsumitur petitio partis, etiam quod reperiatur commissio iudicis. Aretin. d. consil. 36. Casus talis est, in fin.

17 Restringe, quia petitio partis non est necessaria, quando iudex in subsidium dat litteras alteri iudici pro exequutione rei iudicatæ. Castrens. cons. 171. in fin. vers. nec videtur vitiari. lib. 1.

18 Restringe, quando instantia periret iudici, quia potest ex officio citationem committere, & etiam ferre sententiam nemine instante. Abb. cons. 112. num. 4. ver. est & aliud. lib. 2.

19 Amplia, quia requiritur expressio personæ nuncij in commissione. Aretin. d. cons. 33. col. 4. vers. nec obstat.

20 Amplia etiam in citatione, seu intimatione coram arbitris, quia ea debet fieri de commissione arbitri, vel arbitrorum, alias non valet. Alexand. cons. 124. In causa, & lite. num. 11. & 12. ver. nec obstat. lib. 2. vbi loquitur idem esse, si citatur vnus arbitris discordantibus.

21 Amplia, quia, vt credatur de commissione nuncij, vel facultate data sibi ad citandum, requiritur, quod ad finc litteræ sigillatæ sigillo committentis, vel ordinantis citationem, vel sigillo alieno, dummodo fiat mentio de isto sigillo alieno, vel vt communiter seruatur, fit instrumentum cum rogitu notarij. Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in ver. per litteras, in prin.

22 Declara, quia istæ litteræ citatoriæ possunt portari per nuncium, & per partem ipsam, & intimari etiam per nuncium, & per partem, dummodo fiat instrumentum, quatenus fiat per partem, vel in præsentia testium, quia si negetur possit citatus conuinci, quatenus per nuncium alienum, idem est si per nuncium proprium citantis, quia tunc iudex poterit suo nuncio credere. Bart. d. extranag. ad reprimendum, in ver. per litteras. nu. 2. vsque in fin.

23 Amplia, quia citatio coram iudice delegato non arctat, nisi fit transmissa commissio facta, seu copia delegationis, & primo citatur reus ad dicendum quidquid velit contra delegationem, alias non tenetur comparere, & non dicitur contumax, & sententia est nulla. Castrens. cons. 81. in causa, quę vertitur. column. 4. vers. est etiam alius. lib. 2.

Vide. Delegato, & alijs non creditur nisi constet de delegatione. Conclus. 154.

24 An autem præsumatur hæc commissio, si non appareat facta. Vide Rom. cons. 497. Dubitatur. num. 8. ver. quoad secundum, vbi pro vtraque opinione citat, & distinguit, quod non præsumitur, si pendet appellatio à sententia. Roman. d. cons. 497. num. 8. vers. ego dico sententia. col. pen. in fin.

25 Restringe in causa summaria, quia non requiritur. Roman. d. cons. 497. col. fin. num. 8. vers. tamen hæc in proposito, vbi apostilla in ver. remissa.

26 Restringe, quando sententia transiuit in iudicatum. Roman. d. consil. 497. colum. fin. vers. secundo

cando quia, num. 9. vsque in fin. vbi plura adducit.

37 Contra restrictionem tenet apostill. ad Rom. d. * cons. 497. in ver. Præsumitur, vbi dicit * communem contra Roman.

Vide plenius per Mascar. Conclus. 294. Citatio an iudice mandante, vbi, quod non præsumitur commissio, & quando secus.

28 Limita, quia citatio sine commissione facta valet, & conualidatur, si citatus comparet, & est in iudicio, quia præsens non citatur, & sic abundat. Alexand. cons. 123. Viso processu. num. 3. ver. & posito quod ista citatio. lib. 2. vbi apost. in ver. comparitionem citat Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glo. 2. num. 18. & seq.

29 Limita, quando stylus tribunalis esset contrarius, quod imo sufficiat citatio data à parte sine commissione iudicis, prout Forliuij in tribunali appellationis attestatur Ang. Aretj. cons. 133. nu. 29. ver. vel tertio.

Vide. Nuncio non creditur extra officium suum. Conclus. 155.

Citatio quid continere debeat, & quando valeat, vel non, ratione formæ citationis. Conclusio. CCXXXI.

1 CITATIO vt valeat, debet incipere à principali, vel eius procuratore, alias non valet, si fieret contra volentes defendere talem, quia non haberet formam substantialem. Bal. consil. 154. Citatio prædicta, in prin. & num. 2. ver. ista enim citatio. lib. 3.

2 Extende, quia regulariter citatio debet continere nomen citati, item eius ad cuius instantiam fit citatio, item causam ob quam fit, item locum, diem, coram quo citatur, vt per Boer. decis. 235. in princ. licet num. 2. dicat, & per totam decis. quod de consuetudine non seruatur circa expressionem causæ, neque loci, neque horæ, quando coram ordinario, qui habet locum certum, & horam certam.

3 Restringe, quia valet citatio facta contra hæredem Titij sine nomine, solo appellatiuo nomine expresso, quando specialiter fuit intimata ad domum, vel in personam hæredis. Bald. cons. 124. Citatio facta. lib. 4.

4 Idem est, quando extaret statutum, quod sufficiat citare hæredem in genere. Bald. consil. 186. Punctus primo quæritur, in fin. lib. 5.

5 Amplia, quia citatio ad audiendum voluntatem iudicis est nulla, & si feratur sententia sub tali citatione contra taliter citatum, sententia erit nulla. Felin. in cap. consuluit. num. 16. ver. secundo nota, de offi. deleg.

Vide. Sententia nulla ex defectu citationis, & quando. Conclus. 152.

6 Extende infra num. 17. & seq. & plenius Concl. proxima seq. num. 13. & seq.

7 Amplia, quia si quis citatur ad actum expediendum certo modo, & ille actus expediatur alio modo, talis actus dicitur factus sine citatione, quia non arctat, nisi ad modum, quo citatur. Soçin. cons. 195. Circa primum. nu. 7. vers. confirmatur. lib. 2.

8 Extende, quia citatio ad vnum actum facta non valet pro alio actu diuerso celebrando. Ancharan. cons. 406. Punctus talis, in princ. & per totum.

9 Amplia, quia citatio inducta à statuto sub certa forma, si forma non est seruata, redditur nulla. Anchar. cons. 97. In quæstione, quæ vertitur, in fin. num. 10. ver. pro cuius veritate, & est text. in l. 1. §. offilius, & ibi Bald. ff. ne quis eum qui in ius vocan. & idem Bald. in l. non sunt liberi. ff. de statu homi. & in cap. 1. de mili. vassall. 9. & in l. cessante, & in auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. Card. in clement. 2. vt lite pendeñ. Bald. in auth. si omnes. col. 2. ver. deinde nota. C. si vt se ab hæred. abstin. Marsil. in l. de vno quoque. num. 36. ff. de re iudic.

Vide. Citatio nulla quando annullat omnia sequuta. Conclus. 237.

10 Extende, quia si extant duo statuta dantia formam diuersam citationi, & nuncius dicat citasse secundum formam statuti, nec apparet alia certitudo non est satisfactum statuto requirenti certam formam propter incertitudinem. Petr. de Anchar. d. cons. 97. in fin.

11 Extende, quia si à statuto sit data forma de duabus citationibus cum interuallo dierum faciendis, non poterit per partes, vel per iudicem in vna citatione conglutinari. Bald. in cap. 1. de milit. vassall. qui controuer. late Socin. in tract. citatio. art. 20. in 3. quæst.

12 Restringe, quando citatio fieret solum ad effectum inducendi scientiam de actu, quia tunc etiam per actum nullum potest haberi scientia, vt per glos. & Bald. in l. 1. ff. de ferijs, in princip. Felin. in cap. illud. col. 4. de præscriptio. Alexan. cons. 123. vol. 2. Bald. in l. fin. C. de procur. vbi dicit, quod si statutum dicat, quod si aliquis debeat poni in banno, citari debeat, vt veniat ipse, vel alius pro eo, si citatur simpliciter, sufficit, ex quo scit statutum hoc disponere, quod per se, vel alium compareat, sequitur Ancharan. in repet. cap. 1. de constit. in quæst. 14. ver. sed pone. Roman. cons. 410. nu. 2. vbi, quod citatio etiam nulliter intimata conualidatur, si deuenit ad notitiam.

Vide. Citatio nulla quando, & ex quibus conualidatur. Conclus. 246.

13 Limita, quia regulariter citatio in criminalibus non requirit expressionem actus limitati, vel delicti pro quo citatur, sed sufficit, quod in genere exprimatur, videlicet super delicto criminis læsæ maiestatis, vel homicidij, &c. extrauag. ad reprimendum, in ver. super dicto crimine, & ibi Bart. in princ.

14 Extende, vt id habeat locum, siue procedatur summarie, siue ordinarie. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. super dicto crimine, in princ. vbi, quod citatus debet ipse perquirere causam, ob quam citatur.

15 Extende, quia etiam in causa ciuili sufficit citatio ad comparendum coram iudice, & ad faciendum præsentiam sui. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. super delicto, in princ. ver. sed in ciuilibus.

16 Restringe, quando Episcopus vocatur ad synodũ, quia debet hoc specificari propter dignitatem Episco-

Episcopalem, & multi alij casus speciales sunt; in quibus in dignitate constitutus si citatur, debet exprimi causa, pro qua citatur. Bart. d. extravag. ad reprimendum, in ver. super dicto crimine, in princ. ver. contrarium not.

17 Restringe in citatione ad sententiam, quia debet exprimi actus sententiæ, videlicet, quod compareat ad audiendum sententiam, vt possit sententia ferri. Bart. d. extravag. ad reprimendum, in ver. super dicto crimine, in princip. ver. sed contra, vbi, quod etiam procedit in summarijs causis.

18 Declarat Bart. d. extravag. ad reprimendum, ver. super dicto crimine, in ver. solutio, num. 2. quod si citatus in principio causæ nunquam comparuit, tunc citatio simplex sufficit, si vero comparuit postea, & tempore sententiæ non est præsens, debet in citatione specificari ad sententiam; alias non valet citatio.

Vide. Citatio incerta quando dicatur, & quando valeat, vel non. Conclus. prox. seq.

Vide. Citatio pro singulis diebus, & horis quando valeat. Conclus. 233.

Citatio incerta quando dicatur, & quando valeat, vel non. Conclus. CCXXXII.

1 CITATIO sine certa die, & termino quando valeat. Castrens. consil. 254. col. 2. lib. 2. & quod non valeat citatio sine certa die, & hora, plura allegat Boer. decis. 235. in princip. vbi plura cumulat circa incertitudinem citationis.

2 Contrarium, quod imo valeat, quia intelligitur, cum primum citatus potuerit, compareat. Boer. d. decis. 235. num. 2. ver. in contrarium, cum sequen. vbi plurimos allegat. Castr. d. consil. 254. col. 2. ver. item secundo. lib. 2.

3 Declarat multis modis idem Boer. d. decis. 235. ex mente Angeli, postea ex mente Alex. & vltimo ex mente Decij. num. 3. ver. quid dicendum, vbi videas.

4 Declarat Castr. d. consil. 254. Videtur dicendum. col. 2. ver. item secundo. nu. 2. lib. 2. quia si fiat citatio ad aliquid expediendum per iudicem, prout ad sententiam, vel quid simile, requiritur certa dies, si vero citatur ad actum expediendum per ipsum citatum, puta ad se excusandum, non requiritur certa dies, quia intelligitur cum primum potuerit, & sic infra paucos dies.

5 Amplia, quia non valet citatio incerta etiam si incertitudo resultet ex eo, quod non constet an personaliter, vel ad domum sit facta, imo etiam si dicatur, quod citauit ad domum, quia nisi dicatur in relatione ad domum solitæ habitationis citati, dicitur incerta, & non valet. Alex. consil. 2. nu. 8. lib. 3. incipit, Consideratis.

6 Extende maxime, quando extat statutum præcisum (prout Regij) quod requirit, quod sit domus habitationis. Alex. d. consil. 2. num. 8. ver. alia ratione. lib. 3. vbi quod si aliqua qualitas requisita à statuto est omissa, citatio est nulla.

Vide plenius. Citatio ad domum quando sufficiat, vel non. Conclus. 249.

7 Amplia, quia citatio incerta respectu personarum non valet veluti si citantur hæredes talis, quia non valet citatio.

Vide. Citatio generalis sub nomine appellatiuo contra hæredes, vel creditores quando valeat, vel non. Conclus. 240.

8 Extende, quia non valet citatio contra defunctum, item contra omnes bonorum illius possessores, vel hæredes, si qui sunt, vel esse velint, quia aut aderant hæredes certi, & sunt nominatim citandi, non sub conditione. cap. fin. de elect. in 6. vbi Gemin. Feli. in cap. cum inter, vbi late, de except. si vero non est adita, tunc dandus est curator hæreditati iacenti, contra quem fiat iudicium. Bart. in l. si bona. C. de bon. auth. iud. possid. Capic. decis. 87. vbi ponit omnia requisita in donatione curatoris hæreditati iacenti.

9 Amplia, quia citatio incerta respectu citantium, veluti si pro eadem causa, & ad instantiam eiusdem personæ quis citatur coram diuersis iudicibus eadem die, quia non valet.

10 Restringe, quia coram digniori tenetur comparere. Guidop. decis. 176.

11 Et ideo citatus coram Papa, & alio superiore excusatur, si coram solo Papa comparet, nisi ipse procurasset citari coram Papa. Guidopap. decis. 443.

12 Restringe, quando diuersis temporibus quis citatur coram pluribus, quia potest, & tenetur coram eo, qui præuenit comparere. Guidopap. decis. 421.

13 Amplia, quia citatio dicitur incerta, si fiat ad audiendam voluntatem iudicis, ideo non valet, quando debet esse ad sententiam, vel ad alium actum specificum præiudicialem. Rota decis. 342. alias 17. de re iudi. in no. sequitur Rom. consil. 369. Circa primum. num. 8. vbi apostil. in ver. 710. quæ adducit concord. Felin. in cap. consuluit, de offic. deleg. num. 16. Ferret. consil. 95. num. 3. lib. 1. vbi concord. allegat.

Vide Conclus. prox. præced. nu. 5. & nu. 17. cum seq. vbi extensionem habes.

14 Extende etiam si citatio fiat à principe ad videndum imponi finem liti, quia non sufficit ad sententiam, ex quo est incerta, & vaga, ideo non valet. Rom. d. consil. 369. num. 8.

15 Extende maxime in citatione ad sententiam diffinitiuam, quia debet esse specifica, & si esset ad audiendam voluntatem, est nulla. Rom. d. consil. 369. num. 8. ver. hoc autem maxime, allegat decis. Rotæ, in nouis 17. Retento eodem themate, quæ est 342. & apostil. ad Rom. d. consil. 369. nu. 8. in ver. 710. & in ver. specificationem.

16 Extende, quia citatio facta ad videndum imponi finem liti etiam coram Papa, est nulla, tanquam vaga, & incerta, quia potest finis imponi per transactionem, per sententiam, & concordiam, ac multis modis. Roman. d. consil. 369. nu. 8. ver. cum igitur.

17 Amplia, quia citatio dicitur incerta, & non valet, si est alternatiua coram tali, vel tali, aut pro tali die, vel tali. Roman. consil. 360. Circa propositum. num. 3.

Citatio pro ſingulis diebus, & horis, quando valeat, vel non, & qualiter circumducatur. Concluſio. CCXXXIII.

1 CITATIO ad ſententiam pro certa die, & ſucceſſiue pro ſingulis diebus, & horis durante inſtantia non valet, niſi pro prima die, pro ſequentibus autem non arctat, quia eſt nimis onerosa. Bal. conſ. 268. Factum tale eſt ad inſtantiam, lib. 1. in princip. Boer. deciſ. 235. in princ.

2 Contrarium tenet Bal. in l. ſi quando, nu. 4. C. teſtib. vbi quod ſi aſſignetur terminus ad examinandum teſtes, puta decem dierum, ſi infra terminũ pars velit examinare, debet citare partem ſecus eſt in vltima die, dicit tamen, quod ſi Iudex moneat partes pro ſingulis diebus, & horis, non tenetur citare, idem dicit Feli. in c. 1. num. 28. & & 29. de teſtib.

3 Declara, quia citatus de longinquo ad certam cauſam poteſt compelli in prima comparitione, vt eligat certum locum in ciuitate, ad quem citari poſsit, vel poteſt moneri per iudicem ad comparendum ſingulis diebus, & horis iuridicis, & operatur ac ſi ad totam cauſam eſſet citatus. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictũ, num. 15. ver. conſulo tamen.

4 Circunducitur hęc citatio per contumaciam citari facientis, in primo termino citationis, quia ſi nullus comparet, vel non comparet actor, circumducitur. Bal. conſ. 268. num. 2. ver. quęritur ſi neutra, lib. 1. allegat Bart. qui hoc expreſſe dicit, & notandũ in l. ſi vitem, §. fi. ff. quod vi aut clam.

5 Extende, quia circumducitur, ſi poſt talem citationem partes compromiſerunt, etiam in eundem iudicem, quia lapſo compromiſſo debet alia citatio fieri. Bal. d. conſ. 268. in fin. lib. 1.

6 Extende, quia citatio circumducitur, ſi citatus ſemel comparuit, quando fuit citatus generaliter ad omnes actus pro ſingulis diebus, & horis, & debet iterum citari poſtquam ſemel comparuit. Feder. de Sen. conſ. 171. Caſus talis eſt, quidam fuit citatus, & conſ. 189. Ad petitionem actoris. Anchar. clem. 1. de foro compet. & in clem. ſæpe, de ver. ſignifi. Caſtren. conſ. 254. Videtur dicendum, in prin. lib. 2.

Vide ſupra. Citatio ad totã cauſam. Con. 254.

7 Extende, quia citari faciens ad ſententiam, vel alium actum, ſi non comparet in termino, nec ipſe, neque citatus, circumducitur citatio, & ſententia eſſet nulla. Cuman. conſ. 7. Primo videndum, nu. 10. ver. nam manifeſtum.

8 Amplia, quia citatio ad dicendum contra reſcriptum, vel iura circumducitur, ſi faciens citari non ſeruauit terminum in tempore citationis. Bald. conſ. 361. num. 2. in fin. ver. nec obſtat ſi pars, lib. 3.

Vide. Citatio circumducitur multis modis. Concluſio. 266.

Citatio indiſcreta, & nulla ex termino nimis breui, & ex multis. Concl. CCXXXIV.

1 CITATIO ad plures actus inculcatos, & habens terminos nimis anguſtos, dicitur nulla, & nihil operatur. Affict. dec. 124. Ecce datur, in ſi. & vbi citatio eſt nulla, proceſſus eſt nullus, & vbi citatio non eſt rite facta, ſententia eſt nulla ipſo iure.

Vide. Citatio nulla quando annullat omnia inde ſequuta. Concluſio. 237.

2 Extende, quia citatio contra abſentem in longinquo facta vna die, pro alia, dicitur nulla, & non afficit citatum. Andr. de Iſernia, c. 1. de controuer. inter vaſſallum, & alium de beneficio, n. 5.

3 Extende, quia citatio, quę prima fronte in ſe continet iniuſtitiam, vt quia nimia breuis terminus ad comparendum prefigitur non valet ex ſola prima apparentia, ita Innoc. in c. 2. de dilatio.

4 Et quando continet tam breuem terminum, quod impoſsibile ſit comparere in illo termino, dicitur indiſcreta, & nulla, & non afficit citatum. Bal. conſ. 431. Incipiamus a principijs, numer. 2. ver. deinde veniamus, lib. 4.

5 Extende, quia citatio dicitur iniqua, & nulla, quæ continet impoſsibilitatem. Felin. in c. quod ad conſultationem, nu. 3. de re iudic. Specul. in tit. de citatio. §. 1. Bal. in addit. ibi in ver. Citatio eſt nulla, & ſi poſſet dici, vel diſputari aliqua, ex quo citatus erat abſens datur reſtitutio in integrum ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, l. 1. & per totum tit. ff. ex quibus cauſis maio.

6 Vide. Felin. d. c. quod ad conſultationem, qui dicit * communem vtranq. opin. nu. 3. de re Iudic. videlicet quod non valeat omnino, poſtea quod continet duo precepta, vt cum poteris, cõpareas, ſed ipſe tenet, q̃ nullo modo valet, & ibi apoſtil.

7 Extende, quia citatio contra mulierem pręgnantem ad comparendum perſonaliter ſub pœna coram iudice eſt nulla, tanquam indiſcreta, & non poteſt declarari incidiſſe in pœnam, ex quo non tenebatur comparere. Guidopa. deciſ. 256. & dec. 445. in fin.

8 Extende, quia citatio contra infirmum, vt compareat ad recognoſcendum ſcriptam priuatã eſt nulla, quia infirmus excuſatur a cõparitione perſonaliter, c. teneor de re iudi. Ideo debet trasmitti notarius, alias non poſſet ſcripta pronunciari pro recognita, quia infirmus non poteſt conueniri, vt compareat. Specul. tit. de reo. §. pen.

9 Extende contra impeditum.

Vide. Citatio contra impeditum quando afficiat, vel non. Concluſio. proxima ſeq.

10 Reſtringe vltimã extenſionẽ, vel declara, vt nõ procedat, quando iudex citans eſſet vir valde circumſpectus, & honeſtus, quia tunc ex ſola prima apparentia nõ præſumitur ininſta, vel iniqua, ſed iuſta, & in caſu poſsibili facta. Abb. in c. niſi eſſent, de preben. ſequitur Iaſ. in l. 2. col. 4. poſt med. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.

11 Contrarium, quod reſtrictio non ſit vera. Deci. in c. prudentiam. col. 8. de offi. deleg.

12 Amplia, quia citatio, quæ habet terminũ adeo breuẽ, vt impoſsibile ſit, quod citatus cõpareat in termino, nõ arctat, & eſt nulla, tãquã indiſcreta.

Digitized by Google

Bart. in l. aut qui aliter in princip. ff. quod vi aut clam. Ang. in l. 1. ff. ſi quis cautio. Bal. d. conſ. 411. num. 1. lib. 4.

13 Extende, quia ſi Iudex ſciuit hanc impotentiam, quicquid fecit vigore talis citationis, eſt nullum ipſo iure. l. quæſitum, ff. de re iudica.

14 Amplia, quia citatio contra defunctum eſt ipſo iure nulla, quia eſt impoſſibilis, & indiſcreta, quia impoſſibile eſt, quod mortuus compareat, vel citetur, aut condemnetur, l. de qua re. §. fi. ff. de iudi. l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudica. l. Paulus, ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.

Vide. Citatio indiſcreta, etiam nulla ad locum non tutum, & ex multis. Concluſio. 116.

Vide. Sententia nulla ex defectu citationis, & quando. Concluſio. 152.

Citatio indiſcreta, & nulla contra impeditum legitimo impedimento notorio. Concl. CCXXXV.

1 CITATIO contra impeditum legitimo impedimento notorio non arctat, neq. prejudicat impedito, ſed debet de nouo citari etiam non iuſtificato impedimento, quando erat notorium. Affict. deciſ. 29.

2 Amplia, quia citatio contra infirmum ad comparendum, vt recognoſcat ſcripturam eſt nulla tanquam indiſcreta, ex quo non tenetur comparere. c. tenor, de re iudica.

Vide. Citatio indiſcreta, & nulla ad locum non tutum, & ex multis. Concluſione proxima ſequente.

3 Amplia contra carceratum.

Vide. Carceratus an poſsit citari. Concluſio. 92.

Vide. Citatio indiſcreta, & nulla non arctat citatum. Concluſio. proxima ſeq.

Citatio indiſcreta, & nulla ad locum non tutum ex multis ſimilibus, & non arctat citatum. Concluſio. CCXXXVI.

1 CITATIO non arctat citatum ad comparendum in loco vbi habitant notorij inimici ipſius citati, & ſententia, & proceſſus deſuper factus eſt nullus. Oldra. conſ. 43. Quæritur vtrum citatio, ver. hoc præmiſſo, qui loquitur in citatione facta per Imperatorem, ſequitur apoſtilla ad Caſtrenſ. conſil. 57. vbi etiam Caſtrenſ. libro primo.

2 Extende, quia citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, neque appellare. Ang. in diſputatione ſua incip. Bononienſis, ſequitur Alex. in l. de ætate. ff. ad Trebell.

3 Extende, vt non teneatur comparere ad locum non tutum, etiam cum ſaluoconductio, nec mittere procuratorem, vel excuſatorem, propter odium cauſæ, quia citatio eſt nulla ipſo iure, etiam quod nihil opponatur, late Laſ. cõſ. 86. col. antepe. lib. 3.

4 Contrarium Boſſius tit. de citatione. num. 36. & ſeq. vbi late.

5 Amplia, vt idem ſit, ſi citatus nequeat, niſi cũ periculo grandi. comparere ad locum, ad quem eſt citatus. Oldra. d. conſ. 43, nu. 2. & 3. ver. hoc præmiſſo.

6 Extende idem eſſe, quando quis citatur ad locum, ad quem non poteſt ex edicto Principis accedere. Gemin. conſ. 444. nu. 3. ver. ſed ita eſt.

7 Extende, quia mulier citata ad comparendum legitime in palatio corã poteſtate nõ arctat, nec tenetur comparere mulier, neq. mittere procuratorem, ſtante ſtatuto (prout Fulginei) quod mulier non poſſit accedere ad palatium pro cauſa ciuili ſub pœna, Bal. conſ. 169. Statuto Ciuitatis, per totum, lib. 5.

8 Extende, quia in tantum non arctat citatio citatum ad locum non tutum, vt ſententia contra eum lata non valeat Gemin. conſ. 57. nu. 2. ver. & non eſt mirum. Angel. conſ. 378. Dñs Raymundus, in princ.

Vide. Tutus ſi non patet acceſſus non proceditur contra abſentem citatum. Concluſio. 460.

9 Amplia, vt nec teneatur citatus comparere ad locum inhoneſtum propter conſeruationem famæ. l. ſi cum dies. §. pen. ff. de arbitr. Oldrad. conſ. 43. nu. 3. ver. ſi enim citatus.

10 Amplia, vt idem ſit, ſi familiares citantis ſint capitales inimici citati, & potentes, quia non tenentur comparere. Oldra. d. cõſ. 43. ver. idem videtur nũ. 4. quia nemo tenetur ſuſcipere legationem ad inimicum ſuum.

11 Extende, quia citatus ad locum non tutum nõ tenetur nedum comparere, ſed nec mittere procuratorem ad talem locum, etiam ſi citatio contineat quod legitime compareat ad dictum locũ. Bal. conſ. 149. per totum, lib. 5.

12 Amplia, vt idem multo magis ſit verum, quando quis citaretur corã ſuo inimico capitali, quia cum non teneatur comparere ſententia eſt nulla. Oldrad d. conſ. 43. nu. 5. ver. idem videtur.

13 Amplia, quia bannitus à loco, vt poſſit ex nouo delicto bãniri, debet conſequi ſaluumconductum, alias proceſſus eſt nullus. Boſsius de citatio. nu. 36. & ſeq. vbi quod iudex pro bannito debet obtinere, licet non petat.

14 Contrarium, quod ipſe debeat petere, alias poteſt puniri, & ita practicatur. Clar. §. fi. q. 16. num. 4. latius quæſt. 11. num. 12. & ſeq. vbi quod debet dari ſaluusconductus.

15 Reſtringe in cauſa ciuili, in qua poteſt audiri per procuratorem, quia tenetur mittere procuratorẽ, alias valet proceſſus. Alex. conſ. 72. Viſis, & diligẽter, n. 4. ver. quoad ſecũdũ. lib. 2. ſecus in criminalibus, in quibus procurator nõ admittitur.

16 Amplia, quia citatio indiſcreta non arctat citatum, ideo parere non tenetur. Feder. de Sen. conſ. 145. num. 1. ver. hinc eſt.

Vide. Citatio indiſcreta, & nulla ex termino breui, & ex multis. Concluſio. 234. vbi multa ex ſequentibus repetuntur.

17 Amplia, quia teſtes extra territorium citantis non poſſunt compelli, vt veniant. Feder. de Sen. conſ. 145. nu. 2. in fi. ver. poteſt omnia.

Vide. Teſtes extra territorium citantis compelli non poſſunt. Concluſio. 159.

18 Amplia, quia prima citatio facta in cauſa inquiſitionis contra abſentem ad Eccleſiam, in qua

tenetur

tenetur residere non arctat, maxime si fuit allega ta absentia.Gemi.cons.145.per totum: vbi quod sententia est nulla.

19 Amplia, quia citatio ad sententiam pro certa die,& successiue pro singulis diebus,& horis durã te instantia non valet,neque arctat, nisi pro illa die certa,pro alijs autem diebus,& horis non valet Bal.cons.268.Factũ tale est,ad instantiã.lib.1.

Vide.Citatio pro singulis diebus,& horis quando valeat,vel non.Conclus.233.

20 Amplia, quia citatio ad vnum actum non arctat pro diuerso actu celebrando.Anch.cons.406. Punctus talis,in princ. & per totum. Io. de Imol. cons.97.num.9.

Vide.Citatio pro certa die, vel certo actu non valet pro alio die,vel actu. Conclus.243.

21 Amplia,quia citatio coram vno iudice non arctat citatum coram illius successore. clem.vt Romani ad fi.de elect.& ibi gl.Aret.in c.licet in beato in 4.not.de accusat.

22 Amplia, quia citatio pro certa hora ad vnum actum,si ille actus fiat alia hora,non valet iuxta not.in l.fin.§. si is qui.ff.quod vi aut clam,& in c. consuluit de offi.deleg.Bar.cons.176.Pluries contingit,per tot.lib.1.vbi quod citatio ante horam nonã intelligitur ante horã nonam finitam,& sic in ipsa hora: vbi quod semper debet esse pro certa die,& hora,alias non valet.

23 Contrarium,quod non sit necessaria hora, tenet apostill.ad Bar.d.cons.176.lib.1.

24 Amplia,quia citatio alternatiua non valet pro tali die,vel tali,item coram tali,vel tali, quia debet esse certa,ne quis cum dispendio alieno vagetur.Ro. cons.360.Circa propositum.nu.3.

Vide.Citatio incerta quando dicatur,& quando valet,vel non. Conclus.232.

25 Limita,quia in causis ciuilibus,in quibus quis auditur per procuratorem potest citari, & tenetur mittere procuratorem,pro quo vide inver. Carceratus an possit citari,Conclus.92.

26 Extẽde in bãnito,quia potest citari in causa ciuili,in qua procurator admittitur etiam si citetur in loco bãni,quia tenetur mittere procuratorem. Alex.cons.72.n.4.ver.quoad secundũ.li.2.vbi hoc dicit verum, maxime circa obligationes ante bannum contractas,& statutum de modo citandi absentes in causa ciuili habet locum etiam contra bannitum à loco.

Citatio nulla quando annullat omnia inde sequuta.Conclus. CCXXXVII.

1 CITATIO si est nulla, omnia inde sequuta sunt nulla,& inualida tanquã fundata super citatione valida,quæ est nulla glo.in l.si accusati. C.de accus.quã sequitur Bald.in c.si clericus in 5. col.de pace tenen.& in l.cũ fratrẽ.col.fi.C.de iis, quib.vt indig.Marsil.in repet.rubr.de fideiuss.col. 82.Bar.cons.218.Catherina,in fi.lib.1.

2 Et vbi citatio est nulla,& inualida processus est nullus, & sententia est nulla, vt per Afflict. decis. 114.Ecce datur,in fi.clem. pastoralis,de re iudic. c.1.de causa possess.& propriet.

Vide. Sententia nulla ex defectu citationis quando dicatur.Conclus.152.

3 Amplia,quia citatio est fundamentum iudicij. glos.in c.Ecclesia S.Mariæ,de constit.& in §. fin. Instit.de pęn. temere litigan.per Specul.in tit.de citat.in princ. & ideo in vnoquoque actu, in quo quis lędi potest, est necessaria citatio, alias processus corruit,& omnia sunt nulla. Vant. in tract. de nullit. ex defectu citatio. & iudicium dicitur carere fundamento,quod caret citatione. Abb. in c.Ecclesiæ S.Mariæ.col.3.de constit.Bald.in auth. Clericus,de Epis.& Cleric. Ang.in l.1. C.de præscript.longi.temp.

4 Extẽde, vt idem sit quando minus legitime facta fuit, quia vbi vitium est in citatione, nunquam tenet processus.Bald.in auth. si omnes. col.2.ver. deinde nota.C.si vt se ab hared.absti. Vant.d.tit. de nullit.ex defectu citatio.n.22. late Marsil. d.l. de vnoquoque.n.36.ff.de re iud.Cor.cons.52.lib. 4. & quod citatio minus legitima æquiparetur, ac si ab incompetenti iudice facta foret, & acta omnia sint nulla facta,est gl.in l.si accusatoribus. C.deaccusatio.

5 Amplia,quia nullitas proueniens ex defectu citationis nunquam dicitur exclusa a statuto, neque ab aliqua dispositione. Ange cons.172.in fi.& consil.291. Abb.in cap.ea quæ,de re iudi. Bald. in l.1.C.quomodo,& quando iudex.Franc.in c.dilecto.q.11.in 3.limit de appell.

6 Amplia,quia citatus ad vnum actum,licet in illo actu sit contumax, non tamen potest procedi contra eum vigore talis contumaciæ ad alios actus, nisi iterum ad alios actus citetur. Alexan. cons. 137. In causa,& lite. nu.12. versic.& quanquam.lib.2. vbi apostil.in ver. ad alios,dat concordan.

Vide.Contumacia in vno actu an præiudicet in sequenti.Conclus.1023.

Citatio non dicitur legitima multis modis,& casibus. Conclus. CCXXXVIII.

1 CITATIO facta contra principalem quando adest procurator dominus litis effectus, non dicitur legitima,& non valet in ijs, quæ sunt ordinatoria ante sententiã, quia debet citari procurator.Bar.in l.furioso.ff.de re iudi.

Vide.Sententia debet concipi in personam procuratoris,& quando secus.Conclus.136.

2 Extende.quia citatio principalis ad sententiã, quando habet procuratorem, qui comparuit in causa,non est bona,nisi etiam procurator citetur.

3 Restringe quando procurator dominus litis effectus esset absens,vel infirmus,quia tunc dñs potest indistincte citari, & eo non comparente valebunt acta contra eum facta in contumaciam.C.si quem,de procur.in 6.vbi Gemin.& Franc.& dicit idem Alex.in l.procuratoribus.C.de procur.

4 Restringe quando proceditur secundum legem pauperum,quia huiusmodi solemnitates, & rigorositates non debent attendi. Guidopa.dec.86.& ibi apostill.vltima ver. si citatus est ad sententiã, & decis.431.& cons.91.n.9.Ias.in l.furioso.nu.10. ver.secundo vltra Bartolum. ff. de re iudic. Boer. decis.285.n.2.& seq.Deci. in c.in nomine,de testi. n.37.Maran.in speculo par.4.nu.35.in fi.in 16.distinct.Van.trac.de nulli.ex defectu citatio.nu.85.

5 Amplia, quia citatio de aliquo facta in perſonam illius vxoris, non valet, vt contra eum contumacem poſſit procedi.

6 Reſtringe, quando fuit facta in perſonam vxoris ad domum, & in domo citati, & non agitur de magno præiudicio. Guidop. deciſ. 445. vbi, quod ita ſemper vidit ſeruari.

7 Amplia, quia citatio prima, per quam inſtituitur iudicium, facta contra procuratorem non effectum dominum litis, non valet, neque eſt legitima, quando dominus eſt præſens. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoſcen. glo. in c. cauſam, de dolo, & contum.

8 Reſtringe, niſi dominus eſſet abiens, quia tunc prima citatio poteſt fieri contra procuratorem, * & valet. l. 3. vbi * omnes, maxime Fulgoſ. Caſtr. & Iaſ. C. de procur. Bart. in l. ſolent, in vlt. not. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. meminerint, per illum text. C. vnde vi, & in l. quamuis, in vlt. col. ff. de damno infecto.

9 Limita in caſu contrario, quia valet citatio ſolius procuratoris effecti domini litis.

10 Extende in tantum, quod ſi procurator citatus non appellet, ſententia tranſit in iudicatum, nec audiri debet principalis prætextu ignorantiæ præſumptæ, eo quia ipſe non fuit citatus, quia licet adſit iuſta ignorantia, vt per Bart. in l. ſi res obligata, circa princ. ff. de leg. 1. Alexan. conſ. 69. col. 2. ver. quinimo. lib. 3. tamen ſibi imputandum eſt, Corn. conſ. 144. col. pen. ver. ſcientia enim, & col. fin. circa fin. lib. 4.

11 Declara extenſionem, quia princeps debet admittere in termino, vt poſſit appellare ad effectum, vt cognoſcatur, an ſententia à qua procurator non appellauit, ſit iuſta, vel ne. l. vnica. C. de mand. princip. Ang. per illum text. in l. item veniunt. §. cæterum. ff. de pet. hæred.

Citatio iudicis ſecularis contra Clericum non valet, & quando ſecus. Concluſio. CCXXXIX.

1 NON valet citatio iudicis ſecularis facta contra Clericum, quia nullam in eo habet ſecularis iuriſdictionem in perſonali, neque in reali. cap. ſi diligenti, de foro compet.

2 Amplia in tantum citationem iudicis ſecularis contra Eccleſiaſticam perſonam eſſe nullam, vt neque teneatur comparere coram ſeculari ad al* legandum ſuum priuilegium. communem * dicit Clar. in praxi crim. §. fi. q. 36. nu. 5. ver. eſt autem.

3 Extende, vt omnia acta facta per iudicem ſecularem contra Clericum citatum etiam in contumaciam ſint nulla. Dec. conſ. 241. In primis verbis. Clarus d. quæſt. 36. num. 5.

Vide. Laicus iudex nullam in Clericos habet iuriſdictionem. Concluſ. 8.

Vide. Iudex ſecularis non habet iuriſdictionem in Eccleſiaſticos, neque in bonis Eccleſiarum. Concluſ. 449.

4 Extende, quia Clericus non poteſt citari coram iudice ſeculari, & citatus non tenetur comparere, nec poteſt contumax reputari, in tantũ, quod neq; poteſt conſentire tacite, neq; expreſſe in iuriſdictionem ſecularis, imo neque conſenſus Epiſcopi ſufficeret, ſed neque Papæ, vt dicit plene Gramm. deciſ. 61. per totam, maxime num. 17. & ſeq. & iterum deciſio. 29. num. 13. & ſeq. & prius Bart. conſ. 225. Clericus. lib. 1.

5 Limita in cauſa authoris laudati, ſeu euictionis. Corn. conſ. 79. lib. 3. Boer. dec. 69. nu. 27. & ſeq.

6 Et maxime quando citaretur Clericus pro omni ſuo iure, & intereſſe, quia talis citatio eſt voluntaria ex parte Clerici, & non arctat eum ad cõparendum, & voluntarie comparendo dicitur actor, & non reus. Caſtr. in l. teſtamenta omnia. C. de teſtam. & in l. libertus. ff. de in ius voc. & habetur in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cogan. Aſil. dec. 24. vbi dat plura exempla, quod citatio contra intereſſe putantes etiam comprehendit Clericos voluntarie comparere volentes.

7 Contrarium, quod imo neque poſſit iudex ſecularis effici competens contra religioſos vigore talis citationis, & hanc partem tuetur Gramm. dec. 21. per totam, vbi pro vtraq; opin. & dicit ita ſeruari Neapolis in conſilio propter metum cenſurarũ, & ante eum idem dixit Capic. deciſ. 197. n. 7.

Vide. Iudex ſecularis in quibus cauſis procedat contra Clericos. Conci. 451. nu. 25. & ſeq. vbi pro vtraq; opin. & num. 27. habes multos concord. pro contrario, & quod iſta ſit communis, & magis * communis * opinio.

8 Declara, quia regulariter citatio pro omni iure, & intereſſe contra ſuppoſitum afficit, ita vt ſententia lata contra taliter citatum poſſit exequi. ita Caſtr. qui dicit notandum, & quod quidam magnus Aduocatus, contra quem obtinuit tres conformes, ex tali citatione remanſit confuſus, in l. cum filius, in fin. princ. ff. de verb. oblig.

9 Declara, quia licet laici nullo modo præciſe poſſint citare Eccleſiaſticos, vt compareant, tamen valebit citatio, vt compareant, ſi velint, quia valet ad effectum, vt citans poſſit eis denegare audientiam. Caſtr. conſ. 301. Prædicta dubia. col. 1. circa fi. verſ. & poſito. lib. 2.

Vide plenius concord. in ver. Citatio generalis, & ſub verbo appellatiuo. Concluſ. prox. ſequen. num. 12. ver. Declara.

10 Extende, quia valent eridæ laicorũ, ſi fiant contra omnes comparere volentes, vt compareant, alias lapſo termino nullus audietur, quia afficit non ſuppoſitos quoad denegationem audientiæ poſt terminum. Caſtr. conſ. 301. nu. 2. lib. 2.

11 Declara alio modo, prout per Gramm. deci. 61. in prin. quia ſi Clericus eſt poſſeſſor, non poteſt citari, neq; valet citatio pro intereſſe, quia cum ſit reus, debet coram ſuo iudice vocari, aut laicus poſſidet, & tunc poſſit ſi ſua putauerit intereſſe citari, quia cum ſit ſemper actor non turbatur iuriſdictio Eccleſiaſtica cum forum rei, & ſic ſecularis teneatur ſequi.

12 Declara alio modo, quia citatus Clericus ſi ſua putauerit intereſſe poteſt comparere ſi vult, ſed non tenetur ſi non vult. Boer. deci. 69. n. 27. & ſeq. Couar. pract. quæſt. c. 8. n. 3. ver. rurſus. Rol. à Vall. conſ. 29. lib. 1. Rota Romana in no. deciſ. 18. tit. de dolo, & contum. circa med. ver. præterea, & Concluſ. prox. ſeq. num. 21.

Vide. Citatio pro intereſſe citati, vel ſi ſua putauerit intereſſe quid operetur. Concluſ. 253.

Vide. Clerici non ſubſunt principibus ſecularibus, & coram ſeculari conueniri non poſſunt. Concluſ. 385. maxime nu. 22. & ſeq.

Citatio generalis, & ſub nomine appellatiuo contra hæredes, vel creditores, aut intereſſe prætendentes per edictum, vel præconem quando valeat, vel non. Concluſ. CCXL.

1 CITATIO facta ſub nomine appellatiuo, videlicet citetur hæres, vel ſi quis eſſe velit hæres talis, licet dicatur generalis, ſi tamen fuit facta ad domũ eius, ad quẽ re vera hæreditas ſpectabat, vel alias eidem fuit intimata, & facta dicitur ſpecialis, & afficit eum perinde, ac ſi eſſet citatus perſonaliter nominatim, & ſpecifice. Bald. conſ. 124. Citatio facta. lib. 4.

2 Extende, vt idem ſit, licet commiſsio iudicis eſſet generalis, etiam ſi per præconem, vel per edictum generale fit facta quando vt ſupra intimatio fuit facta in loco particulari citati, quia ſi nominatim fuiſſet facta afficeret. Bald. d. conſ. 124. lib. 4. vbi quod valet tenuta data creditori, qui ſic citauit pro debito reali contra defunctum, etiam ſi hęres erat minor.

Vide. Delegatus a Principe cum clauſula omneſque alios, quid poſsit. Concluſ. 149.

3 Contrarium videtur velle Gemin. in cap. fin. de elect. in 6. Bald. in auth. qui ſemel. numero 6. C. quo modo, & quando iudex: vbi quod citatio ſub nomine appellatiuo, prout omnes agnati non arctat quando ſunt certi, & in terminis quod citatio contra hæredes ſi qui ſunt, tenet Alexan. conſ. 107. Perſpectis. ver. nec obſtat ſi dicatur. n. 7. lib. 5.

Vide. Citatio incerta quando dicatur, & quando valeat, vel non. Concluſ. 231. nu. 7. & ſeq.

4 Et pro contrario, quod citatio facta contra hæredes debitoris in genere ſit nulla, quia quando ſunt certi, ad quos hæreditas ſpectat, prout ſi extant filij, debent citari in ſpecie, vt per Doctor. in auth. ſi omnes. C. vt ſe ab hæred. abſti. alias citatio eſt nulla, & conſequenter ſententia. l. prolatam. C. de ſent. Alex. conſ. 137. In cauſa, & lite. nu. 11. ver. præterea. lib. 2.

Vide. Citatio per edictum quando, & contra quos fieri poſsit. Concluſ. 236. nu. 9. & ſeq. & nu. 16. & multis ſeqq.

5 Maxime quando hęredes ſunt minores, vel pupilli, quia non valeret etiam ſi eſſet facta ſpecifice contra pupillum. l. contra pupillum. ff. re iud.

Vide. Sententia contra minorem, & pupillum ex multis nulla, & quando ſecus. Concluſ. 148

6 Etiam ſi citatio ſit contra hęredes, & agnatos, quia ſi hæres eſt certus, maxime minor debet citari nominatim. Ang. Aret. conſ. 34. Pro deciſione. num. 6. ver. nam dicti Angelus: vbi etiam loquitur in primo decreto.

7 Declara, quia citatio facta ſub nomine appellatiuo hęredum non eſt legitima, neque arctat. Alex. conſ. 107. Perſpectis ſtatutis. lib. 5.

8 Declara, vt per Socin. tractat. de citatio. art. 25. num. 8.

9 Reſtringe, vt non procedat talis citatio, ſiue ſit adita hæreditas per filios, & hæredes minores, vel maiores, vt loquitur Alex. d. conſ. 107. Quia debent ſemper ſpecifice citari filij, & alij, quos prima cauſa tangit.

10 Siue non ſit adita, quia ſemper debent ſpecifice citari, alias non valet citatio generalis ſub nomine appellatiuo quando ſunt certi, qui debent citari. Bald. in l. ſi curatoris. C. de iure deliber. Caſtren. conſ. 67. Viſo quodam proceſſu verboſo. column. final. ver. fuit etiam imperite proceſſum, lib. 1. Fulgoſ. conſ. 190. Viſo toto proceſſu. col. penul. ver. item cum ipſa ſciret, & not. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſation. & in l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſine appel. plene Alex. conſil. 137. In cauſa, & lite. num. 11. ver. præterea peccauit. lib. 2.

11 Reſtringe, ſeu limita, quia citatio generalis contra hæredes, & agnatos non eſt bona, neq; afficit quãdo hæres eſt certus, quia debet nominatim citari, ſed ſi non conſtat in actis, quod tempore citationis eſſet adita hęreditas, & quod hæres certus extaret, & eſſet præſens, tunc ſubſtinetur, ita Angel. Aretin. conſ. 34. Pro deciſione. n. 28. & ſeq. ver. ſecundo, & principaliter: vbi n. 29. dicit quod ita determinauit Paulus de Caſtro dñs ſuus in Ciuitate Aretij contra minorem, qui allegabat nullitatem, quia agnati nominatim non fuerant citati, quia, vt exceptio eſſet releuans, oportet conſtare, quod eſſent tunc certi, & pręſentes.

12 Tu plenius dicas ſecundum Alex. d. conſ. 137. num. 11. ver. prętera peccauit. lib. 2. quia etiam, quod nullus adiuerit, ſi in loco extant aliqui proximiores, ad quos ſpectat prima cauſa ſucceſsionis, illi nominatim ſunt citandi ad videndum dari curatorem hæreditati iacenti, & non ſufficeret generalis citatio contra omnes, vt ſupra, & declaratio poteſt procedere quando non extat in loco aliquis certus, ad quem ſpectat, vt infra proxime num. ſeq.

13 Declara, quia valet citatio hæredum debitoris generalis facta, ſtante ſtatuto, quod debeant nominatim citari quando non poteſt ſciri nomen eorum facta diligentia. Rom. conſ. 410. Vt clarior reddatur, in princ.

14 Limita, quia citatio generalis non incipiens à perſona principalis, vel procuratoris nõ arcetat, & nõ eſt bona, veluti ſi dicatur, quod citẽtur volẽtes defendere talem. Bal. conſ. 154. Citatio prædicta, in princ. lib. 3. vbi quod ſententia lata ſuper tali citatione eſt nulla, ſed tamen crederem, ſi eſſet facta ad domum procuratoris, forte valeret, quia ſi erat procurator re vera, ſufficit per demonſtrationem citari, prout in ſimili Bald. d. conſ. 124. Citatio facta. lib. 4.

15 Limita, quia citatio facta contra defunctum, & generaliter contra omnes eius creditores, bonorum poſſeſſores, & prętendentes ſe hæredes, & hęredes eſſe velint, quia non valet; nam quoad defunctum res eſt expedita, quia cum defuncto non poteſt eſſe iudicium. l. de qua re. §. fin. ff. de iudi. l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudic.

16 Quo vero ad hęredes ſi ſint, vel eſſe velint, quia ſi extant, & adiuerunt, non ſunt ſub conditione citandi, & contra eos debet concipi libellus, & iudicium formari. c. ſi. de elect. in 6. vbi Gemin. c. cum inter: vbi late Felin. de excep.

17 Si vero non adiuerunt, adhuc ſunt nominati m citandi, quando conſtat tales adeſſe, ad quos prima cauſa ſucceſsionis ſpectat Alex. plene conſil. 137. In cauſa, & lite. num. 11. ver. præterea peccauit in alio. lib. 2.

18 Declara vt ſupra,in princip.num. 1. per Bald. conſ.124.Citatio facta,lib.4.

19 Aut hæreditas non eſt adita,ſed iacens, & debet dari curator,contra quem iudicium debet in ſtitui.Bar.& alij in l.ſi bona.C. de bon.auth.iudi. poſsid.& in l.ſi.ff.cod.tit.& in l.2.C.de curat.bon. dando.& alia ſeruari,quæ per Capic.deciſ.87.nu. primo ponuntur.

20 Limita, quia ſi non fuerunt citati nominatim illi, quos tangit prima cauſa ſucceſsionis ad videndum dari curatorem hæreditati iacenti,licet poſtea ad alios actus fuerint citati, tamen illa datio eſt nulla, quia citatus ad vnum actum, licet ſit contumax in illo actu,non tamen poteſt procedi ad alios actus ſine noua citatione.Alex.dict. conſ.137.num.12.ver.nam citatus, vbi apoſtilla, in ver.ad alios,lib.2.

21 Adde,quod ſi fiat citatio generalis contra omnes ſua intereſſe putantes, tales ſic citati dicuntur moniti tantum, ſi velint comparere, ſed non arctantur, ideo contra eos non poterit procedi per audientiam contradictarum, quia non comparendo non ſunt contumaces, ita Rota in nou. deci.18.tit.de dolo, & contuma. poſt med. ver. prꝛterea ſi mandentur,quam ſequitur Rom.conſ. 342. Quo ad primum,nu.5.& ſeq.ver. prætera ſi mandantur,vbi apoſtil.in ver. 814. dat plurimos concord.& dicit * communem.

Vide Concluſio. proximam prꝛcedent.n.12.

22 Declara plenius totam materiam, quia ex ſententia lata ſuper tali citatione generali non poterit condemnari in expenſis,neque, licet ſciuerit ſententiam,poteſt Iudex illam exequi contra eundem ſic citatum in genere, ſed bene ſi ipſe ſciens vellet agere contra eum, qui habuit ſententiam,obſtabit exceptio rei iudicatę,ita Rom. d.conſ.342.num.6.ver.& ſi dicatur.Rota. d.deci. 18.in no. de dolo,& contum. prope fi. ver. ad id quod,ſequitur Crauet.conſ.202.numer.11.in fin. Couar.pract.quæſt.c.13.nu.6.ver.cęterum, & ita etiam declarat Caſtrenſ.conſ.301.Prædicta dubia.col.1.circa fi.& nu.2.lib.2.

Vide. Citatio pro intereſſe citati quid operetur.Concluſio.253.

Citatio extra territorium quando valeat,vel non. Concluſio. CCXLI.

1 CITATIO extra territorium an valeat, diſtingue,vt per Oldrad.conſ.88. Quod non valet ſi eſt decreta extra territorium,& ideo diſtinguit tria loca.Primũ tẽpore decreti citationis,vt decernens ſit in territorio. Secundũ tẽpus exequutionis,& hoc nõ refert vbicũq.fiat exequutio.Tertiũ, q̃ cõparitio in tertiorio debeat fieri per citatum,alias non valet,concor.Fede.de Sen. conſ.16.circa fi.ſub nu. 13. ver.item non obſtat quod dicitur,vbi quod ſumit vires a iuſſu Iudicis facto in loco debito, & idem tenet arguendo Calder.conſ.48.in prin.quod eſt ſecundũ de electio. quando fit cõmiſsio citationis in actu cõtẽtioſo.

Vide.Exequutio in aliena iuriſdictione quando poſsit fieri,vel non.Conclu.493.

2 Contrarium, quod imo commiſsio citationis facta extra territorium valeat, maxime quando talis commiſsio ſit in principio cauſæ,& ſine cauſæ cognitione.tenet Calder.conſ.48.Quod eſt ſecunda,de elect. in fin. ver. pro iſta vltima,vbi in prin.allegat pro vtraque,ſed reſidet cum diſtinctione iſta,quod conſ.eſt Gemin.qui declarat pro cedere quando non eſt ſuper actu contentioſo.

3 Declara,vt per Iaſ.in l.ſi.nu.24.verſ. quæro ergo,ff.de iuriſd.om.iudi.quia duo ſunt caſus certi, & vnus dubius.Primus eſt certus,quia per modũ literarum ſubſidialium poteſt iudex citari facere ſuum ſubditum in alieno territorio. Secundus caſus certus eſt, quia in alieno territorio non poteſt capi facere, & ſic realiter citare. Tertius caſus eſt dubius,an poſsit verbaliter citare ſubditum extra territorium mittendo nuntium in alieno territorio,& diſtinguitur, vt per Bart. in extrauag ad reprimendum, in ver. per edictum, nu.9.ver.ſed an prædictis modis,vbi de iure Ciuili poteſt, de iure autem Canonico ſecus eſt, & quantum ad ſubditum ratione domicilij poteſt citari ratione delicti,& contractus in alieno territorio,quando ſub eodem principe, alias ſecus, * & hanc communem dicit Iaſ.vbi ſupra.

4 Declara,quia citatio contra abſentem fieri poteſt ſecundum formam ſtatuti,vel conſuetudinis quando datur forma, ſed de iure cõmuni modus eſt,quia iudex ſcribit litteras ad iudicẽ,in cuius iuriſdictione eſt citandus,quod citet, & habita citatione generali ad totam cauſam poteſt tuae procedi,tanquam contra citatum. Socin. conſil. 167.num.19.& 20.lib.2.

5 Et ſeruatur etiam in criminalibus, vt dentur litteræ rogatoriæ iudici,in cuius iuriſdictione reperitur citandus,vt velit illum citari facere, ita Iul.Clar.in §.ſi.quæſt.31.nu.19.ſequitur Farinac. quæſt.11.de inquiſitio.nu.43.ver.ſed quid.

Vide. Iudex vnius territorij quando exequatur,vel non ſententiam alterius.Concluſio.466.

6 Amplia,quia valet citatio extra territorium, quando citatur non ſubiectus ratione domicilij propter bona, in quibus exequutio eſt facienda. Socin.conſ.167.nu,20.lib.2.

7 Contrarium quando citatus eſt de iuriſdictione Eccleſiæ.Caſtreen.d.conſ.430.in fi.lib.1.Bar.d. extrauag.ad reprimendũ,in ver.per edictũ,nu. 9. & ſeq.vbi q̃ nullo modo in terris Eccleſiæ poteſt ab Imperatore,vel alio Principe ſeculari citari.

8 Amplia,vt idem ſit,quando citatur in iuriſdictione aliena, quæ tamen eſt eiuidem Principis, nam tunc poteſt iudex vnius territorij citare delinquentem in diuerſo territorio eiuſdem Principis, * communem dicit Iul.Clar.d.§.ſi.quæſt.31. nu.20,ver.poſſet forte,& quod ita ſeruatur in ſtatu Mediolani,& idem Bar.in extrauag. ad reprimendum,in ver.per edictum,num.9. & 10. cuius * opinionem * communem dicit Iaſ.in l.ſi.num.24. ff.de iuriſd.om.iud.

9 Contrariũ,quod imo nec poſsit iſto caſu citare * idẽ Clar.d.q.31.nu.20.vbi de * commu.opin.Canoniſt.& hęc q. indiget declaratione Cęſarea.

10 Amplia,quia citari poteſt forenſis in quocunque loco,& quacunque iuriſdictione,quia exequutio poteſt fieri extra territorium citantis.

Vide.Exequutio in aliena iuriſdictione quando poſsit fieri,vel non.Concluſio.493.

11 Extende, quia non curamus an legitime quis ſit citatus,ſi citatio ad eius notitiã deuenit. Ro. conſ.410.Vt clarior,nu.2.uer.ſecundo quod, ubi alleg.clem.cauſam,in fi.de elect.& ibi apoſtil.dat.

multos

multos concor. & facit quia modus citandi est de iure Ciuili, qui potest tolli,

13 Restringit Castr. d. cons. 430, in fin. lib. 1. quod licet modus citandi forensem in aliena iurisdictione ad litteras iudicis citantis sit de iure Ciuili, & possit quilibet Princeps modum iuris Ciuilis tollere, non tamen in præiudicium iudicis Rom. Ecclesiæ, sub cuius iurisdictione est citandus, ex quo modus tendit ad conseruandam iurisdictionem tertij,

14 Amplia, quia exequutio citationis vbique fieri potest etiam extra territorium. Oldrad. cons. 88. num. 2. ver. domini salua veritate, concor. Feder. de Sen. cons. 15. in fi. ver. item non obstat, qui saltem admittit hoc in exequutione verbalis citationis, sed etiam tuetur in citatione per nuncium, vel litteras. Flor. de S. Petro consil. 20. num. 9. vbi, quod notatio citationis potest fieri quocunque loco, & tempore, quia attenditur commissio ipsius citationis, quod sit facta congruo loco, & tempore.

15 Contrarium Castr. d. cons. 430, in fin. lib. 1. quando fit in terris Ecclesiæ. Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 11, ver. sed impetrator, vel alius.

16 Limita, quando citatio fieret extra territorium contra non subditum citantis, quia non valet. clem. pastoralis, de re iudi. quam ita exponit Feder. d. cons. 16. in fin. vers. item non obstat, cap. pastoralis, & ita etiam declarat Flor. de S. Petro cons. 20. in fin. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 2. ver. sed an prædictis modis.

17 Imo citari mandans non subditum degentem in alieno territorio dicitur turbare iurisdictionem domini, in cuius territorio moratur, & si est subditus, citari mandans tenetur ex læsa maiestate, quia assumit sibi magistratum. Aegid. Bellam. cons. 40. num. 12. vers. sed nunquid, & nu. 13. & seq.

18 Et quod non valeat citatio per nuncium, vel epistolam, sed debeat mediante iudice suo citari ad litteras iudicis citantis, procedit maxime, quãdo citatio fit à iudice seculari de subdito Ro. Ecclesiæ. Castr. cons. 430. In quadam, in fin. vbi quod licet modus citandi sit de iure Ciuili, tamen Pisani non potuerunt alterare modum in subdito Regni Siciliæ, quia est de iurisdictione Ecclesiæ. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 9. ver. sed an prædictis, vbi, quod Imperator non potest per se citare eum, qui est in terris Ecclesiæ Romanæ, quia Ecclesia terras suas libere sibi reseruauit per d. clemen. pastoralis, de re iudic.

19 Contrarium tenet Cynus, & multi Legistę dicentes, quod potest citari vbique verbaliter subditus, per l. omnes, §. si vero apparitor. C. de Epis. & Cleric. & l. 2. ff. de offic. Præfecti Vrbis, & ad clement. pastoralis, dicit Cyn. in quadam disputatione, prout refert Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 9. quod ille text. processit ex errore Canonistarum.

20 Declarat Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 9. vers. sed an prædictis quod solutio Cyni est temeraria, dum dicit, quod clement. pastoralis fuit ex errore Canonistarum, quia compilata fuit in Concilio generali, vbi erat copia magna intelligentium, & ideo dicit, quod potest quis citare subditum suum ratione domicilij vbique verbaliter, si vero agitur de citando subdito ratione delicti, vel contractus, licet Imperator per d. extrauag. decernat posse citari, ista potentia debet restringi ad territorium diuersum, dummodo sit sub Imperio, quando citatio est Imperatoris, non tamen in terris Ecclesiæ, quia Papa illas sibi reseruat, ideo nullus Princeps potest citare in terris Ecclesiæ, sed Papa, qui est Vicarius eius, cuius est terra, & plenitudo eius, potest vbique citare. clem. 1. de iudicijs, & distinctio Bart. per * omnes approbatur, vt dicit Ias. in l. fin. num. 24. ver. quæro ergo. ff. de iurisd. omn. iud. potest ergo præses prouinciæ, & alius officialis Imperij citare verbaliter extra suum territorium, quando locus est sub eodem Principe, & ita debent intelligi iura Ciuilia, alias secus, & maxime in statu Ecclesiæ nullus potest citare, sed per litteras subsidiarias potest rogare, vt citetur, & si iudex cui scribitur non velit citare; habebitur tamen pro contumace, vel saltem erit locus, vt per edictum, vel nuncium citari possit, vt per Bart. vbi supra, num. 12. vbi apostilla in ver. negligentiam, dat concord. & dicit esse singulare, & sequitur Franc. Aretin. in cons. 58. Diligenter. num. 2. & seq. ver. ijs tamen non obstantibus, vbi * dicit * communem, & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de requiren. reis. num. 2. & sequen. vers. secundo nota modum citandi, vbi quasi repetit idem per omnia, & quod Dantes fuit de hæresi damnatus, quia tenebat Imperium non pendere ab Ecclesia.

Vide Soci. reg. 10. Citans aliquem, quod non est sua iurisdictionis, vbi ponit hanc regulam, quod citatus non subiectus iurisdictioni citantis non tenetur comparere, & citatio non valet, limitat tribus modis, vt ibi.

21 Limita, quia exequutio, & captura tam realis, quam personalis, non potest fieri in alieno territorio, & licet captura personalis dicatur citatio realis, tamen est nulla in territorio alieno, ita Bart. quæstione 6. Lapus versic. solutio, in princip.

22 De verbali distingue, vt per Bart. d. extrauag. ad reprimendum. ver. per edictum. num. 9. & 10. & supra dictum est.

Citatio tempore feriarum, vel festiuo in honorem Dei, an valeat, & arceat citatum, & quando. Concluſ. CCXLII.

1 CITATIO facta tempore feriarum valet, & arcèat citatum, quia licet non teneatur respondere, tenetur tamen venire. Feder. consil. 11. in num. 10. quod est cons. Abba. de Podio Bonici insertum in princip. incip. quamuis allegationes.

2 Amplia, vt in tantum valeat citatio tempore feriarum, vt non comparens possit excommunicari, & excommunicatio non sit nulla, licet si comparuisset, potuisset euitare iudicium. Feder. dicto consil. 11. in princip. & in sua responsione, & in cons. Abbatis ibi in fin. inserto.

Con-

Digitized by Google

Vide. Citatio indiscreta est nulla ad locum non tutum dicitur ex multis. Conclus. 236. maximenum. 19. & seq. vbi habes alias extensiones.

Citatio contra exemptum quando afficiat, vel non. Concl. CCXLIV.

1 EXEMPTVS si citatur, puta Pratensis, qui habet priuilegium, ne possit conueniri, nisi in terra Prati si est contumax, quia non comparet ad allegandum priuilegium, & patitur pronunciari super contumacia perdit priuilegium declinandi forum in pœnam suæ contumaciæ. Angel. in l. eum qui, la 1. ff. de priuileg. credit. Aflict. decis. 133.

2 Declara, vt procedat quando exemptus potest expresse renunciare suo priuilegio, secus autem est si non posset, prout Clericus, quia tunc sicuti non potest renunciare expresse, ita nec tacite. Aflict. d. decis. 133.

Vide. Contumax quando perdat priuilegium declinatoriæ, & quæ perdat. Conclus. 1027.

Vide. Relatio Nuncij, vt valeat actus, quę requirat. Conclus. 122.

3 Amplia, quia citatus habens exequutiones, vel defensiones debet comparere, & illas allegare in termino, alias videtur eis renunciare. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & in c. cum personæ, de priuileg. in 6. l. si qui, & l. cines. C. de appellat. Castr. cons. 432. col. 1. libro 1.

4 Extende, quia habens saluum conductum, & non producens, nisi in fine litis, censetur illi renunciasse, & debet in expensis condemnari tanquam calumniosus.

Vide. Calumnia quid sit, & quid calumniator, & qua pœna puniatur. Conclus. 9.

5 Amplia, quia Episcopus, & iudex ordinarius si citat aliquem, qui habeat priuilegium exemptionis, quod non est notorium, neque in corpore iuris clausum, si illud non allegat, valet processus. c. cum persona, in fi. de priuil. in 6. Castren. consil. 432. Videtur didendum, in princ. lib. 1. vbi quod exceptiones, quæ tangunt iurisdictionem, debent ab initio opponi, alias valet processus.

6 Extende, quia priuilegium exemptionis perditur, si per decennium non fuit in vsu. Castr. d. cons. 432. in princi. lib. 1. vbi apostil. allegat Socin. cons. 163. Visa. lib. 2. ver. primo quia videtur.

7 Extende, quia perditur per actum contrarium. Castr. d. cons. 432. in prin. lib. 1. vbi apostill. in ver. actum.

8 Restringe, quia procedit ampliatio, quod valet processus mere, quia citatus non allegat priuilegium, quia requiritur exceptio quando non est exemptus ipso iure, secus si esset exemptus ipso iure, quia quandocunque constat de exceptione, non valet processus, ita declarat Castren. d. cons. 432. num. 6. lib. 1. vbi quod sufficit, quod qualitercunque sciat citans.

9 Declara, quia quando est dubium, an sit exemptus, vt quia forensis, vel exemptus est contumax valet processus factus in contumaciam, & idem est si comparet, & allegat priuilegium, sed illud non exhibet, quia valet processus, sed quandocunque exhibeatur, tunc erit nullus processus. Castren. d. cons. 432. n. 6. ver. præterea. lib. 1.

10 Amplia quando priuilegiatus citatur, & cõparet, neque opponit de suo priuilegio, quia si patitur procedi, & iudex ignorat priuilegium, & valet processus, nec admittitur exceptio priuilegij oppositа in fine post latam sententiam, Castr. d. cons. 432. ver. sed est tertius, lib. 1.

11 Restringe quando iudex sciuit priuilegium, & processit, quia sufficit scientia vndecunque proueniat, & non valet processus, Castren. d. cons. 432. nu. 3. lib. 1. vbi quod priuilegio censetur renunciare.

12 Restringe quando priuilegiatus non potest suo priuilegio fori renunciare, quia processus est nullus, ex quo sicut non potest expresse renunciare, ita nec etiam tacite. Castr. d. cons. 432. ver. si vero non potest. lib. 1.

Vide. Priuilegium non allegans quando illud perdat. Conclus. 753.

13 Limita quando iudex secularis citaret Clericum exemptum, quia non tenetur comparere, neque allegare priuilegium, sed citatio est ipso iure nulla, & non afficit citatum.

Vide. Citatio iudicis secularis contra clericum non valet, & quando secus. Conclus. 239.

14 Limita, quia si exemptus comparet citatus, & producit priuilegium suum, vel si illud allegat, & ostendit, si ordinarius procedit contra eum, processus est nullus, & condemnatio, seu sententia est nulla, tanquam lata a non competenti iudice. Castren. cons. 432. Videtur dicendum. num. 2. ver. videtur pro clariori. lib. 1. vbi extendit quod non potest dici illum consensisse, vel prorogasse, aut priuilegio renunciasse.

15 Extende, vt idem sit si non comparet quando priuilegium erat notorium. Castr. d. cons. 432. nu. 2. ver. interdum. lib. 1.

16 Extende, vt idem sit quando priuilegium non est notorium, sed citatus est exemptus ipso iure, quia non tenetur comparere, neque priuilegium allegare. Castren. d. cons. 432. in fin. col. 1. sub num. 2. ver. si vero non erat. lib. 1. & num. 6. vbi ita tollit contraria.

17 Restringe quando priuilegium non est notorium, neque facit exempeum ipso iure, sed ope exceptionis, prout in scholari, qui habet plures iudices, & potest per exceptionem ab vno se tueri, vel in ambasciatore, & legato, qui habent ius reuocandi domum si excipiunt, ideo si isti non excipiunt de suo priuilegio, valet processus. Castren. d. cons. 432. col. 2. in principio. ver. aut non erat exemptus. lib. 1.

Citatio in criminalibus quando est nulla, & annullat omnia acta, & quomodo sit valida. Conclusio. CCXLV.

1 CITATIO vbi est valida, nec contumacia inducitur, nec bannum, nec condemnatio valet, & potest condemnatus dicere de nullitate, * etiam in sententia Principis, secundum * communem

non Farinac.quæſt. 11.num.37.ver.& inter alios.

2 Et vbi notorie eſt inualida,licet notorium probari non debeat , debet tamen allegari , communem* dicit Farinac.d.quęſt.11.num. 37.ver.& prædicta.

3 Primo debet eſſe trina citatio,& vna pro omnibus non ſufficit, communem * dicit Farinac. d.q. 12.num.39.licet etiam de communi contraria atteſtetur, & dicat ſeruari conſuetudinem , ſed Romæ poſt monitorium nedum tres fiunt citationes, ſed etiam quarta ex abundanti ad comparendum & allegandum cauſas quare non debeat condemnari in pęnas contentas in monitorio. Bar.conſil. 238.Catherina,in fi.lib.1.

Vide. Citatio vna quando ſufficiat, vel plures requirantur.Concluſ.247.

4 Secundo citationes debent fieri domi habitationis, & ad valuas, dimiſſa copia , quia vt teneatur perſonaliter comparere , debet copia dimitti.Farinac.d.q.11.num.39.ver.ſecundo.

5 Tertio debet continere inſertionem inquiſitionis,ſeu cauſas expreſſas,& ita ſeruatur de conſuetudine , licet Peruſij , & in aliquibus alijs locis contrarium ſeruetur.Farinac.dicta quæſt. 11.n.4. ver.tertio.

6 Quarto debent fieri domi ſolitæ habitationis de conſuetudine etiam nulla facta diligentia de reperiendo perſonaliter , licet ſecus ſit de iure communi,quia diligentia requiritur.Farinac.d.q. 11.num.4.ver.quarto.

7 Reſtringe prædicta in vagabundo, quia ſufficit citatio ad valuas dimiſſa copia.Farinac. d.q. 11. num.42.ver.vagabundus.

8 Reſtringe in forenſe,qui debet citari per litteras iudicis delicti ad iudicem originis , vel domicilij de iure communi , ſed de ſtylo Romæ citatur ad valuas dimiſſa copia citationis,vel monitorij. Farina.d.q.11.n.43.& 44.vbi ponit praxim monitorij,& quatuor citationum, licet dicat contrariũ ſeruari extra vrbem, quia primo ponitur in banno contumax,poſtea vero condemnatur.

Citatio nulla , & inualida quando , & ex quibus conualidetur . Concluſio. CCXLVI.

1 CITATVS nulliter ſi compareat , citatio conualidatur. Iaſ.in l.qui Romæ.n.14. ff.ad ver.oblig.quia comparitio ſpontanea conualidat. Iaſ. in l.1.num.2.ff.de ferijs: vbi Bal. & Alex.& in l.1.ff.de in ius vocan.Felin.in c.ſtatutum,de offi. deleg.col.2.& latius in c.illud.col.4.ver. quarta declaratio,de præſcrip.

2 Contrarium videtur velle Cuman. quod citatio nulla non conualeſcat , licet citatus compareat,ſed male conſ.166.Simon.in princ.

3 Declara, quia ſiue conoalidetur, ſiue non, ſatis eſt , quod non poteſt opponere de nullitate citationis.Iaſ.d.l.qui Romæ.nu.14.ff.de verb.oblig.& in rubr.C.de in ius vocan.

4 Declara, quia ſi ex forma ſtatuti citatio neceſſario deberet fieri , & eſſet omiſſa , vel facta nulliter , tunc non conualidatur , & proceſſus eſſet nullus , forma non ſeruata . Iaſon. in l. 1. ff.de in ius vocand. ad fin.verſ.ſecundo limita.

Vide. Citatio quid continere debeat,& quando ualeat,uel non,ratione formæ citationis.Concluſ.231.

5 Declarat Soci.in reg.10.Citans aliquem,ut non ſubditus iuriſdictioni citantis non tenetur comparere,& citatio eſt nulla , fallit niſi compareat, & litem conteſtetur,& alijs modis, de quibus per eum.

6 Extende in minore , uel impubere nulliter citato , puta ad comparendum , quia ſi comparet eius tutor , uel curator conualidatur citatio . Alexander in l.contra pupillum. num.9. ff. de re iudic.

7 Extende, quia ſanaretur citatio nulla uti facta tempore feriarum in honorem Dei,quando citatus ſimpliciter compareret , & non opponeret de nullitate. Marſil. in l.de unoquoque, nu.43.ff. de re iudic.

8 Extende,quia conualidatur citatio nulla, & nulliter facta , puta ad domum,in qua iam pluribus annis elapſis citatus non habitat quando citatus comparet . Roman. conſilio 410. column. 2. Gomez.in reg.de annali,quæſt.45.circa fin.ubi Mandoſ.q.14.Boer.deciſ.235.col.penul.Vant.tract.de nullit.tit.quib.mod.ſent.nulla.num.22.Socin.in tract.de citatio.art.3.num.23. ubi refert ita pluries iudicatum fuiſſe.

9 Reſtringe, quia nulliter citatus puta die feriato in honorem Dei, uel alias nulliter,ſi comparet ad allegandam nullitatem ſententiæ , & opponat de nullitate,non ſanatur citatio, imo omnia acta vigore dictæ citationis nullæ,erunt nulla, facta oppoſitione . Alexand. conſil. 188. in fine. lib. 2. Caſtrenſ. in l. 1. in fine,de ferijs : vbi dicit mentì tenendum , & ibi Alexander. Speculat. quoque titulo de citation. §. 1. verſicul. item excipitur.

10 Amplia, quia etiam,quod citatio contra pupillum, vel infantem ſit nulla,ſi tamen citetur ad legitime comparendum, & compareat illius tutor, conualidatur citatio. Alex. in l.contra pupillum. ff. de re iudic.vbi etiam Caſtr.

11 Reſtringe quando tutori fuit decreta adminiſtratio , qui omnia ſolemnia requiſita impleuit, alias eius comparitio non conualidat citationem nullam.Afflict.deciſ.256.num.3.per l.elegan ter.§.ſi ſeruus.ff.de dolo.

12 Amplia, quia etiam ſi citatio ſit nulla , conualidatur ſi ad notitiam citati deuenerit quando legitime non erat facta . Roman. conſil. 410. numero 10. vbi apoſtilla in verb. emanans plene Boer. deciſione 235.column.penul.verſic.& ſignanter.

Vide . Citatio nulla ex quibus conualidetur. Concluſ. 246.

13 Amplia, quia citatio facta , licet non appareat per quem nuncium ſit facta , ſi tamen conſtat de citatione valet, quia leuis ſolemnitas eſt. Roman. conſil. 246. Clariſſime,in fin. verſic. tertio obijcitur : vbi apoſtilla, in ver. nuncio, dat concordan.

14 Amplia,quia ſi citatio eſt nulla, vt quia eſt errato in modo citandi,vel forma nõ eſt ſeruata deuenit ad notitiam citati,illum arctat.Ro. conſ.410. Vt clarior reddatur.n.2.ſequitur apoſtil.ad conſ. 12.Caſtrenſ.lib.1.& vide plenius apoſtil.ad conſ. Roma.in ver.emanans.

Declara,

15 Declara, quia procedit quando citatio fit solum ad inducendam scientiam. Alex. consil. 123. libro 2.

16 Restringe, quando actor, qui citare fecit non comparuit, quia circumducitur. Petr. de Anchar. cons. 97. In quæstione, quæ vertitur. num. 5. ver. in contrarium, iuncto fine, quia nullitas non sanatur.

Citatio vna quando sufficiat, vel plures requirantur. Concluſ. CCXLVII.

1 TRINA citatio, vel peremptorium requiritur, vbicunque deuenitur ad sententiam diffinitiuam. Castr. cons. 369. Iste processus. nu. 2. lib. 1. alias sententia est nulla.

2 Extende, vt idem sit, quando fuit data missio in possessionem in contumaciam. Castr. cons. 369. nu. 2. lib. 1. qui loquitur etiam si missio sit in fauorem Ecclesiæ.

3 Extende, quia illa verba, quod veniat ad videndum iudicem processurum, & alias facturum, prout fuerit rationis, quia non habent talia verba vim peremptorij. Castrens. d. consil. 369. nu. 2. lib. 1.

4 Amplia, quia vt quis constituatur vere contumax requiruntur tres citationes, vel peremptorium.

Vide incert. authorem post regulas Socin. reg. 5. Citatio ter debet fieri, vbi duobus casibus fallit.

5 Amplia, quia omnes citationes, quæ fiunt ante litem contestatam, & ad sententiam, sunt peremptoriæ, ideo debent esse trinæ, vel cum verbo peremptorie; illæ vero, quæ fiunt medio tempore inter litem contestatam, & sententiam, prout ad dicendum contra, iurare videndum testes, & similes, sunt de se peremptoriæ, vt vna sufficiat. Bart. in extrauag. ad reprimendum. 2. in ver. super dicto crimine, in fin plene Marsil. singul. 130. nota quod peremptoria citatio.

6 Amplia, quia trina citatio requiritur, & non sufficit peremptorium vnicum quando agitur depriuando non residente, quia tribus citationibus citari debet in Ecclesia, & postea expectatur per sex menses. Abb. cons. 67. Condescendendo. col. 2. ver. item si nescitur. lib. 1.

7 Citationes plures requiruntur contra reum in causa criminali, & non sufficit vna. l. absentem. ff. de pœnis, ibi sæpius moniti, quod intellige, vt declarat Iul. Clar. in §. fin. quæst. 31. num. 22. ver. quæro modo, vbi dicit, quod ille text. non loquitur de peremptoria citatione, quæ debet esse trina de iure communi, sed loquitur de expeditione causæ, vt in tota causa plures citationes requirantur, videlicet vltra primam, etiam debeat citari ad informandum, & faciendum suas defensiones, & ad sententiam.

8 Quo vero ad peremptorium an trina citatio requiratur ad sententiam in criminalibus, an vero sufficiat, vna, dic quod vna sufficit, secundum * communem, de qua Iul. Clar. d. quæst. 31. num. 22. vbi licet etiam contraria opinio sit communis, tamen dicit hanc muniri generali consuetudine.

9 Contrarium seruari in Vrbe Romæ quod imo tres requirantur, attestatur Farinac. in suo tract. crimin. quæst. 11. num. 39.

Vide plenius. Peremptorium debet continere tres citationes, & quando sufficiat vnica. Concluſ. 279.

Vide. Terminus peremptorius quid operetur. Concluſ. 55.

10 Limita, quia vna citatio sufficit, & ista est regula, quam ponit Socin. in reg. 12. Citatio vnica regulariter sufficit, & limitat quatuor modis, & sunt casus speciales.

Citatio personalis quando fieri debeat ex necessitate, vt sit valida. Concluſio. CCXLVIII.

1 CITATIO personalis debet fieri, vbicunque agitur contra certam personam, vt procedatur contra eum ad actum præiudicialem, per quem sibi aufertur id, quod habet, quia si scitur, vbi sit, debet de iure personaliter citari, alias si nescitur, sufficit citare ad domum. Calderin. consil. 135. An si præsumatur, quod est 3. de dilatio. in princ.

2 Intellige de iure communi, quia citatio ad domum non valet, nisi quando non potuit personaliter citari, secus stante statuto, quod personaliter, vel domi possit citari. Fulgos. cons. 76. Factum super quo, in princ.

3 Et vbi citatio ad domum admittitur, intelligitur de domo, in qua habitet familia citati, alias si domus non potest habitari, quia ruinata sit, non valet citatio. Cuman. cons. 166. in princ.

4 Amplia, quia regula est, quod is, qui nunquam fuit in iudicio, debet citari personaliter in ijs, quæ sunt grauis præiudicij, alias citatio est nulla non facta diligentia, de quo articulo dicas plene, vt per Marsil. sing. 132. vbi plena apostill. declarat plenissime.

5 Extende, quia citatio semper debet fieri personaliter in principio iudicij, in tantum, quod citatio ad domum non valet, nisi facta diligentia de reperiendo citando, qui non fuit repertus personaliter, communem * dicit Abb. cons. 43. Ex omnibus. col. 2. ver. secundo moneor, & cons. 84. Arbitror. col. 2. in princ. lib. 2.

Vide plenius. Citatio ad domum quando sufficiat, vel non. Concluſ. prox. seq.

6 Limita quatuor modis, de quibus Socin. in reg. 14. Citandus personaliter: primo si non patitur se citari personaliter: secundo in causa celeri: tertio si semel fuit in iudicio: quarto si statutum disponat contrarium.

7 Limita, quando ageretur contra eum, qui non habet ius in re, vt in præsentato ad beneficium, quia si alius præsentetur, posteum, poterit primo loco præsentatus absens citari ad Ecclesiam, de qua agitur, assignata competenti dilatione, nec requiritur personalis citatio, quia non habet ius in re. Calder. cons. 135. alias 3. de dilatio.

Vide. Citatio ad beneficium, vel Ecclesiam quando sufficiat. Concluſ. 250.

Citatio

Citatio ad domum quando sufficiat vel non. Conclusio. CCXLIX.

1 REGVLA est, quod citatio ad domum non valet de iure communi, nisi quando citandus personaliter non est repertus, ideo debet mentio fieri per nuncium, vt valeat. Fulgos. cons. 76. Factum super quo, in princ. vide pleniſſime Mathesil. singul. 132. nota quod citatio, vbi plena apostilla distinguit.

2 Et quod citatio de iure communi non possit fieri ad domum, nisi in subsidium, & quando fuit facta inquisitio de reperiendo personaliter, * communem * dicit Abbas consil. 84. Arbitror. colum. 2. in princ. lib. 2. plenius Abbas cons. 43. Ex omnibus. columna. 2. vers. secundo mouetur. libro 2. Roman. consil. 454. In re præsenti. nu. 4. & 5. vbi, quod tunc fit quando abest à Ciuitate, & districtu. Alex. cons. 107. Perspectis. nu. 7. & 8. ver. nec obstat si dicatur. lib. 5.

3 Imo plus dicit Roman. d. cons. 454. num. 4. quod si constat quod citandus habeat procuratorem, debet prius fieri diligentia de reperiendo principalem, & procuratorem, & quod facta hac diligentia si non reperiuntur, quod tunc sufficit prima citatio ad domum, alias non, & quod de hac diligentia debet constare, quia non præsumitur, * vbi dicit * communem esse, & ibi apostill. in ver. conclusio, dat concord.

4 Contrarium, quod non debeat constare de diligentia. apostill. ad Roman. d. consil. 454. num. 4. in ver. nec præsumitur, citat pro vtraque opinione, * & dicit * communiorem esse, quod non præsumitur facta diligentia, nisi probetur.

5 Extende, vt procedat, etiam si extet decretum iudicis de citando personaliter, vel ad domum, quia intelligitur secundum ius commune, vt fiat diligentia de citando personaliter, & si non reperitur, citetur ad domum, Abb. d. cons. 84. col. 2. in princ. lib. 2. Mathesil. singul. 84. vbi plena apostill. pro vtraque parte citans concor. in casu statuti. Alex. cons. 2. Consideratis, in princ. lib. 3. vbi loquitur in decreto potestatis Regij de citando personaliter, vel ad domum, quia intelligitur secundum ius commune, vt supra, vbi apostill. in ver. iuris, dat concord. & repetit cons. 219. Ponderatis. num. 6. in fin. & nu. 7. ver. non obstat modo, vbi * dicit magis * communem. lib. 6.

6 Et idem est si decretum iudicis esset simplex de citando, quia intelligitur si personaliter haberi poterit, sin minus ad domum. Alexan. cons. 219. nu. 6. ver. non obstat modo. lib. 6.

7 Extende in tantum, quod in relatione debet nuncius facere mentionem, quod fecit diligẽtiam de citando personaliter, & quod non potuit reperire, alias non valeret citatio simpliciter facta ad domum. Abb. d. cons. 84. col. 2. in princip. lib. 2. Alex. cons. 137. In causa, & lite. num. 12. ver. præterea in citatione. lib. 2.

8 Declara, quia non sufficeret, quod nuncius diceret citasse ad domum, & omnia fecit iuxta formam iuris, & statutorum, quia sibi non creditur, nec pro eo præsumitur, sicut pro iudice, quia nuncius est vilis persona. Abb. d. cons. 84. col. 2. in princ. lib. 2. & Rom. d. cons. 454. n. 4. idem videtur velle, dum dicit, quod debet constare de diligentia reperiendi, quia non præsumitur, & apostil. ibi * in ver. nec præsumitur, dicit magis * communem.

9 Imo, si diceret se citasse ad domum, prout habuit in mandatis superioris, & alia fecisse, ad quæ tenebatur, vigore commissionis sibi factæ, quia non valet talis relatio incerta, neq; pro ea præsumitur, quia oportet illam esse claram, quia de nuncio iudicamus, sicut de teste, vt dubia probatio interpretetur contra probantem. Alexan. cons. 2. Consideratis. num. 3. & seq. lib. 3. vbi quod. num. 3. quod sicuti testis in ijs, quæ sunt iuris sibi non creditur, nisi reddat rationem dicti sui, talem, quod appareat ipsum habuisse notitiam dicti sui, ita etiam in nuncio.

10 Extende, quia imo in hac materia non dicitur abesse is, qui est extra Ciuitatẽ, & in Comitatu, quia, vt possit citari ad domum, necesse est, quod absit à Ciuitate, & Comitatu, & licet non teneatur nuncius diligentiam facere per totum Comitatum, debet tamen perquirere in domo, vbi sit, & moratur, vt possit inueniri, & si sui dixerint neſcire, sufficit, vt possit citari ad domum dimissa citatione. Rom. d. cons. 454. nu. 5. & seq. vbi plenissima apostil. in ver. à Ciuitate abest.

11 Extende, quia nunquam valet citatio ad domum facta, nisi in casibus à iure expressis. Zabarel. cons. 113. num. 2.

12 Extende, quia citatio ad domum non valet, quando constat notorie, quod citatus erat absens, & non potuit habere notitiam citationis, vt veniret in termino. Zabar. d. cons. 113. nu. 2.

13 Restringe quoad effectum intimationis, de qua in elemen. causam, de electio. quia sufficit, quod sit facta ad domum, in qua communiter consueuit habitare. Io. de Imol. d. cons. 105. in princip. ver. non obstat.

14 Restringe quoad alias citationes, quæ fiunt post litem contestatam, quia ad domum fieri possunt. Rom. d. cons. 454. num. 4. vbi apostill. in ver. sufficit, dat concord.

15 Restringe, quando extaret statutum, (prout Senis) quod citatio fiat personaliter, vel ad domum, quia, vt aliquid operetur sufficit ad domum citare. Fulgos. d. cons. 76. in princ. ver. in oppositum, & ita Iul. Clar. in §. fin. quæst. 31. num. 15. ver. dictum est.

Vide. Statutum circa citationes. Concluſ. 484.

16 Contrarium Mathesil. singul. 84. vbi apostill. allegat pro vtraque parte, & hanc partem tuetur. Abb. cons. 84. col. 2. in princ. lib. 2. quia debet intelligi secundum ius commune.

17 Restringe, quando decretum iudicis esset præcisum, & clarum, quod citet personaliter, si potest, alias facta diligentia citet ad domum, quia si dixit nuncius se citasse, prout habuit in mandatis, præsumitur ad domum, si citatus non comparuit, vt potius præsumatur citatus in culpa, quam in dolo, & tunc non deponit in ijs, quæ sunt iuris, sed facti, quod decretum iudicis est certum. Alex. d. cons. 2. num. 7. & seq. ver. & per hoc apparet non obstare. lib. 1.

18 Contrarium tenet Alex. cons. 137. In causa, & lite. nu. 12. & 13. ver. præterea. lib. 2. vbi, quod licet commissio esset certa, quod citaret personaliter si posset, & si inquirendo non poterit inuenire personaliter, citet ad domum, & nuncius refert citasse,

esse,& alia feciſſe, quæ habuit in mandatis citatio non valet,quia eſt ambigua, & non reddit citatos contumaces.

19 Declarat Alex.conſ.219.Ponderatis.n.8.& ſeq. ver. & ſimiliter præſuppono.li.6.quia ſi iudex mãdauit aliquem citari perſonaliter, ſi haberi poterit,& nũcius referat ſe citaſſe talem, prout habuit in mandatis, licet non exprimat, an perſonaliter, vel ad domum,valebit tamen,& preſumitur citatus ad domum, quia minus præiudicialis eſt, ex quo non reddit citatum verum contumacem, ſed fictum,allegat Bald.in l. properandum, in §. & ſi quidem.col.3.C.de iud.Anchar.& Zabar.in clem. 1.de dolo,& contu.Contraria autem opinio Bart. in l. 4. §. prætor. ff.de damno infecto,quæ dicit, quod lex præſumit magis pro cõmiſſione iudicis ambigua facta,quã pro relatione nuncij,procedit quia ſi ipſe nuncius refert ſe citaſſe perſonaliter, vel domi,prout commiſit iudex,citatio non valeret,ſecus ſi dicat ſe citaſſe,prout habuit in mandatis,quia præſumitur feciſſe diligentiam, & citaſſe ad domum,quia non potuit perſonaliter inuenire.

20 Et declaratio procedit etiam in citatione vniuerſitatis,vel collegij,quia ſi mãdatur citari perſonaliter,ſi fieri poterit, alias ad valuas Eccleſiæ, vel ad locum, vbi congregari ſolet, quia ſi citantur perſonaliter, prout quando ſunt congregati procedit citatio, ſi vero non ſe congregant, poſſunt citari ad valuas loci, in quo ſolent congregari, vel ad valuas Eccleſiç, & dicuntur citati ad domum. Alex.d.conſ.219.nu.10.ver.modo in propoſito.lib.6.

21 Vide Soc.in reg.2.Abſens regulariter,vbi,quod in ijs,quç ſunt grauis præiudicij,non valet citatio facta ad domum, quod limitat tribus modis, vt ibi per eum,& apoſtill.in ver.ad domum.

22 Amplia,quia in dubio citatio præſumitur facta ad domum,& ſic poteſt ignorari. Alex. conſ.219. libro 6.

23 Amplia,quia citatio facta ad domicilium proprium,vel paternum originis contra eum, qui alibi domicilium ſibi conſtituit, non valet, niſi ibidem reperiatur. Bart. in l. aſſumptio, in princ. ff. ad municip.

24 Amplia in criminalibus, quia citatio facta ad domum non valet, puta ad videndum ſe excommunicari,ita Innoc.in c.fin.poſt num.3. de eo,qui mittitur in poſſeſſ.

25 Extende in eo, qui debet bandiri pro delicto, quia non valet citatio facta ad domum, quæ induc* it fictam contumaciam ſolum, communem * dicit Roland.à Vall.conſ.49.nu.18.lib.2.

26 Contrarium,quod imo citatio ad domum contra delinquentem ſufficiat,vt contra eũ tanquam contumacem poſſit procedi,& poni in banno. latiſſime Iul.Clar.in praxi crim.§.fi.q.35. num.15. ver. dictum eſt de forma, vbi recitatis opin. dicit hanc eſſe * communem opinionem,& quod ita ſeruatur in practica,quicquid ſit de iure communi, dummodo ſit domus habitationis.

27 Declara,quia opinio contraria, quod ſufficiat ad domum citare, maxime quando citandus latitat, vt quia facta diligentia de reperiendo illum per ciuitatẽ prius non fuit repertus,tunc ſine dubio citatio ad domũ eſt legitima.Iul.Clar.d.q.31. n.15.& ſeq.maxime n.17.licet ibi dicat nõ ſeruari de conſuetudine,q̃ perquiratur prius,ſed benevult. num.18. quod copia citationis domi relinquatur.

28 Declara, quia citatio ad domum contra eum, qui nunquam fuit citatus,neque interuenit in iudicio,non valet,quia prima citatio debet eſſe perſonalis in cauſis ciuilibus, & criminalibus,quando agitur,vel de pœna ſpirituali,prout excommunicatio,vel de temporali, prout in criminali, vel de magno præiudicio,prout de examine teſtiũ, & alijs præiudicialibus,niſi citandus latitaret,vel eſſet in dolo, quia facta diligentia valeret citatio ad domum,vt per Matheſil. ſingul.132.nota quod citatio, vbi plena apoſtill.dat concord.

29 Declara,quia æquiparatur cauſa criminalis, & ciuilis in hoc,quia in caſibus in quibus citatio ad domum arctat citatum in ciuilibus, idem eſt in criminalibus, videlicet facta diligentia, & non poteſt reperiri.Alex.conſ.120. Viſo proceſſu, in fin.lib.7.vbi apoſtill.in ver.ſicut,dat concord.

Vide. Criminalis cauſa differt à ciuili in multis, & quando ſecus. Concluſ. 1086.

30 Limita, quia citatio ad domũ ſufficit vbicunq; perſona certa,quæ debet citari abeſt,& ignoratur vbi ſit.Calder.conſ.135.in princ.alias 3.de dilati. allegat Innoc.in c.fin.de eo,qui mit.in poſſ. & duplicatur conſ.439.alias 22.de iurepatro.

31 Requiritur tamen,quod in relatione citationis factæ ad domum nuncius ſpecifice addat ſe citaſſe ad domũ ſolitæ habitationis, quia non ſufficeret, ſi diceret ad domũ.Alex.conſ.2.nu.8. ver.alia ratione. vol.3.vbi qualiter ſit facienda relatio.

Vide. Incerta quando dicatur, & quando valeat. Concluſ.232.

32 Et ſubſtinetur citatio facta per nuncium referentem ad domum ſolitæ habitationis etiam ſi nuncius ignoraret, an tempore citationis ibi habitet.Fulgoſ.conſ.76.num.2.

33 Contrarium Bar.in l.4. §.prætor ait.ff.de damno infecto, vbi, quod citatio facienda ad domum debet fieri ad domum vbi habitat citatus.Corne. conſ.57.lib.3.& vide Zabarel. conſ.10. per totum, maxime num. 5. vbi, quod non valet citatio, ſi probat ibi non habitare.

34 Declara,quia ſubſtineretur citatio facta ad domum ſolitæ habitationis, quando alias appellatio tranſiret deſerta, quia ſemper pronunciatur pro non deſertione.Caſtr.in l.1.ff.ſi quis cautio.

35 Et quod ſubſtineatur indiſtincte citatio facta ad domum ſolitæ habitationis citati, etiam ſi citatus exiuerit,& iuerit extra dominium.Ruin.conſ. 66.nu.6.lib.1.tradunt Doctores in cap.cauſam, de dolo,& contum.& in l.dies cautioni. §.prætor ait.ff.de damno infecto.

36 Declara,vt per Zabarel. conſ. 10. per totum, maxime nu.5. quia ſi citatus probaret, quod tempore citationis non habitabat in domo illa, non valet citatio.

37 Limita, quia citatio ad domum vltimæ habitationis defuncti ſufficit contra hæredes incertos, ita quod dicuntur ficti contumaces, & valet tenuta bonorum data ob contumaciam, quam non recuperant, niſi refectis expenſis. Calderin. conſ. 146. alias vnic. de dolo, qui loquitur in hęredibus vſurarij.

38 Extende,quia ſi emptor,cui eſt euicta res vendita per defunctum, vult denunciare euictionem, vel litem hęredibus,& ignorat nomina hęredum, ſufficit quod ad domum defuncti faciat intimationem.Bald.conſ.447.Certum eſt,circa fin. verſ. prętereа poſito.lib.2.

39 Declara, quia quod dicitur citationem ſufficere ad domum, procedit ſiue fiat in voce, ſiue in ſcriptis, ſed tamen melius eſt ſi fiat in ſcriptis. Bald. conſ. 186. Punctus, primo quæritur. nu. 3. ver. venio ad citationes. lib. 5.

40 Declara, quia quod dicitur citationem ſufficere ad domum, intelligitur de domo, in qua extent illi de familia, qui referre poſſint, alias ſi domus eſt deuaſtata, & ibi citatus non habiter, neque aliquis de familia ſua, non valet citatio. Cuman. conſ. 166. Simon, & Helias, in princ.

41 Extende, quia ſufficit citatio ad domum defuncti, quando citatur hæres etiam certus pro re hæreditaria, vel legato, quia poteſt citari ad domum propriam hæredis, vbi habitat, & ad domum defuncti, quando extat ſtatutum, quod citetur perſonaliter, vel domi. Fulgoſ. conſ. 76. in fin.

Vide. Citatio perſonalis quando fieri debeat. Concluſ. proxima præced.

42 Domus autem habitationis intelligitur, in qua citatus tempore citationis habet larem, & maiorem partem mobilium. Fulgoſ. dicto conſil. 76. num. 2.

43 Et ideo ſi citetur in domo, in qua tempore citationis non habitat citatus, citatio non valet. Zabarell. conſ. 113. nu. 2. Io. de Imol. conſ. 105. In cauſa quæ vertitur, & quod domus intelligatur ea, in qua citatus habitat de tempore citationis. Rom. conſ. 454. num. 7. in fin. vbi apoſtilla in ver. moratur, dicit * communem.

44 Idem eſt, ſi quis habet duas domos, in quibus æqualiter habitat. Fulgoſ. d. conſ. 76. nu. 3. ver. & ſi duas, quia ſufficit.

45 Domus intelligitur multis modis, ſed in hac materia citationis intelligitur de ea, in qua citatus ſe, & res ſuas tempore citationis reduxit. l. 1. §. domum. ff. de liber. agnoſcen. Rom. d. conſil. 454. nu. 8. vbi apoſtill. citat Tiraquel. de vtroque retract. tit. 1. §. 9. gloſ. 2. nu. 27.

46 Idem eſt ſi quis habet domum, in qua dimiſit filium, quia licet ibi citatus non habiter, tamen dicitur domus, ad quam valet citatio. Fulgoſ. d. conſ. 76. per totum.

47 Idem eſt, quando hæres citatus eſt ad domum defuncti in qua nunquam habitauit, quia debet citari ad domum in qua habitat. Abb. conſ. 43. Ex omnibus. col. 2. ver. ſecundo moneor. lib. 2.

48 Reſtringe, quia ſi dubitatur de validitate citationis ad domum factæ, & eſt lata ſententia, in dubio pro validitate præſumitur ſi poteſt ſubſtineri aliquo modo. Fulgoſ. conſ. 76. in fin.

Citatio ad beneficium, & Eccleſiam de qua agitur, quando ſufficiat. Concluſio. CCL.

1 CITATIO contra certam perſonam ſufficit, ſi fiat ad Eccleſiam de qua agitur, quando citandus eſt abſens, etiam ſi ſciatur, vbi moretur, ſi modo ageretur ſolum de iure ad rem, veluti ſi ageretur contra præſentatum primo loco à patronis, quia ſi alius præſentetur, ſufficit citatio contra primum præſentatum abſentem ad Eccleſiam ad quam fit præſentatio cum dilationis aſſignatione competentis. Calder. conſ. 135. alias 3. de dilatio. quod eſt Gaſparis, & duplicatur per Io. Calder. conſ. 434. alias 22. de iurepatr.

2 Amplia, quia vbicunque agitur reſpectu, vel occaſione reſidentiæ, ſufficit citatio ad Eccleſiam, cuius occaſione tenetur citatus reſidere, ſi neſcitur vbi ſit citatus. Gemin. conſ. 145. in fin. verſ. non obſtat.

3 Limita, quia citatio ad Eccleſiam non ſufficit, nec arctat abſentem, quando non agitur occaſione reſidentiæ, ſeu Eccleſiæ, quia tunc abſens debet legitime citari, alias ſententia contra talem ſic citatum eſt nulla, maxime quando abſentia fuit allegata. Gemin. conſ. 145. per totum, maxime in fin. qui loquitur in cauſa criminali.

4 Contrarium, quod imo citatio ad Eccleſiam parochialem in qua eſt domus citandi, ſufficiat, & arctet citatum, quia hominibus, & non parietibus eſt facienda citatio, & Rota extendit clement. cauſam quæ. §. fin. de elect. ita Ægid. conſil. 12. circa fin. num. 22. & ſeq. ver. circa primam. vbi quod licet. d. clement. loquitur in intimatione, tamen habet locum etiam in citatione, niſi forte domus ſub parochia eſſet ab alia inhabitata.

5 Declara, quia non ſufficit citatio ad valuas Eccleſiæ, niſi etiam fiat ad domum habitationis ipſius rectoris, & beneficiati quantumcunque diſtet ab ipſa Eccleſia etiam ſi agatur de cauſa Eccleſiæ, vel intereſſe Eccleſiæ, ita Roman. conſ. 343. Quoad primum. num. 6. ver. eſt etiam nulla, vbi apoſtill. in ver. Eccleſiæ.

Citatio contra vniuerſitatem qualiter debeat fieri, vt ſit valida. Concluſio. CCLI.

1 CITATIO contra vniuerſitatem, vel capitulum vt valeat, debet fieri collegialiter, vel capitulariter, alias autem facta citatio ſingulariter contra omnes non eſt legitima. gloſ. in l. non poteſt dolo carere, in fin. ff. de regul. iur. Bald. conſ. 303. Pra ſuppoſito ſtatuto. num. 3. verſ. ſed vltrius. lib. 1.

2 Modus citandi eſt, quod requiratur ille, cui incumbit onus congregandi capitulum, & vniuerſitatem, vt conuocet capitulum, vel vniuerſitatem, & facta conuocatione nuncius præſentat litteras vni de maioribus, ſeu illi, qui conuocat, citatque vniuerſitatem eo modo, ita gloſ. in cap. ſi capitulo, de conceſſ. præb. lib. 6. & alij, quos citat Alex. conſ. 119. Ponderatis, in princ. lib. 6.

3 Et debet nuncius exprimere, cui præſentauerit litteras citatorias, ita quod non ſufficeret ſi diceret, quod citauit Archidiaconum, & Capitulum, & Canonicos, & litteras citatorias præſentauit, ita apoſtilla ad Alex. d. conſ. 119. in prin. in ver. præſentauit. lib. 6.

4 Contrarium, quod imo ſufficiat talis relatio, tenet ibi Alex. d. conſ. 119. Ponderatis. nu. 3. & ſeq. ver. tamen præmiſſis. li. 6. maxime nu. 7. & ſeq. per tot. maxime nu. 10. & ſeq. vbi dicit, quod citatio contra vniuerſitatẽ, vel capitulũ fiat perſonaliter, ſi cõmode fieri poterit, ſin autẽ ad valuas Eccleſiæ,

vel

vel loci, vbi congregari solent, si nuncius dicat se citasse ad valuas Ecclesiæ, & fecisse, prout habuit in mandatis, dicuntur citati ad domum facta diligentia de citando personaliter, ideo citatio est bona, maxime nu. 11. & seq.

9 Amplia, vt in tantum citatio contra singulares non sit legitima contra vniuersitatem, vt etiam si syndicus vniuersitatis compareat, nihilominus sententia lata non tenet, imo si esset lata absente communitate, esset ipso iure nulla. Bald. dicto consil. 203. num. 3. ver. sed vlterius. libro 1.

6 Limita, quia valet citatio contra vniuersitatem facta contra consules artis, vel vniuersitatis, vel contra prouisorem officij dictæ artis. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. citata, vbi, quod sicut valet citatio existentis ad fenestram, cuius caput solum videtur, ita citatio facta contra caput vniuersitatis valet. l. municipibus. ff. de cond. & demonstr.

7 Extende, quia quando citatur capitulum sufficit præsentare litteras maiori de capitulo. Archid. distinct. 16. cap. quod dicitis, sequitur Bald. in cap. 1. de milite vassallo, qui contum. Guidop. decis. 321.

8 Extende in communitate, quia sufficit, quod litteræ citatoriæ præsententur maioribus, & rectoribus vniuersitatis. glos. in cap. bone. il 1. in ver. singulares, de election. Castrens. consil. 99. num. 3. lib. 2.

9 Declara totam istam materiam hoc modo, & regulam facias, quia citatio contra vniuersitatem, vel collegium si fiat per edictum, sufficit, quod fiat de iure Ciuili in locis publicis. & de iure Canonico vltra loca publica, quod affigatur ad valuas Ecclesiæ maioris, & ibi dimittatur originale affixum, vt per Bald. in extrau. ad reprimendum, in ver. publice, in princ. iuncto ver. citatum, in princ. vbi apostill. in ver. citatum

10 Si vero citatio fiat per nuncium, vel epistolam, tunc nuncius, vel rector, cui litteras præsentabit, requiret eum qui habet conuocare vniuersitatem, collegium, vel capitulum, vt conuocet, & congreget more solito, quod si facere recusauerit, vel impediuerit, habetur, ac si facta esset legitime. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, in princ.

11 Extende, quia etiam sufficeret citatio Priorum, & eorum, qui præsunt vniuersitati, vel collegio. l. municipalibus. ff. de cond. & demonstr. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, ver. potest etiam dici, quod sicut vnum hominem, vbi, quod sicuti valet citatio tutoris pro pupillo, ita Rectorum pro collegio, & vniuersitate, pro quo vide Socin. tract. de citatio. in 20. art. quæst. 19. & 20.

12 Declara, quia tutius est, quod in citatione exprimatur, quod citentur Priores vniuersitatis, vel tutor pro pupillo, quia sicuti si mandetur citari pupillum, potest dubitari, an sufficiat citare tutorem, ita in citatione vniuersitatis, vel collegij. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, circa fin. ver. sed tu dices.

13 Extende, quia ad citandam vniuersitatem per nuncium, vel per litteras sufficit, quod nuncius per terram clamet, quod ipse ex parte talis iudicis citat talem vniuersitatem, vel collegium ad hoc, vel hoc, & erit sufficiens citatio per præconem. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, in fin.

Vide. Capitulariter quæ fieri debeant, & quæ à singulis. Concluf. 47.

Citatio contra impuberem, vel filiumfamilias quomodo fiat, vt sit valida. Concluf. CCLII.

1 CITATIO contra impuberem solum facta est ipso iure nulla. Lap. alleg. 116. nu. 2. vbi in hn. quod non tenetur impubes petere tutorem, sed debent citari agnati, & cognati, & pupillos simul ad petendum, & recipiendum tutorẽ ex mente Ioan. And. & Spec. tit. de 1. decret. §. restat, ver. quid si non reperiatur, post Iac. de Are. in l. 1. C. qui pet tuto. & qualiter sit citandus infans, vel impubes, habens, vel non, curatorem, & regula est, quod si debet citari infans, non debet citari, vt legitime compareat, quia esset nulla citatio, sed debet inquiri, an habeat tutorem, & si non habet, citantur agnati, & cognati, vt veniant ad defendendum, vt per Bald. in c. 1. de mili. vassal. qui contum. est, & Bart. in l. 1. § sufficit. ff. de admin. tut.

2 Extende in tantum esse verum, quod impubes solus non possit citari, sed cum eo debeant citari proximiores, ad petendam, & suscipiendam defensionem, & tutelam, vt si solus impubes citetur, non valeat citatio, secundum magis communem * opinionem, de qua Alex. in l. neque impubes. ff. de in ius vocan.

3 Declara, quia si pupillus habet tutorem, debet tutor personaliter citari, vt compareat ad suscipiendam defensionem pupilli, & si non habet tutorem, debẽt citari consanguinei, cognati, & affines ad idem, & in subsidium amici, vicini, & alij, qui verisimiliter ex necessitate, vel charitate sunt suscepturi defensionem, alias pupillus non potest dici contumax, neque defensus, neque contra eum potest dari missio, vel primum decretum, quia non est contumax. Roman. plene consi. 454. In re præsenti, in princip. ver. ijs tamen non refragantibus.

4 Imo etiam si citaretur tanquam maior, & in veritate sit infans, non valet citatio. Alex. in addi. ad Bart. in d. l. 1. §. sufficit ff. de admin. tuto. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & in l. 2. & in l. neque. ff. de in ius voc. Bal. in l. si quis fundum. C. sine censu, vel reliq. & in l. si minor. ff. de bon. auth. iudi. possid. vbi etiam glos. quam allegat Bald. in l. non eo minus. C. de procur.

5 Plus dicit Io. de Imol. in l. contra pupillum. ff. de re iudi. quod neque posset procedi vigore talis citationis ad primum decretum, & quod ita fuit iudicatum, licet contrarium velit Bart. d. l. 1. §. sufficit. ff. de admin. tutor. & in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel.

6 Et vbicunque citatio contra pupillum non est legitima, non potest procedi contra eum ad primum decretum. Roman. d. consi. 454. nu. 2. & seq. vbi apostill. dant concord.

7 Contrarium, quod sufficiat citare pupillum impuberem ad comparendum legitime, tenet Bart. in l. 1. §. sufficit. num. 2. ff. de adminifirat. tutor.

Digitized by Google

& ita seruat Rota, quod sufficiat, quando adest clausula ad comparendum legitime, alias videndum sibi dari curatorem. Crescent. decis. 182. libro 2.

8 Declara, quia si esset pupillus maior septennio posset citari, quod legitime compareat. Bart. in d.l.1.§.sufficit.ff.de admin.tuto. Bald. in l. donatarum. C.de acquir.poss.

9 Contra declarationem facit, quia neque pupillus, neque impubes potest esse in iudicio, l. 1. & 2.C.qui legit.perso. Alex. cons. 189.num.7.lib. 7. & consequenter non potest valide conueniri.Rom. cons. 110.col.2. Alex.in addit.ad Bart.in l.postulante. ff.ad Trebell.

10 Declara, quia citatio contra infantem,vel pupillum semper est nulla,si tamen compareret cum authoritate, & contensu tutoris, vel ipse tutor compareat, conualidaretur. Alex.in l.contra pupillum.ff.de re iudic.

Vide, Citatio nulla, & inualida quando, & ex quibus conualidetur.Concl.146.nu.6.& seq.

11 Declara, quia si minor impubes habet tutorem debet citari tutor, si vero non habet tutorem, tunc ipse impubes, & proximiores consanguinei, vel affines, vel in defectum istorum amici, qui verisimiliter defensionem acciperent debent citari, & requiri ad videndum deputari curatorem ad litem, & ad legitime comparendum. Roman. cons.414. In re præsenti, in princ.

12 Si vero impubes habens tutorem citetur, & detur curator ad litem, talis datio est nulla, & non valet etiam si iudex ignorasset eum habere tutorem, ideo sicuti iudicium cum falso procuratore est nullum, ita etiam factum cum isto curatore dato habenti tutorem. Abb.consil. 43. Ex omnibus. col.3.in princ. ver.non obstat quod iudex.lib.2.

13 Si vero citandus est pubes,non requiritur citatio consanguineorum,si non habet curatorem, sed sufficit citatio personalis, quia censetur citatus ad comparendum cum consanguineis,vel cum curatore, & sic legitime, maxime, quando agitur de modico præiudicio, prout est primum decretum. Abb.cons.29. In quæstione,in prin. ver.circa tertium,& col.3.in fin.ver.quoad tertium lib.2.

14 Si vero habet tutorem, sufficit citatio contra tutorem, ita communiter * practicari dicit Castrens. in l. 2. ff. de cond. furti. Ias. in l. 2. in fin. ff. de in ius vocan. Alexan. in l. contra pupillum, ff. de re iudi.

15 Et hoc vltimum procedit, siue sit infra, siue supra infantiam. Alex.d.l.contra pupillum. n.9. ff. de re iudi.vbi, quod imo conualidatur citatio, si esset citatus impubes,& tutor compareret,secus si nullus compareat, vel solus impubes.

16 Declara, vt per Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum, circa med. ver. potest etiam dici, vbi, quod quando citatio cantat in tutorem pro pupillo, res est clara, quando vero cantat in pupillum, an sufficiat citare tutorem, est dubium, ideo tutior via est, quod fiat in tutorem directio citationis.

17 In adulto vero sufficit citatio adulti ad legitime comparendum, vt possit procedi contra eum ad missionem in possessionem ex primo decreto, vel ad mulctam. Bartol. qui in hoc approbatur in dicta l. 1. §. sufficit. num. 2. ff. de administr. tutor.

18 Citatio contra filiumfamilias dicitur legitima, si fiat contra eum, & patrem eius, vti patrem, & legitimum administratorem.Bar.& alij in l. 1. C. de bonis mater.

19 Extende, vt procedat etiam si filius sit in tali ætate, qui non debuit, nec potuit citari, sed solus pater tanquam pater, & legitimus administrator, quia quod abundat non vitiat. glos. in §. multis, in ver.transitu. Instit.de libert. Dec.cons. 163,col.6.in princ. Alex. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.Socin.cons.99.& cons. 101. lib.4.

Vide omnino Soci.reg.13. Citatio amicorum, vbi.quod regula est, quod non citantur consanguinei, neque amici citati absentis, nisi in duobus casibus,videlicet quando proceditur contra minorem, item quando proceditur contra maiorem absentem, qui potest iuuari restitutione in integrum,quia aberat causa Reipublicæ.

Citatio pro interesse citati,vel si sua putauerit interesse, quid operetur. Concl. CCLIII.

1 CITATVS pro omni suo iure, & interesse, qui semper tacuit, & nunquam comparuit non potest postea in exequutione se opponere, & non admittitur ad impediendam exequutionē sententiæ.Grat.cons.16.nu.10.vol.2.Bellam. in c. veniens,il 2.de testib.Anchar.cons.333. Boer. decis. 79.n.3.plene Castr.in l.cum filius.in fin.principij. ff.de verb.oblig.vbi, quod fecit remanere confusum quendam magnum Aduocatum, qui non confiderauerat virtutem talis citationis.

Vide. Citatio generalis, & sub nomine appellatiuo contra hæredes,vel successores quando valeat,vel non.Conclus.140.num.21.

Vide. Sententia non præiudicat non citato, Conclus.176.

2 Si vero citatus pro suo interesse compareat,nō auditur, nisi doceat de suo interesse, sed si doceat summarie, auditur, & efficitur legitimus contradictor.l.3.§.sciendum,vbi Alber.ff.ad exhiben.Dec.ci.in l.fi.C.de edict. Diui Adriani.

Vide. Citatio quando faciat legitimum contradictorem. Conclus.245.

3 Sed si fuit admissus, efficitur legitimus contradictor,ac si fuisset simpliciter citatus, non tamen potest impugnare processum contra principalem nisi doceat de meliore iure, quam habeat actor etiam si citatus comparens possideat. Ang.Areti. cons.98. Iustissime,per totum.

4 Amplia, quia tertius possessor citatus pro suo iure,& interesse in iudicio contra debitorem, qui alienauit tertio possessori, non poterit postea opponere aliquid in exequutione contra eum,si creditor obtinet cum debitore.Castr. d. l.cum filius, in fi.princ. ff.de verb. oblig. vbi attestatur, quod ipse ita obtinuit, sequitur Deci. consil. 187. Pro tenui facultate, super secundo dubio. vers.sed ad ista,& cons.700.In causa Antonij,nu.4.

5 Amplia, quia valet citatio facta, vel intimatio contra Clericum, & Ecclesiasticam personam, quatenus sua putauerit interesse, quia si vult comparere tenetur coram iudice, coram quo causa ventilatur, licet non teneatur, si non vult comparere. Boer.decis.69.num.17.& sequen. Couarr. pract.

pract. quæst. cap. 8. num. 3. ver. rursus.

Vide. Citatio iudicis secularis contra Clericum non valet, & quando secus. Concl. 239.

Vide. Citatio quando faciat legitimum contradictorem. Concluſ. 263.

Vide. Iudex laicus nullam in Clericos habet iurisdictionem. Concluſ. 8.

Citatio ad totam cauſam in quibus arctet citatum. Concluſ. CCLIV.

1 CITATIO ad totam cauſam arctat citatum ad comparendum in omni actu iudiciali cauſæ, ita quod citato non comparente in aliquo, iudex cauſæ poſſit procedere contra eum ad omnes actus cauſæ, & in tota cauſa. c. 2. de dolo, & contu. lib. 6. Feder. de Sen. conſ. 171. in prin. vbi ſecus eſt, ſi ſemel comparuit citatus. Caſtr. conſ. 254. Videtur dicendum. ver. ſed quod plus eſt. lib. 2.

2 Imo poteſt etiam ferri ſententia, & illa citatio afficit citatum, qui nunquam comparuit, maxime, quando continebat comminationem, quod amplius non citaretur. Caſtr. conſ. 66. Dubia ſupradicta. num. 7. ver. ad ſextum. lib. 1. & conſ. 254. col. 2. in princ. lib. 2. & conſ. 81. In cauſa, quæ vertitur. ver. & ſi dicatur. col. 4. lib. 2.

3 Et quod talis citatio ſit legitima, tenet Innoc. in cap. auditis, de procur. & in c. conſuluit, de off. deleg. Archid. in cap. 2. de confeſſ. in 6. Feder. de Sen. conſ. 171. in prin. plene Caſtr. conſ. 66. col. 3. & 4. nu. 7. lib. 1. Declarat Alex. in l. qui ante Calen. ff. de verb. oblig. Caſtr. conſ. 254. col. 2. lib. 2.

4 Amplia, vt nedum arctet citatum ad totam cauſam in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis. Oldrad. conſ. 308. num. 3. ver. reſpondetur aliter.

5 Limita, quando cauſa eſſet ordinaria, quæ requireret litis conteſtationem, quia ex quo non poteſt procedi ad ſententiam contra citatum, niſi præſens litem conteſtetur, ideo non poteſt etiam condemnari vigore talis citationis, ſecus ſi cauſa eſſet ſummaria. Bald. conſ. 4. Quidam A. obtinuit. lib. 5. Caſtrenſ. d. conſ. 254. col. 2. ver. ſed quid plus. lib. 2.

6 Extende, vt procedat etiam ſi poſt citationem fuit obtenta commiſſio, quod procedat ſummarie, quia debet de nouo citari, quando cauſa non erat ſummaria à principio, ſecus ſi fuiſſet ſummaria à principio. Bald. d. conſil. 4. lib. 5. per totum.

7 Limita, quia talis citatio non arctat citatum, vt contra eum poſſit procedi, poſtquam ſemel in cauſa comparuit, quia poſt primam comparitionem amplius non eſt contumax, & debet ad ſequentes actus citari perſonaliter, alias non valeret proceſſus factus poſt comparitionem vigore citationis generalis. Feder. de Sen. conſ. 171. Caſus talis eſt quidam fuit, per totum, vbi eſt caſus conſilij. Soci. conſ. 195. Circa primum. num. 7. verſ. quinto quando quis. lib. 5. Feder. de Sen. conſ. 189. Ad petitionem actoris. Ancharan. in clement. 1. de foro compet. & in clem. ſæpe, de verb. ſign.

8 Declarat Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. num. 13. & ſequen. verſ. quid ſi in primo termino, vbi, quod ſi comparuit in primo termino, ſufficit poſtea quod citetur per præconem per ciuitatem, quia ſi eſt præſens, eſt bene citatus, ſi abſens eſt contumax, quia non debuit recedere, ideo poteſt contra eum ferri ſententia, & ualebit.

9 Limita, quia citatio ad ſententiam pro certa die, & deinde pro ſingulis diebus, & horis non valet, niſi pro prima die certa, pro alijs autem diebus non valet, quia nimis eſt onerosa de momento ad momentum. Bald. conſ. 268. Factum tale eſt ad inſtantiam, in princ. lib. 1.

10 Extende limtationes, quia citatio pro certa die & ſingulis diebus, & horis nedum circumducitur ſi citatus comparet, ſed etiam ſi in primo die citari faciens non comparet, vel neutra partiũ comparuit, quia licet plures ſint citationes, tamen prima circumducta ob contumaciam citantis non valet quoad alias citationes ſubſequentes. Bal. d. conſ. 268. n. 2. ver. quærirur ſi neutra. lib. 1.

Vide. Citatio pro ſingulis diebus, & horis quando valeat, & circumducatur. Concluſ. 233.

11 Limita, quia citatio iſta ad totã cauſam valet, ſi fiat contra abſentem in partibus longinquis, ſed ſi citatus eſſet parum diſtans non valeret, neque arctaret eũ, quin deberet citari ſucceſſiue ad alios actus. Caſtren. conſ. 81. In cauſa, quæ vertitur. col. 4. in princ. ver. & ſi dicatur. lib. 2. vbi allegat Ioan. Andr. in addit. ad Specul. at. vt ibi, & dicit rationem, quia hæc citatio permittitur quando eſſet nimis diſpendioſum, & laborioſum citare ad omnes actus.

12 Limita, quia per cõpromiſſum ſubſequutum poſt citationem ad certam diem, & deinde pro omnibus diebus ad ſententiam, dicitur circũducta taliter, quod finito compromiſſo debet noua citatio fieri, alias ſententia eſſet nulla ex defectu citationis. Bald. conſ. 268. in fin. ver. tertio quæritur. lib. 1.

Citatio per edictum per quos fieri poſsit, & quando operetur. Concluſio. CCLV.

1 DE iure ciuili quilibet iudex ordinarius citare poteſt per edictũ cauſa ſubſiſtente, itẽ etiam delegatus a Principe, non tamen alij iudices poſſunt, vt eſt text. in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, plene Felin. in cap. quoniam frequenter. §. porro. num. 13. & ſeq. vt lite non conteſta.

2 De iure Canonico nullus poteſt ſine commiſſione Principis citare per edictum, & de cõmiſſione Principis requiritur cauſa, vel quod citandi procurent, ne ad eos citatio peruenire poſſit, vel quod ad eorum loca, videlicet vbi morantur non poſſit tutè accedi. clemen. 2. de iudic. Bartol. dicta extrauagan. ad reprimendum, in ver. per edictum, in principio: ubi quod iſta limitatio eſt multum æqua, & quod omnes iudices ciuiles debent illam ſeruare, & ideo cum poſsit iudex citare per nuncium, uel epiſtolam, uel litteras, non poteſt citare per edictum, & aliter faciendo poſſet iudex appellationis infringere, quia eſſet grauamen.

Digitized by Google

3 Impedimentum autem quod citatio ad citatum peruenire non poſſit, multiplex eſt, puta ſi citatur ciuitas, vel aliquis potens, aut multi ciues vnius ciuitatis, cap. ſtatutum. §. non eiuſdem, de reſcrip. in 6. item ſi perſona citanda moretur in loco rebelli. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. edictum. nu. 3. ver. hoc autem.

4 Et ſufficit informatio ſummaria ſumpta per iudicem ſuper hoc, quod non patiatur, vel non poſſit, citari. Bar. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. nu. 4. ver. puto tamen.

5 Terminus citationis per edictum dandus citato in ciuili, vel criminali debet eſſe congruus, vt poſsit comparere, & longior in cauſa criminali, quia licet ignoretur, vbi ſit ipſe citandus, poteſt tamen per famam probari, vbi dicatur eſſe, & ſufficit fama per informationem ſumptam à iudice, etiam parte non citata. Bart. d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. nu. 5. & 6. ver. ſed quis terminus, vbi, quod hæc eſt practica pulchra, & notabilis.

6 Declarat Bar. vbi ſup. nu. 6. in fi. ver, quid ſi hãc examinationem, quod licet non ſit facta iſta probatio extraiudicialis, ſufficit tamen, quod iudex certum terminum aſsignauerit ad comparendum in loco, qui terminus iudici ſit congruus, & ita ſeruatur in practica.

7 Excuſator admittitur, ſi petat terminum ad certiorandum citatum; & ſi dicat ſe non reperiſſe, proceditur contra eum tanquam contumacem. Bart. d. extrauag. ad reprimendum. ver. per edictum. num. 7. & 8. ver. quid ſi intra terminum.

Vide. Procurator ad excuſandum delinquentem quando admittatur. Concluſ. 848.

8 Effectus huius citationis diuerſus eſt, & ſecundum tenorem citationis, nam ſi citatus ſimpliciter in tali negotio, vt compareat reſponſurus, cõparendo ſatisfacit, ideo ſi poſtea recedat, dicitur ſatisfeciſſe huic citationi, ideo iterum erit citandus ad alios actus eadem forma, ſi vero citatio eſt magis extenſa, vt compareat ſuper tali negocio reſponſurus, & ad vidẽdum procedi in cauſa, prout iuris fuerit vſque in finem, quia tunc non ſatisfacit comparendo, ſi recedat, & ſufficit tunc citatio per præconem per ciuitatem, quia ſi non comparet, habetur pro contumace, nam aut eſt in ciuitate, & talis citatio ſufficit: aut abeſt, & dicitur ſemper contumax ratione primæ citationis ad totam cauſam. Bart. d. extrau. ad reprimendum, in ver. per edictum nu. 13. ver. quid ſi in primo, vbi apoſtill. in ver. præconem.

Citatio per edictum quando, & contra quos fieri poſsit, vel non, & quid operetur. Concluſ. CCLVI.

1 VNA regula eſt, quod citatio per edictum vt liget, debet fieri ex cauſa neceſsitatis, puta contra incertos. cap. fin. de elect. in 6. Oldrad. conſ. 43. verſ. ad quintam. num. 6. Signorol. Homod. conſ. 57. Creditor volens, in fin nu. 8. & 9. ver. item præmitto. Angel. conſ. 289. Viſo facto. num. 2. vbi dicit propterea quod non valet talis citatio per proclama contra certos, de quorum præiudicio principaliter agitur, auth. vt omnes. C. vt ſi ie ab hæred. abſti. l. ſi eo tempore. C. de remiſsio. pign. Rom. conſ. 53. Viſis themate, in fin. vbi apoſtilla in fin. ver. citandæ, & iſta eſt ſecunda regula, quod talis citatio per edictum non valet contra certos. Alexand. conſ. 5. In cauſa, & lite. col. 1. num. 1. & conſ. 83. Viſa facti narratione. lib. 2. & conſ. 107. lib. 5. & iſtud eſſe generale in omni materia dicit Roman. conſil. 410. Vt clarior reddatur, in princip. vbi apoſtill. in ver. ſpeciali.

Vide. Proclama generale quid operetur. Concluſ. 807.

2 Et ideo infertur ſecundum ambas dictas regulas, quod carceratus, qui vult cedere bonis, ſi non eſt carceratus, & ad inſtantiam certorum creditorum poteſt relaxari citatis creditoribus per proclama generale, ſecus ſi ad inſtantiam certorum creditorum eſſet carceratus, quia debent citari nominatim, & perſonaliter, vel ad domum. Bald. conſ. 301. Ad euidentiam præmittendum. num. 4. ver. tertio præmittendum. lib. 5.

3 Et pro intelligentia ſcias, quia iſtæ citationes per edictum olim erant in vſu, & fiebant in albo, & affigebantur, quia præſumebantur deueniſſe ad notitiam; hodie vero loco iſtius albi ſuccedit citatio in ſcriptura, & nuncius, & propterea ſufficit, quod deueniat quomodocunque ad notitiam citati, prout in edicto ſeruabatur, quia notitia non efficit citationem, ſed commiſsio iudicis. Florian. à S. Petro conſ. 20. n. 8. & ſeq. per totum, vide infra proxime. ver. Hodie.

4 Hodie autem loco edicti prætoris in albo fiunt ſchedulæ affixæ citatoriæ de more locorum, ideo vbi requiritur citatio per edictum in albo prætoris contra abſentem, vel forenſem, ſufficit citatio per ſchedulam affixa. Angel. conſ. 332. Viſis duabus, per totum, maxime nu. 2. vide ver. Declara, infra num. 59.

5 Amplia, quia citatio per edictum regulariter eſt prohibita, & non valet, niſi in caſibus expreſſis. clem. 1. de iudi. Zabarel. conſ. 128. nu. 6.

6 Amplia generaliter, quia citationes, præcepta, decreta, vel edicta ſuperiorum non afficiunt eos, quibus non fuerunt intimata legitime, & qui eorum ignorantiam poſſunt prætendere, cap. fin. qui matr. accuſa. non poſſ. l. fin. C. de decret. ab ordin. facien. l. 1. §. cum edicto, ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. vbi glo. in ver. in notitiam, & ibi Alber. in fin. Innocen. in cap. fin. in ver. ſed ſi non vocet, de maior. & obed. Caſtr. conſ. 99. num. 3. lib. 2. vbi, quod vniuerſitas abſens hoc modo citata, quæ non habuit notitiam, non grauatur ex tali ſententia, quia nulla eſt, niſi prius rectores vniuerſitatis fuiſſent citati.

7 Et dicenti aliquem habuiſſe notitiam edicti vel præcepti incumbit onus probandi, quia præſumitur ignorantia. l. ſi ignorans, ff. locati. l. verius. ff. de probatio. cap. præſumitur, de reg. iur. in 6. & ignorans non dicitur contemnere. l. 1. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemper.

Vide. Citatio quando præſumatur, vel non. Concluſ. 267.

8 Bene verum eſt, quod creditur nuncio dicenti * ſe notificaſſe. glo. & * Docto. in cap. cum parati, de appell.

9 Amplia, quia prima regula, quod valeat citatio per edictum contra incertos, procedit etiam in cau-

in cauſa beneficiali ſi pendente lite moriatur alter collitigãs, poteſt ſuperuiuẽs citare per edictũ incertos, tua intereſſe putantes, & talis citatio valet, & afficit poſtea ſubrogatum in ius defuncti, quia ſubrogatio afficit ſubrogatum, vt ſit ſubrogatus in ſtatu, in quo tempore ſubrogationis reperitur cauſa. Ægid. Bella. conſ. 36. in ſi. nu. 5. & 6.

10 Amplia, quia vbicunque citandus eſt incertus, etiã ſi agatur in iudicio criminali, ſufficit citatio per edictum. Iul. Clar. in §. ſi. q. 31. nu. 16. in fin. licet dicat nunquam hoc viditſe practicari.

11 Amplia, quia procedit regula etiam in ijs, quæ petuntur officio iudicis expediri, quia ſi nõ fiant citationes ſpeciales contra certos, & generales contra incertos, decretum erit obreptitium, & nullum. Caſtr. conſ. 383. Dubitatio in ſi. nu. 3. ver. ſed quandocunq. lib. 1.

12 Amplia, quia generaliter, & in omni materia regula procedit, quia ſpecialis citatio requiritur contra certos, generalis vero cõtra incertos. Rod. conſ. 410. vt clarior reddatur, in princ. vbi apoſtil. in ver. ſpeciali, & ibi dicitur quod eſt citãdus certus, quando poteſt ſciri nomen, alias ſecus.

13 Amplia in vagabundo, quia per proclama generale citatur. Iul. Clar. d. q. 23. nu. 21. licet dicat quod more abſentis citatur Mediolani.

14 Idem eſt in tertio poſſeſſore incerto citando in diſcuſsione, quia ſufficit citatio generalis, ſecus ſi eſſet certus. Signor. Homod. d. conſ. 57. Creditor volens, nu. 8. in fin. ver. item præmitto, & nu. 9. licet Alex. conſ. 5. In cauſa, & lite, in prin. lib. 2. dicat contrarium, niſi fecerit diligentiam.

15 Idem eſt ſi agatur de examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, quia ſi perſona, contra quam reus examinari petit teſtes, eſt incerta, ſufficit generalis citatio, alias ſecus. Fulgoſ. conſ. 137. Viſis præcepto, in prin.

16 Limita, & hæc eſt regula ſecunda, quia vbi perſona eſt certa, & ſciri poteſt, vel ſcitur vbi moratur, & poteſt commode citari, debet citari perſonaliter, & non ſufficit citatio per edictum. Abq. conſ. 67. Condeſcẽdo, col. 2. ver. nam vbi ſcitur, lib. 1. & loquitur, vbi agitur de priuatione beneficiati.

17 Extende in tantũ, quod ſi citatio facta per edictum contra certam perſonam, debet fieri in loco, in quo veriſimiliter poſſit ad citati notitiam deuenire, in tantum quod ſi ſciatur, vbi citatus moretur per litteras debet ei ſignificari, alias citatio eſſet nulla, maxime in criminalibus. Oldrad conſ. 43. nu. 7. ver. & quod in tali loco, vbi dicitur ſententiam nullam latam ſuper tali citatione non facta notificatione citato per litteras. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. de requir. reis.

18 Et propterea ſi agitur de amouendo poſſeſſore beneficij qui non reperitur in loco, ſi citatur per edictum publicum, debet etiam affigi ad Eccleſiam, de cuius amotione tractatur. Calde. cõſ. 130. alias ſi. de indi. in princ. & duplicatur 136. alias quarto, de dilatio.

19 Declara, quia non debet perſonaliter citari, neque certiorari perſona, quæ debet citari, & eſt abſens, etiam ſi ſciatur vbi ſit, quando non habet ius in re, ſed ad rem, prout in præſentato, quia ſufficit citatio ad Eccleſiam, de qua agitur cum aſſignatione competentis dilationis. Calde. conſ. 135. in prin. alias tertio de dilatio.

Vide. Citatio ad beneficium, & Eccleſiam, de qua agitur, quando ſufficiat. Concl. 250.

20 Limita, quia citatio generalis per proclama, vel edictum, non eſt bona, quando certa eſt perſona, quæ debet citari. Zabarell. conſ. 74. num. 2. & ſeq. & conſ. 128. n. 6. & ſeq. Rom. conſ. 53. in fin. & conſ. 410. in prin. vbi apoſtill. in ver. ſpecialis quę citat infinitos concor. Alex. conſ. 106. Viſis, n. 14. lib. 5. & plenius, conſ. 107. Perſpectis, in prin. lib. 5.

21 Et quod citatio generalis non ſit bona contra eos, qui certi ſunt, & de quibus habetur notitia, vel præſumitur notitia: eſt tex. in c. ſi. de electio. in ſexto, per quem tex. ita Roman. conſ. 342. Quo ad primum, num. 5. ver. eius autem, idem ſi de facili poteſt haberi notitia. Alex. cõſ. 106. n. 17. li. 5.

22 Et quod quando perſona citanda eſt certa, requiratur citatio ſpecialis, & non ſufficiat generalis. Bald. conſ. 17. Factum ſic proponitur, nu. 7. libr. 5. vbi loquitur in pluribus præſentatis ad beneficium iuris patronatus, quia ſi vnus inſtituitur altero nõ citato ſpecialiter inſtitutio eſt nulla. Fulgoſ. conſ. 137. in prin. qui loquitur in teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam. Rom. conſ. 410. in prin. Deci. conſ. 251. col. penul. Soci. conſ. 13. nu. 5. & nu. 10. lib. 4. Marſil. ſingul. 259. Alexan. conſ. 106. Viſis. nu. 17. ver. dat doctrinam. lib. 5.

23 Extende, quia non valet citatio generalis contra incertum quando de facili poteſt ſciri. Fel. in c. 2. col. 7. ver. & poſſent iſta non immerito, de conſtit. allegat Gemin. in c. ſi. de electio. in ſexto. Iaſ. in l. ſi. C. de iure deliber. Socin. in tract. citatio. art. 22. Card. conſ. 74. Rom. conſ. 410. in princip. Deci. conſ. 251. col. pen. Marſil ſingul. 259. Socin. conſ. 13. num. 5. & nu. 10. lib. 4.

24 Extende, quia non valet citatio generalis, quãdo agitur de tenuta danda, vel miſſione in poſſeſſionem, quia talis miſsio, & tenuta erit nulla, ſi poſſeſſor non fuit citatus nominatim. Alex. plene. conſ. 5. In cauſa, & lite, in prin. & per totum. lib. 2.

Vide. Poſſeſſor debet ſemper citari, alias tenuta alteri data eſt nulla. Concluſio. 442.

25 Extende, quia non conualidatur talis citatio, & ſi ignoretur poſſeſſor, quia debet ſe informare. Alex. d. conſ. 5. in prin. vbi plura congerit, lib. 2.

26 Et faciunt tradita per Fel. in c. exhibita de iudicijs. latius in c. 2. col. 7. ver. & poſſent iſta non immerito, de conſtit. vbi ampliat etiam ſi non eſſet certus contradictor, quando de facili poſſet ſciri. Bar. conſ. 91. In quæſtione vertente, lib. 1. Bald. in auth. ſi omnes. C. ſi ſe ab hæredit. abſti. Angel. in auth. vt ſponſal. largi. §. ad hoc quoque.

27 Idem eſt ſi ſtatutum mandat citari agnatos, & proximiores, quia debet intelligi de citatione ſpeciali non autem generali, ſi ſunt certi, alias ſecus. Alexand. conſ. 107, Perſpectis, num. 3. lib. 3. ver. accedit.

28 Idem eſt, quando hæres vult adire hæreditatẽ cum beneficio legis, & inuentarij, & non vult teneri legatarijs vltra vires, quia nominatim debẽt citari legatarij. Angel. conſ. 289. Viſo facto, col. 2. in prin. videlicet quando ſunt certi.

29 Idem eſt, ſi agatur de exemplanda ſcriptura, vel inſtrumento, quia ſi tangit aliquem certum, debet citari nominatim, ſecus ſi eſſet incerta perſona, quia ſufficit per edictum. Alexan. conſ. 106. nu. 14. & ſeq. lib. 5.

30 Idem eſt, quando hæres vult poſt aditã hæreditatem reſtitui in integrum, quia omnes certi ſunt citandi nominatim, de quorum præiudicio agitur Angel. d. cõſ. 289. col. 2. in pri. ver. hoc etiã tenere.

Idem

31 Idem eſt,ſi agitur de excuſſione facienda contra principalem debitorem,quia debét citari nominatim fideiuſſores,& tertij bonorum poſſeſſores,alias citatio generalis nō valet. Alex.d.conſ. 106.nu.16.ver.pro hoc facit.lib.5.

32 Idem eſt quando extat ſtatutum, quod homicida non poſſit abſolui, niſi citatis proximioribus defuncti,quia ſi ſunt de iuriſdictione, & certi ſunt citandi nominatim,& non ſufficit proclama generale.Angel.d.conſ.289.per totū maximen.2.

33 Idem eſt,quando agitur contra coelectos plures,& ſe opponētes cōfirmationi,quia omnes nominatim ſunt citandi, licet plures ſint, quando ſunt certi.c.fi.de electi.in ſexto.Zabarell.d.conſ. 128.nu.6.ver.item etiam in libris.

34 Extende, quia procedit etiam ſi a ſtatuto diſponatur, quod proclama generale fiat contra creditores,quia debet intelligi, quando ſunt incerti,ſecus ſi certi.Rom.d.conſ.53.col.2. per totam, maxime in fi.

35 Extendit Rom.conſ.410.Vt clarior reddatur, in prin.vt procedat etiam in caſu conuerſo,ſtante ſtatuto, quod fieri debeat citatio ſpecialis, quia debet intelligi quando citandus eſt,alias ſi incertus eſt,ſufficit citatio generalis.

36 Imo plus dicit Alexand.conſ.107.Perſpectis in pri.n.1.cum ſeq.uer.& dato quod ſtatutum,lib.5. quod licet ſtatutum Florentię velit,quod contra hæreditatem iacentem procedatur non dato curatore,vel defenſore,ſed tamen citetur ad domū defuncti,& vicinia per publicum edictum, tamen non tollitur diſpoſitio iuris,quæ vult, quod citetur nominatim is ad quē prima cauſa ſucceſſionis ſpectat,& alias facta adiudicatio eſt nulla,quia nō apparet, quod ſtatutum voluerit in hoc tollere iuris communis diſpoſitionem,& omiſſum a ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.

37 Plus dicit,quod imo ſi ſtatutū diſponat, quod officialis poſsit aliquid contra aliquem declarare ipſo tali non requiſito,debet intelligi,dummodo,vel antea fuerit auditus,vel conſtet,quod agitur de ſuo pręiudicio,& taceat.Alex.d.conſ.107. nu.4.& ſeq.ver. benefacit,libr. 5. vbi dicit, quod alias ſi intelligeretur ſtatutum,eſſet iniquum, & non valeret,quia neq.Papa, neq. Imperator poſſunt auferre dominium, & poſſeſsionem alicui, ſine ſui culpa.

38 Idem eſt,quando citantur illi,quos prima cauſa ſucceſsionis tangit ad uidendum dari curatorem hęreditati iacenti,quia ſi ſunt certi, debent nominatim citari,& nō ſufficit citatio generalis per proclama,ideo datio curatoris erit nulla.Angel.conſ.193.Mortuo debitore,in fin. ver. ſecundo requiritur.Alexand.conſ.107.Perſpectis,num. 7.ver.& per prædicta,lib.5.& nu.3.

39 Extende, quando non ageretur de prætudicio citatorum per proclama generale, niſi in conſequentiam,quia tunc ſufficit citatio generalis,quę tamen eſt neceſſaria. Licet glo. in l. de vnoquoque, ff. de re iudi. dicat nullam requiri citationem,quia contra glo. eſt *magis communis opinio. Socin. conſ. 282. In præſenti conſultatione, num.4.lib.2.

40 Extende etiam in criminalibus, quia valet citatio generalis contra eos, qui non principaliter habent intereſſe.Bald.conſ.424.Formata fuit, libro 5.

41 Contrarium tenet glo.in d.lege,de vnoquoque, ff. de re iudic. in ver. quos cauſa, quod nulla citatio requiritur eorū,de quorum intereſſe principaliter non tractatur.

42 Declara, quod non requiritur citatio aliqua contra eos,de quorum prætudicio agitur in conſequentiam,& non principaliter quo ad validitatem ſententiæ, ſed quoad prætudicium non citatorum ſecus eſt,quia requiritur citatio.Socin. d. conſ.282.num.4.lib.2.

43 Extende maxime,quia edictum generale,quod omnes exempti ſoluant, non comprehendit exēptos ex cauſa benemeritorum, vel habentes exemptiones a Principe confirmatas, ideo exequutio facta eſt nulla,niſi ſpecialiter, & nominatim fiat maxime, quando exequutio fit in alia re, ita Alex.conſ.30.Ponderatis,col.fi. ver.quo ad ſeptimum,lib.5.

44 Extende, quia ſi citatio fiat generalis contra intereſſatos principaliter,qui ſunt certi, & innoteſcunt, neque repreſentant aliquam vniuerſitatem,non erit legitima. Innoc.in c. fi. de maior.& obed. clarius Angel. conſ. 289. Viſo facto, vbi quod certi debet nominatim citari, idem tenet Zabarell.conſ.74.Dominus Abbas. Roman.conſ. 410.Vt clarior,col.1.Bart.in extrauag. ad reprimendum,ver.per edictum,& auth. omnes. C. ſi ſe vt ab hæred.abſti.Feli.& Deci.in c.gratum,col.2. de offi.delega.Alex. conſ.107. Perſpectis,nu. 6. & 7.lib.5.& conſ.106. Viſis,n.17.lib.5.

45 Imo plus dicit Alex.d.conſ.106. Viſis, nu. 17. lib.5. quod etiam ſi perſona citanda non eſt certa,ſi tamen poteſt citari faciens de facili certificari,non ſufficit citatio generalis.

46 Et non dicitur nominatim citatus,qui ſub nomine appellatiuo citatur,veluti ſi citātur omnes agnati,vltra quod talis citatio debet etiam fieri in vicinia comprehenſorum.Bald.in auth. qui ſemel,nu.6.C. quommodo,& quando iudex.late declarat Socin.in tract.de citatio. articulo 25. n.8.

47 Reſtringe, quia ſufficit monitio, ſeu notificatio facta extraiudicialiter,quia ſi notificatus non contradixit,ſibi imputandum eſt,etiam ſi notificatio nō ſit ſcripta, ſed poſſit probari per teſtes. Bal.d.conſ.17.nu.7.vſq.in fi.lib.5.

48 Reſtringe, quia citatio per edictum admittitur, & eſt bona etiam contra certas perſonas, quando citanda eſt multitudo creditorum, vel perſonarum,ita tenet Io.Baptiſta Caccialup.in l. cunctos populos,nu.77. C. de ſumma Trinit. vbi allegat alios, & dicit eſſe menti tenendum, & quod fecit practicari, & pauci hoc ſciunt:ſequitur Ias.in . decem,nu.43.ver. limita tamen. ff. de verb.obligatio.

49 Declara procedere, quando multitudo eſt citanda collegialiter, & ſimul, ita videtur ſentire Cardin.Zabarell.conſ.74.nume.3. quem ſequitur Felin.in c.2.nu.8.ver.& poſſent iſta,de conſtit. & expreſſe dicit conſ.128.n.7.ver. inducitur etiam.

50 Reſtringe,quia contra certā perſonam non fit, niſi in ſubſidium,puta quando in loco, vbi citari deberet,nō inuenitur,l.4.§.toties,ff.de dam. infe. Oldra.d.conſ.43.ver.ad quintam,& ſic contra cū qui non eſt in prouincia, vel diœceſi poteſt fieri citatio per edictum.Oldra.conſ.193. Articuli domini,ver.ad ſecundum.Feder.de Sen.conſ. 109.In prin.l. aut qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clam.c. fi. de dolo,& contum.

51 Et quod valeat talis citatio contra eum, qui eſt cer-

est certus,& abest,& aliter citari non potest. Angel.cons.332.per totum.

52 Restringe in ijs, qui habent interesse secundario,quia sicuti non sunt citandi, ita citatio generalis contra eos sufficit. Alex.cons.58.Visto.num. 6.& seq.lib.5.

53 Restringe stante statuto, quod possit Notarius filius, vel alius dare authentica instrumenta talis defuncti,quia nulla citatio est necessaria. Alexan. cons.106.Visis, in fin.num. 18,ver.nec ad hoc obstat.lib.5.

54 Restringe etiã,quia multi sunt casus,in quibus etiam si persona sit certa, sufficit tamen citatio per edictum, prout contra actorem, qui introduxit causam, & recessit.auth.qui semel.C.quomodo,& quando iudex. Zabarell.cons.128.nu. 6.ver. sed contra.

55 Restringe,si extaret statutum, vel particularis constitutio. Zabarell. d. cons. 128.num.6.in fin. ver.inducitur etiam.

56 Restringe, quando certa persona non est in loco,& ignoratur vbi sit,quia tunc valet citatio per edictum contra certam personam, maxime in actore, qui se absentauit. Zabarell. dicto consil. 128.num.6.

57 Restringe,quia si Papa,vel Concilium dat facultatem in commissione citandi per edictum certam personam maxime potentem valet talis citatio, & afficit ac si esset personaliter citatus, quia praesumitur habuisse notitiam.Castren.cons.66.Dubia dicta.num.7.ver.ad septimum.lib.1.

58 In tantum, quod sententia lata transit in iudicatum,si non appelletur infra decem dies, nisi doceat appellans,quod non habuerit notitiam, quia erat absens,vel ex alia causa.Castr.d.cons.66.nu. 8.ver.ad octauum.lib.1.

59 Declara, quia citatio per edictum contra certas personas non est legitima, neque potest fieri, nisi de speciali commissione Principis, vel legis regulariter nisi fieret in subsidium, puta quando semel fuit citatus absens in longinquis partibus ad totam causam personaliter,quia tunc de stylo curiæ Romanæ citatur ad alios actus per edictum ex abundanti, sed si non esset absens in longinquis partibus non valeret etiam citatio ad totam causam.Calderin.cons.81. In causa quæ vertitur. column.3.in fin.& column.4.in principio.num.3. ver.item omnes aliæ.lib.2. vbi quod istæ citationes per edictum in vrbe Romana fiunt in audientia contradictarum.

60 Declarat plenissime Bartol.consil. 154.Martus num.4.ver.sed super punctis,vsque ad num.8. lib.1.quia si agatur de actu iudiciali, vt quia in illo actu iudex debet pronunciare aliquid permittendo, vel prohibendo,res est clara, quod certi debent nominatim citari, si vero sumus in actu extraiudiciali, super quo iudex non debet interloqui, licet adhiberetur, tunc distinguitur, quia si certi,qui sunt vocandi possunt impedire actum ad quem vocantur debent vocari nominatim, si vero non possunt impedire, sed solum assistere, possunt, vel pro suo interesse, vel pro maiori solemnitate,tunc sufficit generalis vocatio,& edictum generale, prout in inuentario cõficiendo,& * hanc communem * opinionem dicit Bart. d.cons. 154.num.7.lib.1.

61 Publicatio citationis per edictum, quæ debet fieri in locis publicis de iure ciuili, est sufficiens si legatur in loco vbi ius redditur,vel in loco nundinarũ,vel alibi,vt moris est,vt in cõst.2.C.in fi. Bar.in extr.ad reprimẽdũ,inver.publice:vbiquod non requiritur, quod stet affixa per tantũ tẽpus, ideo est arbitrarium iudici, & in relatione sufficit,quod dicat in tali loco fuit publice propositum,licet cautius sit exprimere,quod etiam ibi dimissum fuit affixum.Bart.plene in extrauag.ad reprimendum,in ver. publice : vbi apostilla in ver. præconia.

62 De iure Canonico plenior requiritur publicatio videlicet in loco publico citati,postea debent affigi publice in foribus maioris Ecclesiæ, & ibi per aliquod spatium dimitti originale.Bart. d. extrauagan. in ver. publice allegat clementinam primam,de iudic.

63 Præconizatio edicti, vel citationis debet scribi in locis publicis,& in relatione sufficit quod nuncius dicat se præconizasse in locis publicis, & consuetis, licet non exprimat loca. Bart. d. extrauag.ad reprimendum in uer.publice, in fin.vbi quod citatio ita seruat consuetudo.

64 Et quid operetur hæc citatio.Feli.in c.gratum, de offi.deleg.Castr.in l.sed & si pupillus.5.de quo palam.num.4.ff.de instit.actio. plene Marsil. sing. 259.generalis.

65 Et quod huiusmodi citatio si transit in iudicatum præiudicet.Feli.in c.cum Bertal.num.15.de re indica.

66 Et debet esse bina citatio, vel bina monitio, ut præiudicet.Ias.in l.2.num.11. C.de eden. Ro.cons. 410.vbi quod sufficit notitia citati.

Vide. Citatio generalis sub nomine appellatino quando ualet,uel non.Conclus. 249.

Vide. Citatio per prẽconem contra quos fieri possit,uel non.Conclus.258.

Citatio generalis per edictum quando sufficiat,& quid operetur. Concl.CCLXVII.

1 CITATIO generalis sufficit, quando personæ citandæ sunt incertæ,secus si sunt certe. Signor.Homod.cons.57.Creditor volens. num.8. in fi.ver.item præmitto,& num.9.vbi loquitur in tertio possessore incerto citando in discussione.Petrus de Anch.c. fi. de elect. in 6. Alexand. consil. 5.In causa,& lite.column.1.num.2. & cons.83.Visa facti narratione. column. 4. lib.2. & cons.107. lib.5.Oldrad.cons.43.

2 Extende in omni materia, quia quando persona citanda est certa debet citari nominatim, secus si personæ sunt incertæ, quia sufficit citatio generalis per proclama.Roman.cons.410.Vt clarior reddatur,in prin. vbi apostilla plena in ver. speciali,& loquitur Romanus,vt sufficiat etiam stante statuto, quod fiat specialis citatio,quia intelligitur quando sciri potest nomen,alias sufficit generalis.

3 Declara, & restringe, vt in Conclusione proxima præced.nu.59.& 60.

4 Extende etiam,si agatur de examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam,quia si persona contra quam reus examinari petit testes, est incerta sufficit generalis citatio,secus si esset certa.

Fulgos.

Fulgoſ.conſ.137. Viſis præcepto, in princ.

5 Declara, quia ſi non fiant citationes ſpeciales contra certos, & per edictum contra incertos, in ijs.quæ petuntur officio iudicis experiri, decretum erit obreptitium, quaſi per importunitatem obtentum, & erit nullum, quia in gratiam partis petentis præſumitur factum. Caſtrenſ. conſ.383. Dubitatio, in fin.num.3.ver. ſed quanducunque, libro 1.

6 Et quando ſufficiat citatio generalis, & quando requiratur ſpecialis. Alex.conſ. 106.col.penul. & conſ.107.col.1.lib.5.

7 Limita,quia citatio generalis per edictum non valet,quando perſona,quę citatur eſt certa, ſecus ſi eſſet incerta.Bart.in conſ.91.In quæſtione vertenti lib.1.& declarat Bal.in auth. ſi omnes. C.ſi ſe ab hæred.abſti.Ang.in auth.vt ſponſal.largi.§. ad hoc quoque.Felin.in c.exhibita,de iudi. latius in cap.2.column.7.ver. & poſſent iſta non immerito,de conſtit.vbi ampliat etiam ſi non eſſet certus contradictor quando de facili potuiſſet ſciri.

8 Extende,quia non excuſatur is,qui citari fecit per edictum, vel per citationem generalem ſub prætextu,quod ignorauerit poſſeſſorem, quia debuit ſe informare,& diligentiam adhibere,plene Alex.conſ.98.Super eod.de quo,in fi.lib.7.

Citatio per præconem contra quos fieri poſsit,vel non. Concluſ. CCLVIII.

1 FORENSIS abſens non poteſt citari per præconem in loco,a quo abeſt.& talis citatio nihil valet, neque afficit citatum.Bald.conſ.154.Citatio prædicta,num.2. ver. vnde ſi citandus.lib.3.

2 Amplia, quia ſi perſona eſt certa, de cuius intereſſe agitur, & debet citari nominatim, & ſi non eſt in loco certo,ſed abeſt,& non poteſt citari per præconem, ſecus ſi vigore citationis debet eſſe certo loco, & ignoratur locus loci, quia tunc poteſt citari per præconem.Bart.d.extraua. ad reprimendum,in ver.per edictum, circa fi. ver. quæro quando.

3 Declara,quia quando certa perſona,quæ debet eſſe in loco, poteſt citari ſi non poteſt ſciri locus loci,& ſufficiat per præconem, intelligitur, ſi ibi adeſt,ſecus vero ſi abeſſet. quia abſentibus non præiudicat,niſi eſſet citanda multitudo.Bar.d.extrauag.vbi ſupra.

4 Limita, quia incerta perſona poteſt citari per præconem.Bar.in extrauag.ad reprimendum,in ver.per edictum.num. 14. ver. ſic etiam admittitur,& in fi.vbi plenius.

5 Et ideo quando vniuerſitas, & multitudo perſonarum debet citari,tunc ſufficit citatio per præconem.Bart. in extrauag.ad reprimendum,in ver. citatum, in fi.

6 Limita, niſi quis citaretur loco, vbi tenetur habitare, vel ſiſti promiſerat, quia tunc valet citatio per præconem ſi abeſt,Bald.d.conſ.154. circa fi.ver.concludendum eſt.lib.3.Bar.d.extrauag. ad reprimendum.ver.per edictum, circa fin. ver. quæro quando.

7 Et ideo citatus ad totã cauſam,qui debebat ſiſtere, ſi ſe abſentauit,citari poteſt per præconẽ, & talis citatio afficit cũ,quia ſi eſt præſens,eſt bona ſi eſtabſens reputatur cõtumax ex prima citatione ad totã cauſam,quia non debuit recedere.Bar. d.extrauag.ad reprimendum,in ver.per edictum. num. 13. ver. quid ſi in primo : vbi apoſtilla in ver. præconem . Felin. in cap. quoniam frequenter.§.porro.num.20. vt lite non conteſta. vbi declarat .

8 Reſtringe,vt non procedat in eo,qui ſe obligauit de iudicio ſiſti, quia iſta obligatio etiam iurata dicitur potius reſpicere intereſſe partis, quam ſpretum iudicis,ideo abſens non citatur per præconem, ſed formaliter.Bar.d. extrauag. ad reprimendum in ver.per edictum.num.14.ver.nec obſtat prædictis.

9 Declara, quia in omni citato per edictum cautela eſt,vt compellatur eligere domicilium, videlicet certum locum, vbi citari poſsit, quia hoc modo res erit ſine difficultate,ita Bar. vbi ſupra. num. 14.ver. conſulo tamen.

10 Limita,niſi ex diſpoſitione ſtatuti aliter eſſet diſpoſitum, vel conſuetudo patriæ aliter diſponeret. Ang. conſ.332. Viſis duabus,per totum, maxime num.2.

Vide plenius.Citatio per edictum quando, & contra quos fieri poſsit.Concluſ.256.

Vide.Citatio per præconem qualiter facienda. Concluſ.proxima ſeq.

Citatio per præconem qualiter facienda . Concluſio. CCLIX.

1 CITATIO per præconem, vt afficiat citatum, debet fieri in vico eius, qui citatur, alias non præſumitur ad illius notitiam deueniſſe. Bald. conſil. 154. Citatio prædicta, in princ. lib. 3. ideo contra forenſem non ſufficit citatio per præconem.

2 Et huiuſmodi citatio per præconem fit per ciuitatem in locis ſolitis,vt dicit Bart.in extrauag. ad reprimendum in ver.per edictum.num.13.ver. quid ſi in primo,circa fin.Feder.de Sen. conſ.172. & conſ.212.plenius Feli.in cap.quoniam frequenter. §.porro.num.20. vt lite non conteſta. Angel. conſ.332.Viſis duabus, per totum,maxime nu.2. vbi quod fit per præconem in locis publicis, vel per affixionem cedularum ad loca publica, & plenius Bartol.in loco ſupradicto in ver. citatum, in fine.

3 Limita quando abſens, vel is.ad quem non patet tutus acceſſus,vel ignoratur vbi habitat, citatur, quia ſufficit citatio per præconem in locis publicis, vel per affixionem cedulæ ad loca publica, ſecundum morem.Angel. conſ.332.Viſis duabus, per totum,maxime num.2.

Vide . Citatio per præconem contra quos fieri poſſit,vel non.Concluſ.prox.præced.

Citationes per audientiam contradictarum quales.Concluſ. CCLX.

1 CITATIONES per audientiam contradictarum,vicem citationum per edictum obtinent,

tinent, & fiunt in subsidium principali, vel procuratore non recepto, alias secus. Oldrad. cons. 130. num. 9. ver. non obstat.

2 Declara, quia imo audientia contradictarum, & citationes per contradictas fiunt ex abundanti contra citatum, & totam causam, vel contra contumaces, aut latitantes.

Vide Concluſ. prox. ſeq. vbi de hoc.

6 Vide. Auditores contradictarum quam iurisdictionem habeant. Concluſ. 552.

Citatio per audientiam contradictarum contra quos fiat. Concluſ. CCLXI.

1 CITATIO per audientiam contradictarum fit contra eũ, qui fuit citatus personaliter, & non comparuit, vel malitiose non comparuit, quia contra talem sufficeret citatio in loco publico. Gemin. cons. 109. in fin. & per Audientiam. num. 3. in fi. & num. 4.

2 Et ista citatio non est necessaria, ex quo contumax fuit citatus, sed fit ex abundanti, vt innuit idem Gemi. cons. 109. in fi. vbi allegat ad hoc Inn. in c. intimasti, de appell.

3 Et fieri potest citatio per audientiam contradictarum, & valet processus contra procuratorem revocatum, qui alium non substituit, quia sicuti valeret, si esset contumax vere non comparendo, vel non defendendo; ita neque isto casu Roman. cons. 367. num. 10. ver. praterea aduertendum.

4 Amplia, quia contra citatum ad totam causam in causa, quæ esset summaria, poterit procedi per audientiam tanquam contumacem, etiam si detur noua commissio iudici procedendi summarie, absque alia noua citatione. Baldus cons. 4. Quidam A. lib. 5.

5 Amplia, quia istę citationes per contradictas seu in audientia contradictarum lectæ sunt loco citationis per edictum, quę fiunt contra eũ, qui ad totam causam fuit citatus, & dicuntur fieri ex abundanti. Castr. cons. 81. In causa, quæ vertitur. colum. 3. in fi. & column. 4. sub num. 2. ver. item omnes aliæ causæ.

6 Amplia, quia citatio per contradictas est sufficiens in causa deuoluta ad curiam quoad omnia, præterquam quoad tollendam restitutionem in integrum. Ægid. consil. 12. num. 23. versic. nec obstat.

7 Limita quando citatus esset ad totam causam in causa ordinaria ante litem contestatam, & quia non dicitur contumax, nec contra eum potest procedi, ex quo necessario debet conuentus contestari his eo præsente. Bald. dicto consil. 4. libro 5.

8 Extende etiam si actor obtineret aliquam commissionem post citationem ad totam causam, per quam mideretur iudici, quod procedat summarie, quia debet intimari ejusmodi commissio, vel noua citatio fieri. Bald. cons. 4. lib. 5.

Citatio operatur multa: Concluſio. CCLXII.

1 CITATIO legitima perpetuat iurisdictionem, ideo inter plures iudices iurisdictionẽ æqualiter habentes, ille inter omnes iudex perpetuat iurisdictionem, qui legitime præuenit in citatione. c. cum plures, de off. deleg. in 6. Feder. de Sen. conf. 97. nu. 2. ver. venio ad expositionem, vbi, quod non requiritur trina citatio, vt sit legitima.

2 Amplia, vt procedat tam in iudicibus ordinarijs, quam in delegatis, & de ordinarijs loquitur. c. proposuisti, de foro compet. de delegato c. fin. de off. deleg. de vtroque Feder. de Sen. d. conf. 97. nu. 2. ver. venio ad recitationem.

3 Amplia in tantum præuentionem mediante citatione continuare iurisdictionem, vt etiam si citatus efficiatur priuilegiatus, & exemptus, nihilominus teneatur in illo iudicio, & coram illo iudice qui præuenit comparere. Feder. d. consil. 97. nu. 3. ver. notandum est ergo.

Vide. Præuentio multa operatur. Concluſione 646.

4 Operatur citatio pendentiam litis, quando est legitime facta, vt quia à cõpetenti iudice est emissa, item quia deuenit ad notitiam citati, item quia potuit informari ex ea plene de causa, pro qua citatur. Guidop. deci. 488.

5 Restringe, quia citatio, quæ legitime non præcessit, non inducit pendentiam litis. Aretin. cons. 33. Consultatio prædicta. nu. 6.

6 Restringe, quia citatio nulla, seu inualida non inducit litis pendentiam. Afflict. decis. 366. colum. fin.

7 Amplia, quia citatio legitima operatur præuentionem inter plures iudices, vt qui primo citauit ex præuentione acquirat iurisdictionem. Bar. in l. sepulchri violati. ff. de sepul. viola. ver. tertio est videndum. glo. in auth. item nulla communitas. C. de Epis. & Cleri. per tex. in l. si quis postea, & ibi glos. ff. de iudi. c. proposuisti, de foro compet. glo. in cap. 1. de rescript. vbi, quod licet per præsentationem rescripti non fiat præuentio, tamen fit per citationem.

8 Declara, vt procedat, quando citatio est specialis. Afflict. decis. 194.

9 Restringe in criminali, quia requiritur realis apprehensio delinquentis. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit.

10 Declara, quia si esset reus contumax non potest de præuentione coram alio iudice opponere. Bartol. in l. vbi cæptum. ff. de iud. & in l. si pluribus. ff. de leg. 1. & in l. sepulchri. column. 2. ff. de sepul. viola. vbi; quod si reus est condemnatus ab vno iudice potest ab alio condemnari, nisi soluat, vel capiatur antequam ab alio condemnetur.

11 Amplia, quia facit citatum esse legitimum contradictorem.

Vide. Citatio quando faciat citatum legitimum contradictorem. Concluſ. prox. seq.

12 Amplia, quia citatio coram delegato perpetuat iurisdictionem, & pro vtraque opinione communi.

Vide plene Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de citatio. Concluſ.

Digitized by Google

concluſ.2.Ciratio an inducat perpetuationem, & quid ſi citatio eſt nulla, vide eundem Gabrielide citatio.Concluſ.3.Citatio nulla.

13 Amplia, quia citatio legitima a iudice Eccleſiaſtico facta contra ſubditũ ſi nõ cõparet,operatur,quod poteſt excommunicari,&poteſt actor in poſſeſſionem mitti.Soc.in reg.11. citans aliquem, vbi limitat, ſeu reſtringit quinque modis.

14 Amplia, quia citatio per edictum præiudicat citatis incertis, de quo in ver. Citatio generalis per edictum quando ſufficiat, & quid operetur. Concluſ.257.

. Vide.Citatio pro intereſſe quid operetur. Concluſ.253.

Vide plenius. Citatio generalis per edictum quando,& contra quos fieri poſſit. Concluſ.256.

15 Limita, quia ſola citatio non inducit vitium litigioſi de iure Ciuili,vide Guidopapæ deciſ. 337. poſt med. vbi quod hodie requiritur litis conteſtatio, licet de iure Canonico ſola ſufficiat citatio, & deciſ. 479. ad fin. Angel. in rubr. C. de ius vocan.Ant. de Butr. in c.1.vt lit.pen.

. Vide. Litis pendentia ex quibus inducatur. Concluſ.380. cum duabus concluſionibus ibi proxime ſequentibus.

Citatio quando faciat citatum legitimum contradictorem.Concluſio CCLXIII.

1 CITATIO facta contra aliquem tanquam talem,operatur, quod efficitur legitimus contradictor,quando ſpecialiter citatur. Deci.in l.fin.num.45.ver.circa primum. C. de edicto diui Adria.tollen.

2 Amplia,quia ſi quis citatur tanquam tutor talis non poteſt eidem obijci, quod non fecerit inuentarium, quia perſona cenſetur approbata, cum tanquam talis ſit citata. Caſtr.conſ.12.Tota diſputatio, in princ.lib.1.

3 Amplia, quia citatio ſimpliciter facta contra pupillum,qui non debuit citari, quia ſecundario de eius intereſſe tractatur,quia ſufficiebat citatio principalis, tamen effectus dicitur legitimus contradictor.Feli.in c.cum inter,de except. col.7.nu.11.Deci.in l.fi.C.de edict.diui Adria.circa fin.Iaſ. in l.de pupillo.§.ſi ſeruo.ff.de no.oper.nunciat.& ſibi imputet,qui ſic citare fecit.l.ſi mulier,in principio.ff.quod met.cauſa. Deci. conſ.146.num.6.

4 Extende, vt procedat etiam ſi minori citato ſimpliciter non fuerit datus tutor,neque curator, adeo quod proceſſus corruat, quia adhuc dicitur effectus legitimus contradictor, vt ſupra proxime.

5 Limita,quia licet quis ſit citatus tanquam procurator, tamen poteſt excipi quandocunque de mandato,quia eſt exceptio,quæ ſemper poteſt opponi.Alex.conſ.71.in princ.lib.4.

7 Contrarium Caſtren.conſ.12.incip.Tota diſputatio iſtius proceſſus,in prin.lib.1.in antiq.

6 Limita,quando aliquis citatur, quatenus ſua interſit,tanquam talis, quia non cenſetur approbata perſona.

Vide. Citatio pro intereſſe citati, vel ſi futputauerit intereſſe.Concluſ.253.

8 Contrarium tenet Deci. quia clauſula quatenus ſua putauerit intereſſe non operatur, niſi quia debet probare de ſuo intereſſe,in d.l.fi.C.de edicto diui Adria.num.45.

9 Declara, quia talis citatus, quatenus ſua putauerit intereſſe,ſi comparet, & admittitur, efficitur legitimus contradictor, ac ſi eſſet ſimpliciter citatus, ſed tamen debet docere de iure ſuo meliori, quam habeat actor, alias non poteſt ex eo, quod citatus, & admiſſus eſt impugnare proceſſum contra principalem, niſi doceat de iure ſuo meliori, plene Angel. Aretin. conſil. 98. Iuſtiſſime domine, in principio, & per totum.

Vide in dicto verbo.Citatio pro intereſſe. Concluſ.253.

10 Et quod citatio contra aliquem pro omni ſuo iure, & intereſſe afficiat citatum, in tantũ, quod ſententia licet contra alium ſit lata,poſſet tamen exequi contra illum tertium citatum pro ſuo intereſſe, Alexand.in l.ſæpe.column.3. & 4. ff.de re iudic. Caſtrenſ. in l.cum filius,in fin.princ.ff. de verb. oblig. vbi quod fecit remanere confuſum quendam magnum Aduocatum,qui non conſideraueratvirtutẽ talis citationis,& ita ſe obtinuiſſe per tres conformes ſequitur Deci. conſil. 187. Et pro tenui. column. 2. ſuper ſecundo dubio. verſ. ſed ad iſta, num. 2. & conſil. 700. In cauſa Antonij.col.2.num.4.

Vid omnino Socin.regula 17.Mitti in poſſeſſionem,in prima limitatione, vbi quod ſimpliciter citatus tanquam talis efficitur legitimus contradictor,ita vt non poſſit amplius repelli, ſecus ſi ſub conditione ſit citatus, vel quatenus ſua putauerit intereſſe.

Citatio realis quæ dicatur. Concluſio. CCLXIV.

1 CITATIO realis dicitur captura,quæ etiã dicitur vocatio in iudicium. Bart.in qu. 6. Lapus.num.3. ver.ſeptimo probatur. Maria.Socin.ſuper. rubr. de dilatio.art.17.num.5.& ſeq.

Citatus qualiter expectandus.Concluſio. CCLXV.

1 CITATVS pro certa hora poteſt comparere in vltimo momento horæ,& faciens citare debet expectare totum tempus,donec iudex ſedet ad tribunal. Alexan. in l. ſi finita.§.Iulianus.num.25.ff.de damno infecto,per gloſſ.magnam in §.omnes,Inſtit. de verbor.obligat.& alia ibi per eum adducta.

Citatio qualiter, & ex quibus probetur. Concluſio.

Vide plene Maſard.Concluſ.291.

Citatus

Digitized by

Citatus quomodo impedimentum, & caſum probare poſsit. Concluſio.

Vide Maſcard.plene Concluſ.293.

Citatio circumducitur multis modis.. Concluſio. CCLXVI.

1 CITATIO circumducitur, ſi tam citatus, quam citari faciens, non comparent in termino citationis. Petrus de Ancharan.conſ.97. In quæſtione, quæ vertitur.nu.5.ver.in contrarium: vbi latiſsime.

2 Extende etiam in caſu ſtatuti dantis executionem paratam inſtrumento ſummarie, ſimpliciter, & de plano, etiam ſi ſtatutum diſponat, quod citato non comparente procedi poſſit ad tenutam, & capturam perſonæ, & bonorum,quia intelligitur, ſi actor in termino compareat,alias circumducitur. Petr. de Ancharan. d. conſil. 97. per totum: vbi pro vtraque parte allegat,& hanc tuetur.

3 Extende, quia imo ſi iudex proceſſit vigore talis citationis actore citante non comparente,geſta contrario imperio tanquam nulla ſunt reuocanda.Petr.de Ancharan.d.conſ.97. per totum, maxime in ſi.

4 Extende, quia non ſufficit quod actor compareat die citationis, ſed debet accuſare contumaciam rei,alias citatio circumducitur reo etiam non competente. Petr. Ancharan.d.conſil.97.nu. 5.in princ.

5 Reſtringe quando iudex procedit per inquiſitionem, quia nemine comparente poteſt procedi contra contumacem. Anchar.d.conſ.97.num.10. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum,in verb. neglexerit. num. 4. ver. an autem ſit neceſſe: vbi apoſtilla in ver.in termino, qui dicit, quod iudex ſemper adeſt.

6 Reſtringe etiam ſi iudex procedit per accuſationem, quando vſus eſt cautela, quæ ſeruatur in Italia, quia fecit ſibi dari licentiam ab accuſatore procedendi. Bart. d. extrauag. in ver. neglexerit.in fi.

7 Reſtringe in cauſa electionis,quia poteſt procedi parte abſente.Anchar.d.conſ.97.nu.9.

8 Reſtringe, quando poteſt iudex procedere ſine figura iudicij.Bart.d.extraua.ad reprimendum in ver.neglexerit,in fi.

9 Reſtringe in extraiudicialibus,vbi lex,vel ſtatutum quærit abſenti,ſecus in iudicialibus,quia ſemper partis præſentia eſt neceſſaria. Ancharan. d. conſ.97.num.7.

10 Amplia, quia citatio etiam circumducitur, ſi die ſtatuta iudex eſt impeditus.Pet. Ancha.conſil. 97.num.5.

11 Amplia,quia citatio facta pro certa die, & hora,& deinde pro ſingulis diebus,& horis,circumducitur,& annullatur, ſi citari faciens fuit contumax in primo termino, vel quando citatus ſemel comparuit in termino.

Vide. Citatio pro ſingulis diebus, & horis quando valeat, & circumducatur. Concluſ. 233. num.4.& ſeq.

12 Amplia,quia citatio circũducituretiã ad effectũ dandi miſſionem ex primo decreto,quia licet debeat dari contra contumacem citatum, tamen ſi etiam actor fuit contumax, non valet decretum, quia contumacia rei cum contumacia actoris compenſatur. Roman. conſ. 454. In re præſenti. num.13.ver. quarto principaliter: vbi apoſtilla dat concord.

13 Amplia, quia citatus ad certam cauſam ſi comparet in illo actu ſatisfacit,& licet ſe abſentet, tamen non dicitur contumax,niſi fuiſſet citatus ad totam cauſam,ideo datur cautela, ne compellatur actor citare illum de longinquo, quod iudex ipſum citatum in prima citatione, vel compellat eligere locum certum,in quo poſſit citari, vel poteſt illum monere pro ſingulis diebus.& horis iuridicis. Bartol. in extrauagan.ad reprimendum in ver. per edictum.num.13.& 14. ver. ſed quid ſi in primo termino.

14 Amplia in cauſa criminali quando proceditur per accuſationem contra abſentem, vel præſentem, quia ſemper circumducitur citatio quando accuſans nõ comparet in termino citationis,quia ad inſtar ciuilium cauſarum proceditur eo dumtaxat excepto,quia in criminalibus deſiſtente accuſatore,vel defuncto poteſt iudex ex officio procedere,quod non eſt in ciuilibus.Bart.d.extrauag. ad reprimendum,in ver. neglexerit.num.4. ver.an autem ſit neceſſe.

15 Declara, quia ſi conſtat, quod iudex voluerit in criminali ſupplere partis præſentiam in cauſa criminali, tunc citatio non circumducitur, idem eſt ſi fecit iudex ſibi impartiri licentiam ab accuſatore in abſentia ſua procedendi,quia iſta cautela ſeruatur in Italia,idem eſt ſi procederetur ſine figura iudicij.Bar. d.extraua.ad reprimendum in ver.neglexerit. num.4.in fi.& num.5.

Vide.Circumducere,& circumſcribere quid importet. Concluſ.228.

Citationis notitia quomodo probari poſsit. Concluſione.

Vide Maſcard.Concluſ.292.

Citatio quando præſumatur, vel non. Concluſio. CCLXVII.

1 CITATIO ad ſententiam non præſumitur niſi probetur,quia eſt ſolemnitas extrinſeca & quid facti.Alciat.reg.3.præſumpt.num.19.

2 Amplia,vt procedat etiam ſi in ſententia enuncietur, prout ſi verba dicunt viſa citatione ad ſententiam, quia ſi eſt lata contra abſenem, non preſumitur.Ioann. Andr. in addit. Specul. tit. de ſenten. §. iuxta ver. & nota Archid. in cap. propoſuiſti 86. diſtinct. Bald. cap.bene.column.2. de election. Iaſon in l. nec quicquam. §. vbi decretum. verſicul. vltimo eſſet videndum. ff. de

Digitized by Google

offic. proconſ. Aretin. conſilio 61. Ex facto. column. 2.

3 Extende maxime quando a tali ſententia eſt reclamatum. Bar. in l. acta. ff. de re iudic. & in * l. 1. C. de relat. & eſt communis * opinio Docto. in c. quoniam contra, de probat. & hoc eſſe indubitatum dicit Abb. conſ. 92. Contra ſententiam. num. 3. lib. 1.

4 Extende, quia nedum nõ creditur iudici, ſedneq; creditur notario, licet in illis verbis lata, data &c. atteſtaretur de citatione, quia tunc non potuit interuenire, ex quo debuit præcedere. Abb. d. conſil. 92. col. fin. lib. 1.

5 Declara extenſionem, quia creditur notario aſſerenti partem eſſe citatam præſentem tempore ſententiæ. Abbas dicto conſ. 92. lib. 1. col. fin. ver. ſecus dicit.

6 Reſtringe quando in ſententia enunciatur citatio, & quando diu eſt, quod ſententia eſt lata, quia ijs duobus concurrentibus præſumitur citatio interueniſſe in ſententia. Innocen. & Ioann. Andr. in c. Alberic. de teſtib. vbi alij. Cyn. in l. emancipatione. C. de fide inſtrum. Alex. in l. de vnoquoque: vbi dicit hanc opinionem eſſe * veriorem *, quicquid alij dicant. ff. de re iudic. ſequitur Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſ.

7 Diu autem in hoc propoſito importat decennium. l. poſſideri. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſ. iuncta gl. ibi, & eſt tex. iuncta gl. in l. ſi cum fideicommiſſa. §. ariſto. ff. qui & a quibus. Alex. in l. ſi forte. ff. de de acquir. poſſeſſ.

8 Imo dato quod in ſententia non fieret mentio de citatione, ſi tamen diu eſt, quod lata ſit, præſumitur citationem interueniſſe in ſententia. Alexander in l. de vnoquoque. columna 2. ff. de re. iudic.

9 Contrarium quod ex diuturno tempore non præſumatur ſolemnitas quando apparet ex inſtrumento, quod non interuenit, etiam ſi curſus longiſſimi temporis interuenerit. Caſtr. conſ. 48. In cauſa quæ vertitur, poſt med. lib. 1. vbi quod non ſtatur præſumptioni, ex quo conſtat de veritate contraria, ſequitur Alex. conſ. 1. lib. 4. in ver. receditur ergo.

Vide. Solemnitas non præſumitur quando appareat de initio. Concluſ. 324.

10 Declara, quia ſi ſententia eſt lata de antiquo probatur, vel præſumitur citatio, vt eſt communis * opinio, quam probat text. in cap. bone. ſi 1. de electio. Imol. in cap. in præſentia, de renunciat, colum. 5, ver. quod autem dicatur tempus. Felin. in cap. teneor. num. 2. de re iudic. Alexan. loquens in ſententia antiqua. conſil. 219. num. 13. & ſeq. lib. 6.

11 Et procedit etiam quod in ſententia non fit facta vlla mentio. Iaſ. in l. ſciendum. num. 16. ff. de verb. oblig.

12 Intellige, quando integer proceſſus non appareat, ſecus ſi apparetre, & ex eo cõſtaret nõ adeſſe citationẽ, quia per antiquiſſimũ tempus nõ præſumeretur, ex quo non enuntiatur, & conſtat de contrario, vide tamen Crauet. de antiq. temporis. par. 2. n. 53. & ſeq. maxime n. 55. vbi quod dicit quod producto proceſſu ſi pars negat non integrum ſibi incumbit probatio, quia alia acta non præſumuntur, pluralitas enim non præſumitur. Amplia, quia onus probandi citationem fuiſſe factam incumbit aſſerenti, non autem neganti, ex quo non præſumitur. gl. in cap. quod ſicut. de elect. Feli. in c. ex litteris, de probat. gl. in d. c. quod ſicut in ver. vocatos: vbi expreſſe dicit, quod quis non præſumitur vocatus. Bal. in c. 1. §. fi. de pact. iura. firma. per illum text. l. ſi ignoratis. ff. locati, plene Boe. deciſ. 235. col. fi. ver. aduerte tamen: vbi quod neque creditur iudici in hoc.

14 Extende, vt procedat etiam ſi quis non appellauit a ſententia, de cuius nullitate dicit ex defectu citationis, quia non debet probare non adeſſe citationem, licet ſit intentio aſſerentis, ex quo non præſumitur, vide Alex. in l. 4. §. condemnatum vbi pro vtraque parte allegat. ff. de re iudi. ſed tamen Abb. conſ. 92. Contra ſententiam. lib. 1. col. fi. dicit procedere, vbicunque non probatur præſentia illius, qui dicitur citatus tempore ſententiæ, quia non præſumitur citatio, & non obſtat, quod non appellauerit, quia ſententia nulla non tranſit in iudicatum.

15 Reſtringe quando ſententia eſſet lata contra præſentem, quia ſi enuncietur a notario, quod erat præſens illi creditur, & probat citationem reſultantem ex preſentia, licet non credatur notario, ſi dicat citatum, plene Abbas dicto conſil. 92. num. 3. lib. 1.

16 Reſtringe quando pars diceret ſe non citatam & Nuncius diceret contrarium, quia creditur Nuncio, donec contrarium probetur, quia iurauit officium fideliter exercere, & fuit ex publico deputatus. Bart. in extrauag. ad reprimendum in ver. per Nuncium. Franc. in cap. cum parati, de appell.

Vide. Nuncio non creditur extra officium, ſed bene in ijs, quæ ſpectant ad eius officium. Concluſ. 155.

17 Declara, niſi perſona, quę dicit ſe non citatam, ſit perſona honeſta, & nuncius vilis perſona. Fran. in d. c. cum parati, de appell.

18 Amplia, vt procedat multo magis in criminali ſententia, quia non preſumitur citatio. Abbas conſ. 92. Contra ſententiam, in princip. & per totum. lib. 1.

19 Extende in tantum, quod neq; conſenſu condẽnati poteſt conualidari ſententia criminalis, per quam in perſonam quis condemnatur. Abb. d. conſil. 92. in princ. lib. 1.

20 Limita multis modis, vt per Maſcard. Concluſio. 1190. Citatio an præſumatur: vbi ponit regulam, quod non præſumitur, ampliat, & limitat quatuor modis.

Citatio eſt neceſſaria in vnoquoque actu præiudiciali. Concluſ. CCLXVIII.

1 CITATIO eſt neceſſaria in vnoquoque actu præiudiciali, alias actus, & ſententia non præiudicat citato. l. de vnoquoq. ff. de re iudic. Caſtren. conſ. 363. Ad primum, in prin. lib. 2. de re iudic. vbi ponit 12. ampliationes.

Extende etiam in ſententia interloquutoria, quę poteſt fieri ſine citatione, tamẽ ſi infertur ex ea præiudicium requiritur citatio, ſiue feratur à iudice, ſiue ab arbitro, ſiue ab arbitratore. Roma. plene conſ. 72. num. 2. & per totum.

Et

1 Et citatio est de iure naturali, & diuino, ideo in iudicio maxime, & in omni actu præiudiciali est necessaria. Zabarell. cons. 139. nu. 1. & seq. quod est Bartol. Salycet. & cons. 140. quod est Zabarell. vbi quod respicit defensionem naturalem. Abb. in cap. ea quæ, de re iudi. vbi quod Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere defectum citationis.

4 Contrarium, quod citatio de se non sit de iure naturali, nisi inquantum inducit defensionem, quæ est de iure diuino, & naturali, ideo vbi notorie constat defensionem non competere, non est de iure diuino, neque naturali, & potest omitti. Baldus in l. exequutorem. C. de exequut. rei iudicatæ, & in l. cum quidam. C. de accusationibus.

5 An autem consuetudo, vel statutum possit tollere citationem pro vtraque parte.

Vide. Citatio an & quando possit remitti a lege, vel consuetudine. Concluſ. 171.

6 Et quid in Principe, an possit Papa, vel Imperator tollere citationem.

Vide. Citatio an possit omitti per Principem. Concluſ. 170.

7 Declara, vt per Affict. decis. 283. num. 3. vsque in fin. vt citatio sit de iure naturæ quando respicit defensionem, sed quando respicit actus iudicij, puta ad sententiam, est iuris positiui, quando quis se defendidit, & ibi Vrsill. in additio. plene Grammat. consilio ciuili 114. numero 5. & sequen.

8 Amplia, quia sententia lata reuocatoria alterius sententiæ non præiudicat ei, ad cuius fauorem prima erat lata, si non fuit citatus, & idem est in sententia reuocatoria condemnationis, non citato syndico, ad quem exactio spectat. Federicus de Senis consil. 111. Factum tale est iudex. numero tertio. versicul. item. non obstat sententia.

9 Amplia in tantum, vt licet sit facta citatio solemnis ad certum actum, vel certum tempus, vel locum, & actus expediatur diuerso modo, vel diuerso tempore, aut diuerso loco, dicere dicitur citatio. Bart. in l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam.

10 Declara, vt per Abb. cons. 38. lib. 1. quem sequitur Dec. cons. 449. num. 8. nisi pars esset præsens actui diuerso modo a citatione facto, vel nisi iudex citationem difundisset in diem sequentem, quia actus potest tunc alio tempore propter difusionem geri. apostil. ad Bar. a. in d. l aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam.

11 Amplia, quia possessor beneficij quantumcunq; iniustus, & intrusus non debet amoueri, niti primo citetur etiam si mandetur, quod si reperiat iniustum possessorem, amoueat simpliciter, & de plano. Cald. cons. 130. alias fin. de iudi. & duplicatur 136. alias 4. de dilatio.

Vide. Possessor beneficij non potest amoueri sine citatione, & quomodo. Concluſ. 436.

12 Et iudex parte inaudita, vel non vocata non debet aliquid diffinire. cap. 1. de causa possess. & propriet.

13 Et generaliter vbi agitur de graui præiudicio, non potest iudex non citata parte, & non discusso negocio, sententiare. Abb. cons. 68. Quanquam. col. 2. num. 4. lib. 2.

14 Extende quod citatio in actu præiudiciali, ita est necessaria, quia est de iure naturali. vt non sufficiat esse factam, nisi de relatione appareat ante sententiam, quia licet appareret post, tamen sententia esset nulla, quia debet apparere de contumacia ante sententiam. Cald. cons. 138. in prin. & per totum, alias 6. de dilat. quod duplicatur 104. alias 7. de re iudi.

15 Amplia, quia citari debent omnes, de quorum interesse, & præiuditio agitur, ideo si agatur de dominio rei emphyteuticæ, nedum citandus est emphyteuta, sed etiã directus dominus. d. l. de vno quoque. ff. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adopt. Alex. cons. 25. vol. 6. num. 2.

16 Et citati audiri debent docto summarie de interesse. l. 3. §. sciendum; vbi Albe. ff. de exhiben.

17 Amplia in tantum esse necessariam citationem tanquam competentem ex defensione naturali, vt partes non possint illi renunciare, quia licet sententia nulla possit validari consensu partium, tamen non erit valida tanquam sententia, quia deficiunt substantialia, sed erit valida tanquam contractus. Calderin. dicto consilio 138. in principio. versicul. item cum citatio, alias sexto de dilatio. quod duplicatur 104. alias octauo, de re iudic.

Vide. Renunciare iuri ad sui fauorem introducto quando quis non possit. Concluſ. 171.

18 Amplia in criminibus, & tortura, quia non ante debet torqueri reus, quam sit citatus, & data sit copia indiciorum cum termino ad faciendas suas defensiones. Ias. plene cons. 175. lib. 4.

Vide. Indiciorum copia debet dari inquisito, antequam torqueatur, & quando secus. Concluſione 99.

19 Extende, quia in causa criminali, vt reus possit in contumaciam condemnari, debet legitime citari, alias omnia essent nulla. Iulius Clarus in praxi. §. fin. quæst. 31. in principio: vbi dicit * communem.

20 Extende etiam in Principe, quia de ordinaria potestate non potest procedere sine citatione etiam contra subditum in criminali, communem * dicit Clar. d. §. fi. q. 31. in prin.

21 Restringe in facinorosis hominibus, quia super indicijs habitis, & in atrocioribus possunt torqueri. Affict. decis. 391.

22 Amplia, vt nec statutum possit tollere citationem, quæ est de iure naturali, ideo statutum prohibens cognosci de nullitate non comprehendit nullitatem ex defectu citationis, quia tollere non potest. Calder. d. cons. 138. in princ. & peritotum, alias 6. de dilatio. quod duplicatur 104. alias 8. de re iudi.

Vide. Statutum circa nullitates prohibens dici posse de nullitate. Concluſ. 603.

23 Extẽde, quia imo iudex non debet attendere tale statutum, & debet denegare executionem sententiæ nullæ ex defectu citationis. Bal. cons. 21. Processus factus, in prin. lib. 5.

24 Restringe in citatione iuris positiui, (prout Neapoli,) quia de stylo, & consuetudine, & statuto potest induci, quod facta conciliatione in causa quis dicatur monitus, & citatus ad sententiam. Affict. decis. 283. in fine. Grammat. consil. 114. num. 7. vbi quod eo casu valet sententia lata fine citatione stante stylo. Boer. decisione 283. num. 38.

25 Vide omnino Feli. in c. olim. num. 11. ver. hęc

& ijs similia de re iudi. vbi declarat quando valeat statutum tollens citationem.

26 Amplia in tantum, vt nec princeps possit omittere citationem, & defensionem naturalem, alias sententia est nulla. Calderin. qui loquitur de Imperatore, cons. 138. in princ. ver. nec etiam Imperator, alias 6. de dilatio. quod duplicatur 204, alias 1 de re iudi.

Vide. Citatio an possit omitti per Principem. Conclus. 170.

27 Amplia, quia vbicunque agitur de peritia artis indicanda, prout in comparatione litterarum, pars, contra quam fit comparatio, vel alia peritia, debet citari, quia periti sunt mixti iudices. Bald. cons. 455. Quidam nomine. nu. 6. ver. ad illud, quod quæritur. lib. 1.

28 Amplia, vbi agitur de visitatione loci ad informationem sumendam, quia debent partes esse præsentes, vel citatæ, alias actus est nullus. Castr. cons. 412. Visis punctis, per tot. lib. 2.

29 Amplia, quia citatio est necessaria in laudo lato per arbitrum, etiam si sit dictum, quod possit procedere, & sententiare etiam vtraque parte absente, quia intelligitur, dummodo sint citatæ, vel monitæ. Cuman. cons. 7. Primum videndum, in princ. & per totum. plene Marsil. singul. 633. Materia citationis, vbi dicit esse notandum, & allegat plurimos.

Vide. Arbiter, & arbitrator in quo differant. Conclus. 448.

30 Amplia, quia vbicunque statutum, vel lex permittit simpliciter contra alium aliquem actum præiudicialem intelligitur prævia citatione. Bald. consil. 186. Ad euidentiam. num. 3. ver. præterea statutum. libro 2. vbi, quod vbicunque citatio non est exclusa, ea censetur inclusa.

31 Amplia, quia si agitur de reuocanda sententia lata ex officio, iudex, qui eam tulit, debet citari, alias sententia esset nulla, quoad iudicem. Roman. cons. 343. nu. 12. & seq. ver. quoad secundum, vbi apostill. dat concord.

Vide. Iudex à quo quando tueatur suam sententiam, vel non. Conclus. 459.

32 Amplia, quia sententia lata contra non citatum non valet. l. 4. C. de accusation. & idem quando non est legitima, quia cum sit de iure naturali, & sit defensio, non potest fieri constitutio contraria. Bald. consil. 317. Reperitur sententia, libro 4. in princip. Castrens. consil. 412. ver. sed ponamus. lib. 2. colum. 2. vbi plura iura allegat. Bart. extrauag. ad reprimendum, ver. & figura. num. 20. quod debet esse peremptoria.

33 Extende, quia processus factus contra non citatum, vel non legitime citatum, est ipso iure nullus. Bald. consil. 81. Processus factus, libro 5.

34 Restringt, quia valet, si feratur ad fauorem non citati, quia imputatur ei, qui citari non fecit, & perijt sententiam, quia contra eum valet. Castr. cons. 412. Visis punctis. col. 2. ver. sed ponamus. lib. 2.

Vide Conclus. prox. sequen.

35 Amplia etiam in causis quantuncunque summarijs, & in quibus procedit sine figura iudicij, quia requiritur citatio ad sententiam, alias est nulla. Cumen. cons. 7. in princip. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura. nu. 20. ver. item an debeant partes citari, vbi, quod debet esse peremptoria.

36 Amplia in restitutione in integrum aduersus omissam additionem hereditatis obtenta, quia non nocet non citatis, quia in ea debent citari omnes, quorum interest. Castrens. consil. 363. Ad primum, lib. 2.

37 Extende, vt non sufficiat, quod aliqui sint citati in specie, aliqui in genere, quia non præiudicat possessoribus citatis in genere, cum sint certi. Castrens. d. cons. 363. column. 2. ver. ex ijs apparet. lib. 2.

38 Amplia, quia vbicunq; alicui datur arbitrium tam in iudicialibus, quam extraiudicialibus, requiritur partis citatio. Cuman. cons. 7. num. 2. ver. nec dici potest.

39 Extende in executoribus vltimarum voluntatum, quia tenantur citare partem. Cuma. d. cons. 7. nu. 2. in fin. ver. accedat quod.

40 Amplia in discussione facienda in præiudicium tertij possessoris, quia si est certus, debet nominatim citari, si incertus, per proclama, & citatio debet fieri ad videndum committi fieri diligentiam, item ad videndum referri, item ad videndum declarari, quia in omnibus istis potest versari præiudicium citandi. Signorol. Homod. consil. 57. Creditor volens. num. 5. vsque in fin.

41 Amplia, quia vbicunque agitur de declaratione, quod aliquis inciderit in pœnam legis, vel statuti, vel quod sit inhabilis, debet pars citari. Abb. cons. 68. Quanquam. col. 2. nu. 4. ver. quoniam vbicunque. lib. 2.

42 Extende, quia nemo debet declarari excommunicatus, nisi præuia citatione, & causæ cognitione. Abb. d. cons. 68. nu. 4. lib. 2.

43 Amplia in extraiudicialibus, nam citatio requiritur in legitimatione spurij, vel naturalis, quando fit post mortem patris, quia debent citari illi, de quorum præiudicio agitur circa hæreditatem patris. Bald. cons. 13. Visoreskamento. nu. 2. lib. 4. vbi dicit * communem opinio. & est Argentini Paganini, & Vbertini.

44 Et vbicunque in extraiudicialibus agitur de requirendis ijs, quorum interest, semper debent citari. Zabarell. consi. 139. nu. 2. quod est Salyceti, & cons. 140. in princ. quod est Zabarellæ.

45 Item licet citatio non sit necessaria in datione curatoris minori, tamen si opponens nullitati ipsius curationis non fuit citatus, sibi non præiudicat, si opponat minorem esse maiorem, vel neget ipsum minorem. Bald. cons. 1. lib. 4. per totum, maxime in fin.

46 Et quod in extraiudicialibus, vbi pars læsi potest, sit necessaria citatio. Innoc. Io. Andr. & alij in cap. ex ratione, de appell.

47 Et in confirmatione electionis pars habens interesse debet citari, alias confirmatio est nulla, quando is, qui obtinet confirmari, scisit alium habere ius. Rom. cons. 340. Circa primum. in fin.

48 Amplia in diuisione facta contra absentem inter plures socios, quia non præiudicat diuisio absenti, si non fuit legitime citatus. Socin. cons. 195. Circa primum. num. 6. & seq. ver. confirmatur ista conclusio.

49 Amplia, quia in auocatione causæ, & impetratione rescripti pars præsens semper citari

citari debet, alias reſcriptum eſſet nullum, late Feli. cap. cum olim de ſent. & re iudic. nu. 9. & ſequen. vbi ponit plures declarationes, allegat Caſtren. conſ. 51. ſed eſt conſ. 339. lib. 1. Quia exceptiones: vbi clare quod reſcriptum præiudiciale non debet concedi non vocata parte, & loquitur in declaratione, ſequitur Staphilæus de litte. iuſtitię. fol. 113. num. 80. & ſeq.

50 Amplia, quia vbicunque agitur de præiudicio alicuius, cui eſt ius quęſitum. priuilegium, & legitimatio, & reſcriptum debet eſſe citata parte, vt præiudicet. Alex. conſ. 2. num. 19. verſ. tertiodecimo. lib. 1.

51 Amplia in exemplanda ſcriptura archiuij, vel Notarij, qui de ea non eſt rogatus, quia ſi pars non citatur, non probat. Cardin. Zabarel. conſ. 72. num. 5. & ſeq. ver. ad tertium.

52 Amplia, quia in productione iurium, vel reſcripti, aut litterarum pricipis eſt neceſſaria citatio, alias non probat. Io. de Im. conſ. 97. nu. 8. & 9.

53 Amplia in priuatione fœudi, quia vbicunque agitur de prejudicio abſentis, debet citari. Abb. conſ. 3. Nitar. col. 7. in fi. ver ad octauam. lib. 2.

54 Amplia, quia vbi agitur de electione certi miniſtri facienda per iudicem debet pars citari. Signor conſ. 57. num. 9. in princ.

55 Amplia in declaratione præiudiciali etiam à Rege Franciæ facta, quia eſt nulla non citata parte. Soci. Iun. conſ. 118. nu. 33. & ſeq. lib. 2. vbi multa cumulat.

56 Amplia in tantum, vt etiam ſententia lata ad fauorem non citati ſit nulla. Socin. d. conſ. 122. nu. 37. lib. 2.

57 Amplia, quia vbi agitur de relatione, quæ obtinet vicem probationis ſemper debet pars citari. Signor. d. conſ. 57. nu. 9. circa med. ver. & quod talis citatio.

58 Amplia, quia vbicunque requiritur cauſę cognitio, ſemper eſt neceſſaria citatio. Roman. conſ. 72. num. 2. & ſeq.

59 Amplia in probatione graui, quia non valet facta non citata parte. Signor. d. conſ. 57. nu. 9. circa med. ver. & quod talis citatio.

60 Imo in omni genere probationis citatio eſt neceſſaria. Signor. d. conſ. 57. num. 6.

61 Amplia, quia in ſententia Papæ, vel Principis eſt neceſſaria citatio, alias eſt nulla. clem. paſtoralis, de re iudi. Felin. in c. cum olim. num. 12. & ſeq. vbi declarat eod. tit. & in c. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. vbi text. dicit in perſonam Papę, nec nos contra inauditam partem poſſumus aliquid definire.

62 Contrarium tenent multi, quos citat Vrſil. in addit. ad deciſ. 283. Affli. & num. 12.

63 Declara, quia vbi extaret ſtylus, vel conſuetudo, vel ſtatutum, quod concluſio in cauſa habeatur pro citatione, vel monitione, aut citatio non ſit de iure naturæ, vt quia fuit auditus plene non citatus, ſed eſt de iure poſitiuo, tunc valet ſententia. nedum Principis, ſed ſupremorum parlamentorum ſine citatione ad ſententiam. Affli. & deciſ. 283. in fi. vbi Vrſil. num. 12. plenißime Boer. dreiſ. 283. num. 38. & ſeq. Felin. in c. cum olim. nu. 3. vbi ponit tres declarationes de re iudic. Gram. conſ. ciuili 124. num. 7. & ſeq.

64 Declara, quia ſi Papa in beneficialibus procedit de abſoluta poteſtate non requiritur citatio, & valet priuatio, & penſio perpetua reſeruata, etiam non vocato rectore. ita Rom. conſ. 369. Circa primum, in princi. vbi apoſtilla citat infinitos concord. in ver. citatione, ſi vero Papa procedit de ordinaria authoritate, tunc tenetur citare, alias ſententia eſt nulla. Rom. d. conſ. 369. num. 5. ver. ſecundo quidem: vbi apoſtil. in ver. legitimatio dat plurimos concord.

65 Amplia, quia citatio eſt neceſſaria, etiam in actibus, in quibus alias non eſſet neceſſaria, ideo ſi ille, qui poteſt explicare actum extraiudicialem ſine citatione ex vrbanitate adeat iudicem, tunc citatio eſt neceſſaria. Socinus conſil. 195. num. 6. in fine. verſic. confirmatur iſta concluſio. libro 2.

66 Amplia notabiliter, quia in omni actu, in quo hæres vigore ſtatuti poteſt capi pro debito defuncti, ſemper debet citari etiam, quod ſtatutum diſponeret debitorem poſſe capi ſine citatione, Alexan. in l. poſtulante. ff. ad Trebell. & conſ. 188. colum. 1. lib. 2. & conſ. 96. col. 1. lib. 4. Aretin. conſ. 32. colum. 1.

67 Amplia, quia ſi agitur de probanda ſubſtitutione, vel fideicommiſſo facto per teſtatorem vocandi, & citandi ſunt tam hæres grauatus, quam etiam ſubſtituti, licet ſolam ſpem habeant, alias probatio ſúpta non valet. Caſtr. plene conſ. 383. Dubitatio. lib. 1. per tot. vbi tollit contraria de hę rede grauato, quaſi ſua non interſit, poſt mortem ſuam, & de ſubſtituto quaſi de ſpe incerta tractante.

68 Declara. quia non ſolum ſunt citandi certi ſpecialiter, ſed etiam incerti, quorum poteſt intereſſe per edictum generale in omnibus, quæ petuntur expediri officio iudicis, alias actus eſt nullus, quia preſumitur factus ad importunitatem, & ingratiam petentis, & ſic ambitioſum, ideo non valet. Caſtren. d. conſ. 383. in fi. ver. ſed quandocunque. lib. 1.

Vide pleniſſime Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de citatio. concluſ. 1. vbi ponit caſus 115. in quibus eſt neceſſaria citatio.

69 Limita multis modis, de quibus in ver. Citatio non eſt neceſſaria multis caſibus. Concluſio. 372.

Vide incertum authorem poſt regulas Socin. concluſ. 4. Citatio requiritur in vnoquoque actu: vbi limitat 12. modis.

Vide omnino Maria. Socin. Sen. in rubr. de dilatio. in 7. art. vbi ponit caſus 42. in quibus citatio eſt neceſſaria, & caſus 47. in quibus non eſt neceſſaria.

Citatio ad ſententiam requiritur ſpecifica, & ſpecialis, & peremptoria. Concluſio. CCLXIX.

1 CITATIO ſpecialis, & ſpecifica requiritur ad ſententiam. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 368. cum ſeq. & in l. de vnoquoque. nu. 143. ff. de re iudic. Rom. conſ. 369. Circa primum, num. 8. Caſtr. conſ. 422. Viſis punctis. col. 2. ver. ſed ponamus. lib. 2.

Vide Concluſ. prox. præced. num. 32. & ſeq.

2 Et debet eſſe peremptoria de iure communi. Bartol. in l. conſentaneum. columna 2. C. quo-

modo,& quando iudex . Bal. in l. tres denunciationes.C.eod.tit.Mathefil.ſingul.132.Imol.Ro. & Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus. ff.de dam. infect. Iaſ.in l.nequicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconſ.& lega.& vide peremptorium.Concl.279.

3 Declara,quia non eſt neceſſe , quod ſemper ſit peremptoria,vide Socin.in reg.3.Sententia ad hoc vt valeat citatio peremptoria requiritur:vbi ponit caſus 27. in quibus non requiritur , quod ſit peremptoria,vide illum.

Vide plenius. Citatio vna quando ſufficiat,vel plures requirantur.Concluſ.247.

Vide etiam.Peremptorium debet cõtinere tres citationes,& quando ſufficiat vna.Concluſ.279.

4 Amplia etiam in cauſa,in qua proceditur ſummarie de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij.Caſtren.conſ. 254.in princ.lib.1.gloſſ.in clem. ſæpe ver.ad id,de verb. ſignif. vbi quod debet exprimi ad audiendam ſententiam , ſequitur illam gloſſ. Abb. in cap. conſuluit,de offi. deleg. ſimilis gloſſ. in cap. cum contumacia, de hæret. in 6. Cuman. conſ.7.column.1.plene Roman.conſ.369. Circa primum.num.8.vbi apoſtilla in ver. ſpecificationem.

5 Extende,quia etiam ſi pars fuerit citata,& præſens in diſcuſſione negocij , tamen debet ſpecialiter citari ad ſententiam , & non ſufficeret citatio ad audiendam voluntatem iudicis. Ro. conſ. 369. Circa primum,in princ.& num.8.

6 Extende, quia talis citatio debet eſſe certa , & ſpecifica,quia obſcura,& indeterminata nulla iudicatur. l. aut qui aliter.§. ſi quid denunciauerit. ff.quod vi,aut clam,& dicitur obſcura,& incerta ſi dicatur ad audiendam voluntatem iudicis.

Vide . Citatio incerta quando dicatur. Concluſio.232.

7 Amplia etiam ſi eſſemus in ſententia lata a Principe , quia lata ſine ſpeciali citatione ad ſententiam , eſt nulla. gloſſa in l. final. & ibi Baldus in prima column. C. de de legi. & plene Roman. d. conſil. 369. Circa primum. num. 6. & ſequen. vbi quod nec ſufficit ſi citatio ſit facta ad videndum imponi finem liti,quia non valet: vbi apoſtill. dat concord.in ver.730.

Vide . Citatio an poſſit per Principem omitti. Concluſ.270.

8 Amplia in tantum , quia ſententia eſſet nulla , niſi citatio præceſſerit ſpecifica , & licet enuncietur citatio in ſententia per illa verba, viſa citatione ad ſententiam , non tamen probatur citatio contra abſentem tempore ſententiæ.Ioan. Andr.in addition.ad Specul. titul. de ſenten.§.iuxta . verſ. & nota Archid. in cap. propoſuiſti. 86. diſtinct. Bald. in cap. bene. column.2. de electio. Aret.conſil. 62. Ex facto.column. 2. Iaſon.in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ver. eſſet videndum. ff.de offi.proconſ.

Vide. Citatio quando præſumatur . Concluſione 267.

9 Reſtringe quando duo concurrunt , ſcilicet, quod ſit enunciatio in ſententia, & lapſum eſt longum tempus , quia tunc citatio præſumitur. Innocen. & Ioan. Andr.in cap. Albericus,de teſtib. vbi alij . Cyn. in l. emancipatione. C. de fide inſtrumen. Imol. late conſil. 110. In cauſa.Alexand. * in l.deuno quoque. ff.de re iudica. vbi dicit * veriorem.

10 Amplia , vt citatio ad ſententiam ſit neceſſaria in remiſſione nunciationis noui operis , alias eſt nulla talis licentia, & remiſſio . Caſtrenſ.conſil. 412. columna ſecunda.verſicul. ſed ponamus, lib.2.

11 Extende , quia citatio ad ſententiam eſt neceſſaria, etiam ſi pars interfuit toto proceſſui,& diſcuſsioni totius cauſæ,quia adhuc debet citari ad ſententiam . Caſtren. d.conſ. 412. column.2.verſ. contrarium tamen.lib.2.

12 Reſtringe , niſi ſententia feratur ad fauorem abſentis non citati. Caſtren.d.conſ.412. column. 2.prope fin. ver. nec obſtant not.lib.2.vbi ad hoc adducit l.quamuis indubitati.C.de adult.in fi.cum ibi not.

13 Reſtringe in cauſa criminali , in qua iudex ex officio poteſt ſupplere defectum abſentis.Caſtren. d.conſ.412.col.2.prope fi.lib.2.

14 Reſtringe quando in cauſa erat concluſum.Caſtren.vbi ſupra.

15 Amplia in cauſis criminalibus, in quibus citatio requiritur, vel quod ſi reus eſt captus,ſententia feratur in eius facie,& ita totum mundum ſeruare dicit Iulius Clarus in §.final.quæſt. 31. num. 23. verſicul. ſed hic quæro, & idem dicit Farinac. quæſt. 11. num. 44. verſicul. nec prætermittendum : vbi quod ita ſeruatur Romæ , & hanc ſeruari de conſuetudine Italiæ . Caſtrenſ. conſilio 254. Videtur dicendum, col.2.libro 2.

16 Contrarium , quod imo quando contumax fuit poſitus in banno vigore ſtatuti , quod habeatur pro cõfeſſo,&poſſit condẽnari abſq;alia citatione ad ſententiam. Flami.Cartar. de exequut. ſenten. capto bannito.c.1.nu.429.vbi de conſuetudine totius Italiæ ita ſeruari dicit,quod impugnat Farinac.d.q.11.num.44.ver.nec prętermittendum,ſed prima opinio eſt vera , quam ita per totam Italiam ſeruari atteſtatur Caſtren.conſ.254.Videtur dicendum.col.2.lib.2.

17 Declara , quia ſi in cauſa criminali proceditur ex officio , tunc iudex pro abſente ſupplet,& ſententia ſine citatione valet , & idem eſt ſi eſt concluſum in cauſa.Caſtrenſ. conſ. 412.col.2.prope fin.lib.2.

18 Amplia , quia citatio ad ſententiam debet eſſe certa,videlicet pro tali die, & ſi feratur alia die, non valet,prout etiam ſi fiat ad certum locum, & feratur in alio loco,non valet.Caſtr.d.conſ. 254. num.3.ver.tertio,& vltimo.lib.2.

19 Contrarium,quod imo ſententia lata poſt terminum in citatione appoſitum valeat,quando citatus non comparuit in die citationis, ſecus ſi cõparuiſſet,quia non valeret,tenet Bal.in l.ſi vt proponis.C.quomodo,& quando iudex, quem ſequitur Caſtren.d.conſ.254.in fi.lib.2.

20 Declara,quia citatus ad ſe excuſandũ certa die, ſi non comparet,poteſt condemnari , & ferri ſententia ipſo non citato,& alia quacũque die,maxime ſtante ſtatuto,quod contumax habeatur pro confeſſo.Caſtr.d.conſ.254.in princ.& in fin.& nu. 3.lib.2.

21 Limita in reuiſoribus rationum , qui poſſunt pronunciare contra officialem præteritum eo aliter non citato,& valet ſententia,quia eſt ſpeciale in ſententia computationis.Bar.in l.2. §.1.de admin.rerum ad ciuit. pertin. Abb.in c. ex inſinuatione ad fi.de appel.Iaſ.conſ.111.ad fi.lib.1.

22 Limita, quia licet vigore ſtatuti Florentiæ requiratur citatio ad ſententiam vna die pro alia, & non

Digitized by Google

non credatur Notario, vel iudici asserenti illam præcessisse. Abb. in cap. tenor, de re iudicata. Alciat. de præsumption. regula tertia præsumpt. 9. tamen quando causa est vilis, & paruæ importantia, & maxime inter viles, & rusticanas personas creditur etiam sine alia iustificatione asserenti, & sic si notarius hoc enunciat, statur illi. Abb. in d.c. tenor. Bar. in auth. nisi breuis. C. de sent. ex breuil. recit. Conclus.

Vide. Rusticitati quando, & in quibus parcatur. Conclusio. 372.

23 Limita in notoriis criminibus, vel alijs.

Vide, & declara, vt in ver. Citatio non est necessaria multis casibus. Conclusio. 272. numer. 6. & sequen.

24 Limita, quando extaret consuetudo, vel stylus in loco, quod non fieret citatio ad sententiam.

Vide. Citatio non est necessaria in multis. Conclusio. 272. nu. 29. & multis seqq.

25 Limita contra absentem, quando causa est summaria, quia est solemnitas iuris ciuilis hoc casu. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. figura iudicij, in fin. ver. & idem puto, vbi apostilla, in ver. re iudica.

Citatio an possit omitti per Principem. Conclusio. CCLXX.

1 CITATIO est defensio, quæ competit iure naturæ, & quoad hoc non potest omitti a principe. Oldrad. cons. 43. in prin. quæritur vtrum citatio, concor. Calder. qui etiam loquitur in Imperatore. cons. 204. alias 8. de re iudic. in princ. ver. nec etiam Imperator. Anchar. cons. 211. nu. 5. ver. item tex. iuris nouissimi. Geminia. cons. 53. num. 1. ver. sed certum est, & num. 2. & 3. vbi quod Papa, & Imperator non possunt omittere citationem, quæ est de iure naturali. Hiero. de Tortis in suo consilio, quod est post consilia. Anton. de Butri. nume. 21. vbi dicit * communem, quia Deus citauit Adam in Paradiso terrestri. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura iudicij, nu. 6. ver. quæro igitur, vbi quod est de iure diuino, & naturali, & quod Papa cassauit sententiam Imperatoris contra Regem Siciliæ latam, quia non erat citatio legitima. clem. Pastoralis, de re iudi. & ibi apostilla. in ver. respondeo, & ideo est necessaria in omni iudicio summario, etiam sine figura iudicij. Alex. cons. 83. Visa facti. num. 12. lib. 2. vbi allegat cap. primum, de causa possess. & propriet. & clem. Pastoralis de re. iudi. vbi Papa de se ipso testatur contra non requisitum non posse aliquid diffinire, & repetit cons. 47. Habita, in fi. lib. 7. Calder. cons. 138. in prin. ver. nec etiam Imperator, alias sexto de diuario. quod duplicatur. cons. 204. alias octauo, de re iudi.

2 Et de Imperatore, quia non potest condemnare nõ citatum, neq. monitum, Clem. Pastoralis, de re iudi. Anchar. cons. 309. in prin. & cons. 277. num. 7. & 439. nu. 9. & seq. & plene Christoph. Castillio. cons. 8. in facto. num. 15. vbi dicit etiam, si Imperator de plenitudine potestatis faceret actum priuationis omissa citatione sine causa, quia non valet. Bart. dict. extrauag. ad reprimendum. in ver. & figura iudicij, nu. 6. ver. quæro igitur.

Vide. Sententia nulla ex defectu citationis quã do procedat. Concl. 152. n. 73. & multis seqq. ver. amplia in sententia Principis, vbi extenditur, dan tur contraria, & declaratur.

3 Extende, quia in cirminalibus non potest etiã de plenitudine potestatis procedere contra subditum suum, non citatum, * communem, & magis communem opinionem, dicit Clar. in §. fin. quæst. 31. numer. 2. ver. adde quod, Castillio. dict. cons. 8. num. 15.

4 Extende etiam, si delictum esset notorium, quia non potest Princeps supremus procedere contra suum subditum non citatum, de ordinaria potestate, ita Iul. Clar. in §. fi. q. 31. in prin.

5 Extende etiam in ciuilibus, quia necessaria est citatio, vt Princeps possit procedere contra * subditum, magis * communem dicit Clar. d. §. fi. q. 31. num. 2.

6 Extende etiam in sententia mere declaratoria, quia necessaria est citatio, etiam in Principe, vt de sententia excommunicationis incursæ per Florentinos. loquitur Socio. quem citat Iul. Clar. d. §. fi. quæst. 31. numer. 2. & numer. 7. vbi dicit * magis communem.

7 Extende multo magis in Legato Papæ. Ancha. d. cons. 277. nu. 7. & cons. 439. nu. 9.

8 Extende, quia non potest Imperator, neq. alius princeps declarare ius dubium, vel priuilegium in præiudicium tertij, nisi ipso tertio presente, vel citato, & audito in suis defensionibus. Alexan. cons. 11. in prin. lib. 3. vbi maxime hoc dicit procedere, quando Princeps non fecit ex certa scientia, vel non inseruit priuilegium declaratum, vel non fecit de plenitudine, vbi quod non sufficit attestatio, quod vidit, quia vnum priuilegiũ potuit pro alio ostendi, quando maxime non conueniunt omnia necessaria in visione facta.

9 Amplia, quia Papa profitetur non posse aliquid diffinire non audita parte, in c. 1. de causa possess. & propriet. & idem multo magis in Imperatore. Alex. cons. 11. Alias consului. in prin. lib. 7. & iterum cons. 47. in fin. eod. lib. 7. & cons. 83. num. 12. lib. 2.

10 Et quod in sententia Papæ, & Principis sit necessaria citatio, alias est nulla, est tex. in clem. Pastoralis de re iudi.

Vide. Citatio est necessaria in vnoquoq. actu. concl. 268. num. nu. 61, & sequent. vbi plene, & declaratur.

11 Extende, quia imo Papa non potest tollere citationem de iure naturę, etiam in notorio, quia etiam Deus in facto notorio citationem præmisit. Gemin. cons. 53. num. 3. ver. imo dicit quod Papa, & quod non possit Papa condemnare non citatum, neque monitum. Ancha. cons. 309. Videtur prima facie, in prin. & cons. 277. num. 7. & consil. 439. num. 9.

12 Extende maxime in criminalibus, quia etiam si delictum sit notorium, non potest Princeps procedere sine citatione contra subditum de ordinaria potestate. Iul. Clar. in §. fi. quæst. 31. in prin. * ubi de * communi.

13 Contrarium Marsil. in l. de vnoquoque n. 53. ff. de re iudi. ubi plurimos allegat Vrsil. in additio. ad decisio. Afflicti. 283. sub num. 12.

14 Declara, ut pro Felin. in c. cum olim. numer. 10. & seq.

Digitized by Google

& seq.de re iudi.vbi plene examinat, quãdo possit Papa, vel Princeps omittere citationem, & quando in notorijs non requiratur.

15 Restringe quãdo ex citatione in occultis(prout est crimen læsæ maiest.)imminereț periculum, quia possunt recipi probationes adhibitis quibusdam honestis personis. Anchar.dict.cons.277. num.9.& seq.& cons.439.nu.11.& seq.

16 Limita quia modus citationis circa ea, quæ sunt de iure positiuo,potest per Principem,tolli, vel alias induci,videlicet quod quis citetur, vel non per nuncium,per epistolam,vel per edictum, aut pluries,vel peremptorie.Old.d.cons.43.Quæritur vtrum,in prin.Alex. cons. 225. Ponderatis. nu.8.& seq.ver.nec obstat,lib.6.

17 Extende, quia potest Papa tanquam superior absoluere excommunicatum a concilio non citata parte,neq.requisito concilio, & valet talis absolutio, prout etiam valet excommunicatio sine monitione,sed tamen sunt iniustæ, ratione ordinis omissi,& rescriptum reuocans omnia gesta vigore alterius præcedentis rescripti,non extenditur ad legitime,& iuste facta, sed tantum dicitur reuocari iniuste facta, quamuis valida. Romani cons.354.Circa propositam,per totum, vbi apostil.dant concord.

18 Limita,quod Princeps causa subsistente potest tollere citationem.Alex.cons. 2. Visis codicillis, vol.1.ver.& dicit Paul.de Castro.nu. 14.apostill. ad cons. Oldrad. 43. ver. sed hoc non potest vbi quod Papa de plenitudine potestatis potest procedere parte non citata.Alexand.cons. 225.n. 8. libro 6.

19 Extende,quia licet non valeat statutum, quod sententia sit valida,non audita,neq.citata parte, quia tolleret defensionem naturalem.clem. Pastoralis de re iudica.tamen valet,quando causa fuit plene discussa,& constat de debito, vel de crimine,quo casu valet statutum Perusij, quod sententia sit valida,si causa fuit discussa,licet ad sententiam non sit facta citatio. Alex. plene cons. 225. Ponderatis,num.12.ver.corroborantur.lib.6.

20 Extende,vt Princeps possit tollere citationem partis in transumptatione iurium,vt adhibeatur illis fides,etiam si sint transumptata non citata parte.Gemin.cons.15.numer.16.& 17. ver. super quarto.

21 Vide plenius in ver.Princeps quando possit nõ citato præiudicare.Concl.689. vbi id declaratur multis modis, distinguendo plures casus secundum Socin.cons.206.num.45.& seq.lib.2.

Citatio an, & quando possit remitti a lege, vel a consuetudine. Conclusio. CCLXXI.

1 CITATIO potest per statutum, vel constitutionem remitti,vel tolli,& valebit actus sine citatione. Roma. cons. 142. Quod cessionarius.numer.2.vbi quod sicuti potest pacto, & conuentione remitti,ita statuto,vel consuetudine.

2 Contrarium, quod imo non, valeat statutum, vel constitutio remittens citationem tenent multi quos vltima apostil.ad cons. Rom. 142.in ver. non remitteret.Marsil.in l.de vnoquoque, nume. 24.& singul.26.licet ex forma, & quod neq. per statutum,neque per Principem possit citatio tolli.Abb.in c.ea,quæ,de re iudi.Bald.in l.1. C.quomodo,& quando Iudex.Bar.in l.si Prætor,in prin. ff.de iudi.Franc.in c.dilecto,quæst.51.in 3. limit. de appel.& hanc partem tuetur.Alex. cons. 107. Perspectis,nume.4.& seq.lib.5.ver.benefacit,vbi quod neq.Papa, neq. Imperator possunt priuare aliquem dominio, vel possessione sine culpa, & non auditum.

3 Extende, vt multo magis procedat etiam in criminalibus,clement. Pastoralis, de re iudica, cum ibi not.

4 Declara,quia in generali dispositione statuti, vel Principis non censetur sublata nullitas citationis.Angel.cons.172.in.fi.& cons.291.

5 Declara,quia valet statutum, si absolute non tollit citationem,sed qualificate, puta si citatus non compareat quod habeatur pro confesso, quia poterit condemnari absq. alia citatione ad sententiam,ex quo statutum ita disponit. Castr. cons.254.Videtur dicendum,lib.2.per totum,vbi quod ita seruatur per totam Italiam.

6 Declarat Alexan.cons.107.Perspectis in princ. ver.& dato quod statutum, libr. 5. & per totum, quod licet statutum Florentiæ velit, quod contra hæreditatem iacentem possit creditor obtinere adiudicationem bonorum nullo dato curatore,vel defensore,sed sufficiat citatio generalis in vicinia,& ad domum defuncti cum libello,tamen quod tale statutum non tollit solemnitatem iuris in reliquis,ideo is,quem tangit prima causa successionis,debet specialiter citari, quia hoc omisit statutum,& num.4. & seq. dicit quod imo si statutum expresse diceret,quod Iudex declaret non requisita,vel non citata parte, debet intelligi,quando prius fuit audita, vel quando scit, & tacet,alias esset iniquum statutum,& nõ valeret, quia neq. Papa, neque Imperator posset hoc facere.

7 Declarat plenius Alexan. cons.225. Ponderatis,num.8.ver.nec obstat secundum eos,lib.6.vbi quod valet statutum tollens directe defensionem, & sic citationem, puta si diceret valeat sententia non audito,neque citato condemnato, certe tanquam iniquum non valet, sed si statutum dicat prætendens sententiæ nullitatem teneatur dicere de nullitate infra certum tempus, alias non audiatur post terminum,tunc statutum valet, quia non tollit citationem,neq.defensionem, sed modificat,& variat modum,& num.9.& seq. dat plura similia, quia valet statutum præfigens terminum ad proponendum exceptiones,& defensiones etiã * peremptorias secundum magis * communem opinionem.

8 Extende,vt procedat etiam quoad capturam, quia valet statutum,vel constitutio remittens citationem,ut debitor possit capi sine citatione ad instantiam creditoris.Rom.d.cons.142.n.2.

9 Contrarium, quod non valeat statutum, uel constitutio, quod quis possit capi sine citatione, nisi quando esset suspectus de fuga. Roma.cons. 224. Ista captura. Marsil. in l. de unoquoque, numer. 24. ff. de re iudicat. quos citat apostil. ad consilium Roman. 142. in uerb. constitutione.

Declara

Digitized by Google

10 Declara,quia valet ſtatutum, quod obligatus cum guarentigia poſſit carcerari ad meram voluntatem creditoris, quia poterit carcerari non citatus,quia non tollitur citatio,ſed variatur modus, ex quo ipſo carcerato cauſa diſcutietur, & qui ſuſcipit guarentigiam, ponit ſe in iſto diſcrimine. Alexand.conſ.225. Ponderatis. num.6. in fin.cum ſeq.ver.ſi qua ergo. lib.6. vbi ponit plura ſimilia.

11 Amplia, quia conſenſu partium poteſt citatio remitti. Rom.conſ.142.nu.2.

12 Extende, quia reus poteſt habere teſtes pro informatione curiæ examinatos ſine citatione, pro legitime examinatis, & ſic remittere citationem, ita Vulpell.conſ.68.num.7.

13 Amplia, quia citatio ad ſententiam poteſt remitti per ſtatutum, quando ſtatutum præfigit terminum ad ſententiam, quia tunc alia requiſitio iudicis non eſt neceſſaria. Roman. conſ. 176.nu. 5.& ſequen.

14 Extende in citatione ad producendum iura, quia, ſi eſt ſtatutus terminus à ſtatuto, infra quem omnia debent produci, cenſetur remiſſa requiſitio iudicis. Roman. dicto conſilio 176. num. 5. verſic. ſecundo quia, vbi quod ratio eſt, quia vltima dies termini tacitam requiſitionem inducit.

Vide Concluſionem proximam ſequentem, num. 21.

Vide. Termino præfixo multa permittuntur vltima die. Concluſ. 69.

15 Amplia, quia de conſuetudine poteſt tolli citatio, prout ſi ſtatutum, vel conſuetudo diſponit, quod contumax habetur pro confeſſo, quia non requiritur citatio ad ſententiam, & ita de conſuetudine totius Italiæ obſeruari dicit Caſtrenſ. conſil. 254. Videtur dicendum. lib.2.

16 Extende, quia etiam valet ſtatutum, quod contumaci,vel bannito denegetur audientia,quia iſtud eſt ex cauſa, quia non comparuit in termino. Alex.d.conſ.225.num. 19. ver.hoc etiam expreſſe.lib.6.

Extende, quia valet conſuetudo,& ſtylus,quod ſententia valeat ſine citatione.

Vide. Citatio non eſt neceſſaria multis caſibus. Concluſione proxima ſequen. num. 29. & ſequen.

17 Amplia, quia licet ſtatutum non poſſit tollere defenſionem naturalem,& ſic citationem, tamen hoc procedit quando agitur de mera defenſione,vt quia agitur de exequutione ſententiæ nullæ, & condemnatus excipit de nullitate, ſecus ſi agitur principaliter ad nullitatē declarandam,ita Alex.d.conſ.225.num.11.& ſeq. ver.& ideo dicit, lib.6.vbi dat exemplum de excommunicato, qui non poteſt agere, ſed tantum poteſt excipere, nec auditur, ſi agat ad nullitatem ſententiæ contra ſe latæ, quia dicitur actor, non excipiens.

18 Sic etiam bannitus, vel excommunicatus, qui non poſſunt agere, non poterunt exceptionem compenſationis opponere,quia talis exceptio eſt reconuentio. Alexand. dicto conſil. 225. num. 12. lib. 6.

19 Limita, quia Papa, & Princeps contra non auditum non vult poſſe aliquid fieri, & ideo citatio eſt neceſſaria, clemen. paſtoralis, de re iudica. Alexand.d.conſil.107.Perſpectis. num. 3.libro 3. ver.quinimo.

20 Declara, quia eſt vera limitatio quoad ea, quę ſunt iuris naturalis, & reſpiciunt defenſionem, ſecus ſi non eſſet mera defenſio, vt quia ſit agere, vel accuſare: item procedit, quando non eſt ſtatutus terminus, & in termino non fecit: item quando ſit per modum modificationis, ita plene Alex.d.conſ.225.n.6.in fi. cum multis ſeqq. ver.ſi qua ergo.lib.6.

Vide.Sententia nulla ex defectu citationis qualiter procedat. Concluſ.152.

Vide Concluſ.prox.praced.

Citatio non eſt neceſſaria in multis. Concluſio. CCLXXII.

1 CITATIO non eſt neceſſaria de iure contra verum contumacem, & qui dixit ſe nolle venire, vel quando citatio fieret ad probandam contumaciam, de qua conſtat. Oldrad. conſ. 65. ver. venio ad ſecundum, & extende vt infra nu. 10.& ſeq.

2 Declara, niſi citatus erroneè ex iuſta cauſa, vel probabili dixiſſet nolle comparere, quia prætendere poſſet non teneri, ita in ſimili Feder. de Sen.conſ.232.in fi. ver.ex ijs ergo, vbi Epiſcopus habens collationem cōmunem cū capitulo, ſi vocauit capitulum, & capitulum noluit conuenire, non tenetur vocare vlterius,niſi capitulum habuerit iuſtam cauſam non conueniendi,quia credidit ad ſe ſolum ſpectare collationem.

3 Amplia, quod citatio non requiritur, vbi ſolemnitas iudicij non exigitur, ideo in requiſitione, & priuatione quam facere poteſt Epiſcopus contra non reſidentem notorium non requiritur citatio, quia via iudicij non eſt de neceſſitate, & iura non mandant citari,ſed requiri. Oldra.conſ. 195. Articuli Domini Arnoldi, in princ. ver. ad primum.

4 Amplia, quia teſtes examinati pro informatione curiæ ad effectum inquirendi ſuper maleficio, & procedendi ad capturam probant parte non citata. Iul. Clar. in praxi crimin. quæſt. 11. num. 2.

5 Extende, quia contra contumacem probant etiam delictum. Iul.Clar.d.quæſt. 11. num.2. vbi ſecus eſſe dicit contra præſentem,quia debent repeti parte citata.

6 Amplia in notorio probato, quia non requiritur citatio partis in excommunicatione ſuper notorio delicto. Deci.in cap.peruenit,de appell. in fin. vbi loquitur quando excommunicatio profertur a iure, ſecus ſi ab homine, quia notorium debet eſſe probatum. Zabarell. ſuper clemen. paſtoralis, de re iudi. vbi, quod citatio requiritur, niſi contra notorium deprehenſum in actu facinoris. Aegid.Bellam.plene conſ.40.num.8.& ſeq. ver.circa tertium.

7 Declara, vt plene per Felin.in c.cum olim,de re iudi.num.11.ver.nota ſecundo ampliando.

8 Extende, quia citatio non requiritur ad declarandum id, quod eſt notorium iuris, veluti, quod cedens bonis non teneatur ſatisfacere ſuis creditoribus, neque conueniri poſſit. Calderin. conſil.183.per totum, maxime num.2. ver.item iura-

iuramentum, in princip. col. 1. alias 7. de iureiur.

9 Declara, quia citatio in notorijs non requiritur, neque causæ cognitio, secus si res est dubia, licet notoria. Castr. conf. 412. col. 3. lib. 2.

10 Contrarium, quod citatio requiratur in notorijs, quando agitur de præiudicio absentis. Abb. conf. 3. Nitar. col. 7. circa fin. vers. ad octauam. lib. 2. & conf. 68. Quanquam. col. 2. nu. 4. lib. 2. vbi pro vtraque parte.

11 Declarat idem Abb. conf. 68. nu. 4. lib. 2. quod quando absenti potest competere defensio, semper debet citari pars, quantuncunque factum sit notorium, secus vbi certum est absenti nullam competere defensionem, & hanc dicit veritatem.

12 Ego dubito de declaratione Abbatis, quia etiam in ijs, quæ non sunt notoria, non requiritur citatio, quando constat, quod absenti nulla competit defensio, vt supra num. 6. ergo notorium nihil operaretur, quod est falsum.

Declara igitur melius, vt in ver. Sententia nulla ex defectu. Concluf. 152. num. 76. & seq. verfic. declara, quia si sumus in facto non notorio.

13 Declara, quia citatio in notorijs an sit necessaria, quando notorium est permanens, vt per Oldrad. relatiue conf. 65. ver. venio ad vltimum, vbi videtur velle, quod sic, nisi sit periculum, vel scandalum in mora, vel si fiat citatio, & an requiratur, vel non, in notorijs, dic, vt per Ias. consil. 86. lib. 3. in 3. dubio. Aretin. consil. 165. & late Franch. in cap. peruenit. il 1. de appellat. Anton. de Butr. in cap. per vestras, de cohab. Cleric. & mulier. plene Clar. in §. fin. quæst. 9. num. 4. ver. quæro nunquid, vbi quod ad sententiam requiritur citatio in notorijs, & est communis * opinio.

14 Amplia, quod citatio non est necessaria in actu qui potest inuito citato expediri, & quando absens, si fuisset præsens, non potuisset contradicere. Oldrad. conf. 257. nu. 8. ver. nec video qui loquitur in vnione facta non citato rectore beneficij, quando aderat clausula, sine præiudicio rectoris moderni. Calderin. conf. 183. alias 7. de iureiur. circa fin. ver. item si fuisset præsens, qui loquitur in absolutione à iuramento ad effectum agendi, & ibi in ver. ita etiam solet dici, vbi loquitur in excommunicato absoluto non citato eo, ad cuius instantiam fuit excommunicatus. Alexand. conf. 1. num. 14. in fin. lib. 1. qui loquitur in legitimatione facta in præiudicium substituti non citati, vt valeat, quia si est ex certa scientia, & non poterat obuiare substitutus. Roman. consil. 211. Quoad primum. num. 2. ver. secundo idem, vbi plena apostill. in ver. non posset, citat infinitos. Rom. conf. 369. nu. 5. ver. & regula, & nu. 29. ver. & huius est ratio. Alexan. conf. 129. Difficultas. lib. 1.

15 Extende, quia citatio non requiritur, quando actus potest fieri absente parte, & dependit à voluntate eius, qui facit. Calder. conf. 470. alias 5. qui filij sint legitimi. Alexan. d. conf. 130. per totum. lib. 1.

Vide Præsentia partis non requiritur multis casibus. Concluf. 606.

16 Extende, quia citatio non est necessaria ad sententiam contra eum, contra quem potest sententia ferri inuitum, quia in ijs, quæ possunt contra inuitum fieri non requiritur citatio. l. 4. §. illud ff. de fideic. libert. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. vbi Deci. nu. 2. Bar. in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertinent. Abb. in c. cum olim. num. 2. cum seq. de re iudi. Alex. in l. recusare, in fin. princ ff. ad Trebellian. Castren. conf. 54. lib. 2. Alex. conf. 130. lib. 1. Afflict. decis. 182. in princip.

17 Extende, quia emphyteuta, qui cecidit ob canonem non solutum, non debet citari; neq; moueri, licet dominus possit alium inuestire primo non monito; quia non potest impedire. Rom. late conf. 212. Quoad primum, in princ. vbi apost. in ver. concedere, dat concord. vbi, quod sicuti hoc potest fieri eo inuito, ita etiam eo absente, & non citato.

18 Extende in eo, qui non habet interesse in actu, qui expeditur, quia citari non debet. Rom. conf. 212. num. 3. ver. tertio quia.

19 Extende, quia generalis est regula, quod actus qui potest expediri me inuito potest etiam expediri me non citato.

Vide incertum authorem post reg. Socin. reg. 8. Actus qui potest expediri aliquo inuito, vbi restringit, & declarat duobus modis.

20 Amplia, quod non requiritur citatio super declaratione consuetudinis; quando ipsa consuetudo ex actibus notorie frequentatis constat. Oldrad. conf. 293. in princ.

21 Amplia, quia in vltima die termini potest ferri sententia, fieri productio iurium, & alia possunt fieri sine citatione. Maranta in praxi. tit. de citat. nu. 18 in 11. limitat. vbi declarat, quando ab homine, puta iudice, vel parte est facta termini præfixio, secus si à lege, vel principe.

Vide Conclus. prox. præced. nu. 14.

22 Amplia in eo, qui appellans ab interloquutoria protestatus fuit nolle coram eodem iudice vlterius comparere, quia poterit ad diffinitiuam contra eum non citatum procedi. c. 2. de dolo, & contum. in 6.

23 Imo licet nihil dixerit, si appellauit ab interloquutoria, & recessit, videtur protestari nolle plus comparere coram eodem iudice, & iudex eo non citato potest procedere tanquam contra contumacem. Castr. conf. 66. Dubia supradicta, col. pen. ver. & est simile. lib. 1.

24 Declara, vt procedat si post protestationem nunquam comparuit, sed si semel comparuisset, debuit tunc semper citari, alias processus esset nullus. Feder. de Sen. conf. 171. Casus talis est, quidam fuit, per totum.

25 Extende in eo, qui statim citatus ascendit æquũ, & iuit vltra mare, quia non citatur amplius, ex quo declarat nolle cõparere. Ias. d. l. nequicquam. §. vbi decretum. n. 25. in limit. 2. ff. de off. proconf. vbi, quod debet constare iudici de hoc.

26 Amplia in eo, qui est deputatus ad se informandum, & referendum, an quis iuste, vel iniuste possideat beneficium, quia non requiritur citatio. Calder. conf. 130. in fin. alias fi. de iudi. quod duplicatur 136. alias 4. de dilatio. vbi quod melior esset informatio facta citata parte.

27 Amplia in sententia interloquutoria, & vbi agitur de modico præiudicio. Abb. conf. 3. Nitar. col. 7. in fi. & col. 8. in princ. lib. 2. in 8. dubio.

28 Amplia, quia facta de facto sine citatione debent fieri, & reuocari contrario imperio sine citatione. Calder. conf. 133. alias 1. de dilatio.

Vide.

Vide. Facta de facto etiam sunt reuocanda de facto,& quando secus. Concl. 11.

29 Amplia,quando de stylo (prout Neapoli) non fieret citatio ad sententiam,vt attestatur Afflict. deci. 271.in fin.Grãmat.cons.ciuili,124.num.7.& de alijs curiis supremorum parlamentorũ. Boer. decis.183.numer.38.& idem dicit Felin.in c. cum olim,num.10.ver.tertius casus,de re iudic. Vant. de nullit.tit.quib.mod.sent.nulla reparetur,num. 109.& seq.vbi alios citat,& dicit seruari in Vrbe Romæ,& saltem dari sanatoriam.

30 Idem seruatur Florentiæ in condemnationibus criminalibus,quæ fiunt per DD. octo viros, qui supremam exercent Baliam,& potestatem,& fundatur super doctrina Cyni in l. rescripta. C. de precib. imper.offerend. quem sequitur Abb. in c. cum olim de re iudic. vbi quod quando Princeps condemnat subditum,vel facit suspendere,præsumitur,quod iuridice procedat, & vlterius aliud non requiritur.

31 Idem seruatur Mediolani,quia cõtra reos carceratos fertur sententia absque alia citatione, & valet vt attestatur Iul.Clar.in §.fi.quæst.31.num. 23.ver.sed hic quæro.

32 Et idem dicit contra absentes contumaces, qui ad sententiam non citantur,sed sufficit quod condemnatio, & bannum per prçconem publicetur,Iul.Clar.d.§.fi. q. 44. numer. 13. ver. item quæro vbi quod seruandus est stylus loci, & consuetudo.

33 Imo de generali consuetudine Italiæ ita seruari,quod contumaces habiti pro confessi, & positi in banno postea condẽnantur absque alia citatione ad sententiam, attestatur Flamin. Cartar. tit. de exec.sent.capto.bannito,c.1.num.429.licet Farinac.de inquisitio.quæst.11.num.44.ver.nec.præterea dicat contrarium,plene Castren.cons. 354. Videtur dicendum,in prin.lib.2.& ver.& hoc etiam videmus,vbi quod in criminalibus semel citatus, & contumax potest condemnari sine alia citatione,& ita seruatur per totam Italiam in sententijs quæ feruntur in arenghis.

34 Amplia, quando causa commissa est sola facti veritate inspecta,manu Regia,&c.quia omnia solemnia iuris positiui sunt relaxata, & iudex tenetur solũ ad ea,quæ sunt de iure gentiũ primçno.Ias.cons.105.col. fi.lib. & ideo si prima citatio ad totam causam fuit facta aliç citationes ad videndum iurare testes,& ad sententiam possunt omitti, quia sunt de iure ciuili. Roman. & Socin. in l. si quis arbitratu,ff. de verbor. obligat. Natta clem. sepe,§.& quia, num. 74. de verbor. signif.

35 Extende,vt idem sit in causa commissa summarie,& sine strepitu,& figura iudicij.Bart. dict.extrauagan.adreprimendum, in ver. & figura, nu. 6.ver. quæro igitur.

36 Extende,vt idem sit si rescriptum dicat, quod procedat,prout voluerit,quia non potest tolli citatio.Socin.cons.147.lib.1.

37 Amplia,quia vbi non requiritur citatio, si fiat nulliter,& non legitime, propterea non viciatur actus.Marsil.in l.de vnoquoque. numer. 42. ff. de re iudic.

Vide. Abundans cautela non nocet. Conclusio. 67.

38 Amplia in decernendo olim, & agnoscendo hodie bonorum possessionem, etiam contra tabulas quia non requiritur citatio.Rom.cons. 61. Licet mihi,in prin.

39 Amplia,vbicunq.ius partis reseruatum remanet,quia non requiritur citatio.Roma.dict. cons. 61. col. 2. ver. item quia, vbi apostilla, in ver. saluum.

40 Amplia in absolutione à iuramento ad effectum detegendi contractum illicitum, quia nõ requiritur citatio, ex quo non lçditur ius partis. Oldrad.cons.120.ver.ad secundum.

Vide. Absolutio à iuramento ad effectum agendi an requirat citationem partis. Conclusio 61.

41 Amplia,quia licet in extensione clausulæ cæteratæ requiratur specialis commissio iudicis, & partis citatio,tamen secus est,quando vigore cõmissionis factæ à statuto hoc concederetur notario, quia non requiritur citatio, licet præseruetur ius non citato docendi de mala extentione, quæ interim valet.Çastrens.cons.172. col. 2. ver. nec obstat,lib. 2.

42 Amplia in absolutione etiam ab efficacia iuramenti,& obligationis concessa ei,qui cessit bonis vt valeat non citato creditore, quando absolutio est in forma iuris concessa.Calder.cons.183.per totum,alias 7. de iure iur.

43 Amplia, quia reuisores debitorum communis possunt condemnare debitores absentes,& non citatos,qui consignarunt suos libros,ex quo defensio non potest competere. Abbas. cons. 62. prope fi.lib.2.

44 Amplia,quia citatio non requiritur, vbi non interest non citati.Calder.d.cons.183.alias 7. de iure iur. circa med. ver. & probantur prędicta clare.

45 Amplia in excõmunicatione,& absolutione ab ipsa excõmunicatione,quia licet fieri non debeãt sine canonica monitione,tamen factæ valent,quãuis sint iniustæ, ex omissione ordinis iudiciarij. Roma.cons.354.col.2.ver.respondetur, vbi apostil.dat.concord.

46 Amplia,quia citatio non est necessaria,vbi nõ requiritur causæ cognitio.Calder.cons.470. alias quinto,qui filij.sint legit.vbi quod non requiritur citatio in legitimatione,quia non fit cum causæ cognitione.

47 Extende in ijs, quæ gratia vrbanitatis fiunt, prout quod iudex associari faciat ad possessionem eum, qui habet constitutum in instrumento. Afflict. decis.326.l. penult. C. de ijs qui veniam ætatis.

48 Extende,quia non requiritur in possessione bonorum decreta,quia potest decerni parte non citata,l. 1.C.quorum bonorum,

49 Extende,quia citatio non requiritur in declaratione domini contra emphyteutam. Vant. de nullit,tit.quibus modis sent.nulla reparetur, nu. 110.Aegid.Bellam.cons. 40.nu.8.& seq.

50 Amplia in actu extraiudiciali, aut quasi celebrando.Roma. cons.369. Circa primum,numer. 29.uer.nec quidem,vbi apostil.in ver.citatio,quę dat concord.& plenius in alia apostil.in uer. necessaria,vbi quando agitur de gratia concedenda,vel modificanda extra iudicium,pars non debet citari.& ibi alia apostil. pro hoc vltimo in ver. doctrina,dat plures concord.

51 Extende in confirmatione electionis,quia non debet citari possessor non habens titulum colora

tum

tum in beneficio.Rom.conſ.483.Dubitatur,n.14. ver.tertio quæritur.vbi apoſtil.

52 Extende, quia princeps concedendo aliquid de plenitudine poteſtatis in præiudicium tertij non debet illum tertium vocare,vel citare. Alex. conſ.92.Perſpectis,num.41.& ſeq.ver.nec etiam, * lib.6.vbi dicit * communem.

53 Declara,quia poteſt Princeps actum extraiudicialem facere,prout concedere priuilegium alicui in præiudicium tertij,quando non agitur de præiudicio magno,ſed modico, alias ſi de magno agatur,non poteſt,niſi faciat ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis,& hoc conſtet per clauſulas hoc importantes,quia in dubio non præſumitur velle vti plenitudine.Alex. conſ. 11. Alias cõſului, n. 4.& ſeq.ver. & quod requireretur,li.7. vbi apoſti.in ver.dubio,citat Alex.conſ.60.lib.2.

54 Intelligas declarationem procedere inter ſubditos,non autem contra non ſubditos,quia requiritur citatio,& certa ſcientia, & plenitudo poteſtatis, quæ non operantur contra non ſubditos. Alex.d.conſ.11.num.8.& ſeq.ver. poſſet etiam aliter reſponderi,lib.7.

55 Amplia,quia citatio non requiritur, quando Iudex interponit officium ſuum, vel authoritatem ſuam.Calder.conſ.470.alias quinto, qui filij ſint legit.in fin.

56 Amplia in exequutione iudicati, quando exequutio fit in eadem re,de qua eſt iudicatum, ſecus ſi in alia re,quia deberet pars citari. Fulgoſ. conſil.183.Circa primum,n.2.ver.circa ſecundũ.

Vide.Exequutio ſententiæ quam cognitionem habeat.Concluſ.484.

57 Extende, quãdo dominus pro expulſione emphyteutæ petit aſſociari,quia citatio non requiritur quando ſolam aſſociationem petit,ſecus ſi expulſionem.Socin.conſ.167.nu.18.lib.2.

58 Amplia, quia in dilatione iuramenti faciendæ ei,a quo bona furto ſubtracta ſunt, non requiritur citatio,quia non audiretur volens impedire. Iaſ.in l.ſi quãdo.C. vnde ui,ſed audiretur volens probare,quæ bona eſſent.Angel,in l.qui vnus, in pri.ff.de rei vẽdic.Abb.conſ.52.Quidã magiſter.

59 Amplia,vbi citatio eſt impoſſibilis, quia non eſt neceſſaria.Alex.conſ.106.Viſis,nu. 18. libr. 5. ver.nec ad hoc obſtat.

60 Amplia,quia citatio non requiritur ad ſententiam coram arbitratore,licet ſecus ſit coram arbitro.Cuman.conſ.7. Primum videndum,per totum,& maxime in fi.ver.incip.in quæſt.& differentia.Rom.cõſ.61.Licet mihiper totum.vbi apoſtil. * in ver.prolatione dicit * communem, & magis communem.

Vide.Arbitrator quis dicatur.Concluſio.449. & Concluſio præced.

61 Amplia, quia in exequutione dato ad conferendum non requiritur citatio poſſeſſoris beneficij, ſed tantum requiritur in exequutione. Cuman.conſ.7.nu.6.ver.ad idem etiam.

62 Extende in mero exequutore deputato a Magiſtratu criminali ad declarandum, & bannien-dum aliquem,tãquam rebellem,l.fi.C.ſi per vim, vel alio modo.Bald.in l.nequicquam,§. vbi decretum.ff.de offi.Proconſ.& lega.l.exequutorem. C. de exec.rei iudic.

63 Extende,quia vbi non exigitur ſententia, prout quando proceditur non in figura iudicij, non requiritur citatio.Cuma.d.conſil.7.nu.7.

64 Amplia, quia licet in ſententia iuris ipſo facto requiratur ſemper declaratio,& citatio partis, antequam deueniatur ad exequutionem,tamen ſecus eſt in exequutione mera, vbi præceſſit iudicium hominis, quod declarat relatiue. Abbas.conſil.3.Nitar.col.8. in prin.ver.item, vt ipſe,lib.2.

65 Amplia,quia citatio non requiritur in datione curatoris facta minori,ſed tamen non citatus poteſt excipere,quod non ſit minor, & datio ſibi non præiudicabit.Bald.conſil.1.per totum,maxime in fi.lib.4.

66 Amplia in exemplando inſtrumento a notario, qui de eo eſt rogatus,quia pars non debet citari. Card.Zabarell.conſ.72.nu.7.

67 Amplia,quia non requiritur citatio in renouatione mandati,ſeu pronunciæ de exequendo,quãdo fuit primo loco facta pronuncia,a qua non datur appellatio,quia ſi non habuit effectum,poteſt ſucceſſor in eodem tribunali concedere renouationem ſine alia citatione.Bald. conſ.35.Præmiſſis verbis,lib.5.ſecus ſi eſſet ſucceſſor alterius tribunalis.

Vide.Renouatio quid ſit, & qualiter fieri poſſit.Concluſio.159.

68 Amplia in prorogatione inſtantiæ coram arbitro,cui data eſt facultas ſimpliciter prorogandi, quia poteſt prorogare parte vna petente,quia talis prorogatio eſt interloquutoria.Bal.conſ.350. Verba compromiſſi,numer.2. ver.aut nihil eſt dictum,lib.5.

Vide.Arbitri,& arbitratores quando prorogare poſſint inſtantiam.Concluſio.459.

69 Amplia,quia reus notorie calumnioſus non debet citari.Bald.conſ.17. Factum ſic proponitur, in fin.lib.5.

70 Amplia, quia citatio non requiritur contra eos,qui læduntur in conſequentiam,quando ſunt citati illi, de quorum præiudicio principaliter agitur,& ſententia eo caſu nocet etiam non citatis, quoad præiudicium in conſequentiam. Bald. conſ.334.Præmittendum eſt,numer.4. ver. ſed in contrarium,lib. 2. vbi quod ſi teſtamentum vſurarij manifeſti eſt declaratum nullum,citato hærede præiudicat ſubſtitutis, & legatariis. Alex. conſ.86.Viſis dubitationibus,num.3.& 4. libr. 2. * vbi dicit * communem,& apoſtil.ibi,in ver.conſequentia,dat concord.

Vide plenius in ver.Citandi non ſunt multi ex neceſſitate.Concluſio proxima ſeq.

Vide.Sententia quando non præiudicat non citato,vel e contra.Conclu.176.ver.Limita.

71 Declara,quando principalis citatus bona fide accepit defenſionem cauſæ, & ſuccubuit. Bald. d. conſ.334.num.4.ver.ſed hic quæritur,lib.2.

72 Extende, quia ad hoc, vt ego obtineam condemnari meum debitorem, non teneor citare alios creditores mei debitoris, quando ſolum intendo agere contra debitorem, ſi vero intendo agere contra alios creditores,vel tertios poſſeſſores,tunc citandi ſunt. Ang. in l. de vnoquoq. ff.de re iudi.Io.de Imol.in l.decem.ff.de ver. obli. vbi Iaſ.col.2. & 3.

73 Declara,quia ſententia non eſt nulla non citatis aliis,ſed illis,qui non ſunt citati, non præiudicat,ideo contra eos iterum eſt agendum illis citatis.Alex.conſ.84.In cauſa quæ uertitur, col. 3. lib.3.nu.10.uer.per prædicta etiam patet.

Extende

74 Extende,quia in adiudicatione bonorum facié da vni creditori non debent citari alij creditores eiusdem debitoris.Alex.conſ.184.In cauſa,& lite, num.10.ver.& ex hoc verificatur,lib.6.vbi quod ſolum debent citari prætendentes dominium in re adiudicata.

75 Declara,niſi ageretur ad finem excludendi alios creditores,quia tunc eſſent citandi, alias talis adiudicatio illis non præiudicat apoſtilla ad Alexand.dict.conſil.184.numer.10. lib. 6. in ver. Citandus.

76 Reſtringe,vt nõ procedat ampliatio,quando is, qui fuit citatus,nõ erat caput,& principalis,quia tunc non præiudicat alijs non citatis,ideo ſi ſubſtituens primo loco eſt citatus,& contra eum fertur ſententia ſuper nullitate teſtamenti,non præiudicat ſecundo ſubſtituto non citato.Bal.d.conſ. 334.nu.4.ver.ſed hic quæritur,lib.2.

77 Amplia quoad quale quale præiudiciũ,quia nõ eſt neceſſaria citatio,patet,quia res iudicata inter alios,& teſtes,& probationes inter alios probant contra tertium quoad quale quale prejudicium.Alex.conſ.86.Viſis dubitationibus,num. 5. ver.quantum autem,lib.2.

78 Amplia,quia citatio non eſt neceſſaria in ſententia interloquutoria. Bald. conſ.350.ver.Compromiſſi,num.2.ver.aut nihil eſt dictum,lib.5.

79 Reſtringe,quãdo ex tali interloquutoria auferretur poſſeſſio alicui, quia non valet ſine citatione.Angel.conſ.107.Iacobellus,& Lucas. num. 2.ver.conſtat autem.

Vide.Sẽtentia interloquutoria poteſt ferri partibus abſentibus,& quando ſecus.Concl.114.

80 Reſtringe,quando ſententia interloquutoria * eſſet præiudicialis parti , quia ſecundum * magis communem opinionem eſt nulla,niſi pars fuerit citata,ſecus ſi agitur de modico præiudicio. Iaſ.in l.nequicquam.§.vbi decretum,num. 23. ff. de offi.Proconſul.Caſtren.conſ.412.Viſis punctis, col.2.in fin.lib.2.

81 Et dicitur modici prejudicij, quando continet prorogationem termini,vel commiſſionem citationis,vel quid ſimile.Iaſ.d.§.vbi decretum,num. 24.& n. 25.vbi idem ſi moderatio dilationis fiat.

82 Amplia,quia præſentes in iudicio non ſunt citandi,ſecundum omnes,* vt per Ange.conſ.267. Conſtitutio S.Rom.Eccleſiæ,num.2.idem Angel. in l.de vnoquoq.nu.5.ff. de re iudi. vbi quod fatuus eſt iudex,qui facit citare præſentem,plene Vant.de nullit.ex defe.citatio.nu.17.Iaſ.in l.1.ad fi.ff.de in ius vocan.& in conſ.169.vol.2.Alexand. conſ.123. Viſo proceſſu,num.2.lib.2.ver. ideo iura dicunt.

83 Reſtringe in perſonis illuſtribus,quæ in ſcriptis citari debent,quia non ſufficit preſentia.Angel.in l.& poſt edictum.ff.de iudi.ſequitur apoſtil.ad Angel.in d.l.de vnoquoq.nu.5.ff.de re iudi.

84 Declara, quia licet præſens non debeat citari in iudicio,tamen iudex debet declarare preſenti, quod vult procedere ſuper illo actu,ſuper quo intendit procedere contra præſentem,ita Bart.in l. furioſo.ff.de re iudi.ſed ipſa declaratio non eſt neceſſaria,quando præſens venit , vt interſit in illo actu,ita Franc.Areti.conſ.13.Viſo diligenter, nu. 20.ver.ſed ad primum.

Vide.Præſentia in iudicio ad vnum finem non præiudicat ad aliũ finẽ,& quando ſecus.Con.604.

85 Amplia in datione tutoris ei , qui non habet, vel contutoris in caſu abſentiæ,vel mortis aliorum,quia vbi tutor non datur ex inquiſitione, nõ requiritur citatio contutorum abſentium,ſed ſufficit,quod cauſa narrata ſit vera,ſecus ſi daretur ex inquiſitione.Angel.conſ.325. Et ſi fuerunt. nu. 3. ver.de tertio.

86 Amplia,quando Princeps ex priuilegio, vel reſcripto tollit ius tertio quęſitum ex certa ſcientia,cum clauſula non obſtante, quia non requiritur citatio,ex quo conſtat quod citatus non potuit obuiare.Alex.conſ.2.Viſis codicillis.num.14. ver.& dicit Paulus,ſequitur apoſtil.ad conſ.Oldr. 43.plenius Rom.conſ.369.Circa primum,nu. 28. & 29.vbi apoſtill. dant concord.& loquitur Rom. in gratia,vel priuilegio auferente, vel modificante ius tertij ex certa ſcientia.

87 Amplia,quando iudex monuit præſentem,quia alia citatio non requiritur.Vant.de nullit.ex defectu citatio.nu.82.

88 Declara,niſi ſtatutum requirat pro forma trinam citationem.Vant.vbi ſupra,nu.82.in fin. vide. Marſil.in repetitio. l.vnoquoque. ff. de re iudica.nu.50.& ſeq.vbi ponit 60. caſus , in quibus citatio non requiritur.

Vide.Citatio quando poſſit remitti a lege,vel conſuetudine.Concl.271.

Vide . Teſtes examinati ſine citatione partis non probant,& quando ſecus.Conl.163.

Vide pleniſſime Ant. Gabriel.lib.2. tit. de Citatio. Concl.1.nu.285.& ſeq.vbi ponit caſus 131. in quibus non eſt neceſſaria citatio.

Vide. Incertum Authorem poſt regulas Socin. regul.4. Citatio requiritur,vbi ponit 12. ampliationes,& caſus,in quibus citatio non requiritur.

Citandi non ſunt multi ex neceſsitate. Concl. CCLXXIII.

1 CREDITORES,& tertij poſſeſſores non ſunt citandi per creditorem agentem contra ſuum debitorem quia hoc non eſt neceſſe,licet agens ſciat adeſſe alios, & valebit ſententia contra talem debitorem lata, & quoad debitorem poterit præfata ſentẽtia exequi,non citatis aliis, ſed verum eſt,quod non prejudicabit non citatis. Angel.in l.de vnoquoque,circa fi. ff. de re iudica. Io.de Imol.in l.decem.ff.de verb.oblig. vbi Iaſon. col.2.& 3.Alex.conſ.84.In cauſa quæ vertitur,col. 3.lib.3.vide Alex.conſ.156. Stantibus iis per totum , lib.2.

Vide.Citatio non eſt neceſſaria in multis.Concluſio proxima præced.nu.72.

2 Et ideo quatenus creditor intendat vti tali ſententia contra alios creditores,vel tertios poſſeſſores tenetur illos citare.Alex.d.conſ.84.lib.3.& Angel.d.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.

3 Cautela eſt, quod citentur tertij poſſeſſores, quatenus ſua putauerint intereſſe,quia tunc ſententia contra principalem lata afficit citatum hoc modo.

Vide.Citatio ꝓ intereſſe quid operetur.Cõ.253.

4 Amplia,quia ſi hæres cum beneficio.l.& inuentarij diſtribuit bona hæreditaria creditoribus primo venientibus, & alij creditores intendant bona reuocare tanquam priores,& potiores , non tenentur citare hæredem , ſed ſufficit citare creditores a quibus volunt recuperare bona

ed by Google

quia heredi non imputatur,ſi ſoluat primo veniē tibus,nec ipſe poteſt moleſtari.l.fi.§.& ſi prætatā C.de iur.deliber.ubi Alex.n.7.& cum ſua non interſit non citatur.

5 Amplia,quia agens contra hæreditatem iacentem pro liquidatione crediti ſui non tenetur citare alios creditores defuncti,quia principaliter tractatur de præiudicio hæreditatis non creditorum hereditariorum.glo.& Doct.in l.de vnoquoque ff. de re iudic. & in l. filius familias. §. diui. vbi per Bar.& alios.ff.de leg.1.vbi quod citantur ſolum illi,quos principaliter negocium tangit,licet iſti,qui ſecundario veniunt poſſint appellare. Alexan.conſ.228. Viſis dubitationibus, quod eſt conſ.86.n.3.& conſ.156.Stantibus,in prin.lib.2.

6 Declara,quia valet talis ſententia lata contra debitorem, non citatis creditoribus, non tamen vt faciat ius in præiudicium non citatorum.Ale. in l.de vnoquoqne,in vltima col.ff.de re iud. Iaſ. in l. decem.in 2.& 3.col.ff.de verb.oblig. vbi ponit regulam, & declarat, & declara vt per Alex. conſ. 106. Viſis,& opportune conſideratis. li.5.

7 Amplia,quia quando agitur iure actionis, tūc eſt verum, quod nō tenetur actor citare,niſi illos de quorum intereſſe principaliter agitur, ſecus ſi agatur officio iudicis nobili. Alex. conſ.212.Pōderatis,nu. 27.ver. probatur ex notabili doctrina.lib.6.

8 Amplia,quia ſufficit,quod citentur illi,de quorum intereſſe principaliter agitur, nec eſt neceſſe citare eos, de quorum præiudicio agi poteſt ſecundario,& in conſequentiam.l.filius familias. §. diui,cum ibi not.ff.de leg.1.Alex.& alij in l. ſæpe. * ff.de re iud.vbi dicunt omnes * eſſe communem, Rom.in l.in diem.ff.de aqua pluuia arcen. Alexa. conſ.84. In cauſa.vol.3.Fel.in c.dilecti,de maior. & obed.Socin.in l.cum filius. ff. de verb. oblig. & * eſt communis * opinio.Ripa in l. filiusfamilias, n.61. & ſeq.ff. de leg. 1. vbi allegat pro vtraque * parte, & dicit * communem, vbi plenius Iaſon n.47. & ſeq.vbi ponit decem ſimilia,quibus valet ſententia contra habentem ſecundario intereſſe, licet non ſit ipſe citatus.

Vide.Citatio non eſt neceſſaria in multis. Concluſ.prox.præc.n.70.& ſeq.

9 Et quod citatio non requiratur neceſſario cōtra illos, de quorum præiudicio in conſequentiā & ſecundario tractatur,ſed ſufficiat ſolum citare eum,de cuius intereſſe principaliter agitur.eſt gl. * communiter * approbata in l. de vnoquoque. ff. de re iud.per quam dixit ibi Angel.& Imol. quod ſi facio condemnari meum debitorem, non poſſunt alii creditores opponere, quod non fuerunt citati ad proceſſum,ex quo lis non ordinabatur contra eos.Alex. ſequitur conſ. 86. Viſis dubitationibus.col.2.& 3.& conſ. 156 Stantibus iis,per totū,vol.2.Bal.in l.in cauſa.la prima §.interdū.in fi.& Alex.in l.filius familias.§.diui. ff.de leg.1.vbi * dicit* cōmunem,& in l.ſi patroni.§.fi.ff.ad Trebell.& conſ.123. lib.1.Soc.Iun.d.l. filius familias. * §.diui.n.132.vbi dicit magis * communem,& iterum num 137.ff.de leg.1. Alex.conſ. 58.Viſo. nu. 6.ver.non enim eſt neceſſe.lib.5.

Vide plenius. Sententia quando non præiudicat non citato,vel e contrà.Concl.176.ver. limita quia ſententia lata.

10 Et ſententia lata cōtra inſtitutū citatū,mittitur exequutioni contra ſubſtitutū,eo non citato.l.ex contractu,vbi eſt caſus.ff.de re iudi. Bart. & alij * in l.in diem.ff.de aqua pluuia.arcē.*vbi omnes, quod non debent citari, qui in conſequentiam, vel ſecundario lædi poſſunt.

11 Et citatio non eſt neceſſaria contra tertium poſſeſſorem,ſi fiat diſcuſſio contra pincipalem, quia intereſſe tertij poſſeſſoris, & fideiuſſoris eſt ſecundarium. Alex.conſ.58.Viſo.numer.6. & ſeq. lib.5. vbi quod ſufficit citatio generalis.

12 Contrarium,quod ſententia lata contra grauatum hæredem non nocet ſubſtitutis non citatis,& ignorantibus ideo poſſunt appellare quandocunque ſciunt tenorem ſententię. Alexan.in l.ſi filius familias,§.diui,nu.9.ff.de leg.1.vbi Ripa,n. 62. Alciat.nu.18.& hanc fuiſſe opinionem Iſer. in c.vaſſallus,in tit.de feud.fuerit controuer.quā dicit Alex.æquam,& Deci.conſ.445.num.29.& ſeq. * dicit * communem, item ibi finaliter Alexa. dicit,imo aliam eſſe veriorem,& pro contrario Alex.& Iaſ.in l.decem.ff.de uerbo.oblig.vbi Iaſ. * nu.42,dicit * communē. Idem Iaſ.conſ.111. col. fin.lib.1.Curti.Iun.conſ.13.col.penul.Nec obſtat etiam præſcriptio,quia non currit in fideicommiſſo conditionali. Deci.conſ.445.In caſu,nume. 47.48.& 49.

13 Reſtringe,quando is,qui ſecundario lęditur, & non debuit neceſſario citari, fuit tamen ſimpliciter citatus, quia effectus eſt legitimus contradictor,& imputandum eſt citanti.Felin.in c.cum inter,col.7.de excep.Deci.in l.fi. C.de edicto Diui Adria.

14 Declara,quia ſi agitur de publica vtilitate nō requiritur citatio contra eos, qui in conſequentiam lædūtur,alias ſecus.Alex.conſ. 30. numer. 12.lib.6.

15 Declara,quia bene nocet ſcientia eorum,qui lędūtur in conſequentiam,quando ſcierunt cauſam agi,& tacuerunt.Deci.conſ.445.numer.34.& ſeq.ver. cum ergo ſententia lata,vbi tamen vult quod ignorātia præſumatur,& quod non ſufficiat probatio ſcientiæ niſi ſit tempore ſententiæ probata,maxime contra minorem, & abſentem, & plene Ripa,in l.filius.§.diui,num.61.& ſeq.ff. de legat.1.

16 Declara,quia in omnibus caſibus, in quibus probatio,vel ſententia,vel confeſſio contra principalem nocet habenti intereſſe in conſequētiam, non citato,neque vocato, ſi tamen ipſe non citatus velit audiri,& comparere pro ſuo intereſſe admitti debet.Alex. d.conſ. 30. in fin.ver. quoad vltimum,lib.6.

17 Amplia,quia creditor defuncti ſufficit, quod citet hęredem,nec tenetur citare fideicommiſſariū, maxime particularem.Bar.in l.in diem.ff.de aqua pluuia.arcend.Alex.in l.filius familias.§. diui,vbi * alij Docto.ff.de leg.1.qui dicit ibi * communem, & conſ.123.lib.1ubi quod nocet ſententia etiam fideicommiſſario.

Ciues qui dicantur,& qui comitatenſes. Concl.CCLXXIV.

1 CIVES proprie dicuntur ciuitatis, ciues vero comitatenſes dicuntur habitantes in comitatu,& vnuſquiſque ſequitur paternam originem, non attento loco, in quo natus ſit. Bartol. in l.1.ff.ad municip.Caſtrenſ. conſ.427. Viſo, & diligen-

diligenter,in prin.lib.2.& plenius conſ. 307. Videtur quod non retineant,col.2.ver.nullus enim, lib.2.infra nu.4.

2 Extende,quia licet ſint ciues,tam nati in ciuitate,quam in comitatu,vel vico, tamen comitatini nō ſunt ſimpliciter ciues, ſed ſecundum quid, videlicet ciues de comitatu.Caſtr.conſ.8. Iſta bona paterna,num.2.& per totum,libr. 1. bene ſunt capaces officiorum quæ debentur ciuibus ſimpliciter,quia niſi reſtringātur ad ciues originarios, vel de ciuitate iſti comprehenduntur.Caſtr.conſ. 31.num.3.lib.1.& conſ.427.in prin.lib.2.vbi quod ſunt ciues comitatini.

Vide.Comitatus quid ſit, & appellatione eius quid veniat.Concl.479.

3 Imo dicit Bar.in auth.quibus mod. natur. efficiantur ſui,quod natus in villa, vel vico dicitur ruſticus,natus in ciuitate dicitur ciuis.

4 Contrarium,quod ciuium appellatione veniunt tam ciues,quam comitatini,quia idem eſt dicere Camerinenſes ſimpliciter, vel Camerinenſes ciues,quia ciues ſunt comitatini.Bart.conſ.196.Ciuitati Camerini,num.5.ver.ſuper quinto,libr. 1. Abb.conſ.52.In quæſtione,num.6.ver.quo ad ſecundum,lib.2.& vide infra n.15.& multis ſeqq.& turſus nu.56.& ſeq.

5 Extende,quia legatum factum ciuibus Camerini continentur etiam comitatini.Bartol.d.conſ. 196.num.5.lib.1.

6 Et quod omnia commoda,& priuilegia conceſſa ciuitati, & ciuibus competant etiam ciuibus comitatinis.Caſtre.conſ.307. Videtur quod non, col.2.ver.nullus enim.lib.2.

7 Et licet per ciuilitatem non acquiratur nobilitas,quia ciues poſſunt eſſe plebei, tamen nobilitas poteſt fic eſſe in caſtro,ſicut in ciuitate. Tiraquel.de nobilit.c.2.num.54.

8 Declara,quia quando caſtrum eſt de comitatu,& nullam habet iuriſdictionem, ſed ipſa iuriſdictio eſt ciuitatis, tunc caſtrum, & habitatores tenentur concurrere pro rata ad omnia onera ciuitatis,& habitatores caſtri dicuntur ciues ciuitatis,ita Abb.conſ.89.In quæſtione,col. 2. ver. vbicunque enim,lib.1.& idem dicit,conſ.52 col. 2.nu.6.ver.quoad ſecundum,lib.2.

9 Et hanc partem,quod nati in comitatu ciuitatis dicantur ciues ſimpliciter,tenet Abb.conſ.52. In quæſtione,col.2.nu.6.lib.2. ſed dicas quod poteſt intelligi Abb.vt ſi loquatur de filio ciuis nato in comitatu,eius dictum ſit clarum, vt infra ver. Natus ex patre, vel ſi loquitur de filio comitatini, vt loquatur ſecundum terminos materię, & ſic ſecundum quid, & contraria loquuntur in diſpoſitione fauorabili.

10 Declara,quia differentia eſt in hoc ſolo circa munera, quia magis grauantur comitatenſes, quam ciues,quia eis imponuntur munera capitationum,& munera perſonalia ſordida;Barto.d.l. 1.in prin.ff.ad municip.

11 Extimum ſoluunt ciues comitatus, ciues vero ciuitatis ſoluunt præſtantias loco æſtimi. Caſtr. conſ.21.nu.3.lib.1.

12 Reſtringe,quia in generali diſpoſitione loquẽte de ciuibus non veniunt ciues, qui non ſubſtinẽt onera in communi cum aliis.Ruin.conſ. 112. circa primum,nu.10.& ſeq.ver.ſed præmiſſis non obſtantibus, lib. 5. vbi quod ciues cognoſcuntur muneribus,& honoribus.

13 Idem dicit in eo,qui eſt effectus ciuis,& non habitat,vel ſi habitat nō ſubit onera,quia tales proprie, & vere non ſunt ciues,quia requiritur,quod quis ſit talis nomine,& re ipſa, & ideo tales vere non ſunt ciues, neque in diſpoſitione fauorabili, vel odioſa continentur. Ruin. conſ.112.n.10.ver. ſed præmiſſis.lib.1.

14 Declara, quia dictæ reſtrictiones non habent locum in ciuibus originarijs, quia ſi ipſis cõceditur priuilegium exemptionis, & nihil ſoluant de oneribus, tamen ipſi retinent ciuilitatem, & veniunt in omni diſpoſitione ciuium, ne priuilegiũ conceſſum in fauorem reſultet in odium. Ruin. d. conſ. 112.nu. 10.ver.nec prædictis obſtat. lib.5.

15 Amplia, quia Ianuenſis dicitur nedum is, qui natus eſt in ciuitate,ſed etiam natus in comitatu, l.qui ex vico.ff.ad municip. & idem eſt dicere Camerinenſes ciues, quod Camerinenſes ſimpliciter, & veniunt Comitatini. Bart. conſ. 196. Ciuitati Camerini.num.5.& 6.lib. 1. & vide ſupra num. 4.& ſeq.

Vide, Paria ſunt eſſe Florentinum, vel de Florentia, Concluſ.86.

16 Extende,quia paria ſunt dicere,Peruſinus,& de Perulio, & dicitur Peruſinus natus Peruſij, licet ibi nō habitet,& pariter habitans Peruſij,licet ibi nō ſit natus,prout etiam dicitur de comitatu,qui habitat in comitatu.Caſtr.conſ. 310. Videtur dicendum,circa fin.ver.plus dico,lib.1.& idem Caſtrenſ. conſ. 209. circa fin. ver. item Bart. lib. 2.

Vide. Bononiæ Ciuitas, & facta illius notabilia aliqua.Concluſ.120.num.97. & ſeq.ver.Bononienſis,Ianuenſis, vel Florentinus dicitur.

17 Extẽde,vt id,quod dicitur de comitatu,habeat locum etiam in augmento comitatus facto ſimpliciter,quia eſt idem ius,ſecus vero ſi caſtrum ſit in comitatu,ſed ſecundum quid tantum ſuppoſitũ in aliquibus.Anchar.d.conſ.437.in fi.Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda. n.3.ff.de pignorat.actio. vbi, q̃ gaudent eiſdẽ priuilegijs, quãdo acceſſorie augetur,ſecus ſi principaliter,q̃a tũo ſecus eſt,vide cũ.

18 Declara,vt per Caſtr.conſ.209.col.2.in fi.& col. ſeq.ver.& ſi dicatur, lib.2.vbi,quod in odioſis, & oneroſis appellatione Veneti, Peruſini, & ſimiliũ intelligitur de originarijs,non de ciue creato,qui non habitet, quia dicitur Venetus ſecundũ quid, non ſimpliciter,maxime ſi eſt ciuis quoad impreſtita, quia dicitur diſpenſatus, non factus ciuis.

19 Contrarium tenet Alex.conſ.41.Viſis.n.12.lib. 5.vbi,quod appellatione Lombardi,Florẽtini,vel ſimilium intelligitur de talibus origine,tam de iure, quam de communi vſu loquendi, & num.13.

20 Declara,quia verba ſtatuti loquentia de ciue intelligi debent de vero,& naturali ciue, non autem de eo,qui ex priuilegio eſt ciuis. Alex. conſ. 160. Viſo proceſſu,in princ.lib.5. maxime num.2. vbi dicit,quod verba non conueniunt ciui ex priuilegio, ergo neque diſpoſitio.

21 Reſtringe,quia exiſtentes de comitatu ex particulari priuilegio,prout recommendati,& ſuppoſiti quoad quid non ſunt proprie Ianuenſes. Anchar. conſ. 437. Iſta ſententia, vbi dat exemplum in iſtis de caſtro S. Romuli.

22 Declara, niſi capitula diſponant, quod ſint ciues etiam tales recommendati,vt dicit Bar.conſ. 59.Commune Spoleti. lib. 1. in princ.

23 Reſtringe, quia in dubio ſtatutum, vel lex loquens de Ianuenſi, Bononienſi, vel Florentino

debet inteligi de habente domicilium, non autem de habente ſolam originem in dictis locis. Anchar. dict. conſil. 437. in princip. Caſtrenſ conſ. 209. nu. 2. ver. & ſi dicatur, lib. 2.

24 Et idem eſt dicere Aſſiſinaten. vel de Aſſiſio, quod importat eſſe ciuem, vel incolam Aſſiſij. Bartol. col. 42. Viſa inquiſitione, numer. 3. libr. primo, vbi apoſtilla, in verb. Ciuem, dat concord.

25 Amplia, quia appellatione ciuium, & Ciuitatis veniunt comitatenſes in omni diſpoſitione fauorabili, & legato facto. Bartol. dict. conſ. 196. numer. 5. & 6. libr. 1. Abbas. conſ. 52. numer. 6. & 7. lib. 2.

26 Extende etiam in diſpoſitione odioſa, prout in condemnatione ciuium ſunt condemnati etiam comitatini, niſi aliud ex diſpoſitione verborum appareat. Abb. conſ. 52. In quæſtione, col. 2. in fin. nu. 7. ver. vltimo adduco, lib. 2.

27 Reſtringe, quia e conuerſo appellatione comitatinorum non veniunt ciues, neque appellatione comitatus venit ciuitas. Bartol. d. conſ. 196. n. 6.

28 Reſtringe, quia neque veniunt comitatenſes appellatione ciuium quando ponuntur ciues ad differentiam comitatinorum. Bar. d. conſ. 196. nu. 6. in fi. lib. 1.

29 Amplia, quia ciues comitatus retinent ciuilitatem, etiam ſi fiant exempti ab oneribus, quia ciuitas eis non poteſt hoc imputare. Caſtrenſ. conſ. 307. col. 2. ver. nullus enim, lib. 2.

30 Amplia, quia nati in ſuburbiis, & continentibus dicuntur nati in ciuitate. Abb. conſ. 52. nu. 6. ver. quoad ſecundum, lib. 1.

31 Amplia, quia ciuis ciuitatis ſuperioris, licet per aliquot annos habitauerit in comitatu, vel caſtro territorij, non tamen dicitur non habitare in ciuitate, in qua eſt oriundus. Socin. conſil. 35. Circa prædictam conſultationem. col. 3. ver. ſecundo probatur, quia attenditur animus.

32 Extende etiam ſi habitando in rure exerceat artem agriculturę, & ruſticales operas, quia non perdit ciuilitatem. Cuidopa. deciſ. 41.

33 Extende, quia non poſſunt bona ciuis originarij licet habitet ruri accataſtrari tanquam bona ruſtici, imo omnia bona ciuis originarij ciuitatis dominantis debent accataſtrari in caſtro ciuitatis ſuperioris. Caſtrenſ. conſ. 8. Iſta bona in antiq. quod eſt vt credo. 330. lib. 1. Roma. conſ. 161. Viſis queſtionis propoſitæ. Socin. conſ. 188. Circa primam concluſionem. lib. 2. & conſ. 129. Præſtantiſſimi, lib. 1. apoſtil. ad Rom. in ver. verius, dict. conſ. 161.

34 Vide ad præfata Afflict. deciſ. 384. Vbi an quis gaudeat priuilegiis ciuilitatis loci originis, vel domicilii.

35 Amplia, quia ciues ciuitatis ſuperioris dominantis, prout ciues Florentini in locis ſubiectis, non poſſunt reputari forenſes, ſed ciues; ideo non comprehenduntur in ſtatuto, quod forenſes non poſſint acquirere. Corn. conſil. 147. nu. 2. ver. ſecundo conſidero. lib. 3.

36 Amplia, quia imo comitatenſes, qui ad ciuitatem Regij ſuperiorem ſe reducunt ad habitandum, efficiuntur liberi a collectis caſtrorum, & comitatus ne duplici onere grauentur, & hoc eſt tam de iure communi, quam ex particulari prouiſione Principis, & ſtatutorum loci, vt per Angel. Aretin. conſ. 101. In caſu ſupradicto, per totum, vbi quod Gabi, qui erant de caſtro Biannelli Comitum de Canoſa, non poſſunt ab ipſo Comite collectari pro bonis, quæ habent in d. caſtro.

37 Amplia, quia domicilium etiam inducit ciuem in tantum, quod ſi extat ſtatutum, quod quis non poſſit eſſe in tali officio, niſi ſit ciuis Bononiæ, habens domicilium Bononię poterit præeſſe tali officio, niſi exprimatur, de qua ciuitate intelligatur, ita Alex. conſ. 16. n. 10. ver. præterea etiã. lib. 3. vbi quod quandiu quis habet domicilium in loco cenſetur oriundus in loco, vbi habet domicilium; maxime quo ad legẽ fori, quia quandiu incolæ ſunt, præſumuntur oriundi, allegat Gemin. in c. fundamenta, §. autem, de electio. in ſexto.

Vide. Concluſionem proxime ſequentem. nu. 19. ver. Declara, cum ſeq.

38 Et huiuſmodi ciuilitas per domicilium, & incolatum patris non tranſit ad deſcendentes. Alex. conſ. 16. nu. 11. ver. talis autem ciuilitas, lib. 5.

39 Amplia, quia recõmendati, & confœderati liberi, qui ſe ſuppoſuerunt quoad aliqua, licet remaneant liberi, & non ciues loci, cui ſe ſuppoſuerũt, tamen iſtud eſt verum, niſi capitula, vel ſtatuta contrarium dicerent. Bar. in l. non dubito. ff. de capti. Feli. in c. poſtulaſti, nu. 10. de foro comper.

40 Extende idem in iis, qui venerunt in Comitatu Spoleti, ad ædificandum caſtrum Montis Franchi ſub immunitate, & quod eſſent ciues Spoletani, quia licet non ſint ſuppoſiti in totum, tamen ſunt ciues. Bar. conſ. 59. Commune Spoleti, lib. 1.

41 Declara totam hanc materiam, quia natus ex patre comitatino, licet ſit natus in ciuitate, eſt comitatinus, & ſequitur originem paternam nõ originem propriam, ſicut e conuerſo natus rure filius ciuis eſt ciuis, quia ſequitur originem paternam. Bar. d. l. 1. ff. ad municipa. nu. 3. & ſeq. ver. ſed circa hoc dubitatur, ſequitur Bald. conſ. 294. Iſta cauſa eſt mihi, per totum, lib. 4. vbi quod magnæ credulitatis eſt dictum hoc Bartoli, quia tam literati quam vulgares cõmuniter illud credunt, alioquin ruſtici omnes ducerent vxores, vt parerent in ciuitate, & Bar. conſ. 172. Dubia, nu. 6. uer. quartum dubium, libr. 1. vbi dicit, quod vidit multos errare in hoc, & ibi apoſtil. in ver. quartum dubium, dat concord.

42 Extende igitur in caſu conuerſo, quia natus ex patre ciue dicitur ciuis, licet naſcatur caſualiter ruri, vel alibi. Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatum, vbi infinitas deciſiones allegat, ff. de legat. 1. & conſ. 77. lib. 3.

Vide. Domicilium patris quando, & in quibus mutare poſſit filius. Concluſio. 594.

43 Reſtringe, niſi ſtatutum loci aliter diſponeret, ideo bona iſtorum natorum in ciuitate ex comitatino an ſint accataſtranda in caſtro ciuium, dubitat Bal. d. conſ. 294. circa fin. licet videatur inclinare, quod ſic in illo caſu occurrente in ciuitate Peruſij; quaſi quod in habentibus ſymbolum facilis ſit tranſitus, & ſic in nato in ciuitate poſſit hoc admitti.

44 Reſtringe, quia ſi filius comitatini habitauit in ciuitate per longum tempus, acquirit ſimplicem ciuilitatem, & ſuccedens patri debet deleri ex oneribus comitatinorũ, quia ciuis primo erat ſecundum quid, videlicet ciuis de comitatu, vnde efficitur ſimpliciter ciuis. Caſtren. conſ. 8. Iſta bona paterna, per totum. lib. 1.

45 Declara, quia comitatinus quamdiu habet digni-

dignitatem,vel beneficium Eccleſiaſticum in loco dicitur ciuis loci, licet ſi deſinat de facto habere, reuertatur comitatinus,vt prius,vel foréſis.Ang. de Peruſio conſ.23. Nulla perſona,in fi.vbi quod dignitas trahit obtinentem, donec de facto illam obtinet.

46 Reſtringe,quia poteſt comitatinus præſcribere ciuilitatem per 30. annos, & incipit præſcribere, cum primum ciuitas deſinit poſſidere,vt comitatinus. Bar. conſ.172.Dubia.n.9.in 6.dubio.lib.1. vbi apoſtil.in ver.ſextum dubium, dat concor.

Ciues recepti multiplices, & qualiter acquiratur ciuilitas, & quandiu durat. Concl. CCLXXV.

1 REGVLA eſt,quia proprie ciuis dicitur natus in ciuitate.l.ciues.C.de incol.lib.10. & ideo in materia ſtricta ſemper intelligitur de ciue originario. Aret.conſ.77.in princ.Natt.conſ.253. lib.2.vbi plures citat.

2 Et in dubio ſi fiat mentio de ciue, intelligitur de originario, licet poſſit etiam intelligi de ciue incolatus,& domicilij.Alex. conſ.16. In cauſa, & lite.n.8.& ſeq.ver.nec ad hoc.lib.5.

3 Et iſta ciuilitas ratione originis tranſit ad filios,ſed non ad nepotes,niſi ſint nati tempore vitæ aui.Ale.conſ.16.n.9.ver. quia reſpondeo.li.5.

4 Extende, quia aliqui ſunt ciues originarij,& ſi aliquid conceditur ciuibus originarijs tantum, non veniunt alij ciues non originarij.Caſtr.conſ. 21.num.3.lib.1.

5 Et iſti originarij ciues ſunt,quia originem traxerunt a patre ciue,ſiue nati ſint in ciuitate,ſiue in comitatu. Bal. conſ. 294. Iſta cauſa eſt mihi, per totum. lib.4.

6 Extende etiam ſi a Principe creati eſſent ciues cum clauſula, quod habeantur pro originarijs, quia adhuc non derogatur diſpoſitioni teſtatoris, qui voluit aliquid præſtari, vel fieri,ſeu hæredem ſuam nubere cum originario, quia nubendo cum ſic creato ex priuilegio,non ſatisfacit quin cadat & pœna habeat locum fauore piæ cauſæ. Fulgoſ. conſ. 61.per totum.

7 Contrarium videtur tenere Bart.conſ.62.Punctus talis eſt. lib. 1. quia omnes ſunt ciues ciuiliter; & diuerſitas cauſæ nihil operatur, veluti quod quis origine,alius dignitate, alius adoptione, vel priuilegio ſit ciuis, quia omnes dicuntur ciuiliter creati, plus dicit Alexand. conſ. 148. num.6.quod conſuetudo,& ſtatutum loquens de ciuibus originarijs extenditur ad ciues ex priuilegio.lib.6.

8 Aliqui ciues dicuntur honorarij, & iſti perpetuo durãt.Bal.conſ.460. Ioannes de Albingagna. num.3.ver.item quidam ſunt.lib.1.

Vide. Ciuilitas conceſſa quid conferat effecto ciui.Concl.prox.ſeq.nu.42.& ſeq.vbi quod iſti ciues honorarij, prout ſcholares,nõ ſentiunt onera, quia non ſunt perpetui,ſecus ſi eſſent propter onera,vel cum oneribus recepti.

9 Et ciues honorarij recepti, vt munera ſubeant, quãdiu munera ſubeunt,tandiu durant ciues.Baldus conſ.460.n.3.ver. quidam honorarij.lib.1.

10 Aliqui,quia habent magiſtratum, vel beneficiũ Eccleſiaſticum,quia quilibet dicitur ciuis loci,in quo habet talem dignitatem, donec de facto obtinet aliam dignitatem, etiam ſi ſit comitatinus, vel forenſis. Ang. conſ. 23.Nulla perſona.circa fi. vbi quod dignitas,& Eccleſia trahit perſonam regentem.

Vide.Clerici ſunt de populo.Concl.383.

11 Et idem eſt in militibus,& ſcholaribus,quia dicuntur ciues, quoad quid,non ſimpliciter rector, & officialis. Bart.in tract.repreſalearum.queſt. 5. ver.ad quintum.num.12.& ſeq.

12 Et quod officialis ciuis efficiatur loci,in quo obtinet officium.Ro. conſ.427.In propoſito,in prin. vbi quod pœnam incurrit officialis, ſi non ſeruat ſtatuta,quia tanquam ciuis ligatur,vbi apoſtil.in ver.punire dicit ita ſeruari de conſuetudine,& allegat concord.

13 Declara,quia iſti ciues ſunt,& conueniuntur durante officio ſolum de geſtis in ciuitate,dum ſunt officiales, milites, beneficiati, vel ſcholares, de alijs non. Bar. d.tract.repreſalearum.q.5.ver. ad quintum. num.12.& ſeq.

14 Aliqui acquirunt ciuilitatem ex domicilio, & incolatu,quia habitans continuo in ciuitate per 10.& 20.annos,efficitur ciuis ſimpliciter.Caſtren. conſ.8.Iſta bona paterna.n.2.lib.1.

15 Et quod is,qui habitauit Vrbem Romæ per annos 25.ſit effectus ciuis.Soci.conſ.129.col.2.li.1.

16 Extende,quia imo is, qui habitat per decem annos in ciuitate acquirit domicilium, & ciuilitatem, & gaudet priuilegijs ciuium. glo.in l.2.C. de incol.lib.10.Ang.conſ.27.Quidam Victorius.Socin.d.conſ.129.col.2.lib.1. Pariſ.conſ.53.nu.88.& conſ.91.lib.3.Syluan.conſ.1.nu.92.Boſ.tit.de foro compet.nu.26.& 30.

17 Contrarium dicit Caſtr.conſ.21. Primũ dubiũ. n.3.lib.1.vbi ſi ciuibus originarijs aliquid conceditur non habebit locum in eo, qui per 20.annos habitauit,quia incola ſolum efficitur.

18 Declara,quia negari non poteſt, quin per habitationem tanti temporis efficiatur incola, qui largo modo dicitur ciuis.Pariſ. conſ. 12. lib.3.Alex. conſ.20.Viſo proceſſu.col.fin.lib.2.glo.in c.ſtatutum.§.dum vero,de reſcr.Ang.in l.in prouinciali, in fi.ff.de nou.oper.nunciat.

19 Declara,quia vbi eſt conſtitutio,vel ſtatutum, prout Bononiæ,quod habitantes continuo in ciuitate Bononiæ efficiantur ciues,habet locũ etiam ſi ſingulo anno tempore meſſium, & vindemiarum iuerint in comitatu ad faciẽdum recollectas. Io.de Im.conſ.9.in fi. & quod poſſit per 3.menſes habitare in rure,apoſtill.ad Ro.conſ.264.Viſis,in ver.requiritur.ver.circa ſecundũ,quę alios citat.

Vide plenius in Concluſ.prox.præceden. num. 37.& ſeq.

20 Extende declarationem, vt in tantum efficiantur ciues,& liberentur ab oneribus ruſticis,vt procedat etiam quoad caſtra, quæ continuo non fuerunt ſub dominio ciuitatis habitatę,quia ſufficit, quod ſubſint nunc, & a principio. Ioan. de Im.d. conſ.9.per totum.

21 Extende,quia ſtatutum faciens ſimpliciter mẽtionem de ciue comprehẽdit incolam, in quo ſubeſt eadem ratio.Soci.conſ.126.col.3.ad fi. lib.1. imo comprehendit habentem domicilium, licet aliunde ſit originarius.Gemin.in c.ſtatutũ.§.cum vero,

Digitized by Google

vero, de reſcri. in 6. Ancharan. in repet. cap. canonum, de conſtit. quæſt. 14. ver. ſed pone quod aliquis, ita Alexand. conſ. 16. In cauſa, & lite. col. 3. lib. 5.

22 Extende, quia ſicut habitatione ciuilitas acquiritur, ita etiam cum pecunia. d. apoſtil. ad Rom. in ver. requiruntur, in fin.

23 Declara, quia ciuis ex ſolo conſenſu acquirit ciuilitatem incola ex habitatione cum ſolutione onerum, & ideo ciui conceduntur repreſaleæ, docto quod ſit ciuis, incolę autem non conceduntur, niſi etiam doceat onera ſoluiſſe. Bart. d. tract. repreſal. q. 5. ver. ad quintum. nu. 12. & 13.

24 Reſtringe, quia ciuilitatem non conſequuntur, ſi totum tempus requiſitum à ſtatuto non impleuerint in habitando. apoſtilla magna ad Rom. conſ. 264. in ver. requiruntur, in fin.

25 Aliqui ſunt ciues conditionati, quia aliquando ciuilitas conceditur, cum pacto, quod in loco, in quo creatur ciuis, habitet continuo, & cum familia, & quid importet habitare, quid vero continuo habitare, & quid cum familia, & qualiter ſatisfiat, vel non, ſtatuto, vel priuilegio huiuſmodi, plene Roman. d. conſ. 264. Vt is Nurſinus, per tot. & ibi pleniſſima apoſtill.

26 Extende, vt idem ſit in obſidibus receptis ad priuilegia ciuitatis, quia quandiu perſeuerant in ciuitate, gaudent priuilegijs, ſecus ſi redeunt ad patriam. Bald. d. conſ. 460. num. 2. ver. & ideo obſides.

27 Aliqui ſunt ciues creati per priuilegium, qui dicuntur veri ciues, & non tenentur fideiubere, licet ſtatutum dicat, quod illi, qui non ſunt veri ciues, fideiubere teneantur, maxime, quando in priuilegio eſt derogatio contrariorum. Bald. conſil. 403. Quod dictus ſer Orlandus, per totum. lib. 5.

28 Extende multo magis, quando ſtatutum loquitur, quod forenſes non audiantur, niſi prius ſatisdederint, quia non habet locum diſpoſitio in ciue ex priuilegio, quia verba non conueniunt. Roman. conſ. 62. Florentina conſtitutio. num. 8. ver. item quia.

29 Aliqui non ſunt ciues, ſed propter conuentiones, vel confœderationes debent tractari, prout ciues, & an iſtis ſint concedendæ repreſaleæ. Bar. d. tract. repreſalearum. quæſt. 5. in fin. verſ. ad ſextum dicit, quod non niſi verba ſint adeo prægnantia, quod contrarium eſt dicendum.

30 Amplia, quia ciues effecti gaudent priuilegio ſi habitant, & ſupportant onera, alias non. Rol. à Vall. conſil. 79. num. 20. & ſequen. verſ. circa ſecundum.

31 Reſtringe in muliere extra ciuitatem nupta, quia quoad perſonalia non tenetur, realia vero eam ſubire ſufficit habitu.

32 Reſtringe etiam ſi non habitent, & extet ſtatutum, quod ſi non ſupportant onera non gaudeant priuilegio, quia ſufficit, quod ſui fratres, vel alij ſupportent. Cephal. conſ. 246. nu. 8.

33 Contrarium tenet Cephal. per totum conſilium 246. vbi, quod ſi non habitant, neque ſubſtinent onera non gaudent ciuilitate, & loquitur in ciuitate Ferrariæ, vbi viget ſtatutum circa hoc, ſuper quo conſuluit Ancharan. conſil. 169. per totum, maxime quando eſt in ciuilitate modus, vel conditio, quod ſubeat onera.

34 Amplia, quia ciues per priuilegium poſſunt acquirere non obſtante ſtatuto, quod bona non poſſint alienari in forenſes. Menoch. conſil. 165. num. 9. vbi allegat Alexand. conſil. 157. num. 13. lib. 1. Socin. Iun. conſil. 7. num. 15. libro 2. Ruin. conſ. 139. num. 23. lib. 5. Alciat. conſ. 200. Plot. inter conſilia criminalia conſ. 108. nu. 32.

35 Declara, quia procedit ſi ſubſtinet onera ciuitatis. Card. Albanus conſ. 20. nu. 2.

36 Limita, quia ſola enunciatio communis Florentiæ, vel alterius loci, quod aliquis ſit ciuis Florentię, non facit eum ciuem. Angel. d. conſ. 194. in princ. ver. item non obſtat.

37 Extende maxime in præiudicium enunciati ciuis, vt propterea dicatur ſubiectus. Alexand. conſ. 16. In cauſa. num. 12. ver. præterea etiam. libro 5.

38 Extende, quia non probatur quis ciuis, & ſubiectus per verba enunciatiua priuilegij, etiam ſi tale priuilegium ſit productum per eum, qui negat ſe ciuem, quia non cenſetur fateri producens narrata in inſtrumento producto enunciatiue. Alexand. conſil. 16. num. 12. ver. præterea. lib. 5.

39 Declara extenſionem, vt per Nattam conſil. 333. num. 2.

40 Extende, quia quis non probatur ciuis inuitus ad effectum, vt dicatur ſubiectus per ſcripturas archiuij habentes fidem ex ſtatuto loci, quia non extenditur ad non ſubditos, item niſi probentur iura ſubſcripta, & rogata per notarium publicum. Alexand. dicto conſil. 16. num. 9. & ſequen. lib. 5. vbi loquitur maxime in præiudicium deſcendentium talis enunciati ciuis, quia licet tranſeat ciuilitas originis ad filios, non tamen ad nepotes non natos tempore aui, ciuilitas vero domicilij, & incolatus non tranſit ad deſcendentes.

41 Limita, quia ſi aliquis eſt inhabilis ad officium tanquam oriundus de certo loco, non efficitur habilis, licet efficiatur ciuis alterius loci, qui non reddat eum inhabilem, quia non propterea deſinit eſſe originarius loci inhabilitantis, licet effectus ſit ciuis loci habilitantis. Angel. conſil. 194. Viſis proceſſibus, in princip. verſic. item non obſtat.

Ciuilitas conceſſa quid conferat effecto ciui. Concluſ. CCLXXVI.

1 REGVLA eſt, quia priuilegium ciuilitatis conceſſum forenſi ob benemerita cum clauſula, non obſtante, operatur, quod eſt vere ciuis, ita, quod non tenetur fideiubere, prout veri ciues. Bald. conſ. 403. Quod dictus ſer Orlandus. lib. 5. Rom. conſ. 62. nu. 8. & ſeq.

2 Extende, quia licet dicatur, quod habeatur pro vero ciue, tamen verba important veritatem, quando ſunt prolata ab habentibus poteſtatem. Bald. conſil. 480. Viſa petitione, in princ. ver. ſed ijs non obſtan. lib. 3. Corne. conſ. 189. In hac conſultatione. num. 5. lib. 2. Paril. conſil. 71. Conſultatio abſoluta. num. 5. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 113. lib. 1. Ruin. conſ. 227. num. 2. libro 2.

Vide.

Digitized by Google

Vide. Fictio differt a veritate in multis. Concluſ. 217.

3 Extende etiam, quia imo ſi ciuilitas eſt conceſſa ab habentibus authoritatem, etiam, quod vtantur contedentes verbis inducentibus fictionem, tamen fictio pro veritate habetur. Corn. conſilio 189. num. 5. lib. 2. veluti ſi ſit dictum, quod habeatur pro ciue originario, poterit eſſe prior, non obſtante ſtatuto diſponente, quod nullus poſſit eſſe prior, niſi ſit ciuis originarius. Bal. in l. omnes populi, col. pen. ver. ſed pone. num. 23. in fin. quem ibi ſequuntur Caccialup. nu. 110. Crot. num. 147. ff. de iuſt. & iure. Iaſ. in l. 1. num. 17. ff. de leg. 1. Deci. conſ. 283. num. 10.

4 Idem multo magis eſt quando verba ſignificant veritatem, quod quis ſit vere ciuis. Corn. d. conſ. 289. num. 5. lib. 2.

5 Declara, quia ciuitas poteſt in creatione ciuium fingere, ſed non immutare factum, ideo poteſt creare ciuem, vt ſit ciuis, prout alij originarij, & facere eum originarium per fictionem, ſed non poteſt per veritatem facere, quod non originarius ſit originarius, ita Caſtren. conſ. 284. Viſis, & ponderatis. colum. 4. circa med. ver. item non poteſt. lib. 1.

6 Amplia, quia talis ciuis creatus, quod habeatur vel ſit vere ciuis originarius, poterit etiã eſſe de Antianis, licet ſtatutum diſponat quod ciues ex priuilegio non ſint Antiani, ſed ſoli originarij ciues. Hippol. Riminald. d. conſ. 23. nu. 114. verſ. quo ſtante. lib. 1. & num. 120. vbi ſupponit ſtatuto fuiſſe derogatum quoad effectum priuilegij dumtaxat, & ita fuit iudicatum per Rotam Bononien. Rui. conſ. 227. Quia Manfredus. ver. ſed ijs non obſtan. col. pen. num. 6. lib. 2.

7 Et vide eundem Rimi. conſ. 56. per tot. vbi quod dicitur ciuis abſolute quoad omnia ſi ciuilitas eſt plena, & non reſtricta.

8 Extende, quia poterunt emere, vendere, acquirere, & ſuccedere, prout alij quando hoc eſt in priuilegio dictum, non obſtante ſtatuto. Riminald. dicto conſil. 23. num. 116. verſicul. tertio accedit. libro 1.

9 Extende, quia ciuilitas, & eſſe ciuem eſt de iure ciuili, non de iure naturali, quia ciuitates non erant, neque ciues a natura, ideo factus ciuis ſtatuto, vel priuilegio dicitur vere ciuis, & proprie. Bartol. conſilio 62. Punctus talis eſt, quidam, libro 1. ſequitur Ioann. de Anan. conſil. 82. in fine.

10 Extende, quia in dubijs pro ciuilitate pronunciandum eſt, quia fauorabilis eſt. Grat. conſil. 61. Per Vicelegatum. num. 55. lib. 1. quem ſequitur Hippol. Riminald. Iun. conſil. 23. num. 119. lib. 1.

11 Reſtringe in ciuibus comitatus factis exemptis, & qui non ſubeunt onera, quia licet remaneant ciues, tamen ſunt ciues quoad ea, quę veris ciuibus non pręiudicant, vt poſſint emere, teſtari, non autem vt poſſint obtinere emolumenta officiorum, quæ veris ciuibus ſubeuntibus onera traduntur. Caſtr. conſ. 307. in fi. lib. 2.

12 Reſtringe quando in priuilegio ciuilitatis non eſſent verba prægnantia, quod haberetur pro vero, & originario ciue, quia tunc ſi aliqua eſſet conſtitutio circa officia vtilia non danda, niſi originarijs, tũc iſta ciuilitas non caperet ſimilia reſeruata, ſic videntur intelligere ſupra allegati. Rimin. conſ. 23. num. 114. lib. 2. Ruin. conſ. 227. num. 6. lib. 2. circa fi. & eſt de mente. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. num. 35. ff. de vſucapio. vbi dicit, aut eſt creatus ciuis, quoad omnia, & eſt vere, aut quoad quædam, & eſt fictus ciuis, ſequitur Rip. in l. 1. nu. 4. ff. de leg. 1. vbi dicit hoc procedere propter verba in omnibus, & per omnia, plene Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore. num. 304. ver. ſeptimo adde. ff. de vſucapio.

13 Declara, quia licet ciues ex priuilegio ſint veri ciues, prout originarij, ſi tamen de conſuetudine originarij habent aliquam præheminentiam, illa eſt ſeruanda. Bal. in l. in vrbe, in fi. ff. de ſtatu homi. quem ſequitur Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, num. 300. ff. de vſucapio.

14 Reſtringe quoad ea, quę non ſunt ciuilia, ſed naturalia, quia illa non poſſunt vere dari, prout origo: nam ſi dicatur, quod quis habeatur pro originali loci, iſta eſt fictio mera, & non veritas, ideo niſi dicatur per omnia, non habebit veram originem. Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore. n. 304. & ſeq. vbi declarat. ff. de vſucap.

15 Reſtringe quoad ea, quæ ſunt ex conſuetudine reſeruata veris originarijs, quia conſuetudo debet attendi. Bal. in l. in vrbe, in fi. ff. de ſtatu homi. quem ſequitur Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore. nu. 300. ff. de vſucapio.

16 Reſtringe, quia licet creati ſint omnes de certo caſtro ciues ciuitatis, non tamen ſunt creati nobiles, quia aliud eſt eſſe ciuem, aliud eſſe nobilem, ex quo etiam plebei ſunt ciues. Bart. & ad eum Alex. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Tiber. Decian. conſ. 66. num. 9. lib. 3.

17 Reſtringe, quando commodum ciuium proueniret ex aliqua ſolutione, & exburſatione facta per alios ciues, quia nouiter creatus ciuis non participaret. Iaſon in l. ſi Rutſinus. C. de milit. teſtam. in fi.

18 Declara, quia ſicut appellatione filij non venit adoptiuus, ita appellatione ciuis non venit factus per adoptionem, & ſic ex priuilegio, niſi ſubeat onera in communi, ita Caſtrenſ. conſ. 414. Ad primum, in fi. ver. circa tertium. lib. 2. vbi loquitur in ſtatuto Paduæ, quod nullus ciuis poſſit fideiubere pro forenſe, quia reſpiçit ſubeuntes onera in communi.

Vide infra num. 28. & multis ſeq. vbi habes de hac materia plenius.

19 Declara, quia ciues ex priuilegio gaudent omnibus priuilegijs, quibus gaudent originarij ciues, dummodo p. oueniant a lege, vel ſtatuto, ſeu conſtitutione generali. Ro. conſ. 62. Florentina conſtitutio. nu. 9. vbi plures allegat, & ibi apoſtill. in ver. originarij.

20 Amplia, quia ciuis ex priuilegio, qui non poterat acquirere ante priuilegium, bene poteſt valide retinere quęſita ante priuilegium ex priuilegio ſubſequuto. Caſtr. conſ. 301. Prædicta dubia, in fi. lib. 2. per tex. in l. ſi quis filio exhęredato. §. irritum. ver. qua ratione. ff. de iniuſto teſta. & conſ. 234. num. 3. lib. 2.

21 Extende, quia creatus ciuis vt poſſit acquirere & habere bona cenſetur habilitatus, etiam in prę teritum quoad bona, quæ ante ciuilitatem acquiſiuit. Caſtren. conſ. 234. In cauſa appellationis, n. 3. lib. 2.

22 Contrarium tenet Ang. Areti. conſ. 15. Attento, & diligenter. num. 29. & ſeq. ver. nec obſtat. vbi loquitur in ſtatuto prohibẽte forenſes poſſe acquirere

rere bona stabilia nisi sint ciues, sub pœna confiscationis bonorum: vbi quod hæc qualitas debet adesse tempore acquisitionis.

Vide. Priuilegiatus effectus an vtatur priuilegio contra prœterita. Conclus. 738.

23 Amplia, quia debent esse exempti ab omnibus, prout alij ciues quando exemptio hoc dictat, & non subest distinctio, quod magis vnus, quam alius sit exemptus, ita loquitur Corne. cons. 189. per totum. lib. 2.

24 Amplia, quia ciuilitas acquisita pro Titio, & descendentibus transit in infinitum ad descendentes. Rimin. Iun. cons. 23. Illustris, & generosus. nu. 110. & seq. lib. 1.

25 Extende, quia imo ciuilitas simpliciter concessa Titio comprehendit etiam filios eius, licet de eis non sit facta mentio. Rui. cons. 227. nu. 4. lib. 1. vbi extendit etiam ad non natos.

26 Amplia, quia filius ciuis succedens patri comitatino debet remoueri ab extimo comitatinorum pro bonis paternis, & poni in extimo ciuium. Castren. cons. 8. Ista bona paterna, per tot. li. 1.

27 Amplia, quia oriundus ex Regina poli terra subiecta olim castro Pupij si se contulit ad habitandum in terra Pupij, & ibi substinuit onera, debet gaudere beneficio statuti Pupij, non autem grauari ex statuto suæ originis. Castr. in l. omnes populi, ad fi. ff. de iust. & iure. Alexan. cons. 111. lib. 7. & Rui. cons. 100. lib. 5. & loquuntur prædicti quando extabant diuersa statuta.

28 Limita, quia ciuis creatus à Principe. & Imperatore cum clausula, quod habeatur, ac si esset ciuis originarius. non habet priuilegium, quod sit originarius contra dispositum per testatorem, quod neptis nubat originario. Fulgo. cons. 61. Domina Catherina, per totum.

29 Limita, quia ciuilitas concessa alicui ciui creato non confert ea, quæ ciuibus originarijs competunt ex concessione Principis, puta si est concessa immunitas, vel priuilegium originarijs, quia non potest ciuitas communicare priuilegium, quod ab ea non pendet, nouo ciui. Rolan. a Val. cons. 79. ver. non obstant modo. lib. 3.

30 Idem est si extat priuilegium Papæ, quod non extrahantur ad iudicem de ciuitate, quia non comprehendit ciuem creatum a ciuitate. Roman. cons. 62. col. pen. ver. quod autem. Rolan. a Vall. d. cons. 79. num. 16. lib. 3.

31 Extende, quia procedit etiam in ijs, quæ ex cõtractu inter ciuitatem, & clerum inito sunt concessa ciuibus, prout Rauennæ de priuilegio ex contractu cũm clero inito dicitur, quia non extẽditur ad ciues ex priuilegio ciuitatis. Bero. cons. 104. n. 6. lib. 1. sequitur Rolan. d. cons. 79. n. 16. lib. 3.

32 Limita igitur, quod priuilegium ciuilitatis concessum forensi non priuilegiat eum, vt possit succedere in præiudicium originariorum, secundum formam iuris municipalis, puta si frater excludat filiam defuncti, frater effectus ciuis non excludet filiam originariam. Bal. d. cons. 460. n. 3. vers. item ciuis intelligitur. lib. 1.

33 Contrarium plenissime per Rimin. Iun. cons. 56. per tot. vbi imo quod censentur ciues quoad successionem, & habilitati quoad omnia illi, qui sunt effecti ciues per priuilegium.

34 Imo contrarium in fortioribus tenet Alex. cons. 148. Visis quæ. n. 5. & 6. ver. vltra prædicta. lib. 6. quod ciuis Bononiæ creatus per legatum, & regimen in ampla forma, quod in omnibus habeatur pro ciue, quod etiam habebit exemptiones omnes, quas habent ex consuetudine originarij ciues, quia consuetudo etiam si loquatur de originarijs extẽditur ad ciues ex priuilegio: vbi allegat Bart. Bal. & alios.

35 Facit etiam cons. Bart. 62. Punctus talis est. lib. 1. vbi quod omnes ciues sunt ciuiliter, siue ex origine, siue ex priuilegio, quia ciuitates non nascuntur, sed fiunt, inde ciues creantur æqualiter origine, statuto, priuilegio, vel alio modo.

36 Restringe, quando priuilegium concederet plenissimam ciuilitatem. Bald. d. cons. 460. nu. 3. ver. sed iste articulus. lib. 1.

37 Limita, quia priuilegium concessum ciui creato, vt consequatur ea, quæ alij ciues consequuntur, intelligitur de ijs, quæ iure ordinario consequuntur. Rui. cons. 200. nu. 19. lib. 2.

38 Declara, quia priuilegium ciuilitatis concessum alicui forensi, operatur solum quoad munera subeunda, vt tractetur tanquam ciuis, quandiu ciuilitas durabit, non autem operatur priuilegium succedendi contra formam iuris concessam originarijs in præiudicium originariorum. Bald. cons. 460. Ioannes de Albingagna. nu. 3. ver. item ciuis quis intelligitur. lib. 1.

39 Limita, quia ciuilitas concessa sub conditione, vel modo non habet locum si conditio, vel modus non est impletus, puta, dummodo subeat onera communis. Ancharanus consilio 169. numero 2.

40 Limita, quia ciuilitas concessa absenti, illi non acquiritur, nisi constet, quod ratificauerit, quia continet onus, & honorem. Anchar. cons. 169. Visis puncto, in prin. Deci. cons. 661. n. 9. & seq. Cephal. cons. 246. num. 13. & seq. lib. 2. & facit Rom. cons. 89. num. 6. ver. quarto quia: vbi quod is cui confertur beneficium, vel priuilegium, debet acceptare cum omnibus qualitatibus, & oneribus, & plenius quod contineat honorem, & commodum, ac etiam incommoda. Roma. cons. 216. in princ. ver. secundo nulla videtur.

41 Cõtrarium tenet Socin. Iun. cons. 18. per totum. lib. 3. maxime num. 21. & 22. vbi quod principaliter continet fauorem, ideo valet absenti collata.

42 Declara, quia si quis efficitur ex mero fauore, & honore, prout scholaris, nõ dicitur ciuis, nisi quo ad honores. & fauores, secus autẽ est quoad onera. Castr. cons. 307. col. 2. ver. tertio ad idem. lib. 2. Alexan. cons. 32. nu. 3. lib. 5. Deci. cons. 457. In causa. column. 3. num. 12. vbi citat plurimos, & dicit * communem.

43 Et idem est in forense, qui efficitur ciuis causa honoris, & fauoris, quia quoad onera, & odia non obligatur, & ita loquitur Ro. cõs. 92. n. 5. ver. tertio illud, prout in d. Luchino Vicecomite effecto ciue causa honoris, & commodi in ciuitate Florentiæ, quia non obligatur ad onera. Angel. cons. 351. Pro parte. num. 3. & 4. Deci. in l. Ruffinus. num. 17. & seq. C. de testam. milit.

44 Si vero efficiatur ciuis, quia habet bona, vel vult acquirere, & domicilium ibi, prout alij habent, tenetur ad onera, & debet acceptare cum oneribus, & ita procedunt Anchar. Roman. Cephal. supra in principio, & ita multis modis conciliando tradit Socin. Iun. consil. 12. num. 3. libro tertio: vbi quod ciues effecti cum exemptione onerum

Digitized by Google

enerum sunt quoad commoda, alij quoad commoda, & incommoda, & vide apostill. ad Rom. d. cons. 92. in ver. Fauores, quæ citat plures ad hoc, quos videas.

45 Declara, vt per Rom. cons. 216. Electio dicti Domini, in princ. ver. secundo nulla videtur, vbi, quod licet ciuilitas contineat fauorem, quia consequitur priuilegia, & commoditates aliorum ciuium, tamen etiam comprehendit onera, & incommoda, quæ ipsi ciuilitati ab initio sunt annexa, & ideo sicuti ciuis non potest esse iudex in iustitia administranda in sua ciuitate, ita neque ciuis ex priuilegio, & apostill. ibi num. 2. in ver. sortiuntur, dat plures concord.

46 Extende, quia esse ciuem non est absque onere. Menoch. cons. 532. num. 20. & ideo eo ipso, quod quis creatur ciuis, & acceptat, efficitur obligatus ad onera, & debet de honoribus participare. Alexand. cons. 32. Visa concessione, in princ. lib. 5.

47 Restringe etiam in Hebræo ex benignitate habente capitula, quod tractetur, vt ciuis Florentiæ, quia non tenebitur ad gabellas dotis, prout alij ciues, quia ad honorem, & commodum datum est priuilegium, quod onus non potest importare. Deci. cons. 457. nu. 10. & seq. vbi plene.

48 Restringe, quando princeps concedit ciuilitatem alicui in loco cum exemptione, quia censetur ad honores tantum, & commoda creatus. Alexan. d. cons. 32. num. 2. & seq. ver. sed præmissis, per totum. lib. 5. vbi, quod concessa ad augmentum non debent operari diminutionem, & concessa ad honorem non debent importare contrarium, & ponit multa exempla.

49 Contrarium tenet Soci. cons. 288. lib. 2.

50 Declara, vt per Socin. Iun. cons. 12. lib. 3. per totum.

Ciuilitas à quibus concedi possit. Concluſ. CCLXXVII.

1 CIVITAS potest concedere ciuilitatem, & exemptionem venientibus ad habitandum, & idem est in vniuersitatibus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, & similibus, quia ista non sunt de reseruatis Principi. Alex. cons. 148. Visis quæ. nu. 7. ver. & non est dubium. lib. 6.

2 Amplia, quia Legatus Bononiæ simul cum Anzianis, & alijs de regimine valide concedunt ciuilitatem forenti, qui gaudere debet omnibus priuilegijs, quando ciuilitas est ampla, quibus gaudent ciues originarij ex consuetudine. Alex. cons. 148. nu. 5. & 6. ver. vltra prædicta. lib. 6. vbi, quod consuetudo, & statutum loquens de originarijs ciuibus extenditur ad istos ex priuilegio.

3 Declara, vt per Bart. cons. 62. Puncta talia est. lib. 1. quia non dicitur diuersitas ciuium, vt aliqui dicantur naturaliter ciues, aliqui ciuiliter, quia omnes sunt ciues ciuiliter. (licet ex diuersis causis) idque ibi probat, quia ciuitates non sunt, nisi fiant, quia non nascuntur, igitur facta ciuitate aliqui fiunt ciues origine, aliqui dignitate, aliqui adoptione, & licet ex diuersis causis, tamen omnes ciuiliter fiunt, non naturaliter, ideo statutum, quod habens domum in loco sit ciuis, erit ciuis absolute.

Vide. Ciues recepti multiplices. Concl. 275. vbi habes qualiter fiant, & ciuilitas acquiri possit.

Ciuilitas quomodo, & ex quibus probetur, vel præsumatur. Concluſio. CCLXXVIII.

1 CIVILITAS probatur eo ipso, quod quis probat habere, & possidere priuilegia, quæ non competunt, nisi ciuibus, quia probando possessionem, vel quasi, sufficit. Bald. in l. 2. C. de seruit. & notatur in l. matricula. C. de agent. in reb. lib. 12. vbi Io. de Platea in 3. not. glo. fi. ad fin. in l. solemnibus. C. de rei vendic. Ang. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell. fit. Alex. cons. 101. Visis instrumentis. col. 4. ver. tertio principaliter. lib. 1. Ias. in l. fi. col. 6n. ff. de constit. princ.

2 Amplia, quia ciuilitas probatur per litteras supremi magistratus fidem facientes, quibus credendum est inter subditos, argumento eorum, quæ. Bald. in l. exemplo. C. de probat. & in l. comparationes. C. de fide instrum. Rom. cons. 59. Ad discutiendum veritatem, in 4. dubio. Marsil. in l. si quis quæstio. ff. de quæstio. num. 144. vbi, quod litteris supremorum magistratuum attestantibus de qualitatibus personarum creditur, imo etiam personæ honestæ creditur attestanti de qualitate personarum, quod quis sit notarius, scriba, vel Clericus, vel oriundus. Abb. & alij in cap. nisi essent, de præbend. Ias. in l. 1. col. 3. vers. secundo limita. ff. de eo, per quem factum, vide magis in terminis ad ista Bart. in l. ambitiosa. num. 17. & seq. ff. de decret. ab ordine facien. Dec. in l. 1. ff. de offic. eius, vbi attestatur de communi * opinione, quod creditur assertioni magistratus superiorum.

Vide. Litteræ legalitatis probant, & quando secus. Concluſ. 363.

Vide plene Mascard. Concluſ. 295. vbi, quod qui reperitur in ciuitate præsumitur ciuis, & scire statuta, & ampliat, & limitat multis modis.

Ciuilitas quando, & ex quibus perdatur, vel non. Concluſ. CCLXXIX.

1 CIVILITAS, quam quis habet ex origine paterna, non perditur, licet nascatur in rure, vel alio loco casualiter. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. vbi plura adducit.

Vide plenius in ver. Ciues qui dicantur, & qui comitatenses. Concluſ. 174. num. 41. ver. declara, quia natus ex patre.

2 Amplia, quia non perditur per incolatum, & habitationem in castro, vel rure. Socin. consil. 35. Circa prædictam consultationem. col. 3. vers. secundo probatur.

3 Amplia, quia non perditur per incolatum in rure, etiam si exerceat agriculturam, & operas rusticales. Guidop. decis. 41.

Amplia,

4 Amplia, quia Clerici, & religiosi licet eximantur à iurisdictione seculari, tamen remanent ciues, prout erant ante Clericatum, vel religionem, quia licet amittant forum seculare, non tamen alia beneficia ciuilitatis. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Alex. in 4. in prouinciali. §. si publico. ff. 11. & seq. ff. de noui oper. nunciat. vbi dicit communem * opinionem.

5 Amplia, quia mulier nupta extra locum originis, non definit esse ciuis ciuitatis originariæ quoad commoda, & fauores. Bart. in l. fi. §. pen. ff. ad municip. sequitur Alexand. cons. 100. Ex inspectione. col. 1. lib. 3. vbi, quod licet forensis prohibeatur acquirere in loco, non tamen mulier nupta forensi extra locum prohibetur; & Bald. cons. 308. Ad euidentiam præmittendum, per totum, maxime num. 2. lib. 3. & cons. 351. In bonis feudalibus. num. 8. lib. 1.

Vide. Vxor sortitur domicilium & forum mariti. Conclus. 387.

6 Amplia, quia castrum de territorio ciuitatis, cuius incolæ tanquam de territorio sunt ciues comitatus, si eximatur à territorio, ex quo negari non potest, quin sint ciues originarij, licet non subeant onera, tanquam exempti retinent ciuilitatem, quia quantuncunque plena sit exemptio, remanet tamen aliqualis subiectio reuerentiæ, qua possent priuari, si essent ingrati. Castrens. cons. 307. Videtur, quod non retineant. col. 2. ver. in contrarium. lib. 2.

7 Contrarium dicit per multa argumenta Castrens. d. cons. 307. in princip. lib. 2. vbi multa argumenta pro ista parte adducit, quia qui non substinet onera non debet habere commoda, & quia non potest dari causa status, vt sit ciuis, & non ciuis, seruus, & liber, & multa alia similia.

8 Declara, quia sunt, & remanent ciues in ijs, in quibus non præiudicatur alijs ciuibus, prout testando iuxta priuilegium ciuitatis, & circa similia, secus quod ea, quæ ciuibus præiudicant, prout quod imbussolentur vti officiales, & extrahantur ad officia vtilia ciuibus. Castr. d. consil. 307. in fin. lib. 2.

9 Limita, quia perditur ciuilitas per bannitum à ciuitate in ijs, quæ sunt fauorabilia, sed in odiosis, & oneros is retinet ciuilitatem.

Vide. Banniti, supra Conclus. 13.

Ciuitas significatur diuersis modis, & quid veniat appellatione ciuitatis. Conclusio. CCLXXX.

1 CIVITAS dicitur, quasi ciuium vnitas, apostilla ad Bart. in extrauag. qui sint rebelles, in ver. Lombardiæ. nu. 6. in ver. ciuitas.

2 Ciuitas quandoque ponitur pro populo, quandoque pro situ ciuitatis. Bald. cons. 327. Pridie enim num. 10. in fin. ver. ex qualibet tamen. lib. 1.

3 Et quandoque pro loco mœnibus cincto, & muris circumscribitur, aliquando sumitur pro coadunatione hominum, & continentur tam ciues, quam de comitatu. Bart. cons. 196. Ciuitati Camerini. num. 6. lib. 1.

4 Extende, quia statutum disponens, quod nulla mulier de ciuitate Assisij possit contrahere, vel testari sine præsentia sui viri, potest dupliciter intelligi, de ciuitate, videlicet quæ iuri ciuitatis sublunt, vel de ciuitate, quæ intra mœnia ciuitatis consistunt. Bald. cons. 139. Statuto communis, circa fin. lib. 5. vers. secundo est considerandum.

5 Et quando agitur de regimine ciuitatis, & sic de populo, comitatus est de ciuitate. Abb. cons. 52. In quæstione. col. 2. ver. quoad secundum. lib. 2. vbi dicit, quod commisso regimine ciuitatis venit etiam comitatus.

6 Et appellatione ciuitatis veniunt suburbia, & continentia, ideo natus in continentibus, & suburbijs dicitur natus in ciuitate. Abb. d. consil. 52. num. 6. lib. 2. allegat. l. qui in continentibus. ff. de verb. signif.

7 Aliquando solum id, quod muris est cinctum, venit appellatione castri, vel ciuitatis. Oldrad. cons. 121. Ad primam quæstionem. Mcooth. cons. 498. num. 34. & seq.

8 Ciuitatis, vel castri appellatione significatur etiam illius territorium, in quantum vna est eademque iurisdictio ciuitatis, & territorij, & ideo vendita ciuitate venit comitatus, quando iurisdictio competit ratione rei, secus si ratione personæ. Bald. cons. 317. num. 10. in fin. & num. 11. ver. ex quibus concluditur. lib. 1.

Vide. Castri appellatione quid veniat. Conclus. 276.

9 Extende, quia in dubio ciuitatis appellatione venit territorium naturali ratione, quia accedit, & quia in vniuersalibus fit larga interpretatio. Bald. cons. 357. Nota pro duce. num. 1. ver. si vero est dubium. lib. 5. vbi dicit communem * opinionem, quod est Petri de Carte, Antoniani, & Baldi.

10 Extende maxime fauore dotis, quia appellatione Ciuitatis venit territorium. Bald. d. cons. 357. in princ. & per tot. maxime in fin. lib. 5.

11 Restringe, quia secundum propriam naturam, & significationem verborum, appellatione ciuitatis non venit territorium, sed ex interpretatione tantum. Bald. d. cons. 357. in prin. lib. 5.

12 Restringe, quando constat de mente, quod non contineatur territorium, quia standum est verbis, & menti. Bald. d. cons. 357. in princ. lib. 5.

13 Restringe, quando verba essent restrictiua, prout si conceditur ciuilitas cum territorio, quod habet, & possidet concedens, quia tunc non venit nisi territorium, quod concedens regit, & gubernat suo nomine, ideo non venit territorium, quod regitur mediate per concedentem. Bald. d. cons. 357. num. 2. ver. modo sequitur. lib. 5.

14 Amplia, quia ciuitatis appellatione venit pars adiecta ciuitati ex ampliatione facta. Abb. cons. 62. In controuersia. col. 8. in princ. num. 15. vers. ad idem. lib. 2.

15 Secundum vsum Italicum ciuitas dicitur, quæ Episcopum habet, licet antequam essent Episcopi essent ciuitates. Bart. in extrauag. qui sint rebelles, in ver. Lombardiæ. nu. 5. ver. ciuitas vero, vbi, quod vere etiam ciuitas est, quæ habet officiales defensores cum iurisdictione, licet non habeat Episcopum, imo si ciuitas priuatur Episcopo, non definit esse ciuitas. num. 6. vbi apostilla in verbo ciuitas, declarat, quia vt ciuitas sit quoad spiritualia, requiritur consensus Papæ,

quoad

quoad temporalia conſenſus Imperatoris, vbi, quod in Alemania ſunt multæ ciuitates ſine Epiſcopo, ſed tamen vbi eſt Epiſcopus præſumitur etiam ciuitas ex conceſſione Imperatoris.

16 Amplia, quia ciuitas conſtituitur ſi princeps concedit priuilegia ciuitatis, ideo caſtrum efficitur ciuitas, ſi princeps illi ſcribit vt ciuitati, vel etiam, ſi ſimpliciter concedit priuilegia ciuitatis, ſecus ſi in dubio concederet vti caſtro, quia tunc haberet iura ciuitatis, ſed remanet caſtrum. Bart. in d. extrauag. qui ſint rebelles, in ver. Lombardiæ. nu. 6. ver. ſed quid dicas.

17 Tres ſunt ſpecies ciuitatum, aliquæ ſunt minores, quæ ſolum habent magiſtratum cum iuriſdictione, ſed ſine mero, & mixto imperio; aliquæ ſunt maiores, quæ habent etiam mixtũ imperium; aliquæ ſunt maximæ, quæ habent etiam merum, & mixtum imperium, vt ſunt ciuitates Metropolitanę, non tantum ſic dictæ propter Archiepiſcopatum, quem obtinent, ſed etiam ſine Archiepiſcopatu, quando ſunt ob multitudinem negociorum caput prouinciæ, prout quando ſubſunt multæ ciuitates, quia eſt erecta ciuitas in præſidatum. Bart. d. extrauag. qui ſint rebelles, in ver. Lombardiæ. nu. 7. ver. prouincia vero.

Vide. Vrbis appellatione quid veniat. Concluſ. 297.

Ciuitatis eſſe probantur omnia, quæ intra fines conſiſtunt. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 296.

Vide eundem Maſc. plenius Concl. 217.

Vide. Princeps in ſuo principatu habet intentionem fundatam. Concluſ. 666.

Ciuitas an habeat iuriſdictionem, & quando illam, & priuilegia perdat. Concluſio. CCLXXXI.

1 CIVITAS de iure communi habet ſolum ius ſibi eligendi defenſores, qui habent iuriſdictionem, ſed non merum, neq; mixtum imperium, excepta Vrbe Romana, & alijs, quæ habent ex priuilegio, vel conſuetudine. Bart. in extrauag. qui ſint rebelles. nu. 5. ver. ciuitas vero.

2 Ciuitates Italiæ de conſuetudine habent iuriſdictionem, quia per ſe reguntur, ideo tenẽt locum Reipublicæ. Bald. conſ. 243. Ius percipiendi. lib. 5. per tot. vbi loquitur de ciuitate Eugubina, vt habeat ius pedagij colligendi etiam in caſtris ſui territorij.

Vide. Statutum à quibus fieri poſſit. Concluſione 430.

3 Declara, vt per Bart. in l. Imperium. nu. 7. ff. de iuriſd. om. iud. & conſ. 189. lib. 1. quod ciuitas prouincialis, videlicet, quæ eſt caput prouinciæ de iure communi habet iuriſdictionem merum, & mixtum imperium, alię vero ciuitates non habent de iure communi, niſi ex priuilegio, vel conſuetudine, caſtra ſubiecta ciuitatibus nullam habent iuriſdictionem, ſeparata habent prout ciuitates, ſi ex priuilegio, vel conſuetudine, villæ, & aliæ vniuerſitates inferiores nullam habent iuriſdictionem, & eſt communis diſtinctio, vt per Iaſ. d. l. Imperium. num. 18.

4 Amplia, quia etiam multa caſtra Italiæ habent iuriſdictionem, ſed tamen debent id docere, quia regulariter caſtra, & villæ iuriſdictionem non habent. Bald. d. conſ. 243. per totum. lib. 5.

Vide. Caſtra, & municipia quam iuriſdictionem habeant. Concluſ. 117.

5 Idem eſt in prouincia Marchiæ, quia multa caſtra habent iuriſdictionem. Bald. conſ. 373. Contrarium fuit. nu. 3. ver. aut quæris. lib. 5.

6 Amplia, quia nedum ciuitates Italiæ, ſed omnes ciuitates hodie habent de conſuetudine fiſcum ſingularem, & vtuntur mixto, & mero imperio. Bal. conſ. 336. Præmitto ad euidentiam. num. 4. verſ. tertio præmitto. lib. 5.

7 Amplia, quia ciuitates Lombardiæ habent merum, & mixtum imperium ex preſcriptione, & quia in Lombardia quælibet ciuitas habetur pro prouincia, ideo prętores ciuitatum Lombardiæ habent merum, & mixtum Imperium. Iaſ. d. l. Imperium. nu. 19. ff. de iuriſd. omn. iud.

8 Limita, quia ciuitates etiam Lombardiæ, quæ non ſunt prouinciales non habent ius prouinciæ, quando ſubſunt vni principi, ſed tantum habent quando diuerſis principibus ſubſunt, ita Iaſ. d. l. Imperium. num. 19. ver. limita. ff. de iuriſd. omn. iudi. vbi Curt. Iun. nu. 71.

Ciuitas qualiter obligetur ex mutuo, & alijs contractibus. Concluſio. CCLXXXII.

1 CIVITAS non obligatur ex mutuo recepto à procuratore nomine ciuitatis, niſi probetur conuerſum mutuũ in vtilitatem ciuitatis. Bal. conſ. 350. Proponitur quod quidam, in prin. lib. 3. Bart. conſ. 94. Viſo puncto, in princ. lib. 1.

Vide. Confeſſio procuratoris Fiſci, & ciuitatis an & quando præiudicet. Concluſ. 665.

2 Extende, quia ſicuti Eccleſia non obligatur ex mutuo facto Prelato Eccleſię, niſi mutuans probet verſum in vtilitatem Eccleſię, ita etiam in ciuitate, quia non obligatur ex mutuo, niſi probetur verſum in vtilitatem ciuitatis. Abb. conſ. 7. Tria. nu. 1. & 2. lib. 2.

Vide. Prælatus contrahendo quando obliget Eccleſiam, vel non. Concluſ. 506.

3 Reſtringe, quando non probatur pecunia accepta mutuo pro ciuitate, conuerſa in vtilitatem, quia tunc non tenetur ciuitas ad reſtitutionem, ſed tenetur ſyndicus qui recepit. Bart. d. conſ. 94. in princip. verſic. ſi vero non ſunt verſę. lib. 1.

4 Declara, quia creditor antequam agat, vel contra ciuitatem, vel contra miniſtrum debet hoc liquidare, an pecunia ſit verſa, vel non, & agens contra miniſtrum, antequam probauerit negatiuam, quod non eſt conuerſa, debet ſuccumbere, quia contraxit tanquam miniſter, & non obligatur de ſuo, niſi probata negatiua, quod non conuertit in vtilitatem ciuitatis. Bar. d. conſ. 94. num. 2. & 3. lib. 1.

Modus

3 Modus agendi contra ſyndicum, ſeu adminiſtratorẽ ciuitatis, quando non conuertit mutuum in fauorem ciuitatis, eſt, quod via ordinaria mutuãs agat condictione ob cauſam, & ſi aliter ageret, debet ſuccumbere, quia non poteſt teneri ex numeratione, neque ex obligatione, quia eſt nomine alieno facta, & ita Bart. in conſilio ſuo deciſiuo, abſoluit adminiſtratorem ciuitatis Viterbij conſ. 94. lib. 1. per totum, vbi mutuans intentauerat viam exequutiuam ſtatuti.

6 Limita, quando procurator haberet mandatum à ciuitate ad confitendum habuiſſe, quia tunc non requiritur probatio, quod ſit verſum in vtilitatem. Bald. conſ. 210. Quæritur de tali caſu. lib. 3. num. 2. verſ. ſed nunquid.

7 Limita, quando ſyndicus ciuitatis haberet mandatum generale ad obligandam ciuitatem ex quocunque contractu, & obligatione, quia ſi non exprimitur cauſa mutui in mandato, licet accipiat, & obliget ex mutuo, tamen non requiritur verſio in vtilitatem. Bald. d. conſ. 210. in fin. lib. 3. allegat l. ſi procurator. ff. de iure fiſci.

8 Limita in alijs contractibus, quam mutui, quia non requiritur probatio neceſſitatis, neque quod ſit verſum in vtilitatem ciuitatis. Bal. d. conſ. 210. in fin. lib. 3. ver. ſed ſi non habet.

9 Contrarium, quod imo ſi Eccleſia, ciuitas, vel minor alienarent ex cauſa neceſſaria, vt quia æs alienũ vrgeret, tunc emens teneatur diligentiam adhibere, vt in illam cauſam neceſſariam pretium conuertatur, ſecus vero ſit ſi ex cauſa voluntaria ſit facta alienatio, puta vtilitatis, quia tunc non tenetur curare conuerſionem in illam cauſam, tenent Innoc. & alij in c. 1. depoſiti, & communem * dicit Couarr. variar. reſolut. lib. 2. c. 17. nu. 3. verſ. cæterum, & ita Rota coram Bubalo in vna Roma. cenſus, die 25. Ianuarij 1591. & coram Penia die 18. Iunij 1599. vbi, quod dicitur neceſſaria, quando pro ære alieno ſoluendo, quod vrget, eſt facta alienatio, ſecus vero eſt ſi pro cenſu extinguendo ſit factus contractus, quia cauſa voluntaria, & vtilis dicitur, ex quo cenſus repeti non poteſt.

Vide. Vniuerſitas vt valide obligetur, quæ requirantur. Concluſ. 259.

Vide. Vtilitati Eccleſiæ quando aliquid conuerſum eſſe dicatur. Concluſ. 375.

Ciuitas Caſtelli, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. CCLXXXIII.

1 CASTELLI ciuitas habet priuilegium à Papa Ioanne exercendi iuriſdictionem in omnibus locis Heremi tam in ciuilibus, quam in criminalibus, tanquam quod loca Heremi ſint de territorio ciuitatis Caſtelli. Gemin. conſ. 69. in prin. vbi in fin. declarat procedere quoad alios, non autem quoad dominum Heremi, & in ea degentes, ſic diſponente ſtatuto dictæ ciuitatis.

2 Eſt de iuriſdictione Rom. Eccleſiæ, ſed tamen olim iure ſuo dominabatur, ideo oppugnans eam vti patriam punitur ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. Caſtr. conſ. 171. Viſa, & ponderata, in fin. lib. 1.

3 Et quod ſit de iuriſdictione Rom. Eccleſiæ. Abb. conſ. 73. nu. 9. ver. nec obſtat. lib. 1.

4 Priores, & regimina ciuitatis Caſtelli erant in poſſeſſione committendi cauſas ſummarie, & de facto, ex reformatione Priorum ciuitatis Peruſij. Bart. conſ. 82. Punctus quæſtionis, in princ. libro 1.

5 Et videtur quod eſſet ſubiecta ciuitati Peruſij ex ijs, quæ tradit Bart. d. conſ. 81. in princ. & conſ. 105. Inquiritur, in princip. lib. 1. vbi, quod inquirebatur officialis Caſtelli per ſyndicum communis Peruſij.

6 Epiſcopus ciuitatis Caſtelli eſt ordinarius etiam in loco Burgi S. Sepulchri quoad ea, quæ ſunt ordinis, non autem quoad ea, quæ ſunt iuriſdictionis, cum Abbas in dicto loco habeat ex priuilegio Papæ ea, quæ ſunt iuriſdictionis, ſuper quo Ant. de Butr. conſil. 19. dicit, quod licet verba ſint generalia, & ampla, tamen non comprehendunt ea, quæ ſunt ordinis, quia Papa non debet illa concedere inferioribus, quia diſcoloraretur Eccleſia vniuerſalis, & multa pro vtraque parte adducit.

7 Statutum eſt ibi, quod priores teneantur infra tres dies committere cauſam appellationis ab interloquutoria ſub certa pœna, & cauſa debeat expediri infra decem dies, alias tranſeat deſerta. Angel. conſ. 140. Quidam Matthæus, vbi, quod commiſſio debet fieri ſi petatur.

8 Gabella ſolui debet de tranſactione bonorum ſecundum ſtatutum etiam ſi extra territorium quis contrahat. Caſtren. conſ. 49. In quæſtione, quæ vertitur inter gabellarium. lib. 1. per totum.

9 Inſtantia prima cauſarum ſecundum ſtatuta eſt 40. dierum, & non computatur tempus, quo vacauit officium, neque tempus conſilij ſapientis, vt per Caſtrenſ. conſ. 91. In cauſa appellationis. lib. 1. in princ.

10 Conſilium ſapientis peti non poteſt ante litem cõteſtatam, ideo in ordinarijs procedit ſtatutum, in ſummarijs autem poſt primum actum, quia tunc primus actus habetur pro conteſtatione. Caſtr. d. conſ. 90. nu. 2. lib. 1.

11 Item, quod appellans, ſeu petens reduci laudum teneatur expediri facere cauſam infra quatuor menſes, alias laudum maneat firmum. Caſtrenſ. conſ. 42. Viſa quadam contradictione. lib. 1. vbi, quod non procedit, quando ſtetit per iudicem, & pars inſtetit.

12 Exequutionem dat ſtatutum legatario pro legato facto, quod procedit etiam ad fauorem hæredis legatarij, licet ſtatutum loquatur de eo, cui factum eſt legatum. Caſtrenſ. conſ. 91. num. 3. ver. venio nunc. lib. 1.

13 Item dat exequutionem inſtrumento guarentigiato, vt per Caſtr. d. conſ. 91. nu. 7. & ſeq. lib. 1. vbi, quod propterea non eſt locus compromiſſo in cauſa exequutiua, quia exceptio compromiſſi requirit altiorẽ indaginẽ, quæ reijcitur in exequutiuis.

14 Et quod non poſſit opponi cõtra guarentigiam niſi exceptio falſitatis, & ſolutionis, ideo ſimulatiõ non poteſt opponi, & confeſſio dotis habet priuilegia dotis, & exequutionem. Abb. conſ. 73. Circa primum. n. 5. & ſeq. ver. præterea & ſecũdo. li. 2.

15 Confiſcatio bonorum inducitur ex ſtatuto ciuitatis Caſtelli indiſtinctè pro crimine, in quo de antiquo iure inducebatur, ideo non reſeruatur legitima filijs, prout de iure communi, quia debetur ex miſeratione, & quando confiſcatio fit in conſequentiam delicti, ſecus ſi principaliter.

Caſtr.

Castr. conſ. 171. Viſa, & ponderata.col.penul.in fi.& finali.lib.1.

16 Sed contrarium tenet Thob.Non conſ.95.n.13. & 14.

17 Statutum, quod emens a non domino bona fide,& ſine fraude non poſſit a domino moleſtari, niſi reſtituto pretio,non habet locum niſi inter ciues,& habitantes,ſecus eſt ſi bona forenſis emantur,quia non habent iuriſdictionem in forenſes. Caſtr. conſ.424.Ad primum,in princ.lib.2.vbi dicit * communem.

18 Extendit etiam ſi inſtrumentum ſit celebratum in loco, quia licet quoad ſolemnitatem debeat ſeruari ſolemnitas loci,in quo contrahitur ſecundum* communem opinio. tamen ſecus eſt quoad deciſionem. Caſtren. conſ. 424.colum.2. in principio.lib.2.

19 Statutum circa dationem in ſolutum de bonis contumacis facienda detracta tertia parte æſtimationis bonorum pro creditore,extenditur etiã ex conſuetudine ad creditores,& legatarios,quando hæres cũ beneficio compellit eos recipere bona hæreditaria.Abb.conſ.73.Circa primum.n.11. & ſeq.ver.& per hæc relinquitur,vſque in fi.lib.2.

20 Statutum ciuitatis Caſtelli diſponit, quod Poteſtas nouus per quatuor dies ante initium ſui officij debeat comparere in dicta ciuitate, alias in ſyndicatu poſtea ſtare debeat per quinque dies vltra alios ad ſyndicatum.Bal.conſ.274.Factum tale eſt.lib.1.vbi quod tale ſtatutum non ligat eum qui habuit legitimum impedimentum.

21 Item,quod decedenti ab inteſtato ſuccedant frater,vel nepos ex fratre,aut patruus, vel filius ex eo excluſa matre.Bal.conſ.12.Caſus talis. lib. 3. vbi quod non habet locum ſtante patruo magno neque filijs ex eo,quia vere non eſt patruus, neq; ſi filius decedat pupillus,quia non eſt teſtabilis,& latius conſ. 258. Item ſtatuimus.lib.3. vbi ſtatutum ad litteram inſeritur, & concludit quod non habet locum in patruo magno, niſi vſus communis loquendi hunc patruum appellaret.

22 Et quod frater ex latere patris excludat ſororem vtrinque coniunctam, quod eſt ſeruandum etiam in caſtro Ciuitellæ, licet non recognoſcat de facto communitatem,tamen obligatur tali ſtatuto ciuitatis ſuæ.Caſtr.conſ.171. Viſa,& ponderata.lib.1.in princ.

23 Item,quod inſtrumẽta rogata a notarijs morte prœuentis, & nondum extenſa, poſſint per conſules publicari facta recognitione, quod ſtatutum eſt attendendum etiam in teſtamentis rogatis non extenſis,neque ſubſcriptis, quia ſi fiat recognitio iuxta formam ſtatuti,poterunt publicari.Bal.cõſ. 394.Quod notarij collegij.lib.4.

24 Item quod maritus lucretur medietatem dotis præmoriente vxore,de quo Bal.conſ. 327.Factum ſic proponitur,vbi quod habet locum ſtatutum lucri etiam in bonis ſubiectis fideicommiſſo, etiam ad fauorem piæ cauſæ.lib.4.

25 Item, quod nullus trahat aliquem ad iudicium extra curiã officialium communis,& quod nullus trahat ad iudicium aliquã perſonam extra ciuitatem Caſtelli.Bal.conſ.62. Punctus talis eſt. lib. 3. vbi quod non habet locum ſi agatur contra mulierem nuptam extra territorium pro bonis in territorio dictæ ciuitatis, quia mulier ſequitur domicilium viri ſui, & ſtatutum non loquitur hoc caſu.

26 Item, quod lauda lata a quocunque arbitro, vel arbitratore qualitercũque,exequantur per poteſtatem non obſtante contradictione. Ang. conſ. 171.Ludouicus ex vna,vbi quod licet detur reductio ex capite doli,vel læſionis, tamen ſic prius exequutio vigore ſtatuti.

Ciuitatenſis Ciuitas, eiuſque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CCLXXXIV.

1 CIVITATENSIS Ciuitas dicitur ciuitas Auſtriæ,quæ eſt de dioec.Aquilegien. & habet Eccleſiam cum 39. Canonicis, qui tamen per Papam redacti ſunt ad 20. creatis in ea præbendis magiſtralibus. Zabarell. conſ. 142. Vbi caſus ponitur.

2 Statutum eſt in ciuitate,quod liceat conſtituere annuos cenſus ſuper bonis ſuis, & illos vendere perpetuo,vel ad tempus, quod ſtatutum eſt validum. Petr.de Anchar.conſ. 19.per totum.

Clandeſtinitas ſapit dolum, & operatur multa, & quando dicatur. Concluſio. CCLXXXV.

1 TVTOR licet bona fide,& palam poſſit contrahere cum pupillo ſeruatis ſolemnitatibus,& valeat contractus, tamen ſecus eſt ſi clandeſtine,& per ſuppoſitã perſonam contrahit,quia non valet talis contractus, etiam ſi habeat omnes ſolẽnitates,quia ceſſat in eo bona fides,ex quo palã non eſt celebratus. Bal.conſ.347.Titius geſſit. lib.4.in princ.& per totum.

Vide.Fraus ceſſat quando actus fit palam.Concluſio.478.

2 Profeſſio oblati,vel monachi emiſſa clandeſtine non debet tertio nocere,ideo ſi profeſſus ſtat in ſeculo tanquam laicus,& contrahit,& diſtrahit,valet alienatio ab eo facta,nec poteſt reuocari a monaſterio propter errorem communem.Pet. de Anchar.conſ.49.De viribus profeſſionis.

3 Extende, quia electio facta occulte reprobatur, quia præſumitur contra occulte dantes facientes, vel iudicantes, Petrus de Ancharan.d. conſil.49. in princ.

4 Matrimonium clandeſtinum dicitur adulterium,ſtuprum,fornicatio,& dolus,ideo non legitimantur filij ex tali matrimonio.Cephal.conſ.82. n.24.& ſeq.lib.1.vbi n.27.quod dicitur fraudolentum,quod ſine pompa contrahitur,& ſine præſentia teſtium.

5 Collatio beneficij clandeſtina præſumitur ſimulata.Maſcar.concluſ.176.De beneficij collatione clandeſtina: vbi an ſit nulla, vel annullanda hodie in collatione ex reſignatione clarum eſt, quod eſt nulla, niſi ſit publicata per bullam fe.re. Gregorij XIII.

6 Laboratores miſſi ad incidendum ſyluam ab aliquo tanquam domino ſyluæ, qui non ſit, non

debent puniri, si palam inciderint, vel opus demandatum fecerint, secus, si occulto, & de nocte inciderunt, quia non excusantur, Clar. in §. fi. quæst. 60. num. 16.

7 Miles, minor, & alij, qui excusantur à pœna. incestarum nuptiarum, non excusantur, si illas contraxerint clandestine, & occulte, quia præsumitur scientia, & dolus. Roman. cons. 506. In re præsenti. num. 4. & sequen. ver. ijs tamen non refragantibus, vbi apostilla in ver. euitat, & in ver. ignorare, quia qui male agit, odit lucem.

8 Contrarium; quod imo is, qui facit delictum palam, & publice grauius puniatur, vt in tit. de vi publica, & vi priuata, & in notorio delinquente, & non notorio. Clar. in §. fin. quæst. 9. per totam. Alex. cons. 1. nu. 32. lib. 3. vbi reddit rationem propter scandalum, & dat exempla de furto manifesto, quod grauius punitur, quam furtum clandestinum.

Vide. Delinquens repertus in fragranti qualiter puniatur. Conclus. 185.

9 Declara, quia aut delictum est illius naturæ, quod potest esse licitum, & illicitum, prout contractus tutoris cum pupillo, & si fiat clam præsumitur cum dolo, secus vero est si palam: aut delictum est de illis, quæ semper sunt illicita, prout blasphemia, & tunc plus punitur publice delinquens, quam occulte delinquens. Clar. §. fin. q. 60. num. 20. ver. sed an forte, vbi dicit * communem.

10 Occulte dicitur fieri quod fit de nocte, ideo non valet sententia lata vna hora noctis. Signorol. Homod. cons. 52. Quæritur an sententia, per totum, vbi in fin. apostill. dicit communem, & magis * communem.

Vide. Iudex vsque ad quam horam sedere, & iudicare debet. Conclus. 384.

11 Et delictum commissum de nocte dicitur clandestine commissum, & non palam. Alex. cons. 1. nu. 25. ver. quinimo lib. 3.

Vide. Lucem odit, qui male agere intendit. Conclus. 447.

Vide. Possessio quæ dicatur clandestina, vel non. Conclus. 412.

Vide. Taciturnitas quando arguat dolum. Conclus. 6.

12 Amplia, quia actus clam, vel clandestine factus probat contra gerentem, & quando secus.

Vide plene Mascard. Conclus. 1207. Clam, vel clandestine.

Clauica, seu cloaca à quo debeatur reparari. Conclusio. CCLXXXVI.

1 CLOACA habens canale per agrum priuatum, si inseruiat vicinis, debet refici à vicinia, quia licet sit in dominio priuati, tamen respectu seruitutis est vicinis, quia sicuti non potest vicinia prohiberi, ne repararet, ita debet ipsa facere expensam canalis, & illius manutentionis. Ant. de Butr. cons. 19. in princ.

2 Declara, quia si cloaca, & illius transitus respici: publicam vtilitatem, in ea parte debet reflci ex publico, & in quantum respicit vtilitatem vicinorum, vicini tenentur, & in quantum respicit priuatam vtilitatem priuatus tenetur. Anton. de Butr. d. cons. 13. nu. 3. & seq.

3 Si vero cloaca indiget reparatione, quia in ea aliquid immittitur; vel cloaca ipsa influit in aliã, distinguitur alio modo, quia si modica est impensa tenetur ille, qui sentit commodum ex immissione, & de immisso in fundo suo, si impensa est magna, tenentur vicini omnes, nisi impensa esset à principio modica, & sit facta magna negligentia obligati, quia si erat causa visibilis tenetur obligatus ad modicam, si causa non erat visibilis, tenentur omnes vicini. Ant. de Butr. d. cons. 13. num. 4. & seq. ver. vbi autem, & nu. 6. quod si culpa particularis personæ euenit damnum, ipse, qui causam dedit, reficere debet.

Claudicatio non admittitur, & quando secus. Conclus. CCLXXXVII.

1 CLAVDICATIO non admittitur in contractibus opera, & facto alterius partis. Io. de Anan. cons. 43. in princ. Anchar. cons. 120. Crauet. cons. 239. n. 6. plene Menoc. cons. 92. n. 41. lib. 4.

Vide. Contractus claudicare non potest, & quando secus, Conclus. 984.

2 Restringe, quia bene claudicatio admittitur facto superioris, & principis. Io. de Anan. consil. 45. Stante vicissitudine, num. 2.

3 Amplia in contractibus, in quibus claudicatio non admittitur, vt vnus seruare debeat conuentionem, & promissa; alter non, & vbi est claudicatio non est iustitia, quia iustum requirit æqualem obligationem. Bald. consil. 18. Notissimum est. nu. 2. ver. non autem debet. lib. 1.

4 Restringe in pactis contractus, quia potest iuxta contractum apponi pactum, per quod obligatur venditor ad redimendum, vel quid simile, & tamen non emptor. Dynus consil. 1. num. 2. ver. præterea.

5 Amplia in iudicijs, quia claudicatio non admittitur. cap. cum inter. de except.

Vide. Æqualitas in iudicijs seruanda. Conclus. 306.

6 Restringe quoad actorem, & reum, quia quoad alios potest claudicare. Io. de Anan. cons. 43. num. 3.

Vide. Æqualitas in iudicijs non seruatur quandoque. Conclus. 307.

7 Limita, quia canonicus agens nomine suo pro sua præbenda, quia non potest agere pro Ecclesia, & nomine Ecclesiæ, si obtinet pro suo interesse, obtinebit etiam pro Ecclesia, si vero succumbet non præiudicabit Ecclesiæ. Lap. alleg. 51. nu. 15. ver. argumenta quæ in contrarium.

8 Limita in permutatione beneficij reseruati permutati cum alio non reseruato, quia licet valeat collatio, & resignatio quoad non reseruatum, tamen non valet collatio quoad reseruatum; licet valeat resignatio, & sic permutatio in hoc claudicat. Feder. de Sen. consil. 116. num. 4. ver. venio, & difficilius.

9 Limita fauore minoris, quia potest iudicium claudicare. non eo minus. C. de procurat. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de acti. empt. Aug. Areti. cons.

conſ. 128. In caſu prædicto, in fin. ver. nec obſtat quintum . Alexand. conſ. 3. In cauſa , & lite, in fin.lib.2.

10 Et quod ſententia lata contra minorem intereuenente curatore minori dato ſibi à patre in teſtamento , qui non accepit adminiſtrationem à iudice ſit nulla, licet ſi eſſet ad fauorem minoris ſit valida . Alex. d.conſ.3.col.fin. nu.7.& ſeq.ver. vltimo puto.lib.2.

11 Extende , quia nullitas cauſata ad fauorem minoris,non poteſt allegari ab aduerſario minoris . Alexand.d.conſ. 3. in fin. ver. præterea non poſſet. lib. 2.

12 Extende , quia licet minor filiusfamilias non poſſit agere,neq; conueniri ciuiliter ſine conſenſu patris , ſi tamen ſententia lata fuit ad fauorem minoris filijfamilias,valebit , quia nullitas ſubeſſet,ſi contra minorem eſſet lata ſententia , non ſi ad eius fauorem.Alex.conſ.59. Viſo proceſſu. nu. 3. ver.ſecundo poteſt reſponderi. lib.2.

13 Extende , quia poteſt claudicare compromiſſum,& contractus minoris.Signoro.conſ.227.n.2.

14 Declara , vt quando claudicatio admittatur pro minore,ſemper intelligatur,ſi agitur de commodo,& fauore minoris, ſecus ſi de damno.Bald. conſ.309. Quæritur vtrum, circa princ. ver.nam & ſi quando.lib.2. Angel. Aretin. d.conſ. 128. per totum , maxime in fin.

15 Reſtringe , quia non claudicat contractus,neq; iudicium in minore quando vult retractare tranſactionem, vel laudum, quin ante omnia teneatur reſtituere habitum vigore tranſactionis , vel laudi, prout alius,ita in Eccleſia. Abb.conſ.62.Illud de iure, in fin.lib.1.

16 Limita in reſciſſione contractus , quia poteſt claudicare , ex quo inducitur ad fauorem vnius partis contra aliam,nam poteſt dominus,ſi velit, quod emphyteuta non ſoluens , vel alienans emphyteuſim irrequiſito domino velle quod cecideſit , & etiam quod non ceciderit inuito emphyteuta. Ant.de Butr.conſ.22.nu.2.

Vide . Fauorabilis diſpoſitio odium operari non debet,neque è conuerſo.Concluſ.90.

17 Extende in alienatione rei Eccleſiaſticæ non ſeruatis ſolemnitatibus , quia eſt nulla,Eccleſia volente. Ant.de Butr.conſ.22.nu.2.

18 Extende in contractu bonæ fidei dolo inito, quia volenti eo,qui paſſus eſt dolum,valebit contra doloſum. Ant.de Butr.d.conſ.22.nu.2.

19 Limita, quia contumax eſſe non poteſt minor , neque condemnari , vel reputari vt contumax, ſi pro eo fuit admiſſus procurator , qui non erat, quia hoc eſt priuilegium minoris . Alexan. conſ. 3. In cauſa,& lite,in fin.num.8. ver.nec poteſt allegare.lib.2.

Claues quid ſignificent , & important . Concluſio. CCLXXXVIII.

1 CLAVIVM traditio facta per venditorem emptori de re vendita importat traditionem rei , & tranſlationem dominij , quando res eſt ponderata , vel menſurata, ſi vero eſt ponderãda, vel menſuranda,ſecus eſt,quia videtur tunc contractus ſub conditione factus. Angel. Aretin. conſil. 135. Intellecto, in princ. ver. ſecundo hoc confirmatur , iuncto ver. nec obſtant allegata . num.10.& ſeq.

2 Extende, quia receptio clauium probat poſſeſſionem rei, cuius claues traditæ ſunt , & quando ſecus.

Vide plene Maſcard.Concluſ.298.Clauium receptio quid probet.

3 Et in dubio clauium retentio præſumitur ad cuſtodiam. Cephal.conſ.225.num. 26. Deci.conſ. 29.num.2.

4 Et ex pluribus dominis retinens claues non habet plus iuris , quam alij condomini . Petr. de Vbald.de duob.fratr.in 11.q.princi. q.21.nu. 90.

5 Penes maiorem eſſe debent claues communes pro cuſtodia.l.cum pater. §.prætor pluribus, vbi Bart. num.3.ff.de leg.2.Bald. in l. procurator. nu. 2. C.de eden. Bero.conſ.48.nu.4.lib.2. Rimi.Sen. conſ.95.nu.76. & ſeq.

Clauſula in principio poſita quando referatur ad ſequentia , & quando ſecus. Concluſ. CCLXXXIX.

1 CLAVSVLA in principio poſita refertur ad ſequentia , quia magis præcedentia influunt in ſequentibus,quam ſequentia in præcedentibus,plene Alex.conſ. 51.Viſo themate.nu.2. lib. 3.vbi plena apoſtill.in ver.ſequentia. Tiraqu. qui infinitos citat,de retract.lignag. §. 1.glo.14.num. 25.plenius Matheſil.ſingul.150.nota ſingulare dictum , vbi apoſtill.infinitos citat .

2 Extende , quia clauſula in principio poſita eſt maioris efficaciæ ad determinationẽ ſequẽtium, quam ſit clauſula in fine ad determinationem præcedentium.Deci.conſ.500.In cauſa quæ Mantuæ. num.8.Alex.conſ.51.nu.2.lib.3.& Matheſil. d. ſingul.150. ibi apoſtill.citat infinitos.

3 Declara , quia clauſula precedens refertur ad ſequentia,& clauſula in fine poſita refertur ad precedentia,quando eſt per ſe poſita , ſecus ſi eſt ad qualificandum aliquid, quia tunc neque in principio poſita refertur ad ſequentia,neque in fine poſita refertur ad præcedentia.Alex.conſ.158.Abunde.nu.7.ver.tertio confirmatur.lib.6. vbi apoſtil. in ver.referatur, dat concord.

4 Limita,quando ſequentia ſunt diuerſa,& ſeparata, quia non refertur clauſula præcedens ad ſequentia,vt ſi adeſt dictio , inſuper,quę diuerſitatem importat. Gemin.conſ.44.in princ. & num.3. ver. deinde Papa, cum ſeq.

5 Extende , quando diuerſa ratio militat. Alex. conſ.42. In cauſa.nu.7.ver. ad quod etiam.lib.3. & conſ.158. Abunde. num. 11. & ſeq. verſ. ſexto quoties.lib.6.

6 Extende, quando diuerſę ſunt orationes perfectæ interpoſitæ, quia non fit repetitio ad ſequentia remota.

Vide . Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Concluſ.186.

7 Limita , quando clauſula præcedens continet conditiones , vel modos ad perſonas , quia ſiue in eadem oratione, ſiue in diuerſa dicta in perſona vnius , nunquam ſunt repetita in perſona alterius ſubſequentis , maxime quando qualitas eſt

Digitized by Google

poſita poſt primam perſonam, & ante expreſſionem alterius perſonæ. Alex. conſ. 158. Abunde. nn. 2. & ſeq. per totum. ver. quibus parum. lib. 6.

Vide. Verba generalia reſtringuntur ex præcedentibus, & ſubſequentibus. Concluſ. 141.

Clauſula in medio poſita ad quæ referenda, & quid operetur. Concluſ. CCXC.

1 CLAVSVLA in medio poſita etiam reſtrictiua, quoad nunciationem terminorum. non reſtringit latitudinem finalis, & concluſiuæ clauſulæ. l. ſi ſeruus plurium. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. Bald. conſ. 205. Præmiſſis verbis, in fin. lib. 4. & adducit regulam, quia genus poſt ſpeciem. ampliat, & non reſtringit.

2 Et clauſula in medio poſita nunquam refertur ad ſequentia, quando adeſt dictio prædicta, vel præmiſſa, quia refertur ſolum ad præcedentia. Alex. conſ. 63. Diligenter. nu. 8. in fin. ver. non obſtat ſecundum. lib. 6.

3 Amplia, quia clauſula in medio poſita non refertur ad præcedentia, neque ad ſequentia capitula habentia ſuam orationem perfectam., maxime inter diuerſas perſonas. Pariſ. conſil. 38. num. 30. ver. non obſtat. lib. 2. vbi ſecus eſt, ſi oratio non ſit perfecta, & capitula non ſunt ſeparata.

4 Extende idem, quando diuerſa militat ratio, vt quia ſunt ſubſtitutiones diuerſæ, vna de parte, alia de toto, quia tunc clauſula, vel ſubſtitutio medio loco facta non cenſetur repetita in præcedentibus, & ſequentibus diuerſam rationem habentibus. Ancharan. conſil. 288. per totum, vbi eſt caſus.

5 Declara, quia clauſula in medio poſita refertur ad precedentia, & ſequentia quando eſt poſita inter plures articulos connexos, & dependentes ab vno principali, quando vero ponitur inter articulos diuerſos abſolute, ſecus eſt, quia ad ſequentia non refertur. Alex. d. conſ. 63. nu. 9. ver. vel ſecundo reſpondeo. lib. 6.

6 Regulariter qualitas adiecta vni capitulo non refertur ad omnia capitula. Socin. conſil. 156. Pro fundamento. num. 15. in fin. lib. 2. Abb. conſil. 75. Illud de iure. colum. 3. veri. ſecundo facit. lib. 2. & plenius colum. 2. num. 2. verſ. ſecundo hoc videtur, vbi reddit rationem, quia verba eiuſdem capituli ſunt pars capituli, ideo reſtringenda ad capitulum, quia ſi diſponens voluiſſet, quod deberent referri ad omnia, poſuiſſet in princip. vel in fine.

7 Extende, quia in dubio relatio fit ad proxima. Socin. d. conſ. 156. nu. 16. lib. 2.

8 Extende, quia ſi inſtrumentum obligationis continet plura debita, & plura capitula debitorum, & in vno capitulo debiti vnius ponatur, quod teneatur fideluſſorem dare, in alijs vero nihil dicitur, non tenetur, niſi pro contentis in illo capitulo, non autem pro alijs, quia omiſſum habetur pro omiſſo, & nõ refertur ad omnia capitula, ex quo obligatio eſt in vno capitulo. Abb. d. conſ. 75. col. 2. ver. ſecundo videtur. lib. 2.

9 Limita, & vide omnino Deci. in c. ſecundo requiris, de appell. vbi, quod clauſula per ſe ſtans abſolute, refertur ad omnia præcedentia, & ſequentia, ſi eadem ratio militat, alias ſecus, & declarat multis modis, Anchar. conſ. 288. Prima. ſubſtitutio, in princ. & idem firmat eſſe pro regula. Roman. conſ. 461. In eo, quod, prope fi. ver. ſecunda quæ habet.

10 Extende, quia procedit tam in clauſula, quam in ſigno notarij poſito inter duo inſtrumenta ab eo in publicum redacta, quia ſignum in medio duorum inſtrumentorum refertur ad ambo inſtrumenta, videlicet ad præcedens, & ſubſequens. Ang. Areti. conſ. 99. Videndum cenſeo. nn. 16. in fi. cum ſeq. ver. vnde nomen, vbi idem in nomine. notarij, & ſubſcriptione.

Clauſula in fine poſita quando refertur ad omnia præcedentia, vel non. Concluſio. CCXCI.

1 CLAVSVLA in fine poſita refertur ad omnia præcedentia. c. ſecundo requiris, de appell. Petr. de Ancha. conſ. 2. n. 9. ver. poſtquam iſta clauſula, plene Deci. in d. c. ſecundo requiris, vbi declarat decem modis. Feli. in c. cauſam quæ, de reſcr. vbi ponit regulam cum octo limitationibus. Alex. plene conſ. 48. Super extractione, in princ. vbi apoſtilla in ver. præcedentia, dat plurimos concordantes. lib. 1. licet Alex. ibi ponat multas fallentias, & hoc eſſe regulare dicit Boer. deciſ. 141. num. 2. & procedit quando ſalua ratione recti ſermonis poteſt referri ad omnia. Ioan. de Anan. conſ. 35. nu. 5. ver. non obſtat quod vltimo. Capic. deciſ. 108. nu. 9. & ſeq. vbi ponit pro regula cum. aliquibus limit. Alex. conſ. 101. Super eo. num. 10. lib. 3. & plenius conſ. 212. Ponderatis. n. 6. ver. nec dicatur. lib. 6. vbi quod iſta eſt regula.

Vide. Incontinenti quæ fiunt, videntur ineſſe. Concluſ. 81.

2 Et quod clauſula generalis in fine poſita referatur ad omnia etiam remota, de quibus non eſt ſpecialiter prouiſum. Bart. conſ. 54. Angelus Marie. num. 3. ver. clauſula. lib. 1. vbi apoſtilla in ver. clauſula generalis, citat concord. maxime Franc. Aretin. conſ. 116. poſt ſubſcriptum.

3 Extende, quia refertur ad omnia precedentia eciam remota, niſi ſint contraria. Bart. d. conſil. 54. nu. 4. ver. ſecunda ſolutio. lib. 1.

4 Et maxime ſi ſubeſt eadem ratio. Alexand. conſ. 122. Viſo proceſſu. num. 15. & 16. verſ. & licet dicta clauſula. lib. 7. vbi loquitur etiam ſi adſint verba exprimentia caſum proximum, quando verba clauſulę ſunt pluralia, & generalia.

5 Extende maxime, quando hoc verba inferunt, vt quia fiat ſubſtitutio, ſi quis deceſſerit, reliqui ſuperſtites ſuccedant, in plurali, videntur feminę vocatę, quia ſi ad ſolos maſculos, qui erant duo tantum, fiat relatio, verba pluralia non aptantur. Bart. d. conſ. 54. nu. 4. ver. præterea ex verbis. lib. 1. Anchar. conſ. 68. nu. 5.

6 Extende, vt idem ſit in clauſula qualificante., quia ſi poteſt referri ad omnia ſalua ratione. recti ſermonis, ſemper refertur ad omnia precedentia. Alexand. conſil. 48. Super extractione, in

Digitized by Google

in princ.vbi apoſtilla in ver.præcedentia. lib.1.& conſ.66.in princ.lib. 2. Ruin.d.conſ.112. in principio.lib.5.

7 Et quod relatio fiat ad omnia præcedentia, quando non ſubeſt ratio diuerſitatis, quare magis ad vnum,quam ad aliud referatur plene Crauett.conſ.149.per totum.Aegid.Bellam. conſ.33. num. 19. & 20. Roman. conſ. 480.In caſu. col.2. ver.capio nunc, vbi apoſtilla plena in uer.concurrit,dat concord.& alia plena apoſtil.ad Ro. conſ. 112.in ver.referenda.

8 Et ideo ſi ſtatutum dicat, ſi quis fecerit incendium,vel furtum,poſtea addat qualitatem,puta de nocte,vel in platea, illa qualitas qualificat ſimpliciter omnia præcedentia, quod notandum dicit Alex.d.conſ.48.in princ.lib.1. ver. ſecundo in ſpecie.

9 Contrarium tenet Alex .d.conſ.48.num.8. ver. confirmantur. lib. 1. vbi quod clauſula, quæ non ſtat per ſe,in fine poſita, ſed qualificatam reſpicit diſpoſitionem nunquam refertur ad omnia,ſed ad proxima,& ſic erit reſtrictio, ſi uero eſt clauſula, quæ ſtat per ſe, refertur ad omnia,ſi non ſubeſt diuerſa ratio,vt ibi per Alex.

10 Declarat pulchre Rui.conſ.11.Circa primum in prin.lib.5. vbi pro vtraque parte allegat,& dicit quod clauſula, quæ per ſe ſtat,ſemper ad omnia refertur ſi poteſt,clauſula vero qualificans refertur ad proxima,quæ qualificat,ſed tamen ſi ſubeſt eadem ratio,vel conſtat de mente, vel reſpicit præcedentia,tanquam principaliter diſponentia,refertur ad omnia.

11 Extende in tantum clauſulam in fine poſitam referri ad omnia præcedentia capitula,vt idem ſit, ac ſi ſingulis capitulis clauſula eſſet appoſita. Decian. conſ.70.n.19.& ſeq.lib.3.

12 Extende,vt procedat etiam in materia odioſa, & ſtricte interpretanda. Alex.conſ.101.Super eo. num.12.lib. 3.

13 Declara,quia clauſula,in fine poſita etiam annulatiua regulariter refertur ad omnia præcedentia quando ſtat de per ſe,ita Alex.conſ.212.Ponderatis. num. 6.ver.nec dicatur.lib.6.

14 Declara,quia prædicta procedunt quando ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt, ſed ſi ſubeſt ratio diuerſitatis ſecus eſt,vt dicit Bart. d.conſil. 34. n.4.ver.certe punctus ſatis eſt.li,1.vbi etiam reſpondet ad contraria.

15 Declara totam hãc materiam ſecundum Alex. conſ.66.Viſo teſtamento.nu.2.& ſeq.ver.ſecundo moueor.lib.2. quia diſtinguẽdum eſt,quandoque enim clauſula,ſeu qualitas adijcitur vni capitulo ex pluribus, & dubitatur an ſit repetita in ſequẽtibus, & eſt materia Lauia in princ.ff.de con. & demon.quandoque clauſula eſt per ſe poſita,& non vni capitulo,vt in caſu præcedẽti, & dubitatur an referatur ad proximum capitulum,an ad omnia,& materia eſt in l.talis ſcriptura.ff.de leg. 3.item in primo caſu quando qualitas eſt in vno capitulo ſit differentia an ſimus in diſpoſitione legis,& recurrimus ad §. item Iapilli. Inſtit.de rer. diuiſio.aut in diſpoſitione contractus,&habet locum.d.l.auia,de cond.& demonſtr. aut in reſcripto, & habet locum c.cauſam quæ,de reſcript.& quod inter prædicta ſit differentia, allegat Bar. in l.licet Imperator,& in l.talis ſcriptura.ff.de legat.1.

Vide. Repetitio precedentium verborum, & qualitatum quando,& ex quibus inducatur.Concluſ. 187.

16 Amplia, quod clauſula reſtrictiua in fine poſita,quę poteſt referri ad omnia præcedentia, ad omnia refertur. Calderin.conſ.289.alias 11.de loc aco, vbi quod inueſtitura facta ab Eccleſia de emphyteuſi alicui pro ſe, & filiis maſculis legitimis,& pro vna fęmina tantum, reſtrictio tantum refertur ad omnia, ut non veniant nepotes ex filiis maſculis legitimis, & idem tenet Anch. conſ. 361.Viſa plena.num.3.

17 Extende maxime quando non ſubeſt ratio,quare potius ad proxima, quam ad omnia referatur. Io.de Im.conſ.131.In caſu,in fi.

18 Extende etiam ſi adiiciatur clauſula per ſe ſtãs per dictionem aduerſatiuam,ſi vero,quia nõ propterea refertur ſolum ad proxima, ſed ad omnia. Alex.conſ.66.Viſo teſtamento.nu.3.in fi.ver. non obſtat quod illa aduerſatiua.lib.2.

19 Declara, quia clauſula generalis in fine poſita debet referri,& reſtringi ſolum ad præcedẽtia, & expreſſa,ideo mandatum datum ad recuperãdum certa bona ad vtilitatem conſtituentis, licet addatur facultas,& clauſula cũ libera, & plena, &c. tamen intelligitur quoad bona recuperanda, non autem quoad alia non expreſſa. Bal.conſ.371.Viſo tenore,in princ.lib.4.

Vide. Verba præcedentia quando declarãt ſequentia,vel è contra.Concluſ.144.

Vide.Verba ſubſequẽtia an referãtur ad proxima,an vero ad omnia præcedentia. Concluſ.157.

20 Amplia,quia clauſula poſita in eadem oratione plura complectente refertur ad omnia,quando oratio regitur ab eodem verbo,quia dicta in vno cenſentur repetita in alio comprehenſo in dicta oratione.Bar.in l.4.§.ait. ff.vi. bon. rapto. Natta conſ.614. Duæ ſunt.num.2.

21 Reſtringe, vt non procedat quando qualitas non conuenit primo,ſed ſolum ſecundo, vel e contra,ita Butr.in cap.cum ſingula, in princ. de præbend.in 6. per illum text. vbi clauſula in pluribus Prioratibus, vel Eccleſiis curam animarum habentibus(quia illa qualitas curæ animarum reſpicit tantum Eccleſias, non autem prioratus)intelligitur ſolum de Eccleſiis, non autem de prioratibus.Alex.d.conſ.48.num.10.lib.1.

22 Amplia, vt quod dicitur de clauſula, idem ſit de verbo indefinito,quod poteſt referri ad plura, quia ad omnia refertur quando ſubeſt eadem ratio,ſecus autem eſt ſi diuerſa ratio adſit. Aegid. Bellamer. conſ.33. num. 19. & num. 20.vbi clauſula ad omnia refertur, quæ ſunt eiuſdẽ rationis.

23 Amplia in relatiuis,quia ſi ponuntur poſt multa coniuncta,& copulata referũtur ad omnia præcedentia copulata,alias poteſt fieri relatio ſecundum quod eſt probabilius.Bal.conſ.480.Quædam Domina, circa fi. n.13. & ſeq. ver.tertia autem pars. li.5.

Vide.Relatiuũ importat conditionem,& multa operatur,& quando ſecus. Concluſ.127.

24 Imo ſi fiat legatum,& ſubſtitutio ſub conditione ſi deceſſerint inſtituti ſine filiis,poſtea fiat alia ſubſtitutio,ſi deceſſerint inſtituti in pupillari ætate,poſtea vltimo fiat legatum relatiuum, videlicet lego ſi deceſſerint,vt ſupra, intelligitur ſola conditio vltima repetita, ſi in pupillari ętate deceſſerint quando legatum vltimum eſt de per ſe, quia ad proxima ſit tantum relatio.

relatio. Angel. conſ. 330. num. 1. vſque in fin.

25 Amplia in reſcriptis, quia clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quando ſubeſt eadem ratio. Bald. conſ. 483. Quæritur ſi creditores, in fin. lib. 5.

26 Extende; vt idem ſit, quando clauſula in fine poſita eſt indefinita, quia ad omnia præcedentia refertur. Bald. conſ. 483. in fi. lib. 5.

27 Amplia in teſtamentis, quia ſi teſtator legat alicui redditum, & habitationem in domo teſtatoris & alimenta, intelligitur etiam de alimentis in domo teſtatoris, quia cenſetur ſe referre ad præcedentia coniuncta, & copulata. Angel. de Perufio conſ. 18. Teſtator reliquit.

28 Amplia in legibus, quia ſi lex enumerat multos caſus, & vltimo caſui imponat certam pœnam, cenſetur apponere eandem pœnam in omnibus aliis caſibus ſupra enumeratis. Iaſ. in l. 1. num. 7. C. de liber. præterit.

29 Reſtringe, niſi in caſibus præcedentibus eſſet ſpecialiter prouiſum. Iaſ. in l. talis ſcriptura, num. 36. ff. de lega. 1.

30 Amplia, vt procedat etiam in odioſis, & pœnalibus, quia clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia. Iaſ. in l. talis ſcriptura. num. 36. ff. de leg. 1. Capic. deciſ. 108. n. 16. allegat Iaſ. in l. 1. C. de liber. præter. vbi ponit hanc ampliationem cum duodecim limitationibus. Vide infra ſub num. 48. & 49.

31 Contrariam, quando verba ſunt prolata in maſculino à teſtatore in caſu odij, vel grauaminis, quia non refertur ad fœminas, & ſic ad præcedentia omnia. Bart. conſ. 54. Angelus nu. 1. ver. præterea. lib. 1. vbi apoſtilla in ver. in caſu odij, dat concord.

32 Amplia, quia clauſula in fine poſita in ſubſtitutione facta per patrem filijs, puta (quia leganit filiabus duabus 500. duoſq; maſculos hæredes inſtituit, poſtea vero baſtardum ſubſtituit, ſi omnes filij decederent ſine filijs) intelligitur etiam de fœminis, vt clauſula ad omnia referatur, non ad proxima tantum humanitatis cauſa. Petr. Anchar. conſ. 68. num. 1. & ſeq.

33 Ex procedit ampliatio, maxime, quia rectior ſermo fuiſſet dicere, & ſi ambo filij ſi de duobus intellexiſſet, quam dicere, & ſi omnes filij. Anchar. d. conſ. 68. nu. 5.

34 Extende, vt idem ſit multo magis, quando verba eſſent in plurali, quæ deberet eſſe in ſingulari, ſi de maſculis ſolum intellexiſſet, veluti ſi habens duos maſculos hæredes inſtitutos vniuerſales, & fœminas in certa inſtitutas, dicat, & ſi aliquis ex filijs meis deceſſerit ſine deſcendentibus, ſubſtituo filios ſuperuiuentes, ſi de maſculis intelligitur, quia vnus ſupereſt, non applicantur verba pluralia, ergo etiam de fœminis videtur intellexiſſe, & hanc fortem rationem dicit Bart. conſ. 54. Angelus Maria. num. 4. ver. præterea ex verbis. lib. 1.

35 Declarat Bart. d. conſ. 54. num. 4. lib. 1. ver. certo punctus, quod non procedunt prædicta, ſi diuerſa ratio militat in maſculis, & fœminis ex mente diſponentis.

36 Extende in caſu converſo, quando verba ſunt in ſingulari, prout ſi fit mentio de villa, quia non poteſt referri ad duas villas, & ideo refertur ad vnam tantum, & ſic ad aliam, de qua ſpecialem prouiſionem facit, non poteſt referri. Alex. conſ. 125. Viſo titulo, nu. 8. & 9. ver. item reſpondeo. lib. 2.

37 Et quod clauſula in fine ſubſtitutionum poſita ad omnes gradus referatur. Cramet. conſ. fr. num. 14. ſequitur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 1. in fin.

38 Limita, quia clauſula generalis in fi. poſita non refertur ad caſum, ad quem ſi fieret relatio, induceretur correctio iuris communis. Socin. conſ. 150. num. 37. ver. octaua ratio. Alex. conſ. 48. nu. 5. ver. non obſtant illa verba, & nu. 6. vbi apoſtill. in ver. contrarietatem. lib. 1. Corſet. ſingul. in ver. clauſula, il ſecondo, nu. 1. Io. de Imol. conſ. 145. in prin. ver. nec obſtat.

Vide. Verba vniuerſalia in fine reſtringuntur ne corrigatur ius commune. Concl. 128.

39 Extende idem, ſi correctio præcedentis diſpoſitionis induceretur. Alex. conſ. 226. n. 5. ver. tertio pro hoc, lib. 6. Zabarel. conſ. 68. nu. 2. Signor. conſ. 181. nu. 16, late Roma. conſ. 112. Viſa præmiſſa. col. 2. ver. item extat ſecunda ratio.

40 Extende, vt idem ſit, ſi induceretur nedum correctio, ſed contrarietas. Alex. d. conſ. 48, numer. 6. vbi apoſtilla, in ver. contrarietatem dat plures concord. lib. 1. Zabarel. d. conſ. 68. num. 2. Signor. conſ. 181. nu. 17. Roma. d. conſ. 112. nume. 3. ver. non obſtat.

41 Extende. vt idem ſit, quando per relationem diſpoſitio redderetur inutilis. Roma. dict. conſ. 112. col. 2.

42 Limita, quia clauſula in fine poſita, quæ refertur ad præcedentia, non tamen refertur ad ea præcedentia, quæ ſunt contra ius commune, quia ea non cenſentur repetita in ſequentibus. Abb. conſ. 75. col. 3. nu. 4. ver. primo per theoricam. lib. 1.

43 Limita in qualitate poſita in clauſula, in principio, quia clauſula in fine poſita non qualificatur a præcedentibus, quia magis influunt præcedentia in ſequentibus, quam ſequentia, in præcedentibus. Alex. conſ. 51. numer. 2. vbi apoſtilla, in ver. ſequentia, lib. 3. Roma. conſ. 503. Diligenter, num. 3. vbi pleniſſima apoſtil. citat plurimos concord. Alex. conſ. 226. Ponderatis, n. 9. ver. ſeptimo, per id quod, lib. 6.

44 Limita, quando ſumus in beneficio Principis, in quo fit lata interpretatio, quia ſi repetitio, & relatio ad omnia præcedentia induceret reſtrictionem, tunc fit tantum ad proxima. Alexand. d. conſ. 48. nu. 6. ver. præterea quando ſumus, lib. 1. & plenius conſ. 158. Abunde, nume. 8. ver. quarto comprobatur. lib. 6.

45 Limita, quando clauſula prima habet propriam & ſpecificam determinationem, quia clauſula in fine poſita non refertur ad illam primam. Alex. conſ. 48. nu. 7. lib. 1. Signor. conſ. 181. n. 13. in fi. & numer. 14. ver. nec huic obſtat pleniſſime. Roman. conſil. 152. Præſens accuſatio. col. 2. num. 3. ver. nec ſecundo loco refragatur, vbi apoſtil. in ver. præcedentia, dat concord. Abb. conſ. 35. num. 5. in fi. ver. præterea verba illa, lib. 2. Rom. d. conſ. 503. numer. 4. vbi apoſtilla, in ver. ſpecialis, citat plures concord.

46 Limita, quando clauſula in fine poſita non eſt abſoluta, ſed in coniunctione, quia refertur tantum ad proxima. Alexand. dict. conſil. 48. numer. 7. libr. 1.

47 Limita, quia clauſula generalis in fine poſita non refertur ad ea, quæ habent ſpecificam prouiſionem

sionem a contrahentibus. Roland. à Vall. conſ. 59. num. 48. lib. 3. plene Roma. conſ. 503. Diligenter. nu. 4. vbi apoſtil. in ver. ſpecialis.

48 Limita quando materia eſt correctoria, & penalis, & agitur de damno, & priuatione iuris tertii, quia ad proxima refertur. Ang. Aret. conſ. 76. In ijs dubitationibus. num. 11. & ſeq. ver. ſecundo hoc probari.

49 Contrarium, quod referatur ad omnia, etiam in materia correctoria, & pœnali, quando ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt, quare magis ad vnum, quam ad omnia referatur, plene idem Ang. d. conſ. 76. nu. 34. & ſeq. vbi quod valet argumentum a veriſimili diſpoſitione ſi diſponens interrogatus fuiſſet, & num. 41. ver. nec obſtat ſecundum. vide ſupra num. 30. & ſeq.

50 Limita quando præcedit genus, & clauſula ſequens continet ſpeciem, quia non poteſt referri, ex quo ſpecies extrahitur ex genere. Signor. conſ. 181. nu. 13. ver. nec huic obſtat cum ſeq. vbi quod ſi quis donans reſeruauit ſibi liberam facultatem teſtandi, licet poſtea in fine dicatur, quod poſſit diſponere vſque ad certam ſummam, non tollit facultatem teſtandi, neque reſtringit ad ſummam, quia loquitur de ſpeciali diſpoſitione.

51 Extende in caſu contrario, quia quando præcedens diſpoſitio eſt ſpecialis, & clauſula ſequens eſt generalis, nunquam clauſula generalis in fine poſita trahitur ad ſpecialiter prouiſa contraria, veluti ſi teſtator legauit vxori aliquid, & voluit, quod poſſit libere diſponere de legato ad ſui beneplacitum, licet in fine dixerit, quod voluit omnia legata peruenire in Hoſpitale S. Mariæ Nouæ poſt mortem legatariorum, & cuiuſlibet eorum, ſi vxor diſpoſuit, eius legatum non ſpectabit ad hoſpitale poſt mortem legatarię, vt tollatur contrarietas. Rom. conſ. 112. Viſa præmiſſa dubitatione dicendum videtur, quod credita montis, ſequitur Iaſ. conſ. 38. lib. 1.

52 Limita, quia ſi Princeps per ſuam conſtitutionem liberauit ciuitatem a contributione certi oneris, poſtea generaliter ſtatuat, quod omnes contribuant, non cenſetur velle per generalem diſpoſitionem vltimam corrigere ſpecialem liberationem præcedentem, quia ſumus in oneroſis, & in habentibus ſpecialem prouiſionem. Abb. conſ. 20. nu. 3. & ſeq. lib. 2.

53 Limita, quia clauſula reſtrictiua præcedentium quę poteſt referri ad omnia precedentia non refertur ad legatum pro alimentis factum tanquam prius, quia non patitur reſtrictionem per tex. in l. libertis, vbi gloſſ. & Bartol. ff. de aliment. cibar. legat.

54 Limita, quia clauſula in fine poſita nunquam refertur ad præcedentia, in quibus eſt ſpecialiter prouiſum circa illud, quod continet clauſula, de qua referenda tractatur Roma. d. conſ. 152. col. 2. ver. tertia etiam poteſt eſſe ratio, plenius Alexan. conſ. 125. Viſo titulo. num. 9. ver. hoc etiam apparet. lib. 2. & conſ. 206. Ponderatis. num. 5. ver. quarto quia etiam. lib. 6.

55 Limita, quia clauſula generalis appoſita poſt legata pura, puta quod ſit contenta legatis non cenſetur reperta in legatis conditionalibus in caſu mortis hæredis, quia diuerſa ratio militat. l. Paulo Çalimaco. §. 1. ff. de leg. 3. Abb. conſ. 20. col. fi. ver. tertio ad idem, lib. 2.

56 Limita, quia ſi clauſula in fine poſita loquitur in ſingulari, puta quod poſſint bona alienari non obſtante ſubſtitutione facta non extenditur ad plures ſubſtitutiones, quia verbum ſingulare reſtringit, ita Alexander conſil. 226. Ponderatis. nu. 8. ver. ſexto probatur. lib. 6. vbi ponit exempla ſimilia.

57 Limita in conditione, quia ſemper refertur ad proxima tantum, niſi ſequatur abſurdum, vel contrarietas menti diſponentis. Ab bar conſ. 78. Circa primum, in princ. ver. ſi enim volumus. lib. 2.

58 Contrarium tenet Roma. conſ. 480. In caſu. col. 2. ver. capio nunc: vbi quod ſubſtitutio facta filio per teſtatorem hoc modo, & ſi dictus filius meus hæres non erit, vel etiam ſi hæres erit, & deceſſerit ſine filijs, inſtituto N. dicit quod illa verba, ſi ſine filijs referuntur ad vtrunque caſum, ſi non erit hæres, vel ſi erit, quia quando non ſubeſt ratio diuerſitatis ſemper clauſula in fine poſita refertur ad omnia, & non poteſt negari, quin loquatur in conditione.

59 Limita, quia clauſula in fine poſita refertur, & intelligitur ſecundum præcedentia quando ſalua ratione recti ſermonis hoc poteſt fieri, aliàs ſecus eſt. Corn. conſ. 83. Circa primum. nu. 15. in fi. ver. non enim obſtat. lib. 4. Alex. d. conſ. 48. in prin. lib. 1. Io. de Anan. conſ. 35. n. 5.

60 Et idem eſt quando clauſula in fine poſita non poteſt apte referri ad omnia præcedentia, quia refertur ad proxima. Alex. d. conſ. 48. nu. 6. ver. accedit quod dicit. lib. 1.

61 Et idem eſt quando clauſula in fine poſita ponitur poſt orationem, & diſpoſitionem, quæ aduerſatur præcedentibus, quia reſpicit id, quod eſt magis probabile, & ſi eſt dubium, reſpicit ſolum proxima, ita Alex. ex mente. Bal. d. conſ. 48. nu. 7. ver. ſubdit etiam. lib. 1.

62 Et idem eſt quando diſpoſitio qualificatur per verbum neutrum, quia non refertur ad præcedentia omnia, quæ non ſunt neutri generis, ſed fœminini, vt in ſimili Corn. conſ. 218. lib. 4. vbi ſi maritus legat vxori annulos, perlas, veſtimenta omnia parata ad vſum vxoris, illa dictio parata refertur ſolum ad proxima indumenta, quia ſi deberet referri ad perlas, deberet dicere paratas.

63 Declara, niſi in eadem oratione, & ſub vnica ſtructura verborum inducatur qualitas. Deci. latiſſime conſil. 92. per totum.

64 Limita, quia verba ſubſequentia, & in fine poſita referuntur ad proxima tantum precedentia. l. ſi. §. dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo lega. quod firmat procedere Anchar. d. conſ. 2. num. 9. & 10. ver. ad hoc ſubtiliter, quando maxime ex coniecturis inde ipſo poteſt apparere. Vide plene Feli. in c. cauſam quæ, de reſcr. vbi ponit rec. cum octo limitatio. Decian. conſ. 52. nu. 25. lib. 1. Bar. conſil. 54. in princ. lib. 1.

65 Extende in contractibus, quia clauſula ſolum refertur ad illam orationem, in qua poſita eſt, & ſic ad proxima. Alex. conſ. 204. Conſideratis. num. 5. ver. nec obſtat ſi diceretur. lib. 2.

66 Extende in ſubſtitutionibus, quia qualitas refertur ad vltimos ſubſtituros, non ad omnes. Boe. deciſ. 142. num. 8. Bartol. conſil. 54. Angelus, in princ. lib. 1.

67 Et hoc maxime procedere in clauſula derogatoria precedentium, vt referatur ſolum ad proxima, tenet Calderin. qui loquitur in donatione inter viuos, vt clauſula derogans donationi referatur

in

in proximo tantum conſ. 327. in fi. ver. item iſte, intellectus, alias 8 de donatio.

68 Reſtringe, quia imo aliquando non ad proxima, ſed ad remota refertur quando ſenſus magis congruit rationi. Caſtren. conſ. 149. Clarum eſt, in fi. lib. 1.

69 Et idē eſt quando clauſula in fine poſita referatur tantum ad proxima, & non fiat coaceruatio, quando actus redderetur nullus. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. omn. iudic. Calderin. conſ. 350. in fi. alias 31. de teſtam.

70 Et idem eſt ſi induceretur contrarietas, vel clauſula prædicta operaretur contrarium effectum. Bal. conſ. 107. Anuo Domini. col. fi. ver. ſed contra hoc opponitur, lib. 1.

71 Limita, quia generalis clauſula, & generalis approbatio non refertur ad ea, quæ ſpecialiter fuerunt caſſata, & in quibus ſpecialis, & diuerſa prouiſio militat. Ancharan. conſ. 2. num. 11. vſque in fi. ver. præterea aduertendum. Alex. conſ. 226. nu. 5. ver. quarto quia. lib. 6. Abb. conſ. 20. Videtur. nu. 3. vſque in fi. lib. 2. vbi plura ſimilia.

72 Item neque ad ea in quibus eſt facta prouiſio ſpecialis. Socin. conſil. 120. num. 37. verſ. octaua ratio. lib. 1. Caſtren. conſ. 461. circa fin. lib. 1. Abb. d. conſ. 20. nu. 3. lib. 2. Bart. conſ. 54. Angelus, in princ. lib. 1. Alexan. conſ. 110. Stante ſtatuto. num. 4. ver. confirmatur. lib. 4. vbi loquitur in ſtatuto criminali.

73 Declara, quia limitatio procedit quando clauſula generalis, & ſpecialis ſunt in eodē capitulo, ſecus ſi in diuerſis. Roma. con. 308. Pro habenda. num. 4. ver. nec huic determinationi: vbi apoſtill. in ver. proutſum, dat concord. Decian. conſ. 112. n. 13. & ſeq. lib. 3.

74 Limita, quia clauſula in fine poſita refertur ad omnia, quando ſtat de per ſe, alias ſecus eſt, ideo ſi teſtator legat vxori domum, & poſtea legat annua decem, donec vitam vidualem ſeruauerit, illa conditio in fine circa diuerſa, & applicata vltimo legato, non refertur ad primum. Cuman. conſ. 47. Teſtator, in fi. Alex. conſ. 48. num. 8. ver. confirmantur. lib. 1. quia modus, & conditio poſita vltimo legato non refertur primo legato. Alex. conſ. 226. n. 9. lib. 6. & conſ. 158. Abunde. num. 7. ver. tertio confirmatur. lib. 6.

75 Et quando clauſula in fine non ſtat per ſe, ſed eſt in alio capitulo, quod referatur ſolum ad illud * capitulum non ad omnia, communem * dicit Ioan. de Anan. conſil. 75. in fin. ver. præterea illa doctrina, & Abb. conſ. 14. in principio. ver. in ſecunda vero. lib 2.

76 Limita multis modis, de quibus Crauett. conſ. 70. per totum.

77 Limita quando ex relatione clauſulæ generalis redderetur inutilis diſpoſitio ſpecialis, ad quam fit relatio. Roman. conſ. 112. Viſa præmiſſa. num. 3. ver. non obſtat. Alex. conſ. 22. Ponderatis. nu. 4. ver. ſecundo comprobatur. lib. 6. & iterum. num. 6. ver. quinto quia: vbi letius cum ſeq.

78 Idem eſt ſi per relationem corrigerentur præcedentia. Alex. d. conſ. 226. num. 5. ver. tertio pro hoc. lib. 6. & conſ. 95. num. 6. lib. 7. vbi apoſtill. in ver. refertur.

79 Limita, quia clauſula non refertur ad ea, quæ habent orationem perfectam de ſe, etiam ſi adiunt dictiones repetitiuæ, prout dictio, item, dictio, etiam, & ſimiles. Decia. conſ. 17. num. 34. lib. 1. vbi quod tunc dictiones repetitiuæ inducunt continuationem, oratio quoque perfecta dicitur quando habet ſua verba inducentia perfectum ſenſum, & multos allegat Rom. con. 151. nu. 2. ver. prima quia: vbi apoſtilla in ver. precedentia. Zabarell. conſ. 68. in fin.

80 Extende in legatis, quia ſi ſunt in eadem oratione fit repetitio, ſi vero in diuerſa oratione, ſecus eſt. Alex. conſ. 66. num. 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 38. num. 16. lib. 2.

81 Reſtringe quando oratio non eſt perfecta in precedentibus, vt quia deficit verbum. Bar. in l. in repetendis. col. 2. in princ. ver. tertio caſu. ff. de leg. 3. plenius in l. 4. §. eritque hæc differentia. in prin. ff. qui bonorum rapto. plene Socin. Iun. conſ. 139. num. 6. lib. 1.

82 Limita quando contrarius effectus reſultaret ex relatione eius, quod ſenſit diſponens. Alex. conſil. 226. num. 4. ver. ſecundo. lib. 6. Signo. conſ. 181. num. 13. in. in fi. & num. 14.

83 Limita quando ratio diuerſitatis poteſt aſſignari, plene Boer. deciſ. 141. num. 3. & num. 5. vbi late Alex. conſ. 226. num. 4. lib. 6. Roman. conſ. 112. nu. 3. vbi plena apoſt. in ver. referenda, citat concor. Bart. conſ. 54. Angelus. num. 4. ver. certe punctus lib. 1. ſequitur Crauett. conſ. 443. num. 6. Alexand. conſ. 226. Ponderatis. num. 4. lib. 6. Pariſ. conſ. 38. num. 30. lib. 2. Bart. conſ. 54. Angelus num. 4. ver. certe punctus. lib. 1. vbi quod iſta diuerſitas facit recedere ab alijs coniecturis. Alex. conſ. 226. nu. 4. lib. 6. & conſ. 48. lib. 1.

83 Extende, vt procedat quando ſubeſt diuerſa ratio, puta ſi inſtituit pater filios hæredes, eiſque ſubſtituit deſcendentes, & omnibus deficientibus ſubſtituit cauſam piā, in fi. dedit licentiā filijs alienandi, prout eis videbitur, & placuerit, iſta clauſula refertur ſolum ad vltimam ſubſtitutionem cauſæ piæ, non ad primas filiorum, & deſcendentium, quia non militat eadem ratio, quia fuerunt magis dilecti, & primo prouiſi, & ex alijs Alexa. conſil. 226. Ponderatis, in principio, & per totum. libro 6.

84 Limita niſi ſequeretur abſurdum, vel correctio iuris. Corſet. ſingul. in ver. clauſula ſecunda. num. 1.

85 Declara, quia ſi verba in fine, vel principio poſita debeant referri ad præcedentia, vel ſequentia, aut non, conſideratur primo; quod ſit oratio perfecta, & ſi poſſunt referri, vel non referri debent, vel non, prout minus leditur ius commune, ideo ſi relatio ad præcedentia, vel ſequentia inducit correctionem iuris communis, vel maiorem correctionem non fit relatio, ſi vero referendo fiat maior correctio, tūc bene fit relatio, ita Io. de Im. conſ. 145. Viſis, ac diligenter, in princ. & iſta eſt diſtinctio Bar. in l. 4. §. eritque. num. 1. ff. vi. bon. raptorum.

Vide. Verba ſubſequentia an referantur ad proxima, vel potius ad omnia præcedentia. Concluſ. 157.

Vide Anton. Gabriel. lib. 6. tit. de clauſul. concluſ. 9. Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur.

Clauſula

Clauſula codicillaris operatur multa,& quando ſecus.Concluſ. CCXCII.

1 REGVLA eſt,quia clauſula codicillaris facit valere in vim fideicommiſſi diſpoſitionem,quæ directo non poteſt valere, prout eſt ſubſtitutio pupillaris facta a matre, etiam ſi defectus non ſit reſpectu ſolemnitatis. Bald. conſil. 129. Domina Franciſca, ver. in contrarium, & ver. præterea, libr. primo, vbi quod gloſa tenens contrarium, quod ex ſolo defectu ſolem-
* nitatis teſtiũ ſubſtineat teſtamentũ * cõmuniter reprobatur,& idem eſt ſi teſtamentum eſt nullũ, quia pater exhæredauit filios non expreſſa cauſa,quia ex clauſula codicillari tenetur exhæredatus retenta legitima reſtituere ex fideicommiſſo aliis inſtitutis.Bald.conſ.395.Nobilis,& ſapiens, lib.1.Bald.conſ.65.Proponitur quod potius,in fi. lib.2.vbi quod operatur ex teſtamento, & ab inteſtato,& omnibus modis.Bald.conſ.14. Punctus talis,in fin.libr. 3. vbi quod operatur in præiudicium poſthumi præteriti,ſi eſt inter liberos,alias ſecus,& conſ.36.Proponitur quod,nu.3.ver. modo quæritur,libr. 3. vbi quod operatur validitatem ex fideicommiſſo,etiam ſi eſſet nullum ex pre
* teritione,& dicit * communem.Bald. conſ. 426. Gloſa in authen.lib.3.& de eadem communi.Bal. conſ.386.Factum tale eſt,lib.3.& conſ. 170. Quidam Nicol.nu.3. & ſeq.ver.nunc oſtendo,lib. 5.& idem tenet Angel. quoad filios natos,conſil. 77. nu.3.& conſ.136.In quæſtione,col.fi.in princ.Cu-
* man.conſ.127.Viſa copia,in prin.vbi dicit * cõmunem.Vide Gabriel. libr. 6. tit.de clauſ. concl. 7. vbi infinitos citat, & dicit * communem, licet etiam pro alia citet parte, & quod hæc clauſula ſubſtineat teſtamentum tanquam validum ex fideicommiſſo, etiam ſi poſthumus ſit præteritus,quia tenetur reſtituere aliis fratribus ex fideicommiſſo, quando pater ſuperuixit poſt poſthumũ natum.Ang.conſ.99.Petrus de Vrbeueteri,in prin.nu.2.ver.concludo ergo.vbi quod ita conſuluit Peruſiæ,& quod ita fuit iudicatum, &
* quod * omnes DD.Peruſiæ,ciues,& forenſes, ita cõſuluerunt, & in filio præterito quod ſubſtineat teſtamentum ex fideicommiſſo.Angel. conſ. 108. Iſta quæſt.in prin. vbi quod ita iudicauit Peruſij de conſilio quamplurimorum,vbi late tollit contraria.Caſt.conſ.29.Circa primum quæſitum.nu.
* 2.lib.1. * communem dicit.Alexa. conſ.26.nu.5. lib.1.vbi apoſtil.dat.concor.in ver.damnant om-
* nes,& magis * communem.Idem Alex.conſ. 37. In cauſa mota,nu.4.lib.1.& conſ.41.Viſo tenore,
* nu.5.lib.1.vbi de * communi, & de magis communi.conſ.30.lib.3.in pri.ubi latiſſime de magis
* com.Bar.conſ.20.Factum ſic ſe habet,nu.4. libr.
* 1. vbi dicit * omnes ita tenere, & apud omnes non habere difficultatem.Rolan.a Valle conſ.71*
* nu.57.& ſeq.lib.2. vbi * communem, & magis
* cõmunem, prout magis*cõmuné dicit Gabriel, lib.6.de clauſ.concluſi.8. num. 9 .vbi concordat, & declarat.Vide quia loquitur quando præteriit ignorãter poſthumum,& plenius Caſtr.conſ.100. clarum eſt in prin.lib.1.vbi dicit * communem,
* & conſ.376.col.2. in prin.vbi dicit * communẽ, lib. 1.& plenius ibi nu.2.& conſ.395. Videndum, nu.4.ver.ſed quæro.lib.1.& quod clauſula codicillaris non ſolum operatur in legatis, ſed etiam in inſtitutione,& nedum ſi teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis,vel exhęredationis,ſed etiã ſi eſt nullum ratione ſolemnitatis.Caſt.conſ.412.
* Viſo facto,in prin.lib.1.vbi dicit * communem, & Caſtillio.conſ.37.nu.33.vel ſi eſt nullum, quia ſpurius ſit inſtitutus. Ant.de But.conſ. 14. in fin. pleniſſime Caſtr.conſ.15.lib.2.per totũ,vbi quod ſi eſt concepta per verba futuri temporis,operatur,quod poſthumi præteriti fuerunt ſaltem in genere cogitati, ideo operatur fideicõmiſſum retenta ſola legitima,non etiam Trebellianica per
* poſthumos,& iſta eſt communis,* & magis communis opinio.Simon de Pretis de interpret.vlti. volun.lib.3.dub.6.ſolutio.7.fol.178.qui loquitur quando eſt cõcepta per verba de futuro,& quod
* omnes ita tenent.Bar.conſ.204. Factum tale,lib. 1.ver.ſed poſito pleniſſime Angel.Areti.conſ. 82. In caſu ſupradicto,n.15. & ſeq. ver capio ſecun-
* dum,vbi nu.19.pluries dicit *communẽ,& quod ab ea in conſulendo,& iudicando non eſt receden
* dum,& hanc * communem dicit Alex.conſ.142. Circa primam,num.4.ver.ſed præmiſſis,lib.2.vbi
* quod gloſ.tenens contrarium * communiter reprobatur,& reſpondet ad l.Titia.ff.de inoffic. teſtam.in fi.cum concord.vt vbi per Bar.quod hodie non annullatur teſtamentum ex præſumpta dementia teſtatoris,quia alias legata non ſubſtinerentur: vel ſecundo ſoluit,quia procedit contrarium,quando erant filij in eſſe tempore teſtamenti,vt tunc demens præſumatur, ſecus ſi non extabant:vel tertio ſoluit,& melius,quod d.l. Titia procedit in exhæredatione facta ſine cauſa,& contra pietatem,& tunc demens præſumitur, & clauſula codicillaris non ſupplet dementiam, ſecus eſt in præteritione,quæ non habet tantam impietatem,prout exhæredatio ſine cauſa. Alex. conſ.161.Examinatis,nu.2.ver.quoad ſecundum, lib.2.& conſ.30.Ponderatis,nu.3.uer.& attento,
* vbi dicit * magis communem,quod ſubſtinet teſtamẽtum ruptum natiuitate poſthumi, vt teneatur ipſe poſthumus reſtituere ex fideicommiſſo extraneis hæredibus inſtitutis, ubi quod ſufficit, quod cogitauerit de poſthumis in genere,per illa uerba ſi non ualet,uel non ualebit. Alexan. conſ.
* 125.Quoniam abunde,in fi.lib.6.ubi dicit * cõmunem, quod facit ualere teſtamentum nullum exhæredationis, ut exhæredatus reſtituat ex fideicommiſſo.

2 Contrarium,quod clauſula,& ſi non ualet iure teſtamenti,ualeat iure codicillorum,reſpicit ſolemnitatem teſtamẽti,uidelicet, quod ſi reſpectu teſtium,vel ſolemnitatis non ualeret,poſſit ualere iure codicillorum,non autem reſpicit ſi teſtamentum eſt bonum,& ſolemne,ſed nõ habet effectum, quia præmoritur hæres teſtatori, uel ex alia cauſa,quod ualeat fideicommiſſum ab hæredibus ab inteſtato,tanquam in codicillis,quia nõ ad hunc finem debet operari.Oldra.conſ.141. n. 4.uer.nec multum curo.Oldra.conſ.171.uer.7. & ultimo, circa fin. ubi quod operatur reſtitutionem ſcripto hæredi a ſuccedentibus ab inteſtato retenta Trebellianica,ſi ob defectum ſolemnitatis annullatur,non ſi ob defectum teſtantis,& di-
* cit * omnes concordare in hoc.Bald. conſ. 179. Quędam domina,circa med.uer.ſed dubium eſt,
* lib.1.ubi quod ita tenet gloſ.& tenebant * omnes

nes antiqui Doctores,& Aduocati, & idem dicit Bald.conſ.395.Nobilis, & ſapieas , vbi quod iſta
* eſt opinio * omnium Doctorum antiquorum , & illam tanquam æquam tenẽt moderni , videlicet Oldrad.Ricard.Malumbra,& Guil.de Cunio,licet Bald.dicat contrariam veriorem, libr.1. & idem Bald.conſ.387.Quædam Domina,lib.5. vbi quod
* omnes antiqui ita tenent,& gloſ.cuius authoritati ſtandum eſt.Signorol.conſ.233.nu.5. vbi declarat,& quod hæc clauſula in poſthumo non faciat valere in vim fideicommiſſi.Ruin.conſ. 2. in
* prin.lib.3.vbi dicit hanc magis * communem, & conſ.6.eod.lib.Socin. Iun.conſ.153.col.1. libr. 2. Io. Dilecti de arte teſtan.caut.10.nu.4. de liber. inſtit.plene Signorol.conſ.113.Quæſtio,an rupto teſtamento,vbi multa congerit videnda pro hac parte,& ſequitur conſ.220.per totum , vbi quod fuit magna quæſtio in Ciuitate Neapolis , & pro iſta parte conſuluerunt Doctores Paduani, pro contraria Doctores Bononien. & quod cauſa ad eum remiſſa ſic declarauit ſubſtinendo gloſ. &
* *communem dicit Signorol. conſ. 171. numer. 3. & .4. & numer. 8. vbi quod Doctores Bononienſes tenentes contrarium magis intuentur
* corticem , quam medullam , & hanc *communem tuetur Deci. in l. Precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit.numer.18.quia hæc clauſula ponitur ad ſubſtinendum diſpoſita,non ad diſponendum. Socin.Iuni.conſ. 180.numer.77.lib. 2.Riminald. Iuni.conſ.371.numer.156.Menoch.qui plures citat conſ. 228. numer. 90. Addentes ad Matheſil.
* Singul.140. vbi dicit * communem.Burſat.conſ. 51.nume.34. P. Ant. Anguiſſol. conſ. 52. num.2. lib.6.Mandel.conſ.29.num.9. Gabriel. conſ. 137. num.36.lib.1. Pariſ.conſ.54.num.28.libr.3. Curt. Iun.conſ.71.col. penul.Bellon.conſil.53. num.17. Ruin.conſ.159.num.23.lib.2.Bar.plene conſ.210. Omne illud,lib.1.vbi quod in milite,& pagano nihil operatur,quando de poſthumo nõ cogitauit, & plenius conſ.235.Lapus,in prin.lib.1.vbi loquitur etiam ſi adſit clauſula,& ſi non valet, vel non valebit.

Vide Anton.Gabriel.lib.6.tit.de Clauſulis.Cõcluſio.7.Clauſula codicillaris an operetur quando teſtamentũ eſt nullum præteritione filiorum.

Vide etiam Maſcard.Concluſio.300. & plenius Menoch.lib.4.præſumptio. 32. cum ſeq. qui omnes pro vtraque opinione allegant.

3 Et illa verba,ſi non valet,exponuntur , quatenus non valet.apoſtil.magna ad Matheſil. ſingul. 140.nota mirabilem,vbi citat infinitos.

4 Et ex præmiſſis patet quod prima opinio eſt ve
* rior,longeq.* communior,& tenetur, & practicatur indiſtincte,licet dentur plures declarationes, & diſtinctiones caſuum,vt infra dicetur,ſicque operatur iſta clauſula vltra defectum ſolẽnitatis, quãdo teſtamentum eſt nullum præteritione,vel alio defectu,dummodo tot adſint teſtes, qui ſufficiant,vt valeat teſtamentum in vim codicillorũ.

5 Vna eſt declaratio,vt ſi mater præteriit filios, non conualidatur teſtamentum ex tali clauſula codicillari,vt teneatur reſtituere ab inteſtato hæres,ex fideicommiſſo. Bal.d.conſ.179.ver.ſed dubium,lib.1.vbi quod pro iſta opinione ſunt hinc inde authoritates , ſed maior pro iſta parte , tamen conſuluit pro concordia,& idẽ repetit conſ. 387.lib.5.Cuma.conſ.104.Antoni. Saulus, circa fi.qui loquitur in præteritione paterna.

6 Alia declaratio, vt procedat quando clauſula eſt expreſſa,ſecus ſi tacita:item quando eſt concepta per verba de futuro , ſecus ſi de præſenti; item quando teſtator cogitauit de poſthumo , alias ſecus.Crauet.conſ.34.Proponam in facto per totum , vbi etiam quod non poteſt diſcerni quæ ſit verior.Roman.plene cõſ.122.Circa,id in prin. vbi ſi non cogitauit de poſthumis non operatur hæc clauſula,ſi cogitauit operatur, plene Bartol. conſ. 210. Omne illud , per totum, lib.1.

Vide . Subſtitutio vulgaris in omnibus bonis vniuerſaliter.concl.805.nu.4.uer. limita.

7 Extende,ut procedat declaratio,etiam ſi cogitauit in genere,quia ſubſtinetur teſtamentum,& poſthumus reſtituit ex fideicommiſſo.Rom.dict. conſ.122.vbi pleniſſima apoſtil.in ver. Cogitauit. vbi citat pro vtraque opinione , & dicit vtranq.
* communem,& hanc magis * communem,& Ro-
* tam Romanam tenere magis *communem,quod ſufficiat in genere cogitaſſe.

8 Et quod clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis ſi non valet,& non valebit, faciat valere in uim fideicommiſſi,quando teſtator in genere cogitauit de poſthumis. tenet Alex. in d.auth.ex cauſa.C.de liber.præter.& conſ.123.Diſcuſſis, col. penul. libr. 1. ubi quod iſta eſt magis
* communis,& magis cõmun.Iaſ.in d.auth. nu.24.
* & ſeq.& quod hęc ſit communis opinio.apoſti.ad
* Roma. conſ. 181.in ver.contrarium,& * communem dicit.Alex.conſ.123.Diſcuſſis,nume.10.uer. vel etiam dato.lib.1.Alex.conſ.142.num.9.in fin. ver.præterea dicit , & num. 10.lib.2.

9 Aliqui dicunt,quod imo clauſula,ſiue ſit per verba futuri,ſiue ſciuerit teſtator in genere , ſiue
* non,non operetur contra poſthumum,* communem dicit Areti.conſ.61.Eleganter,in fi.& ſequitur Iaſ.d.auth.ex cauſa.C.de liber.pręter.d.num.ver. ego autem puto,vbi quod eſt æquior, et aliquando pro iſta fuit iudicatum Mediolani.

10 Aliqui,quia ſi teſtator poſt natum poſthumum tantum vixit,quod potuit mutare teſtamentum, & non mutauit,cenſetur uelle decedere cum illa voluntate,& de poſthumo cogitaſſe.Alex.d.conſ. 123.num.10.ver.& hanc opinionem,lib.1.& conſ. 142.Circa primam,nu.7.& 8.& conſ.161. Examinatis,in prin.iuncto num.2.lib.2.

11 Aliqui dicunt nõ poſſe diſcerni,quæ ſit verior, & communior.Deci.conſ.490.Viſis,col.2. Curti. Iuni.conſ.150.Materia,nu.12. prout apoſtil.1.ad Rom.d.conſ.122.in ver.cogitauit,& quod in hac quæſt.quot ſunt capita, tot ſint ſententiæ.Roma. conſ.181.Pro deciſione,in prin.

12 Aliqui, quia in dubio teſtator cẽſetur cogitaſſe de poſthumis,quando in clauſula appoſuit verba futuri temporis,ſi non valet, vel non valebit, quia iſta verba futuri tẽporis includunt cogitatũ in genere.Ro.conſ. 122.col.2.ver.cenſetur autem in genere cogitaſſe.Alexan.d.conſ.123. nume.10. lib.1.

13 Extende, quia quod dicitur de inſtitutione, quod valeat in vim fideicommiſſi,quando clauſula codicillaris eſt per verba futuri temporis,& teſtator cogitauit in ſpecie,vel in genere de poſthumis,idem eſt in legatis,quia debentur ex clauſula codicillari,ſi ſciuit in genere,uel in ſpecie.Bartol.in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſtam. Rom. conſil.122. in fin. uer. quoad ſecundum , & conſ. 181.Pro deciſione.nu.2.

Declara

14 Declara, quia quoad legata, quæ fiunt ex cauſa neceſſaria, puta pro male ablatis, vel pro vſuris reſtituendis indiſtincté ſubſtinentur non obſtante prætertitione, ſiue ſciuerit, vel ignorauerit, quoad alia bene intrat diſtinctio. Roman. dicto conſil. 122. in fine ver. quoad ſecundum, vbi dicit rationem eſſe, quia legata neceſſaria quaſi ex alienum reputantur.

15 Reſtringe quoad legata facta præterito, vel exheredato impugnanti teſtamentum, quia non conſernantur, neque debentur ſecundum *communem, de qua Ro. conſ. 516. In caſu propoſitæ. n. 10. in fi. vbi dicit* communem, & ibi apoſtilla in ver. gl. citat concor. & dicit* communem.

16 Declara conſtituendo plures caſus, vt per Menoch. lib. 4. præſumpt. 31. per totam quem videas omnino.

17 Declara totam hanc materiam, quia ſi clauſula codicillaris eſt concepta per verba præſentis, & futuri temporis, vt ſupra, vel per verba præteriti, & futuri ſubiunctiui, quod eſt idem, videlicet ſi non valuerit, quia reſpicit præteritum, & futurum & etiam præſens, tunc quoad filios iam natos res eſt clara, quod ſubſtinet teſtamentum in vim fideicommiſſi, vt præteritus teneatur reſtituere ex fideicommiſſo partem ſuam ſcriptis hæredibus retenta ſua legitima, & trebellanica, & quoad iam natos non diſtinguitur an pater ſciuerit, vel ignorauerit, ita Ang. Aret. conſ. 82. In caſu ſupradicto. num. 15. & ſequen. vſque in fi. ver. capio ſecundum, vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contraria.

18 Et idem eſt quando clauſula habet verba præteriti imperfecti optatiui, vel ſubiunctiui modi, videlicet ſi non valeret, quia importat pariter tempus præſens, & futurum, & idem eſt ac ſi dixiſſet ſi non valet, vel non valebit. Angel. Aretin. conſ. 86. In themate ſupradicto. num. 12. & ſequen. ver. capio nunc.

19 Si vero dicta clauſula codicillaris apponitur in teſtamento, in quo ſunt præteriti aſcendentes, puta mater, adhuc idem eſt, quod ſupra de filijs actis eſt dictum. Ang. Aret. d. conſ. 86. num. 12. & ſeq. vbi plene, vbi quod præteriti dicunt teſtamentum nullum, & ſuccedunt ab inteſtato, & vigore clauſulæ reſtituunt hæreditatem ſcriptis hæredibus, retenta legitima.

20 Declara ſingulariter, quia quomodocunque ſit concepta clauſula, operatur ſolum quod ſuccedentes ab inteſtato præteriti, qui annullant teſtamentum, reſtituant ex fideicommiſſo inſtitutis in teſtamento nullo illud, in quo erant inſtituti, non autem illud, in quo præteriti, vel eorum pater præmortuus erat inſtitutus, vel erat ſibi legatum, ita Alex. conſ. 161. Examinatis. num. 2. in fi. & num. 3. lib. 2. vbi dicit quod fuit opinio Bar. in l. 2. in 14. q. ff. de iure codicil. & quod nullus Doctorum contradicit Bartolo.

21 Declara, quia prima opinio habet originem a glo. in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. quæ eſt additio facta, & communiter * reprobatur Caſtr. conſ. 376. Ne ſub, nu. 2. lib. 1.

22 Operatur ergo, quia clauſula codicillaris ſubſtinet teſtamentum etiam ſi pater præterijt nliam ſcienter, quia tenetur reſtituere ex fideicommiſſo. Ang. conſ. 364. Pierius, fecit num. 3. ver. ſed hic videndum, & idem eſt ſi præterijt filios, quia non reliquit iure inſtitutionis. Caſtren. conſ. 376. in * princip. column. 2. lib. 1. vbi dicit* communem, & num. 2. vbi latius confirmat. Caſtren. conſ. 274 in fin. lib. 2.

23 Extende multo magis quando aliquid reliquit filiæ, quia licet rumperetur, vel nullum eſſet cum non reliquerit iure inſtitutionis, tamen ex clauſula codicillari tenetur reſtituere. Fulg. conſ. 89. num. 2. in fi. ver. rurſum, & ſi ex cauſa.

24 Extende quando clauſula operetur etiam ſi teſtator ignorauerit natum eſſe filium, vel nepotem, * Alexand. d. conſ. 26. num. 5. lib. 1. vbi dicit magis* * communem, & idem repetit de magis * communi. * conſ. 37 num. 4. lib. 1. & * magis communem dicit conſ. 30. lib. 3. vbi apoſtilla dat concor. ſed ipſa contrarium, quia dicit contra veriſimilem mentem, & iterum conſ. 142. Circa primam. num. 9. * verſic. tertio poteſt. lib. 2. vbi dicit * communem cum multis ſequentibus, maxime num. 11. vbi citat communiter antiquos, & Alexand. conſ. 31. num. 4. lib. 3.

25 Contrarium, vt non procedat quando ignoranter, vel per errorem præterijt filium, quia clauſula nihil operatur. Ang. d. conſ. 364. num. 3. & hanc * communem* dicit apoſtilla ad Alexan. conſ. 26. in ver. communem. lib. 1. vbi dat multos concor. plene Alex. conſ. 41. Viſo tenore. num. 6. lib. 1. vbi ſequitur Angel. vbi apoſtilla in ver. ignoranter, & * hanc partem veriorem* dicit apoſtill. ad Alexand. conſ. 30. lib. 3. in ver. conſulendo plene Bar. conſil. 235. Lapus fecit. lib. 1. in prin.

26 Declara, quia in dubio præſumitur præteritio ignoranter facta, & per errorem Ang. conſ. 364. n. 6. ver. porro, vbi quod requiritur certioratio importantiæ huius clauſulę.

27 Contrarium, quod imo teſtator præſumatur habuiſſe ſcientiam. Alex. conſ. 26. num. 5. ver. vel poteſt reſponderi. lib. 1.

28 Declara, quia ſi clauſula eſt concepta per verba temporis futuri, cenſetur cogitaſſe de poſthumis naſcituris, & ex ſecunda vxore ſuſceptis poſt conditum teſtamentum. Caſtr. plene conſ. 15. per totum, lib. 2. vbi tollit omnia contraria.

29 Reſtringe, quia imo dato, quod ſcienter præterijſſet filium, vel filiam, qui mortuus eſt viuente teſtatore non cenſetur ſcienter præterijſſe filios ex filio prætertito, ſed ignoranter, etiam ſi eſſet inſtituta pia cauſa. Angel. d. conſ. 364. n. 6. vſque in fi. & hæc. eſt limitatio, quam exclamat notabilem Iaſ. in d. auth. ex cauſa, in fi. vbi habes apoſtillam quæ allegat Soci. & Curt. in conſiliis ibi allegatis.

30 Declara, quia ſi teſtator tantum ſuperuixit nato poſthumo, quod potuit reuocare teſtamentum, & non fecit, clauſula codicillaris operetur, etiam ſi non cogitauit, quia ſufficit, quod in genere cogitare potuerit. Alex. conſ. 30. lib. 2. in princ. nu. 2. Caſtren. conſ. 15. per totum. lib. 3. maxime col. 3. ver. ad confirmationem, & conſ. 142. num. 6. lib. 2. & conſ. 200. Clarum eſt. in fin. lib. 1. Roman. conſ. 122. Circa id. Alex. conſ. 40. num. 2. & conſ. 31. num. 5. & 6. lib. 3.

31 Contra declarationem tenet præciſe Bar. quando ſunt inſtituti extranei, ſecus ſi filij ſint inſtituti in conſ. 235. Lapus nu. 2. ver. ex hoc. lib. 1. & hanc partem contrariam tuetur apoſtilla ad Alexand. d. conſ. 30. n. 2. lib. 3. in ver. ſuperuixiſſet moueretur, quia in codicillis non confirmatur teſtamentum ruptum, ſemel allegat Angel. in l. filius familias in ver. ſed ſi quidem. ff. de milit. teſta. & conſ. 364.

364.col. 2. num.5. Aret.in l.Titius.ff. de liber. & poſthum.& in conſ.93.& conſ.vltimo.

32 Declarat Alex.d.conſ.30.num.2. circa fin. ver. non obſtat etiam.lib.3. vbi quod quando clauſula codicillaris eſt per verba ſi non valet, & non valebit de futuro teſtator neceſſario cogitauit de poſthumis ſaltem in genere,quod ſufficit,& cenſetur grauare eos,& omnes ab inteſtato venientes,& reſpondet ad omnia contraria per Bar. allegata, quem reprobat d. conſ.235. lib.1.

33 Declara, quia ſi teſtator poſt natum poſthumũ tantum vixit, quod potuit mutare, & non mutauit, poſthumus tenetur ad legata, ſecus eſt quoad inſtitutionem vniuerſalem, vt reſtituere teneatur ex fideicommiſſo, quia ſi extraneus erat inſtitutus, non eſt veriſimile,quod voluerit præponere extraneos ſoboli ſuæ. Alexand. d. conſil. 31.num.5.ver.& idem ſaltem. lib.3.vbi nu.9.ver. & in dictis locis declarat, & tollit omnia contraria,& dicit hodie legata ſimpliciter deberi ex teſtamento nullo ſecundum magis * communem.

Vide. Legata capta ſolui ex teſtamento nullo debentur.Concluſ.51.

34 Et quod operetur, & imo etiam reſpicit præteritionem, ſeu nullitatem teſtamenti ex præteritione filij, quia quoad partes non præteritorum fiet reſtitutio ex fideicommiſſo, poſtquam cęperint ab inteſtato,dumtaxat ſibi retenta legitima, & trebellianica, reliquum reſtituet ſcriptis hæredibus vigore dictæ clauſulę, ſed tamen portio filiorum præteritorum non cadet in tali fideicommiſſo. Oldrad.conſ.171. in fi. ver. alij dicunt: vbi * dicit hoc communius*teneri.Bald. conſ. 286. Factum ſuper quo.lib.1.vbi recitat opin.& hanc tenet.& idem Bal.conſ.167.Thema proponitur.nu. 4. ver. ſi vero filiabus. lib.2. Caſtren.conſ.19.nu. 3. lib. 1. Bart.conſ.10.num. 4. lib. 1.vbi de communi.Caſtrenſ.conſil.97.in principio.lib.1.

35 Bald.tamen conſ.84. Teſtamentum.lib.2.tenet, quod etiam præteritus licet rumpat teſtamentum tamen ex clauſula codicillari reſtituit omnia præter legitimam,& conſ.392.Punctus talis eſt,in fi.lib.2. dicit quod hæc opinio inualuit apud modernos,& idem tenet conſ. 82. Veritas eſt,in fin. * lib.4.& hanc*communem dicit Alex.conſ.16.Circa primum.nu.5.lib.1.vbi apoſtill.in ver. dãnant * omnes, & Alex.nu.7.dicit magis *communem, quod trebellianica non deducitur,quia non eſt inſtitutio conditionalis.

36 Ad idem, quod codicillaris clauſula operatur, quod filiæ pręteritæ tenentur reſtituere ex fideicommiſſo retenta legitima ſibi debita, non etiam trebellianica, quia pure tenentur reſtituere. Fulgoſ. conſ. 32. Ex facto proponitur. num. 1. in fin. ver. vbi autem in teſtamento,&quod pure teneantur reſtituere. Caſtrenſ. conſil. 395. Videndum, lib. 1.num.4.

37 Extende, vt idem ſit quando teſtator fecit codicillos ſine teſtamento,quia idem operatur. Fulgoſ.conſ.30.Factum ſic ſe habet.

38 Ad idem, quia clauſula codicillaris operatur, quod rupto teſtamento per præteritionem nepotis ex filio præmortuo,debetur legatum, & fideicommiſſum relictum in caſu mortis filiorum omnium. Alexand.conſ.9. Viſis verbis, num.4. ver. nec obſtat.lib.1.

39 Extende vt procedat etiam ſi hæreditas non ſit adita ex teſtamento. Alexand. dicto conſil. 9.in fin.lib.1.

40 Idem etiam eſt, qnia clauſula prædicta operatur fideicommiſſum, ſi teſtamentũ erat nullum præteritione matris,quia tenetur hæres, vel mater præterita reſtituere ex fideicommiſſo propter clauſulam codicillarem. Baldus conſil. 191. Factum ſuper quo, in fine. verſic. concludendo, libro 4.

41 Item operatur in quocunque prętcrito, quia licet non poſſit relinqui a præterito, & ſic a non honorato, tamen bene poteſt ab eo relinqui in euentum,in quem teſtamentum eſſet nullum,& ab inteſtato caperet,ita declarat contrarium Caſtr, d.conſ.200.num.2.ver. ſecundum dubium. lib. 1. * vbi dicit*communem.

42 Idem etiã eſt in caſu, ſi teſtator habens domicilium,& bona in loco,vbi viget ſtatutũ, quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant, & ideo præteritæ non rumpunt teſtamentum, & habens etiam alia bona alibi,vbi non viget ſtatutum,ſi inſtituto maſculo præterijt filiam,valet teſtamentum in loco ſtatuti,extra vero non valet, & ſic datur caſus,quod in loco ſtatuti pater decedit teſtatus, extra locum decedit inteſtatus,quia filia prętcrita rumpit teſtamentum, ſed ſi in teſtamento eſt clauſula codicillaris,ſi non valet,vel non valebit, filia pro rata ſua ſuccedens ab inteſtato reſtituet ex clauſula codicillari,retenta ſua legitima, hanc * comunem dicit * & late tuetur Alex. repcobatis gloſis in contrarium tenentibus cõſ.19.nu.11. & ſeq.verſ.quoad tertium, li.6.& reſpondet ad l.Titia.ff.de inoffi.teſtamen.quod pręſumatur demens teſtator,ergo non valeat etiam ex clauſula codicillari, quia d. l.eſt correcta per authen. ex cauſa.C.de liber.præter. patet quia legata debentur, quę non deberentur ſi a demente eſſent facta, item quia loquitur in exhæredante ſine cauſa, * non autem in prætereunte, & dicit comunem opinionem.

43 Idem etiam eſt,quia clauſula codicillaris facit ſubſtineri teſtamentum ex fidecommiſſo,vt debeatur hęreditas hæredi ſcripto, etiam ſi ſit nullum prętcritione filię dotatæ.quando inſtituit trãſuentales. Bald. conſil. 36. Proponitur quod. num. 3. ver. modo quæritur. lib. 3. vbi communem dicit * opinionem.

44 Idem generaliter eſt quando prætcrijt filios, quia talis clauſula facit valere fideicommiſſum, videlicet, vt prętcriti reſtituant ex fideicommiſſo. Bald. conſil. 426. Gloſſ. in authen.lib. 3. vbi quod retineut filij ſolam legitimam,& non trebellianicam, quia eodem tempore non deducuntur ſimul.concor.Ang.conſ. 136.col.fi.in princ.qui loquitur in filio nato prætcrito,& in poſthumo, de quo teſtator cogitauit.

45 Amplia, quia operatur clauſula codicillaris,vt licet hęreditas non poſſit in codicillis dari, neque adimi, tamen ſi daretur etiam per verba directa, debet hæreditas per fideicommiſſum reſtitui. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. Calderin. conſil.364. alias 35. de teſtamen. circa princ. Caſtrenſ. conſil. 200. in principio. lib.1. vbi reddit rationem, quia licet verba directa non obliquentur in vniuerſalibus inſtitutionibus, ſecus tamen eſt in verbis teſtatoris, & quod obliquetur inſtitutio ex clauſula codicillari, quando non adeſt numerus ſeptimus teſtium, ſed quinque. Caſtren.

ſtren.conſ.97. Super primo.ver. præterea. lib.1. num.1.in fine.

46 Extende vt procedat etiam in teſtamento inſcriptis etiam ſi non ſit ſcripta, dummodo probetur a teſtatore dicta, quia ſi non valet, vt teſtamentum in ſcriptis, valet, vt codicillus ex dicta clauſula. Caſtren.conſ.414.in fi.lib.2.

47 Amplia, quia hæreditas debetur ex clauſula codicillari ab inteſtato, excepta legitima, etiam quoad partem præteriti rumpentis. Bart.conſ.20. num.6.ver.ſecundo eſt videndum.lib.1.

48 Extende, quia non deducitur trebellianica, ex quo reſtitutio fit pure, ideo nõ concurrit cum legitima, vt ambæ poſſint deduci. Bart.d.conſ.20. in fi.& 54.in fi.lib.1.Bald.conſ.56.in fi.lib.3. Angel. Aret.conſ.86. In themate ſupradicto. num. 27. & ſeq.ver.ſed dubitari poteſt. Alex.conſ.161.Examinatis.num.4.lib.2.

Vide.Legitima,& trebellianica ſimul deducuntur,& qnando ſecus.Concluſ.212.

49 Amplia, quia operatur, quod hæres inſtitutus ſi præmoriatur teſtatori, hæredes ab inteſtato teneantur ex fideicommiſſo reſtituere ſubſtituto. Bald.d.conſ.119.in fi.ver.niſi diceremus. lib.1.& conſ.170.per tot.lib.5.

50 Extende,quia imo ſi hæredes ab inteſtato ſunt prohibiti aliquid petere, reſtituent ſine retentione trebellianicæ.Bald.conſ.170.nu.3.ver.nunc oſtendo.lib.5.

51 Amplia, quia clauſula codicillaris operatur, quod filius præteritus à matre, & ſubſtitutus immediate tranſmittat fideicommiſſum ad ſuos hęredes. Bald. conſil.489. Caſus talis eſt, in fin.lib. 5.ver.modo reſtat.

52 Amplia, quia operatur,quod licet tutor non poſſit dari, niſi in teſtamento, tamen ſi teſtamentum eſt nullum præteritione filij, valebit tutela data in tali teſtamento ex clauſula codicillari. Ang.conſ.99.num.5.in fi.

53 Amplia,quia ſubſtitutio pupillaris in teſtamento rupto natiuitate poſthumi, vel præteritione filij ſubſtinetur ex clauſula codicillari. Angel. conſ.99.num.5.ver.reſtat igitur.Oldra.conſ.171. * in fi.ver.alij dicunt:vbi dicit*hoc communius teneri Bal.conſ.286.Factum ſuper quo.lib.1.vbi recitat opinio.& hanc tenet,& conſ.84.& conſ. 167. Thema proponitur. num.4. lib. 2. Bartol.conſ.44. in fin.lib.1.

54 Extende etiam ſi ignorauerit teſtator natos filios,vel nepotes,ſecundum magis*communem, * de qua Alex.conſ.16.Circa primum.n. 5.lib.1.

55 Contrarium tenet apoſtill.ad Alexand. d.conſ. 26.in ver. communem. lib.1.vbi dicit hanc hodie * communem.

56 Extende, vt procedat etiam ſi ex eadem ſubſtitutione vocaretur frater ex latere patris coniunctus,& excluderetur poſthumus vtrinque coniunctus,qui erat præteritus, quando pater ſciuit natum poſthumum, & non mutauit teſtamentum, Ang.conſ.99.n.5.in fi.ver.& ſi dicatur.

57 Extende,quia habet locum in ſubſtitutione pupillari non expreſſa, vt ſi dictum ſit decedat aliquo tempore ſine filijs. Bartol. dicto conſil. 44. num. 3. lib.1.

58 Declara, quia procedit ampliatio in patre non errante, quia clauſula condicillaris ſubſtinet teſtamentum quoad ſubſtitutionem pupillarem, ſecus ſi pater ignorauit, vel non cogitauit de poſthumo. Aug.de Perufio. conſil.111. Factum tale eſt.num.3.ver.quoad quartum.

59 Reſtringe,quia clauſula codicillaris licet ſubſtineat legata, & fideicommiſſa, non tamen ſubſtineat ſubſtitutionem pupillarem, vel directam, quia ſicuti codicillis hæreditas dari, vel adimi non poteſt, ita clauſula codicillaris nihil operatur circa hoc. Caſtr. conſ.322.In caſu ſupradicto. num.2.ver.nec quantum,& in fi.lib.2.

60 Et ideo nihil operatur in ſubſtitutione vulgari directa,vt efficiatur fideicommiſſaria, ſed bene in compendioſa. Deci. conſ. 204.In cauſa,in fin.Ratio eſt, quia eſſet primo caſu contra mentem teſtatoris, ſecundo vero caſu non. Sed pro reſtrictione facit, quia quando ſola vulgaris eſt facta, non etiam compendioſa,tunc re vera clauſula codicillaris non facit illam tranſire in fideicommiſſariam, ita Socin.Iun.conſ.180.num.78. & 79.lib. 2.vbi allegat Deci.in l.precibus.nu. 18.ver. vlterius.C.de impub.vbi dicit eſſe declarationem notabilẽ,quia clauſula codicillaris ſubſtinet mentẽ, non autem auget diſpoſitionem ad id, quod teſtator non cogitauit,apoſtill.ad Matheſil.ſingul.140, vbi videtur ſequi hanc partem * vti communem. * Rui conſ. 159.num.25.lib.2.vbi hanc tenet.quando ſola vulgaris eſt facta cum clauſula codicillari & mater eſt in medio.

Contrarium, quod clauſula codicillaris faciat

61 tranſire,& pupillarem, & vulgarem in fideicommiſſariam tenent plures,quod adducit Mantic.de conie&.vlt.volunt.lib.5.tit.2.vbi n.7.& ſeq. citat pro vtraque parte, & num. 12. dicit quod quando clauſula ſimplex,& de præſenti, non facit tranſire vulgarem in fideicommiſſariam, ſecus eſt quando clauſula eſt tam de præſenti, quam de futuro, ſi non valet,vel non valebit, quia bene facit tranſire in fideicommiſſariam,quo vero ad pupillarem magis de facili tranſit in fideicommiſſariã, quia ex ſimplici clauſula codicillari de præſenti pupillaris,etiã verbis directis ciuilibus trãſit in fi * deicõmiſſariã,& hanc magis cõmunem*dicit Soc. Iun. conſ.166. 2.column. lib. 2. vbi quod propterea requiſitus conſulere pro negatiua non auſus eſt allegat late Soci. conſil. 6. In præſenti. nu- * mero tertio, & ſequen. vbi dicit * communem, quem ſequitur Socin. Iunior ſibi contrarius.conſil.166.libro 2. vbi columna ſecunda dicit magis * communem, & quod requiſitus pro negatiua conſulere non voluit, & plures citat Curtius Iunior conſil. 139. Præſupponitur. numero 23. verſicul. non obſtat etiam Matheſil. ſingul. 140. Nota mirabilem, & in ſpecie Galiaula in l. centurio. numer. 85. ff. de vulgar. & pupillar. deludit Decium dum dicit Doct. in hoc ſe decipere, quia dicit Decium longe magis eſſe deceptum.

62 Item, quia operatur neceſſario in vulgari, vt ſubſtineatur, vel quia non velit adire, vel quia non poſſit, quia ſemper vulgaris intrat, ita arguit Ro.conſ. 516.nu.10.ver.ſed ſtat dubitatio.

63 Declara, quia diſtinguitur, aut clauſula codicillaris eſt ſimplex ſi non valet, &c. & non valet vulgaris in vim fideicommiſſi,aut eſt ſi non valet, vel non valebit, & ſecus eſt: ratio eſt, quia clauſula ſi non valet, vel non valebit habet tractum ſucceſſiuum, vt concurrat magis de facili mens teſtatoris ad fideicommiſſum, ita Soci.Iu.d.conſ. 166.in fi.lib.1.& Soci.Sen. d.conſ.6.num. 9.lib.3 qui loquuntur in reciproca, in qua non

eſt tractus alius ſucceſſiuus,ſed compẽdioſa de ſi continet tractũ ſucceſſiuum,& clauſula codicillaris ſimplex facit tranſire in fideicommiſſariam,& ita etiam Soci.Iun.conſ.180. num.80.lib.2.Mantica de coniectur.lib.5.tit.2.num. 12. verſicul. vt prædicti.

Vide.Subſtitutio duplex directa, & fideicommiſſaria.Concluſ.777.

64 Amplia,quia clauſula codicillaris operatur, vt licet directa ſubſtitutio non valeat poſt pubertatem, tamen ſi adeſt clauſula codicillaris,ſi non valet.&c. valebit tanquam fideicommiſſaria,& obliquatur.Pet.de Anch.conſ.27. n.2.ver.&ad corroborandum.Cuma.conſ.2. In hac quęſtione, in fin. ver.nec quem moueat.Soci.conſ.77.Conſilijs noſtris, num.2.lib.1.

65 Vide quid operetur hæc clauſula codicillaris in ſubſtitutione directa, & an,& quando trahatur ad fideicommiſſariam,declara,vt in verbo.Subſtitutio vulgaris, vel fideicommiſſaria.Concl.803. & plenius in ver.Subſtitutio duplex directa, & fideicommiſſaria.Concl.777.ver.& procedat.

66 Et quod facta verbis expreſſis directa,quæ non valet poſt pubertatem, ſubſtineatur vigore clauſulæ codicillaris. Alexand. conſ.201. Perſpectis. num.18. verſi. venio ad quartam.lib.6. vbi dicit communem.

67 Extende, vt idem ſit in ſubſtitutione pupillari facta a matre, quæ non valet, ſed tamen propter clauſulam codicillarẽ ſubſtinetur tanquam fideicommiſſaria.Bald.conſil. 129. Domina Franciſca. lib.1.verſic. in contrarium: vbi dicit* communem.

68 Reſtringe, quia ſi pater præterijt filiam,quia inſtituit ſub conditione caſuali, & illi ſubſtituit pupillariter,adeo quod teſtamentum eſt nullum, ſi tamen adeſt clauſula codicillaris,faciet valere per fideicommiſſum,ideo præteritus reſtituet hæreditatem,retenta legitima,& dote materna, nec ſubſtitutus pupillariter capere poteſt directo ex clauſula iſta. Fulgo. conſ.11.Ad primum,per totum,vbi pulchre.

69 Amplia, quia clauſula codicillaris conſeruat ſubſtitutionem pupillarem ad fauorem non impugnantis teſtamentum.Ro.conſ.516.In caſu propoſitæ conſultationis,in fi.vbi dicit*communem, & ibi apoſtil.in ver.conſeruatur, citat plurimos, & dicit*communem.

70 Reſtringe, quia conſeruatur pupillaris ſubſtitutio in portione eius, cui facta eſt ſubſtitutio prout legata conſeruantur ab eo, qui eſt grauatus, non tamen in portione præteriti.Romanus conſil. 181. Pro deciſione.num.3.ver. ego tamen,vbi quod eſt ſolitus ita tenere, & quod iſta opinio habet in ſe æquitatem vbi apoſtill. in ver. cogitauit.

71 Reſtringe, quia non ſubſtinetur ſubſtitutio pupillaris facta ad fauorem præteriti,quando impugnat teſtamentũ,plura allegat Ro.d.conſ.516.nu. 10.vſq;in fi.vbi apoſtil.in ver.gl.dicit*communiorem,& citat multos concord.

72 Amplia,quia clauſula codicillaris operatur in legatis particularibus, vt licet teſtamentum reddatur nullum præteritione filiorum,vel poſthumi, nihilominus debentur legata.Caſtr.conſ.200. Clarum eſt,in princ.lib.1.

73 Et quod imo dicta clauſula reſpiciat validitatem legatorum, etiam quod teſtamentum ſolemne ſit, & rumpatur per natiuitatem poſthumi, quando habet verba,& ſi non valet, vel non valeret in futurum, quia tunc non poteſt reſtringi illa clauſula ad ſolemnitatẽ,quæ non reſpicit futura.Oldra.conſ.149.Super prima.ver.ſuper tertia. Bald.conſ.159.Clauſula codicillaris, in princ. lib. 2. vbi quod debentur legata ab inſtitutis, etiam quod rumpatur teſtamentum natiuitate poſthumi & hanc communum* dicit Angel.conſ.99. Petrus de Vrbe.nu.6.ver.nunc ergo,& ita loquitur Bar. conſ.20.num.4.lib.1.vbi * de communi,licet aperiat non bene,& ſine dubio ponit Caſtr.conſ.200. Clarum eſt,in princ.lib. 1. & hanc tenet Caſtren. conſ.322.in fi.lib.2.

74 Declara, vt non procedat limitatio,quando teſtator non cogitauit de poſthumo pręterito,etiam ſi tantum ſuperuixit,quod potuit mutare.Bartol. conſ.235. Lapus fecit,lib.1.in fi.

75 Contra declarationem tenet apoſtilla ad Bart. dicto conſil.235. lib. 1. verſic. ſecundo an legata, vbi allegat Angel. & Caſtren. qui dicunt omnes* Doctores Peruſij, & forenſes pro hac parte conſuluiſſe.

76 Declarat Caſtren.conſ.15.col.pen.ver.non obſtat opinio Bart. lib. 2. vbi dicit quod legata debentur non ex clauſula codicillari, ſed ex teſtamento per auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. quia cum clauſula ſubſtineat inſtitutionem ex fideicommiſſo, ipſe fideicommiſſarius debet ſoluere legata ex teſtamento valido,quoad eum,non autem filius, qui retinet ſolam legitimam, ab inteſtato liberam, & ita dicit tenendum eſſe, quia teſtator grauauit ipſum capientem ex fideicommiſſo, ex quo eum inſtituit cum onere legatorum.

77 Ad idem eſt, quia fideicommiſſa legata, & relicta ab inſtituto valent, & ſubſtinentur ex clauſula codicillari,licet teſtamentum ſit nullum præteritione poſthumi, quia in ijs,quæ extra teſtamentum poſſunt valere ſubſtinentur ſecundum communem opinionem, de qua Ang.conſ. 99.nu. 6.ver.nunc ergo.

78 Extende idem, ſi teſtamentum ſit nullum ex alia cauſa.

Vide. Codicilli quid ſint, & operentur. Concluſio.404.

79 Reſtringe ſecus eſſe in legatis factis ab ipſo præterito, quia non debentur ex clauſula codicillari, ſi rumpatur teſtamentum.Bart.conſ.20.nu.5.ver. ſed contra videtur.lib.1.

80 Amplia, quia operatur clauſula codicillaris, quod licet hæres datus in ſolidum ſi repudiet hæreditatem priuetur etiam commodo legatorum, tamen ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris poteſt repudiare hæreditatem, & conſequi legata ab inteſtato vigore clauſulæ codicillaris. Bal.conſ.328.Factum tale eſt,quidam.lib.4.

81 Et quod debeantur legata ex teſtamento nullo præteritione poſtumi,omnes*ita tenere dicit Bar, conſ.204. Factum tale,circa medium.ver.ſed poſito.lib.1.

82 Et maxime circa legata pia, & legata libertatis.Bar.d.conſ.204.col.fi.lib.1.

83 Et quod ex præteritione teſtamentum nullum valeat in vim fideicommiſſi, vt retenta legitima per præteritum, quando pia cauſa eſt inſtituta, (quia trebellianica non deducitur) reliquum reſtituatur,tenet Bar.conſ.6.Viſo teſtamento.n.6.ver. ſed poſito quod talis,vſque in fi.lib.1. vbi Bernar. Landrian. in apoſtill.in verb.renunciatio. verſic.

in

in quantum autem dominus, vbi citat plures, & * dicit *communem Alex. conſ. 123. Diſcuſſis. num. 9. in fi. & num. 10. verſic. vel etiam dato. lib. 1. vbi * dicit * communem.

84 Amplia, quia idem eſt, ſi hæres moriatur viuo teſtatore, quia debentur legata à venientibus ab inteſtato ex clauſula codicillari, quando eſt concepta, ſi non valet, vel non valebit. Alexand. conſil. 42. Viſo proceſſu. num. 2. lib. 2. & conſ. 141. eod. lib.

85 Amplia quia operatur etiam ſi hæres inſtitutus ſit incapax, quia hæres ab inteſtato tenetur reſtituere ei, cui incapax erat grauatus reſtituere. Bart. in l. 1. quæſt. 13. num. 18. ff. de iure codicillo. Decl. conſ. 310. num. 2.

86 Amplia, quia operatur quando teſtamentum eſt nullum, quia ſpurius incapax eſt inſtituere, ſubſtinentur tamen legata etiam facta concubinę, quia non præſumitur ex turpi cauſa, ſed vt poſſit nubere, & viuere honeſte. Anton. de But. conſil. 14. per totum, maxime in fine, vide infra num. 154. & ſeq.

87 Amplia, quia operatur etiam ſi defectus ſit ex parte diſponentis, prout ſi filiusfamilias, qui non poteſt teſtari, ſed poſſet donare cauſa mortis, vt quia pater conſenſiſſet, teſtaretur, quia teſtamentum per clauſulam codicillarem valebit, vt donatio cauſa mortis. Iaſ. & Cart. Iun. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. Clar. §. teſtamentum. q. 18. nu. 4. vbi hoc declarat relatiue ſi eſt donatarius præſens, alias non.

88 Amplia, quia operatur etiam ſi ex defectu capere debentis teſtamentum eſſet nullum, prout in mendicantibus, qui non poſſent habere hæreditatem titulo inſtitutionis, ſed iure relicti, vel donationis. Bar. in tractat. minor. lib. 1. diſtinct. 2. quod ſic in c. 3. ſed Bal. in auth. ingreſſi. n. 15. & 16. contra, quia non operatur circa legata, ſed credo veriorem Bartol. opin. quia imo ſubſtinet etiam in vim fideicommiſſi particularis, vide Gab. de teſtam, concluſ. 5.

89 Et quod operatur, quod voluntas teſtatoris omni meliori modo valeat, ideo ſi in teſtamento ſunt inſtituti fratres S. Franciſci incapaces, illi poſſunt habere, vt vendãt, & pretium pro neceſſitatibus conſequantur. Bart. in tract. minor. lib. 1. diſtinct. 2. c. 3. ex prædictis. n. 15. & ibi Bar. in c. 3. & c. 4. vbi confirmat prædicta.

90 Contrarium tenet Bal. in d. auth. ingreſſi. n. 16. vbi quod hæc clauſula operatur fideicommiſſum vniuerſale, non particulare, & cum ſint minores incapaces hæreditatis, non capient vniuerſale fideicommiſſum, quia eſſent loco hæredis, nec capient pretium, quia eſſet particulare fidecommiſſum, quod clauſula hæc non operatur.

91 Declara, quia imo etiam operatur fidecommiſſum particulare, quando non poteſt valere, vt vniuerſale, patet, quia facit tranſire teſtamentum in donationem cauſa mortis, vt ſupraver. quid item, quia ſi inducit grauamen, vt totum reſtituatur ab hærede per fideicommiſſum, ergo multo magis debet operari, vt partẽ reſtituat, quia, quod de toto diſponitur, idem de parte cenſetur diſpoſitum, itẽ quia hæc clauſula tacitè ineſt in pia cauſa. Gabri. dicta concluſ. 5. num. 4. de teſtamen.

92 Amplia, quia quando ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, ex quo inſtitutus hęres habet omniso hęreditatem, debentur etiam legata ex teſtamento, licet non ſeptem, ſed quinque teſtes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ interuenerint. Bal. conſ. 350. Iſta quęſtio videtur. lib. 2.

93 Amplia, vt idem ſit quando teſtator non nominauit hæredem, quia loqui non poterat, nam licet hæredis inſtitutio non valeat facta per nutum ad interrogationem notarij, tamen propter clauſulam codicillarem valebit iure fideicommiſſi, vt hæredes ab inteſtato ſint hęredes, & reſtituant hæreditatem per fideicommiſſum, quia nuncupatiue poteſt legari, & fieri fideicommiſſum. Calderin. conſ. 369. alias 4. de teſtam.

94 Contrarium tenet Aegid. conſ. 1. num. 33. ver. & ideo clauſula.

95 Extende, vt imo ſine iſta clauſula valeat ac ſi adeſſet fauore pię cauſæ quando adſunt verba geminata, vt ſi interrogatus, quos volebat eſſe ſuos hæredes, dixit volo eſſe meos hæredes, & meam hęreditatem habere fratres de Carthuſia, quia cenſetur omni meliori modo diſponere, ideo ſi non valet inſtitutio propter filios præteritos, valebit, vt fideicommiſſum. Bald. conſ. 174. Quidam dominus. lib. 3.

96 Vide omnino Bar. in tract. Minori. lib. 1. diſtinc. 2. cap. 3. & 4. vbi quod licet mendicantes non poſſint inſtitui hęredes, ſi inſtituãtur cũ clauſula codicillari, debet eis reſtitui pretium ex fideicõmiſſo.

97 Extende ampliationem, vt valeat per fideicommiſſum tam prima, quam ſecunda inſtitutio, vel diſtributio ordinata in pauperes, quia hęredes ab inteſtato reſtituent primo inſtituto per fideicommiſſum, & poſt illius obitum fiet diſtributio inter pauperes ordinata per teſtatorem. Calder. d. conſ. 369. alias 4. de teſtam.

98 Extende etiam ſi prima inſtitutio ſit nulla, quia non interuenerit ſufficiens numerus teſtium. Alex. conſ. 4. Attentis. num. 7. & 8 lib. 7. in fi.

99 Amplia, quia licet non valeat legatum factum hæredi coniunctim cum tertio, quia tertius totum legatum habebit, tamen ſecus eſt ſi in teſtamento eſſet clauſula codicillaris, quia hęredi fiet reſtitutio. Ang. conſ. 195. Punctus teſtator. n. 5. ver. & hoc iuris eſſet, vbi dicit eſſe diſputabile.

100 Amplia, quia optatur quod fideicommiſſum vniuerſale ſubſtinetur ſecundum magis *communem apoſtil. ad Ro. conſ. 181. Pro deciſione in ver. licet, vbi plures citat, & dicit crebriorem, & communem dicit Deci. conſ. 86.

101 Imo quod faciat valere in vim fideicommiſſi vniuerſalis, non autem particularis, vide, & declara ſupra num. 80. & ſeq. & infra num. 103. & multis ſeqq. vbi declaratur.

101 Declarat Ro. d. cõſ. 181. in fi. quod valeat quoad portionem illius, cui fideicommiſſum eſt iniunctum, & iſta eſt communis opinio, ſecus eſt quoad portionẽ pręteriti ignorati, quam etiam ibi tenet quoad legata particularia, & dicit ſapere ęquitatẽ.

103 Amplia, quia operatur, quod licet teſtamẽtum ſit nullum propter exhæredationem, tamen ſuccedens exhæredatus tenetur reſtituere ex fideicõmiſſo ſcripto hæredi. Alexan. conſ. 125. Quoniam abunde in fi. lib. 6. vbi dicit *communem.

104 Amplia, quia clauſula codicillaris ſi non valet iure teſtamenti valeat, &c. operatur vt diſpoſitio omnino ſit vltima voluntas. Caldo. conſ. 515. alias 17. de vſur. in fi.

105 Fac plures caſus. Primus eſt, ſi fiat codicillus ante teſtamentum, in quo ſiunt legata, & decedat codicillans ab inteſtato nato poſthumo, quia debentur legata. Signor. conſ. 120. num. 2.

106 Secundus casus est si fiat testamentum nullum ratione solemnitatis, & postea codicillis confirmetur, vel si habet clausulam codicillarem, quia etiam potest valere, vt codicillus, & debentur legata etiam nato posthumo. Signor. d. cons. 210. nu. 2. ver. interdum.

107 Tertius casus est si fiat testamentum solemne, & codicilli, siue ante, siue post testamentum, & nascatur posthumus praeteritus, rumpuntur testamentum, & codicilli, & nihil debetur ex clausula codicillari, quia rupto testamento rumpuntur codicilli, & clausula codicillaris nihil operatur. Signorol. d. cons. 220. per totum, quod apud me est sine sapore, quia quod plus operetur actus nullus, quam validus, & plus soli codicilli, quam codicilli, & testamentum simul, non credo.

108 Amplia, quia operatur, vt valeat testamentum tanquam codicillus ad se ipsum, quando potest etiam valere vt testamentum quoad institutionem, veluti si fiat testamentum coram quinque testibus inter filios, quibus iure directo in pupillari substituit extraneum, quia valet testamentum, vt testamentum inter liberos, & valet vt codicillus quoad substitutum, si adest clausula codicillaris. Bald. cons. 65. Proponitur quod potius, in fin. ver. sed ponamus. lib. 2.

109 Declara, quia clausula codicillaris nihil operatur, si testamentum valet ab initio, secus est si testamentum ab initio non valeret, quia tunc clausula codicillaris operari debet. Bal. cons. 167. Thema proponitur. n. 2. ver. secundo est premittendum. lib. 2. & ideo si testamentum valet, vt testamentum haec clausula nihil operatur. Cuman. cons. 11. Emphyteuta inuestitus. n. 2. in fi. ver. item dato quod. Signor. cons. 133. in fi. ver. non obstat, vbi dicit esse veram declarationem quando clausula est limitata ad tempus presens si non valet, secus est si respicit futurum, & omne tempus, prout si non valet, vel non valebit.

110 Contrarium, quod imo operetur clausula, etiã si testamẽtum ab initio valeat, postea annulletur, puta quod haeres moritur viuente testatore, quando est concepta per verba, si non valet, vel non valebit. Alex. cons. 42. Viso processu. nu. 2. lib. 2.

111 Amplia, quia quod dicitur de clausula codicillari inter Christianos, procedit etiam inter Iudaeos. Alex. cons. 161. Examinatis, nu. 2. ver. quoad secundum. lib. 2.

112 Amplia, quia operatur etiam quando sunt instituti posthumi, & vltimo morienti sunt aliqui substituti, quia si nulli posthumi nascantur, testamentum est nullum, & substitutio nulla, & vocantur venientes ab intestato, qui tenentur restituere ex clausula codicillari substitutis, retenta trebellianica. Castr. cons. 395. Videndum. num. 4. ver. sed quaero. lib. 1. vbi idem est si substituitur, qui non est in rerum natura.

113 Item operatur, quod licet nascatur posthumus nihilominus teneatur ex fideicommisso restituere aliis haeredibus scriptis, quando clausula est per verba etiam de futuro, videlicet si non valet, vel non valebit. Castren. d. cons. 100. in prin. lib. 1. vbi * dicit *communem, quia licet verba, quae possunt valere directe, non obliquantur, tamen illud est, quando verba sunt legis, secus si sunt testatoris, quia testator potest hoc facere.

114 Item operatur quando posthumus natus fuit agnitus, & testator de eo habuit scientiam, & tempus mutandi voluntatem, sed non mutauit. Castr. d. cons. 200. nu. 3. ver. tertium vero. lib. 1. vbi dicit verum quando clausula est concepta, si non valet & non valebit, alias secus, & plenius cons. 15. Incipiendo à secundo, per totum. lib. 2. vbi respondet ad omnia contraria, & Alexand. cons. 30. lib. 3. vbi apostilla, & idem tenet Ro. cons. 122. Circa id. col. 2. in fin. cum seq. ver. quod autem haec opinio, vbi apostil. in ver. potuisset citat alios concor. plurimos. Alex. plene cons. 142. Circa primum. num. 6. ver. non obstat. lib. 1.

115 Declara, quia si testator ignorasset habere filios vel posthumos, forte clausula non operaretur ex defectu voluntatis, vel etiam si sciuisset posthumum, sed non habuit tempus mutandi voluntatem, quia tunc non operaretur praeiudicium praeteritorum, & restitueretur extraneis. Castr. d. cons. 200. n. 3. ver. limitat tamen, vsque in fin. lib. 1. & repetit. d. cons. 15. lib. 2.

116 Declara vt per Alex. cons. 142. Circa primum. n. 5. in fi. & n. 6. ver. non obstat. lib. 2. quia distingui tur, quia si pater testator ignorauit posthumum tempore testamenti, vel filium, sed tamen postea sciuit, & potuit mutare testamentum, & non mutauit, & clausula codicillaris operatur, aut ignorauit omnino, vel sciuit tempore quo non potuit mutare testamentum, & non operatur eo casu, vide concord. num. 114. ver. item operatur. Castren. d. cons. 200. num. 2. ver. limitat tamen. lib. 1. & cons. 15. lib. 2.

117 Contrarium, quia clausula codicillaris si non valet, vel non valeret iure testamenti, &c. non operatur quando testamentum esset nullum praeteritione posthumi filij, quia iniquum esset, quod posthumus rupto testamento, & adita haereditate teneretur restituere partem suam aliis fratribus, retenta legitima, & ideo nõ teneretur aliquid restituere. Bal. cons. 156. Clausula codicillaris, in prin. lib. 2. vbi quod ita se declarat in omnibus locis, in quibus aliter loquutus est Bal. cons. 25. lib. 2.

118 Declara secundum aliquos, vt procedat, quod debentur legata, & fideicommissa pro parte institutorum, non autem pro parte posthumorum praeteritorum quando testator legauit pure, vel sub conditione, quae non respicit carentiam liberorum, si vero legauit sub conditione carentiae liberorum, secus est, quia nato posthumo non debentur, neque ex parte posthumi, neque ex parte instituti, quia constat de mente testatoris, & de causa, quae cessat. Bald. cons. 217. Quidam ser Petrus, vbi recitat plures opiniones, & ita distinguit.

119 Vel declara, quia si praeterijt pater filios posthumos, quia de eis non cogitauit, etiam quod adsit plena clausula, si non valet, vel non valebit, quia non inducit fideicommissum, neque debentur legata, secus si sciuisset, & cogitasset, ita plene Bartol. cons. 65. Quidam nomine Lapus. lib. 2. per tocum vbi plura adducit, quod procedit etiam in testamento militis, etiam si Ecclesia, & pia causa sit instituta. Bart. cons. 57. Quidam. lib. 2. quod est Bart. & Ioann. Calderi. & ibi apostill. ver. dico ego Bartol. & est ratio, quia si reuocatur donatio multo magis legata.

120 Et procedit declaratio etiam si nato posthumo pater diu vixit, quia si extraneus est institutus, adhuc non valet in vim fideicommissi, secus si alij filij essent instituti, quia valeret in vim

fideicom-

fideicommiſſ. Bar.d.conſ.65.num.1.ve r.nec obſtat.lib.1.

121 Declara, ſeu reſtringe prædicta omnia, vt non procedant quando pater etiam ignorauerit, vel non cogitauit de poſthumo, ſi tamen conſtat de mente, quod ſi ſciuiſſet, nihilominus diſpoſuiſſet, & ſubſtituiſſet, veluti ſi ſubſtituit cauſam piam, filio ſuo maſculo, quando moreretur in ætate pupillari, quia ſi mortuus eſt viuo teſtatore, & & alius maſculus præteritus poſthumus natus fuit, & mortuus in pupillari ætate, tunc clauſula codicillaris ſaluat ſubſtitutionem, quia conſtat de mente. Ang. conſ.71.Simon Notarius. num.4. ver. ſolum igitur.

122 Reſtringe, vt per Ang.cõſ.164. Pierius fecit. n. 3. ver.ſed hic videndum, quaſi per totum, vbi recitatis opinionibus dicit, quod ſi pater præterijt filiam etiam inſtitutam, vel ſubſtituta pia cauſa, & mortua ſit filia viuente teſtatore, quæ reliquit filium ex ſe, teſtamentum eſt nullum, nec conualidatur ex clauſula codicillari, niſi teſtator ſciuiſſet & ſcienter præterijſſet, & quod in dubio præſumitur ignoraſſe, vel erraſſe, vbi multa pulchra ſuper hac materia adducit.

123 Imo ſi eſſet pia cauſa inſtituta cum clauſula plena, ſi non valet, vel non valebit, adhuc non ſubſtinetur, quando teſtator ignorauit. Bart.plene conſ.57. Quidam condidit, quia ſicuti reuocatur donatio, ita legata.lib.2.quod eſt Bart. & Ioa. Calderin.

124 Declara, quia ſi poſthumus præteritus ſuperuixit etiam tempore vitæ teſtatoris, qui à principio ignorauit de poſthumo, ita quod teſtator potuit habere notitiam, & mutare teſtamentum iam ruptum natiuitate poſthumi, tamen clauſula non operatur validitatem. Angel.conſ.364.num. 4. verſic. cum autem, vbi dicit eſſe opinionem controuerſam, & non eſſe deciſam a doctoribus, ſed pro vtraque parte eſſe conſultum, tamen tenet, quod non operetur propter ſtylum notariorum, & quia teſtator non fuit certioratus de importantia clauſulæ, vbi loquitur etiam ſi pia cauſa eſſet inſtituta, & hanc partem tenet Bart. conſ. 235. num. 2. lib. 1. Caſtren.conſ.171.Quanquam. col. fi.num. 3.lib. 2. vbi late tuetur ſi clauſula habet verba de futuro.

125 Contrarium Alex.conſ. 30. lib. 3. vbi atteſtatur de communi, & magis * communi: & de communi Caſtr.conſ. 200.in fin.lib.1.& plenius conſ. 15.col.3. lib. 2. ſed Caſtr. loquitur in teſtatore legum Doctore in vtroque conſilio.

126 Declara limitationem, vt procedat quando teſtator neſciebat vxorem prægnantem vel errabat ſecus ſi ſciebat, quia legata debentur etiam a poſthumo. Bald. conſil. 139. num. 2. ver. ſed Bart. lib.3.vbi quod ita diſtinguit Bartol. & ſua diſtinctio eſt vera, & hanc per omnes * Doctores teneri dicit Bald. conſil. 424. Præſuppoſito, circa finem. lib. 4. & ſequitur Angel. conſil.77. num.3. Angel. conſil.136.colum.fin.in princ. Angel. conſ. 99.in princ.

127 Et quod valeat teſtamentum etiam in præiudicium poſthumi præteriti quando poſt illius natiuitatem teſtator vixit, & ſciuit natum, quia habebit ſolam legitimam, & reſiduum fratribus reſtituet. Angel.conſil. 99. Petrus de Vrbe. num. 2. vbi quod omnes * Doctores Perufij ita conſuluerunt, & ita fuit iudicatum, quod vltimum de poſthumo nato viuente teſtatore, confirmat plenius diſtinguendo Ang. conſ.108.poſt med. ver.venio ad tertium, vſque in fi.

128 Contrarium, quod imo clauſula codicillaris concepta per verba, ſi non valet, vel non valebit, ſubſtineat teſtamentum, vt retenta legitima per poſthumos illi reſtituant reſiduum ex fideicommiſſo, quando de poſthumis in genere * cogitauit; magis communem * dicit Alexand. conſil. 113. Diſcuſſis. numer. 10.verſic. & hoc verum. libro 1. vbi dicit magis * communem, & eandem opinionem tuetur Alexan.conſ. 142.Circa primam. num. 9. in fin. & num.10.ver. præterea. lib. 2. quia dicta verba de futuro includunt poſthumum, qui facit nullum teſtamentum de futuro, vt ibi.

129 Declara, quia contrarium procedit quando teſtator poſt natiuitatem poſthumi vixit tantum, quod potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, quia tunc ſubſtinetur ex fideicommiſſo; ita Alexand. d. conſ. 123. num. 10. verſicul. & hanc opinionem. lib. 1.& dicto conſil.142. num.6. ver. & pro hoc.lib.2.

130 Declara, quia ſi pater iure inſtitutionis legauit vni filio legitimam tantum, & alios filios inſtituit hæredes vniuerſales, & filius in legitima inſtitutus habeat filios poſt teſtamentum patris, qui reſpectu aui dicuntur poſthumi, & moriatur filius in legitima inſtitutus, licet nepotes præteriti rumpant teſtamentum aui, tamen ex clauſula codicillari, ſi non valet, vel non valebit, nepotes ſuã partem ab inteſtato reſtituũnt aliis filijs, retenta legitima, quia vltra quod per dictã clauſulam cogitauit in genere, patet etiam, quod ſicuti filio proprio ſolam legitimam reliquit, qui erat in primo gradu, quod idem eſt de poſthumis in vlteriori gradu, Alexand. dicto conſil. 142. num. 7.ver. ſecundo reſpondeo.lib.2.& conſil. 161.Examinatis.num.2.ver. quoad ſecundum. eod.lib.2.

131 Declara generaliter, quia vbicunque clauſula codicillaris eſt concepta per verba de præſenti, & futuro, ſi non valet, vel non valebit, & inſtituti ſunt filij teſtatoris, tunc poſthumum grauat ad reſtituendum ex fideicommiſſo alijs filijs, ſed non extraneis, & remotioribus. Alexander pulchre conſil. 142. numero octauo. verſicul. pro quo adde, libro ſecundo.

132 Vide caſum, in quo licet ſciuerit poſthumos natos, vt quia nati ſunt poſt teſtamentum conditum, in quo ſolum facta eſt inſtitutio de natis tempore teſtamenti, & facta ſubſtitutio inuicem de inſtitutis, & omnibus mortuis ſine filijs, ſubſtituit extraneum cum clauſula codicillari, dicit Caſtren. conſil.392. Viſo, & ponderato, lib. 2.quod licet teſtamentum ſit nullum præteritione natorum poſtea, tamen ſubſtinetur ex clauſula codicillari fideicommiſſum vniuerſale, & ex præſumpta ſubſtitutione inter filios, quæ cenſetur facta etiam inter poſthumos, quia verifimile eſt, quod æqualiter omnes ſubſtituiſſet,

133 Declara reſtrictionem, quod clauſula codicillaris non operatur quando teſtamentum eſt nullum præteritione poſthumi, de quo teſtator non cogitauit, ſeu ignorauit. Angel. conſil. 108. Circa medium. verſicul.venio ad ſecundum,

& conſ.211.num.3.quoad quartum, quod intelligas ſecundum præmiſſa, neque in genere, neque in ſpecie, ſed ſi in genere cogitauit propter clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis, ſufficit.

134 Declara, vt non procedat, quando concurrit mens teſtatoris, vt quia pater habens vnicum filium inobedientem, fecit multa legata pia, quæ euacuant maiorem partem patrimonij, poſtea habuit poſthumum, & pater ſuperuixit infirmus, ita vt loqui non poſſet, quia poſthumus non tenetur ad legata, neque clauſula aliquid operatur, Card. Zabar. conſ.20. Iacob teſtator, per tot.

135 Declara alio caſu, nam quando teſtamentum eſt ruptum natiuitate poſthumi viuente teſtatore, qui non mutauit teſtamentum, duo ſunt caſus, quia ſi teſtamentum rumpitur facto teſtatoris, vt quia ſe dedit ad arrogandum, vel quia tale teſtamentum per ſecundum reuocauit, & requiritur conualidatio ex alia vltima voluntate corã quinque teſtibus, aut ſine facto teſtatoris ex natiuitate poſthumi, vel quia hæres ſcriptus moritur viuo teſtatore per multum tempus, in quo potuiſſet mutare, & non mutauit voluntatem, & ſi non conſtat de mutatione ex aliquibus indicijs, tunc cenſetur velle decedere cum illo teſtamento. Ang. conſ.108. circa med. ver. venio ad tertium.

136 Extende, vt ampliatio procedat quoad fideicommiſſum vniuerſale relictum in caſum mortis omnium filiorum ſine filijs, quia etiam poſthumum præteritum, & illius portionem reſpicit clauſula codicillaris hoc caſu. Bal. d. conſ.156. in prin. ver. Conſideratis igitur. lib.2.

137 Extende, quia licet clauſula codicillaris non operetur fideicommiſſum, quando teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumi præteriti quoad portionem poſthumi, tamen operatur, quod debentur legata, & relicta ab inſtituto. Bald. d. conſ. 156. in princip. ver. conſideratis. lib.1. vbi, quod ita declarat ſe ipſum in omnibus locis, in quibus tenuit clauſulam operari, quando rumpitur teſtamentum præteritione poſthumi poſtea nati, quia intelligi debet quoad relicta ab inſtitutis, non à poſthumo, qui non potuit grauari, cum ſit præteritus, & Angel. dicto conſil. 77. num. 3. dicit, quod etiam debentur à poſthumo, ſi conſtat, quod etiam ab eo voluit deberi veriſimiliter, vel quia cogitauit de eo, alias ſecus, & ita Roman. conſ.181. num.3. ver. ego tamen, vbi ita eſt ſolitus tenere.

138 Extende, quia clauſula codicillaris operatur, & ſubſtinet teſtamentum, etiam nato poſthumo, quando ille poſthumus natus poſt teſtamentum mortuus eſt ante teſtatorem. Bald. conſ.25. Theus Nerben. lib.2. in fin. & conſ.216. Factum proponitur, per totum. lib.4.

139 Extende, quando iam ipſi nepotes eſſent nati tempore confecti teſtamenti, quia licet filius, qui eſt pater nepotum præmoriatur teſtatori, tamen iſti non rumpunt teſtamentum, ex quo eorum pater erat hæres inſtitutus. Bald. d. conſ.25. in fin. lib.2. quia licet ſint præteriti, tamen non rumpunt, ſtante clauſula.

140 Extende, quia ſi pater inſtituit filios natos, & grauauit fideicommiſſo, & præterijt poſthumum, licet clauſula codicillaris non operetur quoad portionem poſthumi, tamen operatur quoad portionem inſtitutorum, vt teneantur reſtituere. Bald. conſ. 77. Relictum dictæ ſocietati. lib.2. & conſ.216. per totum. lib.4.

141 Extende, vt clauſula codicillaris operetur validitatem teſtamenti rupti natiuitate poſthumi quoad fideicommiſſum, vel ſubſtitutionem inter liberos, ſecus autem eſt ad fauorem extraneorum. Bald. conſ.14. Punctus talis, in fi. ver. ex quibus concluditur. lib.3. & ita etiam videtur velle Caſtr. conſ.290. nu. 3. lib.1. vbi, quod non operatur, quando ignorauit habere filios, vel poſtumos quia deficit voluntas.

142 Reſtringe, quia ſicuti clauſula codicillaris in aliquibus caſibus non ſubſtinet teſtamentum, quin rumpatur natiuitate poſthumi, ita etiam rumpitur natiuitate nepotum ex filio, quando filius poſtea viuo teſtatore eſt mortuus. Bal. conſ. 35. in fin. lib.2.

143 Reſtringe, quia legata non debentur ex teſtamento rupto natiuitate poſthumi, quando teſtator nullam fecit mentionem de filijs, & legata abſorbebãt quaſi totam hereditatem, quia etiam ſi poſthumus natus eſt viuente teſtatore, non tamen debentur legata, etiam quod teſtator non mutauerit teſtamentum. Bald. d. conſ.239. Quia vltimus. num.2. lib.3.

144 Reſtringe, quia clauſula codicillaris licet ſubſtineat fideicommiſſum iniunctum filio inſtituto, non obſtante præteritione poſthumi, tamen ſecus eſt quoad portionem poſthumi præteriti, quando inſtitutio erat ſpecifica. Bal. d. conſ.216. lib.4. circa med. ver. quantum vero. Roman. conſ.181. Pro deciſione. n.3. vbi loquitur in ſubſtitutione pupillari, & dicit æquam opinionem, & ibi apoſtill. in ver. cogitauit, dat concord.

145 Reſtringe, quia clauſula codicillaris per verba de præſenti, & ſi non valet, &c. nunquam ſubſtinet teſtamentum, etiam quoad legata, ſi rumpatur natiuitate poſthumi præteriti, de quo teſtator non cogitauit, veluti quando teſtator fecit teſtamentum, antequam haberet vxorem. Bald. d. conſil. 424. per totum, maximè circa fin. lib.4. vbi, quod omnes ita tenent.

146 Declara, quia ſi teſtamentum à principio valeat, licet deſinat valere, quia forte hæres viuo teſtatore mortuus eſt, & ſeu ex alia cauſa, quia ſi dicat per verba de præſenti, & ſi non valet, tunc nihil operatur, quia ſolum operatur ſi a principio non valet teſtamentum. Bal. conſ.264. Caſus præſupponitur, nu.2. ver. ſecundo eſt præmittendum. lib. 5. quod duplicatur. lib.2. conſ.167.

Vide pleniſſime A. Gabriel. lib.6. tit. de clauſul. Concluſ. 8. Clauſula codicillaris an operetur poſthumo præterito.

147 Limita, quia non facit valere teſtamentum quoad pœnam appoſitam hæredi, ſi contraueniat, quia cum non poſſit valere directo, ſed per obliquum vigore clauſulæ codicillaris, vel confirmationis in codicillis, pœna non habebit locum. Oldrad. conſ.138. Thema tale eſt. num.5.

148 Limita, quia clauſula codicillaris nihil operatur, licet certo tempore operata ſit, puta pater inſtituit filium vnum hæredem vniuerſalem, alios in legitima, & profeſſum filium præterijt, & grauauit hæredem, vt poſt mortem alijs filijs reſtituat, cum clauſula codicillari, &c. licet ex præteritione teſtamentum ſit nullum, tamen ex clauſula codicillari tenentur filij reſtituere inſtituto, mortuo eo, quia eſt grauatus fideicommiſſo,

& re-

& reſtituere habebunt filij facta reſtitutione, non ex fideicommiſſo, ſed ab inteſtato. Caſtr. conſ. 444. Præmittendum. col. 2. verſ. nec etiam obſtat clauſula. lib. 2. vbi reddit rationem.

149 Limita, quia ſi quis inſtituat matrem in re certa præteritis filijs cum clauſula codicillari, tunc non operatur, niſi quoad rem particularem, quia non habet locum in tota hæreditate per ius accrescendi. Bald. conſ. 387. Quædam Domina, in fin. ver. quid ſi dicta mater. lib. 5. & duplicatur. lib. 1. conſ. 179.

150 Limita, quia clauſula codicillaris non operatur, vt inſtitutus in re certa, trahi poſſit ad vniuerſum ex fideicommiſſo, licet non adſit alius hæres vniuerſalis ex teſtamento. Bal. conſ. 179. Quædam Domina, in fin. ver. quid ſi dicta mater. lib. 1.

151 Limita, quia nihil operatur quoad legitimam debitam filijs, vel alijs grauatis reſtituere ex tali clauſula. Bald. d. conſ. 387. in fin. lib. 5. quod duplicatur. lib. 1. conſ. 179.

152 Limita, quia clauſula codicillaris nihil operatur, quando teſtamentum eſt nullum præteritione filij, & in teſtamento ſunt legata, quæ debentur ex teſtamento nullo, quia non poteſt conualeſcere teſtamentum ex clauſula, ex quo nullum operatur quoad legata. Vnde non poteſt operari tanquam nullum, & tanquam conualidatum. Signorol. conſ. 153. Quæſtio talis eſt. nu. 3. in fin. & 4. ver. circa quartam.

153 Limita, quia clauſula codicillaris nihil operatur in teſtamento, in quo turpis perſona inſtituitur à fratre, vel ſorore, & cæteri fratres, vel ſorores ſunt præteriti, quia in hoc ius antiquum non eſt mutatum, & quia à turpi auferetur omne relictum, ideo ſibi reſtitui non debet, plene Fulgo. conſ. 71. Mulier maritum. num. 4. verſ. ad ſecundum, vbi loquitur in muliere, quæ inſtituit maritum condemnatum, & ſic infamem, & turpem perſonam, præteritis ſororibus. Caſtrenſ. conſil. 269. Ad primum. nu. 2. ver. in diuerſum. lib. 1. quod eſt Fulgoſ. & Cumani.

154 Limita, quia clauſula codicillaris, in qua incapax ſpurius eſt hæres inſtitutus cum onere reſtituendi, ſi deceſſerit ſine filijs, operatur, vt fiat reſtitutio à venientibus ab inteſtato, non autem à ſpurio incapace. Bald. conſ. 399. Caſus talis eſt. nu. 2. ver. quoad ſecundum. lib. 2.

155 Et quod clauſula codicillaris non operetur ad fauorem incapacis, puta ſpurij inſtituti. Anchar. conſ. 401. Stipoſius, in fin.

156 Declara, vt operetur quoad legata, & reſtitutionem faciendam à venientibus ab inteſtato, ſupra num. 86.

157 Limita, quando adeſſet præſumptio contra clauſulam codicillarem, quia poſthumus natus rumperet teſtamentum, nam ſi extraneus haberet clauſulam codicillarem, & eſſet inſtitutus, tunc clauſula non operatur fideicommiſſum contra filium poſthumum ex coniecturata mente. Bald. conſ. 235. Quæſtiones tacitarum. lib. 4.

158 Limita, quia hæc clauſula non operatur, quando eſt præſumptio, quod teſtator non intellexerit efficaciam illius. Angel. d. conſ. 364. num. 6. col. pen. ver. quapropter moueor, vbi, quod bonum eſt teſtatorem certiorari. vide Gabriel. tit. de conſuetudine. concluſ. 4. num. 7. vbi idem dicit, & quod debet legi, & declarari.

159 Imo Card. Zabarel. conſ. 20. in fin. tenet, quod non operatur in præiudicium poſthumi, quia dicit quod ponitur de ſtylo notariorum.

160 Contrarium, quia imo neceſſario operatur, quia etiam ſi de conſuetudine notarij apponatur, tamen quia teſtator eam approbauit, & cenſetur teſtari cum clauſulis ſolitis, ideo neceſſario operatur, quia pendet à mente teſtantis. Alexan. conſ. 142. Circa primam. num. 10. in fin. & nu. 11. verſ. ſubdit. lib. 2.

Vide pro vtraque parte plenius per Maſcard. Concluſione 300. Clauſula codicillaris, vbi declarat.

Vide plenius. Clauſulæ quę de ſtylo notariorum apponuntur. Concluſ. 304.

161 Limita, quia clauſula codicillaris nihil operatur in teſtamento cęci non facto ſecundum ſolemnitatem requiſitam. Fulgoſ. conſ. 90. col. fi. ver. nec me mouet.

162 Limita, quia clauſula codicillaris nihil operatur quoad impediendum ſecundum teſtamentum, quin reuocetur primum. Angel. conſ. 158. Teſtator fecit. col. fi.

163 Limita generaliter, quia clauſula nihil operatur, quando agitur de inofficioſo teſtamento. Fulgoſ. conſ. 71. num. 6.

164 Limita, quia clauſula codicillaris in teſtamento valido non poteſt operari, donec hæres poteſt adire ex teſtamento, item nec poſt mortem hæredis, ergo valebit vt donatio cauſa mortis, ſi eſt expreſſum, & hæreditas non fuit adita. Anch. conſ. 103. num. 5. ver. quid plura.

165 Limita ſingulariter, quando vltimum teſtamentum in quo ſunt legata, vel fideicommiſſa, eſſet nullum præteritione aui, vel alterius inſtituendi, & adeſſet aliud teſtamentum, in quo auus non eſſet præteritus, ſed inſtitutus, quia quod dicitur legata, & fideicommiſſa deberi ex teſtamento nullo, procedit quando ab inteſtato ſucceditur, ſecus ſi ex alio teſtamento. Angel. conſil. 183. Berta habens, nu. 4. colum. pen. vſque in fin. ver. reſtat igitur videre, quod eſt repetitum per Petr. de Anchar. conſ. 203. num. 6. & ſeq. Factum ſuper quo, & eſt ſubſcriptum à quinque alijs Docto. & dicit eſſe caſum nouum, & ſingularem, & pendere ab illa quæſtione, quæ videtur inutilis, an legata debeantur ex teſtamento nullo, an ex conditione auth. ex cauſa, de liber. præter. & quia debentur ex teſtamento, & impoſſibile eſt duo teſtamenta extare valida, ergo, &c. quia hoc modo poſſent deberi legata ex duobus teſtamentis pagani.

166 Contrarium ego crederem poſſe ſubſtineri, quia licet primum teſtamentũ ſit validum, ſecundum tamen non valet vt teſtamentum, ſed vt codicillus, & ſic debentur ex teſtamento nullo habente clauſulam codicillarem, quando extat clauſula codicillaris, & quia licet vltimum teſtamentum ſit nullum præteritione, vt ſubſtineatur inſtitutio, tamen non eſt nullum, vt ſubſtineantur legata, & quia dici poſſet, quod ſaltem operatur reuocationem primi, quod non conualeſcit, licet ſecundum ſit nullum quoad inſtitutiones, & ſic ſem per reducat ad cauſam inteſtati; conſidera iſta diligentius, quia incumbo reportationi pro nunc, tu vide pro contrario Anchar. conſ. 357. Quia præſupponitur, qui licet conſ. 103. Limitationem teneat, tamen non eſt conſilium Anchar. ſed Angeli, & iſtud pro contrario eſt Anchar.

Vel

167 Vel contrarium dicas, quod imo clausula nihil operatur, quin secundum testamentum reuocet primum, & sic non uidetur uera limitatio suprà dicta. Ang.d.cons.258. Testator fecit.col.fi.

168 Limita, quia clausula codicillaris nihil operatur in testamento inualido reuocatorio primi ualidi, quia ex quo præcedit testamentum validum, secundum inualidum non operatur, quia non censentur rogati venientes ab intestato, cum successio deferatur ex testamento. Fulgo.cons.90. Super eo quod primo, in fi.

169 Limita, quia clausula codicillaris non operatur, quando ponitur in fine testamenti, sed tantum quando ponitur in dispositione, quia dicit testator quod omni meliori modo valeat, ita Coua. in c. relatum il secondo, nu.4. in fi. de testam. fol. 60. pag.2. & potest addi ratio, quia clausulæ executiuæ non alterant dispositionem.

170 Dicas quod plus operatur clausula omni meliori modo in dispositiua, quã codicillaris, quia dispositio primo casu licet possit valere vno modo, & etiam alio meliori, tamen valebit meliori, clausula vero codicillaris, quia est conditionalis, non valet, vel non valebit, non operatur, nisi quãdo non valet eo modo. Curt.Iun.cons.73. nu. 22. * & seq. vbi de * communi, sequitur Menoch.lib.4. præsump.76.nu.82.

171 Limita, quia clausula codicillaris facit valere in vim fideicommissi vniuersalis, non autem particularis, ideo si hæreditas per fideicommissum relinquitur minoribus incapacibus per fideicommissum, illi non possunt capere hereditatem, sed si adest clausula codicillaris, capient pretium secundum Bar.in tract.minor.lib.1. distinct. secunda, cap.3. quem damnat Bal.auth.ingressi, nu. 15. & 16. C. de Sacrosanct. Eccle. quia capientes pretium non sunt hæredes, igitur non potest clausula operari in particularibus. sequitur Ancharan. tuendo Bal.in clem.exiui, de ver.signif.

172 Contrarium vt supra tenet Bart. cuius opinio verior videtur, quia clausula codicillaris fauore piæ causæ tacite inest, & hæc operatur fideicommissum particulare, vel legatum, non autem uniuersale, vide Gabriel, lib.4. tit.de testam. conclus. 5. ubi enumerat 7. casus, in quibus tacite inest, vbi nu.3. dicit, quod solum operatur in legatis, Menoch.lib.4.præsumpt.31.nu. 17. allegat Gram. decis.62.nu.27. Cephal.cons.264.nu. 16. Cranet. cons.34.col.2.uer.sed præmissis.

173 Imo, quod operetur etiam fideicommissum. Menoch.lib.4.præsump.32.n.19. allegat Purpur.cons. 5.nu.13. Pancirol.cons. 95. In primo dubio: imo, quod non conseruentur legata ex clausula, sed ex dispositione iuris. Menoc.ibi, num. 22. in fin. ver. * cæterum, ubi de * communi.

174 Declara, quia in casu Bartol. concurrit tacita, & expressa clausula, ideo operatur vtrunque.

175 Multis modis ponitur hæc clausula, quandoque conditionaliter; videlicet, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & tunc ubi iure testamenti potest valere, nunquam ualebit iure codicillorum. Bald.cons.69. Factum tale est quidam; in princip.lib.2. Angel.cons.183. Berta habens. col. penul. uer. quid plura. quod est repetitum per Petrum de Anchar. cons. 203. Et est subscriptum per sex Doctores. Signorol. cons.233. in fi.

176 Declara, quod clausula posita conditionaliter, & si non valet iure legati, ualeat iure donationis causa mortis, importat, si nõ valet, videlicet, quãdiu nõ ualet, quia si nõ est adita hæreditas per hęredẽ, nõ valet legatũ ut legatũ, & eb casu ualebit ut donatio causa mortis, quæ non requirit additionem, & si postea adeat hæres, reuertitur ad naturam legati. Bal.cons.272. In causa egregia, nu.4. uer. quinto probatur, libr.5. Angel.d. cons. 183. col. penul. ver. quid plura. Ancha.d.cons.203. Vbi est repetitum, & subscriptum per sex DD.

177 Aliquando ponitur copulatiue; videlicet uolo, quod ualeat iure testamenti, & codicillorum, & tunc electio est hæredis, utrum uelit habere ex testamento, quatenus ualeat ut testamentum, uel ex codicillis. Bal.d.cons.69. in prin.uer. item non fuit loquutus, lib.2.

178 Imo, quod etiam isto casu, quatenus possit valere iure testamenti, nõ ualeat alio iure, etiam si adsit clausula, quod possit extendi ad consilium sapientis. Bald.cons.289. Casus talis est, nu.3. uer. tertio est præmittendum, lib.5.

179 Aliquando ponitur disiunctiue, ut si dicatur uolo, quod ualeat iure testamenti, uel codicillorum, aut dixit, quod ualeat iure testamenti, uel saltem codicillorum, & si quidem respicitur potentia facientis, electio est hæredis. Bald.cons.69.n.2. uer. de secundo puncto, lib.2.

180 Refert, an dicatur, quod ualeat iure testamenti, & codicillorum, uel cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis, an uero dicatur, ualeat iure testamenti, & cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis in testamẽto filij familias de licentia patris, quia primo casu potest ualere ut donatio causa mortis, ex quo expressio testamenti, & codicilli operatur necessario, ut intelligantur de donatione causa mortis, illa uerba alterius ultimæ uoluntatis, secus uero est in secundo casu. Signorol. consil. 30. factum tale.

181 Si uero alternatiua non respicit potentiam gerentis, sed effectum, seu exitum, & contingentiã, & tunc si secundum effectum, & contingentiam potest ualere ut testamentum, eo modo debet ualere, aut non potest secundum contingentiam ualere, & ualebit, ut codicillus, & fideicommissum, quod transmittitur. Bal.d.cons.69. per totum. lib.2. ubi dicit, quod miratur, quod istæ formæ non seruentur propter imperitiam hominum.

182 Aliquando ponitur de presenti, & futuro, videlicet si non ualet, uel non ualebit, & tunc non refertur ad solemnitatem tantum, quæ est de præsenti, sed magis operatur. Bar.cons.235. Lap.fecit lib.1. Alexand.cons.30. libr.3. in princ. Signorol. consi. 233. in fin. & isto de futuro, etiam debet poni, ut innuit Castrens. cons. 322. in fin. libr.2. Alex. cons.142. nu. 9. in fin. ver. præterea, lib.2.

183 Aliquando ponitur simpliciter, & si non valet, &c. aliquando ponitur magis prægnans, videlicet, & si non valet ex quocunque defectu, & ex quacunq. causa, & tunc magis operatur. Bald. cons.170. Quidam Nicolaus, nu.3. & seq. ver. nunc ostendo, lib.5. & nu.7.

184 Clausula codicillaris quandoq ponitur plenissime, & si non valet, vel valere non posset, uel poterit iure testamenti, valeat iure codicillorum, & si non potest iure codicillorum, ualeat iure donationis inter uiuos, & si non potest iure donationis inter uiuos, valeat iure donationis causa mortis.

tis,dicit Signorol.conſ.171.per totum, quod ſecundum *cõmunem præteritio inſtituendi rumpit teſtamentum.

185 Aliquando omittitur, & tunc teſtamentũ non poteſt ſubſtineri vigore clauſulæ omiſſa,niſi in caſibus,in quibus ſubintelligitur, de quibus plene Ant.Gabriel.lib.4.tit de teſtamentis. Concluſio. 5.teſt. in quo expreſſe non eſt clauſula.

186 Item clauſula iure donationis inter viuos non ſanat, neque operatur, quia requirit inſinuationem.Signoro.dict.conſ.171.num.10.ver. ſequitur quid iuris.

187 Idem clauſula, quod ualeat iure donationis cauſa mortis,nihil operatur,quia requiritur præſentia,&ſtipulatio, quãdo fit in defectum vltimæ voluntatis.Signorol.d.conſ.171.numer.14.vbi reprobat tenentes contrarium.Clar.in §. donatio, quæſt.6.nu.8.& 9.ver.ſed quæro,latius Iul. Clar. in §.donatio,quæſt.6.nu.8.ver.ſed quæro, vbi dicit * communem.

188 Vide apoſtil.ad Clarum in §.teſtamentum.quæſtione.5.quæ allegat Iaſ.& Curt.Iun.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de teſtam.tenentes quod hæc clauſula ſimpliciter faciat valere, vt donationem cauſa mortis.

189 Item clauſulæ, iure donationis, nihil poſſunt operari,neq.inter viuos,neq.cauſa mortis, in teſtamento,quia licet in teſtamento poſſit fieri cõtractus, tamen id procedit per verba habilia ad contractum,ideo requiritur verbum, & ex nunc dono,quia inſtitutio non tranſit in contractum per clauſulam, valeat iure donationis,quia eſt ineptum hoc dicere,prout ſi diceretur, lego aſinum, & vellem intelligi de boue, quia non valet.plene Signorol.conſ.171.num. 11.ver. præterea,uſq.in fin.

190 Contrarium verius eſt, quia ſi clauſula codicillaris apponitur ad fauorem præſentis,ſi non valet iure legati,vel inſtitutionis,valeat iure codicillorum, uel donationis cauſa mortis operatur,ſecus ſi non eſſet præſens, & ſola præſentia ſufficit,licet non acceptet,imo etiam ſi non ſit dictum iure donationis cauſa mortis, ſed iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis,valet ut donatio cauſa mortis ſecundum * communem, ut per Clarum in §.donatio, quæſtio 6. numer. 8.& 9. uer. ſed quęro.

Clauſulæ compromiſſorum, & earum importantia. Concluſio. CCXCIII.

1 CLAVSVLA, quod arbiter, & arbitrator poſſint procedere de iure,& de facto operatur,quod poſſunt ſecundum ueritatem, & conſcientiam ſuam iudicare reiectis apicibus, & ſubtilitatibus iuris. Lap.alleg.78.tabellio,in fi.nu.9. uer.quinto,& ultimo.

Vide.Arbiter,& arbitrator de iure, & de facto quid poſſit. Concl.458.

Vide.Iudex iudicare debet ſecundum acta, & probata.Concluſio.398.

2 Extende,quia iſta clauſula procedendi de iure,& de facto importat idem,quod manu Regia, & ſic ſine citatione partis. Angel. conſ.367. in quæſtione uertente. numer. 10. uer.ſed quia reuocatur.

3 Extende,quia iſta clauſula omnem iuris mixturam excludit, dummodo abſit dolus, & iniquitas. Angel.dict.conſ.367. num.10. uer. item hoc uerbum.

4 Reſtringe, quia illa clauſula non operatur, quod poſſint procedere contra ius gentium,neq. per alium,neque partibus non uocatis.Bal. conſ. 296. Ioannes q. numer.3. uer. item illa uerba libro 1.

5 Clauſula,quod poſſint de iure tantum, & de facto tantum in procedendo, ſed in decidendo de iure tantum,operatur,quod in ijs, quę reſpiciunt proceſſum,non tenentur ſeruare ordinem, prout in examine teſtium,& commiſſione examinis alteri facienda.Bald.d.conſ.296.in fin.uer. ſed poſtea iterum.lib.1.

6 Et operatur hæc clauſula,quod cenſentur arbitri,& non arbitratores,& in dubio uiam iuris eligere præſumuntur, quando adeſt clauſula præfata.Cuma.conſ.7.Primum uidendum.num.16.uer. non obſtat, quod arbitri, quod eſt ſubſcriptio Iacobi Salyceti.

7 In compromiſſo vero in arbitrum importat ſolam derogationem feriarum inductarum non in honorem Dei, ſed ob neceſſitatem hominum, quia non poſſunt partes renunciare feriis in honorem Dei.

8 Si vero compromiſſum eſt in arbitratorem de iure,& de facto,ille poterit pronunciare die etiã in honorem Dei,& ſic die dominico, quia eſt tanquam mediator pacis.Abb.in c. quintauallis,nu. 22.de iure iur.& in c.fi.num.10.de feriis.Iaſ. in l. 1.col.1.ff.de feriis.Abb.in cap. cum dilectus, de arbitr.videndus.

9 Non poteſt arbiter in Eccleſia laudare, ſicut nec iudex poteſt in Eccleſia ſententiam ferre, & latum laudum,uel ſententia non ualent,ſecus in arbitratore,quia mediator eſt pacis,Abb.d.cap. quintauallis,in 17.differentia,de iur.iur.

10 Clauſula, quod poſſint utraq. parte præſente, uel abſente procedere,& pronunciare, importat coram arbitro,vel arbitratore procedente in forma iudicij,quod partes debeant eſſe citatę,alias non ualeret laudum.Cuman.conſ.7. Primum uidendum,in prin.

11 Reſtringe coram arbitratore non aſſumente partes arbitri,quia iſta clauſula operatur, quod poſſit arbitrator ferre arbitramentum,non citatis partibus,neque præſentibus. Cuma. d.conſ.7. num.4.ver.quod autem arbitrator,cum ſeq.& ibi nu.10.ver.non manifeſtum,idem tenet Fulgo.qui illud conſilium ſubſcripſit.

12 Declara reſtrictionem,vt non procedat, ſi eſſet dictum, quod poſſint procedere, & ſententiare vtraque parte præſente,vel altera abſente, quia intelligeretur legitime citata.Cuma.d.conſ.7.nu. 11.ver.porro ſi dictum, quod eſt ſubſcriptio Fulgoſij.

13 Declara reſtrictionem, vt extendatur etiam ſi laudum arbitratoris haberet exequutionem paratam ex forma ſtatuti.Cuma.d.conſ.7.in ſubſcriptione Chriſtophori Caſtillio. incip. Immediate conſulta.num.12.& 13.

14 Extẽde,quia clauſula,quod arbiter poſſit procedere vtraq.parte abſente,vel præſente,vel altera abſente,& altera præſente,citata tamen, operatur,

cur, quod omni casu etiã si vtraq; pars sit absens debeat fieri citatio, quia clausula, citata tamen, refertur ad omnia. Ioan. de Imol. cons. 131. In casu præmisso, in fin.

Ordine seruato, & non seruato.

15 Clausula, quod possit arbiter procedere, & sententiare ordine iuris seruato, & non seruato, non operatur, quod laudum possit ferri in personam eius, qui non ratificauit compromissum suo nomine factum. Bald. cons. 103. Lex compromissi, circa fin. ver. verba dicunt. lib. 3.

16 Adde, quod plus importat clausula, omni solemnitate, & substantialitate omissa, quam verba ordine iuris non seruato. Bald. cons. 103. circa fin. ver. verba dicunt. lib. 3.

Quod citatis, & non citatis partibus.

17 Clausula, quod arbiter procedat partibus citatis, & non citatis, & possit prorogare semel, & pluries, non habet locum, si fiat prorogatio, & non intimetur partibus, quia illa clausula partibus non citatis, non est repetita in prorogatione, quam partes ignorant, etiam si in compromisso partes ratificauerint omnes prorogationes faciendas, quia requiritur notificatio, alias laudum est nullum. Bald. cons. 104. Dilatio prorogatoria, in fin. lib. 3.

Possit prorogare pluries.

18 Clausula, quod arbiter, & arbitrator, possit semel, & pluries prorogare compromissum, intelligitur de bina prorogatione, ideo si vltra duas vices prorogauit, nullum est laudum post secundam prorogationem. Bald. cons. 181. Nobiles viri. nu. 5. & seq. ver. redeo ad primum, quod est Bartholo. Salyceti, & cons. 102. Omnis potestas. nu. 6. ver. dicto de causis. & cons. 103. Lex compromissi, in prine. vbi num. 2. dicit, quod 20. Doctores subscripserunt, quod est Baldi, & cons. 104. Dilatio prorogatoria, in prin. vbi dicit, quod primum, & secundum consilium sunt Philippi Cassoli de Regio, & Bartholi. Salyceti, & quod alij octo Doctores subscripserunt. lib. 3.

Vide. Pluralis numerus vno non contentatur. Concluf. 367.

19 Vnum perpetuo nota, quod facultas data prorogandi compromissum operatur, quod si fiat prorogatio, erit aliud compromissum, in quo balia, & facultas plenior data in primo compromisso non censetur repetita, nisi expresse sit dictum. Bald. cons. 103. Lex compromissi. nu. 1. ver. nam compromissum. lib. 3.

Prorogare possit prorogare partibus absentibus.

20 Eadem clausula prorogandi partibus præsentibus, & absentibus, citatis, & non citatis intelligitur, dummodo prorogatio fuerit intimata, alias autem non valet prorogatio. Bald. d. cons. 101. n. 10. ver. venio ad secundum, & loquitur, quando partes ex nunc emologauerant prorogationes faciendas, & plenius idem Bald. cons. 102. nu. 4. ver. quarto igitur, & latissime cons. 103. nu. 2. ver. verba enim dicunt, & cons. 104. circa med. ver. nota, quod si detur potestas. lib. 3. vbi adducuntur rationes diuersæ.

Prorogare in quo unque loco.

21 Eadem clausula, quod possit prorogare partibus absentibus, & non citatis in quocunque loco, operatur, vt etiam prorogare possit extra locum, & domicilium compromittentium. Bald. d. cons. 101. nu. 11. ver. venio ad tertium.

22 Contrarium tenet Bald. cons. 102. nu. 7. ver. viso de temporibus, vbi, quod non valet prorogatio extra domicilium compromittencium per vnum diem, ex quo requiritur aliqualis causæ cognitio. lib. 3.

23 Declara, quia si non est dictum partibus præsentibus, & absentibus, ex quo citatio requireretur, non posset fieri prorogatio extra locum domicilij, secus autem si adsit clausula tollens citationem, ita videtur distinguere. Bald. d. consil. 101. num. 11. ver. venio ad tertium. lib. 3.

Prorogare ad quod tempus possit.

24 Eadem clausula, quod possit prorogare arbiter, intelligitur, dummodo prorogatio non fit maior, quam esset tempus compromissi, vt C. de fideiuss. l. scimus.

25 Declara, nisi prorogatio ex causa necessaria deberet esse maior, & de qua constaret. Bald. d. cons. 101. num. 13. ver. venio ad quintum. lib. 3.

Clausula, & id totũ veniat in compromisso, quod fuerit laudatum.

26 Ista clausula venire facit in compromisso speciali ea, quæ non venirent, quando esset superflua, video compromissum de hæreditate certa, & omnibus, quæ occasione prædictæ hæreditatis, & quod omne, & totum, &c. operatur etiam compromissum vltra hæreditatem. Castr. cons. 25. Licet satis copiose. lib. 1. in princ.

Declara plene, vt posui in verb. Arbiter habet arctissimam potestatem. Concluf. 454.

Vide. Laudum arbitri qualiter exequendum. Concluf. 28.

27 Limita, quod talis clausula, quod censeatur factum compromissum de omnibus, super quibus fuerit laudatum, non operatur aliquid circa ea, quæ sunt liquida, & super quibus non potest transigi, ita Abb. cons. 64. Venio ad primum. colum. 3. ver. quinto videtur. lib. 1.

Quod possit de iure vnius auferre & alteri dare.

28 Clausula, quod arbiter possit auferre de iure vnius partis, & dare alteri in magna, & in parua quantitate, importat vsque ad magnam quantitatem, & non vltra, & dicitur magna quantitas arbitrio boni viri, & considerata qualitate personarum, hoc autem clarum est, quod medietatem excedere non potest, sed est arbitrarium abinde infra. Bald. cons. 181. Primo quæro. lib. 3. in princ. vbi quod de re liquida non potest tollere vltra summam taxatam in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuil. recit. & in auth. de defensoribus ciuita. §. & iudicare, & in l. placet. C. de pedan. iudi. Bart. vero in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, dicit quod non debet esse nimis magna læsio, & idem Castr. in l. a. §. illud. ff. de aqua. plu. arcen.

Vide. Arbitrator quis dicatur. Concluf. 449.

Vide. Compromissorum formulæ, & pacta, & quid operentur. Concluf. 511.

29 Extende in arbitratore, quia licet latior potestas sit data arbitratori, quam arbitro, tamen non debet modum excedere, per quem possit dolus argui. Bald. d. cons. 181. num. 4. ver. sequitur videre. lib. 3.

30 Et non potest vigore huius clausulæ apponere manum ad non compromissa, alias compromissum est nullum, præterquam si apponeret manum respectu pecuniæ, quæ subrogaretur loco rei compromissæ. Socin. cons. 220. Vilis compromisso, laudo. lib. 2. in prin. vbi quod est communis opinio.

Clausula & quicquid laudatum fuerit, cẽsetur cẽ promissum.

31 Clausula, quod censeatur compromissum super eo, super quo laudatum fuerit, non operatur, quod possit ferri laudum super non controuersis, quia si feratur, quod partes debeant generaliter se quietare etiam de omnibus, laudum erit nullum. Socin. cons. 283. Eleganter. num. 5. ver. sed ad illam. glos. lib. 2. & cons. 220. Vilis compromisso. nu. 2. ver. iterum fortius. lib. 2. vbi allegat

gat multa consilia Angel. consil.405. in princip.
Vide . Compromissum generale qualiter interpretandum . Conclus.520.

32 Declara, quia si moueretur controuersia super non compromissis vigore huius clausulæ, valeret laudum . Socin.d.cons.220.col.3.ver.confirmatur ista conclusio .

33 Extende , quia talis clausula non se extendit ad lites futuras . Soci.cons.282.num.3. lib.2. vbi * dicit * communem opinionem .

34 Extende nedum in arbitro , sed etiam in arbitratore, quia non extenditur ad non compromissa , neque litigiosa. Angel.consil.218.Visa narratione.num.8.

35 Extende , quia non operatur talis clausula quoad lites sine probabili causa . Angel. cons. 66. Co. Robertus.num.4.ver.& licet .

36 Contrarium , quod talis clausula operetur in præiudicium partium,quod potuerint lites fingere. Ang. cons.405.in princ. dummodo inter partes laudetur, & clarius nu.4.ver.quid plus.

37 Declarat Soci.d.cons.220.col.3. in princ. lib. 2. vt procedat quando partes prosequutæ sunt non compromissa , alias secus .

38 Extende, quia talis clausula non operatur aliquid extra personas compromittentium,ideo nullum erit laudum, si alter compromittens condemnaretur versus tertium. Ang.d.cons.405. In causa vertenti.num.1.

39 Declara , nisi forte condemnaretur alter compromittentium ad soluendum tertio pro liberatione alterius compromittentis . Angel.d.consil. 405.num.2.ver.sed prædictis,quod est princ.alterius consilij .

40 Extende , quia clausula prædicta non operatur validitatem laudi super decisis semel per tres sententias conformes , quia sicut compromissum non se extendit ad lites finitas transactione , ita neque ad finitas re iudicata. Angel.cons.249.Philippus Ciuis,per totum,vbi,quod non valet compromissum in casibus , in quibus non posset transigi .

41 Extende , quia imo ista clausula de stylo notariorum apponi solita(prout Florentiæ) nihil operatur circa lites non extantes tempore compromissi , vel non cognitas per partes. Angel. consil. 248. Punctus est,extorta fuit.num.2. ver.& potissime propter adiectionem .

42 Extende , quia non operatur super hæreditate viuentis , quia dicitur super re turpi, & fictio licet operetur circa impossibilia , non tamen circa prohibita à iure : Ant. de Butr. cons. 76. per totum .

43 Extende, quia non operatur, vt si fiat compromissum inter A. ex vna , & B. & C. ex altera , & quemlibet eorum vt dicatur compromissum , si laudetur inter B. & C. quia diceretur laudatum non inter,sed extra compromittentes , & clausula illa, & quemlibet eorum substinet compromissum,si alter non posset compromittere. Anton.de Butr. cons. 77.num.3. ver. & breuiter non video, per totum .

44 Restringe , quia valeret laudum latum super non compromissis, quando concerneret condemnationem in pecunia respectu rerum compromissarum, quia pecunia succedit loco rei. Soci. cons. 220.in princ.lib.2.

45 Restringe,quia hæc clausula operatur, quod in arbitratores sint compromissa omnia, super quibus fuit laudatum . Alexand. consil. 59. Viso themate.num.4.lib.5.

46 Clausula, rato manente pacto,in compromisso iuuat obseruantem compromissum , sed non contrauenientem. Bald.cons.341.Sequitur videre, in fin.lib.3. Rato manente.

47 Operatur , quod is , qui adit iudicem ordinarium etiam post semel commissam pœnam, etiam post triennium,incurrit pœnam.Fulgos. cons.111. Factum est compromissum . Clausula rato manente compromisso, & quod pœna totiens quotiens.

Vide.Clausula,rato manente,in contractu quid operetur . Conclus. 300.

48 Compromittentes si renunciant rei iudicatæ in compromisso intelliguntur renunciare, quatenus laudum sequatur , alias secus. Alex. cons.22. Viso instrumento , in princ.lib.1.

49 Clausulæ renunciationum, cum promissione de non contradicendo, nec dicendo de nullitate,non releuant,si compromissum est nullum , & laudum nullum. Castr.cons.466. Viso compromisso. nu. 4. ver.vlterius videntur obstare.lib.1.quia si non valet principale, non valet accessorium.

50 Et semper si in compromisso partes renunciant alicui iuri,inest clausula,si sequatur laudum,alias si non sequitur laudum, & expirat compromissum nihil fuit renunciatum , sed partes ad iura sua primæua reuertuntur. Alexan. plene cons.63.In causa , in fin.lib.1.vbi plus dicit , quod pendentia litis non tollitur facto compromisso super lite,lapso termino compromissi , quando non est laudatum .

51 Declara, quia omnes clausulæ ampliantes compromissum, & conferentes baliam maiorem , dicuntur contra ius commune , & ideo positæ in vna parte, non censentur repetitę.Bald.cons.103. Lex compromissi,in princ.lib.3.
Vide . Compromissorum formulę , & pacta, quid operentur . Concl. 511. & Conclus. ibi proxima præced.
Vide plenius . Compromissum generale qualiter interpretandum. Conclus.520.

Clausulæ contractuum apponuntur , vt probent , & operentur . Conclusio.

Vide Mascard. Conclus.301.

Clausulæ contractuum diuersæ, & earum importantia. Concl. CCXCIV .

1 CLAVSVLA, dedit.tradidit,&c.non probat veram traditionem interuenisse,sed probat tradendi voluntatem.Ang.cons.305.In quæstione vertente. nu.2.ver.nec obstat.

2 Declara , nisi sint dicta in præsentia rei , quia tunc important dominij translationem . Roman. cons.509.Circa propositam. nu.23. & seq.
Vide . Dare importat dominium transferre . Conclus.16.
Vide . Dominium rerum qualiter transferatur. Conclus.602.

Vide.

Vide. Traditio quid sit. Conclusione 341.

3 Clausula, dedit licentiam propria authoritate possessorem rei venditæ capiendi, quem emptorem posuit in locum sium, & constituit procuratorem in rem suam, operatur translationem possessionis. Ang. cons. 373. Visis instrumentis, in princ.

4 Restringe, vt non procedat, quando fuit data talis licentia sub conditione, vel in certum euentum, quia non sequuta conditione, vel euentu, non valet, neque operatur aliquid. Angel. d. cons. 373. in fin.

5 Clausula, pro se, & suis, &c. absque alia expressione filiorum, & descendentium, vel hæredum, intelligitur de hæredibus in dubio. Alex. cons. 26. Ponderatis, nu. 2. in fin. & nu. 3. lib. 5. vbi loquitur in concessione fœudali, intelligendo tamen de hæredibus descendentibus, & sic habilibus in materia fœudi, & consequenter hæredibus secundum quid, vbi apostilla in ver. intelligi, dat concord. maxime Anton. Rubeum consil. 84. & idem Alexan. ibi num. 6. & seq. vbi plenius, & reddit rationem, quia magis expedit concedenti, & cui fit concessio, quod intelligatur de hæredibus, quam de filijs.

Vide. Hæredes censentur nominati in omni dispositione hominis. Conclus. 75.

6 Imo si simplex concessio fœudi facta est pro se, debet in dubio intelligi, & hæredibus filijs, & descendentibus. Alex. cons. 18. Attentis. nu. 7. lib. 5. vbi apostil. in ver. dubio, dat concord. & plenius d. cons. 26. nu. 3. eod. lib. 5.

7 Declara, quia dicta clausula pro se, & suis, &c. secundum subiectam materiam habet plures significationes, nam si agatur de ferendo testimonio veniunt illi, qui non possunt dicere testimonium, prout serui, liberi, item venirent, qui non coguntur dicere testimonium, prout vitricus, priuignus, socer, gener, patroni, & similes, vt per glo. in l. fœmina. C. ad Turpill. Alexand. d. cons. 26. nu. 3. ver. nec prædictis obstat. li. 5. Deci. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & cons. 43. num. 5.

8 Clausula ex certa scientia nullo iuris, vel facti errore ducti, sed animo deliberato, &c. probat scientiam contrahentium, & excludit errorem, ita vt sufficiat cogitasse in genere. Alexan. cons. 42. Super præmisso. num. 7. vers. sed præmissis, & per totum. lib. 1.

9 Extende, quia excludit læsionem etiam vltra dimidiam quando in contractu venditionis, vel cessionis cum iuramento ex certa scientia illud plus donauit etiam si esset minor. Alexand. cons. 121. Visis, & consideratis. nu. 7. lib. 1.

10 Clausula, quod liberatio trahatur ad cogitata, & incogitata, operatur, quod in genere fuerit cogitatum, nisi probetur ignorantia ex confessione partis, vel coniecturis. Angel. in l. tres fratres. n. 4. & 5. ff. de pact. vbi dat cautelam, quod ista verba apponantur, quia multum operantur, sequitur Alex. cons. 42. nu. 8. ver. quinto pondero. lib. 1. vbi dicit * communem.

11 Clausula generalis renunciationis quid comprehendat.

Vide. Renunciatio generalis omnia comprehendit, & quid operetur. Conclus. 168. & Concl. ibi proxima sequente.

Vide. Clausulæ compromissorum, & earum importantia. Conclus. prox. præced. nu. 49. & seq.

12 Clausula, per quam vna pars promittit stare, & credere alteri parti circa damnum, & interesse etiam absque iuramento, valet, sed nihilominus tenetur iurare de calumnia. Iaf. in l. iusiurandum ad pecunias. §. qui iusiurandum. num. 2. ff. de iureiur.

Vide. Interesse conuentum quando, & qualiter debeatur, vel non. Conclus. 308.

Vide. Iurare quando quis compellatur. Conclus. 529.

13 Et si testator iubet, quod hæres teneatur stare libris propris socij quoad negocia, quæ habebant insimul, si reperiatur liberculus socij penes defunctum, & libri socij discordent à liberculo socij, seu nota eius manu penes defunctum, non statur libris socij discordantibus, sed fit interpretatio, vt intellexerit de liberculo penes se existente. Abb. cons. 51. Videtur primo standum. lib. 1. vbi pro vtraque parte, & ita declarat, vt tollatur dolus, qui non censetur remissus, maxime nu. 4.

14 Et talis remissio de standō libris, vel dicto alicuius, etiam sine iuramento, non tollit, quin possit contrarium probari. Abb. d. consil. 51. col. fin. ver. quinto adduco. lib. 1. & num. 3. ver. quarto principaliter.

Vide. Statutum circa damnum quod stetur iuramento damnum passi. Conclus. 501.

15 Clausula, quod possit debitor conueniri vbiq; & renunciauit priuilegio fori, operatur, quod post litem contestatam non potest declinare forum, ante vero litem contestatam, secus est. Anchar. cons. 140. num. 5. & seq.

16 Extende, quia valet conuentio, quod creditor possit conuenire suum debitorem vbique. Bald. cons. 50. Isti Hebrei, per tot. lib. 3.

17 Et quid importet talis clausula, voluit posse conueniri Venetijs, Mediolani, & vbique locorum.

Vide. Forum quis ex conuentione sortitur, & quomodo. Conclus. 435. & Conclus. ibidem proxima seq.

18 Restringe, quia procurator non potest declinare forum, nisi habeat mandatum in specie, & mandatum factum ad obtinendam reuocationem sequestri, non inducit declinatoriam, immo consensum in iurisdictionem. Anchar. cons. 140. nu. 6.

Clausula, & quibus dederis quid operetur. Conclusio. CCXCV.

1 CLAVSVLA in contractu non transitorio ad hæredes extraneos pro se, & hæredibus, & quibus dederit, operatur, quod etiam hæredes extranei dicantur comprehensi vti hanc esse communem * omnium opinionem dicit Curt. Iun. cons. 4. in princ. & cons. 130. num. 2. sequitur Clar. in §. emphyteusis. quæst. 28. num. 10. vbi * dicit * communem, & notandam conclusionem.

2 Extende, quia etiam comprehendit alienationem præsumptam ex testamento, & ab intestato. Curt. Iun. d. cons. 4. nu. 2. ver. sed præmissis, per totum, vbi comprobat multis argumentis.

Vide. Alienatio quid sit, & quæ dicatur alienatio. Conclus. 257.

Exten-

Digitized by Google

3 Extende, quia facit transire etiam in fiscum. Cur. Iun. d. conf. 4. nu. 21.

4 Contrarium tenet Deci. d. conf. 170. num. 2. & se, vbi quod hæc clausula absolute posita de per se importat extraneum successorem ex testamento, & inter viuos, & vniuersaliter, & particulariter, secus vero est quando ponitur post illa verba pro se, & hæredibus, & successoribus, quia tunc importat solum inter viuos, & de successore particulari. Decius late vbi supra.

Vide, & declara vt in ver. Fœudum pro se, & hæredibus, de quibus intelligatur. Conclus. 159.

5 Amplia, quia licet emphyteusis, & fœudum de sui natura non transeat ad extraneos, tamen transit, si conceditur cum clausula, & quibus dederis. Rolan. à Vall. conf. 55. num. 31. & seq. ver. verum * ijs non obstantibus, vbi num. 33. dicit * communem. lib. 3. vbi quod censetur data licentia alienandi fœudum, & emphyteusim, & plenius n. 36. * vbi citat plures. & dicit * communem.

6 Et operatur, quod emphyteusis etiam Ecclesiæ transeat ad hæredes extraneos. Rol. a Val. d. consil. 55. num. 33. ver. & operantur dicta verba. lib. 3. vbi citat plurimos.

7 Amplia, quia æquipollet clausulæ pro hæredibus quibuscunque, vt possit fœudum alienari, vel emphyteusis in extraneos, plures citat idē Rol. a Val. conf. 55. n. 34. & seq. lib. 3. ver. vel si inuestit, vbi citat plures concor. quod æquipollent istæ duæ clausulæ, & iterum conf. 79. num. 20. vbi quod æquiparantur. lib. 2.

8 Extende, quia imo plus operatur, quia etiam inter viuos potest alienari vigore clausulæ, quibus dederit, etiam sine consensu Domini. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 14.

9 Extende, quia idem operatur clausula ad dandum, & alienandum. Rol. a Val. d. conf. 55. n. 37. lib. 3. allegat Deci. conf. 680. col. 1. Gozad. conf. 9. n. 2. Paris. conf. 5. col. 2. in fi. lib. 1.

10 Extende, vt idem operetur clausula pro se, & cui voluerit dare, vel pro se, & quibus relinquere velit, vel pro se, & habituris causam ab eo, vel pro se, & cui iura sua concedere voluerit. Roland. a Vall. d. conf. 55. num. 38. & sequen. lib. 3. vbi alios citat.

11 Amplia, quia promittens retrouendere emphyteusim Titio, & quibus Titius dederit, obligat promittentem ad retrouendendum illis, quibus Titius dederit tale ius. Alex. conf. 218. Ponderatis, n. 5. & 6. ver. & similiter non obstat. lib. 6.

12 Amplia in inuestitura fœudi, quia si conceditur fœudum Titio pro se, & quibus dederit, &c. poterit inuestitus alienare fœudum irrequisito domino. Alex. conf. 218. nu. 6. lib. 6. vbi plena apostill. in ver. dederis, dat concor. plures.

13 Restringe, quia clausula, & quibus dederit, &c. quando fuit dictum pro se, hæredibus, & successoribus, & quibus dederit, non comprehendit extraneum non capacem, prout sortum in emphyteusi Ecclesiastica, vel alium prohibitum. Deci. plene conf. 170. In causa. nu. 3. ver. tertio considerandum est, vbi quod non comprehendit legitimatum.

14 Imo neque eo casu quando non est absolute posita, non comprehendit nisi contractum inter viuos, nō autem vltimam voluntatem, quia ex quo dixit de hæredibus, & successoribus, ita verba applicantur ad successionem vniuersalem ex vltima voluntate, ea autem verba, & quibus dederit, &c. ad contractum inter viuos, ne verba ista trahantur ad specialiter disposita. Deci. d. conf. 170. n. 2.

15 Restringe quando in fine fuit dictum, quod teneatur requirere consensum domini, quia tunc non operantur extra consensum. Deci. d. conf. 170. nu. 3. ver. quarto, & vltimo.

16 Amplia, quia hæc clausula alterat naturam emphyteusis, & fœudi, vt possit alienari. Rol. a Valle conf. 42. num. 30. lib. 1. licet in alijs remaneat emphyteusis, ita etiam Gabriel. conf. 84. n. 15. lib. 2. cum seq. quia non receditur propterea a propria natura emphyteusis, & feudi in alijs. Decius conf. 193. num. 5.

17 Contrarium quod imo non solum alterat naturam fœudi, & emphyteusis, vt possit libere alienari, sed imo sequuta alienatione sine alia licentia domini, ille, in quem est facta alienatio retinebit vti rem liberam, & allodialem, non autem vti feudalem. Rol. a Vall. conf. 2. nu. 137. & conf. 3. num. 61. lib. 1.

18 Limita, quia non potest alienari sine licentia domini. Deci. d. conf. 193. in fi.

19 Contrarium Roland. a Valle d. conf. 42. num. 30. lib. 1. sequitur Gabriel. d. conf. 84. nu. 15. lib. 2. Roland. conf. 1. num. 47. lib. 3. vbi quod operatur, quod fœudum potest alienari, & legari sine licentia domini, & hanc esse opinionem * communem, dicit idem Rolan. conf. 55. num. 44. lib. 3. vbi in fin. * tollit contraria, & dicit magis * communem, reprobato Signorol. Homod.

20 Limita, quia hęc clausula, & cui dederis, &c. intelligitur de capaci ad emphyteusim, ideo spurius etiam legitimatus ab Imperatore non erit capax emphyteusis Ecclesiasticæ ex ista clausula, plenissime Gabriel. conf. 83. per totum, & conf. 84. nu. 24. & seq. ver. ijs stantibus, per totum, vbi probat, & contraria tollit. lib. 2.

21 Contrarium tenet Anchar. conf. 427. n. 4. ver. sit per tertio. Alciat. conf. 34. lib. 1.

22 Et probatur contrarium, quia clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscunque admittit etiam spurios, seu naturales legitimatos. Afflict. decis. 386. Alciat. conf. 34. lib. 1.

23 Declara, quia nisi expresse dicatur de naturalibus, non veniunt, maxime quando fuit facta inuestitura pro se, & filijs, & descendentibus, & seu hęredibus, & dictum est legitimis, & naturalibus, quia licet addatur clausula, & quibus dederit, &c. tamen intelligi debet de extraneis legitimis, & naturalibus, nisi adesset vniuersalis dictio, & omnibus, & quibuscunque dederit, ita declarat, & bene Gabriel d. conf. 84 nu. 47. & seq. max. nu. 57. lib. 2.

Vide plenius in ver. Fœudum quando potest alienari, vel non. Concl. 186.

Vide. Fœudum pro se, & hæredibus de quibus intelligatur. Conclus. 159.

Vide. Hæredum appellatio an intelligatur de proprijs descendentibus, an de extraneis. Conclus. 79. & conclus. ibi prox. seq.

Clausula omnia, & singula, quid operetur. Conclusio.

CCXCVI.

1 CLAVSVLA omnia, & singula, operatur, vt omnia simul veniant in dispositione,

tione, & etiam quod omnia singulariter consentur comprehensa. Bald.consi.481. inter Ioann. & Aloysium.num.6.ver.omnia, & singula.lib.1.Dec. consil.512.num.6.Decian.cons.64.num.39. lib. 2. Oldrad.consil.300. Factum tale. Curt.Iun. consil. 74.num.3.

2 Extende,quia clausula omnia, & singula,importat specificationem specialem etiam si per relationem fiat.Rol.à Vall.cons. 1.nu.71. lib.3.

3 Extende in promissione de vendendo omnia, & singula bona, quia continet specifice etiam ea, quæ de iure communi non venirent, prout in bonis emphyteuticis.Curt.Iun.cons.74.num.3.

4 Extende, quia quis per verba illa, omnia, & singula in ratificatione apposita, censetur approbare singulariter omnia in contractu ratificato contenta.Aretin. cons.114. in fin. vbi limitat nisi error præsumeretur, prout in minore.

5 Restringe, quia talis clausula omnia comprehendit circa expressa, secus autem circa non expressa, ideo si concedatur alicui priuilegium circa aliqua in omnibus, & per omnia, non extendit hæc clausula extra expressa. Cephal. plene cons.186.num.58.lib.2.

Vide.Dictiones, omnia,& singula,quid importent. Conclus.321.

6 Amplia in derogatione, quia si omnia, & singula contraria tolluntur, perinde est, ac si omnia essent specificata contraria. Decian. cons. 5. num. 58. maxime dicit stantibus clausulis, motu proprio,& ex certa scientia.lib.1.

7 Amplia, quia licet approbatio testamenti paterni in genere non noceat filio in legitima, tamen secus est si approbat filius testamentum, & omnia, & singula in eo contenta. Paris. cons. 12. num.104.lib.3.

8 Amplia, quia de materia istius clausulæ est, vt nihil prætermissum censeatur. Ias. in l. 1. ff. de legat. 1.num.24.& in l.Titia. §.fin.num.3. ff. de verb. oblig.

9 Declara, quia clausula omnia, & singula supradicta, & intrascripta perpetuo firma rata, & gratia habere, tenere, attendere, & obseruare, non contrafacere, non contrauenire, &c. est de stylo nostrorum pomifolia, & ideo non operatur in rustico, circa ea, quorum præsumitur habere ignorantiam, nisi sit certificatus. Alex.cons. 2.Ponderatis,in princ. lib.6.

10 Et idem dicit de clausula, quibus omnibus, & singulis, ac exceptioni doli mali in factum actioni, condictioni sine causa, seu non vera, iusta, & non legitima causa, omnique fictioni, simulationi, deceptioni, læsioni, & fraudi, &c. renunciauit, quia non præiudicat rustico, quin possit læsus vltra dimidiam agere, quia si non iuranit, debuit certiorari in ijs, quorum præsumitur habuisse ignorantiam. Alex.d.cons.1. in princ. & per totum.lib.6.

11 Amplia, quia clausula, quæ omnia, & singula promisit attendere,&c. refertur nedum ad dispositiua,sed etiã ad enunciatiua instrumenti, quia inducit specificationem singularem,& sigillatam omnium, ita Crauett.cons. 866.nu.19,allegat Alex. cons.17.lib.4.in princ.Ruin.cons.101. in princ. & cons.137.nu.6.lib.1.

12 Et talia verba cum iuramento adeo probant inter contrahentes, vt extendantur etiam ad ignorata, & non auditur volens contrauenire, quia saltem in genere cogitauit. Alexand. cons. 14. Visis.nu.14.& 25.ver.octauo. lib.6. vbi, quod procedit etiam in minore.

Vide. Consensus non trahitur ad ignorata, & quando secus. Conclus.754.

13 Extende, quia illa verba, quæ omnia,& singula, &c. in tantum sunt vniuersalia, & habent vim specialis expressionis omnium, vt etiam si in minimo deficiat, committatur pœna, late Crauett. cons. 787. num. 8. allegat plures in specie Corn. consil.95.colum.3. lib. 4.

14 Extende etiam in iuramento super omnibus,& singulis interposito, quia refertur specifice ad omnia etiam minima, ac si specialiter super singulo esset iuratum, ita Gabriel. cons.144. nu.68. & seq.lib.2.vbi plura adducit similia quod operetur super singulis specificatis.

15 Declara, quia vbi requiritur mentio legati adempti, non sufficeret hæc clausula ad adimendum in totum, sed concurrerent pro medietate primus, & secundus legatarius. Gabriel. consil. 118.num.22.& seq.lib.2.

16 Extende, quia minor, qui dixit se maiorem, & iurauit omnia, & singula esse vera, non auditur, si vult docere se minorem, quia verba illa, omnia, & singula, exprimunt omnia, etiam dum dixit se maiorem. Alexand.cons.17.Ponderatis. num.2.lib.3.sequitur Ruin.consil.103.num.10. in fin. & num. 11. lib. 4. Paris. consil. 97.num. 90. & seq. lib. 1. & vide infra nu.22.

17 Et maxime, quando adest clausula singula singulis congrue referendo, quia habet vim specificationis omnium, & singulorum, ac si de nouo specificarentur. Paris. d. consil. 97. num. 90. & seq. lib.1.

18 Amplia, quia licet clausula generalis omnia, ieiu geminata in omnibus, & per omnia, restrictionem patiatur à verisimili mente, ab habilitate, & multis modis, tamen secus est in clausula, omnia, & singula, &c. quia specificat singula dicta, ideo non patitur restrictionem.Ias.in l.1.nu. 24. ff.de legat. 1. & plenius in l. Titia.§.fin.num. 3.ff.de verb.oblig.

19 Amplia, quia dictio, omnia, est vniuersalis, cui quando additur alia dictio, & singula, tunc clausula omnia, & singula,nullam patitur restrictionem, sed omnia comprehendit præcisè.Ias. d. l.1.num.24.ff.de legat.1. vbi allegat text. in cap. vt circa. §. 1. in ver. omnia, & singula, de elect. in 6.

Vide. Verba importancia vniuersalem dictionem quę sint. Conclus. 120.

20 Hinc notarij ponunt hanc clausulam,quod partes sub pœna promittunt seruare omnia, & singula in instrumento contenta, quæ operatur expressionem omnium, ac si singulariter omnibus esset appositа,late Ias.in l.Titia.§.fin.nu.3. ff.de verb. oblig. vbi plura infert ex hac clausula.

21 Et talis clausula continet omnia,& singula,quę sunt premissa, siue principaliter, siue incidenter, siue accessorie,plene Alex. cons.17.Ponderatis.n. 2.lib.3.sequitur Ruin.cons.103.nu.11.lib.4.Paris. cons.97.nu.90.& seq. lib.1.

22 Et infert Ruin.d.cons.103.in fi.lib.4.quod si minor dixit se maiorẽ, & promisit cũ iuramento omnia,& singula esse vera,nõ debet audiri volẽs docere se minorem,quia omnia,& singula etiam affecta simpliciter comprehendit.& vide sup.nu.16.

Et

23 Et continet omnia asserta,& dicta,omnes qualitates,& circunstantias negocij,vel delicti.Ruin. d.cons.103.nu.11.lib.4.in tantum quod si quis de adulterio inquisitus,quod adulterauit talem mulierem vxorem talis,si negat omnia,& singula cõtenta in inquisitione, negat etiam matrimonium mulieris cum tali.Bar.cons. 113. Processum.in fi. libro 1.

24 Et dicit Paris.cons.97.num.92.lib.1.quod clausula omnia,& singula prædicta importat nedum, vt omnia simul,sed etiam omnia singulariter, & de per se.

25 Limita, quia sola dictio, omnia, est vniuersalis, & omnia comprehendit, sed tamen patitur restrictionem ne sequatur absurdum, vel inferatur damnum tertio.Ias.post alios,in l.1. ff.de leg.1.nu.22.ver.secundo limita.

26 Limita, quia istæ clausulæ in parte exequutiua positæ non augent obligationem.

Vide in ver. Clausulę exequutiuę accessoriæ non ampliant.Concl.312.

Vide.Clausulæ singula singulis congrue referendo quid operetur.Concl.324.

Vide.Clausulæ mandatorum procuræ diuersæ. Conclusio.364.nu.14.& seq.

Vide.Clausula in omnibus, & per omnia quid operetur.Concluſ.354.

Vide. Dictiones omnia & singula quid importent.Concl.321.

Clausula ad habendum,tenendum, & quicquid placuerit faciendum quid operetur. Concluſ.CCXCVII.

1 CLAVSVLA, ad habendum,tenendum omnia,quæ continentur inter dictos confines, &c.operatur, vt venditio censeatur in dubio facta ad corpus,etiam si mensura sit specificata, & contractus sit dubius.Paris.cons. 64. Luculenter, & copiosè,nume. 34.ver.ad quæ bene facit.Deci. cons.500.In causa quæ Mantuæ,nu.4.uer.sed obstare videtur.

2 Declara,quia clausula ad habendum,&c. inducit corpus,ita vt venditio ad corpus sit facta, si est in parte substantiali contractus, secus uero si est in parte exequutiua, quia non ampliat contractum.Deci.d.cons. 500.nu.6.& seq.

3 Restringe in datione bonorum facta per patrem genero,quia dicta clausula ad habendum,& quicquid sibi,& suis placuerit faciendum,&c.non intelligitur respectu filiorum,& hæredum sed generi solius,nec operatur, vt bona non sint restituenda filiæ, cuius contemplatione data sunt soluto matrimonio.Oldr.cons.345.num.6.ver. non obstat si dicatur.

4 Amplia, quia operatur, vt donatio facta piæ causæ,quæ est dubia an sit inter uiuos, vel causa mortis,censeatur inter viuos.Bal.cons.107.Anno Domini,col.fi.ver.& quia etiam,lib.2.

5 Amplia, quia respicit dominij translationem hæc clausula,ideo si sit dictum ad habendum, tenendum,& vsufructuandũ ad vitam suam,important hæc verba translationem dominij in vita non autẽ solius vsusfructus.Bal.cons.372.Factum sic proponitur,nu.3.ver.videamus ergo,lib.2.

6 Declara, quod idem est in transactione filiorũ cũ matre indotata,quia si dant dotẽ ex bonis mariti,quæ erit reuersura ad filios primi mariti dotantis,vel legantis,licet dicatur ad habendum iure proprio,& disponendum, tamen operantur d. verba translationem dominij loco possessionis,& vsusfructus ad vitam vxoris tantum, quando de hæredibus mulieris nõ est facta mentio.Castren. cons.149.circa med.ver.& illa verba,lib.2.

7 Amplia,quia importat consequenter translationem dominij.Pedemont.decis.164. in prin.vbi quod importat facultatem alienandi. Roland. a Valle.cons.55.nu.43.lib.3.Soci.cons.9.n. 33.ver. nono clarissime,lib.1.Grat.cons.7.nu.20.lib.2.Nã idem sunt plenum dominium, & plena facultas alienandi,dicit Soci.d.cons.9.nu.54.lib.1.& quod * importat facultatem alienandi, dicit * communem.Pedemon.decis.164.in prin.Franc. Beccius, cons.42.nu.8. Rolan.a Valle.cons.61.nu.48.lib.2. allegat Guidopa.decis.145.& alios.

8 Extende,quia clausula ad habendũ,&c.importat licentiam alienandi,si est in parte dispositiua. * Pedemont.decis.164.in prin.vbi dicit * communem,& sic importat,quod fęudum possit alienari. Franc.Becci.cons.88.nu.49.vbi sequitur decis.Pe * demont. & dicit * communem.

9 Extende,quia importat idem,quod clausula,& quibus dederis,vel pro se,& quibus dederis, uel quibuscunq,Franc.Beccius.cons.88.nu.22.& seq. vbi num.24.plures allegat,

10 Restringe,quando ponitur in clausulis exequutiuis, quia non alterat dispositionem Pedemont. decis.164.nu.2.& seq.& num.3.declarat, quando dicatur posita in dispositiua,uel non.

11 Amplia, quia hæc clausula ad habendum, &c. in parte dispositiua inuestituræ fęudi operatur, vt sit data licentia vassallo alienandi fœudum sine licentia,ita Rolan.a Valle.cons.55.nu. 44. vbi * dicit * communem,lib.3.

12 Extende,vt idem sit in emphyteusi.Deci.cons. 500.cum seq.plene etiam Corbol.tract. de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob alien. in 3.limita. fol.248.

13 Restringe,quando adest clausula prafata,& pactum quod sine licentia non alienet, quia tunc non operatur hæc clausula in præiudicium pacti plene Corbol.ubi supra allegat Deci. cons.171. num.3.uer.quarto & ultimo.Cur.Iuni. cons. 136. numer.6.& plurimos.

14 Restringe,quando esset in uerbis exequutiuis. Corbol.ubi supra,nu.7.& seq.

15 Declara,quia inspicienda sunt verba,quia non operatur,nisi quoad primum acquirentem si ipse nominatur non alij.Corbol.ubi supra,quem uide, quia ponit aliquas difficultates, quando ius quæritur pluribus ordine successiuo.

16 Amplia, quia inducit remissionem fideicommissi in diuisione,quando est in parte dispositiua. Rolan.d.cons.55.nu.42.& seq. libr.3. dc.quo plenius, in uer.Diuisio an præiudicet fideicommisso, & alijs.Conclusio.543.uer.Limita, quando in diuisione est clausula.

Vide. Fideicommissum quando censeatur remissum,uel non.Concluſ.286.

17 Extende,quia in adiudicatione,& diuisione bonorum fęudalium inducit remissionem iuris fœudi,ut nõ possit molestari prætextu inuestituraru.

vel incapacitatis,quia non fit legitimatio bina, maxime quãdo promiſit manutenere,Caſtr.conſ. 462.Viſis,& conſideratis,lib.1.in fin.

18 Limita,quia licet importet facultatem alienã di,quando eſt in diſpoſitiua, tamen ſi eſt in contractu feudali antiquo debito filiis,non intelligitur,cum præiudicio filiorum,quia conciliari debet cum natura contractus, & maxime, quando adiſet clauſula ſaluo iure filiorum,ita Oſaſch. d. deciſ.Pedemont.164.nu.4.& ſeq.per totam, uer. animaduertendum,

19 Extende, quia talia uerba ad habendum,alienandum,&c.intelligi debent legitime ſecundum quod iura diſponunt in illa materia. Bart. conſ. 72.Ex facto.nu,6.uer.ex quibus apparet,lib.1.

20 Limita, quia clauſula ad habendum, &c. non importat conſtitutum,neq.traditionem poſſeſſionis fictæ Alex. conſ,28.in prin,libi2,

21 Limita,quia non importat facultatem capiendi propria authoritate.Angel.Areti.conſ.77. In caſu ſupradicto.n.30.& ſeq.uer.nõ obſtat tertiũ.

22 Declara,quia talis clauſula intelligitur ſecundum naturam contractus,ideo ſi eſt facta conceſſio in emphyteuſim duobus,cũ pacto,quod mortuo vno deueniat in alterum,licet adſit clauſula ad habendum,& quicquid placuerit faciendum, tamen intelligitur,dummodo præmiſſa ſalua ſint, & ſic ſecundum naturam contractus intelligitur. Bal.conſ.452.Heredi habenti per totum,lib.5.

Clauſula,& ſi plus res valet, donat, quid operetur. Concluſio. CCXCVIII.

1 CLAVSVLA in venditione poſita,in qua dicitur,quod ſi res vendita plus ualet,uenditor donat emptori,eſt captioſa,ideo reſtringitur ad modicam quantitatem.Bal.conſ.376.Caſus talis Domina,in fi.uer.illa autem uerba.

2 Extende,quia hæc clauſula,& ſi plus ualet donat,&c.appoſita in uenditione, uel ceſſione facta per minorem non operatur aliquid propter dolum,& fraudem contrahentis cum minore. Alex. conſ.125.Viſis,& conſideratis,col.1.in fin. uer.& dicit Anton.lib.1. ubi quod eo ipſo minor donat uidetur male conſumere.

3 Declara extenſionem, vt ſit vera, quando in turpem cauſam faceret minor,& ſine iuramento, ueluti ſi mandaret Titio,quod fideiubet pro meretrice,cui volebat minor donare,ſecus ſi in cauſam honeſtam,& cum iuramento donaret, quia iuramentum ualidat contractum, & donationem minoris.Alex.d.conſ.125. nu.10. uer. nec obſtat, quod contrahens,lib.1.

4 Extende,quia clauſula iſta,ſi plus ualet donat, &c, nihil operatur,ſi de conſuetudine notariorũ conſueuit apponi.Alex.d.conſ.115.col.penul. nu. 20. uer.nec obſtat quod notarius,lib.1.ubi quod appoſita præſumitur in dubio ratione officij a notario,ut quia a partibus ſit mandatum,maxime in donatione,ſecus forte in uenditione, quia de conſuetudine apponitur in uenditione,& alieno contractu diuerſo à donatione,

5 Reſtringe,quia hæc clauſula operatur, quando eſt in contractu minoris appoſita per minorem ex certa ſcientia,& multo magis in contractu maioris,quia tollit læſionem,quando ex certa ſcientia donauit,niſi conſtaret,quod uoluit donare parum,& donatio eſſet immenſa.Alex. dict. conſ.125.nu.7.lib.1.vbi dat pro cautela quod apponatur clauſula ex certa ſcientia.

6 Reſtringe in maiore uendente,quãdo iſta clauſula eſſet per uerba prægnantia,& ſi plus ualet totum illud plus ſiue in parua,ſiue in magna,& quãtauis quantitate libere,ex certa ſcientia donat inter uiuos, quia tunc non poteſt dari de modicitate pretij,uel læſione,plene Alexan.conſ.28.In cauſa,& lite,n.6.& 7.ver.3.reſponderi poteſt,lib. 5.vbi reſpondet ad l.ab Anaſtaſio. C. manda. ut non obſtet quia loquitur,& eſt ſpeciale in odium redimentis litem,& iterum conſ.105.Ponderatis circa fi.nu.3.uer.nec puto,lib.6.allegat. Bar. in l. ſi quis,cum aliter,ad fin.ff.de uerbor. obligatio. * quem DD.ſequuntur * communiter, vt per Fabia.de Monte,in tracta.emptio.& uenditione. q. octaua princip.in 4.quæſt.

Vide.Ceſſio iurium quando præſumatur fraudolenta,uel non.Concl.209.

7 Contra reſtrictionem tenet apoſtilla ad Alex. d.conſ.105.nu.3.lib.6.in uer. Bar. ubi quod licet * opinio.Bar. ſit * communis, tamen non credit, quod ex clauſula generali poſſit ſubſtineri læſio enormiſſima,niſi conſtaret de uera ſcientia valoris ipſius uenditoris.allegat Caſt.d.l.cum aliter. ff.de uerbo.obligatio,& alios,& hoc uidetur uelle Alex.conſ.1.nu.2.& ſeq.maxime nu.6.uer.poſſent etiam.lib.6.ubi quod generalis renunciatio 8 non ſufficit,vt tollatur læſio enormiſſima, niſi laeſus ſit ſpecifice informatus de ualore.

8 Declara,quia ſi ſumus in homine rudi,& groſſo,procat in ruſtico,& ſimilibus,contrariũm procedit:in homine vero ſagaci reſtrictio habet locum,& hoc quando ſuper ipſa renunciatione gegerali non interuenit iuramentum,ſi uero interuenit iuramentum,præſumitur certioratus,& cogitaſſe.ita Alex.d.conſ.1.nu.5.in fi.uer. & hæc ſaltem.lib.6.& plenius conſ. 17.nu.2.lib.3. vbi apotil.dat concord.

9 Amplia,quando non adeſſent illa uerba,quod uenditor ſit certus rem plus ualere, quia tunc operatur ſolum quoad modicam ſummam, non autem quando adeſſet læſio vltra dimidiam. Bal. d.conſ.3.in prin.& per totum.lib.3.

10 Amplia,quando talis clauſula etiam cum illis uerbis,quod uenditor ſit certus de maiori valore,eſſet in cõtractu uenditionis,cum pacto retro uendendi,& emptor eſſet ſolitus in fraudem uſurarum ita contrahere,iuncta modicitate precij, quia nihil operatur.Bal.d.conſ.3.libr.3. maxime circa fi.uer.ſi tamen alia.

11 Contrarium, quando pactum eſſet ex interuallo, quia non poſſunt geſta ex interuallo coniungi ad ſimulationem, & quando fuerunt uerba prægnantia,& ſi plus ualet in quacunq.magna,& maxima quantitate ex certa ſcientia libere donat,ita Alex.conſ.28.nu. 6.& 7. uer. tertio reſponderi poteſt.lib.5.ubi plena apoſtil. in uer. interuallo,dat plures concord.& Deci.conſ. 463. nu.7.eſt uerum quod Alexand.loquitur, quando duo tantum concurrebant, ſcilicet pactum de retrouendendo, & modicitas pretij,quod eſt conſiderandũ,quia non eſſet contrariũ,ſed diuerſum

12 Limita, quia clauſula poſita in uenditione facta cum pacto de retrouendendo, quod uendi-

venditor certificatus, quod res vendita plus valet, & propterea illud plus donat irreuocabiliter inter uiuos, &c. operatur, vt quando fit mentio, quod venditor scit rem ualere plus, non possit agere ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. etiam si esset læsus vltra dimidiam. Bald. consi. 3. Casus talis est quidam, lib. 3. num. 1. uer. in contrarium videtur.

13 Declara, quia maritus dando in solutum vxori pro dote bona plus valentia cum clausula, & si plus valet donat, &c. censetur donare, ita quod donatio morte mariti confirmatur in præiudicium hæredum, secus vero in præiudicium creditorum, & habentium fideicommissum. Bald. cons. 343. Visis dicto puncto, in pri. lib. 3. vbi loquitur, quando renunciauit maritus l. 2. C. de rescind. uend. in eo pluri quod res data in solutum valet.

Clausula promittens habere ratum, & non contrafacere, vel contrauenire, quid operetur. Concl. CCXCIX.

1 CLAVSVLA promittens non contrafacere, vel venire importat perpetuitatem, vt non faciat, vel veniat contra, per se, nec per aliũ. Oldrad. cons. 243. Factum tale est rectores, in fin. ver. tertia ratio.

2 Ampliæ in tantum, vt hæc clausula apposita in contractu habente promissionem, donec placuerit promittenti, si talis contractus confirmetur cum clausula, promittens non contrauenire &c. importat, ne vllo modo, neque vllo tempore possit venire cõtra, & alterat primũ contractũ ad placitum, et efficitur ex necessitate obligatorius. Oldrad. consil. 243. in fin. vbi dicit negationem tollendam, & repugnantiam.

3 Amplia, quia hæc clausula in contractu promittens ratum habere perpetuo, & non contrafacere, &c. importat renunciationem læsionis, ex l. 2. C. de rescind. vend. Castrens. cons. 387. Per supradictum in fi. lib. 2.

4 Item tollit præscriptionem. apostil. ad decis. Tholos. 220. Socin. consil. 86. col. fin. ver. secundo probatur, lib. 1. & cons. 166. col. pen. ver. secundo probatur, lib. 2. nu. 10.

5 Et maxime tollit effectum præscriptionis, si ab habente iura Principis promittatur. Socin. dict. cons. 166. nu. 10. lib. 2.

6 Limita, quia ista clausula promittens perpetuo attendere, & non venire contra, posita in contractu conditionali intelligitur, & restringitur, vt postquam extiterit conditio, vel quousque existere poterit, obligetur, non si defecerit. Castrens. cons. 225. Pro euidentia, in prin. ver. nam omnia uerba, lib. 2.

7 Extende, quia hæc clausula non saldat contractum, in quo error induxit contrahentem. Castr. d. cons. 225. nu. 3. ver. ex ijs patet, lib. 2.

Vide. Clausulę mandatorum procurę diuersę, & quid operentur. Conclusio. 364. numer. 24. uer. Clausula promittẽs habere ratum, vbi late, quod multa operatur hæc clausula promittens habere ratum, & gratum. &c.

Clausula rato manente contractu quid operetur. Conclusio. CCC.

1 CLAVSVLA, rata manente donatione facta, ex certa causa implementi operatur, quod licet reuocari possit, si donatarius non implet ex parte sua, tamen ex quo in promissione implendi dicitur, quod promisit implere, & obseruare sub refectione damnorum. rata manente donatione, ipsa donatio non potest rescindi ex hoc capite, quia est in facultate donatarii reficere damna. Bald. cons. 18. Notissimum est. in prin. lib. 1. qui loquitur etiam si interuenit iuramentum.

2 Et idem est in compromisso, quod faciat committi pœnam, & ualere laudum. Castren. cons. 116. Viso compromisso, col. 2. ver. potuisset autẽ, li. 1.

3 Et de communi vsu instrumentorum hæc clausula apponi consueuit Bald. d. cons. 341. in fin. lib. 3. & ponitur diuersis modis, aliquando rato manente pacto, vt per Bal. vbi supra, aliquando ponitur, qua pœna soluta, vel non firma maneant omnia præmissa. Alex. cons. 49. Paucis, nu. 16. ver. & secundum prædicta, lib. 4. & cons. 196. Visis. num. 2. in fi. ver. & præsertim, & cons. 206. Viso, & examinato. nu. 1. ver. sed d. clausula. lib. 7.

4 Etsi nõ esset apposita, & contractus sit iuratus, idem est, quia iuramentum habet vim clausulæ rato manente. Alex. d. cons. 206. in prin. uer. sed dicta clausula. lib. 7. vbi dicit * communem.

5 Amplia, quia hæc clausula rato manente pacto inducit nouationem obligationis in prejudicium contrauenientis. Bal. d. cons. 341. in fi. lib. 3.

6 Declara secundum Alex. cons. 49. Paucis, num. 16. uer. & secundum prædicta, lib. 4. quia non impedit purgationem moræ, sed importat quod per solutionem pœnæ non est sublata actio principalis, & sic tollit nouationem quæ posset prætendi.

7 Et operatur, quod contraueniens semel incidit in pœnam, & si iterum contraueniat, iterum, & toties incidit in pœnam, l. qui fidem. C. de transact. Castren. cons. 415. Viso, in fin. uer. circa quartum. lib. 2. Alex. cons. 157. Viso themate, n. 8. uer. vltra dictæ pœnæ exactionem, lib. 6.

8 Declara, quia si contrauenit, puta dando libellum, prosequendo, appellando, & plures actus contrauentionis faciendo, pœna non committitur, nisi semel, non autem per singulos actus, qui tendunt ad idem, & ad prosequutionem. Castren. d. consil. 415. in fin. ver. circa tertium, lib. 2.

Vide. Pena, & mora commissa in contractu quoties committatur. Concl. 245.

9 Amplia, quia operatur hæc clausula, quod petitur pœna, & nihilominus firma manet obligatio, & datur exequutio obligationis, & sic vtrunque debetur. Alex. d. cons. 32. Opportune, num. 6. ver. non obstat quod Dominicus Zanotus. lib. 2. & cons. 157. nu. 8. lib. 6.

10 Extende, quia operatur, quod colonus non implens domino potest expelli propria authoritate, etiam si petita sit pœna conuentionalis, quia vtrunq. remedium competit, stante hac clausula, quod non esset si illa non extaret. Alex. cons. 105. * Magnifice, nu 5. ver. non obstat. lib. 3. vbi dicit * communem.

Digitized by Google

11 Extende,quia hæc clauſula rato manente, &c. operatur quod emphyteuta, qui non ſoluit infra triennium, & poteſt expelli ob non ſolutum canonem,poterit etiam expelli ſi dominus receperit canonem pro præterito,quia poteſt vtrunque conſequi,uidelicet canonem præteritum,& expulſionem,quia ſunt compatibilia, ſecus ſi recepiſſet canonem pro futuro, quia tunc non poſſunt cõpati,quod expellat,&pro futuro habeat eũ pro emphyteuta.Alex.conſ.196.Viſis nu,2,& ſeq.ver. nec ad hoc obſtat,& plenius conſ.206.Viſo,& examinato.num,2.uer.ad prædictorum confirmationem,lib. 7. ubi apoſtilla in ver. futuri, dat concord.

12 Extende,vt idem ſit in omni contractu, in quo promiſſa eſt pœna conuentionalis exigibilis in caſu non obſeruantiæ promiſſorum,quia in caſu inobſeruantiæ commiſſa pœna poteſt exigi etiam ſi exigatur promiſſum,in quo defecerat,quia quando adeſt clauſula rato manente,&c.vel iuramentum,quod operatur idem, utrunque poteſt peti, quia compatiuntur,quod ego pœnam ſemel commiſſam conſequar,etiam quod contractus obſeruetur propter clauſulam rato manente.Alex.plene d.conſ.206.in prin.& per totum,lib.7.vbi multa ſimilia deducit.

13 Declara tamen,quia etiam ſi pro futuro reciperet ab emphyteuta ſibi non præiudicat in caducitate, quando recipit cum proteſtatione ſalua caducitate.Alex.d.conſ.206.numer.2. lib.7.& ibi apoſtil. in uer futuri, idem dicit quando recipit tanquam fructus a detentore.

14 Ponitur etiam hæc clauſula per alia uerba,videlicet ſub pœna,&c.qua pœna ſoluta,vel non,firma maneant omnia præmiſſa, &c. de qua Alex. conſ. 49.Paucis.nu.16.ver.& ſecundum prædicta. lib.4.quod eſt Antonii de Prato veteri, vbi quod non impedit purgationem moræ, ſed importat, quod per ſolutionem pœnæ non eſt ſublata obligatio principalis, & ſic tollit nouationem, quæ poſſet prætendi.

15 Limita, quod clauſula rato manente pacto iuuat,& operetur in fauorem obſeruantis pactum, vel contractum, non autem iuuat contrauenientem.Bal.conſ.341.Sequitur videre. lib.3.Im.in c. potuit.nu.28.locati.Alex.conſ.32.Opportunc.n. 9.lib.2.& in l.cum proponas.la ſeconda.C.de pactis.in fi.Bart.in l.cum pater.§.libertis.nu.5.ff.de leg.2.Feli.in c.peruenit.il ſecondo.col.fi.ver,quintus caſus,de iureiur. Caſtr. conſ.116.col.2.lib.1. ver.potuiſſet autem. Fr.Aret.conſ.14.Viſo,& diligenter.nu.18.in fi.ver.prima concluſio.

16 Et quod iſta clauſula rato manente pacto operetur ſolum quoad primum offendentem,non autem quoad offenſum, & qualiter procedat, vide Iul.Clar.in §.fi.crimi.q.47.n. 7.& 8.vbi declarat.

17 Extende,quia talis clauſula,rato manente pacto, &c. non operatur ad fauorem eius, qui non ſeruauit pacta, etiam ſi velit ſoluere pœnam conuentam.Fran.Aret.d.conſ.14.n. 18.in fi.verſi. prima concluſio.

18 Contrarium tenet Bal.in l.cum proponas.C.de pactis, quia ſi pars contraueniens ſoluit pœnam impoſitam ob contrauentionem,videtur ſeruare contractum,ſed tamen Fran.Aret.d.conſ.14.n.18. * in fi.dicit hoc dictum communiter non teneri.

19 Declara igitur,quia exceptio eſt communis, & contrarium poteſt procedere,quando is,qui contrauenit, ſoluit pœnam, & is,cui fuit contrauentum ſponte recipit pœnam, ſecus vero eſt ſi recuſat recipere.Fran.Aret.d.conſ.14.nu.18.in fi.ver. præterea etiam.

20 Declara plene totam iſtam materima, quia clauſula rata manente pace, operatur quod is qui primo offendit,& rupit pacem, iterum obligatur ad pacem, & rumpendo alia vice toties committit pœnam,& ita debet intelligi.D. Andr.in addit.ad Specu.in rubr.circa fin.de treugua,& pace,quo vero ad offenſum non operatur, quia non obſtante tali clauſula poteſt ſe vendicare,& offendere fractorem pacis, & illam nõ rũpit, dummodo faciat incontinẽti, uidelicet infra paucos dies,ita Alex.conſ.115.Viſo themate.n.7.& * ſeq.ver. alia ratio.lib.4.vbi dicit * magis communes,& veras concluſiones,vbi apoſtilla in ver. obſeruantis,dat plures concor.

21 Sed tamen intelligas,vt per Dec.conſ.380.per tot. quia ſi is qui primo fuit offenſus, & poterat petere pœnam,antequam exegerit pœnam,offendat primum offendentem non rumpit pacem,tamen repellitur a petita pœna a primo offendente,quia neq. ipſe ſeruauit,ideo non poteſt agere, ſed credo non eſſe verum, quia imo ſecundus offendens ſeruauit, quia ex noua cauſa motus fuit Alex.d.conſ.115,n.4.& ſeq.lib.4.

22 Limita,quia clauſula rato manente pacto,in pace non operatur aliquid ſi rumpatur ex noua cauſa,quia non eſt rupta.Maſcar.concl.1152.n. 26.& idẽ eſt ſi adeſt clauſula,toties cõmittatur,quoties rupta ſit,quia non rumpitur ex noua cauſa, Maſcard.ubi ſupra.quæ.32.vbi de *communi.

23 Extende,quia licet pax ſit facta ſub pœna committenda toties, quoties, tamen ſi offenſa fiat in perſona,vel bonis, & vnus de comprehenſis in pace offendat, vel interficiat alium de comprehenſis, poſtea etiam derobet bona occiſi quoad fideiuſſores debetur vnica pœna, quia mortuo interfecto amplius non committitur pœna, ſecus vero eſt quoad principales, vel ſi primo fiat offenſa in bonis,poſtea in perſona, vel ſi eodem momento ſpoliaretur occiſus,quia duæ pœnæ deberentur.Bal.conſ.387.Proponitur quod lib.4.per totum.

24 Et quod clauſula rata manente pace,non tueatur eum,qui pacem fregit, ſed alios ſic, Corneus conſ.40. In hac conſultatione, num. 10. & in fin. lib.2.

25 Declara,quia quando non adeſt clauſula rato manente pacto,ſimplum ineſt in duplo,& non poteſt exigi ſimplum,& duplum in pœna dupli promiſſa ſine clauſula rato,&c. Angel.conſ.291.nu.3. ver.deſcendo igitur.

Vide. Clauſulæ compromiſſorum,& earum importantia.Concluſio.286.nu.47. & ſeq. vbi quod operetur in compromiſſo.

Clauſula, & pro potiori cautela, quid operetur. Concluſio. CCCI.

1 VERBA illa,pro maiori, vel potiori cautela,inducunt abundantem prouiſionem,quæ ſi ſufficiant iam diſpoſita.Pariſ.conſil.117. num. 14.libro 1.

Vide.

Vide. Abundans cautela non nocet, Concluſione 67.

Clauſula, &c. quid comprehendat, & quæ poſsint addi per notarium in extenſione. Concluſ. CCCII.

1 CLAVSVLA, &c. continet omnia, quæ de ſtylo notarij in inſtrumento conſueuerunt extendi. Bal. conſ. 384. Duo inſtrumenta, in princ. lib. 3. Zabarell. conſ. 133. in princ. col. 2. ver. aliter reſpondemus, vbi, quod ſi notarius ſubſcripſit ego Antonius Petri, &c. licet non dicat notarius, neq; rogatus, tamen præſumitur rogatus, quia de natura contractus, & ſtylo apponitur.

2 Extende, quia continet omnia, quæ ſunt de conſuetudine loquentis in illa materia, de qua loquitur Iaſ. poſt Bart. & alios in l. Gallus. §. idem credendum. num. 7. ff. de liber. & poſthum. vbi apoſtilla. Crauet. conſ. 512. In ſchedis, vbi late Burſat. conſ. 150. nu. 85. & ſeq. latius Iaſ. in l. certi conditio. §. ſi nummos. nu. 24. ver. adde etiam, ff. ſi cert. pet. vbi plura allegat.

3 Extende, quia ſub clauſula, &c, veniunt omnia, quæ ſunt de vſu, & conſuetudine. Iaſ. d. l. Gallus. §. idem credendum. num. 12. ff. de liber. & poſthum.

4 Extende, quia venit guarentigia, quæ poteſt extendi, quando communiter de conſuetudine ſolet poni in inſtrumentis. Iaſ. vbi ſupra, num. 22.

5 Extende nedum in inſtrumentis, ſed in omni diſpoſitione legali, & hominis, & in litteris Papæ, quia omnes clauſulæ, quæ ſunt de conſuetudine, habentur pro appoſitis ſecundum conſuetudinem, & vſum communem, vide infinita exempla per Iaſ. in d. l. certi conditio. §. ſi nummos. num. 5. ver. tertio not. cum multis ſeqq. ff. ſi cert. pet.

6 Extende, quia venit clauſula præcarij, ſi de conſuetudine ſolet apponi, quod relatiue dicit Iaſ. cum declaratione in d. l. certi. §. ſi nummos. nu. 26. ff. ſi cert. pet.

7 Et de clauſula conſtituti, licet ſit res dubia, tamen quod poſſit extendi, tuetur Ruin. in l. Gallus. §. idem credendum. num. 9. & ſeq. ff. de liber. & poſthum. vbi extendit, ſiue fiat in conſpectu rei, ſiue non.

8 Imo contrarium in conſtituto tenet Alex. conſ. 28. Viſo. num. 4. lib. 2.

9 Declara omnes extenſiones, vt procedant in iis, quæ communiter fieri ſolent, non autem in iis, quæ de raro fieri ſolent. Bart. in l. Scio. §. medico, per illum text. ff. de annuis legat. quem refert, & ſequitur Iaſ. d. l. certi. §. ſi nummos. nu. 26. in fin. ver. ſecundo intellige. ff. ſi cert. pet. & eſt text. in l. nam ad ea, cum ibi not. ff. de legib.

10 Declara, quia procedunt ex generali præſumptione, ſed ſi in contrarium eſſet ſpecialis præſumptio, tunc non fieret extenſio. Alex. conſ. 28. nu. 10. ver. præterea. lib. 2. vbi ponit exemplum in conſtituto, quod poteſt ſuppleri, ſecus, ſi donans ſemper longo tempore ſuo nomine poſſederit, quia ceſſat extenſio conſtituti, & ibi apoſtilla in ver. in ſpeciali.

11 Declara, quia procedunt extenſiones, quando conſtat de generali conſuetudine, & non ſufficit oſtendere vnum inſtrumentum, quia debet conſuetudo probari formiter, ita Alex. d. conſ. 28. nu. 8. & ſeq. ver. nec obſtat, lib. 2. vbi apoſtilla, in ver. dictio, dat concord.

12 Reſtringe primo, vt non procedat, quando inſtrumentum aliter extenſum reperitur, quam dicat conſuetudo, quia tunc non poteſt extendi ſecundum conſuetudinem, vel ſolitum. Angel. in l. licet, C. locati, & plene Marſil. ſingul. 123. num. 3. vbi quod extenſio poteſt fieri, antequam inſtrumentum ſit ſcriptum, non poſt, & idem repetit ſingul. 663. in fi.

13 Contrarium Iaſ. in d. l. certi conditio, §. ſi nummos, num. 26. ver. per iſtud notabile. ff. ſi cert. pet. licet poſtea paulo inferius ſequatur Angel. quia in claris non eſt opus coniecturis.

14 Amplia, quia licet teſtamentum non valeat, niſi teſtes ſint rogati, ſubſtinetur tamen, ſi notarius ſcripſit nomina teſtium, & dixit præſentibus talibus teſtibus, &c. quia poteſt ſecundum eius ſtylum extendere rogatis. Bald. conſ. 300. Tam legitima, n. 3. ver. ſi vero ibi eſſet, lib. 4. & vide infra n. 19.

15 Amplia in tantum notarium poſſe extendere clauſulas ſolitas ſub iſta dictione &c. quod ſi reperiatur prothocollum cœteratum, & inſtrumentum authenticum extenſum, in quo expreſſe ſunt extenſa verba renunciationis per longam ſeriem, non dicuntur eſſe diuerſa, neque varia. Angel. de Peruſio conſ. 39. Viſis inſtrumentis, in princ.

16 Amplia, quia comprehendit clauſulas præcedentis contractus. Iaſ. d. l. Gallus, §. idem credendum, num. 7. ver. item ſecundum Bart. ff. de liber. & poſthum.

17 Amplia, quia in clauſula, &c. venit id, quod eſt de natura contractus, vel de more in talibus. Zabar. d. conſ. 133. col. 2. in princ. ver. aliter reſpondemus. Iaſ. in l. Gallus, §. idem credendum, num. 6. & ſeq. ver. adde, quod dicit, ff. de liber. & poſthum. vbi Ruin. num. 8. dicit communem, * quia ſi veniunt ea, quæ ſunt de conſuetudine, multo magis ceſſante conſuetudine veniunt ea, quæ ſunt de natura rei.

18 Extende, quia hæc clauſula, &c. eſt in vſu reſpectu eorum, quæ habent certam formam à iure, vel conſuetudine, quia ſubintelliguntur, licet non exprimantur. Zabar. conſ. 133. nu. 2.

19 Extende, quia ſi notarius dicat, præſentibus talibus teſtibus, &c. poteſt extendere rogatis, quando eſt de natura actus, & ex neceſſitate. Iaſ. d. l. Gallus, §. idem credendum, num. 9. ff. de liber. & poſthum. vide ſupra nu. 14.

20 Amplia, quia clauſula actum, &c. importat rem perfectam, quoad voluntatem teſtantis, l. fin. C. famil. hercis. vbi glo. Zabarella conſ. 133. num. 2. in fin.

21 Extende, quia clauſula actum &c. operatur lecturam partibus coram teſtibus, quia iſta ſunt ſubſtantialia actus. Zabarella conſ. 133. nu. 3. ver. tertio obijcitur.

Vide. Rogitus notarij an requirat verba contrahentium. Concluſio. 339.

22 Amplia, quia dictio, &c. ponitur aliquando pro nomine, aliquando pro aduerbio, ſi pro nomine importat & reliqua omnia, ſi pro aduerbio importat omnia, quæ per extenſum ſunt ſolita ſcribi, ita Roman. conſ. 343. Et propoſito, num. 6.

23 Infert igitur, quod is, qui præmittit titulos aliquos

quos dignitatis sux maiores, cum dictione, &c. censetur expressisse actum eo nomine, prout conuenit dignitati, pro qua fit actus, licet illa dignitas non sit expressa, quia cadit sub dictione, & cætera. Roma. d. consi. 343. num. 6.

24 Amplia in commissione, quia si petatur committi summarie, & de plano, sola facti veritate inspecta, terminis non seruatis, & Papa rescribat audiat summarie, &c. censetur omnia concessisse, secus si non adest clausula cæterata. Ias. in l. gallus. §. idem credendum. nu. 10. ff. de liber. & posthum. cum seq.

25 Amplia, quia potest in testamento extendere clausulam derogatoriam aliorum testamentorum licet aliqui contradicant plene Soci in d. l. gallus. §. idem credendum. num. 3. ff. de liber. & posthum. vbi Ruin. num. 18. ver. quærit etiam, plene Alex. cons. 163. Visis narratis. num. 11. ver. non obstat etiam supradictis, cum seq vbi de* cõmuni. lib. 7. vbi distinguit, quod si notarius viuit, potest extendere, si vero est mortuus, iudex poterit extendere secundum consuetudinem notarij si constat de ea, sin minus secundum consuetudinem generalem loci, & aliorum notariorum, & apostill. in ver. poterit, dat concord.

26 Declarat apostill. ad Alex. d. cons. 163. num. 11. in ver. voluit. lib. 7. quod notarius viuens poterit extendere clausulam derogatoriam ad præterita testamenta, non ad futura, quia extensio ad futura saperet dispositionem, quæ non pendet a notario, & non saperet solam exequutionem voluntatis apparentis.

27 Extende, quia imo etiam notarius, cui sunt commissa imbreuiatura notarij mortui, poterit extendere sine iudice cum dicatur habere auctoritatem a iudice. Alex. d. cons. 163. num. 12. lib. 7. vbi apostill. in ver. alius, dat concord.

28 Limita in contractibus de necessitate requirentibus scripturam, quia clausula cæterata non potest extendi. Ias. post Bart. & alios quos allegat in l. gallus. §. idem credendum. n. 13. ver. circa secundum, ff. de liber. & posthum. vbi nu. 14. dicit* cõmunem, prout etiam * communem Socin. ibi nu. 5. & latissime contra Aretin. tuetur Ruin. ibi nu. 27. & seq. ver. tertio fallit. vbi num. 45. dicit* communem.

29 Contrarium tenet Angel. Areti. & alij plures, quos idem Ias. adducit in loco supradicto.

30 Extende limitationem, quia notarius non poterit sententiam, vel appellationem extendere rogatam sub cętera, quia cum debeat scribi, & legi, non valet rogitus cęteratus. Bart. & Ias. d. l. gallus §. idem credendum. num. 15. vers. iuxta istam conclusionem. ff. de liber. & posthum. vbi dicit idem in causis appellationis ab interloquutoria, quia non poterunt extendi causæ sub clausula, & cætera, plene per Gerard. singul. 41. Ias. in l. argentarius. num. 10. ff. de eden. vbi apostilla.

31 Restringe, nisi esset consuetudo extendendi. Ias. vbi supra. nu. 14. ver. limita.

32 Limita, quia sub tali clausula non continetur iuramentum, nisi expresse fit dictum de iuramento. Bald. cons. 416. Quæritur si factum fuit, in fin. lib. 1. vbi continet consueta, & naturalia tantum apud discretos, non autem iuramentum. Marsi. singul. 123. in fi. Rui. in l gallus. §. idem credendum. n. 24. ff. de liber. & posthu.

33 Declarat plene Soci. in l. gallus. §. idem credendum. num. 4. ff. de liber. & posthum. vt non possit extendi, sed si probaretur iuramẽtũ, posset, sed tamen dicit quod licet consuetudo non possit fingere iuramentum, tamen ex clausula cæterata præsumeretur præstitum.

34 Extende, quia iuramentum requirit expressionem formalem, ideo non sufficit per relationem præstari. Io. de Imol. & Io. de Ana. & alij in c. pen. de iureiur, multo minus potst extendi per clausulam cæteratam.

35 Restringe, quia si dicatur iurauit, &c. bene presumitur iurasse verbo, & tactis scripturis, ideo dicitur seruata forma statuti requirentis, quod tactis scripturis iuretur. Ioann. de Imol. consil. 86. in princ.

36 Limita, quia si notarius scripsit obligationem mulieris pro alio cum clausula renunciauit, &c. non potest extendi renũciatio Velleiani, & certioratio, quia breuis loquutio non potest ista beneficia, & certificationes continere. Bal. cons. 305. Pasus difficilis, lib. 3.

37 Extende, vt procedat etiam si extet statutum in loco, quod omnia, quæ sunt de natura contractus præsumantur interuenisse, quia adhuc ex clausula renũcians, &c. non potest extendi certioratio mulieris renunciantis. Bald. cons. 193. Punctus prohibetur, per totum. lib. 5.

Vide. Clausulę renunciationum quid operentur. Concluſ. 307.

38 Limita, quia clausula, facit pactum de non petendo in futurum, &c. non comprehendit iura de nouo; & in futurum acquisita, quia restringitur ad ea, quæ sunt eiusdem naturę, prout expressa. Cora. cons. 52. In hac consultatione. num. 12. ver. sub illa clausula. lib. 2.

39 Limita, quia clausula, & cætera, continet extensionem clausulę incepę, & cæteratę, non autem alterius clausulæ separatę, ideo licet post clausulam constituti soleat sequi clausula, quam accipiendi propria authoritate, &c. si tamen reperitur sola clausula constituens, &c. non veniet alia clausula separata. Castren. cons. 10. si vera sunt. n. 5. lib. 1. vbi quod notarij solent apponere principium cuiuslibet clausulæ.

40 Limita, quia non continet pœnam, clare Ruin. in l. gallus. §. idem credendum. num. 22. & 23. & plenius. nu. 11. ff. de lib & posthum.

Vide. Pœna odiosa quæ requirat, vt habeat locum. Concluſ. 211.

41 Limita, quia si originale, vel prothocollum caret substantialibus, non potest in authentico extendi vigore clausulæ, & ęctera. Bologni. in addi. ad cons. 10. de Anan. 33. num. 6. sed solum possunt extendi circumstantiæ, quę colliguntur ex mente contrahentium. Ruin. in l. gallus. §. idem credendum. nu. 19. & sequen. ff. de liber. & posthum. Bart. cons. 46. Viso quodam. num. 3. ver. præterea. lib. 1.

42 Declara, quia si clausula, & cætera, est circa clausulas solitas notariorum, illa non vitiat, quia potest extendi ab eodẽ notario, & etiam eo mortuo secundum stylum in alijs instrumentis, sed si apponitur circa substantiam contractus, talis clausula denotat contractum imperfectum, ideo mortuo notario non probat, neque præiudicat partibus. Bar. plene d. cons. 46. per totum maxime n. 3. ver. preterea. lib. 1.

43 Limita, quia non potest notarius sub dictione cęterata

terata extendere ſubſtantialia omiſſa, prout dies, annus, indictio,ita Iaſ.in l.argentarius.num.11. ff.de eden.plene Ruin. in l.gallus. §. idem credendum.num.21.ff.de liber.& poſthum. vbi num. 22. dicit eſſe regulam firmam , quod ſubſtantialia , non poſſunt extendi .

44 Extende,quia in alienatione emphyteutica bonorum Eccleſiæ promiſſio cenſetur facta ſecundum naturam , & ſolitum alienationis ſimilis, & non poteſt notarius alterare hoc caſu contra ſubſtantiam, ita Socin. in l. gallus. §. idem credendum. num. 6. allegat Angel. in authen.de alienatione, & emphyteuſi, §.emphyteuſim, & in l.bene à Zenone. ff. de quadr. præſcription. & ita tenet expreſſe Iaſon.in l.2. num. 199. in 15. quæſtio.C. de iure emphyteut. vbi quod dictio,heredibus,extenditur ad vnum, duos, & plures ſecundum naturam rei.

Vide . Fœudum pro ſe,& hæredibus, de quibus intelligatur.Concluſ.159.

Vide,Hæredum appellatione de proprijs deſcendentibus quando neceſſario intelligatur.Conc.79.

45 Limita , quia notarius non poteſt extendere, neque declarare inſtrumentum , quando orta eſt contentio inter partes, quia debet adiri iudex. Rui.d.l.gallus.§.idem credendum.nu.49. verſ.ſed circa præmiſſa.ff.de liber.& poſthum.

46 Extende idem quando agitur de extenſione ex præcedentibus, & ſequentibus inſtrumentis , quia etiam ſi facta ſit extenſio ante controuerſiam, tamen debet iudex adiri.Rui.vbi ſup.nu.51.

Vide plenius.Notarius quæ poſſit addere in extenſione inſtrumenti,vel non.Concluſ.85.

Vide . Dictio, & cætera,quid importet , Concluſio.229.

Vide , Concluſ.prox.ſeq.

Clauſulas ſolitas , vel cæteratas, an poſsit notarius ſucceſſor extendere , & quomodo. Concl. CCC.III.

1 REGVLA eſt , quod notarius , qui rogatus fuit de inſtrumento ſub clauſulis cæteratis, poteſt talè clauſulã extendere ſine iudice,ex quo præſumitur habere mentem partium, ſecus eſt in ſucceſſore. ita Iaſon.qui plures citat in l.gallus §. idem credendum.n.17.cum ſeq.ver.circa tertium. ff.de liber. & poſthum. ita per Gerard. ſingul.41. vbi dicit notandum.

2 Contrarium,quod imo etiam notarius,cui commiſſę ſunt rogationes,& prothocolla notarij mortui poſſit extendere clauſulam cæteratam ſecundum vſum & conſuetudinem notariorum. Iaſ. d.l. gallus.§.idem credendum.nu. 20. ver. ſed contrarium.ff.de liber.& poſthum. & clarius in l. argentarius.nu.6.& 7.ff.de eden.

3 Declara , quia ſi notarius ſucceſſor vult extendere clauſulam cęteratam ex coniecturis præcedentium , & ſequentium inſtrumentorum , & non poteſt ſine cauſæ cognitione iudicis , ſed ſecus quando vult extendere clauſulas communiter apponendas,& quia poteſt, ita Iaſon d.l.gallus.§. idem credendum.num.10. ver. ſed concorda, cum ſeq.ff.de liber.& poſthum. & mouetur, quia clauſulæ ſolitę habentur pro appoſitis , & latius in l. certi conditio.

4 Declarat Marſil.ſingul. 123. quod licet de iure notarius, qui non eſt rogatus , non poſſit extendere,tamen ſecus eſt de conſuetudine.

5 Amplia , quia imo notarij vt plurimum ſolent in prima notula recipere ſolum nomina teſtium, & partium, & poſtea extendunt inſtrumentum,& notario ſtatur.Alex.d.conſ.163.circa fi.num.9.lib. 7.Corne. conſil.316.nu.7.& 8.lib.3.Gabriel.conſ. 169.num.34.lib.1.

Vide Concluſ.prox. ſeq.

Clauſulæ, quæ de ſtylo notariorum apponuntur, non multum operatur.Concluſ. CCCIV.

1 PACTVM de non reuocanda donatione appoſitum in donatione cauſa mortis non operatur, quod tranſeat in donationem inter viuos , quia notarij ex vſu Italię apponunt iſtas clauſulas a ſe ipſis.Ang.conſ.254. Domina Antonia.num.5.ver.primo quia.Crauet.conſ.718. Magnificus D.Gottifredus.num.7.

2 Contrarium ſentit Ancharan. conſ. 265. Quod donatio, in princip. vbi quod ita conſuluit,& fuit reſolutum.

3 Benemerita expreſſa in donatione, quod donans donat propter benemerita,& ſeruitia donatarij conſueuerunt de ſtylo notariorum apponi, ideo non tollunt,quin ſit pura donatio.Soci. conſ. 295.lib.2.ſequitur Iaſ.conſ.154.lib.2. Tiraq.in l.ſi vnquam in ver.donatione largitus.num. 85. C.de reuoc.donat.

4 Excipiens in ſpecie præſumitur habere notitiam exceptionis competentis oppoſitæ, ſecus eſt ſi excipiat de ſtylo, & in genere opponendo exceptiones generales omnes ſolitas dari de ſtylo.Caſtren.conſ.257.In cauſa,quæ vertitur. col. 3. verſ. ſecundo videtur obſtare.lib.2.

5 Et quod clauſulæ renunciationum, quæ de ſtylo notariorum apponi ſolent, parum operentur, imo attendi non debeant,plene Tiraquel.in l.ſi vnquam in præfatio.num. 126.vbi infinitos allegat, & dicit communem.

6 Et idem eſt de clauſulis diuiſionum , & renunciationum,quæ ex formularijs eliciuntur , vt parum operentur,latiſſime Ilecius conſ.111.nu.32. vbi citat ad hoc plurimos.

7 Contrarium, quia in dubio ratione officij præſumuntur appoſitę, & debent operari . Alexand. dicto conſil.125. num.10. verſic. non obſtat, quod notarius.lib.1.

8 Declara, quia ſi ſunt clauſulæ veriſimilem mentem contrahentium continentes,operantur, alias ſecus eſt,ita declarat Cephal.conſ.94.nu.33.

9 Declara niſi adſit iuramentum.Tiraq. in d.l. ſi vnquam,C.de reuoc.donat.in præfatio.num.131. & in fine.

10 Iuramentum apponitur de ſtylo notariorum in omnibus inſtrumentis , ideo non debet attendi, vel operari.Tiraq.in l.ſi vnquam in præfatio. nu. 171.Crauett.conſ.718.

11 Et maxime in contractibus minorum,& mulierum.

Digitized by Google

rum. Abb. in suo q. 2. stante statuto. num. 12. col. 6. in fi. ver. notarij autem.

12 Clausula, si plus valet donat, solet de stylo notariorum apponi, ideo non valet cum effectu. Alexand. cons. 125. num. 10. ver. nec obstat quod notarius. lib. 1. vbi dicit hoc procedere in venditione, & alieno contractu a donatione, secus est in donatione, vel si diceretur, quod ex certa scientia donat illud plus. Alexander dicto consil. 125. num. 7. iuncto num. 10.

Vide. Clausula, & si plus valet donat quid operetur. Conclus. 298.

13 Et idem est si dictum sit quod pretium dixit iustum, & si plus est, donat, non obstante enormi, & enormissima læsione. Abb. d. q. 2. col. 6. in fin. num. 12. ver. notari autem, vbi quod nihil operatur quando ex stylo notarij est apposita.

14 Et procedunt prædicta etiã in minore renũciante generaliter enormi, & enormissimę læsioni cum iuramento, quia adhuc stante læsione enormissima potest absolui a iuramento, quia istę clausulæ ita generales de stylo notariorum solent apponi, ideo non operantur. Abb. d. q. 2. col. 18. ver. si autem verba. col. 19.

15 Declarat Abb. idem esse in verbis generalibus circa facultatem arbitrorũ, quia censentur in gratiã arbitrorũ prolata, & licet dicatur quod possit ab vno auferre, & alteri dare etiã in magna, & maxima quantitate, tamen non tollit enormissimam læsionem, quæ habet in se dolum, nisi verba sint adeo præcisa, & clara, vt non fiat aliena a proposito in d. q. 2. col. 19. ver. accedant notata.

16 Clausula codicillaris nihil operatur, quia de more notariorum apponitur. Crauett. cons. 718. n. 6. Alex. cons. 50. n. 10. ver. nec ad hoc. lib. 7.

17 Et maxime non operatur clausula omni meliori modo, quæ habet multos effectus, quando de stylo semper apponitur per notarios in testamento, vel contractu, quia sufficit, quod operetur solum, vt valeat actus, non vt extendatur ad alios effectus. Alex. cons. 50. In causa, & lite. num. 10. ver. nec ad hoc obstat. lib. 7.

18 Contrarium, quod imo ista clausula codicillaris, & aliæ præsumantur de voluntate testatoris appositæ, & operentur ex quo de consuetudine solent apponi, vide plene Ant. Gabriel. lib. 6. tit de consuetudine. conclus. 4. Clausula codicillaris.

19 Clausula sponte sciens non teneri, & clausula ex certa scientia solent de stylo notariorum apponi, ideo non operantur. Soci. cons. 159. In præsenti consultatione num. 25. lib. 1.

20 Clausulę renunciationum quando sunt in clausulis exequutiuis nihil operantur, quia de stylo notariorum censentur appositæ. Crauet. cons. 718. n. 5. & seq. plene Cephal. cons. 94. nu. 32. vbi plurimos allegat Curt. Sen. cons. 4. nu. 4.

Vide. Clausulæ exequutiuę, & accessoriæ non ampliant. Conclus. 312.

21 Et ideo pactum expressum de non expellendo conductore operatur, quod non potest expelli etiã si dominus velit re locata vti pro se, secus est si in clausulis generalibus fuit facta hæc promissio. Natta cons. 25.

22 Clausula ad habendum, &c. de stylo notariorum potius quam a partibus censetur apposita. Pedemon. decis. 164. n. 2. Deci. cons. 3. n. 151. li. 1. vide infinitos, quos allegat Rimin. Iun. cons. 80. nu. 41. & seq. lib. 1. ver. me mouet.

23 Contrarium, quod imo clausulæ debeant semper operari, quia præsumuntur de voluntate, & ex mente contrahentium appositæ, idem Rimin. Iun. d. cons. 80. n. 44. & seq. ver. dicantur. lib. 1. Menoc. cons. 87. n. 45. & seq. ver. non obstat quartum, vbi quod imo operãtur, quia a partibus præsumuntur positæ, vel de earum consensu. Alex. cons. 1. nu. 22. ver. quinimo. lib. 5.

24 Declara, quia quod clausulæ, quę de stylo ponuntur a notarijs non operentur, debet intelligi de illis clausulis, quę possunt conuenire omnibus instrumentis eiusdem naturæ, non autem intelligitur de clausulis respicientibus dispositionem in particulari, prout si in derogatione posita in inuestitura derogatur laudo lato in specie, quia ista non potest dici clausula de stylo notarij, cum respiciat particularem dispositionis derogationẽ.

25 Clausula compromissorum, quod non possit peti reductio etiam ex enormi, & enormissima læsione, & alia, quod possit auferre ab vno, & alteri tradere, non operantur, quia sunt consuetæ apponi de stylo notariorum, & sunt sub confidentia discretionis arbitrorum, ideo non operantur aliquid stante enormi læsione. Curt. Iun. late cons. 4. num. 4.

26 Clausulas verborum inculcatorum de consuetudine ponunt notarij licet abundent.

Vide. Geminatio actus maiorem firmitatem affert, & multa operatur. Conclus. 28.

27 Clausulæ dolosę, seu dolum continentes nihil operantur, & dicuntur dolum continere, quando continent verum, & falsum simul, veluti si quis vendit equum, quem sciebat dolere semper, nisi quando erat calefactus eundo, nam si exprimit vitium in specie, & dicat nolle teneri, non tenetur, sed si exprimat sub falso, & vero, veluti si dicat, do tibi equum pro straboso, giboso, dolente spatulam, & pro habente omnes magagnas, & non volo teneri de aliquo, quia inest dolus, tenetur. ita Abb. in 2. q. incip. stante statuto. col. 7. in prin. ver, facit dictum, allegat Specul. de rescind. vendit. §. nunc videndum, ver. quid si venditor equi, & repetit iterum in eadem quæst. 2. col. 19. ver. ad prędicta facit.

Vide. Clausulæ quæ insunt tacite absque expressione. Conclus. prox. seq.

Vide. Conditio expressa, quæ tacite inest an faciat actum conditionalem. Conclus. 590.

Vide. Expressio eorum, quę tacite insunt nihil operatur. Conclus. 657.

Vide. Notarij de stylo ponunt multas clausulas, quæ nihil operantur. Conclus. 84.

Vide. Stylus curię circa multa. Conclus. 697.

28 Declara totam hanc materiam, quia clausulæ, quæ de consuetudine solent apponi non propterea dici debet quod non sint appositę a partibus, sed a notario, & ideo non operentur, quia imo totum contrarium est, quia ex quo sunt de consuetudine censentur ex mente contrahentium, & ideo debent operari dummodo non sint contra mentem & sint lectæ. Vide plene Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de consuet. conclus. 4. Clausula codicillaris, vbi pro vtraque parte, & ita declarat, & iterum. tit. de clausulis. conclus. 7. & seq.

Clausulæ

Clauſulæ quæ inſunt tacite abſque expreſsione. Concluſio. CCCV.

1 CLAVSVLA, ſi preces veritate nitantur, ſemper ſubintelligitur, etiam ſi non exprimitur. Oldra. conſ. 223. n. 3. ver. ſecundo hoc idem, vbi idem dicit de clauſula, ſi ita eſt, & quod ſemper inſit clauſula, ſi præces veritate nitantur. Ancharan. conſ. 240. Per prædicta, in princ. & per eorum. Zabar. conſ. 92. nu. 5.

Vide. Omiſſum quando habeatur pro omiſſo vt intret ius commune. Concluſ. 116.

2 Si conſtiterit ita eſſe, vel ſi ita eſt, ſubintelligitur in omni gratia. Abb. conſ. 99. in fin. lib. 1.

3 Iuſto impedimento ceſſante in omni præcepto, & priuatione, & alia pœnali diſpoſitione ſubintelligitur, quia alias diſpoſitio eſſet iniqua. Card. Zabarel. conſ. 132. in prin. ver. item præſuppoſito.

4 Et quod clauſula de ſtylo apponi ſolita, ſi deficiat reſcriptum non vitietur, quia tacite ſubintelligitur. Rom. d. conſ. 376. Quæſtio eſt, in fin.

5 In contrarium facit, quia clauſula ad collationem, præſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem, ſolet poni in litteris expectatiuę. cap. cum in illis, de prabend. in 6. & hic eſt ſtylus, quem ſcit totus mundus, vt dicit Roman. conſ. 376. num. 12. & ibi tamen vult, quod omiſſio eorum, quæ de ſtylo ſolent apponi reddat ſuſpectum reſcriptum de falſo

6 Clauſulæ, quę de ſtylo ſolent apponi, veluti in gratia facta de delicto, quæ non extendatur ad bona, ſi omittatur, habetur pro appoſita ſecundum ſtylum, &c. ita Clar. in ſ. fin. quæſt. 59. nu. 5. vbi quod ita fuit indicatum.

Vide. Stylus Curiæ circa multa, & in quibus. Concluſ. 697. & Concluſ. ibi prox. ſequen.

7 Pœna adiecta contractui, vel obligationi habet eaſdem tacitas conditiones, quas habet contractus, vel obligatio, ideo firmat, ſed non auget. Aegid. Bellam. conſ. 24. num. 18. ver. nec pondero, cum ſeq. vbi idem dicit in emologatione, in confirmatione etiam geminata, & in iuramento.

8 Clauſula ſine præiudicio iuris tertio quæſiti ſemper inest in reſcripto, vel ſalvo iure alieno.

Vide plura ſimilia in ver. Reſcripta qualem interpretationem recipiant. Concluſ. 211.

9 Et in reſcriptis contra ius naturale, vel gentium adeſt tacita clauſula, quod non valeant. Caſtillion. conſ. 8. In facto, in fin. nu. 30. & 31.

10 Inueſtitura feudalis, vel decimæ, aut alterius rei facta habet tacitam clauſulam à iure ſubintellectam, quæ idem operatur, ac ſi eſſet expreſſa, quod facta cenſeatur ſine prgindicio iuris alieni, & quatenus alij non fuerint primo inueſtiti. Caſtren. conſ. 71. In cauſa appellationis. lib. 2. vbi, quod ſi alteri prius reperitur facta inueſtitura, iſta ſecunda perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet, vbi, quod reperta alia valida concedunt poteſt hanc caſſare, & reuocare.

11 Clauſula rebus ſic ſtantibus, ſemper inest omni diſpoſitioni. Rota vt per Ioh. Mem. Cæſarem. de Graſſis 135. alias 4. de reb. Eccleſ. non alien. num. 17. & ſeq.

Vide. Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus. Concluſ. 502.

12 In ſponſalibus contractis etiam cum iuramento ineſt tacita clauſula, ſi alter ſponſorum non commiſerit in legem ſponſaliorum, vel quid peius acciderit, ideo ſi mulier fornicationem committat, vel ſponſus concubinam, vel amaſiam teneat, vel ſi alter leproſus, vel ſine naſo efficiatur, tunc receditur, licet non fuerit dictum. Abb. conſ. 48. Attingam. col. 1. in fin. ver. nec obſtat iuramentum. lib. 1.

13 Iuramentum habet tacitam condemnationem, & clauſulam, vt ſemper ſit ſalua authoritas Papę. Feder. de Sen. conſ. 191. nu. 4. ver. ad quod facit, & infra nu. 18.

14 Item, quod res maneat in eodem ſtatu, vt declarat Rom. conſ. 379. nu. 6.

15 Habilitas ſemper ſubintelligitur in legatis, & alijs diſpoſitionibus, ideo legans fratri minori, vel alteri, ineſt tacita clauſula, ſi eſt capax, & expreſſio, ſi eſt capax, nihil operatur. Abb. conſ. 63. Vt veritas. col. pen. num. 7. quinimo etiam ſi potuiſſet. lib. 2.

16 Idem eſt ſi pater legat, quod filia ſua debeat nubere in familia ſua, quia ineſt clauſula, ſi extat perſona habilis, & non coniuncta in gradu prohibito. Abb. conſ. 65. Ad deciſionem. col. 2. circa fin. ver. quoad tertium. lib. 2.

17 In ſententia ineſt tacita clauſula, ſalua ſumma poteſtate principis. l. fi. C. de legib. Abb. conſ. 109. col. fin. circa med. lib. 1.

18 In iuramento ſalua poteſtate Papæ.

Vide. Iuramentum habet tacitam conditionem multiplicem. Concluſ. 503. & ſupra nu. 13.

19 In contractu vltro citroque obligatorio ſemper clauſula, ſi pars altera impleuerint, ſubintelligitur.

Vide. Implere debet actor contractum ex parte ſua, alias non agit ex eo. Concluſ. 50.

20 In pace promiſſio de non offendendo ſubintelligitur, niſi ex cauſa noua aduerſarij.

Vide. Pax non dicitur rupta, neque commiſſa pœna multis caſibus. Concluſ. 183.

21 In promiſſione etiam iurata de non contraueniendo laudo inſunt tres clauſulæ, de quibus Caſtrenſ. conſ. 95. Conſiderandum eſt, in princ. verſ. breuiter. lib. 1. videlicet ſi feratur laudum, ſecunda ſi feratur ad fauorem eius, cui fit promiſſio; tertia, quod laudum ſit validum; quarta ponitur ab Alex. conſ. 32. nu. 7. ver. poſtremo. lib. 2. ſi iuſte fuerit laudatum.

22 In teſtamento militis ineſt tacite clauſula, ſi non valet iure communi, valeat iure militari. l. 3. ff. de teſtam. milit. Alexan. conſ. 142. Circa primam. num. 3. ver. præterea. lib. 2. vbi dicit hoc verum quando cogitauit de filio, & ſeu poſthumo, alias non.

23 In compromiſſo ſi renuncietur alicui iuri ineſt ſemper clauſula, ſi ſequatur laudum, alias ſi non ſequitur laudum, non eſt renunciatum. Alexand. conſ. 63. In cauſa, & lite, in fin. lib. 3.

Vide. Clauſulæ, quæ de ſtylo apponuntur nihil operantur. Concluſ. prox. præced. 304.

Vide. Expreſſum quando, & quot modis aliquid eſſe dicatur. Concluſ. 450.

Vide. Expreſsio eius, quod tacite ineſt, nihil operatur. Concluſ. 657.

Vide. Notarius quæ poſsit addere in extenſione

ſione inſtrumenti, vel non. Concluſione 85.

24 In omnibus gratijs Papæ ſpiritualibus ineſt clauſula tacite, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, idem eſt in omnibus collationibus Papæ. Ægid.Bellam.conſ.33. num.14.ver.ſed quid operabitur.

Vide plenius. Clauſula dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſitum. Concluſ. 329.

25 Et clauſula ſine præiudicio alieno ſemper tacite ineſt in omni diſpoſitione. Oldrad.conſil.325. num. 7. in fin.

Vide. Clauſula ſine præiudicio alieno. Concluſ.330.

26 Et clauſula omni meliori modo tacite ineſt in contractibus.

Vide. Clauſula omni meliori modo quid operetur. Concluſ.358.nu.38. & ſeq.

Clauſula inſolita quo pacto probetur appoſita, vel ſecus. Concluſio.

Vide Maſcard. Concluſ. 299.

Clauſulæ inſolitæ quando vitiant contractum, vel non. Concluſio. CCCVI.

1 CLAVSVLAS inſolitas, & cautelas exquiſitas adhibent vſurarij in ſuis contractibus ad palliandum vſuras, ne detegantur, de quibus plene in ver. Vſurariorum fraudes, & machinationes multæ. Concluſione 341.

Vide. Vſurarius contractus non præſumitur, & quando ſecus. Concluſ.361.

2 Amplia, quia iuramentum appoſitum in remiſſione vſurarum facta vſurario, & maxime, quando fuit iuratum per remittentem, quod non peteret abſolutionem à iuramento, arguit fraudem vſurarij. Calder.conſ.508.alias 10.de vſur. vbi, quod ex coniecturis non valet talis remiſſio ſi colligi poteſt fraus vſurarij.

3 Amplia, quia clauſulæ, & cautelæ inſolitæ in contractu, arguunt fraudem, & ſimulationem contractus, & ideo contractus ſuſpectus de vſura, ſi habet cautelas inſolitas, ſeu clauſulas inſolitas, redditur magis ſuſpectus. Bald. conſ.311.In quæſtione Gualuagni. num.8. verſ. octauo arguitur. lib. 5.

4 Extende, vt etiam pacta appoſita contra naturam contractus arguant contractum ſimulatum, vel ſuſpectum. Bald. d. conſil. 311. num. 10. ver. decimo arguitur. lib. 5. Gemin. conſil. 112. num. 1.

Vide. Cautelæ quando noceant, vel iuuent, & illis vtendum ſit. Concluſ.162.

Vide: Simulatio ex quibus probetur. Concluſione 262. & Concluſione ibi proxima ſequenti.

Vide, Vſurariorum fraudes, & machinationes. Concluſ.341.

Clauſulæ renunciationum quid operentur. Concluſio. CCCVII.

1 CLAVSVLA renunciationis exceptioni ſimulationis contractus, operatur, quod renuncians non vult poſſe allegare ſimulationem, ſed tamen ſi contractus apparet ſimulatus, etiam hæc clauſula redditur ſimulata. Bart.conſ.65.in fin.num.5.lib.1.

2 Amplia, quia renunciatio generalis facta per mulierem, vel minorem non ſe extendit ad certiorationem.

Vide. Minor renuncians beneficio debet certiorari. Concluſ.246.

3 Amplia, quia clauſula, renuncians, &c. non comprehendit renunciationem cum certioratione mulieris, etiam ſi ſtatutum dicat, quod omnes ſolemnitates de natura contractus præſumantur interueniſſe. Bald. conſ. 191. Punctus prohibetur. lib. 5.

Vide. Clauſula, &c. quid operetur, vel non. Concluſ. 302.nu.36.& ſeq.

4 Amplia, quia renuncians generaliter cuicunq; exceptioni intelligitur renunciare ſolum friuolæ exceptioni, non autem iuridicę. Angel. conſ.378. Dominus Raymundus, in fi. vbi loquitur in obligatione fideiuſſoris etiam cum guarentigia.

5 Amplia in compromiſſo, quia renuncians rei iudicatæ, intelligitur ſi laudum ſequatur, alias non. Alexand. conſil. 22. Viſo inſtrumento, in princip.lib.1.

6 Et quid operetur clauſula renunciationis generalis poſt ſpecialem renunciationem.

Vide. Clauſula generalis poſt ſpecificationem quid operetur. Concluſ. 309.

Vide. Clauſulę compromiſſorum, & earum importantia. Concluſ.283.nu.48.& ſeq.

Vide. Generalis diſpoſitio non extenditur, & quando. Concluſ.31.

Vide. Renunciatio generalis facta omnibus beneficijs quid operetur. Concluſ.169.

Vide. Renunciationes iuris proprij quando ſtricte interpretandæ. Concluſ.180.

Clauſula cum iuribus, & pertinentijs quid importet. Concluſio. CCCVIII.

1 CONCESSIO facta de aliqua re, vel corpore cum iuribus, & pertinencijs ſuis intelligitur de pertinentijs acceſſorijs rei, de qua eſt ſermo ſecundum naturam ſuam. Specul.in tit.de emptio.& vendi.§.1.nu.15.vbi, quod reſtringitur ad ius reſpectu rei, de qua agitur ſpectans ad venditorem tempore venditionis, ſequitur Fabia. de Monte in tract.de emptio.& vendi.in princ.num. 18. Alexand. conſ.75. Viſo themate. num.6. ver. item non obſtat. lib.6.

2 Extende, quia imo illa dictio, cum omnibus, &c. importat coniunctionem acceſſorie, & ſic de iuribus acceſſorijs rebus, de quibus agitur, Alexan.d. conſ.75.num.6. lib.6.

Vide. Dictio, cum, quid importet. Concl.359.

Reſtrin-

Digitized by Google

4 Restringe, vt imo secundum qualitatem personę, cui fit concessio, intelligatur etiam de pertinentijs non accessorijs, vt si alicui Episcopo concedatur Ecclesię parochialis ratione dignitatis Episcopalis, intelliguntur verba cum pertinentijs, videlicet circa iurisdictionem instituendi, & destituendi, ac cathedraticum, & alia quę non sunt accessoria ad parochiam, sed sunt de per se occasione parochię, ita Io.Calder.cons.325.alias 6. de donatio.ver.prædicta corroborantur.

4 Contrarium tenet additio ad dictum consil. 325. alias 6. de donatio ibi in fin.ver. impugnatio dicti consilij, & limitat prędicta procedere in dispositione iuris communis, secus est in concessione hominis quando Ecclesia dismembratur, vel eximitur ab alio Episcopatu, quia tunc non veniunt, nisi iura accessoria ad parochiam, sed veniunt ea, quę sunt iurisdictionis respectu ordinis Episcopalis.

5 Iura igitur, & pertinentiæ Ecclesiæ proprie sunt muri, & septa quibus Ecclesia concluditur. Calder.d.cons.325.circa fi.n.2.vers.sufficit enim, alias 6. de donatio.

6 Amplia, quia concessio, seu institutio in Ecclesia cum pertinentijs importat idem, quod cum cura populi.Calder.cons.551.alias 6. de verb.sig.

7 Amplia, quia clausula in venditione, cum omnibus iuribus, intelligitur de iuribus, quæ sunt de natura rei venditæ, non autem alterius naturæ. Fabia de Monte tract.de emptio.& vendi.in prin. ver.circa tertium. num. 9. & sequen. vbi, quod restringitur ad ius, quod habet vendens tempore venditionis, & quod in castro vendito cum iuribus includitur iurisdictio, quia est quid vniuersale, & de natura castri est, secus si bona vendantur.

8 Extende in donatione facta de aliquo cum omnibus iuribus, & pertinentijs, quia intelligitur de iuribus rerum donatarum, non autem de iuribus extra res donatas. Cephal. cons.288. Dominus Anselmus, in fi.lib.2.vbi, quod donans omnia bona sua mobilia, & immobilia, licet addat, item cessit omnia iura, &c. tamen non intelligitur donasse omnia bona, iura, & actiones, quia clausula, item cessit omnia iura, restringitur respectu bonorum donatorum, non autem extra bona donata. Alexand. d.cons.75. num.6. ver.item non obstat.lib.6.

9 Amplia in diuisione, & omni contractu, quia clausula cum iuribus, & pertinentijs conductibus, & acquęductibus, &c. intelligitur, si probetur, quod competant. Alex.cons.fi.in fi.lib.1.vbi, quod ex quo nihil specificatur, non præsumuntur.Soci. cons.96.num.11.lib.1.& cons.167.nu.10.ver.circa quartum.lib.2.

10 Declara, quia intelligitur de omnibus tam veteribus, quam nouis, de quibus constabit secundum statum rei tempore contractus. apostill. ad Alex.d.cons.fi.in fi.ver.postea.lib.1.

11 Limita, quia clausula cum omnibus iuribus, &c. operatur, vt etiam veniant actiones furtiuæ. Celsus Hugo.tract.de clausu.ver.clausulæ contractus.num.237.

12 Item operatur, quod in emptorem transeant actiones directę sine cessione, quando dixit, item vendit omne ius, quod habet. Celsus Hugo.tract. de clausu. nu.264.

13 Contrarium tenet Signorol. cons.217. Factum sic se habet. num. 6. & seq. vbi, quod si est dictum de iuribus spectantibus, & competentibus, non veniunt iura de futuro, ideo si quis donat, vel vendit bona, quę possidet, & est Dominus, & cedat iura sibi competentia sub certa conditione, & moritur ante conditionem, & hæres alteri tradat, non agit rei vendicatione, quia non poterat competere cedenti tempore cessionis.

14 Declara, quia potest competere vtilis rei vendicatio purificata conditione, quæ potuit cędi per hæredem ei, contra quem competebat, & liberatio hoc operabitur, nisi etiam adsit hypotheca super cessione, secus est si super obseruantia contractus, quia hęres implebit præstando damna, & interesse. Signorol.d.cons.217. num. 12. & seq. vsque in fin. quem omnino videas, quia loquitur subtiliter.

15 Extende, quia operatur, quod seruitutes debeantur.

Vide. Seruitus quomodo constituatur. Conclusio. 221.

16 Clausula, item cessit omnes actiones reales, & personales, &c. constituens eum procuratorem, operatur, quod non requiritur denunciatio litis motæ, & quod potest denunciare emptor authori sui authoris. Celsus Hugo. tractat. de clausula. num.273.

Vide. Pertinentiarum appellatione quid veniat. Conclus. 323.

Clausula generalis post specialem specificationem quid operetur. Concl.CCCIX.

1 CLAVSVLA generalis post specificationem specierum in renunciatione comprehendit solum casus similes expressis, nō autem maiores. Bar.post alios in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio, vbi Bald. & alij. Deci.cons.17.nu.5.

Vide. Clausulæ renunciationum quid operentur. Conclus.307.

2 Extende in mandato procuræ, quia si fiat mandatum ad aliqua speciale mandatum requirentia cum clausula, & generaliter omnia alia, &c. includit alios casus similes expressis requirentes mandatum speciale, non autem casus maiores.

Vide. Clausula mandatorum procuræ diuersæ. Conclus.364.

Vide. Mandatum quando dicatur speciale per clausulam generalem. Conclus. 11.

3 Extende in venditione regalium, quæ non veniunt, nisi fiat expressa mentio, si tamen princeps vendit terram, & exprimat aliqua regalia, & subiungit clausulam generalem, necnon quæcunque alia, tunc veniunt alia regalia similia, non tamen dissimilia, vel maiora expressis. Roman. cons. 271. Visis tota.num.1.vbi apostilla in ver. similia, quæ dat concord.

4 Extende, vt idem sit in renunciatione facta quoad ordinem, & discussionem, quia licet debeat esse particularis, & specialis, si tamen facta est renunciatio specialis in vno casu, pura renunciauit exceptioni, & beneficio diuisionis, & generaliter omni exceptioni, & legum auxilio, censetur renunciasse alijs beneficijs requirentibus specialem renunciationem similibus,

veluti, quod quis primo conueniatur, quia negocium ſpectat ad eum in totũ inter plures reos item beneficio diſcuſſionis, communem * dicit Abb. in extraiudicialibus conſ. 72. Videtur primo. column. 2. circa med. ver. nec obſtat ſi dicatur. lib. 2.

3 Extende in reſcripto principis, quia ſi primo nominatim exprimuntur inferiores, poſtea addatur clauſula generalis, & alios quoſcunque non includit, niſi æquales, vel minores, non autem maiores. Roman. conſil. 498. In caſu quo, nu. 10. & ſeq. verſ. ſexta ratio.

Vide. Dictio, alius, alia, aliud, ſimilitudinem importat. Concluſ. 245.

6 Alia eſt regula, quod clauſula generalis ſubſequens poſt ſpecificationem debet reſtringi ad ſpecificatam cauſam, quando id poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis. l. ſi de certa, C. de tranſaction.

Vide. Tranſactio per verba generalia quando reſtringatur. Concluſ. 356.

Vide. Generalis diſpoſitio quando per ſpecialem reſtringatur. Concluſ. 32.

Vide plenius. Clauſula generalis poſt enumerationem ſpecierum multa operatur. Concluſione 325.

Clauſula, reſeruato beneplacito in contractu quid operetur, Concluſ. CCCX.

1 CLAVSVLA in contractu alienationis rei prohibitæ alienari, prout in re Eccleſiaſtica, ſaluo, & reſeruato beneplacito Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, operatur, quod non incurritur pœna, neque perficitur contractus ſine beneplacito. Guidopap. deciſ. 163. & conſ. 58.

2 Extende, quia magis operatur, quando dicitur ſaluo beneplacito, & non alias, aliter, nec alio modo. Iaſ. in l. fin. colum. fin. C. de iure emphyt. Deci. conſ. 460. Roland. à Valle conſil. 51. lib. 2. & plene Clar. §. fœudum, quæſt. 31. nu. 5. vbi * de * communi.

3 Declara, niſi ſit facta traditio rei alienatæ, quia tunc cenſetur receſſum ab ipſa proteſtatione, quando ſolum fuit dictum, ſaluo, & reſeruato beneplacito domini, vel ſaluo iure domini: ita * in emphyteuſi, & in fœudo communem * eſſe atteſtatur Clarus in §. emphyteuſis. quæſt. 13. nu. 5. ver. item quæro, & in §. fœudum. quæſt. 31. nu. 5. ver. item quæro.

4 Si vero eſſet dictum ſaluo, & reſeruato beneplacito, vel iure domini, & non alias, aliter, nec alio modo, tunc etiam ſi eſſet ſequuta traditio actualis alienans, & non tradens non caderet in pœnam, quia illa verba, & non alias, aliter, nec alio modo, ſunt penitus reſolutiua contractus. ita idem Clar. d. q. 13. in §. emphyteuſis. num. 5. verſ. item quæro, vbi dicit eſſe * communem, & in §. fœudum. q. 31. n. 5. ver. bene verum, vbi pariter dicit eſſe * communem, & ab ea non recedit.

5 Modificat tamen idem Clar. in d. q. 13. nu. 5. in fi. quando ſequuta eſſet alienatio, & traditio perſonæ potentiori, à quo difficilis eſſet recuperatio, quia etiam quod adſint illa verba, & non alias, aliter, nec alio modo, nihilominus caderet.

Vide plenius de hac materia in ver. Emphyteuta non poteſt vendere emphyteuſim ſine conſenſu Domini. Concluſ. 207. nu. 75. & ſeq.

Vide. Fœudum ſi alienatur ſine licentia domini deuoluitur. Concluſ. 193.

Vide, Clauſula ſine præiudicio alieno quid importet. Concluſ. 330.

Vide. Clauſula ſaluo iure Imperij quid operetur. Concluſione 333. & Concluſione ibi proxima ſequenti.

Clauſula, & non alias, aliter, nec alio modo quid operetur. Concluſio. CCCXI.

1 CLAVSVLA & non alias, aliter, nec alio modo ſunt verba multum præciſa, & non recipiunt aliquam modificationem, vel intellectum. Alex. conſ. 3. Viſo inſtrumento. nu. 4. vbi apoſtill. allegat Iaſ. in l. ſtipulatus ſum damna. ff. de verb. oblig. & in l. 1. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.

2 Amplia, quia important conditionem. Ruin. conſ. 152. lib. 4. in princ.

3 Declara tamen, quia poteſt tacite, & expreſſe huic conditioni renunciari. Ruin. conſil. 46. in fin. lib. 3.

4 Extende in tantum importare formam, vt ea non ſeruata actus ſit nullus. Cephal. conſil. 118. num. 13. lib. 1.

5 Extende, quia ſi fiat contractus accedente conſenſu principis, & non alias, aliter, nec alio modo, non accedente conſenſu, partes non cenſentur aliquid contraxiſſe. Cephal. d. conſil. 118. num. 14. lib. 1.

Vide. Emphyteuta non poteſt vendere emphyteuſim ſine licentia domini. Concluſ. 207. nu. 75. & ſeq. & num. 86. & ſeq. maxime in ver. extende quia imo etiam ſi deuenit ad traditionem.

Clauſulæ exequutiuæ non ampliant diſpoſitionem, imo non valent, niſi valeat diſpoſitio principalis. Concluſ. CCCXII.

1 REGVLA eſt, quod clauſulæ exequutiuæ non ampliant diſpoſitionem. clement. 1. de præben. Deci. conſ. 304. num. 6. & ſeq. & conſil. 413. num. 8. & ibi apoſtill. & 470. num. 4. & conſil. 52. num. 14. idem Deci. conſil. 500. In cauſa quæ Mantuæ. num. 9. & ſeq. late Felin. in cap. licet, de offic. ordi. nu. 7. ver. tertia declaratio. Ant. de Butr. conſ. 29. in princ. vbi quod clauſula ad exequutionem prolata non alterat diſpoſitionem.

2 Et clauſula in fine mandati promittens habere ratum quicquid factum fuerit à dicto procuratore, non ampliat mandatum in diſpoſitiua limitatum. Deci. conſ. 304. Iuridicam eſſe, in fin. & conſ. 500. nu. 12. & 413. num. 8. & eſt communis * opinio, de qua Felin. d. cap. licet, de offic. ordin. nu. 7. ver. tertia declaratio, vbi, quod ſolum operatur releuationem ſubſtituendi.

3 Amplia, quia ratificatio, vel confirmatio non extendit actum confirmatũ, quia clauſulæ exequutiuæ,

Digitized by Google

tiuæ, & actus ad exequutionem facti non ampliant. Crauet. conſ. 135. nu. 13.

4 Idem eſt in clauſula ad habendum, &c. quæ in venditione ad menſuram non facit recedere à diſpoſitiua cum ſit exequutiua ad diſpoſitionem, Deci. d. conſ. 500. num. 8. & ſeq.

5 Idem eſt in clauſula legitimationis factæ ſine mentione, quod extarent filij legitimi, quia non valet, neque conualidatur ex clauſula exequutiua, ſine præiudicio filiorum legitimorum, quia non ampliat. Alex. conſ. 60. Viſa legitimatione, num. 12. ver. non obſtant. lib. 2.

6 Idem eſt in donatione cauſa mortis, quæ non mutat ſuam naturam propter clauſulam exequutiuam, quod promiſit perpetuo obſeruare, & non contrafacere. Deci. d. conſil. 304. num. 6. plenius conſil. 470. in princ. & conſ. 521. nu. 14.

7 Contrarium Roland. à Valle conſil. 8. num. 16.
* & ſequen. lib. 1. & num. 37. dicit * communem in contrarium.

8 Idem eſt ſi renunciat reuocationi ob liberos in clauſula exequutiua. Cephal. conſil. 94. num. 32. & ſeq.

9 Idem eſt in clauſula, authoritate noſtra cognoſcas, poſita in diſpoſitiua, quæ facit iuriſdictionem delegatam etiam in ordinario, ſecus ſi eſſet in clauſulis exequutiuis. Deci. conſ. 500. nu. 11. & 413. num. 8. & conſil. 521. num. 14. Felin. d. cap. licet. num. 7.

10 Idem eſt in donatione ſimpliciter facta, quæ non alterat naturam, vt ſit feudalis, licet in clauſulis exequutiuis fuerit dictum aliquid de iuramento fidelitatis. Deci. conſ. 413. Conſuluit accurate. num. 8.

11 Idem eſt in clauſula, non obſtantibus, quæ licet tollat contraria, quæ extinguerent gratiam, non tamen auget gratiam. Calder. conſ. 24. Clauſula non obſtante, quod eſt primum, de reſcrip. & conſil. 116. in fin. quod eſt primum de priuil. Bald. conſil. 81. Quidam Simoninus. lib. 1.

12 Et quod clauſulæ derogatoriæ cenſeantur appoſitæ in indultis, & priuilegijs ad conſeruationem gratiæ, non ad ampliandam gratiam, ideo tanquam acceſſoriæ non extendunt, neque ampliant. Roman. conſil. 498. In caſu. num. 19. ver. quinta ratio, vbi apoſtilla in ver. dilatare, dat concordan.

13 Declara quoad clauſulas non obſtantium, vel clauſulas generales exequutiuas de ſtylo, ſecus ſi Papa derogat diſpoſitiue. Felin. d. cap. licet. nu. 7. de offic. ordin.

14 Idem eſt in gratijs, & priuilegijs, quia gratia, vel priuilegium non ampliatur, neque limitatur ex clauſulis exequutiuis. Socin. conſ. 281. In cauſa Bernardi, in fin. lib. 2.

15 Idem eſt in clauſula, non obſtante, quia ſi gratia eſt ſubreptitia etiam clauſula derogatoria corruit. Deci. conſ. 142. Pro tenui, in fin. Pariſ. conſ. 79. num. 25. lib. 4.

16 Idem eſt in conſtituto appoſito in obligatione conditionali, quia etiam conſtitutum eſt conditionale, & non operatur ante conditionem. Gozadin. conſil. 28. num. 36. & ſequen. ver. præterea vltimo.

17 Idem eſt in clauſula, amoto quocunque illicito detentore, quia non tollit ſubreptionem, quando eſt in exequutione gratiæ. Felin. d. cap. licet. num. 7. de offi. ordin.

18 Idem eſt in clauſula, vel verbis exequutiuis, quæ ſupponunt aliquid dictum in diſpoſitiua, quia ſi non eſt dictum, vel non reperitur dictum, non diſponunt. Felin. d. cap. licet, de offic. ordi. num. 7. ver. ſuper iſtis conſidera.

19 Declara, vt non procedat in ijs, quæ in ſupplicationibus dicuntur in fin. ad partem ſub virgula clauſularum generalium, quia illa omnia de per ſe probant, & diſponunt. Feli. d. cap. licet. nu. 7. ver. ſuper iſtis conſidera, de offi. ordin.

20 Et quod clauſula exequutiua non ampliet diſpoſita, plene Cephal. conſ. 94. nu. 32. & ſeq.

21 Contrarium dicit idem Cephal. tenere multos, d. conſil. 94. nu. 33. quia cenſetur notarius rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas.

22 Declarat Cephal. d. conſ. 94. nu. 33. vt circa non veriſimilia non operetur, circa ea vero quæ ſunt veriſimilia, operetur.

23 Idem eſt, quia verbum hæredibus non poſitum in diſpoſitiua, ſed in clauſulis exequutiuis non operatur, quod ſubſtitutio facta de perſona filij extendatur ad hæredes. Grat. conſ. 111. nu. 9. lib. 1.

24 Idem eſt in clauſula, renunciando omnibus legum auxilijs, quia non alterat diſpoſita, quia eſt acceſſoria, & exequutiua. Deci. conſ. 194. Studendo breuitati. col. antepen. verſ. ſecundo diligenter conſiderandum.

25 Idem eſt in hypotheca poſita in fine donationis, & inſtrumenti, quia non inducit hypothecam bonorum donatorum, ſed hypothecam pro obſeruantia contractus, ex quo eſt ſeparata, & non refertur, niſi ad obſeruantiam ibi, pro quibus obſeruandis, &c. ideo poſita in ceſſione iurium vtili non operatur, quod habens directas poſſit liberare eum, contra quem eſt facta ceſſio, licet teneatur ad obſeruantiam. Signorol. conſ. 217. num. 18. & ſeq. maxime num. 21. ver. nec obſtat.

26 Declara hanc materiam, quia clauſula acceſſoria, & exequutiua, quę non ampliat diſpoſitionem, dicitur quando eſt in clauſulis generalibus poſt diſpoſitiuam, videlicet, quando ponitur clauſula, quę omnia, &c. ſi vero eſt in parte ſubſtantiali; & in diſpoſitiua, ſecus eſt, & hoc modo cognoſcitur, an ſit exequutiua, vel non. Deci. conſil. 304. Iuridicam. colum. fin. verſ. ſexto, & ſeq. ſequitur Curt. Iun. conſ. 56. num. 3. vbi facit quos caſus. Pedemont. deciſ. 164. in princ. & num. 2. vbi loquitur de clauſula ad habendum, quando operetur, vel non, & idem dicit Deci. conſ. 500. In cauſa, quę Mantuæ. num. 8. in fin. cum multis ſeqq.

27 Contrarium, quod etiam poſita inter clauſulas exequutiuas, quando ſunt diſpoſitiua, diſponant. Deci. conſil. 185. In cauſa iſtorum, num. 7. Franc. Becci. conſil. 88. num. 49. ver. præterea.

28 Reſtringe, quia licet non ampliet, tamen declarat Deci. conſil. 423. Negari non poteſt, in fi. Curt. Sen. conſ. 49. apoſtill. ad Deci. conſ. 423. in ver. ampliant. Alexand. conſil. 195. Aſſumo. num. 8. lib. 2. quod duplicatur lib. 3. conſil. 62. qui loquitur in clauſula non obſtante, quæ non auget, ſed declarat. Bald. in l. eam quam, C. de fideicomm.

29 Declara, quia ſi clauſula, non obſtante, eſt in dubio, tunc nihil operatur, ſecus eſt ſi conſtat de mente. Alexand. conſ. 37. in fin. lib. 1. & conſil. 193. num. 8. lib. 2.

30 Amplia, quia clauſulæ, & diſpoſita acceſſoria ſequuntur naturam actus principalis, ideo conſentiens venditioni rei ſuæ, quæ excedat aureos 500. licet donare tacite, & improprie dicatur, tamen non requiritur inſinuatio, quia talis conſenſus ſequitur naturam venditionis. Calderin. conſ. 178. alias 2. de emptio. & vendi.

31 Amplia, quia gratia, quæ redditur ſubreptitia, quia non eſt facta mentio de poſſeſſione colorata tertij non ſubſtinetur, (licet in clauſulis exequutiuis fiat mentio de poſſeſſione tertij per clauſulam, amoto quolibet illicito detentore,) quia expreſſio debet fieri in narratiua gratiæ, vel diſpoſitiua, non autem in clauſulis exequutiuis. Calder. conſ. 246. alias 25. de prœben. pee totum. Lap. alleg. 15. idem eſt dicere. num. 5. ver. item dicit, ſequitur Gemin. conſ. 86. num. 6. ver. nec obſtat ſi dicatur. & conſ. 92. num. 3. in fin. & ſeq. ver. nec obſtat ſi dicatur.

Vide. Subreptio quando cauſatur ex taciturnitate poſſeſſionis alienæ. Concluſ. 746.

32 Extende in omni materia beneficiali, vel alias, in qua debet fieri expreſſio, alias gratia ſit nulla, licet in partibus gratiæ exequutiuis fiat mentio, adhuc gratia eſt nulla. Gemin. conſil. 86. num. 6. verſ. pro qua concluſione; allegat clemen. 1. §. fin. de præbend. & conſil. 92. num. 5. ver. & pro hoc optimus.

33 Ratio eſt, quia ea, quæ dicuntur in clauſulis exequutiuis, cenſentur addita per Papam, ne gratia impediatur, non autem, vt aliqua narratio fiat circa neceſſaria. Gemin. d. conſ. 86. nu. 8. ver. & iſtud etiam probatur.

34 Amplia, etiam ſi plures ſint clauſulæ acceſſoriæ exequutiuæ, quia non diſponunt. Deci. conſil. 373. num. 14.

35 Amplia in decreto irritanti poſito in clauſulis exequutiuis, quia recipit eandem modificationem, quam recipit gratia, etiam ſi contineat verba inducentia caſum diuerſum, & ampliatiuum gratiæ. Gemin. conſil. 143. nu. 1. ver. decretum enim.

36 Et ſi gratia eſt conditionalis, decretum eſt conditionale, & non operatur ante conditionem. Cardin. Zab. conſ. 18. Diebus elapſis, in princ.

37 Amplia in renunciatione exceptionis ſimulationis contractus, quia ſi contractus eſt ſimulatus, talis clauſula præſumitur ſimulata, & nihil operatur. Bar. conſ. 63. in fin. n. 3. lib. 1. ver. ſuper quarto.

38 Amplia, quia ſi pater, & filius ſe obligarunt pro reſtitutione dotis vxoris filij, ſed limitate, videlicet, pater, qui ſolum pro quantitate, ad quam aſcenderet portio filij ſe obligauit, non poteſt conueniri pro tota dote, etiam ſi inferius ſe obligauerit in ſolidum cum filio, quia non cenſetur ampliare velle ſuam obligationem in diſpoſitiua reſtrictam. Bald. conſ. 339. Pater, & filius, per tot. lib. 2.

39 Amplia, quia ſi donatio probatur ſimulata, etiam probatur ſimulatum conſtitutum in donatione appoſitum. Bald. conſ. 268. Super primo, circa med. lib. 5.

40 Amplia, quia ſi non valet contractus alienationis bonorum ſtabilium factę à minore ſine decreto, nec valent ſtipulationes pœnarum appoſitæ in dicto contractu. Bald. conſil. 258. Quantum ad primum. lib. 5.

41 Amplia in clauſula anteferri, quia eſt conditionalis, & non operatur ante conditionem, ſi gratia eſt conditionalis. Cardin. Zabarella conſil. 18. in princip. vbi declarat præterquam quoad mentem, qui apponitur in gratia expectatiua,

42 Amplia, quia ſi gratia, & prouiſio Papæ eſt nulla, vel ſubreptitia etiam clauſulæ derogatoriæ, & non obſtantiarum, ſunt ſubreptitiæ. Deci. conſil. 142. Ex pro tenui, in fin. Pariſ. conſil. 79. nu. 15. lib. 4.

43 Amplia, quia clauſula derogatoria, non obſtante, quæ ſubſtinet actum à contrarietate, actus, cui derogatur, nihil releuat, ſi principalis diſpoſitio eſt ſimulata, & nulla. Ang. Aret. conſ. 30. Videtur dicendum. num. 32. verſ. nec etiam obſtat.

44 Limita, quia clauſula acceſſoria, & exequtiua ampliat diſpoſitionem, ſi adeſt iuramentum. Rol. à Vall. conſ. 8. nu. 14. & ſeq. vbi nu. 37. dicit * communem. lib. 1. vbi loquitur in clauſula in donatione cauſa mortis poſita, per quam donans cum iuramento promiſit non reuocare.

45 Contrarium, quod clauſulæ acceſſoriæ, prout iuramentum obligatorium, aſſertorium, guarentigia, & ſimiles, in confeſſione dotis facta per maritum ſimulatæ, vel in fraudem etiam quando renunciauit exceptioni pecuniæ non numeratæ, nihil operentur, quia ſi principalis confeſsio non valet, nec clauſulæ acceſſoriæ, plene Gozad. conſ. 28. nu. 12. & ſeq. ver. ſexto hoc ampliatur.

46 Declara, quia ſi clauſulæ renunciationum, iuramentum, guarentigia, hypotheca, fortior prouiſio, nocet contrahenti in contractu nullo, nunquam nocet tertio. Gozadin. d. conſil. 28. nu. 17. & ſequen.

47 Alia regula eſt, ſi contractus principalis non valet, non etiam valent clauſulæ, & pœnæ adiectæ tanquam acceſſoriæ, & exequutiuę. c. 2. de procur. Fede. de Sen. conſ. 143. Conceſsio facta. nu. 2. ver. & ideo ſi conceſsio, qui loquitur in alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ ſi non valet, nec pœna adiecta valet. Bald. conſ. 371. Factum ſic proponitur. nu. 6. & ſeq. ver. ſed videamus, vſque in fin. lib. 3.

48 Et ratio eſt, quia eadem facilitate, qua quis inducitur ad contractum, eadem inducitur ad clauſulas acceſſorias, & renunciationes beneficiorum competentium.

Vide. Facilitas eadem quando cenſeatur in eodem actu, vel diuerſo. Concluſ. 9.

49 Limita in libello, quia clauſula generalis ſubſequens ſpeciem, quę de ſui natura ad ſpecies ſpecificatas refertur in libello propter fauorabilem interpretationem ad fauorem libellantis extenditur, ne vitietur libellus. Bald. conſ. 477. In cauſa vertente. num. 3. ver. item non obſtat. lib. 3. vbi loquitur in libello inepto, vt ſubſtineatur ex clauſula, omni meliori modo.

50 Limita, quia quod dicitur clauſulas exequutiuas non alterare diſpoſitionem procedit, quando clauſula eſt acceſſoria, ſecus ſi principalis ſic videtur velle. Crauett. conſ. 25. num. 3. & expreſſe dicit Deci. conſ. 304. Iuridicam. col. fi. nu. 6. & ſeq. & conſ. 194. col. antepen. & per totum. ver. ſecundo diligenter, vbi apoſtill. in ver. exequutionem, & conſ. 373. n. 14. vbi reddit rationem, quia cum ſint acceſſoriæ, ſequuntur naturam diſpoſitionis, & conſ. 413. num. 7. & ſeq. ver. & vlterius, & conſil. 470. in princip.

Nam

51 Nam clauſula alterans contractum non eſt acceſſoria, prout dicimus de pacto, quod eſt pars contractus iuxta not.in l.petens.C.de pact.

52 Limita, quia licet clauſula exequutiua non alteret, nec mutet naturam contractus, tamen declarat contractum.Becc.conſ.88.nu.50. apoſtil.ad conſ.Iacobi Mandelli 473.in ver.clauſulis acceſſorijs.

53 Limita,quia clauſula codicillaris exequutiua contra mentem,vbi deficit conſenſus,nihil operatur,ſed operatur, vbi conſenſus poteſt conſiderari.Deci.conſ. 205. In cauſa iſtorum nobilium, num.9.& ſeq.

54 Limita multis modis de quibus d. apoſtilla ad conſ. Iacobi Mandelli 473. in ver. clauſulis, videlicet quando aliquid poteſt de ſe operari,alias ſecus,item ſi compatitur,alias ſecus, item in materia odioſa,alias ſecus.

Vide.Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.Concluſ.76.

Vide plene Ant.Gabriel.lib.6.tit.de clauſ.concluſ.10. Clauſulæ acceſſoriæ ad contractum,naturam contractus ſequuntur.

Clauſulæ diuerſæ gratiarum,& de clauſula, quam duxeris acceptandam,quid operetur. Concluſio. CCCXIII.

1 CLAVSVLA, quam duxeris acceptan. inexpectatiua, facit gratiam conditionalem, ideo attenditur tempus conditionis, & acceptationis,an beneficium cadat ſub gratia. Oldrad. conſ.229.num.4. ver. ad quartum,quem ſequitur Rota,vt per Caſſad.deciſ.3.num. 24.ver.item ſucceſſiue inueni.

2 Amplia ſecundum Feder.de Sen.conſ.197. ver. non ſic eſſet,quod clauſula quod duxeris acceptandum,etiam cum menſis appoſitione, operatur, quod gratia eſt generalis,& non præfertur ſpeciali poſteriori, ſecus ſi non habet clauſulam, quod duxeris acceptandum.

3 Contrarium,quod ſi adijciatur menſis,vel aliud tempus,quia tunc non eſt conditionalis,ſed pura. Oldrad. conſ. 175.num.2.

4 Amplia, vt idem ſit in clauſula, ſi eum vitæ laudabilis eſſe repereris, quia facit gratiam conditionalem. Oldrad. conſil.175. num.2.ver. præterea.

Clauſula anteferri qualis ſit,&quid operetur. Concluſio. CCCXIV.

1 EFFECTVS huius clauſulæ anteferri volumus, eſt,quod facit de poſteriore priorem. Ægid.Bellam.conſ.33.nu.20.in fin.ver.tertio hoc probatur.

2 Acquiparantur clauſula anteferri,& reſeruatio ſpecialis, ideo ſicut præfertur habens clauſulam anteferri, ita præfertur is,qui nititur gratiæ cum reſeruatione ſpeciali.Cald. conſ.30.per totum, alias 17.de reſcript.maxime in fi.

3 Odioſa tamen eſt clauſula anteferri, & iuri repugnans,ideo eſt arctanda, quantum fieri poteſt, & ſufficit, quod in aliquo poſſit verificari,ideo ſi eſt appoſita quoad prælationẽ gratiarũ præterita rũ,quę etiam poteſt referri ad gratias futuras,reſtringitur ad præteritas tantum.Oldr.conſ.198.in prin.n.3.ver.tertio clauſula anteferri,vbi n.5.ver. ſecundo pro intellectu appellat iniurioſam clauſulam anteferri, & quod ſit contra ius commune, in præiudiciũ tertij,ideo eſt reſtringenda. Aegid. Bella.conſ.33.nu.22.ver.modo clauſula.

4 Amplia, quod clauſula, anteferri reſtringatur, vt non operetur contra morem, & conſuetudinem concedentis,ideo non ſe extendit in pręiudicium ſpecialiter prouiſi a Papa,quia habens gratiam generalem priorem cum clauſula anteferri non præfertur habenti gratiam prouiſionis ſpecialem,licet poſteriorem.Oldra.d.conſ.198. inci. Circa primum.ver.circa ſecundum,ſequitur Oldrad.Zabarel.conſ.136.num.4.

5 Amplia, quod clauſula anteferri in tantum eſt odioſa,vt habens gratiam cum clauſula prædicta, cuius vigore præfertur alijs,etiam anterioribus,ſi tamen narrat,quod habet gratiam per quam prę fertur,& quod ſibi non obſtat, niſi ętas,& diſpenſetur ſuper ætate,eſt obreptitia diſpenſatio,ſi non aperuit,quod præfertur vigore clauſulæ anteferri quia Papa intellexit de Prælatione vigore datæ, non autem vigore clauſulæ.Oldr.conſil.215. Punćta breuia.num. 2. verſic.circa quod eſt.

6 Amplia,vt clauſula anteferri reſtringatur tantũ quoad ſimiles gratias,nam ipſa clauſula nihil operatur quoad gratias diſſimiles, nec dat prærogatiuam contra diſsimiles.Oldrad.conſ.223.Factum tale eſt Dominus Clemens,n.6.ver.quinto ſi quid iuris,vbi quod talis clauſula in expectatiua non præiudicat vnioni,& in fi.conſ.dicit quod non habet locum talis clauſula in gratia perſonæ contra gratiam dignitati conceſſam, & idem ait de gratia odioſa ad fauorabilem.

7 Amplia, quia hæc clauſula anteferri non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti ad rem,niſi aliter conſtet de intentione Papæ, & ideo habens gratiam conditionalem ad beneficium quodcunque in forma pauperum cum iſta clauſula,etiam ſi obtinuit gratiam purificari ante vacationem beneficij, & fuerit diligentior in proceſſu, tamen non pręfertur habenti gratiam puram ſub eadem data ſpecialem ad præbendam cum prouiſione Canonicatus, quia propter prouiſionem Canonicatus affecta eſt a principio præbenda pro habente prouiſionem ſpecialem, & ei eſt quæſitum ius ad rem,quod non tollit hæc clauſula.Gemin.conſ. 138.per totum,vbi eſt caſus.

8 Amplia, quia hæc clauſula inducit anterioritatem per fictionem, quæ veritatem non tollit, ideo ſi concurrat cum habente datam veram, ille præfertur cæteris paribus. Geminian. dicto conſil.138.num.1.& ſequen. ver. ſecundo clauſula retrotractiua.

9 Amplia, quia gratia conditionalis cum clauſula anteferri facit etiam clauſulam conditionalem,ideo non operatur niſi purificata conditione. Cardinal.conſil.18. in principio.ver. puram intelligo.

lized by Google

Vide. Clauſulæ exequutiuæ non ampliant, & non valent, niſi valeat diſpoſitio principalis. Concluſ. 312.

10 Declara, quia ſi gratia habet de beneficio infra menſem à die vacationis, non propterea eſt conditionalis. Card. Zabar. d. conſ. 18. in princ.

Vide. Expectans cum menſe, quid operetur apoſitio menſis. Concluſ. 619.

11 Amplia, quia clauſula anteferri, in pluribus gratijs diuerſorum compenſatur, ita vt gratiæ reducantur ad naturam ſuam, & ille præferatur, qui habet, vel gratiam cum data anteriori, vel qui habet ſpecialem. Zabarell. conſ. 136. Præmitto ante ſolutionem, per totum, vbi latiſſime, maxime num. 3. & ſeq.

12 Declara, quia ſi vnus haberet clauſulam anteferri, cum derogatione, vt non obſtante ſimili clauſula conceſſa habentibus priores litteras, tunc tolleret præcedentem clauſulam, ſecus ſi etiam præcedens haberet eandem derogationem, quia tunc conquaſſantur, & eſt locus priori datæ. Zabar. d. conſ. 136. num. 5. & ſequen. vbi, quod non valet argumentum, ſecunda clauſula tollit primam, facilius, quam prima tollat ſecundam, quia alias hæc clauſula in prima nihil operaretur, & confunderentur iura.

13 Amplia, quia gratia anteferri non præiudicat habenti gratiam motu proprio, quæ gratioſa eſt, alia vero odioſa, & quando odium, & fauor ſunt in conflictu præfertur fauor. Ægid. Bellame. conſ. 33. nu. 21. & ſeq. ver. octaua concluſio.

14 Amplia, quia clauſula anteferri in gratia generali non operatur contra habentem gratiam ad Canonicatum, & præbendam, quando iam eſt receptus in Canonicum cum expectatione primæ præbendæ, niſi in clauſula anteferri hoc exprimatur, quod præferri debeat etiam ſi fuit receptus in Canonicum. Zabar. conſ. 136. num. 3. maxime ver. & ex hoc, vbi, quod eſt odioſa hæc clauſula, ideo eſt reſtringenda.

15 Extende in tantum, vt non ſufficiat mentio in genere, & per quæcunque verba, quia cum clauſula ſit odioſa, debet reſtringi, vt non tollat ius quæſitum recepto in Canonicum, niſi exprimatur, & ita per Papam fuiſſe mandatum aſſerit Zabarel. conſ. 136. num. 3. & 4. ver. vnde notanter, vbi allegat ad hoc Compoſtell.

16 Extende, quia clauſula anteferri in litteris poſterioribus non tollit effectum gratiæ præcedentis ſimilem gratiam cum clauſula anteferri, niſi in ſecunda clauſula poſteriorum litterarum in ſpecie fiat mentio ſimilis clauſulæ in prioribus litteris, ita idem Zabarel. d. conſ. 136. num. 5. ver. vnde vt gratia.

17 Extende, quia clauſula anteferri non tollit effectum gratiæ præcedentis, cuius vigore iam fuit facta liquidatio, & proceſſus, niſi de hoc fiat ſpecialis mentio. Zabarell. d. conſ. 136. num. 5. verſ. vnde, vt gratia.

18 Limita, quia clauſula, anteferri, operatur, quod is, qui habet eam, præferatur alijs expectantibus etiam Apoſtolicis. cap. quondam, de præb. in 6. Oldra. conſ. 136. Quod ex productis, in princ. num. 2. ver. & quamuis de virtute, vbi dicit procedere etiam ſi dicatur eum præferri omnibus, præterquam authoritate Apoſtolica expectantibus. Lap. allegat. 80. Innoc. Papa. num. 1. ver. ad prædicta, vbi allegat iura, in quibus habetur de hac clauſula, verſ. & nota de clauſula.

Vide Concluſionem proximam ſequen. num. 7.

19 Declara, vt clauſula anteferri non operetur, niſi is, pro quo eſt conceſſa, ita voluerit. Calder. conſ. 56. quod eſt primum, de translat. Prælat. nu. 2. ver. & ad idem facit.

20 Limita, quia imo præfertur gratiæ ſpeciali de vacaturo, ideo Canonicus habens expectatiuam ad primam præbendam in concurſu non habente expectatiuam generalem cum clauſula anteferri, debet ſuccumbere, quia talis clauſula dat Prælationem. Card. Zabar. conſ. 18. Diebus elapſis.

21 Declara, quia imo præfertur habens expectatiuam ad Canonicatum, ſi fuit receptus, vel ſi acceptauit primo, quia afficitur præbenda, & quia receptus in Canonicum habet maius ius, quam expectans præbendam vacaturam, quod maxime procedit, quando habet menſem, & is, qui habet expectatiuam cum clauſula anteferri, habet generalem gratiam, non ſpecialem ad Canonicatum. Zabar. conſ. 136. nu. 2. & 3. cum ſeq. vbi nu. 3. ver. & ex hoc, dicit, quod ad hoc, vt operetur hæc clauſula contra receptum, oportet, quod hoc exprimatur in gratia habente clauſulam.

Vide. Expectans Canonicus ſine præbenda ad præbendã quando præferatur, vel non. Concl. 604.

22 Limita, quia quando ſumus in vacaturis, gratia conualidans primam, vel extendens cum clauſula anteferri, vel æquipollenti ſemper præfertur ei, qui habet gratiam medio tempore ad vacaturum, quando tempore vltimæ gratiæ extendentis nondum venit vacatio, & ſic præiudicat in iure quærendo, & non in iure quæſito. c. quamuis, de reſcr. in 6. Aegid. Bellam. conſ. 33. nu. 3. in fin. cum ſeq. ver. quod dummodo.

Vide. Gratia an tollat ius quæſitum, & quando. Concluſ. 55.

Vide. Clauſula, aut ſi aliqui, &c. quid operetur. Concluſ. prox. ſeq.

Clauſula aut ſi aliqui, &c. quid operetur. Concluſ. CCCXV.

1 CLAVSVLA, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus generales, vel ſpeciales dictæ ſedis, vel legatorum eius litteras impetrauerint etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus in aſſequutione dictorum beneficiorum volumus anteferri, tollit ſubreptionem iuxta cap. mandatum, de reſcript. Oldrad. conſ. 198. incip. Circa primum, in princ. ver. circa ſecundum.

2 Et de ſtylo Curiæ ponitur iſta clauſula in omnibus gratijs ſpecialibus. Feder. de Sen. conſ. 197. in fin. ver. vt replico. Calder. conſ. 30. alias 7. de reſcript. in fi. ver. & procedit hoc maxime.

3 Et in eo, in quo Papa præſeruat gratias, quibus præiudicat, eſt abundans cautela. Aegid. Bellame. conſ. 33. num. 4. ver. ſed quid operabitur.

4 Et trahitur, ſeu reſpicit præteritas gratias iam conceſſas, non autem concedendas, & futuras. Oldrad. d. conſ. 198. ver. circa ſecundum.

5 Amplia, quia præſeruat alias gratias, quia in fine mandatur, qnod quoad alias gratias nullum præiudicium inferatur, & ita ſeruat ſtylus Curiæ.

Calder.

Calder. conſ. 30. alias 7. de reſcript.ver.& procedit hoc maxime,vſque in fi.

6 Limita,quia ſolum reſpicit receptionem ſupra numerum,non autem reſpicit,neque ſuſpendit collationem de vacanti factam.Zabarell.conſ.126.n. 3.ver.nec obſtat.

7 Limita,quia non comprehendit gratiam ſpecialem Papæ quando dicta clauſula eſt ſuper generali gratia,quia iſte eſt mos,& vſus concedentis,qui non vult gratiam generalem præferri ſpeciali.Oldrad.d.conſ.198.ver.illud etiam non videtur plenius Ægid.Bellam.conſ.33.n.10.ver,ijs ſuppoſitis, vbi reddit rationem.

Vide Concluſ.prox.præced.nu.18.

8 Limita, quia litteræ generales minus operantur, quam ſpeciales quando generales non ſunt deductæ ad ſpeciem, ideo valet impetratio ſpecialium non facta mentione de generalibus. Ægi. Bellam.conſ.33. num.9.ver. ſecundo hoc deduco, & nu.10,ver.ijs ſuppoſitis,cum ſeq,vbi reddit rationem, quia potentius eſt ius ad certam rem, quam ad incertam.

9 Limita, quia non operatur hæc clauſula in gratia generali contra habentes ſpeciales cum menſe durante menſe,ſic videtur velle Aegid.Bella.conſil.33.num.12.ver.in hac autem.

10 Et quod hæc clauſula,aut ſi aliqui,&c, non ſoleat dari de conſuetudine contra expectantem ſpeciales.Ægi.Bell.conſ.33.n.15. in fi.ver.ſexta concluſio, vbi quod mens concedentis non extenditur ad non ſolita fieri.

11 Limita, quia iſta clauſula in gratia ſecunda, non præiudicat primæ poſt acceptationem gratiæ ſpecialis, vel in forma pauperum ad primum vacaturum per primum expectantem,quia per acceptationem poſt vacationem dicitur quæſitum ius in re. Ægid. Bellam.d.conſ.33.nu.14.ver.ſed quid operabitur.

12 Declara niſi conſtet de mente Papæ, quod velit præiudicare.Ægid.con.33.num.15.ver. ſed dices,vbi circa fin. dicit,quod non præiudicat tunc, quando ſequuta vacatione facta eſt acceptatio per expectantem, & prouiſio per exequutorem, alias ſecus.

Vide. Clauſula anteferri quid operetur.Concl. prox.præced.

Vide. Clauſula,dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum.Conclu.329.

Clauſula ad collationem, prouiſionem,&præſentationem quid importet, vel non.Concluſ. CCCXVI.

1 CLAVSVLA in collatione Papæ, in qua dicit conferre,vel mandat conferri beneficium ad collationem prouiſionum, & præſentationem cuiuſcunque non includit præſentationem patronorum laicorum. Lap. alleg. 85. num. 6. ver.ſed nunquid,vbi dicit ita ſeruari.

2 Amplia, quia clauſula generalis ad prouiſionē, collationem,præſentationem,& diſpoſitionē non includit beneficia electiua, niſi ſit dictum etiam ad electionem. cap. cum in illis. §. 1. de præben.in 6.

3 Extende, quia ſi Papa confert beneficium tanquam ſpectans ad omnimodam diſpoſitionem certæ perſonæ ſi eſt electiuum,vel alias libera diſpoſitio non ſit illius, non præiudicat alijs. Gemin. conſ.15.nu.2,ver.ſed contrarium.

Vide.Collatio habet vim electionis, & confirmationis. Concluſ.420.

Vide. Expectans ad collationem non capit beneficia ad electionem. Concluſ.608.

Clauſula vocatis vocandis quid operetur. Concluſio. CCCXVII.

1 HAEC clauſula vocatis vocandis eſt tantæ efficaciæ,vt ſi ponatur in littera exequutoria meri exequutoris tenetur aſſumere paſtes iudicis.c.exhibita,de iudi.iuncta gl.3.Zabarel.conſil.92.nu.2.Rota in Nou. deciſ. 12.de offic.deleg. aliar 349.

Vide.Clauſulę reſcriptorum importantes cauſe cognitionem,vel non.Concluſ.368.

Vide.Exequutor merus quando adhibet cauſæ cognitionem ex neceſſitate.Concluſ.500.

Vide pleniſſime. Exequtor quando habeat cauſæ cognitionem,vel non.Concluſ.510.vbi quid de alijs clauſulis ſi conſtiterit amoto quolibet detentore, & ſimilibus.

Vide. Verba importantia cauſæ cognitionem, quæ ſint.Concluſ.151.

2 Amplia, quia tollit ſubreptionem taciturnitatis poſſeſſionis alienę,de qua licet ſi non eſt facta mentio, non valet gratia, tamen valet quando adeſt talis clauſula.Zabar.conſ. 92.nu.2.& 3.

Clauſula inducatis in poſſeſsionem, & manuteneatis, quid operetur. Concluſio. CCCXVIII.

1 HAEC clauſula dat iuriſdictionem exequutori,quia poterit manutenere inductum donec ſit pacificus, non tamen ſemper ne derogetur ordinario,ideo poſt annum,vel poſtquam pacifice poſſedit ſi moleſtatur, via ordinaria eſt agendum, quia hæc clauſula non habet amplius effectum.Staphil.de liter.gratię. fol.97. pag.2.ver.ſequitur poſtmodum,allegat Io. Andr. & Abb.in c. fi.de offi.deleg.

2 In patria Franciæ dicit Rebuf. in forma nouæ prouiſionis,in ver.& defendat inductum,quod nihil operatur,quia iudices ordinarij poſt inductionem cognoſcunt, & male ſecundum præmiſſa.

Vide plenius in ver. Exequutoris facultas quanto tempore duret poſt exequutionem. Concluſ. 513.& concluſ.ibi prox.præced.

3 Et qualiter procedat exequutor iſte.

Vide. Exequutor gratiæ Apoſtolicæ qualiter procedat reperto intruſo.Concluſ.508.

Clauſulæ

Clauſula, amoto quolibet illicito detentore, quid importet. Concluſio. CCCXIX.

1 CLAVSVLA in proceſſu exequutoriali directo exequutori in poſſeſſionem inducas N. amoto quolibet detentore, non tollit quin poſſit dari de ſubreptione gratię, ſi impetrans tacuit poſſeſſionem tertij in impetratione. Lap. alleg. 85. num. 5. ver. vnde ſi concor. Calderin. conſil. 246. alias 25. de præben. qui extendit etiam ſi ſubreptio perueniat ex eo, quia impetrans tacuit poſſideri colorate beneficium impetratum, quia non ſanatur per hanc clauſulam.

Vide. Subreptio quando procedat ex taciturnitate poſſeſſionis alienæ. Concluſ. 746.

2 Amplia, quia licet clauſula amoto quolibet illicito detentore, tollat vitium taciturnitatis poſſeſſionis alienæ ſi eſt poſita in diſpoſitiua gratiæ, tamen ſecus eſt ſi eſt poſita in clauſulis exequutiuis gratiæ. Calder. d. conſ. 246. alias 25. de præb. Gemin. late conſ. 86. num. 6. ver. nec obſtat, qui etiam allegat Lap. alle. 15. n. 5. ver. ité dicit, & idé Gemin. conſ. 92. n. 3. in fi. & ſeq. ver. nec obſtat ſi dicatur, & conſ. 117. num. 12. in fin. & ſeq. ver. non obſtat.

3 Extende, quia nec conſueuit apponi in litteris gratiæ, ſed ſolum in litteris exequutorijs. Calde. d. conſ. 246. alias 25. de præb.

4 Amplia, quia importat cauſæ cognitionem.

Vide. Exequutor quando habet cauſę cognitionem, vel non. Concluſ. 510. ver. amplia in exequutore etiam deputato cum clauſula.

5 Amplia, quia poteſt Princeps concedere amotionem illiciti poſſeſſoris, & dare facultatem, vt tam per ſe ipſum, quam per alium, ingrediatur poſſeſſionem eiecto illicito detentore, quia hoc poteſt Præſes Prouinciæ facere. Bald. conſ. 345. nu. 2. ver. item poteſt concedere. lib. 1.

6 Declara, quia tàlis clauſula, quod quis ingrediatur poſſeſſionem propria authoritate amoto illicito detentore, intelligitur quando eſt notorium, quod illicite poſſeſſor detinet, ſi vero eſt dubium, ſecus eſt Bald. d. conſ. 345. num. 3. ver. nihil enim prohibet. lib. 1.

7 Limita, quia clauſula amoto quolibet detentore intelligitur de illicito, in tantum quod ſi Imperator concedat fœudum, & det facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate amoto quolibet etiam legitimo poſſeſſore, non valet tale reſcriptum etiam conceſſum de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia. Bal. conſ. 345. Ad euidentiam, in princ. lib. 1.

8 Limita, quia hæc clauſula ſi poneretur in diſpoſitiua gratiæ impetrantis tolleret vitium ſubreptionis. Calder. d. conſ. 246. alias 25. de præb. Gemin. late conſ. 86. nu. 6. ver. nec obſtat, qui etiam hoc tenet conſ. 92. n. 3. in fi. ver. nec obſtat ſi dicatur, & conſ. 117. nu. 12. in fi. ver. non obſtat, cum ſeq. & hæc eſt communis* opinio. Zab. conſ. 92. nu. 4. ver. ſed ſi conſtaret.

9 Extende limitationem, quia hæc clauſula ſi poneretur in litteris gratiæ tolleret ſecundū quoſdam, vitiū ſubreptionis taciturnitatis poſſeſſionis coloratę impetrantis. Calder. d. conſ. 246. alias 25. de præb. Card. Zabar. conſ. 31. in fi.

10 Contrarium tenet Gemi. d. conſ. 86. n. 6. ver. nec obſtat, quia nec tollit ſubreptionem, niſi ſit in parte gratiæ diſpoſitiua, ſecus ſi eſſet in litteris gratię, ſed in parte exequutiua.

11 Declara, quod hæc clauſula amoto quolibet illicito detentore directa exequutori non operatur, vt ceſſet ſubreptio poſſeſſionis alienæ, niſi ſit poſſeſſio notorie nulla, quia quod cauſę cognitionem requirit, ad exequutorem non ſpectat, ideo ſi quid eſt nullum exiſtenter, ſed non apparenter, ita quod requiritur ſententia, clauſula ipſa nihil operatur, & gratia eſt ſubreptitia, ſi non eſt facta mentio. Bal. conſ. 388. Inſuper quæritur. lib. 1. per totum, maxime in fi.

12 Declara, quia ſi poſſeſsio eſt bonę fidei debet fieri mentio, ſecus ſi malæ fidei, & ideo ſi mero exequutori dirigatur forte non ſufficeret, ſecus ſi exequutori cum clauſula, vocatis vocandis. Zab. con. 93. in prin. per tot. maxime nu. 4.

Vide. Subreptio ex taciturnitate poſſeſsionis alienæ quando procedat. Concluſ. 746. ver. limita quia ſatis dicitur facta mentio.

Clauſula contradictores, &c. quid importet. Concluſio. CCCXX.

1 CLAVSVLA, hæc in litteris Apoſt. contradictores, ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declarandi, &c. operatur, & dat iuriſdictionē exequutori gratiæ ſolum aduerſus eos, qui de facto, non autem de iure contradicunt impedientes effectū, ſeu exequutionem gratiæ, ſiue partes ſint, ſiue quicunque alij. Ro. conſ. 482. In caſu præmiſſo, in princ. vbi prima apoſtilla in ver. contradicunt dat concord. plures.

2 Extende idem in clauſula contradictores, &c. compeſcendo. Oldr. conſ. 81. in fi. ver. præterea poſito, & conſ. 270. nu. 6. in fi. ver. & pro ſententia.

Vide. Exequutores cum clauſula contradictores quam iuriſdictionem habeant. Concluſ. 509.

Clauſula, vos duo, aut vnus veſtrum, quid operetur. Concluſio. CCCXXI.

1 VIGOR huius clauſulæ ſi vnus cepit procedere, poterit alius proſequi, vel procedere primo impedito, & dicitur impedimentum, ſi abeſt, vel infirmus eſt. Cardin. Zabarell. conſ. 54. num. 2. ver. ad quartum.

2 Amplia, quia ſi vnus proceſſit nulliter, puta, quia dedit poſſeſsionem non citato poſſeſſore, poterit alius iuridice procedere faciendo renuncia re poſſeſsioni nullæ, & de nouo dando poſſeſsionem legitimam. Card. Zabarell. conſ. 54. num. 2. & ſeq. per totum.

Vide Exequutores plures qualiter dentur. Concluſ. 505.

Vide. Clauſula coniunctim, vel diuiſim quid importet. Concluſ. prox. ſeq.

Clauſula

Digitized by Google

Clauſula coniunctim, vel diuiſim,quid operetur. Concluſ. CCCXXII.

1 CLAVSVLA coniunctim,& diuiſim poſita circa plures modos importat,vt unuſquiſque modus cẽſeatur de per ſe propoſitus, & ideo reus negans poſitiones coniunctim, debet ſeparatim interrogari per hanc clauſulam.Lap. allega. 51.num.2.ver.ad ſecundum, circa fin. vbi etiam. ponit clauſulam aſſenſiue, & diſſenſiue.

Vide.Exequutores plures qualiter dentur. Cõcluſio.505.

Vide.Clauſula exequutorum uos duo,aut unus veſtrum quid operetur.Concluſio.proxima præcedente.

Clauſula cum annexis, & connexis quid operetur. Concluſ. CCCXXIII.

1 CLAVSVLA iſta cum annexis connexis, & dependentibus, intelligitur, dummodo non ſint talia, quæ aliis ſint conceſſa.Io. de Imol. conſ.140.nu.5.uer.nec obſtant.

2 Extende, quia intelligitur de annexis, & connexis non remotis, ſed proximis. Ioan. de Imola conſ.139.nu.6.

Vide. Connexum dependens, & incidens quando dicatur.Concl.625.

Clauſula ſingula ſingulis congrue referendo quid operetur, Conl. CCCXXIV.

1 CLAVSVLA prædicta eſt relatiua, & comprehenſiua reſpectiue ſingulorum, etiam ſi in diuerſa oratione ſint expoſita. gloſ.in l.ſi negocium,C.de nego.geſt.in ver.geſtorum.

2 Et relatio fit ſingula ſingulis caute, vt dicit gloſ.in l.fin.in ver.vniuerſitatis. C. de fideic. ubi Angel. exponit congrua congruis referendo ſecundum terminos habiles cuiuſcunq. ad quem fit relatio.Deci.conſ.204.In cauſa iſtorũ,col.pen. uer.& idem tamen.

3 Et de hac clauſula ſingula ſingulis congue referendo,quod referatur ad omnes, de quibus feeit mentionem, tam in prima,quam in vltima diſpoſitione,quando in fine ponitur,ut ſupra ſingula ſingulis congrue referendo.Cur.Iun.conſ.43.n. 9.uer.ſecundo principaliter,& iterum,col.fin.nu. 11.uer.tertio principaliter.

4 Vide etiam Ruin.conſ.103.num. 10.libr.4.ubi quod minor qui promiſit omnia,& ſingula ſupra dicta eſſe uera,ſingula ſingulis congrue referendo,cenſetur etiam promiſiſſe uerum eſſe eum eſſe maiorem, ex quo aſſeruit ſe maiorem, quia ad omnia,& ſingula refertur,ſiue ſint dicta, ſiue promiſſa cum ſuis qualitatibus, & conditionibus, & idem plenius tradit Pariſ.conſ.97.num.90. & ſeq lib.1.ubi quod illa clauſula,ſingula ſingulis congrue referendo,importat perinde ac ſi omnia ſuperius diſpoſita iterum nominatim ſpecificata eſſent. allegat cap. vt circa,iuncta glo.de electio. in ſexto.& clem.conſtitutionem,eod.tit.

5 Declara, quia ſi ſtatutum Mutinæ prohibet omnes contractus cum minoribus,& mulieribus, ſine certa ſolemnitate, & prohibet etiam maiores annorum 75. poſſe alienare ſine certa ſolemnitate,poſtea ſubiungit, quæ omnia in præſenti ſtatuto cnmprehenſa vendicent ſibi locum in contractibus,& obligationibus, vel quaſi etiam celebratis extra iuriſdictionem Poteſtatis Mutinæ inter ciues,& diſtrictuales,quia debent ſingula ſingulis adaptari,prout poſſunt congrue ut in minore,& muliere de omni contractu,in maiore annorum 75.de alienatione,& ita Alex.conſ.29.Clariſſime,nume. 15.& 16,uer.nec obſtat,lib.7.allegat tex.in c.fi.in fi.& ibi Anton. de Butr. in ultimo not.de ſtatu Monach.& alios.

Vide. Proportionabilis materia ſemper requiritur.Conclu.915.

Vide. Clauſula omnia, & ſingula quid operetur.Concl.296.

Clauſula generalis poſt enumerationem ſpecierum multa operatur.Concl.CCCXXV.

1 CLAVSVLA generalis ſubſequens enumerationem ſpecierum multum operatur, ideo mandatum,in quo continetur aliquid,quod requirat mandatum ſpeciale per clauſulam generalem ſubſequentem,& ad omnia alia, &c.cenſetur ſpeciale ad omnia,etiam non expreſſa,non tamen maiora expreſſis,gloſ.in c. fin.de procur. in ſexto,in uer.ſpeciale.

2 Amplia,vt idem ſit in priuilegio exemptionis, quia,ſi enumerantur certa onera,& deinde apponatur clauſula,nec non ab omnibus oneribus,&c. exemptio trahitur ad omnia.Bal.conſ.112.Quæritur qui intelligantur,numer.3.uer. tertio quæritur,lib.1.

3 Declara,quia non comprehenderet exemptionem ab oneribus,quæ poſtea imponuntur ex abſoluta poteſtate Principis.Bald.d.conſ.112. num. 3.libro 1.

4 Amplia,quia genus poſt ſpeciem ampliat, & non reſtringit.Bal.conſ.105. Præmiſſis uerbis, in fin.ver.præterea principium,lib.4.

5 Amplia in conceſſione fęudali, quia ſi concedantur aliqua regalia cum clauſula generali, & omnibus aliis emolumentis, veniunt alia regalia ſimilia.Crauet.conſ.109.in princ.vbi late Peregr.de iure fiſci,lib.1.tit. 2. nu.100.uer. ita ſi in conceſſione,ubi plures citat.

6 Limita, quia clauſula generalis cum libera in mandato poſt ſpecificationem certorum bonorum non extenditur ad alia bona,de quibus mandatum non loquitur.Bald.conſ.371.Viſo tenore, in prin.lib.4.

7 Limita,quia clauſula generalis poſt ſpecificationem non includit diuerſas ſpecies a ſpecificatis,plura congerit Ægid.conſil.3. numer. 13. ubi late

Digitized by Google

latæ,& idem in quietantia,& fideiussione, & aliis contractibus.

Vide. Clausula generalis post specificationem quid operetur.Concl.315.

Vide. Mandatum quando dicatur speciale per clausulam generalem,uel alias.Concl.51.

Clausula,si eum vitæ laudabilis esse repereris,in gratia de prouidendo apposita, quid importet. Concl.CCCXXVI.

1 CLAVSVLA in literis prouisionum de beneficio per quam mandatur exequutori si eum vitæ laudabilis esse repererit, prouideat, est conditionalis, ideo necesse habet exequutor ante prouisionem de idoneitate inquirere, & requiritur declaratio, secus si diceretur prouideas, si dictus Clericus est vitæ laudabilis, quia non importat cõditionem,nec requiritur declaratio, Oldr.cons.41.Breuiter videturinter.

2 Et quod clausula,si est idoneus,importet monitionem,& non conditionem, neque causæ cognitionem.Lap.alleg.15.num.5.uer. non obstat, vbi idem dicit de uerbo inueneris, & per hoc uidetur differentia inter verbum inueneris,& uerbum repereris.

Vide .Inuenire, & reperire in quo differant. Conclusio.344.

Vide. Verba importantia causæ cognitionem quæ sint.Concl.151.

Clausula, dummodo, non nisi pro quatuor scripserimus quid operetur in mandato de prouidendo. Concl. CCCXXVII.

1 CLAVSVLA in gratia expectatiua dum modo non nisi pro quatuor aliis in simili forma scripserimus,respicit,ne Ecclesia, in qua scribitur, oneretur ultra,ideo licet Papa pro decem scripsisset,si tamen gratiæ euanescant quocunq.modo,& reducantur ad numerum quatuor, gratia istius erit bona.Oldr.cons.221. Casus talis est, quidam,vbi etiam dicit consumptas litteras ante datam istius non computari,sicut nec tutela finita excusat.

2 Amplia,quia clausula, dummodo pro alio non scripserimus, intelligitur de eodem Papa, non si prædecessor scripsisset,Gemin.cons.30. in fi.

Vide. Expectans cum clausula,dummodo non scripserimus pro alio:Concl.613.

Clausula,dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, quid operetur. Conclusio. CCCXXIIX.

1 HAEC clausula apposita in collatione beneficij quod Papa asserunt reseruatum ú non reperitur reseruatum,& collatio spectet etiam ad Episcopum,Papa non intellexit conferre,quia licet ad eum in concursu cum Episcopo spectet collatio,tamen intelligitur si ad solum Papã spectet in casu isto.Gem.cõs.92.in princ.ad primũ.

Clausula,dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum, quid operetur. Concl.CCCXXIX.

1 IN omnibus gratiis Papæ specialibus consuq uit poni hæc clausula,quam Feder. de Sen. cons.197.nu.2.uer.non obstat quod dicitur,dicit quod conseruat ius in re,& ad rem,& tunc incipiebat,quibus omnibus nullum præiudicium generare uolumus,sed hæc quidem est clausula,aut si aliqui,&c. quæ in fi.habet.& præferatur omnibus,quibus tamen quoad assequutionem aliorũ beneficiorum nullum nult præiudicium generare.

Vide.Clausula,aut si aliqui,&c.quid operetur. Concl.316.

2 Et ista clausula etjám si non exprimatur, dicitur tacite inesse in qualibet gratia, quia Papa nunquam cẽsetur uelle tollere ius tertij,nisi hoc exprimat.Cardi.Zabarel.cons.18.Diebus elapsis, circa fi.ver.si non esset alteri.Aegid.Bellam.cons. 33.nu.34.ver,sed quid operabitur.

3 Et quod apponatur in omnibus collationibus Papæ de beneficiis, est text.in c.si postquam,de præben,in sexto,Zabarel.cons.92.nu.3. uer. & similis est clausula.

4 Extende in concessione decimarum. Zabarell. d.cons.92.num.3.

5 Alia igitur est clausula, de qua modo agimus, quæ ponitur in prouisionibus, videlicet dummodo tempore datæ præsentium,&c. & hæc solum conseruat ius quæsitum,& sic ius in beneficio, nõ autem ius quærendum, & consequenter ad rem, ita loquens de hac clausula Calder.cons.31. in fi. uer. præterea per clausulam, quod est 8.de reser. Zabarel.cons.126.nu.3.in fi.& 92.nu.3.

6 Declara, nisi tale ius ad rem fit exequibile. Aegid.Bellam.cons.34.nu.21.uer.ad septimum.

7 Extende,quia hęc clausula in facultate, & indulto conferendi reseruata,dummodo alteri non fit ius quæsitum, non conseruat ius expectantis, qui solum acceptauit,sed non habet collationem exequutoris,quia dicitur habere ius ad rem, non in re,ideo prouisus uigore indulti habens priorem collationem præfertur expectanti posteriori in collatione,licet primo acceptauerit. Zabarel.consil.61. in fi.

8 Contrarium tenet expresse Aegid. Bella.consi. 33.nu.9.uer.quinta conclusio, vbi quod hæc clausula conseruat ius in re, & ius ad rem per acceptationem,& plura allegat.

9 Declarat idem Aegid.d.cons.33.n.14.in fi.uer. nec obstat,quod de iure non tollit ius in re,neq. ad rem post acceptationem, sed de stylo Curiæ tollit ius ad rem post acceptationem, & repetit cons.34.nu.21.ver.ad septimum, vbi quod vidit ita seruari,& non aliter.

10 Amplia, quia hæc clausula tollit ius conditionale,non autem ius purum alteri quæsitum.Rom. cons.256. Approbo, in fin.vbi plena apostilla in uer.

Digitized by Google

in ver. conditionaliter, quæ citat plurimos,& dicit hanc magis * communem.

21 Amplia, quia hæc clausula tollit ius perpetuo non duraturum, secus si perpetuo sit duraturum, Rom.d.cons.256.circa med.ver.tertio quia.

22 Declara secundum apostillam magnam in d. cons.Rom.256.in ver. aut non de duraturo, quia hęc clausula tollit ius duraturum ad incertum tempus, veluti si alicui commendatur Ecclesia ad beneplacitum, vel simpliciter, aut ad commoditatem Ecclesiæ, quia, si conferatur cum clausula, dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, valet collatio, & ius commendatarij ad incertum tempus non est considerabile, secus si commenda esset ad certum tempus, prout per biennium,vel ad vitam, quia est ius considerabile, & est sublatum.

Vide. Regula de iure quæsito non tollendo. Concluſ. 98.

Vide. Collatio facta in vim facultatis datæ à Papa qualiter reguletur. Concluſ.444.

23 Amplia, quia non præseruat hæc clausula posita in gratia speciali de prouidendo gratiam generalem habentem clausulam, ad primum, quod duxeris acceptandum,etiam si prima sit gratia generalis,etiam si habeat mensem. Feder.cons.197. per totum.

24 Contrarium tenet Oldrad. cons.175.nu.2.quia mensis appositio facit primum præferri, nec clausula quid duxeris acceptandum tollit effectum mensis, & ita tenet Rota. Cassad. decis. 8. de concess. præben.in fin.

Vide.Gratia specialis præfertur generali etiam antériori,& quando. Concluſ.61.

25 Limita,quia hæc clausula non tollit ius ad rem quando est deductum in iudicio, & pendet lis super eo, quia requiritur mentio specialis. Ægid. Bellame.cons.34. nu.21. vers.secundo ad hoc monet, & nu.22. vbi reddit rationem, quia ius quęsitum denotat perfectionem,& sic in re, & repetit nu.24.ver.secunda consideratio.

26 Declara, quia in gratia si neutri clausula ista non tollit ius ad rem, quia non loquitur de iure quæsito, sed per verbum ius quod habet, quod est latius, ita Aegid. Bellam. d. consil. 34. num.22.

27 Extende, quia non tollit ius ad rem quæsitum per electionem, neque per præsentationem patroni, neque per mandatum de prouidendo de certo beneficio pro certa persona. Aegid.d.cons. 34.nu. 24.ver.nec obstat clausula.

28 Limita, quia licet tollat ius ad rem competens acceptanti post acceptationem, sed ante prouisionem, tamen hoc est de stylo Curiæ, ideo non tollit istud ius, quando esset deductum in iudicio. Aegid. Bellame.cons.34. num.24. ver. nec obstat clausula, vbi,quod hęc clausula non est ita extendenda,vt currat sine habenis in præiudiciũ tertij.

29 Limita, quia hæc clausula inducit multa absurda, prout clausula præuentiua. Aegid. d.cons. 34.nu.25.circa fin.ver.repertum est.

30 Limita, quia non tollit ius purum alteri competens. Rom.d.cons.256.in fin. vbi apostill. in .ver. pure, quæ dat concord.

31 Operatur etiam hæc clausula, quod non potest dari de subreptione gratiæ, ex eo, quia non fit facta mentio possessionis alienæ. Zabarel. d.consil. 92. num.3.

32 Et si non apponeretur,gratia sine dicta clausula tolleret ius tertij ad rem, & sic expectanti, & redderetur subreptitia. Aegid. Bellam. cons.35. num.9. ver.sed supposito, vbi, quod tollit subreptionem quoad hoc, licet non quoad omnia.

33 Alia est,quæ ponitur in concessionibus, seu infęudationibus decimarum,quæ importat conditionem,ideo si dicitur, dummodo alij non sit specialiter ius quęsitum,si alij est ius quęsitum, nihil confert concessio.Petr.de Anchar.cons.34. In hac causa,in princ. nu.2.Zabarell.cons.92.nu.3.

Vide.Ius quæsitum,quando,& per quos,& qualiter tolli possit, Concluſ. 624.

Clausula sine præiudicio alieno quid importet. Concluſ. CCCXXX.

1 CLAVSVLA sine præiudicio alieno præseruat ius alienum,seu alteri competens,ne lædatur. Oldra.cons.325.nu.7.ver.primo ex verbis.

2 Amplia,quod hęc clausula subintelligitur.l.nec enim anus. C.de emancip. liber. Oldrad. d.consil. 325.num.7.in fin.

3 Amplia,quia si iudex dedit missionem in possessionem ex edicto Diui Adriani,cum clausula sine præiudicio alicuius iuris Titij, si Titius possidebat, quoad eum non censetur factum præiudicium in petitorio, neque in possessorio, & debet continuare possessionem. Bald. cons. 104. Comparuerunt.nu.3,ver.secundo dico.lib.5.

4 Extende, quia clausula sine præiudicio iurium tertij in laudo, importat, quod laudum non nocet illi tertio, Castr. cons. 339.Pro declaratione, in fin. lib. 1.

Vide. Reseruatio iurium operatur multa. Concluſ.243.

Vide. Clausulæ præseruatiuæ iurit, & gratię antiquę quę sint. Concluſ. 331.

Clausulæ præseruatiuæ iuris, & gratiæ antiquæ, quæ sint.Concluſio. CCCXXXI.

1 GRATIA dicitur præseruatiua antiquę gratiæ,& non est noua gratia,quando continet clausulam,quod dispositio,& gratia antiqua remaneat salua. Gemin. cons.108. Difficultas dubij,in princ.ver.ijs præmissis.

Vide. Clausula saluo iure quid operetur. Concluſ. 333.

2 Amplia, si adest clausula iuxta ipsarum priorum litterarum tenorem, quia inducit præseruationem prioris gratiæ. Gemin.d.cons.108.nu m. 2.ver. idem important.

3 Amplia, si adest relatiuum gratiæ antiquæ, vel pronomen referens gratiam antiquam,quia gratia,& potestas antiqua suscitatur,non autẽ de nouo conceditur. Gemin.d.cons.108.n.2.& 3. ver.& * de hoc est tex.vbi dicit* communem opinionem.

4 Declara, quia si præseruatio gratiarum certarum personarum fiat, necessario debet intelligi de gratijs, quæ erant tempore præseruationis, si verò fiat præseruatio non gratiarum, sed personarum

ſonarũ graduatarum.præſeruatio reſpicit gratias poſtea conceſſas graduatis.Ro.conſ.372.Non video,per tot.vbi apoſtill.dat concor.

5 Ampli a, quia recipiens dono a Rege comitatum,cum clauſula ſaluo,& reſeruato iure ſibi competenti, non præiudicat ſibi in iure,quod competebat.Abb.conſ. 3.Nitar. col.18.circa med.ver.ſecunda ratio.lib.2.

Vide. Clauſula ſine præiudicio alieno,quid importet.Concluſ.prox.præced.

Vide . Clauſula dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quęſitum quid operetur.Concluſ.329.

Vide . Clauſula ſine præiudicio alicuius iuris ſui.Concluſ.332.& Concluſ.tunc prox.ſeq.

Vide. Reſeruatio iurium operatur multa.Concluſ.343.

Clauſula ſine præiudicio alicuius iuris ſui quid operetur . Concluſio. CCCXXXII.

1 HAENUS adiudicationem bonorum ſi abtea recedat quia contentatur habere pretium ſui crediti , non præiudicando iuri ſuo intelligitur quoad prętium, non autem quoad bona adiudicata.Alex.conſ.110.Attentis.num.3. & 4. lib.3. ver.& licet afferat.

6 Vide. Clauſulæ præſeruatiuæ iuris,& gratię antiquæ.Concluſ.prox.præced.

Vide.Clauſula ſaluo iure Imperij,& quorumlibet aliorum.Concluſ.prox.ſeq.

Clauſula,ſaluo iure Imperij, & quorumlibet aliorum quid operetur . Concluſio. CCCXXXIII.

1 CLAVSVLA, ſaluo iure Imperij,& quorumlibet aliorum in confirmatione inueſtiturę fœudi , debet apponi quando confirmatio eſt in forma communi,&talis clauſula præſeruat ius tertij Oldrad.conſ.237. Perfectis, in fin.verſi.tertio quia . Angel. Aretin. conſ. 101. In caſu ſupradicto.num.23.& ſeq.ver.ex quo ſequitur.& num.28. ver.quod maxime patet.

2 Amplia , quia ſupremus dominus confirmans inueſtituram fœudi, cum clauſula, ſaluo iure ſuo, non intelligitur ſibi præiudicaſſe in pactis contra naturam fœudi , ideo ſi fœudum eſſet cum pacto alienandi proprietatem , quæ ſpectat ad ſupremũ dominum,tale pactum non cenſetur confirmatum. Bald.conſ.134. Super articulo.num.2.lib.3.vbi loquitur in comite Sabaudię .

3 Extende,quia ſe obligansex tranſactione ſaluo iure ſuo illud conſeruat.Bero. conſ.178. num.15, libro 1.

4 Extende,quia verba illa,ſaluo,vel ſalua,&c.inducunt reſeruationem iuris , quod præexiſtere ſupponitur , non tamen nouum ius confertur. Crauett.conſil. 70. num.5.in fine,& num. 6. verſ. quarto verba.

5 Amplia , quia in tantum eſt modificatiua , & reſtrictiua contractus,vt non cenſeatur aliter contractum, & ideo aliæ clauſulę ad habendum, & quicquid placuerit faciendum , conciliantur cum clauſula , ſaluo iure domini reſeruato , ita plene Oſaſch.deciſ.Pedemont.164.num.7.& ſeq.vbi nu. 9.dicit* communem.

6 Extende , vt procedat etiam ſi alienatio ſit ſequuta.d.deciſ. Pedemont.164.num.10.& ſeq. ver. nec obſtat : vbi dicit * communem,reprobato Socin.conſ.43.lib.4.

7 Declara niſi eſſemus in materia prohibita alienari,prout in fœudo,vel emphyteuſi ſupra in ver. Clauſula reſeruato beneplacito in contractu.Concluſ.310.

8 Clauſula , ſaluo, & reſeruato omni,& quocunque iure competenti alicui , qui declaratus fuit non eſſe , neque poſſe eſſe hæredem , non poteſt reſeruare ius hęreditarium,quia repugnantiam importaret , ideo de alio iure debet intelligi, quam de hęreditario . Bart. conſ.105. Viſo teſtamento.nu.5.ver.quarto videndum. lib.1.vbi apoſtill.in ver.reſeruatur.

Vide . Clauſulæ præſeruatiuæ iuris , & gratiæ antiquæ quæ ſint. Concluſio. 331. cum prędenti,& ſequenti ,

Vide. Clauſulæ iudiciorum diuerſæ,& quid operentur.Concluſ.361.

Vide . Reſeruatio iurium multa operatur.Concluſio.343.

Clauſula ſaluis capitulis,& alijs diſpoſitionibus quid operetur, & importet. Concluſ. CCC XXXIV.

1 CLAVSVLA in ſignatura, vel gratia Papę, aut in confirmatione , in qua dicitur, ſaluis capitulis,& diſpoſitionibus.N.importat,quod talia expreſſa ſub hac clauſula ſint ſalua , & illis nullo modo ſit derogatum,ſed imo inducatur confirmatio. Gemin. conſil. 65. num.17. ver. quoad ſecundum .

Vide . Statutum circa exceptiones,illas reſeruans,quid operetur.Concluſ.327.

2 In teſtamento , in quo inducitur fideicommiſſum vniuerſale , ſaluis legatis , & conditionibus infra dicendis , talis clauſula importat limitationem,& exceptionem, vt legata , & infra dicenda , quæ ſunt ſalua , non veniant in fideicommiſſo. Pet.de Aach.conſ.17.Non ſeruato ordine. nu.5.& 6.ver.accedit ad hoc.

3 Clauſula,ſaluo,& reſeruato.&c. inducit exceptionem eorum , quæ ſunt conceſſa , & de regula . Signorol. conſil. 75. num. 8. verſ. ſed aduocatus .

4 Et idem eſt in inueſtitura fœudi , quia ſi datur poſt iuramentum licentia fœudatario faciendi amicitiam cum omnibus libere , ſaluis contentis in iuramento, intelligntur reſeruata promiſſa in iuramento , ne poſſit contrauenire ex licentia data . Cuman.conſ. 161. A. miles,in fin. verſi. nec obſtat.

5 Et clauſula , ſaluis tamen confinibus ſpecificatis , modificat prędecentia ad confines ſpecificatos.Alex.conſ.193.Perſpectis inſtrumentis,in fin. num.6.

Digitized by Google

num.6.lib.6.vbi plena apoſtilla in ver.ſaluis,quæ dat concor.plurimos.

6 Extende multis caſibus, & exemplis, quæ cumulat Alberic. in ſuo dictionario. ver. ſalua fidei veritate,ſalua rerum ſubſtantia,cum alijs multis ſimilibus.

7 Extende, quia ſemel ſpecificata confinia præſeruantur quando dicitur ſaluis præfatis confinibus, etiam ſi ſequatur alia aſſertio confinium, quia a primis non receditur. Alexand.dicto conſil.193.in fin. vbi allegat gl.in l.labeo.§. 1. in ver. purę.ff.famil. herciſcundæ,& multa iura habentia hanc clauſulam in diuerſis materis,&diſpoſitionibus,quæ videas.

8 Limita, quia clauſula, reſeruato iure partibus ſine alia ſpecificatione cum ſit generalis non diſponit, neque confert ius aliquod, ſed ſi partes habent ius, de quo docere tenentur, illud eſt præſeruatum. Alexand. conſil. 195. Perſpectis.num. 9. verſ.nec obſtat prædictis. lib.6. vbi loquitur in laudo reſeruante.

Vide. Clauſulæ præſeruatiuæ iuris,& gratiæ antiquæ quæ ſint. Concluſio. 331. cum duabus Concluſionibus ibi proxime præcedentibus, & ſequentibus.

Vide. Iudex reſeruare poteſt iura partibus, & quando. Concluſ.400.la ſeconda.

Vide. Reſeruatio iurium multa operatur.Concluſio.243.

Clauſula, ſalua gradus prærogatiua,quid operetur.Concluſ. CCCXXXV.

1 CLAVSVLA, ſalua gradus prærogatiua, inter plures ad inuicem inſtitutos,&vocatos operatur,quod nepos excluditur a patruo, quia licet ſint pares in ſucceſſione de iure communi, tamen frater habet prærogatiuam gradus, vt ſit proximior fratri, quam nepos, & ideo ſtante hac clauſula,nepos non intrat in gradum patris. Caſtren. in authen. defuncto. column. 1. in fine.C. ad Tertul. Deci. conſ.1.column. penul.& conſ. 408. col. fin.ver. tertia concluſio.Pariſ.conſ.40. num.25.& ſeq. lib.2.& conſ. 30.num. 55. & conſ.37.num.69. lib.2.Curtius Iun.conſ. 154.column.3.in fin.ver. tertio moueor,& in l.ſi auia.col. pen. in fin. verſ. poſtremo notabis. C. de ſucceſſ.edicto. Crauett. conſ.67.column. 2.verſ.tamen loquuntur. Grammat. deciſ. 1.num.2.& 5. Gozad. conſ. 4.col.pen. ver.præterea,& ſecundo,& eſt *communis,vt per Curt.Iun.d.conſ.154.

Vide. Clauſulæ teſtamentorum multæ, & quid operentur.Concluſ.371.

Clauſula, etiam ſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum. Concluſio. CCCXXXVI.

1 CLAVSVLA in prouiſione beneficij, etiam ſi dictum beneficium ſit generaliter, vel ſpecialiter reſeruatum non eſt apta tollere omnes reſeruationes,quia non tollit reſeruationem, quia vacauit in curia,de qua expreſſa mentio fieri debet. Gemin. conſ.12.num.4.ver.vnde licet,& nu. 3.ver.nec obſtat.

2 Amplia, quia nec ex illis verbis tollitur reſeruatio ſpecialis de certo beneficio, & pro certa perſona,quia Papa non præſumitur tollere ius illi particulari, ideo non ſufficit.Gemi.conſ.12.num. 4.in fi.ver.ſimiliter non tolleret.

3 Limita, quia ſi Papa in collatione dicat etiam ſi deuolutum, vel reſeruatum exiſtat, cenſetur velle conferre ex iure deuoluto, vel ſibi reſeruato. Geminian. conſil. 15. num.3. in fin. ver. item ſi ſit reſeruata, quod intellige quando non agitur de præiudicio tertij, vt ſupra, ſed ſolius conferentis.

Clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet in collatione beneficij,quid importet. Concluſio. CCCXXXVII.

1 CLAVSVLA, ſiue alio quouis modo,appoſita in præſentatione facta a patronis ad vacans beneficium, tanquam per obitum, vel alio quouis modo comprehendit etiam modum vacationis per priuationem. Lap. alleg.79.In Dei nomine.num.9.circa fi.ver.ſed maior.

2 Et talis clauſula refertur tantum ad modum vacationis,niſi ſit dictum,& ex quacunque perſona, quia tunc includitur vacatio ex obitu aliarum perſonarum non expreſſarum.Gemin.conſ.15.nu. 3.in fi.ver.nec obſtat.

Vide Maſcar.concluſ.181.in fine, vbi pro vtraque parte citat, quod imo clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, comprehendat omnem modum vacandi ex eadem perſona, & alia perſona,vide eum.

3 Amplia in clauſula quomodocunque vacet etiã per renunciationem in manibus notarij, quia eſt vniuerſalis,& includit omnem vacationem,etiam per aſſequutionem ſecundi factam ab eo,aut alias quocunque modo vacet.Gemi. conſ.125. num.9. & 10.ver.ſuper ſexto.

Clauſula etiam ſi litigioſum, vel lis pendeat indeciſa, cuius litis ſtatum, &c. quid operetur. Concluſio. CCCXXXVIII.

1 CLAVSVLA, in prouiſionibus beneficiorum,etiam ſi lis pendeat indeciſa, &c. operatur expreſſionem litis pendentis, & etiam litis finitæ, per tres conformes, & quomodocunque, quia dictio,etiam ſi pendeat indeciſa, eſt ampliatiua, vt includat etiam ſi ſit deciſa per tres conformes. Gemin. conſ.120.num.6.ver.præterea,& hic aduertendum.

2 Et illa verba, cuius litis ſtatum pro expreſſo habemus, vel haberi volumus, operatur

Digitized by Google

idem, ac ſi expreſſum fuiſſet.

Vide. Clauſulapro expreſſis habentes quid operetur.Concluſ.339.quæ eſt prox.ſequens.

Clauſula, pro expreſsis habentes, quid operetur. Concluſio. CCCXXXIX.

1 CLAVSVLA, quod tenores habeantur pro ſufficienter expreſſis operatur idem in effectu, ac ſi tenores ſpecifice eſſent inſerti. Gemin. conſ.15.Super primo.in prin.qui loquitur in proviſione beneficij facta per Papam ob priuationem alterius,in qua voluit proceſſus,& ſententiam haberi pro expreſſis,& concor.Fede.de Sen.conſ.47. n.2.ver.ſi dicimus. vſque in fin. & quod ita ſeruat Curia Romana,tenet decis.Rotæ in nou.20.de reſcript.alias 214.& quod ſit ſtylus Curiæ.Ant. de But.conſ.2.n.4.ver. nam in gratia,& conſ.49.nu. 5.vbi apoſtill.dat concor.Gemin.conſ.65.nu.21.& quod iſte ſit ſtylus Curię, licet communis opinio ſit contraria.vt atteſtatur Caſſad. deciſ.10. ſuper regul.vide plurimos,quos citat Tiraquel. de legi. connubial. glo.7. num. 202. verſic. decimum tertium genus.

2 Contrarium, quod imo requiratur expreſsio, quia iſta clauſula eſt periculoſa,& de ſtylo poni ſolita,plene Tiraq d.tract.de legib.connub.gl.7.nu. 303.& ſeq.vbi de *communi.

3 Declarat Bero. conſ. 146. num. 49.& ſeq.lib.3. ver. non obſtat tertium, vbi dicit quod de ſtylo non conſtat, ſi non probetur,ſed dato,quod ſit verus,loquitur, & habet locum ſolum, & dumtaxat in priuilegijs ad nutum reuocabilibus, ſecus ſi ex cauſa oneroſa, vel in materia non ſimpliciter reuocabili, ita dicit num. 51. verſic. ſecundo dico.

4 Amplia in commiſſione cauſæ,quia ſi eſt etiam auocatoria,& ſtatus debeat exprimi, tamen ſufficit clauſula, cuius litis ſtatum dignemini habere pro expreſſo. Rota in no.deciſ. 10.de reſcrip. incip.Si cauſa committatur,circa fi. alias 214.ſequitur Gemi.conſ.120.num.7.verſ.ex ijs rationibus, vbi allegat dictam deciſionem,

5 Amplia ad effectum derogationis, quia ſi Papa in genere derogat omnibus contrarijs,quorum tenores habere vult pro expreſſis,perinde eſt derogatum, ac ſi omnia contraria eſſent ſpecificata. Ant.de Butr.conſ.2.nu.4.vſque in fin.vbi quod ex quo Papa fingit omnia expreſſa, non admittitur probatio in contrarium, quod conſilium duplicatur.conſ.49.ſequitur Deci.conſ.165.& concordat Gemin.conſ.65.num.6.

Vide. Clauſula, quorum omnium tenores,&c. derogatoria quid operetur.Concl.350.

6 Amplia,vt hęc clauſula,quod tenores habeantur pro expreſſis, operatur expreſſionem omnium qualitatum, & omnium, de quibus deberet fieri ſpecifica, & indiuidua mentio.Gemi.conſ.65. nu.21.ver. iſtud reſcriptum.Gemi.conſ.120.num. 7.ver.ex ijs rationibus.

7 Amplia,vt hæc clauſula operetur expreſſionem ſpecificam litis, quando dicitur, cuius litis ſtatum haberi volumus pro expreſſo,quia habet omnem expreſſionem de ſtylo Curiæ. Geminian. d. conſ. 120. num. 6. & ſeq.ver. præterea,& hic aduertendum.

8 Extende omnes ampliationes,vt in tantum operetur expreſſionem, quod non admitteretur aliquis ad allegandum, vel probandum contrarium. Gemi.conſ.120.n.7.ver.item ex quo Papa.Ant.de But.d.conſ.2.& 49.in fi.

9 Amplia in legitimatione, & ſeu confirmatione legitimationis,quia licet non valeat,niſi fiat mentio de filiis legitimis expreſſa, tamen ſufficit, ſi fiat per relationem ad aliam legitimationem, in qua mentio fiebat de filijs legitimis, & Papa habuit pro expreſſa primam legitimationem. Anton. de Butr. dicto conſil. 2. quod duplicatur conſilio 49. vbi eſt caſus, ſequitur Deci. conſilio 695. num. 12. & concord. alij, quos citat apoſtilla ad conſil. Anton. de Butrio 49. in verb. expreſſo.

10 Amplia, quia clauſula, ſiue ſub dicta, ſiue ſub quacunque alia forma, & conceptione verborum operatur, quia facit ceſſare omnem ſubreptionem, ex eo, quod aliter ſit narrata gratia præcedens, quam cantaret. Angel. conſil. 274. Bonifacius Epiſcopus. numer. 2. verſicul. pro hoc quia.

11 Amplia, quia de ſtylo Curiæ ſi Papa fingit aliquid expreſſum, quod non eſt expreſſum, habetur, ac ſi in indiuiduo expreſſio facta fuiſſet ad validitatem gratiæ, & non admittitur probatio in contrarium. Anton. de Butr. conſil. 2. & conſil.49.

12 Limita, quia hæc clauſula non tollit defectus, per quos gratia eſt ſubreptitia, maxime quando eſt appoſita limitatè. Deci. conſil. 142. Et pro tenui.num.7.

13 Extende, quia non tollit ſubreptionem gratiæ factę ad inſtantiam partis ſine cauſę cognitione. Crauett. conſil. 296. Quęritur ſuper teſtamento. column. 5. verſic. nec obſtat præmiſſis, vbi dicit idem in clauſula ex certa ſcientia, quando eſt ſine cauſæ cognitione. Crauett. conſil. 68. num. 6. & ſequen. Ferret. conſil. 38. num. 2. & ſequen.

14 Extende, quia clauſula pro expreſſis habentes non tollit ſubreptionem quando agitur de prędiudicio tertij. Crauett. dicto conſil.296. column. 5. ver. ſecundo reſpondeo. Ferret. conſ.32.num. 46.& ſequen.

15 Extende, quia Ferret. conſil.32. num.46.& ſequen. dicit quod iſtæ clauſulę, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine, & non obſtantibus, & quod tenor habeatur pro expreſſo, & ſupplentes, non operantur in prędiudicium tertij, & circa ignorata, & ideo deberent deleri de curijs Principum.

16 Limita, quia quicquid ſit de clauſula pro expreſſis habentes,quod tollat ſubreptionem,non tamen tollit obreptionem. Crauett.d.conſ.196.col. 5.ver. tertio reſpondeo.

17 Limita, quia clauſula, quod tenor habeatur pro expreſſo non tollit defectum intentionis, neque operatur in ijs, quę conſiſtunt in facto ignorato. Ferrett. conſil. 38. num. 2. & ſequen. qui dicit hoc eſſe verum quando eſt ad inſtantiam partis.

Vide Ant.Gabriel.lib.6.tit. de clauſul.concluſ. 5.Clauſula pro expreſſis habentes quid operetur.

Clauſula ex certa ſcientia Principis quid operetur. Concluſ. C C C X L.

1 CLAVSVLA, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis operatur, quod contraria cenſentur ſublata abſque alia derogatione, vel clauſula non obſtante. Bald. conſ. 253. Illuſtris dominus. nu. 4. ver. præterea in donatione. lib. 1. Signoroi. conſil. 148. num. 9. & ſequen. Bologn. plene in addit. ad conſ. Ioann. de Anania conſ. 81. Alexand. conſ. 101. Viſis inſtrumentis. num. 9. verſ. & præſertim. lib. 1. Ang. Aretin. conſ. 72. In caſu ſupradicto. num. 39. & ſeq. ver. nec etiam obſtat. Alexand. conſ. 30. Ponderatis. num. 10. lib. 5. vbi idem dicit in clauſula de plenitudine, quia a pari procedunt.

2 Extende, quia imo ſola clauſula ex certa ſcientia in priuilegio contra ius commune habet vim derogationis in ſpecie, & æquipollet derogationi. Fulgo. conſ. 155. Proponitur quod. n. 2. ver. porro ſi reſcriptum, & n. 3. vbi hoc maxime procedere dicit, ſi non agitur de præiudicio tertij. Caſtr. conſ. 102. Videndum. nu. 3. ver. tertio videndum. lib. 2. vbi loquitur in facultate legitimandi ex certa ſcientia, ex quocunque coitu damnatos, quia non requiritur derogatio.

3 Declara, quia clauſula ex certa ſcientia ſola, vel de plenitudine poteſtatis, operatur idē, quod clauſula non obſtante, & ſaltem quando ambę concurrunt hoc operantur. Alex. conſ. 33. Ponderatis, in fi. lib. 5. vbi late.

4 Intelligas quod operantur derogationem iuris tertij, quando ambæ concurrunt, & Princeps habuit ſcientiam iuris tertij, alias ſecus, ideo circa expreſſa operatur, circa non expreſſa, quæ Princeps ignorabat, ſecus eſt. Alex. conſ. 215. num. 5. & ſeq. lib. 7.

5 Declara, quia clauſula ex certa ſcientia operatur derogationem, & habet vim clauſulæ non obſtante per ſe ſola, quando non agitur de præiudicio tertij. Alex. conſ. 111. Perſpectis. n. 9. ver. præterea. lib. 6. vbi citat plurimos, & nu. 10. extendit. vt procedat etiam in ijs, in quibus præſumitur ignorantia, dummodo conſtet, quod in genere cogitauerit.

6 Amplia, quia clauſula ex certa ſcientia Principis operatur, quod præſumitur iuſta cauſa in Principe, ideo quia poteſt præiudicare tertio ex cauſa, ſi aliquid facit ex certa ſcientia, valet etiam contra tertium, quia præſumitur iuſta cauſa. Bal. conſ. 333. Ad intelligentiam ſequendorum, in fin. ver. quid plura. lib. 1. Bologn. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 81. vbi late. Ang. Aret. conſ. 113. Quia in caſu. nu. 3. & ſeq. ver. ſecundo illud conceſſit.

7 Amplia, quia clauſula ex certa ſcientia in priuilegio iuncta derogatione generali, operatur præiudicium tertio, quando non eſt magnum præiudicium. Corne. conſ. 83. Circa primum. num. 16. & ſeq. lib. 4.

8 Contrarium etiam in iure quærendo inter expectantes tenet Zabarell. quia dicta clauſula non ſupplet in facto reſpectu eorum, de quibus mentio ſpecialis debuit fieri, & non eſt facta, conſ. 136. in fi. ver. item illa verba.

9 Amplia, quia clauſula ex certa ſcientia operatur, vt id quod confirmatur, ſi non eſt ſolemne, reddatur ſolemne, ſi vero eſt nullum, reddatur validum, & ſi dat robur quoad ſolemnitatem, & quoad validitatem. Guidopap. conſ. 134. num. 4. ver. præterea valet dicta vnio, qui loquitur in ſolemnitate vnionis.

10 Idem eſt in ſolemnitate alienationis rei Eccleſiaſticę non ſolemniter factæ, quia efficitur ſolemnis ſi Papa illam confirmat ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis cum clauſula ſupplentes, &c. Alex. d. conſ. 92. Perſpectis. num. 30. & ſeq. ver. & poſito. lib. 6.

11 Extende, quia imo clauſula ex certa ſcientia operatur cum clauſula de plenitudine poteſtatis validitatem, & ſanationem, etiam circa defectum intrinſecum. Alex. conſ. 92. Perſpectis, prope fi. nu. 42. ver. & per hoc etiam. lib. 6.

12 Amplia, quia id, quod dicitur clauſulam ex certa ſcientia æquipollere clauſulæ derogatoriæ, maxime quando non agitur de præiudicio tertij, procedit etiā in reſcripto, vel priuilegio ad fauorem Iudæorum conceſſo. Fulgoſ. conſ. 155. Proponitur quod, per totum.

13 Extende, quia imo æquipollet clauſulæ non obſtante, etiam ſi agatur de præiudicio tertij. Bart. conſ. 196. Ciuitati Camerini. lib. 1. num. 2. vbi apoſtil. in ver. omne obſtaculum. Caſtr. conſ. 101. nu. 3. ver. tertio videndum. lib. 2.

14 Reſtringe, quia clauſula ex certa ſcientia nihil operatur quoad non expreſſa, ideo ſi Princeps derogat ſolemnitati ſtatutariæ in alienatione bonorum minoris ex certa ſcientia, non habet locum contra ſolemnitatem iuris communis, quæ non ceſſat ceſſante ſtatuto. Alex. conſ. 1. num. 14. & ſeq. ver. alia ratione. lib. 4.

15 Amplia, quia procedit, etiam ſi agatur de derogando canoni concilliari, & ſic concilio. Fulgoſ. d. conſ. 155. per totum, vbi vult quod clauſula ex certa ſcientia in priuilegio Iudæorum ſuper confirmatione conſuetudinis, ne deferant ſignum, ſufficere etiam contra concilium.

16 Contrariū reſpectu derogationis concilij tenet Oldr. conſ. 316. in prin. cū alijs, de quibus in ver. Derogatio legibus, & alijs. in genere. &c. Cóc. 216.

17 Amplia, quia clauſula ex certa ſcientia operatur, quod Princeps etiam cenſetur diſpenſare cum impetrante ſuper inhabilitate. Angel. Aret. conſil. 72. numer. 4. verſicul. & ſi quis defectus, & conſ. 113. Quia in caſu. n. 3. & ſeq. ver. ſecundo illud ceſſat, maxime num. 5. & 6.

18 Amplia, quia operatur hæc clauſula, quod nullus auditur contra factum Principis ex certa ſcientia. Ioan. de Ana. conſ. 94. num. 3. verſ. quid autem operetur, & vlterius non quæritur, quia ſtatur dictis principis, maxime circa cauſæ cognitionem, & alia, de quibus eſt informatus. Ang. Aret. conſ. 19. nu. 51. & 52.

19 Extende, quia omnia obſtantia cenſetur Papa tollere. Io. de. Anan. conſ. 94. nu. 3. ver. adidem.

20 Amplia, quia quando Papa informatus de negocio, vt quia illud narrat, reſcribit aliquid ſuper eo, dicitur facere ex certa ſcientia, licet non dicat. Signorol. conſil. 148. numer. 9. & ſequen. vbi quod idem operatur, quod clauſula, ex certa ſcientia. Angel. Aretin. conſilio 19. Videtur omnino, numero 33. & 34. & iterum numer. 51. & ſequen.

21 Extende, quia ſi reſcriptum principis emanauit ſuper eo, quod de iure non ſubſiſtit in præiudicium tertij, ſi princeps fuit informatus, & ita reſcripſit, cenſetur vti plenitudine poteſtatis, & derogare iuri ſcripto, vt actus valeat. Caſtren. in l. ex imperfecto, in fin. C. de teſtam. Alexand. in l. quanquam. C. de milit. teſtam. Deci. in l. in teſtamento. col. 6. C. cod. & in cap. quoniam Abb. col. 5. de offi. deleg. quia alias non valeret reſcriptum, ideo vt ſubſtineatur, præſumitur de plenitudine feciſſe. Abb in c. paſtoralis. §. præterea, de off. deleg. & in cap. ad aures. col. fi. de reſcript. Soc. conſ. 120. col. 6. lib. 3. Deci. conſ. 198. col. pen. ad fi. Bru. conſ. 87. col. 5. in princ.

22 Amplia, quia clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio operatur plenitudinem poteſtatis. Collegium Bonon. conſ. 1, poſt conſ. Zabarel. pro monachis S. Benedicti, nu. 19. Feli. in cap. cum olim, num. 8. de re iudi. plenius in cap. cum inter. nu. 5. de except. Pariſ. conſ. 1. nu. 42. lib. 1. Alex. conſ. 92. Peripectis. nu. 31. & ſeq. lib. 6.

23 Extende, vt idem ſit, quando clauſula ex certa ſcientia habet etiam in eadem gratia clauſulam, non obſtante, quia importat plenitudinem poteſtatis. Abb. conſ. 109. col. fin. lib. 1.

24 Extende, quia non poteſt queri à principe, cur ita faciat, quando facit ex certa ſcientia, vel de plenitudine. Deci. conſ. 655. Viſo. nu. 19. Decianus conſil. 18. num. 269. & ſeq. lib. 1. vbi, quod non auditur aliquis contra conceſſionem principis ex certa ſcientia.

25 Extende, quia imo clauſula ex certa ſcientia, in priuilegio, vel moderatione, per quod ius alteri aufertur, importat, quod princeps cenſetur facere de plenitudine poteſtatis. Roman. conſil. 369. Circa primum. num. 28. verſic. non eſt dubium, vbi apoſtill. in ver. ex certa ſcientia, dat plurimos concord. & loquitur Romanus in modificatione penſionis facta etiam non citata parte, vt valeat ſi eſt ex certa ſcientia. Alexand. conſ. 216. nu. 22. & ſeq. lib. 2. Alex. conſ. 123. Scripſit. nu. 17. ver. ſed in caſu noſtro. lib. 4. dicit communem, * & eſt Barbatiæ.

26 Et procedit etiam ſi princeps nullam exprimat cauſam, quia præſumitur cauſa. Alexan. d. conſ. 216. nu. 22. & 23. lib. 2.

27 Amplia, quia clauſula ſciens non teneri, & clauſula ex certa ſcientia in contractu, & obligatione tollit errorem. Bart. in l. ſed & ſi quis. §. fin. ff. ſi quis cautio. Alexand. plene conſil. 4. Circa primum. num. 9. ver. quia in illo inſtrumento. lib. 1. vbi dicit * communem, & conſil. 61. Viſo proceſſu. num. 2. in fin. & num. 3. ver. non poteſt. Bertus lib. 2. plene conſ. 14. num. 26. & 27. ver. quinimo. lib. 6.

28 Reſtringe, quia imo ſi probatur rem aliter ſe habere, quam fuerit narratum, poteſt dari de errore. Socin. conſ. 159. In præſenti conſultatione. num. 24. lib. 2.

29 Contrarium, quod non ſufficiat probare rem aliter ſe habere. Alex. conſ. 14. Viſis. nu. 27. ver. & fecit ex certa ſcientia. lib. 6.

30 Reſtringe, quando vltra probationem, quod res aliter ſe habeat, concurrant coniecturæ, vt quia ſimus in facto alieno, in facto intricato, vel ſi ad inſtantiam alterius, quia tunc non operatur, docto, quod res aliter ſe habeat. Soci. d. conſ. 159. nu. 24. ver. vltimo. lib. 2.

31 Extende, quia imo clauſula ex certa ſcientia, ſe obligantis ſine cauſa operatur donationem, alias non eſſet verum, quod ſoluens ſcienter indebitum non repetit, quia cenſetur donare. Alex. d. conſil. 4. num. 9. verſ. nec in caſu iſto poteſt. libro 1.

32 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia poſita in confirmatione inueſtituræ fœudalis nullæ, ſi non ſunt narrati defectus inueſtituræ confirmatæ, ſed Papa confirmat eam, vt validam, ex certa ſcientia, non cenſetur eam validare, & auferre ius ſuum tertio, licet poſſet, ſi vellet auferre. Caſtrenſ. d. conſil. 84. Quæſtio iſta, in fin. num. 4. lib. 2.

33 Limita, quando agitur de magno præiudicio, quia hæc clauſula non præiudicat tertio. Menoc. conſ. 36. nu. 58. & ſeq. lib. 1.

34 Extende etiam ſi adſint aliæ clauſulæ multiplicatæ non obſtante, &c. quia iuris tertij non tollitur. Menoc. d. conſ. 36. nu. 61. & ſeq.

Vide. Priuilegium Principis ius alienum, & tertij non tollit. Concluſ. 729.

35 Limita, quia ſi princeps aliquid confirmat ex certa ſcientia nullum, quia is qui fecit actum illum, qui confirmatur, non poterat ex capite inhabilitatis facere, prout ſi laici ſuper re Eccleſiaſtica diſponunt, non cenſetur Papa confirmans ex certa ſcientia talem actum nullum ex inhabilitate faciencis conualidare. Ruin. conſ. 188. nu. 16. & 17. lib. 1.

36 Extende, vt idem ſit, quando princeps ſecularis confirmat ſtatutum laicorum, puta Collegij, quod non poteſt ſtatuere extra collegiatos, certe non operatur confirmatio, quod ſtatutum illud conualidetur contra non ſuppoſitos, & contra quos ſtatuentes non habebant facultatem. Alex. conſ. 122. Viſo puncto. num. 24. ver. quia reſpondeo. lib. 4.

37 Limita, quia iſta clauſula ex certa ſcientia, quando eſt apta ad expreſſionem maioris delicti, vt quia apponitur in reſcripto irrationabili, & tollentes ius alienum, dicitur temeraria, & abuſiua cautela. Bal. conſ. 345. Ad euidentiam præmittendum, in prin. ver. item nihil. lib. 1. vbi, quod deberet radicari ab aula, & non frequentari.

38 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia, vt præiudicet tertio, requiritur, quod fuerit adhibita cauſæ cognitio, & quod is, cui præiudicatur, fuerit citatus. Soci. conſ. 164. Viſa Bulla, num. 6. & 7. ver. ex quibus remanet. lib. 2. Curt. Iun. conſil. 142. Habita diligenti. num. 8. ver. nec obſtant. Rota in no. deciſ. 2. de confirmat. vtili, alias 230. plene Bero. conſ. 146. prope fin. nu. 58. & ſequen. lib. 3. vbi, quod debet præcedere cauſæ cognitio, quę non probatur, ſi pars læſa non fuit præſens, & audita. Crauet. conſ. 196. colum. 5. ver. nec obſtat.

39 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia nihil operatur ad præiudicium tertij. Menoch. conſil. 103. nu. 83. lib. 1. Bero. d. conſ. 146. in fi. lib. 3. Alex. conſ. 122. Viſo puncto, in fi. num. 25. ver. ſecundo confirmo. lib. 4.

40 Limita, quia non operatur in præiudicium concedentis quoad non expreſſa. Petr. Surd. conſ. 47. num. 19. & ſeq.

41 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia nihil operatur, quando apponitur ſuper negocio, de quo princeps non habet notitiã. Deci. conſ. 141. Ex

pro

pro tenui.n.7.Goza.conſ.5.n.14.& 15.Caſtr.conſ. 84.in fi.lib.2.Alex.conſ.23.nu.12.lib.5.

42 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia in confirmatione ſtatutorum ſi poteſt referri ad ſtatuta valida,& inualida,ſemper refertur ad valida,& nihil operatur quoad inualida.Pet.Sur.conſ.47.n.19.

43 Limita,quia clauſula ex certa ſcientia non operatur in confirmatione,niſi quoad ſolemnitatē iúris,ſecus quoad ſubſtantialia non expreſſa,& quæ præſumitur Princeps ignorare. Alex. conſ.215. in fin. lib. 7. vbi limitat quando re vera feciſſet cum cauſæ cognitione citata parte.

44 Limita,quia nihil operatur in ijs, quæ ſunt facti,ſecus in ijs, quæ ſunt iuris.Menoc.d.conſ.103. in fin. lib.1.Alex.conſ.23.Viſo proceſſu.nu.12.ver. debet intelligi.lib.5.vbi apoſtill.in ver.ſcientia, dat concor.Alex plene conſ.122.Viſo pun&o.in fi. n.26.ver.tertio hoc confirmo.lib.4.vbi apoſtill.in ver.notitiam,dat plures concord.

45 Extende ,quia vbi requiritur expreſſa derogatio , quia ex priori gratia ſit ius quæſitum alteri, non ſufficit derogatio in genere , cum clauſula ex certa ſcientia,quia non infert ſcientiam facti, & ſic præcedentis gratiæ in Papa.Zabar.d.conſ.136. in fi.ver.item illa verba.

46 Limita in ijs,quæ Princeps nõpoteſt ſtatuere cõtra æquitatẽ naturalẽ, quia clauſula de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia,& aliæ nihil operantur.Menoc.d.conſ.104.n.76.&ſeq.li.1.& Alex. conſ.52.In cauſa,& lite.n.10.ver.non obſtat dum dicitur. lib. 7. quia dicta clauſula tollit defectum citationis quando reſpicit ſolum ius ciuile, ſed ſi reſpicit ius naturale,illud non tollit.

47 Declara omnes limitationes , vt imo clauſula ex certa ſcientia ſemper operetur etiam in præiudicium tertij , etiam ſi non conſtat de alia cauſæ cognitione,etiam quoad omnia,quando adeſt etiã plena derogatio,& clauſula,motus proprij.Sic reſpondet Gozadin.conſ.5.num.25.& ſeq.

48 Limita , quia hæc clauſula ſciens non teneri ex certa ſcientia ſolet apponi per notarios de ſtylo, ideo nõ operatur eo caſu. Soc.conſ.159.n.25.li.2.

Vide.Clauſulæ, quæ de ſtylo notariorum appo nuntur non operantur.Concluſ.304.

49 Limita,quia quando eſt acceſſoria ad gratiam nullam non operatur.Alex.conſ.215.n.5.&6.li.7.

50 Limita,quia clauſula , motu proprio , ex certa ſcientia,& clauſula non obſtãte,ſimul non operãtur derogationem indiuiduã,& in ſpecie, in præiudiciũ tertij quãdo non eſt facta mẽtio iuris tertij, quia in ijs,quæ Princeps præſumitur ignorare,nõ operãtur.Alex.plene conſ. 215.Non obſtat.n.5.& ſeq.per tot.ver.nõ obſtat ſi dicatur.li.7.vbi quod tollũtur defectus ſolẽnitatis,nõ ſubſtãtialia ignorata,vbi apoſtill.in ver.ſcientiam,dat concord.

51 Limita,quia clauſula motu proprio,& ex certa ſciẽtia Papę in ſecunda gratia cũ derogatione primę gratiæ non tollit primã,ex qua ius erat quæſitum publicæ vtilitati , niſi fiat mentio de publica vtilitate,quia licet inducat clauſula ſcientiam primæ gratiæ, non tamen ſcientiam tenoris primæ gratiæ,niſi exprimatur Zabarel. conſ.142.num.3. verſ. quoad ſecundum,vſque in fin. maxime num. 5.& 6.

Vide.Clauſula ex certa ſcientia Principis quando ineſſe dicatur.Concluſ.prox.ſeq.

Vide plene in ver. Principis factum ex certa ſcientia habet multos effectus.Concluſ.684.

Vide plene Ant.Gab.lib. 6.tit.de clauſul.concl. 1.Clauſula ex certa ſcientia quid operetur.

Clauſula ex certa ſcientia Principis quando ineſſe videatur , vel probetur , & qualiter . Concluſio. CCCXLI.

1 PRINCEPS cenſetur facere ex certa ſcientia,ſi fuit certificatus ſolum de natura negocij.c.paſtoralis.§.præterea,de offi. deleg.Oldrad. conſ.330.nu.6.ver.facit etiam.

2 Extende etiam quando Princeps ad informationem magiſtratus aliquid concedit,quia cenſetur ex certa ſcientia concedere.Decia. conſ.18.n. 269.& ſeq.lib.1.Cephal.conſ.459.num.45.lib.3.

3 Et quando plures interuenerunt perſonę,magis ceſſat ſuſpicio.Iaſ.conſ.151.nu. 6.lib.1. Deci.conſ. 18.nu.3.& conſ.218.nu.8.& conſ.448.nu.14.

4 Amplia,quia ſi Princeps aliquid facit cum iuramento , cenſetur facere ex certa ſcientia,& iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ ex certa ſcientia. Bal. conſ.161.Proponitur quod nu.4.lib. 3.ver.vnum eſt etiam valde notandum.lib.3.Alexand.conſ.133.Super quæſitis.num. 14.ver.ad hoc etiam accedit.lib.5.

Vide . Iuramentum operatur multa,& quæ , & quando ſecus.Concluſ.524.

5 Amplia quando Princeps facit actum ſuper eo, quod iuris eſt, quia ex quo præſumitur ſcire,dicitur ex certa ſcientia facere.Alex.conſ.133.nu.13. lib.5.vbi loquitur in priuato , & multo magis in Principe,& conſ.122.in fi.num.26.lib.4.

6 Secus in ijs,quæ ſunt facti , quia non præſumitur ſcire,neque præiudicare velle . Alex.conſ.122. Viſo puncto,in fi.nu.26.ver.tertio.lib.4.vbi plena apoſtill.in ver.notitiam dat concord.

7 Amplia, quia ſi Princeps in confirmatione inſerit confirmatum integrum cenſetur ex certa ſcientia confirmare.Abb.conſ. 101. In quæſtione, quæ vertitur,nu.9.lib.1.

8 Extende,vt idem ſit ſi inſerit ſubſtantiam contentorum in confirmato , quia dicitur facere ex certa ſcientia,& ideo licet non exprimat ea , quæ non ſunt in obligatione,ſed in facultate ſoluendi, dicitur ex certa ſcientia,maxime ſtante clauſula, ſupplendo defectus. Abb.conſ.62.Illud de iure.nu. 4.ver.ad ſecundum.lib.1.

9 Amplia , quia quando Princeps aliquid facit cum cauſæ cognitione , dicitur facere ex certa ſcientia . Alexand. conſ. 122. Viſo puncto. num. 22.lib.4.

10 Extende maxime quando ex interuallo facit, quia magis operatur validitatem , & certam ſcientiam . Deci. conſil. 216. in fin. Rubeus Alexandri.conſ.133.num. 9. Couarru. in cap. quamuis partem,in tertia parte.§.fin.num.6. de pactis. Natta conſil. 441. num. 34. Ruin. conſ. 16. num. 12.lib.4.

11 Et ſufficit , quod faciat mentionem in reſcripto de proceſſu,appellatione,& meritis.Alex.conſil.123.nu.18.in fi.ver.pręmitto etiam.lib.4.

12 Et idem eſt quando Princeps fuit certificatus de omnibus,vel quando inter partes contradicentes reſcripſit ex certa ſcientia.Alexand.d. conſil. 123.num.19.lib.4.

13 Amplia,quia certa ſcientia poteſt aliter probari,quod fuerit Princeps informatus.Decian.conſ. 18.n.277.ver.& certa ſcientia.lib.1.

14 Amplia,quia clauſula non obſtante quocunque contrario faciente habet vim ex certa ſcientia. Alex.conſ.219.Ponderatis.num.6.ver.item videtur.lib.6.

15 Amplia,quia in dubio præſumitur Princeps ex certa ſcientia reſcribere. l. quidam conſulebant, de re iudicat. Ancharan. conſil. 294. Vltra alia, column.penult.in fin.Caſtren.pulchre conſil.414. num.5.lib.1.

16 Extende idem in confirmatione, quia in dubio videtur ex certa ſcientia facta. Alexan.conſ.219. ver.& in dicta commiſſione.lib.6.

17 Contrarium dicit apoſtill.ad Alex.d.conſ.219. num.5. in ver.ſcientia.lib.6.

18 Amplia,quia Papa delegando cauſam Eccleſiaſticam laico ſibi noto cenſetur ex certa ſcientia facere,& valet delegatio,maxime quando non appellauit delegatũ clericum,neque magiſtrũ,prout ſolet de ſtylo facere,quando Clericum,vel Eccleſiaſticam perſonam facit delegatum,ita Abbas d. conſ.62. col.2.circa med. ver. dico quod delegatio.lib.1.

19 Amplia quando exprimit certa ſcientia. Alex. conſ.122.Viſo puncto.num. 22. ver. nec prædictis obſtat.lib.4.

20 Declara totam iſtam materiam ſecundum Barbatiam,cuius eſt conſ. Alex.conſ.123. Scripſit.nu. 28.ver.præmitto.lib.4. quod ſola verba ex certa ſcientia non operantur, quod confirmatum ſit ex certa ſcientia, & quod confirmans dicatur dare, & conualidare, ſed requiritur etiam aliud, videlicet, quod fuerit informatus, & cognouerit de confirmato, quia iſta duo formalia requiruntur.

21 Limita, quia Princeps non dicitur ſcire defectum ætatis prouiſi, licet ſibi ſit dictum tempore gratiæ, etiam ſi viderit gratiatum, quia per hoc non dicitur certus de ætate, ita vt cenſeatur diſpenſaſſe cum eo, ex quo inhabili ex certa ſcientia voluit prouidere. Oldrad. conſil. 332. in principio.

Vide. Princeps quando ex certa ſcientia facere dicatur.Concluſ.683.

Vide.Clauſula ex certa ſcientia Principis quid operetur.Concluſ.prox.præced.

Vide plene per Maſcard.concluſ.282.vbi quod onus probandi certam ſcientiam incumbit aſſerenti,& qualiter probetur.

3 Et tollit omnia ſubſtantialia iuris, & requiſita de iure.Guidopap.conſ.134.num.4. verſi.item ibi ponitur de plenitudine.

4 Et omnes defectus aufert clauſula de plenitudine poteſtatis.Alex.conſ.195.Aſſumo.nu.3.lib.2. quod intelligit, & declarat num. 17. procedere quoad defectus ſolemnitatis,non autem quoad defectus prouenientes a natura, quod conſilium duplicatur.lib.1.conſ.62.& iterum conſ.111.Perſpectis.num.3.ver.tamen iſtis lib.6.vbi num.5.& ſeq. tollit contraria.

5 Amplia,quia clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio operatur plenitudinem poteſtatis.Collegium Bononien. conſil.1.poſt conſilia Zabarell. num.19.& idem importat certa ſcientia, quod plenitudo, & e conuerſo. Alexand. conſil. 16. num. 29.lib.5.

6 Extende in caſu conuerſo,quia clauſula de plenitudine poteſtatis importat idem,quod clauſula ex certa ſcientia.Alex. conſ.16. In cauſa, & lite. num.29.lib.5.

7 Et quando Princeps dicatur vti plenitudine poteſtatis,vel non.

Vide plene in ver.Princeps quando dicatur vti plenitudine poteſtatis.Concluſ.670.

Vide. Princeps vtendo plenitudine poteſtatis quę poſſit,vel non.Concl.669.cum duabus Concl. proxime ibi præcedente,& ſequente.

8 Amplia, quia licet non valeat donatio patris in filium exiſtentem in patria poteſtate, tamen ſi princeps donat filio exiſtenti in patria poteſtate, & dicat facere Regia poteſtate, valebit, quia clauſula de plenitudine tollit omnes defectus, & ſupplet omnes ſolemnitates.Alexan.conſ.111.Perſpectis.num.4.lib.6.

9 Limita, quia clauſula prædicta de plenitudine &c.nihil operatur quando apponitur ſuper illicito,quia intelligitur de poteſtate bona laudabili, & rationabili, non de vituperabili, & tyrannica. Bald.conſ.345.Ad euidentiam, in princi.lib.1.vbi quod nec aliquid operatur, licet adſit ſimul clauſula ex certa ſcientia.

10 Limita, quia circa non expreſſa non operatur, ideo legitimatio facta de ſpurio ſub aſſertione, quod ſpurius ſit cum clauſula non obſtante, & clauſula de plenitudine,non valet,ſi eſt ſpurius duplici ſpurietate non expreſſa, vt quia ex coniugato, & coniugata, ita Alexand. dicto conſil.195. per totum. libr. 2. quod duplicatur libr. 1. conſilio 62.

Clauſula de plenitudine poteſtatis quid operetur. Concluſio. CCCXLII.

1 CLAVSVLA de plenitudine poteſtatis operatur, quod contraria cenſentur ſublata abſque alia derogatione,& clauſula non obſtante, maxime quando adeſt clauſula ex certa ſcientia. Bald.conſ.253.Illuſtris Dominus.num.4.ver.præterea in donatione.lib.1.

2 Et operatur talis clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis,vt non poſſit aliquid opponi contra priuilegium.Ang.conſ.368. Sereniſſimus Princeps.num.2.ver. quarto idem dominus.

Clauſula ſupplentes omnes defectus quid operetur. Concluſ. CCCXLIII.

1 CLAVSVLA, ſupplentes omnes defectus, ratione ſolemnitatis omiſſæ,aut ex quacunque alia cauſa operatur,quod nullus defectus iuris,vel facti allegari poteſt,quando eſt in priuilegio ſupremi Principis,motu proprio, & de plenitudine conceſſo, vt loquitur Ang. conſ.368. Sereniſſ.Princeps,circa fi.ver.ſexto idem dominus.Abbas conſ.99.Illud.n.2.ver.tertio quod etiam.li.1. vbi quod Papa ſupplẽdo omnes defectus intelligitur ſanare defectũ ſolemnitatis iuris poſitiui,quia poteſt

Digitized by Google

poteſt habere leges inducẽtes ſolemnitatem pro infectis,c.1.iuncta gloſ.uer.pro infectis,de immu. Eccle.& plenius Abb.conſ.85.n.4.lib.1.vbi quod valet donatio confirmata ab Imperatore cum ſuppletione omnium defectuum ſolemniratum, licet non eſſet inſinuata,quia cenſetur habere pro infectis omnes leges de inſinuatione loquentes.

3 Amplia,quia clauſula ex certa ſcientia ſupplẽtes omnes defectus,&c.operatur,quod omnes defectus iuris poſitiui ſunt ſublati,non tamen tollit defectum naturalem,vel inſurgentem ex cauſa naturali,aut ex impotentia concedentis.Alex.conſ. 79.Circa primum,nu.8.lib.1.ver.circa ſextum,& conſ.111.Perſpectis,n. 3.ver.tamen iſtis non obſtantibus,lib. 6.vbi apoſtilla,in ver.ſupplentes,citat plura alia conſilia Alexandri.

3 Et ideo tollit ſolemnitatem non adhibitam in alienatione rei eccleſiaſticæ,quia illa ſolemnitas eſt de iure poſitiuo.Alex.d.conſ.79.nu.8.ver. ſed non dubium,lib.1.

4 Et in creatione Cardinalium non ſeruata ſolemnitate, vt proponantur, & alia ſolemnia ſeruentur,ſufficit, quod Papa ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis faciat,cum clauſula,ſupplẽtes omnes defectus,quia ſufficit,licet defectus nõ exprimantur,plene Alex. d. conſ.111.Perſpectis, num.3.& ſeq.lib.6.

5 Extende,quia talis clauſula ex certa ſcientia ſupplentes,&c. tollit defectum ſolemnitatis ſubſtantialis,ideo ſi Papa confirmat ſtatutum laicorum,etiam circa Eccleſiaſtica cum dictis clauſulis comprehendet etiam eccleſiaſtica, licet non poſſent laici ſtatuere.Alexand. d.conſ. 79. num. 8.ver.nam,vt dicit,vbi apoſtil.in ver.ſupplentes, lib.1.dat plures concor.Alex.conſ.92.Perſpectis, nu.2.in fin.cum ſeq.uer.modo videndum.lib.6.

6 Extende,quia ſi Papa confirmat tranſactionem factam a Prælato ſolo,quæ eſſet perſonalis ſine confirmatione,efficitur realis, ſi Papa confirmat exprimendo ſubſtantialia confirmati, quia dicitur ex certa ſcientia,& licet aliqua omittat non ſubſtantialia, tamen ſupplentur ex clauſula ſupplentes defectus.Abb.conſ.62.Illud de iure,num. 4. uer.ad ſecundum, libr. 1. Alexand. conſil. 92. numer. 30. & ſequen. libr. 6. vbi hoc admittit, quando facit de plenitudine, vel ex certa ſcientia.

7 Extende,quia Papa committendo cauſam laico ſibi noto dicitur facere ex certa ſcientia, & licet obſtet c.ſtatutum de reſcr.in ſexto.tamẽ clauſula ſupplentes omnes defectus ſanat.Abb.d.conſ.62. col.fi.uer.dico quod delegatio.lib.1.

8 Reſtringe, niſi Princeps ſuppleret defectus ſub conditione expreſſa, vel tacita,ſi ita eſt, quia ſi non eſſet ita, non valeret ſuppletio obtenta per ſubreptionem.Abb.conſ.99.in fi.lib.1.

9 Reſtringe, quia licet Papa poſſit aliquem priuare beneficio ſine citatione de plenitudine, tamen ſupplendo defectus non ſupplet circa ſubſtantialia,videlicet citationem omiſſam. Cardin. Zabarel.conſ.84.ver.ſi forte diceretur, quod eſt Collegij Patauini.

10 Amplia,quia Papa confirmando alienationem rei Eccleſiæ factam,non ſeruatis ſolemnitatibus, ſi addit clauſulam, ſupplentes omnes defectus de plenitudine poteſtatis,tunc non poteſt opponi aliquis defectus.Alex.conſ.92.Perſpectis,num.30.& ſeq. uer. & poſito quod non valuiſſet, libr. 6. vbi apoſtilla,in uer.clauſula,dat concord.

11 Extende,vt idem ſit, quando adeſt clauſula ex certa ſcientia,ſupplentes omnes defectus, quia idem operatur. Alexand. d. conſ.92. numer. 30. & 31. lib. 6.

12 Extende,vt idem ſit,quando adeſt clauſula ſupplentes omnes defectus,ex certa ſcientia, cũ clauſula non obſtante,in plena forma, quia tunc importat plenitudinem poteſtatis,etiam cum præiudicio tertij.Alex.d.conſ.92.n.30.&multis ſeqq. maxime nu.32.& ſeq.ver.fuit adiecta,lib.6.

13 Limita, quia clauſula ſupplentes omnes defectus tam iuris, quam facti, non ſupplet defectus ignoratos.Ferret.conſ.32.nu.49.& ſeq.

14 Extende,quia non ſupplet defectus non narratos.Ferret.d.conſ.32. nu. 54. vbi plures. allegat. Alex.conſ.52.In cauſa,& lite,in fi.lib.7.

15 Extende,quia non ſupplet defectus iuris naturalis,ſed ſolum defectus iuris ciuilis, quia etiam ſi vellet non poſſet Princeps tollere citationem, quando reſpicit defenſionẽ,& ius naturale. Alex. d.conſ.52.nu.10.ver.non obſtat,vſq.in fin.libr.7.

Vide. Sanare quæ poſſit Princeps, vel non. Concluſio.28.& Concluſio ibi proxima ſeq.

Vide. Princeps poteſt multa ſupra ius poſitiuum.Concl.673.

Clauſula, & ſic per quoſcunque iudices iudicari, &c. ſublata, &c. quid operetur. Concluſio. CCCXLIV.

1 PRINCEPS poteſt præcipere ſuis iudicibus,vt denegent audientiam alicui certo caſu.Card.& Imol.in c.qua diligentia,de electio.circa fin. vbi Imol. dicit quod male facit Princeps qui hoc facit,ſequitur Card. Deci.in c.fi. num. 9. uer.ſaluari tamen poteſt,de conſtit.

2 Extende maxime,quando apponitur hæc clauſula ad effectum,vt tollatur id,quod à Principe,& eius conceſſione prouenerat, ex quo potuit hoc cogitare,cui conceſſio fuit facta.Deci.in d.c,qua diligentia,in fi.de electio.

3 Amplia,vt etiam hoc poſſit ſine cauſa,quia licet ſine cauſa ius tertij tollere non poſſit, tamen poteſt præcipere,quod non audiatur. Pariſ.conſ. 1.nu.38.uer.dicentes,lib.4.Soci.in l. Gallus. §. & quid ſi tantum,nu.17.ff.de lib.& poſthum.

4 Declara, quod ſi Papa vltra clauſulam ſublata extingueret litem abſolute, & denegaret audientiam per dictam clauſulam, tunc requiritur derogatio regulæ de non tollendo iure quæſito, quia cenſeretur tollere ius tertij. Gomez. ſuper reg.de non tollendo iure quæſito,quæſt.7.per totam,vbi in fi.ita diſtinguit.

5 Amplia,quia quando adeſt huiuſmodi clauſula ſublata,&c.non valet commiſſio ſubſequens facta,quia non dat iuriſdictionem,niſi ſit,facta mẽtio,& derogatio.Rui.conſil.21.numer.16. in princip. lib.1.

6 Extende,quia iudices aliter iudicare non poſſunt, quia debent ſeruare indultum Papæ, tanquam legem.Pariſ.conſ. 37. numer. 7. in princip. libro 4.

7 Reſtringe in petitorio,ſecus in poſſeſſorio,quia poſſunt

Digitized by Google

poſſunt iudices reſtituere ſpoliatum habentem titulum ex gratia reuocata, etiam ſi in reuocatione ſit clauſula ſublata, &c. quia non iudicat, quia reſtituit ſpoliatum, nec aliquid facit contra decretum. Put. deci. 50. eadem die, lib. 1. circa fi.

8 Amplia, vt procedat etiam in Principe ſeculari in cauſis Clericorum, quia poteſt ſubtrahere iuriſdictionem a ſuis iudicibus faciendo eos priuatas perſonas in cauſis Clericorum, & iſte eſt ſolus modus denegandi eis iuſtitiam abſq. offenſa Eccleſiaſticæ libertatis, ſecus ſi permitteret iudices habere iuriſdictionem. Lap. alleg. 102. in ciuitate Florentiæ, numer. 27. in fin. uer. non obſtat quod not. Iac. & idem tenet. Bart. conſ. 31. Domini priores, uer ſuper ſecundo, lib. 2. Deci. in c. fin. num. 9. uer. ſaluari tamen poteſt. de conſtit.

9 Declara, ut per Bar. d. conſ. 31. lib. 2. quia Epiſcopus, & Papa poterit facta prius per Clericos apud Principem ſecularem requiſitione, ut prouidere uelit de iudice, iuſdicere etiam inter laicos, & in alieno territorio ſi non prouideatur per Principem ſecularem.

10 Limita, quia licet Papa poſſit præcipere cum iſta clauſula ſublata, &c. quod denegetur iuſtitia, tamẽ ſi ponitur hæc clauſula prope narrata, & diſpoſitionem reſpicientem poſſeſſorium, ad ſolum poſſeſſorium debet referri argumento eorum, quę dicit Deci. cap. 2. requiris, num. 3. de appell. quia ſi ſubeſt ratio quod clauſula in fine potius referatur ad vnum, quam ad aliud, relatio fit ſolum ad id, in quo ratio accomodatur. Crauet. conſil. 70. num. 10. ver. octauo arguitur.

Vide. Clauſula ſublata quid operetur. Concluſio. proxima ſeq.

Vide. Princeps quando, & qualiter poſſit denegare iuſtitiam. Concl. 688.

Vide. Statutum circa iuſtitiam faciendam, vel negandam certis caſibus quando valet, vel non. Concluſio. 580.

Clauſula ſublata facultate aliter iudicandi quid operetur. Concluſio. CCCXLV.

1 QVANDO Princeps denegat audientiam alicui, cum clauſula ſublata, ſi contrarium fiat, proceſſus eſt ipſo iure nullus. Alex. & alij in l. 1. §. ſublata. ff. ad Trebel. Natta conſ. 614. Duæ ſunt in prin.

Vide. Clauſula, & ſic per quoſcunque iudices, &c. iudicari, &c, ſublata, &c. quid operetur. Concluſio proxima præced.

Vide. Libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat, & quis contra eam facere dicatur. Concluſio. 342. nu. 84. & ſeq. ver. limita quia laici.

Vide. Princeps quando, & qualiter poſſit denegare iuſtitiam. Concluſio. 688.

Vide. Statutum laicorum valet contra Eccleſiam multis caſibus. Concl. 583.

Clauſula derogatoria quando ſuffi ciat, vel non. Concluſio. CCCXLVI.

1 CLAVSVLA derogatoria generalis quibuſcunque aliis teſtamentis appoſita, in ſecundo teſtamento operatur derogationem primi teſtamenti, etiam ſi haberet clauſulam, quod ei non cenſeretur derogatum, niſi in ſecũdo apponerentur quædam verba præciſa, quia licet verba non apponantur, tamen ſufficit ſi dicatur non obſtante quacunque verborum forma, quibus derogauit. Feder. de Sen. conſ. 47. Habita ſuper caſu præfato, nu. 1. in fin. ver. ſecus ſi diceretur. Ioa. de Anania. conſ. 56. lis quæ in facto, vbi Bologni.

2 Extende maxime, quando in ſecundo teſtamento erat hæres frater, vel conſanguineus inſtitutus, in primo vero erat extranens. Ioan. de Anan. conſ. 56. in fin.

Vide. Teſtamentum primũ quando reuocetur per ſecundum. Concl. 152.

3 Amplia, vt idem ſit in clauſula derogatoria generali priuilegiorum, quia ſi generaliter derogatur per ſecundum priuilegium quibuſcunque aliis priuilegiis in genere, etiam ſub quacunque verborum forma conceptis, quæ non debeant obſtare, ſufficit, licet inſertio non ſit facta, prout in priuilegiis derogatis mandatur. Feder. de Sen. conſ. 47. nu. 2. uer. ſic dicimus, ubi in fin. dicit com
* munem. * Felin. in c. accedentes, num. 4. de præſcriptio. vbi concor. allegat.

Vide. Priuilegium primum non reuocatur per ſecundum, & quando ſecus. Concl. 752.

4 Contrarium tenet Feder. conſ. 233. Vbi multa adducit pro utraq. parte. Calder. conſ. 126. alias 11. de priuil. ubi late etiam ſi adſit ſpecificatio aliquorum particularium cum clauſula generali ſubſequente, & hanc partem tenet Cardin. Zabarell. conſ. 136. num. 10. vbi ſequitur hæc conſilia.

5 Amplia in legibus, & canonibus, & aliis conſtitutionibus, quia imo ſufficit generalis derogatio priuilegiorum, uel legum contrariarum, etiam ſi priuilegia, uel leges haberent clauſulam derogatoriam derogatoriarum. Fer. d. conſil. 47. num. 3.
* uer. ſi diceremus, ubi dicit * communem opinionem. Cald. conſ. 526. Vltra med. ver. nec obſtat quod ſufficiant, alias 12. de priuil.

6 Ratio eſt, quia ſequeretur abſurdum, quod ſi Princeps, vel teſtator non recordetur de uerbis apponendis in derogatione, non poſſet derogare, quod non eſt dicendum. Feder. d. conſ. 47. num. 1. in fin. uer. alias ſequeretur, & num. 3. in prin. & hanc rationem, allegat idem Feder. conſ. 233. col. 2. in fi. uer. modo benedictes.

Vide. Derogatio in genere facta quando ſufficiat, uel non. Concluſio. 216.

7 Amplia, quia generalis derogatio tollit particulares conſuetudines, & particularia ſtatuta. Feder. de Sen. conſ. 233. numer. 3. uer. item uideo quod clauſula generalis. Corn. conſ. 83. Circa primum, num. 16. & ſeq. lib. 4. ubi quod Curia Romana nunquam derogat legi Imperiali in ſpecie de ſtylo.

8 Amplia in reſcriptis, quia ſi Papa concedit indulgen-

Digitized by Google

dulgentiam, vel aliam gratiam cum clauſula, quod non cenſeatur illi derogatum, niſi ſpecialis mentio fiat, tamen per clauſulam generalem derogatoriam derogatoriarum fit derogatio. Ioan. de
* Anan. conſ. 56. per tot. vbi dicit * communem.

9 Amplia, quia ſi adeſt clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis, tales habent vim clauſulę non obſtante, quia vti plenitudine non importat, niſi derogare iuri contrario. Alex. conſ. 30. Ponderatis. nu. 9. in fi. & ſeq. ver. & ſufficit. li. 5.

10 Amplia, quia lapſus 40. annorum operatur idem, quod clauſula non obſtante. Alexan. conſ. 30. nu. 11. ver. præterea. lib. 5. vbi, quod quando lapſum eſt tempus 40. annorum, non quæritur de validitate tituli, nec allegatur defectus non derogationis ſufficientis.

11 Limita in teſtamento ſecundo, ſi adeſſent ſolum verba, caſſans omne aliud teſtamentum, quia per hæc verba non eſſet primo teſtamento derogatum, ſi in primo adeſſent verba quod non poſſet derogari, niſi ſub certa forma, quia ſaltem debent apponi verba generalia derogatoria quibuſcunque formis, alias ſecundum non valet. Feder. de Sen. d. conſ. 47. in princ. & per tot. vbi eſt caſus conſilij.

12 Limita, quia requiritur particularis mentio, & derogatio quando primum priuilegium, cui derogatur habet clauſulam derogatoriam, quod non poſſit derogari, niſi fiat mentio, vt de Ordine Ciſtercienſi eſt text. in c. cum ordinem, de reſcri. Zabarel. conſ. 136. nu. 9. ver. pro hoc etiam, cum ſeq. vbi ponit multa exempla, quibus non ſufficit derogatio in genere.

Vide. Clauſulæ non obſtantium in reſcriptis quid operentur. Concluſ. 348.

Vide Concluſionem prox. ſequen.

Clauſula derogatoria circa diuerſa operatur multa. Concluſ. CCCXLVII.

1 CLAVSVLA derogatoria de non faciendo aliquid, & ſi fiat non valeat, habet effectum, & operatur, quod ſi non fiat de ea mentio ſpecialis, actus contrarius factus caret conſenſu, & non valet. Ang. Aret. conſ. 4. Quoad primum, in fi.

Vide pleniſſime in ver. Teſtamentum primum quando reuocatur per ſecundum, vel non. Concluſ. 152. vbi declaratur.

2 Extende etiam ſi teſtator vltra clauſulam derogatoriã iurauit non facere aliud teſtamentum, vel iam factum cum clauſula derogatoria non reuocare, quia licet non impediatur facere aliud teſtamentum validum, tamen teſtator efficitur periurus, ſecundum Canoniſtas.

Vide. Teſtator poteſt facere aliud teſtamentum non obſtante iuramento, & voto. Concluſ. 151.

3 Amplia, quia clauſula derogatoria in lege, caſſans conſuetudinem tanquam irrationabilem cenſetur nedum tollere præteritam conſuetudinem, ſed etiam prohibere futuram.

Vide in ver. Conſuetudo regulariter valet contra legem, & quando ſecus. Concluſ. 814.

4 Extende, quia quando lex habet clauſulam derogatoriam in ſe, vt tali legi non poſſit derogari, derogatio in genere non tollit talem legem, niſi ſaltem dicatur non obſtante aliqua lege in genere. Feli. in c. nonnulli, in prin. ver. fallit ſecundo, de reſcript. vbi ponit tres declarationes, & dicit
* communem, * & magis communem. Curt. Iun. in l. cauſas, & lites. C. de tranſactio.

5 Amplia, quia ſi priuilegium habeat clauſulam derogatoriam, ne cenſeatur illi derogatum per ſecundum priuilegium non tollit primum, ſi de eo non fit mentio.

Vide. Priuilegium primum non tollitur per ſecundũ, non facta mentione de primo. Concl. 752.

6 Vide plura exempla circa clauſulam derogatoriam quod operetur actiue, & paſſiue quoad multa in ver. Derogatio legibus, & alijs in genere facta an ſufficiat, vel non. Concluſ. 216.

Clauſulæ non obſtantium in reſcriptis quid operentur. Concluſ. CCCXLVIII.

1 CLAVSVLA non obſtantibus conſuetudinibus, vel ſtatutis, poſita in reſcripto tollit obſtacula tantum, quæ inducerent extinctionem gratiæ, non autem tollit obſtacula perſonalia, neque auget gratiam. Calder. conſ. 24. Clauſula non obſtan. quod eſt primum de reſcript. & idem Calder. conſ. 516. in fin. ver. prædictis non obſtat, alias 1. de priuil. vbi, quod non auget, neque confert pluſquam gratia conferat, vbi loquitur in priuilegijs, & Hoſtien. in cap. ei, cui. de præbend. in 6. quem ſequitur Anch. conſ. 364. Quæſtio talis. num. 2. & 3. & per totum.

Vide. Clauſula non obſtantium aut ſi aliqui, &c. quid operatur. Concl. prox. ſeq. nu. 3. & ſeq.

2 Contrarium, quod clauſula non obſtante in gratia expectatiua, vel prouiſionis beneficij tollat obſtaculum ætatis, vt minor poſſit habere beneficium ſacerdotale. Ioann. Andr. in cap. ei cui, de præben. in 6.

3 Declara, vt procedat prima opinio quando inhabilitas cauſatur à ſtatuto, vel conſuetudine, quia difficilius derogaret Papa, contrarium vero quando à ſolo iure communi, ita Anchar. conſ. 364. Quæſtio talis eſt, in princ.

4 Declara ſecundo, quia Papa ex clauſula non obſtante, vel ex clauſula motu proprio, nunquam habilitat perſonam, ſi impedit, vel concedit contra ius priuatum, & idem eſt ſi ex facto alieno publico, alias ſibi noto, ſecus ſi ex facto alieno non publico, & ſibi non noto procedat. Ancharan. d. conſ. 364. nu. 2. & ſeq.

5 Declara tertio, quia licet clauſula non obſtantibus, &c. & clauſula motu proprio tollerent ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiæ contraria gratiæ, etiam circa habilitatem perſonæ, non tamen tollit pacta, & conuentiones in fundatione beneficij 19. quæſt. 2. cap. Eleuterius, & cap. verum, de cond. appo. Petr. Anchar. d. conſ. 364. nu. 3. & ſeq.

6 Amplia, quia clauſula non obſtantium, &c. licet tollat contraria, quæ veniunt conſequutiue ad impediendum, tamen non tollit iſta, quando eſt alteri ſpecialiter prouiſum, quia non præſumitur cogitaſſe derogans de ſpeciali prouiſione. Calder. conſ. 516. alias 1. de priuil. n. 2. ver. ad tertium, vbi loquitur de priuilegio Epiſcopi Bononiæ, & Capituli, vt abſente Archidiacono habeant

beant ius Archidiaconi quoad approbandum, & licentiandum Doctores, quia licet Archidiaconus ſtaret pro cappellano cum principe habente priuilegium, quod ſui cappellani capiant fructus in abſentia cum derogatione generali, tamen hæc derogatio non afficit priuilegium ſpeciale Epiſcopi, & Capituli.

7 Amplia, quia clauſula nõ obſtan. in genere facta in ſecunda diſpoſitione operatur conualidationẽ ſecũdæ diſpoſitionis, ſed non annullat primam diſpoſitionem contrariam, niſi adſint verba annullantia, vltra clauſulam generalem non obſtan. Gemin. conſ. 115. nu. 8. ver. & pro hac facit.

8 Amplia, quia non auget gratiam clauſula, non obſtante, ideo ſi eſt poſita in legitimatione facta filio ſpurio ſine mentione, quod eſſet ſpurius, ſicuti legitimatio eſt ſubreptitia, ita etiam clauſula, non obſtantium, nihil operatur. Bald. conſil. 81. Quidam Simoninus, per tot. lib. 1.

9 Et quod clauſula, non obſtante liberatione facta in precedenti contractu, conſeruet contractum ſequentem, in quo eſt iſta clauſula. Angel. Areti. conſ. 30. Videtur dicendum. num. 5. & ſeq. vbi idem in iudicialibus.

10 Declara, quia ſi contractus, vel principalis diſpoſitio eſſet nulla, vel ſimulata etiam clauſulæ iſtæ erunt nullæ, vel ſimulatæ. Ang. Areti. d. conſ. 30. nu. 32. ver. nec etiam obſtat.

Vide. Clauſulæ exequutiuæ non ampliant, imo non valent, ſi non valet diſpoſitio principalis. Concluſ. 312.

11 Amplia, quia clauſula, non obſtante quantuncunque prægnantiſſima, non tollit ea, quæ diſponens in ſpecie tollere non poſſet. Rom. conſil. 393. Preſens conſultatio. nu. 11. & ſeq. ver. nec huic refragatur, vbi apoſtill. in ver. tollere, & plenior apoſtilla ad Roman. conſ. 209. nu. 2. in ver. non potuiſſet, quæ citat plurimos.

Vide. Generalis diſpoſitio non extenditur, & non comprehendit multa. Concluſ. 31.

12 Amplia, quia clauſula, non obſtantibus, &c. non tollit diſpoſitionem iuramento firmatam. Roman. d. conſ. 393. nu. 13. ver. ſecundo reſpondetur, vbi pleniſſima apoſtilla in ver. firmatas, dat plurimos concord. & in fin. dicit * communem, & allegat Curt. Iun. conſ. 98. Habita diligenti. nu. 7. atteſtantem de * communi.

13 Amplia, quia clauſula non obſtãte, non operatur, vbi plures defectus concurrunt, quia tunc requiritur ſpecialis expreſſio. Alexan. conſ. 195. Aſſumo. nu. 10. ver. ad idem optime. lib. 2. quod duplicatur lib. 1. conſ. 62. qui nu. 16. & 17. loquitur etiam, vbi adeſſet clauſula de plenitudine.

14 Amplia, quia non tollit diſpoſitiones confirmatas, neque ea, in quibus partes per ſtipulationem ſpecialiter prouiderunt. Rom. d. conſ. 393. n. 13. & 14. ver. tertio principaliter, vbi plena apoſtill. in ver. confirmatas, quę dat plurimos conc.

15 Amplia, quia non tollit vitium ſubreptionis, ſed reſtringit ſe ad expreſſa. Crauet. conſ. 296. nu. 3. ver. non obſtat etiam.

16 Amplia pluribus modis, de quibus in ver. Derogatio legibus, & alijs in genere facta non ſufficit, & quando ſecus. Concluſ. 216. nu. 29. & ſeq.

17 Limita, quia clauſula, non obſtante, &c. habet vim clauſulæ ex certa ſcientia. Alex. conſ. 219. Ponderatis. num. 6. ver. item videtur. lib. 6.

18 Limita, quia iuramentum principis interpoſitum, ſuper conceſſione aliqua, habet vim derogationis obſtantium ex certa ſcientia factæ. Bald. conſ. 161. Proponitur, quod. nu. 3. ver. vnum eſt etiam valde notandum. lib. 3.

19 Limita, quia clauſula non obſtante iure Canonico, vel Ciuili poſita in ſtatuto deferente lucrum dotis marito, habet locum etiam ſi extent filij primi matrimonij. Bald. conſ. 273. Super dicto. lib. 5.

20 Limita, quia clauſula, non obſtantibus, &c. in priuilegio ciuilitatis, operatur, vt ſufficienter ſit derogatum contrarijs omnibus, maxime ſi eſt dictum, ac ſi de contrarijs eſſet facta mentio ſpecialis. Bald. conſ. 403. Quod dictus Ser Orlandus. num. 2. ver. ſecundo propter clauſulam. lib. 5.

21 Limita in reſcriptis, quia ſi princeps cum clauſula, non obſtante iure tertio quæſito, velit præiudicare ſubdito, valet, & poteſt, ſecundum Alex. conſ. 2. Viſis codicillis, in fin. lib. 1.

22 Extende etiam in legitimatione ad feuda cum clauſula, non obſtante, quia præiudicat iuri tertio quæſito ex inueſtitura. Alex. d. conſ. 2. nu. 16. lib. 1. vbi, quod ita de facto Mutinæ fuit in contingentia facti, licet apoſtill. ibi teneat contrarium in feudo proprio, ſecus in feudo tranſitorio ad quoſcunque, concor. Cuman. conſ. 168. Reuer. Pater. nu. 3. & in fi. vbi, quod derogatio in genere ſufficit.

23 Extende in confirmatione alienationis bonorum Eccleſię non ſolemniter factæ, quia ſi Papa illam confirmat ſuppliendo defectus ex certa ſcientia, cum clauſula, non obſtante, operatur, quod etiam tollitur ius tertio quæſitum. Alexand. conſ. 92. Perſpectis. nu. 30. & ſeq. lib. 6. maxime nu. 32. & ſeq. ver. fuit etiam adiecta.

24 Limita, quia clauſula derogatoria ſpecialis magis operatur in ſpecie derogata, quam faciat generalis, quia quando in ſpecie eſt dictum de præiudicio tertij, ceſſat ſubreptio, quæ dicitur ex mente præſumpta. Alex. conſ. 2. nu 13. lib. 1.

Vide. Princeps non preſumitur tollere ius tertij etiam ſi exprimat, & quando ſecus. Concl. 686.

25 Extende, quia generalis derogatio in legitimatione non ſufficit ſecundum aliquos, quos refert Corn. conſ. 93. in fi. lib. 2. vbi, quod requiritur ſpecialis, non obſtante tali lege.

26 Declara extenſionem, vt non procedat in Rom. Cur. de ſtylo, quia non derogatur in ſpecie. Corn. conſ. 83. Circa primum. nu. 18. lib. 4.

27 Imo non eſt neceſſaria derogatio in ſpecie ſecundum * communem. Cuma. conſ. 168. in fi. ver. quod autem vltimo.

28 Limita, quia clauſula ex certa ſcientia habet vim derogationis ſpecificæ.

Vide. Clauſula ex certa ſcientia principis quid operetur. Concluſ. 340.

Clauſula circa non obſtan. in clauſula, aut ſi aliqui Apoſtolica authoritate, quid operetur. Concl. CCCXLIX.

1 CLAVSVLA non obſtan. quod aliqui Apoſtolica authoritate in eadem Eccleſia ſint recepti, aut, vt recipiantur inſiſtant, non operatur validitatem ſecundæ gratiæ in caſu cap. duobus, de reſcript. in 6. tanquam incerta, ideo ſecunda gratia cum dicta clauſula, non valet, tanquam

tanquam quod conſtet de mente Papæ. Oldrad. conſ.143.ver. ad ſecũdum,n.3.vbi dicit quod tollit vitium ſubreptionis tantum,non autem inducit probationem mentis Papæ, quod ambobus velit prouidere, idem Oldr.conſ. 193. An litera Apoſtolica,in prin.& per totum, vbi late declarat.

2 Amplia,quia clauſula non obſtan. conſuetudinibuſ,vel ſtatutis,non ampliat gratiam, neq. tollit obſtacula perſonalia,ſed ſolum præſeruat gratiam a ſubreptione.Cald. conſ. 24. quod eſt primum de reſcr.idem Calder.conſ.41. quod eſt tertio de conſuet.numer. 2.ver.& procedit hoc,vbi quod non tollit ea, quę concernunt dilationem, vel alterationem, allegat c. propter de reſcript. in ſexto.

3 Amplia,quia clauſula generalis non obſtantibus, &c. quę ponitur in gratiis regulariter non tollit impedimenta inhabilitatis perſonæ prouiſi, niſi exprimatur defectus perſonæ, & ſtatus, quia non eſt viriſimile', quod ſub verbis generalibus Papa uelit fraudare Eccleſiam. Archid. in c.ei cui, quem referunt alij, maxime Franc.ibi n. 4.uer.in glo.1.de præben.in ſexto, vbi in uer. ſed * certe quicquid, dicit hanc opin.* communem ex mente Imol.& Io.de Fantu.ibi.

4 Reſtringe ampliationem ſecundum Io. Andr. in d.c.ei cui,quem refert Franch.nu.4. ver. ſed vt dicit hic,de præben.in ſexto, ut procedat quoad inhabilitatem reſultantem de iure communi,quę non ſanatur,ſecus ſi inhabilitas proueniat ex cõſuetudine,vel ſtatuto,ut quia beneficium ſimplex requirit ſacerdotium, quia tunc clauſula non obſtan. tollit inhabilitatem.

5 Contrarium tenet Franch.d.c.ei cui,numer. 4. uer.ſed aduerte,de præben.in ſexto,quia imo difficilius Papa tollit impedimentum perſonæ proueniens ex ſtatuto, vel conſuetudine beneficij,quam de iure communi.

6 Declara opinionem Io.Andr.procedere, quando ultra generalem derogationem Papæ conceſſit etiam motu proprio,quia tunc cenſetur derogare ſtatuto, & conſuetudini requirentibus certam ætatem in prouiſo, ita Franch.d.c.ei cui,nu. 4.ver.niſi forſan,de præben.in ſexto, quod declarat procedere ſolum,quando impedimentum procedit a iure poſitiuo, vt ibi ver.ſi uero impedimentum.

7 Reſtringe declarationem,vt non procedat in gratia reſpiciente ius priuatum, quando impedimentum gratiati eſt a iure naturali,vel quaſi, vt infans,illiteratus,laicus habeãt beneficium,quia clauſula generalis non obſtan. etiam motuproprio.non habilitat hoc caſu.Franch.d.c.ei cui, n. 4.ver.ex cuius dictis,de pręben.in ſexto.

Vide. Clauſulæ non obſtantium in reſcriptis quid operentur.Concluſio proxima præced.

8 Amplia,quia clauſula generalis non obſtantium,ad inſtantiam partis non ſufficit ad conſequendum effectum gratiæ,ita quod gratia impugnari non poſſit via iuris,quia licet tollatur ſubreptio,non tamen tollitur defectus impetrantis. Franch.d.c.ei cui, n.4.col.2.ver.ſi vero ſcribitur, de præben.in ſexto.

9 Amplia,quia clauſula non obſtan. nihil operatur,quando gratia eſt nulla,vel ſubreptitia, quia annullata gratia ceſſant omnes clauſulæ,quia derogatio nunquam ſupplet defectũ narratorum. Deci.conſ.141.Pro tenui,in fin. Pariſ. conſil. 79. nu.25.lib.4.

10 Amplia, quia clauſula non obſtan. non tollit ſtatutum, vel conſtitutionem requirentem certam formam ſeruari debere, niſi in ſpecie ſit dictum de illa forma.Crauet.conſ.572.nu.19.

11 Extende,quia non tollit defectum,ſeu nullitatem prouenientem ex forma ſeruãda poſt actum, & ſic de futuro.Sarnen.in reg.de publican. quæſt. 16. vbi quod clauſula quouis modo vacet comprehendit uacationem de illo tempore, ſed non de futuro.

12 Idem eſt de iuramento, quia licet tollat defectum inſinuationis,tamen ſi ſtatutum præfigit terminum ad inſinuandum,nihil operatur in iis,quæ de futuro dant formam, Curti. Iuni. conſ. 141, in fin.

13 Limita,quando vltra derogationem in genere adeſſet clauſula motus proprii,quia tunc habilitat perſonam impetrantis,ita Lap. quem refert, & tuetur.Franch.in d.c.ei cui,n.4.col.2.uer.quid autem ſi cum clauſula,de præben.in ſexto.

14 Extende, vt multo magis procedat limitatio, quando clauſula derogatoria eſſet nedum generalis,& motuproprio,ſed etiam ſpecialis,facta mentione conſuetudinis,vel ſtatuti.Franch.d.c.ei cui, col. 3. num.5. uer. quid autem ſi apponatur,de præben.in ſexto.

15 Extende,vt procedat etiam in præiudicium Eccleſiæ habentis contrarias conſuetudines, & ſtatuta, quia quoad eam patet, quod Papa voluit præiudicare,ſecus eſt tertio, cui eſſet ius quæſitum.Franch.d.c.ei cui,nu.4.in fi. uer.nec obſtat, de pręben.in ſexto.

16 Reſtringe,vt non procedat quando eſſet tertio ius quæſitum ex ſtatuto,uel conſuetudine, quia non procedit limitatio. Franch. d.c.ei cui. num. 5.uer.quod tamen limita,de præben.in ſexto.

17 Reſtringe,ut non procedat in ſtatuto,uel fundatione a laico facta,quia illi non cenſetur derogatum ex generali derogatione motu proprio facta,ſi non eſt facta mentio ſpecialis. Petr. de Anchar.conſ.20.circa fin.nu.5.& ſeq.ver. & per hoc non obſtat.Franch.d.c.ei cui,nu.5.uer. ſecundo limita,de præben.in ſexto.

18 Limita,quia ex clauſula non obſtan. in genere tollitur ſubreptio gratiæ,ſicut tollitur per clauſulam motu proprio,ita quod ualebit gratia, licet non ſit facta mentio ſtatutorum, & conſuetudinum,quando alias impetrans eſt habilis, & ex facto ſuo non oritur ſubreptio, ſed ex facto alieno publico,ſeu noto,& non alias.Franch.d. c. ei cui, nu.4.col.2.uer.ſi uero ſcribitur,de præben.in ſexto.Petr.de Anchar.conſ.20.num.3.uer.& poſt tantorum,ubi dicit hanc æquiorem opin. & ſequendam.

19 Reſtringe, ut non tollatur etiam ſubreptio, quæ procedit ex facto proprio impetrantis, quia ſi obtinet beneficia incompatibilia, debet in ſpecie facere mentionem, alias ſubreptio non tollitur ex generali derogatione. Franch. d. c. ei cui, num.4.col.2. uer. ſed ſi quæratur, de præben.lib. 6.Petr.de Anchar.conſ.20.num.3.uer.& poſt tantorum patruum.

20 Reſtringe, etiam ſi ſubreptio procedit ex facto alieno,quam impetrantis, quando factum nõ eſt notorium,uel publicum, quia tunc ſubreptio non tollitur ex generali derogatione. Franch. d.

c. ei

Digitized by Google

c. ei cui,nu.4.col. 2. ver.ſi vero procedit,de præben.in ſexto.

11 Reſtringe, vt non procedat limitatio quoad præiudicium tertij,quando ex ſtatuto,vel conſuetudine eſſet ius tertio quæſitum, quia per talem clauſulam generalis derogationis non præiudicatur iuri tertij.Franch.dict.c.ei cui,col. 2. num. 4. uer.ſed certe quicquid, de præben.in 6.

12 Limita, quia clauſulæ non obſtantiarum operantur nedum conſeruationem gratiæ,ſed etiam, quod ipſa gratia ſortiatur effectum omni meliori modo.Oldrad.conſil.150. In Eccleſia Valentin. ver.tertia eſt.

Clauſula quorum omnium tenores,&c. derogatoria quid operetur. Concluſio. CCC L.

1 CLAVSVLA quorum tenores,&c. derogatoria comprehendit omnia contraria, vt illis cenſeatur,& ſit derogatum etiam in ſpecie. Feder.de Sen.conſ.47.nu.2. uer.ſic dicimus, vſq. * in fin.vbi quod ita communiter tenetur,quod generalis derogatio ſufficiat,& hanc partem hodie tenet Curia Romana,licet contra communem,vt per Caſſad.dec.10.ſuper regul.Ant.de Butr.conſ. 2.Viſis litteris,nu.4.vſq.in fin.ubi dicit quod hoc eſt de ſtylo Curiæ, & ſequitur Butrium Gemin. conſ.65.nu.21.ver.item poſito,& nu. 22. & latius conſ.120.num.6.& ſeq.ver.præterea, & hic aduertendum,vbi nu.7.dicit ita de ſtylo eſſe quod omnia habentur pro expreſſis nec aliquis in cóntrarium admitteretur ex quo Papa fingit expreſſum,& allegat deciſ.20. ſi cauſa committatur, de reſcr.in no.in fin.alias 214.ubi quod clauſula pro expreſſo habentes operatur expreſſionẽ, & quod * omnes * DD.ita tenuerunt,& idem Butri. conſ. 49. quod eſt idem cum ſecundo, vbi apoſtilla in ver.expreſſo adducit Deci.conſ.695.num.12.Bal. in c.cũ dilecta,col.fi.de reſcr.Ang.conſ. 273.Non eſt dubium,col.pen.Alex.conſ.215.Nec arguendi ſumus.col.7.lib.2.plene Socin.conſ.266.In cauſa. in fin.lib,1.vbi quod finguntur omnia expreſſa, quæ ſunt contraria,Gramma.deci.66.num.35. & ſeq.ubi plura.

2 Contrarium tenet de directo Feder.conſ.233. per totum,vbi quod imo requiritur ſpecialis derogatio, quando in primo priuilegio, cui queritur,an ſit derogatum,adeſt clauſula derogatoria * derogatoriarum, & hanc * communem memorat Caſſad.deciſ.10.ſuper regul. vbi quod Curia tenet contra communem, & hanc partem tenet Calder.conſ.526. alias 11.de priuil. vbi quod requiritur derogatio in ſpecie,quando ita eſt cautum, alias Princeps non præſumitur uoluiſſe derogare.

3 Declara,vt derogatio generalis cum clauſula, quorum tenores,uel pro expreſſis habentes, ſufficiat,ac ſi omnia expreſſa eſſent,quando agitur ſolum de præiudicio concedentis,ſecus ſi fieret præiudicium tertio, vel tolleretur ius tertio quæſitum. Oldrad. conſ. 326. numer. 2. & 3. vbi dicit * communem.

4 Declara ſecundo, vt prima opinio procedat, quando conſtat de voluntate derogantis, ſecunda procedat,quando defectus oritur ex intentione concedentis, vt quia non ſit facta mentio iuris tertij,quia tunc non cenſetur gratiam extendere contra intentionem. Geminian. conſ. 63. in princip.uer.tacuit primo,& conſ. 65. numer. 14. uer.nec obſtat.

5 Variaſſe etiam in ijs opinionibus aſſerit Fede. Curiam Romanam,quę modo, vt ipſe aſſerit tenuit unum,modo aliud,d.conſ.233.in fi.uer. Curia Romana.

6 Declara quod iſta uariatio Curiæ hodie eſt firmata, quia Curia tenet per talem clauſulam eſſe ſufficienter derogatum, etiam contra communem.Caſſad.deciſ.10.ſuper regul.& Anto.de But. conſ.2.circa fin.

7 Amplia, ut in tantum hæc clauſula importet ueram expreſſionem,& derogationem,ex quo Papa id aſſerit,ut non admittatur probatio in contrarium.Ant.de Butr.d.conſ.2.in fin.uer. item ex quo Papa.Gemin.conſil.120.num.7. uer. item ex quo Papa.

8 Extende, quod hæc clauſula, quorum tenores pro expreſſis habentes, operatur expreſſionem etiam ſpecificam eorum,de quibus ſpecifica mentio,& expreſſa eſſet facienda.Gemin.d.conſ. 120. nu.7.ver.ex iis rationibus.

9 Limita in iis,quæ ſunt facti, quia nihil operatur,ex quo Papa præſumitur ignorare,ſed tãtum in iis,quæ ſunt iuris,habet effectum,ut fuit dictũ corã Illuſtriſs. D. Cardin.Seraphino,in vna Ro. Secretariatus 10.Aprilis 1592. & corã Illuſtriſſ. Blanchetto,in vnaMediolanen.fructuum 24.Aprilis,& 12.Iunij 1592.

10 Extende etiam ſi ſimul ſint omnes clauſulæ ex certa ſcientia, de plenitudine, motu proprio, & non obſtantibus, &c. quia non habent locum in iis,quæ ſunt facti ignorati, ſed ſolum in iis, quæ ſunt iuris.Maluaſia conſ. 1.nu.42. ubi quod non excludunt defectum intentionis,neq.operantur in prejudicium tertii,nu.43.& ſeq.

11 Limita,quod clauſula quorum tenores,&c.non importat ſpecificam derogationem, & expreſſionem omnium contrariorum,quando Papa ſignaret ſupplicationem non ſimpliciter, ſed cum qualitate,puta fiat,& committatur.Geminia.d.conſ. 65.in fin.num.27.uer.non obſtat quod in iſto reſcripto,ubi dicit quod tunc procedit ſi Papa ſignaret fiat,ut petitur,alias non.

12 Contrarium tenet apoſtilla,ibi ad dictum conſilium.65.Gemin.ubi quod imo gratia perficitur ex ſolo uerbo,fiat,& licet ſubiungat,& committatur,non propterea gratia redditur imperfecta, quia ſunt duo diuerſa,ſed dicit tunc procedere dictum Gemin.quando dicit, fiat quod committatur,tunc non cenſetur facere gratiam, & quod iſte eſt ſtylus Signaturę.

13 Limita, quia generalis derogatio cum clauſula pro expreſſis, non ſe extendit ad conciliares conſtitutiones,quibus non ita de facili fit derogatio.Oldrad.conſ.328.in prin.& num.3. & conſ. 326.in prin.uer,& in primis Gemin.conſ. 36. nu. 2.& n.5.ubi late,quod ſpecialis mentio debet fieri de derogatione concilij.

Vide.Clauſula pro expreſſis habentes quid operetur.Concl.339.

Clauſula,prouiſo quod beneficium propterea diuinis non fraudetur obſequiis,quid operetur. Concluſ. CCCLI.

1 CLAVSVLA prouiſo quod dictum beneficium propterea diuinis non fraudetur obſequijs, &c. ponitur de ſtylo in omnibus diſpenſationibus de percipiendis fructibus in abſentia,& nihil operatur,quia ſubintelligitur.Calder. conſ. 221.circa fin.ver.ad idem facit ſtylus, alias vnicum de cleric.non reſid.num.2.vbi quod ponitur ad maiorem declarationem.

Clauſula,nulli ergo omnino hominum liceat, quid operetur. Concl. CCCLII.

1 HAEC clauſula poſita in litteris Imperialibus,legibus, ſeu conſtitutionibus operatur,quod nullus ſiue priuatus, ſiue in quacunque dignitate conſtitutus etiam Vicarius Imperialis poſſit contrauenire propter dictionem omnino, ita Bart. in extrauag.qui ſint rebelles,in fin. ver. nulli ergo.

2 Infringere importat retractare, vel per malitioſam interpretationem infringere.Bartol. dict. Extrauagan. qui ſint rebelles,in fin. ver. infringere.

3 Temerario auſu,importat etiam ſine dolo, ſed ex ſubtilitate.Bart.d.extrauag. qui ſint rebelles, in ver.temerario.

4 Contraire,videlicet diſſimulando,audiendo allegationes,vel diſceptationes.Bar.d.extraua.qui qui ſint rebelles,ver.contraire.

5 Attentare importat etiam ſi ad effectum non perducitur.Bar.d.extrauag.ver.attentare.

6 Indignationem,&c.importat quod Princeps indignatus gratioſum ſe non exhibebit.Bar. d. extrauag.qui ſint rebelles,in ver.indignationem, vbi apoſtilla citat Iaſ.in l. 1. col. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperaue. vbi de hac indignatione Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli in literis Apoſtolicis quid importet, ſequitur Bartolum Alex.conſ.103.Videtur,n.14.ver.primo quia libr.1.vbi quod licet aliquando importet priuationem feudi,tamen illud eſt ſecundum ſubiectã materiam,non autem ſemper.

Vide.Indignationis pœna quid importet. Concluſio.91.

Clauſula,toties, quoties, quid operetur.Concl. CCCLIII.

1 CLAVSVLA iſta toties,quoties reſpiciens commiſſionem pœnæ appoſitæ in compromiſſo,operatur, quod ſi adeſt clauſula rato manente compromiſſo toties commitatur pœna, quoties fuerit contrauentum,etiam ſi poſt triennium etiam ſi per eum contra quem primo eſt contrauentum.Fulgo.conſ. 111. Factum eſt compromiſſum,per totum.

2 Amplia, quia obligatus de repreſentando aliquem toties,quoties,tenetur etiam ſi ſemel præſentauerit, Vrſill. ad deciſ. Afflict. 130. vbi dicit communem, & quod teneatur vltra binam vicem,& in infinitum,plene Alex.conſil. 145. Quoniam abunde,n.2.& ſeq. vbi pro vtraq. parte, & & hanc tuetur,& ibi Apoſtil.in ver.quoties,libr. 2..dat concord.

3 Declara,vt plene per Gabriel.conſ.171.nume. 15.lib.1. quia hoc non ſeruatur,allegat Afflict.d. deciſ.130. & Grammat.conſ.66.numer.60. & 64.

4 Declara,quia reſtringitur ad cauſam, pro qua fuit data fideiuſſio,& licet etiam poſt ſententiam faciat teneri,tamen intelligitur de ſententia condemnatoria, non de abſolutoria. Gabriel. dict. conſ. 181.in prin.

5 Extende,vt procedat ampliatio, etiam ſi verba non ſint repetita, ſed ſolum dicatur quoties opus erit,vel quoties requiſitus fuerit, quia important infinitatem.Alex.d.conſ.145.numer.2.& ſeq.lib.2.vbi apoſtilla,in ver.quoties,dat plures concord.

6 Reſtringe,quia data facultate prorogandi compromiſſum ſemel bis,& ter, & quoties non excepit tres vices ad ſummum. Caſ.conſ.30.lib.1.

Vide. Compromiſſi prorogatio an ſit idem cũ compromiſſo,& qualiter fiat. Concl.518.

7 Amplia,quia quotieſcunq. verba ſunt apta ad infinitatem,prout dictio,quandocunque,quotieſcunque,vel alia ſimilia.Alexand. d. conſ.145.nu. 3.ver.& hoc verum,lib.2. vbi idem de verbis toties,quoties,

Vide. Infinitas eſt vitanda, & quando ſecus. Concluſio.128.

8 Amplia,quia ſi repreſentatus a fideiuſſore obligato toties,quoties,&c.aufugit, non liberatur, & quando ſecus.

Vide. Fideiuſſor quando liberetur per mutationem ſtatus eius, pro quo fideiuſſit, vel non. Concluſio.317.

Vide. Fideiuſſor de repreſentando committit pœnam.Concluſio.321.nu.13. & ſeq.

Vide Anto.Gabriel.lib.7.tit.de criminal.Concluſio. 15. Promittens aliquem repreſentare toties,quoties.

Clauſula in omnibus,& per omnia quid operetur. Concluſi. CCCLIV.

1 CLAVSVLA, in omnibus,& per omnia,ac ſi de verbo ad verbum,habet vim ſpecialis ſpecificationis,ideo mandatum cum iſta clauſula dicitur eſſe ſpecificum. Bald. conſil.110.Decreto domini cauetur, in princ. ver. ſecunda ratio,libr.1.Alexan.& Iaſ.in l.ſi Ruffinus. C. de teſtam.milit. late apoſtilla ad Bartol.in l.2.§.furioſus.ff.de iure codicil. & pleniſſima apoſtilla ad Roman. qui de hoc loquitur conſ. 82. quoad id, col. fin. in ver. in omnibus, & per omnia, vbi

Digitized by Google

infinitos citat. Curti. Iunior. conſil. 74.numero tertio.

2 Amplia,quia æquiparatio facta in omnibus,& per omnia habet uim ſpecialis priuilegij. DD. in l.1.ff.de leg.1.vbi Iaſ.& alij,num.15.& ſeq. plene etiam Tyberius Decia.conſ.5.num.53.lib.1.Ant. de Butr.conſ.19.nu.3.uer. item ſecundo natura adæquandi.

Vide. Aequiparatorum idem eſt iudicium, & quando.Concl.308.

3 Amplia,quia hæc clauſula in omnibus, & per omnia importat nedum fictionem,ſed etiam veritatem in ijs,quę poſſunt vere fieri, ideo ſi Papa caſſat,uel uiuificat vnionem in omnibus, & per omnia ea dicitur uere caſſata, & uere cõfirmata. Ang.Are.conſ.107.In caſu ſupradicto,n.17.& ſeq. uer.quinto hoc confirmatur,maxime num. 19. & ſeq.vbi ponit alia ſimilia.

4 Extende,ſi ſtatutum dicit,quod filia nupta per omnia habeatur, prout ſui iuris,quia dicitur vere ſui iuris effecta.Angel. Aretin. dict. conſ.107. numer.20.

5 Idem, ſi dicat quod factum habeatur per omnia pro non facto in iis,quæ iuris ſunt, quia vere habetur ac ſi factum non ſit. Angel. Aretin. dict. conſ.107.nu.21.

6 Amplia, quia quando duo loca equiparantur in omnibus,& per omnia,per illa verba adeo ſunt exequata, ut priuilegia omnia communicentur.

7 Amplia in legitimatione facta ad quãcunque ſucceſſionem in omnibus, & per omnia,prout ſi eſſet uere legitimus,quia ſuccedit etiam in ęquo, quia talis clauſula omnes modos, & omnes qualitates comprehendit nullo excepto. Decia. conſ.5.nu.53.lib.3.allegat glo.in l.a procuratore. C.manda.vbi dicit Decia.nu.53.quod hæc clauſula importat idem,quod vulgari ſermone in tutto, & per tutto,allegat Deci. qui hoc dicit conſ. 90. in princ.

8 Contrarium,quod illa verba geminata vniuerſalia in legitimatione reſtringantur ad habiles, vt ſi ad fideicommiſſum vocentur legitime nati tantum, non referuntur talia verba ad ſucceſſionem prohibitam.Cephal.conſ.186.numer.52.vbi quod non includit prohibita,niſi fiat mentio.

9 Amplia,quia ſi quis approbat teſtamentum patris in omnibus,& per omnia,in quo priuatur legitima,ſibi præiudicat, quia illa verba licet ſint generalia,tamen habent vim ſpecificæ renunciationis,& ſpecialis approbationis.Pariſ. conſ. 26. numer.41. & ſequen.lib.2.ſequitur Cephal.conſil. 438.num.10.

10 Extende,quia promittens obſeruare in omnibus & per omnia inſtrumentum, & contenta in eo,non poteſt in aliquo minimo contrauenire. Cephal.d.conſ.438.n.10.

11 Amplia, quia ciuis factus qui non æquiparatur originario,æquiparatur, & gaudet omnibus priuilegijs originarij ciuis, ſi eſt facta æquiparatio in omnibus,& per omnia.Barba. conſ.47.n.4. & n.9.lib.4.Cur.Se.conſ. 48.n.19.Alex.conſ.99.Viſa inquiſitione,nu. 6.ver.& facit ad hoc.lib.6.

12 Imo quod aſſumpti ciues Bononiæ in omnibus, & per omnia,importent aſſumptionem actiue, & paſſiue quoad omnia,prout veri ciues,dicit idem Alexan. dict. conſ. 99. numer. 5. libr. 6. allegat Angel. in l. 2. §. furioſus. ff. de iure codicillo.

13 Extende in fęudo,quando dicitur,quod ſit fęudum antiquum in omnibus, & per omnia,quia debet intelligi cum omnibus qualitatibus.Socin. conſ.67.numer.20. ver.ſexto,& nu.21. lib.1. plenius Curt. Senior. conſil. 48. num.19.ubi quod facit æquiparatum per omnia æquale.

14 Et Iudæus,quod gaudeat beneficio ſtatuti in omnibus,& per omnia,prout alij de loco, debet gaudere per omnia, & in totum, ita vt ſi committat adulterium cum Chriſtiana non puniatur,niſi prout alij ad pęnam ſtatutariam ſuper adulterio,ita Alex.conſ.99.Viſa,per totum,lib.6. maxime numer. 4. & ſequenti. vbi mouetur propter hoc ſtatutum,& etiam quia mulier erat meretrix.

15 Extendit idem Alex.etiam quando Iudæus carnaliter cognouit Chriſtianam malæ opinionis, quia vltra quod Iudæus dicitur de populo,& gaudet beneficio ſtatuti,ſi tamen extat ſtatutum, quod in omnibus,& per omnia gaudeat,&c. non poteſt puniri,niſi vt alij pro fornicatione. Alex. conſ.13. Attentis,numer.23.maxime ver. & tanto magis,lib.7.

16 Declara,quia debet intelligi in iis,quæ ſunt Iudæo æqualiter proportionata alias ipſe haberet maius priuilegium,quam Chriſtianus,& ideo ſtatutum ſicuti non excuſaret Chriſtianum commitentem adulterium cum Iudæa,quia non loquitur iſto caſu,& omiſſum habetur pro omiſſo, ita neque Iudæus cum Chriſtiana,& Alex. male conſuluit d.conſ.99.lib.6.& ipſemet fatetur conſ. 13. lib.7.num.14.& 15.ver.tamen per d.capitulum,& nume.23.ver.& quia in conſilio,quod ſtatuentes non cogitarunt de hoc.& quod propter diuerſam ſectam grauius eſt delictum,ergo,&c.

17 Amplia in caſu negatiuo, quod quis non ſit agnatus,ſed extraneus in omnibus,& per omnia, quia quo ad omnia dicttur extraneus,ideo ſtatutum de compromiſſo faciendo inter coniunctos non habet locum.Roma.conſ.82.nu.3.vbi allegat tex.in l.2.§.furioſus.ff.de iure codicillo. quem dicit meliorem in toto iure,& ibi apoſtill.in ver. in omnibus,& per omnia,citat infinitos ad hoc.

Vide.Clauſula omnia,& ſingula quid operetur. Concluſ.296.

18 Limita,quia licet iſta clauſula in omnibus, & per omnia ſit latiſſima,de qua in l.2.§.pen. C. de iuramen.calum. tamen recipit conformitatem cum iure communi ne abſonus intellectus elicia-tur,vel reſultet.Ang. de Peruſio. conſ. 6. lata eſt ſententia in fin.ver.nec obſtat,ſequitur Iaſ.in l.1. numer. 22. ff. de leg. 1, vbi quod eſt vera limitatio, & æqua, licet Alexand. leuiter eam impugnet ibi.

19 Declara,vt procedat ſolum quoad ea,quæ ſunt iuri contraria,& abſurda,quia ceſſante abſurdo non procedit limitatio, vt Iaſ. declarat vbi ſupra,num.22.

20 Contrarium,quod imo Angel.male loquatur,& quod per illa verba,quod poſſit Prætor in omnibus,& per omnia,prout Conſules,exequi ſententias,poſſit etiam per viam banni.Alex.in d.l.1.ff. de leg.1. ubi Ruin.nu. 10.& ſeq.

21 Limita,quia talis clauſula non habet vim ſpecifici mandati ad faciendum incidere dominum in pęnam.Bal.d.conſ.110.col.2.in fi. ver. nec obſtant illa verba,lib.1.

22 Extende,quia ſi datur certa forma iurãdi ceſſionem

sionem contrahentibus,licet sit dictum, & iurarunt in omnibus,& per omnia iuxta formam statuti,non tamen sufficit vt incurrant pœnam eorum,qui iurarunt specifice, maxime in muliere non certiorata.Bald. consil. 139. Factum tale est circa fi. uer.præterea statutum,lib.2.

23 Limita,quia adęquatio in omnibus,& per omnia facta non comprehendit ea, quæ non sunt concessibilia, neque ea, quæ speciali notadigna sunt. Anton. de Butr. plene consil.19. nu. 9. & sequen.

24 Limita,quia hæc clausula non operatur quoad insolita,& inhonesta.Ias.d.l.1.num. 21. ff. de leg. 1.prout si Abbas æquiparatur Episcopo in omnibus, & per omnia, quia excipiuntur ea,quæ sunt ordinis tanquam insolita.Anton.de Butri.consil. 19. numer. 9. & sequen. vbi ponit plures casus pro limitatione.

25 Limita,quia non operatur vltra mentem ideo si apponatur ad commoda in omnibus, & per omnia,vt ciuis creatus sit ad honores, & exemptiones, non includuntur onera.Cepha. consil. 186.num.52.

26 Limita,quia adæquatio per omnia facta de Abbate ad Episcopũ restringitur ad habilitatẽ,ideo ea,quæ sunt ordinis,quorũ Abbas non est capax, non transeunt in Abbatem.Ant.de Butr.cons.19. nu.10.& nu.21.vbi late,quia adæquatus si est aliquorum incapax illa non acquirit.

27 Limita in iis,quæ non possunt esse proportionabilia,nam si statutum disponat quod inter consanguineos fiat cõpromissum in consanguineũ,& appelletur ad capitulũ, &c.& aliud statutũ quod dispositа in consanguineis habeant locum in extrancis in omnibus,& per omnia, debet intelligi circa ea,quæ sunt proportionabilia, & sic non de compromisso in consanguineum.Alex.cons. 106. num.20.lib.3.

28 Limita,quia quando vnus locus,vel vna persona alteri adæquatur per omnia, vel in omnibus, & per omnia,omnia priuilegia,quæ habet persona,cui fit adæquatio,transeunt in personam adæquatam,sed non è couuerso.Deci.cons. 46. circa fin.uer.non est ergo,vbi dicit * communem.Bo- * lognet in l.1.ff.de leg.1.nu.106. vbi dicit * communem,prout in Augusta, quæ adæquatur Imperatori,quia transeunt omnia priuilegia Imperato * ris in Augustam,sed non è contra, & * communem dicit etiam.Ruin.cons. 54.in prin.lib.3.

29 Extende etiam, si essemus in materia exorbitanti,& correctoria. Bolog.d.l.1.n.106.uer.sed ex d.adęquatione.ff.de leg.1.Ias.in l.1.n.5.ff.de vulg.

30 Imo in pęnalibus.Crauet.cons.333.nu. 18.vbi quod statutum ad fictum trahitur per adæquationem factam per omnia.

31 Extende,quia si nuntius adæquatur Legato de Latere.poterit omnia,quæ potest Legatus de Latere.plene Deci.cõs.128. per totũ,maxime col.2.

32 Extende, quia etiam priuilegia superuenientia ei,cui fit adæquatio communicantur,quando est facta per verba in omnibus,& per omnia, secus si simpliciter.Ruin.d.cons.54.num.4.libr.3.& duplicatur,lib.5.cons.43.

33 Restringe,vt priuilegia,& omnes qualitates trãseant,quę sunt in essentia, & existentia personæ, cui fit adæquatio,sed nõ ea, quæ sunt reseruata, prout reseruata Principi,reseruata filio familias existẽti in potestate,prout suitas, quæ nõ transit in emancipatum adęquatum,& similibus. Bolog. d.l.1.nu.106.ver.quæ tamen conclusio.ff.de leg.1. vbi ponit alias restrictiones.

34 Duæ sunt clausulæ per omnia, & in omnibus, & peromnia,& licet sint paris virtutis tamen secunda est geminata,& plus operatur.Vide Ias.in l.1.nu.15.& seq.ff.de leg.1.vbi de prima clausula per omnia,& nu.20.vbi de secunda,videlicet in omnibus,& per omnia.

Vide. Adæquatio quid sit, & importet. Conclusio.174.

Vide.Priuilegium concessum ad instar alterius. Conclusio.763.

Clausula ipso iure, & facto quid importet. Conclusio. CCCLV.

1 STATVTVM mandans derobantem territorium ipso iure,& facto esse rebellem,& bannitum,importat crimen latæ sententię, Bal. consil. 480.Visa petitione, numer. 2. ver.& est crimen, libro 3.

2 Et ideo nullum ipso iure non præstat impedimentum.

Vide.Nullum ipso iure non præstat impedimẽtum,qualiter procedat.Coucl.140,

3 Et quomodo inducatur priuatio ipso iure, & ex quibus verbis.

Vide.Priuatio ipso iure quando, & ex quibus verbis inducatur.Concl.719.

4 Et quod ad amouẽdum possessorẽ priuatum ipso iure requiratur declaratio iudicis, citato ipso possessore.

Vide.Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum.Conclusio.98.

5 Et pęna quando incurratur ipso iure, vel non.

Vide. Pęna ipso iure non committitur, vel incurritur,& quando secus.Conclusio.238.

Clausulæ legitimationum diuersæ, & quid operentur.Concl. CCCLVI.

1 CLAVSVLA sine præiudicio legitimorum in parte de stylo Imperatoris semper consueuit apponi in omni legitimatione,imo semper habetur pro apposita.Bal.cons.214.circa fi.lib. 2. vbi quod nisi Princeps contrarium expresse dispo nat semper inest hæc clausula. Alex.cons.188.Videretur nu.8.ver.& illa verba,& verum,num. 10. uer.quinto in terminis,& cons.188.nu.17.lib.5.

2 Et quid importet hæc clausula saluo iure, vel sine præiudicio legitimorum hæredum siue sit posita in legitimatione siue in facultate concessa ab Imperatore comiti Palatino.Castr.cons. 27. Dicendum est,lib.2.vbi quod intelligitur de filijs,& descendentibus patris obtinentis legitimari non legitimos,ita quod si extant alij filij vel descendentes masculi,vel fęminæ ipsi admittuntur, sed quoad trãsuersales quoscunq.nihil releuat, & ita Alex.cons.187. n.8.& seq.ver.secundo quia.lib. 5. vbi quod aliter legitimatio redderetur elusoria, si de transuersalibus intelligeretur, vel omnibus hæredibus,& repetit cons. 188. numer. 17. uer.

quod autem iſta fuerit mens.lib.5.cum ſeq.

3 Declara,vt ita demum deſcendentes excludant legitimatum cum iſta clauſula, ſi ipſi ſunt ſucceſſibiles,alias non,ideo ſi ſtatutum excludat fœminam maritatam, & vocat agnatos, tunc talis fœmina,& deſcendentes ex ea non excludent legitimatum cum tali clauſula. Caſtren. d. conſ.27.per totum.lib.2.

4 Et clauſula in facultate comitis appoſita dum modo ex huiuſmodi legitimationibus per vos, & ſucceſſores veſtros faciendis,omnibus, & ſingulis legitimis hæredibus, nullum penitus in patrimonio,ſeu cæteris eorum iuribus vbique locorum præiudicium generetur, importat, quod ſi pater viuens legitimat filium ſpuriũ,etiam quod habeat legitimum, & naturalem,non poteſt legitimatio impugnari, quia viuente patre nullum ius habet filius legitimus,&naturalis. Alex.conſ.70.Magnificus,nu⁹.9.ver.nec obſtat.lib.6.

5 Item non operatur dicta clauſula aliquid quando filij legitimi, & naturales conſenſerunt legitimationi. Alexand.d.conſ.70. num. 9. ver. ſecundo quia.lib.6.

6 Clauſula ſine præiudicio legitimorum,& naturalium filiorum dicti legitimari facientis,non ſanat legitimationem nullam factam de ſpurio non facta mentione quod adeſſent filij legitimi,& naturales,quia cum ſit clauſula exequutiua non extendit,neque ampliat legitimationem. Alex.conſ. 60.Viſa. nu. 22. ver.non obſtant illa verba.lib.2.

7 Clauſula ſine præiudicio legitimorum,&c.operatur ab inteſtato,ſecus ex teſtamento, quia pater poteſt teſtando plus relinquere legitimato, dummodo alijs filijs legitimis, & naturalibus relinquat ſuam legitimam. Caſtren.conſ.429. Præſuppoſito quod iſte pater.lib.2.per totum, maxime,in fin.

8 Clauſula ſine præiudicio legitimorum filiorum operatur,quod ſuccedant æqualiter. Io. de Anan. conſ.29. Viſa imperiali.n.5. ver.circa quartũ, vbi quod ita declarauit per bullam Bonifacius Octauus,& Bologn.ibi in apoſtill.nu.13.concor.

9 Declarat Alex.d.conſ.188.nu.17.ver.& licet in priuilegio.lib.5.quod iſta clauſula tacite ineſt, & quod nihil operatur,ſecus ſi eſſet dictum abſque filiorum legitimorum præiudicio, quia illis non præiudicaret,ſed ſi dictum eſt ſine hæredum legitimorum præiudicio, legitimatio nihil operatur, niſi deficerent hæredes omnes,& n.22.in fi.ver.& per predicta.

10 Vel debet intelligi ſine præiudicio legitimorum hæredum, videlicet quando eis eſſet ius quæſitum, vel delata hæreditas, ſecus ſi legitimatio fiat inſtante patre,de cuius hæreditate agitur,antequam ius ſit quæſitum hæredibus, ita pulchre Alex.d.conſ.188.n.18.& ſeq.ver.vel poteſt reſponderi.lib.5.& nu.20.& conſ.187.num.12.lib.5.

11 Clauſula,ſine præiudicio legitimæ ſobolis, vel legitimę prolis, conſeruat ius filiorum legitimorum,& naturalium. Alex.conſ.188.num.11.& ſeq. ver.ſexto,& iterum.nu.24.ver. & non obſtat dum in ſexto.lib.5.

12 Clauſula,quod non fieret præiudicium filiis legitimis conſeruat ius filiorum legitimorum,&dicit Alex.d.conſ.188.in fin.lib. 5. quod fuit opinio Caſtren. ſed non probatur lege, & dicit quod differt a clauſula abſq;prejudicio,quod videtur ineptum.

13 Et clauſula ſine præiudicio legitimorum, vel legitimæ prolis, etiam in facultate legitimandi, non minuit aliquid quoad legitimationem perſonæ,ſed ſolum quoad bona.Ro.conſ. 163.In propoſita.Iaſ.in l.tale.§.fi.col.2.ff.de pact.

14 Et quod facultas legitimandi,non tamen in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium ſuccedentium,vel qui ſuccedere poſſent,tam ex teſtamento, quam ab inteſtato,reſtricta ſit, vt non poſſit excedere.c. porro de priuil.Ang.in §.ſi quis igitur,in auth.quibus modis nat.effi.ſui. Caſtr. in l.gallus.§.& quis ſi tantum.ff.de liber.& poſthum. Alex.conſ.67.lib.1.Bald.in auth.præterea. C. de natural.libe.Ant.de But.in c.per venerabilem,qui filij ſint legit.

15 Ideo talis legitimatus ab habente authoritatẽ reſtrictam,vt ſupra,non poteſt capere legatum factum a patre in præiudicium filiorum legitimorũ, & naturalium.Soci.conſ.212.col.2. & per totum. lib.2.& Ancharan.conſ.281.col.3.Corne.conſ.93. lib.2.Curt.Sen.conſ.18.column.8.

16 Declara niſi pro alimentis tantum,quia etiam ſine legitimatione eſt capax alimentorum in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium.c. cum haberet, de eo qui duxit quã polluit.per adul.

Vide. Legitimandi facultas conceſſa qualiter intelligenda. Concluſ.224.

17 Clauſula ſine præiudicio eorum,qui ab inteſtato ſuccedere deberent intelligitur ſine præiudicio eorum,qui ſunt de deſcendentibus eius,cui ſuccedere intendit legitimatus, ſine vlla reſtrictione. Corn.conſ.93.Primo aſpectu.num.26.& ſeq.lib.2. vbi allegat etiam Caſtr.ita tenentem.

18 Item clauſula ſine præiudicio eorum,qui ab inteſtato ſuccedere poſſent idem importat, quod prox.præce.ſecundum Cor. d.conſ.93.n.29.lib.2.

19 Declara, quia iſtæ duę clauſulæ operantur ſolum ab inteſtato,ſecus ex teſtamento, quia pater ſi facit teſtamentum poteſt legitimato etiam ſpurio relinquere omnia dummodo filijs legitimis, & naturalibus conſeruet legitimam, quia ſolum præſeruat ab inteſtato quaſi contrarium ſit ex teſtamento.Corn.d.conſ.93.nu.29.lib.2.

20 Clauſula,ſine præiudicio illorum, qui ab inteſtato ſuccedere poſſent,operatur,quod non fit præiudicium debentibus ſuccedere ex iure de præterito,vel etiam de futuro dummodo habeat cauſam de præterito, puta ex cauſa fideicommiſſi,donationis ſub conditione, vel quid ſimile. Ang.conſ. 264.Dñs Papa,in pri.ſequitur.Alex.conſ.188.Perſpectis.n.21.& 22.ver. pro iſta part.lib.5.& conſ. 187.Videretur. 12. & ſeq.ver. ſexto probatur,vbi quod eſt ſpes probabilis cauſa radicata.

21 Item operatur quod nedum filijs legitimis natis non fit præiudicium,ſed neque naſcituris,quia non cenſetur Princeps velle præiudicare in aliquo filijs legitimis,& naturalibus,quaſi etiam non ſint,quia eſt de iure diuino.Alex.conſ.187.Videretur,in princ.& conſ.188.in princ. lib.5.

22 Declarat Alex.d.conſ.187.nu.7.ver.tamen præmiſſis.lib.5.quod iſta clauſula excludit omnes tãſuerſales,ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato filius legitimatus ſuccedat, ſed quoad alios filios legitimos,& naturales non extantes tempore legitimationis,ſed qui ſuperuenerunt poſt legitimationem non fiat præiudicium quoad legitimam eis debitam, & hoc debet intelligi quando legitimatio eſt conceſſa tam ex teſtamẽto,quam ab inteſtato,

intestato,& fit cõcessa ab habẽte facultatem, ita etiam sentit apostil.ad Alex.ibi in uer. Bald. quæ citat pro vtraq.& dicit hanc veriorem.

83 Item operatur quod debet intelligi de venientibus ab intestato qui sint in pari gradu,non autẽ in vlteriori,quia alias nullũ effectũ cõsequeretur legitimatio.Angel.d.conſ. 274. per totũ,& idẽ videtur velle Bal.cõſ.129.n.6.ver.circa quintũ,li.2.

84 Contrarium tenet Bal.quod imo ista clausula non excludat uenientes ab intestato, vsque ad quartum gradum,sed solum excludit remotiores ac vxorem,& fiscum maxime quando est dispensatio,& non legitimatio,& loquitur in eodem casu Angeli,& ab intestato.Ang.conſ.265. quod est Baldi,sequitur Corn.conſ.93. Primo aspectu, nu. 17. libr. 2. vbi ad litteram inserit consilium Baldi in suo consilio.

85 Declara quod ista clausula operatur quod legitimatus potest ex testamento succedere,ab intestato vero secus,secundum * communem opinionem,de qua Deci.consil.610. Viso themate, in prin.vbi latissime,& ita Felin.in c.cum olim. nu. 17.de re iudi.

86 Declara maxime in Papa quia hæc clausula duo operatur,videlicet solum ab intestato, vt nõ præiudicetur alijs qui essent successuri, secundo quod referatur solum ad descendentes non ad transuersales,plene Feli.in c.cum olim,nu.17.de re iudi.vbi plures allegat.

87 Contrarium quod referatur tam ad descendentes quam ad fratrem,& sororem,& sic transuersales est * magis communis opinio,plene Rota in nouissimis decis.501.parte 1.vbi pro vtraq.parte plurimos adducit,& ostendit hanc esse magis*cõmunem opinionem.

88 Item potest intelligi de successione ab intestato,non autem contra testamentum,ita vt contra testamentum non admittantur.Ang.d.conſ. 264. nu.3.ver.si autem sensit,& ita etiam de existentibus in pari gradu dicit Castr.conſ.429.lib.2. in fi.vt intelligi debeat, quatenus pater ab intestato decedat,secus si facto testamento instituat hæredem masculum legitimatum,relicta legitima fœminis legitimis,& naturalibus.

89 Clausula sine præiudicio legitimorum hæredum in legitimatione, vel facultate legitimandi, intelligitur de hæredibus de proprio corpore eiusdem,de cuius successione agitur,alias esset sine effectu.Castr.conſ.17.Dicendũ est,in fi.li.2.vbi quod transuersales nõ cõprehẽdit,sequitur Alex. conſ.187.Videretur,nu.14.uer.7. probatur,lib.5.

90 Declarat Alex.d.conſ.187.num.14.lib.5. quod præiudicat transuersalibus, non autem filijs in legitima,sed quoad filios, qui suscepti fuerunt legitimi post legitimationẽ operatur ex testamento quod legitima ipsorũ filiorũ legitimorũ sit salua.

91 Vide Bal.inter consilia Angeli conſ.265.Verba autem,quem refert Alex.conſ.187.Videretur,nu. 6.lib.5.& n.15.vbi quod Bald. includit transuersales agnatos vsq.ad quartum gradũ,& cognatos vsq.ad tertiũ gradum,sed Alex.d.nu.15.reprobat quia lege non probatur, & * communis opinio est in contrarium.

92 Declara, quia si extat statutum quod agnati transuersales excludant filiam,vel neptem,operatur quoad tales fœminas exclusas, quia sine legitimatione excluduntur ergo legitimatio præiudicans transuersalibus præiudicat etiam ijs quibus transuersales præiudicant.Castr.d.conſ. 27. in fi. lib.2.sequitur Castrensem Alex. conſ.51. num.2. uer.fortius,lib.2.

93 Contrarium tenet apostil.ad Alex.d. conſ. 51. nu.2.in uer.collateralibus,ubi quod neq. collateralibus præiudicat ab intestato.

94 Clausula,quod legitimatio non præiudicet successoribus ab intestato, habet effectũ,si pater qui legitimari fecit, ab intestato,decedat, si uero faciat testamentum in quo legitimatos instituat, ista clausula nihil operatur.Castr.conſ.102. Videdũ,col.fi.uer.quarto uidendũ,lib.2.sequitur Alex. d.conſ.51.Viso themate n. 1. in fi.uer.& licet in prædictis,lib.2.

95 Clausula absq.eamẽ præiudicio illorũ qui in eisdẽ bonis si parentes,& cõsanguinei huiusmodi ab intestato decederẽt, deberẽt succedere,operatur quod talis filius legitimatus excludit fratres defuncti patris ab intestato,quia si præseruaret ius uenientiũ ab intestato nihil operaretur.Petr. de Ancha.conſ.153.Punctus talis est,per totũ, ideo n.8.uer.dixerit aliquis,respõdet quod nõ præiudicat habẽtibus prærogatiuã gradus, & nõ est superflua clausula,quia tollit dubietatẽ, quæ posset oriri,quod per appositionẽ manus Papæ alij perpetuo essent excluſi,prout idẽ in beneficij collatione per clausulã, dũmodo tẽpore datæ præsentiũ non sit alteri ius quæsitũ,operatur ergo quod si legitimati decedãt alij subintrẽt,& ita intelligit Cuma.cõſ.117.Innocẽtius VII.per totũ, maxime in fi.& ita etiã intelligit Alex.cõſ.51. Viso themate,in pri.& per totũ,lib. 2. vbi quod ex testamẽto excluditur soror testatoris,quę ab intestato excluderet legitimatũ, vbi plenissima apost.in uer.præiudicio,quę citat plurimos conc.quibus addeBar. conſ.75.Viso instrumento, n.2.circa fi.lib.2. vide Alex.conſ.188. n.20.& 21.lib.5.vbi citat Anchar.

96 Non tamen præiudicat descendentibus legitimis,& naturalibus.Anch.conſ.141.n.6.& seq.

97 Clausula uero sine præiuditio eorũ qui in huiusmodi bonis si pater ,mater,& agnati, vel cognati prædicti ab intestato decederẽt,succedere deberent,operatur,quod neq.ex testamento neq.ab intestato filijs legitimis, & naturalibus potest præiudicari.Cor.conſ.93.nu.19.& seq.lib.2.intelligẽdo de præiudicio ne & ipsi ad partẽ admittantur quia debent admitti cũ legitimato, & ita æquius esse dicit Cur. ...conſ.117.in fi.Ancha.cõſ.241.Ex tenore,n.6.& seq.uer.præterea posito.

98 Declara omnes clausulas prædictas, quia nihil operãtur,si pater faciat testamentũ,quia excepta legitima sibi debita non possunt impugnare testamentum.Corn.d.conſ.93. nu.30.lib.2.

99 Clausula ita quod legitimatus vna cũ legitimis æqualem portionẽ obtineat,importat quod plus non potest consequi legitimatus, quã legitimus siue ab intestato,siue ex testamẽto.Bal.conſ.104. Super prima,nu.3.uer.super secundo,lib.2.

100 Contrarium tenet Castr.conſ.429.Prẽsupposito quod iste pater,in fi.lib.2.ubi quod clausula sine præiudicio legitimorũ intelligitur ab intestato,secus ex testamento,quia pater potest totũ relinquere legitimato,dummodo legitimis iure institutionis relinquat,quia habebunt legitimam.

101 Extende quando esset dictum,ita quod non præiudicetur legitimis quin ipsi æqualiter cum legitimatis succedant, quia intelligitur siue ex testamento, siue ab intestato,ita quod legitimatus

plus non poteſt conſequi, quam conſequatur legitimus, cui pater minus legauit. Bald. conſ. 206. Caſus talis eſt. nu. 5. ver. or poſito. lib. 3.

42 Extende, quando eſſet dictum ſine præiudicio legitimæ portionis prolis legitimæ, in facultate legitimandi, quia intelligitur, ita quod legitimatus nihil conſequatur ſtantibus legitimis, quia portio legitimis debita eſt tota ſucceſſio, ex quo de legitima verba ſuperflua eſſent. Caſtren. conſ. 180. Super eo, quod. num. 2. lib. 1. vbi ſecus inquit eſſe, quando poſſent operari in legitima, vt ſi diminueretur, intelligatur, quod non ſit diminuta.

43 Idem eſt quoad fratres, & alios agnatos, quia ſi dicitur ſine præiudicio portionis prolis legitimæ, intelligitur, dummodo legitimatus volens ſuccedere fratri, non habeat in concurſu alios fratres legitimos. Caſtr. d. conſ. 180. num. 2. ver. tenendo ergo. lib. 1.

44 Clauſula, ſine præiudicio agnatorum, quo minus proximus agnatus ſuccedat vna cum legitimato, intelligitur, dummodo concurrat in pari gradu cum legitimato, non autem ſi eſt agnatus remotioris gradus. Bald. conſ. 129. num. 6. verſ. circa quintum. lib. 2. vbi, quod filius legitimatus ſolus ſuccedit patri, excluſis agnatis, tanquam remotioribus, non obſtante hac clauſula, quia alias Imperator erraret in iure, ſed reiectur vt ſupra.

45 Clauſula, quod legitimatus conſequatur hæreditatem quantum publicum concernit intereſſe, importat, quod non intendit alicui præiudicare, neque derogare iuri alteri quæſito. Bal. conſ. 236. Verba primi priuilegij. lib. 2.

46 Et clauſula ſine legitimorum hæredum præiudicio, quod intelligatur, quando non extant filij legitimi, & naturales. Alex. conſ. 188. Perſpectis, nu. 2. & 3. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. quod non, dat plures concord.

47 Priuilegia Equitum, ſeu Vicecomitum Imperialium circa facultatem legitimandi conſueuerunt excipere filios nobilium. Bald. conſ. 129. Factum proponitur. nu. 4. ver. circa tertium. lib. 2. vbi, qui dicantur nobiles eo caſu excepti, & dicit, quod habentes iuriſdictionem, merum, & mixtum imperium, vel dignitatem dicuntur excepti. Caſtren. conſ. 22. Viſis omnibus. col. 2. ver. poſſet etiam adhuc. lib. 2. intelligit de nobilibus habentibus nobilitatem ab Imperatore, vel de nobilibus in potiori ſignificatu.

Vide. Legitimationum clauſulę diuerſæ, & qualiter intelligantur. Concluſ. 2115.

Clauſulæ libellorum diuerſæ; & quid operentur. Concluſ. CCCLVII.

1 CLAVSVLA in libello, & pront vobis videbitur faciendum, de iure Canonico ſaluat libellum à contrarietate, & incertitudine, ex quo ad arbitrium iudicis omnia referuntur. Lap. alleg. 51. num. 9. ver. nam agere, vbi loquitur de ſimplicitate iuris Canonici.

2 Et ſi eſt in principio influit in ſequentibus. Corne. conſil. 18. In præſenti conſultatione. num. 8. libro 3.

3 Clauſula, non per viam ſolemnis libelli, ſed ſimplicis facti narrationis, facit corruere libellum, ita, vt in caſibus, in quibus requiritur libellus, iudicium ſit nullum. Petr. de Anchar. conſ. 33. Per ſtatutum, per totum.

4 Clauſula, ſalua veritate, importat, quod modificantur præcedentia ad veritatem, prout eſt veritas. gloſ. in l. item labeo. ff. famil. herciſ. in gloſ. quæ incipit, pure, quam ſequitur Alexand. conſil. 193. Perſpectis inſtrumentis. num. 6. lib. 6. vbi plena apoſtilla dat plurimos concordan. in ver. ſaluo.

5 Clauſula, ſalno iure addendi, &c. operatur, quod libellans non ſe adſtrinxit ad ſuperflua probanda. Bald. conſil. 302. Præmitte ad euidentiam. lib. 1.

6 Extinguitur facultas corrigendi per litis conteſtationem, ſed tamen vſque ad litem conteſtatam poteſt corrigi, & emendari libellus. Fulgo. conſ. 138. In quæſtione, & cauſa, in prine. verſ. ſicut dicitur.

7 Et vbi vigore clauſulæ ſaluo iure addendi, vel mutandi fieret mutatio, debent reſici expenſæ, alias nouus proceſſus eſſet ipſo iure nullus, quia exceptio reficiendarum expenſarum impedit litis ingreſſum. Curt. iun. conſ. 163. num. 4.

8 Clauſula, non ſe adſtringens, &c. operatur, quod licet actor, qui ſuſcepit onus probandi aliquid non releuans, teneatur illud probare, alias ſuccumbit in cauſa, tamen fallit ſi adeſt clauſula, non ſe adſtringens, quia non tenetur ad ſuperfluam probationem. Caſtrenſ. conſil. 26. Certum eſt, in princip. lib. 1. Alexand. conſil. 121. Viſo proceſſu. num. 4. ver. & hoc etiam, & nu. 12. ver. nec obſtat. lib. 1.

9 Et in libello criminali ſi deducitur qualitas, prout temporis, quando non eſt de ſubſtantia delicti, licet teneatur narrans probare, tamen ſecus eſt ſtante hac clauſula, & alia, ſuper quibus peto ius, &c. ita Clarus in prax. crim. quæſt. 12. num. 14. ver. ſed quid ſi accuſator.

10 Extende, quia iſta clauſula operatur, quod tempus deductum in libello 12. annorum ſi probatur vndecim annorum releuat probatio. Io. de Im. conſ. 100. In cauſa vertente, in prine.

11 Et in libello continente dolum, vel violentam ſpoliationem, in quo requireretur ſpecificatio, prout in criminali, tamen per hanc clauſulam ſecus ſit, quia poteſt competere cap. reintegranda, etiam prodoloſo, & violento ſpolio. Alex. conſil. 6. Circa promiſſum. num. 3. ver. tertio reſponden. lib. 3. & iterum num. 3. ibidem ver. nec eſt neceſſe.

12 Extende, quia operatur, quod ſi diuerſus locus probatur ab expreſſo releuat. Io. de Imo. d. conſil. 102. nu. 1. ver. ſecundo opponitur.

13 Et in reſtitutione in integrum petita ex vna cauſa, quæ non competit, quod poſſit ex alia obtinere, ſi adeſt clauſula, non ſe adſtringens, &c. Alexand. conſ. 42. num. 14. ver. nec obſtat. lib. 3. incipit, In cauſa, & lite.

14 Extende, quia operatur hæc clauſula, ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita, velut ſi eſſet in poſitionibus, & poſitiones verterentur in articulis, cenſetur etiam clauſula verſa, & poſita in capitulis, quæ erat in poſitionibus, & idem operatur. Io. de Imol. conſ. 102. nu. 4. in fin. ver. nec obſtat.

Clauſula

Clauſula omni meliori modo quid operetur. Concluſio. CCCLVIII.

1 OMNI meliori modo, hæc clauſula in libello operatur, vt officium iudicis cenſeatur imploratum, & quod omnia arbitrio iudicis cenſeantur remiſſa, ita vt ceſſet incertitudo, vel contrarietas. Lap.d.alleg.51.nu.9. ver.nam hic proponitur, qui loquitur de iure Canonico, & quod officium iudicis cenſeatur imploratum in agente, & excipiente. Ruin.conſ.209.num.24.lib.1.

2 Et operatur idem, ſiue ſit in principio, ſiue in fine. Corne. conſil.18. In præſenti conſultatione. num.8.lib.3.

3 Extende, quia hæc clauſula poſita in libello operatur, quod cenſetur imploratum officium iudicis, licet non exprimatur, & omnis actio competens. Pet.Anch.conſ.73. Viſis omnibus.n.4.& 5.

4 Extende, quia ex clauſula, omni meliori modo, in libello, omnis actio, & omne officium iudicis competens cenſetur intentatum abſque aliqua expreſſione actionis, vel officij iudicis. Petr. de Anchar. conſ. 73. Viſis omnibus, & ſingulis, in princ.nu.3.& ſeq.ver.in quarto dubio.

5 Extende, quia operatur etiam impropriando verba, quod potius actio competens apta ſit intentata, quam concluſio inepta. Corn. d. conſ. 38. lib.3.num.8.& ſeq. Ant.de Butr. conſ.63. per totum, maxime in fin.

6 Extende, quia tollit ineptitudinem libelli, vt ſi in cauſa ordinaria ſit petitum procedi ſummarie, ſi tamen in fine adeſt clauſula, omni meliori modo, ſanat ineptitudinem. Bald.conſ.478.In cauſa vertente.nu.3.ver. item non obſtat. lib.3.

7 Et operatur, quod remedia contraria poſſunt cumulari, & quicquid ex narratis reſultat, cenſeatur concluſum, prout idem eſt in clauſula, petens, &c. Crauet.reſponſo pro genero.nu.215.& 217.& ſententia poteſt ferri non conformis libello eo caſu. Marant.in praxi, parte 4.diſtinct.9.nu.33.

8 Extende, quia in libello ſpolij etiam ſi vnum remedium non competens eſſet expreſſum ſi adeſt clauſula iſta, cenſetur etiam deductum omne aliud remedium. Ang.conſ.157. In prædicta quæſtione. col.2.ver.ex quibus concludo.

9 Clauſula, omni meliori modo, &c. tollit contrarietatem, & incertitudinem in libello de iure Canonico, quia operatur, vt officium iudicis dicatur imploratum, & omnia in arbitrio illius concluſa. Lap.alleg.51.nu.9.ver.nam hic proponitur.

10 Amplia, quia clauſula prædicta operatur etiam ſi vnus modus ſit expreſſus, quia actio non expreſſa competens cenſetur intentata, plene Bal. conſ. 478.In cauſa vertente.n.3.lib.3. vbi, quod ſi quis intentauit actionem ſummariam, & competebat ordinaria, poteſt proſequi proceſſum via ordinaria, non obſtante expreſſione ſummarie per clauſulam, omni meliori modo, & è conuerſo ſi intentauit ordinariam, & competit ſummaria. Bald. in l. 3. ff. de milita. teſtam. Petr. Anchar. conſ.73. num.5.

11 Et quod hæc clauſula in libello operetur, quod libellans cenſeatur deduxiſſe omnia narrata, & non ſe reſtrinxiſſe ad concluſionem, ſi non competit. Ant. de Butr. conſ. 63. Viſo libello, per totum, maximè in fin. vbi apoſtilla in ver. omni modo, allegat Alexand. conſ.113. lib.3. Socin. conſ.142.col.antepen.lib.1.Crauet.conſil.326.nu. 25.& alios.

12 Extende, quia intentans contra conductorem actionem, quod ſibi tanquam domino condemnetur ad affictus debitos, & in futurum debendos ex locatione propterea facta, licet videatur ſe adſtrinxiſſe ad probandum dominium, ſi tamen adeſt clauſula, omni meliori modo poteſt intentaſſe velle condictionem ex l.ſi quis conductionis. C. locati, in quo remedio non admittitur exceptio dominij, & ſimiliter ſpolium, in quo eadem exceptio non admittitur. Caſtr.conſ.51. in princ. ver.ſed nec illa videtur. lib.2.

13 Et iuramentum habet vim clauſulæ omni meliori modo. Alex. conſ.42.nu.10.lib.1.

14 Extende, & declara, quia ſi eſt facta narratiua, ex qua poſſit ſequi concluſio ſecundum probata, licet ſit concluſum in vno remedio expreſſo, quod non competat, poteſt ſequi condemnatio. Socin. Iun. conſ.128. Dirigat Dominus, in princip. qui loquitur, maxime in ſtatuto Bononiæ, quod iudex iudicet ſola facti veritate. lib. 2. Grat.conſ. 119. lib.2.in princ.vbi, quod ſi narrata ſunt apta ad ſaluianum, cenſetur intentatum, licet concludatur in hypothecaria.lib.2.& idem repetit conſ. 63. Viſis elegantiſſimis. num. 41. eod. lib. 2. & conſ.79. Circa primum, in princip.& per totum. vbi, quod ſi quis petijt legitimam cum debuerit petere ſupplementum, ſubſtinetur libellus ex clauſula, omni meliori modo ſibi ius, & iuſtitiam. vbi quod ſemper remedium neceſſarium, & aptũ cenſetur intentatum, plenius conſ.70. 4 n.27. vſque in fin.lib.2.vbi, quod licet clauſula ius, & iuſtitiam, non concludat contraria, fallit tamẽ, ſi adeſt clauſula, omni meliori modo, quæ contrarietatẽ tollit.

15 Declara, quia ſi apponitur hæc clauſula ſimpliciter non operatur aliquid, niſi modo expreſſo, ſi vero dicatur, & alias omni meliori modo, tunc dicitio alias operatur, quod clauſula non reſtringitur ad expreſſa. Achil.de Graſſ.deciſ.1.tit.de clauſulis. Caputaq.deci.173. Rota tenet.lib.1.

16 Amplia, quia hæc clauſula operatur tam in agente, quam in excipiente, ideo excipiens repellendum actorem omni meliori modo, habet intentum, ſi actor audiri non debet, licet non repelli. Ruin.conſ.209.num.24.lib.1.

17 Amplia, quia operatur, prout clauſula, ſuper quibus ius, & iuſtitiam miniſtrari petitur, vt omnis actio intentata, & omne ius deductum ſit. Arer.Inſtit.de actio. §. omnium, vbi Laſ.num.149. Boer.deciſ.74.num.3.

18 Amplia, quia facit valere electionem factam per vota conditionalia, & incerta, quæ alias non valeret, quia cenſetur remiſſa in voluntate ſuperioris. Lap. alleg. 51.nu.10.ver. ita etiam.

19 Magnæ importantiæ dicit eſſe hanc clauſulam. Alex.conſ.80. Viſis thematc.col.2. lib.5.

20 Amplia, quia ſi filius, vel filiafamilias deputatur commiſſarius in teſtamento operatur, quod non requiritur conſenſus patris, & quod voluit teſtator, quod poſſit exequi tanquam liber à patria poteſtate. Fulgoſ. conſ. 75. num. 2. ver. maxime propter clauſulam.

21 Amplia, quia index, qui poteſt procedere, tanquam ordinarius, & delegatus, ſi in iudicando dicit omni meliori modo, cenſetur ex poteſta-

te vera

te vera processisse. Felin.cap.cum super.col.pen. ver.quid autem.nu.11.de off.deleg. Deci. ibi in fi.

32 Extende, vt imo si iudex credidit se delegatum cũ non esset, & erat etiam ordinarius, procedendo, vt delegatus cum clausula, omni meliori modo, substineatur processus. Deci. cons. 14. Et pro tenui.num.3.ver. similiter dixit, & cons. 77. Viso puncto.nu.4.ver.& similiter.

33 Amplia, quia licet non sufficiat relinquere filio, nisi iure institutionis, tamen si relinquatur omni meliori modo, censetur relictum iure institutionis. Alex. cons.80. Visis themate. nu.7. ver.est enim. lib.5. Felin.in c.cum super.num.11. ver. secundus effectus, de off.deleg. Marsil.singul. 36.clausula, omni meliori modo. Deci. cons. 14. Et pro tenui.nu.4.ver.similiter,& cons.77. nu.4. ver.facit, quod not. Alex.cons.112. Post redditum, nu.3.ver.vnde videmus.lib.3.

Vide. Prateriti quando dicantur filij posthumi, & alij, vel non. Conclus.638.

34 Extende, vt procedat ampliatio etiam si clausula non sit apposita legato, sed testamento, vt quia leganit filiæ dotem, & non dixit iure institutionis, nec etiam omni meliori modo, sed postea dixit, quod volebat testamentum valere omni meliori modo, quia idem est, ac si iure institutionis reliquisset. Castren. cons. 324. Super primo puncto, quo quæritur an testamentum.num. 3. ver. confirmatur etiam.lib.1. Alex.d.cons. 80. nu. 7. lib.5.Marsil.d.sing.36.in fin. sequitur Deci. cons.14.nu.4. ver. similiter. Fulgos. cons. 79. In quæstione 10.nu.2.in fin. Purpur. cons.407. num. 21.in fin. lib. 2. communem * dicit Vasqui, in tract.in succes. creat.progress.& resolu. lib. 2. §. 20.parte 4.requisi. 42.nu.247. Fulgos.cons.89. in princ. & idem tenet Alex.d.cons.112.nu.4. ver.& propterea.lib.3.

35 Contrarium, quod imo importet solum clausulam codicillarem, tenet apostilla ad Alexand. d. cons.80.nu.7.lib.5,allegat Rened. in repet.cap. Raynutius, ver.in eodem testa. reliq.de testam.& eadem apostil.in repetit.ad cons. Alex. 112. nu.3. in verbo perinde.lib.3.

36 Extende ampliationẽ etiã si hæc clausula non sit apposita, quando testamentum est inter liberos, quia subintelligitur.Marsil.d.singul.36.in fi.Alex. cons.176.Viso processu.col.2.lib.5.Cora.cons.62. Alias consului, lib.2.

37 Extende, quia operatur, quod testamentum in scriptis factum si non valet vt in scriptis, valeat vt nuncupatiuum. Alexand. consil. 176.col. 2. lib.5. Soci.consil.173. Reuerende pater, in fin. lib. 2. vbi, quod in dubio non præsumitur in scriptis voluisse testari etiam si adsint sigilla, & subscriptiones.

38 Amplia in eo, qui est instituus ex duobus testamentis, & dubitat, quod valeat, quia si adiuit cum clausula,omni meliori modo, censetur adiuisse ex eo testamento, quod valet. Felin. d. cap. cum super, de off. deleg. nu.11. ver. tertius effectus. Ang.de Perus.cons.183.Berta habens. nu.3. ver.secũdo quia, quod duplicatur per Anch.cons. 203. Factum super qno.nu.5.ver.secundo quia, sequitur Deci.cons.14.Et pro tenui facultate.nu.4. ver.& non eundo. Deci.cons.77.num.4.ver.& in simili.

39 Declara, vt procedat si fecit mentionem de utroque testamento, secus si de altero tantum, vt Felin. vbi supra. Anchoran. cons.357. per tot.

30 Amplia, quia clausula, omni meliori modo, habet effectum,& æquipollet clausulæ codicillari. Felin.in d.c.cum super Abbatia.nu.11. in fin.ver. quartus effectus; de off.deleg.Corn.cons.62.Alias consului,per tot.lib.2.vbi late, quod multis modis substinet testamentum, & ab intestato, apposit. ad Alex.cons.80.Visis.nu.7.in ver.perinde.lib.5.

31 Clausula autẽ codicillaris operatur multa, vt in ver.Clausula codicillaris, supra Conclus.291.

32 Extende,quia clausula,omni meliori modo, in testamento vltimo habet vim derogationis primi.Soc.d.cons.173.in fi.lib.2.sequitur Ruin.cons. 11. Ex ijs quæ colliguntur.lib.2.n.13.& seq. vbi, quod habet vim derogationis præcedentis testamenti, tacite, & expresse, & denotat enixam voluntatem, vsque in fi.& quod habet vim specialis derogationis etiam circa plura.

33 Amplia, quia arbiter, & arbitrator, qui tulit laudum cum clausula,omni meliori modo, videtur pronunciare tanquam arbitrator. Feli. d.cap. cum super, in fi.ver.quintus effectus.

34 Amplia, quia habet vim expressi, ideo omnia, quæ pro actus validitate debuerunt exprimi, habentur pro expressis, prout si esset iuratum,quia æquipollet iuramento. Cephal.cons.772.nu.38.& 39.Bald.in l.quoties.C.de hæred. instit. Curt.iun. cons.71.nu.12.Grat.cons.34.nu.6.& cons.57. nu. 6.& cons.58.nu.9.lib.1.Cravet.cons.141.n.3.Omnino.Paris.cons.40.nu.24.lib.3.

35 Amplia,quia supplet solemnitatem,& conualidat actum,qui esset nullus. Cephal.d.cons.772.n. 10.& seq.Alex.cons.80.Visis.nu.4.& seq.lib.5.vbi quod si interposuit iudex decretum in alienatione rei minoris cum causæ cognitione, & seu cum clausula, omni meliori modo, quæ idem importat, præsumitur omnis solemnitas interuenisse, quæ potuit interuenire.

36 Amplia,quia exequens legatus, non expresso, quod tanquam exequutor Papæ procedebat, qui nulliter exequeretur, si tamen exprimens dignitatem suam,dicat, quod omni meliori modo exequitur,censetur procedere secundum modum,quo potuit exequi.Feli.d.cap.cum sup.in fi.ver.sextus effectus, de off. deleg.

37 Amplia in contractu,quia facit valere in vim contractus validioris,Grat.cons.7.nu.24. & seq.

38 Amplia, quia hæc clausula etiam non apposita subintelligitur in aditione hereditatis.Deci,cons. 14.Et pro tenui.n.4.ver.imo quod plus est.

39 Extende,quia vbi est iuramentum, ibi est clausula, omni meliori modo. Alex.cons.12. colum.fi. ver.& attento.lib.1.

40 Amplia in mandato procuræ ad substituendum cum clausula, quod substituat nomine proprio, quia si substitutio fiat procuratorio nomine,cum clausula,omni meliori modo,valet substitutio facta etiam nomine proprio, prout loquitur mandatum.plene Deci. cons. 77. Visis punctis supradictis,in princ.maxime nu.3.& 4.

41 Amplia,quia æquiparatur iuramento hæc clausula ad substinendum actum. Cephal.cons.772.n. 11.& seq.& nu.39.

42 Amplia, quia præseruat omne ius, vt dicatur facere eo titulo, quo magis expedit facienti, ideo filius per venditionem acceptans legatum, secundi filii debiti ex stipulatu,& legatis sit pro tertia,& accepter legatũ vendẽdo omni meliori

modo

modo non renunciat iuri ſibi competenti ex ſtipulatu, & ſibi non præiudicat quin poſſit petere legitimam. Alex.conſ.8.Viſis.nu.23. ver. item in dicto inſtrumento.lib.3.

43 Amplia generaliter,quia facit valere actum eo modo quo valere poteſt Deci.conſ. 14. Et pro tenui.nu.3.ver.confirmatur hoc,&conſ.77.Viſo puncto ſupradicto.n.4.ver.ſecunda ratione, vbi quod facit valere actum ex eo capite,quo poteſt , & eo modo,quo poteſt.

44 Et facit, quod donatio cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos , & e contra. Crauett. conſ.214.num.19. Rolan. a Vall. conſ.8.num.24. lib.1. Pariſ. conſ. 90.num.10.lib.3. quod intellige quando non poteſt valere ſecundum modum,quo actus eſt celebratus , alias ſecus. Bart. in l.1.§.ſi quis ita.ff.de ver.oblig.

45 Amplia , quia in donatione filiſfamilias cauſa mortis cum prohibitione alienationis , & fideicommiſſo operatur pactum reſolutiuum,& alia neceſſaria , ex quibus impediatur alienatio, vel operatur , quia ſi filiusfamilias eſſ miles , vel eques , aut doctor , valeat diſpoſitio in vim codiciilorum,ex quo poteſt codicillari. Cuman. conſ. 190.Filius familias.circa fi.

46 Amplia,quia clauſula omni meliori modo,quo poteſt,poſita in codicillis,habet vim clauſulæ derogatoriæ contentis in primo teſtamento etiam ſi in eo teſtator dixit nolle poſſe mutare teſtamentum,& ſi contigerit mutatio non valeret ex defectu intentionis, quia mutatio ſola facta cum verbis, quod valeat omni meliori modo,quo poteſt, operatur enixam,& præciſam voluntatem, & derogationem contrariorum. Bal.conſ. 226. Reperitur quod quidam,per totum, maxime circa fin. ver. quia modo conſiderando. lib. 1. quod duplicatur. lib. 5. conſ. 389. incipit Reperitur quod quondam .

47 Et poſita in teſtamento, in quo pater reliquit, vel legauit omni meliori modo, operatur,quod iure inſtitutionis cenſetur legatum. Alex. conſ. 50. in fi.& conſ.53.In cauſa,& lite.nu.10.ver.accedit ad hoc.lib.7.

Vide . Inſtitutionis iure quando dicatur relictum,vel non.Concluſ.227.

48 Amplia,quia clauſula iſta operatur, quod non poteſt dici reſtrictio facta ex vna cauſa , veluti ſi procurator appellat omni meliori modo,ſubſtinetur appellatio tanquam a nuncio facta,licet dixerit ſe procuratorem , quia nomen eſt generale,& non ſe reſtrinxit propter clauſulam omni meliori modo. Bal.conſ.353.A. Procurator.in fi.ver. præterea.lib.3.Alex.conſ.112.in princ.lib.3.

49 Extende, quia idem operatur in emancipatione facta per patrem , in qua donauit filio in præmiũ emancipationis, & omni alio meliori modo, &c. ita vt imputet in legitima debita , quia licet emancipatio non valeat,quia non ſit inſinuata in conſilio generali ſecundum ſtatutum, & ex dicta clauſula non ſe reſtrinxit, valebit vt donatio ſimplex morte confirmata . Alexan.d.conſ.112. Poſt redditum.per totum.lib.3.vbi in fin.dicit quod illa verba in præmium emancipationis ineptè ſunt dicta,& ibi apoſtill.in ver. ineptè.

50 Limita,quia hęc clauſula nihil operatur quoad non expreſſa,ideo ſi validitas, vel modus,per quẽ actus valere poteſt,non eſt expreſſus cum alijs modis ineptis non operatur. Calderin. conſ. 1. de accuſat. nu. 2.ver. non obſtant illa, alias 479. quæ refert, & ſequitur Felin. d. cap. cum ſuper, in fin. num. 12. ver. aliquando,de offic. deleg. ſequitur Aretin.conſ. 17.Conſideratis.num.5.ver. vnde ſicut illa clauſula:multos congerit Vant. tract. de nullit.ſent.ex defectu iuriſd.num.174.allegat Anchar.conſ.57.Caſſado. deciſ.7. de appellat. Capic. deciſ.96.num. 8. vbi quod ſi vnus modus eſt inepte expreſſus,ex quo aptus non poteſt deſcendere nihil operatur.

51 Extende limitationem , quia ſi quis poteſt aliquid facere ex ſe ipſo , & fecerit vigore mandati non ſufficientis expreſſe , licet adiecerit clauſulam,omni meliori modo,tamen actus non ſubſtinetur,quia clauſula refertur omni meliori modo, reſpectu mandati expreſſi. Bald.conſ. 198.Præſuppoſito,quod.lib.4.

52 Declara,quia operatur hæc clauſula quoad expreſſa, & etiam quoad ea,quæ ex expreſſis apte inferri poſſunt.Felin.d.c.cum ſuper.col.fin.ver.ſextus effectus,de offi.deleg.

53 Ratio eſt,quia expreſſio vnius modi videtur excludere alios,ſecus ſi non exprimitur certus modus, plura cumulat Roma.conſ. 446. Primus propoſitę, vbi dat multa ſimilia pro,& contra.

54 Contrarium , quod imo clauſula, omni meliori modo , operetur, quod non cenſeatur ſe reſtrinxiſſe ad modum expreſſum in libello.Bald. conſil. 478. num.3.lib.3.Ruin.conſ.9.in fin.In quæſtione propoſita.lib.5.

55 Declara,vt ſupra num.14. ver. extende, & declara .

56 Declara, quia ſi expreſſio ineſſet ex lata importantia vocabili actus ſubſtinetur per clauſulam omni meliori modo,quia non fit reſtrictio ad propriam ſignificationem. Bald. conſ. 353. num. 2.& 3.lib.3.

57 Declara quando adeſt copula,& quia tunc extra expreſſa extenditur.Acchil. de Graſſ. deciſ. 1. de clauſ. Caputaquen. deciſ. 273.Rota tenet.Caputaquen. in deciſ. impreſſ. 124. Clauſula , omni meliori modo .

58 Limita, quia non operatur , vt faciat valere actum quoad incognita,vel incogitata.Felin. d.c. cum ſuper.num.13.ver. ſecundo quando, de offic. deleg. Roman.conſ.294.Hæc confeſſio, in fin. vbi apoſtil.allegat concor.in ver.cogitatum,vbi idem dicit de iuramento, quod habet vim clauſulæ,omni meliori modo.

59 Limita , quia nihil operatur quoad contraria, ideo ſi quis comparet in iudicio,vt procurator talis,omni meliori modo, vel cum copula, & omni meliori modo,non poteſt ſubſtinere iudicium nomine proprio,quia ſunt contraria,quod procuratorio nomine agat , & non procuratorio nomine. Bald.in l. 2. column. 3. C. de probat. & in l. edita. column.2.C.de eden.

60 Limita in formalibus , quia vbi pro forma requiritur expreſſio certa, non operatur iſta clauſula,omni meliori modo,Felin.d.c.cum ſuper,in fin. num.14.ver.tertio.

61 Limita , quia in ſententia talis clauſula nihil operatur, quando certa pœna ſecundum conſtitutiones imponitur , & ſecundum formam iuris , & omni meliori modo , &c. quia licet maior pœna contineatur de iure , quam ſit expreſſum in ſententia , clauſula prędicta non facit pœnam iuris non expreſſam habere locum. Calderin.conſ.479.

num.

num.2.ver.nec obſtant illa verba,alias primo, de accuſat.

63 Limita,quia hæc clauſula ſubſtinet actum omni alio modo , ſed ſecundum propoſitum agentis, non autem ſecundum oppoſitum , ideo tranſigens omni meliori modo,ſi tranſactio non valet,ea non ſubſtinetur,vt pactum gratuitum, quia ſunt oppoſita,ex quo tranſactio non eſt gratuita. Ang. conſ. 94.Cum lis,in fi.ver.nec obſtat quod ſaltem.

63 Limita quando actus eſt geſtus ſecundum facultatem expreſſam,quia ſi illa facultas non eſt bona non poteſt actus ſubſtineri ex alia facultate, cum ſe reſtrinxerit ad expreſſam.Bal.conſ.198.Præſuppoſito quod dictus.lib.4.

Vide . Actus quando omni meliori modo cenſeatur factus.Concluſ.137.Concluſ.ibi præced.

Vide.Actus validus in dubio interpretari debet Concluſ.139.

Vide . Laudum emologatum qualiter valeat. Concluſ.26.

Clauſula ius , & iuſtitiam miniſtrari petens., quid operetur . Concluſio. CCCLIX.

1 CLAVSVLA peto ius.& iuſtitiam miniſtrari,non tantum eo modo , ſed omni alio meliori modo,operatur,quod omnis actio dicitur intentata quæ colligi poteſt ex narratis.Corn.conſ. 46.num.4.& conſ.301.num.3.lib.3. Alex.conſ.42. & conſ.117.lib.2.Aret.conſ. 17. Et idem Alexan. conſ.61.Viſo proceſſu.num.10.in fin.ver.vnde attento,& conſ.191.num.9. & conſ. 200.nu.7.lib.2. & conſ.38. Viſa,in principio.lib.3.& conſ.6.num. 8.& conſ.34.num.4.& conſ.112.Vbi de clauſula omni meliori modo.lib.3.plene Iaſ.in l.1. num.7. ff.de offi.aſſeſſ.Deci.coſ.121.nu.4. Felin.in c.examinata.num.19.in fi. de iudi. vbi dicit * communem.Ant.de Butr.d.conſ.63. per totum,maxime in fi.vbi apoſtilla citat Craue.conſ.151.num.4.& alios plurimos Ang.Are.conſ.22.n.3.&ſeq.ver.tertio quia.

2 Extende etiam ſi concluderetur in actione inepta,quia adhuc ſi ex narratis apta colligi poteſt, admittitur.Iaſ. in §.omnium.num.147. & ſeq.Inſtit.de actio.Alexan.conſ.39.num.18.& conſ.121. lib.1.Ant.de Butr.conſ.63.per totum , maxime in fi.& ibi apoſtilla fi.allegat Alex.conſ.38.colum.2. lib.3. & conſ.43.col. 1.lib.4.Neuiza.conſ.15.num. 27.& alios .

3 Extende,quia ſi proponitur actio inepta,& non competens , & fiat probatio ſuper apta,poteſt ſequi ſententia ex iſta clauſula , quando maxime non petita ſint talia,quæ procedunt ab eodem forte cum petiis. Capic.deciſ.10.in cauſa d.Rogatiæ circa fi.vbi late ponit exempla.

4 Peto ius,& iuſtitiam miniſtrari.operatur,vt ſecundum modum probandi per quem declaratur intentio libellantis , iudex poterit condemnare. Gemin.conſ.118. Ne ſuper deductis.num.3.ver.& hoc probat. Corn. conſ.192. Viſa petitione.lib.1. per totum , vbi quando concurrit clauſula ius,& iuſtitiam , & clauſula,omni meliori modo , quod non poteſt dici libellus ineptus. Socin.Iun. conſil. 28.Dirigat,in princ.lib.2.nu.10. & ſeq. ver. adiuuantur prædicta , vbi quod omnia remedia etiam contraria complectitur maxime ſtante ſtatuto, quod ſummarie procedatur,prout Bononiç,&idē de ſtatuto Senenſi dicit Soci.conſ.128.lib.1.

5 Extende , quia clauſula iſta operatur , quod agens,& concludens in poſſeſſorio poteſt obtinere inpetitorio,dūmodo ex narratis poſſit elici actio ad petitorium,alias ſecus.ſic declarat Corn.conſ. 91.In cauſa vertente,in prin.lib.4.

6 Hæc clauſula reſpicit ordinem procedendi,ſi in princ.cauſæ ponitur, ſi vero ponitur circa probationes,reſpicit modum decidendi. Bald.conſ.359. Veriſſimum eſt, in princ.lib.2.& propterea non cenſetur petita , nec facta concluſio in cauſa per hanc clauſulam.

7 Extende etiam ſi in libello non expreſſerit, quod exprimere voluit , quia ſubſtinetur ex clauſulis ſalutaribus,ſi tamen ex actis apparet de intentione,quia cenſetur intentaſſe omne remedium ſibi magis fauorabile.Caſtren.conſ.138.lib.2.Deci. conſ. 212. In cauſa, & ratio eſt, quia omne ius cenſetur deductum. Doct.in cap.2.de ordi.cognit. & probatio apta ſubſtinet libellum defectiuum eo caſu. glo. in l. 1. §. ſi quis argentum,in ver. iuramenti. ff.depoſiti.Felin.in cap. 2. num.4. de libelli oblatio.

8 Extende etiam, ſi deducta ſunt diuerſa remedia, quia ea, quæ ſunt apta colligi ex narratis, attenduntur.Grat.conſ.70.num.28.lib.2.

9 Extende , quia etiam impropriantur verba libelli,vt deſeruiant intentioni libellantis.Soci.conſil.160.In præſenti.num.16.& ſeq.lib.2.Iaſ.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iuramento.col.pen.ff.de iureiur.quod eſt veriſſimum ſtantibus clauſulis ſalutaribus.Im.in l.ſi cum nulla.ff.de re iud. Alex.conſil.121.lib.1.late Socin.in c. 2.de libel.oblat.num. 84.& ſeq.& num.94.

10 Extēde,quia hæc clauſula tres operatur effectus. Primus eſt,quia ſi concluditur petitoriū,&probatur poſſeſſoriū,vel ecōtra poteſt ſequi cōdēnatio in probatis.Secūdus eſt,quia ex libello inepto poteſt ſequi condēnatio ſi actio apta competit . Tertius eſt,quia implicitus,&incertus de actione per hanc clauſulam adiuuatur,plene Iaſ.in l.petens.num.5. & ſeq.C.de pactis,vbi latiſsime,vide etiam Alex. conſ.191.num.9.& conſ.206.num.7.lib.2. & conſ. 43.num.2.lib.4.

11 Extende, quia ſubſtinetur libellus etiam ſi qualitas expreſſa non probetur,quę deberet probari, quando non eſt de ſubſtantia delicti expreſſi, prout ſi tempus expreſſi delicti non probatur , ita Iul.Clar.in praxi quæſt.12.num.14.in fin.ver.quæ tamen oppoſitio .

12 Et omne ius cenſetur deductum , quod competit ex clauſula,ius,& iuſtitiam,&c. & ex clauſula, omni meliori modo, ideo omnis actio competens dicitur intentata.Aret.in d. §. omnium. Inſtit. de actio.vbi Iaſ. num.149.Boer. deciſ,74.nu.3.

13 Extende, quia licet libellus non procedat quando petitur reum cogi, & non dicitur condemnari, Bartol. in l. ſi cum nulla.ff. de re iudi. tamen fallit quando adeſt clauſula,ius,& iuſtitiam,&c.Moder. d.l.ſi cum nulla,& reddit rationem. Aret.in l.moribus.ff.prius.col.2.in fi. ff. de vulg.& pupill.Soci. de libel.oblat.car.93.in prin.in c.2.de offic.deleg. vbi etiam Deci.

14 Extende,quia operatur , quod licet regulariter attendatur

attendatur concluſio libelli, vt actio intentata cognoſcatur. non autem narratiua, tamen ſecus eſt quando adeſt hæc clauſula. Alex. conſ. 111. lib 1. & conſ. 117 & conſ. 192. lib. 2. & conſ. 38. lib. 3. in principio, & conſ. 42. lib. 4. Socin. conſ. 160. ad fin. lib. 2. Deci. conſ. 62. col. 2. & conſ. 6. Socin. conſ. 39 col. antepen. lib. 1. Alexand. conſ. 184. Viſo, col. 3. lib. 5. Deci. in l. petens. col. 2. C. de pact. Ant. Butr. conſ. 63. per totum, vbi apoſtilla citat plurimos conc. quos vide.

15 Extende etiam in criminalibus, quia ſi in libello deducitur delictum cum qualitate, vel inquiſitione non probata qualitate, debet ſequi abſolutio ſecus ſi adeſt clauſula, ſuper quibus, quia ſuper probatis ſequi poteſt condemnatio, etiam ſine qualitate, plene Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 31. n. 13. ver. ſuper quibus, vbi dicit *communem, & iterum idem Clar. quæſt. 66. num. 4. in fi. vbi quod ita de conſuetudine ſeruatur.

16 Et clauſula in ciuilibus, petens ius, & iuſtitiam, eſt eadem cum clauſula in criminalibus, ſuper quibus omnibus, &c. quæ apponitur communiter in inquiſitionibus, ideo idē operatur, quod clauſula, non tantū eo modo, ſed omni alio meliori modo. Socin. conſ. 188. Viſa bulla, prope fi. num. 9. ver. & maxime. lib. 2. vbi quod etiam ſi eſſent aliqua exprimenda pro forma, ſanat clauſula hæc, quando virtualiter poteſt intelligi.

17 Reſtringe, quia iſta clauſula eſt acceſſoria ad libellum, ideo recipit interpretationem a principali capite petitionis, & ideo ſi deducitur delictum qualificatum principaliter, ita quod qualitas aggrauat delictum, & pœnam, non ſeparat connexa, & non probans qualitatem hoc caſu non poteſt obtinere. Rom. plene conſ. 110 col. fi. in princ. ver. nec prædictæ ſententiæ, vbi apoſtil. in ver. connexę citat pro vtraque parte.

18 Reſtringe, quia quando incertitudo libelli eſt intollerabilis, tunc clauſulæ ſalutares nihil operantur parte opponente de incertitudine. Socin. 96. in cauſa. num. 16. lib. 3. & quando dicatur tolerabilis incertitudo, vel tolerabilis. Affict. in conſtitut. Regni, in 2. lib. de dilatio. num. 29. vide tamen Geminian. conſ. 118. Ne ſuper deductis, in prin. vbi quod non procedit reſtrictio niſi pars opponat.

19 Reſtringe quando verba ſunt clara, quod quis intentauit vnam actionem, quę non competit, quia clauſula, ius, &c. nō operatur aliquid quoad non expreſſa. Socin. conſ. 39. col. pen. & fin. lib. 1. & ita dicit apoſtill. ad Barto. conſ. 91. in ver. fideicommiſſariam. lib. 1. quod fideicommiſſarius ante reſtitutum fideicommiſſum non agit ex edicto diui Adrian. & hęc clauſula nihil relenat in tali libello.

20 Extende, quando libellus contraria continet, quia tunc clauſula, ſuper quibus, & aliæ ſalutares non operantur, de quo vide in ver. Libellus contrarius 380. & 382. Alex. conſ. 96. Conſideratis. nu. 7. lib. 5. vbi idem dicit quando certa cauſa limitata exprimitur, quia clauſula non extendit, ibi nu. 6. ver. nec prædictis obſtat.

Vide. Libellus generalis, & obſcurus non procedit, & quando ſecus. Concluſ. 306.

21 Ampliz, quia ſi quis petat ſe declarari hæredem vniuerſalem cum ſit ſolum hæres in legitima filij, poteſt ſequi condemnatio in parte, quæ ſpectat. Florian. conſ. 1. num. 6.

22 Limita, quia iſta clauſula operatur ſolum circa ea, quæ veniunt iure actionis, non autem circa ea, que officio mercenario iudicis veniunt, quia niſi ſint deducta in libello, non ſupplentur per hanc clauſulam. Bald. conſ. 116. Statuto cauetur. num. 1. ver. præterea ſatis videtur. lib. 2.

23 Limita, quia remedium datur contra hanc ſalutarē clauſulam, & eſt, vt reus excipiat, non quod libellus ſit generalis propter hanc clauſulam, ſed quod actor declaret remedium, quod intentare intendit, quia tunc declarare tenetur. Gemin. conſil. 118. Ne ſuper deductis, in princ. & quaſi per totum, ver. & primo quia.

24 Declara, quia licet clauſula, ius, & iuſtitiam miniſtrari, ſubſtineat quemcunq; libellum, tamen iudex non eſſet ſapiens ſi ſubſtineret talem libellum, vel admitteret tanquam nimis generalem. Angel. conſilio 277. Tutor alimentauit, in principio.

25 Limita, quia non etiam comprehendit modos non narratos. Aretin. conſ. 17. Conſideratis. col. 3. num. 5. ver. vnde ſicut illa clauſula, plene Corn. conſ. 301. In præſenti conſultatione. num. 3. lib. 3. vbi quod non complectitur niſi modos narratos, & reſultantes ex narratis; ſed tamen conſ. 26. numer. 3. lib. 3. dicit quod comprehendit omnia, quæ ex narratis quouis modo poſſunt venire, & latius Corn. conſ. 178. In cauſa vertente, in fin. lib. 4. vbi quod non operatur quando generalitas debeat declarari, & ſolum quoad expreſſa, plene Crauet. qui alios allegat conſil. 151. numer. 4. vbi quod non habet effectum, niſi modus ex reſultantibus ex narratis venire poſſet, & ideo ſi vnus modus narratur, vel concluditur non operatur omiſſum modum. Ruin. conſ. 16. num. 9. lib. 4.

26 Extende, quia clauſula, ſuper quibus peto ius, & iuſtitiam, &c. non operatur aliquid circa libellum generalem, quando de generalitate fuit oppoſitum. Ruin. conſil. 19. Viſa petitione. numer. 9. lib. 4.

27 Extende, quia quando libellus eſt ineptus, clauſula, ſuper quibus, nihil operatur, apoſtill. ad Bart. conſ. 91. lib. 1. in ver. fideicommiſſariam, vbi quod dicitur ineptus quando conſtat ex narratis, quod actio non competit.

28 Contrarium tenet Bal. & Caſtr. in l. quoties. C. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 121. n. 3. lib. 1. Dec. in c. inſuper de offic. deleg. Marſil. ſingul. 36. incip. Clauſula.

29 Declara, vt per Gemin. conſ. 118. Ne ſuper deductis, in princ. vt extenſio procedat parte opponente, alias ſecus.

30 Limita, quia non admittit contraria iſta clauſula, ideo ſi quis intentat vnam actionem, & addat dictam clauſulam, non poteſt obtinere in actione competenti, quæ ſit contraria intentatæ. Alex. conſ. 110. Attentis narratis. column. 2. in princ. lib. 5. Pariſ. conſ. Vltimo. lib. 1. num. 12. pleniſſime. Alex. conſ. 121. Viſo proceſſu. nu. 11. pleniſſ. Alex. conſ. 121. Viſo proceſſu. n. 11. ver. non obſtat illud. lib. 1. cum ſeq. & conſ. 96. num. 7. lib. 5. vbi late.

31 Contrarium tenet Socin. conſ. 118. lib 1. qui alios allegat Aretin. conſil. 103. vbi quod remedia contraria, quæ in eodem libello non poſſunt regulariter cumulari, cumulantur ſtante clauſula, petens tam coniunctim, quam diuiſim ius, & iuſtitiam, &c.

32 Declara, quia etiam ſubſtinetur libellus continens

Digitized by Google

tinens contraria quando fuit facta probatio in vno plusquam in alio ex contrarijs, ita Grat. cons. 70. Ex multitudine. num. 32. & seq. lib. 2. vbi dicit, quod ita obtinuit in facto.

33 Declara, quia si adest clausula, omni meliori modo, substinetur etiã circa contraria, quia ista clausula tollit effectum contrarietatis. Grat. d. cons. 70. nu. 28. & seq. lib. 2. & idem dicit Ioann. de Imol. cons. 118. num. 6. vbi quod vtraque clausula simul omni meliori modo ius, & iustitiam, operatur, quod libellus est conditionalis, & alternatiuus, & super contrarijs admittitur, & idem tenet Alexan. cons. 121. Viso processu. num. 12. ver. præterea, Ioan. de Im. lib. 1.

34 Extende, quia non concludit in possessorio quando libellus esset expressius in petitorio propter repugnantiam. Alexan. cons. 96. Consideratis ijs. col. fi. ver. secundo respondeo. lib. 5. num. 7.

35 Contrarium tenet Grat. consil. 119. libro 2. in princ.

36 Extende, quia si est attentatum possessorium, & est probatum pro libellante petitorium, is debet obtinere. Grat. cons. 70.

37 Item operatur etiam coram arbitro, vt substineatur laudum latum. Anton. de Butr. cons. 77. num. 2. in fi.

38 Extende, quia non operatur, quando certa expressa fuit actio, & modus. Paris. d. cons. 6. num. 12. lib. 1.

39 Ratio est, quia clausula, peto ius, & iustitiam, &c. operatur quando nulla specialis causa est deducta, quia potest obtineri ex quacunque causa probata, secus est si specialis causa deducitur, quia si pars opposuit, non potest obtinere actor ex alia causa vigore clausulæ. Alexand. cons. 121. Viso processu. num. 11. ver. non obstat. lib. 1. & consil. 96. num. 7. lib. 5.

40 Extende, quia non refertur ad ea, quæ non sunt narrata. Alexand. d. cons. 121. num. 11. in fi. ver. præterea, vt dicunt. lib. 1. vbi apostill. in ver. narrata, dat plures concor.

41 Extende, vt procedat etiã si adsint clausulæ, peto ius, & iustitiam, &c. non se adstringens, &c. plene Alex. d. cons. 121. num. 11. & seq. lib. 1.

42 Restringe quãdo adesset clausula, & prædicta omni meliori modo, &c. & postea sequitur super quibus peto iustitiam, quia substinetur eo casu libellus etiam circa contraria. Alex. d. cons. 121. num. 12. ver. præterea Io. de Im. lib. 1.

43 Contrarium Alex. cons. 110. num. 2. lib. 5.

44 Limita, quia hæc clausula operatur, quia si aliquid est in libello narratum, quod deberet probari, prout spolium violentum, vel dolosum, tamen sufficit quod possit obtinere in aliquo spolio, quia continet, non tamen modo narrato, sed omni alio meliori modo. Alex. cons. 6. Circa promissum. nu. 7. & 8. ver. nec est necesse. lib. 3.

45 Limita, quia quando extaret statutum, prout Bononiæ, quod summarie procedatur, & sola facti veritate, sed ex eodem statuto requiritur talis petitio, quod sit certus reus. Paris. d. cons. fin. col. 2. vbi late. lib. 1.

Vide plene. Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de clausulis. Conclusio. 4. Clausula, ius, & iustitiam ministrari.

Clausulæ præceptorum, & si senseris te grauatum compareas, quid operetur. Concluſ. CCCLX.

1 CLAVSVLA, & si senseris te grauatum, &c. in inhibitione noui operis, resoluit in alternatiuam, vel quod inhibitus desistat, vel quod veniat responsurus. Bald. cons. 245. Proponitur quod fuit, in fi. lib. 2. vbi quod ita vidit teneri, & seruari per Curiales Curiæ Romanę, & idem, quod importet alternatiua, aut non ædifices, aut compareas. Bal. cons. 463. Quatuor sunt. nu. 7. lib. 4. vbi quod comparendo consumitur præceptum.

2 Contrarium dicit Bart. cons. 80. Quæritur quæ sententia, per tot. maxime circa fi. ver. & illa clausula. lib. 1. quia simplex comparitio non dat licentiam fabricandi.

3 Et propterea resoluitur in simplicem citationem compareote citato, quia satisfactum est alternatiuæ, cuius sufficit alteram esse veram, & ita tenere Curiales Romanæ Curiæ Bal. asserit cons. 177. Ad euidentiam est præmittendum, in princi. lib. 3. Bald. d. cons. 463. num. 7. lib. 4. vbi loquitur in præcepto super nunciatione noui operis. Iason post alios in l. de pupillo. §. meminisse. num. 8. ff. de noui operis nunciation. vbi plenius Alexan. declarat Castrens. consil. 3. num. 2. in fine. versic. præceptum autem. lib. 2. Bartol. in l. 1. C. de except. rei iudica.

4 Contrarium, quod præceptum iustum cũ clausula si senseris, &c. per comparitionem præceptari non resoluatur in simplicem citationem, dicit, & tuetur per plura Angel. Aretin. d. cons. 77. In casu supradicto. num. 16. & seq. ver. ex ijs potest inferri, vbi num. 19. quod clausula est conditionalis, si senseris te grauatum, &c. ergo si est iustum, & non docet de grauamine, debet confirmari.

5 Declarat idem Angel. Aretin. d. cons. 77. num. 21. & sequen. versic. nec huic determinationi, vbi quod contrarium procedit in præcepto iusto, videlicet ex actis iustificato, secus si nõ esset iustum, quia resoluitur per comparitionem, & ita etiam Bald. dicto consil. 177. nu. 2. versic. si vero obscurum. lib. 3.

6 Amplia, quia citato comparente vigore huius clausulę si ipse solus possidet, & possessio eius est clara, potest continuare possessionem suam, & non est amouendus, sed debet procedi in petitorio in causa, ac si esset simpliciter citatus. Bald. dicto consil. 177. in prin. versic. vnde super præcepto. lib. 3. pro quo vide Paris. cons. 39. & cons. 108. lib. 2. vbi quod qui continuat suam possessionem non attentat.

7 Restringe, vt non procedat ampliatio quando possessio esset obscura, quia vterque contenderet possidere, quia iudex debet inquirere quis possideat, & reperto possessore debet constituere reum possessorem, & alterum actorem. Bald. dicto cons. 177. num. 2. versic. si vero obscurum. lib. 3.

8 Declara ampliationem, & restrictionem, vt procedant quando is, qui reperitur possidere spoliatiuo iure possideret, prout colonus finita locatione,

tione, item emphyteuta finita inueſtitura, quia iſti non ſunt conſtituendi rei conſtito de locatione finita, quia imo iudex debet prohibere fieri vim domino etiam ex officio. Bald. d. conſ. 177. num. 2. lib. 3.

Vide. Pactum ingrediendi propria authoritate quid operetur. Concluſ. 37.

9 Amplia in tantum eſſe verum, quod hæc clauſula eſt neceſſaria, vt ſi omittatur, præceptum eſt nullum, & poteſt ſperni. Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. nu. 6. ff. de off. proconſ. vbi ponit multas limitationes.

10 Amplia, quia licet præceptum iudicis non valeat, quia à præceptis non eſt incipiendum, tamen valet, quando adeſt clauſula, & ſi ſenſeris, &c. Angel. Areti. conſ. 77. In caſu ſupradicto. nu. 16. verſ. ex ijs poteſt inferri.

11 Limita, quando hæc clauſula, & ſi ſenſeris, &c. haberet vtrunque copulatum, videlicet, quod is, cui præcipitur à faciendo aliquid deſiſtat, & nihilominus compareat, quia tunc non reſoluitur per ſolam comparitionem. Bal. conſ. 463. n. 7. li. 4.

12 Limita in renunciatione noui operis, quia ſimplex comparitio non dat licentiam fabricandi. Alex. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui. oper. nunciat.

Clauſulæ iudiciorum diuerſæ, & quid operentur. Concluſ. CCCLXI.

1 CLAVSVLA decreti iudicis ſuper admiſſione, vel non admiſſione iurium ſi dicat fiat prout iuris, vel id, quod eſt iuris inducit conſenſum iudicis, vt iura ſint admiſſa, quia eſt ita de iure. Gemin. conſ. 98. in fin. ver. ſed dico contrarium.

2 Amplia, quia clauſula admiſſionis articulorum, ſeu poſitionum, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, operatur, quod ſi reſponſio fiat ſuper impertinentibus, habetur pro non facta, & iuramentum habetur pro non præſtito. Bald. conſ. 299. Proponitur quod. num. 2. ver. præterea reſponſio. lib. 5.

Vide. Articuli impertinentes an admittendi. Concluſ. 524.

Vide. Iudex in dubio in quam partem inclinare debet. Concluſ. 391.

Vide. Proteſtatio contraria facta non releuat. Concluſ. 944.

3 Amplia, quia clauſula admiſit, ſi & in quantum, operatur, quod ſi de iure excepta non ſunt in termino per talem admiſſionem conditionalem, non cenſetur admiſſa, niſi prout ius admittit. Fulgoſ. conſil. 138. In quæſtione, & cauſa. num. 1.

4 Et ideo non præiudicat probatio facta, quæ non debuit fieri, quando in exequutione decreti adeſt clauſula, ſi & in quantum, quia ſi eſt legitima habetur pro facta, ſi illegitima habetur pro non facta. Roman. conſil. 77. Pater Reuerende. num. 2. in fin. & num. 3. ver. non obſtat tertium, vbi apoſtill. in ver. ſi & in quantum.

5 Differt clauſula iſta, ſi dicatur admiſit ſi & in quantum de iure debet, vel ſi dicatur, ſi & in quantum poteſt, quia prima minus concedit, quam ſecunda, quia multa fieri poſſunt, quæ non debentur. Io. de Imol. conſ. 146. in princ. vbi, quod admiſſio ſupplicationis facta per principem, ſi & in quantum poteſt, non admittit diſceptationem, prout ſi dixiſſet, ſi & in quantum debet.

6 Contrarium videtur velle Roman. conſil. 501. num. 4. quod idem importent, ſiue quantum de iure, ſiue quantum poſſum de iure, ſiue quantum teneor.

7 Extende, quia talis clauſula, admittimus in quantum de iure poſſumus, in principe facit, vt etiam ſi ſit contra ius, cenſeatur admiſſio facta, quia princeps licet dicatur facere ſupra ius, quando facit contra ius, tamen etiam dicitur facere de iure faciendo contra ius. Ioan. de Imol. conſ. 146. num. 1. & 2.

8 Et hæc clauſula, admitto ſi & in quantum de iure, operatur, quod eſt ſublatum omne grauamen, ideo à tali admiſſione conditionali non poteſt appellari, quia ceſſat grauamen. Natta conſ. 32. num. 8. ver. nec obſtat.

9 Differt autem hæc clauſula, ſi concipiatur verbis affirmatiuis, veluti admitto ſi & in quantum, vel ſi negatiuis, non admitto, niſi ſi & in quantum, maxime in appellatione ab interloquutoria, quia ſi affirmatiue eſt concepta, iudex cenſetur deferre, ſi vero negatiue, ſequs eſt, Benintend. deciſ. 1. per totam.

Vide. Appellationi quando deferendum. Concluſ. 369. num. 14.

10 Vide de hac clauſula, admitto quantum de iure, vel quantum poſſum, vel quantum debeo, quia in multis negocijs operatur diuerſos effectus, nempe in authoritate, ſeu decreto interpoſito à iudice. Bar. in l. ſi conditionalis. ff. de autho. iuro. item in admiſſione libelli, ſeu exceptionum. glo. in cap. cum contingat, in ver. nihilominus, de off. delegat. Rom. conſ. 501. nu. 4. ver. & quidem, vbi apoſtil. in ver. ſi & in quantum, dat concor. vbi Rom. etiam in appellatione, & in admiſsione appellationis, admitto ſi & in quantum, quia valet, & defert appellationi.

11 Aliquando in extraiudicialibus, prout in electione, puta eligo, prout poſſum, vel fieri poteſt, c. 1. de poſtul. Præla. item ſi quis admittatur ad collegium, ſi & in quantum: item circa ſatisdationem puta ſatisdo, ſi & quatenus de iure debeo: item circa alienationem, puta alieno, ſi & in quantum de iure poſſum, plene ſuper omnibus Rom. relatiue d. conſ. 501. nu. 4. vbi circa fi. idem in ſtatuentibus ponitur, puta, ſtatuo in quantum de iure poſſum.

Vide. Clauſulæ ſententiarum diuerſæ, & quid operentur. Concluſ. 363.

Vide. Iudex poteſt reſeruare iura partibus, & quando. Concluſ. 400. la ſeconda.

Clauſula, animo melius deliberandi quid operetur. Concluſ. CCCLXII.

1 CLAVSVLA, in aliqua diſpoſitione, ſi addatur, videlicet, animo tamen melius deliberandi, non reddit diſpoſitionem ſuſpenſam, ſed reſpicit futuram diſpoſitionem, & futuram deliberationem. Gemin. conſ. 33. num. 10. ver. nec verba adiecta.

Clauſulæ ſententiarum diuerſarum quid operentur, Concluſ. CCCLXIII.

1 CLAVSVLA lata,data,& ſententialiter promulgata, &c. operatur,quod ſolemnia ſententiæ, & recitationis præſumantur. Bald. conſil. 348. Coram vobis ſapiente,in princ.lib.4.

2 * Non tamen eſt neceſſaria iſta clauſula in ſententia ſecundum * communem, de qua Alexand. conſ.90.Fere omnis vis.nu.4.lib.1.

3 Clauſula lata,data, probat actum perfectum, & ſententiam finitam.

4 Idem eſt,ſi poſt ſententiam etiam carentem clauſula lata, &c. notarius ſcribat præſente tali, & non conſentiente, vel acceptante, quia ſententia dicitur perfecta.Alex.conſ. 90. in prin.li.1.

5 Idem eſt,ſi ſententia continet expenſarum condemnationem, vel abſolutionem, quia de ſtylo communi iudices habent ſententiam pro perfecta, Alex. d. conſ. 90.nu.4.lib.1.

6 Clauſula in ſententia, ſolutis prius melioramentis, intelligitur de liquidis, non de liquidandis, quia ſufficit cautio. Beninterd. deciſ. 77.nu. 11. & ſequen.

Vide. Sententia qualiter interpretari debeat, Concluſ. 126.

Clauſulæ mandatorum procuræ diuerſæ,& quid operentur. Concl. CCCLXIV.

1 CLAVSVLA, in ſolidum, operatur, quod omnes ſingulariter dicuntur conſtituti procuratores, & vnus ſolus poteſt omnia ſine alijs, ſecus ſi duo ſint conſtituti procuratores ſine dicta clauſula.

Vide. In ſolidum aliquid fieri quid importet, Concluſ. 201.

Vide. Procuratores plures dati quando dicantur in ſolidum, vel non,Concluſ. 831.

2 Clauſula, quod non ſit melior conditio primitus occupantis, &c. in mandato procuræ, in quo duo, vel plures in ſolidũ ſunt dati procuratores, operatur,quod alio impedito,alius poteſt cauſam tractare, nec procedit præoccupatio eo caſu. Oldrad.conſ.130.nu.6.ver.non obſtat.

3 Clauſula, ita tamen,quod non ſit melior conditio primitus occupantis, &c.ſed quod vnus eorum incæperit, &c. quod ſi ſunt dati plures procuratores in ſolidum, qui ſine dicta clauſula non poſſent proſequi cæpta ab vno,nec ſe intromittere. l.ſi pluribus. ff. de procurat. c. ſi duo, & ibi Franch. de procur. in 6. Lap. alleg. 2. plura ad hoc allegat Felin.in cap. cum olim. colum.3. de re iudi. tamen ſi extat clauſula dicta poteſt vnus proſequi cæpta ab alio.

4 Extende, quia iſta clauſula tollit neceſſitatem ceſſionem faciendi,quia,qui incępit iudicium, debet finire, & niſi cedat inſtantiã non poteſt aliud interuenire.l.mutari. ff.de procur.tamen clauſula iſta, & quod vnus incæperit alter proſequi, &c. operatur,quod non requiritur ceſſio. Bald. conſ. 337.In primis videndum,in fin.nu.17. ver.quoad tertium. lib. 1. vbi.quod in practica, & de iure Canonico non requiritur ceſſio, & iſta clauſula non eſt neceſſaria,

5 Clauſula, abſentem, tanquam præſentem probat procuratorem abſentem fore contra conſtituentem. Alex.conſ.42.Super præmiſſo. nu. 15. ver.nec habet obſtare.lib. 1.

6 Clauſula, & ad omnes, & quoſcunque actus iudiciarios, &c. non extendit mandatum ad maiora expreſſis. Socin.in l.quidam eleganter.col.3. ver. quarta concluſio.ff.de reb.dub.

7 Clauſula, ad omnes actus mandabiles, licet ſit generaliſſima, non tamen extenditur ad ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt. Bart. in l. filiusfamilias.§.1.ff.de donat.

8 Clauſula, cum plena, & libera, inducit mandatum ſpeciale ad alienandum. Iaſ.in l. ſi procurator.C.de procur. vbi n.11.ponit de multis alijs clauſulis, videlicet promittens ratũ,& gratũ,&c.

Vide. Mandatum cum libera ad quæ ſe extendat, vel non. Concluſ. 45.

9 Imo,quod iſta clauſula,cum libera,importet in mandato generali idem, ac ſi eſſet ſpeciale, quia æquiparantur.Bald.in l.nam,& nocere. ff.de pact. vbi dicit procedere, tam in contractibus, quam in iudicijs, & eſſe notabile,ſequitur Alex. conſil. 133.Circa exequutionem.nu.4.& ſeq. lib.6.

10 Clauſula, quod poſſit procurator facere omnia quæ ordo iuris, & merita rerum peragendarum plene poſtulant,& requirunt, videtur ampliare poteſtatem procuratori attributam. Bald. in cap. quod translationem. verſ. quæro in quodam procuratorio, de offi. deleg. quem ibi ſequitur Barbat.

11 Contrarium, quod nihil operetur, Bart. in l. quæ omnia. §. fin. ff.de procurat.

12 Clauſula, quod poſſit omnia procurator, quæ poteſt ipſemet principalis, non operatur, quod poſſit ea, quæ requirunt mandatum ſpeciale. Anton. de Butr. conſ.19.num. 9.in fin. ver,nam ſi procuratorem.

13 Contrarium dicit Abb. conſil. 18. Primo quod communitas.nu.7.ver.nec obſtat ſi dicatur. lib.2, vbi, quod clauſula, quod poſſit omnia procurator, quæ poſſet principalis,ſi preſens eſſet, operatur mandatum ſpeciale, & loquitur in mandato vniuerſitatis, allegat Bart.in l.procurator, cui liberto. ff. de procur. Alex. conſ. 133. Circa exequutionem.nu.4.ver.preterea poſito, & nu.6.lib. 6.licet ibi apoſtilla dicat non ſeruari, quia ſtylus eſt contrarius,& nihil allegat.

14 Clauſula, & generaliter omnia, & ſingula,&c. operatur mandatum ſpeciale, quando in mandato ſpecialiter ſuper aliquo eſt conſtitutus procurator, vt etiam ad alia ſpeciale habeat mandatum. Oldrad. conſil. 332. num.9. ver. dico, quod ijs non obſtantibus per c. qui ad agendum, de procur. in 6. late Bero. conſ. 25. per totum, maxime num. 15. lib. 3.

Vide. Mandatum quando dicatur ſpeciale per clauſulam generalem. Concluſ.51.

15 Et ſaltem dicta clauſula operatur, vt procurator faciendo ſimilia, quę exigerent mandatum ſpeciale,non dicatur facere contra mandatum, ſed iuxta mandatum. Oldrad.d. conſ. 332. num. 9.ver.quid ſi dicatur.

16 Et quod vigore dictæ clauſulę, & generaliter,

Digitized by Google

ter, &c. censeatur datum ampliſſimum mandatum etiam ſpeciale, quando eſt expreſſum, etiam ſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, &c. Bald. conſ. 138. Factum ſub hac forma, per totum, maxime num. 5. ver. ibi dum dicit. lib. 5. vbi, quod procurator ad adminiſtrandam Eccleſiam cum iſta clauſula, poteſt refirmare in emphyteuſim rem ſolitam locari. Vide plene Bart. in L. ſi procurator. nu. 3. C. de procur. vbi Iaſ. poſt alios nu. 11. vbi, quod inducit mandatum cum libera, & ſpeciale. Deci. in cap. intelleximus. nu. 12. in fi. de iudi. Bart. in l. procurator, cui libera. ff. de procur. & eſt text. in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Abb. in c. fi. de dilatio. & in cap. petitio, de procur. & in c. dilecti, de iudi. Alex. conſ. 133. lib. 6. Ruin. conſ. 93. Viſis ijs. n. 5. & 6. lib. 5.

17 Declara, quia iſta clauſula nihil operatur quoad maiora, & reſtringitur ad ſimilia, & expreſſa. Alexand. conſ. 22. in fin. lib. 1. Ancharan. conſ. 284. in fin. vbi reddit rationem, quia dicitur omnia alia, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa. Canon. d. cap. qui ad agendum. §. 1. vbi Gemin. de procur. in 6.

18 Reſtringe, quia non poteſt donare. Alex. conſil. 20. Viſo inſtrumento. nu. 7. vſque in fin. lib. 1.

19 Reſtringe, quia neque poteſt ius dubium remittere. Alex. d. conſ. 22. nu. 7. & ſeq. lib. 1.

20 Reſtringe, quia non poteſt compromittere, quia reſtringitur ſolum ad expreſſa propter illa verba quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa, ergo non circa extranea. Ancharan. conſ. 284. Ioan. And. in fine.

Vide. Clauſula, omnia, & ſingula quid operetur. Concluſ. 296.

21 Clauſula, cum facultate ſubſtituendi, ſi non adeſt, & reuocandi, operatur, quod facta ſubſtitutione per procuratorem mandatum eſt tranſfuſum in ſubſtitutum. Oldrad. conſ. 130. Omnia prolixitate. nu. 2. in prin. ver. nam poteſtas.

22 Clauſula, ſubſtituendi, & reuocandi in procuratorio appoſita, operatur ſolum, quod ante litem conteſtatam poteſt ſubſtituirus reuocari expreſſe, non poſt litem conteſtatam, neque tacite. Oldra. conſ. 130. in prin. n. 2. ver. nam poteſtas.

23 Contrarium tenet Rota, quod imo etiam tacita reuocatio ſufficiat deciſ. 14. de procur. in no.

24 Clauſula, promittens habere ratum, & gratum, &c. reſtringitur ad ſpecificata in mandato non ad alia. gloſſ. & Doctor. in cap. contingit, de tranſactio. & in cap. ex parte decani, de reſcript. Gemin. in cap. qui ad agendum, de procur. in 6. Bart. in l. 1. ff. de offi. procur. Cæſar. Roman. in l. in prouinciali. §. 1. ff. de noui. oper. nunciatio. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe per text. in cap. cauſam, de iuram. calum.

25 Et quando eſt in clauſulis exequutiuis non ampliat, ideo non videtur data libera poteſtas. Deci. conſ. 500. In cauſa quæ Mantuæ. num. 12. verſ. vbi concludit.

26 Declara, quia imo quando principalis promiſit cum iuramento habere ratum, & gratum, quicquid per dictum procuratorem factum, vel geſtum, aut procuratum fuerit, dominus tunc obligatur, licet mandatum ſit datum ad recipiendum, ſi cum alio in ſolidum ſe obligauit procurator, & fuit renunciatum beneficio diuiſionis fideiuſſorum, quia dominus tenetur etiam pro ſumma confeſſata. Caſtr. conſ. 410. Conſideranda ſunt, circa med. ver. cum ergo. & per tot. lib. 1.

27 Et iſta clauſula facit, quod mandatum admittitur, quia ſi dominus non poſſet compelli ratum habere mandatum, non eſſet admittendum, ſicuti non admittitur quando hæc clauſula eſſet cauilloſe appoſita, videlicet promittit ratum habere quicquid legitime geſtum fuerit, nam verbum legitime, facit, quod reijci debet. Roman. conſil. 60. Mandatum mihi oſtenſum, in princ. vbi apoſtill. in ver. geſta ſunt, quæ citat concor.

28 Adde, quod iſta clauſula operatur, quod licet procurator ante receptum mandatum non poſſit ſibi mandata exercere, tamen ſecus eſt, quando adeſt iſta clauſula. Alexand. conſil. 146. In cauſa, & lite, in fin. num. 33. verſic. præterea quando mandatum. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. Dominicus, dat concord.

Vide. Clauſula, promittens habere ratum. Concluſ. 299.

Clauſulæ reſcriptorum circa iuſtitiam faciendam diuerſæ, & quid operentur. Concluſ. CCCLXV.

1 CLAVSVLA, in litteris, vel reſcripto Papæ, videlicet, quod iuſtum fuerit decernatis importat idem, quod fiat iuſtitia, & cenſetur data facultas cognoſcendi, & decidendi. Deci. conſ. 232. num. 2. ver. ſecundo, vt ſupra.

2 Et de iſta clauſula in indiuiduo, quod importet, quod fiat iuſtitia, & reſtringatur ad ſola petita. Bald. in l. penult. circa fin. ver. & nota. ff. de iuſt. & iure, quem ad hoc citat Deci. d. conſ. 232. num. 2. col. 2. in princ.

Clauſulæ reſcriptorum circa ſummariam cognitionem, & quid operentur. Concluſ. CCCLXVI.

1 CLAVSVLA, ſimpliciter, & de plano reſpicit iudicis actus, vt ſine termino peremptorio procedere poſſit ad ſententiam. Oldrad. conſil. 115. In iudicio, in princ.

2 Non tamen excludit citationem hæc clauſula, ſimpliciter, & de plano. Calderin. conſil. 130. circa med. ver. nec illa verba, alias fin. de iudi. quod duplicatur 136. alias 4. de dilatio.

3 Clauſula, ſine ſtrepitu, reſpicit partes, quia cenſentur ſublatæ friuolæ appellationes, exceptiones, & alia, quæ proceſſum retardare conſueuerunt. Oldrad. conſil. 115. verſic. fruſtatorie vero.

4 Clauſula, ſine figura iudicij, reſpicit actorem, reum, & iudicem, & ſic iudicium ipſum, & cenſentur ſublata ea, quę ſunt de ordine iudicij, & de eſſentia, veluti, quod libellus, litis conteſtatio, non ſint neceſſarij, nec trium perſonarum præſentia, quoad ea, quæ reſpiciunt ſolemnitatem, ſed requiritur figura iudicij quoad ea, quæ reſpiciunt veritatem. Oldrad. conſil. 115.

ver. libellum vero. Rom. conſ. 519. nu. 4. vbi apoſt.

5 Non tamen eſt ſublata defenſio, ideo oppoſitiones fieri poſſunt productis, & dari debet copia, & fieri citatio, licet ea, quæ ſunt ſolemnitatis iudicij ſint remiſſa, prout libellus, litis conteſtatio, & ſimilia. Roman. conſ. 519. nu. 3. vſq; in fin. ver. nec præmiſſę.

6 Summaria cauſa requirit cauſæ cognitionem, ſicut plenaria, & tantum admittit, quod lis abbreuietur. Lap. alleg. 18. nu. 2.

7 Extende, quia clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, quod termini breuiores dari poſſunt, item, quod poteſt incipi ab articulis, quibus probatis ferri poteſt ſententia. Roman. d. conſ. 519. nu. 4. & ſeq.

8 Clauſula, ſola facti veritate inſpecta operatur idem, & plus quod operatur ſine figura iudicij, & ita concludit à maiori. Roman. conſ. 519. In caſu propoſitæ conſultationis, in fin. vbi apoſt. ſi. dicit, quod idem important.

Vide plenius de importantia iſtarum clauſarum, in ver. Summaria cauſa, per quem poſſit committi. Concluſ. 890.

Vide plenius in ver. Summaria cauſa ex diuerſis verbis cenſetur commiſſa, &c. quid importet. Concluſ. 891.

Vide Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de clauſul. Concluſ. 6. Clauſula ſummarie, & de plano à Legato concedi non poteſt.

9 Limita, quia ſummaria cauſa non cenſetur commiſſa, licet ſit petitum, quod fiat ius, & ſummarie, ſi princeps reſcripſit, quod fiat ius, quia niſi adſit ſummarie, cenſetur negare ex quo de vno tantum reſpondet. Signorol. Homod. conſ. 5. Cum inter Gabrielem. nu. 5.

Clauſulæ reſcriptorum circa iuriſdictionem conditionalem diuerſæ, & quid operentur. Concluſio. CCCLXVII.

1 CLAVSVLA, vt vocatis partibus ſi inueneris talem filium ſacerdotis, vel tempore electionis non fuiſſe Clericum, &c. dat iuriſdictionem conditionalem, ideo proceſſus, & ſententia, ſubſequuti ſine cauſæ cognitione ſunt nulli. Lap. alleg. 18. in princ.

2 Et talis clauſula, vocato tali, & alijs, qui fuerint euocandi, operatur, quod aliqua ſubreptio allegari non poteſt, quia ex quo iudicialiter procedi debet, pars non poteſt conquæri. Cardin. conſ. 92. quem ſequitur Deci. conſil. 232. Viſo tenore, in princip. vbi loquitur in diſſolutione vnionis.

3 Et quod importet cauſæ cognitionem etiam ſi ſit in reſcripto eius, qui alias eſſet merus exequutor, quia tenetur adhibere iudicialem cognitionem, & ſeruare illam formam. Deci. d. conſil. 232. in princ. vbi late.

4 Clauſula, conſtito de re iudicata, importat conditionem, vt niſi conſtet de re iudicata, non cenſeatur data iuriſdictio. Pariſ. conſil. 41. num. 14. lib. 4. Rol. à Vall. conſ. 65. num. 21. lib. 3. Natta conſ. 430. nu. 16. lib. 2.

5 Extende in tantum, vt debeat verificatio præcedere, alias nihil ponit in eſſe. Pariſ. conſ. 45. nu. 6. lib. 4. Roland. d. conſ. 65. nu. 21. lib. 3.

6 Et quod importet cognitionem conditionis. Rota deciſ. 21. de reſcr. in antiq. Staphil. de liter. gratiæ, 2. parte. verſ. citatio perſonalis. num. 4. Lancell. in tract. de attenta. 2. parte. cap. 2. ampliat. 11. num. 22.

7 An autem cognitio ſummaria tanquam de incidenti, vel emergenti requiratur, an vero potius plenaria, vide quæ notaui in Concluſione infra proxime alleganda in ver. incidens, Iaſ. poſt alios in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, in princ. ff. de re iudi.

8 Vide omnino Hieron. de Tortis conſ. ſuo poſt conſ. Ant. de Butr. nu. 7. vbi dicit, quod qualitas requiſita, ſeu quę allegatur ad præparationem cauſæ, debet primo probari in prępparatorijs, allegat. l. non ignorat, & ibi Bald. C. qui accuſar. non poſſ. ideo ſicuti præparatoria ſunt ſummaria, ita probatio in prępparatorijs, & ita ſeruatur in Rota in clauſula, conſtito de non tuto acceſſu ſit ſummarie, & idem etiã dicit Caſtr. conſ. 282. In cauſa iſta. n. 4. in fi. lib. 1. quod licet detur iuriſdictio conditionalis, conſtito, &c. tamen poteſt iudex audire, & ſummarie cognoſcere præludia, ſeu præparatoria poſita in conditione.

Vide, Incidens quid ſit, & qualiter ſuper eo pronuncietur. Concluſ. 70.

9 Declara, quia etiam de iure communi præparatoria poſita à lege in conditione, vt minor reſtituatur docto de læſione, ſufficit ſummaria cognitio læſionis, vt reſtituatur aduerſus lapſum temporis, ſecus ſi aduerſus ſententiam, vt ſententia reuocetur, quia tunc non ſumus in præparatorijs, ſed in deciſorijs, in quibus plena probatio requiritur. Ruin. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui. oper. nunciatio. vbi de * communi.

Vide. Reſtitutio in integrum non datur maiori hæredi minoris, & quando ſecus. Concluſ. 288.

10 Imo in terminis iuris quando aliquid conceditur ſpeciale in certo caſu, prout quod detur reductio laudi contra ſtatutum, quando dolus interuenit, vt ſit locus reductioni, debet conſtare ſummarie de dolo, & ſi conſtat procedit poſtea plenarie ſuper reductione, ſi non conſtat pronunciatur non eſſe procedendum in cauſa reductionis, ſi vero eſt probatio dubia, in dubio proceditur in cauſa reductionis, ſicut in cauſa appellationis. Alexan. plene conſ. 139. Viſo puncto, per totum, maxime in fin. ver. habet tamen. lib. 7.

11 Clauſula, audiat, & ſe informet de præmiſſis, & conſtito de læſione, abſoluat à iuramento, & reſtituat, importat, quod antequam abſoluat à iuramento, & reſtituat, debet prius conſtare de læſione, alias abſolutio, & reſtitutio eſſet nulla, & totus proceſſus poſtea factus, quia iuriſdictio eſt conditionalis. Caſtr. conſ. 196. Super primo quæſito col. 2. n. 4. & ſeq. ver. eſt etiam nulla. lib. 1.

12 Clauſula, ſi ita eſt, dat iuriſdictionem, vel exequutionem conditionalem, ideo ſi narrans habuiſſe licentiam tranſeundi ad arctiorem religionem à ſuo ſuperiore, Legatus Papæ dat reſcriptum, quod ſi ita eſt admittat in religione arctiori, admiſſio eſt nulla, ſi non conſtet de licentia, & proceſſus ipſo iure nullus, non impleta conditione.

Digitized by Google

tione. Abb. conſ. 96. Cum ad aures. column. 4. lib. 1. ver. item ſi bene conſideres.

13 Declara, vt non procedat dicta clauſula, ſi ita eſt in ijs, quæ præſumuntur à iure, quia non requiritur, quod verificetur, prout ſi mandatur aliquem vti virum probum admitti, & in reſcripto dicitur ſi ita eſt admittas, quia ſufficit præſumptio iuris. Abb. d. conſ. 96. col. 4. ver. item ad tertium. lib. 1.

14 Clauſula, in primis, & ante omnia ſi quid exequendum exequatur, non tollit cognitionem, ſeu exceptionem ſi ſententia eſſet nulla, quia hæc exceptio nunquam cenſetur ſublata, ſententia non eſt ſententia, & inſtrumentum non eſt inſtrumentum. Alexand. conſil. 33. Viſo themate, in princ. lib. 1. & per totum.

15 Clauſula, prout de iure, limitat, & reſtringit diſpoſitionem, & ad iuris ordinem omnia reducit. Deci. conſ. 436. num. 4. & 5. Io. Baptiſta Ferret. conſ. 219. nu. 7. Pedemont. deciſ. 5. num. 9.

16 Limita, quod licet iuriſdictio ſit conditionaliter data, & non impleta conditione circa cauſæ cognitionem annulletur proceſſus, & ſententia ſine cauſæ cognitione lata, tamen id procedit, quando eſt lata contra abſentem, ſecus ſi contra præſentem, quia imputandum eſt parti non reclamanti. Lap. d. alleg. 28. in fin. ver. hæc vera dicit.

Vide. Qualitas quando eſt de ſubſtantia debet plene probari, & quando ſecus. Concluſ. 216.

Clauſulæ reſcriptorum importantes cauſæ cognitionem, vel non. Concluſ. CCCLXVIII.

1 CLAVSVLA in reſcripto etiam gratioſo, ſi tibi conſtiterit, importat neceſſario cauſæ cognitionem, clem. iudex, de off. deleg. Lap. alleg. 61. Viſis litteris. num. 2. verſ. ſecus ſi fuiſſet, & num. 3. vbi reddit rationem, quia conſtare eſt certum, & apertum eſſe, quod non poteſt eſſe, niſi partibus vocatis.

2 Reſtringe, quia non habet locum, quando datur exequutor principaliter, quia in ijs, quæ poſſet alias exequi de iure ſine citatione, vt puta ſi agatur de exequutione ſuper vacanti, clauſula iſta non operatur, vt teneatur citare. Anchar. conſ. 297. Efficacibus. nu. 10.

3 Secus ſi non eſſet hæc clauſula in reſcripto exequtoris, nam tunc partes iudicis aſſumeret, & importaret cauſæ cognitionem, quia verba ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligenda. Anchar. d. conſ. 297. nu. 12.

4 Amplia ſi adeſt clauſula, vocatis qui fuerint vocandi, quæ de ſtylo Curiæ ſemper ponitur in litteris contentioſis, per quas aliqua quæſtio mandatur terminari, quia habet neceſſario cauſæ cognitionem. Lap. alleg. 61. Viſis litteris. nu. 4. verſ. facit pro iſta parte.

5 Amplia ſi adeſt clauſula, vocatis qui fuerint vocandi, quia requiritur cauſæ cognitio, & de ſtylo Curiæ hæc clauſula apponitur in omnibus litteris contentioſis, in quibus mandatur aliquid terminari. Lap. alleg. 61. num. 4.

6 Clauſula ſi conſtiterit de reſeruatione, & collatione prædictis, moneat, inhibeat, declaret, vt petitur, & iuſtitiam faciat, importat, quod datus cenſetur merus exequutor, qui conſtito de aſſertis nihil agit, niſi vt exequatur. Anchar. conſil. 297. num. 8. & ſeq.

7 Declara, quia clauſula, ſi conſtiterit, & clauſula iuſtitiam faciat, de ſe important cauſæ cognitionem, niſi adijciantur in reſcripto exequutoris dati principaliter in ijs, quæ de iure poſſet, alias exequitur ſine citatione. Anch. d. conſ. 297. num. 9. & 10.

8 Clauſula, conſtito, vel ſi conſtiterit in litteris exequutoris, importat conditionem, quæ debet primo purificari, vt iuriſdictio ſub conditione data deducatur ad exercitium. Anchar. conſ. 297. nu. 11. allegat. cap. ab excommunicato, de reſcript.

9 Limita in commiſſione gratiæ, ſi adeſt clauſula, ſi ita eſt, quia ex quo ſubintelligitur, non facit conditionem, neque requirit vocationem partis, aut cauſę cognitionem. Lap. allegat. 61. Viſis litteris. ver. non obſtat prędictis. num. 2. & alleg. 15. num. 5.

10 Limita in clauſula, ſi repereris, quia non neceſſitat ad cauſæ cognitionem. Lap. d. alleg. 61. nu. 2. ver. imo ſi fuiſſet.

11 Limita in clauſula, ſi tibi videbitur idoneus, quia tale verbum, videbitur, remouet ſtrepitum partium. Lap. alleg. 61. num. 3. ver. item pro hac parte.

12 Limita, quando oneratur conſcientia exequutoris, vel commiſſarij, quia non requiritur cognitio cauſæ. Lap. d. alleg. 61. nu. 3. ver. ſecundum quod dicimus.

Vide. Clauſula, vocatis vocandis quid operetur. Concluſ. 317.

Vide plenius in ver. Exequutor quando habeat cognitionem cauſæ, vel non. Concluſ. 510.

Vide. Verba importantia cauſæ cognitionem. Concluſ. 151.

Clauſulæ reſcriptorum circa diuerſa quid operentur. Concluſ. CCCLXIX.

1 CLAVSVLA in reſcripto conceſſo contra laicos, vel vniuerſitates, videlicet, & quoſdam alios, non includit Clericos, quia clauſula generalis non includit maiora expreſſis, iuxta not. in cap. ſedes, de reſcript. & communiter, ita teneri affirmat Feder. de Sen. conſ. 83. in prin. ver. ad hoc optime facit.

2 Clauſula, quod aliquis defendatur, conſeruetur, & manuteneatur in poſſeſſione rei, per principem conceſſa, intelligitur de defenſione, & manutentione, aduerſus factum iniurioſum, & ſic ſonat in meram protectionem facti, non autem præiudicat tertio, nec quod alius de iure non poſſit experiri. Petr. Ancharan. conſ. 87. Omiſſo primo dubio, per totum.

3 Extende, quia princeps ex tali clauſula non eſt obligatus ad aliquid de ſuo, neque commune habens vicem principis, ſecus ſi priuatus ſit. Anch. d. conſ. 87. num. 3.

4 Papa enim ſolitus ita eſt ſæpe reſcribere in conſeruatorijs monaſteriorum. cap. 1. de offic. deleg. in 6. item mandat quandoque talem in poſſeſſionem induci, & inductum manuteneri. cap. pro illorum, de præben. vbi Innoc. & in alijs caſibus

quos ponit Anchar.d.conſ.87. num. 2. & ſeq. vbi quod non intelligitur cum præiudicio tertij.

Clauſulæ feudales diuerſæ, & quid operentur. Concluſ.CCCLXX.

1 CLAVSVLA, reſeruato iure imperij, importat ſolam reſeruationem ſupremæ ſuperioritatis. Vide Crauett.conſ.411.nu. 37. & ſeq. vbi dat octo declarationes.

Vide. Clauſula, ſaluo iure imperij, & quorumlibet aliorum quid operetur. Concluſ. 333.

2 Clauſula, ſicut digne poſſumus, vel iuſte poſſumus, eſt clauſula, quæ ſtat cauſatiue pro quia, non autem importat conditionem, ſi digne poſſumus, quia in priuilegijs ſemper ſtat cauſatiue, ſecus in meris reſcriptis iuſtitiæ, ita Alexan.conſ. 16. In cauſa, & lite, nu. 28. ver. pondero. lib. 5. vbi apoſtill. in ver. ſicut.

3 Idem eſt in clauſula, ſicut iuſte poſſides, quæ in inueſtitura ſtat cauſatiue, quia iuſte poſſides, non autem conditionaliter, prout in reſcriptis iuſtitiæ. Alexand. d. conſil. 16. num. 28. & ſeq. libro 5.

4 Extende, quia vbicunque eſt clauſula ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis, ſemper clauſula illa, ſicut, ſtat cauſatiue, & non conditionaliter. Alex. d. conſ. 16. nu. 29. lib. 5. vbi apoſtil. in ver. ſcientia.

5 Declara, quia iſta clauſula, ſicut iuſte conceſſum fuit, poſita in confirmatione operatur, quod princeps cenſetur confirmare in forma communi, ſi vero talis clauſula non eſt in confirmatione, cenſetur ex certa ſcientia, & validat actum. Alex. conſ. 1. nu. 35. lib. 5.

Vide. Dictio, prout, ſicut, & ſimiles quid importent. Concluſ. 347.

Vide. Dictio, ſicut, quid importet, Concluſione 374.

Vide. Clauſula, ſaluis capitulis, & alijs diſpoſitionibus quid operetur. Concluſ. 334.

Clauſulæ teſtamentorum diuerſæ, & quid operentur. Concluſ. CCCLXXI.

1 CLAVSVLA, in omnibus alijs bonis, &c. quia de ſtylo notariorum apponi ſolet, non operatur, vt fideicommiſſum reſtringatur ad alia bona, quæ remanent deductis legatis, & prælegatis factis hæredi, vel quę eidem ex iure accreſcēdi debentur, ſed imo comprehendit omnia, ſi fiat fideicommiſſum, vel ſubſtitutio, & venient in eo omnia bona ſpectantia ad hæredem. Ant. de Butr. conſ. 88. per totum, maxime nu. 2.

Vide. Inſtitutio hæredis per quæ verba fiat. Concluſ. 225.

2 Sanus mente, & intellectu in dubio inducit præſumpcionem, quod ſit talis, niſi conſtaret, quod eſſet in extremis, vel fuiſſet prius fatuus. Alex. conſ. 141. Ponderatis, in prin. iuncto fi. n. 11. lib. 1.

Vide. Inſtrumentum non probat quoad multa in eo contenta. Concluſ. 442.

Vide. Teſtamentum in quibus probet, vel non. & inter quos. Concluſ. 103.

3 Clauſula codicillaris in teſtamento operatur multa, de quibus ſupra Clauſula codicillaris, Concluſ. 292.

4 Iure inſtitutionis quando dicatur factum legatum, & ex quibus verbis

Vide. Inſtitutionis iure quando dicatur relictum. Concluſ. 227.

5 Clauſula pleno iure in teſtamento, puta, quod hæreditas teſtatoris in caſu fideicommiſſi pleno iure perueniat ad talem, non ampliat reſtitutionem, vt cenſeatur prohibita trebellianica. Oldrad. conſ. 248. Præſuppoſita conſuetudine, nu. 4. ver. ad quartam.

6 Contrarium tenet Bart. conſ. 15. Pater habens, in fin. lib. 1.

7 Amplia, quia imo clauſula, pleno iure importat, vt ſubſtitutio, quæ poteſt eſſe directa, & fideicommiſſaria ſit directa tanquam plenior. Bart. d. conſ. 15. in fin. lib. 1.

8 Limita, quia hæc clauſula, pleno iure, reſtringitur ad ſpecies ſpecificatas, non autem ampliat, ideo ſubſtitutio facta pleno iure in bonis mobilibus, & immobilibus, non continet iura, & actiones. Bart. d. conſ. 15. nu. 3. lib. 1.

9 Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, importare poteſt, quod extantibus parentibus, deſcendentes non poſſunt concurrere cum eis. Caſtren. conſ. 454. Quæritur ad quam, in fin. ver. nec obſtat. lib. 2.

Vide. Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, quid operetur, Concluſ. 335.

Clauſulæ vnionum quæ, & quid operentur. Concluſio. CCCLXXII.

1 CLAVSVLA, in vnione commiſſa, vt cedente, vel decedente rectore beneficij faciat Epiſcopus vnionem, non impedit quin ſtatim ante ceſſum, vel deceſſum poſſit vnio fieri, dummodo fiat ſine præiudicio eiuſdem., quia talis clauſula reſpicit effectum, non vnionem. Oldrad. conſ. 257. Factum tale eſt, D. Nicolaus. num. 3. ver. reſtat.

2 Plus dicit Staphil. de litter. gratiæ, & iuſti. tit. de mandato de prouidendo. ver. dubitatur nunquid. fol. 34. ſecundum veterem impreſſionem., quod quando vnio eſt facta alteri beneficio, vel collegio perpetuo, dicta clauſula ſtat ſolum ad demonſtrandum diem, quia cum ſit neceſſe, quod cedat, vel decedat obtinens ante collationem, ideo diem ſignificat, qua vnio ſortietur effectum.

3 Et hæc clauſula cedente, vel decedente, operatur effectum ſuum etiam in ceſſione nulla. Caſtr. conſ. 272. Viſo tenore, lib. 2.

Vide. Vnio non dicitur conditionalis, licet effectus exequutionis differatur. Concluſ. 245.

Clementia laudatur in Principibus. Concl. CCCLXXIII.

1 CLEMENTIA in Principe ſeculare, & multo magis in Papa ſummopere commendatur.

Digitized by Google

nus. Oldrad.conſ.47. Pater Sanctiſſime, vbi conſulnit pro apoſtata hæretico, vt pœna ſibi remittatur, licet ibi concludat, quod ad dignitatem non ſit promouendus.

8 Amplia, quia tradidit Deus ſubditos Principi, vt eos ſeruet ipſius Dei benignitatem ſequens, & per clementiam Principis dicitur imitari Deum. Zabarell.conſ.94.in fin.

Vide plenius pro vtraque parte in ver. Abſoluere in dubio nocentem melius eſt,quam condemnare innocentem, & qualiter procedat. Concluſ. 41. per totam.

Vide. Æquitas in quibus præualeat rigori. Concluſ. 312.

Vide. Facilitas Principis ad veniam reprobatur. Concluſ. 9.

Vide etiam. Iudex in dubio in quam partem inclinare debeat. Concluſ. 391.

Vide omnino. Miſericordiam debet iudex exercere. Concluſ. 274. vbi plura pro miſericordia.

Vide. Princeps quæ curare debeat pro ſubditis ſuis. Concluſ. 679.

Vide. Rigor in quibus æquitati præferri debeat. Concluſ. 353.

Vide. Seueritas per iudicem exercenda, & quando. Concluſione 237. vbi plura pro ſeueritate cumulantur.

Clementinarum intellectus, primo clement. vt calumnijs, quæ eſt prima de re iudicata qualiter procedat. Concl. CCCLXXIV.

1 CLEMENT. vt calumnijs, de re iudi. non habet locum quando eſt lata vnica ſententia etiam ſi ſuper deſertione appellationis ab ea fuerit pronunciatum per tres conformes, quia procedit ſolum quando ſunt latæ tres conformes. Oldrad. conſ. 106. Quod litera, vbi ponit rationem dicti text. quia quando eſt trina ſententia, error non poteſt præſumi contra eos, vt litigantium calumnia reprimatur.

2 Amplia, quod non habet locum etiam in caſu trium conformium, quando nullitas, vel iniuſtitia eſſet ex actis, & in promptu, & altiorem non requireret indaginem. Oldrad. d. conſ. 106. num. 4. ver. & ſi dicatur, vſque in fin. vbi, quod quando probationes nullitatis, vel iniuſtitiæ ſunt in promptu non poteſt dici iudicatum. Bertran. conſ. 250. in fine. vbi alios allegat. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 469. in fin. parte 1. Alexand. conſ. 225. num. 19. lib. 6. Socin. Iun. conſ. 45. nu. 20. lib. 1. Gabriel. conſ. 49. num. 8. lib. 2. Alex. conſ. 186. nu. 12. * lib 2. vbi de * communi, & conſ. 101. in fin. lib. 5. Roland. à Vall. conſ. 19. num. 44. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 467. num. 12. lib. 4. & ſic practicari dicit Gabriel. conſ. 43. num. 47. & 48. Caſſane. conſil. 68. num. 70. Deciſio. Pedemont. 142. num. 33. & * 34. quæ dicit * communem.

3 Extende, quia ſi conſtat de nullitate ex defectu mandati, vt quia fuit citatus procurator eius, qui non erat amplius beneficiatus, talis exceptio releuat, & impedit. Bertran. conſ. 250. in fi. lib. 2.

4 Et idem eſt ſi ex o miſſione ordinis, & ex falſa cauſa eſſet lata. Cravet. conſil. 616. nu. 10. cum * ſeq. vbi de * communi.

5 Extende, vt idem ſit, quando nullitas ex defectu iuriſdictionis prouenit. Franc. Mar. d. deciſ. 469. in fin. lib. 1. Anchar. conſ. 62. num. 3. ver. non obſtat quod Ioannes.

6 Extende etiam ſi notoria iniuſtitia ſuperuenit poſt ſententiam. Felin. in cap. inter cæteras. num. 10. & 11. de re iudic.

7 Extende idem quando nullitas per modum exceptionis proponitur. Ripa in l. 4. §. condemnatum. nu. 15. ff. de re iudica. Soci. Iun. conſ. 45. num. 20. lib. 1. Gabriel. conſ. 49. nu. 8. lib. 1. & conſ. 43. in fin. vbi, quod ita practicatur in Vrbe. Ruin. in terminis conſ. 29. nu. 1. & 2. lib. 5.

8 Amplia, quia clement. 1. de re iudica. etiam latis tribus conformibus, licet impediat exequutionem, non tamen impedit proſequutionem nullitatis intentatæ ante tres conformes, ita Abb. conſ. 97. Attingam, in princ. & maxime col. 1. in fi. ver. præterea. lib. 1.

9 Extende, quia etiam poſt tres conformes poteſt ſine retardatione exequutionis de nouo intentari nullitas. Abb. d. conſ. 97. col. 1. in fin. ver. præterea, lib. 1.

10 Extende, quia etiam appellatio ab articulo pendens poteſt proſequi poſt tres conformes in negocio principali. Abb. d. conſ. 97. col. 1. ante fi. ver. hoc etiam aperte. lib. 1.

11 Amplia, quia non habet locum quando tres ſententiæ non ſunt latæ ſucceſſiue, quia ſi in medio fuit lata ſententia contraria non procedit. gloſ. in d. clement. vt calumnijs, in ver. tres ſucceſſiue, de re iudi. quæ eſt tertia.

12 Contrarium tenet Barbatia. conſ. 10. Mihi videtur. colum. 2. & per totum. lib. 1. vbi late, quem ſequitur Deci. conſ. 385. in princ. plenius Cravet. conſ. 183. nu. 2.

13 Amplia, quia non habet locum quando ſunt latæ tres conformes, & agitur de exequutione contra tertium, quia poterit tertius de nullitate trium opponere, & dicere, quia cum eo non ſunt latæ. Alexan. conſ. 84. In cauſa quę vertitur. nu. 8. * lib. 3. vbi dicit magis * communem.

Vide. Res inter alios acta tertio non præiudicat. Concluſ. 264.

14 Amplia, quia d. clement. 1. de re iudica. non impedit cognoſci, & pronunciari ſuper nullitate intentata ante tres conformes, ſiue pronuncietur ante exequutionem trium conformium. ſiue poſt, dummodo illarum exequutio non impediatur. Abb. d. conſ. 97. Attingam. colum. 2. ver. ad tertium dubium. lib. 1. vbi late quod ſolum prohibet agi de nullitate trium conformium poſt illarum prolationem, & ille qui cæpit agere de nullitate antequam eſſent latæ dicitur proſequi nullitatem, non autem agere de nullitate poſt tres conformes.

15 Amplia clem. 1. de re iudic. quia ſicuti admittit agi poſſe de nullitate trium conformium poſt illarum exequutionem, & ſi latæ fuerint tres ſententiæ ſuper nullitate trium conformium reuocatur exequutio facta, & res iudicata vti nulla, ita etiam ſi lata prima ſententia nulla actum fuit de nullitate ante tres conformes, & prima ſententia fuerit confirmata per alias duas ſententias, & exequuta, ſi poſtea in proſequutione nullitatis prima ſententia declaratur nulla, aliæ duæ confirmatoriæ

firmatorię redduntur nullæ,& reuocari debet exequutio facta, ita Abb, d.conſ.97.col.pen.vſque in fi.ver.ad quartum.lib.1.

Vide Socin.in regula 1,exceptio nullitatis contra tres ſententias conformes opponi non poteſt vbi limitat tribus modis.

16 Limita quia clemen. habet locum quando opponitur nullitas quãdo iudex ſuſpicatur,quod ad differendum proponitur dicta exceptio.Barba. d. conſ.10.in princ.lib.1.

17 Extende multo magis quando opponitur appoſitio.Barba.d.conſ.10.num.11.col.3,ver,præterea ſi dicatur amice.lib.1.

18 Limita, quia habet locum etiam ſi ſententiæ ſint in aliquo differentes, puta quia vna condemnat in decem, alia in quindecim, alia in viginti, nam quoad minorem sũmam ſunt conformes. Barba.d.conſ.10.per totum,vbi caſus.lib.1,Deci. conſ.385,in princ.

19 Extende etiam ſi ſententię habeant diuerſam præfationem,quia ſufficit quod conueniant in ſumma, & cauſa alicuius capituli,quia datur exequutio quoad illud capitulum.Barbat.d.conſ,10.col, pen.ver.& ſi quis piam opponat.lib.1.

Vide. Appellatio contra tres ſententias conformes non datur.Concluſ.403.

Vide plenius.Nullitas quomodo impediat exequutionem trium conformium, & quando non. Concluſ.136.

Clementina ſecunda §. primo, de poeniten. & remiſsio. & aliquæ aliæ clementinæ, quomodo, & qualiter procedant, Concluſio. CCCLXXV.

1 CLEMENT. 1.§.1.de pœn.& remiſſ.dum facit prohibitionem,quod quæſtionarij non remittant tertiam, vel quartam concedendo indulgentias,eſt cauſa exempli,& ideo habet locum in omni alia quota maiori, vel minori. Oldrad. conſil. 152. in fi.

2 Clemen.ne in agro.§.ſane,de ſtatu monach.diſponens, quod Monachi ſingulo menſe communionem ſuſcipiant,& alia ibi ordinata,habent locum etiam in Canonicis regularibus. Oldrad. conſil.222.per totum.

Clericatus multa operatur. Concluſio. CCCLXXVI.

1 CLERICATVS inducit mutationem ſtatus.l.non diſtinguemus.§.facerdotio.ff. de arbit.& ideo magnates facti clerici deſinunt eſſe magnates.Fed.de Se.cõſ.83.Quod ſtatutũ,per tot.

2 Filiusfamilias factus clericus poteſt teſtari, qui alias teſtari non poterat.authen.presbyteros. C. de Epiſ.& Cleric.

3 Clericus filiusfamilias nihil habet commune cum patre.c.fi.de iud.in 6. in fin.quod intelligas quoad beneficia Eccleſiaſtica, quia in alijs pater eſt legitimus adminiſtrator,vt infra num.5.

Vide.Pater in quibus ſit legitimus adminiſtrator filiorum,vel non.Concluſ.125. num.1. & ſeq.

4 Non tamen libratur a patria poteſtate ſecundum * communem,de qua Abb. conſ. 45. Videtur primo,in fi.lib.2.

5 Declara, vt procedat circa Eccleſiaſtica beneficia, quia circa alia pater eſt legitimus adminiſtrator filij Clerici,ſicut laici.Bal.conſ.45.In quæſtione iſta,circa med.lib.3.

6 Ordo ſacer liberat a patria poteſtate.

Vide. Patria poteſtas multis modis ſoluitur. Concluſ.132.

7 Dignitatem perdere videtur Clericus loquendo de dignitate temporali,qui cognationem habet,in cœlis. Federic. dicto conſil. 83. in princ. ver. ad hoc optime.

8 Eximit clericatus condemnatum laicum, qui poſtea efficitur clericus a iuriſdictione ſecularis. Feder.de Sen.conſ.97.in fi.& conſ.235.ver.ſecundo quæritur.

Vide. Fori mutatio quando eximat, vel non a iuriſdictione,Concluſ.443.

9 Eximit a iuriſdictione laicorum etiam in delictis reiteratis, etiam ſi in habitu non incedant, quando non ſunt incorrigibiles,vt quia ter moniti a ſuo ſuperiore non deſinunt delinquere. Fulgoſ.conſ.157.in fi.

Vide. Clerici non ſubſunt principibus ſecularibus, & coram ſeculari conueniri non poſſunt. Concluſ.385.

10 Conueniri non poteſt clericus niſi in quantum facere poteſt,& forte huic beneficio non poteſt renunciare, quia clericatui conceſſum cenſetur priuilegium. Anton. de Butr. conſil. 41. ver. item,vt miles.

Vide. Exceptione quis teneatur vltra quod facere poteſt.Concluſ.382.

11 Capi non poteſt clericus pro delicto ciuili mere.Anton.de Butr.d. conſ.41.in fi.

Vide. Carcerari non debet clericus antequam conſtet de crimine.Concluſ.86.

Clerici vnde dicantur, & alij ſeculares, alij regulares, & diuerſis clericorum ſtatibus, & qui præferantur. Concluſione. CCCLXXVII.

1 IN Eccleſia militante ſunt duo genera generaliſſima hominum, videlicet laicorum,& clericorum,clerici autem alij ſunt ſeculares, alij regulares,et appellatione vnius non venit alter ſecundum propriam ſignificationem. Gemin. conſ. 41.in princ.

2 Appellatione clerici venit tam clericus ſecularis, quam regularis. Caſtren. conſ. 337. In hac ſubſtitutione, in fin.lib.1.vbi quod non omnes regulares ſunt clerici,nec omnis clericus eſt monachus, ſed tamen ſi quis eſt monachus,& clericus, vna qualitas per alteram non tollitur.

3 Declara prædicta procedere in materia indifferenti, ſed ſi conſtat de mente intelligitur de ſeculari, vel regulari ſecundum mentem. Caſtrenſ. conſ.337.in prin.per tot.lib.1. vt talia ſint ſubiecta, qualia prædicata.

4 Reſtringe, quia licet Canonici veniant appellatione clericorum in materia fauorabili,vel indifferenti,

Digitized by Google

ferenti. tamen secus est in materia odiosa, & penali. Abb. conf. 9. Omissa, circa fin. lib. 2. & maxime, quando concurrit obseruantia.

5 Orientales clerici differunt ab occidentalibus quia Orientales possunt retinere vxorem virginem, cum qua contraxerunt ante ordines sacros. Bald. conf. 13. Orientalibus. lib. 3. secus est in occidentalibus, quod tamen intelligit Bald. de tollerantia, non de concessione, vbi quod non gaudent priuilegijs clericorum quoad bona propria, vbi etiam vide differentiam inter Orientales, & Occidentales clericos, & Presbyteros.

6 Et dicuntur clerici à cleros grecè, quod latine dicitur sors, quasi in sortem domini vocati sint. Castren. conf. 337. in fi. lib. 1. Abb. conf. 104. Pro euidentia. num. 4. lib. 1.

7 Et ex institutione Rom. Ecclesiæ clerici debent habere coronam in signum Regni, quod a Christo expectatur. Abb. d. conf. 104. num. 4. lib. 1.

8 Digniores sunt clerici, & clerus secularis, quam clerici, & clerus regularis, ideo præferri debent in omnibus actibus publicis, & processionibus, vt est tex. in c. alia. 16. quæst. 1. ibi ante presbyterum sedere non licet, & quia cœtus clericorum facit Senatum Ecclesiæ. cap. Ecclesia ead. causa 16. q. 1. & ordo postulat, vt maior in ordine præcedat minorē, & clericus secularis præcedat regularē. c. a subdiacono 93. distinct. gl. fi. in c. qualiter, & quando. il secondo, de accusat. plene Card. Alexandri. in c. Episcopos. num. 3. 17. distinct. qui hoc affirmat duplici ratione verissimum. Prima est, quia sunt magis proximi Episcopo, qui est caput. secunda est, quia antiquius ab Apostolis sunt instituti plene Ripa respo. 5. lib. 1. vbi loquitur in fortioribus terminis quando regulares obtinuerant nomen, & habitum Canonicorum, quia compelluntur dimittere. Boer. in tract. de author. magni consilij. num. 8.

9 Extende, quia canonici seculares præferuntur Canonicis regularib. Ripa. conf. 3. de elect. nu. 20. in ordine mihi 31.

10 Extende, quia Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt omnes Prælatos, quia sunt magis proximi, & vniti Episcopo suo capiti, ideo præferuntur etiam Abbatibus in processionibus publicis. Ripa d. respons. 5. lib. 1. & idem dixit Boer. d. tract. nume. 68. quid in processionibus capitulum Cathedralis precedit, secus in processionibus publicis.

Vide. Abbas habet multa priuilegia honoris. Conclus. 5. nu. 5.

11 Contrarium tenet Barbat. in c. pastoralis, de offic. deleg.

12 Extende, quia cappellani præferuntur regularibus, quia habent maiorem administrationem. C. transmissam. de electio. Ripa conf. 5. de constit. num. 13. & seq.

13 Restringe nisi contraria sit consuetudo præscripta, quia illa attendi debet. Boer. d. tract. de author. magni conf. num. 68.

14 Contrarium tenet Abbas conf. 21. lib. 1. per totum, quod consuetudo non valeat contra honestatem, vt minor præcedat maiorem, sequitur Roch. de Curte. cap. fin. de consuet. numer. 110. vbi quod non valet consuetudo, quod Archidiaconus præcedat Vicarium Episcopi.

15 Declara, quia non valet consuetudo quando non est generalis, sed particularis, quia reuerentia non potest præscribi, sed pars reuerentiæ sic, Boer. d. tract. num. 79.

16 Declara, vt per Ruin. conf. 155. lib. 4. in fin. vt procedat, vel ratione dignitatis, vel in propria Ecclesia.

Vide. Precedere qui debeant inter plures. Concluf. 477.

17 Et quod digniores sunt clerici quocunque laico, vide infra. Clerici digniores, & maiores. Conclusione 384.

Clericatus qualiter probetur, vel præsumatur, vel è contra. Concl. CCCLXXVIII.

1 CLERICATVS probatur per instrumentum collationis ordinum. Boer. decis. 171. per totam, maxime nu. 13. vbi extendit etiam in foren se. & penitus incognito, plene Rolan. a Vall. conf. 4. nu. 5. lib. 1.

2 Et de iure Ciuili non probatur nisi per litteras collationis ordinū, sed de iure Canonico probatur per testes. Alex. conf. 107. Videretur. num. 7. versi. non obstat, quod habetur. lib. 7. infra nu. 16. & seq.

3 Extende, quia probatur per litteras Episcopi, & quando procedat, vel non, plene Mascar. concl. 304. per totum, vbi ponit, ampliat, & limitat.

4 Et dicas, quod requiritur sigillum Episcopi. Ægid. Bellam. conf. 10. in prin.

Vide plenius per Mascard. Conclusio. 305. vbi quod probatur per litteras Episcopi sigillatas, & alijs modis,

5 Amplia, quia clericatus probatur ex cōmuni reputatione, vel ex delatione habitus, & clericę, & cōsequenter quasi possessione, plures allegat Fel. in c. cum adeo in pri. de reseri. Masc. de probat. conc. 301. n. 6. ver. huic cōclusioni, vbi tamen hoc dicit.

Vide. Quasi possessio confertur ex habitu, & communi reputatione. Conclus. 33.

6 Extende maxime ex æquitate. Mascard. conclus. 302. in fin. ver. quarto loco.

7 Amplia, quia clericatus probatur ex tolerantia, & possessione, seu communi reputatione antiquo tempore per decem, vel viginti annos admissa. Gemin. conf. 91. num. 2. ver. iste autem sequitur Boer. decis. 161. num. 13. vbi de 30. annis.

8 Extende, quia ad effectum priuilegij fori sufficit probatio quasi possessionis clericatus. Boer. decis. 171. num. 13. Mascar. conclus. 302. num. 9. ver. primum omnium.

9 Extende etiam ad effectum obtinendi beneficium quando possideret, & ageret possessor solum de absolutoria. Boer. d. decis. 171. num. 23. allegat Rotam decis. 13. de probatio. in antiquis, alias 312.

10 Extende quando ageretur de modico præiudicio. Masc. concl. 302. n. 3. in prima limit.

11 Extende quando agitur de vtilitate publica, & commoda tertij, non autem clerici incedentis in habitu. Masc. d. concl. 302. nu. 4. in 2. limit.

12 Restringe quando ageretur, vt quis incideret in pœnam. cap. si quis suadente diabolo. 17. quæst. 4. quia debet probari, quod sit clericus, nec relevat quasi possessio. Mascard. conclus. 302. num. 5. ver. sublimita.

Restringe.

Digitized by Google

13 Restringe ampliationem quando quis probaret quasi possessionem clericatus, vel tolerantiam de recenti, quia illa non prodest. Gemi. d. conf. 91. nu. 2. ver. & si vult probare, qui tamen loquitur in actore, vt obtineat beneficium, & n. 4. dicit, quod debet firmiter probare se clericum, alias non obtineret, & quod requiratur longum tempus. Boe. decis. 171. nu. 8. vbi n. 13. dicit de triginta annis, & idem dicit Mascar. conclus. 302. n. 17. Grammat. deci. 81. vbi in fi. de 10. vel 20. annis.

14 Restringe, vt non procedat quasi possessio presbyteratus, vel tolerantia ad clericatum, quia potuit esse per saltum promotus, quo casu non habet exequutionem ordinum, & consequenter est inhabilis ad beneficia Ecclesiastica. Gemi. d. conf. 91. nu. 2. ver. nec etiam testes, & num. 3. & sic non probat hoc esse quod contingit abesse, sequitur Boer. decis. 171. num. 14.

15 Restringe quando existens in quasi possessione non esset eiusdem Regni, vel prouinciæ. Boer. decis. 171. nu. 13. sequitur Gram. decis. 81. n. 16. Mascard. conclus. 302. num. 15.

Vide plene per Mascard. concl. 304. vbi quando probatur ex possessione diuturna, & quando non.

16 Amplia, quia imo clericatus probatur per testes de iure Canonico. Boer. decis. 171. nu. 23. vide plene Mascar. concl. 303. vbi qualiter, & per quot testes probetur, & quando secus. Alex. conf. 107. n. 7. lib. 7. & sup. nu. 2. & infra num. 23. & seq.

17 Extende, quia imo etiam per vnicum testem probatur tonsura. Boer. dicta decis. 171. num. 24. plene apostilla ad Alexand. dicto consil. 107. num. 7. lib. 7. in ver. clericum, allegat plures. Felin. in c. licet. il primo, de testib. Ias. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & consil. 120. lib. 1, Bellamc. decis. 114. Guidopap. decis. 474.

18 Contrarium de iure Ciuili, quia non probatur, nisi per scripturam. Boer. d. decis. 171. nu. 23. ver. licet de iure Ciuili.

Vide plenius per Mascard. conclus. 303. vbi quod probatur etiam per vnum testem, quando non agitur de præiudicio tertii.

19 Amplia, quia probatur clericatus per argumenta, & coniecturas. Boer. d. decis. 171. num. 25. Mascar. conclus. 304. num. 5. & seq.

20 Amplia, quia ad effectum, vt clericus remittatur ad iudicem Ecclesiasticum sufficit productio instrumenti clericatus. Alex. conf. 149. nu. 5. lib. 6.

21 Extende, quia etiam sufficit interloquutoria Episcopi, vel Vicarij, quod gaudeat priuilegio fori Ecclesiastici tanquam clericus, quæ fieri potest præcedente informatione. Alexand. d. conf. 149. num. 5. lib. 6.

22 Amplia, quia solo iuramento clerici probatur ad effectum euitãdi gabellam, quando est forensis. Abb. in c. ex parte. il tertio, de priuil.

23 Amplia, quia clericatus probatur per duos testes deponentes vidisse talem ordinari ab Episcopo, quia non requiritur necessario instrumentum, neque scriptura, ita Ægid. d. conf. 10. num. 3. ver. circa secundum. sup. num. 16.

24 Extende, quia litteræ Episcopi sigillatæ probant aliquem clericum, secundum * communem, de qua Ægid. dicto consil. 10. num. 3. versic. circa secundum.

25 Extende, quia iudex secularis tractat de modico præiudicio quando agitur de relaxando, vel remittendo clerico, ideo in dubio debet remittere, vt euitet excommunicationem. Ægid. consil. 20. in fine princ.

26 Limita, quia non probatur clericatus ex eo, quod Papa nominauit clericum. Boer. decis. 171. num. 12. Grammat. decis. 81. num. 3. Mascard. plene conclus. 304. num. 4. Franc. Marc. decis. Delphi. 1353. num. 9. Cranet. conclus. 572. nu. 2. vbi vsu in iudicio hæc est recepta opinio.

27 Extende maxime quando narratiua Papæ esset cum clausula, vt asseris, vel vt asseritur, quia tunc nullam facit præsumptionem clericatus, neque pro actore, neque pro reo. Ferret. d. conf. 386. num. 13. & in fi. num. 16.

28 Extende etiam quando ageretur ad canonizationem gratiæ, quia verba narratiua Papæ, siue motu proprio, siue ad instantiam partis non probant sufficienter. Ferret. consil. 386. numero 5. & sequen.

29 Extende, quia pro actore non probant verba narratiua gratiæ, vt sit clericus, sed debet verificare, & ita dicit intelligendos esse tenentes contrarium, vt non loquantur in actore. Ferret. d. conf. 386. num. 13. & seq. & per totum.

30 Extende etiam si Episcopus, qui non ordinauit atteſtaretur clericum, quia sibi non creditur. Grammat. decis. 81. num. 4. & quando, & qualiter per litteras probetur, vel non, plene Mascar. decis. 304. per totam.

31 Extende etiã ad effectũ, vt a iudice seculari fiat remissio, quia si non incedebat in habitu non probatur clericus ex nominatione facta a Papa. Grammat. d. decis. 81. num. 2.

32 Restringe nisi Papa atteſtaretur de hoc, vel Episcopus, qui ordinauit. Gramm. decis. 81. num. 4. & seq. quia sufficit ad effectum remissionis. Franc. Marc. decis. Delphin. 104. num. 2. & 3.

33 Restringe, quia quoad illum actum, qui geritur, in quo clericus à Papa nominatur, bene præsumitur. Franc. Marc. decis. 1353. num. 8.

34 Restringe, quod imo verba narratiua Papæ in bulla, in qua nominat aliquem clericum, siue motu proprio, siue ad supplicationem partis, probent præsumptiue clericum quando est possessor, vt tenet plene Ferret. consil. 386. per totum, maxime. num. 10. & sequen. vbi respondet ad omnia contraria.

35 Restringe, vt procedat quando non agitur de canonizatoria gratię, sed solum de absolutoria, quia narratiua gratiæ Papæ, probat clericatum præsumptiue, donec contrarium probetur. Ferret. d. conf. 386. num. 5. & in fi.

36 Limita, quia non probatur clericus per ostensionem litterarum de ordinibus sacris, quia potuit promoueri per saltum. Geminian. d. conf. 91. num. 2. & 3. Francisc. Marc. decis. Delphin. 1353. num. 9.

37 Limita, quia præsumptio est, quod quis non sit clericus, sed laicus, quia laici omnes nascuntur, & clericatus non inest à natura. Boer. decisio. 171. numer. 14. in fin. plenissime Mascard. conclusio. 302. numero 13. Roland. consilio 32. in prineipio, maxime numer. 3. lib. 2. vbi idem dicit in notariatu. Cranet. conf. 484. nu. 7. plenius conf. 498. num. 4. & seq. vbi quod nullus nascitur. Rota decisio quarta de probatio. in antiqui. alias 89.

38 Extende maxime procedere, quando est oppositum,

situm, tu non es clericus quia qui dicit clericum probare debet. Rolan. a Valle. dict. consil. 32. in princ. libr. 2. Cravet. cons. 72. Dubitabatur, in principio.

39 Extende in tantum, vt non sufficiat probare clericatum, sed tempus clericatus, quando agitur de tempore, quia non sufficit, hodie est clericus, ergo erat clericus de præterito. Roland. d. cons. 32. nu. 9. & seq. lib. 2. vbi quod ille qui se fundat in tempore debet probare tempus.

40 Extende etiam in spolio, quia spoliatus beneficio debet probare clericatum, quia non inest à natura. Cravet. cons. 484. nu. 7. vbi dat plura exẽpla ex quibus inhabilis repellitur a spolio.

41 Extende etiam ad effectum regulæ triennalis, quia in omni causa beneficiali debet probari clericatus, quia nullus nascitur clericus, & omnes laici præsumuntur, qui sunt omnino incapaces beneficiorũ Ecclesiasticorũ. Cravet. cons. 498. n. 4. & seq. qui loquitur etiam in possessore beneficij Ecclesiastici.

42 Extende, quod propterea iuspatronatus non præsumitur clericorum, quia non est a natura. Cotta decis. 71. in manusc.

43 Extende, quia negatiua clericatus probatur eo ipso quod asserens se clericum nihil probat de clericatu. Boer. d. decis. 171. num. 18. quia clericatus non inest a natura, vt in proxima præcedenti limit.

44 Extende per confessionem partis, quia probat quod non sit clericus. Boer. d. decis. 172. nu. 18.

45 Extende si constat per litteras, quod ordines susceperit ex post, quia probatur quod non erat clericus legitimæ promotus. Rot. decis. 50. lib. 1. & decis. 20. lib. 3. part. 3. nou.

46 Extende si probatur, quod is, qui contulit ordines non erat Episcopus. Boer. d. decis. 171. in fi. n. 25. uer. & licet constaret.

47 Restringe, quia clericatus, & omnis habilitas, & solemnitas extrinseca præsumitur, quando fuit actus per ordinem celebratus, puta quia instituit præsentatum. Socin. cons. 358. in prin. nu. 2. ver. secundo infertur, lib. 2. & Mandos. in reg. 18. de æta te, quæst. 3. nu. 5. & seq. vbi quod semper præsumitur pro actu habente debitam formam.

48 Limita, quia clericatus non probatur ex solo habitu clericali, & quando secus. Vide Mascard. Conclus. 202.

Vide. Habitus non facit Monachum. Conclusio. 12.

49 Limita, quia clericatus non probatur per prothocollum notarij, & secretarij Episcopi, in quo est descriptus talis cui fuit collata tonsura, nam prothocollum ex se non probat ad effectum agendi, vt iudex secularis remittat clericum captum, quando nõ est in habitu, neque in tonsura, neque in possessione clericatus, quia licet agatur de modico præiudicio, tamen non probat. Aegid. cons. 10. Circa primum, vbi quod actor debet plene probare.

50 Restringe, quia probaret ad effectum excipiendi si esset Ecclesia in quasi possessione, vt quia in habitu incederet, quia agitur de modico præiudicio. Aegid. d. cons. 10. nu. 3. ver. sed si curia Episcopalis.

Clerici quales esse debent. Conclusio. CCCLXXIX.

1 CLERICI non debent in pœnis esse tenaces, ideo emphiteuta Ecclesiæ, qui alienauit, & redemit euitat caducitatem. Anton. de Butri. cons. 34. in fi. vbi quod Bononiæ, ita fuit obtentum.

2 Et lucris contra honestatem non debent inhiare, l. 2. C. de locatio. præd. ciuili. lib. 11. Castre. cons. 260. Notandum, col. 2. ver. item cõtra istum Abbatem, lib. 2.

3 Et clericos volentes auferre bona Ecclesiæ eõcessa, postquam fuerunt meliorata prætextu læsionis reprehendit Bart. in l. 2. C. de locatio. prædiõ. ciuili. lib. 11. Castr. d. cons. 260. col. 2. lib. 2.

4 Intelligas tamen sano modo, quia si emphyteuta non solueret canonem, vel deterioraret bona, aut alias male versaretur non debet euitare pœnam caducitatis incursam, quia licet clerici debeant esse modesti, non tamen debet Ecclesia conculcari, quia iustitia tribuit vnicuiq. ius suum, & in istis caducitatibus odiosis tempore meo dum essem Mediolani, Senatus pro prima vice remittebat caducitatem cum decreto sine spe vlterioris remissionis, & sic prouisum erat laico cum effectum, & Ecclesiæ, quia tollebatur spes delinquendi vlterius.

5 In summa auaritia quæ est peccatum mortale, & idolorum seruitus damnatur, maxime in clericis.

Vide. Auaritia omnium malorum radix. Conclusio. 551.

Clerici non possunt multa aliis permissa. Conclusio. CCCLXXX.

1 CLERICVS non potest prorogare iurisdictionem iudicis laici, & illi se submittere, quia priuilegium fori respicit ordinem.

Vide infra. Clerici non subsunt Principibus secularibus. Conclusio. 385.

2 Compromittere non potest super iuribus Ecclesiæ, sine licentia superioris.

Vide. Compromittere qui non possunt. Conclusio. 501.

3 Testari non potest de fructibus Ecclesiæ etiam recollectis, quia successori reseruantur.

Vide. Clerici de quibus testari possint, vel non. Conclusio. 396.

4 Locare non potest bona Ecclesiæ pro pluribus annis anticipata solutione, quia illius hæredes tenentur restituere successori affectus anticipate exactos, tam pro tempore, quo vacauit Ecclesia, quam pro futuro. c. alienationes, 12. quæst. 2. in fin. & si hæredes non sunt soluendo tenetur conductor iterum soluere successori, argumento. l. fi quis domum. ff. locati.

5 Concedere emphyteusim non potest de bonis Ecclesiæ in damnum Ecclesiæ. c. 1. de restit. in integr. c. 2. de donatio. Deci. cons. 182. col. 2.

6 Nec potest alterare concessiones solitas, & facta ani-

cta antiqua conceſſionum. Fulgo.conſ.10. Dominus Bonazunta. Cuma. conſil.89. Quædam poſſeſſio,col.1.

7 Non poteſt negociari, neque artem mechanicam exercere. Aegid. Bellame. conſil.45.nume. 4. & conſ.46.numer.8.ver.ad quintum, & conſil. 47.ver.ſuper quinto.

Vide.Clerici non poſſunt mercari,vel ſecularia negocia tractare.Concluſ.proxima ſeq.

8 Non poteſt eſſe bigamus, quia ſtatim amittit, & ſpoliatur omni priuilegio fori. Aegid.conſ. 47. in prin.& col.2.ver.ſuper quinto.

9 Militiam ſeculare profiteri non debent.Aegid. conſ.47.uer.ſuper quinto.

Clerici non poſſunt mercari, vel ſecularia negocia tractare. Concl.CCCLXXXI.

1 CLERICI mercatores eſſe,& negociari prohibentur,c.quamquam,de cenſib.lib. 6. vbi Franch.in fin.dicit quod clericus negociator eſt vitandus,vt peſtis.allegat c.negociatorem. 1 38.diſtinct.Roma.conſ.346. In hac cauſa,nu. 18. ver.ſecundo,idem, & ideo ſi non habet patrimonium præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, quia non poteſt negociationem exercere, ſicuti non poteſt officialis Reipublicæ, & alij quos ibi congerit.

Vide.Bona per prælatum aquiſita an ſint hæredum,vel Eccleſiæ.Concl.112.

2 Amplia in tantum, vt quicquid clericus acquirit ex mercimonijs,& negociatione, vel ex alio lucro prohibito applicatur Eccleſiæ in cuius ignominiam clericus exercuit negociationem, vel fit diſpenſatio per Epiſcopum in pauperes quando alteri non eſt facienda reſtitutio. Feder. de Sen. conſ.207.nu.1.ver.ad hoc reſpondetur.

3 Amplia,quia neq. debent facere artificia mechanica,quia iſta ſunt prohibita clericis,ideo incumbens apotheceæ quod appellatur magiſter,nõ gaudet priuilegio clericali;de primo Abb. in rubri.ne Clerici,vel Monachi,& in c.1. eod. tit. de ſecundo Abb.in c.cum non ab homine,nu. 2. de iudi.Soc.in c.ſi quis clericus, n.16.de foro comp.

4 Declara,quia pauper clericus quamuis exercere prohibeatur artem mechanicam prout exercere macellum,artem fabri, & ſimilium,tamen non perdit priuilegium clericale, imo retinet priuilegium fori,& exemptionis,quia manibus propriis poteſt ſibi quærere victum.Aegid. Bellam. conſil. 46.col.fi.ver.ad quintum.

Vide. Onera perſonalia laicorum non obligãt Eccleſias,neq.eccleſiaſticas perſonas, & quando ſecus.Concluſ.126.

5 Amplia quia clerici,& religioſi non poſſunt cõducere alienas poſſeſſiones.c.peruenit.81. diſtin.

6 Extende,quia non eſt licitum clericis emere cenſus, vel contractus facere ad fructus exceſſiuos,licet ad vitam,quia quamuis dicatur licitus in ſe propter caſum fortuitum, tamen in clericis prohibetur,quia dubiũ fuit apud aliquos an ſit licitus,& clerici debent abſtinere nõ ſolũ ab illicitis reipſa ſed etiã ab illicitis ſola opinione.Abb. in ſua q.5.col.17.ver.ſed contractus,de quo nunc quæritur.c. cum ab omni,de vita & honeſt.cler.

7 Amplia,quia clerici nõ debent procurationes ſuſcipere,nec pro extraneis in ſecularibus negocijs intereſſe.Bart.conſ.143.Paulus,in fin.lib.1.

8 Extende,quia tutelam datiuam nõ poſſunt ſuſcipere,neq. teſtamẽtariam,ſed ſolum legitimam poſſunt acceptare.Bartol.d.conſ.143.libr.1. per totum.

Vide. Tutelam ſuſcipere,vel curam, qui non obligantur. Concl.415.

9 Limita,quiá licet clerici, & religioſi prohibeãtur negociari,& mercimoniam exercere,non tamen prohibentur facere artificium, maxime quando propriæ facultates non ſuppetunt.Feder. de Sen.d.conſ.207.n.2.uer.nã negociari,vbi quod negociari eſt rudem materiam emere,& eam non mutatam vendere;artificium vero eſt quando res empta alteratur,vel artificioſe commutatur poſtea venditur.Aegid.Bellam.d.conſ.46.col.fi.ver. ad quintum.

Vide. Exemptio Eccleſię, & clericorum ad quos ſe extendat.Concl.557.

Clerici non poſſunt effundere ſanguinem humanum.Concluſ. CCCLXXXII.

1 ECCLESIASTICAE perſonæ, etiam de licentia Papæ non poſſunt per ſe ipſos etiam ex cauſa licita effundere ſanguinem humanum. quia licet Papa cum perſona eccleſiaſtica quæ effudit ſanguinem humanum poſſit diſpenſare, & inducere abſolutionem,non tamen poteſt impartiri licentiam,vt hoc faciant.Bald. conſ. 432. ad bellum iuſtum.in prin.lib.5.

2 Ratio eſt,quia ſanguinem effundens humanum non ædificat tẽplum Domino,& arcetur a ſacrificio,vt in Pſalmo,quis es tu Qui enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum. Bald.d.conſ.432.lib.5.in prin.

Vide.Peccatum omnino uitandum.Concl.193.

3 Limita,quia poteſt Papa concedere clericis,& eccleſiaſticis,vt dent conſilium,auxilium,& fauorem bellantibus in iuſto bello.Bal.d.conſ.432.nu. 4.libr.5.

4 Limita,quia imo pro defenſione patriæ oppugnatæ tenentur præſtare auxilium, & compelli poſſunt,& non efficiuntur irregulares, licet defendendo percutiant, & vulnerant,dummodo per ſe ipſos non occidant.Abb.in.c.2. de immu. Eccleſ. col.7.dicas tamen quod compelli debent per Epiſcopum,non per ſeculares.Hoſtien.in c.1. & 2. de pecul.cleric.

Vide.Eccleſia quas pœnas imponat. Concl.17.

Vide.Pœnæ fori Eccleſiaſtici,& iuris Canonici, quæ ſint.Concl.232.

Clerici ſunt de populo, & alij in dignitate conſtituti. Concl. CCCLXXXIII.

1 CLERICI,Decuriones, Senatores, Doctores,& Medici,ac alij priuilegiati cẽſentur, & ſunt de populo,& vniuerſitate, & eis debetur ius paſcendi vniuerſitatis hominibuscompetens, & poſſunt vti priuilegijs,& cõmoditatibus prout alij.Oldra.conſ.32. Quæſtio eſt vtrum Sacerdos. Ancha.conſ.340.Viſo themate,& conſ.341.ſequitur Ca-

tur Castrens.conſ.293. Videtur dicendum.num.3. ver.nam clerici. lib.1.& conſ.157. Ad primum quæſitum,in princ.lib.2.apoſtill.ad Alex.conſ.41. Ex multis.lib.7.in ver.ciuis,dat concor.

2 Imo clerici nedum ſunt de populo, imo membra populi ſunt honorabiliora. Bal.conſ.241. Verba capituli,in fi.lib.3.Anch.conſ.341.in prin, vbi quod ſecundum philoſophum vniuerſitas conſiſtit ex tribus,ſacris,publicis,& priuatis.

3 Imo, quod clerici, & religioſi,incolæ,vel ciues loci non deſinunt,licet efficiantur clerici,vel in ſacris eſſe ciues,& incolę,vt prius,& licet quoad munera, & onera ſubeunda ſint priuilegiati,tamen ſunt ciues priuilegiati.Alex.conſ.41.Ex multis.n.5.lib.7.vbi n.6.dicit quod ſunt de diſtrictu dominorum temporalium quoad multa, & ideo gaudent beneficio ſtatutorum.

4 Contrariũ,q̃ ſtatuta laicorum non ligene, neq; comprehendant clericos etiam in fauorabilibus, * eſt cõmunis*opinio. Caſtr.d.conſ.157.in pri.li.2.

5 Declara, quia vera eſt concluſio, quod clerici ſunt de populo,& gaudent priuilegio,& beneficio ſtatuti,& pariter,quod per modum diſpoſitionis, etiam fauendo non poſſunt laici ſtatuere ſuper clericos, ſed poſſunt priuilegiare, & quod dicitur, quod non ſubeuntes munera non gaudent beneficio ſtatuti procedit in clericis forenſibus,ſed in illis de loco illi ſatis ſubeunt munera,ex quo communicant ſpiritualia,Caſtr.conſ.157.in prin.vbi ita diſtinguit.lib.2.

Vide.Onera perſonalia laicorum non obligant Eccleſias,neq;Eccleſiaſticas perſonas.Conc.126.

6 Declara plenius,vt per Alex.conſ.111.Videtur.lib.7.n.6.& ſeq.quia ſtatutum laicorum non valet,neq. comprehendit clericos etiam in fauorabilibus,quando ſpecifice diſponit de Eccleſijs, & bonis earum, vel clericis prohibendo, præcipiendo, vel certam formam in agendis per clericos dando,ſecus,vbi ſimpliciter procederet porrigendo commodum,vel priuilegium,& ideo valet ſtatutum, quod primogenitus etiam clericus ſuccedat in primogenitura.

7 Extende, quia ſicuti poteſt quilibet de populo appellare pro condemnato in criminali.l. non tamen.ff.de appel. ita etiã clerici poſſunt appellare pro condemnato,quia de populo ſunt.Clar.§.fi.q. * 94.n.5.ver.ſed an etiã clericus,vbi dicit*cõmunẽ.

8 Amplia,quia clericus poteſt eligi,& inſtitui ad fabricam Eccleſiæ, etiam ſi laicus per multũ tẽpus etiam 80.annorũ sẽper fuerit electus, & inſtitutus,quia non propterea talis cõſuetudo dicitur præſcripta excluſiue ad clericos, quando non repugnat diſpoſitio principalis, vel ius commune. Calderin. conſ. 39. alias primo,de conſuet. quod duplicatur 240.alias 19.de præbend.

9 Amplia,quia imo beneficiati in loco,licet ſint forenſes,efficiuntur ciues loci.

Vide. Ciues recepti multiplices. Concluſ.375. n.10.ver.aliqui quia habent.

10 Amplia,quia lex, & conſtitutio Principis conceſſa ſubditis ſuis laicis quoad fauorabilia includit etiam clericos.Bal.conſ.45.In quæſtione iſta, in fi.ver.ſed dubitatur.lib.3.

11 Cõtrarium videtur tenere Ro.ſing.446.Habeo caſum,ſecus ſi non reſtringitur ad laicos.

12 Extende,quia in capitulis pacis,in quibus ſubditi remittuntur, vt gaudeant bonis pacifice, includuntur etiam clerici,licet in capitulo de eis nõ ſit facta mentio, quia in fauorabilibus includuntur.Bal.conſ.241.Verba capituli,per totum.lib.3.

13 Extende,quia ſtatutum dans exequutionem paratam comprehendit etiam beneficium clericorũ, vt poſſint contra laicos habere, exequutionem paratam pro inſtrumento facto ad fauorem clericorum.Caſtren.conſ.293.nu.3.lib.1,& conſ.157. Ad primum,in princ.lib.2.

Vide. Statuta laicorum quando cõprehendant clericos, vel non.Concluſ.582.

14 Amplia,quia Epiſcopus,& eius Vicarius,& alij iudices Eccleſiaſtici ſunt officiales communis, & ciuitatis,ideo in fauorabilibus cõtinentur appellatione officialis cõmunis,quia vniuerſitas conſiſtit ex tribus,videlicet ſacris,publicis,& priuatis.Anc.conſ.340.Viſo them.& plenius conſ.341.

15 Extende,quia clerici,& Eccleſiaſtici ſunt de diſtrictu,& territorio, ideo in caſibus,in quibus ſecularis punire poteſt clericum, neceſſario diſtinguitur ex territorio,vel diſtrictu.Ancharan.conſ. 341.Quę ſuperius.in princ.

16 Extende,quia priuilegium conceſſum Regi,& diſtrictualibus ſuis comprehendit etiam clericos,licet ipſi ſint diſtrictuales Papæ,non Regis. Ro.ſin. 446.Habeo caſum,vbi vide conc.in apoſtil.&conſ. 180.Si admittimus.n.2.vbi quod exemptio cõceſſa terræ,patriæ,aut diſtrictui,& diſtrictualibus cõprehendit etiam clericos, & ibi apoſtilla.in.ver. comprehenduntur citat infinitos concord.

17 Amplia,quia clerici,&religioſi,&equites Hieroſolymitani non ſubſunt cõmuni Florentię, neq;foro ſeculari,& retinent ciuilitatem,quam habebãt ante clericatũ,& non valet ſtatutũ diſponens cõtrarium, tanquã contra libertatem Eccleſiaſticã.

Vide plenius ſtatuta diuerſorum locorũ contra libertatem Eccleſiaſticam oneroſa Eccleſiaſticis non valent.Concluſ.590.

18 Limita,quia clerici non ſunt de populo in odio ſis,nam interdicta ciuitate,& populo non ſunt interdicti clerici.Feder.de Sen.conſ.70.nu.2.ver.reſumendo.Caſtren.conſ.157.in prin.lib.2.vbi ponit exempla, quia ſi excommunicatur populus non excommunicantur clerici.

19 Limita in exorbitantibus, nam ſtatutum contra filios magnatum editum non comprehendit filium magnatis,qui ſit clericus, quia licet conceſſũ priuilegiũ Anglicis cõtineat etiam clericos,tamen ſecus eſt in exorbitantibus.Fede.de Sen.conſ. 83.Quod ſtatutum,per tot.vbi eſt caſus.

Vide. Statutum laicorum non comprehendit Eccleſiaſticas perſonas, neque Eccleſias, & pia loca,& quando ſecus. Concluſ.582.

Clerici digniores, & maiores quocunque laico. Concluſio. CCCLXXXIV.

1 CLERICI dicuntur digniores quocunq; laico,etiã ſi ſint religioſi,& ideo diſpoſitio loquẽs de laicis,& alijs cuiuſcunq;ſtatus,&gradus, non includit clericos, neq; religioſos in materia odioſa.Gemi.cõſ.65.n.4.ver.nec obſtat ſi dicatur.

Vide. Dignum magis trahit ad ſe minus dignum.Concluſ.435.

Vide.Clerici vade dicantur.Concluſ.377.num. 8.& ſeq.

2 Extende, vt imo procedat etiam in materia fauorabili. Gemin. d. conſ. 65. num. 8. ver. & ſi dicatur, vbi quod in diſpoſitione loquente de ſecularibus non comprehenduntur clerici, neque religioſi.

3 Extende, quia ſicuti habentibus dignitatem non poteſt imponi collecta, ita clericis non imponitur, quia clericatus eſt maior dignitas quocunque ſeculari honore. Bart. conſ. 180. Si aliqua. num. 4. ver. præterea. lib. 1.

4 Amplia, quia clericatus eſt dignitas. apoſtil. ad Ro. conſ. 265. In caſu propoſito. nu. 1. in fi. in ver. dignior, quæ citat plurimos concor.

5 Extende in tantum, vt clericus ſit dignior quocunque ſeculari honore, apoſtilla prædicta ad Ro. d. conſ. 265. in ver. dignior, quæ citat plurimos concor.

6 Extende, quia clericatus reddit clericum nobilem, quia clericus non poteſt numerari inter plebeios, apoſtilla prædicta ad Ro. conſ. 265. in ver. dignior, circa fin. vbi citat concor.

7 Limita niſi diſpoſitio generaliter loquens exprimat ſeculares, & laicos per modum implicationis, quia tunc venirent neceſſario clerici, veluti ſi dicatur, quod omnes teneantur ad aliquid, etiam ſi laici ſint cuiuſcunq; dignitatis, quia talis dictio implicans, includit diuerſa in omni materia. Gem. conſ. 65. n. 7. & ſeq. ver. reſtat reſpondere.

Vide. Iudex Eccleſiaſticus maior ſeculari. Concluſ. 448.

Clerici non ſubſunt Principibus ſecularibus, & coram ſeculari conueniri non poſſunt. Conc. CCCLXXXV.

1 REGVLA eſt, quod clerici non ſubſunt principibus ſecularibus in ijs, in quibus tangitur perſona clerici, vel agitur de bonis Eccleſiæ, quia in eis nulla competit iuriſdictio laicis, maxime quando agitur contra clericum reum, eſt tex. in c. clerici, & in c. at ſi clerici, & in c. cum non ab homine, de iudic. & de iure ciuili eſt tex. in auth: ſtatuimus. C. de Epiſc. & cleric. Oldrad. plene conſ. 83. An Epiſcopus, vbi quod Rex Portugalliæ non poteſt cognoſcere an ſit ſua iuriſdictio contra Epiſcopum circa bona temporalia, vbi multa de hac materia pleniſſime Gram. deciſ. 61. Venerabilis Ioãnes, per tot. & deci. 29. magnificus dõ Gucter vbi plura cumulat, quę videri poſſunt. Bald. in c. 1. de iudic. in fi. vbi hoc probat clare etiam in reali, quia in iudicio quaſi contrahitur coram ſeculari, vt perſona afficiatur, quod eſt impoſſibile, quia clericus nullo modo coram ſeculari poteſt obligari, & quaſi poſſeſſio eſt abuſiua cum ſit ſecularis incapax, ſequitur Felin. in cap. qualiter. col. 2. ver. contra dictum Guil. de iudic.

2 Et conſtitutio Canonica eſt declaratio non ius nouum inducens, ſed eſt ius antiquum declarans clericos. non ſubiectos ſeculari poteſtati. Roland. a Valle conſil. 4. num. 7. & ſequen. lib. 1. imo dicit Bald. in d. auth. ſtatuimus, in princ. C. de Epiſc. & cleric. quod iſtud non eſt ius nouum, ſed declaratorium, quia clerici nunquam fuerunt ſecularibus ſuppoſiti, & ideo declaratio talis facit recedere ab errore iuris veteris, quia ſemper fuerunt diſtinctæ iuriſdictiones. & ſequitur Alexander conſilio octauo, Videtur, in principio. lib. 1.

3 Extende, quia neque valet conſenſus tacitus, neque expreſſus clerici, neque directe, neque per indirectum, neque de conſenſu Epiſcopi, neque de conſenſu Papæ poteſt iudex ſecularis exercere iuriſdictionem contra perſonas clericorum. Gramm. d. deciſ. 61. per totam, & repetit deciſ. 29. quaſi per totam. Barto. conſil. 225. Clericus non ſub clericali. libro 1. vbi apoſtilla in verbo clericus.

4 Et quod non valeat conſenſus clerici, vel renunciatio etiam cum conſenſu Epiſcopi. Roland. a Valle d. conſ. 4. num. 9. & ſeq. lib. 1. Grammat. deciſ. 61. num. 9.

5 Extende, quia non valet conſuetudo contraria quod ſecularis iudex poſſit eſſe iudex clerici. Roland. a Valle conſ. 4. num. 11. & ſeq. lib. 1. & repetit omnia conſ. 12. num. 34. & ſeq. lib. 2. Alex. conſ. 149. In cauſa, num. 11. verſi. nec etiam profuiſſet. lib. 6.

6 Extende, quia imo non valet conſuetudo Angliæ, quod coram Rege clerici conueniri poſſint. Roland. dicto conſil. 4. numero 13. lib. 1. Rota in antiquis. tit. de conſuetudine, deciſ. 10. alias 840.

4 Extende, quia non valet diſpoſitio teſtatoris, quod clericus etiam in ciuili poſſit conueniri coram laico iudice. Roland. dicto conſil. 4. num. 12. lib. 1.

8 Extende, quia neque Papa poſſet ſupponere clericos ſecularibus. Roland. conſ. 4. num. 14. & 15. quod intellige generaliter, vt per Roland. conſ. 12. num. 46. lib. 2. Gram. d. deciſ. 61. num. 10. vbi alios concordantes allegant.

9 Extende, quia lex ciuilis non poteſt hoc inducere. Roland. a Vall. conſ. 12. num. 43. & ſeq. lib. 2. plenius Grammat. deciſ. 29. num. 12.

10 Extende etiam ſi agatur de bene, vel male ordinato, puta a non ſuo Epiſcopo de licentia Vicarij, quia iſta eſt cognitio iudicis Eccleſiaſtici, Roland. dicto conſilio quarto, numer. 10. lib. 1.

11 Extende, quia neque ſecularis poteſt punire clericum falſum deponentem coram eo, vel falſos teſtes inducentem. Roland. conſil. 12. num. 34. & ſequen. lib. 2. vbi omnia ſupradicta repetit.

12 Declara tamen regulam, & omnes extenſiones, vt procedant quando clericus conuenitur ab alio coram ſeculari, quia non poteſt tacite, neque expreſſe ſe ſubijcere iuriſdictioni laicorum, ex quo priuilegium fori concernit ordinem, cui ipſe non poteſt renunciare. c. cum ſit generale, & c. ſi diligenti, de foro competenti. authent. ſtatuimus. C. de Epiſc. & cleric. cum ibi not. ſecus ſi clericus conueniat laicum coram ſeculari, quia tunc poteſt clericus tacite, & expreſſe ſe ſubijcere iudici laico, & reconueniri. c. ſi clericus laicum, de foro compet. quòd intellige petita licentia, & præſtita fideiuſſione de iudicio iſti, & iudicato ſoluendo ſi petatur.

13 Extende in ſpecie in Regno Neapolis ex conuentione in inueſtitura inter Papam, & Regem, quia contra clericos nullam prorſus habet iuriſdictionem Rex niſi agatur de feudo, vel ratione

tione feudi. Grammat. d. decis. 61. nu. 17. & seq. & decis. 29. num. 13. vbi idem repetit.

14 Extende, quia sola clericalis tonsura confert priuilegium tam in criminalibus quam in ciuilibus. Soci. in c. si quis clericus, n. 16. de foro compet. Abb. in c. cum non ab homine. nu. 2. de iudi. Alex. cons. 149. In causa, in princ. lib. 6. vbi quod iudex secularis potest excommunicari si non desistat contra clericum procedere.

15 Restringe, quia non procedunt regula, & extensiones nisi doceatur de clericatu, & incedat in habitu, & ideo si non incedat in habitu, & tonsura, & sit artifex, & appelletur magister tunc, quia artificium non conuenit clerico. Bart. in l. legatis, §. ornatricibus, ff. de leg. 3. & clarius in l. 1. C. de excus. artif. lib. 10. nam artificia sunt prohibita clericis, c. 1. ne clerici, vel monachi. Abb. in rubr. eod. tit. ideo poterit inuitus trahi ad forum seculare. Soci. in c. si quis clericus, nu. 16. de foro compet. Abb. in c. cum non ab homine, nu. 2. de iudi.

16 Restringe, quia clericatus, qui nõ inest a natura debet probari ab allegante. Innoc. in c. super iis, in fi. de accusatio. Dec. cons. 125. n. 6. quem refert, & sequitur Cauet. cõs. 72. Dubitatur, n. 2. & debet vltra clericatum probare quod incedat in habitu, & tonsura, alias non relenat clericatus, c. si iudex, §. idem esse censemus, de sent. excom. in 6. Bald. in l. si qua per calumniam, nu. 4. ver. vlterius quæritur, C. de Epis. & clericis. Areti. cons. 163. Sicut Ioannes, n. 6. & si non incedat in habitu, & tõsura perdit beneficium absque alia monitione, c. vnic. de clericis coniug. Boss. de foro compet. nu. 128.

17 Itẽ non trahet laicos ad forum Ecclesiasticũ in causis diuiduis, sed Ecclesiasticus inter clericos, & secularis inter laicos procedet, & ita intelligendus est Clar. in praxi, §. fi. qu. 36. §. euenit, prout ita loquitur Rebuff. in auth. habita, C. ne filius pro patre, nec obstat quod continentiæ causarũ diuidi non debent, quia hoc permittitur in diuiduis, in indiuiduis vero secus est, quia solus Ecclesiasticus procedere debet. Felin. in c. 1. de præsumpt. Boss. de foro compet. nu. 116. & procedit conclusio in indiuiduis, etiam si vnicus sit clericus, & plures laici sint conueniendi. Maria. Soci. c. si quis clericus, n. 18. de foro compet. in 15. declar.

Vide. Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl. 435.

18 Amplia, quia eo ipso quod Ecclesiasticus scit iudicem secularem procedere contra clericum, potest absque alia citatione iudicis secularis inhibere, vt supersedeat, & sumere informationem citato iudice seculari, & tenetur iudex secularis credere Ecclesiastico, & stare interloquutioni factæ, quod sit clericus, & gaudeat beneficio fori. Alex. plene cons. 149. In causa, per totum, maxime n. 4. & 5. lib. 6. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet in clerico coniugato, & repetit cons. 8. per totum, lib. 1. Roland. a Valle cons. 4. per totum, lib. 1. & cons. 12. lib. 2. apostil. ad Roma. singul. 419.

19 Imo dicit Alex. d. cons. 149. nu. 5. ver. plus dicit Bald. lib. 6. quod si clericus carceratus producit clericatum, tenetur iudex secularis illum remittere ad Ecclesiasticum.

20 Extende, quia omnes qualitates infringentes, vel quæ prætenduntur posse infringere clericatũ, prout quod incederet, vel non, in habitu, vel se immiscuisset prohibitis, & quæcunque alia, licet sint meri facti, tamen debẽt cognosci per Ecclesiasticum solum, licet aliæ qualitates meri facti possint cognosci per secularẽ, quando non agitur de qualitate clericatus, quia omnes qualitates, ex quibus contenditur clericatus, de quo constat, licet sint meri facti, tamen non possunt cognosci per secularem. Alex. d. cons. 149. num. 6. & seq. ver. & licet aliquando, lib. 6.

21 Amplia, quia etiam clericus delinquens si postea ducat vxorem, non potest puniri per iudicem secularem de delicto commisso tempore quo erat clericus, quia attenditur tempus, & status commissi delicti. Grammat. decis. 10. nu. 3.

22 Amplia, etiam si clericus citetur pro suo interesse, videlicet, si sua putauerit interesse, tanquam necessarius defensor emptoris laici coram iudice laico. Gramm. plene decis. 21. per totam, vbi pro vtraque parte allegat, & dicit ita seruari in Consilio Neapolitano propter periculum censurarum, & fauorem priuilegij clericorum.

23 * Contrarium tamẽ dicit esse de authoritate doctorum, & dicit * hanc communem, & magis * cõmunem opinionem. Gramm. d. decis. 21. in fi. allegat Boer. decis. 69. n. 17. qui hoc dicit, sed non est mirum de Boerio, quia loquitur secundum obseruantiam Franciæ de facto inductam, vt in fi. decisionis fatetur ipsemet Boerius.

24 Declara, quia si clericus est possessor, & petit remitti ad suum iudicem Ecclesiasticum, debet remitti, si vero non est possessor, tunc secus est, sic videtur tenere Grammat. d. decis. 61. in princ.

Vide. Citatio iudicis secularis contra clericũ non valet. Concl. 139. nu. 6. & seq.

25 Extende, quia neque clericus citatus coram iudice seculari potest reputari contumax, si non comparet. Grammat. decis. 29. in princ. & per totam, maxime n. 4. vbi si non declinat potest multari ab Episcopo, & idem repetit decis. 61. n. 14. vbi quod si bannitus, bannum est nullum.

Declara forte nisi reputaretur communiter laicus ab omnibus. Calder. cons. 126. Si clericus, quod est 12. de foro compet.

26 Extende etiam si non opponat exceptionem clericatus, quia illi non potest renunciare, quia priuilegium clericatus non est proprium, sed publicum. Bart. d. cons. 225. in princ. lib. 1. vbi apostilla in ver. clericus.

27 Extende, quia imo si laicus trahit clericum ad iudicium coram iudice seculari perdit causam, & actionẽ, l. in criminali, C. de iurisd. omn. iud. Alex. cons. 103. Consideratis, n. 5. ver. quod si laicus, li. 5. vbi quod potest clericus adire iudicem suum Ecclesiasticum, & obtinere condemnari laicum in amissionem causæ eo citato, quia clericus est reus non actor ex quo agit, vt remoueatur impedimentum suæ exceptionis.

28 Extende, quia quicunque trahit clericum, vel Ecclesiasticam personam, siue religiosam coram iudice seculari in causa ciuili, vel criminali perdit causã, vt auth. statuimus, de Epis. & cler. vbi Castr. dicit quod non est locus pœnitentiæ, quia pœna imponitur, quia traxit, nõ autẽ quia perseuerauit, & idem dicit etiam Roland. cons. 23. nu. 14. lib. 2.

Vide. Clericus trahens clericum coram seculari perdit causam. Concl. 388.

29 Amplia in tantum sententiam iudicis laici esse nullam contra clericum, vt etiam sit nulla, licet

licet ſit abſolutoria pro clerico. a poſtil.ad Bart.d. conſ.25.in ver.clericus,in fi.lib.1.

30 Extende,quia imo laicus, vel clericus conueniens clericum reum coram iudice ſeculari perdit cauſam.Car.Zabar.conſ.59.Ad primum.in fi.

31 Amplia, quia clericus in cauſa criminali coram ſeculari non poteſt ferre teſtimonium,& non eſt idoneus teſtis, & efficitur irregularis ſi ferat teſtimonium in cauſa ſanguinis,ideo non probat. Crauett.conſ.1.in princ.

32 Extende, quia etiam in cauſa ciuili non poteſt ferre teſtimonium coram ſeculari ſine licentia ſuperioris.Crauet.conſ.1.in pri.vbi quod eſt dubiũ.

33 Amplia, quia clericus in ſacris conſtitutus captus in quocunque habitu debet remitti ad Eccleſiaſticum,ſi conſtat de clericatu,alias iudex ſecularis incurrit excommunicationem. Bertaz. conſ. crimin.78.per totum.

34 Extende,quia imo etiam ſimplex clericus,dum modo ſit beneficiatus,etiam ſi non incedat in tonſura,& habitu,gaudet priuilegio fori, ita tenet ſacrum Concilium ſeſſ.23.cap.6.

35 Declara, quia debet oſtendere titulum bonum beneficii, & probare etiam, quod poſſideat alias non remitteretur,ita declarat Clar.d.q.36. in §. fin. num.21.ver.regulariter in fin.& facit pro ratione declarationis, quia qui vult cõſequi fructus beneficij,debet docere de titulo,& poſſeſsione, eo quia non dicitur obtinere beneficium ſine poſſeſſione,ita Caſsanc. conſ.30.num.16.quem ſequitur Boer.deciſ.313.num.3.

36 Contrarium, quod ſufficiat ipſum habere titulum canonicum in beneficio,licet naturaliter non poſſideret,probat illud verbum concilij,dummodo habeat beneficium,habere autem importat ciuiliter poſſidere.gl.in l.fin emptione.§.omniũ,in ver.habere.ff.de contrahen.emptio.Alex. conſ.10. de Im.in l.3.§.ex contrario.nn.21. & ſeq. maxime n.23.ff.de acquir.poſſeſs.idem Alex.& Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque,in princ.ff.de ver.obli. Felin.in cap.cauſam.nu.10.de præſcript. vbi quod intelligitur de ciuiliter poſſidente, ideo ſpoliatus beneficio, qui ciuiliter poſſidet,tuetur a concilio per prædicta.

37 Amplia, quia clericus tanquam non ſubditus Principi ſeculari non poteſt incidere in crimen læſæ maieſtatis, quod non committitur niſi per ſubditum.Rol.a Vall.conſ.4.in princ.lib.1.vbi dicit*communem,imo dicit Grammat.deciſ.19.nu. 12.hoc in tantum eſſe verum,quod non poſſet Imperator condere legem, vel ſtatutum per quod clerici committentes crimen læſæ maieſtatis poſſent puniri per iudicem ſecularem.

38 De facto tamen Principes ſeculares puniunt clericos,& presbyteros, qui contra Principem, vel ſtatum illius delinquunt,vt dicit Clar. in §.fi. quæſt. 36. num. 27. ſed male faciunt, & ſunt excommunicati.

39 Extende,quia omnis inquiſitio formata per iudices ſeculares contra clericum eſt ipſo iure nulla. Roland.a Valle d.conſ. 4. num. 6. & ſeq. lib.1. & plenius num. 16. & ſeq. vbi extendit ad ſimplices clericos.

40 Extende etiam ſi ſit clericus ex longinquis partibus, quia ratione delicti non efficitur ſubditus ſeculari, ſed Eccleſiaſtico. Roland. a Valle conſ. 4.num. 34.& ſequen. lib. 1.vbi ponit plura exempla.

41 Amplia,quia clericus beneficiatus non eſt vllo modo ſubditus Principi ſeculari.gl.in cle.1.inver. ſubditis.de for.cõp.Abb.in c.1.in final.ver.eod.tit. Alex.in addi.ad Bar.in l.aſsũptio.§.filius.ff.ad munici.vbi quod non poteſt ſortiri forum ſeculare,& eſt ratio,quia ſecularis Princeps,& iudex ſunt incapaces iuriſdictionis cõtra clericos.Gramm. d. deciſ.61.num.5.

42 Extende in Religioſo,& milite Hieroſolymitano per prædicta, & per Feli.in c.1.num. 8. de foro compet.Ioan. And.& alij in c.ex eo, de elect.in 6.

43 Extende,vt procedat, quia licet clerici beneficiati, & religioſi remaneant ciues, prout erant ante clericatum,& religionem.Bartol.in l.1.ff.ad municip.Alexan.in l.in prouinciali. §. ſi publicorum,11.& ſeq. ff. de noui oper. nunciat. vbi dicit *communem, tamen non ſunt ſubditi ratione iuriſdictionis: ideo conuentio facta cum Senenſibus,quod fiat ius ſummarium Senenſi contra Ciues, & ſubditos Florentinos non comprehendit equitem Hieroſolymitanum, neque clericum beneficiatum, neque religioſum per prædicta, & quia in generali diſpoſitione non continentur perſonæ exemptæ. Socin. conſ.74.num. 11. libro primo, & quia conuentio loquitur de ciuibus ſubditis.

44 Amplia,quia neque poſſunt ſeculares Principes prætextu negligentiæ Eccleſiaſticorum Prælatorum, vel iniuſtitiæ velle trahere clericos ad forum ſuum.c.qualiter,& quando,de iudicijs,cum ibi not. vnde contrarium facientes perdunt cauſam,& ſunt excommunicati, vt habetur in c. inolita.11.quæſt.1.quod eſt capitulum concilij Toletani,vt ibi not. & habetur magis expreſſe in c. ſi diligenti,de iudic.vnde patet, quod contra libertatem Eccleſiaſt.ſunt iſtæ litteræ exhortatoriæ,& litteræ recurſus,& inhibitiones.quæ fiũt prætextu fortiæ, vel iniuſtitiæ Eccleſiaſticorum Prælatorũ per magiſtratus ſeculares ſupremos,quia debent recurrere ad ſuperiores Eccleſiaſticorum,ad quos ſpectat prouidere, alias omnes contrafacientes a communione fidelium ſunt priuati, & nullus cogitat de hoc.multa hic dicenda eſſent,vt Sereniſſ. Principes ſeculares a Deo dati ad protegendam Eccleſiam, & libertatem Eccleſiaſticam dignentur a præmiſſis abſtinere, quia circa ſacra nihil eſt eis conceſſum ſi Catholici ſunt,& fideles,vt inquit text. in cap. ſi Imperator Catholicus eſt 96. diſtinct. & ſufficiat legere in libro primo Regum.cap.13.num.8.& ſeq. ver.& expectauit, vbi Saul Rex,quia voluit ſupplere, quæ ad Sacerdotes ſpectant,& ex cauſa ſatis apparenter honeſta fuit ab ipſo Deo obiurgatus, & repulſus a Regno, ſic etiam in lib.3.Regum.cap. 13. manus arida facta eſt Regi Ieroboã, per quã in Sacerdotẽ Dei minabatur,& alia infinita poſſunt cumulari ſimilia,quæ omitto,quia cauſa Dei eſt, & per ſe notiſsima.

Vide. Negligentia inferiorum Prælatorum per quos ſuppleatur.Concl.35.

45 Amplia,quia prædicta procedunt in tantum, quod Principes, & iudices ſeculares nullam habeant iuriſdictionem in clericos, vt neque valeat conſuetudo Angliæ contraria, neque aliorum locorum, neque valet præſcriptio, neque ſcientia, & tolleraatia Papæ, quia non poſſet hoc expreſſe concedere,quia eſt exemptio iuris diuini,vt dicit Innocent.in c.ſi quis,de maior. & obedien.qui adducit rationem viuam; Nam

cum

cum ſint dicati Deo,& effecti res ſpirituales,& ex toto corpus, & animam dederunt in ſeruitium, & ſortem Chriſti non poſſunt ſubeſſe ſecularibus,ita rex.in c.clerici.de iudi.Biſigne.deciſ. 2.de conſuet. & Rota in antiq.deciſ. 10.eod.tit.alias 840. incip. vtrum valeat conſuetudo Anglicana, quæ tollit omnia contraria,quia exemptio Eccleſiaſticorum a ſecularibus eſt non ſolum de iure diuino, ſed præceptum diuinum negatiuum : Nolite tangere Chriſtos meos,& præceptum negatiuum obligat ſemper, & ad ſemper, & talis conſuetudo, & præſcriptio ſemel abrogata non poteſt introduci, maxime ab ijs,qui ſunt incapaces, & ſunt in mala fide,& ſufficiat id, quod Eccleſia Dei Romana, & vniuerſalis celebrat in feſtiuitate Beati Thomæ Epiſcopi Cantuarienſis de iſta conſuetudine abuſiua,& alijs legibus ab Henrico Rege Angliæ contra libertatem Eccleſiaſticam promulgatis, quibus ille Sanctus Martyr obſtitit,& Eccleſia vniuerſalis quotidie clamat,& proteſtatur,& rogat Deũ vt Regnum illud olim Chriſtianiſsimum dignetur reducere ad pacem,& vnitatem S. Matris Eccleſiæ,quod ex miſericordia Dei,& ex iuſtiſsimo regimine moderni Regis fieri ſperatur.

Vide plene in ver.Laicus iudex nullam habet in clericos iuriſdictionem.Concluſ.8.

Vide. Iudex ſecularis non habet iuriſdictionem in clericos,neque in bonis Eccleſiæ. Concl.449. cum tribus Concluſ.ibi proxime ſeqq.

Vide omnino Maria. Socin. in c. ſi quis clericus, de foro compet. vbi ponit 25. Declarationes,quæ ſunt ampliationes in religioſis, hæremitis oblatis, in fratribus tertij ordinis, familia,& alijs,& ponit 32. limitationes,quas videre poteris,vbi multa pulchra declarat.

46 Limita,quia clericus effectus poſt commiſſum delictum in fraudem, vt euitet iuriſdictionem ſecularem non eximitur, quin ſecularis poſſit eum punire,dummodo perſonam non tangat. Ioann. de Imol. conſ. 118. In caſu præmiſſo, vbi dicit* communem,& idem dicit conſ. 119.in princ.Bar. in l. 1.ff.de pœnis,ſequitur Couarru. præct. quæſt. 42.num.4.ver. ſecunda concluſio, late Clar. in §. ſi.quæſt.36.num.4.vbi de*communi.

47 Declara, quia poteſt puniri in bonis,puta in confiſcatione bonorum, & pœna pecuniaria, dummodo perſona non tangatur, quia quoad perſonam eſt exemptus etiam ſi in fraudem ſit factus clericus,* communem dicit Clar.d.quæſt.36. n.43. vbi quod iudex Eccleſiaſticus conſtito de fraude deberet eum degradare, & ſi non facit ſeculares iudices in atrocibus puniunt in perſona, licet male faciant.

48 Extende, quia quando in fraudem poſt delictũ ſe fecit clericum debet degradari per Epiſcopum, & poteſt puniri tunc per ſecularem etiam in perſonam. Bart. in l. 1. ff. de pœn. vbi quod ſi erat diffamatus ante promotionem præſumitur promotio in fraudem.Clar. d. §. fin.quæſt.36.nu. 43.ver.deberet tamen,& num.44.

49 Idem eſt in effecto monacho, quia monaſterium tenetur in quantum ad eum peruenit.Clar. d.q.36.num.45.ver.ſed nunquid.

50 Declara, quia clericus, qui poſt commiſſum crimen ſe fecit clericum in fraudem,non eximitur a iuriſdictione ſeculari, ſecus ſi feciſſet votum de ſe promouendo ante crimen, & in hoc ſtatur iuramento ſuo,an fecerit votum, vel non. Iaſ. in l. cum quædam. ff. de iuriſdict. omni. iudic.& quod ceſſante fraude eximatur a ſeculari, & eſt magis * communis*opinio.Clar.d.§.final.q. 36. num.43. ver.ſæpenumero.

51 Et dicitur in fraudem ſuſcepiſſe ordines, vel monaſterium ingreſsus quando prius erat accuſatus de delicto, vel diffamatus, & multo magis ſi erat condemnatus. Iulius Clarus d. §. final. quæſt.36.num.44.verſic.ſed in hoc propoſito,vbi * de * communi.

52 Reſtringe,vt non procedat quando poſt clericatum litteras ſui clericatus falſificauit, quia adhuc iudex ſecularis non poteſt eum punire in aliquo, quia perſona non eſt ſuppoſita etiam ſi litteras falſas produxit coram ſeculari.Io.de Im. conſ.119.nu.2.vor. ad ſecundum.

Vide. Laicus clericus effectus poſt delictum a quo puniatur.Concluſ.7.

53 Limita multis caſibus, de quibus Soci.reg.17. Clericus coram ſeculari conueniri non poteſt, etiam de conſenſu Epiſcopi, vbi limitat duodecim modis.

Limita multis modis de quibus in Concluſione proxim.ſequen.

Clericus coram ſeculari conueniri poteſt certis caſibus ſpecialibus.Con.CCCLXXXVI.

1 CLERICVS coram domino temporali domino fęudi conuenitur pro re fęudali ſecundũ comuuné*opinionẽ, de qua per Oldr.conſ.17. ver. video enim. col.1.& conſ.83. An Epiſcopus, in princ.& in fi.ver.non obſtat,quod laicus,& eſt * communis*opinio.Guidop.deciſ.139.in princ.

2 Declara niſi agatur ſuper contractu fęudali iurato,quia adiri debet iudex Eccleſiaſticus tam ſuper incidenti,quam ſuper negocio principali. Calder.conſ.116.alias 2.de iudi.& foro compet.

Vide.Fœudalis cognitio ad quem ſpectet.Concluſ.212.

3 Amplia,vt idem ſit in domino rei emphyteuticæ clerico conceſſę,quia ſi alias habet iuriſdictionem eſt iudex clerici quoad ea, quæ ratione rei emergunt.Oldrad.conſ.17.col.3.ver.primo quoniam intelligas, vt ſupra de fęudo dictum eſt quando appoſitum fuit iuramentum.

Vid.Iuramentum facit iurantem de foro Eccleſię,& quando.Concluſ.498.

4 Amplia in cauſa reconuentionis, quia ſi clericus conuenit laicum coram ſeculari,poteſt laicus ipſum clericum reconuenire coram ſeculari ſecundum *communem,de qua Felin. & Deci. in c.at ſi clerici,de iudi.Cuma.conſ.139.circa med. Bar.in auth.hoc conſequenter. C. de ſent. & interl.omni. iudi. quam communem * dicit Claud. de Sayſell. in apoſtill.ad Bar.

Vide. Reconuentio quid ſit,&quotuplex.Concluſio. 60.

5 Extende,vt procedat etiam ſi clericus poſt conuentionem, & reconuentionem velit iudicio a ſe intentato renunciare, & deſiſtat, quia reconueniri poteſt,& reconuentionem proſequi. Afflict.deciſ.173.

6 Declara,vt non procedat in criminalibus. Iul. Clar.in §.ſi.quæſt.36.num. 6.verſ.& hæc quidem.

7 Amplia. vt etiam reſpectu bonorum ſtabilium ſub iuriſdictione domini temporalis exiſtentium, iuriſdictio quoad reſpicientia ordinationem bonorum immobilium clerici ſpectat ad dominum temporalem. Oldrad. conſ. 19. col. 4. num. 14. ver. item certum, quia bona immobilia conditionem clerici non ſequuntur.

8 Extende, vt idem ſit quando habet bona cataſtrata pro tributo. Deci. in c. Eccleſiæ S. Mariæ, in fi. de conſtit.

9 Extende quando conuenitur pro recognitione manus fuæ pro, & contra. Deci. d. c. S. Mariæ, in fi. de conſtit.

10 Declara, quia in omnibus caſibus, in quibus de conſuetudine, vel alias iudex ſecularis poteſt compellere clericum, puta pro ſalua guardia rupta, vt ſoluat debet hoc facere coram iudice Eccleſiaſtico, ſic Boer. declarat deciſ. 197. n. 4. ver. in contrarium, vbi quod Guidopapæ dicit quod iudices aliter facientes ſunt excommunicati, & ita fuit tunc Pariſijs latum areſtum, & quod debent remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, qui compellat, & idem eſt quando tenentur contribuire ad fortificationem imminente bello, tenet Guidop. deciſ. 78. an Eccleſia, & idem eſt in cauſa feudali, quia diſtrictio perſonæ non poteſt fieri contra clericos, apoſtilla ad Guidopapæ quæſt. 139. in ver. tenet, plene Deci. 450. ſupra, & eſt tex. in cap. non minus de immunit. Eccleſ. Ægid. Bellamer. conſil. 45. in fin. & conſ. 46. in princ. & num. 4. & conſ. 47. ver. ſuper ſecundo, & plenius column. 4. ver. ſubdit autem. & conſuetudo ſuper hoc non poteſt introduci ſecundum Bald. in cap. 1. in fin. de iudic. ſequitur Felin. in cap. qualiter. eod. tit.

11 Amplia, vt procedat etiam quoad temporalia, videlicet quoad onera realia, quæ directe reſpiciunt rem, quia ſubſunt principibus ſecularibus. Oldrad. conſil. 83. An Epiſcopus, in princ. & circa fin. ver. non obſtat, quod dicitur quod temporalia, & conſ. 17. circa prin. ver. nam ſicut clerici.

12 Declara, quia in Francia de facto ſic ſeruatur de conſuetudine, & contra ius, vt ſupra in declaratione præcedenti, vbi patet, quod culpa huius introductionis prouenit a parlamentis, & miniſtris Regijs, vt ex deciſio. Boerij 196. num. 4. & ſeq. vbi ipſe recitat, quod tempore Guidonis Papæ tentum fuit pro iuriſdictione Eccleſiaſtica, tempore Boerij facta fuit remiſſio Epiſcopo Xantonen. ſed cum juſſu, quod cõpellat clericũ, & n. 11. fuit captũ aliud tẽperamentũ, quod Epiſ. deputaret aliquos conſiliarios Eccleſiaſticos, vt delegatos, & ſic paulatim ſine culpa, & forſan ſine ſcientia Sereniſſ. & Chriſtianiſſimi Regis ſibi vſurparunt iuriſdictionem Eccleſiaſticam quoad bona, quæ conſuetudo non valet, vt concluſ. prox. præced.

Vide in ver. Iudex ſecularis nullam habet iuriſdictionem in clericos, neque in bona Eccleſiarum. Concluſ. 450.

Vide. Iudex ſecularis quando cognoſcat de bonis, & rebus Eccleſiarum. Concluſ. 454.

13 Amplia, quia valet præceptum iudicis ſecularis factum clerico ſuſcipienti præceptum de ſoluendo ſummam confeſſatam. ſaltem ratione intereſſe, quia non oppoſuit declinatoriam, nam licet præceptum non valeat, quia non potuit prorogare iuriſdictionem, tamen debet compelli, ac ſi valeret quoad particulare damnum talis clerici. Calder. conſ. 126. alias 12. de foro compet. in prin. nu. 1. 2. & 3. vſque ad ver. nunc reſtat.

Extende, quia licet ſententia iudicis ſecularis non poſſit dari contra clericum, vt valida ſit, tamen ſi ratam habet valebit in vim pacti. Abb. conſil. 61. In cauſa. col. 2. ver. tertio facit, iuncto ver. ad tertium, in fi. lib. 1.

Amplia, quia ſi clericus, qui communi opinione laicus putabatur, citatur in cauſa ciuili, & criminali coram ſeculari, ſi non allegat priuilegium clericatus, poteſt puniri, & mulctari, & condemnari, & valebit damnum, & condemnatio, ſaltem quoad exiſtentem ſuium in minoribus ordinibus. Calder. conſ. 126. Si clericus, quod eſt 12. de foro compet. in princ.

Contrarium Grammat. deciſ. 29. in princ. & per totum, maxime num. 4.

Vide concluſionem prox. præced. nu. 25.

14 Amplia, vt confeſſio clerici facta coram ſeculari, licet non præiudicet, tanquam coram iudice incompetenti, tamen operatur idẽ, quod operaretur, ac ſi eſſet extraiudicialis. Cald. conſ. 126. alias 12. de iud. col. 2. ver. nunc reſtat, vſque in fi.

Vide. Confeſſio coram iudice incompetenti non probat, & quando ſecus. Concluſ. 642.

15 Amplia quoad capturam clerici incedentis in habitu, & in ſacris conſtituti, quia in fraganti delicto poteſt capi per iudicem ſecularem ſine metu excommunicationis, dummodo ibi non ſit iudex Eccleſiaſticus, qui capere poſſit, & dummodo facta captura ſtatim remittat Eccleſiaſtico. Guidopap. deciſ. 73. qui dicit ita ſeruari.

16 Extende in alio, qui nõ ſit in habitu ſimpliciter poteſt capi, nec remittitur donec Eccleſiaſticus per remiſſionem, vt per eundem Guidopa. d. deciſ. 73. quod intelligas quando ſibi non conſtat aliunde, quia imo ſi clericus producat clericatum, tenetur ſecularis illum remittere, quia omnes exceptiones cognoſci debent per iudicem Eccleſiaſticum, plene Alex. cõſ. 149. in cauſa. n. 5. & ſeq. lib. 6.

17 Amplia quando clericus ſuccedit laico, quoad lites, iam viuente defuncto coram ſeculari introductas, quia clericus forum defuncti ſequitur. Bal. conſ. 340. Tria ſunt, in pri. ver. itẽ quia dictus. li. 1.

18 Amplia in iudicio diffamationis ex l. diffamari. C. de ingen. quia ſi laicus agit contra clericum etiam Epiſcopum, qui ſe iactat, vel prætendit, cum clericus ſit actor originaliter debet trahi ad forum ſeculare, ſicuti ſi ageret contra laicum pro rebus prophanis agere compelleretur, quia actor ex accidenti hoc caſu eſt reus. Alex. conſ. 103. Confideratis. lib. 5. per tot.

Vide. Actor quando, & quibus caſibus ſit reus. Concluſ. 118. per tot. max. n. 16.

19 Amplia, quia eſt ſpeciale in crimine aſſaſſinij, vt ſecularis poſſit ſine degradatione punire clericum, & torqueri facere. Capici. deciſ. 155. vbi nu. 26. hæc ponit, & enumerat 13. ſpecialia contra aſſaſſinos.

Intellige ſequnta declaratione, q̃ ſit aſſaſſinus.

Vide. Aſſaſſinium quid ſit. Concluſ. 531.

20 Declara, quia fures clerici, etiam ſi plura furta fecerint, & non incedunt in habitu, ſi conſtat de clericatu a ſeculari non poſſunt puniri. Fulgo. conſ. 157. Suppoſito ſtatuto, in fin. ver. illud nouiſſime, vbi quod trina monitio ſui ſuperioris requiritur, & idem eſt, quia niſi præceſſerit trina monitio, neque imperator poſſit punire. Alex. conſ. 8. lib. 1.

Amplia,

21 Amplia, quia clericus delinquens circa enormia poteſt puniri per iudicem ſecularem, quia perdit priuilegium, quando ſex concurrunt: primum, quod non incedat in habitu: ſecundum, quod ingerat ſe enormibus: tertium, quod in illis frequentauerit: quartum, quod in illis deprehendatur: quintum, quod fuerit monitus: ſextum, quod poſt monitionem ſit incorrigibilis: Capic. deciſ. 161. in cauſa Cruſconi, & monitionem trinam requiri dicit Fulgoſ. conſ. 157. in fin. & quod requiratur monitio, quæ ſi deficit, licet alia concurrant non poſſit clericus conueniri, etiam coram Imperatore, neque puniri. Alex. * conſil. 8. lib. 1. vbi dicit magis * communem, & quod requiratur monitio. Bart. conſ. 125. nu. 2. lib. 2. Grammar. voto 33. in fin.

22 Contrarium, quod non ſit neceſſaria monitio quando ſine habitu incedit. Clar. in praxi. quæſt. * 36. n. 23. vbi quod eſt magis communis * opinio, & quod requiratur monitio trina. Ioan. de Im. cap. fin. n. 7. ver. aduerte, de vita, & honeſt. cleric. & ita Neapoli ſeruari dicit Grammat. voto 33. in fi. & ſuper conſtit. Regni fol. 3. col. 4. vbi quod poſt publicationem conſtitutionis Papæ Pauli fuit cæptum aliter ſeruari, & idem Clar. quæſt. 36. num. 19. hanc partem tenet Roland. à Vall. conſ. 4. nu. 28. & ſeq. lib. 1. vbi num. 32. quod quatuor requiruntur, vt perdat priuilegium fori, idem dicit Iul. Clar. d. quæſt. 36. num. 19. ver. hæc autem, * vbi dicit * communem.

23 Pro contrario, quod non requiratur monitio. Alex. de Neuo conſ. 59. num. 6. in fin. vbi, quod * eſt communis * opinio, quod poteſt puniri per laicum non præcedente monitione, & ita ſeruari in Ducatu Mediolani dicit Clar. d. quæſt. 36. num. 19. quia clerici non in ſacris, ſi non incedant in habitu, & ſi non fuerunt moniti puniuntur, & ita ſeruari in Regno Neapolis de præſenti. licet alias aliter ſeruaretur, & num. 23. idem dicit in conſtitutis in ſacris, quando non ſunt in habitu, & ſe enormibus delictis ingerunt, quia etiam non moniti perdunt priuilegium, & poſſunt puniri per ſecularem, remittit tamen ſe S. Matris Eccleſiæ determinationi, & pro hac parte eſt text. in cap. in audientia, de ſent. excommun. Couarruu. pract. quæſt. cap. 32. num. 2. ver. tertio, vbi late, pro vtraque parte.

Vide Socin. in reg. octaua, Clericus abſens, vbi, quod non poteſt priuari, niſi prius ſit monitus; fallit duobus caſibus, videlicet, ſi extat conſtitutio, vel fuit in primo termino monitus expreſſe, vel tacite.

24 Declara, quia ſufficit monitio generalis facta per Epiſcopos ex edicto publico. Boer. deciſ. 69. num. 13. & ſequen.

25 Intellige, dummodo talis monitio fiat expreſſe ſub pœna priuationis priuilegij, communem * dicit Clar. d. quæſt. 36. num. 20. verſ. ſed quid ſi facta.

26 Declara, vt per Alex. d. conſ. 8. col. 2. in fin. lib. 1. quia ſi conſtat de clericatu non poteſt puniri, licet ſit deprehenſus circa enormia, & ſine habitu, niſi ſit monitus, contrarium procedit, quando non conſtat de clericatu, ſed præſumebatur clericus, quia incedebat in habitu.

27 Declara, vt in cap. cum non ab homine, de iudi. vbi gloſ. fin. quod ſi agatur contra contumacem primo debet ſuſpendi, poſtea excommunicari, & tertio degradari, & tradi Curiæ, ſi contra præſentem, vt ibi dicitur procedendum eſt.

28 Declara etiam, quia in conſtitutis in ſacris requiritur monitio, quia priuilegium eſt de iure diuino, in ſimplicibus vero clericis ſecus eſt. Couarr. pract. quæſt. cap. 31.

29 Declara, quia ſi ex inſidijs, & ex propoſito interficiat ſacerdotem, vel in ſacris conſtitutum, & tempore homicidij non incedat in habitu, & tonſura perdit priuilegium. Deci. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, in fin. de conſtit. allegat Guidopap. deciſ. 138. Petrus.

30 Declara, quia quicquid ſit de iure communi antiquo, hodie ex forma Concilii Tridentini ſeſſ. 23. cap. 6. Ordines minores non ſuffragantur, niſi Clericus habeat beneficium eccleſiaſticum, aut clericalem tonſuram, & habitum, deferens, de mandato Epiſcopi inſeruiat alicui Eccleſiæ, vel in ſeminario, vel aliqua ſchola.

31 Sed tamen in Regno Neapolis ex particulari pacto in inueſtitura ſimplices Clerici ſunt liberi ab omni iuriſdictione ſeculari, ſic promittit, & iurat Rex in inueſtitura Regni, ideo obligatur omnino. Grammat. deciſ. 29. nu. 13.

32 Declara, quia perdit priuilegium canonis, ſed non fori, niſi præcedat monitio. Roland. à Vall. * conſ. 4. num. 29. & ſeq. lib. 1. & communem * dicit Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 23. verſic. Gofred. autem.

33 Hanc materiam ſic diſtingue, clericus bigamus ipſo iure ſine monitione perdit priuilegium. Aegi. Bellame. conſil. 47. in princ. & column. 2. ver. ſuper quinto.

34 Tabernarij, carnifices, & ſimiles habent. clem. diœceſanos, de vita, & honeſt. cleric.

35 Goliardi, buffones, & ſimiles habent. cap. 1. de vita, & honeſt. cler. in 6.

36 Fabri publici, & qui artes mechanicas exercent, habent. cap. fin. de vita. & honeſt. cleric. & debent moneri. Aegid. Bellamer. conſil. 47. col. 2. verſ. ſuper quinto.

37 Aſſumentes militiam ſecularem, ſi ſe non immiſcent ſæuis non perdunt priuilegium, niſi termoniti non deſiſtant, & idem eſt in eo, qui dimiſit habitum, vel tonſuram; ſi vero ſe immiſcent ſæuis, tunc amittunt priuilegium ſecundum Nazo. Gofr. Tancred. Bernar. Innocen. Hoſtienſ. & Archid. quos citat Aegid. Bellame. conſ. 47. verſ. ſuper quinto.

38 Et idem eſt in eo, qui vt iudex ſæua exercet, quia non perdit priuilegium ſine trina monitione. Aegid. vbi ſupra.

39 Si vero poſt commiſſa crimina ſæua non amplius viuunt vt clerici, perdunt priuilegium ſine monitione. Aegid. d. conſ. 47. verſic. ſuper quinto, in fin.

40 Declara totam iſtam materiam per plures caſus quando clericus amittat priuilegium clericale per dimiſſionem habitus, & clericatus, vel per actus contrarios clericatui, vel propter delicta, vt pleniſſime per Alex. conſ. 61. Quia ſæpiſſime. lib. 4. quod eſt conſilium Ioann. Andreæ. Primus caſus eſt, ſi viuit more clericali, quia per quodcunque delictum non perdit priuilegium, niſi ſit incorrigibilis: ſecundus eſt, quando retinet clericam, & habitum, ſed viuit contra clericatum exercendo tabernam, vel mercimoniam, & non perdit, niſi ter monitus, ſi vero accipit vxorem viduam,

viduam, vel secundam, aut sit miles, aut quid simile incompatibile perdit, secus si vnicam virginem retenta clerica, & habitu: tertius casus, quando dimittit habitum, & tonsuram, & delinquit, si quidem circa leuia, prout aucupando, arma portando, ludendo, & non perdit, nisi ignorans eum percuteret, si vero circa enormia delicta perdit priuilegium.

41 Imo, quod semper clericus debeat puniri per Ecclesiasticum, & per eum degradari, & quod ante degradationē secularis nullo modo possit exercere iurisdictionem, nisi sibi consignetur degradatus ab Ecclesiastico. Soci. reg. 16. Clericus incorrigibilis, vbi loquitur in hæresi, læsa maiestate, & atrocissimis.

Vide alias 21. limitationes, quas pro limitationibus ponit Steph. Aufrer. in tract. de potestate seculari, & Ecclesiastica, in prima regula, vbi aliqua ex præmissis, & eum refert, & sequitur Boer. decis. 297. vbi casus speciales in Francia enumerat plures, in quibus de consuetudine procedituir contra clericos, & aliū casum, quod clericus cogitur recognoscere apochā manu sua coā laico. Boer. decis. 113. nu. 8. de stylo Franciæ: alios ponit Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 24. sed ista sunt inducta potius de facto, quam quod de iure possint substineri, & si agatur de personali compulsu debet clericus semper coram Ecclesiastico conueniri, vt sup. n. 10. fatentur Guidop. Boer. & * omnes. Caueant igitur miseri iudices, quia non euadent pœnas animæ, licet consuetudo excusset à pœna temporali.

Vide. Clerici non subsunt. Conclus. 385.

42 Amplia, quia iudex, & princeps secularis potest tueri clericum notorie spoliatum ab alio clerico, vel à suo superiore, non per viam ordinarij iudicij, sed extra iudicium, & ordine non seruato, citatis, quorum interest in genere, plene Afflict. decis. 24. quidam clericus, per totam, vbi multa, & quod ita fuit obseruatum, & sequitur Grammat. decis. 78. per totam.

43 Extende, vt idem sit, si clericus laicum spoliaret, vel è contra. Afflict. decis. 85. in princ.

44 Declara, quia si procedere vellet per viam iurisdictionis, processus esset nullus. Afflict. decis. 85. Diu est, in princ.

45 Extende in materia possessorij, & manutentionis, quia potest secularis prohibere, ne fiat turbatio. Grammat. decis. 78. Vniuersitas, & homines, vbi, quod bannum factum Salerni, ne vinum forense introducatur, ligabat clericos, & poterat iudex secularis coercere Ecclesiasticos, ne turbarēt.

46 Amplia, quia imo clerici propter delictum banniti, & diffidati, qui possunt impune offendi à priuato dicantur à iure, & ipso iure degradati, ideo per iudicem secularem possunt puniri. Gemin. in cap. 1. §. sacri, in fin. de homicid. in 6. quod intelligas, vt in ver. Assassinium. Conclus. 531. num. 28. & 29.

47 Amplia, quia clerici conspirantes in proprium Episcopum, vel Archiepiscopum, aut in eos conuicia, seu iniurias loquentes, debent deponi à gradu clericali, & curiæ seculari tradi si sunt incorrigibiles. Roman. cons. 514. in quæstione, in fin. ver. quoad secundum.

Vide Soc. in reg. 16. Clericus incorrigibilis, vbi quod debet degradari, & puniri per Ecclesiasticū, excipit quinque casus, in quibus facta degradatione traditur curiæ secul ari.

Vide Soc. reg. 17. Clericus coram non suo iudice, vbi ponit duodecim casus speciales, quibus coram secularī potest conueniri, & sunt inter præfatos casus.

Vide plenius, quam alium Maria. Socin. seniorem, in cap. si quis Clericus. num. 25. & seq. de foro competen. vbi ponit casus 32. quibus potest secularis cognoscere, & sunt casus speciales, quia regula est contraria.

Vide. Iudex secularis, in quibus casibus procedat contra clericos. Conclus. 450. cum duabus ibi proxime seqq, Conclusionibus.

Clericus non potest renunciare priuilegio fori. Conclusio. CCCLXXXVII.

1 CLERICVS non potest ex sua obligatione renunciare priuilegio fori, vt possit personaliter distingui coram iudice seculari. cap. si diligenti, de foro compet. Roland. cons. 4. num. 9. & seq. lib. 1.

2 Extende, quia neq; valet renunciatio cum consensu Episcopi, imo neque commissio Episcopi facta iudicibus, quorum vnus est Ecclesiasticus, alter * secularis de causa clerici, communem * dicit idem Roland. cons. 4. n. 9. & seq. & nu. 14. lib. 1.

3 Amplia, quia neque potest clericus vnius Episcopi prorogare iurisdictionem alterius Episcopi. cap. significasti, de foro compet. Castrens. cons. 432. Videtur dicendum. nu. 3. col. 2. prope fin. ver. ficut clericus. lib. 1.

4 Extende, quia multo minus potest prorogare clericus iurisdictionem secularis iudicij. Socin. in cap. si quis Clericus. nu. 2. & in cap. si diligenti. nu. 12. & seq. de foro compet. vbi quod est priuilegium iuris diuini, cui renunciari nullo modo potest per clericum.

5 Restringe, quia potest clericus prorogare iurisdictionem sui Episcopi, licet ex consuetudine, vel præscriptione esset sub iurisdictione Archipresbyteri, quia iurisdictio Episcopi est naturalis, & res de facili reuertitur ad suam naturam. Abb. cons. 25. in princ. ver. sed dubium. lib. 1.

6 Restringe, quia iurisdictio potest à clerico prorogari de vno Ecclesiastico ad alium, quando ipse clericus à suo superiore non habet ordinem, neq; beneficium, quia est superior solum respectu nudi exercitij iurisdictionis. Abb. d. cons. 25. in princ. ver. sed dubium. lib. 1.

7 Amplia, quia religiosi exempti à Papa à iurisdictione ordinarij non possunt renunciare huic priuilegio, quia in odium ordinariorum sunt facti exempti, quia eos male tractabant, & quia sicut sine licentia sui Episcopi vnus clericus non prorogat iurisdictionem alterius, sic etiam exempti Papæ non possunt præiudicare. Castr. cons. 432. n. 3. vers. nunc ad propositum. lib. 1. Rom. cons. 369. Circa primum. nu. 18. ver. tria sunt, vbi apostil. in ver. c. cum tempore, dat concord.

8 Amplia etiam delinquendo, puta falsificando litteras sui clericatus, cum tamen vere esset clericus, quia licet quis perdat priuilegium, in quo falsum committit, tamen secus est in clericatu. Io.

de

de Im. conſ. 119. Ad primũ, nu. 2. ver. ad ſecundum.

9 Limita, quia poteſt clericus etiam in ſacris conſtitutus ſubijcere ſe ſtatutis laicorum, tam in ordinatorijs, quam in deciſorijs, dummodo talia ſint, quæ nõ lædant priuilegium clericorum, videlicet non tollant immunitatem perſonæ, vel fori. Abb. d. conſ. 33. col. 2. in princ. ver. reſpectu ſecundæ partis. lib. 2. vbi dicit, quod conuentio, quod cauſa ordinetur, vel decidatur certo modo, non tollit priuilegium clericale, ſed potius concernit concordiam partium faciliorem.

10 Extende, quia poteſt clericus ex conuentione approbare ſententiam iudicis laici, & latam à iudice incompetenti, quia valebit, vt pactum non vt ſententia. Abb. d. conſ. 33. nu. 2. lib. 2. vbi allegat ad hoc glo. in c. ſignificaſti, de foro compet.

11 Extende, quia imo ſtatuta laicorum non diſponentia de clericis, neque contra libertatem Eccleſiæ, ſi ſunt honeſta, debent ſeruari inter clericos etiam in foro Eccleſiaſtico. Bart. in l. 1. C. de ſumma Trinit.

12 Contrarium tenet Abb. d. conſ. 33. nu. 2. & ſeq. ver. & præſertim. lib. 2.

13 Limita, quia clericus amittit clericatum, & priuilegium fori per degradationem. Rolan. à Vall. cõſ. 4. n. 22. & ſeq. vbi, quod requiritur degradatio.

14 Reſtringe, quia per pugnam factam in duello non perdit priuilegium fori, vt coram ſeculari poſſit conueniri. Rol. conſ. 4. nu. 22. & ſeq. lib. 1.

15 Limita, niſi pactum eſſet factum coram Epiſcopo, quia tunc non valeret. Bald. conſ. 80. Clericus non poteſt. lib. 2.

16 Limita, quia valet compromiſſum clerici de lite factum in laicum, & laudum latum non erit nullum. Io. de An. conſ. 83. Viſis ijs, in prin. Abb. conſ. 33. Quia quinque, in prin. lib. 2.

17 Extende, quia imo clericus in ſacris conſtitutus valide compromittit in laicum circa bona temporalia, & patrimonialia, etiam ſine conſenſu Epiſcopi. glo. 1. in cap. ſi diligenti, circa fin. de foro compet. quam ſequitur Abb. d. conſ. 33. in prin. lib. 2. vbi reddit rationem differentiæ quare non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis laici, & poſſit compromittere, & dicit, quia laicus nullo modo poteſt habere iuriſdictionem in clericos, ſed arbiter non habet iuriſdictionem, ſed notionem quandam.

18 Extende, vt procedat etiam ſi tale compromiſſum fuerit factum in curia ſeculari, & cum decreto iudicis ſecularis, quia non alteratur natura cõpromiſſi, & potuit ex abundanti interuenire. Abb. d. conſ. 33. in prin. ver. nec obſtat. lib. 2.

19 Extende etiam ſi ſit dictum in compromiſſo, quod quatuor arbitri electi ſuccedant loco iudicis, & ſex mercantiæ in procedendo, & arbitrando, & quod tres ex eis poſſint ſine quarto iudicare, laudare, & ſententiare, quia non propterea intrat iuriſdictio ſecularis data à ſtatuto, ſed ſolatorio data à partibus iudicandi ſecundum ſtatuta, ideo valet laudum darum à tribus non vocato neque requiſito quarto, etiam ſi ſtatutum velit contrarium, quod iudex, & quatuor poſſint ſententiare, dummodo alij duo fuerint requiſiti, quia in caſu iſto non requiritur vocatio, vel requiſitio quarti arbitri. Abb. d. conſ. 33. colum. 3. in princip. num. 4. & ſeq. ver. venio ad ſecundum. lib. 2.

Clericus trahens clericum coram ſeculari perdit cauſam, & qualiter agatur ad poenam. Concluſ. CCCLXXXVIII.

1 CLERICVS trahens clericum ad forum iudicis ſecularis, perdit cauſam de iure Canonico, & Ciuili, c. ſi diligenti, de foro comp. & C. de Epiſc. & Cler. auth. ſtatuimus. Rom. conſ. 369. Circa primum, nu. 39. ver. quoad decimum, vbi apoſtilla in ver. diligenti, quæ citat Socin. in d. cap. ſi diligenti, in 12. not. & ibi apoſtilla, quæ ſequitur Romanum, vbi ſupra.

2 Qualiter agendum ſit contra clericum, qui alium traxit clericum ad forum ſeculare, vide plene Rom. d. conſ. 369. num. 39. & per totum, vbi, quod coram iudice ſeculari poteſt circa hoc conueniri, licet ſit incompetens, vt c. cum de appellationibus friuolis, de appell. lib. 6.

3 Secundo, quod noua inſtantia inchoetur, & petatur declarari.

4 Tertio, quod ſi eſt reus, deducat per viam exceptionis.

5 Quarto, quod excipiat non teneri reſpondere, & petat declarari cecidiſſe à cauſa, ita Roman. d. conſ. 369. vbi multa adducit circa diuerſum modum agendi, vide eum.

6 Amplia, vt quod dicitur de clerico trahente alium clericum corã iudice ſeculari, perdat cauſam de iure Canonico, procedit etiã in laico trahente clericum corã iudice ſeculari, quia perdit laicus cauſam de iure Ciuili. Alex. conſ. 103. Confideratis. nu. 5. ver. quod ſi laicus. lib. 5.

Vide. Clerici non ſubſunt principibus ſecularibus. Concluſ. 385. nu. 27. & ſeq.

Clerici à quibus accuſari poſſunt, vel non. Concluſio. CCCLXXXIX.

1 LAICI quando ſunt viles perſonæ non admittuntur ad accuſationem contra clericum ſuper crimine. c. cum. de accuſatio.

2 Amplia etiam ſi non ſunt viles perſonæ, quia laici non admittuntur ad accuſandum clericum ad effectum, vt degradetur, & deponatur ab ordine, & ſic criminaliter, ſecus ſi ciuiliter agatur, vt amoueatur à beneficio. Feder. de Sen. conſ. 13. Titius electus, maxime quando agit pro ſuo intereſſe, vt quia eſt parochianus, vt ibi dicit, in princ.

3 Amplia, quia imo laicus etiam patronus, vel parochianus non admittitur ad accuſandum beneficiatum clericum, vt amoueatur à beneficio, ita Soci. in reg. 19. Clericus per laicum, vbi limitat quinque modis.

4 Limita, quia laici etiam viles admittuntur ad accuſandum rectorem ſuæ parochiæ, quando ſunt parochiani, & mouentur pro ſuo intereſſe, vt quia accuſant rectorem de concubinatu. Lap. alleg. 11. per totam, vbi allegat cap. de cætero, de teſtib.

5 Limita, quando accuſarent ciuiliter clericum ad effectum, vt remoueretur à beneficio, quia admittitur laicus contra electum etiam ſi in termino

mino edicti ſciuit, & non oppoſuit, quia poterit nihilominus agere poſt, & accuſare ciuiliter, maxime ſi eſt parochianus; & ſua interſit. Feder.de Sen.d.conſ.23. Titius electus, vbi ita conſulit.

Clericus quando torqueri, & puniri poſsit. Concluſ. CCCXC.

1 CLERICVS de furto, vel alio delicto indiciatus poteſt torqueri per iudicem eccleſiaſticum. Zabar.conſ.45.nu.2.

Vide. Torqueri poſſunt omnes, ſi præcedant indicia, & qui non. Concluſ. 328.

2 Extende, quia confeſſus delictum tortus poteſt de alijs interrogari. Card. Zabarel. d.conſ.45. in fine.

3 Extende etiam ſi non præcedebant indicia ſufficientia ad torturam, quia ſi eſt confeſſus delictum furti, pro quo præcedebant indicia ſufficientia, & etiam confiteatur alia delicta vltra furtum, pro quibus nulla præcedebant indicia potuit de alijs interrogari, & torqueri, & valet confeſſio, quia præſumitur delinquens. Card. Zabarel. d.conſ.45. ver.Ad quæſitum de clerico.

Clerici pro quibus delictis poſsint deponi. Concl. CCCXCI.

1 VSVRARIVS clericus poteſt deponi. Alexand.conſ.72.Inſpecto diligenter, in princ. libro 1.

2 Blaſphemus punitur criminaliter. Alex.d.conſ. 72.ver.ſecundo, in princ.lib.1.

3 Non tamen deponitur ex ſimplici blaſphemia, niſi eſſet ſolitus ex conſuetudine mala blaſphemare. Alex.conſ.72. nu.8. lib.1.

4 Diſſipans, vel alienans bona Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus remouetur, vel deponitur. Alex.d. conſ.72. in princ.ver.tertio.lib.1.

5 Luſor taxillorum deponitur, & priuatur. Alex. d.conſ.72.in prin.ver.quarto.lib.1.

6 Fornicator deponi poteſt. Alexan.d.conſ.72.in princ.ver.quinto, lib.1.

7 Declara, quando fornicatio cadit in incæſtum, vel ſtuprum, alias non. Alexand. d.conſ. 72.in fin. num.12.lib.1.

8 Venator punitur. Alex.conſ.72.ver.ſexto, in princ. lib. 1.

9 Declara, niſi eſſet venator cauſa recreationis, & in dubio præſumitur, quod cauſa recreationis venetur. Alex.d.conſ.72.nu.12.& 13. lib.1.

10 Celebrans poſt cibum ante dormitionem poteſt beneficio priuari, & deponi. cap. ſi conſtiterit, de accuſ.

11 Promotus poſt delictum commiſſum in fraudem debet degradari, vt iudex ſecularis poſſit eum punire. Bart.in l.1.ff.de pœnis.

Vide. Clerici non ſubſunt principibus ſecularibus. Concluſ.385.nu.44.& ſeq.

12 Concubinarius poteſt deponi ſecundum communem, * ſed contra, quod ſolum poteſt ſuſpendi, & quod poſſit priuari beneficio.

Vide. Cõcubinatus quid ſit. Conc.506.n.13.& ſeq.

Clericus beneficiatus quando perdat beneficium. Concluſ. CCCXCII.

1 BENEFICIATVS clericus perdit beneficium Eccleſiaſticum ſtatim quod contraxit matrimonium per verba de præſenti, quia dicitur actus omnino contrarius. Abb. conſ. 62. In controuerſia.col.9.in prin.nu.18.ver.ad idem. lib.2.

2 Extende, quia perdit clericus cotrahens matrimonium per verba de præſenti, nedum beneficium, ſed etiam penſionem Eccleſiaſticam, regreſſum, & acceſſum ad beneficium.

Vide. Matrimonium prohibentur contrahere multi. Concluſ.148.

3 Declara plenius, vt in ver. Priuationis pœna quando habet locum, & in quibus. Concl.717.

4 Limita, quia clericus committens homicidium non eſt priuatus ipſo iure, ſed bene poteſt per viam accuſationis, vel inquiſitionis priuari. Rota in no.deciſ.14.vt lite penden.alias 448.

Vide. Homicida non eſt priuatus beneficio ipſo iure. Concluſ. 151.

Vide. Matrimonium carnale dirimit ſpirituale. Concluſ. 146.

Clericus ſacerdos conſecrat etiam ſi ſit in delicto, Concluſ. CCCXCIII.

1 SACERDOS licet peccet, & deponi poſſit ſi poſt cibum celebrat.c.ſi conſtiterit, de accuſ. tamen conſecrat ſic celebrando, quia non repugnat inſtitutioni ſacramenti, cum fuerit inſtitutum in cœna, gloſ.in cap.liquido, de conſecratio. diſtinct.2.c.quo à patribus, 76. diſtinct.

Clericus inſeruiens Eccleſiæ quid conſequi debeat. Concluſ. CCCXCIV.

1 CLERICVS inſeruiens Rectori, & Eccleſiæ in celebratione miſſæ debet participare de omnibus emolumentis relictis Eccleſiæ. cap. propoſuit, de fil.presbyt.

2 Amplia, vt procedat etiam ſi legatum ſit factum rectori Eccleſiæ, contemplatione Eccleſiæ, & non perſonæ, quia de iſto legato debet participare clericus inſeruiens miſſæ, ex quo rector ſine clerico non poteſt miſſam perficere. Gemin.conſ. 148. per totum.

Clerici coniugati quando gaudeant priuilegio clericali, vel non. Concluſ. CCCXCV.

1 CLERICVS coniugatus retinet priuilegium fori ſi cum vnica virgine contraxit, & incedat in habitu, & tonſura, alias ſecus. Iul. Clar. in §.fi.quæſt.36.nu.8.ver.quæro an clericus.

Et

Digitized by Google

3 Et quod clericus in minoribus constitutus habens priuilegium, vt a iudice seculari non possit conueniri, illud retineat etiam si efficiatur coniugatus cum virgine, dummodo portet habitum clericalem. Lap. alleg. 41. An priuilegium allegat c. vnicum, de cler. coniug. in sexto, vbi quod retinet priuilegium clericorum, quod tamen suppleas dummodo portet habitum & tonsuram, quia alterum non sufficeret. Franch. in d. c. vnico, in prin. de cleri. coniug. in sexto, & idem dicit Fulgo. conf. 123. Præsuppositis statutis, in prin. Alex. conf. 8. Videtur super primo, nu. 4. lib. 1. Ioan. de Anania. conf. 83. Visis iis, in prin. Alex. conf. 149. In causa, in prin. nu. 2. lib. 6.

3 Imo, si clericus non haberet capillos, non requiritur alia tonsura. Iul. Clar. d. quæst. 36. n. 17.

4 Extende, vt procedat multo magis ad effectũ, ne criminaliter possit puniri, quia si est in habitu, & tonsura debet remitti iudici Ecclesiastico. Fulgos. d. conf. 123. in prin. Alex. d. conf. 149. in prin. & per totum, lib. 6. Rolan. a Valle conf. 4. per totum, lib. 1. & conf. 12. lib. 2. apostill. ad Rom. singul. 419. vbi plures citat.

5 Extende, vt procedat etiam in causa ciuili, etiã si ciuilis descendat a criminali, puta si agatur de crimine ciuiliter. Io. de Anania consil. 83. in principio.

6 Extende in tantum hoc esse verum, vt procedat etiam si est dubium an incedat in habitu, & tonsura, quia iudex Ecclesiasticus debet cognoscere, & secularis debet supersedere. Fulgos. conf. 123. nu. 2. Alexan. conf. 149. nu. 3. & seq. ver. tertio præsuppono, & per totum. lib. 6.

7 Immo ista qualitas tribuens iurisdictionem, videlicet, an cum virgine contraxerit an incedat in habitu, & tonsura, vel ne debet cognosci per iudicem Ecclesiasticum. Alex. d. consi. 8. Videtur super primo, num. 4. lib. primo, & d. conf. 149. nu. 3. & sequen. uer. tertio præsuppono, lib. 6. vbi citat plures.

8 Contrarium tenet Iul. Clar. in §. fi. quæst. 36. nu. 14. in fi. vbi quod licet cognitio an quis sit clericus, vel non spectet ad iudicem Ecclesiasticum secundum magis * communem, nihilominus si dubitetur de habitu spectat ad iudicem secularem, allegat Guidopa. decis. 138. & conf. 110. nume. 2.

9 Declara, quia contrarium non potest esse verũ, vt optime dicit apostill. ad Guidopa. in verb. habitu, quia cũ semper agatur de clericatu ex qualitatibus inseruientibus, & conuenientibus clericatui, non potest secularis cognoscere, & loquitur in habitu clerici cõiugati, prout etiam loquitur Alex. conf. 149. In causa, nu. 6. uer. & licet aliquando, lib. 6. vbi allegat Ancha. in c. ea, quæ, in 5. quæstio. de reg. iur. quæ dicunt. quod in ijs, in quibus causa potest spectare ad Ecclesiasticum ratione causę spiritualis, distinguitur an qualitas sit meri facti, & cognoscit secularis, an qualitas sit iuris, & cognoscit Ecclesiasticus, sed quando agitur de clericatu, & persona clerici, siue qualitas sit facti, siue iuris, semper spectat ad Ecclesiasticum, quia sufficit quod constet de clericatu, qui omnino reddit incapacem secularem, ergo velle ex qualitatibus habitus disuestire clericum non potest esse cognitio secularis, & ipsemet Guidop. tenet hanc partem in clerico simplici, non coniugato.

10 Extende, vt procedat etiam si ante commissum delictum dimisisset habitum, & tonsuram, quia si reassumpsit vtrunq. tempore cõmissi delicti. Alex. * d. conf. 8. col. fi. libr. 1. vbi dicit * communem, & clarius hoc probat Christophor. Castillion. conf. 5. Titius Murum, n. 3. & seq. vbi quod sicuti dimissio habitus, est causa perdendi priuilegium, ita reassumptio habitus debet facere cessare perditionem priuilegij, vt quod suo facto perdidit cõtrario facto recuperet.

11 Extende in casu contrario, quia etiam si post commissum delictum dimisisset habitum, & tonsuram, si tamen tempore commissi delicti vtrunq. retinebat, habet priuilegium, quia attenditur tẽpus commissi delicti. Alex. d. conf. 8. col. fi. ver. pro hoc etiam. lib. 1. Iul. Clar. in praxi. §. fi. quæst. 36. n. 15. & 16. vbi declarat.

12 Imo si non habuisset tonsuram tẽpore capturæ, nihil releuaret, quia vnica omissio non priuat, sed est necessaria tanta perseuerantia, quod publice extimetur laicus. Castillione. d conf. 5. numer. 9. & seq. uer. non obstat, & quia non fuit monitus, quod debet fieri.

13 Plus dicit ipse Castillione. d. conf. 5. nu. 7. uer. quarto posito, quod etiam si clericus coniugatus dimisisset habitum, & tonsuram, gaudet priuilegio fori, si non fuit monitus ad reassumendum, & non assumpserit, quia licet iura loquentia de monitione loquantur in veris clericis non coniugatis, tamen dicit ipse, quod Innoc. in c. si quis suadente, loquitur etiam in clerico coniugato, vt debeat moneri, vt perdere dicatur priuilegium, nisi assumat habitum, quia hoc est inductum fauore ordinis, sic etiam ab identitate rationis in priuilegio fori amittendo, quia inductum fuit fauore ordinis.

14 Contrarium tenet Abb. conf. 33. Quia quinque, in fi. ver. ad vltimum, libr. 2. vbi quod absque alia monitione. statim quod dimittit habitum perdit omne priuilegium, & allegat Io. Andr. in c. vnico, de Cleri. coniuga. in sexto.

15 Declara, quia licet sit dubia conclusio, an Clericus se immiscens prohibitis, qui non perdit priuilegium, nisi sit ter monitus, procedat etiam in clerico coniugato, tamen Alex, conf. 149. In causa, n. 11. ver. nec etiam profuisset, lib. 6. dicit quod requiritur etiam in clerico coniugato, & dicit esse casum de hoc in clem. 1. de vita, & honest. clericor. sed quoad habitum credo contrarium verius, quia coniugatus non retinens habitum, & tonsuram non gaudet priuilegio clericatus. Rota in nou. deci. 3. de sent. excom. alias 202. incipit, Il Clericus coniugatus, & quod vtrumque debeat habere. Guidopap. decis. 138. col. 2. in fi.

16 Declara tamen, quia si extaret cõsuetudo, quod gauderet priuilegio, etiam si non incedat in habitu, & tonsura, illa est seruanda. Fulgos. dict. conf. 123. num. 2.

17 Habitus autem clericalis non est determinatus, ideo honestus habitus sufficit. Alex. conf. 8. * in fin. lib. 1. & est * communis opinio Clar. in §. fi. quæst. 36. nu. 13. Alex. conf. 49. In causa, nume. 12. ver. nec etiã dici potest, lib. 16. vbi quod cõtraria iura loquuntur de consilio, non de præcepto.

18 Contrarium, quod habitus clericalis sit habilitus ne sit breuis, c. quoniam, de vita, & honesta. clerico. & debet esse vsq. ad talos, & talis quod ex visu possit cognosci clericus. c. si iudex laicus, de sent. excom. in sexto, & propterea dicit Guidopa.

deci.

deci.138.in prin.quod portans pileum, vestem breuem fronciatam non est in habitu clericali. Hodie vero ex Constitutione Sixti V.qualis debeat esse habitus clericalis est determinatum, quæ Constitutio fuit edita de anno 1588.

19 Declara,quia non dicitur in habitu incedere clericus,qui portat birretum duplicis coloris,vel bipartitum, vel alia indumenta colorata. Clar. d. quæst.36. num. 14. ver. propterea ad iudicandum.

20 Amplia,vt clericus coniugatus deferens habitum clericalem,& tonsuram,nedum retineat priuilegium, vt percutiens eum incidat in canonem Il quis suadente 12. quæst. 2.& non possit pro excessibus puniri ciuiliter, neque criminaliter à seculari, sed nec etiam pro debito ciuili potest capi, vel detineri, quia exequutio est remittenda iudici Ecclesiastico, licet possit iudex secularis ipsum in causa ciuili condemnare. Lap.allegat.119. Quæritur non leuiter, per totam, vbi declarat. c. vnicum,de cleric.coniug. in 6. & ibi eum Franch. in §.1.tuetur & Lap.d.alleg.119.nu.2.dicit credere,quod Ro.Curia ita teneat.

21 Contrarium in causa ciuili,quod possit pro debito condemnari,& capi,tenet Io. Andr.in d.cap. vnico,de cleric. coniug.lib.6. pro quo videtur ille text.aperte hoc dicere,nisi cauilletur.

22 Amplia in tantum secularem non posse procedere contra clericum etiam vxoratum cum vnica virgine, & in habitu, & tonsura incedentem, & qualitates non possit secularis cognoscere, vt si contrarium faciat, processus,& sententia ipso iure sint nulli, etiam si nullus pro eo comparuerit, * etiam si fuerit contumax,secundum *communem, de qua Alexand.cons.149.In causa, in fi.lib.6.

23 Extende, vt procedat, etiam si extaret statutum, quod nulla exceptio, vel nullitas possit opponi contra sententiam, & bannum, quia non habet locum,quando nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis. Alex.d.cons.149.in fin. lib.6.

24 Amplia, quia clericus coniugatus cum virgine, & incedens in habitu, & tonsura,si delinquat, & postea perdat priuilegium, vt quia efficitur bigamus,non potest tamen puniri per secularem, ex quo delictum est commissum tempore, quo erat clericus, & sub Ecclesiastico iudice. Iul. Clar. in praxi. §.fin. quæst.36. num.11. vers. sed pone.

25 Extende idem, si clericus delinquat, si postea vxorem ducat, quia non potest puniri à seculari. Grammat.decis.10.sequitur Clar.d.quæst.36. nu. 11.ver.qua ratione.

26 Extende idem, si coniugatus clericus tempore delicti incedebat in habitu,& tonsura, & gaudebat priuilegio fori,licet postea dimittat habitum, quia non poterit puniri. Alex. d.cons. 149. nu.9. ver.satis est ergo. lib. 6.

27 Extende, quia consuetudo contraria non valet, & non excusat. Alex.d.cons.149.nu.10.ver.& prædicta procedunt.lib.6.

28 Amplia, etiam si clericus coniugatus non incedebat in habitu ante delictum, nec tempore delicti,sed post delictum cæpit incedere,quia non potest iudex secularis eum punire, ita Clar. d. q. * 36.num.15.ver.sed hic quæro, vbi de * communi, & allegat plures Alexand. cons.149. In causa.num. 6. & sequen.ver. & ne fortasse. lib.6. vbi apostilla in ver. recuperat citat Marsil. singul. * 480. & Alexand. dicit * communem.

Vide. Clerici non subsunt principibus secularibus. Conclus.385.

29 Extende idem,si tempore condemnationis non incedebat in habitu, sed postea, quia debet ad forum Ecclesiasticum remitti. Clar. d. quæst.36. num.16.

30 Extende, vt idem sit si tempore delicti incedebat in habitu, licet postea dimisisset habitum. Alex.cons. 149.nu.9.ver.satis est ergo.lib.6.

31 Restringe, nisi constaret, quod reassumpsisset habitum, & clericam in fraudem, quia tunc * potest puniri, communem * dicit Clar. d. quæst. 36.num.16.in fin.

32 Amplia, quia clericus coniugatus mortua vxore remanet simpliciter clericus, & retinet sua priuilegia, ac si nunquam vxorem duxisset. Iul. Clar.d.quæst.36.nu. 18.

33 Amplia, quia clericus coniugatus captus sine tonsura, & habitu clericali debet remitti ad suum iudicem Ecclesiasticum, quando probat se clericum per exhibitionem instrumenti suæ ordinationis in forma probanti. Castillio.cons.5.num. 5. & sequ. ver.secundo principaliter, vbi, quod etiam probauit per testes.

34 Extende,vt procedat etiam, si ipse negasset se esse clericum, quia ex quo constat de contrario, debet remitti ad forum Ecclesiasticum. Castillio. cons.5. Titius murum.nu.9.vsque in fin. ver.insuper non obstat.

35 Contrarium tenet Guidop. decis. 138. per totam,& male,dum vult,quod cognitio qualitatum, an perdiderit priuilegium clericatus ex dimissione habitus,vel tonsuræ spectet ad secularem,quia eum reprobat apost. Aufrer.ibi in ver.habitu,quæ dicit quod ex quo tendit hæc qualitas ad clericatum, non potest cognosci per secularem, plenius Alex.d.cons.149.nu.6.ver.& licet aliquando.

36 Limita quoad alia, quæ non respiciunt offensam personalem, neque suppositionem quoad excessus, neque capturam quoad ciuilia iudici seculari, quia quoad onera quoad hoc vt contra eum procedatur in ciuili quoad exequutionem realem non retinet priuilegium. Lap. d. allegat. 118.n.6.vers.respondeo. Abb.cons.33.Quia quinque.nu.4.ver.concludo.col.2.in fi.lib.2.

37 Extende limitationem, vt procedat etiam in clericis coniugatis, & presbyteris orientalibus, quia quod dicitur de clerico vxorato occidentali, procedit in presbytero vxorato orientali.Bal. cons. 23. Orientalibus licitum, per totum. lib. 3. vbi, quod non debent habere duo specialia, vt habeant vxores, & pro bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio cælibatus.

38 Limita si esset effectus bigamus, vt quia contraxit cum duabus vxoribus, successiue vna post aliam. Iul. Clar. in §.fin. q. 36.n.9.ver.si vero sit bigamus.

39 Declara, quia clericus effectus bigamus interpretatiue, & improprie, veluti, si postquam contraxit cum virgine, ipsa commisserit adulterium,& ipse eam cognouerit,quia non perdit priuilegium clericatus.Clar.d.q.36.nu.9.& seq. maxime nu.10.in fi.vbi dicit * communem.

40 Limita, quia ad hoc, vt coniugatus clericus gaudeat priuilegio, oportet, quod abstineat ab armis, & à negociationibus, alias perdit priuilegium. Iul. Clar. d. quæst.36. num.12. vers. hæc vero

vero omnia, allegat Bertrand. conſ. 13. nu. 5. lib. 8. Alex. de Neuo conſ. 66. nu. 4.

41 Limita, quia Clericus coniugatus quantumcũque cum vnica virgine non gaudet priuilegio fori ſi repertus fuit ſine tonſura, & habitu clericali. Anchar. conſ. 216. Nos Bartol. in prin. quod eſt eſt Salycet. Calder. & Anchar.

42 Et quod Clericus coniugatus perdat priuilegium, ſi non incedat in habitu, & tonſura, alius vero Clericus non cõiugatus, ſecus eſt, niſi eſſet ter monitus. * communem dicit Clar. in §. fi. quæſt. 36. num. 19. ver. hæc autem.

43 Contrarium, quod ipſe quoque debeat ter moneri, vt perdat duo priuilegia, quæ retinet, videlicet, vt percutiens eum ſit excommunicatus, & quod non poſſit coram ſeculari conueniri. Caſtillion. conſ. 5. nu. 7. & 8. ver. quarto poſito.

44 Limita, quia valet compromiſſum factum per talem Clericum coniugatum, etiam ſi incedat in habitu, & tonſura, quia poteſt in laicum compromittere, & valebit compromiſſum. Io. de Anania. conſ. 83. in prin.

45 Limita, quia Clericus cõiugatus præterquam quo ad duo, reputatur laicus, ideo non poteſt Epiſcopus eidem delegare cauſas criminales Clericorum. * communem dicit Clar. in §. fi. q. 41. nu. 7. ver. ſed an poterit.

Clericus de quibus teſtari poſsit, vel non. Concl. CCCXCVI.

CLERICI non poſſunt teſtari de bonis Eccleſiaſticis, c. 1. de præben. quia debent cõſeruari Eccleſiæ. c. illud vero, 12. q. 2. quia ſunt bona Dei, & Clericus beneficiatus de eis non poteſt diſponere, neq teſtari, & hoc eſt indubitatum, vt dicit Clar. in §. teſtamẽ. q. 27. n. 4. ver. dixi ſecũdo.

Reſtringe niſi niſi Papa daret licentiam teſtandi de aliquibus bonis Eccleſiæ. Clar. d. §. teſtamẽtũ. q. 27. n. 5. uer. ſed quæro, vbi quod Papa habet abſolutã poteſtatẽ in beneficialibus, ſed tamẽ debet animaduertere ex honeſtate, ne fiat ſine cauſa, quæ reſtrictio videtur ſuperflua, quia nunquã datur iſta facultas quoad bona iam effecta Eccleſiæ, ſed fructibus, & cũ multis reſeruationib.

3 Amplia, vt neq. teſtari poſſint de ijs quæ intuitu Eccleſiæ quæſita ſunt. Bal. conſ. 313. Præmittendum eſt, in princ. libr. 2. vbi quod talia bona ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia non tranſeunt ad cõſanguineos ex teſtamento, neq. ab inteſtato.

4 Amplia, quia neq. poteſt teſtari de bonis acquiſitis ex fructibus Eccleſiæ perceptis, & cõſumptis, quia talia bona ſpectãt ad Eccleſiã, & ad ſucceſſores in beneficio, non autẽ ad hæredes acquirentis Prælati mortui. Clar. d. §. teſtamentum, q. 27. nu. 6. ver. tertio dixi, vbi caueant ne per tertias perſonas acquirant in fraudem Eccleſiæ, vt deueniant ad conſanguineos, quia non Deum, qui videt omnia non decipiunt, ſed animas ſuas.

5 Amplia, vt nec de fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ habent in adminiſtrationem poſſint teſtari, quia illos tenentur ſucceſſori reſeruare, quando non ſunt percepti, quia beneficiatus cum incipit infirmari æquiparatur uſuario quoad beneficia, quæ habet in adminiſtrationem. Bal. conſ. 313. nu. 2. ver. ſed modo videndum, lib. 2. Aegid. conſ. 1. nu. 47. uer. ſed opportet. Alex. conſ. 111. Super primo, in prin. libr. 7. ubi dicit * communem, & * communem etiam dicit Clar. d. §. teſtamentum, quæſt. 27. numer. 8. ver. quarto uidendum.

6 Extende, quia non poſſunt teſtari de fructibus Eccleſiæ, etiam ſeparatis a ſolo, & recollectis, plene laſ. conſ. 75. uol. 3. ubi allegat plura ad hoc. quia debẽt Eccleſiæ ſeruari, c. illud vero, 12. q. 2. c. quia nos, & c. cum in officijs, & c. relatum il ſecondo, de teſtam.

7 Declara, quia etiam fructus beneficiorum, quæ quis nõ habet in adminiſtrationẽ, (licet faciat illos ſuos) & penſiones de quibus nihil diſpoſuit, reſeruantur ſucceſſori, & Eccleſiæ. Bal. d. conſ. 313. n. 3. uer. nam ſi quidem. lib. 2.

8 Extende, quia beneficiatus debet eſſe contentus, uictu, & ueſtitu, & quod ſupereſt tenetur conſeruare Eccleſiæ, c. Epiſcopus. 12. q. 1. imo eſt 10. q. 2. & eſt Concilium Toletanum. ſed Clar. d. §. teſtamentum. q. 27. nu. 2. dicit quod ille text. non inducit neceſſitatem, ſed dat conſilium, & dicit * communem.

9 Extende, quia neq. de conſuetudine ſubſtinentur legata facta de fructibus beneficiorum, niſi quoad modicam ſummam, prout ſunt calciamenta, & alia leuis præiudicij. glo. & Docto. in d. c. cum in officiis, de teſtam.

10 Reſtringe in ſimplici beneficiato non habente adminiſtrationem, quia poteſt teſtari de fructibus beneficiorum, & ſuccedunt in eis hæredes quãdo ſunt percepti. Alex. d. conſ. 101. in prin. libr. 7. ubi quod * omnes ita tenent, & ibi apoſtil. dat, conoord. & dicit eſſe de conſuetudine.

11 Limita in bonis acquiſitis intuitu perſonę, uel ex hæreditate, aut alias, præterquam contemplatione Eccleſiæ, quia de iſtis poſſunt teſtari, & etiã ab inteſtato ſuccedunt conſanguinei. Bal. d. conſ. 313. in prin. uer. alia uero bona, lib. 2. Card. Zabarel. conſ. 79. Alex. conſ. 63. In dubitatione, in prin. lib. 5. allegat cap. 1. & c. quia nos, de teſtam. & l. Sacroſanctæ. C. de Epiſ. & Cleric. plenius Alex. conſ. 101. Super primo, in prin. lib. 7.

12 Extende in bonis, & propriis laboribus Clerici, & beneficiati acquiſitis, Alex. d. conſ. 101. in prin. lib. 7.

Vide. Bona per Prælatum aquiſita, an ſint hæredum, uel Eccleſiæ. Concluſio. 112.

13 Limita in fructibus perceptis, quando habuit facultatem teſtandi a Papa de eis, quia vſque ad illam ſummam expreſſam tantum poteſt teſtari, c. porro de priuil. quia huiuſmodi facultas ſtricte eſt intelligenda. Felin. in c. cauſam quæ, nume. 44. de reſcrip. & eſt * communis opinio, ut per Deci. conſ. 512. quem citat, & ſequitur Clar. in §. teſtamentum, q. 27. nu. 5. uer. ſed quæro, & nu. 7. uer. ſed an poterit, ubi dicit * communem, allegat etiam Deci. conſ. 157. nu. 1. uer. ulterius etiam.

14 Extende, quia poteſt teſtari pro prima uice tantum, ut per Deci. conſ. 512. ubi numer. 3. dicit * communem, & circa fi. uer. quarto, dicit quod ſufficit, quod aliquid operetur, & ideo ſtricte intelligenda eſt talis facultas. Soci. Iun. con. 89. l. b. 1.

15 Contrarium tenet Sarmient. de redditib. Eccleſiaſt. 4. parte, c. 4. qui probat optimis rationibus, quia teſtamẽtũ nõ habet in vita teſtatoris effectũ.

16 Declara, quia in tantum facultas teſtandi conceſſa a Papa de fructibus beneficiorum eſt ſtricta, & odioſa, vt ſi eſt cõceſſa pro 500. & teſtetur pro 600. nõ valet ſupra ſummã. ſed omnes legatarij pa-

tiuntur diminutionem pro rata, ſi vero teſtatur pro minori ſumma non valet vltra ſummam, pro qua teſtatus, eſt de primo, l. in quartam, §. magna, ver. quod ſi, ff. ad l. Falcid. Inſtit. eod. tit. §. fi. de ſecundo. Bar. Bald. & Salycet. in l. fi. C. de rebus creditis.

17 Limita, quia imo habeas facultatem teſtandi licet fecerit teſtamentum prius quod erat nullum, tamen illud conualeſcit ex facultate præfata. Caſtren. in l. ſi iam facta, ff. de condit. & demonſtra. cũ aliis quos citat Gabriel. conſ. 158. n. 7. lib. 1. & ſequitur Alex. conſ. 95. Requiritur. n. 10. ver. nõ obſtat, lib. 7. vbi reddit rationem, quare verba de futuro includant teſtamẽtum nullum factum, quia recipit vires a morte, & a futuro.

18 Contrarium tenet ipſe Gabriel. d. conſ. 158. nu. 7. & ſeq. lib. 1. vbi quod non valet, niſi fiat de nouo, & plures allegat.

19 Declarat Alex. d. conſ. 95. num. 10. lib. 7. quod conualidatur, quia non eſt actus, qui ſortitus ſit effectum, alias ſecus, & in prin. conſilij dat ſimile de damno in crimine læſæ Maieſtatis, cuius teſtamentum nullum conualeſcit, ſi Papa hæredes reintegraret quouis modo.

20 Limita de conceſſione, vel priuilegio Papæ, quia quod poteſt conſuetudo poteſt Papa per priuilegium. Aegid. d. conſ. 1. n. 47. in fin. vbi quod ipſe habuit hanc facultatem pro florenis quatruor millibus de camera teſtandi.

Vide. Papa abſolute poteſt omnia. Concluſio. 49. n. 61.

Vide. Clericus teſtatur ſi habet facultatem a Papa. Concluſio. proxima ſeq.

21 Reſtringe, quia adeo eſt odioſa hæc licentia, vt intelligatur de primo actu, & primo teſtamento. Deci. conſ. 512. Socin. conſ. 89. lib. 1. vbi etiam valet in vita concedentis. Couarr. c. cum in officiis, numer. 8. de teſtam. Curt. Iun. conſ. 178. Marian. Bizich. de ſubfœud. lib. 2. lim. 21.

22 Item dummodo exprimat velle vti facultate conceſſa.

23 Contrarium vtroque caſu quod non intelligatur de prima vice, nec requiratur expreſſio, neq. expiret morte concedentis. Sarmient. de reddit. Eccleſ. 4. parte, cap. 4. & idem tenet Gabriel. conſ. 83. lib. 1.

24 Declara vt late per Gabriel. conſ. 158. numer. 9. vt ſi verba ſunt generalia, ſufficiat, alias non.

25 Limita, quia Epiſcopus, & Clericus poteſt teſtari de bonis patrimonialibus prout alij poſſunt. Aegid. Bellam. conſ. 1. nu. 47. vbi quod non habet difficultatem. Zabarell. conſ. 79. in prin. c. cum in * officiis, vbi * Doctor. de teſtam. & idẽ dicit Clar. in §. teſtamentum, q. 27. in prin.

Vide. Teſtari an poſſit Epiſcopus, & Beneficiatus de fructibus. Concluſ. 144.

26 Extende, vt idem ſit de bonis quæſitis aliunde, quam ex beneficijs Eccleſiaſticis. Aegid. d. conſ. 1. num. 47. vbi allegat ſe ipſum, in c. cum venerabilis de except. in 4. quæſt. Cardin. Zabarell. conſ. 79. in prin, vbi quod dicitur caſtrenſe, vel quaſi acquiſitum, quando non ab Eccleſia prouenit.

27 Limita, quia etiam de fructibus Eccleſiaſticis perceptis, vel acquiſitis ex eis poſſunt teſtari de conſuetudine Franciæ generali, vbi tuetur Rex teſtamenta Clericorum. Aegid. d. conſ. 1. num. 43. uer. aut queris de conſuetudine.

28 Imo quod cõſuetudo inualuerit, quod licet ſint æquiparati vſuarijs, ita quod non poſſunt facere fructus ſuos, niſi pro expenſis rationabilibus, tamen de conſuetudine vniuerſali equiparãtur vſufructuarijs, ita quod faciant fructus recollectos ſuos, & poſſint teſtari, tenet apoſtil. ad Alex. conſ. 101. Super primo, in prin. lib. 7. in ver. fructibus, allegat Card. Zabarel. in clem. gratiæ de reſcript. & clemen. 1. de præben.

29 Sed Alex. conſ. 101. admittit quod ſimplex beneficiatus ſine adminiſtratione poſſit teſtari de fructibus beneficiorum recollectis, vt vſufructuarius, ſecus ſi habet adminiſtrationem, ita dicit d. conſ. 101. in prin. lib. 7.

30 Vide ſupra nu. 9, quia eſt multum controuerſa, quia etiam ſimplex beneficiatus non poteſt teſtari, vt per Ias. d. conſ. 75. col. 1. ver. nec obſtat fundamentum. lib. 3.

31 Limita in diſtributionibus quotidianis, quia licet contemplatione Eccleſiæ debeantur ſecundum * communem, tamen ſecundũ magis * communẽ debentur contemplatione ſeruitij perſonalis, ideo abſ contentioſa opinio pro vtraq. parte ideo Clar. d. §. teſtamentum, q. 27. n. 10. uer. quinto dixi, vſq. in fin. dicit quod ita obſeruatur, maxime in iam exactis.

32 Totam materiam diſtinguas, vt per Zabarel. conſ. 79. Dico de iure, quod licet laici habeant peculium profectitium, aduentitium, caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, tamen Clerici habent ſolum duplex peculium, videlicet profectitium, quod prouenit ex bonis Eccleſiæ, & caſtrenſe, quod prouenit aliunde, de primo non poteſt Clericus teſtari, de ſecundo poteſt teſtari, & etiam habet hæredem ab inteſtato.

33 Caſtrenſe igitur dicitur, vel ex ſucceſſione conſanguineorum, vel ex artificio, aut induſtria Clerici, ſeu dono conſanguineorum, & amicorum non contemplatione Eccleſiæ. Zabarell. dict. conſ. 79. in prin.

34 Probantur bona caſtrenſia ſi conſtat quod ante adeptam dignitatem habebat bona, & caſtrenſia. Zabarel. d. conſ. 79. in prin.

35 Idem eſt ſi Beneficiatus fieri fecit inuentarium de bonis ſuis ſeparatis a bonis Eccleſiæ. Alexan. conſ. 116. Viſo Chyrographo. num. 4. lib. 3.

36 Idem quando ipſe beneficiatus mutuauit, vel legauit ſub aſſertione, quod ex peculio ſuo, & induſtria, vel ex patrimonio ſuo, quia tunc ſi conſtare poteſt, quod habebat patrimonium, vel officium, ſeu induſtriam, ex quibus aſſertio verificari poſſit præſumitur pro aſſertione ne fuerit immemor ſalutis dicendo mendacium. Alex. d. conſ. 116. num. 3. uer. ubi autem, lib. 7. ubi dicit menti tenendum.

37 Vide tamen quia de iure Canonico Epiſcopi prout alij teſtantur de acquiſitis ex induſtria, de iure Ciuili ſecus, quod attendi non debet, ita Alex. d. conſi. 116. nu. 6. uer. & licet aliqui. lib. 7.

38 Si dubitatur an bona ſint caſtrenſia, vel acquiſita contenplatione Eccleſiæ, cui incumbat probatio, diſtinguuntur tres caſus, aut conſtat quod ante adeptum beneficium habebat Clericus bona propria, aut conſtat quod nihil habebat, aut eſt dubium. Zabarel. d. conſ. 79. nu. 2. uer. diligẽter autem, & idem dicit Roma. conſ. 159. num. 4. uer. ego autem, vbi plena apoſtil. inuer. tria membra, cuius infinitos concord.

Primo

39 Primo caſu quando conſtat, quod ante habebat bona propria, & hæres poſſidet, res eſt clara, quod præſumitur pro poſſeſſore. Zabarell. d. conſ. 79.nu.2.ver.ſed primo caſu.Roman.d.conſ. 159.nu.4.ver.primo caſu, vbi hoc admittit ſi conſtat,quod ex proprio, vel Eccleſiæ acquiſiuit.

40 Extende etiam ſi hæres fuiſſet ſpoliatus a ſucceſſore beneficij, quia iſto caſu debet reſtitui, & facta reſtitutione incumbit probatio Eccleſiæ. Zabar.d.conſ.79.nu.2. ver.ſed primo caſu.

41 Roman. aliter dicit, quod primo caſu quando conſtat, quod habebat bona propria ante beneficium, & ſi poteſt conſtare ex quibus redditibus,videlicet, vel patrimonij, vel Eccleſiæ fuerit facta acquiſitio, & tunc res eſt hæredis, vel Eccleſiæ, prout conſtat. Rom.d.conſ.159.nu.3.ver. primo caſu, & idem dicit Clar.in §.teſtamentum. q.27.num.3. verſ.ſed quid dicendum, vbi dicit * communem.

42 Et idem eſt quando ſi non habebat patrimonium, ſed induſtriam,ex qua potuit acquirere, prout doctrina, vel artificium. Rom. d.conſ.159. col.pen.in fi.ver.aut habebat aliquod artificium.

43 Secundo caſu,quando conſtat, quod nihil habebat clericus, & ceſſat induſtria, præſumitur de bonis Eccleſiæ.Zabar.d.conſ.79. nu. 2. Roman.d. conſ.159.nu.4. ver.primo caſu, vbi, quod ſi conſtat,quod ex redditibus Eccleſiæ acquiſiuit,ſuccedit Eccleſia,& plenius repetit col.3. nu.4. ver.ſecundo vero caſu,vbi apoſtill.in ver. Eccleſia,quæ citat eundem Rom.conſ.346. In cauſa Baſilienſi, in 9. dubio, & dat exempla de vxore acquirente,& de officiali, vt ſi de ſuo non habent, præſumantur acquiſiuiſſe de bonis mariti, vel ex emolumentis officij,& reſpondet ad contraria de tutore, quia beneficiatus non poteſt negociari,neq; artem exercere.

44 Tertio caſu, quando habet bona propria, vel induſtriam,& beneficium,an acquiſitum præſumatur ex patrimonio, vel ex induſtria,vel ex redditibus Eccleſiæ, & idem eſt, quia ſi bona propria non haberet, ſed ſolam induſtriam,& beneficium, tunc ſtatur præſumptionibus, & coniecturis, & veriſimilitudinibus, & iudex omnia conſiderabit, quia vna præſumptio vincit aliam,ideo erit arbitrarium iudici. Zabar.d.conſ.79.nu.2.in fin. ver. dico tamen. Alexan.plenius conſ. 101. Super primo. num.4. lib.7. vbi apoſtill citat plures in ver. coniecturis, & plenius conſ. 116. Viſo chirographo.num.2.& ſeq. lib.7.vbi, quod ſi habet beneficium tenue,officium lucroſum,quia lector,vel aduocatus eſt,inclinabit,quod non ex fructibus Eccleſiæ fuerit facta acquiſitio.

45 Contrarium dicit Roman. quod ex quo acquiſiuit in confuſo, quod deductis expenſis pro rata fiet diuiſio, vt quia ſi habet centum in redditu patrimonij, & 200.in redditu beneficij Eccleſia habeat duas partes ex acquiſitis, hæredes vnam tertiam.Rom.d.conſ.159.num.4.ver.aut dubitatur, vbi dicit eſſe caſum in c. ſacerdotes 12. quæſt.4.

46 Declarat Alex.d.conſ.116.n.3.ver.benefaciunt. lib.7. quia deducet iudex prius ex redditibus Eccleſiaſticis,quantum expendere potuit pro victu, veſtitu, & ſeruitio Eccleſiæ, quia qui altari ſeruit,de altari viuere debet, & quod in hoſpitalitate,& operibus charitatis,& tollit contrariũ, quod habens alimenta debet operari Eccleſiæ, quia non ſemper eſt verum, & quia recipitur ab Eccleſia non vt alimenta, ſed vt fructus.

47 Et qui eſt in poſſeſſione non amouetur donec iudex terminauerit. Zabarel. d.conſ.79.in fin.

48 Declara, quia contentioſa eſt opinio an beneficiatus exquiſierit ex fructibus Eccleſiæ,vel ex patrimonio,vel ex induſtria quando contẽtio eſt inter Eccleſiã, & hæredes clerici, quia tũc dicimus de clerico,quod de vxore,quando cum marito,vel de hæredibus mariti cõtendit,quod tũc contra eã præſumitur,niſi probetur,ſed ſi agatur non cũ Eccleſia,ſed cum extraneis,tunc non intrat præſumptio pro Eccleſia,ſicut contra vxorem,non oritur præſumptio,niſi quando maritus, vel hæredes mariti inferunt controuerſiam,ita pulchre Alexand. conſ.101.Super primo.nu.3.lib.7.

49 Declara toram iſtã materiam, quæ eſt controuerſa an clericus præſumatur acquiſiuiſſe ex fructibus Eccleſiæ,vel ex patrimonio, aut ex induſtria,quia ſi tẽpore beneficij obtenti habebat bona propria,vel erat homo induſtrioſus res eſt arbitraria iudici,& coniecturalis:ſi nihil probetur, vel nihil habebat, neq; extat præſumptio, quod ex induſtria,præſumitur ex fructibus Eccleſiæ,ita plene Alex.d.conſ. 101.Super primo.n.4.ver.præterea dicta concluſ.lib.7.vbi apoſt. in ver. coniecturis,dat plures concor. & iſta eſt cõmunis*opinio,quod ſi non probatur,quod aliũde quæſiuerit, præſumitur, quod intuitu Eccleſiæ. Corne. conſ. 88. lib. 2. & alij, quos citat Clar. in §. teſtamentum. q.27. ver. ſed quid ſi nihil probetur, vbi dicit * communem,& citat plurimos de communi.

50 Contra Eccleſiam facit,quia pro victu, & veſtitu præſumitur potius expẽdidiſſe redditus Eccleſiæ,quam patrimoniales,& caſtrenſia, quia qui altari ſeruit de altari viuere debet, deductis igitur expenſis neceſſarijs tanquam factis ex redditibus Eccleſiæ, iudex ex veriſimilibus coniecturis declarabit,ita Zabar.d.conſ.79.in fin.

51 Pro Eccleſia, quod imo in dubio potius præſumatur acquiſiuiſſe ex fructibus Eccleſiæ,facit cap. placuit,& ibi Docto. maxime Prepoſit. in primo, & ſecundo not. 12.quæſt.4.

52 Aut eſt dubium,an bona,de quibus agitur fuerint acquiſita ante adeptum beneficium,vel poſt, & tunc qui poſſider, habet intentionem fundatam donec contrarium probetur. Roman.d.conſ.159. col.pen.in fin.ver.tertio caſu,vbi apoſt.in ver.defenderetur, quę citat plurimos, & dicit ita Rotam Romanam tenuiſſe.Alex.conſ.116. Viſo chirographo.n.2.in fi.ver.bene facit.li.7.Creſcen.dec.2.li.2

53 Aut dubitatur an beneficiatus habuerit bona propria ante beneficium,ex quibus potuerit acquirere,& tunc præſumitur pro Eccleſia.Rom.conſil. 159.circa fi.col.pen.in fi.ver.aut vero,& eſt communis opinio.Clar.d.§.teſtamentum. q. 27. nu. 3. ver.ſed quid ſi dubitetur.

Vide Concluſ. prox.ſeq.

Clericus teſtatur de fructibus Eccleſiaſticis,& alijs ſi habet licentiam à Papa,vel à conſuetudine. Concluſ. CCCXCVII.

1 FACVLTAS teſtandi, quam Papa concedit de bonis Eccleſiæ clericis,valet ſecundũ*communem,

munem, etiam ſine cauſa. Deci.conſ.511.per totum, & hoc vſu Chriſtianæ Orbis recipitur. Couarru. cap.in officijs.num.7. de teſtam.

2 Et proprie dicitur indulgentia.Gabriel. conſil. 83.num.19.lib.1.allegat Abb.in cap. pen.de cler. non reſid.Ane.de Butr. in cap.fin. ne Prælati vices ſuas, vbi Abb.num. 4. dicit, quod licentia datur ab inferiore, quæ regulatur ab arbitrio boni viri, non ſic indulgentia quæ datur à Papa, & ſupremo Principe tantum, & vtraque durat tempore ſucceſſoris.

3 Et iſta facultas eſt quædam donatio, quia per illam res Eccleſiæ transferuntur in alium. Deci. conſ.156.Quæritur.num.3.

4 Et eſt merum priuilegium, ſeu diſpenſatio. Bald.in l.fi.num.4.ff.de conſtit.prin.dum allegat. l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.clare Natta conſil. 164.nu.6. ideo quatenus plura ſpecialia continerent eſt odioſiſſima.

5 Et concedi ſolet Cardinalibus, & Epiſcopis ob eorum merita, & propterea poteſt dici donatio correſpectiua, ideo quatenus excedit non valet, vel poteſt dici pura, vel datur de læſione. Rui.conſ. 60.nu.16.lib.3.Clar.de donatio.q.3. vbi de communi. Caſſan.conſ.7.num.11.Tiraquel.in l.ſi vnquam.ver.donatione largitus.nu.80.

6 Et quod poſſit dari Cardinalibus, vt teſtentur de quæſitis ratione Cardinalatus.Iaſ.auth.ingreſſi. C.de ſacr. Eccleſ.nu.12.vbi apoſtill.

7 Et eſt ſpecies alienationis iſta facultas teſtandi de bonis ab Eccleſia quæſitis. Barbat. de præſtan. Card.quæſt.4.num.5.Alexan.conſ.101. lib.1. Socin.conſ. 13.n.7.lib.1. Deci.conſ.156.n.2. & 3.

8 Vel potius eſt ius ad rem, & ſic quærendum non acquirere, ſed quia eſt formatum dicitur perditio, & damnum, in ſimili Gomez. de iure quæſito non tollen.quæſt.4.

9 Et poteſt Papa etiam concedere monacho hanc facultatem teſtandi. Natt.conſ.508.nu.7.vbi multos allegat, & dicit ideo procedere, quia conniuente ſuperiore poteſt aliquid habere. Iaſ. in auth.ingreſſi C.de ſacr.Eccl.nu.11. vbi apoſtil.

10 Odioſa, & correctoria eſt facultas teſtandi de bonis Eccleſiæ, vt tradunt Deci.conſ.512.per tot. nu.6.Soci.conſ.89.per totum.num.19.& ſeq.lib.1. Couarr.in c.cum in officijs.nu.7.& ſeq.de teſtam. plenius Curt.Iun.conſ.178.in fin.

11 Et ideo intelligitur de primo actu, item intelligitur reuocata mortuo concedente, item quanto minus continet, tanto minus lædituſ ius commune. Deci.d.conſ.512.Soci.d.conſ.89.lib.1.

12 Contrarium, quod imo non extinguatur morte concedentis, quia eſt gratia, & quod non intelligatur de primo actu, plene Sarment. tract. de reddit. Eccleſiaſt. parte 4. cap. 4. nu.4. & ſeq. tomo 15.parte 2.fol.390.

13 Extenditur tamen ad penſiones, licet ſit conceſſa de fructibus Eccleſiaſticis, quia penſio eſt in fructibus.Gamba.de legato.lib.6. nu.583.

14 Amplia, quia hæc facultas conceſſa per Papam, valet, & operatur diſpoſitionem validam eſſe.

Vide Concluſ.proxim.præced. ſub num. 13. & ſeq. & num.20.

Vide. Papa abſolute poteſt omnia. Concluſio. 49.num. 61.

Vide. Teſtandi facultas de fructibus Eccleſiaſticis quid operetur.Concluſ.145.

Clericalis tonſura habet multa ſpecialia. Concluſio. CCCXCVIII.

1 CLERICALEM tonſuram, & minores ordines habens, ſpeciale priuilegium dicitur habere, quia ita inſignitus poteſt eſſe clericus, ſi vult, & in ijs, quæ repugnant clericatui, poteſt per actum contrarium illi renunciare, vt non ſibi obſtet clericatus.Calder.conſ.305.in fi.alias 2.de ſpod. ver. poſſet etiam defendi.

2 Non renunciatur clericali tonſuræ, neque illius priuilegio, licet clericus ſe immiſceat in ijs, quæ ſunt clericis prohibita, niſi ſæpiùs monitus à ſuperiore Eccleſiaſtico, & ſit incorrigibilis, quia tunc poteſt per iudicem ſecularem puniri. Alex. conſil. 8. in fin. lib. 1. & iterum conſil. 149. In cauſa inquiſitionis. num. 11. verſ. nec etiam profuiſſet. lib.6.

Vide. Clericus coram ſeculari conueniri poteſt certis caſibus. Concluſione 386. num. 21. & ſequenti.

3 Extende, vt procedat etiam in clerico coniugato cum vnica virgine, quia ſi incedit in habitu, non perdit priuilegium, ſi ſe immiſceat in prohibitis, niſi ſit ter monitus, prout alii clerici. Alexan.conſ.149. In cauſa.num.11.ver.nec etiam profuiſſet. lib.6.vbi dicit, quod licet Ioan.de Imo. dicat non recordari legiſſe, quod hæc trina monitio requiratur in clerico coniugato, tamen dicit Alex. quod videtur clare deciſum eſſe in clement. 1.de vita, & honeſt.Cleric.

Clerus quid ſit, & contineat. Concluſ. CCCIC.

1 CLERVS eſt vniuerſitas clericorum, quorum caput eſt Epiſcopus, & Prælatus, & differt à populo, quia appellatione populi non venit clerus, neque è conuerſo in odioſis. cap. ſi ſententia.de excom.lib.6.

2 Et religioſi, & monaſteria etiam exempta comprehenduntur in clero, & ſunt de clero. Abb. in conſ.7.& conſ.26.lib.2.

3 Extende etiam in oneroſis, quia Monaſteria exempta tenentur contribuere oneribus imminentibus clero ſecundum vnam opinionem, licet in contrarium ſit text.in cap.quam ſit, 18.quæſt.2. ita Abb. conſ. 26. Videtur.num.3.ver. item dico circa quartum.lib.2.

4 Declarat Abb.d.conſ.26.col.pen. ver. ſed prædictis non obſtantibus. lib. 2. vt reſpectu onerum communium in clero, & charitatiui ſubſidij, quia dubium eſt an teneantur Monaſteria, & loca religioſorum, ſi extat præſcriptio immemorabilis, vel conſuetudo non ſoluendi, ex quo huiuſmodi præſcriptio habet vim priuilegij, & tituli non tenentur, quo vero ad onera procurationum verſus Legatos, & Nuncios Sedis Apoſtolicæ, ac Epiſcopi viſitantis non præſcribitur contra Legatos, & Nuncios, neque Epiſcopum, etiam per tempus immemorabile, ſed bene præſcribitur

ſcribitur contra clerum, vt clerus ſoluat totum.

5 Archiepiſcopus eſt de clero, & caput cleri, c. ſi ſententia, de ſent. excom. lib. 6. Abb. conſ. 7. Tria in prin. ver. probatur, libr. 2.

6 Extende, quia Epiſcopus eſt caput cleri, & eſt de clero, & tenetur pro rata ſua cõtribuere cũ clero, ideo tenetur cũ alijs ad procurationes Legatorum, & Nunciorum Apoſtolicorum, & ad omnia onera extraordinaria. clem. 2. §. ſunt & nonnulli, de cenſib. Abb. d. conſ. 7. col. 1. ver. probatur. lib. 2.

7 Reſtringe, quia ſi clerus donat etiam Papæ ſine licentia Epiſcopi non tenetur Epiſcopus contribuere, quia clerus non poteſt aliquid circa onera ſine Epiſcopo. Abb. d. conſ. 7. in fin. ver. poſtremo, lib. 2.

Vide. Prælatus caput Collegij, vel Capituli, non eſt de capitulo, & quando ſecus. Concl. 495.

Clerus quæ poſsit, vel non. Concluſio. CD.

1 CLERVS non poteſt acceptare extraordinaria onera ſine Epiſcopo, neq. ſoluere, & ſi acceptat, & ſoluit non repetit ab alijs de Clero, quaſi pro eis ſoluerit, quia nulliter geſtum fuit. Abb. conſ. 7. Tria, col. 2. in fin. & col. 2. in prin. ver. ſed ijs non obſtantibus, & ver. quinimo, lib. 2.

Vide. Onera Cleri, & Eccleſiaſticorum, quæ ſint, & qui ſoluere teneantur. Concl. 139.

2 Extende, quia Clerus ſine ſuperiore non poteſt facere ſtatuta, niſi circa leuia. Abb. d. conſ. 7. col. 2. in prin. lib. 2.

3 Extende, quia arduа non poteſt expedire ſine Epiſcopo, prout nec Ciuitas ſine rectore. Abb. d. conſ. 7. col. 2. in prin. lib. 2.

4 Extende, quia Clerus non poteſt onera imponere, neque donare aliquid etiam Papæ, vt exigat poſtea ab Eccleſijs particularibus. Abb. conſ. 7. in fin. ver. poſtremo, lib. 2.

Vide. Onera perſonalia laicorum non obligant Eccleſias, neq. Eccleſiaſticas perſonas, & quando ſecus. Concluſio. 126.

Vide. Onera, & collecta per laicos imponi non poſſunt Eccleſijs, neq. Eccleſiaſticis perſonis. Concluſio. 138.

Cluſina Ciuitas, eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſio. CDI.

1 CIVITAS Cluſina eſt, ſeu fuit de Stata Romanæ Eccleſiæ, vt dicit Signorol. Homode. conſ. 107. Quidam nomine, col. 2. ver. quæritur.

2 Fuit olim hæc Ciuitas Metropolis Hetruriæ, & negligentia Porſennæ Regis amiſit Principatum.

3 Fuit ſuppoſita Perulinis, qui partem illius territorij hodie poſſident, & appellatur Marchionatus Cluſij, qui eſt infeudatus familiæ de Corneo, vnde cum flumen Clanium, ſeu Clanarum tranſiret olim per medium territorium Cluſinum, Strabo Geograf. lib. 5. hodie tranſit inter territorium Cluſinum, & Marchionatum Cluſinum, qui eſt de territorio Perulij, & ſic cum ſit confine commune dicitur etiam communis fluuius.

4 Abbas ſancti Antonij Cluſin. Dioc. debet ratione Abbatiæ ſuæ percipere omni anno ex laudo reali a Præpoſito ſancti Michalis Angeli de ſancto Angelo Comitatus Senarum vnam tortam centum ouorum, & decem caſeorum, & vnum cereum quatuor librarum pro cenſu, vt per Caſtr. conſ. 149. Viſo quodam compromiſſo, lib. 1. vbi quod eſt cenſus realis, & perpetuus.

5 Habet ſtatutum quod pro ſingulo verbo iniurioſo quis puniatur in certa pœna, ſuper quo Bar. conſ. 108. In quæſtione, per totum lib. 1. vbi quod ſi verba ſunt inculcata, ſynonima, & tendentia ad idem, plura verba ponuntur pro vno, ſecus ſi ad diuerſa tendunt.

Coadiutor quando, & ex quibus cauſis detur, & quid poſsit. Concluſio. CDII.

1 DATVR poteſt coadiutor Epiſcopo propter ſenectutem quod intellige ſi excedat 70. annos, ita Franch. in d. c. 1. de cleri. ægrot. in 6. §. verum, in princ. & quod decrepito detur coadiutor. Anchar. conſ. 188. nu. 7.

2 Item ſi eſt infirmus tali infirmitate, quæ inducat perpetuum impedimentum, quia æquiparatur ſenectuti, & impotentiæ, d. c. 1, de cleri. ægrot. * vbi omnes.

3 Idem eſt ſi demens, vel furioſus ſit, dicto c. 1. de cler. ægrot. in 6. ita Anchar. conſ. 188. Viſis conſilijs, nu. 7.

4 Extende, quæ dicuntur de Epiſcopo idem in Curato habente Parrochialem, quia ſi ob ſenectutem, vel alium defectum eſt inutilis Eccleſiæ, datur coadiutor. Anchar. conſ. 279. in fin.

5 Extende, vt procedat in generali religionis perpetuo, quia ſi ſit decrepitus, & inutilis, debet dari coadiutor, non autem debet amoueri in totum, vel priuari. Anchar. d. conſ. 188. n. 7. ver. prætermittendum eſt etiam pro veritate, per totum, & numer. 12.

6 Reſtringe, vt nõ procedat in Abbate, neq. in Epiſcopo non conſecrato, quia licet ſint inutiles propter ſenectutem, vel propter ægritudinem, tamen non datur coadiutor, ſed in totum remouentur. glo. in cap. ſcripſit, in ver. quod autem. 7. quæſt. 1.

7 Amplia in tantum verum eſſe, quod debet dari coadiutor, non autem amoueri Prælatus inutilis ſine ſui culpa, vt ſi Papa amoueat Prælatum ab officio tanquam dementem ad inſtantiam partis impetrantis litteræ non valent, & illis non eſt dãda exequutio, tanquã contra ius. Anchar. d. conſ. 188. nu. 9. & ſeq. maxime nu. 11. & ſeq. vbi loquitur quando etiam falſa erat dementia narrata, & debet Papæ reſcribi.

8 Adde quod coadiutores etiam dati poſſunt pro cura animarum, & iſta coadiutoria quando non eſt in toto, ſed in parte miniſterij eſt fauorabilis, & permiſſa, ſine ſuperioris titulo, ſecus ſi detur ex toto, & pro tota cura, quia eſt odioſa, & non permiſſa, ne detur collatio beneficiorum per indirectum. Anton. de Butr. conſ. 3. col. 2. uer. quidam ſunt, per totum, quod duplicatur conſil. 51.

9 Quæ requirantur, vt coadiutor dandus ſit admittendus, dicas quod debet habere omnes qualitates quas ius requirit in Epiſcopo præficiendo. Concilium Trid. ſeſſio. 25. cap. 7. de reformat.

10 Et Coadiutori ſunt ſubminiſtrandæ expenſæ a Prælato vel beneficiato cui datur coadiutor, Anchar. conſ. 379. Quæſtio proponitur. in fi.

11 Coadiutor datus Epiſcopo non habet collationem beneficiorum nec poteſt adminiſtrare ſine conſilio Epiſcopi, & è contra, ſecus ſi eſſet datus ob nimiam ſenectutem, vel imbecillitatem Epiſcopi, quia habet eo caſu liberam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus. Oldrad. conſ. 44. quæritur ſi Epiſcopus, vbi latè de poteſtate vtriuſque. Anchar. in c. 1. de cleri. ægrot. lib. 6. in quæſt. 8. num. 5. ver. tenere contrarium quod imo poſſit conferre, vbi videas, ſed Gemin. vbi in fi. fin. nu. 4. ſequitur Oldrad.

Vide. Concluſionem proximam ſequentem.

Coadiutor datur multis modis, & quid operetur coadiutoria. Concl. CDIII.

1 COADIVTOR datur multis modis, quãdoque, vt ſit æqualis prout de Beato Auguſtino, qui fuit factus coepiſcopus Valerij, c. non autem, 7. quæſt. 1. Zabarel. conſ. 70. in princ.

2 Secundo modo poteſt prouideri quod aſſignetur portio pro victu Epiſcopi, & amoueatur in totum, & alius fiat Epiſcopus. Zabarel. d. conſ. 70. in princ.

3 Tertio modo detur Vicarius a Papa, ſed iſte non habet ſucceſſionem mortuo Epiſcopo inutili. Zabarel. d. conſ. 70. nu. . vbi quod poteſt etiam dari Vicarius cum futura ſucceſſione.

4 Quarto modo poteſt diuidi Eccleſia, & reddi tus, vt pars aſſignetur perpetuo perſonæ vtili. Zabarell. d. conſ. 70. qui loquitur in Archiepiſcopo Magdeburgen. qui non poterat ſe tueri a bello, vt daretur Dux Saxoniæ in defenſorem aliquo modo ex prædictis.

5 Quinto modo datur coadiutor cum futura ſucceſſione, & eſt ratio, quia futura ſucceſſio ſola, & directa non debet dari, ſed bene datur acceſſorie, & in conſequentiam.

6 Imo etiam datur cum futura ſucceſſione principaliter, c. ſicut, §. ex iis auctoritatibus. quæſt. 1. & in caſu illut. dec. 226. in fin. lib. 3.

7 Et hæc prima cum futura ſucceſſione, ſi eſt acceſſoria omnino non habet locum futura ſucceſſio, niſi coadiutoria habuerit effectum ſuum, quia acceſſorium non poteſt eſſe ſine principali. c. acceſſorium de regul. iur.

Vide. Acceſſorium ſequitur ſuum principale, neceſſario quando eſt conſequens. Concluſio. 77.

8 Quod illa verba cum futura ſucceſſione importent diſpoſitionem acceſſoriam. Vide dicta, cum, quid importet. Concluſio. 257. cum Concluſione, vbi proxima ſequente.

9 Declara, quia ſi coadiutoria ſit data cum futura ſucceſſione ei qui non poſſidet, ita, quod Papa ſcit coadiutoriam non poſſe ſortiri effectum licet futura ſucceſſio ſit acceſſoria, habet tamen locum ſine adiutoria ex quo Papa ſciuit non poſſe ſortiri effectum ſecus ſi ignorauit. Puteus, deciſ.

98. In vna Toletan. lib. 2. qui exemplificat quando adiutus moritur antequam adiutor cœperit poſſeſſionem. Idem tenet Pereg. Fab. lib. 2. deciſ. 284. & in vltimo impreſſis lib. 3. in ſecunda parte deciſ. 285. vbi extendit quod non refert quod condiutus deceſſerit etiam habuerit notitiã de coadiutore cum futura ſucceſſione, quia ſufficit, quod poſsit apprehendere poſſeſsionem.

10 Coadiutoria cum ſit gratia præuentiua non tollit concordata Germaniæ, licet detur ſoluta compoſitione, quia Papa ex concordatis ſe obligauit, quæ ſunt ex cauſa concordiæ, & pacis ſtabilita, latè Caſſad. deciſ. 1. de pact. quam deciſio, ſequitur Rota, vt per Put. deciſ. 216. lib. 3. per totam.

11 Extende etiam ſi ſit data cum futura ſucceſſione, quia mortuo eo cui datur coadiutor, ita ſucceſsio ſi contingat in menſe concordato, dicitur præuentio, quam Papa promiſit non facere, ideo non valet, quia hoc modo poſſet ſupplantare concordata. Caſſad. d. deci. 1. de pact. circa fin. ſequitur Rota vt per Put. d. deciſ. 216. lib. 3. vbi tollit omnia contraria.

12 Extende, quia non tollit indulta Cardinalium prægnantia, quia æquiparantur cõcordatis, plene Rutcus deciſ. 108. & plenius Mohed. deciſ. 338. vbi quod ita fuit bis tentum, & loquitur de indultis Cardinalium ordinariorum, quia indultum reducens ad ius antiquum late interpretandum eſt, & loquuntur etiam in coadiutoria de conſenſu cum futura ſucceſſione, & ita fuit tertio Martij 1544. deciſum, tamen poſtea tentum contrarium, infra proxime.

13 Declara ſeu reſtringe in coadiutoria, cum futura ſucceſſione de conſenſu coadiuti, quia minus eſt odioſa ex quo habet conſenſum, ideo licet non deroget indultis concordatis Germaniæ ob publicam pacem, & ne detur materia ſcandali ſecus in indultis Cardinalium, quia præferrur coadiutoria iſta, ſecus ſi non habeat conſenſum. Put. deciſ. 478. lib. 2. quæ eſt 20. Octob. 1546. & ſic eſt in eadem cauſa & poſterior.

Vide. Concluſionem proximam præcedentem.

Codicilli quid ſint, & quid operentur. Concl. CDIV.

1 CODICILLVS proprie non eſt teſtamentum, ſed large dicitur teſtamentum, quia eſt mortis teſtatio. Caſt. conſ. 861. Viſo puncto, circa priver. relat. Iolum. lib. 1. vbi quod per teſtamentum poſteriùs reuocatur etiam codicilli ex clauſula illa caſſans omnia alia teſtamenta, quia neceſſario includit codicillum, ex quo pluralis loquutio non poſſet verificari, quia vnum ſolum teſtamentum proprium poteſt precedere, & codicillus.

2 Regulariter codicilli ſumunt robur a teſtamento, & ſcripturam in codicillis poſt teſtamentum dicitur ſcriptum in teſtamento, & relicta in codicillis petuntur actione ex teſtamento. Abb. conſil. 4. In quæſtione, num. 2. in fin. & nu. 3. lib. 2.

3 Codicilli ab inueſtato proprie non ſunt teſtamentum, neque ex eis oritur actio directa ex teſtamento, ſed vtilis, Bald. conſ. 298. Quæritur vtrum in princ. lib. 2.

Et dicun-

4 Et dicuntur codicilli ab intestato, quando non extat testamentum, quia tunc succedunt venientes ab intestato, sed restituunt ex codicillis ab intestato. Bald. post glos. in l. filij. C. famil. hercis. vbi Ang. & alij.

5 Et quando extat clausula, quod si non valent iure codicillorum, vel valere non possunt valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, seu donationis, tunc verba inferunt, quod etiam ab intestato valeant. Alex. cons. 161. Examinatis. nu. 5. ver. secundo potest responderi. lib. 2.

6 Amplia, quia si quis coram quinque testibus dixit nolle testari, quia testamentum sui patris sufficiebat, sed quod disponebat, quod sua bona peruenire deberent in fratrem suum, nam isti dicuntur codicilli, & licet hæreditas non possit dari directo, operatur tamen, quod venientes ab intestato restituere tenentur fratri. Fulgos. cons. 30. Factum sic se habet, vbi quod valent codicilli sic facti, etiam si testes non sint rogati, & vide infra nu. 31. ver. amplia.

7 Extende, quia licet codicilli non valeant testamento nullo facto, tamen si adest clausula codicillaris substinentur, prout etiam substinentur quando testator ab intestato dixit, quod volebat seruari contenta in eis, ita Alex. cons. 161. Examinatis iuribus in tertio dubio. lib. 2.

8 Codicilli aliquando fiunt in scriptis, aliquando sine scriptis, quãdo fiunt in scriptis requiritur scriptura, & quod quinque subscribant per se, vel alios, sed non requiruntur sigilla, neque quod fiat rogati, & possint fieri diuersis diebus, vt late per Ægid. Bellam. cons. 1. num. 35. ver. circa istud tertium. Alex. cons. 146. Viso themate, in princ. lib. 2. vbi quod in codicillis, & donationibus causa mortis sunt necessarij quinque testes.

Vide. Codicilli quot testes requirant. Concluf. proxima sequenti.

9 Si vero fiant sine scriptis, pariter sufficiunt quinque testes non rogati, & non dicũtur codicilli nuncupatiui, prout testamentum nuncupatiuum, sed dicentur codicilli sine scriptis, quia nuncupatiuum est propter nuncupationem hæredis, quæ est tam in codicillis. Ægid. cons. 1. num. 35. in fin. ver. sed quæ solemnitas.

10 Codicilli confirmatorij testamenti nulli, in quo filius fuit præteritus, operantur, vt hæredes debeant scriptis hæredibus per fideicommissum restituta Trebellianica per hæredes ab intestato. Oldrad. consil. 138. Factum tale est, Durandus.

11 Amplia, quia licet hæreditas codicillis non possit directe dari, neque adimi, tamen si fiet institutio in testamento, quod vigore clausulæ codicillaris substineatur, tunc institutus per verba directa, habebit hæreditatem ex fideicommisso, & venientes ab intestato erunt hæredes, qui deducent Trebellianicam. Calderin. cons. 364. circa princip. alias 35. de testam. & clarius cons. 369. alias 40. de testamen. vbi loquitur in testamento ad pias causas, quod substinetur vigore clausulæ codicillaris. Castren. cons. 161. Viso puncto, in princ. lib. 1.

Vide. Clausula codicillaris operatur multa, & quando secus. Conclusio. 292. vbi latissime.

Codicilli quot testes requirant, quales, & qualem solemnitatem. Conclusio. CDV.

1 CODICILLI requirunt testes quinque, & sunt idonei testes fœminæ, quia licet in testamento non admittantur, tamen secus est in codicillis, etiam confirmatis ex testamento. Bald. cons. 8. Licet mulieres. lib. 5. Bald. cons. 283. circa fi. lib. 3. vbi quod valent codicilli facti coram quatuor testibus, & vna fœmina.

Vide. Codicilli quid sint, & operentur. Concl. prox. præced. nu. 3.

2 Extende, quia requiruntur quinque etiam si testator fecerit codicillos ad fauorem vxoris sub assertione, quod legabat, & codicillabat pro anima. Bald. cons. 8. lib. 5. vbi quod est color quæsitus qui non attenditur.

3 Rogati non debent esse testes adhibiti in codicillis, sicut testes in testamento. Bald. cons. 330. testamentum, de quo circa fin. lib. 5. sed sufficiunt simpliciter adhibiti, siue codicilli sint in scriptis, siue sine scriptis. Fulgos. consil. 30. Factum sic se habet.

4 Extende, siue codicilli sint in scriptis, siue sine scriptis, quia testes non debent esse rogati. Ægid. cons. 1. num. 35. in princ. numeri, & in fi.

5 Sufficit tamen quomodocunque codicilli sint facti, siue in scriptis, siue sine scriptis, dummodo constet de voluntate. Fulgos. cons. 30. per tot.

6 Codicilli debent legi, & publicari coram codicillante, vt valeant, alias non probant. Signor. Homod. cons. 66. Factum tale est. nu. 9. in fi.

7 Testes contradicentes codicillis reddunt codicillos suspectos. Signor. cons. 66. nu. 9.

8 Limita, quia maritus non est idoneus testis in codicillis ad fauorem vxoris, & ideo si interuenerant quatuor testes, & maritus, non valent codicilli. Ang. cons. 128. In facto proponitur.

9 Extende, vt idem sit in socero, quia non est idoneus testis pro genero, vel nuru, & ideo cernunt codicilli, in quibus interuenerunt quatuor testes, & socer pro genero. Ang. cons. 128. circa fin. ver. similiter socer.

10 Extende in tantum, quod codicilli, in quibus interuenerunt sex testes, videlicet quatuor idonei, & duo, quorum vnus est maritus, alter est socer mulieris, pro qua sunt facti codicilli, non valent, quia non deficit ius, sed probatio. Ang. d. consil. 128. per totum, vbi quod debent esse testes omni exceptione maiores.

Vide. Testamentum in terris Ecclesiæ, quam solemnitatem requirat. Concluf. 113.

11 Limita quando pia causa vere vocaretur in codicillis, vel ei fieret legatũ, qa duo testes sufficiũt.

Vide. Testamentum ad pias causas quam solemnitatem requirat. Concluf. 116.

12 Extende, vt idem sit quando essent codicilli inter filios, quia secus valet testamentum inter filios coram duobus testibus, ita etiam valent codicilli.

Vide. Testamentum inter liberos quam solemnitatem requirat. Concluf. 214.

Vide. Mascard. Concluf. 308. Codicilli probatio

batio quo pacto fiat, vbi quot teſtes, & quales requirantur, & quod ſi non agitur de ſolemnitate, ſed an codicilli ſint facti duo teſtes ſufficiunt.

Codicillis quando hæreditas dari poſsit, vel non. Concluſio. CDVI.

1 HÆREDITAS directo dari, neque adimi poteſt in codicillis. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. Inſtit. de codicillis. §. codicillis, & ideo nedum conditio, quod hæreditas directo dari, vel adimi poſſit in codicillis vitiatur, ſed etiam conditionatum. Bal. conſ. 474. Ad euidentiam, num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 146. Viſo themate. num. 2. ver. ſecunda ratione.

2 Et quod hæreditas directo dari non poſſit in codicillis. Caſtr. conſ. 292. Quia in puncto, in prin. li. 1. Bar. conſ. 203. Teſtator dixit, in princ. lib. 1.

3 Extende, quia neque inſtitutio directa facta in codicillis poteſt trahi ad fideicommiſſariam. Bal. conſ. 92. Diſpoſitio codicillaris. lib. 5.

4 Declara, quia ſi facta eſt inſtitutio hæredis in codicillis, non valet, nec trahi poteſt ad fideicommiſſum, quia præſumitur teſtamentum, quod non valet coram quinque teſtibus, ſi tamen conſtat, quod voluit facere codicillum, vt quia expreſſit trahitur ad fideicommiſſum, & ſibi fiet reſtitutio à venientibus ab inteſtato, vel a ſubſtituto vulgariter in teſtamento quando defecit inſtitutio, vel ab inſtituto ſi non defecit. Caſtr. plene d. conſ. 292. in princ. lib. 1. vbi late.

5 Reſtringe declarationem, quando in teſtamento duo eſſent inſtituti hæredes, poſtea teſtator in codicillis caſſauit vnum ex dictis hæredibus, & alterum hæredum inſtituit, quia tunc licet non valeat caſſatio vnius hæredis, & inſtitutio alterius iure directo, tamen valebit iure fideicommiſſi. Bar. conſ. 203. Teſtator dixit, per tot. lib. 1.

6 Amplia, quia ſubſtitutio directa ſicut nec dari, ita neque adimi poteſt in codicillis. Caſtren. conſ. 28. Viſo teſtamento. lib. 1. per tot. vbi quod quando filio pater ſubſtituit pupillariter fratrem teſtatoris, & nepotes, non poteſt in codicillis ſubſtituendo etiã ſororẽ directo reuocare primã ſubſtitutionem, ſed valebit prima directo, vt frater, & nepotes habeant, poſtea reſtituant per fideicommiſſum, & non detrahunt Trebellianicam, ex quo in reſiduo ſunt ſubſtituti directo.

7 Amplia, quia ſubſtitutio directa fieri non poteſt in codicillis, ideo ſubſtitui non poteſt hæredi inſtituto pupillariter. Bal. conſ. 439. In primis videndum, circa med. ver. dicet aliquis. lib. 2. Caſtren. conſ. 161. Viſo puncto, in prin. lib. 1

8 Extende etiam ſi ſubſtitutio fiat directa impuberi in codicillis, quia ſuccedent venientes ab inteſtato, & ipſi reſtituent ſubſtituto. Caſtren. conſ. 161. in princ. lib. 1.

9 Reſtringe ampliationem, quia poteſt teſtator declarare ſubſtitutionem factam in teſtamento filio decedenti ſine filijs, vt mentis ſuæ fuerit pupillarem expreſſam ſubſtitutionem feciſſe. Bald. dicto conſil. 439. per totum, cum conſil. 440. lib. 2. vbi dicit procedere quando re vera erat dubia ſubſtitutio, ita quod poſſet interpretari eo modo; alias non.

10 Amplia, quia omnia verba poſita in codicillis per quæ hæreditas directo dari videtur ſi reſpiciunt aditionem præcedere, obliquantur, & important ſemper fideicommiſſum. Bald. conſ. 374. nu. 3. ver. quandoque verba. lib. 2.

11 Extende in tantum, vt neque Trebellianica poſſit prohiberi in codicillis. Bald. d. conſ. 474. in fin. ver. tertium membrum. lib. 2.

12 Extende, quia ſubſtitutio facta in codicillis per verba directa, licet non valeat iure directo, tamen valet per fideicommiſſum. Bald. conſil. 92. libro quinto. Bartol. conſil. 203. Teſtator, libro 1.

13 Reſtringe in ſubſtitutione vulgari expreſſa facta in codicillis, quia non trahitur ad fideicommiſſum. Bal. conſ. 474. nu. 4. ver. ſed expreſſa vulgaris. lib. 2.

14 Amplia, quia legatum iure inſtitutionis factum in teſtamento non poteſt reuocari in codicillis. Corne. conſ. 306. num. 3. lib. 3. Caſtren. conſ. 342. Mater iſta. num. 3. in fin. & num. 4. verſ. ſecundo oppono, lib. 1.

15 Extende, quia filius, cui pater relinquit iure inſtitutionis in teſtamento, & poſtea in codicillis ademit legatum teſtamenti, & ſimpliciter aliquid leganit in codicillis, non poteſt dici præteritus, quia non eſt legatum ſibi iure inſtitutionis, quia contrarium eſt verius ex quo non potuit adimi legatum illud iure inſtitutionis in teſtamento factum. Caſtren. d. conſ. 342. num. 3. in fi. & num. 4. ver. ſecundo oppono. lib. 1.

16 Declara, quia licet non poſſit adimi, poteſt tamen adempta confirmari, ideo ſi primum teſtamentum eſt reuocatum per ſecundum, poteſt teſtator codicillis confirmare teſtamentum reuocatum, & conualidatur primum, vt valeat iure fideicommiſſi. Caſtren. conſ. 137. Primum teſtamentum, in princ. lib. 1.

17 Amplia in tutela, quæ in codicillis dari non poteſt. l. 1. ff. de confir. tuto.

18 Reſtringe, vt non procedat quando codicilli non ſunt ſine teſtamento, quia tunc poteſt dari tutor in codicillis, & etiam reuocari datus in teſtamento, quia tunc confirmari videntur codicilli ex præcedenti, vel ſubſequenti teſtamento. Socin. conſ. 283. Eleganter, & iuridice, num. 3. verſ. ſecundo reſpondeo. lib. 2.

19 Limita, quia licet hæreditas dari non poſſit in codicillis, adimi tamen poteſt vno caſu, videlicet quando teſtator in primo teſtamento ſolemni ſeptem teſtium, inſtituit extraneos, & fecit codicillos, ſeu ſecundum teſtamentum cum quinque teſtibus, in quo ſolũ adhibuit quinq. teſtes, & in eo inſtituit venientes ab inteſtato, quia tũc reducitur teſtamentum primum ad cauſam inteſtati. vt ſuccedant venientes ab inteſtato. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtam. Bald. conſ. 292. Quidam Saccus. lib. 1.

20 Declara, quia ſunt opiniones, quod hæreditas adimi poſſit in codicillis quando erant inſtituti extranei, & in codicillis coram quinq. teſtibus inſtituuntur venientes ab inteſtato, ita Bar. in l. militis, in prin. ff. de teſta. milit. ſed quia aliqui tenent contrarium, ideirco Alex. conſ. 146. Viſo themate. n. 9. in fi. & nu. 10. ver. nec ad hoc etiam obſtat. lib. 2. dicit, quod ſi non adſint verba, quod ſit codicillus, ſed vltima voluntas coram quinque teſtibus, adimitur hæreditas.

Extende,

21 Extende, vt procedat limitatio etiam si in primo testamento solemni esset institutus veniens ab intestato secundo loco, quia si in secundo non solemni instituitur veniens ab intestato primo loco. adhuc primum testamentum reducitur ad casum intestati, veluti si in primo instituit filium fratris, in secundo vero instituit fratrem. Bald. d. cons. 292. Quidam Saecus, vbi est casus. lib. 1.

22 Declara, vt in tantum procedat, quod primum testamentum solemne tollitur per secundum non solemne, quando in secundo sunt instituti venientes ab intestato, vt etiam legata, & omnia disposita in primo cessent, & legata in secundo non solemni debeantur. Bald. d. cons. 292. Quidam Saecus, circa princip. ver. contrarium est verum, libro 1.

23 Extende limitationem, vt procedat etiam si in secundo testamento non solemni quinque testium essent instituti proximiores venientes ab intestato respectu extraneorum institutorum in primo testamento solemni, quia licet adessent alij proximiores, quam sint instituti in secundo testamento, adhuc tamen primum testamentum reducitur ad viam intestati. Bald. d. consil. 292. Quidam Saccus. num. 2. vers. ex ijs apparet. lib. 1.

24 Restringe, vt non procedat limitatio, quando proximiores instituti in secundo non possent succedere de iure Ciuili, sed solum de iure praetorio, quia exceptis filijs emancipatis, qui de iure antiquo succedebant de iure praetorio in alijs non rumpebatur primum testamentum solemne per secundum minus solemne. Bald. d. cons. 292. Quidam Saccus. nu. 2. lib. 1.

25 Restringe, vt non procedat limitatio, quando tam in primo, quam in secundo essent instituti diuersi venientes ab intestato in pari gradu, etiam si in primo adsint simul extranei instituti, quia etiam quoad extraneos primum testamentum non reuocatur solemne, per secundum non solemne. Bald. d. cons. 292. Quidam Saccus, in fine. lib. 1. vbi quoad extraneos allegat pro vtraque parte.

26 Limita, quia licet hereditas non possit dari in codicillis, tamen potest declarari iam data, & totum attribuitur disponenti non declaranti. Signo. cons. 227. num. 8. Rom. cons. 179. Amplissime Doctor. nu. 7. ver. primo quia.

27 Limita, quia hereditas directo dari, & adimi potest quando in codicillis adhibiti sunt septem testes, quia licet notarius nominauerit codicillos, tamen sumit vires testamenti, & erit testamentum. Alexand. cons. 194. Viso testamento, in princ. lib. 7.

28 Limita in milite, quia hereditas directo dari potest in codicillis. Bald. in l. filij. num. 6. C. famil. herciscund. Bertrand. qui plures allegat consil. 143. num. 4. lib. 3. Bart. cons. 68. nu. 2. vers. nec obstat si dicatur.

29 Limita fauore piae causae, si quis coram quinque testibus testetur ad piam causam, sicut valet testamentum coram duobus testibus, ita codicilli. Bart. cons. 68. Quidam fecit, num. 2. ver. nec obstat si dicatur. lib. 2.

30 Limita in codicillis patris inter filios. Bart. in l. militis codicillis, in prine. ff. de milit. testa. vbi quod potest dari, & adimi, prout in testamento militis, & hanc veriorem dicit Boer. decis. 241. quoad secundum. col. 2.

31 Contrarium tenet Bald. d. l. filij. nu. 6. C. famil. herciscund. vbi etiam Salycet. Angel. in l. fin. C. eod. num. 2. & 3. plen. Bertrand. cons. 143. nu. 3. & seq. lib. 3. plenissime Roman. cons. 179. Amplissime. * num. 12. ver. quod secundum, vbi dicit * communem, & apostill. ibi in ver. communis, citat pro vtraque parte, & Roman. respondet ad omnia contraria, vt ibi.

32 Declara, quia non potest dari directo quando expressit, quod codicillos faciebat, si vero non expressit praesumitur in dubio testamentum inter liberos, & valet directa haeredis institutio, ita Bald. d. l. filij. C. famil. herciscund.

33 Declarat Angel. in l. fin. C. famil. herciscund. quia si valere potest, vt testamentum, & vt codicillus, & filius adeat acceptando pro codicillis dicitur ab intestato succedere, secus si acceptat vt testamentum. Bertrand. d. cons. 143. qui alios citat. lib. 3. num. 7. & seq.

34 Declara, quia licet hereditas directo dari non possit codicillis, tamen fallit in casibus, in quibus non attenditur solemnitas iuris ciuilis, prout in testamento ad piam causam. Castrens. consil. 93. Viso dicto testamento, in fin. num. 6. & 7. lib. 1. & idem est in testamento inter liberos, vel in testamento militis, quia aequiparantur, vt idem Castr. ibi nu. 2.

35 Declara alio modo, quia si in codicillis habentibus tot testes, quot requiruntur in testamento conualidatur testamentum nullum, quando talibus codicillis confirmatur testamentum, quod erat nullum. Castr. d. cons. 93. nu. 6. & 7. lib. 1.

36 Limita, quia licet hereditas directo dari non possit in codicillis, tamen datur per fideicommissum, & sic per obliquum, quando verba sunt obliqua, vel communia. Ang. cons. 159. Conradus Alberti. nu. 4. ver. verum quia codicilli. Alex. cons. 194. Viso testamento. nu. 3. ver. tertio quia. * lib. 7. vbi dicit magis communem * opinionem.

37 Extende, vt procedat etiam si in primo testamento fit facta institutio haeredis, quia licet tolli non possit per codicillos illa directa, tamen si in codicillis dentur alij haeredes erunt haeredes per fideicommissum, & cententur substituti haeredes dati in testamento. Alex. plene cons. 194. nu. 2. ver. item secundo dato. lib. 7. vbi apostil. in ver. etiam, dat concord. & ibi Alex. num. 3. dicit, quod isti duo casus aequiparantur, videlicet haereditatem dari per fideicommissum nullo condito testamento, & haereditatem adimi etiam condito testamento, vt adimatur per fideicommissum, & * dicit * communem pluries, vsque in fin.

38 Restringe, quia si hereditas daretur directo in codicillis non valeret etiam iure obliquo, nisi vnico casu, quando esset facta directa substitutio pupillaris in codicillis, quia tunc durante pupillari obliquaretur fauore pupilli ex benigna interpretatione. l. Scaeuola. ff. ad Trebellia. ita Angel. cons. 159. nu. 4. ver. imo, & cum filio pupillo.

39 Restringe, quia non potest codicillis adimi haereditas, etiam per fideicommissum, quando in codicillis solum fit ademptio haereditatis datae in testamento, & nullus alius haeres datur, ita Alex. d. cons. 194. in fine. versic. nec obstant notata per Bald. lib. 7.

40 Idem etiam est, quando esset facta substitutio directa filio puberi per patrem, quia obliquatur, secus vero est si ab extraneo, ita Angel. d. cons.

conſ.159.num.5. ver. ex quibus ſub dubio.

41 Limita,quia præter hæredis inſtitutionem poſſunt induci onera,& grauamina in codicillis hæredi,& alijs.Dyn.conſ. 26.Quæſtio talis eſt quædam Domina,circa fi.num.5.

Vide etiam Socin. reg. 2. Hæreditas per fideicommiſſum,vbi ponit quatuor limitationes, quarumaliquæ conueniunt cum prædictis.

Codicillaris diſpoſitio qualiter intelligenda. Concluſio. CDVII.

1 CODICILLARIS diſpoſitio reformans fideicommiſſum,vel ſubſtitutionem non alterat alias ſubſtitutiones,& diſpoſitiones,de quibus in teſtamento , quia tantum corrigit , quantum loquitur,& non vltra.Iaſ.conſ. 18.lib.3.

2 Declara tamen , quia codicillaris clauſula etiã errore notarij conſcripta ſeruari debet,nam ſi teſtator fecit teſtamentum coram ſolemni numero teſtium,& notarius addit,quod teſtator voluit teſtamentum valere in vim codicillorum , ſeu donationis cauſa mortis,& non alias, aliter, neq.alio modo dicit Clar.in §.teſtamentum.q.4.in fin.ver. non omittam,quod iſte caſus euenit,& quod ſcriptum fuit hinc inde,&quod communis*opinio eſt, quod non poteſt valere,niſi vt codicillus , & ita fuit iudicatum,licet ipſe ſcripſiſſet pro contraria opinione quia conſtat de errore notarij , qui nocere non debet.

3 Valet tamen clauſula codicillaris appoſita in teſtamento,& facit valere teſtamentum in vim codicillorum , vel donationis cauſa mortis , ſiue ſit expreſſe facta , ſi non valet vt teſtamentum, voluit valere vt codicillus , vel vt donatio cauſa mortis,ita apoſtill.ad Clar. in §. teſtamentum,q. 5.in ver.inhabilis,quæ citat Iaſ.Curt.Iun.in l.hac conſultiſſima in §.ex imperfecto. C. de teſtam. ſiue etiam dicta clauſula ſit generalis ſi non valet vt teſtamentum , valeat in vim cuiuslibet vltimæ voluntatis,ita Clar.§.donatio,q. 6.in fi.vbi tamen num.8.requirit Clar.quod poteſt valere vt donatio dauſa mortis ſi erat hæres præſens, alias non.

Vide . Clauſula codicillaris quid operetur. Concluſ.292.

Codicilli quomodo, & qualiter reuocantur · Concluſio. CDVIII.

1 CODICILLVS reuocatur expreſſe,& tacite,expreſſe ſi dicatur in vltimo teſtamento,quod teſtator reuocat teſtamentum, & codicillum,& hoc eſt indubitatum.

2 Extende idem ſi dicat teſtator in vltimo teſtaméto,quod reuocat omnia teſtaméta,quia reuocat etiã codicillos,tum quia non poteſt præcedere niſi vnicum teſtamentũ,& pluralis loquutio de vno non eſt contenta,tum quia appellatione teſtamenti large venit codicillus.Caſtr.conſ.161.Viſo puncto,in prin.ver.reſtat.lib.1.

3 Extende , quia ſemper contraria vltima derogant prioribus, ideo codicillus reuocatur per teſtamentum poſterius contrarium, & ſic teſtamentum reuocatur per diſpoſita contraria in codicillis , & ſic etiam intelligitur de codicillis vltimis, quia reuocant codicillos contrarios præcedentes. Caſtren. d. conſ. 161. col. 2. ver.tertio allegantur lib. 1.per totum.

4 Tacite reuocatur codicillus,quando eſt confirmatorius primi teſtamenti a quo pendet,quia reuocato teſtamento a quo pendet reuocatur etiam tacite codicillus dependens a teſtamento reuocato. Caſtren.dicto conſ. 161. column. 1.in fin.ver. de tacita.lib.1.

5 Extende, quia reuocatur tacite codicillus,etiã quando teſtamentum rumpitur per natiuitatem poſthumi , vel quia pręteritio eſt facta de filio, quia etiam irritatur codicillus , qui accipere debet ex aditione ex tali teſtamento robur. Caſtr.d. conſ. 161.col. 1.in fin.ver. reſtar tollere. lib.1.vbi quod tollitur ex eo,quod cauſa teſtati ceſſat, quaſi contradicat cauſa inteſtati, ſed ex aditione cognita ceſſante, quia non trahitur ad aditionem incognitam .

6 Declara , quia codicillus recipit robur a teſtamento,quando teſtamentum præcedit,non autem quando ſequitur,& ideo ſi fiat codicillus nullo præcedente teſtamento , & poſtea fiat teſtamentum non reuocatur codicillus, ſed potius confirmatur ex teſtamento poſteriori.Caſtr.d.conſ. 161.col.2. ver.ſecundo allegatur.lib. 1. vbi tollit fundamentum , quod paria ſint non eſſe factum , vel haberi pro non facto , quia non procedit argumentum, quando militat diuerſa ratio.

7 Reſtringe, quia codicilli non reuocantur quando teſtamentum rumpitur præteritione poſthumi vel filij,quando aliter diſtributio fit ex codicillis in particulari, quia licet rumpatur teſtamentum præteritione,tamen conſeruantur legata,maxime ex clauſula codicillari,& ſine auth.ex cauſa. C.de liber.præterit.ita Alex. conſ.161. Examinatis.num.5.ver.circa tertium.lib.2.

8 Reſtringe quando codicilli ſunt ab inteſtato confirmati, quia annullato teſtamento non annullantur codicilli,& dicuntur confirmati ab inteſtato quando conſtat de mente, quod voluit codicillãs illos ſeruari per venientes ab inteſtato,prout ſi voluit valere iure cuiuslibet vltimæ voluntatis imperfectę, prout inter liberos. Alex.conſ. 161.num. 5.ver.ſecundo poteſt reſponderi.lib.2.

Vide Socin.regula 11. Codicilli rumpuntur rupto teſtamento. l. 1. C. de codicillis, vbi limitat tribus modis.

Cogitatio ſola non eſt delictum, & quando ſecus . Concluſio. CDIX.

1 DE iure Ciuili ſolus cogitatus non punitur etiam ſi quis cogitet delictum.l. cogitationis.ff.de pœnis,& communem*dicit Cla.in praxi criminali.§.fi.quæſt.91.

2 Extende, vt procedat etiam in cogitatione criminis læſæ maieſtatis,quia ſi non deuenitur ad aliquem actum exteriorem,nulla eſt pœna,ſecundum* communem,de qua Clar.d.q.91.

3 Limita in crimine hereſis quando cogitatio ſe firmat , quia cum perficiatur iſtud crimen hæreſis ſola opinione,& cogitatu ſtabilito punitur. Clar. d.q.91. ver.de iure tamen Canonico.

Extende

4 Extende,quia in foro conſcientiæ peccatum poteſt committi ſola cogitatione completa, ſecus ſi ſimpliciter primo motu per cogitationem tranſeuntem, quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra.

5 Limita,quia bene cogitatus, & tractatus ſolus factus in vno loco, & exequutioni mandatus in alio loco poteſt puniri vbique, videlicet vbi habuit originem, & vbi fuit exequutum,ita Clar.in §.fin.qu.ſt.38.num.8. ver. vidi aliquando,vbi loquitur etiam ſi ille non ſit originarius, neque habeat domicilium in loco tractatus,& quod ita iudicauit Senatus Mediolani,& bene ſecundum Clarum,& pro hoc adducit Bologn. conſil. 8. in ſecunda dubitatio.& ego adduco Bal. conſ.154.lib. 1.& conſ.46.lib. 3. ſed re vera iſta limitatio non ſtat in terminis cogitationis tantum.

6 Contrarium idem Senatus in alio caſu ſimili dicit idem Clarus iudicaſſe Senatum, & male ſecundum eum in d.q.38.ver reperio tamen.num.8.

Vide.Cogitatus in genere quando ſufficiat,vel non.Concluſ.prox.ſeq.

Vide plenius. Propoſitum in mente retentum, nihil operatur.Concluſ.919.

7 Et qualiter probetur cogitatio dic per confeſſionem,& ſigna. Maſcard. Concluſione 309. Cogitatio.

Cogitatus in genere quando ſufficiat, vel non. Concluſio. CDX.

1 COGITATVS in genere ſufficit, vt ſubſtineatur teſtamentum ex clauſula codicillari per verba de præſenti, & de futuro ſi non valet, vel non valebit etiam ſi poſthumus ſit præteritus quia tenetur ex fideicommiſſo reſtituere alijs filijs inſtituris partē ſuam retenta legitima,ex quo illa verba,vel non valebit,inducunt cogitatum in genere de poſthumis.Alexan.conſ.142.Circa primam.num.9.in fin.& num.10.ver.præterea.lib.2. & repetit conſ.123.Diſcuſſis. num.10.lib.1.

2 Declara, quia non procedit cogitatus in genere, neque ſufficit quando extaret præſumptio in contrarium,puta quia filius poſthumus ex dicta clauſula codicillari tenetur reſtituere extraneo, quia imo tunc veriſimilius eſt quod ſi cogitaſſet, non priuaſſet filium poſthumum, vt extraneus eidem filio præferri deberet. Alex. d.conſ.142.num. 7.& 8.ver.ſecundo reſpondeo.lib.2.

3 Amplia in contractibus, & alijs diſpoſitionibus,in quibus non requiritur ſpecialis conſenſus.

Vide. Conſenſus non trahitur ad ignorata, & quando ſecus. Concluſio. 754. vbi multa per diſcurſum.

4 Extende, quia vendens certa bona ſpecificata, & generaliter omnia alia bona cuiuſcunque qualitatis maneriei in dicto loco exiſtētia,& ad eum quomodolibet ſpectantia, comprehendit vere omnia bona,quę tempore venditionis ſpectabant ad venditorem,quia ſufficit,quod cogitauerit in genere, licet in ſpecie ignoraret habere alia bona. Alex.conſ.105.Ponderatis,per tot.maxime.nu. 2. ver.nec eſt attendendum.lib.6.

5 Declara, quia ſi trado tibi quicquid iuris habeo in tali loco, vel fundo ignorantia dicti iuris impedit, ne aliquid ſit traditum,ita vt neque poſſit præſcribi,l.locus. ff.de acquir.poſſeſſ.quia procedit quando incertitudo loci, & quotę concurrunt, quia impediunt poſsidere,donec fiat declaratio,ita Alex.d.conſ.105.num.3,& 4.ver.nec ſuperius dicta,lib.6.

6 Amplia in Principe aliquid faciente ex certa ſcientia;quia habet vim derogationis contrariorum,& licet iſta clauſula non trahatur ad ea,quæ Princeps præſumitur ignorare iſtud eſt verum, niſi conſtet, quod ex diſpoſitis poſſit generaliter cogitare,& tollere velle omnia contraria. Alex. conſ.111. Perſpectis. num. 9. & ſeq. ver.præterea vltra dictam,lib.6.

Cognatio ſpiritualis, & compaternitas quid requirat, & quomodo contrahatur. Concluſ. CDXI.

1 COGNATIO ſpiritualis, quæ in baptiſmate contrahitur multa requirit ad hoc,vt contrahatur,nempe,quia qui leuat de fonte,debet eſſe Chriſtianus.c. in baptiſmate. 4. diſtinct. de conſecration.

2 Extende,vt in tali debeat leuans de fonte baptiſmatis eſſe Chriſtianus ad hoc,vt cognatio ſpiritualis contrahatur,vt etiam ſi Chriſtianus tanquam procurator Iudæi leuaret non contrahitur cum aliquo,quia cum Chriſtiano leuante non contrahitur,quia nomine alieno leuauit,neque cum Iudæo,quia eſt incapax.Fed.de Sen.conſ.15.Quæſtio talis eſt,n.1.circa fi.ver.& ideo ſequitur.

3 Extende idem in pagano, & infideli, quia ſunt omnino incapaces ſpiritualium.Feder.d.conſ.15. in prin.ver.quarto probo.

4 Secundo requirit animum leuantis, vt ſit perſona animi capax, & ideo vniuerſitas, collegium, & capitulum non contrahunt compaternitatem, quia ſunt corpora ficta, & nomina iuris, nam leuans nomine vniuerſitatis compaternitatem non contrahit,quia eſt nomine alieno, vniuerſitas autem non contrahit, quia deficit animus, ergo non poteſt vniuerſitas leuare. Feder. de Sen.conſil.15.in prine.qui tenet hanc partem.num.4. in fin. ver.ſolutio,prima pars videtur vera,ſequitur Gemin.allegans Federi. vt ſupra in ſuo conſ. 110. Super iſta ſupplicatione. nu.5.& ſeq.ver.quandoque interuenit actus,

Vide. Compaternitas,vel parentela non contrahitur cum vniuerſitate.Concluſ.486.

5 Extende,vt requiratur intentio agentis, quia etiam ſi eſſet capax, & non intenderet contrahere compaternitatem, vel cognationem ſpiritualem, tunc non ſufficiunt tractura, & verba ſine intentione. Gemin.dicto conſil.110.nu. 5. & ſequen. ver. quandoque interuenit actus,& conſ.130.ver. ſed ſi interuenit.

6 Declara, vt procedat non obſtante, quod intentio ſit occulta ex parte leuantis, quia licet præſumatur, quod habuerit intentionem contrahendi compaternitatem, tamen ſtatur iuramento aſſerentis,quando agitur de ſolo præiudicio animæ illius. Gemin. d. conſ. 110.circa fin.num.7. ver. & ſi dicatur.

Bene

7 Bene consuluit isto casu Gem.d.conf.130.in fi. quod obtineatur ex abundanti dispensatio.

8 Tertio non debent esse plures leuantes, quia est prohibitum.c.fi.de cognat.spiritua.lib.6. cap. cum plures, de consecr.distinct.4.

9 Quarto requiritur leuatio de fonte.c.2. de cognatio.spirituali.Gemin.consi.110.n.1.ver.quoad secundum, vbi enumerat tria, videlicet leuationem, secundo responsionem, tertio intentionem, & repetit eadem conf.130.vbi quod duo sufficiunt, videlicet leuatio, & intentio, & dicit quod sola leuatio sufficit sine verbis, in ver. si vero interuenit, quod intelligit quando non est quæstio de intentione, & pro leuatione sufficit tactura.

10 Quinto requiritur responsio leuantis, videlicet verba.c.paruuli, de consecratio. distinct.5. Gemin. d.conf.110.nu.4. & 5. vbi relatis opinionibus contrarijs distinguit quod verba sunt necessaria, vbi nec verba, nec signa interuenerunt, quia tunc non esset compaternitas, si vero interuenerunt signa, etiam sine verbis vult quod sufficiat, & idem tenet conf.130.ver. si vero interuenit, vbi etiam in princi. quod verba non sufficiunt sine leuatione, vel tactura.

Vide. Verba in quibus sunt necessaria vltra consensum.Conclus.84.

Cognatus, & cognatio spiritualis an repellat a testimonio. Conclus.

VIDE Mascard.Conclus. 310. Cognatus. Vide plenius.Testes consanguinei, & affines, qui admittantur, vel non. Conclusio. 200. nu. 15.& seq.

Cognitio est multiplex, & quotuplex. Conclus.CDXII.

1 COGNITIO alicuius hominis, vel rei, quandoque mentalis, quandoque actualis, quandoque verbalis, vt in loquela, quandoque vocalis, vt in proprio nomine quandoque visibilis. Signorol. consil. 149. Testamentum. num. 5.

2 Negans tamen cognoscere Titium, negat omnes cognitiones.Signor.conf.109.num.5.

Vide. Negatiua plus negat, quam affirmatiua affirmet.Conclus.16.

3 Cognoscere debent testes testatorem ad hoc vt valeat testamentum; alias si dicunt non cognoscere, siue testamentum sit nuncupatiuum, siue inscriptis, siue per instrumentum, non valet.Signor. conf.149. Testamentum, per tot.

Coitus impotentia qualiter probetur. Conclusio.

VIDE Mascard. Conclus.311. vbi quod probatur per confessionem in præiudicium confitentis, & probatur per inspectionem, & signa, & ad effectum dirimendi matrimonium debet expectari per tres annos.

Vide eundem Mascar.plenius.Concl. 888. quo pacto probetur impotentia coeundi.

Vide. Copula matrimonialis multiplex, & qualiter probetur. Conclus.1033.

Coitus carnales qui punibiles, & qui non. Conclusio. CDXIII.

1 COITVS omnis carnalis violentus punibilis est, licet aliqui in meretrice contrarium esse dicant.Bal.conf. 381. Hæc est quædam inquisitio, in princ.lib.2.

2 Et quod in meretrice coitus violentus non sit punibilis, qui exposuit se venalem ad artem, ideo potest compelli, late Clar.§.fornicatio.num. 1.in fin.vbi relatiue.

Vide. Vendere nemo compellitur, & quando secus. Conclus.59.

3 Amplia, quia omnis coitus cum nupta etiam de consensu est punibilis, quia committitur adulterium. Bal.d.conf. 381.lib.2.ver. interdum.

4 Amplia, quia in coitu cum vidua honesta, vel cum virgine punitur stuprum etiam de consensu. Bal.d.conf. 381.ver. si virgo.lib.2.

5 Amplia, quia is, qui habet copulam carnalem cum consanguinea, vel affine in gradibus prohibitis, dicitur committere coitum punibilem, prout in patre cum filia, & e conuerso filius cum matre, vel nouerca, aut soror cum sorore nepos cum amita, patruus cum nepte, & similibus, de quibus plene Boer.decis.318.per totam, vbi quod pœna capitis plectitur, quod limita, vt ibi.

Vide. Incæstus quid sit, & quæ pœna. Conclusio.69.

6 Amplia, quia coitus sequentes puniuntur de iure communi *secundum Clar.§ fornic.num.5.

Cum concubina. Vide. Concubinatus quid sit, & qualiter sit licitus.Conclus.546.

Virgine. Vide. Stuprum quid sit, & quæ sit pœna.Conclus.710.

Puella nondum viri potente, vbi supra.

Puero. Vide in ver.Sodomiticum crimen detestabile, & eius pœna.Conclus.316.

Nupta. Vide. Adulterium quando committatur, & inter quos.Conclus.113.

Vidua. Vide. Stuprum quid sit. Conclus.710.

Affine. Vide. Incæstus quid sit, & eius pœna. Conclus.69.

Moniali. Vide.Sacrilegus quis dicatur, & eius pœna.Conclus.6.

Presbytero, vide supra proxime.

Domina, Subdita, Pupilla, Carcerata, Iudeis, vel Infidelibus, Animali bruto, Mortua, Mulieres inter se, Raptus, Violentia, Vxores plures habens.

7 Amplia, quia vasallus commiscens se cum Domina, videlicet vxore Domini sui priuatur feudo, & idem est si mortuo domino cum vxore domini vidua coeat, secus si alteri esset nupta.Cla. in§.feudũ.q.48.ru scis.& relatiue in §.fornic.n.19.

8 Extende in Domina, quæ cum seruo coiret, quia ipsa capite punitur, seruus vero flammis comburitur.l.1. C.de mulier.quæ proprijs seruis se iunxerunt. Clar. in §.fornicatio.num.20.vbi dicit *communem.

9 Et idem est si cum filia domini seruus coiret, etiam clypeo, & spe matrimonij. Boer. d. decis.316.num.7.ver.sed famulus.

Restringe,

10 Restringe,quia non procedit è conuerso si dominus coiret cum serua,quia non est coitus punibilis,imo serua debet remunerari,l.fin.C.commun.de manumiss. Clar.d. §. fornicatio, nu. 20. vbi plura dicit de Cyno Amatore atteſtante, quod plus operantur munera, quam ſuſpiria in amatoribus. Boer.decis.316.num.7.in fi.

11 Restringe,quia stuprum cum sclaua, vel serua non punitur ad mortem,nisi adsit raptus,vel violentia.Boer.d.decis.316.num.6. vbi ita conciliat opiniones contrarias.

12 Amplia,quia dominus, qui coit cum subdita, punitur.Clar.d.§.fornicatio,n. 21.

13 Extende in officiali habente coitum cum sibi subdita,quia punitur.Clar.d.§.fornicatio.nu. 22. Boer.deci.317.in prin.quia non bene conueniũt, neq.in eadẽ sede morãtur maiestas, & amor allegatOuid.& glo.in l.1.§.illud.C.de lati.liber.tollẽ.

14 Extende in parochiano habente coitum cum subdita suæ parochiæ.Diaz,in pract.crim.c.84.

15 Declara,quia licet officiales ex officio suscepto non peccandi licentiam,sed bene viuendi se nouerint assecutos, & possint puniri pro adulterio stupro,& quocunq.coitu,vt per Boer.decis. 317. nu. 12.& 13.

16 Tamen si cognoscat Iudex mulierem siue meretricem,siue honestam volentem, & consentientem non punitur etiam si esset carcerata, vel haberet litem,dummodo non cognoscat ex causa litis,vel sub promissione spectãtium ad officium, Boer.d.decis.317.nu.15.&seq.

17 Dicit tamen quod debeat abstinere,quia prædicta procedunt,quando semel,& quando partes non conqueruntur,alias priuaretur officio,& puniretur etiam in pœna pecuniaria, & secundum qualitatem maiori.vide eum,nu.16.usq. in fin.d. decis.317.

18 Amplia cum pupilla,quia tutor,qui coiret cum pupilla punitur pœna deportationis,& confiscationis omnium bonorum,l. vnica. C. si quis eam * cuius tutor,* communem dicit Clar.d. §. fornicatio,num.33. Boer. decis.317.in prin. vbi quod pœna capitali tenetur,licet nu.4.dicat quod ma- * gis * communis opinio est,quod pœna confiscationis bonorum,& deportationis puniatur, siue durante tutela siue ea finita cognoscat.

19 Extende etiam,si tutor desiit esse tutor,quia eadem pœna punitur,d.l.vnica.C.si quis eam, & ita Clar.d.§.fornicatio,nu.23.Boer.d.decis. 317. in prin.

20 Extendit Paris de Puteo,vt eadem sit ratio in custode carcerum,qui cognoscit carceratam, ut pœna vltimi supplicij plectatur,licet Boer.d.deci. 317.in prin.dicat non ualere argumentum, quia tutor iurat,custos non iurat,nisi in crimine hæresis,& quia pœna ista custodis est arbitraria,quæ non includit mortem naturalem,vide eum.

21 Amplia cum carcerata, quia custos carcerum habens rem carnalem cum ea, punitur pœna furcarum in Gallia,in statu Mediolani pœna trium ictuum funis,vel alia pœna arbitrio Senatus.Clar. d.§.fornicatio,nu.14.ver.cum carcerata.

22 Extende etiam,si carcerata sit meretrix, quia licet coitus cum meretrice,etiam per vim sit impunitus,tamen ratione loci carcerum debet puniri.Clar.d.§.fornicatio,nu.21. vbi allegat Boer. decis.317.nu.9.vbi quod custos,qui cognouit meretricem carceratam per vim fuit suſpensus, secus si de consensu,quia pœnam non meretur pro vtraque sunt opiniones,vt Boer. dict. decis. 317. num.5.vbi tenet quod pœna capitis etiam in meretrice ratione loci,& num.7.& 8.quod non puniatur.& numer.9.distinguit vt supra,si per vim punitur,alias non.

23 Restringe in alio carcerato,qui non sit custos cognoscente meretricem carceratam, quia non punitur. Boer. dict. decis. 317. n. 10.& nu. 14. * dicit * communem, prout enmrefert, & sequitur Clar. dict. §.fornicatio.num.25.uer.si vero.

24 Amplia quia Iudæus, vel Infidelis punitur si coeat cum Christiana,non pœna mortis, sed arbi * traria citra mortem,secundum * communem,de qua Clar.d.§.fornicatio,nu.26.ver.cum Iudæis.

Vide.Iudæi quales,& qualiter tractandi. Conclusio.373. nu.32.& seq.

25 Et ideo quandoq.virilia fuerunt abscissa,vt attestatur Oldr.cons.6.quandoque pœna triremium fuit condemnatus Iudæus,etiam si Christiana esset meretrix, vt atteſtatur Clar. d. §.fornicatio. ver.& ego vidi,& quandoque pœna pecuniaria * secundum * communem,de qua Alexand. consil. * 13. libr. 7. Corne. consil. 107. libr. 1. & * magis communem,quod pœna pecuniaria puniatur. Alciat.cons.458.in prin.Clar.d.§.fornicatio. nu. 26. & plenius Boeri. decis. 316.numer.5.

26 Declara,quia si Iudæus vltra fornicationẽ cõmitteret adulterium cum Christiana,tunc puniretur pœna mortis, ne sit melioris conditionis Hebræus,quã Christianus. Clar.d.§.fornicatio.n. 26.in fi.ver.hoc autem,allegat Ias. cons.22.lib.1.

27 Extende vt idem sit quando Christianus coiret cum Iudæa, quia eadem pœna punitur,imo Boer. decis. 316. numer. 5. atteſtatur quod fuit combustus Christianus Parisiis, qui retinebat in domo Iudæam ex qua susceperat plures filios. Clarus d. §. fornicatio. numer. 26. in fin. licet idem Boer,de alio,quod non fuit punitus, sed propter furtum.

28 Restringe cum Infideli in Cathalonia, quia non est pœna mortis masculo coeunti cum muliere Infideli, sed bene est mulieri fideli coeunti cum Infideli licet propter partum deberet esse contrarium. Boerius dict. decis.316.nu. 5.in fi.ver.tamen Hieronymus Paulus.

29 Amplia in eo, qui cum brutis coiret, puta cum asina, vel alio irrationali animante, quia talis coitus est contra naturam, & connumeratur inter nefandissimos, ideo pœna mortis punitur, vt in casu asinæ consuluit Roland. a Valle consil. 7. lib. 1.Clar. §. fornicatio, numer. 27. ver. cum animali: & de coitu cum equa idem Clar. in §.fi. quæst. 99.numer.8.& de coitu pueri cum cane cum emissione seminis,licet esset in undecimo anno. Clar. §. fin. quæst. 60.numer.3. uer. quinimo, ubi quod fuit liberatus propter ætatem, & de eo qui coibat cum bruto animali,& perterritus nõ perfecit,quod deberet puniri pœna mortis.Boer.deci.316.nu.4.

30 Et ad terrorem una cum homine debet interfici animal etiam de iure Diuino,Exodi.c.23,& ita seruatum fuisse dicit Clar.d.§.fornicatio.numer. 27.in fin.& plenius in §.fi.quæstione 99.nume. 8. imo si delinquens homo non potest haberi,animal debet interfici.Clar.d.q.99.num.8.Boer.dict. deci.316.num.4.

31 Extende etiam in muliere quæ supponit se bruto ani-

ro animali, vt loquitur Boer.d.deciſ.316. nu. 4. & rex.in exodo ſupra proxime.

32 Extende, quia imo conatus coeundi cum beſtia bruta, licet non perficiatur, quia fuit impeditus, debet tradi morti, prout obſeruatum fuiſſe atteſtatur Boer.deciſ.316.in princ.vſque ad numerum 5.ſequitur Clar.d.§.fornicatio.nu.27.

33 Reſtringe in impubere, vt per Clar. §.fi. q.60. nu.3.qui approbat quoad pœnam ordinariam, ſed non quoad extraordinariam.

34 Reſtringit apoſtil.ad Aret.in §.item lex Iulia. poſt num.2.Inſtit.de publ.iudic.in homine groſſo, & idiota, cui fuerit hoc perſuaſum, quia debet immunis fieri à pœna.

35 Contrarium dicit Clar. quod nulla groſſicies, vel conſilium excuſat in iis, quæ ſunt naturalia, ideo debet puniri, forte tamen minus.

36 Amplia, quia cum mortua coitus punitur, & graniter tanquam contrectans cadauera, iuxta l. fi.C.de ſepul.viola.Clar.d.§.fornicatio,n.28.ver. cum mortua, plene Boer.dec.316.n.10. & ſeq. vbi pro vtraque parte allegat, tandem num. 3. ita concludit.

37 Amplia in coitu inter mulieres, quando inter ſe coeunt confricando, & eſt pœna mortis ſicut in ſodomia.l.fœdiſſimam. C. de adult. & eſt communis * opinio per Clar.in §.fornicatio.nu.29.verſ. inter mulieres.Boer.d.deciſ.316.in fi.nu.14.vbi dicit adeſſe quandoq; fœminas proſequentes, & coëuntes cum fœminis, vt de duabus dat exemplum.

38 Declara, quia pœna mortis imponitur quando imponunt aliquod inſtrumentum vitreum, vel ligneum loco membri, alias ſi ſolam confricationem faciunt, puniuntur citra mortem, & hanc opinionem ſibi placere dicit Clar.d.§.fornicatio. nu.29. & ita fuiſſe ſeruatum in ciuitate Granatæ, atteſtatur Gomeſ.ſuper l.80.tauri. nu.34.

39 Amplia in coitu per raptum, quia punitur pœna mortis. Clar.d.§.fornicatio.nu.30.

Vide. Raptor mulieris quis dicatur, & qua pœna puniatur. Concluſ. 6.

40 Amplia, quia habens duas vxores, vel plures, vel è contra mulier habens plures viros punitur tam de iure Canonico, quia capitli mulieris, & veſtes anteriores, & poſteriores ſcinduntur; de iure vero ciuili pœna ſtupri tenentur, & pœna confiſcationis medietatis omnium bonorum imponitur. Alexa. conſ.161.Viſis, & ponderatis.lib.7.& ſunt infames, ſecundum * communem, de qua Clar.d. §.fornicatio.num. 31.ver. dicitur etiam.

Vide.Matrimonium cum duabus contrahi non poteſt, & qua pœna imponatur.Concluſ.144.

41 Declara, quia in aliquibus locis eſt pœna 500.& trium ictuum funis, prout Mediolani, quandoque etiam ferro candenti ſignantur, prout in Hiſpania, quandoque mittuntur ad triremes, & quandoque etiã ſuſpẽdũtur, maxime quãdo fuit toties reiterata cũ, prout in eo, qui quatuor vxores eodẽ tẽpore habebat. Clar.d. §.fornicatio.nu. 31. Gram.voto 17.

42 Reſtringe, quando mulier diu expectato marito abſente, nupſit, quia nuncium habuit de morte illius, vel quia erat fama publica, quod erat mortuus, quia excuſatur, alias punitur de adulterio ſecundum * communem.Clar.d.§.fornicatio. nu. 32. ver. ſed pone.

43 Amplia, quia coitus punibiles, ſi per vim adhibeãtur, vel cõmittãtur grauius puniri debẽt eadẽ que pœna capitis imponitur.Clar.in §.fornicatio, in fi.vbi ponit plura exẽpla grauioris punitionis ppter vim adhibitã, in quibus cõſuluerũt diuerſi.

44 Limita in coitu cũ non coniugata, vel vidua turpis vitæ, & famę, & libidinis ſe immiſcente, quia ſi eſt de conſenſu, non eſt punibilis. Bal.d.conſ.381. circa fi.ver.ſi autem.lib.2.vbi, quod non procedit inquiſitio facta pro coitu carnali cum muliere, niſi dicatur de violento coitu, vel quod ſit mulier honeſta, maxime quando conſtat ex proceſſu, quod non erat honeſta mulier.

45 Extende, quia de iure Ciuili fornicatio, videlicet ſolutus cum ſoluta, imo coniugatus cum ſoluta, & presbyter cum ſoluta non punitur. Clar.in §.fornicatio, in princ.

Vide. Fornicatio quid ſit, & an prohibita, vel non. Concluſ. 421.

46 Extende, quia ſicuti coitus cum meretrice non eſt punibilis, ita etiam coitus cum muliere inhoneſta, licet non ſit meretrix, quando non adeſt violentia.Alex.conſ.13. Attentis. n.5.& ſeq. ver. pro hoc bene facit.lib.6.vbi in fin.num.24. & ſeq. quomodo probetur inhoneſta vita mulieris.

47 Infert propterea Alex.d.conſ.13.nu.6. lib.7. ex mente Angeli in l.ſi vxor.ff.de adulter.quod ſcholares accedentes ad iſtas fantolaſtras vagantes per ciuitatem, & alias mulieres, quæ appellantur fanteſchæ tanquam inhoneſtæ vitæ non poſſunt puniri.

48 Limita in concubinatu, quia punibilis non eſt. Bal.d.conſ.381.in fi.ver.de concubina.lib.2.

49 Declara, quia non eſt punibilis de iure Ciuili, ſi concurrant omnia requiſita ad concubinatum, alias ſecus, quia intrat ſtuprum. Clar. §. fornicatio.num.10. ver.vnum tamen, & de iure Canonico etiam concubinatus eſt prohibitus, & pœnam vide apud Clarum vbi ſupra nu. 9.

Vide. Concubinatus quid ſit, & qualiter prohibitus. Concluſ.566.

Coitus quando præſumatur, vel non, & qualiter probetur. Conc.

1 VIDE Maſcard. concluſ.512. vbi firmat regulam, quod præſumitur ſi vir cum muliere in eodem lecto cubauerit, & ampliat in conſanguineis remotioris gradus, ſecus in proximioribus, prout frater, & ſoror, limitatq; quando in eodem domicilio, & publice, vbi, quod etiam coniecturis probatur ex oſculo, amplexu, & quando ſolus cum ſola, & ſimilia.

Vide. Adulterium ex quibus probetur, vel non, Concluſ.223.

Collatio bonorum à quo peti, & fieri debeat. Concl. CDXIV.

1 COLLATIO bonorum fieri, & peti debet ſolum inter ſuccedentes vniuerſaliter. Bald. conſ. 210. Sciendum eſt, quod inter, ante med. libro 4.

2 Et ideo qui non petit ſe admitti ad vniuerſalem ſucceſſionem, vel quotam non confert. Alexand. conſ. 28. Circa primum. num. 3. ver. circa ſecundum. lib. 1.

Extende,

3 Extende, vt procedat etiam si filia renunciauit hæreditati patris viuentis, quia si pater instituat eam hæredem, vel cohæredem non sibi præiudicat cessio quin petere possit, & facere teneatur bonorum collationem. Bald.cons.216. ante med. ver.aut quæritur de relictis.lib.4.

4 Amplia,quia filiusfamilias tenetur conferre ea quæ pater sibi concessit in peculium quando erat in potestate patris,quia non præsumitur donatio, secus si fuisset emancipatus. Bald. cons.389. Notandum est, in prin.lib.3.

5 Amplia, quia filius in potestate patris confert & communicat fructus dotis proprie, & acquisita ex talibus fructibus, quando pater sustinuit onera matrimonij, alias secus. Bald.d.cons.389. num.2. vers.super secundo.lib.3. Bart.in tract.de duobus fratri.1.parte princ. quæst. vltima,sequitur Roman. cons.406.Quæstio præsens.col.2.ver. vltima fuit, vbi dicit veram, & æquam, & apostill.ibi dat concor.in ver.opinio.

Vide. Dotis fructus quando debeantur socero, vel marito. Conclus.740.

6 Declara,quia multæ fuerunt in hoc opiniones controuersæ, & omnes quæ sunt quinque, recitat Rom.d.cons.406.Et tandem distinguit si solus pater sustinuit onera matrimonij confert dotem, & lucrum dotis lucratæ, si filius solus sustinuit nihil confert, si simul pater, & filius sustinuerunt, quia lucrum commune est confero pro rata patris & suam ratam habet liberam.

7 Restringe, seu declara, quia imo pater habet vsumfructum in bonis lucratis per filium propter nuptias,& ideo reputantur bona aduentitia, quæ tamen non communicat, vt l.1. & 2. C.de bonis quæ liber. iuncta l.fin. C.de collatio. igitur videtur, quod etiam si pater sustinuit onera non fiat communicatio, sed Roman. d.cons.406. num. 4. vers. nec huic considerationi, dicit, quo l debet intelligi restrictio de lucro nuptiali, quod prouenit ex liberalitate vxoris, non autem de eo lucro, quod conceditur propter onera matrimonij.

8 Limita, quia non habet locum collatio bonorum,neque peti potest,nisi inter descendentes succedentes ascendentibus.Corn.cons.188.In præsenti consultatione, in princ.lib.2.

Collatio bonorum quibus fieri debeat, & quibus non. Conclusio. CDXV.

1 SI pater instituat quinque filios in legitima,& sextum hæredem vniuersalem instituat,septimo vero donauit quædam castra, & bona.si donatio redditur nulla, vel ipse donatarius teneretur donata cõferre, collatio debet fieri instituto vniuersaliter, non autem alijs in sola legitima instituris, quia collatio fit solum succedentibus vniuersaliter.Castr.cons.444.Præmittendum est, in princip. lib. 2.

Collatio bonorum quando fieri debeat,vel non. Conclusio. CDXVI.

1 COLLATIO bonorum debet fieri inter succedentes ab intestato de omnibus generaliter.l.vt liberis.C.de collationibus,ibi nulla discretione intercedente. Oldra. cons.135. Factum tale quidam,in fin.ver.nec est necesse.

2 Extende, quia collatio bonorum profectitiorum debet fieri inter succedentes ab intestato,sive sint Christiani, sive hebræi. Angel.Aret.cons. 33. Videtur dicendum. num. 3. ver.quantum ad tertium.

3 Et procedit, sive sint in pari gradu, prout omnes filij, vel omnes nepotes,sive etiam sint nepotes ex filio,qui succedant cum amita dotata à patre, quia amita debet conferre dotem profectitiam. Ang.Aretin.d.cons.33. nu.35. vbi declarat quomodo dos data viro conferri debeat,& dicit, quod confertur non in præiudicium viri, quia à viro non aufertur, sed filia tanto minus consequitur, & si filia nondum exegit dotem communicabit liberando cohæredes.nu.34.

4 Et pariter nepotes communicabunt amitæ, si quid ab auo habuerunt. Ang. Aretin.cons.33.nu. 34.ver.sed dubium magnum, vbi loquitur in nepotibus succedentibus auo ex forma statuti,etiam viuente filio excluso, quia renunciauit.

5 Declara, quia si filius excluſus,quia renunciauit hæreditati patris propter partem suam habitam,si relinquat filios, qui à statuto vocantur cũ patruis,licet si eorum pater succederet,teneretur communicare partem habitam, tamen ex quo viuit, & filij ex eo non veniunt ex persona patris, sed à lege. non tenentur ipsi cõmunicare id,quod eorum pater habuit. Ang.Areti.d.cons.33.nu.35. ver.sed dubium magnum resultat, vbi pro vtraq; parte allegat, & hanc tuetur, secus esse dicit, si iam eorum pater esset mortuus.

6 Differunt collatio bonorum ab imputatione in legitimã,quia non omnia,quę conferuntur debent imputari in legitimam,sed è cõuerso omnia,quæ imputantur in legitimam, conferri debent. Alex. cons.14. Visis dubijs. ver.& non est verum. lib.2.

7 Adde,quia aliud est communicare respectu legitimæ,& in legitima,aliud in trebellianica, quia diuersa est ratio,& per consequens diuersum ius. Ripa in l.in quartam.ff.ad l.Falcid.n.187. & aliud communicare,vel conferre, aliud imputare.

8 Declara, quia vbicunque collatio est facienda non debet fieri actu, sed tanto minus percipiet is,qui conferre debet.Bald.cons.37.Quoniam remelius.nu.5.in fi. ver. & sufficit quod.lib.2.glo.in l.filiæ.la 2.in ver.conferat.C.de collatio. Cuman. cons.104.Antonius Saulus.nu.1. circa fin.

9 Amplia in donatione propter nuptias facta, quia debet conferri, & communicari inter succedentes ab intestato.Oldra.d.cons.135.in fin.

10 Declara, quod non confertur si matrimonium soluatur ante mortem patris, quia donatio efficitur simplex. Oldrad. cons. 151. vide infra in 3.limitat.

11 Amplia in donatione facta ex causa emancipationis,& ob quamuis aliam causam. Oldra. cons. 138.Thema tale est,Durand.num.6. ver.ad quartam. Bart.in l. si quando. §. 2. C. de inoff.test.

12 Amplia, vt debeant etiam communicari res emptæ ex pecunia testatoris in personam alicuius cohęredis. Oldrad.cons.149.circa fin. ver.super alia quæstione.

13 Et omnia acquisita de rebus,vel fructibus communibus vnius fratris debent communicari.Bal. cons.438.in princ.lib.1.

14 Amplia, quia ea quę sunt communicanda, communicari debent cum fructibus, & omni suo incremento. Bal. conſ. 37. Quoniam re melius. nu. 5. in fi. ver. & talis collatio. lib. 2.

15 Amplia, quia data à patruo nepti contemplatione fratris patris neptis imputantur in legitimam, ſecus ſi contemplatione nepotis. Ripa in l. in quartam. nu. 202. ff. ad leg. Falcid. & nu. 139.

Vide. Contemplatione alterius factum quomodo probetur, & quid operetur. Concl. 966.

16 Amplia, quod filius emancipatus tenetur conferre bona quæſita poſt emancipationem, & quæ patri quæſita fuiſſent ſi emancipatus non fuiſſet. Oldrad. conſ. 214. ver. & propter hoc.

17 Amplia in militia empta filio ex pecunia patris, quia communicat aliis quantum valet tempore mortis patris. Fulgoſ. conſ. 218. col. penul. ver. rurſum.

18 Amplia, quia ſi pater emit feuda alienando bona libera, licet in feudo non ſuccedat filię, tamen tenebitur maſculus communicare, prout de militia dicitur, quia feudum eſt militia. Fulgoſ. conſ. 218. col. pen. ver. rurſum.

19 Amplia, quod licet emancipatus emancipato non conferat, ſed ſuo tantum conferat, tamen confert patruus emancipatus nepoti emancipato ſuccedenti ex perſona patris ſui prædefuncti in poteſtate avi, per text. in l. 1. §. portiones. ff. de collatio. bon. Oldra. conſ. 224. n. 22. ver. quod pulchre.

20 Amplia, vt procedat etiam reſpectu librorum emptorum per patrem filio pro doctoratu, quia tenetur conferre omnes expenſas factas per patrem ſi extant tempore mortis, ſecus ſi ſunt conſumptæ. Bald. conſ. 21. Quinque quæruntur. lib. 1. per totum.

Vide. Expenſæ ſtudij quando imputandæ, vel non. Concluſ. 639.

21 Amplia in dote, quam habuit filia, quia ſuccedendo tenetur communicare. Bal. conſ. 42. Quæſtio iſta, lib. 2. vide plene Ripam in l. in quaream. nu. 153. ff. ad leg. Falcid. vbi declarat.

22 Extende etiam in eo, quod habuit monialis pro ingreſſu Monaſterij, quia ſi eſt habilis ad ſuccedendum, confert id, quod habuit ſi vult ſuccedere. Bald. conſ. 183. Factum proponitur. n. 1. ver. vnde concluditur, & conſ. 439. in princ. lib. 5.

Vide. Collatio dotis quando & qualiter fiat. Concluſ. 418.

23 Extende etiam ſi quantitas dotis non appareat, quia debet imputari filiæ dos congrua quam conſtat fuit habuiſſe, licet de quantitate non conſtet. Bald. conſ. 115. Verba dicunt. nu. 3. ver. quoad tertium. lib. 1.

24 Extende, vt procedat etiam ſi dos ſit prælegata in teſtamento, in quo inſtituuntur hæredes, quia adhuc tenentur conferre pro æqualitate ſeruanda. Bald. conſ. 37. Quoniam re melius. num. 5. ver. quarto vertitur. lib. 2.

25 Contrarium, quod imo dos prælegata à teſtatore, vel aſſignata non conferatur, quia percipit ex teſtatoris iudicio. Bald. conſ. 38. Super primo. nu. 4 ver. circa quartum. lib. 2. vbi dicit, quod ſolũ confertur quando filia dotẽ habuit inter viuos.

26 Reſtringe, quando dos eſſet data filiæ in bonis mobilibus conſumptis ſine culpa mulieris, quia ſi non fuerunt æſtimata, & reſtitutio fit, prout reperiũtur, non tenentur cõmunicare, niſi quod ſupereſt, ſecus ſi culpa ſua cõſumpta eſſet. Alſi. dec. 257.

27 Reſtringe, vt non procedat quando maſculi vellent excludere filiam dotatam vigore ſtatuti, quia tunc tenentur remittere ſtipulationem reſtitutionis dotis conceptam in fauorem patris, & filiorum maſculorum, alias ſi nolunt remittere poterit conferre dotem filia, & habere ſuam portionem debitam. Bald. conſ. 49. per tot. lib. 2.

28 Amplia, quia expenſæ veſtium vxoris vnius ex fratribus debent communicari, ſi de communi ſunt factę, alias ſecus. Bald. d. conſ. 438. circa fin. nu. 4. ver. ad tertiam q. lib. 3.

29 Amplia, quia filiusfamilias exiſtens in poteſtate patris confert ea quæ pater conceſſit in pecu lium negociando nomine filij, ſecus ſi eſſet filius emancipatus, quia pater nomine filij emancipati negocians cenſeretur donare, & eſſet proprium ſui filij emancipati. Bal. conſ. 470. Notandum eſt. lib. 5.

30 Declara, quia ſi pater mandaret conferri ſcutos ſeptemmille, alias cum primaret inſtituẽdo in eiſdem ſeptem millibus tantum, quia ſi nõ habuit eam ſummam, debent alij petentes conferri hoc probare. Cuman. conſ. 104. nu. 2. vbi, quod ſufficit debenti conferre, vt deponat aliis recuſantibus.

31 Amplia, quia filius imputat ea, quę pater ſoluit pro condemnatione filij. Ripa in l. in quaream. nu. 185. vbi idem in ſolutis pro filio ex fideiuſſione, ff. ad leg. Falcid.

32 Limita in expenſis nuptiarum factis per patrẽ pro vno filio, vel maioribus pro vno, quam pro alio, quia non conferuntur, neq; communicantur. Bal. conſ. 438. circa fin. ver. circa quartam. lib. 3.

33 Limita in veſtibus factis per patrem filio ſtudenti, vel alias, quia cum non ſint veſtes loco ornamentorum, prout ſunt veſtes mulierum non conferuntur etiam ſi extent. Cuma. conſ. 28. De fundo dato, in fin. ver. veſtes autem.

34 Limita in libris donatis à patre filio ſtudenti, quia ex quo donatio confirmatur morte, ſiue filius perfecerit ſtudium viuente patre, ſiue poſt obitum patris, non tenetur conferre. Cuma. conſ. 40. Cuidam filio, in princ. vbi, quod illa eſt fere communis* opinio omnium Doctorum.

35 Limita in donatis ſimpliciter, quia iſta non conferuntur. Oldra. conſ. 138. ver. ad quartam, ibi & ſi dicatur ſimplex donatio, idem Oldrad. conſil. 151. Si quis verba. n. 2. ver. ſi ſic, vbi dicit magis* communem, quod filius non confert donata ſibi in poteſtate à patre, quando donatio eſt ſimplex, vel à principio fuit propter nuptias, & eſt ſolutum matrimonium, quia efficitur ſimplex, & eſt ratio, quia non valet à principio, ſed confirmatur morte, ideo habet vim legati.

Vide. Pater quando acquirat filio, vel nepoti. Concluſ. 116.

36 Limita in ijs, quæ ſunt legata in ſupremum iudicium teſtatoris, quia non conferuntur. Oldra. conſ. 135. in fin. ver. ſi vero collatum eſſet, & Feder. de Sen. conſ. 3. nu. 6. verſ. præterea iſtæ duæ Eccleſiæ, vbi, quod prælegata non conferuntur in diuiſione hæreditatis.

37 Extende etiam ſi prælegatum ſit factum pro dote, quia filia ſuccedens dotem prælegatam non confert, ſecus ſi dos eſſet data inter viuos. Bald. conſ. 38. nu. 4. ver. circa quartum. lib. 2.

38 Limita, quod filius emancipatus non confert, nec communicat id quod actione iniuriarum conſequitur. Oldr. conſ. 148. Factum tale eſt quidã Comes. num. 6. ver. quarta ratio eſt. vbi, quod eſt

ſpeciale

ſpeciale in ſocio omnium bonorum, qui communicat etiam quæſita ex actione iniuriarum, concord. Fede. de Sen. conſ. 174. in fi. ver. præterea illud, vbi reddit rationem, quia eſt pretiũ vindictę.

39 Limita, quod collationem facere non tenetur, nec ab alijs petere poteſt is, qui non habet ius ſuccedendi. Oldrad. d. conſ. 135. Factum tale quidam, & ideo filius, & extraneus ſibi non conferunt, item nec duo extranei, nec duo emancipati. Feder. de Sen. conſ. 3. nu. 7. ver. præterea ſi volumus.

40 Limita, quia ſi pater grauaret filium ad conferendum ſcuta ſeptem millia, quæ dixit illi dediſſe ad negociandũ, non creditur patri, ſi non conſtat, quia hoc modo filium poſſet doloſe priuare, & ſine cauſa. Cuman. conſ. 104. nu. 2. ideo dicit, quod onus probandi incumbit petentibus conferri.

41 Limita, quia emancipatus emancipato non confert. Oldra. conſ. 224. nu. 22. ver. quod pulchre. Feder. conſ. 3. nu. 7. ver. præterea ſi volumus.

42 Reſtringe, quia filius emancipatus confert nepoti emancipato ex fratre, quando pater nepotis mortuus eſt in poteſtate patris, quia cum nepos in ſucceſſione ingrediatur locum patris ficuti filius emancipatus conferret filio non emancipato, ita etiam nepoti emancipato, qui repreſentat patrem non emancipatum. Abb. conſ. 85. In præſenti. col. pen. in fin. ver. & optime ad propoſitum. lib. 1. allegat tex. in l. 1. §. fi. & l. ſi nepotes. ff. de collat. bonor. & l. 1. §. ſi filius, ad fin. de coniun gen. cum emancip. liber.

43 Limita, quia quod quis percipit ratione onerum non tenetur conferre. Feder. de Sen. conſ. 3. nu. 6. in fin. ver. item quod ratione, allegat l. 1. §. ſi ad id. ff. de collatio.

44 Limita in fructibus bonorum dotalium, quia ſi onera matrimonij ſubſtinuit maritus ſolus, vel vxor, non communicantur. Bald. conſ. 438. num. 3. verſ. circa ſecundam. lib. 3. ſecus ſi mulier de communi fuit alimentata, quia communicari fieri debet.

Vide. Dotis fructus quando debeantur ſocero, vel marito. Concluſ. 740.

45 Reſtringe, quia ſi pater ſubſtinuit onera matrimonij filij, pater lucratur fructus dotales, & ſunt communicandi omnibus filijs. Bal. conſ. 470. Notandum eſt. nu. 5. ver. ſuper ſecundo. lib. 5.

46 Idem eſt ſi fructus dotales ſunt exacti per filium nomine patris, quia ſi pater ſubſtinuit onera, adhuc communicantur omnibus filijs. Bald. d. conſ. 470. circa med. ver. idem eſt ſi filius. lib. 5.

47 Idem eſt ſi filius exegit fructus dotales nomine ſuo, quia tenetur communicare mortuo patri, quando pater ſubſtinuit onera matrimonij, quia non præſumitur donatio, ſed omni filio adminiſtrationis. Bald. conſ. 470. in fi. ver. aut pater. li. 5.

48 Extende limitationem, quando pater renunciaſſet vſufructui quæſito filio in dote, vel donaſſet filio, quia talis donatio confirmatur morte, neque communicari. Bald. conſi. 470. circa med. ver. ſi autem pater. lib. 5.

49 Limita in ſilentiarijs, quia non conferunt etiam id quod vltra onus militiæ recipiunt. Omni modo, in fi. C. de inof. teſta. Feder. de Sen. d. conſ. 3. nu. 6. in fi. ver. item ſilentiarij.

50 Limita, quia in ſucceſſione fraterna non habet locum collatio, ſed ſolum in paterna ſucceſſione. Bald. d. conſ. 470. nu. 6. in fi. ver. & in quantum ſuccedit. li. 2. quia quando agitur de ſucceſſione tranſuerſali nunquã ſuccedentes conferunt, ſecus quando agitur de ſucceſſione aſcendentium, communẽ dicit Corn. conſ. 188. In pſenti conſult. in prin. li. 2.

51 Limita, quia non ſuccedentes in ius immenſum & ſic in vniuerſum non conferunt inuicem. Feder. d. conſ. 3. nu. 7. verſ. item non ſuccedentes, allegat l. à patre. C. de collatio. vbi, quod propterea legatarij non inuicem conferunt.

52 Limita, quia filius adoptatus non confert ſpem ſuccedendi patri adoptanti, quia ea, quæ patri naturali, cui ſucceditur non acquiruntur, non veniunt in collatione. Abb. d. conſ. 85. col. pen. in fi. ver. nec obſtat ſi opponatur. lib. 1.

53 Limita, quia collatio non habet locum in ijs, qui ſuccedunt diuerſo iure, vt ſi vnus ex teſtamento, alter ab inteſtato ſuccedat. l. pater filium. & l. ſeq. ff. de collatio. Feder. d. conſ. 3. num. 8. ver. item ceſſare debet.

54 Limita in lucris factis per doctorem, quia dicitur peculiũ quaſi caſtrenſe, & eſt propriũ doctoris, nec tenetur communicare alijs fratribus de iure, neque ex æquitate. Bal. conſ. 21. in fi. ver. vltimum dubium. lib. 1. & idem in lucris medici. Bald. conſ. 438. in princ. lib. 3. vbi, quod in dubio præſumitur acquiſitum ex induſtria, non ex communibus bonis, ſed tamen eſt arbitrarium.

55 Extende etiam in libris donatis filio exiſtenti in poteſtate, vel emancipato, quia ſi efficitur doctor viuente patre, & cępit militare habet illos præcipuos quaſi peculium caſtrenſe. Cuma. conſ. 28. ver. de libris, & circa me. vbi dicit communiorem * opin. Bald. conſ. 438. Primo dicam. n. 2. ver. circa alium. lib. 3. qui loquitur in libris medici.

56 Limita, quia filia ex diuerſa matre ſuccedens patri, non tenetur communicare id, quod habuit ex bonis maternis, quia aduentitia non communicantur, ſed tantummodo profectitia. Bal. conſ. 37. Quoniam re melius. nu. 3. ver. ſecundo vertitur, & conſ. 38. Super primo. nu. 2. ver. circa ſecundũ. li. 2.

57 Extende, vt procedat etiam ſi pater in teſtamento, in quo inſtituit filias hæredes ex diuerſis vxoribus dixit, dummodo prima filia maritata in bonis maternis conferat dotem matris ſuæ, quia adhuc non tenetur conferre hæreditatẽ matris. Bal. d. conſ. 38. nu. 2. ver. videamus vtrum. lib. 2.

58 Bene poteſt pater grauare filios, vt conferant dotem, & hæreditatem matris, ſi modo non grauantur ex tali collatione in portione legitimæ ſibi debitæ à patre. Bal. d. conſ. 37. in fi. ver. ſexto vertitur, & conſ. 38. in fi. ver. ad vltimum. lib. 2.

Vide. Communicatio bonorum quando fiat inter communionem ſeruantes. Concl. 537. & Concluſ. ibi prox. ſeq.

Vide. Donatio facta filio non imputatur in legitimam. Concluſ. 675.

Vide. Legitimam computat quicquid habuit petens eam. Concluſ. 205.

Vide Concluſ. prox. ſequen.

Collatio bonorum non fit multis caſibus. Concluſio. CDXVII.

1 PRÆLEGATA à patre filijs, vel hęredibus non conferuntur, quia dicuntur filij habere poſt mortem, & ex iudicio teſtatoris. Bald. conſ. 210. Sciendum eſt, in princ. lib. 4.

2 Amplia, quia dos prælegata, ſeu relicta filiæ in teſtamento non confertur, quia habetur poſt mortem teſtatoris. Bald. conſ. 210. in prin. lib. 4. & poſt med. ver. à ſororibus autem.

3 Amplia, quia ſi pater fecit expenſas nuptiales pro vno filio, qui duxit vxorem, ſi mortuo patre alter filius ducat vxorem, dum ſunt in communione, cæteri non tenentur conferre, ſed ipſe faciet de ſuo. Roman. conſ. 469. Quoad primum, in fin. ver. quoad tertium.

4 Amplia, quia data ab eo, de cuius ſucceſſione agitur, in teſtamento in vim relicti non conferuntur. Bald. d. conſ. 210. poſt med. ver. à ſororibus autem. lib. 4.

5 Amplia, quia quæſita per filium ex lucris officiorum à communitate habitis non quæruntur patri, neque conferri debent. Rom. Iare conſil. 469. Quoad primum. nu. 6. ver. quoad ſecundum, vbi apoſtill. fin. citat Socin. conſ. 40. Circa primum, in 4. dubio. lib. 4.

6 Amplia, quia quæſita ex militari induſtria, ſiue viuente, ſiue mortuo patre non conferuntur. Bald. conſ. 239. Certo certius. lib. 4. Roman. conſil. 43. Ad primum, in princ.

7 Extende, quia quæſita ex peculio caſtrenſi, vel quaſi, aut ex peculio aduentitio per filium non quæruntur patri, neque conferuntur. Roman. d. conſ. 469. nu. 6.

8 Extende, quia quæſita per filium viuente patre quoad proprietatem ſunt filij ex induſtria acquirentis, pater vero habet vſumfructum, ſed tamen mortuo patre non conferuntur quæſita ex induſtria per vnum filium alijs fratribus. Bald. conſil. 234. Factum tale eſt. lib. 1. & conſ. 259. circa fi. ver. eſt & tertius caſus. lib. 5. Roman. d. conſil. 43. in princip. vbi, quod ſolum profectitia conferuntur, non aduentitia.

Vide. Filius, quando, & in quibus patri acquirat, vel non. Concluſ. 351.

9 Et vide ad prædicta, an communicet quæſita viuente patre. Anchar. conſ. 303. Angel. conſ. 85. Corne. conſ. 130. lib. 2.

10 Dicas, quod quæſita ex apotheca dimiſſa a patre debet communicare alijs fratribus, & idem eſt de quocunque exercitio relicto, vel dato à patre. Soci. conſ. 254. lib. 2. Deci. conſ. 511.

11 Declara extenſionem, quia ſi filius ex propria mera induſtria acquirit, nõ communicat aliquid, ſi vero ex patrimonio patris acquirit ſine opera ſua, omnia communicat, ſi autem acquirit partim ex re patris, & partim ex opera ſua, tunc fit diuiſio lucri, & pro ea parte quæ attribuitur capitali communicat, pro ea vero parte, quæ attribuitur operæ, & induſtriæ non communicat. Bald. conſ. 259. Factum ſic ſe habet. lib. 5. per totum, vbi in fin. quod in dubio ſtatur coniecturis, an ex re patris, vel ex opera.

12 Amplia, quia ſi quid ſolutum fuit pro delicto, vel condemnatione vnius filij debet imputari illi ſoli, & alij non tenentur conferre, neque concurrere. Bald. d. conſ. 234. in princ. lib. 5.

13 Amplia in aduentitijs, quia filius non communicat fratribus quæſita aduentitia etiam viuente patre. Bald. conſ. 259. Factum ſic ſe habet, per totum. lib. 5.

14 Amplia, quia filius acquirens viuente patre ex propria induſtria, quod præſumitur, quando quæſiuit ſeorſum abſens à patre, & eſt homo induſtrioſus, non tenetur poſt mortem patris communicare alijs fratribus. Bald. d. conſ. 259. per totum. lib. 5. quod eſt D. Franciſci filij Baldi.

Vide. Filius præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis patris, & quando ſecus. Concluſ. 353.

15 Declara, quia ſunt quatuor caſus acquiſitionis factæ per filium viuente patre, quia quandoque acquirit filius ex aliquo rerum euentu, quandoque quia extraneus ſibi donat, vel relinquit, quandoque pater ipſe concedit, quandoque filius patrimonium paternum dinumerat. Bald. d. conſ. 259. nu. 1. ver. circa quod. lib. 5.

16 Reſtringe ampliationem, vt non procedat quando filius viuente patre aliquid quæſiuit ex re patris ſine vlla opera ſua, quia tenetur omnia communicare. Bald. d. conſ. 259. circa med. ver. circa quod conſiderandum. lib. 5.

17 Amplia, quia filius non tenetur conferre dotem ab auo datam nepti ex filio. Alex. conſil. 26. Circa primum. num. 3. ver. circa ſecundum. lib. 1. quod verum dicit, quando dos eſt data contemplatione neptis, non filij.

18 Extende imo etiam ſi data ſit nepti contemplatione filij, quia non tenetur filius conferre. Alex. d. conſ. 26. nu. 3. ver. præterea. lib. 1.

19 Amplia, quia licet filia petens ſupplementum legitimæ teneatur conferre dotes, & omnia habita à patre, ſecus ſi pater dixit, quod ſuppleatur filiæ legitima comprehenſa certa quantitate, quia iocalia, & alia non tenetur conferre. Petr. de Anchar. conſ. 39. Pro clariori deciſione. n. 7. vſq. in fi.

Vide. Bona aduentitia, & profectitia, quæ dicantur, & in quibus differant. Concluſ. 107.

Vide. Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ. prox. præced.

Vide. Pater quando acquirat filio, vel nepoti. Concluſ. 116.

Collatio dotis quando, & qualiter fiat. Concl. CDXVIII.

1 FILIA veniens ad ſucceſſionem patris tenetur communicare dotem habitam alijs filijs. Bald. conſ. 49. Quæſtio iſta. lib. 2.

Vide. Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ. 416. nu. 21. & ſeq.

2 Extende, vt idem ſit inter plures ſorores, quia tenentur inuicem conferre, & communicare dotes. l. ſi ſoror. & l. dotis, & l. filiæ dotem. C. de collatio. & hoc, vt inter eas ſeruetur æqualitas. Bal. conſ. 203. Quoniam. col. 3. verſ. quarto, & hoc ſine dubio, & conſ. ſeq. ver. circa quartum. lib. 1. Durant. de arte teſtan. tit. 8. cantel. 4. Grammat. deci. 63. in princ. & in fin. Boer. conſ. 38. in princ. Corn. conſ. 80. nu. 2. lib. 4. Pariſ. conſ. 16. nu. 34. lib. 2. Rui. conſ. 161. nu. 20. lib. 1. late Ias. in l. vt liberis. nu. 3. ver. & conſidera. C. de collatio.

Vide. Dotis ſupplementum an poſſit peti, & quando. Concluſ. 784.

3 Reſtringe multis modis, de quibus in ver. Collatio bonorum non ſit multis caſibus. Concluſ. prox. præced. nu. 17. & ſeq.

4 Amplia, quia filia, quæ admittitur ad ſucceſſionem patris ex teſtamento tenetur imputare dotem in legitimam.

Vide. Legitimam imputat quicquid habuit pro ea tam. Concluſ. 805.

Limita,

5 Limita, quia ſi pater conſtituat dotem filiæ ſuper monte puellarum, quæ in termino 12. vel 15. annorum lucratur, & multum augetur, tenetur communicare ſolum illam ſortem principalem, quam pater poſuit à principio, non autem illud augmentum, vt per Corn. conſ. 1. ver. deueniendo ad ſextum quæſitum. lib. 4. vbi commemorat alias conſuluiſſe in Ciuitate Florentiæ pro hac parte vna cum Bald. de Bartolinis; quia augmentum non cenſetur dos profecta à patre. Ripa in l. in quartum. nu. 156. & ſeq. ver. ex ijs etiam infertur. ff. ad leg. Falcid. quia illud plus prouenit à monte propter lucrum, quod ſperat, ſi mulier ante matrimonium moreretur, non à patre.

6 Contrarium videtur forte verius, quia illud augmentum fuit cauſatum à ſorte principali patris. l. omni modo. §. imputari. ver. occaſione militiæ. C. de inoffi. teſtam. & maxime, quia mortua muliere ante matrimonium pater perdit capitale, ergo ad patrem debet ſpectare lucrum, quia ipſe ſentit damnum, vel periculum. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & facit, quod dicunt Doct. in l. illud. C. de collatio. quod prouentus, qui percipitur ex officio, ſeu ex militia empta per patrem filio debet conferri deducto eo, quod rationabiliter debet præſtari filio pro exercitio ſuæ perſonæ, vbi Iaſ. ver. ſecunda principalis, dicit; quod ſi conſtat clare, quod ſine opera filij ſit lucratus ex capitali tenetur communicare.

Vide. Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ. 416. num. 21. & multis ſeqq.

Collatio, electio, & inſtitutio quid ſint, & in quo differant. Concluſ. DXIX.

1 COLLATIO eſt quædam confirmatio, vt per Abb. conſ. 76. Plura ſunt, circa fi. ver. confirmo. num. 3. lib. 2. & dicit Feder. de Sen. conſ. 61. nu. 5. ver. verba vero reſeruationis, vbi, quod proprie eſt donatio quædam, imo dicit, quod antiquitus Papa vtebatur verbo donationis. Oldra. conſ. 58. Quidam. num. 2.

Et proprie collatio eſt quando is qui habet facultatem conferendi prouidet de beneficio ſine præſentatione, & ſine neceſſitate, quia collatio eſt quædam donatio. Deci. d. rub. de electio. in fi.

2 Et collatio eſt quædam conceſſio, quia appellatione conceſſionis venit collatio, & prouiſio beneficij.

Vide. Conceſſio quid ſit, & importet. Concluſ. 546.

3 Et ipſa collatio dicitur fructus conferendi.

Vide. Collatio beneficiorum eſt fructus conferendi beneficia. Concluſ. 421.

4 Et non applicatur ad electionem terminus collationis, ideo lex, vel ſtatutum loquens de beneficijs ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, non comprehendit beneficia, de quibus prouidetur per electionem, & confirmationem etiam ſi eſſent beneficia dignitatum. clem. 1. §. ad hæc, cum ibi not. de præbend. Alexand. plene conſ. 142. Viſo proceſſu. n. 12. & ſeq. ver. ſecunda pars ſtatuti. li. 6.

5 Vide. Collatio habet vim electionis, & confirmationis, & quando. Concluſ. prox. ſeq.

Electio eſt proprie alicuius perſonæ ad præſen-

turam facta vocatio, quæ requirit confirmationem, & plus iuris confert, quam præſentatio, quę requirit inſtitutionem. Abb. in c. authoritate, de inſtitutio. plene Deci. in rub. de electio.

6 Inſtitutio eſt quædam inſtallatio, poſitio in locum, vbi beneficiatus poni debet, & ſic eſt quędam inductio in poſſeſſionem. Alexan. conſ. 142. Viſo proceſſu. nu. 8. in fi. ver. patet quia. lib. 6.

7 Et proprie applicatur ad præſentationem inſtitutio, quę eſt quædam confirmatio, ſeu collatio ex debito iuſtitiæ facta. Deci. d. rubr. de electio. num. 7. & ſequen.

8 Et nomen inſtitutionis, ſeu participium inſtitutus, poteſt importare collationem, confirmationem, & quancunque conceſſionem, ſeu inueſtituram. Alex. d. conſ. 142. num. 9. ver. quia illud participium. lib. 6.

Collatio habet vim electionis, & confirmationis, & quando. Concluſ. CDXX.

1 COLLATIO beneficij abſque interuallo temporis, & vnico inſtructu habet actum collationis, & inclusum ius electionis, & confirmationis. glo. in cap. 1. de electio. in 6. ver. prouiſionem. Gemi. conſ. 84. nu. 7. vbi arguit, quod ea, quæ licent tempore confirmationis, licent tempore collationis, quia collatio eſt quędam confirmatio. Abb. conſ. 76. Plura ſunt, circa fin. ver. confirmo. num. 3. lib. 2.

Vide. Conſequens includit ſuum neceſſarium antecedens, & è contra. Concluſ. 757.

2 Amplia, quia imo etiam reſeruatio Papæ de beneficio electivo habet vim electionis, & confirmationis. Abb. in cap. fin. de præſumptio. Pariſ. conſ. 19. in princ. nu. 3. lib. 4.

3 Amplia, quia ſub collatione libera includitur ius præſentationis. Abb. d. conſ. 76. num. 3. verſ. confirmo. lib. 2.

4 Limita, quia collatio, & præſentatio ſunt diuerſa, ideo procurator habens mandatum ad conferendum non habet ad præſentandum. Caſtrenſ. conſ. 361. Venerabilis vir. num. 3. in fin. verſ. nec obſtat. lib. 1.

5 Extende, vt idem ſit in diſpoſitione loquente ad collationem, vt non veniant beneficia ad electionem. Alex. conſ. 142. nu. 10. & ſeq. ver. conſtat autem. lib. 6.

Vide, Clauſula ad collationem, prouiſionem, & præſentationem quid importet. Concl. 316.

1 Vide. Collatio, electio, & inſtitutio quid ſit, & in quo differant. Concluſ. præced.

Collatio beneficiorum eſt fructus conferendi beneficia. Concluſio. CDXXI.

1 FRVCTVS collationis beneficiorum eſt ipſa collatio, quia actus conferendi eſt fructus. Innoc. in cap. conſultationibus, de iure patro. ſequitur Aegid. conſ. 10. num. 35. verſ. prima ratio. Alex. conſ. 75. Viſis. nu. 42. lib. 4.

2 Et fructus electionis eſt ipſa electio, ſeu fructus poſſeſſionis eligendi eſt ipſa electio. Caſtrenſi conſ.

conſ. 347. Formæ capituli. num. 2. ver. nam fructus. lib. 1. Alex. d. conſ. 75. nu. 42. lib. 4.

3 Et fructus poſſeſſionis, vel quaſi præſentandi, & nominandi eſt nominatio, & præſentatio.

4 Præſentatio eſt fructus poſſeſſionis iuriſpatronatus. Alex. d. conſ. 75. n. 42. lib. 4.

5 Ratio eſt, quia exiſtens in poſſeſſione conferendi, eligendi, & præſentandi, ſeu quaſi dicitur fructus percipere, & ad eum ſpectant fructus, non ad proprietarium. Alexand. d. conſ. 75. num. 43. lib. 4. vbi plena apoſtilla in ver. poſſeſſorem, dat concordan.

Vide. Poſſeſſionis commoda multa. Concl. 427.

6 Ampliа, quia collatio beneficiorum eſt actus iuriſdictionis. Abb. glo. & Docto. in cap. nouit. de offic. lega.

7 Declara, vt plene per Io. de Selua tract. de beneficio. par. 3. q. 40. per tot.

8 Amplia, quia confiſcatio eſt fructus iuriſdictionis. Decia. conſ. 35. in fi. lib. 2.

Collatio beneficiorum debet eſſe perpetua. Concluſio. CDXXII.

1 COLLATIO beneficiorum debet eſſe perpetua, & non ad tempus. Zabarel. conſ. 105. Quod eſt Collegij Paduæ. num. 15.

2 Amplia, quia etiam Vicaria in beneficio curato debet eſſe perpetua, & collatio ipſius Vicariæ debet eſſe perpetua, & non temporalis. Rom. conſ. 356. Circa primum. num. 6. ver. nec obſtat ſi dicatur, vbi apoſtilla in ver. 144. dat concordantes pro vtraque parte, & diſtinguit, quod ex cauſa ad modicum tempus poteſt Vicarius temporalis poni in beneficio.

Vide. Beneficia de ſui natura debent eſſe perpetua. Concluſ. 56.

Vide Maſcardum Concluſ. 313. Collatio valida. num. 13.

Collatio beneficiorum inſeruientibus facienda eſt. Concluſ. CDXXIII.

1 COLLATIO beneficiorum illis, qui inſeruierũt fieri debet, & quaſi tenetur Epiſcop. illis conferre. Oldra. conſ. 260. num. 3. ver. quarta ratio, & eſt dictũ Apoſtoli, qui altari ſeruit, de altari viuere debet, & eſt regula naturalis, quia qui ſentit onus, debet etiam conſequi commodum.

2 Et vbicunque reperiuntur idonei in Eccleſia, non debet eligi perſona extra Eccleſiam. c. nullus 61. diſtinct. cap. Archidiaconum Florentin. 89. diſtinct. Caſtr. conſ. 366. col. 2. circa med. lib. 1.

3 Et propterea valet concordia inter Epiſcopum & capitulum, quod Archidiaconatus ſpectans ad collationem Epiſcopi, & capituli ſpectet ad Epiſcopum ſolum, dummodo teneatur Epiſcopus conferre Canonico, quia ex quo Epiſcopus ſumit libertatem conferendi ſolus a capitulo, potuit capitulum legem imponere honeſtam rei ſuæ, ſecus ſi Epiſcopus habuiſſet ante concordiam liberam facultatem, quia non potuiſſet per pactum illam reſtringere: Caſtren. d. conſ. 366. per totum. lib. 1. vbi eſt caſus.

4 Limita, quia imo conferens non arctatur magis conferre vni, quam alteri, dummodo perſonis idoneis conferat, quia in collationibus non eſt acceptio perſonarum. Caſtren. conſ. 366. Super primo, in prin. lib. 1.

Collatio competens Epiſcopo arguit ſubiectionem in eum, cui confertur. Concluſ. CDXXIV.

1 COLLATIO ſpectans ad Epiſcopum de dignitatibus, & alijs beneficiis, arguit, quod tales obtinentes huiuſmodi beneficia, & dignitates ſunt ſubiecti ipſi Epiſcopo, & collatori. Oldrad. conſ. 244. num. 19. ver. tertium quoque genus, qui reſtringit, dummodo de iure communi competat collatio, alias ſecus

2 Amplia, vt idem ſit in collatione ordinum ab Epiſcopo ex neceſſitate, veluti ſi conſtat, quod quis fuit ordinatus de licentia Epiſcopi ſui, vel ab Epiſcopo tanquam ordinario ſuo, quia confertur, & arguitur iuriſdictio Epiſcopi in ordinatum Oldrad. conſ. 244. nu. 21. ver. quintum ſimiliter.

Vide. Ordinum collatio quando arguat ſubiectionem. Concluſ. 187.

3 Limita in collatione, quæ competit de conſuetudine, quia iſta non arguit neceſſario ſubiectionem, vt in Canonico, qui quandoque confert de conſuetudine præbendam, de præb. c. vltimo, in 6. Oldrad. d. conſ. 244. num. 19.

4 Limita, quando collatio competit ex priuilegio, quia non arguit neceſſario ſubiectionem, vt in Rege, qui quandoque confert ex priuilegio. Oldrad. d. conſ. 244. num. 19. ver. tertium quoque.

5 Limita, quod licet collatio præbendarum in ecthedrali ab Epiſcopo facta arguat ſubiectionem Canonicorum, non tamen arguit ſubiectionem capituli, quia actus, qui fiunt circa ſingulares de vniuerſitate, non arguunt contra vniuerſitatem. Oldrad. cons. 244. num. 19. ver. non obſtat hoc.

Collatio beneficij facta criminoſo quando valet, vel non. Concluſ. CDXXV.

1 COLLATIO beneficij facta periuro non valet, quia periurus etiam poſt pœnitentiam remanet infamis, ideo vel eſt nulla, vel annullanda. Federic. de Sen. conſ. 50. Quæritur an collatio.

2 Declara ſecus eſſe in infamia facti, quia ſi eſt emendatus, valet collatio, quia talis infamia ceſſat per contrariam emendationem. Gemin. conſ. conſ. 12. in princ.

3 Amplia, quia infamia facti repellit a promotione. c. inter dilectos, de exceſſ. prælat. Gem. d. conſ. 12. in prin. ver. & ratio poteſt eſſe.

4 Extende, quia collatio beneficij facta infami, puta condemnato de falſo, vel alio delicto publico, non valet, & repellit ipſum. Zabarel. conſ. 117. num. 3. ver. opponitur.

Vide.

Vide. Infamis repellitur a dignitate. Conclu-
sio. 112.

5 Amplia,quia excommunicato non potest con-
ferri beneficium,& collatio non valet. Zaba.con-
sil.117.num.2.ver.nunc venio.

Vide. Collatio facta inhabili non valet. Con-
clus.prox.seq.

6 Limita,quia infami potest conferri beneficium,
& valet collatio, licet non valeant litteræ ad be-
neficia concessę. Calder.in.consilio 241.alias 26.de
præben.in fi.ver.constat autem,& cons. 481.alias
4.de accusatio.

Collatio facta inhabili non valet. Concluſ.CCXXVI.

1 COLLATIO facta per legatum de hospita-
li Ecclesiastico minori 14. annis non valet,
quia imbecillis est, & incapax regendi alios, &
quia id est contra clem.quia contingit,de religio.
domib.quæ conciliaris est,& solus Papa dispensat
contra concilium. Ant.de Butr.cons.62.Hic de duo
bus.nu.1.in fi.ver.quinimo,vsque in fi.

2 Amplia,quia propterea prouisus debet proba-
re suam habilitatem, quod sit in ætate legitima
in ordine requisita, scientiã bonos mores prouisi
quod sit coniugatus de legitimo matrimonio na-
tus,& vacationem beneficij collati.

Vide plene Mascard.Conclus.313.Collatio be-
neficij.num.11.& seq.

Collator si indigno conferat,an pri uetur iure conferendi. Concluſ.CDXXVII.

1 EPISCOPVS, & collator conferens bene-
ficium incapaci,licet collatio sit nulla, non
tamen priuatur iure conferendi, sed poterit ite-
rum ante deuolutam collationem infra sex men-
ses alteri conferre. Castr.cons.366.Super primo.
num.2.ver.ad tertium.lib.1.vbi quod non teneatur
expectare declarationem super nullitate prima
collationis.

2 Limita, quia solum in quatuor casibus Epi-
scopus conferens indigno priuatur iure conferen
di, & extra illos non priuatur,vt in c.cum in cun
ctis,de elect.Io.Andr.in c.hodie,de reg.iur.Castr.
d.cons.366.nu.2.ver.ad tertium.lib.1.

Vide. Patronus quando priuetur,quia præsenta
uerit indignum.Concluſ.148.

Collatio beneficij sub conditione quando valeat, vel non.Concluſ.CDXXVIII.

1 COLLATIO beneficij potest per ordina-
rium inferiorem à Papa fieri sub conditio-
ne licita,& debita,puta quod prouisus soluat cen
sum antiquum,& debitum Ecclesiæ,quia hæc con-
ditio admittitur,& respectu materiæ; & recipien-
tis,ideo valet.Gemin.cons.48.num.4.ver.& dico,
quod tale iuramentum.

2 Extende,vt valeat collatio beneficij sub condi-
tione,si præstiteris cautionem de indemnitate Ec-
clesiæ. Gemin.d.cons.84.nu.4.in fin.versi.item est
licitum.

3 Extende,vt valeat collatio beneficij sub condi-
tione si resederis in Ecclesia.Gemin.d.cons.84.nu.
5.ver.item valet collatio.

4 Extende in omni conditione approbata a iure
cõmuni,quia non facit actum spiritualem simonia
cum. Gemin.d.cons.84.num.14. ver. non obstat,
quod ista conditio.

5 Extendo, vt idem sit in concessione facta per
Episcopum loco religioso de Ecclesia cum condi-
tione, quod Episcopo soluatur pensio annua, vel
census ad quam Ecclesia ipsa obligatur. Gemin.
d.cons.84.num.15.& 16.

6 Amplia,quia valet collatio beneficij sub condi-
tione expressa, quando illa conditio expressa ta-
cite inerat a iure communi,quia tunc non dicitur
conditionalis. Gemin. cons.84.num.19.ver.non
obstat quod collationes.

7 Limita,quia vbicunque aliquid temporale da-
tur,vel reseruatur,aut promittitur pro titulo be-
neficij,vel pro re spirituali,siue ex pacto, siue ex
conditione,tunc semper collatio talis est prohibi-
ta,& simoniaca,secus si promissio,vel datio non
est pro titulo beneficij,sed pro eo, quia erat debi
tum ante. Gemin.d.cons.84.circa fi.nu.10.ver.ad
aliam longam.

8 Extende limitationem, vt procedat in institu-
tione,vel confirmatione beneficij,quia si ante con
firmationem vel institutionem,vel etiam in ipsa
confirmatione, & institutione aliquid promitti-
tur,tunc est simoniaca, nisi promittatur id, quod
quod erat debitum ante, vel inerat tacite de iu-
re.Gemin.d.cons.84.in fi. num.10.ver.non obstat
quod dicitur,vsque in fi.

9 Limita regulariter,quia conditio,vel pactio in
collatione beneficij facit ipsam collationem simo
niacam regulariter quando non est cum Papa,
sed cum inferioribus.cap.vt nostrum,vt Ecclesia-
stica beneficia, quod intelligas de conditionibus
quæ non non insunt de sui natura tacite a iure,
quia alias si inessent, non facerent conditionem.
Gemin.d.cons.84.nu.19.ver. non obstat,quod col
lationes.Ro.cons.359. Quia beneficij, in prin.&
per tot.& plenius cons.317.in fi.vbi plena apostil.
dat concor.

10 Extende limitationem, vt simoniaca dicatur
collatio beneficij cum pacto,vel conditione,quod
prouisus soluat debita Ecclesię de suo proprio,
quia videtur quasi emptio tituli beneficij.Gem.d.
cons.84.n.18.ver.non obstat Archid.

11 Extende etiam si resignanti soluitur pensio con-
uenta per resignatarium, donec resignanti de
alio beneficio prouideatur. Roman.consil. 359.
per totum.

12 Extende quando fit resignatio beneficij cum pa
cto, quod resignatarius debeat dare votum in fa-
uorem resignantis circa electionem ad dignita-
tem, vel aliud beneficium electiuum, quia est si-
moniaca. Roman. consil. 317. Circa propositum
per totum, vbi plena apostilla dat concor.

Vide. Simonia committitur in beneficialibus
dando, vel recipiendo. Concl.232.& Concl. ibi
proxima seq.

Collatio

Digitized by Google

Collatio beneficij non vacantis eſt nulla. Concluſio. CDXXIX.

1 COLLATIO beneficij non vacantis per ordinarium facta eſt nulla, ideo ſi ordinarius conferat beneficium promoti ad Epiſcopatum ante ſuſceptam conſecrationem eſt nulla tanquam ſit collatio de beneficio viuentis. Anchara. conſ. 397. Apparet. num. 2.

2 Amplia, vt idem ſit in collatione Papę facta de beneficio promoti ad Epiſcopatum, quia ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, & ante conſecrationem non vacat, & collatio facta ante non valet. Anchar. d. conſ. 397. num. 2.

3 Extende in tantum, vt prouiſus dicatur intruſus, ſi capiat poſſeſſionem vigore talis prouiſionis. Anchar. conſ. 397. num. 2. vbi quod ſunt infames, & inhabiles.

Vide. Intruſus quis dicatur. Concluſione 342.

4 Extende, quia gratia Papæ eſt nulla facta poſt optionem, ex quo facta optione legitima non vacat præbenda optata. Ancharan. conſil. 405. Quia vt ait, in princip. Cardinal. Zabarell. conſil. 126. numer. 3. per collationem acquiritur ius in re, & tollitur vacatio, & dum Papa confert, vel conferri mandat, præſupponit vacationem, quæ re vera non adeſt.

5 Amplia, quia collatio ordinarij de beneficio non vacante, vel Archiepiſcopi non valet, puta ſi primo contulit abſenti, poſtea non expectato diſſenſu abſentis alteri contulit, quia non valet ſecunda collatio. Cardinal. Zabarell. conſil. 33. num. 2.

6 Extende; quia neque valet collatio Papæ de beneficio non vacante, quando Papa ſine cauſa, & non habita certa ſcientia, quod non vacaret, contulit, vel collationem ordinarij confirmauit, quia non valet. Cardin. dicto conſil. 33. num. 2. verſ. item, & alia.

7 Extende, quia nulla collatio beneficij non vacantis valet, & ideo ſi fiat collatio, & apparet, quod non vacat beneficium, nulla redditur collatio. Zabar. conſ. 132. in princ.

8 Amplia, quia vt valeat collatio, nedum eſt neceſſe, quod beneficium vacet, ſed etiam quod vacatio ſit nota collatori, alias non valet. Zabar. conſ. 99. in princ.

9 Amplia, quod dicitur de collatione beneficij non vacantis, vt ſit nulla, idem in præſentatione facta a patrono ad beneficium non vacans, quia eſt nulla. Ro. conſ. 465. In re præſenti circa ſi. ver. primo quia facta.

10 Amplia, quia collatio facta per vnum modum vacandi non capit ex alio, niſi adſit clauſula ſiue alio quouis modo; plene Maſcard. Concluſ. 181. An beneficium velit.

Vide. Collatio beneficij facta ex vna cauſa. Concluſ. 431.

11 Limita, quia obtinens beneficium ſibi conferri ex reſignatione Titij non tenetur docere de titulo reſignantis, ſed ſufficit, quod probet illum habitum, & tentum fuiſſe pro rectore. Rom. conſ. 465. In re præſenti, in princ.

12 Declara, quia ſi non conſtat de titulo valido, ſaltem neceſſe eſt, quod reſignatarius doceat de poſſeſſione triennali pacifica reſignantis. apoſtill. ad Rom. d. conſ. 465. in ver. pro rectore, vbi plura ad hoc allegat, & dicit * communem obſeruantiam Rotæ, quicquid Lap. alleg. 89. loquatur de longa poſſeſſione, quia de triennali intelligitur.

Collatio beneficij vacantis de iure & non de facto quando valet, vel non. Concluſio. CDXXX.

1 COLLATIO beneficij vacantis de iure, licet non vacet de facto, quia alius habet poſſeſſionem non coloratã, valet etiam non facta mentione de poſſeſſione. Lap. alleg. 16. vbique ſit poſſeſſio colorata, vel non.

2 Amplia, quia licet ordinario, & collatori conferre beneficia vacantia de iure, puta eius, qui ipſo iure eſt priuatus, etiam ipſo non citato, quia effectus collationis pendet a futuro euentu, & non præiudicat, quia eſt actus extraiudicialis, ideo in traditione poſſeſſionis neceſſe eſt citare poſſeſſorem, & audire. Zabarella pulchre conſil. 132. numer. 5. & ſequen. verſic. ad ſecundum. Roman. conſil. 465. In re præſenti. in fine, allegat deciſio. Rotæ in antiquis 9. de iurepatronat. in fine, & apoſtilla ad Roman. fin. in ver. 30. dat concor.

3 Amplia, quia ſicut valet collatio beneficij vacantis ipſo iure, licet priuatus de facto illud teneat, ita etiam valet præſentatio patroni ad tale beneficium. Roman. conſil. 465. in fine. Rota deciſ. 9. de iurepatronat. in antiquis, alias 364. apoſtill. fin. ad Roman. dicto conſil. 465. vbi dat concor.

Vide. Declaratio an requiratur contra ipſo iure priuatum. Concluſ. 98. vbi plenius.

Vide. Poſſeſſor beneficij non poteſt amoueri ſine citatione, & quomodo procedat. Concluſione 436.

4 Limita ſi poſſeſſio beneficij colorata eſſet penes alium, quia ſi non eſt facta mentio de ea, non valet collatio, ita Lap. d. allegat. 16. per totam, vbi de hoc.

5 Limita, quia collatio facta de beneficio non vacante tempore collationis non valet, quia quod non eſt, tolli non poteſt. Ægid. Bellamer. conſil. 34. numer. 13. ideo ſi Papa confert beneficium quod vacauit, poſtquam valide fuit ab alio collatum, nihil agit.

Vide. Vacatio beneficij narrata debet probari vera de iure, & de facto. Concl. 7.

Collatio beneficij facta ex vna cauſa an valeat ex alia cauſa. Concl. CDXXXI.

1 COLLATIO beneficij facta ex vna cauſa non valet, ſi beneficium vacat ex alia cauſa, etiam ſi poteſtas ex alia cauſa pariter ſpectet ad conferentem. Gemin. conſ. 92. In cauſa Canonicatus,

Digitized by Google

nonicatus,in prin. ver.ad primum, vbi ſi Papa confert beneficium ex eo,quod ſit reſeruatum, ceſſante reſeruatione non ualet collatio.

Vide.Vacatio beneficij narrata debet probari vera de iure,& de facto.Concl.7.

2 Extende in omni prouiſione vigore litterarum Apoſtolicarum, quia ſi exprimitur vnus modus, non venit alius,quamuis vtroq. modo conferens potuiſſet conferre.Gemin.conſ.52.in prin.ver.ſecundo quod duplicatur,conſ. 119. vbi quod expreſſio vnius modi alios excludit.

3 Amplia in tantum,vt beneficia collata ex cauſa permutationis ſi non vacant ex permutatione, vt quia alter permutantium non habet ius in beneficio permutato,non valet collatio ex alia cauſa,quam fuerit intentio conferentis,videlicet permutationis.Feder.de Scn.conſ.112.Amice carisſime,circa fin.uer.vltimo, & difficilius, & latius, conſ.164.Licet ſemper, quem ſequitur Franc. in c.1.de rerum permut.lib.6.nu.17. in octa.quæſt. & idem tenet idem Feder.conſ. 200. in prin. vbi quod permutatio beneficiorum quæ vacarunt per promotionem in curia,& ſunt reſeruata, non valet.

Vide. Permutatio beneficiorum non confert, niſi ius, quod habent permutantes. Concl.309.

4 Amplia,quia ſi confertur beneficium per obitū Titij vacans collatio non comprehendit vacationem ex alia perſona non expreſſa.Socin.conſ.32. ex ijs.n.11.& ſeq.lib.1.

5 Extende etiam ſi adſit clauſula ſiue præmiſſo ſiue alio quouis modo,quia reſpectu eiuſdem perſonæ intelligitur.Gemin. conſ.15. nu.3.in fin.uer. nec obſtat. Felin. in c. in noſtra.corol. 37. ver. fallit quarto,de reſcrip.

Vide pro vtraq.parte, quod imo illa Clauſula, capiat,& non capiat ex alia perſona,in ver.Clauſula ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo. Concluſio.337.

6 Extende,quia omnis diſpoſitio qualificata, vel ſecundum certam formam excludit omne, quod non eſt ſecundum illam qualitatem, vel formam. Dynus conſ. 27. Quæſtio, & articulus,in princip.

Vide.Diſpoſitio cõditionalis, vel qualificata non operatur ſine conditione,& qualitate. Concluſio.496.

7 Extende,quia reſcriptum limitatum circa perſonas, vel res,locum,aut tempus non extenditur vltra.Angel.conſ.438.Viſis omnibus,in prin.

Vide.Diſpoſitio limitata non extenditur. Concluſio.494.

Vide. Reſcriptum de uno non extenditur ad aliud.Conc.213.

8 Extende,qui liceat potentia diſponentis ſit latiſſima,ſi tamen determinato modo diſponit,non extẽdimus diſpoſitum, aliter quam ſit deductum. Bal.conſ.51.Generali ſtatuto,nu.5. lib.5. vbi alia in ſimile,in prin.

Vide.Limitatio legis in vno caſu non extenditur ad alium caſum.Concluſ.556.

9 Extende in omni diſpoſitione, quia qui vnum includit,reliquos excludit Soci. Iun.conſ.22.ſuper prædicto puncto,nu. 23.lib.3.

Vide.Inclusio vnius eſt excluſio alterius.Concluſ.71.

10 Extende,quia diſpoſitio in uno caſu expreſſo, operatur diuerſum propoſitum in non expreſſis. Socin.conſ.116.lib.4. Socin. Iuni.conſ.128.lib. 1. Gozad.conſ.19.nu.16.

Vide.Subſtitutio facta in uno caſu quando extendatur ad alium.Concl.843.

11 Et quia omne omiſſum habetur pro omiſſo.

Vide multa in uerbo. Omiſſum quando habeatur pro omiſſo,ut intret ius commune. Concluſio.116.

12 Extende;quia mandatum generale ad cauſam cum Titio,& omnes alias cauſas, intelligitur cũ Titio,ſi non dicitur,ac quacunque perſona.Bart. in l.quod dicitur.ff de tutel. in prin.

13 Extende per multa ſimília, de quibus Felin.in d.c.in noſtra.Corol.37.nu.38.uer,cęterum quando apoſtillabis.

Vide.Actus factus ex cauſa inualida nullus redditur licet potuerit fieri ex cauſa ualida. Concluſio.126.& concluſio.ibi proxima præced. & proxima ibi ſequente.

Vide.Cauſa finalis, uel efficiens ſi ceſſat facit ceſſare actum.Concl.137.

Vide.Ceſſante cauſa ceſſat effectus.Concluſ. 202.

14 Limita in collatione beneficij iurispatronatus uacantis per obitum,quia ſi primus præſentatus per obitum renunciet patrono, & patronus præſentet alium,& ordinarius admittat, & conferat beneficium tanquam uacans ex reſignatione, cum uere uacet per obitum,ualet nihilominus collatio,quia collatio Ordinarij eſt fauorabilis,& c.ſuſceptum,de reſcrip.in 6.non habet locum in ea.Gemin.conſ.52.Vacante canonica,per totum,maxime num.3.uer.tertio ſic,ubi quod uacatio beneficij eſt cauſa finalis,ob quam ſuperior mouetur ad conferendum, modi uero expreſſio eſt cauſa impulſiua,& duplicatur idem conſilium per Gemin.conſ.119.Punctus Canonica.

Collatio vacaturi an poſsit per Epiſcopum committi,vel non, & qualiter probetur.Concluſ.CDXXXII.

1 COLLATIO beneficiorum uacaturorum certæ perſonæ facienda,poteſt per Epiſcopum committi Vicario ſuo generali.Oldra. conſ. 77. Dummodo fiat in genere ſecundum Rotam deciſ.3.de offi.Vica.in nou.uer.in contrarium.

2 Amplia, quia poteſt cappella conſtruenda conferri, vel mandari conferri, poſtquam erit conſtructa, & valet, quia confertur in tempus habile. Caſtren. conſ. 327. De primo. num.3.ver. ſuper tertio. lib. 1.

3 Declara,quia talis gratia,licet valeat, dicitur de vacaturo, ideo redditur nulla ſi medio tempore moriatur collator, ſecus ſi eſſet perfecta, & de vacanti. Caſtrenſ. dicto conſil. 327. in fin. lib. 1.

4 Amplia etiam ſi commiſſio collationis eſſet de vacaturis per reſignationem, quia Vicario generali delegari poteſt, etiam quod conferat illa certæ perſonę. Rota deciſ. 5. de offic. Vicar. in nouo.in princ.

Amplia,

5 Amplia, vt idem ſit in Legato de latere, qui poteſt committere alicui officiali, & cuicunque perſonæ, vt recipiat reſignationem beneficij, & deinde per aliam commiſſionem, quod conferat tali, quia iſta commiſſio diſtincta admittitur de iure, Rota d.deciſ. 5. ver. fateor etiam, de offic. Vicar.in no.

6 Declara, quia non poteſt Legatus nec per ſe nec per alium conferre beneficium non vacans, licet poſſit illud reſeruare. Federic.de Sen.conſ.65.in princ.in 2.& 3.quæſt.

7 Amplia idem in patrono, quia non poteſt remittere, vel promittere vocem ſuam ad fauorem alicuius beneficio adhuc non vacante.Federici de Sen.d.conſ.65.circa fin. verſic. ad id, quod ſubſequenter.

8 Limita, quod Epiſcopus non poteſt committere collationem beneficij vacaturi, vel beneficiorum vacaturorum alteri perſonæ, quam Vicario generali. Oldrad. conſil.77.

9 Limita, quod nec ſuo officiali poteſt talem collationem vacaturorum committere. Rota deciſ. 5.de offic. Vicar. in nouis. ver tamen in officiali, circa med.

10 Limita in Legato de latere, qui non poteſt committere collationem certi beneficij vacaturi, nec illud conferre antequam vacet. Federic. de Sen. conſil. 65.in princip. ver. ad id, quod ſecundo, & ver.ad tertium.

11 Qualiter autem probetur facultas conferendi viuæ vocis oraculo facta per Legatum, vel Epiſcopum ſuo Vicario, plene Maſcar.concluſ.526.Commiſſio facta.

Collatio facta abſenti quid operetur antequam ille acceptet. Concluſio. CDXXXIII.

1 COLLATIO beneficii facta per Papam abſenti, de quo ſolus Papa poterat tunc diſponere ob reſeruationem, ex perſona defuncti, non expirat, nec dicitur ſortiri effectum ſi prouiſus antequam acceptauerit moriatur, ideo etiam ſolus Papa poterit conferre ſecunda vice. Oldrad. conſ.57. Papa reſeruauit.

2 Et quod collatio beneficij poſſit fieri abſenti, & non requiratur nuncius, neque epiſtola, vt valeat, licet collatio ſit donatio. Ro.conſ.195. Donatio patris.nu.6.in fi.ver.ſexto ad idem.

Vide. Abſenti, & ignoranti poteſt beneficium Eccleſiaſticum conferri, Concluſ.39.

3 Amplia, quia collatio facta abſenti operatur, quod beneficium non poteſt dici abſentis, antequã illud acceptauerit. Lap.alleg.89. In Dei nomine. n.6.ver.& pro quo, vbi idem dicit ſi eſſet facta præſenti, donec acceptauerit.

4 Si vero acceptet collationem, licet non apprehenderit poſſeſſionẽ, acquirit ius in re.c. quẽdã, de præben.in 6. Roman. conſ.559. In caſu propoſito.num.13.ver.quoad ſecundum, vbi apoſtill. in ver. poſſeſſionis, quæ allegat ſe ipſam in addit. ad Ro. conſ.298.in ver. perſona.

5 Vide Roman. conſil. 298. Circa præmiſſam. colum.3.vbi apoſtill. in ver. perſona, in fine, vbi quod ſola conceſſio in ſpiritualibus acquirit ius, & repetit dicto conſil.350. numer.17.

Vide. Ius in re ex quibus acquiratur. Concluſ.628.

6 Amplia, quia collatio facta abſenti ſi concurrat cum data collationis factæ præſenti, & acceptanti præferetur prouiſio facta præſenti. Calder. conſ.228.circa fin.ver. item dato, quod collatio, alias 7.de præb.

7 Amplia, quia collationẽ factã abſenti ſi ille eſt in notabili negligentia acceptandi, ne diuturna vacatio inducatur, poteſt ſuperior poſt ſex menſes alteri conferre.Cald.conſ.254.alias 33.de præhend.

8 Contrarium, quod imo poſſit fieri collatio alteri præſenti, & præualeat ſi capiat poſſeſſionem, antequã primus abſens prouiſus ratificet, tenet Corn.conſ.37.num.7.lib.2. qui ſimpliciter loquitur non alio expectato.

9 Oldrad.vero conſ.57. in fi.dicit, quod imo collator, qui contulit abſenti non poteſt alteri conferre antequam abſens repudiauerit, vel mentem ſuam declarauerit, ſequitur Caſſad.deciſ.21.num. 14. ſuper regul. verſi.ſecundo eſt propter, & idem dicit Cardin. Zabarell.conſil. 33.num.2.ver.item & alia ratione, vbi quod non valuit collatio alteri facta non expectato diſſenſu abſentis, cui primo eſt facta alia collatio.

10 Imo plus dicit idem Zabarella conſ.105.num. 12.ver.octauo probatur, quod licet beneficium collatum abſenti vacet, non tamen poteſt conferri antequam non acceptet, & hoc dicit eſſe neceſſarium, quod conſtet eum non acceptare, & ſi primo conferatur, collatio eſt nulla, licet poſtea non acceptauerit, ſic videtur velle ibi, & idem dicit Guidopap.conſ.23.num.4.

Vide. Beneficium collatum abſenti quando vacet, vel non.Concluſ.85.

11 Amplia, quia ad acceptandum beneficium, vel ratam habendam collationem requiritur mandatum ſpeciale.Rota in nouiſſ.deciſ.14.nu.5.li.2.

12 Limita, quia acquiritur priuilegium abſenti, & ignoranti, quando eſt fauorabile. Rota in nouiſſ. deciſ.14.num.6.lib.2. vbi citat plures, & in fi.dicit communem, & plurimos citat, vbi quod gratiæ legatis equiparantur.

13 Extende, quia imo etiam in collatione beneficij acquiritur ius abſenti, & ignoranti, licet non efficaciter, ſed ad effectum, ne poſſit reuocari. d. deciſ.Rotæ 14.lib. 2. in nouiſſ. vbi facit differentiam inter collationem, & donationem.

14 Declara, quia ad hoc, vt abſenti acquiratur ius in re in beneficio collato, requiritur, quod abſens ſciuerit, & agnouerit gratiam. Ægid. Bellam. conſ.53.num.14.in fi.ver.nec obſtat.

15 Extende, quia ualet collatio beneficii facta abſenti.cap.ſi tibi abſenti, de præb. in 6.Abb. conſil. 76.Plura ſunt.nu.3.uer.confirmo.lib.2.

16 Item Epiſcopus poteſt inueſtire abſentem per procuratorem, item poteſt inueſtire procuratorem pro abſente. Abb. d.conſ.76.n.3.lib.2.

17 Item poteſt inſtituere præſentatum abſentem, ſi ſi vult, & præſumitur habere notam perſonam præſentati, ſi eundem abſentem inſtituit. Abb. d. conſ.76.num.3.lib.2. vbi arguit a maioritate rationis, quia ſi poteſt cõferre beneficium abſenti, & collatio confert pleniſſimum ius, ergo poteſt admittere præſentationem ſi vult.

Collatio dignitatum non competit Episcopo sine capitulo. Concluſ.CDXXXIV.

1 COLLATIO dignitatum in cathedrali non competit Episcopo,nisi cum consensu capituli.cap.cum Ecclesia Vulterana, de electio. cum ibi not. Oldrad.consil.244. num. 19. ver. tertium quoque.

2 Extende, vt idem sit in canonicatibus, & prębendis,quia competit collatio Episcopo,& capitulo simul.Rota decis.4.in nou.de concess. prębend. Cassador.decis.22.de prębend.Gabriel. cons.199. nu.11.lib.1.

3 Limita,nisi conferat de consuetudine, vel priuilegio, quia tunc potest competere soli Episcopo collatio. Oldrad.d. consil.244.num.19. ver. tertium quoque.

4 Idem est in Canonicatibus,quia de consuetudine ad solum Episcopum potest spectare. Gabriel. consil.199.num.11.lib.1.vbi loquitur in Canonicatu Mutinæ.

Vide. Episcopus solus potest conferre beneficia suæ ciuitatis, & diœcesis.Concluſ.260.

Collatio facta per ordinarium quã do valeat tempore expectantium.Conc.CDXXXV.

1 ORDINARIVS potest conferre, & valet collatio beneficij minoris summæ quam sit summa taxata in expectatiua in forma pauperum si beneficium vacauit antequam pauper declararet minorem summam. Lap.alleg.80 Innocentius Papa. num. 4.versi.solet dubitari, quod intellige quando expectatiua erat ad beneficium certæ summæ,iuxta cap. cui de non, de pręben.in 6. cum clausula, vel minoris,quatenus ita declararet, secus si esset vsque ad talem summam, vel quando absque declaratione comprehenderet etiam minorem summam,vt ibi declarat.

2 Amplia, quod valet collatio ordinarij antequã fuerit sibi insinuata expectatiua in forma pauperum,in tantum, quod si essent duo collatores,& insinuatio sit facta vni, alter cui non fuit notificata non impeditur. Lap.alleg. 80.in fi.nu.5.ver. & quod supra dictum.

3 Amplia, vt imo valeat collatio ordinarij facta post inhibitionem si fiat ante purificationem gratiæ expectantis quando non adest appositio mensis. Oldrad.cons.175.Thema tale est Titius.

4 Amplia, quod valet collatio ordinarij facta infra mensem expectantis etiam,quãdo habet mensem si modo non est facta intimatio, & inhibitio ipsi ordinario.Lap.alle.80.n.4.ver.nunc vero.

5 Limita,quia non valet collatio ordinarij de beneficio,quod Papa mandauit prius certæ personæ conferri cum vacauerit, maxime quando adest decretum irritans quod inficit,vel reservatio,quę impedit ordinarij collationem.Aegid. Bellamera cons. 34.num.10.ver ad primum,cum seq.

6 Extẽde etiam si mandatum fuisset subrepticium vel nullum,quia nihilominus ligat manus ordinarij. Aegid. d.consil.14.num.10.ver.ad secundum.

Vide. Expectantes non capiunt beneficia in mensibus ordinarij.Concluſ.614.

Vide. Expectans ante purificatam gratiam non impedit ordinarium. Concluſ.612.

Collatio infra mensem primi expectantis est nulla. Concluſ. CDXXXVI.

1 COLLATIO beneficij facta secũdo expectanti habenti gratiam expectatiuam specialem infra mensem expectantium priorum est nulla, etiam si primus habens mensem non acceptauerit.Oldrad.cons.198.Circa primum,in fin.ver ad quintum.Gem.cons.21.n.5.ver.& per hoc optime.

2 Contrariũ tenet Ro.cons.256.Approbo,in prin. vbi apostil.in ver pendens declarat. vt valeat collatio quando ius pendens est conditionale,secus si est purum, quia tunc non valeret & allegat conc.

3 Amplia, vt procedat indistincte in omni collatore conferente in tempore, quo sua iurisdictio est suspensa, prout de ordinario conferente infra mensem expectantium,quia collatio est nulla. Gemi.cons.21.num,6.ver.& idem dicitur.

4 Extende in exequutore dato ad conferendum prębendam primo vacaturam,quia durante tempore optandi non potest conferre, & conferendo nihil facit. Gemin.d.cons.21.num.4.versi.secundo concluditur.

5 Limita quod valet quando secundus expectans acceptauit infra mensem priorum expectantium sed non fecit sibi prouideri,nisi post mensem,quia licet fit prohibita prouisio infra mensem,non tamen est prohibita acceptatio, quando primus infra mensem non acceptauit, nec sibi prouideri fecit.Oldrad. cons.193.Circa primum, in fin.versi. ad quintum.

Vide. Expectans cum mense quid operatur appositio mensis. Concluſ.619.

Collatio Papæ,an, & quando præiudicet expectantibus. Concluſ. CDXXXVII.

1 PAPA si conferat beneficium vacans prędiudicat expectanti habenti anteriorem expectatiuam,quando per exequutorem fuit prouisus post collationem Papæ.

2 Amplia,vt procedat etiam in legato conferente authoritate speciali Papæ,quia præfertur expectanti ipsius legati habenti anteriorem datam, sed prouisio est post collationem Papę,seu Legati facta authoritate speciali Papę.Calder. cons.229. alias 7.de pręben.

3 Amplia. vt etiam receptus in Canonicum præferatur expectanti legati priorem expectatiuam habenti in prębenda postea vacante.Calderin. d.consil.229.versic.si enim sola,alias septimo, de pręben.

Digitized by Google

Collatio beneficij iuriſpatronatus facta per ordinarium ſine patrono quando valet, vel non. Concluſ. CDXXXVIII.

1 COLLATIO Epiſcopi facta de beneficio vacante per obitum, vel alias, quod eſt de iurepatronatus laicorum infra tempus patronorum ſine eorum conſenſu non valet, ſed eſt ipſo iure nulla. Bal. conſ. 17. Factum ſic proponitur. n. 2. ver. ſecundum dubium. lib. 1. c. decernimus, in fin. 16. q. 7. & ita videtur dicere. Ægid. conſ. 10. nu. 43. verſi. circa ſextum, & n. 44. vbi quod Hugo tenuit contrarium, quia exponit d. tex. irrita, videlicet irritanda, tamen ipſe non tenet hanc partem tanquam dubiam, & pro hac parte allegat Abb. quatuor fundamenta in ſua q. 5. incip. Augerio. col. 11. ver. ad ſecundum dubium. Roma. conſ. 361. In caſu propoſitæ, num. 2.

2 Contrarium, quod valeat collatio infra tempus datum ad præſentandum ſpreto patrono tenet Hugo. in cap. decernimus 16. q. 7. & maxime quando non eſt facta præſentatio, argumento eius, quod dicit Calderin. de collatione facta infra menſem expectantis quando expectans non acceptauit, de quo meminit Ægid. dicto conſil. 10. num. 47. & pro hac parte allegat Abb. in ſua quæſt. 5. in col. 11. & ſequen. verſic. in contrarium quatuor argumenta, quę videas.

3 Declara, quia ad bene eſſe Epiſcopus lapſo tempore dato ad præſentandum poteſt iterum conferre ex iure deuoluto ſi patroni non præſentarunt, & hæc ſecunda collatio dicitur ex abundanti. Ægid. conſ. 10. num. 48. ver. & per præmiſſa.

4 Declara, quia prouiſio facta per ordinarium pendente iure puro alterius ad beneficium eſt nulla, ſecus ſi ius pendens ſit conditionale, ita Ro. conſil. 256. Approbo, in prin. allegat c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6. & ibi apoſtil. ad Rom. in ver. pendens, ita declarat. & citat plurimos concor.

5 Declara, vt plene per Abb. in ſua quæſt. 5. inci. Augerio. col. 11. cum ſeq. ver. ad ſecũdum dubium, vbi primo arguit, quod ſit nulla collatio, ſecundo arguit, quòd imo ſit valida, tertio loco. col. 12. n. 7. & ſeq. ver. pro ſolutione, vbi duo dicit diſtinguenda, primum, an ſit nulla, vel non, ſecundum data nullitate, an conualeſcat patrono conſentiente, vel negligente præſentare, & circa primum, an ſit nulla, vel valida, dicit plures fuiſſe opiniones, aliqui tenent, prout Rota Roma. quod ſi iuſpatronatus eſt clericorum collatio eſt omnino nulla, ita vt ratificari nó poſſit, quia plus iuris habet patronus clericus, quã laicus, quia patronus laicus parũ, aut nihil iuris habet, quod ſecus eſt in patrono clerico, aliqui ꝙ collatio Epiſcopi ſit valida, ex quo patronus non præſentauit in termino, ſecus ſi præſentaſſet in termino, tertia opinio, quod ſiue ſit iuriſpatronatus laicorum, ſiue clericorum collatio facta per Epiſ. ſine patrono ſit ſemper nulla a principio, ſed ſi patronus conſentiat expreſſe, ſiue tacite, ſiue infra tempus ad præſentãdum, ſiue poſt, conualidetur, & idem quoad primum tenet Abb. quod ſit nulla a principio ſine patrono facta collatio, vt in col. 13. ver. ſed ad primum, vbi allegat multas authoritates.

6 Extende, vt procedat etiam ſi Epiſcopus Eccleſiam patronatam infra tẽpus ad pręſentandũ conferat ei, qui erat electus ſi ignorabat electionem, vel ſi erat facta a minori parte, quia adhuc eſt nulla ipſo iure talis collatio. Bald. d. conſi. 17. num. 2. lib. 5. & num. 4.

7 Extende talem collationem ſine patronis factã eſſe adeo nullam, vt ſi ille, qui contulit ſine ordine iudicij declarauerit talem collationem nullam licet declaratio ſit facta ſine ordine, tamen venit confirmanda. Bald. d. conſ. 17. nu. 3. verſi. tertium dubium. lib. 5.

8 Extende, quia talis collatio facta per Epiſcopum de beneficio iuriſpatronatus non vocato patrono poſſit nulla declarari, etiam per Vicarium Epiſcopi. Abb. d. q. 5. col. 13. circa me. verſi. ſed ad primum dubium.

9 Reſtringe in tribus caſibus, de quibus incertus author poſt regulas Soci. reg. 3. Inſtitutio facta ſine præſentatione patroni, vbi ponit tres fallentias, prima ſi oriri poſſet ſcandalum ex præſentatione, ſecunda quando non liquet de iurepatronatus, tertia quando eſſet iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, & plenius idem incertus author reg. 4. patrono inſcio, vbi addit reſtrictionem quartam, quando eſſet quæſitum ex conſuetudine, vel præſcriptione.

10 Amplia, vt nec valeat collatio beneficij iuriſpatronatus facta per ordinarium ſine conſenſu patroni ex cauſa permutationis. Gem. conſ. 45. num. 10. ver. quartum dubium.

11 Declara, quia iſto caſu conualeſcit permutatio ſi patronus conſentiat poſtea quandocunque. Gemin. conſ. 45. n. 10. ver. ad quintum dubium.

12 Extende idem eſſe in collatione facta per Epiſ. de beneficio vacante ſine conſenſu patroni, quia ſi ille poſtea conſentiat, valet talis collatio. Gemin. conſ. 45. n. 12. ver. pro iſta concluſione.

13 Amplia, quia neque valet collatio legati facta de hoſpitali ad quod laici ex præſcriptione æqui fuerunt ius pręſentandi ipſis non vocatis, quia nec legatus, neque ordinarius poſſunt tollere ius quæſitum. ſed ſolus Papa. Ant. de But. conſ. 62. nu. 3. incip. Hic de duobus.

14 Contrarium tenet Ro. conſ. 361. In caſu propoſitæ, per tot. vbi apoſtill. dat conc.

Vide. Legatus quid poſſit circa collationem beneficiorum iuriſpatronatus. Concluſ. 172.

15 Amplia in tantũ collationẽ Epiſ. factam de beneficio iuriſpatr. ſine cõſenſu patroni infra tẽpus ad præſentandũ eſſe nullã, vt neq. conualidetur, licet patroni negligant pręſentare in termino, vel etiam ſi expreſſe conſentiant collationem valere.

16 Contrarium, quod imo ſi patroni neglexerunt in termino comparere, & præſentare conualidetur, tenent plures, quos citat Abb. in d. q. 5. col. 12. nu. 7. verſi. ſecunda fuit, & rurſus col. 13. circa fin. ver. circa ſecundum,

17 Declarant multi, quod ſi Epiſ. contulit beneficiũ iure deuoluto, collatio nõ poteſt cõualidari ex cõſenſu tacito, vel expreſſo patronorũ, quia ſemper nulla eſt, ſi vero cõtulit Epiſ. iure ordin. conualidatur ſi patronus negligit præſẽtare, & ſic tacite cõſentit, ſeu ſi expreſſe cõſentiat, & hanc dicit fuiſſe opinionẽ Rot. Ro. licet Rota contra morem ſuũ nihil alleget, ita refert opiniones Ab. d. q. col. 12. in fin.

fin.circa hoc diſtinguebant,& colum.ſequen.

18 Extende , quia non valet neque conualidatur collatio Epiſcopi facta de beneficio iurispatronatus, quando patronus erat abſens , & collatio fuit facta de iure deuoluto, quia eſt ſine vllo iure facta. Abb. d. quæſt.5.col.14.verſic,aut patronus erat abſens.

19 Idem eſt ſi collatio eſſet facta iure ordinario, quando patronus abſens tempore collationis,poſtea contradixit infra tempus ad præſentandum datum.Abb.d.q.5.col.14.ante med. ver. aut contulit iure ſuo ordinario .

20 Reſtringit Abb. alio modo , quia ſi Epiſcopus cõtulit beneficium iurispatronatus ipſi patrono, tunc , vel ex poſt conſentiente, conualidatur col-
* latio,ſecundum *communem.Ab.d.q.5.col.13.in fi.ver.nunc aliorum iudiciis.

21 Reſtringe quando patronus erat præſens collationi , & non contradixit , quia valet collatio Epiſcopi,nam licet præſentia importet contradicrionem in damnoſis, tamé quia non fit præiudicium patrono ex tali collatione,quia iuripatronatus non præiudicatur in alia vacatione,& hoc veriſſimum eſt, ſi in aliquo apparuit ſignum approbationis.Abb.d.q.5.col.13.in fi. & colum.ſequen. verſi.aut collatio fuit facta, & quia patronus non poteſt dici ſpretus ſi erat præſens , & non contradixit .

22 Reſtringe quando collatio beneficij iuriſpatronatus eſſet facta per Epiſcopum per viam permutationis non vocatis patronis, ſeu eligere debentibus, quia valet mero iure , licet ſi patroni contradicant poſſit annullari . Abb. d.q. 5. columna. 13.poſt med.ver.apertius,vbi allegat Fede.de Sa. in tract.permut.beneſic.& ratio eſt , quia permutatio principaliter pertinet ad Epiſcopum , ſed collatio non ſic.c.quæſitum,de rerum permuta.& Rom.conſ.356.Circa primum.n.7. ver.quoad ſecundũ, vbi dicit eſſe controuerſum,ſed quod ſanatur ſuperueniente conſenſu patroni.

23 Reſtringe quando Epiſcopus contulit iure ordinario , & patronus erat abſens , quia ſi poſtea patronus conſenſit,collatio conualidatur,& idem eſt ſi negligens fuit in præſentando in termino, quia conualidatur neceſſario,quia Epiſcopus non poteſt contradicere ſuæ collationi,& patronus lapſo termino nullum ius pro illa vice habet, ita Abb.d.q.5.col.14.poſt med.verſic.ſi autem patronus, & col.15.in prin.

24 Amplia , quia collatio beneficij ſpectantis ad collationem Epiſcopi cum conſenſu capituli ſi fiat ſpreto capitulo,& ſine conſenſu capituli, eſt nulla ipſo iure. Abb. d.q.5. col.14.circa med. ver. huic intellectui.

25 Amplia , quia neque poteſt Epiſcopus reintegrare ad beneficium iuriſpatronatus eum,qui beneficio fuit priuatus. Rom.conſ.361.num.5. verſ. ſecundo quia.

26 Limita quando Abbas, vel ordinarius collator eſſet in poſſeſſione,vel quaſi conferendi tale beneficium iuriſpatronatus , quia non attenditur , niſi quaſi poſſeſſio.Bal.conſ.437.Ex quo Abbas.lib.2.

Vide. Quaſi poſſeſſio iuuat in multis quaſi poſſidentem.Concluſ.36.

27 Extende , vt procedat etiam ſi ordinarius collator eſſet excommunicatus, quia ſi abſoluitur infra ſex menſes poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus quando eſt in poſſeſſione conferendi non obſtante præſentatione patroni tempore quo ordinarius erat excommunicatus, & ſic ante collationem factam.Bal.d.conſ.437.lib.2.per totum.

28 Limita, quia collatio beneficij iuriſpatronatus facta non vocato patrono valet , ſi patronus poſtea conſentit . Rota in no.deciſ.5.de rerum permut.Ægid.Bellamer.deciſ.29.& deciſ.87.& deciſ. 179.Caſſad.deciſ.5.de iurepatro.nu.3.Rom. conſ. 356.Circa primum.num. 8. vbi loquitur in collatione ex cauſa permutationis,vbi apoſtill. fin.in ver.295.dat concor.

29 Extende , vt idem ſit in reſignatione, quia ſiue præcedat,ſiue ſequatur conſenſus patroni collationem Epiſcopi factam ſine patrono, collatio conualidatur, & hoc ſine conſenſus patroni ſit tacitus,ſiue expreſſus.Rot.in no. de rerum permut. deciſ.5.alias 307.ſequitur Caſſado.deciſ.3.de renunciat.nu.7.& 8.

30 Extende in caſu converſo , quia ſi patronus introduxit ſolus in poſſeſſionẽ Eccleſiæ ſine Epiſcopo conualidatur ex ſuperuenienti prouiſione Epiſcopi.c.cura.de iurepat.Ro.d.conſ.356.n.8.

Vide . Epiſcopus poteſt multa circa beneficia iuriſpatronatus, & quæ non.Concluſ.171.

Vide.Patronus annullat prouiſionem beneficij ſui patronatus ſine eo facta,& quando.Con. 144

Collatio beneficii iuriſpatronatus ad præſentationem qualiter facienda . Concluſ. CDXXXIX.

1 EPISCOPVS non poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus infra tempus datum patronis ad præſentandum , niſi conferat præſentato a maiori parte patronorum , ideo ſiue conferat ſpretis patronis, ſiue conferat præſentato a minori parte,collatio eſt ipſo iure nulla.Bal.conſ. 17.Factum ſic proponitur,in princ.lib.5.

Vide.Concluſ.prox.præced.vbi latius.

2 Amplia,quia collatio facta præſentato a maiori parte patronorum eſt nulla non citato alio præſentato a minori parte.Bal.conſ.17.nu.7.ver. hucuſque,lib.5.vbi quod debet nominatim citari cum ſit certus .

3 Declara , quia ſi talis citandus comparuit, & fuit auditus,dicta citatio non eſt neceſſaria. Bald. d.conſ.17. num.7.lib.5.

4 Limita quando patroni primo vnum preſentaſſent , & deinde alium , quia poteſt ordinarius conferre cui maluerit ex præſentatis.Bald.d.conſ. 17.num.6.lib.5.

Vide.Patroni ſi diſcordant quando ſit locus gratificationi.Concluſ.145.

Collatio tacita non inducitur , niſi fiat expreſſa . Concluſio. CDXL.

1 COLLATIO beneficij non inducitur ex ſola traditione poſſeſſionis illius facta ab eo, ad quem ſpectat collatio.Oldr.conſ.143.Thema tale eſt dominus B.num.4.ver.ad tertium.

2 Contrarium . Concluſio.proxim.ſequen.num.5.

Digitized by Google

& multis seq. vbi declaratur.

3 Amplia, quia Canonici tolerantes aliquem longo tempore tanquam beneficiatum Canonicū non censentur illi titulum collationis conferre, ex quo requiritur expressa collatio, & responsio fructuum, & alij actus accessorij non concludunt collationem, sed solam possessionem, & præsumptionem in possessorio, Zabarel. cons. 108. dico quod nobili per totum.

Vide. Titulus quando probetur præsumptiue, & sufficiat. Conclusio. 316.

Collatio beneficij tacita ex quibus inducatur. Conclusione. CDXLI.

1 COLLATIO beneficij inducitur per immissionem factam ab eo, ad quem pertinet collatio. Oldrad. cons. 143. thema tale est dominus B. in fin. ver. non obstat.

2 Amplia, vt idem sit per installationem electi factam, quæ de consuetudine potest importare confirmationem, seu institutionem, Oldrad. cons. 146. ver. & si aliquando, nu. 5.

3 Amplia, quia collatio beneficij inducitur ex donatione, nam donatio proprie est collatio, in tantum, quod antiquitus Papa quando reseruabat beneficia, asserebat reseruare sua donationi, vt per Feder. de Sen. cons. 61. nu. 5. ver. verba vero reseruationis ibi prieratum donationi apostolicæ reseruantes, pro hoc facit Oldrad. cons. 58. Quidam impetrauit, nu. 2. vbi quod legatum, & beneficium dicitur donatio, & valet argumētum de vno ad aliud.

4 Ampliá, quia collatio beneficij respectu tituli inducitur ex uerbis, prouidemus, vel concedimus, aut disponimus, quia prouisio, dispositio, & concessio important collationem beneficij respectu tituli. Gemin. cons. 65. in prine. ver. prima est.

5 Ampliá, quia missio in possessionē canonicatus, & præbendæ habet vim collationis, quando fit ab eo, qui habet facultatem conferendi. Roma. cōs. 337. Quoad primum, nu. 3. ver. ijs tamen non obstantibus, vbi prima apostilla in ver. veritas, dat plurimos concord. & dicit * communem. Rota in No. decis. 16. fuit dubitatum, de concess. præben. alias 441.

6 Contrariū, quod imo inductio in possessionē sit actus exequutiuus collationis, non autem collatio. Roma. d. cons. 337. in princ. vbi plura allegat, & Oldrad. cons. 143. thema tale est, dominus B. num. 4.

7 Declarat ipsemet Roma. d. cons. 337. num. 2. & seq. quia si præcedit collatio, certè inductio in possessionem non potest importare collationem, sed collationis exequutionem, si vero non præcedit collatio, & inducens in possessionem habet etiam ius conferendi, id importat necessario collationem, quia qui vult consequens, censetur velle necessarium antecedens, & ideo cum beneficiū non possit haberi sine canonica institutione dans possessionem, quando potest etiam dare titulum censetur dare prout debet.

Vide. Consequens includit suum necessarium antecedens. Conclusio. 757.

8 Extendit Roma. d. cons. 337. nn. 6. vt procedat etiam si missio in possessionem sit verbalis tantū, & ibi apostil. in ver. immissionem, dat concord. & declarat dummodo possessio sit vacua.

9 Amplia, quia receptio actualis in canonicū habet vim collationis. c. cum aliquibus, de refeript. in 6. c. cum Ecclesijs, de præben. eod. lib. 6. Roma. d. cons. 337. nu. 5. uer. tertio eadem conclusio.

10 Limita, quia regulariter collatio beneficij non inducitur nisi expresse fiat. Vide Cōci. præc. prox.

Collatio Papæ non mutat statum beneficij. Concl. CDXLII.

1 COLLATIO Papæ non præiudicat inferioribus collatoribus, nec mutat statum beneficij, quia cum Papa sit dominus, & concurrat cum omni ordinario, & non indigeat aliqua acquisitione iuris in beneficio, cōferendo nihil vult acquirere in dubio in præiudicium aliorum. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua, num. 24. ver. item nota, Innoc. in c. bone, il secondo, in fin. vbi Abb. nu. 22. ver. unum tamen, de postulat. prælat. Deci. cons. 126. in causa d. Francisci col. pen. ver. nō obstat Rota, vt per Cotam deci. 93.

2 Et ideo eligentes, qui sunt in possessione eligendi, non perdunt ius eligendi per collationem Papæ factam.

3 Et patroni, qui sunt in quasi possessione non perdunt quasi possessionem per collationem factā ex causa resignationis nulla facta mentione iuris patronatus Caputaquen. deci. 336. vltimus status lib. 1. Deci. d. cons. 126. per totum.

4 Et beneficium mansale, uel annale si conferatur per Papam, non mutat suam naturam.

Vide. Collatio Papæ quando alteret naturam beneficij collati. Conclusio proxima seq.

Collatio Papæ quando alteret naturam beneficij collati. Conclusio. CDXLIII.

1 COLLATIO Papæ de beneficio manuali ad nutum Abbatis liberat beneficium a manualitate pro ea vice, donec uixerit prouisus, qui non poterit amoueri ab Abbate: Lap. alleg. 9. nu. 4. uer. adhoc allegat, & latius alleg. 33. nu. 3. ver. per quæ tenet, vbi quod non poterit amoueri ab inferiore Papæ.

2 Contrarium, quod collatio Papæ de beneficio manuali non alteret naturam manualitatis nisi fit dictum expresse. Lap. alleg. 27. in fin. & latè Calder. cons. 247. ubi quod si nesciuit, quod esset manuale, nō censetur uoluisse alterare naturam beneficii, & est 26. de prebend.

3 Amplia, ut idem sit in beneficio annali ex cōstitutione capituli, quia si Papa illud reseruat, & conferat, collatio erit perpetua etiam non facta mētione, quod beneficium esset annale. Lap. alleg. 9. disputat usque nu. 5.

4 Contrarium tenet vbi Ant. de Butr. nu. 4. in apostilla incip. Ego credo, ubi quod non censetur tollere Papa constitutionem, nisi exprimat, pro hoc facit Calder. d. cons. 247. aliot 26. de prebend.

Amplia.

5 Amplia, vt collatio etiam inferioris facta de beneficio annali efficiatur perpetua si interim durante anno tollatur constitutio, quæ faciebat beneficium annale. Lap. alleg. 9. num. 6. versic. tertio disputat

6 Contrarium in hoc vltimo tenet Anto. de Butr. in addit. fi. ad alleg. Lap. 9. per iura per eum ibi allegata, & hanc opinionem Butrij veriorem, & communem * dicit ibi Mandosius in vltima additione.

7 Limita in beneficio manuali collato per Papam, quia si confert suppliendo negligentiam Abbatis, tunc beneficium remanebit manuale. Lapus alleg. 9. numer. 4. versic. secus si supplendo defectus, & idem videtur velle Calderin. consil. 247. alias 26. de præbend. vbi quod manualia non vacant, nisi ad effectum supplendi negligentiam.

Vide. Beneficia Ecclesiastica de sui natura sunt perpetua. Conclus. 56.

8 Limita in collatione facta de beneficio annali absque reseruatione, quia si Papa illud iam vacans sine reseruatione conferat non facta mentione, quod sit annale, tunc tanquam annale censetur contulisse. Lap. d. alleg. 9. num. 3. vers. secus si tale beneficium. Calderin. d. consi. 247. alias 26. de præbend.

Vide plenius. Papa aliquid faciendo non præscribit contra inferiores, & quando secus. Conclus. 68.

Collatio in vim facultatis Papæ qualiter reguletur. Conclusio. CDXLIV.

1 PAPA si concedat alicui facultatem cõferendi certa beneficia censetur concedere, vt conferat eo modo, quo Papa conferre consueuit sine præiudicio iuris quæsiti in re, vel etiam ad rem, præuia acceptatione expectantium. Ægidius Bellamera consil. 33. numer. 9. versicul. quinta conclusio.

2 Extende, quia sicuti collatio Papæ non præiudicat patronis, neque habentibus ius conferendi, ita neque collatio legati habentis facultatem à Papa, quia licet concurrat cum inferioribus collatoribus, non tamen illis præiudicat in iure conferendi, nisi pro illa vice si præuenit. Roma. cons. 361. In casu propositæ. numer. 3. versic. nec refragatur.

Vide. Clausula dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. Conclus. 329.

Vide. Regula de iure quæsito non tollendo. Conclusio. 98.

Collatio a diuersis facta sub eadem data si quæ est, quæ præualeat. Conclusio. CDXLV.

1 COLLATIO si est facta de eodẽ beneficio diuersis personis per Episcopum, & eius Vicarium habentem mandatũ speciale sub eadem data, præualet collatio Epis. tanquam fortior, & potentior, quia quoad hoc præsumitur reuocata potestas Vicarij, vt collatio Epis. substineatur. Cald. cons. 69. Quod est 2. de offi. Vicar. vbi ponit plura exempla de dño tractãte causam in qua dedit procuratorẽ, vt censeatur reuocasse procuratorẽ in delegato cognoscẽte causã subdelegatã, vt censeatur reuocare subdelegatũ, & in Papa cõferente beneficiũ, vt cẽseatur reuocare ab alijs potestatẽ cõferendi, & duplicatur cons. 228. alias 7. de præben.

2 Contrarium, quia si legatus reseruauit præbendam pro Titio, & dedit exequutorem ad conferendum, si vacat præbenda, & legatus illam cõferat non facta mentione, & reuocatione reseruationis non valet collatio legati quando exequutor postea confert. Cald. cons. 89. quod est 9. de off. legati quod duplicatur 224. alias 3. de præb. in princ. secus si expresse reuocasset, vel derogasset reseruationi, vt ibi dicitur, vt etiam ampliat hoc contrarium procedere, si collatio legati esset facta motu proprio sine mentione reseruationis.

Vide. Legatus potest reseruare vnum beneficiũ, & inhibere, & quando secus. Conclus. 170. & in Conclusio. ibi proxima sequente.

3 Declara, quod contrariũ procedat, quia agitur de præiudicio tertij, & certæ personæ pro qua est facta reseruatio, cui in dubio litteræ, & prouisio legati nõ censentur præiudicare, licet possit, nisi hoc expresse dicat, vt declarare videtur Cald. d. cons. 224. alias 3. de præben. ver. sed quicquid.

4 Amplia, quia si collatio est facta a diuersis de eo dẽ beneficio sub eadẽ data ille præfertur, qui primo habuit possessionẽ beneficij. Cal. cons. 228. in fi. ver. præterea de hoc puto, alias 7. de prẽbend.

5 Extende, quia si quis spoliatus esset ab alio prouiso ille debet restitui. Anton. de Butr. consil. 62. in princ.

6 Amplia, quia præfertur is, cui collatio facta fuit sub eadem data præsenti, & acceptanti, si alter erat absens. Cal. cons. 228. circa fi. ver. item dato, quod collatio, alias 7. de præben.

Vide. Collatio facta absenti quid operetur antequam acceptet. Conclus. 433.

7 Amplia, quia collatio beneficij facta per legatum vigore indulti Apostolici præualet habenti expectatiuam ab eodem legato iure ordinario cõcessam, & anteriorem, qui post collationem alteri factã fuit ab exequutore priuatus. Cald. cons. 229. in princ. alias 8. de præben.

8 Amplia, quia collatio facta a Papa, vel legato sub eadem data collationis ordinarij, & inferioris collatoris prẽfertur. c. si a sede, de præben. in 6.

Vide. Datæ in concursu quis præferatur. Conclus. 21.

Vide plenius per Mascar. conclus. 314. Quæ collatio prius facta censeatur.

9 Amplia, quia duæ collationes ab eodem beneficio non possunt valere, quia si valet prima, secunda non valet, & è conuerso, quia collatio beneficij, seu prouisio acquirit ius in re, & non possunt esse duo domini eiusdem rei eodem tempore. Ægid. Bella. cons. 33. num. 7. & 8. ver tertia conclusio.

Vide. Titulus potest multiplicari pro eadem re, & quando secus. Conclus. 321.

10 Limita in beneficio deuolũto ad metropolitanũ, quia si mãdauit illud conferri Titio, & exequutor inchoauit processũ, & Metropolit. illud scienter contulit Seio, prẽfertur exequutoris præuentio, licet nondum contulerit. Cal. d. cons. 214. alias

3.de præben. circa med. verſic.& reperio.
Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Collatio pluribus facta præualet in data anterior. Concluſio. CDXLVI.

1 COLLATIO beneficij facta duobus eodem tempore ab eodem valet pro habente datam anteriorem, ſecunda autem eſt nulla ipſo iure. Oldrad. conſ. 143. in princ.

2 Extende etiam ſi collationes plures fierent à Papa, etiam ſi ſecundus habuiſſet prius poſſeſſionem, quia adhuc habens primam collationem, validam præfertur. Ro. conſ. 298. Circa præmiſſam nu. 2. ver. tertio videtur caſus.

3 Amplia etiam ſi collatio fit ad præbendam vacaturam in eadem Eccleſia etiam ſi ſecunda gratia Apoſtolica habeat clauſulam, non obſtante, quod aliqui Apoſtolica authoritate, &c. quia ſecunda gratia eſt omnino nulla. c. duobus, de reſcr. lib. 6. ita Oldr. d. conſ. 143. ver. ad ſecundum dubium, vbi quod derogatio debet eſſe certa ad hoc vt ambę valeant.

4 Extende, vt prima collatio præferatur ſecundæ etiam ſi concedatur ius ad rem in vtraque, vel in re. Rom. d. conſ. 298. col. 2. poſt med. ver. item prædicta locum habent.

5 Amplia etiam reſpectu conualeſcentiæ, quia etiam ſi prima gratia extinguatur ſecunda non conualeſcit, quia. c. duobus, annullat ſecundam ipſo iure a principio. Oldrad. d. conſ. 143. num. 2. ver. & hoc dicit.

6 Amplia, quia prima collatio, & prima gratia præfertur ſecundæ, nedum ſi ſecunda ſit facta ad preces, & inſtantiam partis, quo caſu præſumitur ad importunitatem ſupplicantis, ſed etiam ſi ſit motu proprio. apoſtil. ad Roma. d. conſ. 298. circa prin. in ver. ſecunda, vbi plures citat, niſi derogaret de plenitudine primæ collationi.

☞ Vide plene in ver. Datæ tempus. Concluſ. 19. & Concluſ. ibi prox. ſeq.

7 Limita ſi appareret de mente Papæ, quod vtraque gratia valeret, quia tunc etiam ſecunda valebit pro alia vacatura, vel pro eadem, quatenus primus negligat. d. c. duobus, de reſcr. in 6.

8 Limita in gratijs duabus, iuxta c. mandatum, de reſcr. in 6. quia non eſt nulla ſecunda a principio, ſed ita demum ſi prima fortitur effectum, ideo valet ab euentu, donec prima euaneſcat, vel fortiatur effectum. Oldrad. d. conſ. 143. num. 1. ver. & per hoc apparet.

9 Limita multis modis niſi ſecunda eſſet pinguior, vel haberet clauſulam anteferri, vel alijs caſibus, de quibus per Franch. in d. c. duobus, de reſcript. in 6.

Collatio valida beneficii qualiter, & ex quibus probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. Concluſ. 313. Collatio valida, & Concluſ. 174.

Collator an poſsit eſſe teſtis pro illo cui contulit beneficium. Concluſio.

Vide Maſcard. Conclu. 315. Collator.

Collectarum onera quæ ſint, a quibus ſolui debeant, & in quo loco. Conc. CDXLVII.

1 COLLECTAE ſunt onera extraordinaria, quæ imponuntur perſonæ pro rebus. Calde. conſ. 7. de conſtit. in princ. ver. redeundo, & conſil. 444. alias 2. de cenſib. nu. 4. ver. nota etiam; quod munera. Gemin. conſ. 116. num. 2. ver. de ſecundo, vbi quod collecta eſt munus extraordinariũ, quia non habet certam ordinariam, & determinatam pręſtationem, & multos allegat. Io. de Imo. plene conſ. 48. In caſu præmiſſo, late Areti. conſ. 132. In cauſa, quæ vertitur, in prin. Alex. conſ. 68. & Viſo. in princ. lib. 2.

2 Quandoq. tamen imponuntur capitibus perſonarum per capita fumigantium. Bald. conſ. 47. Ad euidentiam. n. 3. ver. tertio præmittendum. lib. 3.

3 Et uulgariter appellantur pręſtantię, uel collectæ, quę imponuntur perſonæ pro rebus, uel fructibus, quos quis percipit ex re. Ro. conſ. 73. Circa primum, column. fin. nu. 4. in fin. uer. eſt & ſecundus.

4 Et fortificationes, reparationes pontium, uiarum, fluminum, & ſimilium dicuntur collectæ, quia etiam imponuntur perſonę pro rebus. Alexand. conſil. 68. & Viſo. num. 3. uer. & prædicta, maxime. lib. 2.

5 Adde, quod collecta proprie eſt munus repentinum, & extraordinarium, quod pro neceſſitatibus temporum uariatur, & eſt quandoque magnum, quandoque paruum, quandoque nullum. Bald. conſ. 112. De generali. nu. 6. uer. quoddam eſt munus. lib. 2.

6 Quandoque tamen collecta eſt perſonalis, quandoque realis, & propterea nomine collectæ uenit tributum. Bald. d. conſ. 112. num. 6. uer. ſed in capitulo. lib. 2.

7 Proprie autem collecta dicitur onus mixtum, ſed ſi imponitur loco alterius oneris realis dicitur onus reale, ſi uero imponitur pro onere perſonali dicitur onus perſonale. Bald. conſ. 402. Ad euidentiam. num. 2. uer. de collectis. lib. 5.

8 Et licet dicantur onera mixta, quia imponuntur perſonæ pro rebus. tamen in dubio perſona eſt cauſa immediata, ideo ſunt onera perſonalia. Calderin. conſ. 448. alias 6. de cenſib. ante med. ver. de muneribus vero mixtis.

9 Sic etiam quando collecta imponitur pro certis bonis allibratis certi loci, tunc eſt onus reale, ſi vero imponitur pro omnibus bonis, dicitur onus perſonale, vel mixtum, ideo talea, quæ ponitur per allibrationem, dicitur collecta realis. Bald. conſ. 402. Circa fin. lib. 5.

10 Reſtringe tamen, vt ſint extraordinaria, niſi ex ſtatuto, vel alias ſint effecta ordinaria, & realia quod fieri poteſt. l. 1. C. de indicto. lib. 10. Calderi. d. conſ.

Digitized b

d. conf. 7. in princ. ver. redeundo, & conf. 444. alias 2. de cenſib. nu. 4. vſque in fin.

Vide. Onera perſonalia multa, & quæ ordinaria, & quæ extraordinaria. Concluſ. 124.

11 Intellige, quando ſtatutum eſſet à principe, vel lege, vel ſenatus conſulto habente poteſtatem condendi legem confectum, alias non poteſt ſtatutum inferiorum facere, vt collecta ſit munus ordinarium. Bald. conſ. 112. nu. 6. ver. præterea ſtatutum. lib. 2.

Vide. Onera ordinaria, & extraordinaria quæ dicantur. Concluſ. 133.

12 Imo conſuetudo facere poteſt, vt collecta ſit munus reale ad inſtar tributi. Bal. conſ. 112. De generali. num. 6. in fin. ver. & eſt verum. lib. 2.

Vide. Collectæ quando, & ſuper quibus. Concluſ. 449.

13 Collectæ, prout ſunt munera impoſita perſonæ pro rebus non debentur, nec poſſunt imponi per laicos Eccleſijs, neque clericis. Calder. conſ. 444. alias 2. de cenſib. nu. 2. ver. quædam ſunt munera patrimonialia. Gemin. conſ. 116. nu. 7. ver. item collecta. Franc. Areti. conſ. 105. In cauſa Magnifici. nu. 1. Abb. conſ. 100. Videtur primo. nu. 1. lib. 2.

14 Extende, quia clericis non poſſunt imponi collectæ. Rolan. à Vall. conſ. 31. nu. 7. lib. 1. Alexan. d. conſ. 68. nu. 2. ver. & ideo. lib. 2.

15 Extende, quia locis pijs ad hoſpitalitatem pauperum deputatis etiam ſi ſint prophana loca, & non authoritate Epiſcopi erecta, tamen non poſſunt per laicos imponi collectæ, neque alia onera, plene Anchar. conſ. 129. Super primo dubio, ſub num. 2. & ſeq. per totum, vbi nu. 6. dicit, quod eſſet minuere alimenta pauperum, & imperator in l. priuilegia. C. de ſacroſ. Eccleſ. profitetur ſe dare operam, quod alimenta pauperibus non deſint.

16 Extende, quia pauperibus, & miſerabilibus non poteſt collecta imponi. Roland. conſil. 66. num. 20. lib. 1.

Vide. Eccleſia pro bonis ſuis collectari non poteſt. Concluſ. 12. & Concluſ. ibi prox. ſeq.

Vide. Onera perſonalia laicorum non obligant Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas. Concluſ. 126.

Vide. Onera, & collectę à laicis imponi non poſſunt Eccleſijs, neque Eccleſiaſticis perſonis. Concluſ. 138.

17 Amplia, vt neque imponi poſſint, niſi ciuibus, & incolis, quia alijs habitantibus extra territorium non poſſunt imponi, licet habeant bona in territorio. Feder. de Sen. conſ. 151. nu. 2. ver. ſuper præmiſſo, & num. 3. Calder. conſ. 447. alias 6. de cenſib. Gemin. conſ. 116. nu. 8. ver. & hoc munus, Bald. conſ. 127. Si quęratur, in princip. lib. 3. plene Areti. conſ. 132. In cauſa quæ vertitur, in princ. Io. de Imo. conſ. 48. per totum. Abb. conſ. 100. Videtur primo. lib. 2. Alex. conſ. 68. Et viſo, in princ. lib. 2. vbi apoſtilla plena in ver. nequeant, citat plurimos concord. Deci. conſ. 284. Et pro tenui, nu. 4. vbi citat plures, & nu. 5. vbi declarat niſi ſit in æſtimo deſcriptus.

18 Extende in tantum collectam reſpicere perſonam, & non deberi à forenſe pro bonis ſuis in territorio collectantium, vt etiam hoc procedat, licet collecta habeat certam, & perpetuam præſtationem vniformem. Areti. conſ. 132. in princ. ver. ſed adhuc remanet, vbi reprobat Bald. contrarium tenentem, vt ibi.

19 Extende multo magis, quando collecta eſt vniformis, non perpetua, quia adhuc eſt munus extraordinarium, & non debet ſolui à non ſubdito pro bonis in territorio ſitis, quia non eſt ſuppoſitus. Areti. d. conſ. 132. nu. 1.

20 Extende, quia bona vnius communitatis in territorio alterius communitatis non poſſunt collectari, quia non ſunt ſubditi, & collecta eſt onus perſonale. Io. de Imo. conſ. 48. In caſu præmiſſo, vbi, quod homines Sancti Poli non poſſunt collectare homines de Roſena pro bonis in territorio S. Poli.

21 Ratio eſt, quia collecta non imponitur, niſi pro neceſſitate vniuerſitatis, ergo non ſuppoſiti non tenentur ad neceſſitatem alterius, Gemin. conſil. 116. in fi. nu. 9. & 10. ver. item probatur ſic.

22 Alia ratio eſt, quia collecta reſpicit rem quoad menſurandam quantitatem, ſed reſpicit perſonam quoad vinculum obligationis, ideo forenſis non poteſt collectari, quia non eſt ſuppoſitus. Aretin. conſ. 132. in princ.

23 Reſtringe, niſi ſint effectæ munera realia, & ſint certæ collectę ſemper, quia tunc tranſeunt cum re etiam ad Eccleſiam, vel clericum, & alios, vt per Calder. d. conſ. 7. de conſtit. per totum, & latius d. conſ. 444. alias 2. de cenſib. num. 4. vſque in fin. & idem dicit Aretin. conſil. 105. in princ. ver. nam ſi onus, vbi, quod ſi prædia pro collectis ſunt effecta tributaria eſt realis, & poſſeſſor illam ſoluit etiam pro præterito, licet repetat.

24 Declara, quia ſi ad Eccleſiam tranſiuiſſent bona prius, non poteſt fieri in præiudicium Eccleſiæ collecta tributaria. Aretin. conſ. 132. nu. 1.

25 Reſtringe, niſi adſit ſtatutum, quod omnia prædia ſint obligata. Bald. d. conſ. 429. nu. 2. lib. 3. quod procederet ſi ſtatutum eſſet certum, & à principe, vel à ciuitate non recognoſcente ſuperiore, vt infra relatiue nu. 35.

26 Valet tamen ſtatutum, quod collectæ ſoluantur à forenſibus. Alexan. conſ. 148. Viſis quæ, in princ. lib. 6. & conſ. 52. Viſis ijs. nu. 4. & ſeq. lib. 5.

27 Tale ſtatutum tanquam odioſum ex ratione debet reſtringi, vt inquit Areti. conſ. 132. num. 5. ver. reſtat.

28 Reſtringe, quia ſpeciale eſt aliquibus Ciuitatibus, vt collectæ exigantur etiam à non ſubiectis poſſidentibus bona in territorio collectantium. Gemin. conſ. 116. nu. 8. in fin. ver. probatur hoc etiam. Bald. conſ. 139. Conſuetudo eſt in terra. ver. in contrarium. lib. 1. & conſ. 419. circa med. ver. vtrum autem. lib. 3. vbi quod de conſuetudine in partibus ſuis ita ſeruatur, quod exiguntur pro bonis, & idem de caſtro Malenni, vt exigat pro bonis collectas, etiam à forenſibus. Bald. conſ. 218. In cauſa iſta, in fin. lib. 5. imo generalem eſſe conſuetudinem iſtam. Bart. in l. libertus. §. ſola. ff. ad municip. Bald. in l. etiam in 5. col. C. de exec. rei iudi.

Vide. Conſuetudo circa diuerſa onera ſubeunda. Concluſ. 910.

29 Idem dicit Aretin. conſ. 132. in princ. ver. reſtat ergo, vbi ex hoc argumento aſſumit eſſe ſpeciale priuilegium aliquarum ciuitatum, ergo ius commune eſt in contrarium.

30 Et quod ſit generalis conſuetudo in tota Italia, quod ſoluantur collectæ à forenſibus pro bonis, quæ habent in territorio. Alexan. conſ. 52. Viſis ijs. lib. 5. ſequitur Deci. conſil. 284. Et pro tenui.

tenui. num.1.& latius conſ.694. Pro reſolutione, vbi apoſtilla dat concordan. & dicit Deci. eſſe * communem, quod credatur Doctori atteſtanti de iſta conſuetudine, & quod omnes Ciuitates Italiæ habeant hanc conſuetudinẽ. Alex.conſ.101.Viſis. nu.4. ver.& dicit Bart.lib.1. plurimos citat apoſtil.ibi in ver.conſuetudinem, vbi quod* communiter ita practicatur in Regno Franciæ.

31 Vide tamen Corneum conſ.83. Circa primum. n.9.& ſeq. vbi late examinat, & tuetur, quod non credatur Doctoribus ſine iuramento.li.4. & quod conſuetudo generalis non ſe extendit ad loca ſpecialia, in quibus contrarium ſeruatur. Aret.conſ. 132.num.2.& ſeq. ſequitur Deci.conſ.284. Et pro tenui, in fin.

32 Imo Areti.conſ 132.In cauſa, quæ vertitur.nu. 2.vſque in fin.verſ.remanet igitur, tenet conſuetudinem non probari à Doctoribus atteſtãtibus, quia duo ſpecialia concurrerent; primum eſt, quod ſine iramento eis crederetur; alterum vero eſt, quod per ſcripturam teſtes teſtificarentur, & cum ſit contra ius, & in caſu, in quo ſtatuentes non poſſunt ſtatuere, prout in communitate Caſtri dicit requiri tempus immemorabile, & quod non fit extenſio conſuetudinis locorum vicinorum.

33 Contrarium Alex.d.conſ.68.num.12.lib.2.vbi, quod ſtatuere pro neceſſitatibus poteſt quælibet vniuerſitas, ideo cum non ſit de reſeruatis principi valet conſuetudo præſcripta 30.vel 40.annis & ſimplex ſtatutum vniuerſitatis.

Vide plenius. Doctori aliquid atteſtanti quando credendum, vel non. Concluſ.558.

34 Extende, quia imo collecta de generali conſuetudine Italiæ poteſt imponi forenſibus. Alex. conſ.52.nu.5. lib.5.vbi alios citat, & conſ.101.n. 4.lib.1.& conſ.68.nu.10.lib.2.

35 Et idem eſt, ſi extet ſtatutum, vel conſuetudo, quia collectæ poſſunt effici munus ordinarium, & patrimoniale, & tenentur omnes etiam forenſes poſſidentes bona in territorio. Alex.d.conſ.52.nu. 5. & ſeq. lib.5.quod tamen intelligas, quando ſtatutum eſſet à principe, vt in ver.Onera ordinaria quæ dicantur.d.Concluſ.133.

36 Imo ceſſante conſuetudine, & ſtatuto collectæ, quæ ſolent imponi ſuper bonis quando ſunt taxatæ, & limitatæ à ſtatuto, vel conſuetudine efficiuntur munus patrimoniale, & ordinarium, & ſoluere tenentur etiam forenſes. Alex.d.conſ.51. nu.7.ver.quinimo.lib.5.

37 Declara, niſi ſit forenſis deſcriptus in æſtimo, quia ratione æſtimi tenetur. Deci.d.conſ.184.n.5. vbi, quod tunc omnes, qui habent æſtimum poſſunt grauari, & valet argumentum, non ſum in æſtimo, ergo non poſſum grauari, & exactor repelli poteſt, ſi non oſtendit forenſem habere æſtimum.

38 Reſtringe, niſi abſentes pro bonis eorum ſint allibrati in loco bonorum. Bald.conſ.429. circa med.n.2.lib.3.& conſ.217.circa med.ver.ſed cum facientes.lib.3.quia allibrati conſenſerunt. Bald. l.etiam.col.5.C.de exec.rei iudi. Corne. conſ.83. nu.12.ver.& maxime, lib.4. Deci.d.conſ.284.n.5.

Vide plene per Ant.Gabr.lib.6. tit.de iure immunit.Concl.2.vbi, quod non tenentur forenſes regulariter ad collectas, ſed limitat multis caſibus.

39 Solui debent, & imponuntur in loco, vbi perſona moratur, non vbi bona ſunt ſita, quando ſunt mere extraordinariæ pro rebus impoſitæ perſonis, ſecus è contra, quia ſi ſunt effectæ onera ordinaria, ſoluuntur in loco rei, & ibi imponuntur. Feder.de Sen.conſ.151.nu.3.& 4. Bald.conſ.139. Conſuetudo eſt in terra, circa med. ver. præterea.lib.1.& ver.in contrarium, & eſt communis * opinio. Caſtr.conſ.8.col.fi.lib.1.

40 Idem eſt, quando collectę imponuntur bonis allibratis, quia ſolui debent in loco bonorum. Bald. conſ.217.per tot.lib.3.vbi, quod idem eſt, quando per ſtatutum eſt prouiſum, & quod ita de conſuetudine ſeruatur.

41 Declara, quia quis obligatur ad collectas, & onera perſonalia, vel mixta, ratione incolatus, aut domicilij, aut originis propriæ, vel paternæ, aut adoptionis, vel electionis honoris cauſa in loco, vt late per Calder.conſ.448.alias 6.de cenſib. & quod ratione originis quis poſsit collectari, & teneatur ad perſonalia etiam ſi alibi habitet. Cuman.conſ. 78. Oriundus de Mutina. Abb.conſ.100. lib.2.

Vide. Onera perſonalia à quibus debent ſolui, & in quo loco. Concluſ.125.

42 Reſtringe hanc declarationem, vt non procedat ratione originis matris, neque habitationis ſolius in loco, neq; ratione poſſeſſionis bonorum. Calder.d.conſ.448.alias 6.de cenſib. circa fi. ver. nec ſola habitatio.

43 Et collectæ quando ſuccedunt loco onerũ realium, & tunc quia præſtantur pro territorio, debent ſubiri in loco, vbi res ſunt ſitæ. Bal.conſ.139. Conſuetudo eſt in terra, circa med. ver. præterea. lib.1.& conſ.217. lib.3. vbi, quod ita ſeruat conſuetudo, quod ſoluuntur in loco bonorum, quando bona ſunt allibrata, vel extat ſtatutum.

44 Extende, quia ſolui debet collecta, vel præſtantia. quæ imponitur pro rebus à poſſeſſore rei, tam pro futuris, quam pro præteritis. Roma.conſ.73. Circa primum.col.fi.n.4.in fi.ver.eſt & ſecundus.

45 Et ideo emphyteuta, qui poſſidet, tenetur ad illas, prout etiam is qui poſſidet rem ad cenſum. l. poſſeſſor.ff. de cenſi. Rom.d.conſ.73.nu.4.in fi.ver. primum ſcilicet.

46 Idem eſt de colono, quia ipſe tanquam poſſidẽs tenetur ad collectas tanquam is, qui percipit fructus rei. Rom.d.conſ.73.nu.4.

47 Idem eſt in fęudatario, quia ipſe tenetur ad collectas pro re fęudali. Rom.d.conſ.73.nu.4.

48 Idem eſt in vſufructuario, qui pro collectis tenetur, non autem proprietarius. Rom.d.conſ.73. nu.4.ver.quarto probatur.

49 Extende, quia etiã pro præteritis non ſolutis tenetur nouus poſſeſſor. Ro.d.conſ.73.n.4. ver.iis autem omnibus, vbi apoſtil.in.ver.augendum, dat concor.& allegat Feder.de Senis conſ.81.

50 Reſtringe, quia licet bannitus, cui omnia bona fuerunt confiſcata perdat omnia priuilegia vtilia & retineat onerosa, non tamen tenetur ad collectas pro bonis confiſcatis. Rom.conſ.73. per tot.

Vide. Onera, & collectæ præteritę debentur per emptorẽ, & quãdo ſecus, & quę debeãtur. Cõc.130.

Collectarum impoſitionum diuerſæ ſpecies. Concluſio. CDXLVIII.

1 MVLTIPLEX eſt collectarũ impoſitio, & vna differt ab alia, aliquãdo imponitur per cõmunitatem villę, ſeu caſtri in concernẽtibus ſtatum,

tum, & conſeruationem villæ, vel caſtri, puta ad ædificationem murorum, villæ, vel caſtri, vel pontium, vel aequæductus viarum, & ſimilium, ſine quibus villa, vel caſtrum multum pateretur, & nullus excuſatur, quia iſto caſu eſt collecta realis, ideo bona ciuium, forenſium, & incolarum, & non incolarum in territorio villæ, vel caſtri poſſunt collectari, & obligantur ad talem collectam. Caſtrenſ. conſil. 387. Primo videndum, in princ. lib. 1.

2 Aliquando collectæ non reſpiciunt ſtatum, & conſeruationem loci, ſed communitatem, & perſonas ipſius communitatis, & tunc non poteſt imponi, niſi ciuibus, & incolis, & neceſſe eſt, quod perſonæ ſint ſubditæ, quibus debet imponi, ideo habentes ibi bona ſi non habitant, neque ſint originarij non poſſunt collectari. Caſtr. d. conſ. 387. col. 1. in fi. ver. interdum vero. lib. 1.

3 Differentia eſt inter iſtas duas impoſitiones, quia prima non poteſt imponi, niſi pro bonis in territorio exiſtentibus, quia eſt realis, ſecunda vero, quæ imponitur ſubditis imponitur perſonæ, & ideo tenentur ſubditi non ſolum ad collectas bonorum, quæ habent in territorio, ſed etiam ſoluere debent pro bonis, quæ habent extra territorium. Caſtr. d. conſ. 387. col. 1. in fi. verſ. ſed ſi indicantur, & col. 2. in princ. lib. 1. vbi, quod ita debet intelligi. gloſ. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, quæ dicit, quod ſi alicui incolæ imponitur collecta non tenetur pro bonis extra territorium ne duplici onere grauetur, quia cum iſta diſtinctione duplici onere non poteſt grauari ex eadem impoſitione, ſecus ſi diuerſæ ſint collectæ.

4 Vide Alex. conſ. 78. lib. 6. qui aliter diſtinguit hunc terminum, ne duplici onere grauentur, quia ſi locus, vbi ſunt bona, ex conſuetudine poteſt collectare forenſes, tunc in loco originis non tenetur ſoluere collectas pro bonis extra territorium, quia duplici onere grauaretur, & è conuerſo ſi ſolum in loco originis, vt forenſis non poteſt collectari in loco bonorum.

5 Aliquando imponitur vna collecta, ſeu impoſitio generalis per ſupremum Principem, puta per Papam in toto ſtatu, & tunc quilibet locus tenetur pro ſua rata, & illa rata ſolum ſuper poſſeſſionibus exiſtentibus in ſuo territorio debet diſtribui, ſiue ſint terrigenarum, ſiue forenſium, & ſiue habitent, ſiue non, & poteſt diſtribui ſuper bonis, quæ habent ciues extra territorium, quia hoc modo poſſet quis duplici, & multiplici onere grauari, & iſta eſt mens principis. Caſtr. d. conſ. 387. col. 2. ver. interdum vero. lib. 1.

6 Declara, quia prædicta procedunt de iure, & ſi collectæ aliter imponantur ſunt contra ius, neq; conualidantur ex confirmatione principis ad inſtantiam communitatis aſſerentis collectas fuiſſe de iure impoſitas, quia etiam confirmatio intelligitur de iure, & prout ius diſponit, & ſic non conualidat. Caſtr. d. conſ. 387. nu. 2. ver. ad ſecundum. lib. 1. per totum.

7 Aliquando collecta etiam perſonalis imponitur etiam forenſibus habentibus bona in territorio, quando extat ſtatutum, vel conſuetudo. Alex. conſ. 52. Viſis ijs. nu. 4. & ſeq. lib. 5.

Vide Concluſionem proxime precedentem. num. 28. & ſequen. & vide Concluſionem proximam ſeq. nu. 8. & ſeq.

8 Denominatio licet cantet in collecta, tamen poteſt eſſe tributum onus patrimoniale indictum vel quid ſimile, prout etiam ſolutio perſonalis, quæ per ſtatutum imponitur omnibus ingredientibus portam, eſt collecta, quæ poteſt imponi per ſtatutum. Alex. conſ. 52. nu. 5. & ſeq. maxime in fin. lib. 5.

Collectæ quomodo, & ſuper quibus imponuntur. Concluſio. CDIL.

1 COLLECTA poteſt imponi, & exigi a mercatoribus, & ſuper mercibus, pro quibus fructus percipiunt. Roland. à Valle conſ. 66. nu. 29. lib. 1.

2 Extende, quia omnibus artificibus, & ſe exercentibus in aliqua arte imponitur. plene Rolan. d. conſ. 66. num. 20. & ſeq. lib. 1. vbi exprimit omnia exercitia.

3 Et ſuper patrimonio, & ſecundum quantitatem patrimoniorum per æs, & libram quando ponuntur pro onere patrimoniali, vel mixto, vel non apparet pro quo onere ſint impoſitæ. Rolan. à Vall. d. conſ. 66. nu. 15. lib. 1. vbi late, quod omnibus æqualiter imponuntur.

4 Et ſubditus poteſt collectari etiam pro bonis, quæ habet in alieno territorio, quia collectæ imponuntur perſonæ pro rebus. Alexand. conſ. 78. Videretur. lib. 6. per totum, vbi pro vtraque parte allegat, maxime hoc tenet num. 9. & ſeq. ver. nec obſtat.

5 Quod procedit cum temperamento, quia collecta de ſui natura imponitur perſonæ, & non rebus de iure communi, & ideo de natura collectarum eſt, quod non poteſt imponi forenſibus, niſi ſit preſcripta, vel ex conſuetudine introducta, & hac de cauſa ſubditis poteſt imponi pro rebus extra territorium, quando in loco, vbi habent bona non grauantur, ſed ſi grauarentur ibi de conſuetudine, tunc non poſſent in duobus locis grauari, & prævalet quæ præſcripſit, vel communitas in collectando pro bonis extra territorium, vel communitas, quæ forenſes collectare poteſt. ita plene Alexand. d. conſ. 78. Videretur, per totum. lib. 6. vbi eſt caſus conſilij. & nu. 10. dicit, quod eo caſu, quod communitas poteſt collectare pro bonis extra territorium, non tamen poterit exequi in bonis extra territorium, & extendit ad collectas Eccleſijs, & Eccleſiaſticis per ſuperiores Eccleſiaſticos impoſitas, ſecus quando onera ſunt realia, quia ſolum imponuntur ſuper bonis, quæ ſunt in territorio.

6 Et iſta conſuetudo, ſeu præſcriptio collectandi ſubditos pro bonis extra territorium ficis non eſt contra ius, & ideo bona fides præſumitur ex poſſeſſione 10. vel 20. annorum. Alex. d. conſ. 78. nu. 11. & ſeq. ver. ſi quis diceret. lib. 6.

7 Si diſcordant quomodo ſunt imponendæ collectæ an ſuper æſtimo, an ſuper focolarijs.

Vide. Onera, & collectæ qualiter, & à quibus imponi poſſint. Concluſ. 118.

8 Limita, quia licet collectæ, quæ imponuntur perſonæ pro rebus non poſſint imponi forenſibus. Alex. conſ. 52. Viſis ijs, in princ. lib. 5. vbi apoſtilla in ver. forenſibus, dat concord. tamen quod eſt conſuetudo immemorabilis, quod imponan-

tur

tur forensibus prout in Castro Monticuli seruari quod ciues Regienses,& Parmenses soluant,& eam validam esse dicit Alex.d.cons.52. per totũ, lib.5.maxime nu. 4. & seq. Deci.cons.694.vbi in simili,& vide supra Conclusionẽ proximã præcedentẽ,nu.7.& plenius in conclusione proxima sequen.nu.12.& seq.

9 Extende, quia imo de consuetudine Italiæ est, quod imponuntur forensibus pro bonis in territorio sitis.Alex.d.cons.52.nu.4.& 5.lib.5.

10 Et quod dicitur de consuetudine idem erit si statutum hoc disponat, quia sicuti potest induci per statutum quod ingredientes portam soluãt, ita quod omnes laborantes terrenã in territorio quia videntur quasi contrahere, & quod potest statutum potest consuetudo, quia non differunt respectu causæ efficientis.Alex.d.cons.52.num.6. ver.ad prædicta,lib.5.

11 Extende,quia imo onera personalia possunt imponi forensibus habentibus bona in territorio, collectantium de consuetudine antiqua, & poterunt grauari.Alex.d.cons.52.nu.5.& seq. ver. sed etiam idem esset.lib. 5.

12 Idem est, quia licet scholares nõ possint compelli ad munera,& onora personalia,tamen secus est,si extat consuetudo contraria.Alex.d.cons.52. nu.5.in fin.ver.& dicit quod facit,lib.5.

13 Limita,quia collectæ certæ, & quæ singulo anno soluuntur, possunt etiam cessante statuto, & consuetudine imponi forensibus habentibus bona in territorio, vel habitantibus,quia licet appelletur collecta,tamen re vera est tributum,vel indictio aut munus patrimoniale.Alex.d.cons.52 in fin.nu.7.& seq.ver.quinimo,lib.5.

Vide.Conclus.proximam sequentem.

Vide.Onera,& collecta qualiter,super quibus, & a quibus imponuntur. Conclus.128. & conclusione ibi proxima sequente.

Collectæ, & impositiones onerum per quos,& quibus imponantur. Conclusio.CDL.

1 COLLECTÆ, & aliæ impositiones onerũ realium, seu patrimonialium imponuntur personæ pro rebus,ideo soluuntur solum in loco domicilij,uel originis habentis bona, non autem in loco bonorum,ne duplici onere grauetur.Fed. de Sen.cons.151.nu.3.uer.constat enim quod munera,& nu.4. Calder. cons.447. alias 6.de censib. ubi ampliat ratione adoptionis, uel incolatus. Bald. cons. 139.Consuetudo est in terra, uer. in contrarium,lib.1.& istam esse * communem opinionem,quod imponi possunt personæ pro rebus alibi sitis,non e contra,Castren.cons.8.lita bona paterna,lib.1.col.fin.uer.unde patet.plene Areti. cons.132.In causa quę vertitur,in prine.vbi quod non possunt imponi bonis forensium,quia persona non est subdita,& collecta respicit rem,quoad mensuram, sed personam quoad vinculum obligationis.Alex. cons.78.Videretur,per totum lib. 6.Alex.cons.111.Videretur,nu.9.uer.confirmantur lib. 7. ubi quod propterea collecta materialiter est onus reale, sed formaliter est onus personale, & quia materia, & forma faciunt unum totum,ideo dicitur onus mixtum.

2 Et in impositione collectarum mutato possessore mutatur collecta, quæ personæ imponitur pro rebus, & secundum qualitatem noui possessoris imponitur, si subiacet collectis, alias non. Alex.cons.35.Viso processu,nu.16.lib.4.Ias.cons. 20.nu.4.lib.1.Brun.cons.91.& 103.

3 Amplia,ut monasterium,quod de consuetudine semper soluit in loco, in quo est monasteriũ, non possit compelli soluere in loco, in quo habet aliqua membra etiam acquisita de nouo. Feder. de Sen.d.cons.151.per totum,vbi est casus consilij. Alex.cons.78.num.11.lib.6.vbi secus quando onera essent realia.

4 Amplia, quia attenditur membrum principale ad hoc.vt collectę exigantur,ideo si caput,hoc est beneficium, cuius sunt bona, est exemptum, sunt etiam exempta bona,quia solutio debet fieri in loco beneficij non autem in loco bonorum, Gemin.cons.29.nu.3.in fin.ver. sed quantum.

5 Limita, quia quandoque etiam pro rebus extra territorium, quæ sunt personarum subiectarum imponuntur, & appellantur collectæ loco onerum realium. Bald. cons.139. ver. præterea, lib.1.

6 Cõtrarium dicit Areti.cons.132.in princ.quia si est tributum est onus reale non autem collecta si uero est collecta, ut quia imponitur personæ pro rebus non potest de iure communi imponi forensi,ut ipse ostendit.

7 Declara, quia de iure non potest imponi non subdito,quia personæ pro rebus, & sic bona non possunt collectari,sed de consuetudine Italiæ contrarium seruatur. Roland. a Valle cons.32. nu.8, lib.1.

8 Limita in casu contrario, quia quandoq. imponuntur pro bonis, licet persona non sit subiecta quod est quando bona sunt allibrata, uel bona sunt effecta tributaria,vel extat statutum, uel consuetudo. Bald. cons.227.Si quæratur,per totum lib.3.& cons.338.In causa ista, lib.5. per totum,maxime in fi.

9 Declara, quia statutum imponens collectam ciuibus,etiam pro bonis, quæ habent extra territorium, intelligitur dummodo non soluantur collectæ extra territorium, quia si soluuntur,tũc statutum non grauat, quia sic intelligi debet,non obstante,quod hoc non intelligendo parum operetur. Soci. cons.302. num.3. & 4.lib.2. quod est subscriptum a Felino, Roberto Strozio, Angelo Nicolino,& alijs.

10 Et procedit declaratio, quando re uera fuit collectatus,& soluit,secus si non soluitur. Soci.d. cons.302.nu.4.ver.2.respondeo,lib.2.

11 Declara, quod pro eisdem bonis non potest collecta exigi in duplici loco ratione personæ, & bonorum.Bald.d.cons.227.in fin.lib.3.

12 Extende, quia collecta potest exigi a forensibus pro bonis, quæ habent in territorio, & alia onera,quę imponuntur personæ pro rebus,quando iussu principis fit,Alex.cons.68. Et viso, nu.7. ver.Nec dubium. lib. 2.ubi quod priuilegio concedi potest, & nu.12. ver. sed per statutum,dicit, quod etiam per statutum inferioris potest hoc concedi.

13 Extende, quando extat consuetudo exigendi etiam a forensibus, prout in Italia de consuetudine seruatur. Alexan.d. cons.68.num.10.uer.ijs consonat.lib.2.ubi apostilla citat eundem. Alex. cons.

conſ.101.num.4.libro 1. & conſil.52.libro 5.

14 Et de iſta conſuetudine quanto tempore inducatur, quod per 30. annos de iure Ciuili per 40. annos de iure Canonico, & quod licet ſit contra ius; tamen quia reſpicit iuriſdictionem, quod ſi inducitur in vna ſpecie collectarum cenſetur inducta etiam in omnibus collectis.

Vide. Conſuetudo circa collectas, & onera imponenda. Concluſ. 910.

15 Imponuntur autem collectæ à maiori parte perſonarum vniuerſitatis, non autem conſideratur maior pars bonorum, vt per Calder.conſ.443. alias 1.de cenſib.

Vide. Onera, & collectæ qualiter, & à quibus imponi poſſint. Concluſ. 128.

16 Et debent imponi ſolum pro obligatione, & debito vniuerſitatis, non autem pro debito particularium. Bald.conſ.47. Ad euidentiam.nu.5.ver. tertio præmittendum. lib.3.

17 Declara, quia collectæ debent diſtribui, & imponi pro modo, & quantitate bonorum, ideo non debet tantum grauari pauper, quantum diues, ſed æqualitas, & æquitas eſt ſeruanda, etiam ſi extaret ſtatutum contrarium. Bald.conſ.128. per totum. lib. 5.

18 Limita, quia collectæ non imponuntur à communitate, neque à Principe, niſi excuſſa prius bursa communis, vel principis. Natta conſ.418. in princ.lib.2. Roland.à Vall.conſ.1.nu.51.lib.2. Salycet. & alij in l.neminem, vbi Cyn. Bald. & cæteri.C.de ſacr.Eccleſ.

19 Extende, quia non poteſt communitas imponere collectas, niſi ſit in neceſſitate, & tunc impoſitio debet eſſe æqualis omnibus. Anchar.conſ. 298.In territorio.nu.8.& 9.ver.non obſtat.

20 Extende, quia imo duo ſunt neceſſario requiſita, vt poſſit collecta imponi vnum, quod expediat Reipublicæ, videlicet, quod impoſitio fiat pro cauſa reſpiciente publicam vtilitatem; ſecundum, quod euacuata ſit burſa publica. Rolan. à Vall.d.conſ.1.nu.51.lib.2.

21 Et propterea non poteſt imponi collecta pro ſeruitio particularium, vel ad ſubleuandum particulares etiam ſi maiori parti contingit, prout caſus fortuitus, incendium, vel ruina, ita Purpur. conſ.428.num.41. & ſeq. maxime num. 43. & nu. 87. dicit in dubio pronunciandum eſſe pro non ſolutione collectæ.

22 Declara, quia licitum eſt præuenire neceſſitatem imminentem. Roland. d.conſ. 1. num.98. & ſeq. lib. 2.

23 Dicitur autem cauſa licita imponendi collectam, quando pro mittendis ambaſciatoribus imponitur. Rui.conſ.116.in fin.lib.4.

24 Et pro ſoluendis debitis communitatis, quando non habet aliunde. Purpur.conſ.428. nu.43.

25 Et pro pœna ſoluenda, quam communitas incurrit, ſupponit Bartol. in Lne quid.ff.de incend. ruina, naufrag.

Vide Concluſionem proximam præced.

Collectas fuiſſe ſolutas quomodo, & qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. concluſ. 316. Collectam quem ſoluiſſe.

Collectiua nomina quæ ſint. Concluſ. CDLI.

1 LIBERI, deſcendentes, aſcendentes, & alij ſimiles. Tiber. Decia.conſ.17.num.21.lib.1. plenius conſ.1.nu.199.eod. lib.1.

Vide plenius in ver. Nomina collectiua, vel appellatiua quę dicantur. Concluſ.54.

Vide. Dictiones collectiuæ quę ſint. Concluſ. 254.

Collectoris facultas, & commiſsio non probetur niſi in ſcriptis, & quando ſecus. Concl.

VIDE Maſcard. Concluſ. 317. vbi late, & plenius Concluſ.32. Acta iudicij.

Vide. Probatio per teſtes non admittitur ſi per ſcripturam fieri poteſt. Concluſ.772.

Collegium quid ſit, & quæ requirantur ad eſſentiam collegij, & quomodo probetur. Concluſ. CDLII.

1 COLLEGIVM ad ſui eſſentiam non requirit neceſſario Prælatum, vel caput. Oldrad. conſ.128.nu.8.ver.& ſi dicatur, ſed bene requirit ordinatam diſpoſitionem, vt ad vnum reducatur tanquam ad caput. Oldrad.conſ.204. Prima quæſtio, in princip.

2 Declara, vt plene per Ripam conſ.12.de reſcr. In ordine 19.vbi, quod multa requiruntur, quod ſoleat ſyndicum eligere, tractatus facere, arcam communem, & ſigillum habere, & maxime quando ſolet caput eligere perpetuo, vel ad tempus, & collegiati ſimul habitant, & in communi comedunt, licet iſta omnia non ſint copulatiue neceſſaria.

3 Ex quibus probetur collegiũ, vide Fed.de Sen. conſ.61. Vacante quodã, vbi, quod conceſſio conſtituendi ſyndicum, præſtandi iramentum, & ſimilia, quæ non conueniunt, niſi collegio, arguunt collegium conſtitutum, & vide per totum.

4 Declara, quia licet collegium poſsit eſſe ſine arca communi, ſine ſigillo, & ſine ſyndico, tamen iſta, vel eorum aliquod cum conueniat capitulo, & collegio, probat quaſi poſſeſsionem collegij, ſi vſi ſunt, vel arca, vel ſigillo, aut ſyndico. Calder.conſ. 261.nu.2.ver.prædicta probantur, alias 5. de ijs quæ fiunt à Prælat.

5 Signa ad collegium ponunt Abbas in cap. nobis.nu.8.de iurepatro. Deci.in c.nullus.num.3.de electio. Felin.in cap.accedentes.nu.2.de præſcrip. Barba.conſ.17.nu.4.lib.1.

6 Vide Roman.plene conſ. 436. Quod indultum. num.6. & ſeq. vbi loquitur de collegio Rotæ Romanæ, quæ habet numerum duodecim, ſigillum proprium, quod eſt ſignum, collegij decanum, licet non ſit de neceſsitate, arcam communem, & theſaurarium, qui ſunt de ſignis eſſentialibus, & proprium locum collegio congregando deputatum.

Collegiata

Digitized by Google

7 Collegiata non probatur Ecclesia, licet habeat cappellas sub se, quarum collatio spectet ad Prælatum Ecclesiæ, & Prælatus eligatur à Cappellanis. Feder. de Sen. consil. 80. circa fin. ver. nec obstat, quod dicatur, vbi videtur hoc restringere, maxime, quia etiam laici interueniunt in electione certis vicibus.

Vide. Collegiata Ecclesia quæ dicatur, & ex quibus probetur. Conclus. 458.

8 Collegium dicitur societas collegarum in vno honore positorum, quia plures ad vnum finem colliguntur. 15. distinct. cap. 1. Calderin. consil. 261. alias 5. de ijs quæ fiunt a Prælat. in princip. vbi, quod Prouinciales Romandiolæ in vnum collecti pro tuitione pacifici status faciunt collegium quoad ea, quæ tractant ad eundem finem.

Vide. Collegium faciunt in vnum collecti. Conclus. pròx. seq.

9 Ex personis consideratur collegium non ex rebus, ideo attenditur, quod facit maior pars collegij respectu personarum etiam si agatur de imponenda collecta, non autem maior pars consideratur respectu maioris partis rerum, & facultatum. Calderin. consil. 262. alias 6. de ijs, quæ fiunt à Prælat.

10 Collegium, conuentus, & capitulum de iure Ciuili potest à principio consistere ex tribus personis. l. Neratius. ff. de reg. iur. Abb. consil. 25. Quoniam de infrascriptis. num. 2. lib. 2. Roman. consil. 436. nu. 6. ver. sicut enim.

11 De iure Canonico consistit ex duobus. c. 1. de elect. Abb. d. consil. 25. num. 2. lib. 2.

12 Si vero consideratur existentia collegij iam creati potest conseruari in vno solo alijs deficientibus. Abb. d. consil. 25. nu. 2. lib. 2. Roma. d. consil. 436. num. 6.

13 Qualiter, & quomodo probetur collegium, & ex quibus. Mascar. Conclus. 519.

Collegium faciunt in vnum collecti. Conclus. CDLIII.

1 ELECTORES Imperij quando conueniunt insimul pro electione, faciunt collegium quoad illum actum, licet alias non habeant collegium in se. Calder. consil. 261. alias 5. de ijs quæ fiunt à Prælat. circa princ. ver. nam electores.

2 Amplia, quia prouinciales Romandiolæ in vnum collecti pro tuitione pacifici status faciunt collegium in illo actu, licet quoad alia non habeant inter se collegium. Calderin. d. consil. 261. alias 5. de ijs quæ fiunt à Prælat.

3 Amplia, quia extranei, & qui non sunt de collegio Ecclesiæ, si tamen debent vocari, & adesse electioni, vel alicui actui, quoad illum actum constituunt collegium. Calder. d. consil. 261. ver. fortificatur, circa princ. alias 5. de ijs, quæ fiunt à Prælat.

4 Amplia, quia Episcopi comprouinciales conuocati ad consecrationem Archiepiscopi in illo actu faciunt collegium. Calde. d. consil. 261. alias 5. de ijs quę fiunt à Prælat. nu. 2. ver. ad idem quia.

Collegium nunquam moritur. Conclusio. CDLIV.

1 COLLEGIVM, & vniuersitas est persona ficta repræsentata à personis veris, & ideo non habet animam, & non potest excommunicari.

Vide in ver. Vniuersitas non potest excommunicari, sed suspendi, & qualiter procedat. Conclus. 266.

2 Et nunquam moritur collegium, capitulum, & vniuersitas. Gemin. consil. 65. num. 10. ver. nec obstat, vbi, quod per mille annos dicitur eadem vniuersitas.

Vide. Vniuersitas qualiter desinat esse, & an sit semper eadem. Conclus. 275.

3 Et ideo successorem non habet capitulum, & vniuersitas. Feder. de Sen. consil. 295. in fin.

Vide. Capitulum non dicitur habere proprie successorem. Conclus. 51.

4 Contrarium, quod imo capitulum, & vniuersitas patiatur capitis diminutionem, & possit ex delicto accusari, & priuari, ita vt desinat esse vniuersitas. Oldrad. consil. 65. in fin. vbi, quod propria est pęna vniuersitatis. Bald. consil. 363. Venerabilis in Christo, circa fin. lib. 3.

5 Declara, vt per Castrens. consil. 125. Viso testamento. col. 3. vers. & certum est. lib. 1. vbi recitat opiniones Bart. tenentis, quod patitur capitis diminutionem; & ideo legatum post mortem certæ personæ factum loco pio, vel vniuersitati, dicitur conditionale, & Bald. contrarium tenentis, quod licet patiatur capitis diminutionem, non tamen præsumitur, quod debeat pati: ideo legatum dicitur purum, & tandem dicit ipse, quod legatum dicitur purum respectu an debeatur, sed incertum quando debeatur, & ideo tanquam in diem incertum non est dominium translatum, nec transmittitur.

Et dissolui potest collegium, & vniuersitas.

Vide. Destructio, & demolitio rei quando faciat in totum ipsam rem cessare, vel non. Conclus. 228.

Vide. Dignitas quid sit, & non moritur. Conclus. 419. & Conclus. ibi prox. seq.

Vide. Collegio dissoluto, & extincto ad quem bona collegij pertineant. Conclus. 457.

Vide. Vniuersitas qualiter desinat esse. Conclus. 275.

Collegia licita habent multa priuilegia. Conclus. CDLV.

1 COLLEGIA licita, & pia omnia habent priuilegium restitutionis in integrum, quia non reguntur nisi per curatores, & ministros. Bal. consil. 465. In ciuitate Brixiæ, in fin. lib. 1.

Vide. Minores qui dicantur. Conclus. 241.

2 Item collegia licita habent iurisdictionem in omnes de collegio circa spectantia ad collegium. Abb. in sua quæst. 6. incip. Gandulphus. col. 5. nu. 6. ver. item plebani, & nu. 7.

3 Declara, vt procedat solum in collegijs propter aliquam negociationem, vel professionem approbatam. l. fi. C. de iurisd. omn. iudic. secus in collegijs pijs, quia rector solum habet quandam præeminentiam, vt possit priuare contrafacientem. Abb. d. quæst. 6. col. 10. ver. & attende.

4 Amplia, quia potest legari huiusmodi collegijs licitis. Bald. consil. 465. per totum. lib. 1. vbi, quod quando sunt collegia pia, & Ecclesiastica, non ligantur statutis laicorum.

Collegia

Collegia omnia illicita nisi sint approbata. Conclusio. CDLVI.

1 COLLEGIA omnia sunt reprobata, & illicita, nisi appareant approbata, ea ratione, quia omnia collegia delinquebant de facili, & propter delicta eorum priuabantur, ita Oldrad. consil. 65. in fine, versic. communiter tenetur. l. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. in prin. l. 1. ff. de colleg. illicitis.

2 Extende, quia de iure nouissimo collegia religionem, vel ordinem nouum inuenientia, quæ non sint approbata, vel a iure communi, vel a Romanis Pontificibus dicuntur reprobata, & illicita. c. 1. de relig. domib. in 6.

3 Et procedit, quod collegium nouæ religionis, siue noui habitus reprobatur, nisi in specie sit approbatum, quia licet quis possit in domo sua quẽcunque habitum pro humilitate, & deuotione portare. clem. de relig. domib. tamen in collegio est prohibitus nouus habitus omnibus. glo. in d. c. 1. de relig. domib.

4 Declarat Bart. c. fi. de relig. domib. in l. 1. ff. de colleg. illicit. vt tunc demum reprobentur collegia Ecclesiastica, seu pia adinuenientia nouum habitum, quando plures conueniunt in vnum, vt efficiantur Ecclesiasticæ personæ, secus si remanent laici, & reuertuntur ad domos suas.

5 Contra Bar. adducit Abb. cons. 55. col. 1. versi. tertio facit. lib. 1. c. indemnitatibus, prope fin. de electio. lib. 6. vbi Papa non approbat statutum mulierum, quæ non faciunt professionem, neque renunciant proprijs, vnde dicit ius canonicum restrinxisse illam l. 1. ff. de colleg. illicit. ad tollenda scandala.

6 Declarat idem Abb. d. cons. 55. col. 2. ver. sed ijs non obstantibus. lib. 1. vt collegia laicorum, & disciplinatorum, qui cõueniunt in certum locum, & cum certo habitu, quem non retinent, sint approbata, quia ibi non est regula, neque certus habitus perpetuus, & ideo dicit, quod Inhumati habentes similem collegium sunt approbati, imo cum profiteantur se personas Ecclesiasticas sunt approbati. vt idem Abbas fatetur, & allegat Ant. de But. & alios, maxime nu. 4. qui tamen de Iesuatis, & aliter pœnitentibus tantum loquitur, non autem proprie de Inhumatis quicunque illi sint.

7 Amplia, quia collegia publice mendicantium sunt a iure ciuili, & Canonico reprobata nisi ex causa necessaria facerent, vel nisi approbata reperiantur. Abb. dicto consil. 55. colum. 2. num. 2. lib. 1.

8 Amplia, quia ideo collegio Iudæorum legari non potest, quia sunt reprobati, & eorum collegium, licet in specie secus sit. l. 1. C. de Iud.

9 Extende, quia non potest collegium capere hæreditatem. nisi sit approbatum. l. collegium. C. de hæred. instit.

10 Extende, quia collegio non approbato etiam Ecclesiastico, seu religioso non potest donari, & illi non acquiritur. Abb. cons. 55. In quæstione, quæ vertitur. in princ. lib. 1.

11 Limita, quia collegium est licitum, quando pro aliqua iusta causa inducitur. Calder. cons. 261. nu. 2. versic. præterea probantur, quia eo ipso, quod collegium est ad bonum, & ad licitum dicitur approbatum, quod consil. est 5. de ijs, quę fiunt a præiat.

12 Extende, quia collegia negociationum burgorum, & villarum, item magistrorum, & scholarium, item alicuius artis, vel negociationis, aut societatis ad bonum sunt approbata. Calder. cons. 261. alias 5. de ijs, quæ fiunt a præiat. nunc. 2. vers. prædicta probantur, vsque in fi.

13 Extende, quia fraternitates, seu scholæ laicorũ pro religione, vel officijs sunt permissæ, & de iure communi faciunt collegium licitum. Baldus consil. 407. In quæstione. numer. 8. versi. tangitur tertio. lib. 1.

14 Extende, quia ex fine, & opere collegia sunt licita, & ideo deseruientia eleemosinis, & pietatis, tam authoritate, quam vsu publico habentur pro sanctis. Bald. cons. 465. In Ciuitate Brixiæ, in fine. lib. 1.

15 Extende, quia collegia omnia ad pietatem, & religionem admissa sunt, dummodo non simulent l. 1. ff. de colleg. illicit. & ideo hodie potest eis legari, & possunt hæredes instituí. l. 1. ff. de sacrosan. Eccles.

16 Limita, quia omnibus ciuitatibus, quæ non sunt hostes Imperij potest legari, quia faciunt licitum collegium, secus si sunt hostes. l. omnibus. ff. ad Trebell. vbi quod possunt hæredes institui, vbi late Docto.

17 Limita, quia collegia religionum fuerunt licita absque aliqua approbatione vsque ad concilium generale sub Innocentio Tertio postea fuerunt prohibita sine approbatione Papæ Collegium Paduan. cons. 1. post consil. Zabarell. num. 2. & 3. cum sequen. per capitulum, de religio. domib. in 6. vbi reprobantur omnes religiones mendicantium non approbatæ à sede Apostolica. Abbas consil. 55. in principio. lib. 1. allegat capit. primum, de relig. domib. in 6.

18 Extende, quia hodie Inhumati, & alij, qui incedunt discalciati exercentes opera pietatis censentur approbati sub statu generali approbato pœnitentium. Abb. d. consil. 55. num. 4. lib. 1. versicul. ad idem faciunt.

19 Extende, quia approbata dicuntur collegia, quibus Papa ex certa scientia concedit indulgentias, quia censetur illa approbare. Abbas dicto consil. 55. num. 4. in fin. versic. illud præsertim me mouet. lib. 1. & nu. 5. vbi late quod ex sola tolerantia inducitur dispensatio.

Collegiatus potest esse testis pro collegio, & quando secus. Concluſ.

Vide Mascar. Concluſ. 318. Collegiatus.

Collegio dissoluto, & extincto ad quæ bona collegii pertineant. Concluſ. CDLVII.

1 COLLEGIVM approbatum si dissoluatur bona non remanent priuatis de collegio. ca. vnico,

Digitized by Google

tnico, de religio. domib. quia bona iam erant effecta communia, vt bona collegij. Feder. de Sen.conſ.15.num. 6. in colum.fin. ver.item non obſtant iura, quæ dicunt, ideo ordini applicantur bona, ſi vnum particulare collegium ordinis diſſoluatur. Caſtr.conſ. 16. Si pond erarentur.nu. 2. ver.præterea cum illud Monaſterium. lib.1.

2 Extende, quia ſi Monaſterium diruatur dotes ſolutæ, & incorporatæ Monaſterio tranſeunt in ſuperiorem. Bart.in l.ſodales.nu.21. ff.de colleg. illicit. Feli.in c. cum dilecta.num.21. de reſcript. ver.deſtructo.

3 Reſtringe quando dotes monialium adhuc non ſunt ſolutæ, & viuunt moniales, quia ipſis ſunt ſoluendæ, vel Monaſterio ſubrogato. Guidopap. deciſ.385.

4 Limita in duobus collegijs vnitis, quia ſi ſeparentur vnumquodque recipit, quod ſuum erat ſecus in membro collegij diſſoluto, & ſeparato. Feder.d.conſ. 15. num. 6. col.fin. in princip.ver. item non obſtant.

5 Limita in collegio non approbato, vel illicito; quia vnuſquiſque recuperat collata in eo, ex quo bona fuerunt communia, vt ſingulorum, ex quo nunquam fuit collegium. Feder. de Sen. d. conſil. 15. colum.fin.in princip.ver. item non obſt. iura.

6 Diſſolutum dicitur collegium per diroptionem Monaſterij. Caſtr.conſ.16.num.2. ver.præterea cum illud Monaſterium. lib.1.

Vide. Deſtructio, & demolitio rei quando faciat in totum rem ipſam definere, vel non. Concluſ. 228.

Vide. Vniuerſitas qualiter definat eſſe. Concluſ. 275.

Collegiata Eccleſia quæ dicatur, & ex quibus probetur. Concluſ. CDLVIII.

1 COLLEGIATA Eccleſia dicitur, quæ habet capitulum, & Prælatum caput capituli, & ideo vbicunque conſtat, quod aliquis præſidens in Eccleſia cum ſocijs, fuit actum, qui non ſolet fieri, niſi collegialiter, & ille actus eſt fortitus effectum ſuum probatur Eccleſia collegiata, quia caput, & membra conſtituunt collegium. glo.ſ.in cap.1.de electio. Alex. conſ.74. Viſo puncto, num.4.ver.ad hoc reſpondetur.lib.4. & conſ. 75. Viſis, in princ.ver.quod autem comprehendatur.eod.lib. & eſt ſubſcriptio Alexandri.

2 Et ideo locatio facta per priorem Eccleſiæ, & capitulum ſimul de bonis Eccleſiæ, item compromiſſum factum in certam perſonam per capitulum ad eligendum priorem vacante Eccleſia, item conſtitutio ſyndici in cauſis, & negocijs Eccleſiæ probant Eccleſiam collegiatam ſi conſtat de effectu, vt per Alexand.d.conſ.74.nu.4. lib.4. & conſ. 75.eod.lib.in princ.ver.quoad autem.

3 Declara, quia duplex eſt collegiata, habitu, & actu, item habitu tantum, quia ſi mortui ſunt omnes de collegio, vel ſunt priuati Eccleſia, dicitur collegiata habitu tantum, ſi vero reuertantur, vel reſtituantur dicitur habitu, & actu, & licet quando ſolo habitu eſt collegiata, tamen priuilegium, & ius collegij remanet in ipſa Eccleſia. Alexan.d. conſ.74.in princ. lib.4.

Vide. Habitus differt ab actu.Concluſ.11.

4 Amplia, quia Eccleſia collegiata probatur ex multis, de quibus relatiue Alex.d.conſ.75.Viſis. nu.2.& ſeq.ver.nam deprehenditur.lib.4.

5 Amplia, quia probatur Eccleſia collegiata per inſtrumenta, maxime de antiquo vltra centum annos, etiam per verba enunciatiua dictorum inſtrumentorum, in quibus fit mentio de capite, & membris, & quod eſt collegiata. Alex.d.conſ. 75.nu.3.& ſeq.ver.& tanto magis. lib.4.

6 Amplia, quia ſola fama in antiquis excedentibus centum annos probat Eccleſiam collegiatam Alex.d.conſ.75.num.3.& 4. verſ.pro hoc etiam, fortificat.lib.4.

Vide plene per Maſcard. Concluſ. 584. Eccleſiam collegiatam eſſe quomodo probetur.

Collegiatarum Prælati, & Capitulum quid poſsint ſine Epiſcopo. Concluſ. CDLIX.

1 PRÆLATVS, & capitulum collegiatæ Eccleſiæ conferunt canonicatus ſuæ Eccleſiæ, & non Epiſcopus. Lap. alleg. 32.in princ.Beſignet. deciſ. 8. de præben. quæritur vtrum. Aegid. deciſ. 718. vbi ponit opiniones pro vtraque parte, & Rota in antiq. de præben.deciſ.19. nota quod, vbi præſentatio, alias 105. & in nou. de conceſſ. præben. 4. de collatione præbendarum, alias 167. vbi tenet hanc partem. Feder. de Sen. conſ. 61.n. 4.in fin.ver.præterea infinita iura.

2 Contrarium tenet Caſſad. deci. 22. de præben. ſub num. 9. verſ. in collegiatis vero, vbi dicit contrarium ſeruari de ſtylo moderno, vbi etiam extendit ad Eccleſias conuentuales religioſorum * vbi etiam dicit * communem, quod videlicet electio ſpectat ad capitulum, & Prælatum inferiorem; inſtitutio ad Epiſcopum, & concord.Feder. de Sen.conſ.34. Quæritur ad quem, per totum, vbi recitat omnes opiniones, & tenet hanc partem reſpondendo ad contraria.

3 Declara, quia electio, & præſentatio ſpectat ad Prælatum inferiorem, & capitulum; inſtitutio ad Epiſcopum de iure communi. Feder.de Sen.conſil. 34.Quæritur ad quem, per totum.

Vide. Canonicatus in collegiata à quibus conferatur. Concluſ. 36.

4 Amplia, vt etiam alia beneficia vltra Canonicatus in collegiata ſpectent ad capitulum, & Prælatum inferiorem, & ipſi conferant, non Epiſcopus. Rota in no. deci.4.de conceſſ.præbend.alias 167.ver.de collatione vero.

5 Amplia, vt idem ſit in collegiatis religioſorum, videlicet vbi eſt conuentus, & collegium, quia receptio monialium ſpectat ad Abbatiſſam, & conuentum, non autem ad Epiſcopum. Lap.alleg.32. in princ. & de collatione Abbatis cum conſenſu ſui conuentus. Ro.in anti.dec.19.de præb.alias 105.

6 Item electio Abbatis ſpectat ad conuentum religioſorum, non autem ad Epiſcopum. c.congregatio 16.q.vlt.c.1.de electio.

7 Amplia in cathedrali, quia Epiſcopus debet conferre Canonicatus, & præbendas cum conſilio Capituli ſui, quando menſa eſt communis inter Epiſcopum, & capitulum, alias ſoli Epiſcopo ſpectat collatio. Aegid.deciſ.69.

Contrarium,

8 Contrarium,quod imo collatio Canonicatus, & præbẽd.in cathedrali ſpectet ad Epiſcopũ,& Capitulum,reprobato Aegid.d.deciſ.69. tenet Caſſad.d.deciſ.11.de præben.in prin.

Vide.Epiſcopus poteſt conferre.Concl.160.

9 Amplia, quia electio Prælati Eccleſiæ Collegiatæ de iure communi ſpectat ad Capitulum dictæ Eccleſiæ.Feder.de Sen.d.conſ.34. nu. 2. in fin. uer.ſed cum in Eccleſia.c.1.de elect.

10 Extende hanc ampliationem in Collegiatis regularibus, qũia conuentus Monachorum eligit Abbatem,c.1.de electio.Feder.d.conſ.34.num. 3. ver.hinc eſt.

11 Statuta facere poſſunt Prælati, & Capitulum inferiores ſine licentia ſuperioris in ſui præiudicium,& poſſunt ſe obligare ad illius obſeruantiã medio iuramẽto.Fede.de Sen.cõſ.100.in pri.ver. an etiam Prælatus,qui loquitur in Religioſis, & dixit maxime procedere ſi ſunt exempti.

12 Limita, vbi conſuetudo eſſet contraria quod ſolus Epiſcopus conferret, vel ſimul, vel inferiores,quia conſuetudo attendi debet, vt tenet Feder.de Sen.conſ.34.nu.2.uer.alia iura.

13 Limitare etiam videtur Feder. vt non procedat,quod Prælatus inferior, & Capitulum præſentent,quando Canonicatus non eſſent creati,& inſtituti ex bonis Eccleſię collegiatæ, in d.conſ.34. n.2.uer.uel loquitur ubi non eſt patronus.

14 Limita,quia Prælati inferiores, & Capitulum collegiatarum Eccleſiarum ſecularium ſine authoritate Epiſcopi non poſſunt alienare bona Eccleſiæ perpetuo,neque ad tempus.Feder. de Sen. conſ.34.in fin.nu.4.uer.nam Epiſcopus.

Collis terra, eius ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia. Conclu. CDLX.

1 TERRA collis non diſtat a Ciuitate Volaterrana vltra 20.milliaria,vt per Ang.conſ. 194.Viſis proceſſibus,col.2.uer.item non obſtat, vbi quod neq.diſtat per 10.milliaria.

2 Ciuitas Florentiæ conceſſit Angeletto Hæbræo, vt exerceret præſtitum uſurarum in terra Collis ſoluendo certum prætium cum conditione, quod infra certum tempus poſſet ſocios declarare.Abb.conſ.80.Pro deciſione, lib.2.vbi quod declaratio tranſit ad hæredes.

3 Gabellam tenentur ſoluere tranſeuntes per territorium Collis cum mercibus ſecundum ſtatutum,ſed tamen non habet locum in eo qui tranſit per viam communem inter Collenſes, & Sanctum Geminianum.Feli.in ſubſcriptione ad conſ. Soci.302.lib.2.uer.quinto facit.

4 Et prius ante eos idem cõſuluit Abb.conſ.83. Videtur primo. lib. 2. ubi mouetur, quia meum non dicitur commune,ſed per fictionem,quæ nõ habet locum in ſtatuto odioſo,item quia non habet ius imponendi gabellam in loco communi cum Sancto Geminiano,& quia citra Principem nullus imponit uectigalia.

5 Statutum habet,quod nullus notarius qui non ſit oriundus ex loco diſtanti vltra 20. milliaria. non poſſit habere officium in terra Collis,quod ſtatutum valet, & obſeruandum eſt. Angel. dict. conſ.194.in prin.ubi illud extendit.

6 Imo quod delictum commiſſum de nocte pœna duplicetur. Angel.dicto conſ. 194. num.3.ubi quod debet probari nox iuxta ſtatutum, videlicet a campana quæ pulſat de ſero,vſque ad campanam,quę pulſat ante diem.

7 Extende,vt idem ſit,ſi delictũ ſit commiſſum in domo habitationis offenſi,Angel.d.conſ. 194. nu. 2.vbi quod requiritur probatio, quod fuerit offenſus in domo, & quod tempore delicti illa domus eſſet propriæ habitationis offenſi.

8 Item quod appellãs teneatur coram Iudice appellationis producere ſententiam a qua appellauit infra certum terminum, alias inſtantia tranſeat deſerta.Angel.d.conſ.194.in fin.nume.4.vbi quod non habet locum ſi appellatus faceretur ſententiam latam,& quod poteſt per Iudicem de hoc interrogari.

9 Item, quod nullus admittatur ad petitionem hæreditatis niſi ſoluta gabella, excipit tamen filios,& filias non dotatas.Angel.conſ.136.in quæſtione.num.4.

10 Item ſtatutum, quod officialis teneatur petito conſilio Iuriſconſulti remittere cauſam conſulendam,alias acta ſint nulla,quod ſtatutum non habet locum in petitione calumnioſa, neque ſi poſtea partes ambæ proceſſerunt in cauſa fine conſilio,Angel.d.conſ.136.nume. 4.uer.ſecundum eſt obiectum.

Colonus qui dicatur. Concluſio. CDLXI.

1 COLONI nomen eſt largum,& habet multos ſignificatus,gloſ.in rubr.C.de agric. & cenſitis,lib.10.

2 Colonus igitur dicitur laborator partiarius. Feder.de Sen. conſ.110.in prin.

3 Item conductor,ſiue aſſictuarius dicitur colonus,ſiue conducat nummis,ſiue etiam ſoluat certam mercedem in ſpecie,quia ſolutio in pecunia, vel frumẽto,aut alia ſpecie non diuerſificat,quin ſit colonus.Alexan.conſ.32.Viſo puncto,nume. 2. & 3.lib.1.vbi quod non ſunt integri teſtes coloni

Colonus non ſuo, ſed nomine domini poſsidet. Concl. CDLXII.

1 COLONVS non poſſidet nomine ſuo, ſed nomine domini,ideo ſi expellatur a domino propria authoritate,non cadit dominus a iure ſuo.Bald.conſ.131.Caſus talis eſt,quidam nobilis.num.3.uer.ſuper tertio.lib.1.

2 Et quod colonus dicatur detinere, & non poſſidere,ideo non tenetur ad collectas,& onera realia.Alex.conſ.35.Viſo proceſſu.nu.12.lib.4.

3 Amplia,quia colonus,& laborator non eſt dominus ſuæ partis fructuum, donec ſunt pendentes,quia ſunt domini,& tunc demum efficitur dominus ſuæ portionis,quando ſunt a ſolo ſeparati,& reconditi. Caſtren. conſ. 266. & dicendum, in fin.lib.2.

4 Extende,ut procedat ampliatio, ſiue colonus ſit partiarius, ſiue nummis conducat. Signorol. conſ.84.In quæſtione,nu.6.in prin.

Digitized by Google

5 Extende,quia conductor non dicitur dominus, neq.poſſeſſor.

Vide infra.Conductor non agit ad cõſequutionem fructuum.Concl.611.

Vide. Colonus partiarius dicitur ſocius, & qualiter fructus diuidat.Concluſio.464,numer.5, & ſequen.

6 Extende, quia licet colonus partiarius ſit ſocius domini,& ius ſocietatis tranſeat in ſucceſſorem, ſi tamen dominus vendit fundum cum fructibus, omnes fructus etiam pro parte coloni erunt emptoris,quia fructus pendentes ſunt pars fundi,ideo ſicuti fundus eſt emptoris, ita etiam fructus pendentes, ſecus ſi eſſent a ſolo ſeparati, quia tunc erunt pro medietate coloni partiarij. ita Roma.conſ.309.Videtur prima fronte,per totum vbi apoſtilla dat concord.

7 Declara,quia ſi emptor ignorauit adeſſe colonum procedit contrarium, vel quando ipſe venditor erat colonus,alias ſi ſciuit adeſſe colonum partiarium non poteſt prætendere illius portionẽ,ita Iaſ.in l.cũ filiofamilias,in fi.ff.de legat.1.

8 Amplia in tantum,vt colonus non poſſit accuſare pro damno in fructibus pendentibus dato, ſed ſolum poſſit agere actione furti contra ſubtrahentem non ex alia cauſa.Alex.conſ.184.Incauſa,& lite,nu.6.& ſeq.lib.6.

Vide.Colonus partiarius,dicitur ſocius,& qualiter fructus diuidat.Concl.464.

Vide.Conductor an poſſideat, & quam poſſeſſionem habeat.Concl.604.

Vide in ver.Damnum accuſans.Concl. 12.

Vide.Fructus pendentes rei venditæ ad quem ſpectent.Concl.493.

Colonus qualiter poſſeſsionem domino dicatur interuertere. Concl.CDLXIII.

1 COLONVS relinquẽs agrum,& illius poſſeſſionem non dicitur illam interuertere domino,ſi alius poſſeſſionem non occupat. Bald. conſ.325.Dubitabatur primo,nu.4.ver. nam quatuor ſunt.lib.1.

2 Amplia,vt idem ſit ſi machinatur cum alio ingrediente poſſeſſionem,quia non poteſt interuertere poſſeſſionem domino.Bal. d.conſ.325. nu. 4. ver.aut perdit,lib.1.

3 Amplia,vt idem ſit quod dominus non perdat poſſeſſionem ſuam,licet colonus illam tradat alteri.Bald.conſ.325.nu.4.ver.aut tradit, lib.1. ubi
* quod ita tenent moderni,& hanc dicit *communem opinionem de iure nouiſſimo, & quod contrarium tenentes loquuntur de iure antiquo,idẽ Bald.conſ.330.Statuto cauetur,num.7.ver. ſed in quantum dicit,lib.1.& hanc partem tenet Caſtr. in l.fin.C. de acquir. poſſeſſ. ubi ſecundum vnam opinionem gloſſæ,& vltramontanos ibi ille text. corrigit iura antiqua contrarium dicentia.

4 Extende ampliationem, vt maxime procedat ſine controuerſia quando per fictionem tradidit poſſeſſionem alteri,puta per conſtitutum,vel precarium. Bald.d.conſ.325.nu.4. ver.aut tradit,lib. 1.Bar. in l.quãuis.§.ſi cõductor,ff.de acquir.poſſeſſ.tex. eſt in l.quãuis.§.ſi conductor,vbi Bar. & alij.ff.de acqui.poſ.Bald.in l.1.uer.quæro nũquid colonus.C.communia de vſucap.Alex.in l. quod meo,ff.de acquir.poſſeſſ.

5 Amplia,quia ſi colonus per longum tẽpus vendat rem conductam alteri inſcio domino, & idẽ colonus ſemper ſoluerit penſionem,non priuatur dominus ſua poſſeſſione,& ſententia lata in poſſeſſorio tali non recipit appellationem.Bal. conſ. 330.Statuto cauetur.lib.1.in prin.

6 Amplia,quia interuertere poſſeſſionem non dicitur qui prætendit nunquã poſſediſſe pro alio, ſed pro ſe ipſo,ideo qui negat ſe colonum non dicitur interuertere poſſeſſionem, quia requiritur dolus,& machinatio animo ſpoliandi, ad hoc ut quis dicatur interuertere poſſeſſionem.Bal. conſ. 379.ſequitur quod anno Domini,nu.7.uer.nec dicitur interuertere.lib.1.

Vide.Conductor non poteſt inferre quæſtionẽ dominij domino.Concl.609.

Vide.Dominij quæſtionem inferre non poſſunt multi.Concl.613.

7 Limita ſi colon' ſine machinatione ſed per uim, uel alias facto deiicitur,quia tunc dominus perdit poſſeſſionem quam per colonum retinebat. Bal.conſ.325.nu.4.uer.aut deiicitur,lib.1.

Declara,ut in uer. Poſſeſſio qualiter acquiratur,& quæ requirantur.Concl.406.

8 Limita,quando colonus non conuenitur vigore locationis finitæ,ſed in rem, quia tunc poteſt inferre quæſtionem quando dominus non nititur principaliter ex locatione.Alex.conſ.42.Viſis, & ponderatis.col. 2.uer.nec ad hoc obſtat,lib.4.

Colonus partiarius dicitur ſocius. & qualiter fructus diuidat. Concl. CDLXIV.

1 COLONVS partiarius dicitur ſocius, & diuidit fructus cum domino,vt medietas pro opere,& laborerio aſſignetur partiario,alia medietas domino.Feder.de Sen.conſ.110,Caſus talis eſt, in prin.Bald.conſ.25. Super primo, in fin. lib.5.Signorol.conſ.84.In quæſtione, n.3.uer.procuius.

Vide.Socij qualiter communicent inuicem lucra,& damna. Concl.287.

2 Si tamen conſuetudo patriæ ſe haberet, quod reſpondeat ſolum de tertia,uel quarta illa eſt ſeruanda,quia mos patriæ debet ſeruari,l.exceptio, ubi glo.& Bar.C.loca.Bald.in l.legem. C. eod.tit.
* Docto.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.

3 Declara,ut ſolam ratam fructuum conſequatur partiarius pro rata operum habito reſpectu ad tempus,nam partiarius trium annorum ſi tempore locationis aderant ſyluæ ſeptem annorum, quæ in decimo anno ſunt cæduæ non debet habere colonus dimidiam in tribus annis,ſed pro rata.Feder.de Sen.conſ.110.per totum, ubi eſt caſus,quia pro rata temporis,in quo operas non præſtitit,nihil habet de fructibus.

4 Si uero plures ſunt coloni,qui habuerunt medietatẽ pro laborerio, qualiter inter ſe diuidãt, dic quod iſta medietas iterũ diuidẽda ſi pro medietate dominis bobum& pro alia medietate fit diuiſio per capita perſonarum,quæ aptę ſunt ad laborandum ſupra 14.annos.Bald. conſ. 159. Ille quærit,lib.5.per totum.

Colonus

5 Colonus,siue partiarius, siue nummis colat, an dicatur dominus fructuum,dic quod sic quando illos percepit, quia non est differentia inter partiarium,& nummis colentem. Signorol. cons. 84.In quæstione qua quæritur, secus si pendent, quia sunt domini fundi,donec pendentes sunt, vt ibi.nu.6.ver.præterea fructus.

6 Restringe,seu declara, quia dicitur dominus fructuum perceptorum secundum formam contractus,videlicet, quia si debet consequi medietatem,efficitur dominus medietatis.Signorol.cons. 84.num.4.& seq. si aliam partem efficitur dominus partis conuentę,& non alias,vt ibi dicitur.

Vide.Colonus non suo,sed nomine domini possidet.Conclus.462.nu.3.& seq.

Vide.Fructus pendentes rei venditę ad quem spectent.Concl.493.

7 Extende, quia si colonus seminauit agrum, & antequam meteret finita est conductio,vel colonia,debet habere fructus eius quod seminatum est,quia ex cultura, & cura facta tempore habili videtur ei ius quæsitum,siue colat nummis, siue sit partiarius.Bald.in l.item quæritur. §. qui impleto,in fin.secundæ lectu.ff.locati, vbi quod saltem pro rata temporis debet fieri diuisio iure societatis.l.si merces,§.in coeunda.ff. eod. licet dicat non bene cogitasse ad suum modum.

8 Declara, vt diuersa sit ratio in colono partiario,& colono nummis, quia in colono partiario qui exiuit de bonis,diuisio fieri debet pro rata fructuum vsq.ad illud tempus, non autē quod debeant diuidi æqualiter fructus recollecti post tempus finitæ coloniæ.Alber.& Floria.in l.defuncta, de vsufructu.Deci.cons.56.circa med.Purpu. in l.2.in prin.nu.22.ff.si cer.pet.Iaf.in l.si a famoso.col.fi.ff.eod.Riminal.cons.94.lib.1.

Colonus partiarius obligatur domino ad multa. Conclusio. CDLXV.

1 COLONVS partiarius,qui accepit agrum colendum pro certa quota fructuum, tenetur de suo seminare, & facere alias expensas. Iaf.in l. fructus.nu.12.& seq.uer.extra glo.ff. solu. matr.& isto casu fructus non intelliguntur deductis expensis.

Vide. Fructus intelliguntur deductis expensis. Concl.499.

2 Amplia, quia colonus partiarius tenetur suis vecturis conducere partem fructuum, quam debet domino, non tamen tenetur soluere gabellam,sed ipse dominus.Bald.in l.acceptam. C. de vsur.quæst. 15.quod nota contra rusticos circa prędicta contendentes, quando nihil est dictum quia tenentur ad vecturas.

Vide Conclusio.proximā sequentem,vbi ad quę teneatur circa laborationem.

Colonus partiarius qualiter bona laborare & dimittere teneatur.,Concl.CDLXVI.

1 COLONVS partiarius tenetur laborare bona,quia dicitur socius ad hoc,vt consequi possit fructuum medietatem, alias pro tempore, quo operas non præstitit,nihil in fructibus percipere debet. Federic. de Sen. consil. 110. in prin.

2 Amplia vt hoc procedat,quod tenetur labora re bona,& ad id potest compelli durante locatione,etiam si ipse fructus non sit percepturus, velut si duraret locatio vsque ad mensem Ianuarij, quia vsque ad illum mensem debęt laborare, & opere debent satisfieri, vel compensari, si quando factus est colonus habuit bona culta,quia talia debet dimittere.Feder.de Sen.d.cons. 110. in fin.ver.circa secundum.

3 Amplia,quia imo colonus partiarius, tenetur domino,& pro eo conductori ad omnia damna quæ culpa coloni partiarij obueniunt.l.si merces. §.vis maior,vbi Bar.ff.loca.& in §.conductor,eadem lege,& ideo si reliquit bona inculta,tenetur ad interesse,& ad fructus.Bart. in l.si seruum, in prin.ff.de ver.oblig.& in l. si filius familias,in fin. ff.eod.Alexan.cons.29.Puto de iure.lib.2. glos. in l.ædem.C.loca.& in l.diuortio,§.si fundum.ff.sol. matr. vbi Bar. & cæteri. nam qui causam damni dat,damnum dedisse videtur, l. qui occidit. §. in hac.ff.ad l. Aquil.

4 Extende,quia colonus partiarius,& conductor, qui tempore debito non facit opera rusticalia nec bene colit tenetur domino ad interesse, l. si merces. §, conductor, cum ibi not. ff. loca.

5 Restringe,quando sine culpa coloni puta tempore obsidionis, vel belli, uel ob penuriam hominum, terræ steriles communiter incultæ relinquuntur, l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edicto. l. si finita, in principio. ff. de damno infecto. l. si prius. ff. de aqua pluuia. arcend.Corn.cons.28.uol.2.

6 Amplia,quia damna præsumuntur ex malo laborerio,nisi ipse probet congrue,& diligenter laborasse.Alexan.cons.129.lib.2.

7 Contrarium in conductore quod imo allegans culpam conductoris quod nō seminauerit debeat probare concludenter.Bald.in l.non amplius.§.1. ff.de leg.primo,vbi etiam glo. Bart. & alij. Alex. cons.183.Viso processu,col.fi.lib.7.

8 Amplia,quia finis, & quietantia facta per dominum colono non excusat eum, nec extenditur ad ea, quæ per dolum processerunt. Iaf. in l.sub prætextu.l.2.C.de transac.

9 Amplia,quia colonus partiarius tenetur cultiuare,& laborare bona arbitrio boni viri, videlicet Iudicis,Iudex autē tenetur seruare statuta,igitur tenetur laborare bona,videlicet arare,& alia facere prout dictat statutū.Alex. d.cons.129.Puto de iure, in princ. libr. 2. vbi loquitur in statuto Bononiæ.

10 Extende,quia onus probandi, quod laborauerit arbitrio boni viri incumbit ipsi colono, quia factum non præsumitur.Alex.d.cons.129.in prin. ver.& si quæratur,lib. 2. vbi dicit * communem, & iterum confirmat cons. 79.lib.4.

11 Contrarium dicit apostil.ad Alex.d.cons.129. in ver.onus.lib.2.quod ex quo rusticus probat laborasse, & dominus replicat non bene laborasse onus probandi incumbit domino.

12 Amplia, quia si statutum prout Bononiæ vult quod stetur iuramento domini, tale statutum

habet locum in vſufructuario,& quocunq. conductore aſſumentibus mezadros,quia licet non ſint domini bonorum, tamen ſecundum ſubiectam materiã ſunt domini reſpectu laboratoris. Alex. d.conſ.129.num.3.& ſeq.libr. 2. vbi dicit quod ſi adiiciatur dominus rei, tunc non ſunt domini, ſed ſi ſimpliciter fiat mentio de domino, ſecundum ſubiectum materiam verificatur, etiam in eo,qui non eſt dominus.

13 Limita,quia excuſatur colonus,& laborator,ſi non cultiuauit propter culpam communem,puta ſi boues aratorij communes capti fuerunt in exequutione pro debito communi, quia vna culpa cum alia compenſatur.l.mulier,§.uiro,ff.ſolu. matrimo. ſicut dicimus negligentiam cum negligentia compenſari,l.ſi.ambo, in prin. ff. de compenſ. not. Docto.in l.ſi quis maior. C. de tranſactio.& ad hoc etiam facit,quod is, qui eſt in mora,non poteſt aduerſarium conſtituere in mora, Lſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.oblig.l.2. ff. ne quis eum.auth. dos data.C. de donat. ante nupt. Aretin.conſ.70.col.2.Alex,conſ.122.col. fin.libr. 2.& ſic debebat quiſq.partem ſuam ſoluere,& boues redimere. Neguſ.de pignor.in 2.parte,in tertio membro.partis quintæ principalis,ver. & ita colligitur,nu,5.ver.ſecundo modo.

Colonus quando poſsit expelli, vel non. Concluſio. CDLXVII.

1 COLONVS, ſeu conductor, qui non ſoluit penſionem per biennium poteſt expelli a totali vſu rei, quia non paret tacitæ conditioni contractus.Bald.conſ.290. Vulgare eſt, quod colonus.lib.2.

Vide.Emphyteuta quando propria authoritate poſſit expelli.Concluſ. 191.

2 Extende,vt procedat etiam ſi ſoluiſſet pro vno anno partem,& pro alio anno nihil, quia ſi deficit vnus annus,& nummus alterius anni, poteſt expelli. Bald. conſ. 290. ver.notandum tamen,libro 2.

3 Amplia, quia ſi extat pactum, quod colonus non poſſit per decem annos expelli ſi laborauerit bona, a contrario ſenſu pactum operatur, quod ſi non laborauerit, poſſit expelli. Alexand. conſ.129.Puto de iure,in prin.libr. 2. & idem tenet, quod a contrario ſenſu in contractu valeat argumentum,conſ.46.numer.5.& conſ.119.num. 8. libr. 2.

4 Extende, quia ſi promiſit colonus diligenter, & bene laborare terras, intelligitur ſecundum formam ſtatuti,vnde ſi non docet laboraſſe,locator habet intentionem fundatam in inſtrumento. Alex.d.conſ.129.lib.2.plenius,conſ.79.Viſis nonnullis,lib.4.vbi tollit contraria,quod licet quando negatiua eſt fundamentum intentionis actoris, debeat probari tamen ſecus eſt, quando adeſt obligatio faciendi,quia lapſo termino, ſi non probatur factum,probata eſt negatiua,& ita apoſtil.d.conſ.79.In ver.quantum,dat concord.

5 Amplia,quia colonus,ſeu conductor poteſt expelli,ſi deteriorauit rem,puta incidendo arbores fructiferas,vel grandes, & germinantes. Bald. d. conſ.290. uer. modo ſequitur,lib.2.& eſt * communis opinio,vt per Clarum in uer.Emphyteuſis quæſt.26.ſequitur Bald. Roland.à Valle conſ.49. num.19.lib.2.licet ibi declarat. nu.20.& 21.

Vide. Conductor non poteſt abuti re ſibi locata.Concluſio.623.

6 Amplia,quia emphyteuta,ſiue ſit Eccleſiæ,ſiue priuati,ſi deteriorat rem locatam,cadit,quando deterioratio eſt conſiderabilis, ſecus eſt ſi deterioratio eſt modica,vel nullius momẽti. Clar.d. §.emphyteuſis,quæſt.26,vbi dicit * communem. Natta conſ.481,in prin.

7 Extende,quia in tantum expellitur conductor, qui deterioraui emphyteuſim, vt non habeatur ratio ad melioramenta per eum facta,vt fiat compenſatio.Iaſ.d.conſ.17.nu.3.ver. circa ſecundum, lib.1.Natta plene conſ.482.per totum,libr.3.vbi * dicit * communem nu.3.

8 Extende, quia conductor, qui ſuccidit ſyluam adhuc non cæduam,& immaturam poteſt expelli Ruyn.conſ.88.nuu.2.lib.1,

9 Extende, quia maius eſt delictum in colono, & emphyteuta deteriorare, quam non ſoluere, ideo ſicuti quando non ſoluit dominus poteſt expellere non probata negatiua,quod non ſoluerit, ita quando deterioraui non probata deterioratione, quia valet argumentum de vno ad aliud, & hoc maxime dicit procedere quando promiſit vti arbitrio boni uiri,quia iſtud eſt quid facti. Bero.conſ.125.per totum,lib.1.

10 Extende,quia quando colonus, vel conductor promiſit meliorare, & non deteriorare,tunc, vt uerba aliquid operentur,non requiritur,quod deterioratio ſit notabilis, ſed etiam modica ſufficit. Riminald. Iun. conſ. 355. in fin. nume. 119. lib.4.Natta conſil.481.Non relinquitur, per totum,lib.3.

11 Item eſt, ſi promiſit non incidere, quia incidens quamcunque arborem dicitur contrauenire, & poteſt expelli. Ruin. conſ. 58. numer. 2.& ſeq.lib.1.

12 Reſtringe igitur,quia conductor, qui succidit duas arbores licet teneatur ad damnum, & intereſſe,non tamen poteſt expelli,quia eſt modicum damnum.Iaſ.conſ.17.col.1.vol.1. ubi loquitur in conductore emphyteuta qui ſuccidit duas arbores ceraſearum.

13 Contrarium quod imo qui euulſit duas arbores virides dicatur notabile damnum dediſſe. Bero.conſ.120. circa fin. libr. 1. ubi concurrebat ſpretum præceptum, & ſic euulſio pendente lite.

14 Imo idem etiam in eo,qui incidit tres arbores fructiferas ueteres,quando alias ſubrogauit, tenet Roland. a Valle conſ.49.per totum, maxime n.20. & 21.lib.2.ubi quod tria requiruntur quod deterioratio ſit notabilis, ſecundo,ad quod perpetuam deteriorationem; tertio, quod dolo, uel culpa lata,uel leui, idẽ per omnia tenet Iaſ. conſ. 17.in primo dubio,lib.1.Riminal.Iun. conſ. 355. num.21.& ſeq. lib. 4. & eſt * communis opinio, Natta conſ.481.numer.13.lib.3.Iaſ.in l.diuortio. §.ſi fundum,in fi.ff.ſolut.matr.

15 Declara, ut procedat quando arbores inciſæ erant ueteres,& inutiles,alias ſecus.Natta conſ. 482.num.3.

16 Reſtringe, quando conductor incidiſſet in vno anno plures arbores,& ligna,& deſtitiſſet in aliis annis,in quibus potuit incidere, quia fit compenſatio, neque inducitur caducitas, uel expulſio.

Alex.

Digitized by Google

Alex. consil. 118. num. 9. lib. 5. sed fit compensatio.

17 Declara restrictiones, vt procedant quando non adest pactum, vel conuentio meliorandi, si vero adest, tunc etiam modica quantumuis deterioratio sufficit ad expellendum. Natta consil. 481. per totum, & idem dicit Tiraqu. de retract. conuentio. §. 3. glos. vnica. nu. 25.

18 Declara, quia arbitrarium est iudici, quando dicatur damnum magnum, vel paruum. Ias. d. cons. 17. nu. 1. lib. 1. Natta cons. 481. nu. 7. lib. 3. Menoch. de arbitr. iudi. casu 78. lib. 2. centuria 1. vbi reprobat Ias. dicentem non sufficere incisionem duarum arborum, quia est decidendum arbitrio iudicis.

19 Restringe, quia si vellet emphyteuta meliorare, puta ex sylua facere vineam, magis vtilem, & fructuosam, tunc posset. Bologn. cons. 67. in fin.

20 Idem, quando incisio arborum redderet agrum fructuosiorem. Tiraqu. de retract. conuentio. §. 3. glos. vnica. nu. 26.

21 Amplia, quia, quod dicitur locatorem posse expellere conductorem, si deteriorauit idem sit in conductore, quia potest migrare ex eisdem causis, puta si locator introducit meretrices, vel aliud simile facit. Boer. deci. 249. nu. 9.

22 Extende etiam si esset dictum, quod conductor non posset recedere, quia intelligitur sine iusta causa, quia hoc etiam inest. Boer. deci. 249. nu. 9.

23 Amplia, quia colonus potest expelli quando imminet necessitas refectionis rei locatæ, sed tamen ea reparata potest conductor velle redire, Rom. sing. 235. Tu habes legista.

24 Limita si iudicem adiuisset, quia via iuris prosequi debet.

Vide. Pactum ingrediendi propria authoritate quid operetur. Concluſ. 37.

Vide. Facere qui potest propria authoritate quando perdat authoritatem. Concluſ. 6.

Colonus expulsus qualiter teneatur ad pensiones, vel non. Concluſ. CDLXVIII.

1 COLONVS si expellatur, quia non soluit affictum, & fructus sint pendentes liberatur à pensione pro rata fructuum pendentium de æquitate. Bald. cons. 131. Casus talis est, quidam nobilis, in fin. ver. super quarto. lib. 1.

2 Limita in emphyteuta Ecclesiæ, quia si expellatur ob non solutum canonem fructibus pendentibus, fructus lucro cedunt Ecclesiæ, & emphyteuta tenetur ad canonem præteriti temporis. Bald. d. cons. 131. in fin. lib. 1. vbi dicit esse speciale hoc casu, & in pœnam inductum.

Colonus an possit esse testis pro domino suo. Concluſio.

VIDE Mascard. Concluſ. 300. vbi facit regulam negatiuam in adscriptitio, in alijs limitat cum distinctione, vide eum.

Color quæsitus quid sit, & operetur. Concluſ. CDLXIX.

1 QVÆSITVS color dicitur quando sub velamine bonitatis fit malum, tunc enim habet locum dictum Baldi, quod velata pietas duplex est iniquitas. Bald. cons. 9. Factum tale. num. 3. lib. 1.

2 Et color quæsitus dicitur fraus adhibita ad circumueniendam legem aliquid prohibentem. Alex. cons. 66. Viso themate, lib. 4. in princ.

Vide. Velamen, & quæsitus color multa operatur. Concluſ. 38.

3 Amplia, quia cauillatio proprie dicitur illa, quæ falsa pro veris ostendit, & quæsitis coloribus conatur confundere veritatem. Bal. cons. 333. nu. 2. ver. ego dico. lib. 3.

Vide. Cauillationes, & figmenta fugienda, & quid sint. Concluſ. 133.

4 Amplia, quia in foro conscientiæ non admittuntur fictiones, neque præsumptiones, sed sola veritas, ideo color quæsitus, qui nil aliud, quam apparentia est, non attenditur. Ang. cons. 59. Quidam pater, in princ.

Vide. Forus conscientiæ quid requirat, & quid reijciat. Concluſ. 445.

5 Amplia, quia color quæsitus non confert priuilegium quando substantia rei repugnat, ideo legatum pro anima factum pauperi, quod habet multa priuilegia non habebit ea, quando est factum diuiti, licet pro anima, quia est quædam paliatio. Anchar. cons. 15. Videtur prima facie. num. 5. ver. præterea aduertendum.

6 Amplia, quia qui prætextu, & colore boni facit malum magis grauiter punitur. Florian. à S. Petro cons. 26. quod est collegij Bononiæ, num. 52. ver. vel secundo, & idem plene Castr. consil. 467. col. penult. in princ. & fine. lib. 2. vbi, quod magis odiosus est legibus spurius ex incæstu sub velamine matrimonij, & sic boni, quam simplex ex incæstu.

7 Sic Sacerdos, qui concubinam, quam tenet, colore quæsito appellat sororem, & vsuram exercens paliatam appellat pignus venditionem, & pœnam appellat id, quod pro vsura soluitur. Alex. cons. 49. nu. 6. & 7. & nu. 17. in fin. lib. 4.

Vide. Mendicantes ficti qua pœna puniantur. Concluſ. 192.

Vide. Hypochrisis, & hypochritæ pessimi. Concluſ. 110.

8 Operatur iste color quæsitus ad fraudandam legem, quod fraudans nullo beneficio legis vti potest, ideo c. debitores, de iureiur. quod iubet illum, qui cum iuramento vsuras soluere promisit debere compelli prius soluere, postea repetere, non habet locum ad fauorem vsurarij, qui colore quæsito voluit contra illum text. inducere vsuram paliatam sub colore pœnæ adiectæ quantitati, vel facto. Alexan. cons. 49. num. 17. in fin. & 18. lib. 4.

9 Extende, quia operatur, quod fideiussor pro minore qui non poterat obligari receptus ab eo, qui sciebat statutum etiam quod fideiussor sit in solidum obligatus non teneatur, sicut non tenetur principalis. Alex. cons. 66. Viso themate, in prin. & per totum. lib. 4.

10 Item operatur, quod licet obligati in solidum cum principali quoad se sint fideiussores, sed quoad creditorem sunt principales, quia potest omnes in solidum conuenire etiam si negocium ad vnum magis, quam ad alium spectet, tamen secus est, quando interuenit color quæsitus, quia etiam quoad principalem creditorem sunt omnes

nes fideiussores,& exceptio competens principali competit omnibus. Alex.d. cons. 66. per totum, maxime num. 6.& seq.lib.4.

Color quomodo , & qualiter probetur . Concluſ.

VIDE Masc.Cõc.331. Color,vbi quod testis eō ipso,quod dicit vidisse probat colorē assertū

Colorata possessio , & coloratus titulus quando dicatur . Concluſ. CDLXX.

1 COLORATA possessio dicitur quãdo conferēs habuit potestatem,licet in recipiente fuerit defectus,quia possidens vigore talis prouisionis dicitur coloratam possessionem habere . Lap. alleg. 16.num.2.ver.quam coloratam dicunt.

2 Extende,vt colorata possessio dicatur eius,qui fuit præsentatus ab eo, qui non est patronus , & fuit institutus per superiorem habentem potestatem instituendi,siue de iure,siue de consuetudine Gemi.cons.117.n.9.& seq.ver.circa primum.

Vide . Titulus coloratus quando dicatur, vel non.Concluſ. 307.

Vide. Apparenter aliquid esse quando sufficiat Concluſ.346.

3 Non colorata igitur possessio est quando quis vigore collationis sibi factæ ab ordinario , cuius manus erant ligatę per decretum legati,fuit prouisus. Lap. alle. 16.n.3.ver.ex quo concludit,&latius allega.103.n.3.Cald. cons. 13.de ver.signif. quod est in ordine 558.Cassad.decis.7.n. 3.super reg.

4 Idem est, quando quis est priuatus sententia hominis,vel iuris quia tunc licet perseueret in possessione,tamen non dicitur habere coloratam possessionem.Lap. alleg. 16.nu.2. ver.non coloratam.

5 Et non est colorata possessio , quæ prouenit ab eo , qui habet authoritatem conferendi ab alio cuius manus erant ligatæ per decretum legati. Lap.d.alleg.16.num.3.ver.idem dicit.

6 Coloratum titulus dicitur concessio facta ab eo,qui potest conferre .

Videpleniſſime in ver. Titulus Coloratus quando dicatur,vel non. Concluſ. 307.

Collusio ne fiat datur assistentia liti , & de effectu collusionis. Concluſ.CDLXXI.

1 ACTIO competens alicui de collegio, qui non potest ex prouisione legis agere singulariter, vt tollatur collusio potest assistere liti.Oldrad.cons.313.In prima additio.incip. In contrarium videtur.n.3.ver.item est videre, quę additio secundum me est cons.314.

2 Amplia,quia pauperes,licet sint de foro Ecclesiæ,tamen si tenentur tanquam necessarij defensores actoris, vel rei non possunt trahere causam ad forum Episcopi , sed bene possunt assistere liti ne fiat collusio . Bald.cons.126.Vxor agens.num. 2.ver.vniuersitas.lib.2.vbi quod exceptiones pauperum bene possunt remitti probandæ coram Episcopo, non tamen ad effectum , vt Episcopus pronunciet .

Vide . Dignum magis trahit ad se minus dignum.Concluſ.435.

Vide. Fideiussor non potest esse sine principali. Concl. 292.

3 Limita,quia imo potest is,qui assistit ad excludendam collusionem producere testes, & efficitur etiam particeps litis.Oldrad.cons.313. Thema tale,in fi.n.9.ver.non obstat.

4 Limita,quando per solam assistentiam non esset prouisum collusioni,quia tunc potest agere nedũ assistere.Oldrad.cons.313.Thema tale,in fi.

Vide . Defensor necessarius potest assistere liti inuito actore, & reo. Concluſ.137.

Vide. Euictione obligatus ad quæ teneatur facta denunciatione.Concluſ.355.

5 Effectus est,quia sententia lata per collusionem non prodest,neque nocet principali , neque fideiussori.Bal.cons.396.Fideiussor beneficio.li.2.

6 Extende , quia det ecta collusione non præiudicat sententia substitutis, si mater, & filius ad euersionem fideicommissi colludentes obtinuerunt sententiam .

Vide.Sententia nulla ex multis in genere. Concluſ. 153.n.84.

7 Et e conuerso collusio operatur,quod lex facta contra venditorem nõ nocet emptori, nisi emptio sit per collusionem.Bald.d.cons.396.in fin.lib.2.

8 Amplia , quia colludentes in causa beneficiali priuantur beneficioc.audiuimus,de colluſ.detegē.

9 Extende,quia resignans in fraudem beneficium pingue pro tenui, prout senex iuueni dicitur colludere,& potest priuari.Clar.§.fin.q.73.nu.7.ver. item clericus colludens.

10 Collusio non præsumitur nisi probetur. Bald.d. cons.396.Fideiussor.lib.2.

Comacli ciuitas,eiusq. statuta,consuetudines,& priuilegia. Concluſ. CDLXXII.

1 CIVITAS Comacli habet multas valles,quę appellantur.

2 Valles Comacli,q̃ locantur ad capiendos pisces, & consuetudo est conductorum,quod pisces,quos capiunt durante locatione, & retinent in uiuariis faciunt suos,& non tenentur consignare nouo conductori,neque soluere gabellam pro illis extrahendis,quia semel fuit soluta, ex quo sunt capti dum ipse exigebat gabellam ex alijs , & ita pronunciatum fuisse per consilium domini Ducis , seu Marchionis Ferrariæ,commemorat Ang.Areti.consil. 23.In hac causa,per totum,maxime nu.23.& seq. ver.tertio hoc indubitanter.

Commenda beneficiorum multiplex.Concluſ.CDCXXIII.

1 DVPLEX est commenda vna est temporalis , altera est perpetua , vt dicit apostilla ad Roma. cons. 350. In casu, in principio, in ver. glossa.

2 Et hanc temporalem appellat Ro.illam,quæ fit vtilitatem Ecclesiæ d.cons.350.nu.5.& seq.ver. & quæritur an vacet, & ista durante vacat Ecclesia, & capitulum eligit prælatum,vt ibi nu.6.

3 Perpetua est,quam idem Rom.cons. 350.nu.6. versic. aliquando appellat ad fauorem commendatarij.

Digitized by Google

datarij, prout dicit esse in vsu suo tempore, & donec durat vtilitas huius commendatarij, Ecclesia non vacat, & non potest alteri conferri, quia talis commendatarius dicitur procurator cum legitima administratione, & n. 7. repetit aliam ratione, quia si aliquid conceditur ad vsum alicuius sui gratia non potest concessio reuocari, & apostill. in ver. hodierno, dat concord.

Commendare beneficia quis possit, vel non. Conclusio. CDLXXIV.

1 EPISCOPVS non potest commendare beneficium curatū vltra sex menses. c. nemo deinceps, de elect. li. 6. Bal. cons. 164. Quidam fuit, per tot. li. 2. vbi declarat cui possit fieri talis commenda, & quando possit prorogari, & quid operetur.

Vide. Episcopus potest commendare beneficia suę diœcesis, & qualiter. Conclus. 274.

Commendatarius non est Prælatus & quando secus, & quid possit. Concl. CDLXXV.

1 COMMENDATARIVS nō dicitur, neq. est Prelatus, ideo extrau. iniunēte, de elect. loquen de Prælatis, non habet locum in commendatario etiā Ecclesiæ Cathedralis. Old. cons. 179. Quęritur vtrum extrau. Rom. plene cons. 350. In casu propositæ, in prin. vbi dicit, quod cōmendatarius nō dicitur Prælatus, sed quasi depositarius, & est procurator cum administratione ipsius Eccles. vt per apost. 2. in ver. glosa, quę dat plurim. conc. & dicit commun. esse* opin. in commendatario ad tēpus.

2 Et commēdatarius non solū non est Prælatus Ecclesiæ, sed neq. habet proprietatē, neq. possessionē Ecclesię, sed dūtaxat detentationē, quia nihil aliud est, quā depositarius, plene Ro. d. cons. 350. in princ. vbi apost. 1. in ver. Depositarius, dat concor. licet dicat esse aliquas differentias inter depositarium, & commendatarium.

3 Amplia, quia licet commendatarius Ecclesię legitimam habeat administratione, tamen quia est custos fructuū, & æquiparatur visitatori, non potest bona locare, neque contractus facere, qui ligent successorem. Gemi. cons. 17. Pro declaratione. n. 4. 5. & 6. ver. nam commendatarius.

4 Contrarium videtur tenere Calder. cons. 286. alias 8. de locato, quod imo possit locare ad plures annos, & quod habeat liberā administrationē.

5 Declara, vt per Gemi. d. cons. 17. n. 7. vt cum authoritate superioris, & ex causa rationabili possit, alias non.

6 Et quod commendatarius dicatur procurator Ecclesię, & legitimus administrator. Alex. cons. 96. Visis. n. 2. ver. non obstat. lib. 4. vbi plena apost. citat plurim. concor. in ver. commendatarius.

7 Declara, quia non facit fructus suos commendatarius, & per commendam non perpetuam non cessetur facta mutatio status Ecclesiæ, ita quod debitor Ecclesiæ possit capi absq; alia intimatione commendæ, & maxime quando erat notorium commendatarium esse. Alex. d. cons. 96. num. 2. & seq. ver. non obstat etiam. lib. 4.

8 Amplia, quia commendatarius non habet ita validum titulū in beneficio sicut Prælatus, & ideo inter commendatarium, & Eccles. non contrahitur matrimonium sicut inter Ecclesiam, & Abbatem. Gemi. cons. 8. nu. 5. ver. fortius poterit.

9 Imo quod commendatarius non sit Prælatus, neq. habeat titulum proprium, tenet Soci. cons. 32. nu. 17. lib. 1.

10 Extende in tantum, vt per mortem commendatarij non dicatur vacare Ecclesia tanquam per obitum, sed vacat eo modo, quo vacauit tempore primæ commendæ, quia commendatarius non est maritus Ecclesiæ. Gemi. cons. 8. nu. 8. vers. quia non est necesse.

11 Declara, quia saltē vacat de facto, & verba verificantur eo modo, quo possunt, quando constat de mente. Soci. cons. 32. nu. 17. lib. 1.

12 Amplia, quia commēdatarius non facit fructus beneficij commendati suos, quia dicitur custos, nec habet ius in Ecclesia etiā in fructibus, nisi ad colligendum, & gubernandum, & prouidendū sibi, & familiæ suæ, & residuum conuertendum in vtilitatem Ecclesiæ suæ, sicut dicimus de visitatore. Gemi. cons. 17. Pro declaratione, n. 4. ver. nā commendatarius. Ang. de Perus. cons. 35. Quidam nobilis, in prin. nu. 2. vbi, quod nihil acquirit pro se, nisi custodiam ad placitum commendantis.

13 Contrarium tenet Bald. cons. 164. Quidam fuit. nu. 5. ver. quinto quæritur. lib. 1.

14 Amplia, quia non valet argumentum de Prælato ad commendatariū affirmatiue, hoc potest Prelatus ergo & commendatarius, quia minorē potestatem habet commendatarius. Gemi. d. cons. 17. nu. 6. ver. quia non habet tantam potestatem.

15 Æquiparatur visitatori commendatarius, vel præbendario quoad potestatem, vt de vtroque idem Gemi. cons. 17. nu. 4. & nu. 7.

16 Item depositario, vt per Feli. & alios in cap. si constiterit, de accus. Rom. cons. 350. in princ.

17 Amplia, quia commendatarij beneficia incompatibilia non vacant, quia non habet plenum titulum in beneficio commendato. Bald. cons. 164. in fin. num. 5. ver. quinto quæritur. lib. 1.

18 Incompatibilitatem non inducit commenda. Rom. d. cons. 350. nu. 4.

19 Amplia, quia commendatarius ad tempus incertum non dicitur habere ius irreuocabile, quia potest ad nutum amoueri, & clausula dummodo non sit alterius quæsitum non præseruat hunc commendatarium. apostill. ad Rom. cons. 256. Approbo, in ver. aut non de duraturo.

20 Restringe in commenda ad certum tempus expressum concessa, quia licet sit temporalis, tamen habet ius irreuocabile durante tempore expresso. Besignet. & alij, quos citat dicta apost. ad Rom. cons. 256. in ver. Aut non.

21 Restringe multo magis, quando commenda est perpetua, vt infra nu. 33. & 34.

22 Amplia, quia temporalis commendatarius debet reddere rationem suę administrationis, quia est custos, & administrator. Rom. d. cons. 350. nu. 1. in fi. ver. ideoque teneri, & ibi apostill. in ver. rationem, dat concord.

23 Et tenetur curare, quod Prælatum eligat capitulum, alias commenda vacat, & cessat, sicq; non est Prælatus, imo Ecclesia vacat. Roman. d. cons. 350. nu. 2. ver. secundo quia.

24 Et quod capitulum possit eligere Prælatum durante commenda ad tempus. Ro. d. cons. 350. nu. 6.

licet

Digitized by Google

licet nu.12. dicat contrarium propter appoſitionem manus Papæ,ſiue commenda ſit temporalis, ſiue perpetua,quia eſt affectum.

25 Finita commenda,vel mortuo commendatario, ſiue temporali, ſiue perpetuo,Eccleſia non vacat per eius obitum,ſed bene commenda ceſſat, ideo dicitur vacare Eccleſia eo modo, quo prius tempore commendæ vacabat.Rom.d.conſ.350. nu.3. ver.tertio huius opinionis,vbi apoſtil.in ver.primum modum,dat plurimos concord.

26 Vacat Eccleſia commendata , ſiue ad tempus, ſiue perpetuo , prout tempore commendæ , videlicet vacat de iure , ſed non de facto. Roman. d. conſ. 350.num.3.vbi apoſt.in ver.dicitur,ita Caſſad.deciſ.5.de priuil. vbi ſequitur Rom. & rurſus ſuper.reg.deciſ.30.vbi,quod ita ſeruatur.

27 Et iſta vacatio de iure importat,quod vacat,ex quo non habet Eccleſia Prælatũ,quia commendatarius vere non eſt Prelatus, ſed tamen non vacat de facto,quia ſufficit , quod commendatarius habet canonicum titulum , ex quo reſultat detentatio. Rom.d.conſ.350.nu.7.vbi apoſt.in ver. quod non,dat concord.

28 Declara , quia fructus non facit ſuos commendatarius ad vtilitatem Eccleſiæ, ſed illos conſeruat futuro Prælato, licet debeat ex ipſis fructibus ali,commendatarius vero perpetuus , ſeu ad propriam vtilitatem bene facit fructus ſuos. Rom.d. conſ.350.nu.8.ver.ex ijs reſultat, vbi apoſtill.in ver. fructus ſuos, dat plurimos concor. & Ro. ibi tollit contraria , quod licet faciat fructus ſuos , non tamen vere eſt Prælatus.

29 Amplia,quia reſeruatio an ceſſet per commendam,diſtinguit Rota in anti.deciſ.7.tit.de electio. alias 244.quam citat Rom.d.conſ.350.n.9.quia ſi commenda eſt temporalis, non ceſſat , ſecus ſi eſt perpetua, ſed tamen hodie eſt ſublata hæc diſtinctio,quia ſiue commenda ſit temporalis,ſiue perpetua, non ceſſat reſeruatio . Rota moder. vt per Caſſad. deciſ. 5. de priuil. Roman. d. conſ. 350. num. 9. & ſeq.diſtinguit ſecundum verba reſeruationis,aut reſeruat ſuæ prouiſioni, aut ordinationi,aut collationi,& licet aliqui diſtinguant,tamẽ ipſe intelligit,quod non ceſſat reſeruatio, niſi fiat plena prouiſio , quæ non eſt in commenda , & ibi apoſt. in ver. diſtinguendum, dicit tenendam Ro. opin.& dat conc.imo plus dicit Rom.d.conſ.350. nu. 11.& ſeq.ver.cæterũ ſi ceſſaret reſeruatio,non ceſſat affectio propter appoſitionẽ manus Papę, vbi plena apoſtil.in ver.affecta, vbi dat plurimos concor.& licet contrariũ dicat in perpetua commenda,tamen non bene dicit, quia ſi vacat ceſſante commenda, prout vacabat tempore commendæ, ergo eſt reſeruatum diſpoſitioni Papæ, prout erat, quando commenda facta fuit,item quia vacatio continuata vltra manus appoſitionem inducit affectionem beneficij.

30 Amplia,quia commendatarius Eccleſiæ non poteſt intentare remedium cap. reintegranda, quia non eſt Prælatus.Feli. in c.ſi conſtiterit, de accuſ.

31 Contrarium vide in ver.c.reintegranda,quibus, & pro quibus competat,vel non.Concluſ.45.

32 Limita , quia præmiſſa procedunt in commendatario dato ex neceſſitate, vel pro vtilitate Eccleſiæ , ſed ſi Eccleſia commendatur pro ſubſtentatione Prælati, prout ſunt commendæ Cardinalium, vt poſſint decentius ſubſtentari , tunc libere diſponunt de fructibus ſui temporis . Geminian. conſilio 17. numer. 11. verſic.nec obſtat .

33 Extende , qúia Cardinalis commendatarius Monaſterij repræſentat Abbatem in receptione monacorum ad profeſſionem . Abb.conſ.96.Cum ad aures.col.pen.in fi.ver.ratio eſt,& col.fi.lib.1.

34 Declara , quia in commendatario perpetuo , prout hodie commendæ fiunt quaſi omnes perpetuæ , poteſt dici Prælatus,& inſeruiunt iſtæ commendæ perpetuę,vt incompatibilia poſsint teneri,quia commẽda non facit incompatibilitatem, licet hodie Sacrum Concil.Trid.ſeſſ.24.c.17.cum Eccleſiaſticus induxerit incompatibilitatẽ,etiam ex commenda,quia prohibet dari incompatibilia in titulum , vel commendam , prout hæc omnia apoſtil.ad Rom.d.conſ.350. in ver. gloſſa.

Commendare, ſeu recommendare quid importet . Concluſ. CDLXXVI.

1 TESTATOR, qui commendat hæredibus ſuis in genere, non cenſetur illos grauare de iure Ciuili,ſecus de iure Canonico, vel ſi eſſet inops,& cauſa pia ſubeſſet,quia tenetur adiuuare, & ſubuenire illi.Vide plene Alex.conſ.158. lib.7.

2 Commendare pecuniam ſuã alicui , vel aliã rẽ mobilem dare in commendã nihil aliud eſt,quam in depoſitũ dare.Ro.conſ.500.Sũmarius, in prin.

3 Et commendatarius beneficij dicitur depoſitarius,Ro.conſ.350.in prin.vbi 1.apoſt.dat concor. licet dicat aliquam ſubeſſe differentiam.

Comes præſumitur habere comitatum allodialem,non autem foeudalem, & quando ſecus . Concl.

VIDE Maſcard.Concluſ.323.

Vide. Fęudalia bona ex quibus præſumantur. Concluſ.173.

Vide . Seruitus non pręſumitur in dubio.Concluſ.227.

Comminatio etiam præciſa , quod alias non valeat actus, an priuet ipſo iure , vel non . Concluſio. CDLXXVII.

1 GRATIA comminatoria,quod prouiſus teneatur promoueri,& reſidere, alias gratia ſit nullius momenti,non inducit vacationem ipſo iure,ſi contrarium fiat,quia eſt monitio. Oldrad. conſ.165. Thema cuidam , circa fin.

2 Amplia,quia conſtitutio, & decretum pęnale , quod de iure non valet , licet ſeruari debeat, tamen reſolui debet in comminationem,non autem vt ipſo iure pęna infligat . Bald. conſil. 443. Ius naturale.nu.5.ver.ſed nunquid.lib.3.& toto tit.C. comminatorias epiſtolas.

Vide.Lex prohibens aliquid fieri , quando annullet actum contrarium. Concluſ. 269.

Vide . Nullum aliquid eſſe, vel annullandum differunt.Concluſ. 141.

Vide. Priuatio ipſo iure quando ,& ex quibus inducatur. Concluſ.719.

Commiſſio,

Commiſsio, ſeu reſcriptum in quo plura narrantur, ſubſtinetur ſi vna cauſa ſit vera, aliæ falſæ, & quando ſecus. Concluſ.

VIDE Maſcar. Concluſ. 325. Commiſſio, vt valeat.

Vide. Libellus continens plures cauſas ſufficientes non debet in omnibus iuſtificari. Concluſ. 310.

Comitatini qui dicantur. Concluſ. CDLXXVIII.

1 COMITATINVS dicitur ille, qui eſt de comitatu, & tantum eſt dicere Titius comitatinus Bononiæ, quantum dicere. Titius de tali loco comitatus Bononiæ, plene Alex. conſ. 100. Viſa inquiſitione, in princ. lib. 6.

2 Extende ad effectum, vt ſi ſtatutum imponat maiorem pœnam comitatino offendenti ciuem, quam ſi non eſſet comitatinus, ſufficit, quod qualitas eo modo ſit expreſſa. Alexan. d. conſ. 100. in princ. lib. 6.

Vide. Ciues qui dicantur, & qui comitatenſes. Concluſ. 274.

Vide. Domicilium patris quando, & in quibus mutare poſſit. Concluſ. 194.

Vide. Comitatus quid ſit, & appellatione illius quid veniat, Concluſ. prox. ſeq.

Comitatus quid ſit, & illius appellatione quid veniat. Concluſio. CDLXXIX.

1 COMITATVS proprie eſt ciuitatum, diſtrictus vero eſt territorium, cui iuriſdictio ineſt. Bal. conſ. 419. Ad euidentiam, circa pri. lib. 1. vbi quod eſt comitatus dominorum, & eſt quædam ciuitatis acceſſio, & eius naturales pertinentiæ. c. cum ad Sedem, de reſtit. ſpoliat.

2 Et dicitur comitatus quædam vniuerſitas agrorum ſicut territorium. Caſtren. conſ. 193. Videtur dicendum, col. 2. ver. nam certum eſt. lib. 1.

3 Comitatini, ideſt nati in vico, vel comitatu, & ibi habitantes continuo dicuntur, & ſunt ciues ciuitatis, cuius eſt comitatus, ſed ſecundum quid non ſimpliciter, quia dicuntur ciues comitatus. Caſtr. conſ. 8. Iſta bona paterna. lib. 1. nu. 2. & per totum. Crauett. conſ. 671. num. 2. & ſeq. vbi idem dicit de diſtrictualibus.

Vide. Ciues qui dicantur, & qui comitatenſes. Concluſ. 274.

4 Imo, quod ſint ciues, & appellatione ciuium veniant in diſpoſitione fauorabili, niſi ponantur ad differentiam ciuium, plene Bar. conſ. 196. Ciuitati Camerini. n. 5. & 6. lib. 1. ſecus ſi diſpoſitio ſit odioſa. Crauett. plene. conſ. 671. num. 2. & ſeq.

5 Et natus in vico dicitur ciuis illius ciuitatis. Bar. d. conſ. 196. n. 5 lib. 1, vbi apoſtil. in ver. vico.

6 Amplia, quia latius ſe extendit diſtrictus, quam comitatus. Corne. conſ. 151. in hac. col. 1. in fi. & ſequen. lib. 3. & ideo infert, quod ſtatutum loquens de comitatu non ſe extendit ad diſtrictum, & quod ſtatutum loquens de comitatu non habeat locum in diſtrictu. Areti. conſ. 77. Et ratio ſcribendi. nu. 3. & 4. vbi late.

7 Et loca comitatus non habent iuriſdictionem, quia iuriſdictio ſemper in comitatu ſpectat ad ciuitatem, ſic arguit Caſtren. conſ. 85. Viſis. lib. 1. vbi quod propterea Lucignanum non eſt de comitatu Senarum, quia habet iuriſdictionem, ex ſe, licet ſit ex conuentione de comitatu quoad vtilia capienda, & ibi in quo differant comitatus, territorium, & diſtrictus.

8 Et poteſt ciuitas deſtruere caſtrum de ſuo comitatu, & illud alienare, & non poterunt conquiri, quia quicquid habent caſtra de comitatu, habent a ciuitate. vt de ciuitate Senarum, dicit Caſtr. conſ. 293. col. 1. in fi. ver. ita in propoſito. lib. 1. vbi quod Lucignanum eſt de comitatu Senarum ex conuentione in fauorabilibus.

9 Amplia, quia nobilis de diſtrictu dicitur nobilis, ſicut de ciuitate, quia non loco diſtinguitur ciuilitas, ſed perſona, & diuitijs. Decia. conſ. 66. nu. 41. & ſeq. lib. 3. vbi late.

Vide. Diſtrictus quid ſit, & illius appellatione quid veniat. Concluſ. 516.

Vide. Territorium duplex quid ſit, & quid diſtrictus. Concluſ. 49.

Comiti Palatino aſſerenti habere facultatem legitimandi non creditur. Concluſ.

VIDE Maſcar. Concl. 324.

Vide plenius. Legitimandi facultas conceſſa debet probari. Concluſ. 224.

Commodati contractus, & eius natura. Concluſ. CDLXXX.

1 NATVRA contractus commodati eſt, vt eadem res commodata in eadem ſpecie reſtituatur, & dominium eſt commodantis. Rom. conſ. 500. Sũmarius. n. 4. ver. at vbi dominium, plenius conſ. 510. Circa propoſitam. nu. 3. in fi.

2 Si vero commodatum fiat, puta de pecunia, vel alia re, vt eadem non in ſpecie eadẽ, ſed in genere reſtituatur, tunc non erit commodatum, ſed tranſit in aliam ſpeciem contractus innominati, & ſic do, vt des. Roma. d. conſ. 520. n. 3. ver. cæterum.

3 Extende, vt idem ſit quando conuenitur, quod commodatum detur ad pompã, vt ditior videatur cõmodatarius, quia tunc ſi ſoluitur aliquid, prouẽ ſolui poteſt licite ſine vſura intrat contractus innominatus, do, vt des, & non erit commodatum, quod debet eſſe gratuitum. Ro. d. conſ. 500. n. 4. & conſ. 510. nu. 18. & conſ. 520. nu. 3.

Commodatum præſumitur gratia commodatarii factum, & qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcar. Conc. 327. Commodatum, vbi quod probatur ſi commodatarius recipit litteras de commodato, & tacet.

Vide plenius. Litteras recipiens contra ſe, & non contradicens. Concl. 374.

Com-

Digitized by Google

Commodatarius ad quæ teneatur pro re commodata,& an ad casũ fortuitum. Concl. CDLXXXI.

1 COMMODATARIVS nõ tenetur de casu fortuito contigente in re commodata, nisi sit in culpa, ideo si est combusta domus non tenetur de rebus commodatis in ea existentibus, nisi fuerit, vel ipse,vel illi,quorum opera vtitur in culpa.Bal. cons.139.Non venit casus fortuitus.lib. 4.

2 Et ideo si res commodata perijt,onus incumbit commodanti probare dolum.Masc. Conclus.317. in fi. Commodatum.

3 Amplia, quia cessionarius, cui cedens tradidit instrumẽta essa, q̃ continent maiorẽ summã,tenetur actione cõmodati,si tamen probet se perdidisse casu fortuito est liberatus, alias non.Ang. cons. 89. Quidam Titius,in fin. vbi quod magis tenetur ad custodiam commodatarius, quam procurator.

4 Amplia,quia accomodans equum,qui fuit restitutus,& interijt,si dñs equi petit pretiũ equi mortui,tãquã quod mortuus fuerit culpa cõmodatarij obtinebit,si acõmodans duo probet,videlicet, q̃ tẽpore cõmodati equi erat sanus,& quod tempore restitutionis erat infirmus culpa cõmodatarij, alias si hæc duo extrema nõ probat debet succũbere.Alex.cõs.183.Viso processu,in pri.& p totũ li.7.

5 Declara tamen,quia testes deponentes de sanitate equi tempore contignationis,& de infirmitate tẽpore restitutionis, non probant nisi deponant de causa scientiæ etiam non interrogati, quia ista non percipiuntur sensu corporis, sed intellectu. Alex.d.cons.183.in prin.& per tot.lib 7.

Vide.Vecturalis conducens animalia aliena tenetur de interitu,& quando secus. Conclus.36.

6 Limita,q̃ cõmodatarius,q̃ recipit pecuniã ad sũi commoditatẽ,vt ditior videatur si soluit aliqd ex conuentione,vel alias pro tali commodato, dicitur obligari ad casum fortuitum,quia transit in aliam naturam contractus innominati,do, vt des. Roma.cons.520.Circa propositam.nu.3. ver.cæterum,vbi apostill.in ver.ad pompam,dat concord.

7 Limita, quia commodatarius tenetur de dolo lata culpa leui,& leuissima,& quando.

Vide.Dolus lata,leuis, & leuissima culpa quando obligent. Conclus.577.

Comparatiuum quid sit. Conclusio. CDLXXXII.

1 COMPARATIVVM supponit positiuũ.Anc.cons. 215.Scripsit Papa.num.8. ver.decimo.

Comparatio litterarum, quæ requirat,& qualiter fiat,&per quos Conclusio. CDLXXXIII.

1 COMPARATIO litterarum ad hoc vt fieri possit requirit duas scripturas eiusdem personæ comparantem, & cõparatam,aliter autem comparatio non potest fieri,vel probari.Bal. cons.218.n.3.ver.sequitur alius.li.1.incip.Præsupposito statuto.Cast.cons. 372. Præmittendum est. col.2.in fi.&col.3.ver.nam istud non potest.lib.1.

2 Et illa scriptura ad quam fit comparatio oportet,quod sit indubitata eiusdem, qui dicitur scripsisse, videlicet, vel si in republica, vel trino teste subscripta,& quod saltẽ duo ex eis recognouerint eius manũ,vel quod sit in archiuio publico cõseruata,vel cõfessata pro tali per aduersariũ, vel ab eõ producta.Affl.dec.181.Arc.cõs.64.q plen.explicãt.plene Alex.cõs.76.Põder.n. 10.ver. q̃nimo.li.3.

3 Adde,quod ista scriptura,ad quam fit comparatio si est confessata per debitorem, vel alio modo probata quod sit manu sua,est sufficiens ad comparationem.Castr. cons.312.num. 3.lib.2.

4 Imo potest cõpelli scribere,& ista scriptura tãquam indubitata erit sufficiens ad faciẽdam comparationem.Castren.d.cons.312.num.3.lib.2.

5 Vide omnino Alexan.d.cons.76.n.10.ver.quinimo,vbi ponit septẽ requisita alternatiua ad hoc, vt scriptura, ad quam fit cõparatio, sit legitima, primo, quod debet esse scripta manu eius, cuius prætenditur,& suscripta a tribus testibus,quorum duo deponant se fuisse præsentes,& vidisse scribere illã scripturã,cui se subscripserunt, vel si testes haberi nõ possunt secundũ requisitũ erit,quod fiat cõparatio; quod subscriptiones sint testiũ, aut si non est subscripta trino teste sit scriptura iudicialis, vel sit publica,puta si esset notarius, vel si esset scriptura priuata producta in iudicio, tanquã manu eius,cuius dicitur per aduersariũ negantẽ nouam scripturam, vel quando esset tanquam manu eiusdem conseruata in archiuio,vel aliqua scriptura confessata per aduersarium tanquam manu eiusdem, cuius esse dicitur.

6 Vide Alex.cons.114.Visa scriptura.n.6.ver.& advertatur.li.7.vbi quod scriptura,ad quam fit comparatio sufficit,quod sit subscripta manu trium testium,& manu eius contra quem, & quod duo ex tribus testibus deponant vidisse illum scribere, vel subscribere,vel si illi tres testes haberi non possunt,sufficit quod fiat comparatio litterarum dictorum testium subscriptorum, vel quod scriptura sit iudicialis, vel publica, prout quando esset notarius,vel etiam priuata quãdo esset cõfessata.

7 Declara igitur,quia scriptura,ad quam fit comparatio, debet esse subscripta a testibus, vel confessata,ita quod habeatur pro indubitata,quod sit manu illius,de quo agitur:scriptura vero, quæ cõparatur non habet necesse aliquam continere solemnitatem,vel subscriptionem,ita Alexan. cons. 139.Ponderatis.num.5.& seq.ver. nec necesse est. lib.6.& cons.210.Reuerende pater.num.3. lib.7.

8 Amplia,quia requirit citationem partis ad hoc vt valeat,vel quod partes sint præsentes,vel consentiant.Bal. cons.455.Quidam nomine.nu.6.ver. ad illud,quod quæritur.lib.1.

9 Et requiritur,quod comparatio fiat de mandato iudicis per peritos in arte scribendi ab eis prestito iuramento iuxta formã l.comparationes.C. de fid.instr.vt per Paris.cons.19.Consideratis.ver nec dicatur. num. 31.cum seq.lib.3. Aff.dec.270.prope fi.Alex. cons.76.lib.3. Deci. cons.615. Grammat.decis.84.

10 Amplia,quia comparatio ex solo dicto testium non potest probari,vel fieri, quia scriptura magis oculo naturaliter iudicatur,quam mente,ideo vt fiat comparatio, necesse est exhibere scripturam comparandam.Castr.d.cons.372.col.2.in fi.& col. 3.ver.nam istud non potest.lib.1.

11 Iuramentum electi ad comparationem faciendam requiritur,vt valeat.l.comparationes.C.de fide

fide inſtr.Rom.conſ.20.Viſo puncto,in princ. vbi apoſt.in ver.requiritur,dat concord.

12 Duo, vel tres debent eligi ad comparationem faciendam ex forma ſtatuti Bononiæ. Ro. d.conſ. 20.in princ.ver.ſecundo quia .

13 Ante concluſionem in cauſa debet fieri comparatio, quia poſt concluſum in cauſa nihil produci poteſt iuris, vel facti. Rom. d.conſ.20.ver.tertio quia, in princ.

14 Poteſt fieri coram iudice, & etiam ſine iudice coram notarijs,vel peritis electis de conſenſu partium,vel parte citata,& ex decreto iudicis. Bal. conſ.455.nu.6.ver.ad illud quod quæritur.lib.1.

15 Limita,quia quando fit comparatio ad faciendum adminiculum ex ſcriptura comparata non requiritur tanta ſolemnitas. Alex.conſ.184. Viſo proceſſu.nu.8. ver.& quando tractat de comparatione. lib.7.

Comparatio litterarum ſola non releuat,& quando ſecus.Concluſ. CDLXXXIV.

1 REGVLA, quod non releuat comparatio ſola in criminalibus. Cranet.conſ. 386. Thomas Probi.nu.21.lib.3.

2 Extende, vt idem ſit in ciuilibus, quando agitur de apocha priuata,vel epiſtola.Deci.conſ.33. n.118.li.1.quia eſt correcta.l.comparationes. C. de fid.inſtr.quia ſola comparatio in apocha priuata inducit ſemiplenam probationem.Fulgoſ.conſ. 132.num.2.& quod ſola comparatio apocæ non inducat plenam peobationem. Caſtr.conſ.468.Super hoc puncto.nu.2.ver.reſpondeo,& dico.lib.1. vbi apoſtilla dat concor.plenius Alexan. conſ.76. Ponderatis.num.8.& ſeq. lib.3.vbi apoſt.dat concord.in ver.comparatio,& citat plurimos,& conſil.239.num.2.lib.6.& conſ.58.In cauſa mota, in princ.lib.7.vbi apoſtilla, & conſ, 210. Reuerende pater.nu.3. lib.7.

3 Ratio ob quam ſola comparatio non ſufficit in apocha priuata, eſt,quia debent teſtes deponere, quod viderunt ſcribere.Caſtren.conſ.468.col.3.in princ.ver.& ideo lex ſtatuit.lib.1.

4 Alia ratio eſt,quia eſt probatio fallax,& conſiſtens in ſimilitudine ſcripturæ,& poteſt etiam inducere falſitates. Alex.conſ.76.Ponderatis.n.8.& ſeq.ver.& hoc idem.lib.3.

5 Et quod apocha priuata recognita per ſolam comparationem non probet plene,ſed ſemiplene. Fulgo.conſ. 132.nu.2.Caſtr.conſ.87.num.2. lib.2. Alex.conſ.58. In cauſa mota,in prin.li.7. & conſ. 103.Super eo.n.4.ver.ſecundo præſuppono.lib.7.

6 Et quod propterea requirantur alia adminicula in apodiſſa controuerſa,& negata. Alexa.conſ. 239.nu.5.lib.6.ſecus ſi non eſt apodiſſa, vel non negata,& d.conſ.58.in princ.lib.7.

7 Declara,quia ſi teſtes deponerent apocham eſſe ſcriptã manu talis,quia viderunt eum ſcribere dictam apocham, & fuerunt præſentes, & recognoſcunt,tunc plene probarent, ſecus ſi ſolum dicerent ſe habere notam manum, & propterea recognoſcere,quia poſſent decipi. Alex. d.conſ.239. nu.6.& ſeq.ver.fortius voluit,lib.6.vbi apoſtil.in ver.plenam.dat concord.pro vtraque parte.

8 Et quod comparatio faciat ſemiplenam probationem, ita vt cum vno teſte, qui vidit ſcribere, ſuppleatur, vel ex iuramento in ſupplementum ſemiplenæ probationis. Alex.d.conſ.239.nu.7. & 8. ver.iſtud idem fuit de mente.lib.6.& conſ.58.in princ.ver.præterea.lib.7.& conſ.103. Super eo. n. 4. & ſeq.iuncto num.8.lib.7.

9 Declara,quia licet ſit correcta d.l.comparationes.C.de fid.inſtru.in epiſtola,vel apocha priuata,tamen tallit,quando celebratur contractus per apocham priuatam.Decia.conſ.11.n.125. lib.1.

10 Item in alia ſcriptura,quę non ſit apocha,quia non ita de facili poteſt per ſcribentem, qui eam habet penes ſe falſificari, & vbi ceſſat ratio non eſt correcta d.l.comparationes.Caſtr.conſ.82. n. 2.lib.2. Alex.conſ.239.Ponderatis.num.2.lib.6.& conſ.58.in princ.lib.7.vbi apoſtil.in ver.tamen,& conſ.114.Viſa ſcriptura.num.4.lib.7.

11 Reſtringe,quia ſola comparatio regulariter ſufficit pro recognitione ſcripturæ quando ſumus in ſcriptura ſolemni excepta apocha, vel epiſtola. * Deci.d.conſ.33.nu.118.lib.1.& communem *dicit idem Decia.conſ.111.nu.126.lib.1. vbi,quod facit plenam probationem, & Alex.conſ.114. Viſa ſcriptura.num.4. lib.7. vbi citat plures, & dicit ita de conſuetudine ſeruari.

12 Idẽ in comparatione publici inſtrumenti. Alex. conſ.184.Viſo ꝓceſſu.n.8.ver.& quãdoagitur.li.7.

13 Idem etiam ſi eſſet cedula,vel apocha teſtamenti,quia ſola comparatio ſufficit.Decia.d.conſ.33. nu.119.Alexan.conſ.114.Viſa ſcriptura.num.4.& ſeq.ver.præterea.lib.7.

14 Declara,quod procedit quando fuit approbata per teſtatorem,vt quia dixit,quod apocha quę eſt in manibus Guardiani S.Franciſci,continet voluntatem ſuam,& voluit illam exequi. ita Alex.conſ. 76.Ponderatis.nu.5. ver.tamen contra hoc. lib.3. vbi apoſt.in ver.ſchedula,& reddit Alex.rationẽ. num.7.quia teſtator poteſt mandare etiam, quod ſtetur dicto vnius teſtis ſuper recognitione.

15 Et quod ſola comparatio ſufficiat ſcripturæ non ſolemnis teſtatoris, quando ipſe teſtator in teſtamento de dicta ſcriptura fecit mentionem, & ad eam ſe retulit.Alex.d conſ.239.in prin.maxime n. 2.lib.6.& num.4.vbi,quod in ſcriptura negata ſit difficultas,nõ in ſcriptura approbata.& conſ.114. Viſa ſcriptura.n.5.ver.prẽterea hoc etiam. lib.7.

16 Idem eſt, quando vnica apocha ennunciata, & approbata reperitur.Alex.d.conſ.239. n.2.& ſeq. ver.præterea conſtat.lib.6.

17 Idem eſt,quando ſumus in antiquis. Decian.d. conſ.33.nu.20.lib.1.

18 Idem eſt,quando ſumus in pronuncia,quæ traſiuit in iudicatum ſuper recognitione, quia æquiparatur confeſſioni.Caſtr.d.conſ.87.num.1. in fin. ver.non ergo expedit.lib.2.

19 Idem eſt in libro computorum, quia ſola comparatio inducit plenam probationem. Fulg.conſ. 132.n.2.Caſtr.conſ.87.n.2.li.2.& conſ.312.Ad primũ,in fi.li.2.Alex.conſ.76.Ponderatis.n.8.li.3.vbi apoſt.in ver.rationũ,citat Soci.conſ.41.col.1.li.3.

20 Secus ſi liber eſſet liberculus exiſtens penes creditorem,quia idẽ dicitur de eo,quod de apocha, quia vbi militat ratio ſuſpectæ falſitatis, prout in apocha,idem ius etiam eſſe debet.Caſtren.d.conſ. 87.num.2.lib.2.

21 Declara,quia comparatio litterarũ ſimplex, & nuda regulariter non facit plenam fidem,vel probationem, ſed ſolum ſemiplenam, tamen quando ſcriptura etiã priuata eſt de antiquo,& habet ſub ſcriptiones,& cõtinet veriſimile, ex quibus iudex

circumſpectus poteſt arbitrari eſſe veram, & ſcripram manu eius, cuius aſſeritur, plene probat, & ei ſtatur. Bar. in l. admonendi. col. 5. ff. de iureiur. vbi, quod tanta vis comparationis litterarum poteſt eſſe, vt iudex eidem ſtare velit. & ſufficiat ad plenam probationem, quem ibi ſequuntur communiter * Docto. Alex. conſ. 181. In cauſa, & lite. col. fi. in prin. lib. 2. & conſ. 76. n. 8. lib. 3. & ibi apoſtill. & eadem apoſt. ad Alex. conſ. 114. nu. 4. lib. 7. in ver. plena, & idem Alex. conſ. 139. Ponderatis ijs. nu. 4. lib. 6. & conſ. 103. Super eo. n. 12. ad fi. lib. 7. Soci. conſ. 41. Viſo dubio, in princ. lib. 3. vbi dicit, quod merito relinquitur arbitrio iudicis. Rui. conſ. 71. Quamuis circa primum. num. 19. lib. 3. Grammat. dociſ. 34. nu. 15. & 16.

22 Et quod comparatio ſcripturæ priuatæ inducat ſemiplenam probationem tantum, ſed ſi ſcriptura eſſet trino teſto ſubſcripta, quod tunc comparatio inducat plenam probationem. Alex. d. conſ. 103. in fin. lib. 7.

23 Dubitat Crauet. de hoc dicto Alex. in ſuo tract. de anti. temp. par. 1. q. 3. princ. nu. 57. & pro veritate vide Ruin. conſ. 46. per tot. maxime n. 14. lib. 4.

24 Imo Alex. d. conſ. 210. nu. 3. lib. 7. vult, quod recognitio facta ſcripturæ priuatæ, faciens ſemiplenam probationem iungatur cum alia ſemiplena probatione ad plenam probationem.

25 Vide Alex. conſ. 239. Ponderatis. lib. 6. vbi, quod tanta eſſe poteſt vis comparationis, quod plene probet, & conſ. 38. In cauſa. nu. 2. lib. 7.

26 Et ſaltem committitur arbitrio iudicis, an faciat plenam, vel non. Alex. conſ. 184. Viſo proceſſu. nu. 8. ver. & quando agitur. lib. 7. vbi apoſt. in ver. arbitrio citat Alex. conſ. 76. lib. 3.

27 Et ſaltem, quando faceret ſolam ſemiplenam probationem, eſſet locus ſuppletorio iuramento, iuxta not. in l. bonæ fidei. C. de reb. cred. & in l. admonendi. ff. de iureiur. Caſtr. conſ. 318. Ad primum, in fi. lib. 1. & conſ. 87. nu. 2. eod. lib. 2. & idem affirmat Alex. conſ. 58. in princ. ver. præterea poſito, lib. 7. & conſ. 103. nu. 8. lib. 7.

28 Declara, quia etiam ſi ſumma eſſet magna, & ſemiplena probatio reſultans ex recognitione concurreret, ſi aliqua alia concurrat præſumptio coadiuuans, datur iuramentum in ſupplementũ. Caſtr. conſ. 87. nu. 2. ver. & licet quantitas. lib. 2.

29 Et quando adeſt recognitio per vnum teſtem, qui fuit præſens, & vidit ſcribere eo caſu, cum faciat ipſe ſemiplenam probationem, & comparatio aliam ſemiplenam, tunc plena eſt probatio. Alex. conſ. 58. in princ. ver. præterea poſito. lib. 7.

Vide plene per Maſcard. Concluſ. 330. Comparatio litterarum.

Comparatio ſcripturæ pronunciata quid operetur. Concluſ. CDLXXXV.

1 SENTENTIA lata ſuper comparatione apocæ, vel ſcripturæ, videlicet, quod ſcriptura ſit manu Titij ſcripta, dicitur interloquutoria, ſed quæ tranſit in iudicatum, ſicut diffinitiua, quo caſu operatur idem, quod confeſſio Titij. Caſtr. conſ. 87. Quantum ad contenta, in princ. lib. 2. 1 a

2 Extende, ſiue pronuncia ſit ſuper ſcriptura coram manu Titij ſcripta, ſiue ſubſcripta à Titio tantum, quia idem operatur. Caſtr. d. conſ. 87. in prin. li. 2. vbi apoſt. citat Alex. conſ. 145. col. 2. lib. 2.

3 Extende, quia talis ſcriptura pronunciata recognita pro manu Titij ſi pronunciatio tranſiuit in iudicatum, habet eandẽ exequutionem, & non expectat, niſi eandem condemnationem, quam expectat confeſſio. Caſtr. d. conſ. 87. nu. 1. in fin. lib. 2.

Comparitionis probatio qualiter fiat, Concluſio.

Vide Maſcard. Concluſ. 331. Comparitionis.

Compaternitas, vel alia parentela non contrahitur cum vniuerſitate. Concluſ. CDLXXXVI.

1 VNIVERSITAS non poteſt contrahere compaternitatem, neq; aliam cognationẽ, ex quo eſt corpus fictum, & licet per procuratorẽ leuaret de ſacro fonte infantẽ, tamen non eſt compaternitas contracta, quia eſt incapax iſtorum, alias ſequeretur, quod nondũ nati, & qui non ſunt in rerum natura, qui poſtea ſint de vniuerſitate, dicerentur leuaſſe de fonte, quod eſt abſurdum. Feder. de Sen. conſ. 15. Quæſtio talis eſt, vbi, quod neque cum ſingularibus de vniuerſitate dicitur contracta, quia non nomine illorum fuit leuatus.

Vide plenius ſupra. Cognatio ſpiritualis, & compaternitas quid requirat. Concluſ. 410.

Compater an poſsit eſſe teſtis pro compatre, & filio ſpirituali. Concluſio.

VIDE Maſcard. plene Concl. 331. Compater. Vide. Teſtes conſanguinei, vel affines qui admittantur, vel non. Concluſ. 200. nu. 16. & ſeq.

Compenſatio quid ſit, & an ſit retentio. Concl. CDLXXXVII.

1 COMPENSATIO eſt quædam retentio, quia qui compenſat retinet, quod debet ſoluere. Bald. Nouel. de dote. parte 8. priuil. 1. vbi, quod licet non detur retentio donis, vt l. 1. §. taceat. C. de rei vxo. actio. ita neque compenſatio, quæ eſt retentio.

2 Contrarium, quod compenſatio non ſit proprie retentio, neq; è contra, quia compenſatio extinguit debitum ipſo iure, ſicut ſolutio, quia habet vim ſolutionis. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi, & l. ſi conſtat, vbi Bal. C. de compenſ. Iaſon in §. in bonæ fidei. Inſtit. de actio. Retentio vero non extinguit debitũ, ſed ſolum impedit exequutionem. l. ſi in area. ff. de cond. indebi. Corn. conſil. 61. Viſa copia proceſſus. col. penul. lib. 3. vbi, quod licet in depoſito non detur compenſatio, tamen datur retentio. Bar. in l. rei iudicatæ. §. a. Alex. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. matr. & quia compenſatio non fit, niſi de liquido ad liquidum. l. ſi. & * ibi * omnes. C. de compenſ. retentio vero datur etiam pro debito non liquido. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indebi. & quia diuerſa ſunt nomine, & effectu. l. ſi idem. C. de codicill.

3 Declara, vt per Iaſ. in d. l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolu. matrim. quia compenſatio vere eſt retentio. l. 4. ff. de compenſ. & quia alias lex eſſet impoſita

impoſita verbis, quod tamen intelligas verum,vt compenſatio ſit retentio in conſequentiam, ſed principaliter eſt ſolutio,quia liberatur, ꝙ non eſt in nuda retentione,vt d.l.4.ff.de compenſat.

Vide Corn.conſ.61.n.27.in fi.ver. eſt etiam aduertendum.lib.3.vbi dicit,quod licet depoſitarius non poſſit cõpenſare,neq.deducere,tamen poterit retinere rem depoſitatã ſibi hypotecatam de conſenſu deponentis, quia retinere non eſt deducere, neque compenſare,& ſic non obſtat text.in l.pen. C.depoſiti.

5 Compenſatio eſt exceptio,& actio, ideo qui cõpenſat, dicitur excipere, & agere, & prohibitus agere,prout excommunicatus,prohibetur oppone re compenſationem.Alex.conſ.12.Viſo Themate, num.13.ver.præterea.lib.2.

Compenſatio an ſit ſolutio vera,vel ficta.Concl.CDLXXXVIII.

1 COMPENSATIO eſt ſolutio,quia qui compenſat ſoluit.Bar.in l.diuortio.§.ob donationes. n. 2.ver.qui enim compenſat.ff.ſolut.matrim.& in l. aufertur.§.qui compenſationem.ver. vos ſcitis.ff. de iure fiſci.Alex. conſ.12.Viſo themate. ver. non obſtat quartum,& ver.non obſtat ſextum,circa fi. li.2.Caſtr.conſ.329.incip.Quod nanus, & Gorus. lib.1.vbi quod paria ſunt ſoluere, & compenſare.

2 Et quod compenſatio habeat vim ſolutionis, quia ad inſtar ſolutionis eſt,tex.eſt in l.ſi debitor. ff.qui potio.in pign.l.ſi peculium.§,ꝙ ſi hæredi.ff. de ſtatu.lib.Felin.in c.ſubort.col.2.de re iudic.

3 Et ideo habens mandatum ad ſoluendum,prout fideiuſſor poteſt compenſare, quia compenſando videtur ſoluere.Bal.in l.tam mandatori.nu.9.col. 2.ver. ſed hic dubitatur. C. de non numer.pecun. per l.verum.ff.de compenſat.

4 Et ſi ſtatutum prohibet omnem exceptionem contra inſtrumentum excepta ſolutione, poterit opponi cõpenſatio.Feli.d.c.ſuborta.nu.2.de re iudicata.Ratio eſt,quia quoad effectum æquiparantur ſolutio,& compenſatio.l.ſi debitor.ff.qui pot. in pign. &ſtatutũ habet locum in caſu ficto æquiparato vero.Iaſ.in l.1.n.4.ff.de vulg.Ang. conſ.209. Quidam, vbi hoc dicit expreſſe.Alex.plene.conſil. 12.Viſo themate.nu.13.lib.2.

5 Et ſicuti ſolutio in duriorem cauſam cenſetur facta,ita etiam compenſatio in duriorem cauſam ſemper fieri debet, argumento l. cum ex pluribus. ff.de ſolutio.l.ſi vſuras.C.de vſur.Bar.in l.1.n.9.ff. de ſolutio.Rui.conſ.49.n.9.lib.5.& conſ.136.n.14. & 15.lib.4.Pariſ.conſ.22.nu.9.lib.4.

6 Amplia, quod compenſatio eſt nedum ſolutio, ſed imo eſt vera ſolutio.l.4.ff.qui potio.in pign.ibi nec enim intereſt an ſoluerit, an compenſauerit. Iaſ.in l. eũ qui, §.ſi iurauero.n.4.ver.tertio facit. ff.de iureiu.allegat Caſtr.conſ.329 lib.1.inc.Quod Nanus Gorus,vbi quod paria ſunt ſoluere,& compenſare.Io.de Petrucia ſingu.5.vbi quod qui compenſat ſoluit,allegat pro hoc tex.in l.dediſſe.ff.de ver.ſigni.& in l.non tantum,cum l.ſeq.ff.de libe li cauta. l. qui debitor. ff. qui potio.in pign.habet. Iaſ.in l.nũmis.nu.10.ff.de in lit.iur.&in l.eum qui. §.ſi iurauero.n.9.ff.de iureiu.Corn.conſ.79. lib.1, vbi quod qui compenſat ſoluit. Caſtr.conſ. 128. Viſo,in princ.vol.2.Alex,conſ.12.Viſa.col. penul. ver.non obſtat quartum.vol.1.Socin.conſ.65.Concluſio.col.1.circa med.lib.4.

7 Contrarium, quod imo compenſatio ſit impropria ſolutio,&ſic per fictionem probatur tex.in d. l.4. ff.qui potio.in pign.ibi perinde haberi debet, quæ denotat improprietatem. l. ſi conſtat. C. de compenſat. ibi pro ſoluto haberi,quæ dictio, pro, denotat improprietatem.l.amplius peti. ff.rem ratam haberi,ibi recte eum petiſſe videri, & ita põderat hos tex.Tyndar.de compenſat. in 7. art.ver. præterea quicunque, & quod non ſit propria ſolutio,nec vera,expreſſe tenet Marſil.ſing.208.incip. Compenſatio,vbi* de communi.Alex. conſ.91.Viſis actis.col.2.ver.ſecundo moueor.lib.2.qui dicit communem,& ita ſentit etiam Bar.in d.l.amplius peti.ff.rem ratam habe.col.fi.ibi ille,qui compenſat videtur ſoluere. num. 8. ver. venio ad verſ.& Bald.conſil.33.in fin.lib.1.vbi quod is,qui iurauit non allegare ſolutionem, niſi per inſtrumentum, poteſt allegare compenſationem, licet non conſtet per inſtrumentũ,quia non eſt proprie ſolutio.

8 Declara, quod ad effectum liberationis, quia compenſatio eſt vera ſolutio, quia vere inducitur liberatio,ita Tyndar.d.tract.de compenſatio.art. 7.ver.in contrarium facere videtur, ſecus quoad alios effectus,quia compenſare,vel remittere non eſt dare.l.Iulianus.la prima.ff.de cond.& demonſt. vbi Bar.& alij,& maxime Caſtren.n.2.ver. in text. ibi, vbi dicit hoc eſſe verum, niſi pecunia eſſet parata ſolutioni, & ſic præſens, quia eo caſu ficte dare conſetur,qui remittit pecuniam paratam,&præſentem,& ibi plene Socin,Fulgoſ.conſ. 141. in fin. vbi quod eſt ſolutio,ideo admittitur in exequutione ſententiæ.

9 Declara, quia quoad aliqua dicitur vera ſolutio,quoad aliqua vero non,ideo dicitur vera ſolutio quoad effectũ implendæ conditionis,verbi gratia,Lego tibi fundum Titianum,ſi ſolueris decem hæredi,vel Seio,ſi legatarius eſt creditor Seij, vel hæredis,cui debet ſolutio fieri,& acceptilationem facit,dicitur impleuiſſe conditionem, & ſoluiſſe.l. Iulianus ait,alias incipit Hæredi.ff. de cond.& demonſtratio.Alex.conſ.179.Viſo proceſſu.n. 5.ver. tertio reſpondeo.lib.3.vbi quod licet numeratio, & acceptilatio ſint diuerſa, tamen operantur eundem effectum, quia non refert, an vere,vel interpretatiue ſit impleta conditio.

10 Regula igitur eſt ꝙ compenſatio nõ eſt vera ſolutio,ideo is,qui promiſit ſoluere cũ iuramẽto,non liberatur a periurio ſi non ſoluit,etiam ſi velit cõpenſare,quia compenſatio non eſt vera ſolutio, & iuramentum debet impleri vere, & ſpecifice.non ficte,ita omnes* in l.eum qui.§.ſi iurauero.ff.de iureiur.vbi Iaſ.nu.5.verſi.breuiter teneas,vbi quod iſta eſt communis* opinio.Alexan. conſ.91. Viſis actis.col.2.ver.ſecundo principaliter.n.5.li.2.qui dicit* communem,& quod Bar.communiter* damnatur,& tollit argumentum Bart.ꝙ ex quo qui nõ ſoluit mihi,ꝙdebet,dicitur me impedire,ne ſoluã, & quando facto aduerſarij impedior,non ſum perjurus,dicit Alex.quod habet locum, quando libertas impeditur,vel quando impedimentum eſſet directe contra iuramentum,& arguit pro iſta parte, quia obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur,ſecus ſi factũ promiſſũ eſt iuratum,quia præciſe compellitur.Docto.omnes* in c.ad noſtrã, de iureiur.vbi Feli.col.5.n.12.ver.alij dixerunt,de iureiu.qui dicit magis* commun.opinionem.Marſi.

ſingul.209. incip.compenſatio, in princ. qui dicit
* magis * communem.Areti.conſ.100.Longitudo.
* n.4.ver.tertio etiam dici poteſt,vbi magis*com
munem.Matheſil.ſingul.54. Nota quod iuramen-
tum,& ibi duę apoſt.quæ allegant multos concor.
* & communem*dicit Affl.deciſ.381.n.3.Tiraq.de
retra.lign.§.3.glo.3.n.6.& 7.vbi citat pro vtraq;
parte,& hanc tenet,quia re vera compenſatio nō
eſt vera ſolutio.& citat Aret.conſ.99.Longitudo.
* col.1.ver.tertio,vbi dicit hanc eſſe *communiorē.

11 Contrarium,quod imo,qui tenetur ſoluere cum iuramento,non ſit periurus,ſi cōpenſat,quia vide tur ſtare per aduerſarium, cui iuramentum fuit præſtitum, qui non ſoluit, & ideo impedit,ne ſibi ſoluatur.Bar.in l.amplius peti.ff.rem ratam habe. ſed non obſtat regula,quia non fundat ſe ſuper eo quod ſit vera ſolutio. Alex.conſ.12.in fin.ver.non obſtat ſextum.li.1.& hanc partem ſequitur apoſt. ad Alex.conſ.91.lib.1.in ver.Damnatur,& plures citat pro vtraque parte Tiraq. de retract.lignag. §.3.gloſ.3.nu.6.licet ibi contrarium teneat. nu.7.

12 Declara,quia ſi conſtat de credito rei conuentę per inſtrumentum liquidum,fit compenſatio ipſo iure,& non competit agenti actio pro dicta ſumma. Caſtr.in l.ſi conſtat.C.de compenſat. vbi glo. tangit hoc dubiū.Bar.in l.verum.ff.de compenſ.& eſt tex. in Inſtit. de actio.§.in bonæ fidei,imponit neceſſitatem iudici, quia actiones compenſantur. Tyndar.de compenſatio. Afflict.deciſ.121.

13 Declara, vt per Soci.in l.Iulianus, in fin.ff.de cond.& demonſtr. vbi,quod non procedit in debi to ſuperuenienti poſt iuramentum, quia poteſt compenſari,ſecus ſi eſſet ante iuramentum, quia promittendo ſoluere videtur renunciare compenſationi.Imol.conſ.123.col.3.in fin.

14 Declara,vt per Affl.deciſ.163,vbi pro vtraque parte,& diſtinguit,aut eſt pauper, & poteſt compenſare,aut eſt diues,& pecunioſus,& non poteſt.

15 Amplia regulam, vt nedum in iuramento, ſed etiam in ſtatuto loquente de ſolutione,quia ſi mā dat delinquentem teneri ſoluere infra certum tem pus,alias amputetur manus,non liberatur ſi infra terminum vult compenſare creditum, quod habet cum fiſco,quia ſi ſtatutum dicit, quod intelligatur,prout iacet,cum verba ſtatuti de vera ſolutione ſint intelligenda,non ſatisfacit ſtatuto, qui compenſat,quia vere non ſoluit. Caſtr.in l. Iulianus.la 1.n.3. ver.per iſtum text.ff.de cond. & demonſtr.ſed vide infra nu.23.

16 Declara, vt per Soci.in d.l.Iulianus.ff.de cond. & demonſtr.

17 Amplia,vt procedat in omni diſpoſitione, vel ſtatuto requirente veram ſolutionē, quia non ſufficeret compenſatio. Bal.in l.in ea,quæ.C.de compenſat.in fi.quem ſequitur Alex.in addit.ad Bart. in l.aufertur.§.compenſationem.ff.de iure fiſci,in ver. ſoluere,ita videtur procedere quod dicit Iaſ. in l.eum qui.§.ſi iurauero,in 2.& 3.col.ff.de iure iur.& in conſ.134. in princ. lib.4.

18 Extende in diſpoſitione iurata,quia ſi quis facit pactum iuratum de non allegando ſolutionem, niſi probetur per inſtrumentum,tamē poterit allegare compenſationem, licet non conſter per inſtrumentum.Bald.conſ.33.in fin.lib.1.

19 Extende idem, quando ſtatutum requirit ſolutionem, quæ appareat per publicum inſtrumentū, quia videtur excludere compenſationem,quę non appareat liquida per inſtrumentum publicum,

& ita intelligendus eſt Iaſ.conſ.134.in princ.lib.4.

20 Amplia, quia ſunt multi caſus, qui non admittunt compenſationem,& tamen veram requirūt ſolutionem,vt in depoſito,dote,decimarum ſolutione,in tributis.& alijs caſibus, quos commemorat Tyndar,tract.de compenſatio.art.5. nu.31. & ſeq. ver.repellitur autem.

21 Amplia,quod compenſatio non eſt ſolutio,quia licet tendant ad eundem finē,tamen ſunt diuerſa, & ideo pactum de nō probanda ſolutione non eſt pactum de non probanda compēſatione.Bal.conſ. 33.in fi.inci.Verba inſtrumenti.vol.3.refert,& ſequitur Marſ.d.ſing.208. incip.compenſatio.

22 Amplia,quia compenſatio,& acceptilatio ſunt actus,& termini denotantes fictā ſolutionem,ideo ſunt minoris potentię,quam vera,& naturalis ſolutio.Bald.in l.4.C.ad Velleia. vbi,quod plus operatur vera ſolutio, quam acceptilatio,quæ eſt ficta ſolutio.

23 Limita, quia compenſatio habet effectum veræ ſolutionis ad liberandum,quando compenſatio fit ipſo iure ad tollendam pęnam. Bart. quem ſequitur ibi Caſtr.in l.Iulianus.la 1.in fin. ff.de cond. & demonſtr. vbi dicit, quod ſi arbiter condemnauit me in centum tibi, & condemnauit te in quinquaginta mihi ſoluenda certo tempore ſub pęna, teneris mihi compenſare quinquaginta ad euadendam pęnam.Bart.plene in q.10.Debitor in diem. ver.ſolutio.n.2.ver.ſecundo fic,vbi arguit de compenſatione,quæ fit ipſo iure ad euitandam pęnam ad aditionem hęreditatis maternæ per patrem non reſtituentem dotem, vt cenſeatur nomine filiorum adire,ne incidat in moram, & pęnam, vide ſupra num. 15.

24 Extende, quia ſicut oblatio debiti in iudicio tollit actionem, ita oblatio compenſationis.Bald. conſ.33.in fin.lib.1.

25 Extende etiam in exequutione ſententiæ.Fulg. conſ.141.in fi.vbi limitat niſi adeſſet ſtatutum.

26 Limita etiam ad effectum implendi conditionem,quando pecunia,quæ compenſatur,eſt parata ſolutioni,& præſens,quia tunc habet effectum veræ ſolutionis,etiam ſi non ſit vera ſolutio. Caſtren.d.l.Iulianus.nu.2.ver.in tex.ibi. ff.de cond. & demonſtr.

27 Limita, quia qui compenſationem opponit in exequutione ſententiæ admitti debet, etiam ſi ſit ſublata omnis exceptio,vel à ſtatuto,vel à conuentione partiū, quia qui compenſat nedum excipit, ſed etiā agit,& hæc eſt ratio, quod excōmunicatus,qui poteſt excipere,& non agere,non opponit compenſationem. Alex.conſ.12.Viſo themate, n. 13.& maxime in ver.pręterea.lib.2.

28 Limita,quia ſtatutum prohibens omnem exceptionem non prohibet compenſationē, quia non eſt propria exceptio. Marſil.ſing.208.Compenſatio.n.2,ver.ſcias tamen,vbi etiam quod compenſatio habet effectum reſtitutionis, & quod ſtatutum excludens omnem exceptionem, niſi ſolutionis, non excludat compenſationem claram. Ang. conſ.132. Quidam Nicolaus. Alex.conſ.12.Viſo themate.nu.13.ver.non obſtat quartum.lib.2.Fe-
lin.in c.ſuborta.num.2.de re iudi.vbi multa,quod compenſatio non eſt excluſa per excluſionem exceptionis.Rom.conſ.76.In cauſa nobilis viri.ver. quoad tertium, vbi limitat, quando compenſatio non eſſet clara, quia tunc excluditur contra rem iudicatam, vel inſtrumentum habens paratam

exequu-

exequutionē. Ias.in l.si vnus. §.pactus ne peteret. column.7.ff. de pact. Affl.decis.121.Angel.cons. 209.Nicolaus.Bald.in l.1.C.de compens.

29 Extende,quia imo si esset renunciatum compensationi in instrumento adhuc potest debitum liquidum compensari contra instrumentum. Affl. deci.121.vbi multa adducit.

30 Declara quando debitum, quod deducitur in compensatione,non esset clarum,neque liquidum quia contra instrumentum guarentigiatum, neq; contra rem iudicatam admitteretur.Ang.d.cons. 132.per tot.Ro.cons.76.ver.quoad tertium.

31 Limita,quod prohibitus soluere prohibetur compensare,ideo prohibitus petere infra certum tempus creditum suum sub certa pœna, si deducit in compensationem incidit in pœnam, quia dicitur petere,& compellit agentem soluere. Castr.cons. 326. Quod Nanus,& Gorus.lib.1.

32 Limita, quia compensatio habet vim veræ solutionis. Bart. in l. aufertur. §.qui compensationem.ff.de iure fisci,& in l.diuortio.§.ob donationes.ff.solu.matr.Bald.in l.2.post princ.C.de compens.Bart.in l.non amplius. ff.rem ratam haberi. Affli&.decis.121. vbi late, vbi, quod interest nihil an quis soluat, vel compenset,per l.si debitor. ff.qui potio.in pign. Bar.in sua q.10. debitor, in ver.contra quod.nu.6.ver.tertio probatur sic.

33 Declara,quia ita demum procedit limitatio,si petatur compensatio,quia si non petitur,non presumitur,neque fit liberatio. Bart.d.quæst.10. Debitor.ver.contra.nn.6. ver.tertio probatur sic.

Compensatio in quibus fiat, vel non,& quando. Conclusio. CDLXXXIX.

1 COMPENSATIO fit de liquido ad liquidum etiam contra instrumentum. Bal.cons. 155. Loquacitate omissa.lib.2.

2 Extende, quia de quantitate ad quantitatem pure hincinde debitam fit compensatio. l. si constat.l.si propter,& l.fin. C.de compensatio. Socin. cons.93.num.22.cum seq.lib.1. Bart.in l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.

3 Extende, quia compensatio de quantitate liquida ad quantitatem liquidam fit per iudicem etiam parte non opponente.Bald.in l. maritus.ff. famil.herciscund.

4 Amplia, vt compensatio debiti liquidi probati per testes possit fieri, & offerri,licet debitor iurauerit non vti probatione solutionis,quæ non constet per instrumentum publicum, quia iuramentum non se extendit ad compensationem.Bal.cons.133.nu.4.vsque in fin.lib.1.

5 Declara, quia compensatio fit etiam de non liquido ad liquidum, quando ita est conuentum, sed tamen debet fieri liquidatio in termino,alias non fit talis cōpensatio.Bal.cons.201.circa fi.li.5.

6 Restringe, quia de non liquido ad liquidum fit compensatio quando potest liquidari,& in genere non est negatum, alias secus.Decia.cons.94. num. 24. lib. 2.

Vide Socin.reg.22.Compensatio de liquido ad non liquidum regulariter non fit,vbi limitat duobus casibus.

7 Amplia, quia compensatio fit de liquido, de quo constat per instrumentum contra sententiam in illius exequutione.Bald.cons.92. Quædam sententia.nu.2.ver.super secundo.lib.1.

8 Extende,quia compensatio fit de pœna commissa ex laudo, quod quis soluat sub pœna centum certum quid infra certum terminum, quia si approbauit laudum, & non soluit in termino commissa est pœna,quæ compensari potest cum debito ex re iudicata. Castr.cons.116. Viso compromisso.col.2.ver.super secundo,per totum.lib.1.

9 Et non requiritur declaratio iudicis super liquidatione,neque quod sit facta liquidatio.Castr. cons.116.col.2.vers.super secundo, per totum.lib. 1. vbi, quod compensatio fit de credito non liquido, dummodo possit liquidari infra terminum datum ad liquidandum.

10 Amplia,quia compensatio fit de liquido credito debitoris contra cedentem, etiam contra cessionarium,maxime quando cessio non fuit ex causa necessaria. Bald.cons.362.Primo videndum, nu.3.ver.sed posito,vbi dicit * communem.lib.5.

Vide plenius. Compensare an teneatur cessionarius sicut cedens. Concluf. 491.

11 Amplia.quia habens rem in pignus tenetur compensare fructus in sortem principalem.Bald.cons. 133. Si in rei veritate. lib. 4. vbi hoc procedere dicit si constat de pignore.

12 Amplia in pluribus socijs administrantibus, quia licet teneātur de administratione reddere rationem, tamen si non constat,quid,& quantum quilibet administrauit, fit compensatio. Alexan. cons.47. Circa primum.nu.11. lib.1. & in fin.vbi culpa cum culpa.& dolus cum dolo compensatur.

13 Et si duo contrahentes, & quilibet eorum pro tertio habente interesse promiserunt de rato, & ipse tertius non velit approbare fit inter promittentes compensatio pœnarum,& culparum, quia non faciunt ratificare. Castren. cons. 182.circa med.ver.nec potest Vluinus.lib.2.

14 Et transit ad hæredes talis compensatio. Alex. d.cons.47.in fin.lib.1.

15 Amplia, quia negligentia cum negligentia,dolus cum dolo,culpa cum culpa compensatur. Anchar.cons.440.In quæstione,quæ vertitur. num.6. vbi loquitur in negligentia petendi tutorem infanti, vel pupillo, vt si plures sunt in culpa, vel negligentia reus actori compenset.

16 Declara, quia fit compensatio doli,culpæ,delicti,& similium, quādo committuntur circa idem, alias secus. l.fin. C. commoda. vbi Docto.plene Castr. cons. 413. Quia breue spatium habeo. lib. 1.in princ. vbi plene declarat Abb.cons.75. Viso. lib.2. Bart.cons.159.Visa quadam.colum.fin.ver. quarto.lib.1.

17 Amplia,quia mora compensatur cum mora, & propterea morosus non potest alium in mora constituere.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verborum oblig.Areti.cons.70.col.2.Alexand.cons.122. col. fin.lib.2.

18 Culpa cum culpa compensatur. l. mulier. §.viro.ff.solut.matr.

19 Pœna cum pœna compensatur,quia is,qui incurrit pœnam, non molestatur ab alio, qui non obseruauit.

Vide.L.Si quis maior in quibus casibus habeat locum,vel non. Concluf.284.

20 Declara, quia non fit compensatio, quando quis consequitur actionem ex implemento, quia debet explicite implere,alias non auditur,secus si

agatur de pęna, vel mora, aut causa, facto impleto. Neguſ. de pignor. in 3. membro 5. partis princ. in 2. parte dicti membri. nu. 5.

21 Contumacia rei compenſatur cum contumacia actoris. ideo licet miſſio ex primo decreto dari debeat contra citatum contumacem, tamen ſi actor fuit contumax in termino citationis, fit compenſatio, & miſſio eſt nulla. Ro. conſ. 454. In re præſenti. nu. 13. ver. quarto principaliter, & num. 14. vbi, quod debet conſtare de contumacia rei ipſi iudici, & non poteſt conſtare, ſi actor fuit contumax:

22 Amplia, quia compenſatio fit in delictis, & in dolo mutuo, ideo indicens bellum, vel duellum iniuſtum, qui tenetur ad damna, liberatur quando ille bellum fuit acceptatum, quia nihil doloſum dolo ſo nil Manichæum Cartego. Angel. conſ. 367. In quæſtione. nu. 8. ver. nunc deſcendo.

23 Extende in negligentijs, quia maior eſt negligentia in actore etiam ſi ſit fiſcus, quam in reo. Caſtr. conſ. 51. Viſis, & ponderatis, circa fi. lib. 1.

24 Extende, quia ſi agatur de pęna incurſa poteſt excipi, & compenſari ſimilis pęna incurſa, quia delicta mutua compenſatione tolluntur, & pęnæ. Fulgo. conſ. 141. n. 2. ver. amplius illud tractari.

25 Declara, quia ſi quis contrauenit ſemel paci alter contrauenit bis fit compenſatio de vna vice hincinde, & agere poteſt pro alia vice ad pęnam, nec obſtabit exceptio doli ſemel compenſata, ita pulchre Caſtr. conſ. 296. Viſo ſupradicto. col. pen. & fi. n. 9. & ſeq. ver. tertio principaliter. lib. 1.

26 Reſtringe, quia non fit compenſatio iniuriæ illatæ alio tempore, quando in prima inſtantia non fuit deducta, quia in appellatione non fit compenſatio. l. per hãc. C. de tempo. appel. auth. & conſequenter. C. de ſent. & interloc. iudi. Vide tamen contrarium infra nu. 41. & ſeqq. vbi declaratur.

Vide. Dolus, & culpa communis quæ attendi debeat. Concluſ. 578.

Vide Soc. reg. 11. Delicta paria mutua compenſatione tolluntur, vbi limitat duobus modis.

27 Amplia, quia actio liquida ex inſtrumento compenſatur ipſo iure cum alia actione pariter liquida ex inſtrumento. Bart. in l. verum. ff. de compenſatio. Affl. deci. 121. In reſponſione ad primum dubium. facit text. Inſtit. de actio. §. bonæ fidei, vbi, quod iudex tenetur facere compenſationem.

28 Amplia, quia debitor, qui impetrauit ſaluum conductum, ne poſſit conueniri, ſi conueniat ſuum debitorem, cui etiam ipſe eſt debitor, licet replicet, non poſſum conueniri, tamen tenetur compenſare, quia ius iniquum retorquetur. Affl. deciſ. 66. per l. ſi quis iniquum. ff. quod quiſque iuris.

Vide. Quod quiſque iuris in alium ſtatueris ipſo iure vtaris. Concluſ. 49.

29 Amplia, quia compenſatio fit de quantitate ad dotem conſiſtentem in quantitate ſecundum magis * communem opinionem. Rimin. iun. conſ. 451. num. 38. lib. 4.

30 Amplia, quia compenſatio, quæ fit ipſo iure ad impediendum curſum vſurarum fit ab ipſo principio creationis debiti, non à die, quo petitur, ita Soc. inepos conſ. 147. nu. 1. & ſeq. lib. 2.

31 Extende, vt procedat etiam ſi intereſſe debeatur vigore ſtatuti, vel legis. l. cum alter alteri. ff. de compenſatio.

32 Reſtringe, quando non fit ipſo iure, ſi opponatur de nõ liquido ad liquidum, & fiat liquidatio, non fit à die crediti, ſed a die liquidationis. Benin tend. dec. 37. nu. 21. vbi loquitur in materia eaducitatis, & pęnali, faciunt tradita per Rimin. conſ. 39. n. 8. in fi. ver. & licet caſu, quod ſentire videtur Salyc. in l. ſi conſtat. C. de compenſ. col. 1. ver. & loquor de liquido. Im. in c. bona fides. col. 5. in fi. ver. dummodo debitum ſit hincinde liquidum depoſi.

33 Limita, quia de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio regulariter, & eſt communis * opinio. Corn. conſ. 230. nu. 3. lib. 4.

34 Reſtringe in vltimis voluntatibus, quia ſi teſtator legat ſpeciem pro quantitate, vel è contra, fit neceſſario compenſatio, quia non regulatur ſecundum naturam compenſationis. Deci. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, vbi dicit * communem opinionem, ſequitur Affl. deci. 44. nu. 9.

35 Reſtringe, niſi quando ſpecies eſſet amota, vel conſumpta, quia tunc fit extimatio, & ſic fit compenſatio de ſpecie ad quantitatem. glo. in l. neq; in glo. magna, in fin. C. de compenſat. quam compenſationem appellat vtilem. Oldr. conſ. 283. n. 4. ver. circa quartum, qui dat concord. Bald. in l. 1. C. de pig. actio. in 1. q. & ſequitur ibidem Salycet. Alex. poſt Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. verſ. ex hac glo. ff. ſolut. matri. vbi Iaſ. dicit, quod * omnes tranſeunt cum Bart. Alex. conſ. 172. In cauſa, & lite. nu. 15. lib. 6. & Neguſ. de pignor. in 5. membro 5. partis princ. nu. 213. vbi, quod debet capitulari conſumptio, & probari, quia non præſumitur, niſi lapſo triennio.

Vide. Fructus quando dicantur conſumpti, vel non, vt ſuccedat extimatio. Concluſ. 490.

36 Contrarium, quod imo compenſatio fructuum fiat cum melioramentis ope exceptionis. Capi. deciſ. 93. In cauſa, num. 11. & ſeq. & vide multa ad hoc, in ver. Fructus rei pignoratæ. Concluſ. 504. vbi plurimos reperies.

37 Reſtringe, quando ſpecies vſu conſumitur, prout veſtimẽta, quia perinde eſt, ac ſi daretur pecunia, Bart. in l. penul. §. 1. in prin. ff. ſolut. matri.

38 Reſtringe, quando ſumus in impropria, prout in retentione. Capi. deciſ. 88. nu. 3. & 4.

39 Reſtringe, quando ex vna parte debetur quantitas, ex alia vero deberur ſpecies, vel quantitas, quia fit compenſatio. Caſtr. in l. ſi conuenerit, la 2. nu. 5. ff. de pignor. actio.

40 Reſtringe, quando ageretur de communicatione, vel collatione bonorum, quia debens quantitatem compenſat cum ſpecie ſibi debita, vt tanto minorem partem capiat. Cuma. conſ. 104. nu. 1. in fi.

41 Quando autem fiat compenſatio, & opponi poſſit exceptio compenſationis, dicas quod ſit tam in 1. quam in 2. inſtantia ſi debitum eſt liquidum, quod petitur compenſari. Bald. conſ. 264. Plura puncta, nu. 2. ver. ſuper eo. lib. 2.

42 Contrarium videtur, quod ſi in 1. inſtantia non eſt deducta compenſatio, & reconuentio non poſſit fieri in 2. inſtantia. l. per hanc. C. de tempo. appel. auth. & conſequenter. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & vide ſupra num. 26.

43 Declara, quia ſi res, quæ deducitur in compenſationem, eſt liquida, & clara, poteſt fieri in omni inſtantia, imo etiam in exequutione ſententiæ, quia eſt exceptio, quæ non impugnat ſententiam, ſi vero non eſt liquida, ſed requirit altiorem indaginem, tunc ſecus eſt, quia ex quo pari paſſu non ambulant, nec poſſunt ambulare, non fit compenſatio.

44 Extende, quia poteſt opponi compenſatio etiam

poſt

post sententiam,& rem iudicatam, & in exequutione,quando liquidum est creditum, quod petitur compensari,ideo habens creditum per instrumentum licite petit compensari in exequutione rei iudicatæ.Bal.cons.92. Quædam sententia, nu. 2.lib.1.Feli. late in c.suborta,nu.2.ff.de re iudicata,Fulgo.cons.141.in fin.ver.sexta,& ultima, qui maxime id verum asserit,quando ex alio iudicato creditum , quod deducitur in compensationē pariter descendit. Afflict.decis.121.Angel. cons. 209.Nicolaus.Bal.in l.1.C. de compens.

45 Et quia compensatio non impugnat sententiā. Riminal.Iun.cons.451.nu.37.lib.4.

Vide.Compensationis exceptio quando,& per quos opponi possit.Concl.492.

46 Restringe,vt non procedat quando fuit in negotio principali opposita compensatio, & ea non obstante pronunciatū sententiā exequendā,quia in exequutione opposita non releuat.Bald. cons. 201.Punctus petita sit,lib.5. circa fi.vbi loquitur etiam quando erat actum,quod compensatio fieret,quia si non est facta probatio,neq.liquidatio non releuat compensatio petita.

47 Et infra quantum tempus debeat probari compensatio,& fieri liquidatio contra sententiam. Vide plene per Mascar.Concl.334. Compensatio debiti non liquidi, vbi quod aliqui tenent quod infra duos menses,aliqui infra terminum qui datur ad exequēdū, alij quod arbitrariū sit iudici.

Compensatio non admittitur multis casibus.Concl.CDXC.

1 DEPOSITVM regulariter non admittit compensationem,l.fi.C.de compensatio.

2 Restringe,vt non procedat quando depositum fuit creatum ex mutuo præcedenti de quo constat. puta quod mercator mutauit pecuniam,& breui manu mutuum conuertit in depositum pro eo qui mutuo receperit, quia ex æquitate compensatio admittitur.Bal.cons. 384. Duo sunt videnda,in fin.ver.solutio,lib.1.

3 Restringe,vt non procedat in deposito confessato,quia in eo si non est naturale,& verum, non habent locum iura,& priuilegia loquentia de deposito.Bald.d.cons.384.in fi.lib.1.

4 Restringe,quia licet depositum non admittat compensationem, tamen admittit retentionem. Cor.cons.61.Tria capita processus.col.pen.lib.1

5 Amplia,quia dos non admittit cōpensationē. l.1.§.taceat.C.de rei vxor. actio. & hanc æquiorem opinio. dicit Bal.nouel.de dote,parte 8.priuileg.primo,licet fateatur contrariā magis *cōmunem.Grammat.cons.114. glo.in l.1. in glossa magna,ver.semper,circa fin.ver.item compensatio.ff.solut.matrim.Bald.post Guiliel.& Roma. in l.rei iudicatæ.§.1.ff.eod.tit.Alex. cons. 99.Super primo,in fin. ver.circa vltimum.lib.7.

6 Contrarium,quia mulieri repetenti dotem obstat compensatio secundum communem*opinionem,quia licet glossæ variauerint,tamen pro hac parte est tex.in l.rei iudicatæ.§.1.ff. solut. matri. vbi Alex.Bal.nouel.de dote,in 8.par.pri.priuileg. primo vbi recitatis opinionibus hāc dicit magis communem opinionem,licet cōtraria sit æquior, Afflict.decis.121.vbi dicit.quod etiam id procedit post sententiam , etiam stante statuto , quod contra instrumentum dotale nulla exceptio admittatur, etiam si esset renunciatum compensationi.Bal.in l.si cui.C.de non num.pecunia,qui loquitur in fructibus perceptis , & consumptis per mulierem ex hæreditate uiri. Alex. & Areti. in l. diuortio.§.ob donationes.ff.solut.matri.

7 Declara,quia de iure communi magis *cōmunis opinio est,quod fiat compensatio,quando id, quod debet compensari,est liquidum,& in quantitate utrumq. sed tamen Florentiæ ubi est statutum,quod contra instrumentum guarentigiatum non fiat compensatio , vt in statuto de præcept.guarentig.lib.2.c.42.ideo quando mulier habet instrumentum dotale cum guarentigia non est locus cōpensationi,sed quando debetur quātitas hincinde liquida,quod fiat compensatio per l.fi.C.de compens. & pro hoc videtur esse tex.secundum verum intellectum.in l.diuortio.§.ob donationes prout ibi Castr.declarat.ff.sol.matri. & & in l.rei iudicatæ,in prin.ff.eod.quia sicuti solutione eius,quod debetur in totum,vel in parte.soluta tollitur actio,ita etiam hyppotheca dotis. l. item liberatur,ff.quib.mod.pign.vel hypot. solui. & qui compensat rem liquidam cum liquida in eadem quantitate soluit.Bar.in l.amplius non peti.col.fi.ff.rem ratam habe.plene Afflic.deci.121.

8 Et maxime procedit quando agitur inter hæredes viri,& hæredes mulieris,quia fit compensatio de liquido ad liquidum,& quando hinc inde debetur quantitas,etiam si maritus renunciasset exceptioni compensationis,etiam si in loco esset statutum,quod contra instrumentum dotale nulla exceptio admittatur,ita Afflict.decis.121.

9 Declara,quia maritus vel filius debitor vxori, vel matri in dote eidem facit legatum,non præsumitur animo compensandi dotem.Alex.cons. 99. Super primo, in fin. ver.circa vltimum,lib.7. secus est in donatione propter nuptias,vt dicit ibi apostil.in ver.dote.

Vide. Legatum factum creditori an præsumatur animo compensandi.Concl. 141.

10 Extende,quia compensatio non admittitur in dote,quando maritus legauit dotes vxori, vt legatum aliquid operetur. ita Ias.in l.diuortio,§.ob donationes.ff.solut.matr.Campeg.in tract.de dote,q.233.& in dote legata loquitur Paris.cons.95. nu.7.lib.2.ubi quod non fiat compensatio.

11 Extende,quia non fit compensatio ob res amotas per vxorem.l.vnica.§.sed neq.ob res amotas. C.de rei vxo.actio.& hanc tenet glos.in l.1. C.rerum amota.Bal.in l.neq.C.de compens.vbi Castr. vbi quod talis exceptio non est compensatio , & quia non fit de specie ad speciem,neque de specie ad quantitatem.Alex.in l.rei iudicatæ.§.1.ff.solu. matr.Bal.nouel.tract.de dote. in 8. parte, priuil. primo.

12 Declara,quādo hæres qui agit pro rebus amotis obtinuisset liquidari bona amota,qa tūc probato,quod mulier consumpsisset, vel in suos vsus conuertisset daretur compensatio,secus si non cōsumpsisset,quia non daretur compensatio de specie ad speciem,neque de specie ad quantitatem, l.si conuenerit,la seconda.ff.de pignor. actio. vbi Bart.& Alex.in apostil.Castr.cons.170. Viso puncto,in pri.lib.2.l.si propter fructus.C.de compen.

13 Imo,quando mulier esset condemnata ad restituendum bona asportata de domo viri, licet cōpensatio non fiat de specie ad quantitatem , non tamen

tamen debet conſequi dotem niſi bona reſtituat, quia tenetur exhibere antequam audiatur,l.1. C. de crim.expil.hæredit. quia licet antequam condemnetur non teneatur de expilatione, tamen ſecus eſt poſt condemnationem,glo.in d.l.1.

14 Reſtringe,quãdo mater adminiſtrauit bona pupilli,vt tutrix,quia ſi eſt debitrix,& cõſtet clare,debet cõpẽſare in dote ſua repetẽda.Bal.cõſ.99.Factum tale eſt,n.3.ver.teſtamentũ dictæ Guiducię, lib.2.Signorol.d.conſ.49.col.2.ver.item dicta domina.Fulgo,conſ.196.& con.201. vbi dicit idem. Caſtr.conſ.371.Iſte qui formauit,in 2.dubio.li.1.

15 Declarat Caſtr.d.conſ.371. in ſecundo dubio, lib.1.quod dos liquida non compenſatur cum debito ex adminiſtratione non liquido,niſi etiã debitum ex adminiſtratione poſſit breui liquidari, ſi uero dos non probatur,niſi ex nuda confeſſione,fit compenſatio,& ſic extendit reſtrictionem proximam præcedentem.

16 Et idem dicit in duabus dotibus,quia ſi ſunt liquidæ,& in eadem ſpecie , vel ambæ in quantitate,fit compenſatio,alias non.Caſtr.d.conſ.371,in prima col.ver.ſecundo allegat,lib.1.

17 Idẽ eſt,ſi habet iocalia,vel fructus,vel alia bona filij ſeu mariti reducibilia ad quantitatẽ , vel extimationẽ,quia fit compenſatio.Signorol. dict. conſ.49.per totum maxime,col.2.ver.quod nihil * & hanc magis * communem opinionem dicit Soci.conſ.85.Conſilijs noſtris.nu.8.lib.1.

18 Declara,quia in dote non admittitur compenſatio de ſpecie ad quantitatem,ſed bene de quan * titate ad quantitatem,& ſic * communiter tenetur procedere,l.1.§.taceat.C.de rei vxo.actio.ſecundum Signorol.Homod.conſ.49. In quæſtione vertente,nu.3.ver.præterea non obſtat,& ita tenet etiam glo.in d.l.1.§.taceat,& in l.neq. C. de compenſatio.ſecus in retentione dotis , quæ non datur,vt ſupra .

19 Reſtringe in dote confeſſata,quia in ea procedit compenſatio,quia non habet priuilegium dotis.Signorol.d.conſ.49.circa fi.ver.dico quod duplex.Caſtr.d. conſ.371.In ſecundo dubio,lib.1.

20 Amplia,vt procedat etiam ſi mulier habuit fructus bonorũ viri , & lapſum ſit trieniũ per quod præſumuntur cõſumpti,& eorũ loco debetur extimatio ſecundũ glo.in l.1.C.ſi aduer. vſu. quã ſequuntur.Ang.& Alex.in l.1.§.quæſitũ.ff. ad Trebel.quia adhuc ſi mulier habet inſtrumentum dotis,habens exequutionẽ paratam non fit compenſatio,& vide infra.nu.59.& ſeq.vbi exequutio parata impedit compenſationem.

21 Amplia, quia merus exequutor non admittit compenſationem.Fulgoſ.conſ.141.col.penul. in fin.ver.quarta negandæ compenſationis occaſio.

22 Amplia,quia compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem.l.ſi conuenerit.ff. de pign.actio.Soci * conſ.93.nu.23.lib.1. * cõmunem dicit.Corn.cõſ. 230.n.3.lib.4.& eſt ratio,quia in ſpecie cadit affectio,quæ nõ cadit in pecunia.Caſtr.in l.compẽſationes.n.6.C.de compenſatio.l.in rebus.§.quod autem,& ibi glo.ff.comod.Alex. conſ. 62. Viſo,in fin.lib.5.& conſ.172.In cauſa,& lite,nu.15. & ſeq. ver.mouet,lib.6.

23 Extende etiam in legato facto pro omni eo, & toto,quia non dicitur factum animo compenſandi de ſpecie ad ſpeciem,neq.de ſpecie ad quantitatem,vel è contra.Petr.Surd.conſ.112.nu.59. & * ſeq.vbi,num.62.dicit magis * communem. Vide infra,tit.1.

24 Extende.quia non fit de quantitate ad ſpeciem etiam conſiſtentem in quantitate , de quo vide omnino Guidopa.ſingul.293.Nota quod in quantitatibus, glo.in l.ſeruum,in ver. vendicare , vbi Iaſ.poſt alios,ff.ſi cert.pet.

25 Contrarium quod imo fiat ſemper compenſatio de quantitate ad quantitatem liquidam etiã ſi debeatur quantitas pecuniæ,vt ſpecies , quia cum non poſſit cadere affectio in pecunia etiam debita,vt ſpecie,neceſſario fit ſemper compenſa * tio.Iaſ.d.l.ſeruum,ff.ſi cert.pet. vbi dicit * communem opin.& quod glo.cõmuniter reprobatur.

26 Reſtringe,quia ex præſumpta mente fit cõpenſatio de ſpecie ad quantitatem puta ſi pater, qui filiæ centum in dotẽ promiſit,eidẽ relinquat domum , quia præſumitur animo compenſandi prorata.Imol.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater,ff.ſolut.matri.& in l.cum pater,§.pater filiæ.ff.de leg.2.Aretin.Alex.& Iaſ.& Roma.in auth.prẽterea.C.vnde vir.& vxor.

27 Reſtringe,quia fit cõpenſatio quãdo obligatus ad factũ,vel ſpeciẽ non impleuit,quia in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe , & ſic ad quantitatem.Caſtr.conſ.170. Viſo puncto. in fin.lib.2.

28 Reſtringe,quia quod dicitur non fieri compenſationem de quantitate ad ſpeciem eſt verum , ſed bene fit ſecundum extimationem ſpeciei ad quantitatem , ideo mulier habens iocalia mariti compenſat cum dote hoc modo.Signorol.conſ. 49.col.2.in fin.uer.item per reſpectum.

29 Reſtringe,quia cõpenſatur exactum per creditorẽ nomine debitoris,quia eſt quãtitas ad quãtitatẽ.Signor.cõſ.49.col.2.ver. q nihil de obiectis.

30 Reſtringe,quando ſpecies eſt conſumpta, quia fit compenſatio cum quantitate.l. ſi propter fructus.C.de compenſat.nam re conſumpta,debetur extimatio,d.l.ſi propter.& ibi glo.C.de compenſ. quod intellige facta liquidatione.l. fin. C. eod.tit. vide ſupra.nu.20.& 21.

31 Reſtringe, quia reſpectu fructuum reducibiliũ ad quantitatem fit cõpenſatio.Signor.d.conſ.49. col.2.ver.quod nihil,& ideo ſi ex vna parte debetur vinum,vel granum,aut ſimile,ex alia vero debetur quantitas , fit compenſatio. Oldrad. conſ. 383.ver.circa quartum,glo.in l.neq.C.de cõpẽſa.

32 Reſtringe, quia fit compenſatio de quantitate vnius generis,vel vnius ſpeciei ad quantitatem alterius ſpeciei,vel generis.Signorol. d. conſ. 49. col.2.ver.quod nihil.

33 Reſtringe quando ſpecies,videlicet res,quæ eſt in obligatione eſſet perempta. Aret.in l.in rebus, §.quod autem.ff.cõmod.Iaſ.in l.diuortio.§.ob donationes,col.2.ver.primo habes.ff.ſolu.matr.glo. in l.rei,in ver.pecuniæ.ff.eod.

34 Amplia,quia non fit compẽſatio de debito ad non debitum,l.1.cum l.ſeq.ff.de compenſa.

35 Extende,quia cõmpenſatio non fit de debito puro ad debitum in diem,vel ſub conditione.Socin. conſ.93.Circa primum,nu.23.ver.præterea illa materia,lib.1.Fulg. cõſ.141.in pri.uer.ad primũ.

36 Declara,quod ſi debitũ eſt purũ,& venit dies, licet ſolutio ſit in certũ diẽ prorogata a iudice, fiat cõpẽſat.Cuma.cõſ.141.Nanus,& Gorus, uer. ad primũ,vbi quod tẽpus datũ miſerationis cauſa ad ſoluendũ non impedit,quin fiat compenſatio.allegat l.ſi cum milite.§.1.ff.de compenſat.

37 Amplia,quia non fit compenſatio de vtilitate cauſata ad dãnum cauſatum ab eodẽ negociorũ geſtore,

gestore.vel de socio,quando damnum fuit ex dolo vel culpa. Rom.cons.414.Quoad primum.num.7. & 8.ver.quoad vltimum.

38 Amplia, quia nõ fit de debito iurato secundum * commun.opin.Afflict.decis.381.n.3.Felin.in c.ad nostram,de iure iur.Ias. qui plurimos citat consil. 134.Quantũ ad solutionem.vol.4.Gozad.cons.69. Videtur prima.Negus.de pignor.in 5.par. prin.in 5.membro.n.14.& seq.gl.& ibi Inno.Io.And.&Io. de Im.& Feli.in c.ad nostram,de iureiur.Socin.& Io.de Anan.in c.quærelam,eod.tit.Bal.in c.quæ in Ecclesiarum,in 6.col.de constitutio.Rom.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.Alex. * cons.91.lib.2.vbi de*communi.nu.5.& quod opi- * nio Bar.communiter* dãnatur.Corset.in tractat. iuramenti in 20.art.Gozadin.cons.69.& quod debitum iuratum nõ admittat compensationem,est * magis communis * opinio Canonistarum. Alex. cons.61.Viso processu causæ,in fi.lib.5.

39 Contrarium tenet Bart.in l. amplius non peti. ff.rem ratam haberi,vbi Ang.& Cuma.Bal.& Ab. in c. ad nostram, il 1. de iureiur.& in c.cum inter, de except.Io Fabri.in §.bonæ fidei,Instit.de actio. Imo.in l.Iulianus,la 1.de cond.& demon.Tyndar. tract.de compens. qui dicit opinionem Bar.humaniorem de iure.Alex.cons.12.Viso. lib.2.

40 Declara,quia si debitor est oneratus filijs,& pauper ita quod non potest soluere,admittitur cõpensatio,si vero est diues,non admittitur,ita Afflict. decis.163.vbi extẽdit in paupere etiam si tanquã cessionarius vellet compensare debitum iuratum vbi allegat alios,& quod ita fuit iudicatum.

41 Extende maxime quando debitum, quod petitur compensari erat debitum tempore iurati creditti.Afflict.decis.381.num.3.Capic.decis.167.n.4.

42 Extende,vt neque hæres eius, qui iurauit,possit compensare, quia licet iuramentum sit personale, tamen ligat animam hæredis cum eius consensu,Card.cõs.137.circa fi.Abb. in c.veritatis,de iureiur.maxime quando pro se,& hæredibus promisso est iurata.Ias.cons.76.in prin.lib.1.

43 Imo quod non habeat locum in hærede iurãtis, & sic potius sit restrictio,quam extẽsio,facit,quia iuramentum est personale,& non transit ad hæredes.Feli.in c.cum sit.n.9.de foro comp.Gome.Instit.de actio.§.actiones autem.n.5.Bauer.tract.de iuram. casu 45.Bal.cons.147.& cons.298. & cons. 464.lib.1.Alex.cons.7.n.7.& cons.229.n.22.lib.6. & cons.27.nu.4.& cons.152.nu.10.lib.7.Bertrand. cõs.178.n.4.li.3.nec relenat, quod id intelligatur quoad reatum periurij,non autem quoad obseruantiam obligationis , vt prædicti Doctores dicunt,quia hic agitur solum de reatu periurij , vt teneatur præcise,non per æquipollens adimplere * iuxta gl.cõmuniter* appobatam in l.si pecuniæ. ff.de cond.ob causam,vbi Ias. late Felin.in d.c.ad nostram,de iureiur.Alex.cons. 89.lib.7. ideo potest hæres compensare. Bal.in prælud.fœud.col.3. ver.sed pone,& in repet.l.2.col.27.ver. sed nunqd mortuo iurante.ff.de iureiur.Baue.de iuramento, in 3.casu,& Docto.in c.debitores,de iureiur. dum dicunt iurantem non posse opponere exceptionem vsurarum,sed hæres potest .

44 Restringe , quando iuramentum esset a parte remissum puta per prorogationem termini ad soluendum.Alex.cons.137.num.12.lib.6.

45 Restringe quando constaret de mente contrahentium, quia voluntas totum facit. Deci. in l. si tibi.ff.si cert.pet. Afflict. decisio.44.

46 Amplia,quia compensatio non fit de eo, quod quis est debitor,& creditor reipublicę. l. 1. C. de compensat. quia quod debetur ex vna statione, non compensatur ex alia,hanc regulam firmat Castren.in l.fi.C.de iure fisci.

47 Declara,vt plene per Afflict.decis.192.

48 Extende quando debitum reipublicæ est ex vectigalibus, vel ex causa emptionis rei fiscalis,vel nisi debeatur reipublicæ occasione reddituum assignatorũ in certos vsus,vel quãdo pro debito tributi, vel onerum,vel quando debitum esset ratione administrationis rerũ publicarũ,qa non fit cõpensatio.Tindar.de compensat. verb. repellitur.

49 Restringe quando debitor reipublicæ incideret in pœnam.Castr. d.l.fi.C.de iure fisci.

50 Restringe quando respublica est debitrix,& creditrix.l. in ea,C.de compensatio.

51 Amplia,quia non fit compensatio de salario famulæ cum rebus per famulam ablatis,quia est de specie ad quantitatem, quæ non fit , vt dixi supra.

52 Declara,quia licet non fiat compensatio,tamen denegatur solutio salarij, donec restituat ablata, quia cum possit compelli ad exhibendũ,per text. in l. fin. C.de crimi. expil.hæred. ergo etiam per exceptionem potest summoueri.

53 Dicas quod si dominus præuenit famulum, vel famulam in querela,declaratio est bona,si vero famula preuenit in petitione salarii,nõ impedit solutionem querela furti,quia vt plurimum domini; ne soluant hoc excipiunt , & ita Romę seruatur ex æquitate .

54 Amplia , quia non fit compensatio de liquido ad non liquidum.l.fi.C.de compensatio. l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens. ff. si cert. peta. l. diuortio.§.ob donationes.ff.solut. matri. & Doct. in dictis locis. Afflict.decis.381.n.6.Alex.cons.93. Quæritur,in prin.lib.4.

55 Extende , quia non fit compesatio alimentorum non liquidorum contra instrumentum exequutiuũ, puta aliquis fuit alitus a Titio in eius domo,& est creditor Titij per instrumentũ,ille petit sibi debitum iste opponit cõpensationem alimentorum , sed quia certa quantitas non probatur, quia testes deponunt de credulitate, ita quod certa quantitas non fuit probata,non fuit facta compensatio.

Vide.Testes de credulitate,& indicio suo non probant.Conclus.182.

56 Extende,quia compensatio non fit de quantitate liquidanda ad impediendum exequutionem sententię,etiam si opponens offerat se paratum breui tempore liquidare,vt per Bar.in l.aufertur.§.qui * appellat.ff.de iure fisci,cuius* opinio cõmuniter approbatur: vt late per Alex.cons.93. & 94. in fi. & 95.in princ.lib.4.quod sine dubio procedit Florentiæ vigore statuti sub rubrica 57. ,nullum tempus concedentis condemnatis per sententiam,sed mandãtis fieri exequutionem tanquam de instrumento guarentigiato,quo casu non fit compensatio cum debito liquidando.

57 Extende, quia non potest dici liquidum , vt veniat in compensatione etiam si fit liquidatum, quando procedit ab instrumento continente in se contrarietatem, vel repugnantiam . Alexander consil.93. Quæritur in fine, & consil. 94. Clarissime , in fi. ver.nec obstat etiam dum ad id.lib.4.

Extende,

58 Extende,quia habens exequtionem rei iudicatę non tenetur compenſare ſi reus prætendat ex inſtrumento conditionali pęnam commiſſam, quia cum non ſit liquida non fit compenſatio. Alexand.d.conſ.93.Quæritur,in princ.lib.4.ſequitur Grammat.deciſ.58.circa fi.

59 Extende, vt procedat etiam ſi petenti exequtionem rei iudicatæ opponatur exceptio compenſationis ex inſtrumento debiti non liquidi, quam incontinenti, vel breui tempore offert liquidare, quia ſi res iudicata eſt ex prima ſententia,& condẽnatus,qui habet ex forma ſtatuti Bononiæ præceptum decem dierum ad ſoluendum, ſi infra dictos decem dies poteſt liquidare admittitur compenſatio,ſi vero appellauit,&ſuccubuit, ſiue quia prima ſententia fuit confirmata, ſiue quia appellatio tranſiuit deſerta,tunc non habet plus aliquẽ terminum,ſed ſtatim danda eſt exequutio, ideo iſto caſu,quo nullam habet dilationem, non auditur etiam ſi breui termino velit probare. Bar. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci. Ab.c.2.de depoſi.ita Alex.d.conſ.93.col.2.ver.nec
* obſtat.lib.4.& conſ.94.in prin.lib.4.dicit*opinionem Bar.eſſe communem, & citat plures, & iterum conſ.95.Et ſi vt puto,in prin,eod,lib.4.& iterum conſ.166.prope fin,lib.2.

60 Contrarium, quod imo ſi petatur fieri compenſationem,& petens offerat ſe breui termino liquidare ſit facienda compenſatio contra rem iudicatam tenet Bald.in l.3. C.de compenſatio.vbi allegat l.ſi cum militi.§.pen.ff.de compenſatio.

61 Declarat Alex.d.conſ.94.ClariſſimeDomine,in princi.lib. 4. vbi dicit, quod Bal.male impugnat Bar.quia text.in l.ſi cum militi.§.pen.ff.de compẽſatio.loquitur in debito petito compenſari iam liquidato ex alia re iudicata,& ſic eſt reſtrictio non contrarium,vide ſupra num.20.

62 Reſtringe quando opponeretur cõpenſatiodebiti liquidandi breui termino,per condemnatũ contra rem iudicatam, quando condemnatus habet dilationem,quia durante dilatione poteſt liquidare,ita loquitur Bal.in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. vt declarat Alex.d.conſ.94.in prin.lib.4.

63 Reſtringe quando ageretur ex contractu, vel ſententia,& ex eodem contractu,vel ſententia opponeretur de credito compenſando ex eodem fonte,ſecus ſi agatur ex re iudicata lata ſuper cõtractu,non autem agitur ex contractu, & opponens compenſationem fundat ſe ſuper contractu, & non ſuper re iudicata, quia tunc non admittitur, quando non competit dilatio ex re iudicata, ita Alex.d.conſ.94.in princ.ver. non obſtat, quod ponit.lib.4.vbi quod Ro.conſ.244.Cum ſimil. ita debet declarari,& iterum conſ.95.n.3.ver.nec Ludoui.lib.4.

64 Reſtringe,niſi res, vel quantitas non liquida efficeretur liquida ex confeſſione partis.gl. in d.l.fi. C.de compenſat.in ver.coniuncta,quam ſequitur ibi Cyn.in 11.q.Abb.in c.fin. col.pen,depoſiti.Cæpol.Cautel. 112. & cautel.163.Alex.in l.aufertur. §.qui compenſat.ff.de iure fiſci. Iaſ. in l. ſeruum. col.7.ff.ſi cert. pet. plene Felin.in c. cum Ioannes Hæremita,in princi.de fid.inſtrum.& in c. ad noſtram,de iureiur.

65 Contra reſtrictionem tenent Bal.& Caſtr.in d.l. fi.C.de de compenſatio.

66 Declara, quia ſi vnus habet rem iudicatam, cuius petit exequutionem,alter vero habet inſtrumentum etiam liquidum,ſed continens repugnantiam, puta quod cedit iura talia,qualia habet, & quod teneatur ad certam pœnam,ſi iura non ſunt bona, tunc non fit compenſatio cum liquido contento in inſtrumento continente repugnantiam. Alex.conſ.93.in fi.lib.4.

67 Reſtringe, quia de non liquido quod incontinenti poteſt liquidari,fit compenſatio cum liquido.Bar.& alij in d.l. fi.C.de compenſatio.

68 Amplia, quia procurator generalis non poteſt compenſationẽ opponere ſine mandato ſpeciali.

69 Et qualiter opponatur hæc exceptio,plene Are. Inſtit.de actio.§.bonæ fidei.ver.&erit practica.

70 Amplia,quia non fit compenſatio de quantitate ad obligationem facti, niſi quando factum fuit deductum ad obligationem intereſſe, & formiter opponatur.Caſtr.conſ.170.col fi.lib.2.

71 Amplia,quia compenſatio non admittitur inuito creditore cum vno credito, quod quis habet cum aliquo cum debito,quod alteri debet., etiam quo ille alius conſentiat.l.in rem.§. creditor.ff.de compenſat.& quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.l.2.§.mutui.ff.ſi cer.pet.

72 Vide omnino Aſſlict.deciſ.192.vbi an,& quando officialis fiſci poſſit creditum vnius cameræ, vel ſtationis compenſare cum debito alterius ſtationis.

73 Extende,quia ſi debeo 10.vel centum alicui ſocietati, & in alia manu ſum creditor in tantundẽ alicuius ex ſocijs dictæ ſocietatis,& volo compenſare,non compellitur ſocietas compenſare. Bald. & Salyc.in l.eius.C.de compenſat.Bal.conſ.96.Petrus fideiuſſit.lib.2.quia licet quis ſit ceſſans nomine proprio,non tamen dicitur ceſſans nomine ſocietatis,quod intellige quando ille ſocius tenetur nomine particulari, vt declarat Bald. d.l. eius. C.de compenſat.Tyndar.in tract.de compenſat.§. omnem debitorẽ.col.1. quia aliud eſt credere ſocietati,aliud vero ſocio nomine particulari.Rom. cõſ.132.Vt retulit,& per Soci.conſ.75.Circa primum.col.4.ver.reſtat ergo videndum.lib.1.

74 Reſtringe,quia ſi ego habeo bona in Italia,quibus præeſt A.& in Gallia,quibus præeſt B. & agat A.meus adminiſtrator contra C.debitorem,& ille obiiciat compenſationem de tanta ſumma, quã debet conſequi a me, ſeu a meo adminiſtratore in Gallia,fiet compenſatio.l.inter,& ibi gl. & Doct. ff.de admin.tutor.

75 Limita, quia compenſatio fit ex coniecturis in caſibus,in quibus de iure non fieret.Crauet.conſ. 131.in fi.n.17.& ſeq.vbi late.

76 Extende,quia compenſatio licet non fiat de ſpecie ad ſpeciem, neque de ſpecie ad quantitatem, neque è contra,tamen fit quædam excomputatio, vt vnum ſit pro alio quando conſtat de mente. Caſtren.conſ.193. Super iſto puncto,n.2.ver.ſecunda ratio fortis.lib.2.

77 Extende, quia vbi non admittitur compenſatio directa de ſpecie ad quantitatem admittitur indirecta per modum reconuentionis. Pariſ. conſ.100.quod eſt vltimum n.32.lib.2.ſequiturDecia.conſ.94.nu.25.lib.3.

78 Extende,quia vbi non fit,neque datur compenſatio,datur retentio, quæ eſt compenſationis ſpecies,vel effectus. Decian.conſil.94. num. 26. & ſequen.lib.3.

79 Limita, quia in dubio compenſatio debet admitti tanquã benignior pars, & pro reo, ita Fulg. conſ.

ized by Google

conſ. 141. Nanes, & Corus. num. 2. ver. poſtremo.

Vide. Compenſatio quando in dubio præſumatur, vel non. Concluſ. 494.

Compenſare an teneatur ceſsionarius ſicut cedens. Concluſio. CDXCI.

1 DEBITOR, qui poteſt compenſare ſuo creditori poteſt etiam compenſare ceſſionario ſui creditoris. Dyn. in l. ſi quis in rem. ff. de procur. & hanc communem * dicit Bal. conſ. 161. n. 5. lib. 5. Dyn. in c. ſi quis ſuccedat, in vltima q. de regul. iur. in 6. Alex. conſ. 54. Circa id, quod quæritur ad ſi. lib. 2. Tyodar. in tract. de compenſat. in 7. parte. Aret. conſ. 66. In præſenti conſultatione in vltimo dubio, vbi dicit * communem. Bald. conſ. 185. Primo videndum. lib. 4. Guidopap. q. 567. An compenſatio poſſit opponi, vbi de * communi. Negus. de pigno. in 5. parte, in 3. membro. n. 164.

2 Contrarium tenet Mar. Silima. in d. l. ſi quis in rem. ff de procur. vt ibi Bart.

3 Declara, quia poteſt debitor compenſare ceſſionario in caſibus, in quibus nondum eſt facta denunciatio, quia ſicuti ante denunciationẽ poteſt debitor ſoluere cedenti, & illi compenſare, ita etiã poteſt ceſſionario, ſed ſecus eſt poſt ceſſionem intimatam, vel litem cœptam cum ceſſionario, ita diſtinguit Ang. conſ. 259. Quædam Domina, in prin. vbi dicit eſſe ſuum nouum dictum.

4 Amplia, quia compenſatio poteſt opponi per debitorem ceſſionario, vbicunque ipſe debitor poteſt ſoluere cedenti, videlicet ante denunciationem ceſſionis. Ang. conſ. 269. in princ. & per tot.

5 Extende, quia vbicunq. poteſt opponi compenſatio ceſſionario procedit etiam ſi ſit ceſſionarius ex neceſſitate, puta ex ſententia, vel facto iudicis. Ang. d. conſ. 259. n. 2. ver. venio ad ſecundum.

6 Extende, etiam ſi cedens poſuit in locum ſuum ceſſionarium, quia licet videatur mandare directas, ita vt non poſſit mandatum reuocare, poteſt tamen ſolutionem, vel compenſationem recipere, Ang. d. conſ. 259. n. 3. ver. de quarto.

7 Amplia, quia compenſatio poteſt opponi ceſſionario etiam poſt motam litem, vel poſt factam intimationem ceſſionis, dummodo ante fuerit declarata contra cedentem, etiam abſentem. Ang. d. conſ. 259. in fi. ver. de ſexto.

8 Amplia, quia ceſſionarius creditor ex ceſſione ſui creditoris compenſat etiã debitum iurarum, quando eſſet pauper, ita Affli. ſ. deciſ. 163. vbi allegat Dyn. in c. ſi quis in ius, de reg. iur. in 6. Bald. in l. eius, quod. C. de compenſ. & dicit quod ita fuit iudicatum.

Vide. Ceſſionarius vtitur eodem iure, quo cedens, & quando ſecus. Concluſ. 213.

9 Limita, quia debitor non poteſt compenſare ceſſionario poſt litem motam, vel ceſſionem intimatam. Ang. d. conſ. 259. in fi. ver. de quinto.

10 Limita quando nullum ius remanſit penes cedentem, quia etiam non facta intimatione ceſſionis non poteſt opponi compenſatio. Ange. d. conſ. 259. col. 3. ver. ſi autem poneremus.

Vide plene. Ceſſionarius vtitur eodem iure quo cedens. Concluſ. 213.

Compenſationis exceptio quando, & per quos poſsit opponi. Concluſ. CDXCII.

1 EXCEPTIO compenſationis poteſt opponi poſt ſententiam, & rem iudicatã in actu exequutionis, & ad impediendã exequutionẽ, qa non impugnat ſententiã. Feli. in c. cum Ioannes, in fin. de fid. inſt. & in c. ſuborta. col. 1. ver. exceptio cõpenſationis, de re iud. Alex. conſ. 94. cum duobus ſeqq. conſilijs. lib. 4. iterum conſ. 61. Et ſi puto. lib. 3. Bal. in d. l. exceptionem. C. de probat. & in l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non poſſe. Feli. in c. cum inter. col. pen. de excep. & Cappella Tholoſ. q. 92. & in addit. ad d. q. & 273. l. ſi. cum militi. ſ. cum quæritur. ff. de compenſat. Gig. tract. de penſio. q. 91. n. 3. Bal. in l. 1. C. de iure. & facti ignor. vbi alij, plene. Alex. conſ. 12. Viſo themate. n. 12. & 13. lib. 2.

2 Extende, quia de quantitate liquida poteſt opponi exceptio compenſationis poſt rem iudicatã & in exequutione. Bal. in l. 2. C. de cõpen. Moder. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. plene Alex. d. conſ. 12. n. 13. lib. 2. Marſil. ſing. 108.

3 Extende, vt procedat etiam ſi id quod petitur compenſari non abſorbeat totum debitum, quia licet non teneatur quis recipere partem debiti. l. tutor. ſ. Lucius. ff. de vſur. tamen aliud eſt in compenſatione. l. etiam, & ibi Bar. C. de compenſat. ſequitur taſ. in l. quidam exiſtimauerunt, in 6. limit. ff. ſi cert. pet.

4 Et generaliter quando opponitur compenſatio in exequutione ſententiæ diſtinguitur, quia aut id quod opponitur compenſari requirit altiorem indaginem, & non impedit exequutionem, aut non requirit altiorem indaginem, & fit compenſatio. Ro. d. conſ. 76. num. 2. ver. quoad tertium, cum ſeq. vbi apoſtil. dat concor. & ita debet intelligi Alex. d. conſ. 12. nu. 13. lib. 2.

Vide. Compenſatio in quibus fiat, & in quibus non. Concluſ. 489.

5 Reſtringe, vt per Feli. in d. ſuborta, de re iudi. & c. cum Ioannes, in fi. de fid. inſtr.

6 Amplia, quia compenſatio poteſt opponi in cauſa appellationis. l. 1. ſ. fi. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind. & ibi Ang. & ita obſeruat practica. Baldus conſ. 264. Plura puncta, n. 2. ver. ſuper ea. lib. 2.

7 Contrarium, quod in cauſa appellationis non poſſit opponi compenſatio. Bal. & Salycet. in l. per hanc. C. de tempor. appellatio.

8 Declara, quia compenſatio poteſt opponi ſine dubio in cauſa appellationis quando id quod petitur compenſari fuit liquidatum poſt primã ſententiam. c. paſtoralis extra. de exceptio.

9 Declara, quia ſi debitum quando petitur compenſari eſt liquidum fit compenſatio tam in prima, quam in ſecunda inſtantia. Bald. d. conſ. 264. num. 2. lib. 2.

Vide. Compenſatio in quibus fiat, vel non. Concluſ. 489. nu. 41. & ſeq.

10 Amplia, quia compenſatio poteſt fieri de eo, quod debetur per iudicis officium iam competẽs abſq. remotione alicuius obſtaculi. l. ſi ambo. ſ. fi. & l. pecun. ff. de compenſatio. Iaſ. in l. ſtycus. ſ. Lucius. ff. de cond. indebi.

11 Limita, quia non fit compenſatio de eo, quod poteſt deberi mediante reſtitutione in integrum

antequam

antequam ipſa reſtitutio impetretur. Iaſ. in l. ſtychus. §. Lucius. ff. de cond. indebi.

81 Limita, quia, quando nullus datur terminus, cõdemnatus in executione rei iudicatæ non etiam dat exceptionẽ cõpẽſat. ſi vero datur terminus, datur etiã facultas excipiẽdi de cõpenſatione dũmodo ſic illam poſſit probare, & liquidare infra illud tẽpus ad exequendũ, alias non. Alex. conſ. 94. & 95 lib. 4. & conſ. 61. Et ſi puto. lib. 3. per totum.

83 Opponi poteſt compenſatio per debitorẽ creditori. Bar. conſ. 8. Dñe Thoma. ver. circa ſecũdũ. li. 2.

84 Extende, quia tam primus, quã poſteriores creditores poſſunt opponere de compenſatione. Bar. d. conſ. 8. Domine Thoma, in ſecundo dubio. lib. 2.

85 Reſtringe, quia licet excommunicatus non poſſit agere, ſed bene excipere, tamen non opponit compenſationem, quia nedum excipit, ſed agit, qui compenſationem opponit. Alex. d. conſ. 12. nu. 13. ver. præterea. lib. 2.

Vide. Exceptiones quæ nunquam dicuntur excluſæ. Concluſ. 381.

Compenſatio quando fiat ipſo iure. Concluſ. C D X C I I I.

1 COMPENSATIO fit ipſo iure ad impediendum curſum vſurarum. l. ſi conſtat. C. de compenſatio. vbi gl. quod fit etiam ſi non opponatur ab homine. l. cum alter, cum l. ſeq. ff. eod. Alex. conſ. 196. nu. 5. lib. 7. & Soci. conſ. 130. nu. 20. lib. 4. qui dicit quod nullus diſcrepat in hoc. Iaſ. in §. in bonæ fidei. num. 82. Inſtit. de actio. Alex. conſ. 74. num. 4. lib. 5.

2 Extende, quia recipiens fructus ex re pignorata compenſat illos in ſortem ipſo iure. l. ſi quis nec cauſam. §. pen. ff. ſi cer. pet. & tradit Bal. in l. 1. C. de diſtract. pigno. vbi quod lex compenſat ipſo iure, dummodo opponatur ab homine.

3 Extende, quia compenſatio fit ipſo iure ad impediendum curſum vſurarum ab ipſo tempore, quo debentur. Soci. conſ. 147. n. 5. cum ſeq. li. 1. etiã ſi tales vſuræ deberentur vigore ſtatuti. l. cum alter alteri. ff. de compenſ.

4 Extende, vt idem ſit ſi intereſſe debetur ex conuentione, vel promiſſione, quia fit compenſatio ipſo iure. l. ſi conſtat, vbi gl. Bar. & alij, de compenſ. l. cum alter, vbi Caſtr. ff. eod. tit. Alex. conſ. 74. lib. 5. Ratio eſt, quia dicitur ſtare per eum, qui petit intereſſe, quia cum non ſoluerit, quod debet, fuit cauſa, quod ſibi non ſoluatur. Bald. in l. ſi conſtat, & in l. 1. C. de compenſ. l. Iulianus, & ibi Bar. ff. de cond. & demõſtr. vnde ex æquitate non debent currere, cum ipſe habeat in manibus vnde ſibi ſoluat, & ita ſeruatur Florentiæ in Curia mercantiæ, quod ſi debitor tenetur ad cambia, & ex alia ſit creditor, pro quantitate pro qua eſt creditor non ſoluit cambia, ſed abſoluitur: & eſt ratio quia intereſſe non debetur ſine mora, & non dicitur in mora qui poteſt ſe tueri per exceptionem, & late Socin. conſ. 99. In cauſa. nu. 5. lib. 1.

Vide. Intereſſe debet probari ab eo, qui aliquid petit pro ſuo intereſſe. Concluſ. 314.

5 Extende, quia vbicunque creditor adminiſtrat bona ſui debitoris præſumitur fructus ſibi ipſi ſoluiſſe, & feciſſe, quod feciſſet diligens paterfamilias, ideo non petet intereſſe, neque mulier alimenta, neque dominus educitatem, plene infinita exempla ponit Surd. conſ. 190. n. 33. & ſeq. lib. 2.

6 Extende, quia vbicunque potuit creditor ſibi ſoluere fit compenſatio ipſo iure pro alimentis, vſuris, damnis, & intereſſe, ac pœna, & caducitate vitandis, etiam ſi creditum ſit pro dote, etiam ſi mulier ſit creditrix. Surd. d. conſil. 190. num. 33. lib. 2.

7 Extende etiam in cauſam dotis, quia ſi maritus qui ſubſtinuit onera matrimonij non ſoluta ſibi dote eſt debitor eius qui tenetur ad dotem ex alia cauſa compenſatio vſurarum pro rata fit ipſo iure. Alex. d. conſ. 74. n. 4. & ſeq. lib. 5. vbi idem, quando debitor dotis eſſet creditor mariti ex pluribus cauſis cũ hypotheca, quia potuit ſolutiones recipere, in quam cauſam voluerit.

8 Amplia, quia ad euitandam commiſſionem pœnæ fit compenſatio ipſo iure. d. l. ſi conſtat. Pet. de Anchar. conſ. 5. n. 13. ver. hinc dicitur. Alex. d. conſil. 74. n. 4. & ſeq. lib. 5.

9 Extende, quia non requiritur oppoſitio hominis. Soci. in l. Iulianus. ff. de cond. & demonſt.

10 Extende, quia emphyteuta non cadit ob non ſolutũ canonem quando ipſe ſoluerat plus debito in præcedentibus annis, quia fit compenſatio ipſo iure ne incurrat pœnam. Bal. conſ. 503. quod eſt vltimum. num. 4. lib. 5.

11 Idem ſi eſſet creditor ex alia cauſa. Guidopap. deciſ. 171.

12 Extende, quia ſi arbiter cõdemnauit me in quinquaginta, & te in 100. infra certũ terminũ ſoluenda ſub certa pœna, ſoluere debens 100. ſi ſoluit 50. liberatur a pœna, quia in alijs 50. ſibi debitis fit compenſatio. Caſtr. in l. Iulianus. ff. de cond. & demonſt. vbi quod eſt vera ſolutio ad tollendam pœnam, quæ fit per compenſationem.

13 Imo inſtante debitore in minori ſumma compellitur alter compenſare. Bar. d. l. Iulianus. ff. de cõd. & demon. vbi Soci. dicit q̃ ipſo iure fit abſq. facto hominis, nec opus eſt, quod fiat liberatio cũ extincta ſit actio. l. decem. ff. de verb. oblig.

14 Extende in eo, qui eſt creditor, & debitor delinquentis, cuius bona ſunt confiſcata, quia ſi poſt cõfiſcationem fiſcus facit edictum, quod non deducentes ius ſuum infra certũ terminum contra fiſcum non poſſit prætendere, & velit conſequi creditum fiſci, & quod debitum ſit ſublatum lapſu edicti poteſt opponi ipſo iure factam eſſe compenſationem, ne incidat in pœnam. gl. in l. 1. C. de comp. in verbo ſtatio, & in terminis Alciat. conſ. 11. tomo 2. lib. 6. nu. 1. vbi* de communi.

15 Declara, quia ad hoc, vt fiat compenſatio ad euitandam pœnam, neceſſe eſt vt pecunia ex vtraque parte debita ſit eodem tempore, quando vero ex parte vnius eſt debita de præſẽti ex parte vero alterius debita in diẽ nõ fit compenſatio, ple. Ro. conſ. 204. Pro diſcutiẽda. n. 9. ver. nec refragatur, vbi dicit eſſe caſum in l. ſi conſtat. C. de compenſ.

16 Reſtringe, vt non procedat quando debitor de præſenti opponens compenſationem eſt futurus creditor petentis in maiori ſumma ſibi tradita, quando reſtitutio non eſt facienda incontinenti. Ro. d. conſ. 204. n. 9. ver. nec etiam refragatur, vbi apoſtil. in ver. incontinenti, dat concor.

17 Reſtringe, quia bene fit compenſatio ipſo iure ad impediendam moram, & pœnam incurrendam, ſed tamen non ſic ad tollendam moram, & pœnã iam incurſam, ita Alex. conſ. 196. Viſis, ponderatiſque, in fi. ver. & licet quoad euadendam pœnam.

lib.

lib.7. vbi dicit quod facilius tollitur ius quærendum,quam impediti, quam quod ius iam quæsitum tollatur.

18 Oportet igitur, vt debitor antequam mora incurratur sit creditor ex alia causa, ita debet intelligi.Alex.d.cons. 196.in fi.& ita expresse loquitur.Rom.d.cons.204.num.9.

19 Amplia,vt cõpensatio fiat ipso iure ad euitandam præscriptionem antiquioris crediti, q̃ esset præscriptum si cõpensatio nó esset facta ipso iure. Petr.de Anchar.cons.5.num.13.ver.hinc dicitur.

20 Amplia, quia fit ipso iure ad liberandum pignus.gl.in d.l.fi constat.C.de compensat.in fi.

21 Amplia,quia is,qui compensare potest non dicitur incurrere moram,aut interesse,quia lex compensat ipso iure.Alex.cons. 12. Viso themate.col. fi.ver.non obstat textum.lib.2.

22 Amplia,quia compensatio actionis fit cũ actione rei resultante ex publico instrumento in tantũ q̃ non cõpetit agẽti actio,& licet hoc sit de apicibus iuris,vt dicit Castr.in l.si constat.C. de compens.vbi gl. tangit hoc dubium,tamen ista est ve-
* rior*opinio, quã firmat Bar.in l.verũ.ff.de cõpensat.qa tex.in §.bonę fidei.Insti.de actio.imponit iudici necessitatem ad compensandum,& ita firmat Tyndar.in suo tract. de compensatio. nam speciale est in ista exceptione compensationis, vt ipso iure extinguat actionem,sed aliæ exceptiones eliduntur,vt in l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. ita videtur sentire Afflict.decis.121.In responsione ad primum dubium.

23 Contrarium,quod non fiat ipso iure compensatio hoc casu,sed duo sint necessaria, quod pars opponat,& per iudicem approbetur. Bal.& Salycet. in l.si constat. C. de compensatio. cum quibus alij transeunt.Soc.cons.10.col.8.& seq.vbi plene declarat,& quod pars debeat opponere.glo.in d.l. constat.C.de compens.Bart. in l.si mater.C.de suis,& leg.& in iudicio,quia non sufficit extra iudicium. Bal.cons.33.Verba.vol.1.Aret.in l.qui Romę,in princ.ff.de ver.oblig.& quod iudex debeat approbare oppositam compensationem,est tex.in l.finautem.§.fi.ff.de neg.gestis.

24 Declara, quia compensatio de quantitate liquida ad quantitatem liquidam fit per iudicem, etiam si pars non petat.Bal.in l.maritus.ff.famil. herciscundæ.

25 Declara, qa licet lex quoad sui ortũ cõpẽset ipso iure,tamẽ debet opponi a parte.l.2.ff.de cõpẽ. l.extat.C.eodẽ,& iudex debet super ea pronuncia re.§. in bonę fidei.Inst.de act.vbi Ias.& Tyn.in tra. de compens.in 6. q. princip.vbi latiss. Guidopap. decis.171.colum.fin.& in cons.111.column.4.

26 Declara plen.qa vt cõpensatio fiat ipso iure requiritur oppositio partis quãdo de psona ad psonã,sed quãdo eadẽ persona est debitor sibi,& creditor sibi fit tũc compẽsatio ipso iure,nec requiritur oppositio,vel factũ hominis,ideo creditor succedẽs vniuersaliter suo debitori cõpẽsat ipso iure qa in eodẽ subiecto nó stat actio,& passio. Alex. cõs.149.Viso processu.n.2.& se.ver.sed præmis.li.2.

27 Extẽde, vt procedat dec.etiã si p̃ modũ fictionis hoc fieret,q̃ qa potius,vt possit habere rationẽ manualẽ p̃ manib. facit se debit.&credit.rationis,q̃;administrat, qa hoc nõ est in potestate hõis sed solius legis, vel Principis inducere fictionẽ, q̃ si effectũ haberet adhuc cõpẽsatio ipso iure intrat Ale.d.cons.149.n.3.& 4. ver. & si diceretur.lib.2.

28 Amplia, quia statim quod exceptio compensationis est opposita lex compensat ipso iure in casu compensabili. §. in bonæ fidei. Instit. de actio. declarant Bal.& alij in l.si constat. C.de compensat.Soci.cons.10.nu.17.lib.1.

29 Extẽde in tãtũ cõpẽsationẽ fieri ipso iure in casu cõpensabili quando est opposita, vt non admittatur replicatio, q̃ compensatio fiat in alio credito; vt per Doctor. in d.l.si constat. C.de compens. quia non datur compensatio compensationis.

30 Declara,quia semper fit compensatio in duriorem causam,prout in solutione.Rui. cons. 49.n.9. li.5.& cõs.136.n.14.& 15.li.4.Pari.cõs.22.n.9.li.4.

31 Extẽde etiã si cõpensatio opponatur extra iudiciũ,qa statim, q̃ est opposita in casu cõpensabili, lex ipso iure cõpensat.Bar.in l.verum. ff. de compens.Bar. & Doct.in l.si constat.C.eod.tit.&est cõ-
* opi.*vt per Ias.in §.in bonæ fid.n.77.Instit.de act. & est ratio, quia solutio, & compensatio quoad effectum æquiparãtur,qa nõ interest,an soluatur, vel cõpẽsetur,l.si debit.ff.qui potio.in pign.habe.

32 Amplia,qa si in lib.meo habeo debitorẽ Titiũ ex causa,puta merciũ, & in eodem libro in pagina è conuerso, sũ ego debitor mei debitoris,secundũ stylum mercatorum dicitur facta compensatio.

33 Contrarium de iure,quia in libris, & particis librorum non procedit secundum Imol. in l.1.ff. de solut.in fi.Socin.cons.17.col.2.vol.3.

34 Limita,quia regulariter compensatio non fit ipso iure,absque facto hominis.Socin.cons.17.col.2. i.3.post Bart. in l.verum.ff.de compens.Bald.in l. constat.C.eod.tit.Deci.cons.138.col.1.

35 Contrarium Afflict. decis.121.in primo dubio.

36 Declara, quia compensatio non fit nisi opponatur ab homine excepto casu ad impediendum vsuras.Alex.cons.85.per tot.lib.3.& cons.196.nu. 3.& 4.lib.7.

Compensatio quando in dubio præsumatur,vel non. Conclusio.

CDXCIV.

1 LEGATVM factum Ecclesiæ parrochiali ab eo, qui sepulturã elegit in alia Ecclesia in dubio præsumitur animo compensandi quartã debitam dictæ parrochiali ex legatis factis alijs Ecclesijs. Feder.cons.3.In nomine Dñi,quæstio talis,per tot. Vide.Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest.Conclus.702.

Vide. Dos data a tertio quo nomine data censeatur.Conclus.786.

2 Amplia,qa q̃quid maritus legat vxori,cui debetur quarta bonor.mariti,qa non est dotata censetur animo cõpensandi legatũ.Fed. d.cons.3.n.3.

3 Amplia, idẽ in omnibus casibus in q̃bus q̃s tenetur sibi cõpẽsare in eo,q̃ sibi debetur,vt in legitimã,vel aliã portionẽ.Fed.de Se.d.cons.3. in pri.

4 Amplia,qa semper in dubio testator p̃sumitur voluisse legare in cõpẽsationẽ,p concurrẽti quãtitate eius,q̃ debebat,q̃;quod donauerit,ne duplici præstatione hæres grauetur.l.si cum dotẽ.§.si pater.ff.solu.mat.Fed.d.cons.3.nu.4.ver.tollitur igitur.Pet.Surd.cons.112.nu.12.& seq.ver.prima est.

5 Extende etiã si pater promisit centum pro dote filiæ, & postea legauit domum,quia etiam de specie ad quantitatem fit compensatio ex præsũpta mente.Im.in l.si cum dotem.§.si pater.ff. solu. matr.& in l.cum pater.§.pater filiæ.ff. de leg.2.

6 Extende,quia in vltimis voluntatibus fit compenſatio ex coniecturis etiam de ſpecie ad ſpeciem,& de ſpecie ad quantitatem.Petr.Surd.conſil.112.nu.11.& ſeq.vbi infinitos allegat, & maxime nu.38.& ſeq.vbi,quod in vltimis voluntatibus fit de ſpecie ad quantitatem.

7 Contrarium quando de ſpecie ad ſpeciem, vel de ſpecie ad quantitatem etiam in vltima voluntate non fit compenſatio, niſi expreſſe dicatur. Petr.Surd.conſ.112.nu.55.& ſeq. vbi nu.62. dicit * magis communem * opinionem.

8 Extende,vbicunque fit legatum pro omni eo,& toto,& prohibetur plus petere, quia cenſetur animo compenſandi factum legatum in eo, quod debetur legatario. Petr.Surd.conſ.212.per totum,& quia acceptans legatum cenſetur onus annexum ſuſcipere,vt idem Surd. conſ.112.num.22.& ſeq. maxime num.29.& ſeq.

9 Extende etiam in donatione cauſa mortis, vel inter vivos facta per maritum vxori, quia etiam ſi alias eſſet locus compenſationi,nunquam fit de ſpecie ad quantitatem. Alexan.plene conſ.7. Viſo inſtrumento,in fi.nu.16.& ſeq. ver.& poſito quod iſto caſu.lib.6.

10 Reſtringe,vt non procedat quando creditum, quod compenſatur eſt voluntarium. Petr.Surd.d. * conſ.112.n.42.vbi dicit communem*opinionem.

11 Et quod etiam ſi debitum ſit neceſſarium non fiat compenſatio de ſpecie ad ſpeciem, & de ſpecie ad quantitatem ex legato cum onere, quod plus non poſſit petere,niſi expreſſe dicatur, quod animo compenſandi legauit.Sur.d.conſ.112.n.62.

12 Amplia, quia legatum factum per patrem filiæ in re certa inſtitutæ à ſubſtituto cenſetur animo compenſandi portionem dotis debitam filiæ à ſtatuto illam excludente à ſucceſſione paterna ſtantibus maſculis.Petr.de Anchara.conſ.26. In quæſtione ſupradicta,in fi.ver.reſtat videre.

13 Extendé, quia quando fit legatum creditori ex debito legali in tantum fit compenſatio,vt etiam fiat de ſpecie ad ſpeciem,& de ſpecie ad quantitatem.Corn.conſ.292.Circa primum.n.5.ver.quando enim alterum.lib.1.

14 Amplia in vxore legante marito, qui debet lucrari medietatem dotis ex forma ſtatuti.quia cenſetur legaſſe animo compenſandi.Bal.conſ.79. Factum tale eſt Zeno, in fi.li.1.vbi dicit*communé.

15 Extende idem in vxore legante marito totam dotem,donec vixerit cum onere illam reſtituendi poſt mortem ſuam,quia cenſetur animo compenſandi tertiam, quam maritus lucratur legaſſe, & ideo illius hæredes non poterunt retinere tertiam, quam lucratur maritus ex forma ſtatuti. Bald.conſ.185.Quod poſt mortem.lib.1.

16 Declara totam hanc materiã, quia in omnibus caſibus, in quibus fit compenſatio ex præſumptione legis habet locum, & debet intelligi quando debitum eſt ex cauſa neceſſaria, vel eſt debitum legale,vel debitum eſt tale,quod compenſatio fieri poſſit, alias ſecus.Alex.d.conſ.7. in fi. lib.6.

17 Amplia in contractibus,quia ſi quis eſt obligatus ex teſtamento,vel alias ad dandam dotem ſorori ſub certis pactis, & conditionibus ſoluendo talem dotem ſimpliciter videtur animo ſoluendi, & compenſandi debitum, non autem animo donandi, & de ſuo ſoluendi. Petr.de Anchar. conſ. 7.In quæſtione agitata.nu.6.ver.ſecundo veniens, vſque in fin.

18 Extende nedum in dote,ſed etiam in omni alia diſpoſitione,quia obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum,ſi det, vel faciat ſimpliciter,cenſetur animo compenſandi, & ſoluendi,quod debet. Petr.de Anchar.d.conſ.7.n.7.ver.infinitis autem.

Vide.Cauſa neceſſaria,& voluntaria ſi concurrat,quæ attendatur. Concluſ.149.

19 Amplia in omni debito legali,quia pater,cuius debitum,& officium legale eſt dotare filiam,ſi aliquid filię det quouis modo,vel titulo id totum ipſa computare debet. Petr.de Anchar.conſ.7.nu.9. & 10.ver.probatur apertius.

20 Extende,vt idem ſit in filio dotante ſororem, quia cum ſit hæres patris,& ſic in officio paterno ſuccedat,ſi quid cauſa dotis det ſorori non cenſetur donare,ſed compenſare id, ad quod tanquam hæres obligatur.Petr.de Anchar.d.conſ.7.nu.9. & 10.ver.& probatur apertius.

21 Amplia,quia vbi opponitur compenſatio de debito in certum diem conceſſum miſerationis cauſa ad debitum purum,illa in dubio debet fieri,quia fauetur reo, & eſt benignior pars. Fulgoſ. conſil. 141.nu.2.ver.poſtremo.

22 Amplia, quia ſi pater promittat 10. pro filia, ſi poſtea ei leget animo compenſandi cenſetur legare,& quando ſecus.

Vide plene Soci.reg.4.Pater promittens,vbi limitat quinque modis,quos videas.

23 Limita.quia maritus donans vxori inter vivos cum iuramento,quę ſtatim valet,non præſumitur donaſſe animo compenſandi, quia eſt regulare, quod debitor ex contractu ſi confert aliquid ex liberalitate debitori non præſumitur animo compenſandi.Alex.plene conſ.7.Viſo inſtrumento.nu. 16.ver.reſtat,vt ſuper vltimo.lib.6.

24 Extende maxime,quando conſtante matrimonio donat maritus, quia non dicitur debitor dotis conſtante matrimonio.Alex.d. conſ.7.n.16. ver.& tanto fortius. lib.6.

25 Limita in legato facto creditori ſuo, quia ſi non eſt expreſſum, quod animo compenſandi legato, non fit compenſatio.Feder.de Sen.conſ.3.nu.9. & 10.ver.præterea cum ſit dictum.

26 Limita, quia nunquam legatum præſumitur factum animo compenſandi, quando fit creditori non legali ex cauſa neceſſaria,ſed ex cauſa voluntaria.Corn.conſ.292.n.4.ver.regula enim eſt. lib. 1.Alex.conſ.7.in fin.lib.6.

27 Extende,quia debitum voluntarium dicitur legatum factum per primum teſtatorem ab hærede,quia ſi hæres adeat,& faciat aliud legatum eidem legatario non cenſetur animo compenſandi, quia licet primum legatum largo modo dicatur legale,quia vltima volũtas dicitur lex, tamẽ quia eſt voluntarium per aditionem hæredis,& ideo nõ fit compenſatio.Corn.d.conſ.292.nu.4.& 5. lib.1. vbi declarat quando dicatur legale voluntarium, vel neceſſarium,& concordat in hoc Petr. de Anchar.conſ.26.in fin.ver.reſtat.

Vide.Debitum legale quando dicatur voluntarium,vel neceſſarium.Concluſ.57.

28 Extende limitationem etiam ſi vtrunque debitum conſiſtat in quantitate,quia non fit compenſatio cum debito voluntario. Corn.d.conſ.292.n. 5.ver.itaque omnes. lib.1.

29 Limita generaliter,quia in omnibus caſibus,in quibus fieri deberet compenſatio, fallit, vbi relinquitur, vel donatur, ſeu datur ex cauſa expreſſa,

Digitized by Google

ſa,& diuerſa a debito,quia tunc vtrunq. debetur, & non fit compenſatio. Alex.d.conſ.7. Viſo inſtrumento. n.18.ver.& ibi,in fi.ſubdit.lib.6.

Vide plenius. Legatum factum creditori non præſumitur animo compenſandi,& quando ſecus. Concluſ. 141.

Vide plene per Maſcar.Concluſ.133. Compenſatio an præſumatur.

Compenſationis exceptio quando dicatur reiecta. Concluſio. CDXCV.

1 EXCEPTIO compenſationis non dicitur reiecta,niſi expreſſe reiiciatur in ſententia, & ſit de ea cognitum,ideo oppoſita in iudicio exequutino, & reiecta poteſt per modum actionis in plenario iudicio cognoſci.

Vide. Exceptiones quæ nunquam dicantur excluſæ.Concluſ.381.

2 Extende,quia non impugnat ſententiam is qui vult in exequutione compenſare. Afflict. deciſ. 121.vbi late.

3 Imo exceptio compenſationis poteſt opponi etiã in cauſa dotis de quantitate ad quantitatem, etiam ſi lata ſit ſententia pro dote, & in inſtrumẽto dotali ſit renunciatum exceptioni compenſationis,etiam ſi in loco ſit ſtatutum,quod contra inſtrumentum dotale non poſſit opponi aliqua exceptio,quia poteſt opponi de mutuo ex inſtrumento poſteriori,quod mulier habuit ab hæredibus mariti,inter hæredes tam mulieris,quam viri. Afflict.d.deciſ.121.

Vide plenius.Compenſatio non admittitur multis caſibus.Concluſ.490.

Complices delicti qui præſumantur. Concluſio.

Vide Maſcar.Concluſ.335.Complices.

Componere aliquid in quacunque arte, & profeſsione laudabile eſt.Concluſ CDXCVI.

1 QVEMADMODVM triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti a Deo gratiam intellectus poſteris ſuis,ideſt ſtudioſis nihil ſcriptum dimittere,qui poſſint, velut hæredes intellectus aliqualiter conſolari. Bald. in procem.decre.incip.Initium.num.3.

2 Extende,quia qui in diſciplina aliqua diutius laborarunt adſtringũtur ex profeſſionis debito,quæ mente conceperunt inſtar ſeminis in lucem proferre. Bal.in prelud.fœud.col.1.& ibi Iaſ. in procem. col.1.apoſtil.ad Bal.in proœ.decret.in ver. addequod,& plenius Probus in addit. ad Ioa.Monachi d.procm.decret.nu.6.& per tot. vbi plurima pulchra,quæ videre poteris.

3 Nam intellectus noſter oritur, & occidit ad inſtar ſolis, quia vadit, reditur, & nunquam moritur, ſed ſuis vicibus occultatur.Bald.d.procm. decretal.num.3.

Compromiſſum quid ſit, & eius natura.Concluſ.CDXCVII.

1 COMPROMISSVM eſt ſpecies tranſactionis.Dyn.conſ.45.Queſtio quæ vertitur. n.2. &conſ.50.In quæſtione præmiſſa,n.7.ver.præterea compromiſsum, quod eſt verum quando eſt voluntariũ.Fulg.conſ.119.Super eo,quod primo.n.3.

Vide. Laudum arbitratoris non eſt ſententia, ſed quædam tranſactio.Concluſ.18.per tot.

2 Imo cõpromiſsũ eſt q̃dam trãſactio, ita vt ſicuti nõ valet trãſactio ſup re non dubia, ita neq.cõpromiſsũ,ita Alex.cõſ.22.Viſo inſtrum.n.3.lib.1. vbi apoſtill.in ver.trãſactio,dat conc. & declarat.

3 Declara,qa laudũ proprie eſt tranſactio quãdo fuit latum,& approbatũ a partibus,& ſic debet intelligi illud,quod dicitur compromiſsũ eſt quædã tranſactio, videlicet ſequuto laudo,& approbato. Dec.conſ.60.Viſo themate.col.3.vbi quod ante approbationẽ nõ eſt proprie tranſactio, & idẽ tenet. Soc.conſ.85.Viſo,lib.1.& conſ.66.lib.4.Purpur.in ru.C.de tranſ.n.89.Dec.poſt alios,quos allegat cõ fil.630.In cauſa, quæ rouocatur in dubium. col.1. Caccialup. tract. de tranſactio.quæſt.3,circa fin.

4 Extende in tantum compromiſſum eſſe ſpeciẽ tranſactionis,vt ſtatutum prohibens fieri tranſactionem comprehendat etiam compromiſſum per æquipollens.Caſtren.conſ.44.num.4.lib.1.

5 Maxime quando compromiſſum eſt de iure,&de facto,quia tunc tanquã q̃dam tranſactio debet impleri,& declarari.Fulg.conſ.116.Io.quondam. nu. 2.& conſ.202.in fi.vbi quod ex eo cenſetur remiſſa pœna,ſicut ex tranſactione. Caſtren.conſ.329. Quod Nanus,& Gorus,in fi.lib.1.

6 Si vero fiat coacte,puta mandante ſtatuto tale compromiſſum eſt ſpecies iudicij, quod redditur in inuitum,Fulgoſ.d.conſ.119,n.3,& in iſto habet locum euictio.

7 Extende, quia ſententia arbitri ex compromiſſo neceſſario electi vigore ſtatuti habet vim ſententiæ iudicis. Abb. conſ.72.Videtur primo, in fin.lib.2.

8 Declara, quia licet compromiſſum ſit quædam tranſactio,tamen proprie, & ſtricte non eſt tranſactio.apoſtill. ad Alex.d.conſ.22.n.3,ver.tranſactio.lib.1.vbi multos concor.allegat.

9 Declara, quia compromiſſum ſolum non dicitur tranſactio,ſed bene ſequuto laudo dicitur trã factio,quia laudum arbitratoris eſt quædam purificatio tacitę tranſactionis.Bal. in l.ſi quis ex conſenſu.col.2.C.de Epiſ.audien.num.4.Bar.conſ.37. Factum tale eſt,& conſ.159. Viſa quadam conſtitutione.lib.1.nu.4.verſi.in ſecundo eſt videndum, vbi apoſtil.in ver.quædam tranſactio,quæ allegat Alex.conſ.11.lib.7.hoc dicentem quando compromiſſum eſt de iure,& de facto,& ſic in arbitrum, & arbitratorem,prout Bartol. etiam ſic loquitur conſ.87.n.2.Caſtr.conſ.329. Quod Nanus, in prin. lib.1.vbi quod laudum dicitur implementum compromiſſi:& in fi.dicit quod compromiſſum de iure & de facto eſt tranſactio.

10 Et ideo ſi fiat compromiſſum ſuper controuerſijs occaſione diuiſionis, & ſequatur laudum cenſetur renunciatum diuiſioni, ita vt plus amplius ſuper ea fundari non poſſit.Bal.in l.ſi diuerſa ver. ex prędictis.C. de tranſactio.& in l. tale pactum.

§. qui prouocauit .ff.de pact. Alex. conſ.22.Viſo inſtrumento.col.2.vol.1.Feli.in c. cum olim,in fi. poſt Card. de præſcript.

11 Et idem quando pendente appellatione fit cõpromiſsũ quia ſequuto laudo,& eo ratificato partes cenſentur renunciaſſe appellationi, & primæ ſententiæ,Feli.in c. quod ad conſultationem col. 4.in fi.de appel.vbi dicit cõmunem * Ang.in.l.tale pactũ.§.qui prouocauit.1.lect.col. 2, ff.de pact,

12 Amplia quia compromiſſum eſt quædam alienatio. Vnde procuratores, tutores, & curatores pupillorum minorum abſq.iudicis licentia compromittere non poſſunt. Gemin. conſil. 68. in princ.arg.l.Imperatores.ff. de pact. Specul.in tit. de arbitr.§ 2.verſ.ſed quid de minore, & Bart.in l.non ſolum. C.de prædijs mino.

Vide. Minor compromittere non poteſt, & quando ſecus. Concluſio.250.

13 Reſtringe niſi eſſet compromiſſum neceſſarium ad quod minor poſſet compelli virtute ſtatuti, vt p Ale.in l.nõ videtur,C.de in integ.reſtit.min,

14 Voluntarium debet eſſe compromiſſum, quia de iure communi nemo compellitur, Alex. conſ. 80.lib.5.glo.& ibi Bart.in l.furti.§.qui iuſſu.ff.de ijs qui not. infam. Bald.in c.1. §. ſi quis quinque ſolidos.de pact. Caſtr. & Alex. in l. quidam extimauerunt.ff.ſi cert.pet.vbi etiam laſ.Corne.conſil.76.vol.1.& conſ.65.vol.4.Soci.conſ.121.vol.2. qui dicunt quod iudex non poteſt compellere partes ad compromiſſum. Bald.in l. ſi quis ex cõſenſu.C.de Epiſco. audientia,num. 3. vbi quod eſt ipſo iure nullum ſi per vim factum fuit.

15 Reſtringe quia ſi lis eſſet inter magnates, & eſſet periculum ne venirent ad arma, & immineret ſcandalum, quia compelli poſſunt compromittere, arg.l.congruit,ff.de offi.prætid. Auth. de mand. princi. §. res.

16 Reſtringe niſi diu lis durauerit, & non fuerit terminata per tex.in c.placuit 10. diſtinct.& not, Ant.de Butr. in c.1.de mutuis petitio. quæ iura allegat ad hoc Roma. conſil. 126. Conſiderato ad quid, & tenet Alexand. in l. æquiſſimum. ff. de vſufruct.

17 Reſtringe quando cauſa eſſet valde dubia, & non reperiretur deciſio caſus, & militarent hinc inde rationes, & fundamenta plura quia poſſent partes cogi ad compromiſſum. Anchar.conſ.111. Afflict.deciſ.149.ad l.ſi.

Vide.Opinio vna de pluribus controuerſis poteſt eligi,& quæ prævaleat. Concluſio.153.

18 Reſtringe in ſupremo Principe qui cogere poteſt partes ad compromiſſum, vt in c. cum inter,de electio.Alex.d. l. æquiſſimum.ff. de vſufru. Caſtr.& Alex.d.l.quidam extimauerunt.ff.ſi cert. pet.Fel.in c.quę in Eccleſiarum.nu.30.de conſtit.

Vide. Compromittere quando quis compelli poſsit,& à quibus. Concluſio.514.

19 Natura compromiſsi eſt ſtrictiſsima,ideo in eo non veniunt ea de quibus mentio non eſt facta. Dynus conſil. 45. per totum. Socin.conſ.10.Viſis actis.in princ.lib.1.& conſ.50.nu.6. & 7. ver.præterea certum eſt,1o.de Imol. conſ. 20. Viſo quodã nu. 1. & quod ſit ſtricti iuris, & non comprehendat niſi expreſſa.Roland. à Valle conſ. 28. nu. 34, & ſeq.libr. 4. allegat Alex. conſ.124.lib.2. Pariſ. conſ.4.nu.23.lib.1.& alios.

20 Extende maximè quando factum eſt in peritos electos.Rimin.Iun.cõſ.273.nu.81.& ſeq.per totũ.

21 Extende etiam ſi ſit cum clauſulis ampliſſimis, & iuramento, quia non extenditur niſi ad ſpecificata.Roland.d.conſ.28.lib.4. vbi plures citat.

22 Extende quia compromiſſo facto de ijs quæ infra octo dies deducentur, & probabuntur non comprehendit ea quæ fuerunt deducta vel probata poſt terminum compromiſſi, Soci. d.conſil. 20. in princ.lib.1.

Vide. Compromiſſum generale qualiter interpretandum,Concluſio 83.

23 Extendo quia compromiſſum non extenditur ad ea quæ ex vltima voluntate debentur,niſi de eis ſit facta mentio,& iuramentum non extendit conſenſum, Alex.conſ.48. In cauſa,num. 10. ver. item dum in priore, lib.7.

24 Extende quia compromiſſum de omnibus quæ occaſione litis pendentis coram certo iudice, nõ extenditur ad alia quæ non ſunt in illa lite, ideo laudum latum extra compromiſſa non valet in ea parte,1o.de Imol.conſ.10 per totum,

25 Extende quia compromiſſum factum ſuper ſucceſſione de iure cõmuni non comprehendit ſucceſſionem in parte de iure ſtatutario, Caſtr.conſ. 136.Viſo libello.lib. 2.

26 Extende,quia compromiſſum non comprehendit incognita,& ignorata. Dyn.conſ.50.nu.5.vers e contra videtur.

Vide, Conſenſus non trahitur ad ignorata,& incogitata, & quando ſecus.Concl.754.

Vide.Arbiter habet arctiſsimam poteſtatem. Concluſ.454.

27 Extende, quia compromiſsũ etiã generale nõ cõprehẽdit futura,ideo laudũ latum ſuper iis,de quibus nõ erat lis tẽpore cõpromiſsi tanquã latum ſuper non cõpromiſſis non valet.Ro.cõſ.88. Tribus rationibus,in pri.n.3.allegat.l.de ijs.ff.de arbi.& conſ.108.per to.plen.cõſ.155.vbi apoſt.in pri.Ale.cõſ.124.in cauſa,& lite.n. 5.& 6.li.2. plene Soci.conſ.120, Viſo cõpromiſſo:per to. lib.2.

28 Extende,quia ſi verba ſunt apta comprehendere futura intelligitur de futuris tantũ habẽtibus causã de præſẽti.Ro.d.cõſ.88.n.4.ver.nec.obſtat.

29 Extende,quia imo ſi compromiſsum loquatur de omnibus litibus pendentibus,& vertẽtibus:& quæ verti.poterunt in futurum non valet quoad futura, & laudum eſſet nullũ.Ro.d.cõſ.108.Idem in propoſitã.n.1.ver.aut volumus dicere.plenius Soc.d.conſ.210 n.2.li.2. ver.ad hãc obiectionem, vbi quod de ijs, de quibus non eſt lis non poteſt fieri compromiſsum,& idem dicit apoſtil.ad Ro. conſ.403.in ver.quæſtio eſt.

30 Vide tamẽ cautelã,quã dat Soc.d.conſ.210.n. 2.circa fi.li[illegible]quia dicit ſe conſuluiſſe cũ aliis, quod de ijs,de quibus vellent partes facere compromiſsũ prius deducãt ea in iud. & tũc valebit.

Vide.Iudicium ad præſentia non ad futura accommodatur.Concluſ.486.

31 Amplia,quia natura compromiſsi eſt,quia ſi in eo compromittentes aliquid renunciant,prout ſi rei iudicatæ renuucietur, tunc intelligitur ſi ſequatur laudũ,alias non præiudicat renunciatio. Alex.conſ.22.per tot.maxime in princ.lib.1.

32 Amplia, quia compromiſsum quantumcunq. generale non extenditur niſi ad proſequuta,ideo arbiter, vel arbitrator non poteſt laudare niſi ſuper proſequutis, & laudum generale debet reſtringi ad proſequuta tantum, & de quibus potuit laudari.Rom.d.conſ.108.per totum.

Vide.

Vide. Proſequutio iudicialis operatur multa. Concluſio.934.

33 Amplia, quia natura compromiſſi puta inter plures ex vna parte,& alios plures ex alia parte, non eſt cõprehendere differentias quæ eſſent inter dictos plures omnes ex vna parte inter ſeſe, vt per Bal.cõſ.309.Incip.cum eſſent plures,lib.1. ratio eſt,quia inter eos nulla cadit obligatio.Angel.conſ.66.Viſis dictis compromiſſis.Alex.conſ. 116.Dominus Antonius.lib.4.refert, & ſequitur Soci.conſ.284.in 1.col.vol.2.Anto.de Butr. conſ. 77. Viſis actis, & idem voluit Corne. conſ.63.in fi.vol. 2.

Vide.Compromiſſum alieno nomine factum. Concluſio.503.nu.12.& ſeq.

Vide.Laudũ arbitri,ex quibus nullũ.Concl.29.

34 Idem in reſcripto.Vide Reſcriptum de vno nõ extenditur ad aliud et quando ſecus. Concl. 212.

Idem in ſententia. Vide.Sententia lata contra vnum quando alteri præiudicat, vel non. Concluſio.174.

35 Declara,quia licet compromiſſum inter plures fratres ex una, & alios ex alia ſit quoad partes diuiſim,& coniunctim,vt dicitur,ſi tamẽ aſſignat vni parti communiter vel diuiſim, non eſt nullũ. Soci.conſ.284.col.2.lib.2.nu. 4.

36 Extẽde,vt procedat etiã ſi plures ex vna,& quilibet eorũ in ſolidum,& alij plures ex alia,& quilibet eorũ in ſolidũ cõpromitterẽt,quia d. clauſula bene operatur,quod tot ſunt cõpromiſſa, quot ſunt perſonę, & non vnicum compromiſſum factum ab omnibus, tanquam ab vno corpore, vt alias conſuluit D.Guid. Veſpuc. qui allegauit ad hoc,Angel.d.conſ.66.&facit Soci.conſ.284. incip. præſtantiſsime domine,col.2.uer.preterea, no.2. ſed tamen non inducit compromiſſum inter plures de vna parte,vt conſuluit idem Guid. Veſpuc. Anto.Strozius,& Lauren. de Colle,qui allegabãt ad hoc Ant.de Butr.conſ.77. Viſis actis, & vide Bal.d.conſ. 309.incip.Cũ eſſent tres fratres,lib.1.

37 Reſtringe,quia imo ſi duo cõſtituãt vnũ procuratorẽ ad cõpromittẽdũ, cẽſetur cõſtitutus etiã ad lites,quæ ſunt inter dictos cõſtituẽtes,ideo talis procurator poterit cõpromittere cũ altero ex dictis conſtitutis, & valebit compromiſſum. Caſtr.conſ.72.Dubitatio primi quæſiti,lib.1. vbi ad cõtraria reſpõdet,ſed dubito quod non ſit verũ,quia plus operaretur mandatũ quod eſt ſtricti iuris quam diſpoſitio principalis dñi niſi dicas quod ſunt termini diuerſi caſus precedẽtis abiſto, quia ibi in dubio hic in claris, eſt bene verum, quod non poſſet eſſe procurator ad lites actiue, & paſſiue,ut ibi Caſtr.quia iſtud non eſſet admiſſum in duobus procuratoribus conſtitutis per l. licet.§.ſi plures.ff.de procur.

38 Reſtringe,quia ſi pater,& filius contrahunt ex vna, & alius ex alia, cenſentur pater, & filius ſibi præſtare cõſenſum in iis,quæ ſunt neceſſaria.Soci.conſ.200.Quoniam ex forma ſtatuti.nu.1.uer. quarto videtur,lib.2.vbi idem de duobus alienantibus ex una rem prohibitam,vt inter ſe videantur præſtare mutuum conſenſum.

Compromiſſum ſuper quibus fieri poſsit,& an valeat alternatiuum.Concl.CDXCIIX.

1 COMPROMISSVM poteſt fieri per venditorem rei ſuper differentia ipſius rei etiam inſcio,& inuito emptore,& valebit laudũ latum contra compromittentem,quia licet non poſſit exequi ſuper re, exequetur ſuper extimatione.Bal.conſ.31. Proculdubio dictum compromiſſum,lib.4.

2 Et regula eſt quod compromiſſum fieri poteſt de omnibus,& ſuper omnibus quæ non apparent prohibita,quia eſt de genere permiſſorum, & qui dicit contrarium debet probare. Lanfranch. de Oriano.tract.de arbitr.quæſt.4.in fin.

3 Amplia,qa poteſt fieri cõpromiſſũ de pœnis maleficiorum de præterito ,ſecus eſt de futuro. Bal. cõſ.97.Proponitur quod,n.2.ver.ſuper alio,lib.5.

4 Limita,quia cauſa ſpiritualis prout an ſit vſura,uel ne,non poteſt cõpromitti in laicos. Caſtr. cõſ.210.Viſis,& põderatis,in prin.lib.2.per totũ.

5 Declara niſi eſſet ſuper vſura inducta de iure ſtatutario, uel ſuper pacto, ita quod cauſa poſſet per ſecularem cognoſci,quia tunc etiam in laicos poteſt cõpromitti.Caſtr.d. cõſ.210.lib.2.per tot.

6 Limita,quia non poſſunt compromitti ea ſuper quibus non poteſt tranſigi ideo ſicuti non valet tranſactio ſuper lite ficta,& ſuper re clara,l.1. ff. de tranſact.& in l.poſt rem,& in l.cum ij.§.ſi cum lis.ff.eod.ita etiam non poteſt fieri compromiſſum,vt DD in dictis locis dicũt,qui loquũtur etiã in arbitratore nec valet compromiſſum de re clara,l.ſi cauſa cognita.C.de tranſactio. Abb. & alij in c.expoſita,de arbitr.

Vide.Compromitti an poſſint ſemel laudata. Concl.500.

7 Limita,quia cõpromiſſum nõ cõprehendit ea, quæ non ſunt in rerum natura deducta prout ſuccedit ex fideicom.uiuente teſtatore,quia nõ cẽſetur de illis cogitatũ. Caſt.cõſ.126. Ego Paul. li.1.

8 Limita, quia non ualet compromiſſum ſuper ſucceſſione uiuentis,quia eſt quid turpe,ideo generalo compromiſſum nunquam extenditur ad turpia.Ant.de Butr.conſ.76.in prin.

9 Extende,quia laudum latum ſuper ſucceſſione uiuentis, neq. debet exequi etiam ſtante ſtatuto prout Florentiæ,quod non poſſit dici de nullitate,& quod exequi debeat,quia ſtatutum non loquitur quãdo deficit poteſtas arbitri, & compromittentium.Ant.de Butr.d.conſ.76.per totum.

10 Limita quoad ea quæ reſpiciunt modũ ſuccedẽdi.Bal.conſ.150.lib.5.Ant.de Butr.conſ.66.& 67. Bero.conſ.30.nu.20.& ſeq.& nu.30.lib.5.

11 Extende, quia non poteſt compromitti fideicommiſſum non purificatum, quia de eo non poteſt eſſe lis.Bal.cõſ.191.lib.2.Ro.conſ.88.&.108.& plenius conſ.155.& 403.

12 Extẽde,ut nõ poſſit fieri cõpromiſſum,neq.in arbitrum,neq.in arbitratorẽ.Ro.cõſ.155. in pri.

13 Reſtringe,quia imo poteſt trãſigi,& cõpromitti ius fideicom.purificandi etiã ſtante prohibitione quãdo fit poſt uocationẽ in iudicio,& pendente lite.Boer.deci.147.n.3.& n. 6. maxime per uiã arbitramenti quod eſt quædam tranſactio.

14 Alternatiuum compromiſſum fieri poteſt,& ualet,uidelicet in Titium ſi acceptauerit alias in Seium,quia Titio non acceptante ualebit in Scium. Bal.per illum tex.in l.item ſi unus,§.ſed ita ſit. ff. de arbitr.

Compromitti quæ non poſsint. Concluſ.CDXCIX.

1 PATRIA poteſtas inter patrẽ,& filiũ nõ poteſt cõpromitti,quia ſola liberalitate patris

debet potestas patria remitti.Bal.cons. 452. De patria potestate,lib.2.vbi quod neque valet laudum latum super prædicto compromisso.

2 Amplia,quia alimenta de futuro non possunt compromitti,sed de præterito sic.Ias.in l.cum ij, ff.de transac.& in l.de alimentis.C.eod.

3 Amplia,quia pœnæ delictorum de futuro compromitti no possunt,secus de præterito.Bal.cons. 97.Proponitur quod.nu.2.uer.super alio.lib.5.

4 Extende,quia super causa accusationis non potest fieri compromissum.Alex.cons.82.lib.1.

5 Extende,vt procedat siue causa sit mere criminalis siue mixta, vt quia pars pœnæ fisco, & pars priuato applicetur,quia magis dignum trahit ad se minus dignum,vt non possit compromitti.Alex.d.cons.82.d.n.7.lib.1.Lanfrãch.de Orian. tract.de arbitr.in 4.quæst. princ. col. 1. qui dicit quod alias colluderent partes in præiudiciũ fisci.

6 Extende,quia non potest compromitti in arbitrũ neq.in arbitratorem,quia non potest transigi,l.transigere.C.de transactio. quia compromissum de iure,& de facto dicitur transactio, vt not. in auth.si vero.C.de iudi.& est ratio,quia non valeret remissio partium in præiudicium fisci, ergo nec compromissum.Ias.in l.2. col. 4. in prin. uer pro hac parte.C.de iure emphyt.

7 Extende,quia non valet compromissum super causa criminali criminaliter intentata. l.non distinguemus.§.Iuliauus, & ibi Bar.ff.de arbitr.glo. in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de iis qui not.infa.

8 Et procedit etiam stante statuto compellente in genere ad compromissum de omnibus differentijs,quia non comprehendit causas criminales. Innoc.Io.And.& Abb.in c.irrefragabili.§.cæterũ, de offi.ordi.Marsil.in praxi,ver.expedita.nu.78.

9 Extende etiam, quando causa incalesceret criminalitati,puta si ageretur spolio de recenti facto contra conuentum interdicto vnde vi, vt per Aflict.dec.84.qui fatetur, quod causa criminalis ciuiliter mota potest compromitti.

10 Restringe quoad pœnam parti applicandam, quia cum pœna sit,& materia diuidua magis dignum non trahit ad se minus dignum,quod declara procedere quando agitur de pœna conuentionali,& sic ciuili,secus si de delicto, pro quo pœna fisco,& parti applicatur,quia si fideiussor, qui nõ deliquit conuenitur potest compromitti. Corne. cons.51.In hac consultatione,col.ñ.lib.1. & cons. 42.Plura quæruntur,lib.2.& melius,cons. 8. circa principium,in quarto dubio,lib.3.

11 Restringe,quia imo etiã quãdo agitur per viam actionis etiam pro pœna conuentionali in totum fisco applicanda non dicitur agi criminaliter,vel mixte,sed ciuiliter,vt per Bar.in l.cognitione, & in l.Gaius,ff.ad Syllania.Alex.cons.172.Super casu præmisso,lib.5.& maxime, quia non reperitur de iure prohibitum quod super conuentionali pœna non possit compromitti pro interesse priuatorum, & compromissum est licitum in omnibus causis nisi reperiatur expresse prohibitum. Lanfrach.de Oria.tract. de arbi.q.4.in fi.

Vide,Criminalis quando dicatur causa vel ciuilis.Conclusio.1083.

12 Restringe,quãdo causa criminalis ciuiliter mota esset,quia potest cõpromitti,vt per Abb.d.c. ir refragabili,c.cæterũ.ff.de off.ordi.Aff.dec.84.n.3.

13 Declara,quia causa meri imperij criminalis nõ potest cõpromitti in arbitrum,sed in arbitratorem bene valet compromissum si est tale crimẽ super quo possit transigi,iuxta l.trãsigere.C.de trãsactio.Ideo valet eo casu laudum,& cõpromissum alias non.Roma.cons.115. Viso compromisso, in princ.vbi apostil.in ver.firmat,vbi dicit Roman. prætata procedere si in specie sit factum super delicto,& pace,alias non.

14 Amplia, quia prohibita alienari non possunt compromitti.Lap. alleg.102.Car. Tabarel. cons. 95.Deci.con..281.idem Deci.cons.39.Iuridicam, col.2.ver.sicut ergo,& cons.445.In casus ad me,n. 25.Ripa lib.2.respons.c.7.col.4.idem Deci. cons. 281.nu.3.& cons.44.num.2.& 3. & cons.475.num. 4.& cons 502.n.3.Rom.cons.369.n.18. vbi plena apostilla.

15 Et de bonis minoris,quæ non possunt alienari quod non valeat etiam compromissum.Deci.dict. cons.39.nu.4.vbi quod neq.potest laudum ratificari,vt valeat nisi fiat cum decreto.

16 De bonis Vniuersitatis,idem Deci.cons.44.nu. 2.quia Vniuersitas non potest alienare.

17 De bonis Ecclesiæ.Deci.cons.381.n.3.&. Rom. cons.175.nu.3.

18 Exempta loca,quia iurant non alienare incõsulto Romano Pontifice non possunt compromittere eo inconsulto.Roma.d.cons.369. circa primum.nu.18.ver.tria autem, vbi apostilla in ver. compromittere,dat concord.

19 De bonis Monasterij.Roma.d.cons.369.nu.18. vbi plena apostil.in ver.compromittere. Cardin. Zabar.cons.95.Ad primum.col.fi.ver.ad aliud dubium,sequitur Deci.cons.44.nu.3.& seq. Roman. cons.175.Dictum vltimum laudum,nu.3.

20 De bonis alienari prohibitis per testatorem. Deci.cons.475.nu.39.& seq.

21 De emphyteusi quia non potest alienari sine consensu domini ita non valet compromissum in arbitrum,neq.in arbitratorem,& laudum non potest priuare emphyteutam iure suo.Ias.in l.fin. n. 119.C.de iure emphyt.Deci.cons.39,n.4. & cons. 44.per totum.

22 Amplia,quia causa status,& legitimitatis non potest compromitti sicuti neq. causa matrimonij.Roman.cons.262. Idem mihi concludendum, in prin. vbi apostil.in ver.non posse, & plenius, cons. 299.In proposita,in prin.vbi apostil.in ver. compromitti,dat.concord.

23 Extende,quia causa status,& legitimitatis non potest compromitti,siue agatur principaliter, sine incidenter.Roma.cons.299.nu.6.ver.præmissis tamẽ,ubi q̃ neq.in arbitrum,neq. in arbitratorẽ.

24 Contrarium,quod licet non possit compromitti causa status, uel matrimonij,seu legitimitatis principaliter bene potest compromitti incidenter,prout si principaliter agitur de successione, & testamento,incidenter vero de causa status, & quod licet in arbitrum non possit compromitti bene potest in arbitratorem.Roman.d.cons.299. in prin.ubi plura allegat,licet n.6.& seq. contrarium verius dicat.

25 Declara,quia non ualet cõpromissum in causa status siue incidẽter, siue principaliter intentata, siue fiat in arbitrũ,siue in arbitratorẽ quãdo extat statutũ,& una parti cõtradicit,ita declarat Rõ. d.cons.199.n.6.& seq.per totũ,ubi tollit cõtraria.

26 Amplia,quia causæ mixti imperij,prout est causa executionis legatorum compromitti non potest,plene Roma.d.cons.262.nu.4.uer.aut pete.

27 Extende etiam stante statuto,quod de omnibus

causis

cauſis fiat compromiſſum, quia debet intelligi de cauſis, de quibus poteſt compromitti ſecundum ius commune. Roma.d.conſ.262. vbi apoſtill.in ver.non comprehendatur.

28 Amplia, quia ea, quæ pendent à teſtamento non poſſunt compromitti, niſi viſis, & cognitis verbis teſtamenti. Dec.conſ.475.nu.39. vbi allegat Ang. conſ.318. Viſa narratione, & Alex.conſ.123. In cauſa, & lite. lib.2.

29 Contrarium videtur Soci.conſ.282.in prin.li.2. vbi videtur velle, quod non ſint neceſſaria verba, * ſi aliunde ſit cognitum, & dicit * communem. Ro. conſ.403.nu.10.& per totum, vbi pro vtraque.

30 Amplia, quia non valet compromiſſum ſuper delicto, & pace, niſi ſit ſpeciale, & in caſu, in quo licita ſit tranſactio ſuper lite. Rom.conſ.115. Viſo compromiſſo, in prin.& nu.2.ver.igitur videndum vbi apoſtill.in ver.videtur.

31 Et ideo compromiſſum quantumlibet generale non comprehendit delictum criminale, neq; cauſam pacis, neque ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, prout tranſactio. Rom.d.conſ.115.nu.2.

32 Amplia, quia de re ſpirituali in laicum poteſt compromitti, quando incidenter agitur de re ſpirituali, & ſaltem in arbitratorẽ, ſi non in arbitrũ. Ro.conſ.199. In propoſita, in princ. vbi maxime hoc dicit verum, quia coram arbitratore ſummaria cognitio fieri debet, & in ſummaria cognitione laicus poteſt cognoſcere de re ſpirituali.

33 Extende, quia imo procedit etiam ſi agatur de * re ſpirituali principaliter, prout eſt communis * opinio, de qua atteſtatur apoſt.ad Ro.d.con.199. in ver. In propoſita, quæ citat pro vtraque parte, * ſed plurim. pro iſta affirmatiua, & dicit * cõmunẽ,

34 Contrarium, quod nullo modo poſſit cauſa ſpiritualis compromitti in laicum, neque principaliter, neque incidenter. Roma. d.conſ.199. nu.6. & ſeq. vbi tuetur hanc partem, quam tenet Abb. in c. contingit, de arbitr.

35 Declara, quia contrarium procedit quando pars vna contradicit, ita Rom.d.conſ.199. nu.6. ver. præmiſſis tamen.

36 Declara, quia contrarium procedit in caſu ſtatuti, vel conſtitutionis laicalis, quia quantuncunque generaliter loquatur, non poteſt comprehendere cauſas ſpirituales, de quibus ſpecialiter diſponere non potuiſſent, ita Ro.conſ.199.nu.8.ver. ſecundo quia, vbi apoſt. in ver.diſponere, quæ citat concord.

37 Declara, quia contrarium procedit in cauſis matrimonialibus, quia prohibentur cognoſci per laicos, tam de iure Canonico. Ro.d.conſ.199. nu.8. ver.quod autem irrationabilis, quam de iure Concilij, vt per apoſt. ibi in ver.probibitum.

Compromitti an poſsint ſemel laudata. Concluſ. D.

1 COMPROMISSVM ſi eſt ſemel factum, & latum laudum poſſunt nihilominus partes eadem laudata iterum compromittere, & valet laudum ſecundo loco datum, & confirmari poteſt. Bald. conſ.331. Proponitur, quod inter ſocios, & conſ. 333. Conſiderato compromiſſo. lib.2. per totum. Rom.conſ.175. Dictum vltimum, in princ.

2 Contrarium, quia poſt rem iudicatam non poteſt fieri compromiſſum, vel tranſactio. l. poſt rẽ a vbi Bar.& alij.ff.de tranſact.& in l.ſi iam cognita. C.eod.Deci.conſ.39.nu.3.Ang.conſ.94.nu.6.verſ. non ergo ſufficit ſolo controuerſia facti. Bero. conſ.147.nu.2.& 4.lib.1.& conſ.187.nu.4. lib.1.

3 Declara, quia non poteſt compromitti res clara, niſi in ſpecie renuncietur, vel fiat mentio de re iudicata, quæ obſtaret. Deci.d.conſ.39.num.3. & ſequen,

4 Amplia, quia ſemel laudata per aliud compromiſſum poſſunt iterum compromitti. Ang. conſil. 66. Co. Robertus, per totum, vbi eſt caſus de compromiſſo facto ſuper re per laudum alias terminata, licet ſuper hoc expreſſe non alleget, quia præſupponit validum ex iſto capite, & idem Ang.conſil.203. Arbiter primus, per totum. Caſtrenſ.conſ. 315. Primo videndum.nu.2.in ſecundo dubio. lib. 2. qui hoc admittit, quãdo conſtat de mente compromittentium, quia de laudo fecerunt mentionem, & idem ſentit Rom.d.conſ.175.in prin.

5 Extende, quia valet compromiſſum ſuper deciſis per rem iudicatam, quando poſt rem iudicatã paſſę ſunt partes deduci iterum in controuerſiam ſemel deciſa, & poſtea de controuerſijs fecerunt compromiſſum, quia comprehenditur tunc, res iudicata iterum in controuerſiam deducta.

6 Si tamen controuerſia non eſt ſuper re iudicata, niſi ex vna parte, quia alia pars proteſtatur, & recuſat deduci in controuerſiam, tunc licet fiat compromiſſum, non tamen dicitur factum ſuper deciſis, quia proteſtatio conſeruat ius proteſtantis. Decia.conſ.72.nu.38.lib.2.

7 Declara, vt procedat quod compromiſſum non comprehendat ſemel deciſa per rem iudicatam, quando fuit facta proteſtatio, & pars, quę eſt proteſtata nihil fecit, ſed tamen tacuit, ſecus ſi actum politiuum poſt proteſtationem fecit diſputando de comprehenſis in re iudicata, ita Felin. in cap. inter monaſterium. nu.21.& nu.23. de re iudic. poſt Areti.conſ.73. qui hoc dicunt, & ita loquitur Decia.d.conſ.72.nu.38.lib.2.

8 Extende, quia ſi ſententia, quæ dicitur tranſiuiſſe in iudicatum ſit nulla non impedit compromiſſum, quia contraria de re iudicata valida habent locum. Felin. in cap. inter Monaſterium, nu. 40. de re iudicata.

9 Extende in tantum compromiſſum complectens rem iudicatam illam euertere, vt licet feratur laudum etiam nullum euaneſcit res iudicata transfuſa in laudum, vel compromiſſum nullum, & idem ſi confirmetur ſententia, quia eſt tranſfuſa in laudo confirmante ex nouationę, idem Felin.d.cap.inter Monaſterium, num. 40. de re iudicata.

10 Declara, quia licet valeat compromiſſum, & ſecundum laudum circa ſemel laudata, tamen ſi eſſet latum primum laudum purum, & poſtea feratur ſecundum ſuſpendens, vel tollens primum, videlicet, quia dicit, quod primum laudum non poſſit exequi, neque effectum habeat, niſi prout per arbitrum declarabitur, primum laudum remanet purum, & debet exequi, niſi ſequatur declaratio contraria, ideo data cautione de reſtituendo in caſu declarationis primum exequi debet. Ang. plene conſ.203. per totum, vbi multa hinc inde, & tandem ita diſtinguit.

11 Contrarium, quod ſi factum eſt compromiſſum, non obſtante primo laudo, ſiue fuerit laudatum etiam nulliter vigore ſecundi compromiſſi, ſiue non fuerit laudatum, primum laudum non

conualeſcat ex quo per copromiſſum ſecundum fuit ab eo receſſum. Caſtren. d. conſ. 225. In tertio dubio. num. 2. lib. 2.

12 Amplia, quia valet compromiſſum in quatuor arbitros cum facultate, quod duo ſoli concordes poſſint laudare, & laudata ſemel corrigere, quia ſi illi, qui ſemel laudarunt concordes præoccupando alios erunt concordes etiam in reformando, vel reuocando ſemel laudata hoc cenſetur permiſſum, ſecus ſi duo ex quatuor laudaſſent, & alij duo qui non laudarunt reuocaſſent, ſeu reformaſſent, quia non poſſunt. Caſtr. conſ. 225. Viſis, & conſideratis. lib. 1. vbi dicit, quod hæc eſt melior interpretatio, quia qui præoccupat in principali, præoccupat etiam in connexis, & dependentibus, & ne alij deſtruant facta ex rancore.

13 Extende maxime quando fuit facta inhibitio a iudice, quæ inficit eo magis ſi facta fuit ſub pœna nullitatis. Caſtr. d. conſ. 225. nu. 2. lib. 1.

14 Amplia, quia ſi factum fuit compromiſſum cum pacto, quod etiam veniant liquida, & non obſtantibus liquidis veniunt laudata, & emologata, quia clauſula ſuper liquidis eſt indefinita, & æquipollet vniuerſali, & ſic comprehendit liquida per ſententiam laudum, & conſenſum partium. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. prædio. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. Præfecti Vrbis.

15 Et quod imo vigore talis clauſulæ non veniat ſententia, quæ tráſiuit in rem iudicatam cum ea non poſſit compromitti, nec ſuper ea tranſigi, niſi prius renuncietur eidem, tradit Ro. conſ. 379. Et talis renunciatio debet fieri ſpecialiter dicendo nõ obſtante tali ſententia, vt per Bal. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. ſequuntur Caſtr. & Alex. in l. ſi cauſa cognita. C. eod. tit.

16 Amplia, quia facto compromiſſo, & lato laudo, ſi pendente reductione laudi fiat aliud compromiſſum, bene valet, ſed tamen ſi non ſequatur laudum ex ſecundo compromiſſo non eſt receſſum a laudo, & reductione pendente per ſecundum compromiſſum poſtquam expirauit. Alex. conſ. 63. In cauſa, & lite. num. 3. ver. ſolum reſtat videre, vſque in fi. lib. 3. & maxime in fi.

17 Limita tamen, quia in dubio compromiſſum generale non extenditur ad ſemel laudata, ſeu deciſa inter partes propter tranſactionem. Bal. conſil. 347. Super eo, in fi. lib. 3. Fulg. conſ. 119. in prin.

Vide. Compromiſſum generale quæ comprehendat. Concluſ. 519.

18 Extende, quia neque extenditur ad deciſa per rem iudicatam, ſeu ſententiam iudicis. Fulg. conſ. 119. n. 3. Bar. & alij in l. ſi diuerſa, & in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. per tex. in l. poſt rem. ff. eo. & in l. eleganter. ff. de cond. indebi.

19 Extende, quia in tantum compromiſſum generale non continet ſemel laudata, & deciſa per rem iudicatam, vt ſi feratur laudum ſuper laudatis erit nullum tanquam latum ſuper non compromiſſis. Caſtr. in l. poſt rem, in fi. ff. de tranſact.

20 Ratio eſt, quia ex quo compromiſſum fieri debet ſuper lite, & re dubia, arg. tex. in l. 1. ff. de tranſact. non poteſt comprehendere id ſuper quo eſt iudicatũ, quia eſt res liquida. l. res iud. ff. de re. iu.

21 Extende, quia procedit etiam ſi adſit clauſula, quod ſuper omnibus laudatis cenſeatur factum compromiſſum, quia non operatur quoad ſemel laudata. Bar. & Docto. in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. & in l. poſt rem. ff. eod. Alex. conſ. 12. nu. 2. lib. 1. ex quo enim per ſententiam res non poteſt dici dubia non poſſunt partes fingere rem dubiam, vt valeat compromiſſum, & laudum, quia lex reſiſtit poteſtati compromittentium. l. cum ij. §. ſi cum his, & ibi Ang. & Ias. ff. de tranſact. Caſtr. in l. 1. & ibi Ias. ff. eod. Ang. conſ. 66. num. 4. & conſ. 249. num. 2. ad fin. Deci. conſ. 39. num. 3. & hanc communem eſſe opinionem* dicit Soci. conſ. 282. num. 3. & 283. num. 5. & ſeq. lib. 2.

Vide. Compromiſſum generale quę comprehendat, vel non. Concluſ. 519.

22 Contrarium tenet Bald. & Angel. in d. l. 1. ff. de tranſact.

23 Extende, vt procedat etiam ſi in compromiſſo ſit iuratum, quia licet iuramentum ſuper trãſactione inualida interpoſitum faciat eam valere iuxta not. in l. ſi quis maior. C. de trãſ. tamẽ non eſt ſic in compromiſſo, quia compromiſſum, licet ſit quædã tranſactio, intelligitur ſequuto laudo, quia laudum eſt purificatio tacitæ tranſactionis ſecundum Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. col. 2. C. de Epiſco. audien. Bart. conſ. 87. Factum tale eſt, & conſ. 159. Viſa quadam conſtitutione, ideo interpoſitum ſuper compromiſſo non dicitur interpoſitum ſuper trãſactione, ſed bene procederet argumentum ſi ſuper laudo faceret valere in vim pacti, & tranſactionis licet non in vim laudi valeret iuxta not. in l. 2. C. communia vtriuſque iudi. & quia de natura iuramenti eſt, vt reguletur ſecundum naturam contractus ſuper quo iuratur. l. fi. C. de non nume. pecu. quia iuramentum ſupplet defectum ſolemnitatis, ſed non extendit conſenſum Bart. in l. ſi quis pro eo, in fi. princ. ff. de fideiuſ. Alexan. conſ. 28. lib. 3. Aret. conſ. 24. col. 2.

24 Extende, quia etiã ſi fiat compromiſſum de differentijs vertentibus inter compromittentes cauſa, & occaſione ſententiæ, & inde dependentium, & connexorum, non tamen ſententia ipſa venit in compromiſſo, vt omnia debeant initiari, quia imo præſupponitur extare ſententiã, vnde aliud eſt ſententia, aliud lis occaſione ſententiæ, iuxta text. in clem. cauſam, de electio. vbi commiſſa cauſa appellationis occaſione electionis non continetur electio, niſi vtrunque exprimatur, & quia compromiſſum eſt ſtricti iuris. l. diligenter. ff. mand. alias acceſſorium traheret principale, quod ſtat de per ſe contra not. per Docto. in l. & quia. ff. de iurif. omn. iudi. vbi Ias. & alias ſequeretur abſurdum, quod cauſatum traheret ad ſe cauſam, quod debet eſſe contrarium Cardin. in clem. 2. §. ab olim, de ſepult.

25 Contrarium Deci. conſ. 375. Iuridicam, quia ex quo ſententia eſt connexa litibus, quia lites a ſententia oriuntur, ergo, Rom. conſ. 369. Circa primum, in tertio dubio.

26 Reſtringe niſi in ſpecie fuerit renunciatum rei iudicatæ, vel niſi in compromiſſo fuerit dictum non obſtante re iudicata. Bart. & alij in l. ſi diuerſa, & in l. ſi cognita. C. de tranſact. per tex. in l. poſt rem. ff. eod. vbi communiter* Doct.

27 Limita, quia neque extenditur ad ſemel finita tranſactione, vel per tres conformes. Angel. conſ. 249. per totum. Fulgoſ. conſ. 119. Super eo, quod primo, in princ.

28 Extende, neq. ad diuiſa extenditur, quia diuiſio eſt tranſactio. Fulg. conſ. 119. in prin.

29 Limita, quia non valet compromiſſum de re tanquam litigioſa, cum tamen nulla eſſet lis de eadem

eadem re,quia erat finita per tranſactionem,vel per rem iudicatam.Angel.conſ.218. Viſa narratione,numer.2.ver.præterea eſt quia, vbi quod non poteſt eſſe tranſactio non poteſt fieri compromiſſum.Soci.conſ.220. Viſis, num. 2. & conſ. 283.Eleganter,nu.6.ver.præterea reſpondeo,lib. 2.late Ruin.conſ.10.nu.5.lib.4.

30 Extende multo magis quando fumus in iis, in quibus non poteſt eſſe lis tempore compromiſſi. Rom.conſ.155.in prin.vbi late apoſtil.

Vide.Compromiſſum ſuper quibus fieri poſſit. Concluſio.493.nu.6.

31 Limita, quia non valet compromiſſum de re quæ finem habuit per ſententiam quæ tranſiuit in iudicatum.Alexand.conſ.22.Viſo inſtrumento,in prin.lib.1.Deci.conſ.39.DD.in l.ſi diuerſa. C. de tranſact.vbi Bald.& facit tex. in l. ſi cauſa cognita.C.eod.Roma.conſ.155.Præmiſſum laudum,nu. 2.vbi apoſtil.in ver.cauſa cognita,& conſ.403.n. 5.ver.ſecundo quia,vbi apoſtil.in ver.quæſtio eſt. Alex.conſ.94.In cauſa,n,5.lib.2, & ſupra numer. 17.& ſeq.

32 Extende,quia imo compromitti non poſſunt deciſa per rem iudicatam.Iaſ.in l.1.ff.de tranſac. * & in l.poſt rem,vbi * omnes.C. eod. Alex.conſil. 34.num.2.lib.2.

33 Declara niſi ſit renunciatum rei iudicatę. Bal. in l.ſi diuerſa,nu. 5. C. de tranſact. Roman.conſ. 369.num.15.

34 Extende, quia non ſufficiunt clauſulæ generales.Caſtr.in l.ſi cauſa cognita,nu.4,C.de tranſac. vbi Alex.Angel.in l.poſt rem,nu,2.ff. de tranſact. & in l.cum ij.§. ſed cum lis.ff.eod. & ſi ſit dictum quod cẽſeatur lis ſuper omni eo ſuper quo fuerit pronunciatum.Deci.d. conſ.39.vide ſupra, n.21.

35 Reſtringe,niſi conſtet de voluntate partium, quod voluerint ſuper lite deciſa iterum iudicare,ita Peli.in c.inter Monaſteriũ,n.30.de re iudi.

36 Reſtringe,niſi in compromiſſo ſit renunciatum rei iudicatæ,puta quia fuit dictum non obſtante re iudicata.Alex.d.conſ.22.in prin.lib.1.& qualis debeat eſſe renunciatio.Deci.conſ.39.nu.3.& ſeq. & eſt ratio,quia fauori ſuo quilibet poteſt renunciare,l.pen.C.de pactis,in terminis Alex.conſ.vltimo,col.fi.lib.6. vbi quod renunciatio debet eſſe clara, & ad prædicta quod requiratur renunciatio.Roma.conſ.369.nu.15.vbi plena apoſtill. in ver.renunciatum, & conſ. 504. Quia dicit,nu. 7.vbi apoſtill.Alex.conſ.94.nu.5.lib.2.

37 Et ſatis dicitur renunciatum, quando in compromiſſo dicitur quod fit compromiſſum cauſa, & occaſione cuiuſdam inſtrumenti recognitionis debiti,vel occaſione laudi,vel ſententiæ latæ, &c. quia ſufficit.Roma.conſ. 369. Circa primum in tertio dub.Deci.conſ.375.col.2.

38 Declara tamen,quia talis renunciatio facta in compromiſſo non operatur aliquid ſi laudum nõ ſequatur.Alex.conſ.22.in prin.lib.1.

Vide plenius. Compromiſſum quando dicatur purum,vel conditionale. Concl.522.nu.6. & ſeq.

39 Declara,quia imo ſi factum eſt compromiſſum ſuper re finita per rẽ iudicatã non poteſt valere, niſi ſupponatur renunciatio, quia communiter valet argumentum de cõpromiſſo ad tranſactionem.Roma.d.conſ.369.nu.15.

40 Limita, quia non valet cõpromiſſum, vbi non valeret tranſactio,quia compromiſſum,& ſeu laudum eſt quædam tranſactio, ideo ſicuti non valet tranſactio ſuper hæreditate,vel vltima voluntate,niſi viſis,& cognitis verbis teſtamenti, ſed nec compromiſſum.Ang.conſ.218.nu.2.ver. præterea hic aduertendum.Roma.conſ.199.In propoſita,nu. 6. & ſeq. vbi quod non valet in cauſa tutelæ,in cauſa matrimonij,neq.in cauſa ſtatus,ſeu legitimitatis,quia ſuper eis nõ poteſt tranſigi, & idem dicit in cauſa ſpirituali.

41 Extende,vt idem ſit quando cõpromiſſum fieret de re non dubia.quia non valet ſicuti non valet tranſactio, quia compromiſſum eſt quædam tranſactio.Alex.conſ.22.nu.3.vbi apoſtil.lib.1.

42 Extende,quia ſicuti tranſactio non valet de re ſuper qua non eſt lis,neq.eſſe ſperatur,ita neque compromiſſum valet.Roma.conſ.88.nu.2.ver.ſecundo, quia,vbi apoſtil.in ver.ſperatur.

43 Limita, quia nedum liquida non veniunt in compromiſſo,ſed neq. poteſt quis compelli ad cõpromittendum liquida,vel iudicata,l.1. & l. poſtrem.ff.de tranſact.Bart.in l.ambitioſa,num.24.ff. de decret.ab ordi.facien.& in prima conſtit.C.

Vide, Statutum circa compromiſſum faciendum inter coniunctos.Concl.488.

44 Limita,quia neq.ſemel compromiſſa pendente compromiſſo poſſunt compromitti niſi arbitri videant primum compromiſſum, alias ſi non viſo compromiſſo primo feratur,laudũ illud erit nullũ,& hoc quando compromiſſum vltimũ fuit ſpeciale de tali lite,ſecus ſi fuiſſet generale de omnibus litibus,ut per Areti.conſ.68.Excell.domine, per totum.

45 Limita,quia non poteſt fieri compromiſſum ſuper inſtrumẽto liquido, & puro habente exequutionem paratam.Caſtr.conſ.91.nu.7. & ſeq.& conſ.429.Viſis,& conſideratis,in prin.lib.1.Ange. Areti,conſ.1.nu.5.& ſeq.uer.tertio uidetur, quia tanquam de iudicato fit exequutio.

46 Reſtringe niſi inſtrumentum habens exequutionem paratam ſit deductum in litigium, quia tunc poteſt compromitti.Angel.Areti.conſ.1.nu. 22.uer. nec obſtat tertium, cum ſeq. vbi quod ſi obſtant excepta,& petens exequi non habet prõptas probationes poteſt compromitti.

47 Declara,quia ſi is qui habet inſtrumentũ guarentigiatum obtinuit laudum,non poteſt pars cõdemnata allegare nullitatẽ,quaſi contra rem iudicatam,& inſtrumentum habens exequutionem paratã,ex quo contraria allegaret. Angel. Areti. d.conſ.1.nu.24.& ſeq. ver.præterea aduertendũ.

48 Limita,quia compromiſſum generale, & laudũ generale ſemper reſtringitur ad ea, de quibus eſt lis inter cõpromittentes,ff.de arbit.l.ſi cum dies. §.plenum.Rom.plene conſ.403.Pro deciſione, n. 5.& 6.uer.ſecundo,ubi apoſtil.in uer.quæſtio,reddit rationem, quia non poteſt compromitti de eo,de quo non eſt lis, neq. eſſe ſperatur, neq. ſuper re clara, & deciſa.

49 Limita,quia ſuper re clara,& liquida nõ poteſt fieri tranſactio,neq.compromiſſum.Ang. & alij, in l.2.C.de tranſact.Soci.conſ.22,nu.2.uer. ſed ad hanc obiectionem,& conſ.283.n.6.uer. præterea, lib.2.Bero.conſ.30.nu.19.libr.3.Roland. a Valle, conſ.57.nu.38.& 39.lib.2.

50 Extende,quia neque fratur. notario,uel partibus aſſerentibus contrarium.Abb.conſ. 89. num. 1.& 2.Cagnol.in l.2.num.82.C.de reſcind.uendi. deciſ.Pedemont.91.nu.6.

51 Reſtringe,quia etiam ſuper rebus liquidis, & claris

claris potest fieri compromissum quando partes hoc expresse dicunt, quia renunciãt, puta rei iudicatæ, vel laudo, vt iterum laudetur, Soci. cons. 27. per totum lib. 1. Ruin. cõs. 135. per totum maxime nu. 9. lib. 5. Dec. cons. 375. nu. 2. & in l. res iudicata nu. 4. ff. de reg. iur. Feli. in c. inter monasterium nu. 23. ver. nam similia limitantur, de re iudi. Dec. cons. 39. num. 3. & seq,

52 Et maximè procedit restrictio quando laudum executionè paratam habet, & est latum ab arbitratore, vt loquuntur præfati, & etiam quando adest ratificatio, & emologatio, vel compromissum est iuratum, Dec. cons. 215. Visa transactione circa fi. Pari. qui alios allegat cõs. 46. nu. 17. lib. 1.

Vide, Arbitramentum quando, & ex quibus nullum dicatur, Conclusio. 468.

Compromittere qui non possint, vel è contra. Concl. DI.

1 CLERICVS non potest compromittere maxime religiosus non habens administrationem, sine licentia sui Superioris. c. cum ad monasterium, de statu monach. Spec. in tit. de arbitr. §. restat, in fi. ver. sed nunquid clericus. num. 7. & Lap. alleg. 103. non potest clericus, in princ. & in fi. vbi ponit rationem, quia clerici non sunt domini rerum ecclesiasticarum, sed procuratores.

2 Amplia, vt clericus secularis possit compromittere sine licentia Episcopi. Lap. alleg. 103. non potest, in pri. quod intelligit Specula. in d. §. restat, in fi. tit. de arbit. quoad perpetuum præiudicium Ecclesiæ, cui præest, Feder. de Sen. cons. 94. per totum, vbi late, quod intellige respectu bonorum Ecclesiæ, secus respectu bonorum patrimonialium. Gemin. cons. 68. n. 2. ver. item non potest dicere, do consensu autem Episcopi bene valet compromissum. Ang. cons. 84. In causa prædicta, in princ. vide ad prædicta Io. And. in gloss. fin. in cap. peruenit, de arbit. gl. in c. Romana. §. 1. de foro compe. lib. 6.

3 Extende, quia rector, prælatus, & clericus super rebus Ecclesiæ, maxime prohibitis alienari sine consensu capituli, & auctoritate superioris nõ cõpromittit. c. cũ tẽpore, de arbi. vbi gl. fin. Hostiẽ. c. peruenit, de arbi. Soc. cons. 18. lib. 1. Alex. cons. 32. Opportune. lib. 2. Corn. cons. 57. in princ. lib. 3. Ro. cons. 369. vbi etiam quid si iurauit, & emologauit.

4 Amplia in vassallo, vt non possit compromittere sine licentia domini quoad concernentia preiudicium domini. Specul. d. §. restat. n. 6. ver. sed nunquid vassallus. tit. de arbi. vbi secus quoad respicientia damnum, & præiudicium solius vassalli.

5 Et quod non valeat compromissum de re fœudali sine licentia domini, quia qui non potest libere alienare non potest compromittere. Ias. cons. 168. num. 13. lib. 4.

6 Amplia in quocunque prælato, qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, quia non potest compromittere ex quo posset sequi alienatio. Lap. alleg. 103. n. 3. ver. hinc est.

7 Amplia, quia quis non potest pro alio compromittere sine mandato, & tale compromissum non obligat principalem, sed bene is, qui pro alio compromisit cum promissione rati tenetur ad interesse parti de suo. Gemi. cons. 96. in prin.

Vide. Compromissum ab alieno nomine factum quando valet, vel non. Conclus. 503.

8 Declara, quia tale compromissum factum a tertio pro absente cum promissione rati, &c. valet, quia tenetur de suo ad interesse. Angel. de Aret. cons. 1. num. 19. in fi. ver. nam negari.

9 Amplia in generali, & ordine Cruciferorum, quia non possunt compromittere sine licentia Papæ, cui immediate subsunt, ex quo non habent dominium rerum acquisitarum, sed solum vsumfructum ex priuilegijs Papæ, cuius est dominium ipsorum bonorum. Gemin. cons. 96. num. 2. versic. & idem patet, cum seq,

10 Extende, vt si Cruciferi compromiserũt suo nomine sine licentia Papæ, in tantum compromissũ est nullum, vt neque Papa possit illud de ordinaria potestate ratificare ad eorum vtilitatem, quia nomine Papæ non est compromissum. Gemin. d. cons. 96. num. 3. ver. nec Papa.

11 Amplia, quia filiusfamilias non potest compromittere etiam cum patre nisi sit emancipatus.

12 Restringe nisi compromissum fieret inter patrem, & filium super aduenticijs. Bal. & Castr. in l. arbitrorum. C. de arbi.

13 Amplia quia compromittere non possunt, qui alienare non possunt, quia per indirectum compromittendo potest deueniri ad alienationem prohibitam, ideo omnis actus prohibetur per quem deuenitur ad prohibitum directe, vel per indirectũ. Federic. de Sen. cons. 94. per totum, qui loquitur in bonis Ecclesiæ alienari prohibitis, vt de eis nec possit fieri compromissum, concordia, vel transactio sine solitis solemnitatibus.

14 Et ideo minor, qui non potest alienare quando habet curatorem sine curatoris authoritate, nisi cũ iuramento, ita nec poterit compromittere, nisi eo modo, quo potest alienare. Gem. cons. 68. in pri. Ang. Are. cons. 1. n. 16. ver. sed ijs non obstantibus.

15 Idem in pupillo, qui non potest compromittere etiam cum authoritate tutoris sine decreto nisi esset prouocatus quo casu, competit sibi restitutio. Ang. de Peru. Cons. 66. Co. Robertus, in pri.

16 Contrarium, quod imo impubes possit compromittere cũ authoritate tutoris etiã sine decreto. Sign. cons. 227. n. 2. vbi probat hoc modo, nõ potest trãsigere sine decreto, nec alienare, sed bene potest naturaliter, & ciuiliter obligari cũ sola authoritate tutoris, ergo valet compromissum.

17 Contrarium tenet Rolan. à Val. cons. 76. in pri. lib. 1. vbi quod eadem solemnitas, quæ requiritur in alienatione, vel transactione minoris requiritur in compromisso.

18 Declara, quia potest minor, & pupillus cum solemnitatibus requisitis super alienatione compromittere, alias non valet compromissum minoris, quia eo ipso, quod compomittit læditur. Castren. cons. 419. Visis, & consideratis. num. 3. & seq. per totum, ver. nunc videamus. lib. 1.

19 Amplia in fœudatario, quia sicut non potest alienare fœudum sine licentia domini, ita non potest compromissum facere super ipso fœudo. Bal. cons. 231. Orta guerra. n. 10. ver. secundo alia principali ratione. lib. 3.

20 Amplia, quia qui non potest transigere non potest compromittere, & in casu conuerso, qui potest transigere potest etiam compromittere. Hostien. in summa de arbit. Bar. in l. de pupillo. ff. de tutor. & curat. datis ab iis. Lanfranch. in tract. de compromisso. in 3. parte. n. 3.

21 Amplia, quia tutrix, vel tutor non potest compromittere de re pupilli quando non solem-

ſeruanit ſolemnia in ſuſceptione tutelæ. Roland. à Vall. conſ.76. in princ.lib.1. quæ autem ſeruanda ſint. Vide. Tutores tenentur. Concluſ.427. & inter alia dicit Rolan.vbi ſupra, quod debet mater renunciare Velleiano, & omni legum auxilio, & ſecundis nuptijs, & non ſufficit,ſi renunciaret poſt ſuſceptam tutelam alia die.

22 Extende,quia non poteſt compromittere de iure, & de facto, quia licet poſſit tranſigere, non tamen gratis remittere, ideo nec valet laudum ex tali compromiſſo. Roland.à Vall. d. conſ.76. nu.11.& ſeq.lib.1.ver.ſecundo etiam redditur, & quod non valeat compromiſſum de iure,& de facto,à tutore, vel curatore minoris ſine decreto iudicis. Bart. & Bald. in l.1. C.ſi aduer. tranſact. Angel.in l.Imperator.ff.de pact. Alexa. in l.ſi plures.ff.eod.tit.plures allegat Blanch.tract.de compromiſ.q.3.nu.57.Alex.conſ.ſi.nu.6.lib.6.

23 Extende, quia ſine decreto non valet compromiſſum tutoris,ſicut nec alienatio.Rolan.à Val.d. conſ.76.nu.16.ver.redditur & tertio.lib.1. Bar.in l.non ſolum.C.de prædijs minorum.

24 Et non ſufficeret, quod iudex interponeret authoritatem in compromiſſo,ſed requiritur decretum cum cauſæ cognitione, iuxta not. in c.cum ij.§.vult igitur.ff.de tranſact.

25 Nec præſumitur adhibita cauſæ cognitio, niſi probetur.d.l.cum ij.§.ſi prætor.ff.de tranſact. vbi Caſtren. & in conſ.89.Super eo,vbi fortius voluit non credi verbis notarij atteſtantis adhibitã fuiſſe cauſæ cognitionem, niſi aliter probetur, præſertim cum eodem die, & inſtanti, quo petitum fuit a iudice fuit per iudicem interpoſitum, ex quo in tanta temporis breuitate non potuit interuenire cauſæ cognitio.cap.cum ex litteris,de reſtit.in integrum,& not.Bar.in l. prolatam.C.de ſentent. Anchar.conſ.83.Viſis diligenter,& conſ. 256.in cauſa,& quæſtione, quod etiam ſequitur Areti.in l.ſi expreſſim.C.de appell.col.5.

26 Extende in tantum non poſſe tutorem compromittere de iure, & de facto ſuper bonis pupilli, vt ſi compromittat, & feratur laudum erit nullum, quia ſi nullum eſt compromiſſum, nullum quoque erit laudum.Bologn.conſ.6.nu.2.

27 Declara,quando vigore compromiſſi poteſt ſequi alienatio quia requiritur decretum,vt dicunt prædicti Docto.alias ſecus. Rom.conſ.166.Viſo diligenter, ratio, quia qui non poteſt alienare, non poteſt compromittere, vt ſequatur alienatio. c. cum tempore,de arbitr.vbi Docto.

28 Reſtringe, niſi ſtatutum arctaret ad compromittendum,quia tunc valet ſine decreto. Alex. in l.non videtur.C.de in integr.reſt.mino.l.ſi plures. ff.de pact. vbi Docto.

29 Contra reſtrictionem facit, quia tale ſtatutum recipere videtur interpretationem à iure communi, ideo requiritur decretum. gloſ. in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan.

30 Reſtringe, niſi tutor pro bono pacis pupilli cõpromitteret:qa non poteſt de iure,& de facto ,p rebus pupilli cõpromittere. Ang. in l.Imper.ff.de pact.Iaſ.in l.ſi plures,poſt Ale.ff.eo.in lectura,quã facit ad l.& ſuum.§.hodie.ff.de pact.Deci.in l.pactum curatoris.n.4.C.de pact.Alex.in l.iuſiurandi.nu.3.ff.de iureiur.& conſ.ſin.nu.6.lib.6.Blanch. tract.de compromiſ.quæſt.3.nu.57.

Vide. Pax,& pacis cauſa.Concl.173.

31 Amplia,quia curator hæreditatis iacentis non poteſt facere compromiſſum voluntarium, ſed bene compromiſſum neceſſarium ex forma ſtatuti. Ang.conſ.192. Quæritur,in fin.Deci.conſil.22. Et pro tenui.col.2.ver.ſecundo non obſtat.

32 Amplia, quia non valet compromiſſum factum à procuratore falſo, etiam ſi poſtea idem conſtituatur procurator ad compromittendum, quia ratificando compromiſſum à ſe falſo procuratore factum nihil facit, ſecus ſi tanquam negociorum geſtor compromiſiſſet, quia ſuperueniente mandato poſſet ratificare, & valeret ex die confirmationis.Bal.conſ.340.Quidam conſtituerunt. lib.3.

33 Amplia,quia ſerui, & alij inhabiles non poſſunt compromittere. Ang. Areti.conſ.1.nu.16. verſ.ijs non obſtantibus.

34 Limita ,quia licet mulier non poſſit contrahere ſine certa ſolemnitate, ſic nec compromittere, ſi tamen cum iuramento compromittat valebit compromiſſum, quia ſtatutum non diſponit in caſu iurato. Alex.conſ.27. & conſ.59.lib.1. & conſ.29.lib.3.& conſ.71.lib.7.

35 Limita,quia valet compromiſſum, & laudum inde ſequutum,& adiudicatio bonorum immobilium minoris cum interuentu officialium pupillorum non ſeruata forma ſtatutorum particularium ſub rubrica 123.Florentiæ quando ſumus inter perſonas coniunctas, inter quas compromiſſum debet omnino fieri per ſtatutum de compromiſſis.lib.2.rubr.66.quia dicitur alienatio neceſſaria, quia minor cogi potuit.

36 Limita, quia omne pactum compromiſſum, & tranſactio facta ſine ſuperioris authoritate iudicatur perſonalis, & non perpetua, ideo non obligatur Eccleſia, vel ſuperior. Feder.de Sen. conſil. 94.Caſus talis eſt,nu.1.ver.& generaliter.

37 Limita, quia bene poteſt curator hæreditatis iacentis, vel pupilli compromittere quando ſtatutum arctat ad compromiſſum. Ang. conſ. 192, Quæritur, in fin. Decia. conſil. 22. Et pro tenui. colum.2.ver.ſecundo non obſtat,qui loquuntur in omni adminiſtratore.

38 Declara, vt procedat quando res pupilli eſt dubia, ſecus ſi clara, quia non poſſet fieri tranſactio neque compromiſſum. Bart.& Iaſ.in l.nulli. ff.de tranſactio.

39 Limita in patre legitimo adminiſtratore filij impuberis, quia poteſt compromittere, & tranſigere ſuper re immobili dubia. Bald.in l. 1.num. 2.C.de bon.mater.Crauet.conſ.74. Michael Matthæi.nu.1.Alexan.conſ.171.Viſo proceſſu.num.9. lib.2.vbi concord.allegant.

40 Extende etiam ſine decreto iudicis. Alex. in l. præſes.C.de tranſact.in fin.

41 Reſtringe, quia ſicuti pater non poteſt rem pupilli donare. l. 1. C. de bon. matern. ita non poteſt compromittere, vel tranſigere de re clara filij pupilli. Bartol. & Iaſ. dicta l. nulli. ff. de tranſaction.

Vide. Compromiſſum ſuper quibus fieri poſſit. Concluſ.498.

Vide. Compromitti quę non poſſint. Concluſ. 499.

Com-

Compromiſſum factum ab Eccleſia, Vniuerſitate, vel Collegio quando valeat, vel non: Concluſ. D II.

1 COMPROMISSVM valet, & poteſt fieri ab vniuerſitate, vel collegio. Bald.conſ.251. Viſo quodam arbitramento. lib.2.

2 Extende, quia valet compromiſſum factum à ſyndico vniuerſitatis cum libera. Alexan.conſ.22. Viſo inſtrumento, in princ. lib.1.

3 Declara, quia non valet compromiſſum factum à ſyndico, vel alio habente etiam adminiſtrationem cum libera, quando fieret cum renunciatione iuris vniuerſitatis, quia qui non poteſt donare, neque poteſt ius remittere, licet non clarum. Alex.d.conſ.22.per totum.lib.1.

4 Amplia, quia valet compromiſſum factum à maiori parte capituli, vel vniuerſitatis, ac ſi omnes interfuiſſent. gloſ.in cap.1. de ijs, quæ fiunt à maiori parte capituli, facit l. quod maior. ff. ad municipal.

5 Amplia, quia valet compromiſſum factum à Rectore Eccleſiæ de bonis prophanis Eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi in duos laicos, & in euentum diſcordiæ in Epiſcopum. Angel.conſ.84.In cauſa prædicta, in princ.

6 Amplia, quia compromiſſum factum ab vniuerſitate, & deputatis valet, & non expirat, licet deputati, qui compromiſerunt finiuerint officium, & alij loco eorum ſint ſubrogati. Caſtr.in l. proponebatur. ff.de iudi. l.ſi grege. ff.deleg.1. quod intellige quando factum eſt compromiſſum ſuper pertinentibus ad vniuerſitatem alias ſecus.

7 Limita, quia non valet compromiſſum factum ab vniuerſitate, vel collegio, vno contradicente. Feder.de Sen.conſ.100.nu.5.in fin.

8 Limita, vt imo compromiſſum factum à collegio, vel vniuerſitate re integra poſſit ab vno ſolo reuocari, ſicut ab vno ſolo poteſt impediri. Fede. de Sen.d.conſ.100. Factum tale eſt.nu.5.in fin.

9 Limita, quia in ijs, in quibus poteſt ſequi præiudicium ſingulorum, puta in compromittendo nemus, vel paſcua, in quibus ſinguli poſſunt ire, omnes debent conſentire, & non ſufficit maior pars, niſi certis caſibus; vt per Canon. in cap. cum omnes, de conſtit. Soci.conſ.45.col.fi.lib.1.

10 Extende in tantum, quod eo caſu non ſufficit factum compromiſſum per maiorem partem, etiam nomine aliorum præſentium, & non contradicentium, quia tali caſu taciturnitas non habetur pro conſenſu. Abb.in cap.in cauſis. col.2. circa med.de elect.

Compromiſſum alieno nomine factum quando valeat, vel non. Concluſ. D III.

1 COMPROMISSVM factum per Titium nomine Seij, pro quo de rato promiſit, ſi feratur laudum contra Seium non illi nocet ſi ratum non habuit, quia dicitur res inter alios acta. cap.per tuas, vbi Abb. in 2. not. de arbitr. text. iuncta glo.in cap.qui ad agendum, de procur.in 6.

2 Extende, vt procedat etiam in eo, qui habet mandatum generale, quia ſi facit compromiſſum nomine procuratorio cum promiſſione de rato non obligat principalem, ex quo requiritur mandatum ſpeciale. Soci.conſ.18.nu.37. lib.1.vbi late, quia vbi requiritur mandatum ſpeciale non ſufficit cautio rati. Salyc.in l.exigendi. C.de proc.

3 Si tamen ſequuta eſſet ratificatio bene valeret. gloſ.in l. Paulus. ff.de probat. Lanfranch.tract.de arbitr.in 3.quæſt.

4 Extende, quia compromiſſum factum à marito ſuper re, vel dote vxoris non valet in præiudicium vxoris, & laudum latum eſt nullum quoad vxorem. Caſtr.conſ.465. Viſo laudo.nu.2.lib.1.

5 Extende, vt procedat etiam ſi compromiſſum eſſet neceſſario faciendum vigore ſtatuti, iuxta not. in l. nouiſſime. ff. quod falſo tut. Iaſ.in l.2. C.de tranſact. Feli.in c.cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & licet tutor poſſit neceſſarium facere compromiſſum. Alex.in l.non videtur. C. de in integr. reſtit. mino. tamē non procedit æquiparatio mariti ad tutorem, qui habet à lege liberam, iuxta not. per gloſ. in l.mandato generali. ff.de procur. Bart. in l.inter bonorum. ff.de admi.tut. Iaſ.in l.pactum curatoris. C.de pactis, quam non habet maritus.

6 Amplia, quia compromiſſum vt valeat nomine alieno requiritur ſpeciale mandatum in individuo. Specul.tit.de procur.col.4. gio.in c.qui ad agendum, de procur.in 6. Abb.in c. per tuas. col.2.ver.nota ſecundo, & tene menti, de arbitr. & per Alexan.conſ.22.col.1.lib.1.& conſ.129. Præterea. col.1.eod. lib. Deci.conſ.60. vbi, quod ſpeciale dicitur quando adeſt clauſula ad compromittendum, & in conſ.20.col.pen. ver.nam mandatum, vt dicit ita conſuluiſſe Caſtr.conſ.75. Super dubio primi quæſiti, eſt conſ.72. Dubitatio primi quæſiti.col.1.lib.1.& idem Caſtr. & Iaſ.in l. tranſactionis placitum. C.de tranſact. Socin.conſ.18. lib.1. Corn.conſ.148.lib.1.

Vide. Mandatum ſpeciale requiritur multis caſibus. Concluſ.52.

7 Extende, quia ſi mandatum ſpeciale non interuenit in compromiſſo, tam compromiſſum, quam laudum eſt nullum. l.in cauſæ. ff.de procur. l.licet. C.eod. l.licet. C.de iudi.

8 Extende, quia mandatum ad compromittendum non extenditur, vt compromittat liquida, & laudata. Deci.conſ.39. col.5. ver.ſed iſto caſu, & ratio videtur, quia in tali mandato non veniunt, niſi ea, quæ ſunt de conſuetudine. Bartol. in l. ſi prius. §.1. ff.de acquir.hæred. & l. ſi.in fin.princ. ff. de ijs, quę in fraud.credit. Rom.conſ.114. Viſis ſupra conſultis, in 2.dubio.

9 Imo non poteſt procurator ad compromittendum prorogare compromiſſum ſine ſpeciali mandato. Bald.per illum tex.in l.ſi in lege. ff. locati, in princip.

10 Extende, quia mandatum ad compromittendum non extenditur, vt poſſit procurator approbare laudum abſq; ſpeciali mandato ad ratificandum. Bald.in l.fin. C.de annali except. maxime quando agitur de magno prejudicio domini per ratificationem, quæ facit poſtea valere laudum in vim pacti, & tranſactionis, vt per Bart. in l. ſi expreſſim, in 2.q. ff.de appell.

11 Idem ſi mandatum eſſet ad compromittendum ſuper litibus, & arbiter laudaret ſuper eo, quod non

Digitized by Google

non est sit non valeret emologatio laudi facta ab eodem procuratore.Corn.consil.293.Multa in dubium afferuntur,lib.3.

12 Extende, quia mandatum ad compromittendum non est sufficiens,vt procurator possit compromittere in facto proprio, vel in causa in qua habet interesse.l.creditor.§.Lucius,& l.si tibi mã dauero.§.si tibi centum.ff. mand. ex quibus iuribus fuit alias consultum per d.Octauium Nicolinum, quod si ſtãtibus pluribus fratribus vnus ex eis contulit mandatum in alterum ad recipiendum,& confitendum omnes,& singulas dotes cuiuscunq.fratris sui dicti constituentis, quod non obstantibus talibus verbis amplius non poterit ille confiteri dotem,& obligare bona constituentis pro vxore propria.

Vide.Compromissum quid sit,& eius natura. Concluſio.497.n.33.

13 Restringe, quando procurator haberet generalem administrationem cum libera,quia potest cõpromittere,l.transactione.C.de transactio.c. qui ad agendum,in fi.de procur.in sexto.

14 Restringe,nisi esset procurator in rem suam.Io. Andr.d.c.qui ad agendum de procur.in 6.glos.fi.

15 Amplia,quia compromissum factum per aliquẽ nomine proprio ac vice, & nomine aliorum pro quibus de rato promisit. &c.si non fuit ratificatum antequam feratur laudum respectu eorum laudum est nullum;etiam si vellẽt ratificare,quia extrema non sunt habilia,l. bonorum, ff. rem ratam habe.vbi Bart.& Castrens. Alex. consil. 124. col.4.ver.tertia ratione,lib.2.& ita alias fuit consultum per D.Dominicum Bonsium,& d.Benedictum de Accoltis.per l.1.in fin. iuncta glo. ff. de appel.recip.& l. quid ergo,in princ. ff. de iis qui not.infam. vbi Bald. in quibus iuribus habetur, quod ratificatio debet fieri infra tempus, intra quod actus potuit fieri, & alias postea facta non valet.l.fin.ff.rem ratam habe. vbi Bartol.& dicto consilio se subscripsit d.Petrus de Exio,pro quo facit quia quandiu est in potestate ratificantis expectare si laudum feratur pro eo,& ratificet,& si feratur contra eum non ratificet, claudicat iuditium quod esse non debet,vt per Moder.in cap. causam,extra de iudi.& in l.si tutor.C. in quibus causis in integr.restit.quod bene procederet data scientia domini secus eo ignorante,quia cessat ratio, & non videretur in aliqua malitia, & ita arguit Angel.Aretin.consil.1.in prin.licet numer.19. declaret.

16 Contrarium opinionem in terminis tenent Ancha.consil.123.& idem voluit Fulgos.consil.144. vbi allegat idem consuluisse Nellum,in consil. incipi.An compromissum,& idem tenet Corn. consil. 239.lib.1. c. per tuas.vbi Docto.de arbitr.& vbi est casus legis non videtur dubitandum,& notabiliter respondent ad l.bonorum, & ad alia, quæ in contrarium solent allegari, & in contrarium opponi.

17 Declarat Angel.Areti.consil.1.nu.18.& seq.ver. nec obstant obiectiones,quia si is qui fecit compromisſũ promisit de rato,&c.& quia etiam nõ se quuta ratificatione tenetur ad interesse valet cõpromissum,& isto casu ratificatio fieri potest post laudum,vt acquiratur ratificãti, secus si laudum, & compromissum esset nullum, quia de rato non esset promissum,tunc lato laudo expiranit tempus compromissi,& ratificatio non valet extra tẽpus quando agitur de cõualidando cõpromisso.

18 Restringe, quia bene valet compromissum factum per maritum de rebus vxoris, quia habet liberam administrationem absq.alio mandato,& maxime si promisit de rato.Angel. Areti. consil.1. num.17.& seq.

Compromitti in quas personas possit,vel non.Concl.DIV.

1 COMPROMISSVM non potest fieri in fratrem ordinis Minorum,& factum nõ valet, neq.laudum ab eo latum.Bal.consil. 42. Compromissum fuit.lib.1.

2 Extende,quia non potest compromitti in Monachum,quia habetur pro mortuo,nisi de licentia superioris.Anchar.consil. 6.in prin.quod declara vt ibi nu.6.& 7.

3 Amplia,quia non valet compromissum in vnũ, vel plures arbitros, vel arbitratores cum pacto quod teneantur laudare,prout declarauerit Monachus certus ordinis Minorum.Ange. consil.272. Primus punctus est.per totum.

4 Extende,quia neq.valet compromissum in personam certe personæ cum pacto quod teneatur pronunciare secundum consilium,vel votum alterius,quia non valet quando pactum non potest separari in arbitro,vel arbitratore,secus in iudice. Angel.d.consil.272.per totum.

Vide.Captatoria voluntas quæ dicatur. Concluſio.62.

5 Amplia, quia in Sacerdotem non potest fieri compromissum,adeo,vt si esset tempore compromissi laicus,& durante compromisso efficiatur Sacerdos expirat compromissum. l. non distinguemus.§.Sacerdotio,& ibi Docto.ff.de arbitr.

6 Et quod non valeat compromissum in personas inhabiles,prout in Sacerdote,& similibus. Angel. Areti.consil.1.n.16.uer.secundo quod electi.

7 Amplia,quia non valet compromissum in iudicem ordinarium,tanquam in arbitrum, sed bene tanquam in arbitratorem.Ias.in auth.si uero contigerit ad fin.C.de iudi.Castr.in l.1.§.& post,operis.ff.de nou.oper.nunciat,& uidetur esse * communis opinio,Cast.consil.303.Glossæ iuris ciuilis, in fi.lib.2.

8 Contrarium quod etiam valeat cõpromissum in iudicem ordinarium,tanquã in arbitrum.Abb. in c.cum tempore,ad fi.de arbitr. sequitur Deci. in l.& si Prætor,in 3.not.ff.de offi.eius.

9 Declara,quia Florentiæ extat lex municipalis quod non possit fieri compromissum in iudicem ordinarium.

10 Declara,quia de iure procedit ampliatio, sed de facto seruatur opinio cõtraria Guidop.dec.69.

11 Limita, quia si cõpromissum esset factũ in tres personas,inter quas erat frater ordinis Minorũ, quia si esset dictum valere cõpromissum, & laudũ latum per duos ex tribus, & adsint alij duo habiles ualet laudũ latũ per omnes tres incluso inhabili,quia in hoc non vitiatur laudũ,quia tertius abundat.Bal.d.consil.42.per tot.ubi est casus,li.1.

12 Limita,quia compromissum factum in iudicem siue ciuilem, siue criminalem ualet. Angel. consil. 118.Visa narratione,nu.2. uer. & quod dictum compromissum, ubi tenet etiam quod iudices non essent competentes compromittentium.

13 Limita, quia compromissum potest fieri, &

factum valet,item in famulum, item in agnatum. Ro.conſ.68. Viſis mihi propoſitis.num.4.in fi.cum ſeq.ver.non enim obſtat primum.

14 Contrarium videtur tenere in famulo, idem Ro.d.conſ.68.in princ.vbi quod præſumitur arbitrari ſecundum iuſſum domini ſui, quia geſta ab eo, qui alienæ ſubditus eſt poteſtati,domini voluntate geſta præſumuntur.

Vide.Arbitri,& arbitratores eſſe,qui poſſint,vel non.Concluſio.447.

Compromitti quæ cauſæ non poſſint in laicum. Concluſio. D V.

1 CAVSA mere ſpiritualis non poteſt compromitti in laicum etiam authoritate ſuperioris,nec cauſa Eccleſiaſtica.c. contingit, de arbitr. Socin. conſ.18.Proſequendo ordinem.num.32.in fi.cum ſeq.ver.circa ſextam,& vltimam,vbi quod Moniales, Abbatiſſæ,& perſonę Eccleſiaſticę non poſſunt compromittere in laicum ſuper bonis Eccleſiaſticis,ſed bene ſuper bonis proprijs, & quod * eſt communis*opinio. lib.1. & maxime ſine conſenſu capituli.

2 Reſtringe ſi eſſent admixti clerici cum laicis, quia valeret compromiſſum in arbitros mixtos, videlicet clericos,& laicos, ita Ro. conſ.173.Pro deciſione,circa princ.ver.aut compromiſſum,vbi apoſtil.in ver.non ad mixtis.

3 Amplia,vt nec cauſa ſpeciali annexa poſſit compromitti in laicum, etiam de licentia ſuperioris. Lap.alleg. 103.non poteſt,in princ.allegat.c.contigit.& c.per tuas,de arbit.

4 Extende, quia cum decimæ ſint quid ſpirituale non poteſt fieri compromiſſum in laicum per Eccleſiaſticum ſuper decimis Eccleſiæ, ita iura, quæ allegat Ang.Aret.conſ.29.Quantum ad primam. nu.24.& ſeq.ver.quantum ad tertiam.

5 Declara tamen ſecus eſſe quando decimæ iam ſunt laicis infeudatæ, quia reſpectu commoditatis decima cadit in laicum, ideo valet compromiſſum in laicum,& laudum,maxime quando fuit approbatum,quia valet in vim pacti. Angel. Aretin dicto conſil.29. num.27.ver.ſed tamen ijs non obſtantibus.

6 Ratio eſt, quia Epiſcopus non poteſt iura ſuæ Eccleſiæ in aliquem laicum remittere. Lap.d.alle. 103.nu.3.verſi.& poſito; item,quia prælati rerum Eccleſiaſticarum non ſunt domini,ſed procuratores,vt idem Lap.d.alleg.103.in fi.

7 Amplia,quia cauſa beneficialis, videlicet tituli beneficij non poteſt compromitti de facto ſine iuriſdictione ſuperioris, quia beneficium non poteſt detineri ſine canonica inſtitutione. Gemin.conſ. 109.in princ.

Vide. Beneficialis cauſa habet multa ſpecialia. Concluſ.84.

8 Amplia,vt non poſſit compromitti cauſa Eccleſiæ ſpiritualis, vel quaſi,in laicum,etiam ſi in ſpecie compromiſſum non eſſet de re ſpirituali, ſed generaliter de omnibus,quia ſub generalitate non venit cauſa ſpiritualis in laicum compromiſſa. Feder.de Sen.conſ.125.Super eo,in prin. vbi hoc extendit etiam ſi compromiſſum eſſet iuratum,quia non valet tale iuramentum.

9 Limita,quod bene poteſt Epiſcopus committere cauſam ſpiritualem cõſulendam laico,quia conſilium neceſſario non obligat. Lap. dicta allegat. 103. numer. 2. veſicul. ſed committere ad conſilium.

10 Limita, quia bene poteſt cauſa clericorum, & inter clericos reſpectu temporalium,& patrimonij ſui compromitti in laicum,& valet compromiſſum,Feder.de Sen.d.conſ.125.in princ.& idem tenet Rom.conſ.173.in princ.Soci.d.conſ.18. Proſequendo,num.34.& ſeq.lib.1.

11 Extende,quia imo poteſt cauſa Eccleſiaſtica ciuilis,quæ non reſpicit Eccleſiam, ſed commodum clerici compromitti in laicum,& valebit laudum a laico proferendum.Rom.d.conſ.173.in princ. & ſi reſpicit Eccleſiam valet compromiſſum in laicum reſpectu præiudicij clerici compromittentis,non reſpectu præiudicij Eccleſiæ.Rom.d. conſ. 175.Dictum vltimum.num.3.ver.ſecundo principaliter,vbi apoſtil.in ver.compromitti.

12 Limita, quia cauſa ſpiritualis, & Eccleſiaſtica non poteſt comprmitti in laicum vti arbitrum, ſed vti arbitratorem bene poteſt.Iaſ.in l.quoties. col.pe.C.de iud.Deci.in c.2.col.1.de iudi.Alexan. conſ.91.Viſis actis, per tot. vbi loquitur in cauſa vſurarum laudo terminata per arbitratorẽ, quia valet ſicuti tranſactio valeret.lib.2.Roman.plene conſ.173.Pro deciſione,circa princ.ver.aut compromiſſum,vbi apoſtill.in ver.poſſe,dicit eſſe com * munem*opinionem,& Ro.citat Anchar. qui hoc dicit conſ.98.Iſtam quæſtionem,in princ. num.3. & ſeq.vſque in fi.

13 Extende,quia ſi tale laudum arbitratoris inter contendentes de vſuris eſt emologatum cum iuramento in tantum inducit remiſſionem vſurarum, prout induceret tranſactio, & valet, vt iudex Eccleſiaſticus non poſsit ad inſtantiam partis inhibere, & ſi inhibuit teneatur reuocare inhibitionẽ non citata parte factam.Alexand. d.conſ.91. Viſis actis, per totum, maxime in princ. lib. 2.

14 Extende,quia imo etiam laudum poteſt fieri,& compromiſſum fieri in laicum arbitrum ſuper vſuris præteritis, vt tenent plures,quos citat,& ſequitur Alex. d.conſ.91.num.4.& ſeq. ver. fortius dixit. lib. 2. vbi quod non poteſt dici,quod laudum contineat peccatum quando eſt emologatum.

15 Limita quando fieret compromiſſum de re ſpirituali,vel Eccleſiaſtica in clericum,& laicum in ſimul,tanquam in arbitros, quia tunc ex perſona clerici habilitatur laicus. text. & ibi Abb. in c.per tuas.in 4.not.de arbit.ſequitur Iaſ.in l. ſi emancipati.columno.4.ad fin. C.de collatio. Socin. conſil. 168. lib. 2. Roman. dicto conſil. 173. in princip. ver.aut compromiſſum, vbi apoſtill. citat Lambertin.de iurepatronat.lib.1 parte 1.queſt.1.art. 6.num.7.

16 Limita, quia compromiſſum factum nomine Eccleſiæ de bonis temporalibus Eccleſiæ valet in laicos quando factum eſt de conſenſu Epiſcopi. Ang.conſ.84.In cauſa prædicta, in princ. Roman. conſ. 173.in princi.& conſ.175.Dictum vltimum. num.3.ver.ſecundo principaliter, vbi apoſtill.in ver.compromitti,dat concor.quia de bonis Eccleſiæ non poteſt diſponere alienando, ergo neque compromittendo.

17 Et quod res,& factum ſint talia,quæ poſsint cõpromitti,& debeant eſſe talia, alias compromiſſum non valeat. Angel.Aretin.conſ.1.verſi. tertio requi-

Digitized by Google

requiritur.n.16.vbi ponit ſex requiſita ad hoc vt cõpromiſsũ valeat,quæ ſunt,habilitas perſonæ cõpromittentis,habilitas perſonæ in quam fit compromiſſum,habilitas rei compromiſſæ,quod compromiſſum ſit factum in forma valida, quod partes dederint poteſtatem, prout fuit laudatum, & vltimo, quod arbiter ſeruauerit omnino formam compromiſſi.

18 Regula tamen eſt permiſſiua, vt valeat ſemper compromiſſum de omnibus,niſi reperiatur prohibita res.Ang.Aret.d.conſ.1.nu.18.

Vide. Compromittere qui non poſsint. Concluſio.501.

Compromiſſum a diuerſis partibus poteſt fieri, & ſimul, & diuiſim. Concluſ. D V I.

1 COMPROMISSVM poteſt fieri per partes in aliquem arbitrum tam ſimul,quam diuiſim,& ideo vna pars poteſt cõpromittere hodie, alia pars alio die,& valebit.Inno.in c.reſcriptum, de elect.refert, & ſequitur Caſtr.in l.per fundum. ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.

2 Extende,quia ſi tu compromiſiſti in Titium,poſſum ego altera pars ratum habere idem compromiſſum, & compromittere in eundem, & valebit. Io.And. in c.ratum,de reg.iur.in 6.

Compromiſſum cum fideiuſſoribus quando obliget fideiuſſores,vel non. Concluſ. DVII.

1 COMPROMISSVM poteſt firmari dationobſidum,vel pignorum,aut fideiuſſorum. Abbas in c.expoſita.in 3.not.de arbit.

2 Si tamen factum ſit per certum tempus, puta per menſem, licet fiat prorogatio non tenetur fideiuſſor.Iaſ.in l.1.C.de iudi.

3 Et ſi laudum reducatur ad arbitrium boni viri, an teneantur fideiuſſores.Bal.in l.ſi.in 10.quæſt.C. de contrahen.emptio.

4 Et ſi fiat in duos cum facultate eligendi tertium non nocebit fideiuſſori ſi non fuit citatus in electione.Aret.conſ.78.in fi.vbi plura ſimilia.

Compromiſſum an valeat in duos cum facultate eligendi tertium, &qualiter fiat electio: Concluſ. DVIII.

1 COMPROMISSVM factum in duos tanquam arbitros, cum poteſtate eligendi tertium incertũ non valet.l.item ſi vnus.§.ſi in duos. ff. de arbitr. Zabar. conſ.86.in princ.gl.in c.cum ſpeciali,de appel.Angel.conſil.84.Abb.conſ.64.& eſt ratio propter facilem hominum diſcordiam.

2 Extende,vt imo nec valeat laudum latum a tertio electo, & vno ex primis de concordia. Bald. conſ.73.Contra laudum,in princ.lib.2.

3 Extende, vt imo etiam ſecundum aliquos propter vitium formæ compromiſſi, etiam primi duo non ſint arbitri, ideo licet omnes cum tertio concordent non valet laudum. Bald.d.conſ.73.in princ.ver.imo plus dicunt.lib.2.

4 Contrarium, quod imo valeat compromiſſum, & laudum factum in duobus cum poteſtate eligendi tertium etiam incertum quando concordes ſunt in eligendo,vel in pronunciando.Bal.d.conſ. 73.in princ.ver.ſed Franciſcus.lib.2.

5 Declara, quia compromiſſum factum in duobus arbitratoribus cum facultate eligendi tertiũ, etiam incertum, valet, ſed non valet in arbitris, ita diſtinguit Io.Monachi,quem refert Bal.d.conſ. 73.circa princ.ver.ſed d.Io.lib.2.vbi aſsignat rationem,idem tenet Cardin.Zabarel.conſ. 86. in prin.vbi quod omnes ita diſtinguunt,& quando dicit infra.nu.35.

Vide. Arbiter tertius qualiter eligatur, & quã facultatem habeat.Concl.462.

Vide.Compromiſſum quando in arbitrum, vel arbitratorem dicatur.Concl.523.

6 Primus caſus.Declara,quia ſi ſunt electi duo arbitratores ſi non eſt data facultas eligendi tertium,tunc non poſſunt eligere tertium, ſed cum primum diſcordant,finitum eſt compromiſſum. Bald.d.conſ.73.circa prin.ver tu conſidera, quod quando,lib.2.

7 Secundus caſus. Si vero eſt cõpromiſſum in duos arbitros quibus eſt data facultas eligendi tertium ſiquidem in electione diſcordant,compelluntur authoritate iudiciali, & ſic non finitur compromiſſum per diſcordiam. Bald.d.conſ.ante med. ver. ſi autem compromittitur.lib.2.

8 Tertius caſus.Si vero data eſt facultas arbitris eligendi certum tertium,in diſcordia, compelluntur eligere illum tertium.Bald. d. conſ.73. ante med. ver.aut eſt actum,de tertio,lib.2.

9 Quartus caſus.Quando vero data eſt eis facultas eligẽdi tertium incertũ ſi quidem concordant in ſententiando abſq.electione tertij valet laudũ. Bal.d.conſ.73.circa med.ver.aut de incerto.lib.2.

10 Imo etiam ſi concordant poſt electionem tertij valet eorum laudum contradicente tertio. Bal. conſ.97.Proponitur quod,lib.5.vbi loquitur etiam ſi duo primi, & partes promiſiſſent ſtare tertio, quia intelligitur in caſu diſcordiæ.

11 Quintus caſus. Si vero habent facultatem eligendi incertum, & diſcordant in ſententiando, & eligendo,tunc quia non poſſunt compelli ad eligendum, quia habent facultatem eligendi quemcunque velint, & tali caſu compromiſſum redditur fruſtratorium, & propterea lex appellat hac de cauſa nullum. Bald.d.conſ.73.circa med.ver.aut de incerto.lib.2.

12 Sextus caſus. Aut concordant in eligendo tertio, quem incertum poterant eligere, & valet compromiſſum, & laudum latum ab illo tertio, & altero primo arbitro. Bald. d.conſ. 73. circa med. ver.ſi autem concordant,vbi eſt caſus.lib.2.

13 Contrarium, quia ſi compromiſſum fit in quatuor cum facultate eligẽdi tertium facta electione non valet laudum latum à tribus,abſentibus, alijs duobus vocatis.l.ſi in tres.& l.ſicuti.ff.de arbitr.l.duo ex tribus.ff.de re iudi.vbi Bart.

Vide. Iudices plures dati ſimul qualiter iudicare debent. Concluſ.419.

Digitized by Google

14 Septimus caſus eſt, quando cõpromiſsũ eſt factum in duos, & in eorũ diſcordia fuit electus tertius a partibus, & arbitris, & cõuentũ eſt de ſtãdo laudo ferendo per tertium, quia intelligitur duobus primis perſeuerantibus in diſcordia, ideo ſi ipſi duo primi concordant, & tertius diſcordat valet laudum duorum priorum concordium. Bald. conſil. 97. lib. 5. in principio, & quod quando eſt electus tertius a partibus valeat compromiſſum, Angel. conſ. 84. In cauſa prędicta in prin.

15 Extende, vt procedat etiam in compromiſſo facto per rectorem Eccleſiæ, & laicum de bonis Eccleſiæ in duos laicos de conſenſu Epiſcopi, & in caſu diſcordiæ in tertium, videlicet Epiſcopum, quia valet. Ang. conſ. 84. In cauſa prædicta, in principio.

16 Octauus caſus eſt, quando fit compromiſſum in vnum, vel plures arbitros, vel arbitratores cum pacto, quod teneantur pronunciare ſecundum conſilium certæ perſonæ, vel prout certa perſona declarabit, & alias non valeat compromiſſum, quia erit nullum in totum, ex quo non poteſt ſeparari pactum per quod vitiatur compromiſſum. Angel. conſ. 272. Primus punctus, per tot.

17 Extende maxime quando ille tertius, cuius conſilium debent arbitri ſequi eſſet incapax, prout eſt monachus Ordinis Minorum. Angel. dicto conſil. 272. per totum, maxime numer. 5. verſic. moneor autem, vbi in fin. dicit neque releuare conſuetudinem.

18 Reſtringe quando pactum conſilij tertij poſſet ſeparari, vel extaret conſuetudo, & ferre debens conſilium in caſu conſuetudinis eſſet perſona habilis, quia tunc valeret, quia vtile per inutile, &c. Angel. dicto conſil. 272. num. 3. & per totum, iuncto fine.

19 Nonus caſus eſt, quod valet compromiſſum in duos cum facultate eligendi tertium quando ita eſt conſuetudo, & frequentatur in loco, prout in foro Iulij dicit Zabarell. conſ. 86. in fin. Nam tunc conſuetudo valet, & operatur validitatem compromiſſi.

20 Dic tamen, quod quando factum eſt compromiſſum in duos, & in caſu diſcordiæ in tertium, non poteſt deueniri ad tertium niſi conſtet de diſcordia, & alias laudum latum a tertio poteſt dici nullum non probata diſcordia. Alexand. conſil. 124. In cauſa, & lite vertente inter Franceſchinam. colum. penul. num. 9. ver. tertia ratione. lib. 2. & conſ. 48. In cauſa vertente. colum. final. num. 12. verſic. vltimo. lib. 7. refert, & ſequitur Deci. conſ. 430. col. vlt. circa med. & conſ. 340. col. fi. n. 4. & conſ. 375. num. 40. Ea ratione, quia prius debet conſtare de diſcordia.

Vide plenius. Laudum arbitri ex quibus nullum. Conclu. 29. n. 160. & ſeq. vbi declaratur.

21 Extende in tantum, vt ſi ante latum laudum non conſtitit de diſcordia duorum, laudum eſt nullum, etiam ſi poſt laudum conſtaret de diſcordia, quia tertius non potuit laudare niſi de diſcordia duorum ſibi conſtiterit. Alexand. conſil. 124. In cauſa, & lite. num. 9. & ſequen. verſicul. tertia ratione. lib. 2. & iterum conſil. 48. numer. 12. libro ſeptimo, quia antequam conſtet de diſcordia duorum non eſt iſte arbiter, neque arbitrator, quia, prout in iudice, requiritur, quod ſciat ſe arbitrum.

22 Extende, quia nec verba laudi probant diſcordiam, licet in eo narretur, quia non ſtatur laudo in hoc quando contra abſentem latum eſt, & quando fuit reclamatum. Alex. d. conſ. 124. nu. 10. verſi. nec ſtari debet. lib. 2.

23 Extende, vt procedat etiam ſi facta fuit interpellatio vni ex primis peritis, quod comparere deberet ad intereſſendum prolationi laudi per tertium electum, & alium peritum, quia propterea non probatur diſcordia, & quia talis interpellatio debuit fieri ab alio arbitro non per notarium ſine commiſsione arbitri: item quia eſt generalis, & non habet ſpecificationem loci, neque alia requiſita. Alexand. dicto conſilio 124. numer. 11. & ſequen. verſic. nec obſtat ſi diceretur. lib. 2.

24 Extende etiam ſi facta fuit per notarium interpellatio alteri arbitro, vt compareat tali die ad videndum proferri laudum per alium arbitrum, & tertium concordes, quia non ſufficit niſi fiat de mandato, & ordine arbitrorum: item requiritur hora, & locus, & non ſufficit, quod ſemel in vno loco conuenerint niſi locus fuiſſet deputatus ad hoc. Alex. plene d. conſ. 48. in fi. n. 12. & ſequen. ver. non obſtat. lib. 7.

25 Reſtringe, quia non eſt neceſſe, quod conſtet de diſcordia duorum quando in compromiſſo eſſet dictum, quod fit compromiſſum in duos per menſem cum pacto, quod ſi non ſunt concordes infra viginti dies poſsit, & valeat eligi tertius à poteſtate loci, vel extrahi ex burſa recurſus mercantiæ ad requiſitionem cuiuslibet partis, quia tunc tertius erit legitime electus, vel extractus, etiam quod non conſtet de diſcordia, quia tunc ex ſolo lapſu viginti dierũ poteſt fieri electio tertij. Deci. conſ. 340. Pro reſolutione, in tertia col. poſt med. ver. vltimo non obſtat, & faciunt dicta per eundem Deci. conſ. 214. In cauſa, in vltima column. circa med.

26 Adde tamen quod ſi ex negligentia partiũ, quæ non peterent, neque compararent ſolus lapſus temporis non probaret diſcordiam, ideo cautela eſt, quod dicatur, quod ex quacunque cauſa non laudauerint per totum diem vigeſimum, quod eligetur tertius, & ideo probanda eſſet diſcordia ſi hæc clauſula, non adeſſet.

27 Probatur autem diſcordia arbitrorum multis modis, vt per Nat. conſ. 567. in fi.

28 Decimus caſus eſt, ſi eligantur quatuor cum poteſtate eligendi quintum, vel ſi eligantur ſex cum poteſtate eligendi ſeptimum, ſemper, quod ſunt pares idem dicitur de numero pari maiori, quod de minori. l. ſi in tres, & l. ſicuti. ff. de arbitr. l. duo ex tribus. ff. de re iud. vbi Bar. & alij.

29 Vndecimus caſus eſt, ſi eligantur quatuor arbitri cum facultate, quod duo poſsint concorditer ſine alijs laudare, & laudata corrigere, & reuocare quia valebit laudum latũ a duobus, qui præoccupauerunt, & etiã valebit reformatio facta ab eiſdẽ duobus, qui laudarunt, quia cenſentur etiam ſuper connexis arbitri ex præoccupatione, ſecus ſi alij duo reuocarent, vel moderarentur laudata, quia non valeret, ex quo poſſent ex rancore hoc facere. Caſtrenſ. conſil. 225. Viſis, & conſideratis. lib. 1. in princ.

30 Duodecimus caſus eſt, ſi eligantur tres cum facultate, quod duo ex tribus concordes poſsint laudare, qa valebit laudũ latũ a duobus ex cõcordia etiã tertio diſcordante, dũmodo fuerint ſimul, &

ille

ille tertius fuerit vocatus, quia aliter non valeret, ex quo potuisset vocatus trahere alios in suam sententiam. Angel. Areti. cons. 1. num. 4. ver. secundo videtur.

11 Contrarium, quod imo ex quo partes dederunt facultatem, quod duo arbitri ex tribus concordes possint laudare, valeat laudum etiam non vocato, & absente tertio, maxime quando tractarunt prius causam, & apparet, quod non trahere potuit alios in suam sententiam. Ang. Areti. d. cons. 1. nu. 21. ver. nec obstat, quia illa facultas data, quod duo possint laudare, vt aliquid operetur, habet locum etiam tertio absente.

12 Amplia, quia vbicunque valet compromissum in duos cum potestate eligendi tertium, debent partes vocari, vel saltem debet eis intimari electio tertij, nec sufficeret assertio arbitrorum, vel arbitratorum in laudo.

13 Cautela tamen datur, quod in compromisso apponantur verba, quod possint eligere tertium citatis partibus, vel non, nec etiam aliter notificata electione dicti tertij, vel quod constituantur procuratores à partibus ad eligendum tertium, quia poterit fieri electio sine citatione, vel notificatione.

Vide plene. Arbiter tertius qualiter eligatur, Concluſ. 462.

14 Restringe secus esse si data esset facultas eligendi tertium certum, vt dicunt iura prædicta.

15 Restringe, quando compromissum esset factum in duos arbitratores cum facultate eligendi tertium, quia valebit, licet tertius sit incertus. Lanfranch. de Oriano in suo tract. de arbitr. in 7. carta. column. fin. ver. secundo quæro. Alexan. in apostill. ad Bart. in l. si in tres. §. Celsus. de arbitr. in ver. rationem huius, sequitur Deci. in cap. cum speciali, in 2. column. ad fin. de appell. Roman. singul. incip. Compromissum factum in duos, & singul. 163. Tu habes, vide supra ver. declara. num. 5.

Compromissum in duos, vel tres qualiter obliget ad pronunciandum, & pronunciare debeat. Concluſ. DIX.

1 SI fiat cõpromissũ in tres arbitros, & duo ex eis tantum laudauerint tertio absente, & non vocato, non valet laudum. l. item si vnus. §. fin. cum l. seq. ff. de arbitr. Docto. in l. si duo ex tribus. ff. de re iudi. cap. 2. de arbitr. in 6.

2 Extende multo magis quando fuit factum compromissum in tres cum clausula, quod omnes pronuncient, vel concorditer laudare debeant, quia omnes debent concordes laudare, alias laudum esset nullum, plene Alexan. cons. 124. In causa, & lite, in princ. lib. 2.

3 Restringe, quando omnes fuerunt præsentes, quia licet duo tantum laudauerint altero discordante, vel non volente laudare, valet laudum. d. l. duo ex tribus. ff. de re indica. & ratio est, quia si erat absens, potuisset trahere alios in suam sententiam si fuisset vocatus, secus si fuit præsens, licet dissentiens.

4 Limita, quando compromissum esset factum in duos, vel tres, quia tunc duo soli possunt laudare tertio non vocato. Bart. Castr. & Imol. in l. heredes. §. peto. ff. ad Trebell. l. non distinguemus. §. cum in plures. ff. de arbit. tradit Sallustius Perusi. in quodam suo consilio post tract. Lanfranchi de Oriano in tract. de arbitr. quem videas.

5 Limita in casu conuerso, quia compromissum factum in duos, & laudum feratur per tres, & sic per duos, in quos est factum compromissum, & per alium in quem non est factum compromissum valet, vt per Salyc. super statuto Florentiæ de compromissis, vel de exequutione laudorum. ver. tres laudarunt.

Vide. Arbitri plures qualiter pronunciare debeant. Concluſ. 464.

Vide. Iudices plures dati simul qualiter iudicare debeant. Concluſ. 419.

Compromissum, vel remissio in certum iudicem an extendatur ad alium. Concluſ. DX.

1 PROMITTENS stare mandatis certi iudicis non potest conueniri ex illa obligatione coram alio iudice, etiam dato à Papa loco eius, cuius arbitrium est approbatum, quia obligatio est stricti iuris, & inclusio vnius est exclusio alterius. Calder. cons. 124. alias 10. de iudi.

Vide. Compromissum quando, & qualiter expiret. Concluſ. 531.

2 Amplia, quia si alicui iudici ordinario datur facultas reuocandi certam dispositionem.

3 Amplia etiam in iudice ordinario ex accidenti in certo loco, quia reuocato, vel mortuo tali iudice, prout in legato, vel in concilio generali expirat iurisdictio. Gemin. cons. 65. num. 9. ver. & idem esset.

4 Extende, vt procedat etiam in concilio generali certi loci, quia si dissoluatur, vel reuocetur quoad illum locum, licet fiat in alio loco, & adsint ijdem patres, tamen expirat facultas data restricte ad concilium, puta Constantiense, quia si fiat alibi non erit idem circa hanc cognitionem datam qualificate. Gemin. d. cons. 65. num. 9. & 10. ver. sed per mortem.

5 Amplia in compromisso facto in arbitros, vel arbitratores, quia per mortem eorum expirat compromissum etiam si vnus tantum moriatur. Geminian. dicto consil. 65. num. 9. versic. sed per mortem.

6 Amplia, quia si quis promittat stare ordinationi, vel submittat se audientiæ Domini Regis Franciæ, si illi non est submittens suppositus, censetur suppositio facta Regi tunc existenti, quia non extenditur ad successores, maximè quando constat, quod submissio est personalis, & non in cuitu dignitatis, quod qualiter cognoscatur, plene Bald. consil. 121. Orta guerra. num. 4. ver. videndum, vsque ad num. 8. lib. 3. vbi, quod sententia Regis Franciæ contra Comitem Sabaudiæ fuit nulla, quia remissio in Regem mortuum fuit extincta per totum, & idem dicit consil. 217. Orta guerra, per totum, maxime num. 3. vers. sed ponamus lib. 3.

Vide.Fideiuſſor ex una cauſa,& coram vno Iudice non tenetur coram alio.Concluſio.303.

7 Limita in contractibus, quando quis promiſit circa qualitatem, uel quantitatem declarandam ſtare arbitrio priuati, quia mortuo illo priuato ſuccedit arbitrium Iudicis. Bart.in l.ſi quis arbitratu,nu.4.ff.de uerb.oblig.

Vide. Arbitrium Iudicis quando ſuccedat loco arbitrij priuatorum.Concluſio.492.

Compromiſſorum formulæ,& pacta,& quid operẽtur.Cõcl.DXI.

1 COMPROMISSVM, quod arbiter poſſit ledere partes auferendo ab una,& dando alteri,intelligitur in modica quantitate. Fulgo.conſ.180. col.h.in princ.

2 Si vero dicatur, quod poſſit ſiue in parua, ſiue in magna quantitate auferre ab vno, & dare alteri tunc requiritur graue,& inſupportabile damnum ad hoc, ut poſſit peti reductio. Angel.conſ. 171.Ludouicus,col.fi.Caſtren.conſ.73. Viſo compromiſſo. Alex. conſ.131. in fi.vol.2. & conſ.102. col.3.eod.lib.2.

Vide. Reductio laudi vt habeat locum quam læſionem requirat. Concluſio.70.

3 Declara,niſi ſint addita uerba prout ſibi videbitur, & placuerit, quia important arbitrium boni uiri. Abb.conſ.77.In quæſtione,col.pen.uer. uenio ad quintum,lib.2.

4 Et eſt arbitrarium Iudici quæ nimis magna, uel parua quantitas dicatur. Alex.conſ.131.lib. 2.glo. in.ſ.pretium. Inſtit.de contrah.empcio.ubi Areti.Abb.d.conſ.77.col.pen.in fi.lib.2.

5 Imo etiam ſi ſit dictum, quod poſſit ius unius partis in totum, uel in parte alteri dare in magno ledere,alte, & baſſe procedere,non poteſt ledere arbiter enormiter, uel enormiſſime, & iuramentum debet relaxari,uel dari abſolutio quia dolum includit. Abb. in quæſt.2.col.19, in fi. uer. accedant notata, ubi reſtringit niſi ubi uerba eſſent ita lata, quod non ſint aliena a propoſito.

6 Quid importent verba de iure, & de facto dicquod poteſt ſecundum conſcientiam iudicare, & tamquam arbitrator, & non tenetur ſeruare ſolemnia iuris,nec etiam iudicare ex cauſa non deducta in libello, & manu regia procedere.

Vide. Arbiter, & arbitrator de iure, & de facto,quid poſſit. Concluſio.458.

7 Si fuit dictum quod habeat facultatem terminandi in ſcriptis, & ſine ſcriptis an operetur, quod ſtetur eius dicto ſimplici de geſtis corã eo, Bart.in auth.niſi breuiores, ad fi. C.de ſent.ex peric.recis.Iaſ.in repet.l.admonendi col.80.nu.181. uer.& habetis unũ caſum.ff.de iure iur.ubi Franc. Curt.uer, ſextus caſus, Alex.in l.ſciendum, in 6. col.ff.de uerb. oblig. Soci.in reg.5.in ſecunda limitatione, Deci. in c. quoniam contra, in 6. not. de probat. ubi diuerſas opiniones ponunt, ſed quod ſtetur ſimplici dicto illius. Iaſ. in conſ.12. in prin.lib.1.

8 Si fuit dictum quod poſſit pronunciare de iuſtitia, & iure, & ueritate non poterit ſecundum ſuam conſcientiam iudicare, abſque legibus. Iaſ. in l.iuſtitia in prin.ff.de iuſt.& iure.

9 Si eſt dictum, quod poſſit iudicare ſecundum quod onus conſcientiæ dictauerit, non poterit contra leges, & ſtatuta iudicare. Iaſ.conſ.191. ad fi.lib.2.

10 Si eſt dictum, quod poſſit iudicare ſecundum ſenſum ſuum quommodo intelligatur iſte ſenſus. Vide Abb.in cap.1.nu.13.de conſtit.

11 Clauſulæ uero, quod omnia cenſeantur compromiſſa, & ueniant in compromiſſo ſuper quibus fuerit laudatum, quod non comprahendant ſemel iudicata, uel laudata, quia debet in ſpecie renunciatio fieri,& ſpecificari. Deci.conſ.39. n.3. ver.Clarum eſt.

Vide de hac clauſula ſupra.Compromiſſum generale, quæ comprahendat, vel non, Concluſio. 519.nu.4.& Concluſione ibi proxima ſequente.

Vide. Clauſulæ compromiſſorum,& eorum importantia. Concluſio.293.

Vide.Compromiſſorum formulæ latiſſimæ.Concluſio.proxima ſequenti.

Vide. Compromiſſum generale qualiter interpretandum. Concluſio.520.

Compromiſſorum formulæ latiſsimæ,& diuerſæ.Concl.DXII.

1 BALD. conſ.494. Arbiter,& arbitrator,lib.5. ponit vnam formam latiſſimi compromiſſi per quam arbiter poteſt plures ſententias ferre, declarare,& multa alia facere quam videas,quia ampliſſima eſt.

2 Compromiſſum factum in procedendo de iure, & de facto, ſed in ſententiando de iure tantum,& non alias, habet in ſe formam,vt ſi non ſeruetur, ſententia ſit nulla,vel laudum, etiam ſi cum iuramento eſſet renunciatum nullitati cuicunque, quia nõ cenſetur renunciatum huic nullitati.Fulg. conſ.180.Viſo proceſſu in princ.

3 Limita quia compromiſſum factum cũ clauſula, quod cenſeatur, & ſit remiſſa omnis ſolemnitas, non operatur circa ſolemnitatem iuris naturalis. Bald.in l.filius familias,in princ. ff.de donat.& in l.militibus.ff.de teſt.milit.& ideo non eſt credendum aſſertioni arbitri. Areti.conſ.68.col.3.ver.Similiter etiam non obſtat.

Vide.Compromiſſorum formulæ,& pacta quid operentur. Concluſio. proxima præced.

Vide.Clauſulæ compromiſſorum,& earum importantia.Concluſio.293.

Vide. Laudum arbitri ex quibus nullum, vel non.Concluſio.29.

Compromiſſum tãcitum qualiter fiat. Concluſio. DXIII.

1 TACITVM compromiſſum ſit quando partes præſentes nullo alio facto compromiſſo petunt ferri laudum, & promittunt illi ſtare, quia qui vult conſequens cenſetur velle neceſſarium antecedẽs.Anchar.conſ.161.Videtur prima facie, per totum,maxime in princ.Alex.conſ.84.num.3. lib.5.incip.Super conſultatione.

2 Amplia quia non minus facto quam verbis probatur compromiſſum,& cõſenſus; Ideo ſi fiat proceſſus coram aliquo tamquam arbitro, & producãtur iura,& petitur pronũciari ex actis huiuſmodi inducitur compromiſſum; Ideo ſi feratur laudum valebit.Anchar.d.conſ.161.per totum.

Declara

5 Declara, quia in casibus, in quibus posset fieri compromissum expresse potest induci tacitum ex præsentia quando fertur laudum, & ex patientia, secus si laudum feratur super ijs, de quibus non potest compromitti, ita infert Socin. conf. 104. nu. 4. lib. 4. ver. confirmatur, vbi, quod in casu, in quo possunt de nouo compromittere præsentia prolationi laudi, & patientia habetur pro tacito compromisso, & est ratio, quia prohibitum expresse, & vna via debet esse alia via. l. oratio. ff. de sponsa. & quia plus non debet operari fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero.

Vide. Fictio non operatur quantum veritas, & quando secus. Conclus. 221.

4 Amplia, quia emologatio laudi operatur etiam nullo apparente compromisso, quod potest agi ex consensu si non ex laudo. Anchar. conf. 261. in fi.

5 Amplia, quia si feratur laudum partibus præsentibus, & non contradicentibus, licet non constet de compromisso valet laudum, quia videntur compromittere non contradicendo laudo. Soci. conf. 120. num. 2. lib. 2. Alex. d. conf. 84. Super consultatione. nu. 3. & seq. lib. 5. ver. ad hoc etiam.

6 Extende, quia idem est si feratur laudum extra compromissa partibus præsentibus, & non contradicentibus, quia videntur emologare laudum in vim pacti. Socin. conf. 105. lib. 4. sequitur Menoch. conf. 1. nu. 170. lib. 2. & multo magis si expresse, plenius idem conf. 381. num. 15. vbi loquitur in arbitratore, allegat Corn. conf. 159. lib. 1. Gozadi. conf. 98. nu. 19. Soci. conf. 120. n. 1. & alios.

7 Amplia, quia si partes compromiserunt de certa re, vel lite postea coram ipso arbitro petunt, & conueniunt se pro alijs extra compromissum, videntur etiam compromittere tacite ea, super quibus inuicem petunt, & se conueniunt. Alexan. conf. 84. Super consultatione præmissa. lib. 5. per totum. Deci. in cap. prudentiæ, in 4. col. circa n. ed. de offi. deleg.

8 Extende, vt procedat etiam si non contextualiter facerent, sed separatim. quia ex eo, quod factum est compromissum de certis bonis restrictum, si ego vnus ex compromittentibus peto aliquid non comprehensum in compromisso coram arbitro, vel arbitratore censeor quoad me prorogare compromissum ad petita, & si pars aduersa se defendens non opponat, quod non continetur in compromisso, censetur pariter prorogare compromissum. Alex. plene d. conf. 84. Super consultatione, in princip. lib. 5. vbi dat simile de mandato procuratoris constituto ad certam causam, quia si ponit manum ad alia extranea sciente domino, & non contradicente, censetur dominus prorogare mandatum, quia facilior est prorogatio, quam noua concessio, & ibi apost. in ver. mandati.

9 Limita, quia non dicitur tacitum compromissum, si partes promiserunt velle compromittere, vel obtulerunt in iudicio velle compromittere, vel iudex pronunciauit causam esse compromittendam, quia propterea non dicitur factum compromissum, quia aliud est compromittere aliud esse paratum, vel velle compromittere, plene Alex. conf. 72. Videtur. num. 8. in fin. cum seq. ver. secundo ad idem. lib. 3.

10 Limita, quando laudum esset nullum, & emologaretur, postquã esset latum, quia tunc valebit in vim pacti, non in vim taciti compromissi facti. Alex. conf. 84. Super consultatione. lib. 5. latissime Menoch. d. conf. 381. nu. 14. vbi plures allegat, & n. seq. dicit receptam* opinionem, & reprobat Gabriel infra prox.

Vide. Laudum quando emologatum dicatur. Conclus. 25.

11 Contrarium, quod imo quando laudum est extra compromissa non valet ratificatio. Gabriel. de senten. Conclus. 1. nu. 10.

Vide. Laudum arbitri ex quibus nullum. Conclus. 29.

Vide Mascard. Conclus. 336. Compromissum ex quo præsumatur.

Compromittere quando quis compelli possit. Concl. DXIV.

1 REGVLA est, quod iudex compellere non potest partes ad concordandum, vel compromittendum, quia istud est de reseruatis Papæ, vel supremo Principi. Alex. conf. 62. In causa, & lite, in princ. lib. 7. vbi apostil. in ver. arctari, dat concor. & conf. 65. In causa, & lite, in prin. eo. li. 7.

2 Extende, quia regula est, quod compromissum debet esse voluntarium, vide supra. Compromissum quid sit, & eius natura. Conclus. 447. nu. 14. & seq. vbi habes plures restrictiones.

Vide. Statutum circa compromissa facienda inter consanguineos. Conclus. 488.

3 Limita, quia Papa, & Princeps solus potest compellere partes ad concordiam, & compromissum. Alex. d. conf. 62. in princ. lib. 7.

Compromissi tempus quando incipiat currere. Conclus. DXV.

1 TEMPVS, & instantia compromissi facti in certos arbitros per duos, vel tres menses non currit, nisi à die acceptationis. Alex. consil. 34. Viso. vol. 1. Fulgos. conf. 168. Facta sententia. Socin. conf. 87. Pensatis ijs. col. 1. lib. 4. quos omnes, & alios plures citat examinando quæstionem Marcus Anton. Blanch. in tract. de compromiss. q. 1. num. 34. & seq.

2 Contrarium, quod imo non currat, nisi à die, quo potuit partibus præsentibus arbitrari. Bald. in c. 1. §. 1. de lege Corradi, in vsib. feud. quem sequitur Bologn. in addit. ad conf. 10. de Anania 19. num. 18. sed loquitur in compromisso facto sine tempore, quod per annum expirat, ideo est potius diuersus casus, & sic limitatio.

3 Extende, quia si in causa appellationis fiat compromissum currit, & deseritur instantia vsquequo arbiter acceptauerit compromissum. Fulgo. conf. 168. Lata sententia, vbi est casus.

4 Declara in tantum requiri acceptationem, vt non valeat, si facta sit altera parte ignorante. Alexand. d. conf. 34. Blanch. d. tract. de compromiss. q. 1. nu. 35. vbi etiam decidit, an si sit præsens dicatur acceptasse, & est controuersus articulus.

5 Et dies compromissi non comprehenditur in termino compromissi regulariter. Docto. in l. 1. ff. si quis cautio. vbi Ias. dicit* communem.

6 Amplia in tantum compromissum requirere acceptationem, vt ante acceptationem non incurratur

curratur pœna ex contrauentione. Alexand.conſ. 34.nu.4.ver.fortificantur.lib.1.

7 Extende, quia imo non dicitur factum compromiſſum,niſi poſt acceptationem arbitrorum.gloſ. in l.ſi cum dies.ff.de arbitr.Lanfranch.de Oriano, tract.de arbitr.in 1.parte.col.5.

8 Amplia, quia acceptatio intimata per litteras priuatas,& per inſtrumentum non operatur, niſi à die acceptationis per inſtrumentum, quia priuata non releuat, ſi non fuit notificata partibus, prout publica.Alex.conſ.34.n.1.ver.ſuper eo,li.1.

Vide plene per Ant. Gabriel.lib.2.tit.de arbit. Concluſ.2. Compromiſſum ante acceptationem non operatur.

9 Amplia, quia acceptatio compromiſſi debet partibus notificari, & non ſufficit, quod vni parti ſit facta notificatio, quia videtur doloſa.Alex. conſ.34.nu.5.lib.1.

10 Extende idem in prorogatione compromiſſi facta vigore facultatis conceſſæ arbitro, quia non valet, niſi ſit notificata. Alex. d. conſ. 34. num. 5.vſque in fin.lib.1.vbi plena apoſtilla in ver.notificare.

Vide. Compromiſſi prorogatio. Concluſ.518. num.16.& ſeq.

11 Limita, quando compromiſſum eſſet factum per dictionem hinc ad duos menſes, vel hinc ad 30. dies, quia illa dictio hinc operatur, quod de momento ad momentum currit tempus, videlicet à facto compromiſſo.Soci.conſ.87.nu.1. lib.4. eſt tex.in l.placet.C.de ſacr.Eccl. Bar.in conſ. incip. Elapſo termino.laſ.in l.1.ad fi. ff.ſi quis cautio.

12 Extende in tantum, quod ſi laudum eſſet latum per horam poſt diem compromiſſi non valet, vt dixit Bal.conſ.246. Proponitur quod dictum compromiſſum. lib.5.refert,& ſequitur Affl. deciſ. 73. num.8. facit,quia quando tempus eſt determinatum ad aliquid faciendum, non poteſt impleri poſt tempus. Bald.in l.ſi plures.nu.33.ver.ſecus ſi eſſet tempus expreſſum,& regulariter omne tempus computatur de momento ad momentum,niſi aliter reperiatur in iure diſpoſitum. gloſ. in l. 34 §.minorem.ff.de minor.Io.Andr.& Docto.in cap. ſuper eo,de appel.

13 Limita quando compromiſſum eſſet factum vſque ad certum tempus, puta vſque ad Kalendas Auguſti,quia tunc currit vſque ad Kalen. Auguſti expreſſas, & non habetur ratio aliqua ad acceptationem. Bald.conſ.321. Verba compromiſſi.li.5.vbi,quod laudum latum extra tempus compromiſſi eſt ipſo iure nullum. Socin.conſ.39. Capio, primum.nu.44.lib.4.

14 Limita quando eſſet factum compromiſſum, ita,quod infra terminum 30.dierum proxime futurorum debeat ferri laudum, quia tunc propter dictionem infra,& dictionem proxime futurorum currit tempus de momento ad momentum, ita, quod ſi eſſet factum compromiſſum die 4. Ianuarij de mane,& die 30. de ſero eſſet latum laudum diceret extra 30.dies latum, & conſequenter eſſet nullum. Bal.conſ.246.Proponitur quod dictum.li.5.

15 Quid ſi compromiſſum fiat per duos menſes, quales menſes erunt an 30.dierum,an 31.an vero 28.Dicas,quod menſes erũt tot dierum,quot ſunt dies illius menſis, in quo factum eſt compromiſſum.gloſ.in c.quam ſit,ver.menſem,de elect. in 6. Bart.in l.cum biſextus.ff.de verb.ſig.Soc. conſ. 99.Sereniſſimus Rex.col.1.lib.3.

16 Acceptatio non dicitur facta,niſi expreſſe fuerit acceptata.Io.Andr.in addit.ad Spec. tit.de arbit.§.fi.vbi reprobat Spec.contrarium tenentem, & ſequitur Io.And.Lanfranch.de Oriano tract.de arbitr.car.2.

17 Contrarium Specul.tit.de arbitr. §.fin. ver.ſed nunquid arbitrator, vbi, quod ſufficit ſcientia ſola, & ideo ſi fiat compromiſſum in arbitrum præſentem dicitur facta acceptatio eo ipſo,quod non contradicit,& idem ſi fiat in abſentem,quia ſi ſciuit,& non contradixit à die ſcientiæ dicitur facta acceptatio.rex.in l.fi.C.de contrah.emptio.l.ſi filiusfamilias,ff.ad Maced.

Vide. Arbitri quando poſſunt compelli ad acceptandum. Concluſ.461.

18 Declara, quia ſi fiat compromiſſum in iudicio in arbitrum præſentem vera ſit oppoſitio Spec. ſed ſi fiat extra iudicium ſecus. Lanfranch. de Oriano d.tract.de arbitr.car.2.

19 Vide omnino Soci.conſ.63.lib.4.& conſ.87.col. 5.vol.2. vbi clare quando dicatur acceptaſſe,vel non, vt currat inſtantia.

Vide Concluſ. prox.ſeq. vbi de hac eadem materia.

Compromiſſi inſtantia an currat tempore feriato. Concluſio. DXVI.

1 COMPROMISSVM ſi eſt factum in arbitrũ per 40.dies vtiles, non currit inſtantia tempore feriarum meſsium, vindemiarum, & induciarũ à ſtatuto,ex quo arbiter eſt ad inſtar iudicij. Bal.conſ.6.Statuto Ciuitatis,in prin.iuncto fi.li.1.

Vide. Feriæ meſsium an ſuſpendant tempus compromiſſi. Concluſ.98.

2 Limita in compromiſſo facto in arbitratorẽ,& amicabilẽ compoſitorẽ,quia ex quo non dicitur iudicium coram eo agi, ſed compromiſſum habet vim tranſactionis omne tempus dicitur vtile,præterquam ſi propter impedimentum legitimum, puta infirmitatis,vel quid ſimile,non potuiſſet iudex cognoſcere,quia tale tempus non eſt vtile. Bal.d.conſ.6.per tot.n.3.ver.præterea.lib.1.

3 Limita, quando compromiſſum eſt factum ſimpliciter in arbitrum,vel arbitratorem hinc,& infra octo dies,qui currunt à momento ad momentum,ita,quod laudum eſt nullum,ſi eſt latum octaua die,ſed poſt horam,& momentum.Ange.conſ. 404.Paulus Centolini,per tot.vbi multa hincinde.

Vide. Compromiſſi tempus quando incipiat currere.Concl.præced.max. nu. 4.& ſeq.

4 Et tempus appoſitum in compromiſſo, ita eſt formale,& ſubſtantiale,vt etiam in modico non liceat excedere,neque ſit locus purgationi more, ideo laudum latum extra tempus etiam per horam eſt ipſo iure nullum.Bald.conſ.372.Proponitur quod dictum compromiſſum. lib.5. refert, & ſequitur Affl.deciſ.73.nu.8.

Compromiſſi tempus, & non laudi attenditur, & quando. Concluſ. DXVII.

1 EX eo compromiſſo inter aliquos etiam de rebus liquidis cum poteſtate adiudicandi de bonis

bonis vnius alteri, & è conuerſo durante tempore compromiſſi vnus ex compromittentibus duxit vxorem, & confeſſus eſt dotem per publicum inſtrumentum cum promiſſione reſtitutionis, & obligatione bonorum in forma, poſtea lato laudo fuerunt ablata bona, & alteri adiudicata; fuit quæſitum quis præferatur an mulier, an habens adiudicationem, & quod habens adiudicationem præferatur, facit, quia obligatio habet locum à die compromiſſi. Bart. in l. 2. ff. de arbitr. & in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & conſ. 87. Factum tale eſt. Ang. conſ. 5. Viſis inſtrumentis, & iuribus, ver. non obſtat, & ita alias conſuluit Guido Veſpucius, quia laudum trahitur ad compromiſſum, quia compromiſſum continet obſeruantiam laudi. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & quia laudum trahitur ad diem compromiſſi, in quo hypotheca extendit ſe in præiudicium tertij, cui ius quæſitum dicitur poſt compromiſſum, & quia de iure communi agitur ex compromiſſo ad obſeruantiam laudi, non ex laudo. Bart. d. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio, quem ſequitur Socin. conſ. 56. Stantibus ſupradictis, ad fin. vol. 1. & conſ. 69. Viſo laudo, col. 2. lib. 4. Corne. conſil. 259. Quæritur à me, in prin. lib. 1. & quia in contractibus conditio caſualis retrotrahitur ad tempus contractus in hypotheca bonorum. l. potior, §. 1. ff. qui potio. in pign.

2 Contrarium ſi teneretur poſſet reſponderi, quod l. potior. §. 1. & l. qui balneum cum ſimil. ff. qui potior. in pign. ideo procedunt, quia contractus debiti principalis, cuius reſpectu hypotheca interceſſit, erat omnino in ſe certus, & clarus, nec habebat aliquam dependentiam à futura declaratione reſpectu ſubſtantię, & formæ contractus, ita quod erat in ſui initio in eſſe perfecto, licet obligatio, & actio eſſet ſuſpenſa ſub conditione extitura, ideo non mirum ſi trahitur retro, non ſic in compromiſſo, & arbitramento, quod eſt quædam tranſactio, auth. vt defer. iudici, circa princ. & ibi glo. quod tempore ſolius compromiſſi non eſt in eſſe perfecto, quia forma, & eſſentia pendet à declaratione arbitratoris. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obli. nec prius eſt tranſactio talis in eſſe producta, quam fuerit ſequuta declaratio, ideo compromiſſum potius trahitur ad tempus laudi, quam è contra. l. 3. §. Seio. ff. de minor. ideo extrema non ſunt habilia, præterea retrotractio non poteſt habere locum propter impoſsibilitatem, quia de natura compromiſsi eſt, quod laudum feratur in futurum, non tempore compromiſsi, ergo propter impoſsibile trahi non poteſt retro ad tempus, in quo veritas accommodari non poteſt. l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. & maxime Florentiæ, vbi ſtatutum diſponit, quod nullum ius quæratur ex laudo ante notificationem, item quia vbi laudum habet exequutionem paratam non attenditur compromiſſum, ſed laudum. Bart. in d. §. arbitrorum, & ad Bart. & contraria, quod attendatur, & agatur ex compromiſſo, non ex laudo, reſpondetur procedere quando laudum non habet exequutionem paratam, beneficio ſtatutorum, ſed cogita.

3 * Declara, quia communis * opinio eſt, quod trahatur retro ad compromiſſum.

4 Reſtringe tamen quando fuiſſet facta prorogatio compromiſsi, quia ſi non eſt laudatum in termino compromiſsi, ſed in termino prorogato non traheretur retro in præiudicium tertij, cui ius erat iam quæſitum. Deci. in c. de cauſis, in 4. col. ver. quarto limitatur, de off. deleg.

5 Contrarium fuit conſultum per doctr. Bart. in l. dies cautioni, in fin. principij. ff. de damno infecto, vbi poteſtas, qui habet authoritatem cognoſcendi de delictis per ſex menſes ante ſuum officium commiſſis, ſi ei fuit prorogatum tempus poterit nihilominus cognoſcere etiam in præiudicium illorum, quibus ius erat quæſitum per lapſum temporis.

6 Declara, vt per Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat. quia ſi eſt data facultas in compromiſſo prorogandi, & arbitri prorogarunt, & eſt idem compromiſſum, & laudum trahitur ad compromiſſum, quia eſt caſualis, vel mixta conditio, ſi vero fiat prorogatio à partibus, quia eſt poteſtatiua non præiudicat tertio, nec trahitur retro.

7 Amplia in caſu conuerſo, quia licet laudum trahatur ad tempus compromiſsi, tamen compromiſſum ſemper habet tacitam conditionem, ſi ſequatur laudum, alias laudo non ſequuto compromiſſum, & confeſsiones in eo non præiudicant, quia expirant.

Vide, Compromiſſum quando dicatur purum, vel conditionale, Concluſ. 522.

Compromiſsi prorogatio ſi fiat, an ſit idem compromiſſum, & qualiter fiat. Concluſ. DXVIII.

1 COMPROMISSI prorogatio ſi fiat, non eſt idem compromiſſum cum primo quando aliquid eſt additum, vel diminutum in prorogatione. Bal. conſ. 436. Quæritur, circa med. ver. præterea ſi volumus videre. lib. 1. & conſ. 103. Lex compromiſsi. num. 2. ver. nam compromiſſum. lib. 3. & quod per electionem tertij dicatur nouum compromiſſum. Bart. in l. ſi dominium rei, in fi. ff. de furt. & in l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbit. vbi etiam Alex. in apoſt. & hoc procedit etiam ſi electio tertij fiat in prorogatione, quia eſt nouum compromiſſum. Aſſlict. deciſ. 148. nu. 2.

2 Declara, quia terminus prorogatus eſt idem cum termino, ad quo fit prorogatio quoad partes, tamen reſpectu tertij diuerſum eſt, quia fideiuſſor in termino prorogato non tenetur. l. item labeo. la 2. §. pen. & fin. vbi gloſ. ff. de arbitr. Bart. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de admin. tut. Lanfranch. in tract. de arbitr. ver. prorogatio. Deci. in l. lecta. col. 3. ff. ſi cert. pet. & in c. de cauſis, de offi. deleg. Bal. in l. Aemilius, in 4. not. ff. de minor. Alex. conſ. 72. Habita, in princ. volum 6. Deci. conſ. 93. Et pro tenui. laſ. in l. 1. C. de iudi. & idem in compromiſſo prorogato. Aegid. Bellam. conſ. 24. num. 5. verſ. tertio dubitatur, vbi, quod idem eſt quoad partes, ſecus quoad tertium.

3 Amplia, quia ſi compromiſſum eſt iuratum nunquam prorogatio ſimpliciter facta dicitur iurata, etiam ſi eſſet dictum, quod eſſet prorogatum quoad omnia. Bald. d. conſ. 436. per tot. lib. 1.

4 Extende, quia iuramentum requirit formalitatem, ideo in prorogatione non cenſetur repetitum. Socin. conſ. 99. Sereniſsimus Rex. col. 2. ver. quinimo. lib. 3. Deci. in cap. de cauſis. nu. 12. ver.

ſed

ſed iſta reſolutio, de off. deleg. & in l. lecta. n. 14. ff. ſi certum pet.

5 Cõtrariũ, quod imo prorogatio compromiſſi, vel cuiuſuis alterius termini intelligatur facta eũ omnibus ſuis qualitatibus. Bar. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de no. ope. nunc. quem ibi ſequuntur Ale. & Iaſ. Paul. de Caſt. in l. lecta. ver. dicebã. & Ale. in 5. not. ff. ſi cert. pet. vbi etiã Soc. in 8. memb. Caſtr. conſ. 43. col. 1. n. 2. li. 1. Boer. dec. 284. nu. 11. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 20. n. 27. Fel. in c. 1. col. 2. ver. ſed contrariam partem, de iur. iur. Calc. conſ. 80. n. 15 col. pen. prope prine. Aſſumit enim prorogatũ omnes qualitates, & conditiones, & omnia priora acceſſoria ſecum trahit, & cenſetur eſſe eiuſdem omnino naturæ. Tiraq. de retrac. conuent. §. 1. gl. 7. n. 27. & remanet idem, & nomen non amittit. Soc. Iun. conſ. 75. n. 28. lib. 3.

Vide. Prorogatio an inducat nouam actum, vel ſit idem cum prorogato. Concl. 911.

6 Et prorogatio non eſt noua dilatio, ſed antiqua extenſio. Calc. d. conſ. 80. n. 15.

7 Et intelligitur facta etiam cum repetitione pœnę, & iuramenti, quod erat in primo termino prorogato. Bar. & Iaſ. d. l. 1. §. & poſt operis. ff. no. ope. nunc. Boer. d. conſ. 284. n. 11. Fel. d. c. 1. de iur. iur. Pariſ. conſ. 43. n. 2. li. 1. vbi dicit *communẽ. Calc. d. conſ. 80. n. 15. Natta conſ. 57. n. 4. vbi reſpondẽt ad contrariã.

8 Declara, quia ſi in prorogatione fuit aliquid additum, vel diminutum prorogato, puta eligẽdo tertium, dicitur prorogatio diuerſa a prorogato. Bald. in c. uenerabilem. ver. pone, extra de elect. ſequitur Fel. in c. præterea. n. 30. ver. tertio adduco, de ſponſ. Iaſ. in l. 1. §. & poſt operis. n. 8. ver. ſed defendendo. ff. de no. ope. nunc. & tunc pœna, & iuramentum non dicuntur repetitũ, quia ille actus valere nõ potuit, poſt gl. in c. ij qui. col. fi. de prçh. in 6. cum aliis, de quibus Ale. in l. dies cautioni. ff. de damno infecto. Fel. in c. de cauſis. col. 2. ver. limita, & ibi Dec. ver. 7. præfata concluſio. de off. deleg. Soc. conſ. 87. Præfatis ijs. col. pen. & in fi. lib. 4. vbi quod per adiectionem nouæ qualitatis eſt noua diſpoſitio.

9 Reſtringe quando in primo cõpromiſſo eſſet dictũ, quod deberet, vel poſſet prorogari, quia prorogatio poſtea ſubſequuta, bene eſſet iurata. Bald. conſ. 436. circa princ. ver. ſolutio, lib. 1.

10 Amplia, quia ex prorogatione oritur noua obligatio, ideo requirit eamdem ſolemnitatem. Bald. conſ. 94. Viſo ſtatuto. li. 5.

11 Amplia, quia ſi in primo compromiſſo eſt data balia, & poteſtas plena procedendi nõ citatis partibus, & poſtea ſit dictum, quod poſſit prorogare ſi non eſt addita facultas eadem, non cenſetur repetita in prorogatione tacite, quia clauſulæ irregulares, & contra ius, non cenſentur tacite repetitæ. Bal. conſ. 103. n. 1. per totum, lib. 3.

12 Extende, quia ſolẽnitas eadẽ requiritur in prorogatione, quæ requiritur in compromiſſo, puta conſenſus proximiorum, auctoritas curatoris, & decretum iudicis, quando fit a minore. Bal. conſ. 94. Viſo ſtatuto. lib. 5. quia ex prorogatione dicitur oriri noua obligatio, quæ non poteſt dari inter perſonas inhabiles, vbi plus dicit, quod hoc caſu iuramentum non ſuppleret.

13 Declara, quia talis facultas data prorogandi etiam partibus non vocatis non tollit quin ſit facienda intimatio prorogationis, quæ non facta nõ valeret prorogatio. Alex. conſ. 54. Viſo thema ſeli. 1. circa fi. ver. ſuper eo autem, infra n. 17. & ſeq.

Vide. Compromiſſi tempus quando incipiat currere. Concl. 515. nu. 9.

14 Extende, quia intimanda eſt prorogatio cõpromiſſi, vt valeat, etiam ſi data ſit facultas prorogãdi etiam partibus abſentibus. Hoſt. in ſumma, de arbit. §. qualiter conſtituatur; vbi quod quinque ſunt neceſſaria, vt prorogatio fieri poſſit valide; primo quod data ſit facultas in compromiſſo: ſecundo, quod partes ambæ cõſentiant: tertio, quod arbiter hoc approbet; quarto, quod prorogatio fiat durante adhuc termino compromiſſi; quinto, quod intimetur partibus.

15 Extende etiam ſi data ſit facultas arbitris prorogandi partibus abſentibus, & non citatis, quia adhuc intimanda eſt, alias laudum non valeret iudicatur de nullitate. Dec. conſ. 39. Iuridicam, in princ. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. procon. & in l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. Ale. conſ. 34. li. 1. in fi. ſequitur Dec. conſ. 430. in vlt. col. circa med. Alex. plene conſ. 63. In cauſa, & lite, nu. 3. ver. & certe. lib. 3.

16 Imo ſi in compromiſſo eſt datus fideiuſſor, prorogatio debet fieri citato fideiuſſore, vel illi intimanda eſt, alias laudum ſibi non nocet. Aretin. conſ. 78. in fi. vbi plura.

17 Declara hanc materiam intimandæ prorogationis, & quando fieri poſſit parte abſente, & ignorante, vt per Bald. conſ. 101. lib. 3. Nam aut prorogatio fit vtraque parte inuita, & nõ valet: aut una uolente, & altera contradicente, & non ualet ſecundum quoſdam, ſed contradicens committit pœnam. ut not. in l non diſtinguemus. §. dies. ff. de arbitr. ſi uero fiat prorogatio utraq. parte abſente, & ignorãte, tũc requiritur intimatio, vel quod ratificetur intra terminũ, idem Bal. conſ. 104. li. 3.

18 Declara alio modo, quia notificatio prorogationis compromiſſi eſt neceſſaria, alias nõ ualeret quando authoritas prorogandi fuit data a cõpromittentibus, & fit prorogatio partibus abſentib. quia neceſſe eſt quod ſciant factam eſſe, ſecus quando facultas eſt a lege data, quia non debet intimari.

Vide. Intimatio neceſſaria multis caſibus. Concluſio. 319.

19 Amplia, quia ſi fiat prorogatio compromiſſi, addito, quod unus ſolus ex pluribus arbitris poſſit laudare, tunc erit nouum omnino compromiſſum. Afflict. deciſ. 148.

20 Et ideo confeſſio procuratoris facta procuratorio nomine in primo compromiſſo redditur nulla, ut per Affl. d. deciſ. 148. Bald. in l. cum autem, C. de arbitr.

21 Amplia, quia prorogare non poſſunt arbitri unus, uel plures tempus compromiſſi, niſi in ſpecie a partibus fuerit in compromiſſo data facultas, alias facta non ualet. Doct. in l. non diſtinguemus. §. fi. ff. de arbit.

22 Extende quia etiam ſi data eſſet poteſtas prorogandi in compromiſſo, non poteſt prorogare arbitrator, uel arbiter ambabus partibus contradicentibus, uel altera ipſarum, ut eſt tex. in l. arbiter ita aſſumptus. ff. de arbit.

23 Declara, quia bene pars quæ contradicit prorogationi incidit in pœnam, ſecundum unam opinionem glo. in d. l. arbiter. ff. de arb. Hoſt. in ſumma tit. de arb. §. qualiter cõſtituatur. ver. cõſtituitur.

Reſtrin-

by Google

24 Restringe, quia si data est facultas prorogandi potest arbiter nolle prorogare, etiam si partes consentiant prorogationi. glos.in d.l. non distinguemus.§. dies,de arbitr.& Hostien.in summa, vbi supra.

25 Amplia, quia fieri debet prorogatio durante primo termino, alias eo lapso non posset amplius prorogari, quia quod non est,prorogari non potest.Dec.post Abb.& alios in cap. de causis, in 4. col.post med.de offi.deleg. vbi,quod sufficit,quod prorogatio sit facta in vltimo momento primi termini. Ang. & Alex. in l.dies cautionis.ff.de damno infecto.

26 Restringe tamen, quia si à partibus fiat prorogatio post lapsum instantiæ compromissi valebit, vt nouum compromissum.Im.in l.4. ff.de dam.inf. vbi Rom.& Alex.allegant Bald.in l.Titio centum, per illum tex.ff.deleg.2. & in l.1. C.de temp. app.

27 Contrarium facit glos.in l.2. in princ. ff. de acquir. poss. Specul.tit.de dilatio.§.nunc videamus, & videtur text.in l.legata inutiliter, & ibi Bal. & Imol.ff deleg.1.

28 Declara, quia prorogatio extra terminum habet vim noui compromissi,quando in prorogatione est clausula omni meliori modo, vel iuramentum, quæ faciunt valere eo modo,quo potest. Soci.cons.99.incip. Serenissimus Rex. col.2. in prin. vol.3.licet non firmet pro absoluto, ideo cautela est dicere, & quatenus opus sit de nouo compromiserunt.

9 Amplia,quia longior non potest esse prorogatio quam terminus datus in compromisso. Bal.in c.fi, col.9.ver. dubitatur insuper, de consuet. & consil. 299.Nobiles viri.col.1.li.1.sequitur Deci. in cap. sua nobis.col.2.circa med.de appel.& in c. de causis,in 3.not.post Feli.de off.deleg.Cæpol.in l.si fugitiui,in 6.& 9.col.C.de seruis fugit.& propterea ad euitandum hoc inoleuit practica,quod notarij addunt,& ad cautelam de nouo compromiserunt. Blanch.in tract.de compromiss. in 7.quæst. in tit. de prorog.num.51.& 54. Marsil.singul. 52. Castr, cons. 48.num. 9.

30 Vide tamen Imol.Roma.& Alexan.in l.4.ff.de damno infecto,quod si fiat longior prorogatio, si non valet, vt prorogatio,valebit vt nouum compromissum, maxime si adest clausula, omni meliori modo, vel iuramentum.

Vide. Prorogatio non debet esse maior tempore prorogato. Conclus.923.

31 Amplia, quia facultas prorogandi data arbitris intelligitur de prima, & vnica vice tantum.

32 Restringe,quando fuit dictum semel & pluries, & quoties opus fuerit, quia intelligitur de duabus,vel tribus vicibus,& non vlterius propter infinitatẽ vitandam.Ias.in l.vt inter diuinum. col.6. C.de sacr. Eccl. & in l. duobus. §.si ei qui,in pen. col.ff.de iur.iur. Deci.in c.sua nobis.col.2. de appel.plenius Ias.cons.30. vol.1. vbi, quod expirat compromissum factis tribus prorogationibus, licet sit dictum semel,bis,& ter,& quoties videbit.

Vide. Clausula, toties quoties quid operetur. Conclus.353.

33 Restringe, quia etiam si non sit dictum toties, quoties,quando ex forma statuti debet fieri compromissum toties debet compromitti, quod causa decidatur,vt per Deci.d.c.sua nobis,de appell. Ias.in d.§.si ei qui.col. pen. in fin. ff.de iure iur.& in l.diuortio.§.quod in anno, in vltima.col.ff.sol. matri.& in l.veluti.col.2.ff.de edendo, & in l.prætor.§.deinde, in 8.not.ff.de noui oper.nunciatio.

34 Limita quoad pœnam conuentam, quia per prorogationem simpliciter factam, censetur repetita etiam pœna primi compromissi.Bal.d.consil.436.per totum.lib.1.

35 Extende, vt procedat etiam in tacita prorogatione, veluti si post compromissum finitum vtraq; pars comparuit coram eodem arbitro tanquam tali, quia censetur facta prorogatio tacita cum repetitione pœnæ,secus si altera pars contradixisset, quia non induceretur prorogatio ex compatitione facta cum contradictione. Bald.cons.339. Fuit factum compromissum, circa med. vers. sed probabiliter dubitatur. lib. 3. vbi tamen videtur dicere, quod semel extincta non reparantur, sed loquitur ad alium finem, & sic extensio est bona.

Vide. Prorogatio an inducat nouum actum,& an sit idem cum prorogato. Conclus.911.

36 Et facta prorogatione simpliciter intelligitur facta cum pœna, de qua in compromisso,& cum omnibus qualitatibus,licet de pœna non sit facta mentio. Ias. in l.1. §.& post operis, in 2. col. post med.ff.de noui oper.nunc.

37 Declara, quia vbique fieri potest prorogatio, sicque non est necesse, quod fiat in loco compromissi. Bald.cons. 181.lib. 3.vbi,quod per eundem vel alium notarium.

38 Et prorogatio compromissi censetur facta, si arbitri habentes facultatem prorogandi in sententia sibi reseruarunt authoritatem declarandi, & supplendi. Bald. cons.231.Dominus meus. lib.3.

39 Limita, quia valet prorogatio compromissi facta post lapsum illius in vim noui compromissi, si partes comparuerunt.Vide Bart.in ver.prorogatio.nu.20.

Vide. Arbitri, & arbitratores quando possint prorogare instantiam. Conclus.459.

Compromissum generale quæ comprehendat, vel non. Conclusio. DXIX.

1 COMPROMISSVM generale non continet ea, quæ sunt liquida,& clara,quia super claris,& liquidis non valet compromissum, nisi expresse sit renunciatum, ita quod non sufficit generalis renunciatio. Deci.cons.39. col.2.in prin. & cons.375.col.1.

Vide. Compromitti an possint semel laudata, vel non. Conclus.500.

2 Et ideo laudum latum est nullum super liquidis, & decisis semel, tanquam latum ex compromisso nullo, & sic ex radice infecta. Deci. cons. 85.colum.fin.

3 Extende, quia non releuabit negatio partis quod sint liquida, quia si constat per sententiam, vel instrumentum dicitur res notoria,& probatio probata.l.1.vbi Bart.& alij. C.de procurat.

Vide. Probatio per instrumenta dicitur probatio probata.Conclus.775.

4 Extende etiam si adsit clausula, quod intelligatur fuisse litem super omni eo, & toto, de quo fuerit laudatum, vt in l.post rem.ff.de transactio. Angel. in l.tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.idem Ang.& Castr.in l.cum ij.§.sed cum lis. ff.de

ff.de tranſact.Rom.conſ.155.Areti.in conſ. incip. In caſu Georgij, quod eſt 101. Abb. conſ.64.Venio ad primum.nu.2. lib.1.

Vide.Compromitti an poſſint ſemel laudata. Concluſio.500.nu.21.& ſeq.

Vide Concluſionem proximam ſequentem,nu. 5.& ſeq.

5 Et eſt ratio,quia laudum non valet, neq. compromiſſum ſuper litibus fictis,& ſimulatis,& non * veris. Docto.in l.1.C.de tranſact. Deci.conſ.479. Controuerſia,quæ,ad fi.& conſ. 587. Coram magnificis.col.2.& conſ. 551. Plene & ſubtiliter Caſtren.conſ.31.Circa primũ, in tertio quæſito,li.1.

6 Imo etiam,quando ante ſententiam factæ ſunt probationes,adeo,vt res ſit liquida non poteſt is, qui probauit compelli ad compromittendum vigore ſtatuti.Abb.d.conſ.64. Venio ad primum. Alex.conſ.22.Si Syndicus caſtri,lib.1.& conſ. 94. nu.5.lib.2.Aretin.d.conſ.101,nu.2.& 3.

7 Et quod de rebus liquidis, & ſententiatis non poſſit cõpromitti,niſi partes expreſſe renunciẽt, nec generalis renunciatio ſufficiat.Bart. & Alex. in l.eleganter,in prin.ff.de cond. indebi. & in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſactio. Deci. conſ. 39. col.2.circa prin.& conſ.375. in prima col. Alex. conſ.22.Viſo inſtrumento Syndicatus, libr. 1. & conſ.94.nu.5.lib.2.

8 Reſtringe, quia bene valeret compromiſſum quando ſpecifice eſſet factum de liquidis ex quo clare conſtat de voluntate partium quod voluerunt derogare ſententijs, & rebus liquidis. Bart. in l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de leg.3. iuncta doctrina Bal.in l.ſi diuerſa, C. de tranſact. Imol. in l.Gallus,§.quidam recte,col.pen. ff. de liber.& poſthum.maxime ſi non conſtat quod de conſuetudine notariorum ſit extendere verbũ,&c. quod in ſe contineat non obſtantibus ſententijs,& ſentẽtiatis,vt ibi per Imol.& vide Cæpol.cautel. 41. vide plenius infra.nu.33.& ſeq.

9 Amplia,quia non comprehendit lites ſuper quibus non poterat litigari tempore compromiſſi. Angel.conſ.218.Viſa narratione.col.penul. Soci. conſ.220.Viſis,nu.2.& conſ.283. Eleganter,nu.6. ver.præterea reſpondeo,vol.2.& conſ.104. Viſis, n.6.lib.4.late Ruin.conſ.10.Pœna,nu.5.&.6.lib.4. facit in ſumma.§.1.ff.de eõd.indebit.& quod per illum tex.not.glo.in l.2. C. de tranſact. quam ibi ſequuntur Docto.Felio.in c.ſedes,n.23.de reſcri. Blanch.in tract.de compromiſſ.in 6.quæſt. prine, * nu.10. ex quibus patet * communem eſſe opin.

10 Contrarium Purpur.in l.2.col.fi.C. de tranſac.

11 Declara,vt per Deci.d.l.2.C.de tranſact.quia ſi lis futura eſt talis ſuper qua poſſit tranſigi poteſt etiam compromitti prout ſi inſtet de præſenti, vel de potentia propinqua,alias non.

12 Extende,quia neq.ſtatur aſſertioni arbitrorum ſi ipſi dicunt poſſe naſci lites in futurum, & quod pro bono pacis voluerunt ponere manus ad diſcordias,quæ non vigent,quia debent aliter probari.Canoniſtæ in c.niſi eſſent,de præben.Blanch. d.tract.in 6.quæſt.prin.in 3.quæſt.num. 16.Caſtr. conſ.465.Viſo compromiſſo,num. 4.ver.nam reſpondeo.lib.1.

13 Extende,quia non valet compromiſſum, neq. laudum ſuper hæreditate, vel ſucceſſione viuentis,quia continet,& prohibita turpia,ideo quando non eſt ſpes de præſenti non valet compromiſſum,neque laudum.Anton.de Butr.conſ.76.in prin.vbi quod multo minus compromiſſum generale poteſt iſta continere,quia generalia verba non extenduntur ad turpia, etiam ſi extat clauſula,quod ſuper omnibus laudatis cenſeatur compromiſſum,quia licet fictio referatur ad impoſſibilia,non tamen à iure reprobata.

14 Extende,quia non valet compromiſſum,neque laudum etiam ſi partes renunciarunt cuicunque nullitati, etiam ſtante ſtatuto prout Florentiæ, quod non poſſit dari de nullitate laudi, ſed quod exequi debeat,quia non habet locum quando defecit poteſtas arbitri, & conſenſus compromittentium.Ant.de Butr.d.conſ.76.Per totum,maxime num.2.vbi plena apoſtil.dat.concord. in ver. poteſtatis.

15 Amplia,quia compromiſſum generale non porrigitur ad lites futuras etiam ſi dictum ſit de litibus quæ ſunt,vel eſſe poſſunt inter partes prædictas,quia intelligitur ex cauſa tamen de præſenti,vt per Bart.in l.de ijs.ff.de arbit.Iaſ.in l. quod ſeruus,in fi.ff.de cond.ob cauſam.Soci.conſ. 283. nu.6.& plenius conſ.251.n.18.& ſeq.lib.2.ubi addi.Rom.conſ.88.in fi.& 155.in prin.vbi apoſtil.

16 Et ius de futuro non cõplectitur,niſi verba eſſent adeo prægnantia quod omnino cõprehenderẽt.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,q.1.in fi.de ver. obliga. qui * cõmuniter approbatur,vt per Alex.conſ.40.nu.3.lib.4.Corne.conſ.102. num. 1. uer.ijs tamen non obſtantibus,libr.4. Deci. conſ. 79.In ſecundo dubio,& conſ.86.nu.4. uer. ſed tamen ijs non obſtan.& conſ.494.In ſecundo dubio. nu.16.& 17.Ruyn. conſ.137.nu.6.uer.ſed præmiſſis,lib.2.vbi tollit contraria.

17 Extẽde,etiã ſi in cõpromiſſo eſſet adiecta clauſula ex quacũq.cauſa,quia intelligitur de præſenti, & ſecundum naturã laudi.Roma.conſ. 88.Tribus rationibus,& conſ.155.Præmiſſum laudum.

18 Extende in tantum,vt laudum ſit nullum ſi feratur ſuper eo,de quo non eſt lis inter partes tẽpore compromiſſi.Soci. conſ.220. Viſis,col.2. lib. 2.Roma.conſ.155.n.2. & 3.vbi apoſtil.Alex.conſ. 224.nu.5.& 6.lib.2.

19 Extende,quia nõ uenit ius ceſſum poſt compromiſſum.Bart.& Docto. in l.ſi culpa.ff.de rei vendi.& in l.ſi.C.de hæred.uel actio.uendi. quia actũ nomine ſuo nõ nomine alieno,& ceſſo geſſiſſe præſumitur,l. magis puto,ff.pro ſocio,& idem de rebus emptis poſt compromiſſum quæ non veniunt in compromiſſo, ita conſuluit d. Anton. Strotius inſignis Aduocatus.

20 Reſtringe,niſi eſſet expreſſum,quod ueniant lites futuræ durante compromiſſo ſuſcitandæ quo caſu veniunt.Specul.de arbi.§.ſi. uer.ſed quæritur an valeat compromiſſum,& ſequitur ibi Io.Andr.

21 Declara reſtrictionẽ,vt procedat quãdo lites eſſent in eſſe productæ tẽpore laudi,quia alias nõ poſſet arbiter laudare ſuper futuris nondum in eſſe productis.vt Specul.tit.de arbit. §. ſequitur, ver.quid ergo ſi compromiſſum.Rom.conſ. 403. Pro deciſione propoſitæ conſultationis, in ſecundo dubio,& conſ.108.De propoſita conſultatione.& conſ.155.nu.3.

22 Amplia, quia compromiſſum non poteſt fieri de rebus dependentibus a teſtamento, & factum non valet niſi dicatur uiſis,& inſpectis uerbis teſtamenti,l.de ijs, ff. de tranſact. Socin. conſ.182. lib.1.in prin.

23 Contrarium quod ſufficiat quod cõſtet cõpromitten-

thittentes habuisse notitiam de testamento,& contentis in eo, puta,quia fecerunt mentionem de testamento.Dec.conf.630.In causa,in princ. iuncto versi.ad fin. non obstat, quod transactio,& ita tenuit Soc.conf.283.n.1.& 2.lib.2.Bar.in l.qui Romæ.5.duo fratres.in 4.quæst. ff.de verbor.obliga. & ita Socin. conf.214. & conf.282. num.1.& 2.& * conf. 283. num.2. lib. 2. vbi dicit magis * communem.

24 Imo, quod sufficiat etiam præsumpta scientia testamenti,& contentorũ in ea.Nat.conf.145.n.3.

25 Declara,quia clausula generalis, de omnibus, &c. non comprehendit causas ex vltima voluntate etiam de qua habebant scientiam,si in specie non est dictum,multo minus si non habebãt scientiam.Alex.conf.124.In causa.nu.8.lib.2.

26 Declara,quia sufficit scientia quomodocunque partium,quando agitur inter hæredem, & creditores.Alex.conf.11.per totum.lib.2.nu.13. & seq. vbi ponit multas solutiones.

27 Declara, quia non valet laudum., quod quis sit hæres,vel non hæres,sed bene valet super adiudicatione bonorum. Castr.conf.72.per tot.lib.1.

28 Et quod sufficiat generalis renunciatio cum iuramento, vt censeatur renunciatum,l.de ijs.ff.de transact. Aret.conf.28. Dec.conf.345. Visis.col. pen.vbi tollit contraria.

Vide. Renunciatio non extenditur ad debita ex testamento,& quando secus. Concluf.183.

29 Contrarium, quod non valeat renunciatio generalis cum iuramento, nisi renuncietur in specie.Iaf.d.l.de ijs.in 3. & 4. col. ff.de transact.Alex. conf.11.col.1.lib.2. Ang.conf.218. Visa narratione.col.2.& conf.198.Testator.

30 Amplia, quia compromissum quantumcunque generale restringitur solum ad prosequuta. l. si cum dies.§.plenum,de arbitris. Bart.in l.tres fratres,de pact.Soci.conf.220.lib.2.vbi allegat Ang. conf.218.Visa narratione,col.5.vbi dicit,quod fatuus est arbitrator,qui pronunciat super non petitis,argumento l.fi.C.de fideic.libert.

31 Extende etiam si extet clausula,quod de omni, & toto, super quo laudabitur, censeatur factum compromissum, quia debet intelligi de ijs, super quibus erat, vel sperabitur lis. Socin. conf. 299. lib.2. Corne.conf.168. vol.1. vbi, quod compromissum cum clausula, quod extendatur ad omnia laudanda, restringitur ad specificata, & plene Soci.conf.283. vbi,quod non includuntur non pendentia tempore pendentis compromissi, ideo fideicommissum purificandum post mortem non includitur.

32 Imo,quod ex tali clausula non veniant ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum eo tempore, quo factum est compromissum, consuluit Guid. Vespucius allegat l.qui cum taeoribus, & l. cum Aquiliana.ff.de transact. Angel.conf.218. & conf.247.In splendidissima Ciuitate Florentiæ.

33 Amplia, quia compromissum non comprehendit ea, quę sunt liquida,& habent executionem paratam.l.post rem,vbi glos.Bart,& Docto. ff.de transact.c.fi.de cohabit.Cleric. vbi Docto. glo.in cap.ex parte, & in cap.cum olim. de verb.signif. Oldrad.conf.93.Bart.& alij in l.1. ff.de nou. operis nunciat.

34 Extende, quia etiam si fiat compromissum de contentis in instrumento liquido habente executionem paratam, non retardatur executio dicti instrumenti, pendente compromisso. Castr.conf. 426.Visis,& consideratis.

35 Extende idem si fiat compromissum de contentis in instrumento liquido cum clausula,quod toties fiat compromissum,donec fuerit laudatum, quia finito cõpromisso poterit exequi instrumentum, non obstante exceptione de compromittendo, Castr.conf.31.Super primo quæsito.

36 Restringe, quia pendente compromisso super sententia habente executionem paratam non potest exequi.Castr.in l.pecuniam quam.ff.si cer. per.& hæc restrictio potius est contrarium præcedentibus, & licet Soci.in l.quibus diebus. §. quidam Titio.ff.de condit.& demonstr.in fin.dubitet, tamen pendet ab ijs,quæ supra dicta sunt.

Compromissum generale qualiter interpretandum.Concluf. DXX.

1 COMPROMISSVM generale de omnibus controuersijs ortis, & quouis modo oriri possent, intelligi debet quæ oriri possent secundum potentiam, quæ in iure consistit, non autem secundum potentiam iniuriosam, ideo non se extendit ad fideicommissum, in quo de iure non potest oriri controuersia. Bald.conf.191.In testamento Rolandi. num.3. ver. porro illud verbum.lib.2.sequitur eum Soci.conf.283. Elegantes & iuridice.nu.6.ver.vnde consuluit Bald.lib.2.

2 Extende, quia non extenditur ad diuisa concordata,& transacta medio iuramento,& pœnalia ne possint in controuersiam deduci. Fulgos. consi. 219. Super eo,quod primo, in princ.

3 Amplia, quia compromissum factum de omnibus differentijs non comprehendit facultatem,vt posit arbiter, vel arbitrator compellere partes ad vendendum sibi inuicem. Bald.conf.252.Viso quodam arbitramento, ante med. ver. idem est si arbiter.lib.2.

4 Amplia, quia compromissum generale non comprehendit,quod pater teneatur filium emancipare,neque quod alter compromittens teneatur alteri donare,si in specie non est dictum in compromisso.Bal.conf.452.De patria potestate. lib. 2.

5 Amplia, quia compromissum generaliter factũ etiam cum clausula,quod omne, super quo fuerit laudatum censeatur,& sit compromissum, non valet,quia lites futuræ non veniunt in compromisso.Soci.conf.282.nu.3. vbi allegat multos consulentes, & dicit esse * communem opinionem. lib. 2.& idem tenet Soci.conf.283.num.5.& 6. eod.lib. & vide supra Concluf.prox. præced.n.4. & seq.

6 Extende, quia talis clausula intelligitur quando lis ex probabili causa speratur,alias secus,quia clausula non operatur aliquid quoad lites ex causa non probabili, quæ esse possent. Angel.conf.66. Co.Robertus.n.4.ver.& licet.

7 Extende, quia etiam si sit dictum, quod compromissum sit plenum, & plenissimum, & quod omnia, super quibus fuerit laudatum censeantur cõpromissa,etiã si sit dictum de futuris litibus etiã in compromisso arbitratoris quia non veniunt lites de futuro, nisi quando habent ius de præsenti.Soci.conf.283.nu.5.ver.sed ad illam.lib.2.

8 Et dicta clausula non facit, quod extendatur compromissum ad hæreditatem vinentis, neque

ad turpia, & ea de quibus non eſt ſpes de præſenti. Ant.de Butr.conſ.76.per totum, etiam ſi extet ſtatutum, quod non poſſit dici de nullitate,quia non comprehendit nullitatem ex defectu poteſtatis arbitri, & compromittentium.

9 Extende, vt imo ſi ius, ſuper quo dicitur factum compromiſſum pleniſſimũ eſſet conditionale,vel in diem,ita quod non poſſet competere actio tempore compromiſſi, tunc etiam ſi ſit factum compromiſſum de futuris litibus cum omnibus clauſulis non venit tale ius conditionale ſuper quo lis eſſe non poterat,ita Soci.d.conſ.283. nu.5.& ſeq. ver.quoniam ad hoc reſpondeo.li.2.vbi n.6.quod neceſſe eſt,quod tempore compromiſſi ſit aliqua lis,alias non poteſt litis deciſio fieri, vel laudari.

10 Extende,quia compromiſſum factum de omnibus litibus,& generaliter,& ſpecialiter de omnibus,ſuper quibus fuerit laudatum, cenſeatur factum compromiſſum, quia reſtringitur ad lites, quæ ſunt,vel eſſe poſſunt, ideo ſi re vera ſit latum laudum ſuper non litigioſis vere, neque probabiliter,laudum eſt nullum. Ang. conſ.218.Viſa narratione.nu.8,ver.& hęc ſufficiunt.

11 Imo nec ratificatio ſubſequuta ambarum partium conualidat laudum nullum. Angel.d.conſil. 218. num.8.

12 Extende,quia maxime notarij apponunt iſtam clauſulam in Ciuitate Florentiæ, quę tamen non operatur aliquid circa lites incognitas, & nõ extantes tempore compromiſſi.Ang.conſ.148. Punctus eſt,exorta fuit.nu.2,ver.& potiſsime propter adiectionem.

13 Extende, quia talis clauſula, quod cenſeatur compromiſſum,&c. non comprehendit turpia,vel illicita,de quibus partes non potuiſſent in ſpecie compromittere, prout,quod regulętę ſucceſsio, vel quid ſimile.Ant.de Butr.conſ.76.n.2.quia non extenditur ad defectum poteſtatis compromittentium,vt ibi apoſt.C.in ver. poteſtatis, & conſ. 77. nu.3.ver.quod autem,ſequitur Bero. conſ.30. nu. 20.& ſeq.lib.3.

14 Extende, quia non comprehendit res, neque perſonas extraneas. Ant. de Butr. d.conſ.77. nu. 3.ver.nec obſtant verba.

15 Reſtringe.quia bene veniunt lites omnes, quæ pendebant tempore pendentis compromiſſi.Soc. d. conſ.283. lib. 2. dummodo potentia non repugnet actui. Ang.in l.cum ij. §.ſed cũ lis. ff.de tranſ.

16 Declara tamen,quia requiritur,quod conſtet litem fuiſſe pendente compromiſſo, vt per Bald.in quodam ſuo conſilio, & firmat Ang.conſ.218.Viſa narratione facti, & in conſ.66. Comes Robertus.in 3. col. Socin.conſ.220. Viſo compromiſſo. col.2.ver.& ad hanc obiectionem,de quo conſilio etiam meminit Feli.in c.ſedes. col. 6. de reſcript. ver.& dixit Baldus,quia partes non poſſunt fingere litem vbi non eſt.

17 Contrà declarationem, quod imo ponatur, vt releuet ab onere probandi litem, fuit de mente Franc.Albergot.in l.non diſtinguemus. §. de offic. ff.de arbitr.

18 Amplia, quia compromiſſum ſtricte eſt interpretandum, & ideo verba potius debent reſtringi,quam ampliari. Bald.conſ.101. Nobiles viri.ni 8.ver.videtur concludendum,in fi.lib.3.maxime, quando ſunt clauſulæ extraordinariæ.Bald.conſil. 103.lib.3.in princip.Socin.conſ.10.Viſis actis, in princ.lib.2.quod eſt Mariani, vbi, quod eſt ſtricti

rit,& in eo veniunt ſolum ea,de quibus ſpecialiter eſt dictum. Dyn. conſ. 45. Quæſtio quæ vertitur.

19 Amplia, quia compromiſſum quantumcunque generale non comprehendit res finitas tranſactione,ſi non eſt dictum, Bald.conſ. 347. Super eo quod, in fin.ver. ſuper alio.lib.3.

Vide. Compromitti an poſsint ſemel laudata. Concluſ.100.

20 Amplia, quia compromiſſum non admittit repetitionem eorum,quæ late dicta ſunt circa vnum caput, vt extendatur etiam quoad aliud, niſi exprimatur.Bald.d.conſ.101.num.10. maxime in fi. ver.præterea arbitrium.li.3.& conſ.103.Lex compromiſsi,in princ.lib.3.vbi reddit rationem, quia clauſulæ.ſunt contra ius.

21 Amplia, quia compromiſſum non tranſit ad hæredes,ſi non eſt facta mentio hæredum,nam licet tranſeat effectus compromiſsi ad hæredes, ſi ſuper eo fuit laudatum, tamen ſi compromittens decedat non ſequẽto laudo expirat.Bal.conſil.2. Omnis poteſtas.lib.3.in princip.& conſ.103.Lex cõpromiſsi,in fi.ver.verba iſtius cõpromiſsi.li.3.

Vide. Hæredes cenſentur nominati in omni diſpoſitione.Concluſ.75.n.166.

Vide. Laudum quando emologarum dicatur, quid operetur confirmatio. Concluſ. 25.

22 Amplia,quia compromiſſum generale etiam cum clauſula, quod omnia cenſeantur compromiſſa, ſuper quibus fuerit laudatum, non valet quoad ſemel deciſa per tres conformes,quia ſicut compromiſſum non ſe extendit ad lites finitas tranſactione, ita neque ad finitas re iudicata. Angel.conſ.149. Philippus Ciuis, vbi, quod ſicut non poteſt tranſigi ſuper finitis, ita neque compromitti,& conſ.218.nu.8.vbi idem.

23 Reſtringe,niſi ſententiæ eſſent nullæ defectu iuriſdictionis, quia tunc valeret laudum. Angel. d. conſ.249.Philippus Ciuis.nu.3.

24 Limita, quia compromiſſum de omnibus differentijs occaſione certæ hæreditatis generaliter factum etiam ſe extendit ad alia non hæreditaria, quando adeſt clauſula,quod de omnibus, de quibus,&c.ſi modo clauſula alias abundaret. Caſtr. conſ.15.in princ.lib.1.

25 Limita,quia valet laudũ latũ ſuper non cõpromiſsis quando ponitur ſub conditione illud, quod eſt compromiſſum,exemplum: compromiſſum eſt factum de omnibus bonis certi loci, certe, ſicuti ſimpliciter poteſt dari laudum ſuper illis bonis, ita poteſt dari ſuper non compromiſsis,puta de ſoluendis mille,alias perdantur bona, & ſic valet laudum latum ſub conditione iſto caſu. Caſtr. d. conſ.15.col.2.ver.circa ſecundum.lib.1.

Vide. Clauſulæ compromiſſorum,& earum importantia.Concluſ.195.

Vide. Compromiſſorum formulæ, & pacta, & quid operentur.Concluſ.511.

Compromiſſum generale quale dicatur in dubio. Concluſio. DXXI.

1 COMPROMISSVM, vel remiſsio regulariter facta, quid contineat, an cenſeatur in arbitrum, vel arbitratorem, aut ſimplicem auditorem, vel iudicem prorogatum, plene

Bal.conſ.121.Orta guerra.nu.4.ver.videndum eſt. in primis.lib.3.vbi diſtinguit.

2 Regula eſt,quod compromiſſum factum ſimpliciter in perſonam, quæ habet iuriſdictionem cenſetur vt in arbitrum,ſi in compromiſſo adeſt pœna. Bal.conſ.128.n.4.ver.& quidem vulgata.lib.3.

3 Amplia,vt idē ſit quando cōpromiſſum fit in eū qui alias caret iuriſdictione,quia præſumitur electus in arbitrum,ſiue adſit pœna,ſiue non. Bald.d. conſ.121.num.4.ver.ſi autem alias.lib.3.

4 Declara,vt non procedat ampliatio quando nō poſſet valere,vt in arbitrū,quia valebit,vt in conciliatorem,vel compoſitorem. Bal.conſ.121.num. 4.ver.antiqui gloſſatores.lib.3.

5 Declara,vt præſumatur arbiter;vel arbitrator, vel auditor aſſumptus quando omnibus modis valere poteſt,prout cōſuetudo admittere ſolet, quia ſeruatur conſuetudo ſi non conſtat de mente, ſi ceſſat mens, & conſuetudo attenditur legis præſumptio,vt valeat eo modo,quo poteſt.Bal.d.conſil.121.n.4.ver.ſed ſi compromiſſum.lib.3.

6 Limita,quia compromiſſum cenſetur factum in iudicem, & cenſetur prorogata iuriſdictio quādo ſimplex compromiſſum fit ſine pœna in eum, qui habet iuriſdictionem.Bal. d.conſ.121.n.4.ver. ſed ſi hoc non apparet.lib.3.

Compromiſſum quando dicatur purum,vel conditionale.Concluſio. DXXII.

1 COMPROMISSVM hominis inter viuos ſemper habet taciram conditionem ſi laudatum fuerit infra tempus debitum.l. fin. C.de contrahen.emptio.Bald.conſ.184.Præſuppoſito quod ſtatutum;in princ.lib.1.

2 Adde tamen, quia licet compromiſſum habeat conditionem ſi ſequatur laudum, tamen ſemper laudum refertur ad tempus compromiſſi.

Vide.Compromiſſa tempus, & non laudi attenditur.Concluſ.517.

3 Amplia in compromiſſo facto in vltima voluntate,quia ſi quid remittitur arbitrio iudicare debentis cōditionē expreſſa ſi arbitratus fuerit,erit conditionale quid, & quantum. Bald.conſ.184.in princ. ver.quandoq.ſit in vltima voluntate.lib.1.

4 Declara, vt non procedat quando non eſt expreſſa conditio ſi arbitrabitur in vltimis voluntatibus,quia licet prima facie videatur incerta quātitas, tamen ſecundum interpretationē iuris nulla eſt incertitudo,quia tanta eſt quantitas,quanta eſſe debet arbitrio boni viri.l.1.ff.de leg.3.Bald.d. conſ.184.n.1,ver. aut non eſt expreſſa.lib.1.

5 Amplia in compromiſſo legali, quia ſi lex aliquid committit arbitrio alterius,quatenus reſpiciat contractus inter viuos diſpoſitio legis regulatur ſecundum diſpoſitionem hominis inter viuos,ſi vero diſpoſitio legalis regulatur ſecundum voluntatem vltimam,tunc perinde eſt, ac ſi eſſemus in vltima voluntate hominis, quod diſcernitur ſecundum ſubiectam materiam, Bald.d.conſ. 184.nu.2.ver.quandoque commiſſio.lib.1.

6 Amplia,quia in tantum compromiſſum dicitur conditionale ſi ſequatur laudum,vt pacta omnia, & renunciationes in compromiſſo non noceant ſi laudum non ſequatur.Bal.in l.ſi diuerſa.verſic.veniamus ad quæſtiones.de C.tranſa.ſequitur Deci. in c.ad aures,de appel. & in l.creditor,poſt princ. ff.de reg.iur.ver.tertio intelligitur, & in conſ.93. ad fin.Lanfranch. in ſuo tract. in vltima parte.q. 30.in fi.Alex.conſ.22.Viſo inſtrumento, in princ. lib.1.& conſ.63.lib.3.Felin.in c.cum olim,de præſcript.& latius in c.inter monaſterium.col.8.ver. & ampliatur iſta communis opinio,de re iud.Decius conſ.3.col.pen.circa fi,& in l.3.in 1. not.C.de impub.& alijs ſubſtit.Iaſ.in l.ſub prætextu.la prima,in fi.C.de tranſact.in quibus locis generaliter habetur,quod quæcunque clauſulę poſitæ in compromiſſo,ita demum præiudicant ſi laudum ſequatur,alias euaneſcunt.

7 Ratio eſt,quia omnes renunciationes,& contenta in compromiſſo videntur ad effectum,vt ſequatur laudum ſi enim compromiſſum expirat,renunciatio non præiudicat, quia tunc ceſſat cauſa,& finis propter quem iuri ſuo renunciauit compromittens.

8 Extende, quia expirato compromiſſo non eſt renunciatum inſtantiæ cauſæ appellationis.Alex. conſ.62.in fi.lib.3.& facit,quia vt inquit Feli.poſt Can.in c.cum olim,de præſcr.in fi.compromittens recedit a iure ſuo ſi laudum ſequatur.

9 Extende idem ſi fuit expreſſe renunciatum ſententiæ in cōpromiſſo quia intelligitur ita demū ſequuto laudo,& non aliter.Bald.in d.l.ſi diuerſa, circa fin.C.de tranſact. ſequitur Alex.conſ.22.lib. 1,& conſ.62.lib.3.

10 Reſtringe,vt non procedat quoad confeſſata in compromiſſo,quia ſiue ſequatur laudum, ſiue non confeſsio præiudicat.Bal.in l.cum antea.C.de arbit.Affict.deciſ.148.nu.3.vbi extendit ad confeſſionem in primo compromiſſo expirato,vt noceat in ſecundo, quia ad finem veritatis dicitur facta, non vt laudum ſequatur.

11 Reſtringe quando ſequutum eſt laudum,quia renunciatio facta in compromiſſo bene præiudicat, ita vt non poſsit aliqua partium ſe fundare ſuper eiſdem.Ro.conſ.369.Circa primū.col.3.vbi quod ſequuto laudo non poteſt aliqua partium fundare ſe ſuper ſententia,cui in compromiſſo fuit renunciatum,quia ſemel extinctum non reuiuiſcit.l.quires.ſ.aream,de ſolutio,& quia renunciantibus iura ſua non datur ad ea regreſsus renuncianti. l. quæritur.ſ.ſi venditor.ff.de ædili.edict.

12 Declara ampliationem, & extenſiones procedere quando renunciationes in compromiſso ſunt correſpectiuæ ad compromiſſum,& non aliter, & mirio eſse videtur, quia quando ſunt correſpectiuæ ad compromiſſum vnum cenſetur propter alterum,& vno ſublato,videlicet compromiſſo,ceſſat renunciatio correſpectiua.l.fundi parte.ff.de cōtrahen.emptio,Corn.conſ.36.In hac conſultatione.vol.1.& tales contractus cenſentur correſpectiui ideo ſublato vno ceſsat alter.Deci.poſt Bal. in l.petens.C.de pact.in 2.not.Socin.conſ.123. In præſenti conſultatione.col.3.in fi. ver. confirmatur hoc, vbi refert notabilem deciſionem Baldi, & Caſtren. Deci.conſilio.246. In cauſa. colum.3. in fin.

13 Limita,quia non valet compromiſſum conditionale in arbitrum, dummodo ferat talem ſententiam, ſecus in arbitratorem, Alexand. in apoſtilla ad Bartolum in l. qualem, ff. de arbitr.

14 Extende,quia non valet laudū conditionale,vt

arbiter pronunciet ſecundum conſilium talis,quã do conſilium eſſet certum,ita Lanfran.de Oria.in tract.de arbit.in 7.cart.in 3.colum.per tex. in l.ſi vnus.§.item Pomponius. ff.de arbitr. ſecus inquit ſi dictum ſit cum conſilio ſapientis in genere,quia licet teneatur requirere,non tenetur ſequi. Ang. conſ.172.Bart.& Bald.in l.1.§.ſi plures.ff.de exercit.in q.fin. Deci.in cap.ſi pro debilitate, col.penver.quarto,& vltimo.de off. deleg.

15 Contrarium tenet Iaſ.in l. ſi quis arbitratu, in fin.ff.de verb.obli.vbi,quod quãdo eſt electa induſtria certę perſonæ,puta conſultoris certi,ab ea non receditur;& ideo eo nolente,vel mortuo expirat compromiſſum, ſecus ſi ſit dictum de conſilio concordandi,& ſic in genere.

16 Deciara,quia compromiſſum factum in aliquẽ, qui teneatur mittere ſcripturas partiũ ad iuriſperitum abipſo eligendum,& ſecundũ conſilium teneatur laudare,& non aliter,nec alio modo,non valet.l.item ſi vnus. §.idem Pomponius,vbi Bart. ff.de arbitr.Abb.in c.quintanallis.n.44.de iur.iur. & in c.ſi pro debilitate,vbi etiam Deci.nu.11.qui * de communi* atteſtatur,de off.deleg.Vant.in tract.de nullit. ex defectu iuriſd.n.151.& eſt ratio,quia quod arbiter ſequatur votum alterius eſt contra ſubſtantiam arbitrij, quod debet eſſe liberum,& non pendere ab alieno arbitrio.

17 Et procedit nedum in arbitro, ſed etiam in arbitratore. Ang.in diſput.duo inuicem litigãtes, in 4.argum.& ideo laudum eſt nullum,quia deficiunt ſubſtantialia iudicij.l.1.2.& ff.C.ſi à non compet. iudi.c.1.& ibi glo.& Docto.de re iudic.

Compromiſſum quando in arbitrum, vel arbitratorem dicatur. Concl. DXXIII.

1 COMPROMISSVM factum in arbitros, & arbitratores,& amicabiles compoſitores ſonat in arbitratores,ideo valebit in duos cum poteſtate eligendi tertium in caſu diſcordiæ. Zabar. conſ.86.in prin.

Vide plenius.Compromiſſum an valeat in duos cum facultate eligendi tertium. Conclu.ſ.508.

2 Extende,quia compromiſſum dicitur in arbitratores quando eſt data illis facultas procedendi nullo ordine iuris ſeruato.Zabar.d.conſ.86.nu.1.

3 Contra extenſionem tenet Bart. in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.

4 Declara, quia compromiſſum factum tanquam in arbitrum, & arbitratorem præbet facultatem, vt poſſit tanquam arbitrator, vel etiam arbiter procedere,ideo ſi elegit procedere vt arbitrator, erit arbitrator, ſi elegit vt arbiter, erit arbiter. Abb.in c.quintanallis. pen.col.ver.quæro nunc de aliquibus quæſtionibus,de iure iur.& ideo ex modo procedendi fit reſolutio poteſtatis,quia ſi non ſeruato ordine iuris,vt arbitrator,ſi vero ſeruato ordine iuris,vt arbiter dicitur elegiſſe. Bald. in c. niſi eſſent.nu.4.de præben. Caſtr.in l.non codicillum,nu.3.C.de teſtam.

5 Amplia,quia ſi in laudo dicunt,quod tanquam arbitri, & arbitratores cenſentur vt arbitratores pronunciaſſe.Crot.in l.nemo poteſt. col. 30. ver. vltra dicta. Bart. quæritur. ff. delegat. 1. Bald.in l.non codicillum.C.de teſtam.Franc.Cremen.ſing. 36.Bald.& Ang.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.ff.deleg. 1.idem Bald.in l.non codicillum.n.3.C.de teſtam. Ruin.conſ.161.nu.7.lib.4.qui dicit * communem, maxime quãdo viam arbitratoris in procedendo ſequuti ſunt non ſeruando ordinem iudiciarium. Salycet.& Bald.in l.1.C.de arbitr.

6 Limita,quia in dubio quando fit cõpromiſſum, & non exprimitur an in arbitrum, vel in arbitratorem,ſemper intelligitur in arbitrum. Io. Andr. poſt Hoſtien.in cap.veniens,de iur.iur.apoſtil.ad Abb.in c.fin.de arbitr.& hæc eſt verior, & magis * communis,quia minus ledere poteſt.

7 Extende,quia ſi extimatores ſunt electi, niſi fit dictum,quod poſſint de iure, & de facto, & partibus præſentibus,& abſentibus citatis, & non citatis extimare,nõ poterũt ſine citatione extimare,& eſſet nulla,quia vt arbitri cẽſentur,per prædicta.

8 Reſtringe,niſi ex forma ſtatuti eſſet faciendum compromiſſum in arbitratorem. apoſt.ad Abb.in cap.fin.de arbitr.

9 Contra limitationem, quod imo in dubio facto compromiſſo in aliquẽ abſq; expreſſione an in arbitrum,vel arbitratorem, intelligatur in arbitratorem.Lanfran.de Oria.in tract.de arbitr.cur.11. q.1.ad fin.allegat Bald.in tit.de inoffic.in maſſa,in vlt.ſtud.& prius Io.Andr.in cap.innotuit, de iudi.in nouella.

10 Declara,quia ſiue compromiſſum ſit liberũ,ſiue à ſtatuto compellantur partes,ſemper quod teneatur iudicare,prout de iure,etiam ſi dicatur,quod in procedẽdo poſſit de iure,& de facto,dummodo in decidendo de iure tantum decidat,ſemper erit arbiter,ſi verò dicatur,quod poſſit decidere de iure,& de facto erit arbitrator. Alex.conſ.65. nu.2. &ſeq.ver.non dico in arbitratores.lib.7.

11 Limita, quia compromiſſum factum quoad indicandum in arbitrum,quoad procedendum in arbitratorem;ſemper dicitur arbiter etiam in procedendo,quia attẽditur, quod de iure debet iudicare.Bart.in l.ſocietatem.§.arbitrorum. nu.9.ff. pro ſocio.Abb.in c.quintanallis.nu.43.de iureiur. Alex.conſ.22.col.pen.lib.5.

Vide. Arbitrator quia dicatur,& poſſit.Concl. 449.per totam.

Compromiſſo pendente an poſſit agi via ordinaria. Concluſ. DXXIV.

1 COMPROMISSVM pendens corã arbitris non impedit quin poſſit adiri in indicio via iuris coram iudice ordinario, ideo poſſunt teſtes examinari per reum ad perpetuã rei memoriam coram iudice ordinario pendente compromiſſo. Bald.conſ.380. Punctus quæſtionis, per tot. lib.3. maxime nu.1.in fi.& num.3. vbi, quod licet impediatur,tamen actus non eſt nullus.

2 Reſtringe, quando non poſſit adiri iudex ordinarius pẽdente compromiſſo in arbitratorẽ,quia quoties poteſt ſperari abſolutoria obſtat pactum de non petendo.Soci.conſ.17. Viſis inſtrumentis. nu.4.ff.lib.4.allegat Bald.in l.eos.§.Apoſtolos,in fi.C.de appel.Ang.in l.qui fidem. ff.de tranſactio. & in l.qui rem. ff.de arbitr. Caccialup.tractat.de tranſact.q.11.vbi dicit * communem.

3 Contrarium,quod idem ſit in arbitratore,quod in arbitro quando non fuit oppoſita exceptio pendentiæ compromiſſi. Alex.conſ.72.Videtur.n.14. & 15.ver.non omitto.lib.3.allegat Bar.pro ſingulari,

lari,in l.qui fidē.nu.3.ver.vos habetis.ff.de tranſ.

4 Declara,quia quandoque ſpernitur compromiſſum,& non arbiter,quandoque ſpernitur arbiter, & non compromiſſum,quandoque ſpernitur arbiter,& compromiſſum ſimul quando ſpernitur,ſed non cum effectu,de quibus Bald.conſ.339.Fuit factum compromiſſum.lib.3.vbi late quando incurritur pęna,vel non.

Vide omnino Iaſ.in l.pecuniam.col.2.ff.ſi cer.pe.

5 Regula igitur eſt, quod facto compromiſſo pęnali in arbitrum,qui acceptauit,ſi arbitro non paretur, ſed vna partium adeat iudicem ordinariū, vel delegatum dicitur ſpernere, & committitur pęna.Bal.conſ.339.in princ.ver.ecce poſtquam.li.3.& iſte eſt caſus, in quo ſpernitur cōpromiſſum, & arbiter. Roman.conſ.338.in princ.

6 Extende, quia imo ſoluitur compromiſſum, ſi pars vna adiuit iudicem ordinarium, licet incidat in pęnam.Rom.conſ.338.

7 Reſtringe,vt non procedat,quando vtraq; pars adiret iudicem,quia pęna non committeretur, ſiue tacite, ſiue expreſſe vtraque pars adeat iudicem pęna non committitur,ſecus ſi altera pars diſſentiret, vel proteſtaretur.Bal.d.conſ.339.in prin. lib.3.Rom.conſ.338.in princ.

8 Declara reſtrictionē,vt non procedat in cōpromiſſo facto in arbitratore, & ſic de iure,& de facto,quia non receditur etiā ſi vtraque pars adeat iudicem.Bar.in l.qui fidem.ff.de tranſa.imo Bart. tenet totum contrarium ibi, quod etiam in arbitratore ſoluatur compromiſſum,& ita Alex.illum citat pro contrario.d.conſ.72.n.15.lib.3. ſed Caſtren.ibi dicit lecturam Bart.corruptam eſſe.

9 Declara,vt per Alex.conſ.21. Conſideratis.nu.1.& ſeq.ver.nunc deſcēdo.li.7.vbi diſtinguit,quia ſi compromiſſum eſt in arbitratorē,quia tale compromiſſum,& arbitramentū, dicuntur tranſactio, & tranſactio impedit proſequutionē iudicij cepti,non poſſet adiri Iudex,ſi de ea opponatur,ſi vero non opponatur,tunc diſtinctionem Bar.in l.qui fidem.ff.de tranſact.eſſe veram dicit.

10 Et procedit declaratio, ſiue ſit arbitrator electus, ſiue peritus, vel calculator, vel extimator, aut agrimenſor,quia tales dicuntur arbitratores, non arbitri, & eorum electio impedit adiri iudicem,quia tale compromiſſum eſt tranſactio, quæ impedit litis ingreſſum parte opponente,laudum vero arbitratoris dicitur purificatio tranſactionis. Alex.d.conſ.21.nu.8.& ſeq.per tot.lib.7.

11 Amplia,quia is,qui ſpernit arbitrum,quia non permittit eum laudare incurrit pęnam compromiſſi.Bald.d.conſ.339.circa med. ver.ille, qui impedit.li.3.l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.oblig.

12 Extende,vt idem ſit in eo,qui non vult comparere corā arbitro citatus,quia ſi non habet facultatē arbiter procedendi partibus abſentibus,talis dicitur impedire arbitrum,& incidit in pęnā.Bal. d.conſ.339.circa med.ver.ſed cum arbiter.lib.3.

13 Extende maxime quando ſpontaneum fuit compromiſſum in arbitros, quia non poteſt vna pars adire iudicem etiam ordinarium,quia obſtat exceptio litis pendentis coram alio iudice,quæ impedit litis ingreſſum coram alio.l.vbi cæptum.C.de judi.cuius diſpoſitio procedit etiam coram arbitro.Caſtr.in l.pecuniam.col.1.ff.ſi cer.pet.vbi Ale. col.ſi.& ibi Iaſ.col.3.in 8.not. Deci.poſt Feli.in c. ex tenore,de reſcr.Ant.Gab.de iudi.Concl.1.n.5.

14 Extende,quia quando in compromiſſo eſt clauſula toties quoties, & rato manente compromiſſo,tunc adeundo iudicem ordinarium incurritur pęna.Fulgoſ.conſ.111.Factum eſt compromiſſum, qui loquitur quando interuenit ſtipulatio.

15 Reſtringe quando compromiſſum eſſet ſine pęna,& ſine clauſula rato, ſed pacto nudo, quia non impeditur compromittens agere coram iudice ordinario,Fulgo.conſ.111. in prin.& per tot.

16 Reſtringe,quando ſpernitur arbiter, & non compromiſſum, vt quia arbiter mandat aliquid extra compromiſſum, & non tenentur partes parere,& non cadunt in pęnam. Bald.d.conſ.339. Circa princ.ver.exemplum de ſecundo. lib.3.

17 Reſtringe, quando iudex adiretur non cauſa contemptus, ſed cauſa examinandi teſtes ad perpetuam rei memoriam. Bald.d.conſ.380.n.3.li.3.

18 Reſtringe, quando arbiter nondum acceptaſſet compromiſſum, quia poteſt adiri index, & non ſpernitur compromiſſum,neque iudex arbiter,qui nondum acceptauit. Bald. d.conſ.339. ante med. ver.nunc pono exemplum. lib.3. vbi videtur dicere, quod ſaltem videatur impediri compromiſſum, ſed nihil dicit de pęna.

19 Declara tamen, quia ſi arbiter poſtea acceptauit, & pronunciauit is, qui iuit ad iudicem, & perſeuerauit contradicente parte, incidit in pęnam. Bald. d.conſ.339. vbi eſt caſus, iuncto caſu, & ver.ex quibus finaliter,circa med. lib.3.

20 Amplia,quia quando in compromiſſo adeſt pactum rato manente compromiſſo, & quod pęna committatur toties quoties, tunc etiam ſi ſit contrauentum ſemel poſt triennium incurritur pęna toties quoties.Fulg.d.conſ.111.ver.alia eſt quęſtio.

21 Extende,vt procedat,ſiue contrauentio fiat per eum, qui ſemel contrauenit, ſiue per alium, quia clauſula,rato manente,&c.reſpicit fauorē vtriuſque partis.Fulgo.d.conſ.111.per tot. vbi de hoc.

22 Amplia,quia ſi facto compromiſſo feratur laudum, in quo de conſenſu partium eſt conuentum, quod pro omnibus controuerſijs adiri debeāt arbitri inter partes,valebit tñ iudicium corā iudice ordinario factū,quia pacto priuatorū non poteſt ſperni iudex.l.priuatorū cōſenſus.ff.de iur.om.iu.

23 Extende etiam ſtante iuramento partium,quia non valet in præiudicium iudicis habentis iuriſdictionem ordinariam. Bald.in l.ſi. ff.qui ſatiſd.cog. late Guidop.conſ.196.

24 Limita,quia pendente compromiſſo ſuper contractu liquido, & habēte exequutionem paratam, interim tamen non obſtante compromiſſo poteſt habens inſtrumentum petere, & obtinere illius exequutionem coram iudice ordinario,& exequi facere,quia attenditur ſtatus præſens, & purus, non quod euenire poteſt.Caſtr.plene conſ.429.Viſis,& conſideratis,in princ.lib.1.

25 Contrarium,q̄ licet ſuper inſtrumento liquido & habente exequutionem paratam nō poſſit fieri compromiſſū.Caſtr.conſ.91.n.7.li.1.tamen quod poſſit dari exequutio facto compromiſſo videtur dubium ex ijs quæ Soci.in l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& dem.&ſup.num.5.tradit.

26 Declarat Soci.d.l.quibus diebus. §.quidam Titio. ff. de condit,& demonſtrat,quia ſi fuit dictum non obſtante inſtrumento non poteſt peti exequutio inſtrumenti pendente cōpromiſſo,alias ſecus.

27 Reſtringe,quando ex compromiſſo eſt actum de non petendo interim,vel quando iſtud aliter actū eſt,per l.ſi pecuniam. ff.ſi cert, petat.quando quidem ſi ſperatur actio poſſe tolli ad fauorem tertij non poteſt agere etiam via exequutiua, pendente

dente compromiſſo, ſecus ſi ſperatur tolli actionem ad fauorem obligati, ita Caſtr. d. conſ. 439. in
* princ. ver. nec obſtat. lib. 1. vbi dicit *communem.
28 Reſtringe, quando compromiſſum eſſet factum animo nouandi, alias ſecus. Caſtr. conſ. 439. nu. 2. ver. item quia illa loquitur. lib. 1.
29 Limita, quia quando actum eſſet ex compromiſſo, quod non poſſet peti pendente compromiſſo, & quod debitor aſſicuraret, ſi debitor non aſſicurat creditor agere poteſt non obſtante compromiſſo. Caſtrenſ. d. conſ. 429. num. 3. verſ. præterea poſito. lib. 1.
30 Limita, quando compromiſſum eſſet in loco, in quo laudum haberet exequutionem paratã, quia ſicut litis pendẽtia in vno loco impedit, ne in alio iudicio poſſit reus conueniri, ita etiam compromiſſo pendente, quando laudũ habet exequutionẽ paratam. Iaſ. plene in l. pecuniam. n. 6. ver. octauo principaliter. ff. ſi cert. pet. vbi reddit rationem, quia vbi pendet compromiſſum, incertum eſt, an aliquid debeatur. Socin. conſ. 47. nu. 42. lib. 4.
31 Limita, quando compromiſſum eſſet nullum, prout ſi factum eſſet ſuper re iudicata, vel re clara, aut inſtrumento exequutiuo liquido. Caſtrenſ. conſ. 429. nu. 3. ver. nunc videamus. lib. 1.
32 Idem ſi nullum, quia factum à minore. Caſtren. d. conſ. 429. n. 4. lib. 1. vbi loquitur de compromiſſo facto, non ſeruata ſolemnitate ſtatuti, quia, eo ipſo, quod minor compromittit læſus eſt, vt dicit Caſtr. d. conſ. 429. nu. 6.

Vide. Compromittens quando dicatur contrauenire, vt cadat in pœnam. Concl. 526. inf. prox.

Compromiſſum quando ſuſpendat inſtantiam, vel non. Concluſ. DXXV.

1 COMPROMISSVM factum pendente inſtantia cauſæ primæ non ſuſpendit ipſam inſtantiam quæ currit non obſtante compromiſſo. Rom. conſ. 174. Specialis. col. 2. Alexan. & Iaſ. poſt Bart. in l. properandum. C. de iudi. vbi adducunt rationem, quia in prima inſtantia non agitur de tanto præiudicio cum adhuc ſuperſit remedium appellationis, vbi Iaſ. adducit concord. quicquid tenuerit in contrarium Bal. qui tandem ſe correxit, vt Rom. d. conſ. 174. Alex. conſ. 137. lib. 2.
2 Reſtringe, quia bene compromiſſum factum impedit curſum inſtantiæ appellationis. clem. quandiu, de appel. Bar. Alex. & Iaſ. in d. l. properandũ. C. de iudic. vbi reddunt rationem, quia agitur de magno præiudicio, quia per lapſum inſtantiæ appellationis extinguitur omne ius partis. Matheſil. ſingul. 24. Rom. conſ. 443. vbi, quod tempus inſtantiæ appellationis dormit durante compromiſſo. Deci. in d. c. ex ratione. col. 5. circa med. de appel. facit auth. ſi tamen. C. de temp. appellat.
3 Declara, quia inſtantia appellationis per compromiſſum factum cum effectu ſuſpenditur, ſecus per conſenſum de compromittendo, vel oblationem, vel iudicis declarationem, quia neceſſe eſt, quod fiat electi arbitri, & in eos fit factum compromiſſum. Alex. conſ. 72. Videtur. nu. 8. in fin. cum ſeq. ver. ſecundo ad idem. li. 3. vbi latiſsime, & reddit rationem, licet Anchar. conſ. 284. nu. 3. velit, quod ſit cœptum procedi, vel fuerit acceptatum.

Vide. Inſtantia cauſarum an poſsit prorogari. Concluſ. 213.

Compromittens quando dicatur contrauenire, vt cadat in poenam. Concluſio. DXXVI.

1 COMPROMISSO facto, ſi alter compromittentium impedit arbitrium promulgari, vt quia adiit iudicẽ, vel alio modo incidit in pœnã compromiſſi. Bal. conſ. 461. inter Io. & Aloyſium. nu. 4. & ſeq. ver. nam hæc regula. lib. 1. concor. Bal. conſ. 339. Fuit factum compromiſſum, in prin. lib. 3. Rom. conſ. 338. In caſu propoſitæ, in princ.
2 Declara, vt non procedat quando vtraque pars tacite, vel expreſſe in iudicio conſentiret, ſecus ſi altera reclamaret. Bald. d. conſ. 339. in princip. lib. 3. Rom. d. conſ. 338. in princ.
3 Reſtringere videtur Bald. d. conſ. 461. nu. 4. ver. quæritur an iſte. lib. 1. ſed non firmat, quod ſi fiat compromiſſum de debito iurato, creditor poteſt adire Epiſcopum pro obſeruantia iuramenti, non obſtante cõpromiſſo, & non dicitur contrauenire, quia iuramentum, & illius obſeruantia non poteſt cõpromitti. Bal. d. conſ. 461. n. 3. ver. modo reſtat.
4 Amplia, quia compromittens cadit in pœnam ſi impedit ferri laudum, vt quia non velit informare, vel propter aliud impedimentum. Bald. d. conſ. 461. n. 4. ver. nam hæc regula. lib. 1. & conſ. 339. circa med. ver. ille qui impedit. lib. 3.
5 Extende, vt idẽ ſit, ſi impediat alio modo, quam non comparendo, quia incidit in pœnam. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Bald. d. conſ. 339. ante med. ver. ille qui impedit. lib. 3.
6 Reſtringe ampliationem, vt non incidat in pœnam is, qui non vult cõparere, & informare, quãdo arbiter poteſt procedere partibus abſentibus, quia non dicitur impedire is qui non comparet. Bal. d. conſ. 339. circa med. ver. ſed cũ arbiter. li. 3.
7 Amplia, quia cõmittitur pœna quando factũ fuit compromiſſũ ſub pœna, & antequam arbiter acceptaſſet, alter compromittentium adiuit iudicẽ ordinarium recuſante altero, quia ſi poſtea arbiter acceptauit, & laudauit, qui adiuit iudicem, altero inuito, incidit in pœnam. Bal. d. conſ. 339. vbi eſt caſus. lib. 3. maxime circa med. ver. ex quibus.
8 Amplia, quia committitur pœna etiam ſi contrauenitur laudo, quando in compromiſſo fuit adiecta pœna pro obſeruatione, & non contrauentione laudi. Bald. d. conſ. 461. num. 4. ver. ſi autem compromiſſum. lib. 1. Bald. conſ. 339. circa med. ver. ex quibus finaliter. lib. 3.
9 Extende, quia laudum, quod aliquid ſoluatur certa die habet duo præcepta, quod ſoluatur, & quod certa die, ideo ſi ex iuſta cauſa non poteſt ſolui illa die, & excuſetur, adhuc tamen remanet aliud præceptum, quod ſoluatur. Caſtr. in l. circa. num. 3. ff. de hæred. inſtit.
10 Extende, quia pœna ſemel commiſſa per contrauentionem iterum, & toties committitur, quoties contraueniatur quando adeſt pactum rato manente, per quod obligatur contraueniens toties quoties, quia operatur fauorem obſeruantiæ. Bal. d. conſ. 341. per tot. maxime in fin. lib. 3.
11 Reſtringe, quando non adeſſet pactum rato manente pacto, &c. quia ſi compromiſſum continet vnicam pœnã pro omnibus, ea ſoluta, vel commiſſa ſemel

semel in totum euanescit compromissum, si vero continet plures pœnas plurium capitulorum, tunc non euanescit quoad alia capitula. Bald. d. cons. 341. in princ. lib. 3.

12 Restringe, vt non procedat quando præcepto arbitri contraueniretur, si pœna non est permissa eo casu, secus si esset promissa pro omni contrauentione. Bal. d. cons. 461. n. 4. ver. aut si contra. lib. 1.

13 Restringe quando laudum fuit latum extra compromissum, quia licet sit emologatum contraueniens, tamen non incidit in pœnam compromissi. Roman. cons. 155. num. 5. & sequen.

14 Restringe, quia quando vna pœna est promissa pro obseruatione plurium, & fit contrauentio in vna particula, tunc fit locus commissioni pœnæ pro rata. Bald. d. cons. 461. num. 4. vers. aut si contra. lib. 1.

15 Declara hanc restrictionem, vt non procedat, quando vnica pœna esset commissa pro omnibus, & singulis compromissis, quia ista clausula iungit omnia copulatiue, & etiam complectitur omnia singulariter. Bald. d. cons. 461. num. 6. ver. omnia, & singula. lib. 1. Bald. cons. 341. Sequitur videre. lib. 3.

16 Amplia, quia denegans fieri prorogationem, quam conuenerunt in compromisso, licet impediat prorogationem, tamen incidit in pœnam, glos. in l. arbiter. ff. de arbitr.

Vide supra. Compromissi prorogatio an idem cum compromisso. Conclus. 518.

17 An petens reductionem laudi, qui succubuit, incidat in pœnam, & an excusetur, & an si petatur pœna possit excipere iterum de iniquitate laudi lati. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obligat. num. 50. & plenius in l. Iulianus verum debitorem. column. 8. num. 31. ff. de cond. indebit. Abb. in cap. quintauallis, in princip. ver. vlterius quæro, de iureiur. vbi etiam ponit, quid si pro parte obtineat, & pro parte succumbat, an in totum excusetur, vel non, de quo etiam Bald. in l. fi. C. de arbitr. & in l. eos. §. cautioni. nu. 5. de appel.

18 Restringe, quia antequam feratur sententia super laudo si pendeat reductio, non potest peti pœna. Alex. & cæteri in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. Cæpol. cons. ciuili 29. nu. 16.

19 Restringe, quia licet is, qui petijt reductionem laudi, & succubuit incidat in pœnam, potest tamen de nouo docere de iniquitate laudi excipiendo quando conuenitur ad pœnam, non obstante confirmatione laudi, quia se defendendo facit à pœna. Bart. in l. Iulianus verum debitorem. nu. 7. ff. de cond. indebi. quam communem* attestantur Alexand. & ibi Ias. num. 21. & Cæpo. d. consil. ciuili 29.

20 Restringe, quia quælibet iusta causa reductionis quæ posset deduci, & allegari excusat à pœna compromissi, quando super ea in specie non fuit pronunciatum. l. de rebus cum glos. ff. de arbitr. vbi, quod sine dolo non committitur pœna compromissi, etiam si erratum esset in iure. Bald. in l. obseruari. §. proficisci. ff. de off. proconf. vbi, quod requiritur dolus, seu cõtrauentio dolosa, ad hoc vt quis incidat in pœnas promissionis iuratæ, de quo Alex. & Cur. Inn. in l. si quis maior. C. de transact.

21 Limita, quia contraueniens alicui capitulo laudi, vel compromissi non incidit in totam pœnam, nisi sit dictum. Lanfranch. de Oriano tract. de arbitr. carta 13. quæst. 8.

22 Extende, quia si duo ex vna parte sunt condemnati ad aliquid soluendum sub pœna, si vnus soluit, alter non, incidit in pœnam solus ille, qui non soluit. Castrens. in l. stipulationum. §. si sortem. nu. 3. ff. de verbor. obligat.

23 Vide tamen Lanfranch. de Oriano in tract. de arbitr. carta 13. quæst. 9. vbi an per contrauentionem vnius ex hæredibus condemnatis, omnes incidant in pœnam, vel ille solus.

24 Limita, quia quælibet iusta causa etiam quod non sit vera excusat à pœna compromissi. Ioann. Andr. in addit. Specul. tit. de arbitr. §. fin. ver. quid si compromissum, quem sequitur Castrens. in d. l. Iulianus. ff. de cond. indebi. Alexand. consil. 115. vol. 4. col. 1. & vlt. vbi probat, quod iusta causa etiam non plene probata excusat à pœna conuentionali.

Vide. Causa quælibet excusat à pœna. Conclusione 158.

25 Limita, quando pars, quæ agit ad pœnam consequuta est totum, quod sibi ex laudo debetur, quia pœnam non potest petere, ex quo debet altero esse contenta, nisi adesset clausula, quod pœna commissa firmum maneat compromissum, quia eo casu vtrunque debetur. l. apud Celsum. §. labeo ait. ff. de except. doli. l. cum proponas. C. de transact. Lanfranc. in tract. de arbitr. in vltima parte, quæst. 7. Ias. cons. 49. Videretur. vers. sed præmissis non obstantibus. lib. 3. vbi, quod pœna conuentionalis, & res conuenta simul peti non possunt, nisi adsit clausula, rato manente pacto, & conuẽto.

26 Limita quando ab alia parte non fuit compromissum seruatum. Roman. consil. 155. num. 6. & consil. 175. in fin.

27 Limita, quando adiretur superior, vt daret alium iudicem, quia per solam aditionem, vel supplicationem ad superiorem, & per solam citationem si citatus non comparuit, non incurritur pœna. Alex. cons. 34. Viso themate, in prin. li. 1.

28 Limita, quando compromissum esset cum iuramento, quia solus primus contraueniens incidit in pœnam: alter vero, qui secundo contrauenit dicitur liberatus, & ideo non incidit in pœnam. Mathesil. singul. 51. Nota magnum periculum, sequitur Ias. in l. si quis maior. C. de transact. in 3. col. ad fin.

Vide. Implere debet actor contractum ex parte sua, alias non agit. Conclus. 50.

29 Limita, quando arbiter mandat aliquid fieri, quod est extra compromissum, quia spernens non cadit in pœnam. Bald. d. cons. 339. Circa princ. ver. exemplum de secundo. lib. 3.

30 Extende, quando arbiter iuberet comparere in turpi loco, vel die festiuo, quia non incurritur pœna si spernitur. Bald. d. cos. 339. ante med. ver. de quarto. lib. 3.

31 Limita, quia non cadit in pœnam compromissi is, qui fuit condemnatus vendere sub pœna mille, & vendidit, licet postea contraueniat venditioni, quia pœna compromissi non habet locum, sed pœna venditionis de euictione. Castr. in l. in numerationibus. ff. de solutio. Bart. & Ias. in l. si fideiussor. ff. de leg. 1. sequitur Lanfran. de Oria. in tract. de arbitr. in vltima parte. quæst. 41.

Vide. Compromisso pendente an possit agi via ordinaria. Conclus. 524.

Vide. Pœna compromissi quando committatur si laudum non impletur. Conclus. 253.

Compromiſſum ſecundum an tollat primum : Concluſio. DXXVII.

1 COMPROMISSVM ſecundo loco factum non facta mentione de primo an tollat primum, an verius valeant ambo, vide Lap. allegat. 108. An pendente, qui allegat pro vtraque parte, & non ſoluit. glo. in l. item ſi vnus. §. 1. in fin. primæ glo. magnæ. ff. de arbit. videtur velle, quod à primo non receditur, niſi lapſo triennio, vel niſi coram ſecundo ſit lis conteſtata.

2 Vide omnino Areti. conſ. 68. Excell. Domine, vbi, quod ſi compromiſſum eſt ſpeciale de tali lite & feratur laudum non viſo primo compromiſſo erit nullum, ſecus ſi ſecundum compromiſſum eſſet generale.

3 Diſtinguerem, aut non eſt proceſſum coram primo, & ſit ſecundum compromiſſum, & qui prævenit ille prævalet, ſicq; à primo recedatur per præventionem ſecundi, pro hoc eſt text. in ſimili de duobus procuratoribus, in l. procuratoribus. ff. de procur. ſed tamen non ſatisfit, quia obſtat in materia procuratorum, quod ſi non dantur eodem tempore per dationem ſecundi receditur à primo, vt in l. ſi quis cum. §. fi. ff. de procu. cogita cum Lapo, ne erres, vt ipſe dicit in fin.

4 Declara, quia ſi primum eſt ſpeciale, ſecundum generale, vel è conuerſo, generi per ſpeciem derogatur. Io. de Anania conſ. 19. nu. 6. & 7. vbi ſi eſt factum compromiſſum de pretio venditionis rei in certum, cuius declarationi partes ſtare voluerunt licet fiant plura compromiſſa de omnibus differentijs non receditur à primo ſpeciali, niſi adſit clauſula derogatoria, vel ſit dictum. Ludoui. Bolog. in addit. ad d. conſ. 10. de An. nu. 10. verſ. vlterius.

5 Compromiſſum ſi ſemel eſt factum, & illius vigore fuit latum laudum, poteſt iterum fieri compromiſſum ſi laudum eſſet nullum, ſi verò eſſet validum, & acceptatum non poteſt fieri, nec valet ſecundum compromiſſum. Gemi conſ. 69. n. 6. vſq; in fin. ver. quoad tertium, quia de re deciſa non fit compromiſſum.

6 Limita, niſi ex noua cauſa ageretur contra laudum, & ad rem deciſam, quia bene poteſt fieri compromiſſum de re iudicata, & deciſa, quando fit ex noua cauſa. Gemin. d. conſ. 68. in fin. ver. nec obſtat.

7 An confeſſiones factæ in primo compromiſſo, quod expirauit noceant in ſecundo, ita, vt arbiter poſſit ſe fundare ſuper tali confeſſione. Vide Bald. in l. cum antea. C. de arbitr. late Affict. deciſ. 148. per totum.

Compromiſſum non valet multis caſibus. Concluſio. DXXVIII.

1 COMPROMISSVM non valet reſpectu inhabilitatis perſonarum, in quos fit compromiſſum.

Vide. Compromitti in quas perſonas poſſit, vel non. Concluſ. 504.

2 Amplia, quia non valet ratione rei quæ compromittitur.

Vide. Compromitti quæ non poſſint. Concluſione 499.

3 Amplia ratione perſonarum quæ faciunt compromiſſum.

Vide, Compromittere qui non poſſint. Concluſione 501.

4 Amplia ratione formæ compromiſſi, vt ſi fiat in arbitrũ cum pacto, quod teneatur laudare, vel arbitrari, prout dixerit Titius, quia non valet. Ang. conſ. 272. Primus punctus, per totum, quo duplicatur conſ. 343, num. 6. Primus punctus.

5 Extende, quando compromiſſum fieret in arbitrum, vel arbitratorem, vt ferret certam ſententiam. Ang. d. conſ. 272. num. 3. ver, hinc deſcendit, quod duplicatur conſ. 343. Primus pũctus, ſub n. 6.

6 Declara extenſionem, quia quod non valeat compromiſſum, neque laudum ſuper eo latum in arbitrum, qui teneatur proferre certam ſententiam præciſam, eſt text. in l. qualem. ff. de arbitr. ſed an habeat locum quando compromiſſum fit in arbitratorem eſt controuerſia, quia Ang. in l. ſi conuenerit, de re iudic. tenet, quod non habeat locum in arbitratore.

7 Amplia, quia non poteſt fieri de re non dubia, ſicuti non poteſt fieri tranſactio. Alex. conſ. 22. Viſo inſtrumento, in princ. lib. 1.

Vide. Compromiſſum quid ſit, & eius natura. Concluſ. 497.

Vide. Compromiſſum generale quæ comprehendat, vel non. Concluſ. 519.

Vide. Compromitti an poſſint ſemel laudata. Concluſ. 500.

Compromiſſum quando nullum in totum, vel in parte. Concluſio. DXXIX.

1 COMPROMISSVM factum ſuper pluribus, quorum aliqua non dependent à poteſtate compromittentium eſt nullum pro parte, non in totum, quia valet ſuper alijs, de quibus potuerunt compromittere. Abb. in c. cum tempore, in 3. not. de arbitr.

2 Amplia, quia compromiſſum factum cum pluribus, licet quoad vnum non valeat, puta, quia ſit pupillus, valebit tamen quoad alios, quia non repugnat, quod valeat quoad vnum, & quoad alium, non. l. fundus ille. ff. de contrah. emptio. l. non idcirco. ff. de iudi. facit. l. diem proferre. §. ſi plures, &. ibi gloſ. ff. de arbitr.

3 Extende, quia ſi plures viciſsim compromittunt, & cauſa ſit diuidua morte vnius licet ſoluatur compromiſſum quoad mortuum, non tamen quoad alios. gloſ. in d. l. diem proferre. §. ſi plures, vbi etiam text. ff. de arbitr. Ang. conſ. 66. Viſis dictis compromiſsis. col. 1.

4 Amplia, quia licet laudum ſit nullum, ſi feratur per non arbitros, ſi tamen fiat compromiſſum in duos, & laudum feratur per ipſos duos, & per tertium concordes erit validum, ita Salycet. ſuper ſtatuto Florentiæ de compromiſsis, vel de exequutione laudorum. ver. tres laudauerunt vbi diſputat ad partes, & dicit ita fuiſſe tentum.

Com-

Digitized

Compromissum qualiter probetur. Conclusio. DXXX.

1 COMPROMISSVM probatur instrumento.
2 Extende, quia probatur etiam per testes, qui interfuerunt, etiam si essent proxenetæ, & mediatores, vt infra proxime.
3 Imo si oriretur altercatio, & aliter quã sit scriptũ cõpromissum partes cõpromiserint etiam super alijs statur probationi per testes, etiam mediatores, qui interfuerunt. Ang. cons. 248.

Compromissum quando, & qualiter expiret. Conclusio. DXXXI.

1 COMPROMISSVM hominis inter vivos expirat morte vnius partis comprom ttẽtis. Bal. cons. 184. Præsuppositio quod statutum, in pri. lib. 1. & cons. 217. Orta guerra, n. 2. ver. si enim esset compromissum. lib. 3. Bart. in l. si quis arbitratu, ad fi. ff. de verb. oblig. Castr. cons. 319, Circa primum, in princ. lib. 2. vbi loquitur in compromisso arbitri, qui compromittat vt index.
2 Contrarium, quod imo transeat ad hæredes cõpromittentium, quia est conuentio, & pactum. Io. de Anan. cõs. 19. Visis instrumẽtis, in princ. sed Castren. cons. 341. in prin. lib. 2. dicit esse verum in arbitratore non in arbitro.
3 Declara, quia non transit ad hæredes nisi fit dictum, secus si de hæredibus est facta mentio. l. diẽ proferre §. 1. ff. de arbit. c. compromissum, vbi Ab. eod. tit. vbi ponit rationem.
4 Extende, quia si fiat compromissum inter plures de re indiuidua mortuo vno expirat compromissum, & laudum est nullum. Ang. cons. 248. Punctus est, exorta fuit. num. 2.
5 Extende etiam si ante mortem fuerit conclusum in causa, vel facta monitio ad laudum. Abb. in c. ex parte, in 5. not. de arbit.
6 Declara tamen, quia si is, qui mortuus est erat persona, pro qua de rato erat promissum, & non consenserat adhuc compromissum durat inter alios si potest dari actor, & reus. Ang. d. cons. 248. num. 2.
7 Restringe in compromisso facto in arbitratorem, quia non est proprie compromissum, sed arbitrium, & quoddam pactum, seu transactio, quod transit ad hæredes, quia per mortem alterius ex compromittentibus non expirat. Castr. cons. 341. Circa primum, in princ. lib. 2.
8 Declarat aliter Bar. in l. si quis arbitratu. ff. de ver. oblig. circa fi. quod si arbitrator est assumptus super verbo, vel contractu contrahendo, vel super litem, tunc per mortem alterius partis finitur, si vero super contractu, vel actu iam perfecto propter aliquod accidens, & tunc arbitrium transit ad hæredes sicut contractus super quo est factum, refert Castren. cons. 341. Circa primum, in principio. lib. 2.
9 Contra declarationem tenet ipse Castr. recitatis pluribus opinionibus, quod imo per mortem alterius compromittentium expirat, quia si res est diuidua, prout si agitur de quantitate, vel de rebus stabilibus diuiduis, & diuisibilibus, & est clarũ, quod expirat; si vero agitur de indiuisibili, prout de seruitute, & tunc intrat broccardicum, an vtile trahat ad se inutile, vt sic viuens faciat, quod ad hæredes mortui transeat, an è conuerso, & dicit, quod gl. in d. l. diẽ proferre. §. 1. ff. de arbi. tenet quod extinguitur per mortem alterius, etiam quoad superuiuentem.
10 Restringe, quia si fiat compromissum inter tres fratres de re diuidua, mortuo vno non expirat compromissum. Ang. de Perus. cons. 66. Co. Robertus nu. 4. ver. videndum est ergo.
11 Declara, quia per mortem vnius compromittentium expirat compromissum quoad mortuum, secus quoad alios quando res est diuidua. glos. & tex. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit.
12 Declara, quia quãdo res est diuidua, & moritur vnus ex pluribus ab vna parte durat compromissum quoad alios, ita loquitur Ang. cons. 66. nu. 4. ver. videndum est ergo, sed si moritur vnus, qui facit partem integram, non potest durare quoad alios, siue super re diuidua, siue indiuidua. Cast. d. cons. 341. ver. circa secundum, vsq. in fi lib. 2.
13 Restringe, quia compromissum factum per vniuersitatem non expirat, licet mutentur officiales, & alii subrogentur. Castr. in l. proponebatur. ff. de iudi. & in l. si grege. ff. de leg. 1.
14 Restringe quãdo compromissum est factum pro se, & hæredibus quia transit ad hæredes. Abb. d. c. compromissum, de arbitris.
15 Restringe quando compromissum esset factum in arbitratorem, quia transit ad hæredes etiam extraneos. Marsi. sing. 14. & est communis *opinio, de qua per Ias. in l. si quis arbitratu in vltima carta. ff. de ver. obli. num. 28 licet ipse teneat contrarium.
16 Contrarium, quod etiam in arbitratore non transeat ad hæredes nisi fit dictum. Bar. & ibi Ias. d. l. si quis arbitratu, ff. ver. oblig. Abb. in d. c. compromissum, de arbit.
17 Declara, quia si arbitrator assumitur super aliquo accessorio contractui iam perfecto, tunc compromissum transit ad hæredes vt *omnes fatẽtur, in d. l. si quis arbitratu.
18 Declara, quia differentia est inter arbitrum, & arbitratorem, quia compromissum in arbitrum finitur morte vnius partis compromittentis, sed compromissum in arbitratorem, quia potius est pactum, & transactio, quę de sui natura transit ad hæredes, licet de hæredibus non fit facta mentio, non expirat secundum Specul. de arbit. §. finitur, post princ. ver. sed nunquid arbiter. Castren. cons. 341. in princ. lib. 2.
19 Amplia, quia expirat morte arbitri, in quem est compromissum. Bal. cons. 321. Orta guerra. num. 5. ver. si quidem. lib. 3. & cons. 217. Orta guerra. n. 2. si enim esset compromissum. lib. 3.
Vide. Compromissum in certum iudicem an extendatur ad alium. Conclus. 510.
20 Extende, vt idem sit in arbitratore. Bal. d. cons. 121. num. 1. lib. 3.
21 Extende etiam si compromissum sit factum in certum iudicem, quia eo mortuo expirat.
Vide. Arbitrium iudicis quando succedat loco arbitrij priuatorum. Conclus. 471.
22 Extende, vt idem sit in eo, cuius iurisdictio respectu personæ tantum, vel personæ, & dignitatis simul fuit prorogata, quia morte eius expirat prorogatio.

rogatio.Bald.d.conſ.121.nu.5.& 6.cum ſeq.lib.3.

23 Reſtringe quando compromiſſum eſſet in Vicarium Poteſtatis,quia ratione officij, & dignitatis perpetuæ non expirat.Io.de Anan. conſ.19.nu.4. & ſeq.vbi Bologn.in apoſtill.

24 Amplia, quia compromiſſum expirat non exiſtente conditione, quia omne compromiſſum hominis habet tacitam conditionem ſi fuerit arbitratum infra tempus debitum.l.fi.C.de contrahen. emptio.Bal.conſ.184.in princ.lib.1.

25 Amplia, etiã ſi compromittens morte ciuili tã tum moriatur, puta ſi bannitus ſit ante laudum cum confiſcatione bonorum.Iaſ.in d.l.ſi quis arbi
* tratu in 8.quæſt.Barto.ff.de verb.oblig.vbi dicit* communem.

26 Amplia, quia expirat compromiſſum ſi arbiter efficiatur ſacerdos,quia ex quo non valet compromiſſum in ſacerdotem ita expirat ſi fiat ſacerdos pendente compromiſſo.l.non diſtinguemus.§. ſacerdotio.ff.de arbitr.cum ibi not.

27 Amplia, quia compromiſſum finitur ſi ambæ partes de conſenſu adiuerunt iudicem ordinariũ pro iuſtitia ſuper rebus cõpromiſſis.Bal.conſ.318. Fuit factum,in prin.lib.3.Rom.conſ.338.in princ.

28 Amplia, quia compromiſſum expirat per ſententiam arbitri latam maxime ſi via iudicij cẽptũ eſt agi pro omologatione laudi, ideo pœna cõpromiſſi eſt extincta extincto compromiſſo,etiã ſi adſit clauſula rato manente.Bald.conſ.339. poſt med.ver.item adde,quod Eliſa.lib.3.vſque in fi.

29 Reſtringe,quia ſi arbitri habent facultatem prorogandi compromiſſum, & in ſententia reſeruent ſibi poteſtatem declarandi,& ſupplendi,dicitur facta prorogatio,&non expirat compromiſſum.Bal. conſ.231.Dominus meus.lib.3.

30 Amplia, quia compromiſſum expirat ſi ſemel commiſſa eſt pœna, quia per commiſſionem pœnę cenſetur facta nouatio, & receſſum a toto.l. apud Celſum.§.ſi in arbitrum.ff.de except.doli.

31 Declara quando aliter compromiſſum diſponeret,vel ſi adeſſent plures pœnæ, vel ſi adeſſet clauſula rato manente pacto,quia tunc durat in præiudicium committentis pœnam.Bal.conſ.341.Sequitur videre,per tot.maxime in fi.lib.3.

32 Amplia, quia ſi expirat compromiſſum ſi ſuperueniant inimicitiæ inter arbitrum,&partes,vel alteram partium.l.licet.ff.de arbit.Specul.tit.de arbit.ver. item ſi capitales.

33 Amplia ſi pendente compromiſſo partes concordant,quia expirat compromiſſum, & non poteſt ferri laudum.Bald.per illum tex.in l. fi. ff. famil.herciſ.tex.in l.non diſtinguemus.§.1.ff. de arbit.& in ſimili, quod dicitur de iudice, qui tenetur ſequi concordiam partium in l. ſi conuenerit. ff.de iuriſd.omn.iudi.

34 Amplia,quia voluntate compromittentium expirat compromiſſum.l.non diſtinguemus.§. compromiſſo.ff.de arbit.Ro.in ſimili conſ. 338.in pri. & ideo ſi ſtante compromiſſo partes concordant non poſſunt amplius arbitri iudicare.l. ſi conuenerit.ff.de re iu.alias eſſet nullum laudum. Bar.in l.quod tamen,in prin.ff.de arbi.

35 Amplia, quia per lapſum termini compromiſſum expirat,& laudum extra terminum eſt nullũ.

Vide. Compromiſſi inſtantia an currat tempore feriato.Concluſ.516.

Vide.Laudum arbitri ex quibus nullum.Conc. 19,& Concluſ.ibi prox.ſeq.

36 Extende, quia compromiſſum in arbitrum expirat etiam ſi altera tantum pars adeat iudicem ordinarium,quia ſoluta pęna expirat compromiſſum per receſsum vnius partis.Rom.conſ. 338.In caſu propoſitæ,in princ.vbi quod poteſt compelli ad ſoluendam prenam.

37 Si vero compromiſsum eſt in arbitratorem an ſolnatur compromiſsum per alteram partium, etiam ſoluta pœna,eſt dubium, vt dicit idem Roman.d.conſ.338,nu.2.ver.ſin autem.

38 Reſtringe niſi partes prorogauerint inſtantiã, prout poſsunt.Ang.conſ.405.In cauſa vertẽte,infi.

39 Amplia,quia compromiſsum factum inter duos in dominum Proconſulem non exprimendo nomẽ proprium,ſed dignitatis non tranſit ad ſucceſſorẽ,ſed morte arbitri finitur.Iaſ.poſt alios, quos allegat in l.qui liberis.§.hæc verba. ff. de vul.& pu
* pil.vbi dicit*communem,& eſt valde notandum.

40 Contrariũ,quod imo quando eſt ſub nomine dignitatis tranſeat ad ſucceſsorem.Alex.& Areti.in d.§.hæc verba.Bald.in l.fin.§.ſed ſi quis.col.fi. Cõmunia,de leg.Marſ.in rub.de fideiuſ.n.135.Dec. in c. quoniã Abbas.in pen.col.ver.poſtremo quæritur, nulla habita diſtinctione,an partes haberent particularem notitiam de d.proconſule, nec ne. o ffic.de leg.

41 Declara, quia ſi eſset factum compromiſsum ſub nomine dignitatis,& eſset conſanguineus partium videtur habita ratio potius ad conſanguinitatem,quam ad dignitatem. Iaſ. in l. moræ,ad fin. ver.quarto limita.ff.de offi.eius.

42 Amplia,quia cõpromiſſi inſtantia expirat per lapsũ anni.Bar.in l.ſi quis arbitratu.n.8. ff.de verb. obl. quod intellige ſi tempus non eſset expreſsũ.

Vide. Arbitrorum iuriſdictio quantum duret. Concluſ.450.

43 Contrarium, quod imo non expiret, maxime quando compromiſsum eſt in arbitrum, & arbitratorem.Bald. conſ.64.Nunquid arbiter.num.2. ver.ſecundo nunquid.lib.3.plenius conſ. 473.Punctus quęſtionis.lib.5.

44 Declara, quia compromiſsum factum in arbitrum ſine tempore durat triennio, in arbitratorem vero durat perpetuo. Alex. & Iaſ. in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.obli.idem Iaſ. in l.Properandum.in 4.col.in 7.not.C.de iudi.Abb.in c.cum dilectus,in fin. de arbit.vbi quod dicitur de arbitro, procedit de iure ciuili, ſecus de iure Canonico, quia nunquam perit inſtantia.

45 Florentiæ tamen ſecundum ſtatuta inſtantia compromiſsi ſine tempore durat ſolum per annum,& ſi fiat vltra triennium a partibus debet notificari in conſilio iuxta reformationem editam vltima Octobris anni.

46 Si tamen partes vellent longiorem eſse inſtantiam compromiſsi etiam vltra triennium poſsũt de iure communi hoc facere,vt habetur in l.fi.C. de pactis conuent. & in l. maritus.C.de procurat. quia per prouiſionem hominis cenſetur receſsum a prouiſione legis maxime quia inductum eſt tempus a ſtatuto fauore partium,cui poſsunt renunciare,iuxta not.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis,& in c.ſi diligenti,de foro competent.& ita per has duas rationes confirmauit conſulendo Soci.in quodam conſilio non impreſso incip.Licet plura hinc inde.

47 Amplia,qa cõpromiſsũ expirat ſi fiãt alia cõpromiſsa in alios cum derogatione primicõpromiſſi.

Reſtringe

48 Restringe quando in primo compromisso esset clausula, quod posset quandocunque laudare, quia per sequentia compromissa, etiam plura non est recessum a prima facultate data primo arbitro nisi sit derogatum in specie. Io. de Anan. cons. 19. num. 6. & seq. ver. circa vero, vbi Bolog. in apostil. num. 20. ver. vlterius.

49 Restringe maxime quando primum compromissum erat speciale de pretio declarando, sequentia vero generalia de litibus, & controuersiis, quia generalia non derogant speciali. Ioan. de Anan. d. cons. 19. num. 6. & 7.

50 Amplia, quia per prolationem laudi expirat compromissum, quia facto compromisso simpliciter intelligitur semel lato laudo. Ias. in l. duobus. §. 1. ver. duodecimo limita. ff. de iureiur. & est tex. in l. quid tamen. ff. de arbit.

51 Restringe nisi in compromisso adesset clausula semel, & pluries, quia talis clausula operatur, quod potest arbiter ferre plura laudа, & hodie vnū dras aliud. Bart. d. l. quid tamen. ff. de arbit. sequitur Deci. in c. pastoralis. §. quoniam, in fi. de rescr. Lanfranch. de Oriano tract. de arbit. in 10. carta. Ancharan. cons. 162. incip. De viribus, & efficacia prouisionis, in fi.

52 Declara, quia non posset arbiter vigore dictæ clausulæ laudata corrigere. Bar. & alij sup. prox. si vero esset data facultas etiam corrigendi laudata bene posset corrigere si in primo laudo sibi reseruasset facultatem corrigendi, quod facere potest. Bal. in l. item labeo. ff. famil. herciscund. & ibi gl. in ver. pure, & in c. suscitata, de rest. in int.

53 Aduerte tamen, quia non procederet declaratio, quod posset laudata corrigere quando esset laudum approbatum per partes. l. non distinguemus. §. summa, de arbi. & §. compromisso.

54 Limita quando compromissum prorogaretur a compromissarijs, seu arbitris habentibus facultatem prorogandi. Bald. cons. 350. Verba compromissi. num. 2. lib. 5.

Vide. Instantia de iure ciuili qualis, & in quibus causis attendatur, vel non. Concluſ. 203.

Compulsorialis iudex quid posſit. Concluſ. DXXXII.

1 IVDEX compulsorialis ad exhiberi faciendum iura ad causam facientia, potest etiam examinare testes, quia cum habeat iurisdictionem super principali habet etiam, super dependentibus Castren. cons. 282. In causa ista. col. pen. post med. ver. nec obstat quod compulsor. lib. 1.

2 Extende, quia non requiritur citatio coram cōpulsore examinante testes, quia sufficit, quod pars fuit citata commissioni compulsoriæ. Castrens. cons. 182. col. pe. ver. item non obstat, post me. li. 1.

Communio quomodo sit probanda, & ex quibus præsumatur. Conclusio.

VIDE Mascar. Concluſ. 315. Communio.

Vide. Communio bonorum quando facta dicatur. Concluſ. 538.

Communio excusat, & multa operatur. Conclusio. DXXXIII.

1 COMMVNIO facit licitum habenti communionem id quod esset illicitum, & ideo recipiens libros fugitiui decocti, qui alias puniretur tanquam receptator non potest puniri si habet aliquam communionem in libris, quia potest quilibet rem communem sibi impune custodire. Bald. cons. 250. In quæstione domini Milani. ver. vlterius ad dilucidationem. nu. 11. lib. 2. & duplicatur. lib. 5. cons. 382. num. 14.

2 Extende, vt procedat etiam si libri contineant data, & recepta, saldata, & cancellata, quia ex partitis cancellatis probatur solutio, & communio. Bald. d. cons. 250. num. 11. lib. 1. ver. dicat aliquis, & duplicatur cons. 382. lib. 5. num. 14.

3 Amplia, quia habentes castrum, vel aliam rem communem possunt omnes simul custodire rem communem, & vno absente omnes præsentes possunt custodire rem indiuisam in totum. Bal. d. consil. 250. nu. 11. ver. nam si sunt duo domini. lib. 1. & cons. 382. num. 14. lib. 5.

Vide. Socius in quibus possit vti re communi inuito socio. Concluſ. 197.

Vide. Conductor quando non teneatur ad aliquam pensionem. Concluſ. 613.

4 Amplia, quia licet fiscus apprehendat bona vacantia, tamen secus est si sunt communia cum alio, quia non potest illa apprehendere. l. vna. C. si libera. l. Imperialis. lib. 10. clare Ægid. Bella. cons. 83. num. 4. & seq. vbi quod clarum est habere societatem cum Principe, quia malum est partiri pyra cum domino suo.

5 Amplia, quia is, qui vtitur re communi, prout habitans domum communem solus non tenetur ad pensionem non conuentam, quia dicitur vti re sua. Ro. cons. 167. Circa primum. nu. 7. Ias. in l. serui electione. §. labeo. n. 16. & seq. ver. tertia conclusio. ff. de leg. 1. Ias. in l. & suum. ff. de pact. & in l. 1. nu. 27. C. qui test. face. poss. vbi Castr. Corn. cons. 186. In hac consultatione, in fi. lib. 1. Bar. & communiter *omnes in l. duo fratres. ff. de acquir. hæred. Petr. de Vbal. in tract. de duobus fr. in 5. par. prin. q. 9. Ias. in l. iuris gentium. §. hodie. col. 3. verfic. hinc est. ff. de pact. & ita fuisse iudicatum dicit Bal. d. l. duo fratres, idem Bal. in c. præterea. col. penul. de prohib. feudi alien. Curt. Sen. cons. 71. Rex pacificus. Cor. cons. 146. in fi. lib. 1. & cons. 222. lib. 2. Aretin. cons. 125. col. fi. concor. Castr. cons. 395. In causa, quæ vertitur. col. 2. in pri. ver. illud etiam. li. 2.

6 Et quod possidens domum, seu apothecam communem absente consorte non teneatur ad aliquā pensionem. gl. in l. Sabinus. ff. communi diuid. Doc. * in l. duo fratres. ff. de acqui. hære. & est com. *opi. vt ibi omnes. Aret. cons. 125. col. fin. Cor. cons. 223. lib. 2. Ias. in l. 1. C. qui testam. facere poss. nu. 27. vbi quod non habet contradictorem. Corn. cons. 147. In hac consultatione. col. 2. lib. 1.

7 Extende etiam si domus communis forte esset solita locari, quia si habens partem indiuisam possidet totam non tenetur soluere pensionem. Corn. d. cons. 147. In hac consultatione. lib. 1. Cæpol. cons. 4. crimin. col. 3. Alex. cons. 44. in fi. lib. 3. Soci. in l. serui electione. §. labeo. num. 3. ff. de leg. 1. vbi dicit alias in quæstione de facto respondisse hoc esse verum etiam si socius ab initio accepisset ad pen-

pensionem partem socij, & locatione finita continuasset in habitatione totius domus per multos annos, socio tacente; vt ibi per eum. Aretin. cons.126.col.2.cum simil.

8 Restringe quando socius, qui inhabitauit, alias fuisset conducturus simile domũ eiusdem, vel maioris pẽsionis Bar. & alij in l.in summa.§.& si fic. ff.de cond.indebi. Nasta.cons.53.num.1.Cremen. singul.160. Alex.cons.108.col.fi.lib.1.Corn. cons. 64.nu.5.lib.1.Ias.inst.de actio.§.actionum.n.188.

9 Contrarium, quia prędicti non loquuntur in socio, vt dicit Corn.cons.222.lib.2.& ita etiam Roma.videtur distinguere cons.168.in fin.

10 Extende etiam si domus sit indiuisibilis,& soleta locari, quia si vnus ex socijs habitauit, non soluit pensionem. Mohed.dec.289. In causa Romana, vbi loquitur etiam si is qui habitauit ante cõmunionem fuerat solitus eandem conducere domũ, quæ est dec.13.locat.& cõd.inter impressas.

11 Contrarium, quod imo si habitans necesse habuit propter magnam familiam conducere illã, vel aliam teneatur ad pensionem pro rata. Bar. in in l.in summa.§. & sic.ff.de cond. indebi. Alexan. cons.44. Visa facti narratione, n.5.lib.3.

12 Extende, quia habens animalia, vel alia communia, si vtitur ipsis in totum non obligatur socio etiam si consumpta,& seu naturaliter mortua sint, quia licet res communis spectet communiter quoad proprietatem,& possessionem vtriq.socio; tamẽ vsus spectat insolidum vnicuiq.socio,& qui nõ vtitur sibi imputet. Cor.d.cons.186.in fi.lib.1,

13 Extende etiam in fortioribus terminis, quia licet is, qui fecit melioramẽta in domo aliena etiã si sit bonæ fidei compensat fructus perceptos, seu pensiones cum melioramentis, l.sumptus ff.de rei vendica.l.insulam.§.fructus.ff.solut. matri. & tamen si duo fratres habent domũ cõmunẽ, & vnus est absens, alter inhabitat domum, & in ea facit melioramenta, nõ tenetur diuidere, & relaxare domum fratri, nisi prius solutis melioramentis, ita disponente statuto Florentiæ.lib.2.rubric.38. ver.nullus vero, sed nec tenetur cõpensare partẽ habitationis, & sic pensiones pro rata fratris absentis in dictis melioramentis, quia cũ habeat partem in quolibet cemento, non potuit partem suam inhabitare quin totam habitaret. Corne. cons.222.lib.2.col.2.&.3.

14 Restringe nisi habitans domũ communem aliquando locasset eam, vel pẽsionẽ percepisset, quia tenetur contribuere consorti pro eius rata. Bald. Angel.Imol.& Areti.in l.duo fratres.ff.de acquir. hæred. Corne.cons.151.col.1.lib.1.l.serui electione.§.1.incip.Labeo.ff.de leg.1. Corn.d. cons.222. num.4.lib.2.

15 Restringe, quia si frater habens domum communem solitam locari recessit,& frater alter habitauit domum, asserens quod non inuenit conductorem, alter quod imo non curauit, tenetur probare is, qui habitauit puta Florentiæ, quod non inuenerit conducentem, quia in loco frequenti præsumptio est quod reperiantur conductores,& si non probat tenetur ad pensionem pro rata ad doctr. Bart. in l. idemq. erit, in princ. ff. pro socio.

16 Amplia, quia domus solita locari cõmunis potest locari etiam inuito socio, quia qui vtitur ad vsum destinatum præfertur. Ias. in l. serui electione. §. Labeo. n. 16. ff. de leg. 1.

Vide. Communis res quando possit in totum ab vno vendi, vel locari. Conclusio. 542.

17 Extende, quia habentes syluam cæduam, si vnus vult, quod cedatur,& vendantur ligna, ille præfertur prohibenti. Ias. d.l. serui electione, §. labeo, nu. 18. ff. de leg. 1.

Vide. Societas habet multa specialia. Conclusio. 302.

18 Restringe, nisi alius habens communionem vellet pro usu suo habitare, quia præfertur volenti locare. Ias. d.l. serui electione. §. labeo. nu. 16. ff. de legat. 1.

19 Amplia singulariter, quia si duo fratres habẽt fundum communem.& vnus vult seminare, & laborari facere, alter non, sed quod stet incultus; præfertur ille qui vult seminare, & etiam seminãdo habebit integros fructus pro se, singulare dicit esse Ias. in d.l. serui electione. §. labeo. num. 19. ver. quarto,& vltimo ff. de leg. 1.

20 Extende, quia si frater habens domum communem vendat partem suam emptori scienti, postea compellatur a fratre diuidere,& quia non recipit commodam diuisionem tota domus adiudicatur fratri, qui vendidit partem suam, compellitur emptor emere aliam dimidiam: si uero tota obuenit fratri, qui non uendidit compellitur emptor recipere pretium suum. l. Iulianus. §. idem Celsus, & ibi Castr. ff. de actio. empti, ꝙ est singulariss imũ.

Vide. Conditio melior in pari causa cuius sit. Conclusio. 603.

21 Amplia, quia plures socij habentes domum cõmunem, quæ indiget reparatione si unus ex eis recusat contribuere, requisitus post quatuor menses priuatur dominio partis suæ. Ias. in l. creditor la prima, in fin. ff. si cert. peta. & in §. sequens ad fin. Instit. de actio. Franch. Cremen. singul. 97. Bertach. in repet. uer. socius non potest, in ultima col. in princ.

22 Declara, quia domus nõ dicitur cõmunis, si unus habet partẽ inferiorẽ, alius superiorẽ partẽ, ideo fiscus in casu deuastationis, qui rem communem potest deuastare soluendo pretium partis socij, non potest deuastare isto casu. Clar. in praxi crimin. §. fi. quæst. 82. uer. statutum 8. num. 3. uer. sed quid si delinquens, ubi dicit * communem.

23 Amplia, quia plures habentes castrũ cõmune, si unus eiiciatur non potest uẽdere partem suam potentiori puta alicui Principi,& uenditio nõ ualet, l.2.C. ne fiscus, vel respub. ubi Bart.& alij. Ias. in l. serui electione. §. labeo. nu. 14. ff. de leg. 1.

24 Amplia, quia ratione communionis restitutio in integrum quæ cõpetit minori prodest, & competit etiam maiori in eadẽ causa cõmuni. Paris. cons. 12. nu. 73. lib. 2. per. tex. in l. si communem. ff. quæmadmo. seruit. amittatur. Soci. in. c. 2. col. 4. de mut. peti. Thom. Ferret. cautel. 10. & cautel. 23. Rom. in c. statutũ. n. 54. de refer. in 6. & ideo si plures sunt emphytentæ, qui non soluerunt canonẽ, inter quos est minor, restitutio, quæ competit minori, competit alijs maioribus cõmunẽ emphyteusim habentibus,& facit ratio, quia cadunt sub conditione si non soluerint per biennũ, uel triennium, ut not. in auth. qui rem. C. de Sacro. Eccles. conditio autẽ est indiuidua, l. in exequutionem, §. penul.& ibi Castr. ff. de uerb. obligat. Deci. d. auth. qui rẽ, col. 6. uer.& ulterius ista cõclus. ergo.

Vide. Cõnexorum idem est iudiciũ. Concl. 626.

Vide. Consequitur quis ex persona alterius, quod ex sua consequi non potest. Concl. 758.

25 Et clericus habens exceptionem ne colligantur bona patrimonialia sua, quia exemptio procedit etiam si sint communia cum laicis fratribus vel alijs consanguineis. Felin. in c. Ecclesiæ S. Mariæ. nu. 10. in ver. privilegio, de constit.

Vide. Bona patrimonialia. Concluſ. 135.

26 Et habens societatem cum alio in bonis ſocietatis, ſocius habet privilegium ſocij. Anchar. conſil. 295. num. 8.

27 Amplia, quia in caſu converſo habens rem communem poteſt pro toto debito reali conveniri, & valet iudicium contra eum ſolum. Alex. conſ. 96. Viſis narratis, in fi. nu. 14. ver. non obſtat etiã. li. 4.

28 Extende, vt procedat etiam ſi non poſſideat, quia pendente lite deſijt poſſidere, quia poteſt condemnari ad totum. Alex. d. conſ. 66. in fin. lib. 4.

Commune inter plures quando dicatur ſingulorum. Concluſio. DXXXIV.

1 HABENS rem communem, & indiuiſum dicitur habere partem in qualibet parte. Ftd. de Se. conſ. 159. Sempronius. col. 1. circa fi. ver. modo ſic arguo. l. nam, & ſi fut. in fin. ff. ſi cert. pet.

2 Amplia, quia quod eſt meum commune cũ alio venit ſub diſpoſitione fauorabili de eo, quod eſt meum; ſecus in diſpoſitione odioſa, quia quod eſt mihi commune non eſt meum, vt late Calde. conſ. 243. alias 21. de præ. vbi ſoluit hoc Brocardicũ, & dicit quod reſeruatio facta per Papam de omnibus beneficijs præterquam ad collationem Epiſcopi non comprehendit beneficium ad collationem communem Epiſcopi cum capitulo, quia eſt reſeruatio odioſa, & agitur de fauore Epiſcopi.

3 Contrarium Caſtr. conſ. 221. In hoc puncto, col. 2. in princip. lib. 1. vbi quod commune eſt dicitur meum etiam in materia ſtatuti, & penali, allegat Bal. in l. 1. C. qui teſt. facere poſſ. vbi quod ſimpliciter meum dicitur, quod meum eſt ſecundum quid.

4 Dicas, quia in materia larga, prout vltima volũtas commune dicitur meum, licet ſit meum per quandam fictionem, quæ non habet locum in ſtatutis, & ſtricti iuris. Abb. in conſ. 83. Videtur primo, in prin. lib. 2. vbi reprobat contrarium tenentes, & pro hac parte allegat tex. in l. pupillus, in fi. ff. de verb. ſignif. vbi qui iurat ſuum non eſſe, dicit quod etiam adijciat, neque commune eſſe, ergo nõ venit ſub verbo meum.

5 Vel ſic meum licet dicatur lato modo, vel per fictionem, non tamen dicitur meum, vt poſſim ſeruitutem imponere ego ſolus, ſine conſenſu habentis communionem. Abb. d. conſ. 83. col. 6. ver. ſecundo probatur. lib. 2.

6 Vel melius dicas, quod licet ſocius habens rem communem pro indiuiſo dicatur dominus, & poſſeſſor pro parte ſua in qualibet gleba, tamẽ quod dicitur rem eſſe meam, quæ mihi communis eſt, intelligitur pro rata, & parte mea tantum. Ale. conſ. 86. Ponderatis, in fi. lib. 6. vbi propterea n. 7. & ſeq. ver. & non poteſt dici, affert neceſſario tradendam eſſe poſſeſſionem emptori partis meæ rei communis pro mea parte, ſicut ſi res libera venderetur, & non communis.

7 Extende, quia res communis dicitur habentis partem in materia fauorabili, ſecus in odioſis quæ do diſpoſitio ex parte vnius non affert commodũ alteri, alias ſecus, quia dicitur diſpoſitio fauorabilis. Anch. cõſ. 160. n. 5. & ita etiam loquitur Caſtr. conſ. 221. col. 2. lib. 1. dum vult, quod habens murum communem poſſit retrahere totum, dummodo ſi alius habens communionem habeat ratam ſi voluerit rei retractæ.

8 Extende, quia res communis eo reſpectu dicitur habentis cõmunionem, quia nulla pars poteſt dici alterius cum habens communionem habeat partem in qualibet parte. Anchar. conſ. 160. nu. 5.

Vide. Meum quomodo, & qualiter eſſe dicatur. Concluſ. 225.

Vide. Nomina poſſeſſiua meum, tuum, & ſuum quid importent. Concluſ. 59.

9 Amplia, quia quod eſt mihi commune, dicitur meum quoad hoc, quia ſicuti eſſem ſpoliatus poſſeſſione naturali, poſſum illam recuperare in re propria, ita etiam in re communi ſi ſocius meus me ſpoliaret portione mea, quia eadem eſt ratio. Caſtren. conſ. 391. In cauſa, quæ vertitur. col. 2. in princ. ver. illud etiam. lib. 2.

10 Amplia, quia meum eſſe dicitur, quod eſt meum ratione directi dominij, & proprietatis. Caſtrenſ. conſ. 368. Præſuppoſito, in prin. lib. 2.

11 Limita, quia quod commune eſt cum alio collegialiter nemo proprie poteſt dicere ſuum. Calde. conſ. 431. num. 2. in prin. ver. quia nemo proprie, alias 9. de inrepar.

12 Extende, quia quod eſt vniuerſitatis, non eſt ſingulorum. Alex. conſ. 137. Viſo proceſſu. num. 5. ver. plus dico. lib. 7.

13 Limita, quia ſi ſtatutum diſponit, quod Dominus poſsit accuſare damnum dantes habens rem communem cum alio ſolus non accuſat, quia per fictionem dicitur dominus, non vere. Bar. conſ. 90. Frater. in princ. lib. 2.

Communio parit diſcordiam, ideo communio perpetua prohibetur. Concluſio. DXXXV.

1 COMMVNIO regulariter parit diſcordias, ideo ſolet dici, quod nemo cogitur ſtare in communione. Caſt. conſ. 107. Videtur dicendum, in princ. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. parete, allegat Soc. conſ. 162. Non fuiſſet opus. ver. præterea ex diuiſione. lib. 2. Caſtr. conſ. 333. Viſo teſtamento. verſi. præterea non eſt credendum. lib. 1. Alex. conſ. 46. Viſis. num. 11. lib. 1.

2 Extende, quia communio caſtrorum, & iuriſdictionum maximè ſolet parere diſcordias, quas publice intereſt ſedare, & removere. Caſtr. conſ. 376. Ne ſub equinoco. n. 3. ver. item dico. lib. 1. vbi apoſtil. in ver. diſcordiam, citat Cora. conſ. 24. Ad euidentiam. nu. 13. lib. 2.

3 Et propterea ſicut quando extat communio ad euitandas diſcordias receditur a cõmunione per diuiſionem, vt in primo ver. ſupra: ita etiam euitatur ne inducatur communio ad euitandas diſcordias ſi aliter poteſt prouideri, quia publice intereſt. Caſtren. d. conſ. 376. n. 3. lib. 1.

4 Amplia, quia communio eſt peſſima cum fiſco, & malum eſt patriri pyra cum domino ſuo, ideo licet Imperator ſuccedat in bonis vacantibus, non tamen

tamen in bonis vacantibus quando sunt communia cum alio, plene Aegid. Bellam. conſ. 23. nu. 4. & ſeq. vbi redarguit Epiſcopos Franciæ qui admiſerunt Regem ad communionẽ, & omnia voluit.

5 Amplia, quia non valet conuentio partium expreſſa per quam partes compelluntur ſtare in perpetua communione, & ideo non tenentur obſeruare, quia parit diſcordias, & dat materiam malignandi. Caſtrenſ. conſ. 107. Videtur dicendum, lib. 1. in prin. vbi apoſtil. citat Soci. conſ. 278. ver. circa ſecundum, lib. 2.

6 Et ſi non valet expreſſa conuentio, ergo neq. implicita. Caſtr. d. conſ. 107. lib. 1. in prin. Alexan. conſ. 46. n. 11. lib. 1. Caſtr. conſ. 333. eod. lib. 1.

7 Extende, quia non valet compromiſſum de cõmunione perpetua ſeruanda, neq. laudum, neque pœna ſuper hoc, quia laudum valet ad lites dirimendas, ſed non ad lites ſuſcitandas prout ſuſciat perpetua communio. Caſtr. d. conſ. 107. per totum, ubi eſt caſus, lib. 1.

8 Extende etiam ſi eſſet ſtatutum, quod nõ poſſit dici de nullitate laudi, ſed quod debeat exequi, quia ſtatutum non habet locum in nullitate proueniente ex nullitate laudi, & compromiſſi ſimul. Caſtr. d. conſ. 107. lib. 1.

9 Extende, quia neq. valet laudum prædictum licet fuerit emologatum, & ratificatum, quia ſi non valet compromiſſum, non valet laudum, neq. emologatio, ſeu ratificatio laudi. Caſtren. d. conſ. 107. col. fin. libr. 1.

10 Extende, quia non valet prohibitio teſtatoris perpetua quod fiat diuiſio, ſed maneãt in communione, & in dubio præceptum tale non debet iudicari perpetuum, ſed temporale. Caſtr. conſ. 333. in prin. lib. 1. maxime quando cauſa eſt temporalis, quod ſoluantur debita.

Vide. Communio quam teſtator præcipit quid importet. Concl. 539.

11 Extende, quia non valet pactum de non diuidendo, ſeu de ſtando perpetuo in communione. Alex. plene conſ. 18. Viſis capitulis, in prin. & per totum, lib. 2. vbi apoſtil. in ver. non valet, dat concord. plures.

12 Extende, quia non valet pactum de non diuidendo fœuda, & iuriſdictiones, & ſtatum, ſed de perpetua communione ſeruanda inter ſe, & hæredes, & deſcendentes, & quod maior natu ſit ipſe qui gubernet, prout fuerat conuentum inter dominos de Correggio, ſuper quo facto plene Alex. d. conſ. 18. Viſis capitulis, per totum, lib. 2. dicit quod non valet, quia parit diſcordias, & quia non etiam valet pactum vel conuentio, per quod aliquis conſtituitur perpetuus adminiſtrator, & non poſſit reuocari.

13 Extende etiam ſi pactum, & conuentio eſſet iuramento firmata, quia adhuc non tenẽtur partes obſeruare, & poſſunt contrauenire, quia licet efficiantur periuri contrauenientes, & ſic iniungenda pœnitentia, tamen non obſtante iuramento poteſt pactum reuocari, prout idem dicimus de teſtamento, de mandato procuræ, de Vicariatu non reuocando, quia poſſunt reuocari non obſtante iuramento, licet iurans efficiatur periurus ſecundum communem, de qua Alexand. d. conſ. 18. in princ. libr. 2.

14 Declarat idem Alex. d. conſ. 18. lib. 2. n. 2. ver. in propoſito, vt propterea ſit bene quod prius obtineatur abſolutio a iuramento ad cautelam.

incidat in periurium.

15 Reſtringe, quia bene valet pactum de non diuidendo per certum tempus. Alexand. d. conſ. 18. in prin. lib. 2. allegat tex. in l. in hoc iudicium, §. ſi cõueniat. ff. communi diuid. & apoſtil. ad Alexa. vbi ſupra in ver. ad tempus, quæ citat infinitos, & dicit, quod poteſt eſſe vſque ad centum annos, vel vſq. ad vitam paciſcentium tantum.

16 Declara tamen, quia reſtrictio non procederet ſi alter ex ſocijs inciperet eſſe rixoſus, quia etiã poteſt tunc contraueniri pacto de communione ad certum tempus. Alex. d. conſ. 18. nu. 3. lib. 2.

17 Reſtringe, quia bene valet pactum, & conuentio de communione perpetua circa anditum clauſtrum, ueſtibulum, vel conclaue. Corne. conſ. 15. libr. 4. quem citat ad hoc d. apoſtill. ad Alexand. conſ. 18. in uer. ad tempus.

18 Limita, quia licet communio pariat diſcordias, & vno ex conſortibus prouocante ad diuiſionem cæteri compellantur diuidere, ſecus eſt in feudis, quia niſi omnes conuaſſalli conſentiant, vt fiat diuiſio, fieri non debet. Abb. conſ. 82. Quãquam, col. penul. circa fin. nu. 10. uer. ego tamen notãter, lib. 2. allegat tex. in l. Imperialem, §. præterea, de prohib. feudi. alienat. per Feder.

19 Limita, quia bene poteſt concipiri communio ad uitam habentium communionem ſicuti ſocietas poteſt ad uitam ſociorum fieri, ita Alex. conſ. 59. Viſo themate, q. 8. & 9. uer. nec ſimiliter, lib. 5. vbi apoſtil. citat Alex. conſ. 18. lib. 2.

Vide. Diuiſio an poſſit prohiberi. Concl. 542.

Vide. Diſcordia facilis eſt, & qualiter probetur. Concluſio. 441.

Communionem facere quãdo quis compellatur Concluſio. DXXXVI.

1 COMMVNIONEM facere compelluntur in iudicio omnes de collegio, vel capitulo quãdo ius ſingulorum cauſatur a capitulo, vel collegio. Oldra. conſ. 313. in prima aditio. incip. in cõtrarium, in fin. quæ eſt conſ. 314. ſecundum me.

2 Amplia, vt etiam plures hæredes debitoris, licet debitum ſit diuiſum inter hæredes ipſo iure, tamen omnes ad defenſionem communem compelluntur facere vnum procuratorem. Oldrad. conſ. 313. in prima aditio. incip. Contrarium videtur, nu. 2. uer. item eſt videre.

3 Declara hanc ampliationem, vt procedat in contrahente voluntarie prout eſt hæres ſecus ſi quis inuitus contrahat, quia magis ei ſubuenitur. Oldr. conſ. 313. nu. 8. uer. non obſtat.

4 Amplia in pluribus exercentibus nauem per vnum miniſtrum, quia vnus ſolus conueniri poteſt pro omnibus, nec poſſunt ſinguli velle pro parte conueniri, quia inuiti communicant ex quo in exercitio communicarunt. caſus eſt not. in l. 1. §. fi. 8. de exercit. Oldra. d. conſ. 313. in prima, aditu. 3. uer. ad quod facit.

5 Amplia, quia ex cauſa probabili valet præceptum de perpetua communione, & ſic laudum. Marſil. ſing. 9. vero cogitur, vbi dicit notandum, & alia in propoſito adducit.

Vide. Diuiſio an poſſit prohiberi. Concluſio. 542.

Com-

Communicatio bonorum quando fiat, & de quibus inter communionem habentes. Concluſ. DXXXVII.

1 COMMVNITER viuere, poteſt referri quãdoque ad perſonas, & victum, quandoque ad res, & patrimonium. Barto. conſ. 168. Quidam habens bona, in prin. lib. 1.

Vide. Socij qualiter communicent inuicem lucra, & damna. Concluſ. 287.

2 In dubio refertur ad victum, & bona, ideo ſi pater iuſſit filium communiter viuere cum patruo intelligitur, vt æqualiter conferant expenſas, & non plus patruus ponat licet habeat maiorem familiam. Bar. d. conſ. 168. in princ. lib. 1.

3 Et ſi pater mandauit filijs, quod ſtent in cõmunione, & debeãt cõferre fructus intelligitur quatenus aliqd ſupſit deductis neceſſarijs, ideo ſi adeſt pœna priuationis is, qui non contulit, quia dicit nihil ſuperfuiſſe deductis neceſſarijs habet intentionem fundatam, & onus probandi incumbit dicenti ſuperfuiſſe aliquid. Alex. conſ. 110. Circa primum. n. 8. ver. nec dici poteſt. lib. 3.

4 Imo, quod debens cõmunicare aliqd alteri intelligatur ſi petatur, alias nõ incurrat pœnã, neq. moram. Alex. d. conſ. 110. nu. 7. ver. præterea, lib. 3.

Vide. Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ. 415.

Vde. Communicatio bonorum quando non fiat inter communionem ſeruantes. Concluſio. 538: quæ eſt prox. ſeq.

Communicatio bonorum quando non fiat inter communionem habentes. Concluſio. DXXXVIII.

1 FRATRES viuẽtes in cõmuni, & habẽtes bona paterna in diuiſa nõ cõmunicãt ea, q̃ vnus ex fratribus nomine ſuo proprio acquirit, qa bene alij poterũt agere ad partem pecuniæ, ex qua fuit facta emptio, ſed non ad rem emptam. Rom. conſ. 3. Viſo themate, in princ. ver. hocque multo magis.

Vide. Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ. 416. cum duab. Concl. ſeqq.

Communio, quam teſtator præcipit quid importet. Concluſio. DXXXIX.

1 TESTATOR ſi mãdat filios ſuos ſtare, & morari debere in cõmunione vſq. ad certũ tẽpus, & communiter viuere, importat, quod fructus ſint communicati, & is, qui habet familiam grauiorem releuetur ne teneatur plus conferre. Bar. cõſ. 168. Quidam habens. n. 2. lib. 1. ſequitur Alex. conſ. 76. Viſo themate, in princi. lib. 4. quod eſt Saluſtij, & adſunt ſubſcriptiones plurium Doctorum.

2 Extende, vt procedat etiã ſi teſtator iuſſit vlterius, quod ſtent in communione, & debeant tenere omnia eorum bona pro indiuiſo, & omnia eorum lucra, & expenſas, & onera tam pro ſtudio, quam pro libris A. & pro alia quacunque re ipſos vel aliquem eorum tangen. communicare, importat communicationem eorum, quæ ſunt de natura communionis, & ſocietatis, ideo vnus non tenetur concurrere ad dotes filiarum alterius. Alex. d. conſ. 76. in princ. & per tot. quod eſt Saluſtij, & multi ſubſcribentes concurrunt. lib. 4.

3 Amplia, quia iſta communio à teſtatore iuſſa non inducit ſocietatem omnium bonorum, niſi ſit expreſſe dictum, ideo in ea non veniunt acquiſita ex hæreditate matris, vel alterius. Alex. d. conſ. 76. n. 7. & ſeq. ver. accedo ad ſecundum. lib. 4. vbi apoſtil. in ver. expreſſe.

4 Amplia, qa pater licet poſſit præcipere inter filios cõmunionẽ bonorũ, & collationẽ ad tẽpus, nõ tamẽ perpetuo, & præceptũ priuationis hoc caſu non valet. Alex. conſ. 110. Circa primũ. n. 10. ver. p hoc etiã. li. 3. vbi apoſtil. citat Alex. conſ. 18. lib. 2.

Vide. Diuiſio an poſsit prohiberi, & quid operetur prohibitio. Concluſ. 542.

Communio bonorum quando facta dicatur, & qualiter probetur, vel præſumatur. Concluſ. DXL.

1 COMMVNIO, & ſocietas contrahitur conſenſu. l. plane, & l. qui admittitur. ff. p ſocio.

Vide. Societas tacita qualiter contrahatur, & diſſoluatur. Concluſ. 186.

2 Declara, qa iſte conſenſus etiam declaratus ex facto ſufficit. Rom. conſ. 418. In eo quod, in princ.

3 Et ideo communio inducitur inter plures ex ipſo conſenſu tacito ad communionem facto ipſorũ declarato, & ad communionem tendente. l. vt ſit, & l. ſocietatem. ff. pro ſocio. Ro. d. conſ. 418. in princ.

Vide. Societas preſumitur inter fratres, & ex quibus. Concluſ. 311.

4 Extẽde, vt nedũ procedat in cõmunicatione, & cõmunione, ſed etiã in re cõmunione, & recommunicatione, quia quod iuris eſt in ipſius actus noua confectione idem eſſe cenſeatur in eiuſdem iam diſſoluti renouatione, ſeu integratione. Rom. conſ. 418. in prin. allegat l. nuptiæ. C. de nupt.

Vide. Contrariorum eadem eſt diſciplina. Concluſ. 1013.

5 Amplia, qa q̃ dicitur de communione, & ſocietate, idẽ eſt in caſu cõtrario in diuiſione, & ſeparatione, qa ſicuti per longã poſſeſſionẽ cõmunionis præſumitur cõmunio ita per longã diuiſionis poſſeſsionẽ p̃ſumitur diuiſio. Ro. d. conſ. 418. n. 2. ver. ſecũdo principaliter, vſq. in fi. vbi plen. apoſt. * in ver. ad diui. citat concor. & dicit* communem.

6 Limita, qa cõmunio nõ eſt præſumẽda in dubio ideo habẽs adiudicationẽ bonor. p̃ certo ſuo credito, & cõtẽtatur recipere partẽ p̃tij, p̃ſumitur in totum recedere velle ab ipſa adiudicatione, & poteſt ſibi ſolui totũ pretiũ, qa nõ p̃ſumitur q̃ partes noluerint incidere in cõmunionẽ, vt ſoluẽs habeat partem bonorũ, alius aliã partẽ, plene Alex. cõſ. 110. Attẽtis. n. 3. & ſeq. ver. & licet aſſerãt. li. 5.

7 Extẽde etiã ſi adſit clauſula ex parte recipiẽtis partẽ p̃tij ſine præiud. iur. ſuor. qa refertur ad reſi duũ pretij, nõ autẽ ad partẽ dominij bonor. adiudicatorũ. Alex. d. conſ. 110. n. 4. & ſeq. per tot. li. 5.

8 Et qualiter probetur communio facta, vel præſumatur. Vide Maſcar. d. concluſ. 315. Communio.

Digitized by Google

Communio anditus, & portæ inter comiunctos quid operetur. Conclus. DXLI.

1 FRATRES, & consortes eiusdem sanguinis si communicant inter se portam, anditum, & certa loca domus diuisæ pro se, & eorum familijs illa communicatio intus penetralia domus non competit extraneo successori in aliqua ex partibus diuisis, nisi quatenus ex necessitate portio nō sit inutilis, maxime vbi sunt mares, & fœminę, qui die, & noctu debent conuenire. Anchar. cons. 379. Ioannes, & P. vbi pro vtraque parte, & sic distinguit propter pericula.

Vide in ver. Accessus ad rem suam Conclus. 80.

2 Adde, quia communis anditus operatur, quod eadem censeatur domus, & habeat locum statutū, quod vendens teneatur vendere habenti murum communem, vel vicino. Anchar. cons. 160. Præsupponit in themate. ver. in contrarium. n. 2. & seq.

Communis res quando possit in totum ab vno alienari, vel locari. Conclusio. DXLII.

1 FISCVS habet priuilegium, quod potest rem communem cum alio in totum vendere & alienare. l. 1. C. de vendit. rerum fiscalium. lib. 10.

Vide. Fiscus habet multa priuilegia, & quæ. Conclus. 381.

2 Extende, quia potest quocunque alio modo dominium transferre, & multo magis locare. Bald. cons. 336. Præmitto ad euidentiam. lib. 5.

3 Extende, vt procedat etiam si fiscus concederet in emphyteusim rem communem, quia potest, & habēti partem debetur recognitio ratæ, & portio pensionis. Bald. d. cons. 336. n. 5. ver. ijs ergo. lib. 5.

4 Extende, quia pretium integrum, & mercedem integram exigit fiscus, & partem dat socio, non autem socius immediate exigit ab emptore, vel conductore. Bal. d. cons. 336. in fi. lib. 5.

5 Restringe, quia si fiscus non soluat socio partem suam habet rei vendicationem contra emptorem pro rata sua, & non intrat præscriptio fiscalis. bene a Zenone. C. de quadriennij præscriptione, quia imo potest conueniri, vel conductor sine fisco, licet iudicium tale non noceat fisco. Bal. dicto cons. 336. nu. 5. ver. ijs ergo, vsque in fi. lib. 5.

6 Restringe, vt priuilegium fisci procedat quando res non potest commodo diuidi, sic dicit Bal. cons. 336. in princ. li. 5. tenere Martinum, quem videtur sequi in hoc.

7 Contrarium, quod procedat priuilegium, etiā si res esset diuisibilis. Bar. in l. vnica. n. 2. C. de vend. rer. fisc. lib. 10.

8 Amplia, quia potest habens domum communē in ea facere totum illud, ad quod domus communis est ordinata, inuito socio, seu inuitis socijs, ideo potest illam habitare, quia ad hunc vsum est destinata, Castrens. cons. 395. In causa, quæ vertitur. col. 2. in princ. ver. illud etiam. lib. 1.

9 Extende, quia si vnus socius claudit rem communē, vt alter non possit ingredi, potest alter propria authoritate aperire, & impedimenta remouere, text. cum gl. in l. si vitē. §. si ad ianuā. ff. q. vi, aut clam. qui licet loquatur in re propria, tamen habet locum etiam in re communi cum sit eadem ratio. Castr. cōs. 395. col. 2. in prin. ver. illud etiā. li. 2.

Vide. Communio excusat, & multa operatur. Conclus. 533.

Vide. Conditio melior cuius sit in pari causa. Conclus. 603.

Vide. Prohibentis melior conditio in pari causa. Conclus. 821.

10 Limita, quia regula est, quod alienatio facta per alterum ex fratribus, vel socijs rei communis de tota re communi non præiudicat alteri, q. poterit partē suā recuperare vna eū fructibus. l. 2. C. communi diui. l. vnica. C. si communis res pig. data sit. l. si fratres, & ibi Bal. C. communia vtriusque iu. & est tex. in l. si familiæ. C. fami. herciscunda, & quod frater, qui non consensit possit suam portionem vēdicare. Bal. in l. si familiæ, in fi. l. cohęred. C. eo. ti.

11 Ratio, quia frater, vel socius si vult militare debet de suo facere. Bal. nouel. de duobus fratr. n. 13.

Vide. Vendere nemo compellitur. Conclus. 59.

12 Extende in socijs, quia vnus partē alterius alienare non potest. l. nemo ex socijs. ff. pro socio.

13 Extende, quia Florentiæ vigore statuti, de prohib. alien. rei communis. lib. 2. c. 109. poterit cogere emptorem ad vendendum portionem emptam a fratre, vel socio rei communis.

14 Restringe nisi alter frater, vel socius alienationem saltem tacite approbauerit, puta recipiendo pretium, vel fructus, aut interesse pretij. Bal. in ru. Cade contrahen. emptio. q. 10.

15 Restringe in donante habente rem communem cū donatario, q. a poterit vnam rem communem alienare, dummodo aliam liberam assignet donatario, quæ sit eiusdem pretij. Guidop. decis. 602.

Communitas quid sit qualiter possit vendere, & quæ requirantur pro solemnitate. Concl. DXLIII.

1 COMMVNITAS est nomen generale ad vniuersitatem castri, vel villæ, aut cuiuslibet municipij. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. communitas.

2 Communitas castri, vel ciuitatis ad hoc vt valide possit bona alienare debent interuenire omnes solemnitates, quæ requiruntur in alienationibus bonorum minoris, videlicet quod interueniat causa legitima, quod fiat subhastatio, & interponatur decretum, & exprimantur nomina venditium. Bal. cons. 204. Longum thema, in prin. lib. 3. vbi quod requiritur, quod pretium sit conuersum in vtilitatem communitatis.

Vide. Vniuersitas vt valide obligetur, quæ requirantur. Conclus. 259.

3 Extende, quia si communitas habet superiorē non potest alienare sine superioris consensu, prout in adulto, qui non alienat sine consensu curatoris. ita Ang. Aret. in communitate Mutinę. cons. 94. In casu contingente. num. 11. & sequen. ver. ijs sic pro euidentia.

4 Et an possit donare.

Vide. Vniuersitas an possit donare. Concl. 272.

Sequitur Secundus Tomus, C, Conatus, & sequentia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google